

SACROSANCTA
CONCILIA
AD REGIAM EDITIONEM
EXACTA
QUÆ NUNC QUARTA PARTE PRODIT AUCTIOR

Studio PHILIP. LABBEI, *&* GABR. COSSARTII,
Soc. JESU *Presbyterorum*:

TOMUS DUODECIMUS
Ab anno M. CCCCXIV. *ad annum* M.CCCCXXXVIII.



LUTETIÆ PARISIORUM,
Impensis SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ Librorum Ecclesiasticorum jussu Regis constitutæ.
M. DC. LXXII.
CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.





SYLLABUS

EORUM QUÆ TOMO XII. CONCILIORUM CONTINENTUR.

*Quæ asterisco * notata sunt, non erant in prioribus aliis editionibus : quibus vero hæc nota † impressa est, eorum incertus est annus.*

SYLLABUS



CONCILIVM CONSTANTIENSE. GENERALE.

HISTORIA CONCILII.



ONCILIVM Constantiense cum præcipue congregatum fuerit extinguendi schismatis causa, quo iam diu ecclesia laborabat, & in tres divisa partes, quis esset verus omnino & certus pontifex, vix agnoscebat: res gravissima, quæ diu multumque Christianos torsit, suo iure postulare videtur, ut huiusce schismatis initia paulo altius repetantur, & quis tum fuerit ecclesiæ status, atque illorum temporum conditio, breviter explicetur. Ac primum quidem illud inter omnes constat, Clementem V. pontificem maximum anno a Christo nato 1305. sedem apostolicam in Galliam transtulisse, ac tum ipsum, tum eiusdem successores septuaginta annorum spatio, non sine magno Romanæ ecclesiæ atque Italiæ detrimento, ibidem perstitisse. Tandem Gregorius XI. cum secum ipse reputaret clades magnas, quæ ex hac pontificis absentia in Italiam totam, præsertim vero in Romanam ditionem redundabant; cum videret patrimonium sancti Petri magna ex parte a tyrannis occupatum, civitates nobilissimas servitute oppressas, totamque illam regionem civili bello deformatam; denique propter studia partium homines odio & furore inflammatos, nullam æquitatis, nullam iustitiæ, nullam humanitatis rationem habere: decrevit tandem gravissimis hisce causis commotus, relicta Gallia Romam commigrare. Quamvis enim Gallus esset, sciretque Gallos ægre laturos; voluit tamen (ut optimum pontificem decebat) patriæ splendori, & Gallorum utilitati reipublicæ salutem & ecclesiæ dignitatem anteferre. Venit itaque Romam Gregorius, magnoque civium omnium concursu, & incredibili lætitia exceptus, cum statim in conciliandа pace, in alliciendis ad virtutem atque ad officium civibus, in restituendis ædificiis vetustate collapsis, & in aliis huiusmodi optimo pastore atque pontifice dignis omne suum studium atque operam collocare cœpisset, paulo post morbo oppressus, summo civium & Christianorum omnium mœrore ex vita discessit. Cum autem post eius obitum se cardinales ad electionem successoris compararent, ecce tibi populus Romanus, veritus ne forte Gallus quispiam, qui Avenionem rediret, pontifex deligeretur, cardinales adiit, rogavitque, uti de Italo pontifice creando cogitarent, qui Romæ perpetuo commoraretur; neque in Galliam remigraret. His populi precibus cum cardinales paucis respondissent, sibi in animo esse ecclesiæ dignitati atque utilitati (ut par erat) totis viribus prospicere: mox dimisso populo, in conclave, ut mos est, inclusi, confestim de electione pontificis diligenter agere cœperunt. Erant ipsi magna ex parte Galli, sed cum inter se primo non consentirent, aliique aliis cedere nollent, tandem communi omnium consensu Bartholomæum Prignanum Neapolitanum, archiepiscopum Barensem, extra collegium summum pontificem designarunt. Affirmant nonnulli eos esse testatos, sa populi Romani metu, suis suffragiis illum nominasse. Verum quomodocumque se res habeat, re vera [a] Bartholomæus pontifex constitutus est, & Vrbanus VI. appellatus. Quocirca magno apparatu, Romanorumque lætitia, insignia pontificatus accepit. Sed cum postea nimiam eiusdem severitatem improbarent cardinales, omnes, uno excepto, per speciem vitandi caloris æstivi primo Anagniam, deinde Fundos secesserunt. Ibi, cum se timoris causa Vrbano pontificatum detulisse affirmarent, eius electionem irritam esse declararunt, cunctisque suffragiis Robertum Gebennensem, qui Clemens VII. dictus est, pontificem designarunt: qui mox in Galliam recedens cum cardinalium collegio, more superiorum pontificum, Avenione, quæ urbs sita est in Provincia, sui pontificatus sedem collocavit. Hinc igitur ortum schisma teterrimum, totaque Europa in contrarias partes distracta. Vrbanus se iure, atque aliorum pontificum more creatum esse affirmabat, neque posse cardinales timoris excusationem prætexere, cum etiam aliquot post electionem mensibus Romæ commorati, libere actis pontificiis adfuerint, ipsumque tamquam verum pontificem sæpe venerati sint. Contra, Clemens populi Romani minas in medium proferebat, & cardinales non sponte, sed metu coactos ad Vrbanum inclinasse,

[a] Blondus decad. 2. libr. 10. Tho Vvalsing. hist. Angliæ in Ricardo secundo, Baptista Platina in Vrbano VI. & alii.

ANNO CHRISTI 1414.

A clinasse, eumque verbo dumtaxat, non re ipsa pontificem creatum esse dicebat. His igitur rationibus uterque pontifex adductus, alterum contemnebat, ac tum ipsum, tum ejus cardinales execrabatur. Cum autem reges & provinciæ non aperte intelligerent, uter verus esset pontifex, alii hunc, alii illum variis rationibus permoti sequebantur. Et quamvis multi, temporis decursu, sententiam mutaverint, tamen principio Italia tota (regno Neapolitano excepto) Germania, Hungaria, Anglia, Polonia, & aliæ provinciæ Urbanum secutæ sunt, eumque tamquam verum pontificem summa observantia coluerunt. At vero partes Clementis amplexa est Gallia, & fere Hispania tota, item Scotia, regnum Neapolitanum, & multæ præterea provinciæ, ac principes viri. B Uterque pontifex in eo maxime elaboravit, ut omnes ad se alliceret. Urbanus vero, quia relictus fuerat a cardinalibus (uno excepto) novum collegium instituit, multosque viros virtute & eruditione præstantes in cardinalium numerum cooptavit. Verum, quia hoc loco non agitur de rebus ipsorum pontificum gestis, sed tantum de schismatis causis, illud commemorare sit satis, in locum Urbani, qui annos fere duodecim vixit, Bonifacium IX. successisse; & in locum Clementis Benedictum Hispanum XIII. qui triginta & eo amplius annos pontificis nomen apud suos retinuit. Bonifacio successit Innocentius VII. C & Innocentio Gregorius XII. Is cum pontificatum gereret, jamque Christiani omnes hoc schisma ægerrime ferrent, egerunt sæpe nonnulli viri generis nobilitate & auctoritate clarissimi cum ipso & Benedicto, ut jam tandem hoc summum ecclesiæ detrimentum delerent: quod si id necessarium esset ad schisma restinguendum, uterque de suo jure cederet, aliusque tandem verus ac certus pontifex deligeretur. Cardinales in primis tum Gregorii, tum Benedicti totis viribus utrumque ad concordiam hortabantur, dabantque in primis operam, ut ambo convenirent, simulque communem illam perniciem depellerent: ac si res D postulare videretur, uterque se pontificatu abdicaret. Assenserunt pontifices Gregorius & Benedictus, amboque quasi desiderio prospiciendi laboranti ecclesiæ flagrarent, illico cardinalium comitatu septi, iter ingressi sunt: sed paulo antequam accederent, cum uterque alterius insidias timeret, aut se timere certe simularet, neuter, quantumvis cardinales animos darent, ad locum destinatum voluit pervenire. Id vero molestissime ferentes utriusque pontificis cardinales, cum insidias illas fictas & commentitias existimarent, ac tum Gregorium, tum Benedictum ecclesiæ dignitati suam utilitatem anteponere arbitrarentur, continuo ab ipsis discedentes, [b] Pisas advolant, Concilium congregant, accedunt multi episcopi, qui- E bus ecclesiæ salus cara in primis erat, camque tam gravi ac diuturno schismatis morbo tot annos laborare periniquo animo patiebantur. Defertur hoc negotium gravissimum ad concilium, vocantur in jus Gregorius & Benedictus, examinatur causa: ad extremum cum illi adesse nollent, summa totius synodi approbatione utrique pontificatus abrogatur. Ac ne amplius ecclesia certo pontifice esset orbata, statim a cardinalibus, Petrus Philaretus Cretensis vir optimus atque doctissimus renuntiatur, qui Alexander V. vocatus, summa bonorum omnium gratulatione in sancti Petri sede collocatur. His peractis cum omnes gaudio exultarent, eum cardinales & synodus se jam ecclesiæ dignitati optime consuluisse, ipsique ec-

[b] Thomas Valsing in Henr. 4. Blond. loc. cit & alii.

A clesiæ sanitatem omnino attulisse existimarent, revixit continuo schisma, quod extinctum putabatur: imo vero non revixit (neque enim erat extinctum) sed cum in occulto flamma lateret, repente majore impetu erupit, majusque incendium excitavit. Cum enim Gregorius & Benedictus synodo parere, seque pontificatu abdicare nollent, statim illud in controversiam venit: Num synodus Pisana in illos animadvertere potuerit, præsertim cum eorum alteruter verus esset pontifex, tametsi uter is esset, non plane constaret. Itaque cum hoc schisma duo tantum capita haberet initio, synodusque utrumque vellet abscindere, tria simul eodem tempore subito extitere. Nam præ- B ter Alexandrum, qui in concilio pontifex fuerat constitutus, retinebat adhuc Gregorius nomen pontificis, eumque nonnullæ Italiæ civitates tamquam verum pontificem colebant: nominabatur etiam Benedictus pontifex, eumque maxima Hispaniæ pars, & nonnulli Galliæ proceres sequebantur. Erant denique tres nomine pontifices, ipsaque ecclesia, quæ in duas partes antea fuerat divisa, tunc in tres partes quodammodo distrahebatur. Sed opem tulit aliquando tantis malis Deus optimus maximus, postque turbulentas adeo tempestates, quibus ecclesia jactata fuerat, sedatis fluctibus, attulit tranquillitatem. Alexander igitur Pisis delectus, eum concilium ipsum ad C negotia ecclesiæ constituenda maxime necessariú arbitraretur, noluit illud dissolvere: attamen gravissimas ob causas in tempus magis opportunum reservavit: atque inde Bononiam profectus, paulo post morbo extinctus est, cum decem menses pontificatum gessisset. Successit in ejus locum Ioannes XXIII. qui de transferendo concilio Pisano in commodiorem aliquem locum, ad quem tutus omnibus pateret accessus, ac de restituenda ecclesia in pristinum statum serio cogitare cœpit.

Inciitabat illum, præter negotium schismatis, aliud maximum ecclesiæ detrimentum, quod eodem tempore impendebat. Cum enim Ioannes D Vuiclessus [c] Anglus, homo sceleratus, multas hæreses disseminasset, easque variis libris complexus esset, tantam perniciem hujusmodi scriptis etiam mortuus attulit, ut multi venenum illud mortiferum libẽter haurirent, ac tamquam furiosi, amentiaq; præcipites periculum summum, quod in illis latebat, quamvis admoniti vitare nollent. Quinetiam (quod mirum est) cum in Bohemiam jam libri pervenissent, tanta fuit illorum hominú stultitia, ut cum primo jussu pontificis maximi archiepiscopi, tum Cantuariensis, tum Eboracensis in Anglia, & Pragensis in Bohemia, eos libros damnassent, ac deinde Pragensis eos palam comburi jussisset, postea vero patres in synodo Romana eos libros iterum condemnassent; multi tamen plus E Ioanni Hus, qui illorum librorum, errorumque patrocinium susceperat, quam reliquis omnibus crederent; nec solum domi retinerent, verum etiã auro & argento codices pestilentissimos exornarent. Erat sacerdos Ioannes Hus, [d] & simulatione sanctitatis multos sibi in Bohemia devinxerat, in suis autem concionibus, repugnãre archiepiscopo, summis laudibus Vuiclessum efferebat, populumque ipsum tum ad ejus doctrinam amplectendam hortabatur, tum vero homo nefarius alias hæreses impudenter addebat, quas apud patres in synodo generali se defensurum esse jactabat. Cum igitur tantum malum in dies latius serperet, magnamque Bohemiæ partem occuparet, vix jam sine concilio huic detestabili pesti remedium poterat adhiberi. Huc accedebant simoniæ labes, aliaque

[c] Thomas Valsing. in Eduardo III. & Ricardo II & concil. Constant. sess. 8.

[d] Æneas Silvius histor. Bohem. c. 35. & seqq.

ANNO CHRISTI 1414.

vitia maxima, quæ occasione schismatis paulatim irrepserant, statumque ecclesiæ ita deformabant, ut etiam si nulla alia causa subesset, vel hæc una suo jure concilium postularet.

Itaque Ioannes hisce causis permotus, & Sigismundi Romanorum imperatoris alecti consilio adductus, quinto Idus Decembris anno a Christo nato 1413. *e* concilium indixit, cumque Constantiam urbem in Germania prope Helvetios sitam delegisset, ipse anno proximo *f* quinto Kalendas Novembris cum maximo ornatissimoque cardinalium, & aliorum antistitum comitatu Constantiam venit, paucisque post diebus initium concilio dedit. *g* Convenerunt ad hanc synodum multi patres, viri doctrina & probitate clarissimi; multi item viri potentia, generisque splendore, in primis vero ipse Romanorum rex Sigismundus, qui magnam speciem in eo pietatis & religionis dedit. Comitati sunt eum permulti Germaniæ atque Hungariæ principes amplissimi, qui etsi non omnes eodem tempore, semper tamen aliqui Constantiæ permanserunt. Inchoato deinde concilio, tametsi eam ob causam potissimum erat coactum, ut schisma extingueretur, nunquam tamen in eo elaborarunt patres, ut singulorum pontificum jus perpenderent, aut quis reliquis præferendus esset, rationibus & argumentis exquirerent. Erat id enim difficillimum, vixque unquam ad exitum fuisset causa perducta. Itaque patres id unum curarunt, ut illi tres pontifices de suo quisque jure decederent, aliusque verus & certus, de quo nulla posset esse dubitatio, pontifex deligeretur. Quamvis autem Ioannes XXIII. synodum congregasset, seque pontificatu cessurum promisisset, si Gregorius & Benedictus se vellent abdicare, tamen mutato consilio clam noctu, pontificiis insignibus abjectis, Constantia discessit, & se in oppidum quoddam ducis Austriæ, cujus auxilium imploraverat, metu perterritus recepit. Tulit graviter synodus Ioannis discessum, acerbeque in eum invecta est. Fuerant Ioanni præterea multa objecta crimina, de quibus continuo patres cognoverunt, judiciorumque ordine servato, primo quidem eum a pontificatus administratione removerunt: paucis vero post diebus postrema lata sententia, eidem pontificatum abrogarunt. Tulit Ioannes moderate, atque adeo suo assensu synodi sententiam comprobavit. Ac ne qua unquam dubitatio posset existere, de jure suo sponte decessit, seque pontificatu abdicavit. Atque ita est Ioannis ad exitum causa perducta. Hæc acta sunt, usque ad actionem XII. quæ habita est quarto Calendas Iunii, anno MCCCCXV.

Præterea *h* errores Ioannis Vuicleffi & Ioannis Hus examinati sunt, eorumque causa doctissimis hominibus commissa; qui cum attente libros eorum legissent, multa in iis repererunt a religione Christiana aliena: in primis vero apud Vuicleffum quadraginta quinque, & apud Ioannem Hus triginta articulos perniciosos, qui etsi non omnes in eodem impietatis gradu versarentur, aliquaque essent aliis deteriores; tamen in omnibus pestiferum latebat virus, omnesque salutari ecclesiæ doctrinæ aut omnino, aut aliqua certe ex parte adversabantur. Quare synodus articulis in medium prolatis, non solum libros damnavit, eorumque lectionem Christianis omnibus interdixit, verum etiam auctorem ipsum inter hæreticos retulit, atque anathemate perculit, & ejus ossa jussit, si quo modo agnosci possent, e sepulcro eruta concremari. Porro cum ipse Ioannes Hus Constantiam venisset, ut Vuicleffi hæreses & suas coram patribus tueretur, ac principio assentiri synodo se velle dixisset; deinde tamen ad ingenium rediens, suos & Vuicleffi errores defendere, quam veram ecclesiæ doctrinam sequi, maluit; in illisque persistens, a patribus de hæresi damnatus, vivus exustus est. Accessit ad idem concilium Hieronymus de Praga, ejusdem Ioannis socius, & eorumdem errorum propugnator acerrimus. *i* Huic fidem publicam postulanti concilium dedit, salva tamen justitia (hæc enim sunt verba synodi) quibus verbis eidem, nisi ab hæresi discederet, aperte supplicium minabatur. Ergo Constantiam profectus, primo quidem palam hæreses *l* detestatus, fidemque catholicam confessus est: sed paulo post ad pristinos errores *m* reversus, eamdemque Vuicleffi & Ioannis Hus doctrinam a synodo jam damnatam (una tantum re excepta) defendere ausus, statim suæ temeritatis & audaciæ pœnas justas debitasque persolvit. Hæc acta sunt in hæreticorum causa, quæ ut non eodem tempore sint omnia gesta, tamen cum ejusdem sint generis, consimul ea conjungere consentaneum visum est.

Restat jam, ut aliæ synodi res gestæ in medium breviter primo afferantur. Post sententiam contra Ioannem XXIII. latam, omnia magna ex parte feliciter evenere. Gregorius enim vir bonus & pius paucis post diebus, cum ecclesiæ statum videret, *n* religione obstrictus, Ioannem Dominicum cardinalem Ragusinum, & Carolum Malatestam virum clarissimum Constantiam misit; nec solum auctoritatem suam interposuit, ac per hos legatos synodum suo nomine comprobavit, verum etiam per eumdem Carolum, cui hanc rem totam commisit, magna omnium approbatione pontificatum deposuit. Accepit ex ea re concilium eximiam voluptatem, cum videret duas jam partes inter se conjunctas, tantumque reliquam esse tertiam Benedicti, eamque solam obstare, quo minus negotium gravissimum ad exitum perduceretur. Quod autem suspicarentur patres ex iis quæ viderant, Benedictum non facile cessurum, omnes nervos in eo contenderunt, ut pertinacem eius animum expugnarent. Quare, cum summa esset eo tempore Sigismundi imperatoris auctoritas, synodus *n* ipsum magnopere rogavit, ut ecclesiæ susciperet patrocinium, & ipsemet cum legatis concilii Benedictum adiret, & ad officium cohortaretur. Quod si eum adducere minus posset, Ferdinandum certe Aragoniæ regem, qui præter ceteros Benedicto favebat, & alios qui eumdem ut verum pontificem venerabantur, ab ipso Benedicto avertere, & ad delendam insignem illam maculam, & ad ecclesiam uno omnium consensu in antiquum statum restituendam, conaretur impellere. Susceperat iam antea Sigismundus negotium, egeratque per literas cum ipso Ferdinando Aragoniæ rege, ut Nicæam Provinciæ urbem ambo convenirent, ad eamdemque Gregorius & Benedictus accederent: tum vero etsi Gregorius plane iam suo officio satisfecerat, unaque tantum Benedicti pars synodo repugnabat, non solum Sigismundus iter aggressus est, verum etiam cum Ferdinandus gravi ac diuturno morbo laborans, nullo modo ad Nicæam venire posset; imperator clarissimus, cui ecclesiæ dignitas cara in primis erat, purpura & maiestate imperatoria indignum non putavit in Hispaniam se conferre, ac se rem auctoritate & potentia inferiorem, cum tam longe

e Bulla convocationis concilii, quæ in prima sess. continetur.
f Sess. I. in princip.
g Hæc omnia constant ex actis.
h Sess. 8. & 15.
i Sess. 6.
l Sess. 19.
m Sess. 21.
n Sess. 16. & 17.

ANNO CHRISTI 1414.

abesset, quoniam ita ecclesiæ expediebat, intra A Aragoniæ fines convenire. Erat Ferdinandus eo tempore Perpiniani, quod oppidum ut sit in regno Aragoniæ ditione, tamen citra montes Pyrenæos in Gallia Narbonensi situm est. Ibi Sigismundus una cum sex concilii legatis, quorum princeps erat Jacobus Turonensis archiepiscopus, magnifice ac regio apparatu acceptus, statim cum rege Ferdinando de negotio egit: deinde cum Benedicto qui ejusdem Ferdinandi opera Perpinianum venerat, atque inibi tum diu diversabatur. Obsecrarunt eum reges ac legati, ut ecclesiæ aliquando consuleret: & quoniam nihil præter ipsius voluntatem detestabili pesti depellendæ tunc obstabat, daret ipse quoque manus, tribue- B retque hoc summum ecclesiæ beneficium, ejusque utilitatem, ut virum Christianum decet, nomini & insignibus pontificis anteferret. Restitit usquequaque Benedictus, nullisque unquam precibus moveri potuit: atque adeo cum causam suam defendendam suscepisset, septem horas in tuendo suo jure & explicando consumpsit. Tantum attulit fastidium omnibus, præsertim vero Ferdinando, summa illa duri hominis pertinacia, ut Benedictus pertimuerit, ne sibi forte aliqua vis afferretur. Quapropter noctu clam ad Colliberis portum, in quo duas ipse triremes promptas habebat, celeriter profugit, ac statim portu solvens, Peniscolam navigavit. Est Peniscola oppidum C Hispaniæ citerioris apud Ilercaones non longe ab urbe Dertosa, quod oppidum ferme undiq; mari alluitur. Ibi Benedictus arcem habebat loci natura, militum præsidio, omnique rerum genere munitissimam. In ea inclusus deinceps vitam egit, nihilque amplius de abdicatione, aut de synodo audire voluit: & quamvis ab omnibus regibus & provinciis desertus, ad extremum tamen usq; spiritum retinuit pontificatus insignia. Interea Ferdinandus rex, singulari Benedicti cõtumacia commotus, ab eo discedere decrevit: eaque cum aliis regibus ac principibus qui Benedicti partes sequebantur, quamprimum communicata, prope om- D nes Ferdinandi consilium summo consensu comprobarunt; omniumque nomine missi sunt legati Narbonem, ubi Sigismundus negotii exitum expectabat. Cum igitur Narbone concordiæ conditiones essent a regum legatis propositæ, eas continuo Sigismundus, & episcopi qui cum eo venerant, acceperunt: Synodusque ipsa Constantiensis, ad quam delatæ sunt, easdem sine ulla cunctatione approbavit ᵒ: & quia longum esset omnia hujus concordiæ capita commemorare, satis erit proferre præcipua. Illud igitur primum inter regum legatos & synodum convenit, ut omnia decreta quæ a ceteris pontificibus, atque a synodo Pisana prius, postea vero a Constantiensi contra eos qui Benedictum tamquam verum pontificem E coluerunt, sunt constituta, rescinderentur, & irrita essent. Deinde ut ea quæ Benedictus ut pontifex suis concessisset, a synodo confirmarentur. Præterea ut cardinales Benedicti, si ad synodum venirent, in numero cardinalium essent, idemque honor eis haberetur, qui veris cardinalibus haberi solet. Item ut ministris Benedicti, qui ab ipso deficerent, honesta aliqua ratione synodus provideret. His rebus ita constitutis, legati Alphonsi regis Aragoniæ, qui in locum patris Ferdinandi nuper demortui successerat, ac deinceps alium regnum, Constantiam venerunt; ac tum ipsi, tum multi episcopi & abbates Hispani, aliique viri summa auctoritate præditi se (ut in pactis cautum

ᵒ Sess. 20. & 21.

erat) cum synodo conjunxerunt. Erat jam tum concilium Constantiense generale, cum trium partium, in quas ecclesia fuerat antea districta, concursus factus esset; videbaturque jam schisma magna ex parte sublatum. Sed ne ullus scrupulus amplius resideret, antequam pontifex verus ac certus designaretur, voluerunt patres de negotio Benedicti cognoscere, eique, nisi se ipse prius abdicaret, causa cognita, pontificatum abrogare. Fuit itaque Benedictus in jus vocatus: ᵖ sed contempsit ipse tum synodum, tum ejus edictum, neque unquam adduci potuit, ut adesset, aut quidquam responderet. Quare synodus hominis insolentiam graviter ferens, servata omni ex parte judiciorum forma, in Benedictum animadvertit, B sententiaque lata ipsum de variis criminibus damnavit, atque anathematis pœna prius mulctatum, omnino de pontificatu dejecit. Post hanc sententiam communi omnium consensu confirmatam, cum nihil jam prohibere videretur, quo minus pontifex ecclesiæ præfici posset, statim patres ᑫ se ad ejus electionem compararunt, & ad eos cardinales, qui tum Constantiæ aderant, alios xxx. viros probos & eruditos adjunxerunt, quos suffragii jus in ea tantum electione habere voluerunt. Ingressi sunt hi in conclave sexto Idus Novembris, & sexto post die pontifex renuntiatus est Otho Columna patria Romanus ex illustri Co- C lumnensium familia natus, vir prudentia & pietate insignis, qui quod in feriis sancti Martini esset electus, ab eo voluit nomen accipere; atque ita Martinus quintus est appellatus. Ceperunt patres omnes mirificam ex ea re lætitiam, tum quia sublato schismate pontifex jam certus erat electus, tum quia Martinus præter ceteros illo munere dignissimus videretur. Mansit pontifex Constantiæ amplius quam quinque menses: quo toto tempore quamquam generale concilium sine dubio & maximæ auctoritatis fuit, cum Martinus pontifex maximus illi præesset, non tamen multa extant ipsius concilii decreta. Tandem anno 1418. D cum jam patres qui ab initio venerant, quatuor annos & sex menses Constantiæ traduxissent, resque ipsa postulare videretur, ut absoluto negotio cujus causa venerant, & constituto gregis universi pastore, ad suas ipsi quoque oves pascendas redirent, decimo Calendas Maii concilium pontificis jussu, maximaque patrum omnium consensione est ad exitum perductum. Cujus concilii decreta, quæ ad fidem declarandam pertinent, hæresesque damnandas, sua auctoritate Martinus pontifex confirmavit. ʳ Verumtamen, quia multa restabant adhuc præcipue de Christianorum moribus corrigendis; ea omnia in proximam synodum reservata sunt: quam iam tum Martinus indixit, ˢ & post septem annos Ticini congregari E jussit. Synodo absoluta Martinus in Italiam venit, Florentiæque aliquamdiu diversatus, tandem Romam se recepit, ubi reliquam vitam egit. Ac de concilio quidem Constantiensi hactenus.

Quoniam autem hujus exitiosi schismatis quod in ea synodo fuit oppressum, adhuc superfuerunt scintillæ nonnullæ, quæ magno labore sunt extinctæ; reliquum est, ut de his mentio breviter fiat. Ac primum quidem illud liquet, Gregorium & Ioannem XXIII. ᵗ vel potius Angelum Corarium & Baltassarem Cossam, nullam postea ecclesiæ molestiam exhibuisse. Angelus enim antequam concilium absolverent, ex vita discessit: Baltassar vero cum in carcere servaretur, tandem custodibus pecunia corruptis evasit, Florentiam venit,

ANNO CHRISTI 1414.

ᵖ Sess. 23. 24. 29. & seqq.

ᑫ Sess. 40. & 41.

ʳ Sess. ult.

ˢ Sess. 44.

ᵗ Plat. in Ioan. 23. & Mart. V.

ANNO CHRISTI 1414.

venit, seque ad Martini pedes supplex abjecit; a A quo benigne exceptus, & in cardinalium collegium cooptatus, paulo post in eadem urbe morbo consumptus est, & magna funeris pompa inibi in sancti Ioannis templo sepultus. At vero Benedictus XIII. sive Petrus de Luna, septem annos post synodum Constantiensem vixit, neque unquam pontificis nomen deposuit: imo vero cum eodem tempore Alphonsus Aragoniæ rex bellum gravissimum in Italia cum Ludovico Andegavensi gereret, ac Martinus in partes Ludovici propendere videretur, iratus pontifici Alphonsus dedit operam, ut cardinales duo, qui reliqui erant post obitum Benedicti, pontificem alterum designarent. Delegerunt ipsi Ægidium Munionem B canonicum Barcinonensem, cui Clementi VIII. nomen fuit. Idem cardinales creavit, & alia obiit munera pontificia. Sed postea cum idem Alphonsus in gratiam eum Martino reduxisset, facili negotio schisma est omnino sublatum. Nam Alphonsus Borgia vir optimus ac prudentissimus, qui paucis post annis factus est pontifex maximus, tunc ad hoc negotium delectus, egit cum hoc Clemente, ac deinde Petrus cardinalis Fuxensis: tantumque uterque apud eum sua opera & auctoritate potuit, ut Clemens sponte se pontificatu abdicarit. Conjecti sunt in vincula duo illi cardinales qui eum delegerant, quia nunquam errorem deponere, neque Martino vero pontifici C obtemperare voluerunt. Atque ita demum schismatis incendio omni ex parte restincto, & Martinus unus clavum securus ecclesiæ tenuit, & ipsa summam tranquillitatem ac pacem optatissimam consecuta est.

ACTA SACRI GENERALIS CONSTANTIENSIS CONCILII.

In nomine sanctæ individuæ Trinitatis. Hic liber continet ordinationes, statuta, constitutiones, decreta, & alia acta & gesta in generali Constantiensi concilio, præsidente sanctissimo in Christo patre & domino nostro domino Ioanne divina providentia papa XXIII. recollecta, D visa, & ordinata per nos protonotarios, notarios & scribas infra scriptos, ad id per eumdem dominum nostrum papam, ipso approbante concilio, deputatos, sub annis domini, indictione, pontificatu, mensibus, & diebus inferius annotatis.

Introitus papæ Ioannis XXIII. ad Constantiam.

In nomine domini nostri Iesu Christi, anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimoquarto, indictione septima, die Lunæ quinta mensis Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri D. Ioannis divina providentia papæ vigesimitertii anno quinto, præfatus sanctissimus dominus noster E papa, qui alias continuando Pisanum generale concilium, statuit ipsum concilium iterum convocandum ad hanc civitatem Constantiensem: quam civitatem, die dominica 28. mensis Octobris proxime decursi, solenniter & honorifice intravit, & ita convocavit ad primum diem hujus mensis, ut patet per literas apostolicas, de quibus infra in sessione diei sextædecimæ hujus mensis fit mentio. Sed propter celebritatem festi omnium sanctorum, & commemorationem defunctorum, ad diem Sabbati tertiam, & deinde ipsam tertiam ex certis causis distulit ad hanc diem. In ipsa tamen die omnium sanctorum dum A idem dominus noster missarum solennia celebraret, inter ipsa solennia facto sermone ad clerum per egregium doctorem decretorum dominum Ioannem* Volim, per reverendissimum in Christo patrem D. Franciscum, sanctorum Cosmæ & Damiani, diaconum cardinalem, lecta fuit schedula hujus tenoris, videlicet:

ANNO CHRISTI 1414.
* Pol in
* Polim

Ad laudem omnipotentis Dei, & incrementum status, tranquillitatis, & pacis universalis ecclesiæ sanctæ Dei. Cum sanctissimus dominus noster D. Ioannes divina providentia papa XXIII. paterna pietate respiciens in civitate Laudensi, v. Idus Decembris, pontificatus sui anno v. continuando sacrum Pisanum & generale concilium super B reformatione status ejusdem ecclesiæ, de venerabilium fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio indixerit iterum generale concilium hujusmodi celebrandum in hac civitate Constantiensi provinciæ Moguntinensis, in proximis Calendis Novembris inchoandum, ipsum Pisanum concilium rursum continuaturus, intimat de eorumdem fratrum consilio, quod* inchabit dictum futurum Constantiense concilium, Deo favente, die Sabbati de mane proxime futura, in hac ecclesia Constantiensi, *cum missarum sermonis ac processionum celebratione in talibus consuetorum*. Datum Constantiæ Calendis Novembris, pontificatus ejusdem domini nostri C anno v.

* initiabit

Inchoatio sacri concilii Constantiensis.

Item dominus noster papa ipsa die quinta, pro felici inchoatione dicti concilii præmissa solenni processione, adstante cum mitris & habitibus pontificalibus, tam reverendissimorum dominorum cardinalium, quam archiepiscoporum, episcoporum, electorum abbatum, & aliorum prælatorum cœtu copioso, missam de sancto Spiritu in ecclesia Constantiensi solenniter celebravit: & per religiosum virum fratrem Ioannem de Vercellis, sacræ theologiæ magistrum, priorem prioratus de* Pamonte Bellicensis diœcesis, procuratorem ordinis Cluniacensis, D pronuntiatus est sermo ad clerum, pertinens ad materiam & propositum; & reverendissimus pater dominus Franciscus, sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus cardinalis prædictus, ex pulpito ligneo quod ascendit, hæc verba alta & intelligibili voce protulit, scilicet: Sanctissimus dominus noster papa, sacro approbante concilio, statuit sessionem tenendam die Veneris XVI. hujus mensis, de & super quibus omnibus & singulis magister Ioannes de Scribanis, procurator* fisci, alta & intelligibili voce per protonotarios domini nostri papæ, & clericos, & notarios cameræ apostolicæ, petiit fieri publicum* & publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

* Ymmonte
* Immonte
* f. instrumentum &

SESSIO I.

SESSIO I CONCILII

Die Veneris decima sexta mensis* Novembris, anno, indictione & pontificatu, quibus supra, sacra & universali synodo in ecclesia Constantiensi, præsidente præfato domino papa, solenniter congregata, celebrataque missa de Spiritu sancto per reverendissimum in Christo patrem dominum Iordanum episcopum Albanensem, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, de Ursinis vulgariter nuncupatum, cantatisque litaniis, & aliis devotis orationibus pie porrectis ad Deum, idem dominus noster papa inchoans, *Veritatem diligite*, Zachariæ 8. cap. & adducens Zac. 8.

* Decembris,

Sessio I. concilii

auctoritates novi & veteris testamenti, allocutus est synodum, exhortans omnes ad meditandum, & solerter insistendum super ordinandis his quæ ad ecclesiæ pacem & statum pertinent. Quo sermone perlecto, reverendissimus in Christo pater dominus Franciscus, sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus cardinalis, Florentinus vulgariter nuncupatus, stans in thalamo eminenti, ubi dictus dominus noster sedebat, alta & intelligibili voce legit schedulam sequentem, videlicet:

Ioannes episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Intendentes ad executionem eorum quæ per felicis recordationis Alexandrum papam V. prædecessorem nostrum in Pisano concilio decreta B fuerunt circa convocationem concilii generalis iterum faciendam, dum alias præsens concilium convocavimus per literas nostras, quarum tenorem hic duximus inserendum.

BULLA CONVOCATIONIS CONCILII.

Ioannes episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Ad pacem & exaltationem ecclesiæ, & tranquillitatem Christiani populi prompto corde & efficaci desiderio intendentes, ea libenter ordinamus & quærimus, per quæ hujusmodi pax & exaltatio tranquillitatis merito valeat prome- C reri. Dudum siquidem felicis recordationis Alexander papa V. antecessor noster, in sacro generali Pisano concilio tunc præsidens, ex quibusdam magnis & arduis causis eumdem moventibus, ipso approbante concilio, inter cetera decrevit, iterum generale concilium extunc ad terminum per se vel successorem suum, in loco de quo sibi vel eidem successori videretur, fore solenniter convocandum. Idemque prædecessor ea quæ circa reformationem ecclesiæ expedienda restabant, pro tunc suspendit, ipsumque concilium usque ad tempus triennii præfatum continuandum statuit, & prorogavit. Postmodum vero ipso Alexandro prædecessore nostro (sicut Deo D placuit) vita functo, nobisque divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumptis, dum tempus triennii ejusdem jam advenerat, & nos per vestigia ejusdem prædecessoris incedere, & ordinationem præfatam ab eo in concilio (ut præfertur) factam puro corde & recta voluntate adimplere properaremus, quibusdam rationibus expressis animum nostrum moventibus, concilium hujusmodi in Romana urbe (quæ paulo ante de manibus hostium recuperata, præsentiam nostram pro ipsius conservatione plurimum flagitabat) debito tempore convocavimus. Verum quia veniente postea tempore constituto, prælati & ceteri qui hujusmodi concilio interesse debebant, nequaquam in tanto numero conve- E nerunt, quantum rerum agendarum pondus & magnitudo requirere videbatur: nos post alias prorogationes per nos factas, tandem concilium ipsum ad mensem * Decembris nunc præsentem solenniter prorogavimus, ac celebrandum statuimus. Locum autem infra certum tempus reliquimus declarandum, ut interim super eo maturius consuleremus. Post hæc vero, infra dictum tempus nondum elapsum, per literas carissimi in Christo filii Sigismundi, electi in regem Romanorum, & Hungariæ regis illustris, instantissime requisiti, ut non properaremus in declaratione hujusmodi loci pro concilio faciendo, sed tam

* f. Novembris

A in declaratione loci prædicti, quam etiam in tempore dicti concilii celebrandi supersedere vellemus, donec ipse nuntios suos super hoc instructos ad nostram præsentiam destinaret: nos votis ejusdem regis, quæ ex zelo devotionis, & puritate fidei emanare conspiciebamus, annuentes, adventum præfatorum nuntiorum de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, & prælatorum, qui Romæ in generali consistorio ad hoc vocati fuerunt, voluntate, consilio & assensu duximus expectandum. Deinde cum post Romanæ urbis miserabilem casum ad nos tunc apud Florentiam existentes ejusdem regis nuntii accessissent, & ex parte B ejusdem regis multa nobis circa materiam suggessissent, eorum auditis relatibus, pro pleniori expeditione dilectos filios nostros Antonium tituli sanctæ Ceciliæ presbyterum, & Franciscum tituli sanctorum Cosmæ & Damiani diaconum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, cum plena potestate super hujusmodi electione loci & deputatione temporis, ac simul cum eis dilectum filium nostrum nobilem virum Manuelem * Chrysolarensem militem Constantinopolitanum, ad præsentiam ejusdem regis transmisimus: qui ad eum venientes, tandem de ipsius regis consilio & assensu civitatem Constantiensem provinciæ Moguntinensis pro loco hujusmodi concilii celebrandi C concorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum hujusmodi concilium statuerunt diem primum mensis Novembris proxime venturi. Deinde vero nos, qui pro quibusdam arduis & magnis negotiis cum eodem rege juxta nostrum & ipsius desiderium personaliter convenientes, certificati ab eo de habilitate, capacitate & securitate civitatis Constantiæ antedictæ, quam securitatem ipse rex se præstiturum, & in ipso concilio personaliter affuturum pollicetur, volentes, & ab intimis cupientes, ut præfata celebratio concilii salubriter impleatur, & optatum consequatur effectum, hujusmodi electionem loci & temporis (ut præfertur) factam, auctoritate apostolica tenore præsentium, de eorumdem fratrum nostrorum con- D silio & assensu ratificamus, approbamus & confirmamus, ac ei apostolici roboris adjicimus firmitatem, præfatumque concilium in civitate prædicta Constantiensi die prima mensis Novembris proxime venturi initiandum, & auctore domino exinde celebrandum, eadem auctoritate & consensu harum serie statuimus, pronuntiamus & decernimus, venerabiles fratres nostros patriarchas, archiepiscopos, episcopos & dilectos filios, electos abbates, & ceteros ecclesiarum & monasteriorum prælatos requirentes, hortantes, & monentes, ac in virtute præstiti juramenti & sanctæ obedientiæ eisdem mandantes, quatenus personaliter: nec non carissimos in Christo reges & no- E biles viros, duces, principes, marchiones, & alios qui hujusmodi concilio interesse debent, vel qui prodesse possunt quoquo modo, per viscera caritatis domini nostri Iesu Christi invitantes & exhortantes, quatenus pro pace ecclesiæ, & omnium Christianorum, etiam personaliter; vel si personaliter non possint, per solennes oratores congruo tempore concilio dicto debeant interesse: ut sic congregata fidelium multitudine copiosa, ea quæ in eodem concilio agenda incumbunt, Deo auctore & adjutore salubriter ordinentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ratificationis, approbationis, confirmationis, pronuntiationis & decreti infringere, vel

Anno Christi 1414.

* Chrysoloram

ANNO CHRISTI 1414.

vel ei auso temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laude quinto Idus Decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Qua lectione per præfatum magistrum * *Iob completa, idem dominus Franciscus cardinalis surgens & stans supra. schedulam ipsam primam residuum, legit eius residuum, cujus residui tenor talis est.*

* Ioannem.

Et subinde cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus & nostra curia ad banc ciuitatem Constantiensem venimus tempore constituto: & nunc per Dei gratiam hic existentes, cum hujus sacræ Synodi consilio intendimus insistere ad pacem, exaltationem & reformationem ecclesiæ & tranquillitatem populi Christiani: & quia in hac re tam ardua non est propriis viribus aliquid præsumendum, sed Dei adjutorio confidendum, ideo a cultu divino inchoantes, hoc sacro approbante concilio ordinavimus, quod hac ipsa die specialis missa ad hoc constituta diceretur, sicuti per Dei gratiam nunc celebrata est: quam missam etiam statuimus, & in hac, & singulis aliis ecclesiis collegiatis sæcularibus & regularibus hujus civitatis, semel in hebdomada, videlicet feria quinta, hoc sacro concilio durante, collegialiter celebrari. Et ut eo ferventius huic sacræ celebrationi fideles insistant, quo ampliori gratiæ munere senserint se refectos, omnibus & singulis vere pœnitentibus & confessis, videlicet sacerdotibus dictas missas celebrantibus, pro singulis missis unum annum, interessentibus vero quadraginta dies de iniunctis * eis pœnitentiis in domino relaxamus. Ad cujus etiam missæ celebrationem exhortamur venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, nec non patriarchas, archiepiscopos, episcopos & dilectos filios electos abbates, ceterosque in sacerdotio constitutos, ut & ipsi ad impetrandum prædictum divinum auxilium cum devotione singulis septimanis prædictam missam celebrent semel: quibus celebrantibus, & celebrationi interessentibus, similes indulgentias elargimur. Exhortamur etiam in domino omnes & singulos qui Christi nomine gloriantur, ut ad obtinendam optatam consummationem tantæ rei diligenter insistant orationibus, iejuniis, eleemosynis & aliis piis operibus, ut Deus ex nostra & ipsorum humiliatione placatus, dignetur felicem exitum huic sacræ congregationi concedere.

Præterea considerantes, quod præcipuum agendum in concilio generali, secundum laudabiles consuetudines antiquorum conciliorum, esse debet de his quæ concernunt catholicam fidem: & attendentes, quod talia propter * summam arduitatem exigant diligentiam, tempus sufficiens & studium, exhortamur omnes habentes peritiam sacrarum literarum, ut diligenter secum & cum aliis illa cogitent atque tractent, quæ eis videbuntur ad hanc rem utilia & opportuna, & quamprimum commode poterunt, illa ad nostram & hujus sacræ synodi notitiam perducant, ut tempore opportuno possint ea determinari, quæ videbuntur tenenda vel repudianda pro utilitate & incremento ipsius catholicæ fidei: & specialiter cogitent circa nonnullos errores, qui a certis temporibus dicuntur in nonnullis partibus pullulasse, & maxime circa illos qui ortum dicuntur habuisse a quodam Ioanne dicto Vvicleff. Insuper etiam exhortamur omnes catholicos hic congregatos,

* suam

A & alios ad hanc sacram synodum venturos, ut velint cogitare diligenter & prosequi, & ad nos, & ad eamdem sacram synodum perducere ea, per quæ possit ecclesia & congregatio catholicorum ad debitam reformationem & optatam tranquillitatem, Deo juvante, perduci. Nostræ namque intentionis ac voluntatis est, ut omnes hac de causa hic congregati cum omnimoda libertate possint dicere, consulere & facere omnia & singula, quæ ad præmissa putaverint pertinere.

B Vt autem nutus sit modus, qui in hujus sacræ synodi processu servandus est, tam quo ad ea quæ dicenda & determinanda erunt, quam etiam quo ad consensum & gestum & morem & compositionem, putamus in hoc recurrendum esse ad observantias antiquorum patrum, quæ maxime colliguntur ex canone Toletani concilij, cujus tenorem duximus hic inserendum.

Tolet. concil XI c. 1.

In loco benedictionis considentes domini sacerdotes, nullis debeant aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam fabulis vanis vel risibus agi, & (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. *Si quis enim* (ut apostolus ait) *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Cultum enim suum justitia perdit, quando silentium C judicij obstrepentium turba confundit, dicente propheta: *Erit cultus justitiæ, silentium.* Debet ergo, quidquid aut consultationibus considentium agitur, aut a causantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus audientiam turbent, nec judicum vigorem de tumultu enervent. Quicumque ergo in conventu concilij hæc quæ præmissa sunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis, vel risibus concilium conturbaverit, juxta divinæ legis edictum, quo præcipitur: *Ejice derisorem, & exibit cum eo iurgium:* cum omni dedecore de * confessione D abstractus, a communi cœtu secedat, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat. Et quoniam communiter contingere potest, quod aliqui ex considentibus non erunt in sedilibus debitis collocati, eodem sacro approbante concilio decernimus, quod ex sessione huiusmodi nulli ecclesiæ vel personæ præiudicium generetur.

Iacob. 1.

Isai. 32.

Prover. 22.

* f. consessione

Articulus approbationis scripturarum protonotariorum per quatuor nationes deputatorum.

Item constituit, deputat & ordinat dicta sancta synodus pro qualibet natione unum protonotarium, videlicet pro natione Gallicana Ioannem de Trambleyo, pro natione Italica Iacobum Rhodini de Ianua. pro natione Germanica Hermannum Duergh, E pro natione Anglicana Thomam Polcon. Item notarios nationum, videlicet pro natione Gallicana Michaelem de Blosonis, & Ioannem Guiardi: pro natione Italica Bartholemaeum de Guastis, & Ioannem Azel: pro natione Germanica Gumpertum Fabri. & Ciselerum Bovencen: & pro natione Anglicana Vuilhelmum Porcel. Quibus dat auctoritatem & plenariam potestatem omnia & singula in præsenti sacro Constantiensi concilio dicta, acta, actitata, promulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quæcumque gesta, facta; & omnia quæcumque imposterum dicenda, agenda, actitanda, promulganda, publicanda, legenda, petenda & quæcumque alia in & pro dicto sacro concilio, ed

dictnro

ANNO CHRISTI 1414.

dictum sacrum concilium, quomodolibet pertinentia, & facienda, & peragenda, in formam publicam redigendi, & alias conscribendi. Approbatque dicta sancta synodus omnia & singula per ipsos protonotarios & notarios in dicto sacro concilio, & ad ipsum concilium quomodolibet pertinentia, conscripta, & eam in publicam formam, quam alias in scriptis, & actis quomodocumque redacta usque nunc sub quibuscumque verbis per dictum sacrum concilium fuerint statuta, decreta, ordinata, pronuntiata, & quomodolibet definita.

Deputantur hic ministri & officiales concilii.

Quia vero ad prosecutionem hujus concilii requiruntur certi ministri & officiales, ideo hoc sacro approbante concilio deputamus infra scriptos, videlicet dilectos filios * Aragonum de Malispinis (loco cujus, quia promotus fuit postea ad ecclesiam Esinam, per nationem Italicam fuit electus & appositus dominus Iacobus Rhodini de Ianua) Paulum * de Iuvenaco, Hermannum de Doverchz, Thomam * Polteri, & Ioannem de * Trembleyo, notarios nostros, qui videndi omnes scripturas quæ in eodem concilio fient, curam habeant specialem, ita quod concorditer & ordinate fiant, sicut decens est: & omnibus ordinatis in præfato concilio se subscribant. Nec non dilectos filios magistros Antonium de Iuschis, Angelum de Reate, Iob de Gestis, & Petrum de * Irilia, præfati concilii notarios & scribas, qui subalternent notariis supradictis. Dilectum filium nobilem virum Bertholdum de Vrsinis, comitem Suavonensem & Palatinum, ipsius concilii custodem: dilectos filios magistros, Ioannem Basiræ literarum apostolicarum * scriptorem, Iacobum de * Campis, causarum palatii nostri auditorem, Angelum de * Stublionibus causarum apostolicæ cameræ auditorem, & Petrum Pauli de Iustinopoli canonicum Raveonatensem, decretorum doctores, scrutatores votorum, quorum duo ex una, alii vero ex altera præfati concilii parte vota scrutentur: & cum ipsis duo ex eisdem notariis, ac duo ex scribis supradictis in votorum * scrutamine semper debeant interesse. Dilectos filios magistros, Petrum de Anchorano utriusque juris, Simonem de Perusio juris civilis, Raphaelem de Folgosiis utriusque juris, & Ardecinum de Novaria juris civilis, doctores, præfati concilii advocatos; nec non dilectos filios magistros, Ioannem de Scribanis & Henricum de Piro, dicti concilii procuratores & promotores; magistros * Gareteum de Pistorio, Ioannem * Ponseti, Bartholomæum de * Paudo, & Michaelem Bolosonis, ordinatores sedere debentium in concilio supradicto.

* Arrogonum
* Iuvenatio
* Polcon
* Ternubio
* Trilhya
* correctorem,
* Camplo
* Stullionibus
* Balionibus
* servatione
* Garentum
* Baroncum
* Pando

Item eodem sacro approbante concilio decernimus sequentem sessionem, Deo favente, tenendam die Lunæ decima septima mensis Decembris proxime futuri.

Lectis itaque schedula & bulla prædictis, præfatus dominus cardinalis alta & intelligibili voce interrogans, sciscitatus est, utrum omnia & singula in supradicta schedula contenta ipsi sacræ synodo placerent. Ad cujus interrogationem omnes & singuli prælati in ipsa synodo existentes concorditer, nemine discrepante, responderunt, Placet. De & super quibus omnibus & singulis magister Ioannes de Scribanis fieri petiit per protonotarios ad hoc per concilium deputatos, de quibus in præmissa schedula fit mentio, publicum instrumentum, & publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

ANNO CHRISTI 1414.

Die prima mensis Martii, anno 1415. a nativitate, &c. in magna aula palatii inferioris apostolici, undecima hora post mediam noctem, domino nostro Ioanne papa XXIII. ibidem existente & præsente, ac Romanorum rege imperatore serenissimo, & quatuor congregatis nationibus inibi, fuit per dominum patriarcham Antiochenum nomine & ex parte totius concilii præsentata præfato domino nostro papa quædam schedula: sibique nomine dicti concilii fuit humiliter supplicatum per eumdem patriarcham, quatenus dignaretur dictam schedulam benigne acceptare. Et dictus dominus noster papa, recepta schedula, & ea secrete lecta, dixit quod fuit semper intentionis, dare pacem ecclesiæ, & quod ad hoc venerat Constantiam. Et etiam dixit, qualiter dicto concilio, non vi nec metu compulsus, non coactus, sed liberaliter & sponte obtulerat viam cessionis sui papatus, & obtulit, quod nunquam fuit alterius intentionis. Demum dictus dominus noster dictam schedulam legit, cujus tenor talis est: Ego Ioannes papa XXIII. &c. ut in bulla continetur. Qua lecta, fuit regratiatum dicto domino nostro papæ per serenissimum principem regem Romanorum de bona & sancta oblatione: deinde cardinales ad idem fuerunt regratiati. Demum dominus patriarcha ad idem, & etiam universitas Parisiensis ad idem. Quo facto, dominus noster voluit, quod in crastinum, qua fuit secunda Martii, teneretur sessio, in qua publicarentur hæc solenniter per eumdem.

SESSIO II.

ANNO CHRISTI 1415.

Quando dominus noster papa obtulit cessionem sui papatus.

ANNO a nativitate domini 1415. indictione 8. pontificatus quo supra, die vero Martis secunda mensis Martii fuit celebrata sessio, in qua dominus noster celebravit missam in ecclesia majori de Spiritu sancto. Qua celebrata, fuerunt lectæ solennitates, quæ consueverunt fieri in sessionibus. Demum dominus noster sedens in cathedra ante altare, conversus ad concilium ibidem congregatum, legit schedulam tenoris sequentis per dominum Vitalem patriarcham Antiochenum nomine concilii traditam, alta voce sic incipiendo:

Ego Ioannes papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, promitto, voveo & juro Deo, & ecclesiæ, & huic sacro concilio, sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu juxta deliberationem præsentis concilii, si, & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus de Corario Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatui quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos simpliciter cedant, & etiam in quocumque casu cessionis vel decessus, aut alio in quo per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei ad extirpationem præsentis schismatis. Et dum legebat illam clausulam in præscripta schedula, Spondeo, promitto, voveo, & juro Deo, flexit genua versus altare, ponendo manus ad pectus, & dixit hæc verba: Et ita promitto observare. Quo facto, imperator surgens de sua cathedra, regratiatus fuit eidem domino nostro nomine concilii & suo, flectendo genua, deponendo coronam, & osculando pedes ejusdem domini nostri. Et etiam dominus patriarcha fuit regratiatus eidem nomine concilii. Post hæc cantores inceperunt cantare: Te Deum laudamus,

ANNO CHRISTI 1415.

damus, &c. Et procurator concilii, Ioannes de Scribanis, petiit nomine concilii confici publicum instrumentum a protonotariis ac scribis sedis apostolicæ.

Et ex post de mandato domini nostri fuit super præmissa schedula oblationis, una bulla confecta.

Sessio III. concil. I. * Martii 26.

PRIMA SESSIO POST MISSAM PAPÆ, SEU TERTIA IN ORDINE SESSIONUM.

DIE * lunæ vigesima quinta mensis Martii supradicti fuit sessio generalis, in qua præsidebat dominus Petrus cardinalis Cameracensis, tituli sancti Chrysogoni presbyter cardinalis, qui dixit officium missæ, in qua rex Romanorum in habitu imperiali fuit cum suis nobilibus, prout decuit regem Romanum: cui regi assistebat dominus Franciscus cardinalis Florentinus, diaconus cardinalis tituli sanctorum Cosmæ & Damiani. In qua quidem sessione cantata missa de domina nostra de annuntiatione, factum fuit officium litaniarum cum introitu, Exaudi nos domine, quoniam benigna, &c. & collecta pro pace.

Subsequenter dominus cardinalis Florentinus juxta deliberationem sanctæ synodi pronuntiavit certos articulos, sive constitutiones, servandos ad perpetuam rei memoriam, quorum tenores sequuntur.

Primitus tamen oratione lecta, quæ fuit sumpta de libro pontificali. Tenores vero dictæ orationis & constitutionum lectarum sequuntur, & sunt tales: Ecce sanctissimi sacerdotes, præmissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione convenio, & per divinum nomen obtestor, ut ea quæ a nobis de Deo & sacris ordinibus vel sanctis moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reverentia perficere intendatis. Quod si forsan aliquis vestrum aliter quam dicta fuerint, senserit, sine aliquo scrupulo contentionis in vestrorum omnium copulatione, & ipsa de quibus dubitaverit, conferenda reducat, qualiter (Deo auxiliante) aut doceri possit, aut doceat. Deinde vos obtestatione obsecro, ut nullus nostrum in judicando aut personam accipiat, aut quomodolibet favore vel munere pulsatus, a justo judicio scienter avertatur aut discedat, sed cum tota pietate quidquid cœtus nostro se judicandum intulerit, pertractare curet; ut nec discordans contentio ad subversionem justitiæ inter nos locum inveniat, nec in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis, vel sollicitudo tepescat.

Quæ exhortatione facta, idem dominus cardinalis Florentinus, juxta deliberationem concilii & synodi prædictarum, pronuntiavit constitutiones quæ sequuntur, videlicet has.

Ad honorem, laudem & gloriam sanctissimæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti, pacemque in terris hominibus bonæ voluntatis divinitus promissam, in Dei ecclesia consequendam, hæc sancta synodus, sacrum generale concilium Constantiense nuncupata, pro reformatione & unione dictæ ecclesiæ in capite & in membris fienda, in Spiritu sancto legitime congregata, decernit, declarat, diffinit, & ordinat, ut sequitur.

Et primo, quod ipsa synodus fuit, & est rite & juste convocata ad hunc locum civitatis Constantiensis, & similiter recte & rite & juste initiata & celebrata.

Item quod per recessum domini nostri papæ de hoc loco Constantiensi, vel etiam per recessum aliorum prælatorum, seu aliorum quorumcumque, non est dissolutum hoc sacrum concilium, sed remanet in sua integritate & auctoritate, etiam si quæ ordinationes factæ essent in contrarium, vel in futurum fierent.

Sessio III. concilii.

Item quod istud sacrum concilium non debet dissolvi, neque dissolvitur usque ad extirpationem præsentis schismatis, & quousque ecclesia sit reformata in fide & moribus, & capite, & membris.

Item quod ipsum sacrum concilium non transferatur ad alium locum, nisi ex causa rationabili, & de consilio hujus concilii deliberanda & concludenda.

Item quod prælati, & alii qui debent interesse huic concilio, non recedant de hoc loco ante finitum concilium, nisi ex causa rationabili, examinanda per deputatos, seu deputandos ab hoc sacro concilio. Qua causa examinata & approbata, possunt recedere cum licentia hujus vel illorum, qui habet vel habent auctoritatem: & tunc recedens teneatur dimittere potestatem suam aliis remanentibus, sub pœnis juris, & aliis per hoc sacrum concilium indicendis, & in contrarium facientes exequendis.

Super his autem articulis lectis & approbatis per cardinales & concilium, magister Henricus de Piro, promotor & procurator concilii, nomine totius concilii & imperatoris petiit instrumentum.

SESSIO IV.
in ordine.

Sessio IV. concilii.

DIE sabbati trigesima & penultima mensis Martii supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi prædicta; & celebravit missam de Spiritu sancto dominus patriarcha Antiochenus *: in qua sessione fuit Romanorum rex in habitu & insigniis ad regem Romanorum spectantibus; & cardinalis Florentinus pronuntiavit articulos & constitutiones sequentes: * *mane ante prandium, in qua fuerunt ducenti patres, &c. Et fuit ibidem peractum officium de Spiritu sancto, cujus officii missam celebravit dominus patriarcha Antiochenus. In qua sessione fuit Romanorum rex in habitu & cum insigniis ad regem Romanorum spectantibus. Nec non reverendi patres domini Iordanus de Ursinis, Angelus Laudensis, Antonius de* Salancho, *Antonius Aquilejensis, Amadeus Salutiarum, Ludovicus de Flisco, Guilielmus sancti Marci, Alamannus Pisanus, Franciscus Florentinus cardinalis. Officio vero missæ facto, legebantur litania cum introitu*, Exaudi nos domine. *Quibus factis, statim dominus cardinalis Florentinus legebat quasdam constitutiones servandas per concilium, quarum tenores sunt inserti inferius. Quibus lectis & approbatis per generalem synodum, sive concilium, Henricus de Piro procurator & syndicus nationis Germanicæ, petiit sibi fieri nomine dictæ nationis a nobis notariis concilii, & eorum quolibet, ipsius concilii nomine, unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Sic similiter procuratores & syndici omnium nationum, regis Romanorum, universitatum studiorum, & ambasiatorum, præsentibus ibidem illustribus principibus, Friderico burgravio Nurembergensi, Rodulpho duce Saxoniæ, comite Swartzburgensi, magistro curiæ regis Romanorum, comite Bertholdo de Ursinis, ambasiatoribus regis Franciæ, Angliæ,*

* Calancho,

Sessio IV. concilii.

Anglia, Polonia, Norvegia, Cypri, Navarra; nec non Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, marchione Montisferrati, aliisque pluribus nobilibus, & reverendis patribus in multitudine copiosa, testibus, &c.

Tenor vero dictarum constitutionum, de quibus supra fit mentio, sequitur, & est talis.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Hæc sancta synodus Constantiensis generale enncilium faciens, pro extirpatione præseotis schismatis, & unione ac refnrmatione ecclesiæ Dei in capite & in membris fienda, ad laudem omnipotentis Dei, in Spiritu sancto legitime coogtegata, ad consequendum facilius, securius, liberius & uberios unionem & teformationem ecclesiæ Dei, ordinat, disponit, statuit, decernit & declarat, ut sequitur.

Et primn, quod ipsa synodus io Spiritu sancto congregata legitime, generale enncilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repręsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, nbedire tenetur in his qoæ pertinent ad fidem & exturpationem dicti schismatis, & reformationem generalem ecclesiæ Dei in capite & in membris.

Item quod sanctissimus dominus oostet papa Ioannes vigesimus tertius Romanam curiam, & officia publica illius, vel illorum officiarios, ab hac civitare Constantiensi ad alium locum non muter aut transferat, seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat, sine deliberatione & consensu ipsius sanctæ synodi; & hoc, quo ad illos officiarios, vel illa officia, per quorum absentiam concilium verisimiliter dissolueretur, vel lædetetur. Et si contrarium fecisset, seu faceret in futurum, aor aliquos processus, seu mandata contra dictos officiarios, vel alios quoscumque huic concilio adhærentes, etiam censuras ecclesiasticas, aut alias pœnas quascumqoe continentes, ut ipsum sequerentur, fulminasset, fulminaret, seu fulminaverit, id totum sit irritum & inane, nec eisdem ptocessibus, censuris & pœnis, tamqnam irritis & inanibus, quomodolibet obediendum fore, & eas & eas irritat: quinimo dicti officiatii in dicta civitate Constantiensi suis officiis utantur, & illa exerceant libere ut prius, quamdiu ipsa sacra synodus in eadem civitate eclebrabitur.

Item quod omnes & singulę translationes prælatotum, nec noo privationes eorumdem, aut aliorum beneficiorum qoorumcumque, commendarum aut dnnationum revocationes, monitiones, censuræ ecclesiasticæ, processus, sive acta & gesta, gerenda, ageoda & fienda per præfatum dominum nostrum, aot suos nfficiarios, seu commissarios, in læsionem concilii, seu adhęrentium eidem, a tempore sui recessus, enotra adhærentes huic sacro concilin, vel existentes in eodem, aut io ipsorum præjudicium, seu alicujus eorumdem, quomodolibet ipsis invitis facta vel fienda, factæ vel facti, faciendæ vel faciendi, ipso jure sint nolla, cassa, irrita & inania, cassæ, irritæ & inanes, ac nullius toboris vel momenti, ex sua auctoritate cassat, irritat & annullat.

Item fuit declaratum & conclusum, quod de qualibet natione eligantur tres, qui cognoscant de causis recedere volentium, & pœnis recedentium sine liceotia infligendis.

Item quod pro bono vnionis non creentur novi cardinales. Et ne fraude vel dolo dicantur facti dudum cardinales aliqui, declarat sacrnm concilium pro non cardinalibus haberi, qui non erant cardinales publice reputati & tenti in recessu ejusdem domini nostri papæ a civitate Constantiensi.

Anno Christi 1415.

Item placeat reverendissimis paternitatibus *, *quod qualibet natio habeat eligere duos deputatos, qui vel eorum duo habeant cognoscere de causis recedere volentium, atque habeant potestatem referendi præsidenti, qui erit pro tempore: qui præsidens habebit auctoritatem dandi licentiam secundum casus exigentiam: procuratores dimittendo, ac pœnas infligere recedentibus licentia non obtenta. Et quod in præmissis habeat dictus præsidens potestatem auctoritate præsentis concilii, juxta relationem & certificationem dictorum deputatorum.*

* vestris.

Quibus lectis & approbatis per generalem synodum, Henricus de Piro, pnmotot concilii, petiit fieri a notariis concilii & eorum quolibet, ipsius concilii nomine, instrumentum, & instrumenta, præsentibus ibidem illustribus principibus Friderico burgravio Nnrembergensi, Rodulpho duce Saxoniæ, comite de Svvartzburg, magistro curiæ regis Romanorum, comite Bertholdo de Vrsinis, ambasiatnribus regis Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Norvegiæ, Cypri; nec non Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, & aliis pluribus in multitudine copiosa.

Eadem die hora vesperarum, vel circa, ad supplicationem regis Romanorum fuerunt omnes deputati omnium nationum, & quamplures ambasiatores regum, principum, universitatum studiorum, congregati in ecclesia majori Constantiensi; ubi serenissimus Romanorum rex prælibatus proposuit, qualiter alias dominus Riginaldus de Carneto archiepiscopus Rhemensis, portasset literam creditivam de domino Ioanne papa vigesimotertio: qua recepta idem dominus archiepiscopus dixit sub nomine papæ, qualiter ipse recessisset de civitate Constantiensi, quod hoc erat propter aerem sibi inconvenientem, non propter aliquam impressionem, vim, vel metum aut timorem, sibi illatam seu illatum, inferendam seu inferendum per ipsum dominum regem, neque suos. Et alias prout dixit constare apud acta mei notarii. Modo autem haberet idem papa scribere dominis cardinalibus hic existentibus contrarium, videlicet, quod propter timorem ipsius domini regis, & aliorum dominorum suorum, recessit. Et ad finem, quod omnis homo scire possit tunc verba proposita & dicta per dictum dominum archiepiscopum Rhemensem nomine dicti domini papæ, supplicavit ipsi domino archiepiscopo, ut ipse surgeret, & referret ambasiatam suam tunc ipsi regi nomine papæ factam. Qui dominus Riginaldus archiepiscopus levavit se, & dixit, quod nuper post recessum papæ de Constantia, ipse mittebatur per dominos ambasiatores regis Franciæ suos collegas, ad oppidum Schafhusen. In quo reperiebat papam in vigilia palmarum, referens & exponens papæ sibi injuncta per suos collegas. Quo exposito, papa sibi dixit, quod non deberet recedere, quin loqueretur sibi, cum vellet sibi aliqua committere relativa carissimo filio suo regi Romanorum, & aliis Constantiæ existentibus: & si in casu, quo ipsemet non committeret sibi, tunc faceret sibi dici per dominum cardinalem de Salancho, qui ibidem similiter

ANNO CHRISTI 1415.

*ter existebat. Ipseque dominus Riginaldus archiepiscopus ivit ad certam cameram, ibidem pausandi; & post eius dormitionem venit ad eum dominus de Salancho, & injunxit sibi certa quæ deberet referre domino regi, & aliis certis Constantiæ existentibus, nomine papæ, dans sibi quatuor brevia. Quorum unum domino regi, aliud cardinalibus, tertium ambasiatoribus regis Franciæ, & quartum ambasiatoribus universitatis studii Parisiensis. Receptisque per eum hujusmodi brevibus & informationibus a dicto domino cardinali de Salancho nomine papæ, recessit de Schafhusen, rediens ad Constantiensem civitatem. Ascendensque palatium papale, reperit ibidem serenissimum principem regem Romanorum sæpe dictum cum dominis cardinalibus, cumque ambasiatoribus regis Francorum, ambasiatoribus studii Parisiensis, & aliis deputatis nationum, porrigens ibidem brevia sibi commissa, & præsertim breve directum Romanorum regi. Quo viso & lecto, ipse de mandato domini papæ, & eius iussu dixit, qualiter dominus noster papa non recessisset de Constantia ob aliquam impressionem, vim, metum, timorem, sive aliam causam, sive culpam, quam posset imponere domino regi, neque suis; sed propter sanitatem corporis: & offeret se impleturum omnia quæ promisisset in concilio Constantiensi, & quod diligeret dominum regem sicut unquam, & libenter vellet secum convenire, si contingeret ipsum ire Niciam ad Petrum de Luna, & secum conferre de modo unionis & reformatione ecclesiæ: & alia dixit, prout superius in eius relatione continetur, in die Lunæ post diem palmarum facta: & illa dixit tunc, quod papa injunxisset sibi, non obstante quod acceperat ab ore cardinalis de Salancho, cum unum & idem reputasset papam & cardinalem de Salancho, quo ad hujusmodi relationem: & si aliqui dicerent vel scriberent contrarium, non posset in contrarium: & quod satis admiratur de hoc. Cardinalis vero de Salancho, qui ibidem erat præsens, dixit, quod papa injunxisset sibi talia dare in mandatis, licet dixit, quod deberet dicere, quod non propter impressionem, vim, metum, aut timorem domini regis præcise, sed bene ob timorem aliquorum nobilium de curia sua, de quibus habuisset papa timorem. Sed de persona regis non diffidisset, quam diligit sicut unquam. Super quibus serenissimus dominus rex Romanorum petiit ibidem per protonotarium sedis apostolicæ, concilii, nationum, aliosque notarios & tabelliones ibidem existentes, fieri unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Similiter ambasiatores regis Francorum nomine archiepiscopi Rhemensis, & magister Benedictus de universitate Parisiensi, præsentibus ibidem ambasiatoribus * Sueciæ & Poloniæ regum, filia marchionis Montis ferrati, Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, Rodulpho duci Saxoniæ, aliisque ambasiatoribus, prælatis & doctoribus in numero copioso.*

* f. Suediæ

SESSIO V.

SESSIO V. CONCILII.

Die sabbati sexta mensis Aprilis, anno a nativitate domini 1415. indictione octava, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi deputata, in qua fuit serenissimus Romanorum rex præfatus in veste imperiali cum nobilibus suis ministrantibus sibi in insigniis. In qua sessione inter alios cardinales ibidem existentes præsidebat concilio dominus Iordanus episcopus Albanensis, cardinalis de Vrsinis. Et cantabatur missa de domina nostra per dominum Raynaldum archiepiscopum * Ravennatem, fueruntque pronuntiati articuli & constitutiones sequentes per reverendum dominum Andream electum Posnaniensem.

* *Remensem.* *Qua cantata, juxta ritum aliarum sessionum legebantur litaniæ cum introitu,* Exaudi nos domine, *&c. & collecta pro pace unionis, ac evangelio *, & hymno,* Veni creator Spiritus, *&c. præsentibus ibidem dominis, Angelo Laudensi, Antonio Aquilejensi, Guilelmo sancti Marci, Antonio de * Salancho, Almanno Pisano, presbyteris; Amadeo Salutiarum, & Francisco Florentino, diaconis cardinalibus: absentibus vero Ioanne Vivariensi, Petro Cameracensi, Francisco Venetiarum, & Ludovico de Flisco, cardinalibus, licet in dicta civitate præsentibus, ut publice ferebatur. Dictoque officio missæ, litaniis cantatis & dictis, surrexit de mandato totius sanctæ synodi reverendus pater dominus Andreas electus Poznaniensis, & certa capitula per modum constitutionum synodalium, prius per singulas quatuor nationes conclusa & deliberata, legit & publicavit: quorum tenores sequuntur, & sunt tales.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Hæc sancta synodus Constantiensis generale concilium faciens, pro extirpatione ipsius schismatis, & unione & reformatione ecclesiæ Dei in capite & in membris, ad laudem omnipotentis Dei, in Spiritu sancto legitime congregata, ad consequendum facilius, securius, liberius unionem & reformationem ecclesiæ Dei ordinat, diffinit, decernit, & declarat, ut sequitur. Sup. sess. 4.

Et primo declarat, quod ipsa in Spiritu sancto legitime congregata, concilium generale faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & reformationem dictæ ecclesiæ in capite & in membris.

Item declarat, quod quicumque cujuscumque conditionis, status, dignitatis, etiam si papalis, qui mandatis, statutis seu ordinationibus, aut præceptis hujus sacræ synodi & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis, vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo.

Item diffinit & ordinat dicta sancta synodus, quod dominus Ioannes papa XXIII. Romanam curiam, & officia publica illius, vel illorum officiarios de hac civitate Constantiensi non mutet ad alium locum, seu transferat, seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat, sine deliberatione & consensu ipsius sanctæ synodi. Et si contrarium fecisset, aut faceret in futurum, aut aliquos processus, seu mandata contra dictos officiarios, aut alios quoscumque huic sacro concilio adhærentes, etiam censuras ecclesiasticas, vel alias pœnas quascumque continentes, ut ipsum sequantur, fulminasset, fulminaret, seu fulminaverit, totum id sit irritum & inane, nec eisdem processibus, censuris & pœnis, tamquam irritis & inanibus, quomodolibet obediendum fore: quinimo dicti officiarii

Sessio V conc. LII.

ciarii in dicta civitate Constantiensi suis officiis A utantur, & illa exerceant libere ut prius, quamdiu ipsa sancta synodus in eadem civitate celebrabitur.

Item, ordinat & diffinit, quod omnes & singulæ translationes prælatorum, nec non privationes eorumdem, aut aliorum beneficiatorum, officialium, administratorum, quarumcumque commendarum & donationum revocationes, monitiones, censuræ ecclesiasticæ, processus, sententiæ, & quæcumque acta, gesta, gerenda, agenda & fienda per præfatum dominum Ioannem papam, aut suos officiarios & commissarios, in læsionem dicti concilii, seu adhærentium eidem, a tempore inchoationis ejusdem concilii, & con- B tra adhærentes huic sacro concilio, vel existentes in eodem, aut in ipsorum seu alicujus eorumdem præjudicium, quomodolibet ipsis invitis facta vel fienda, factæ vel facti, faciendæ vel faciendi, auctoritate hujus sacri concilii ipso facto sint nulla, cassa, irrita & inania, cassæ, irritæ & inanes, ac nullius roboris vel momenti, ex eadem auctoritate cassat, irritat & annullat.

Item declarat, quod dominus Ioannes papa & omnes prælati, & alii ad hoc generale concilium vocati, & alii in eodem concilio existentes, in plenaria libertate fuerunt & existunt, ut visum est dicto sacro concilio, nec ad notitiam dictorum vocatorum, seu dicti concilii contra- C rium deductum est: & hoc testificatur dictum sacrum concilium coram Deo & hominibus.

Item declarat, decernit, statuit & diffinit dicta sancta synodus, quod dictus dominus noster papa renuntiare tenetur, nedum in quocumque casu in schedula oblationis suæ comprehenso, sed etiam in quocumque, in quo sua renuntiatio afferre potest magnam & evidentem utilitatem ad bonum unionis ecclesiæ Dei: quodque super hoc dictus dominus noster papa declarationi & diffinitioni hujus sacri concilii stare tenetur.

Item statuit, diffinit, decernit, declarat & deliberat dicta sancta synodus, quod si dictus dominus D *noster requisitus pro bono unionis per hoc sacrum concilium, papatui renuntiare contempserit, vel plus debito distulerit, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, pro abjecto a papatu omnibus Christi fidelibus habeatur, & omnis obedientia eidem sit subtracta.*

Item statuit, diffinit & decernit dicta sancta synodus, quod recessus dicti domini nostri papæ a civitate Constantiensi clandestine factus, fuit illicitus, bonoque unionis ecclesiæ Dei præjudicialis & nocivus. Quodque dictus dominus noster papa requirendus est ex parte dicti sacri concilii, quod ad illud revertatur, facturus & adimpleturus quod promisit, vovit & juravit pro unione danda ecclesiæ Dei: & cum intimatione, quod si infra ter- E *minum sibi ex parte dicti sacri concilii præfigendum, ad ipsum concilium redire contempserit, aut plus debito distulerit, contra eum tamquam fautorem schismatis & suspectum de hæresi procedetur, ut requirunt sacræ & canonicæ sanctiones.*

Item statuit, diffinit, decernit & declarat dicta sancta synodus, quod si dictus dominus noster papa ad ipsum sacrum generale concilium redire voluerit, & quæ promisit, vovit & juravit, efficaciter juxta deliberationem dicti sacri concilii pro dicta unione adimplere, eidem provideatur de bona securitate, quod nec ante renuntiationem, nec post capietur, aut incarcerabitur, nec alias in per- A *sona vel bonis molestabitur. Quinimo in plena securitate & libertate tenebitur & tuebitur per dominum regem Romanorum serenissimum, & etiam per dictum generale concilium. Et ulterius de bono statu eidem domino nostro, & suis familiaribus post dictam renuntiationem habendo, ad arbitrium quatuor per eum, & aliorum quatuor per dictum sacrum concilium eligendorum, provideatur. Quibus peractis, supradictus reverendus pater dominus Andreas electus Poznaniensis, in materia fidei & super materia Ioannis Hus legebat quædam avisamenta, quæ sequuntur, & sunt talia.*

Anno Christi 1415.

Primo, quod juxta determinationem doctorum sacræ theologiæ & juris canonici confirmatur & B *approbatur sententia lata in concilio Romano de damnatione & doctrina Ioannis Wicleff, etiam per combustionem librorum ejusdem.*

*Item, quod in eadem sessione committatur materia fidei per hoc sacrum concilium cum plena auctoritate, quo ad doctrinam ipsius Ioannis Wicleff, necnon Ioannis Hus & suorum sequacium, reverendissimis patribus dominis Cameracensi & sancti Marci cardinalibus, nec non domino episcopo Dolensi & abbati Cistercii, qui etiam assumptis doctoribus theologiæ & juris canonici, videant super materia Ioannis Hus, * hic propter errorem ipsius Ioannis Wicleff; quibus etiam assignetur regimen hic processus causa per commissarios contra eumdem Ioannem Hus facti.* (* f. detenti)

C *Item, quod iidem domini commissarii videant de modo procedendi super condemnatione articulorum quadragintaquinque in specie, in Parisiensi & Pragensi universitatibus condemnatorum super materia Ioannis Wicleff.*

Item, quod scribantur literæ missivæ regibus, principibus, ducibus, comitibus, universitatibus studiorum per mundum, ex parte hujus sacri concilii de recessu papæ, & aliis circa præmissa occurrentibus; & quod quatuor prælati ex quatuor nationibus deputandi auctoritate ejusdem concilii, dictas missivas suis sigillis una cum sigillo serenissimi principis regis Romanorum sigillent & corroborent. Super quibus concilium respondebat: Placet.

D ¶ *Item; & subsequenter idem dominus Andreas electus per simile avisamentum verbale proposuit, & per modum consultationis, quod necessarium esset, quod concilium supplicaret domino regi Romanorum hic præsenti, super reductione domini Ioannis papæ XXIII. ad civitatem Constantiensem, præsentem requirendo eum, quod adimpleret promissa facta ecclesiæ, & concilio Constantiensi, cum honore ipsius papæ, & in libertate ejus. Responsumque fuit, Placet, per concilium.*

Ad hoc enim respondendo surrexit rex Romanorum, proferendo & dicendo, quod scit, quod dictus dominus Ioannes papa est in oppido Louffemburg Basileensis diœcesis, & in manibus Friderici ducis Austriæ. Nescit si supplicaret sibi, quod rever- E *teretur, an vellet redire ad concilium & civitatem Constantiensem: etiam si libenter vellet redire, an posset: quia forsan eum dux non vellet dimittere de manibus suis. Sed quidquid sit de hoc, idem rex Romanorum obtulit se ad omnia mandata & præcepta concilii, & in casu quo ipsi concilio placeret, sibi papæ scribere, & eum rogare ut rediret, & dirigere salvum conductum juxta deliberationem concilii pro ipso papa & omnibus secum redire volentibus, & ante & post, dummodo redire vellet, & adimplere promissa. Etiam in casu, quo concilium vellet, obtulit se idem dominus rex paratum, quod vellet ire, & dare omnem operam ad reducendum*

ipsum

ANNO CHRISTI 1415.

ipsum papam, etiam ipso duce volente, vel nolente. Responsum fuit communiter per concilium: Placet. Idem etiam dominus rex proposuit, qualiter misit exercitum suum gentes armorum contra ducem Austriæ versus & contra oppidum Scafhusen, in quo aliqui cardinales & curiales esse dicuntur. Dans in mandatis illustri principi Friderico burgravio Nurembergensi capitaneo suo, ut mandaret dici dictis cardinalibus in Schafhusa existentibus, ceterisque curialibus, & aliis redire volentibus ad Constantiam civitatem, quod nomine ipsius regis dictis dominis cardinalibus & curialibus redire volentibus dare deberet salvum conductum, & eos facere conduci per gentes libere cum eorum personis, familia & rebus, ad civitatem Constantiam. Qui dominus Fridericus burgravius juxta commissionem misit dictis dominis cardinalibus & curialibus dici verbo, & in scriptis. Et ad ipsorum dominorum cardinalium notitiam devento, rescripserunt ipsi Friderico burgravio, quod non vellent salvum conductum suum, nec redire ad civitatem Constantiensem, neque etiam sequi dominum Ioannem papam XXIII. sed ire ad urbem Romanam; & similis opinionis essent cardinales, qui essent Constantiæ. Protestans nihilominus dominus rex, quod sit paratus dare ipsis cardinalibus & papæ, ac quibuscumque redire volentibus salvum conductum suum juxta deliberationem & ordinationem concilii, & eos facere reduci per gentes suas libere ad præsentem civitatem Constantiensem, & nolentibus ad habere, si qua impressio, ac alii casus fortuiti & eventuales iis acciderint, velle esse excusatus. Super quibus omnibus & singulis a protonotariis & tabellionibus ibidem præsentibus petiit fieri publica instrumenta, præsentibus testibus supradictis.

Ad illud respondendo surrexit reverendissimus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus nomine suo & aliorum dominorum cardinalium ibidem præsentium, dicens, quod domini cardinales qui remanserunt in civitate Constantiensi, omnes post recessum papæ de Constantia, ipsi existentes in palatio apostolico concordarunt in hoc: videlicet, quod si dominus noster papa vellet sequi viam quam obtulit, videlicet cessionis, ipsi vellent eum sequi & fovere prout tenerentur, & eum defendere & tueri in honore suo. Et in casu quo declinaret ab ea via, & non adimpleret promissa, vellent ab eo desistere, & remanere cum concilio: & usque hunc non fuit ipsis visum juxta ejus scripta & dicta, quod declinaret in contrariam viam. propterea salvassent honorem suum de hoc, quod cardinales (ut dicitur & refertur) scripserunt, & dicunt de Schafhusa, quod non velint venire, neque sequi papam, sed ire Romam. Et quod ejusdem intentionis cardinales Constantiæ existentes existant, nihil constat sibi, neque aliis dominis cardinalibus Constantiæ existentibus, mirando satis, unde hujusmodi relata procedant.

Ultime fuit per eumdem dominum Andream electum Poznaniensem propositum, quod in ultima sessione fuit conclusum & deliberatum, quod nullus recederet, aut recedere deberet de concilio non obtenta licentia, licet compertum sit contrarium, & quod aliqui recedunt in habitu dissimulato, & tunc fuisset petitum, licet non conclusum, quod executio contra tales ita recedentes deberet fieri per dominum regem, & pœna infligi, juxta deliberationem præsidentis concilio: fuit per ipsum Andream propositum & dictum, si adhuc placet illis, respondeat concilium, Placet. Fuitque responsum per concilium: Placet.

Super omnibus hic per modum avisamenti propositis, & alias per modum supplicationum, &c. dictis & conclusis, hinc inde præfatus magister Henricus de Piro promotor hujus concilii, nomine & ut procurator nationis Germanicæ, petiit per reverendos patres dominos sedis apostolicæ protonotarios & tabelliones quoscumque unum & plura super his publicum & publica, instrumentum & instrumenta, ad perpetuam rei memoriam.

Quibus articulis, sive constitutionibus lectis, dictum concilium eos & eas uniformiter approbavit & conclusit. Super quibus Henricus de Piro promotor & procurator ipsius concilii, nomine ejusdem concilii petiit instrumentum.

SESSIO VI.

SESSIO VI. CONCILII.

DIE Mercurii decima septima mensis Aprilis supradicti, fuit sessio generalis in cathedrali ecclesia Constantiensi supradicta celebrata: in qua primo, juxta morem & ritum aliarum sessionum, fuit celebratum officium de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Nicolaum archiepiscopum * Guezneosem, & cantatæ litaniæ ac orationes more aliarum sessionum, cum evangelio: *Ego sum pastor bonus.* In qua sessione fuit rex * Romanorum in insigniis regalibus, cui assistebant domini Iordanus de Ursinis, & Angelus Laudensis, episcopi cardinales. Et eidem sessioni præsidebat pro tunc reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, vicecancellarius, cardinalis Vivariensis. Et ascenderunt ambonem, in quo publicari solent constitutiones, & alia avisamenta in concilio, reverendi patres episcopus Atrebatensis pro natione Gallica, archiepiscopus Rigensis pro natione Germanica, Lichfeldensis episcopus pro natione Anglicana, & abbas Florentinus pro natione Italica. Et de mandato concilii fuerunt pronuntiati articuli sequentes per dictum dominum Atrebatensem.

* Gnesnen.

Ioan. 10.

** Romanorum in suis insigniis imperialibus, cum suis nobilibus: & eidem sessioni præsidebat dominus Ioannes episcopus Ostiensis, cardinalis Vivariensis, præsentibus octo aliis cardinalibus. Qua missa finita, ac hymno, Veni creator Spiritus, & evangelio,* Ego sum pastor bonus, *&c. solenniter finitis, ascendebat ambonem, in quo legi & publicari solent articuli & constitutiones & alia avisamenta proponenda in concilio, episcopus Atrebatensis pro natione Gallicana, archiepiscopus Gueznensis pro natione Germanica, Thomas Polton sedis apostolicæ protonotarius pro natione Angliæ, & Abbas Florentinus pro natione Italiæ: & de mandato sanctæ synodi episcopus Atrebatensis legit & pronuntiavit articulos alias per quatuor nationes deliberatos, hujusmodi sub tenore.*

Ioan. 10.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Hæc sancta synodus Constantiensis generale concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, ad consequendum facilius pacem & unionem ecclesiæ Dei, decernit, declarat, ordinat, statuit, diffinit, ut sequitur.

Et primo decernit & declarat, procuratorium super renuntiatione papatus facienda per dominum Ioannem papam XXIII. per quatuor nationes hujus sacri concilii deliberatum & ordinatum, esse bonum, utile & expediens pro unione sanctæ matris ecclesiæ.

Item decernit & declarat, quod dictus dominus Ioannes papa XXIII. tenetur dare & facere

SESSIO VI. CONCILII.

ANNO CHRISTI 1415.

dictum procuratorium, ad cedendum papatui pro bono unionis & pacis ecclesiæ, juxta formam schedulæ per ipsum oblatæ: cujus procuratorii tenor sequitur in hunc modum.

Procuratorium dandum per papam Ioannem XXIII. decretum per concilium.

Ioannes episcopus servus servorum Dei.

Pridem ad laudem omnipotentis Dei, pacem & quietem totius populi Christiani, unitatisque ecclesiæ consummationem, ac extirpationem præsentis schismatis, generali Constantiensi approbante concilio, viam cessionis papatus libere obtulimus, illamque per nos fiendam cum effectu, promissione, voto & juramento firmavimus, sicuti in quadam schedula per nos in sacro concilio lecta latius continetur, & est talis.

Sup. sess. 2.

Ego Ioannes papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, promitto, voveo & juro Deo & ecclesiæ & huic sacro concilio, sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu juxta deliberationem præsentis concilii, si, & quando Petrus de Luna, Benedictus XIII. & Angelus de Corario, Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatui quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos simpliciter cedant, & etiam in quocumque casu cessionis vel decessus, aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei ad extirpationem præsentis schismatis. Ne autem proventus tanti boni quibusvis sortis humanæ casibus impediri valeat, aut modo quolibet retractari, sed expedite desideratum producat effectum, quod desideriorum nostrorum maximum est, ad dictam cessionem & renuntiationem faciendam in omni casu in dicta schedula præfatæ obligationis nostræ comprehenso, procuratores nostros & nuntios speciales in plenaria libertate & securitate constituti, sponte & ex nostra mera liberalitate constituimus & ordinamus tales & tales, & ex ipsis quoslibet duos, ipsisque ex eis quibuslibet duobus cedendi & renuntiandi nostro nomine & pro nobis papatui concedimus omnimodam auctoritatem, facultatem & potestatem, ita quod occupantis conditio melior non existat, nec per occupationem aliorum potestas impediatur. Et quod duo quicumque ex dictis procuratoribus constitutis, sive aliis contradicentibus, ignorantibus & irrequisitis, & coram nobis præsentibus, & cessionem personaliter facere volentibus, vel quod per alios quam per nos renuntiatio fieret, quomodolibet contradicentibus, uti eodem procuratorio possint, valeant & debeant ipsius renuntiationis actum expedire, paciscentes & extunc contrahentes pacto & contractu irrevocabilibus, cum sancta universali ecclesia, & hoc sacro Constantiensi concilio, ipsam universalem ecclesiam repræsentante: promittentes, voventes & jurantes Deo & ecclesiæ, & dicto sacro concilio, quod nunquam dictos procuratores, aut eorum aliquem, & potestatem illis modo præmisso concessam, ex quavis occasione & causa orta vel oritura, etiam a iure expressa, & propter quam causam vel causas constitutus procurator revocatur, tacite vel expresse revocari potest vel possit, directe vel indirecte, revocabimus; nec ipsum procuratorium ratione formæ aut personarum constituendarum, vel constitutarum, impugnabimus; nec contra ipsum procuratorium, aut personas constitutas in eodem, quoquo modo, de jure vel de facto, in judicio vel extra excipiemus: quodque non diximus aut fecimus, nec dicemus aut faciemus in futurum, vel directe vel indirecte, quo minus dicti procuratores potestate sibi data in eodem procuratorio, juxta ejus tenorem libere uti possint & valeant, renuntiantes expresse omnibus exceptionibus & juribus, quæ nobis competere possent de jure vel de facto, in præsenti vel in futuro, circa revocationem, annullationem, invalidationem procuratorii & procuratorum hujusmodi: quas quidem exceptiones & jura nolumus in hac parte aliqualiter nobis suffragari. Et hujusmodi constitutionem & formam procuratorii, nec non renuntiationem per duos ex eis (ut præmittitur) fiendam, valere volumus & statuimus, non obstantibus quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & aliis inhabilitudinis sententiis, a jure, a nobis, vel alio quocumque in eos, vel eorum aliquem, quacumque auctoritate vel causa promulgatis, seu promulgandis, quibus forsan nunc, vel tempore cessionis & renuntiationis hujusmodi, seu interim procuratores hujusmodi, seu aliqui eorumdem sunt vel erunt ligati, quos & quorum quemlibet ad hujusmodi procuratorium accipiendum, & prædictam renuntiationem faciendam, absolvimus & habilitamus per præsentes, non obstantibus etiam aliis contrariis quibuscumque: volentes, quod renuntiatio hujusmodi per eos fienda perinde valeat, ac si cessionem hujusmodi personaliter fecissemus: supplentes etiam de plenitudine apostolicæ potestatis omnes defectus in hac nostra constitutione procuratorum, si qui intervenerint; ita quod hujusmodi procuratores per quascumque clausulas, etiam contra naturam constitutionis procuratorum in ea expressas, ipsi & ejus effectui nocivas aut inutiles, seu in ipso utiles & necessarias non expressas, sed deficientes, cujuscumque tenoris vel effectus existant, nequeat quoquo modo impugnari, sed firmum & validum in omnibus & per omnia existat, ac si in eo clausulæ necessariæ vel utiles existerent expressæ: quod quidem procuratorium, quo ad totalem ejus effectum, firmum & validum volumus remanere: quodque ad clausulas hujusmodi observandas, quæ essent contra naturam constitutionis procuratorum, si quæ essent appositæ, nos ex certa scientia, omni via & modo, quibus melius possumus, promittimus, juramus, & obligamus Deo & ecclesiæ, ac dicto concilio, declarantes ac statuentes ex superabundanti ipsa jura in quantum volunt, concedunt, aut favent, procuratorem vel procuratores ex certis causis, vel alias revocari posse, vel irrevocabiliter non constitui ea, quantum ad casum prædictum expresse, & ex certa nostra scientia, cum hic agatur de statu universalis ecclesiæ, & pace, ac publica utilitate totius Christianitatis, volumus locum non habere, nec præjudicium aliquod afferre. Nec nos per præmissam procuratorii constitutionem, ab obligatione qua fuimus adstricti ad renuntiationem papatus facere juxta deliberationem dicti sacri concilii, in quocumque casu in dicta schedula obligationis nostræ comprehenso, volumus quomodolibet liberari: quinimo illam in suis integritate, robore & firmitate persistere & permanere, quousque per cessionem vel decessionem hujusmodi, aut alium casum quemcumque in prædicta schedula nostræ obligationis comprehensum

Anno Christi 1415. sum, unio perfecta fuerit in ecclesia sancta Dei. A Et si quovis modo contingeret, hujusmodi procuratorium aut procuratores revocare, etiam cum adjectione harum dictionum, videlicet, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio & assensu, seu ipsum procuratorium, seu procuratores ipsos invalidare, impugnare, aut annullare, seu contra ipsum procuratorium vel procuratores, de jure vel de facto, & ex quavis causa vel occasione excipere, seu ipsos procuratores directe vel indirecte, quo minus juxta tenorem ipsius procuratorii potestate, auctoritate & facultate sibi data libere uti valeant, possint & debeant, impedire, in omnibus B & singulis casibus prædictis exnunc prout extunc, ipsi papatui cedimus & renuntiamus ipso facto, & deinceps pro non papa haberi ab omnibus Christi fidelibus volumus penitus & decernimus, absolventes exnunc a juramento fidelitatis & obedientiæ debito ligamine omnes & singulos dictæ Romanæ ecclesiæ cardinales, nec non patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, prælatos, ac nostros & sedis apostolicæ officiales, ac etiam nostros familiares & officiarios Romanam curiam sequentes, & quoscumque alios ecclesiæ fideles, ecclesiasticos & sæculares, cujuscumque status, gradus vel conditionis existant, ac etiam totum populum Christianum, quos etiam tenore præsentium absolvimus, & ultra præmissa promittimus habere ratum & gratum, C quidquid per prædictos procuratores, aut eorum duos, actum, gestum, factumve fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum, firmiter habiturum sine aliqua contradictione. Datum, &c.

Quod papa constituat in procuratorio personas infra scriptas.

Item decernit, ordinat, diffinit & declarat, quod dictus dominus Ioannes papa in dicto procuratorio ad dictam suam renuntiationem faciendam, præter alios quos constituere velit, constituat procuratores suos personas infra scriptas. Et primo pro natione Gallicana, dominos Theobaldum archiepiscopum Bisuntinum, Guillermum D episcopum Ebroicensem, Ioannem episcopum

* Gentiani Gebennensem, magistrum Benedictum* Gentiam, magistrum in theologia, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Italica, Pileum archiepiscopum Ianuensem, Antonium episcopum Concordiensem, Iacobum episcopum Adriensem, & Iacobum episcopum Tarvisinum. Pro natione Anglicana, Nicolaum episcopum Bathoniensem, Robertum episcopum Saresbiriensem, Ioannem episcopum Lichfeldensem, Thomam abbatem sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Germanica, Ioannem archiepiscopum Rigensem, Ioannem epi- E scopum Lutomuslensem, Petrum episcopum Ripensem, Andream electum Poznaniensem. Omnes constituat, vel saltem de qualibet natione duos.

Concilium deputat legatos ad requirendum papam super procuratorio faciendo.

Item deputat dicta sancta synodus, ac constituit & ordinat ex parte hujus concilii suos legatos infra scriptos. De dominis cardinalibus, reverendissimum patrem dominum tituli sancti Marci, & Florentinum, cardinales. Pro natione Gal-

* Gerardi licana, * Theobaldum episcopum Carcassonensem, Ioannem* Datani in theologia, Iacobum de Spars in medicina, magistros. Pro natione Italica, episcopum Feltrensem, abbatem sanctæ Mariæ de Florentia. Pro natione Germanica, Conradum abbatem Pinganiensem, Lambertum de Stipite, decretorum doctores, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Anglicana, Thomam Polrensem protonotarium sedis apostolicæ, Bernardum de Planhea decretorum doctorem, ordinis sancti Benedicti, ad dictum dominum Ioannem papam XXIII. ad petendum & requirendum ex parte dicti concilii, quod constituat procuratores ad renuntiandum papatui, infra duos dies, B postquam fuerit requisitus, & procuratorium ad dictam renuntiationem faciat & expediat pro bono unionis & pacis ecclesiæ, sub dicta forma, & sub bulla.

Sessio VI. Concilii.

* Decem

Quod prælati prædicti requirant papam, quod veniat ad concilium.

Item decernit & ordinat, quod dicti legati ipsum Ioannem papam exhortentur, & requirant ex parte sacri dicti concilii, ut veniat ad hanc civitatem Constantiensem, sive ad villam Vlmæ, aut ad villam Ravenspurg, vel ad civitatem Basileensem, ad tractandum & perficiendum per eum, quantum in eo, omnia & singula quæ expedire videbuntur pro unione & reformatione ecclesiæ, per hoc sacrum concilium deliberata & C deliberanda.

Quod dicti legati portent papæ securitates debitas.

Item quod dicti legati securitates debitas ex parte hujus sacri concilii, & serenissimi principis domini regis Romanorum, ipsi domino Ioanni papæ portent, & cum effectu realiter illi offerant atque tradant, casu quo juxta præmissa ad alterum de dictis locis cum effectu accedat.

Item quod dictus dominus Ioannes papa promittat & juret unum de prædictis locis eligere infra duos dies, post requisitionem super hoc eidem faciendam computandos, & infra decem D dies a tempore dictæ requisitionis, ad dictum locum per eum eligendum accedere, & abinde non discedere sine consensu dicti concilii, vel quousque præmissa fuerint cum effectu adimpleta. Et in casu quo oppositum faceret, recedendo sine consensu dicti concilii, vel præmissa non adimplendo, extunc prout exnunc consentiat per bullam haberi pro non papa, &c. cum clausulis opportunis. Et si non consentiat, tunc propter hæc & multa alia procedatur contra eum, tamquam contra notorium fautorem hujus schismatis, & suspectum hæreticum pravitatis, ut fuerit juris & rationis.

E

Quod supersedeatur a processu contra papam, donec habeatur responsio.

Item quod pendentibus istis, supersedeatur de citatione & processu contra eum faciendo, donec super præmissis habeatur ejus responsio, dummodo salvus conductus ducis Austriæ in forma petita infra horam sessionis diei crastinæ, quæ erit Iovis decimaoctava præsentis mensis Aprilis, pro dictis legatis & cardinalibus mittendis habeatur. Et si non habeatur infra dictum terminum, decernatur citatorium per edictum, & alias procedatur contra dictum dominum Ioannem papam, ut fuerit rationis.

SESSIO VI. CONCILII.

Si papa adimpleverit præmissa, cessabitur a citatione.

Item quod in casu quo dictus dominus Ioannes papa pro bono pacis & unionis ecclesiæ præmissa adimpleverit cum effectu, & dictum sacrum concilium super eisdem contentaverit, cessabitur a citatione & processu, & agetur secum de securitate & provisione status ejus cum omni caritate & honestate.

Quod dominus vicecancellarius signet supplicationes consistoriales, partibus auditis.

Item decernit, diffinit & ordinat dicta sancta synodus, quod dominus cardinalis Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarius, supplicationes consistoriales de justitia, partibus auditis, & alias ut in talibus in publico consistorio est fieri solitum, signet & expediat: quod si non fecerit, procedatur contra eum, ut fuerit rationis.

Dantur commissarii contra Ioannem Hus.

Item quod in materia fidei contra Ioannem Hus auctoritate hujus sacri concilii procedant archiepiscopus Ragusinus pro natione Italica, pro natione Germanica episcopus * Flebbiensis, magister Ursinus Talvenda pro natione Gallicana, magister Guillermus Corne pro natione Anglicana, in sacra pagina magistri, causam dicti Ioannis Hus & suorum sequacium examinando, & in illa procedendo usque ad diffinitivam sententiam inclusive.

* f. Frisingen. al. Frebbien. al. Slesuicen.

Commissarii prædicti recipiant relationem dominorum cardinalium.

Item quod prædicti commissarii recipiant relationem dominorum cardinalium, Cameracensis tituli sancti Marci, & Florentinensis, de processu facto super condemnatione librorum & articulorum, tam quadragintaquinque in Parisiensi & Pragensi, quam etiam ducentorum sexaginta in Oxoniensi, studiis facta: nec non super condemnatione memoriæ Ioannis Vuicleff, ac confirmanda sententia lata in concilio Romano super condemnatione & combustione librorum prædicti Ioannis Vuicleff: & relationem super præmissis faciant nationibus & huic sacro concilio, quam citius commode illam facere poterunt.

Decernitur citatio contra Hieronymum de Praga.

Item decernit dicta sancta synodus citationem contra Hieronymum de Praga de hæresi infamatum, quodque dicta citatio contra eum exequatur in forma quæ sequitur.

Sacrosancta Constantiensis synodus generale concilium faciens, in Spiritu sancto fideliter congregata, universalem ecclesiam militantem repræsentans, Hieronymo de Praga, qui se magistrum in artibus quam plurimorum studiorum fore scribit & prætendit, quæ recta sunt, ad sobrietatem, & non amplius sapere quam oportet. Scriptum quoddam tamquam ex tui persona affixum in portis ecclesiæ civitatis Constantiensis, alias die Dominica qua cantabatur in ecclesia Dei, Quasi modo geniti, ad nostram notitiam noveris pervenisse, in quo tuis obtrectatoribus crimina erroris & hæresis tibi objicientibus, te asseris publice responsurum, de quibus apud nos multipliciter infamatus existis, & præsertim de doctrina Ioannis Vuicleff, nec non aliis doctrinis catholicæ fidei obviantibus, dummodo ad veniendum tibi salvus & securus conductus præbeatur. Et quia nostrum principaliter interest, capere vulpeculas vineam domini sabaoth conantes demoliri, idcirco personam tuam tamquam de multorum errorum doctrina temeraria assertione suspectam, & multipliciter diffamatam, evocamus & citamus præsentium sub tenore, quatenus infra terminum quindecim dierum a data præsentium computandorum, quorum quindecim dierum, quinque pro primo, quinque pro secundo, & reliquos quinque dies pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica tibi præfigimus & assignamus in publica sessione hujus sacri concilii, si ipso die sessio fuerit celebrata; alias prima die sequenti, qua sessionem esse contigerit, compareas secundum tenorem prædicti tui scripti, responsurus ad ea quæ tibi aliquis vel aliqui in causa fidei voluerit objicere, recepturus & facturus in omnibus justitiæ complementum, ad quod a violentia, justitia semper salva, omnem salvum conductum nostrum, quantum in nobis est, & fides exigit orthodoxa, præsentium tenore offerimus, & etiam plenius assignamus: certificantes, quod sive in dicto termino compareas, sive non, nihilo minus contra te per ipsum sacrum concilium, vel ejus commissarios, vel commissarium, lapso termino supra dicto, procedetur, tua contumacia in aliquo non obstante. Datum Constantiæ in sessione concilii generalis decima septima die mensis Aprilis, sub sigillis præsidentium quatuor nationum.

Rom. 12.

ANNO CHRISTI 1415.

Cant. 2.

Contra famose libellantes.

Item inhibet hæc sancta synodus omnibus, cujuscumque status, gradus, dignitatis vel conditionis existant, ne libellos famosos per se vel per alium, seu alios, faciant contra quemcumque in hac civitate Constantiensi existentem, sub pœna excommunicationis, quam, monitione canonica præmissa, contra facientes contrarium fert in his scriptis, etiam sub pœna carceris. Quodque contra tales qui in præmissis culpabiles seu infamati reperientur, procedatur auctoritate hujus sacri concilii, ut fuerit rationis.

Concilium decernit literas missivas per mundum, informatorias de gestis synodalibus.

Item decernit sancta synodus, literas missivas ad dominos reges, principes & universitates per nationes hujus sacri concilii ordinatas & ordinandas, quam citius fieri poterit fore mittendas, sub sigillis quatuor prælatorum & quatuor nationum præsidentium.

Post quorum articulorum publicationem fuit petitum per dictos dominos, Atrebatensem & alios sibi assistentes, an placeret. Et fuit responsum per omnes, nemine discrepante, Placet, approbando. Et promotor concilii petiit instrumenta fieri. Dominus vero vicecancellarius, quantum ad articulum eum contingentem, respondit, quod vellet signare commissiones de justitia, sed non quæ contra jus scriptum.

*Quibus factis & auditis, providus vir magister Henricus de Piro promotor præfatus, nomine concilii & nationum, ac omnium quorum interest, super omnibus lectis, publicatis & approbatis, ordinatis atque diffinitis, petiit sibi fieri per nos protonotarios sedis apostolicæ, ibidem de quatuor nationibus, videlicet Iacobum Rodini de Ianua pro natione Italica, Thomam * Polton pro natione Anglicana, Benedictum præpositum Albæ regalis pro natione Germanica,*

* Polton

Anno Christi 1415.

Sessio VI. concilii.

*Germanica, & Ioannem de Ternubie pro natione Gallicana, existentes, ceterosque notarios quatuor nationum, & alios tabelliones publicos, unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum sive instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem illustribus & magnificis viris dominis Rompoldo duce Silesiæ, Ioanne Iacobo filio marchionis Montisferrati, Friderico comite de Oetingen, Alberto pincerna de Suiden barone, Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, ambasiatoribus regis Angliæ, Norvegiæ, * Sueciæ & Daciæ, Poloniæ, Franciæ, Cypri, & aliis, &c.*

* f. Suediæ

Subsequenter vero venerabilis & circumspectus vir dominus Benedictus magister theologiæ, ordinis sancti Benedicti, unus de ambasiatoribus universitatis studii Parisiensis, ascendebat dictum ambonem, ubi hujusmodi decreta sive publicationes per concilium fieri solent: & legebat ibidem certas literas missivas directas, videlicet unam concilio, aliam ambasiatoribus præfatæ universitatis. In qua fuit insertus tenor alterius literæ missivæ directæ papæ Ioanni per eamdem universitatem, quorum tenores inferius sunt inserti: Recommendans nihilominus universitatem prædictam concilio memorato, offerens eamdem ad beneplacitum & confortationem concilii memorati. Tenor vero literarum missivarum ambasiatoribus universitatis Parisiensis directarum sequitur, & est talis.

Venerabilibus & eruditis viris nostris fidelibus & sincere dilectis nuntiis ad sacrum generale concilium Constantiense nostra ex parte destinatis. Graviter & cum magna cordis acerbitate ferimus, venerabiles viri, magistri & amici dilectissimi, sanctissimi domini nostri discessum. Nihilominus sua vota atque juramenta amplectentes, & ea omni studio prosequi volentes, eidem domino nostro scribimus in forma quæ sequitur: Pacem ecclesiasticam, beatissime pater, tot annis totque laboribus & expensis quæsitam, per vestram sapientiam atque caritatem videtur operatura divinitas, si sacri Constantiensis concilii ac vestræ sanctitatis idem fuerit animus pariter & affectio. Neque tantum valebit dividentis malignitas, quin vobis in unum convenientibus, Spiritus sanctus animos fidelium in pacem agat & unitatem: cujusmodi concordia non sine divino motu nuper dedit studiosam operam vestra sanctitas, cum ecclesiæ sanctæ dare pacem per viam [pu]ræ & simplicis cessionis, aliis per Pisanum concilium de papatu ejectis similiter cedentibus, ac etiam in quocumque casu haberi possit unio, spopondit, juravit & vovit. In quo patuit aff[ect]us religiosæ pietatis, & veri patris ad filios debita compassio. Nam si vera mater probatur per Salomonem, quod maluit materno carere titulo, quam puerum permittere funestæ sectioni: quanto magis summus pontifex paternam affectionem patefecerit, si ecclesiæ jam diu lamentabiliter divisæ redintegrationi suum dominatum posthabuerit, atque præsidentiam. Itaque non modo cum mente & intentione sacri concilii, verum etiam cum piis desideriis totius Christianitatis & cunctorum mortalium, quos nulla istic agitat insania, his votis atque [ju]ramentis vestra sanctitas videtur egisse. Non quod in hoc facto ejectis de papatu sit deferendum, quamvis & eorum animos in domino lucrifacere satagere debetis: sed quia tot populis & regnis ac nationibus illos sequentibus, & fortassis in alterationem immensæ discrepationis alias ventura, consuli oportuit: quorum salutem vestra præsidentia in vestris votis & juramentis prætulisse videmini. Quod si operis ab affectu probatum prosecutumque fuerit, quamdiu terrenum orbem mortale genus incolet, vestras laudes celebrabit omnis ætas. Et pro abdicatione honoris momentanei, cum merito præmii sempiterni erit vobis paratum nomen ceteris longe gloriosius. Verum, beatissime pater, in hac re nos unus movet scrupulus, quod audivimus vestram sanctitatem a Cōstantia Schafusam secessisse. Non enim est ille locus potior ad amplitudinem sacri concilii ad tantam rem gerendam: deinde Constantia per vestram sanctitatem fuit electa, & per vestram obedientiam humiliter recepta, ceteris etiam gratior videbatur, utpote gravis, locuples, ornata civitas. Nec videtur quomodo tali vulneri medelam afferre possit hæc mutatio. Postremo in ea urbe vestra sanctitas habebat amantissimum, Christianissimum & invictissimum imperatorem, qui tranquillitatem & securitatem præstare poterat, & injurias omnes propulsare. Habebat sacrum collegium cardinalium, quod non modo pro securitate vestra, verum etiam pro honore vestro atque gloria usquequaque decertasset. Habebat denique totam ecclesiam sibi obedientem, longe ceteros superantem. In qua erat non minima Galliarum natio, quæ non minimo quidem verbo vestram sanctitatem offendi permisisset. Ubinam igitur, sanctissime pater, persona vestra celebrius, securius atque devotius tractabitur, quam in urbe vobis devota, per vos electa, cum ecclesia vestra, cum imperatore Christianissimo, & cum ceteris de vestris votis & juramentis sanctissimis vestra clementia omni die congratulantibus? Non est aliquis tam ignarus rerum, tam rudis in re Christiana, tam nihil unquam de publica pace ac salute cogitans, quin intelligat, ubi in sacramento pacis dandæ manebit sanctitas vestra, concilium sacrum ac ejus partes universas omnem reverentiæ cultum, quem mortalem mortali præstare fas est, vestræ personæ præbituras. Postea cogitet sanctitas vestra, clementissime pater, quid est in tractatu quærendæ pacis a sacro concilio discedere, quid dissidere. An primum suspectum? an secundum damnatum? Et si probabilis discedendi caperetur occasio, nulla tamen inveniretur dissidendi. Quod si hoc velle quisquam videbitur oppugnantium, viderit ne sacri Pisani concilii validius callidi sentiant inconcussa fundamenta. Absit, beatissime pater, ut in tanta re sanctitas vestra a sacro concilio discordet: hoc enim esset ab ecclesia Dei discordare. Absit a gloria nominis vestri, quod sacrum concilium sine præsentia vestra rem tam grandem tractet vel terminet. Vestri est, sanctissime pater, ut nullum in hac re habeatis priorem, nec perseverando fortiorem. Propterea supplices vestram sanctitatem oramus, & per sanctam ecclesiam, extra quam qui se ponit, se perdit, obsecramus, ac etiam per pacem aspersionis sanguinis Iesu Christi vos, pater, obtestamur, ut viscerum misericordiæ Dei nostri memores, in sacris votis & juramentis vestris maneatis, & Constantiam ad vestros fratres & filios devotissimos, imo ad ecclesiam Dei & vestram redeatis, ovili dominico papatus ambitione & dominandi libidine turpiter diviso, pacem universalem cum consilio ecclesiæ illic congregatæ daturi. Nec in hoc adduxerit sanctitatem vestram male consulentis pernicies, ut occasione talis discessus, vel quæsita dilationis complendi juramenti, pax universalis per diem retardetur: nec prælatis sumptibus & tædio confectis, ac sancta synodo dissipata, tantarum rerum voluminum rupta compage diffluant, majori postea periculo revocanda: imo properet sanctitas vestra sacræ synodi consiliis acquiescere, & ejus conclusiones executioni feliciter deman-

3. Reg. 3.

SESSIO VI. CONCILII.

demandare. Vestram sanctitatem, &c. Et quia de A *Constantiensis concilii fortitudine ac perseverantia gerimus in domino fiduciam, cum quo sumus firmiter processuri, speramus vestris laboribus in melius revocari concilium, unite ad hanc pacem quasitam ferventius laborare, atque ex fortuna non optata consequi finem optatiorem. Unde vos hortamur majori incumbere labori, & hanc nostram mentem literis prasentibus insertam, universis patefacere, & nobis sapius quoque supra hoc grata rescribere. Dirigat mentes & personas vestras, & conservet altissimus feliciter. Datum Parisiis in congregatione nostra generali, apud sanctum Bernardum super hoc specialiter celebrata, die secunda mensis Aprilis.*

Rector & universitas studii Parisiensis.

Litera missiva universitatis Parisiensis, destinata archiepiscopis, episcopis & doctoribus Italicæ nationis.

FELICITER *ecclesia successisse Dei, reverendissimi patres & domini, nuper existimavimus, cum & Deo volente & vobis pro debito vocationis vestra coagentibus, dominus noster summus pontifex viam vovit cessionis, atque juravit. Hinc in tanta animorum alacritate Deo gratias egimus, ac tanta devotione in sacrum Constantiense concilium fuimus permoti, ut hoc divinum concilium arbitraremur.* C *Unde magis miramur, quod dominus noster ab eo modo tali discesserit, prasertim cum ex eo fuerit cum summa laude ecclesia Dei fructum amplissimum allaturus: nec venit in mentem nobis, istum discessum posse prastare unionis incrementum. Equidem, reverendissimi patres, ex multis papatum vel ambientibus, vel occupantibus, bona verba sape audivimus, sed postea conatus eorum percepimus pollicitis obviantes: non quod istud de sanctissimo domino nostro cogitet nostra filialis devotio, sed quia inniti debemus, ne minima quidem macula schismatis ab adversariis sibi posset impingi. Cognoscites quantum sit periculum, in tractatu pacis ecclesiastica papam a concilio generali discedere; quantum nefas, ab eo diffidere.* D *Propterea egregiam nationem velimus exoratam in domino, ut in concilio generali Constantiensi persistat, domino nostro ad concilium generale redire persuadeat, ac vota & juramenta domini nostri amplectentes, pacem ecclesiasticam, nulla subterfugiendo discrimina, prosequatur. Eamdem nationem vestram prastantissimam tueatur summa aternitas. Scriptum in congregatione nostra generali apud sanctum Bernardum super hoc specialiter celebrata, secunda die mensis Aprilis.*

Subscriptio litera.

Benevoli vestri rector & universitas studii Parisiensis.

* *Subscriptio pradicta litera.*

* Superscriptio

E *Reverendissimis in Christo patribus, archiepiscopis, episcopis, doctoribus, & aliis dominis Italicam nationem in sancta & universali synodo Constantiensi reprosentantibus.*

SESSIO VII.

SESSIO VII. CONCILII.

ANNO a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, & domini nostri, domini Ioannis divina providentia papæ XXIII. anno quinto, die Iovis secunda mensis Maii, fuit sessio generalis in ecclesia Constantiensi majori supradicta, ad hoc deputata mane hora Tertiarum, in qua fuit serenissimus princeps Sigismundus rex Romanorum A & Hungariæ, &c. cum suis insigniis regalibus, & nobilibus in prædictis sibi servientibus, & in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, cardinalis Vivariensis. *Et domini, Angelus Laudensis & Iordanus de Ursinis cardinales, ipsi domino regi nomine dictorum cardinalium assistebant. Et antequam aliquid fieret, more solito* fuit * cantata missa de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Ioannem archiepiscopum Ragusinum: qua cantata, legebantur litaniæ, &c. more aliarum sessionum.

ANNO CHRISTI 1415.

* *Fuit officium litaniarum cum introitu, Exaudi nos domine, &c. collectis & hymno, Veni creator Spiritus, & aliis orationibus more aliarum sessionum,* B *devote dictum & cantatum. Prasentibus ibidem reverendissimis patribus, Blanda Placentino, Guilelmo sancti Marci, Landulpho Barensi, Amadeo Saluciarum, Ludovico de Flisco, & Francisco Florentino, cardinalibus, ultra alios tres cardinales * prasidentibus & astantibus nominatos.*

* al. pro prasentibus & ast.

Quibus quidem peractis, procedendo ad ulteriora, reverendi patres, Pileus archiepiscopus Ianuensis ad legendum & publicandum quæ legenda & publicanda erant, ad approbanda ea per concilium: ad approbandum vero eadem, Ioannes patriarcha Antiochenus pro natione Gallicana, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, Ioannes archiepiscopus Rigensis pro natione Germanica, & Thomas Guil- C lermus abbas sanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natione Anglicana, deputati per quatuor nationes, ascenderunt ambonem, *sive locum, in quo publicationes, declarationes, ordinationes, sive sententia more ipsius synodi legi & publicari solent, pro hac vice ad infra scripta publicanda, legenda, responsiones danandum, & ordinanda, per nationes quatuor pradictas deputati. Quibus dominis (ut profertur) nomine synodi ibidem existentibus, providi viri magistri Henricus de Pire & Ioannes de Scribanis de Placentia, tamquam promotores, instigatores, sive procuratores dicta synodi, ipso Henrico loquente, accusarunt contumaciam cujusdam Hieronymi de Praga, alias citati, & non comparentis,* D *neque in hujusmodi causa qua contra eum commissa extitit, super sibi objiciendis, & materia fidei respondentis, sive in causa hujusmodi ulterius, prout juris fuerit procedere, procedique videre curantis, accusarunt: ipsumque contumacem reputari petierunt, & in ejus contumaciam citationem aliat contra eum decretam repetierunt, eamque cum ejus executione facta in valvis certarum ecclesiarum civitatis Constantiensis factis, & in scriptis reduxerunt. Eumdemque Hieronymum de Praga ulterius citari mandare per audientiam publicam literarum contradictarum Romana curio, per sanctam synodum instanter postularunt. Quam quidem citationem & ulteriorem processum reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, tamquam prasidens,* E *& tota synodus, nemine discrepante, ipsi Henrico de Pire promotori, instigatori, syndico & procuratori id petenti concesserunt atque decreverunt, & eam ad proximam sessionem fieri voluerunt.*

Quibus citatione & processu decretis, iidem magistri Henricus de Pire & Ioannes de Scribanis, nomine quo supra, exposuerunt, quantis periculis prasens schisma ecclesiam Dei laceravit, & fidem catholicam non in modico diminuebat: quod tamen sperabatur extingui, & pax dari ecclesia per vota, promissiones & juramenta domini Ioannis papa XXIII. in prosenti concilio Constantiensi facta; licet idem Ioannes papa in reprobum sensum datus,

de

ANNO CHRISTI 1415.

de loco concilii & præsenti civitate Constantiensi, ut dictum schisma diutius nutriret & foveret, noctis tempore habitu transformato, in scandalum & vituperium totius ecclesiæ & fidei catholicæ sive orthodoxæ diminutionem, fugiebat, se successivis temporibus ad diversa loca declinando, cum hoc omnia mala quæ dici & excogitari possint, committendo, prout hæc & alia in quadam papyri petitionam schedula, quam ibi in suis tenebat manibus, eamque de verbo ad verbum perlegit, plenius continentur. Quapropter ut provideatur de remedio opportuno, idem magister Henricus sibi citationem personalem per edictum contra dictum Ioannem papam XXIII. ejusque fautores, receptatores & sequaces, legitimam, & per simile edictum in Romana curia affigendum, per sanctam synodum in Spiritu sancto legitime congregatam, decerni & concedi postulavit: ulterius dari & decerni eidem Ioanni papæ ad comparendum, & aliis comparere volentibus, per eamdem synodum & illustrissimum regem Romanorum ibidem præsentem, prælibatum salvumconductum. Quos quidem salvumconductum & citationem reverendi patres domini, patriarcha Antiochenus pro natione Gallica, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, Ioannes archiepiscopus Rigensis pro natione Germanica, & Thomas abbas sanctæ Mariæ extra muros Eboracensis pro natione Anglicana, præfati, loco quo supra judiciali concesserunt & decreverunt, videlicet ad novem dies post executionem, ipsamque citationem fieri voluerunt in formam publici instrumenti cum subscriptionibus quatuor notariorum quatuor nationum, & sigillis quatuor prælatorum dictarum quatuor nationum muniri & corroborari. Serenissimus vero Romanorum rex præfatus dixit, quod placet, quod detur sibi salvus conductus nomine sui & synodi, & ea protestatione, in quantum idem dominus rex tenetur sibi dare de jure & servare sibi salvum conductum sibi datum, & non alias. Protestatione domini regis facta.

Henricus de Piro promotor concilii, petiit decerni & concedi per ipsam synodum citationem contra Ioannem papam & ejus fautores, &c. Et ulterius eidem Ioanni papæ ad comparendum, & aliis comparere volentibus, per eamdem synodum, & illustrissimum Romanorum regem ibidem præsentem, salvumconductum concedi. Quibus concessis verbo per totam synodum & Romanorum regem, dictus reverendissimus pater dominus Pileus archiepiscopus Ianuensis legebat citationem decretam contra Ioannem papam & suos sequaces ac receptatores, hujusmodi sub tenore.

Tenor citationis contra Ioannem papam XXIII.

Sacrosancta Constantiensis synodus generale concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, universis Christi fidelibus unionem & pacem ecclesiæ, ac gaudium sempiternum.

Pridem post clandestinum recessum domini Ioannis papæ XXIII. ab hac civitate Constantiensi, & hoc sacro generali concilio Constantiensi, unionis & pacis ecclesiæ turbativum & impeditivum, ipsamque etiam ecclesiam scandalizantem, per nonnullos prælatos & alios notabiles viros, ad eum ex parte hujus sacri concilii legatos transmissos, eumdem requiri ac moneri fecimus cum debita instantia, quatenus ad ipsum sacrum concilium, & ad hanc civitatem Con-

SESSIO VII CONCILII.

A stantiensem rediret, ea quæ pertinebant ad extirpationem præsentis schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris faciendam, impleturus, & cum effectu facturus, sicut promiserat, voverat, juraverat, & in suis literis super convocatione dicti concilii concessis, se facturum publicaverat: & cum id facere nolle, facto, non redeundo, & ad loca magis longinqua fugiendo, ostenderet, fuimus per venerabiles viros magistros, Henricum de Piro licentiatum in decretis, & Ioannem de Scribanis de Placentia, causarum & negotiorum hujus sacri concilii promotores & procuratores, instanter requisiti, quatenus ipsum dominum Ioannem papam XXIII. criminibus hæresis, fautoriæ hujus præsentis B schismatis, simoniæ, mala administratione, notoria dilapidatione bonorum & jurium Romanæ ecclesiæ, & aliarum ecclesiarum, & aliis criminibus gravibus non dum infamatum, sed illis notorie in scandalum universalis ecclesiæ irretitum, & in suis actibus & operibus, vita ac moribus notorie ecclesiam Dei scandalizantibus, incorrigibilem: qui sic (ut præmittitur) clandestine, de nocte, hora suspecta & habitu transformato, a dictis civitate & concilio generali fugit & recessit, gregem dominicum ut mercenarius deserens, generalemque reformationem ecclesiæ & hæresum extirpationem, per dictum sacrum concilium in capite & in membris faciendam, evitare C cupiens: ad redeundum & revertendum ad civitatem Constantiensem & hoc sacrum concilium generale, debite compellere, & etiam ad hoc per edictum publicum in valvis ecclesiarum & aliorum locorum (ut est moris) affigendum, citare & evocare personaliter, citationemque super hoc in forma juris decretam contra eum & ejus fautores, receptatores & sequaces decernere & concedere, interdicta sibi exnunc omni alienatione, & alias in & super præmissis contra eos procedere dignaremur, prout requirunt canonicæ sanctiones. Nos autem considerantes petitionem hujusmodi rationabilem, justam & consonam juri, indemnitati ecclesiæ universalis & ani- D marum periculis providere volentes, & nulli in exhibendo justitiam deficere (sicuti nec debemus) intendentes, in causa & causis & negotio hujusmodi rite & mature procedere, ac dante domino justitiam ministrare, ut tenemur, inquisitione super infamia prius per nos diligenti præhabita: considerantesque quod ad locum ad quem idem dominus Ioannes papa sic discedendo, imo verius fugiendo, contumaciter accessit, & residere dicitur de præsenti, ejusque domicilium, sive hospitium, pro hujusmodi citatione exequenda minime tute adiri posse, nec ad eum, seu propinquiorem locum, quam ad hanc civitatem Constantiensem haberi possit tutus accessus, E auctoritate Christi ecclesiæ præfatæ veri sponsi, qua fungimur in hac parte, per hoc præsens publicum edictum in sessione publica dicti sacri concilii, nec non in audientia publica literarum contradictarum more Romanæ curiæ solito legendum, ac valvis, seu portis loci audientiæ sacri causarum palatii apostolici, nec non palatii apostolici, sive domus episcopalis Constantiensis, ubi dictus D. Ioannes papa, dum in præsenti civitate Constantiensi habitabat, habitare solebat, majorisque & sancti Stephani hujus civitatis Constantiensis ecclesiarum, & ipsius civitatis januis affigendum & affixum, per certum temporis intervallum dimittendum, præfatum D. Ioannem

SESSIO VII CONCILII.

papam XXIII. principalem, ejuſque in dictis cri- A minibus fautores, receptatores & ſequaces ſupradictos, ac omnes alios & ſingulos ſua ſic per hoc intereſſe credentes, citandos eſſe decrevimus, & tenore præſentium peremptorie citamus ac citari volumus, decrevimus & mandamus, quatenus hinc ad novem dies proxime venturos a die executionis hujuſmodi noſtræ citationis, ſic (ut præmittitur) legendæ, affigendæ, publicandæ & exequendæ in antea proxime computandos, quos pro peremptorio termino & citatione canonica peremptorie aſſignamus per præſentes, ipſe D. Ioannes papa ad præſentem civitatem Conſtantiam & hoc ſacrum concilium in propria perſona redeat & revertatur: ipſeque & ſui fautores, receptatores & ſequaces, perſonaliter compareant in eorum propriis perſonis Conſtantiæ in prima generali ſeſſione publica hujus ſacri concilii, poſt elapſum terminum prædictorum novem dierum, a præfata præſentium literarum ſic (ut præfertur) fienda publicatione & executione in majori eccleſia Conſtantienſi immediate celebranda, viſuri & audituri per nos ordinari, decerni & declarari, dictum ſuum clandeſtinum receſſum fuiſſe & eſſe eccleſiæ Dei damnoſum, ſcandaloſum & opprobrioſum, ac unionis & pacis ejuſdem eccleſiæ perturbativum, nocivum, impeditivum, ac hujus nefandiſſimi ſchiſmatis nutritivum & roborativum, hæreſiſque & ſuſpicionis fidei incentivum, ac a bono unionis & pacis eccleſiæ præfatæ, promiſſio- C nibuſque, juramentis & votis per ipſum Ioannem papam ſuper hoc factis & promiſſis deviativum. Teſteſque ſuper notorietate dictorum criminum ad finem procedendi contra eum ſuper illis, tamquam ſuper notoriis jurare & admittere, cauſaſque, cur idem D. Ioannes papa non debeat ſuſpendi a totali adminiſtratione papatus propter malam & ſcandaloſam adminiſtrationem, & notoriam dilapidationem, dicturi: & alias, in & ſuper præmiſſis, & aliis univerſalem eccleſiam notorie ſcandalizantibus contra eum ad ejectionem a papatu, ſeu ejectionis hujuſmodi declarationem, & aliis per ſupradictos promotores propoſitis & proponendis, de jure & juſtitia reſponſuri, cauſaſque, quod non debeat ſuſpendi a totali admini- D ſtratione, ac alias in cauſa & cauſis & negotio hujuſmodi debite proceſſuri, ac procedi viſuri, aliaſque dicturi, facturi & audituri, ut juris fuerit & rationis, indeque ſuper præmiſſis juſtitiæ complementum uſque ad ſententiam diffinitivam incluſive recepturi: certificantes nihilo minus eumdem D. Ioannem papam & ſuos ſequaces, acceptatores & fautores ſic citandos, quod ſive in dicto citationis hujuſmodi termino comparuerint, ſive non, ad præmiſſa omnia & ſingula, ad ulteriora, & alias (ut juſtum fuerit) contra eos per nos debite procedetur, juſtitia mediante, ipſorum abſentia, ſeu contumacia non obſtante. Loca vero ſeſſionis E præfatæ audientiæ publicæ, literarum contradictarum, & portarum palatii eccleſiarum, & locorum prædictorum, tamquam publica & idonea ad hujuſmodi citationem publicandam & exequendam duximus eligenda, quæ præſentem citationem ad inſtar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætoris ſcribebantur, ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo judicio publicabunt. In quibus hujuſmodi citationem modo & forma præmiſſis decrevimus, & tenore præſentium decernimus publicandam & exequendam, ne præfatus dominus Ioannes & ſui fautores, & receptatores, & ſequaces ſic citandi, poſſint ſeu valeant de

A præmiſſis aliquam ignorantiæ cauſam prætendere, ſeu etiam allegare. Cumque non ſit veriſimile, apud ipſos ſic citatos incognitum remanere illud, quod tam patenter & notorie omnibus extitit publicatum, volentes nihilo minus, & auctoritate prædicta decernentes, quod hæc præſens citatio modo & forma præmiſſis executa, prænominatos dominum Ioannem & ſuos ſequaces, receptatores & fautores ſic citatos, totaliter arceat & adſtringat, & perinde valeat, tantamque habeat roboris firmitatem, ac ſi ipſimet D. Ioannes & ſui fautores, receptatores & ſequaces in eorum propria perſonis citati & apprehenſi fuiſſent, & eis hu- B juſmodi citatio præſentialiter lecta, publicata & intimata fuiſſet: & ne dictus dominus Ioannes papa & ſui ſequaces valeant aliquo modo ſe excuſare, quo minus juxta præmiſſum terminum compareant, ut præfertur, quamquam ad hoc non teneamur, nihilo minus ex ſuperabundanti eidem domino Ioanni & ſequacibus damus, & tenore præſentium concedimus tutum & liberum ſalvumconductum, ad veniendum ad hanc civitatem Conſtantienſem & ſacratiſſimam ſynodum, ita quod in acceſſu nullum debeat & poſſit habere impedimentum, & etiam in civitate ſtare, manere libere & ſecure: juſtitia tamen ſemper ſalva, prædictum etiam ſalvumconductum ſub eadem forma fieri & concedi fecimus prædicto domino Ioanni papæ & ſequacibus ejus, a ſereniſſimo C Romanorum & Hungariæ rege. De publicatione vero, lectura, affixione & executione, ac ſalviconductus præſtatione, datione & conceſſione præmiſſis, modo præmiſſo fiendis, volumus, decernimus & ordinamus unum & plura, publicum & publica fieri & confici inſtrumentum & inſtrumenta, quæ nobis plenariam faciant fidem de eiſdem. In quorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas citatorias ſuper hoc ſolenniter decretas fieri fecimus, & propriis ſigillis præſidentium quatuor nationum hujus ſacri concilii juſſimus & fecimus communiri.

Datum Conſtantiæ provinciæ Moguntinenſis in ſeſſione publica in eccleſia majori Conſtan- D tienſi ſolenniter celebrata, die Iovis ſecunda menſis Maii, indictione vero octava, anno domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, pontificatus præfati domini Ioannis papæ XXIII. anno quinto.

*Præſentibus ibidem illuſtribus principibus, Rodulpho duce Saleſiæ, Friderico burgravio Nurembergenſi, Ioanne Iacobo filio marchionis Montisferrati, Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, & Sigiſmundo de * Beſſanlz milite de Hungaria, & alia multitudine Chriſtianorum copioſa, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.*

* al. Boſſanz.

Super quibus omnibus & ſingulis idem Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis, ipſo Henrico lo- E quente, a reverendis patribus ſedis apoſtolicæ protonotariis ac notariis nationum & concilii, ceteriſque tabellionibus, nominibus quibus ſupra, ſibi fieri petierunt unum vel plura, publicum vel publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præſentibus principibus ſupradictis, ceteriſque Chriſti fidelibus in multitudine copioſa.

Tenor vero executionis citationis contra Hieronymum de Praga, de qua ſupra fit mentio, ſequitur, & eſt talis.

In nomine domini. Amen.

Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo

ANNO CHRISTI 1415.

ANNO CHRISTI 1415.

A *gentesimodecimoquinto, indictione octava, die vero decimaoctava mensis Aprilis, hora Primarum, vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, D. Ioannis divina providentia papa XXIII. anno v. Constantia infra septa monasterii sancti Francisci fratrum Minorum prope ambitum, in mei notarii publici infra scripti, testiumque præsentia subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, constitutus personaliter honorabilis vir dominus Michael de Broda Teutonicali, plebanus ecclesiæ sancti Alberti sub sedras Pragensis, instigator officii contra Ioannem Hus ac suos complices, ad hoc specialiter deputatus, habens & tenens in manibus suis quamdam in papyro conscriptam citationem in se continentem contra quemdam Hieronymum de Praga, magistrum quamplurium studiorum se asserentem, a sacro concilio Constantiensi emanatam, & quatuor sigillis præsidentium quatuor nationum abintra impressis sigillatam. Cujus quidem litteræ tenor sequitur per omnia in his verbis.*

B Sacrosancta synodus Constantiensis, &c. *prout superius est habitum. Quam quidem literam citationis idem dominus Michael animo exequendi, notificandi & publicandi, prout tenebatur, ac ad universorum Christi fidelium notitiam deducendi, valvis, seu portis in ambitu dicti monasterii affixit, & extendit ibidem cum magna multitudine hominum utriusque sexus infra missarum solennia, & præsertim infra publicum officium, quod tunc in dicto monasterio celebrabatur, usque ad finem dicti officii stare permisit, præsentibus honorabilibus viris dominis, Ioanne præposito Quinque ecclesiarum, Ioanne & Petro familiaribus suis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et statim post præfatus dominus Michael citationem consimilem tenoris supra scripti, & sigillis (ut præscribitur) sigillatam ad valvas ecclesiæ sancti Stephani pro audientia causarum apostolica deputata affixit & extendit, & ibidem infra missarum solennia, præsertim infra publicum officium quod tunc in dicta ecclesia celebrabatur, usque ad finem dicti officii stare permisit, præsentibus testibus supra dictis.* C *Et statim post præfatus dominus Michael consimilem citationem tenoris supra scripti ad valvas ecclesiæ beatæ Mariæ virginis majoris Constantiensis affixit, & extensam ibidem infra missarum solennia, & præsertim infra publicum officium quod tunc in dicta ecclesia celebrabatur, stare permisit, præsentibus ibidem venerabilibus & discretis viris, Vuilhelmo Picardi licentiato in decretis, archipresbytero Turonensi, & Friderico Riso cursore domini nostri papæ, & aliis quamplurimis testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Tandem vero hora sexta, vel quasi, præfatus dominus Michael citationes hujusmodi ab eisdem valvis seu portis, finitis & peractis dictis missarum & officiorum solenniis, debita cum protestatione removit & deposuit, & ad se recepit.* D *Super quibus omnibus & singulis præfatus dominus Michael petiit sibi per me notarium publicum infra scriptum fieri & confici unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta, præsentibus ibidem venerabilibus & discretis viris dominis, Laurentio plebano ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ Pragensis, Georgio de Vualschin, & Paulo de Herlborz Pragensis diœcesis supradictæ, & quamplurimis aliis testibus ad præmissa vocatis pariter & rogatis.*

E *Et ego Ioannes de Selichin de Lansteyn clericus Treverensis diœcesis, publicus apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, quia prædictis requisitioni, publicationi, affixioni, depositioni, nec non omnibus aliis & singulis supradictis, dum sic (ut præmittitur) successive fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui: ideoque hoc præsens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum, exinde confeci, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus & requisitus in omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium.*

SESSIO VII CONCILII.

Quibus omnibus, ut præmittitur, peractis, idem dominus archiepiscopus Iannensis requisivit a tota synodo, an placeret sibi, quod die Sabbati proximi, quæ erit proxima dies mensis Maii, deberet teneri sessio in materia fidei, videlicet super condemnatione memoriæ Ioannis Vuicleff. Et fuit responsum per omnes de synodo, Placet, præsentibus supradictis testibus. Et sic omnes demum de synodo recesserunt.

Statim post & ante prandium de mandato quatuor præsidentium quatuor nationum, in ecclesia sancti Stephani Constantiensi, & in bancho audientiæ literarum contradictarum, reverendo patre domino de Campo electo Pennensi, locum tenente auditorum audientiæ contradictarum, ibidem ad banchum sedente, ad horam illam pro audientia contradictarum, & actum infrascriptum faciendum deputato, præsentibus reverendissimis patribus dominis Ioanne patriarcha Antiocheno, & Ioanne archiepiscopo Rigensi, de mandato ejusdem domini Iacobi locum tenentis, venerabilis vir dominus Nicolaus de Hubancho lector litterarum de justitia, & aliarum quæ inibi legi solent, legebat, & executus fuit citationem supra proximam per sanctam synodum decretam ad instantiam magistri Henrici de Piro promotoris & instigatoris dicti concilii. Qua lecta & executa, idem Henricus petiit sibi fieri de hujusmodi lectura & publicatione publicum instrumentum, præsentibus ibidem magistris Henrico Golthardi, Ioanne de Venrado, notariis publicis, & domino Petro Vuitboge presbytero, Moguntinensis, Leodiensis & Trajectensis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

SESSIO VIII.

SESSIO VIII. CONCILII.

DIE Sabbati quarta mensis Maii prædicti fuit sessio generalis in cathedrali ecclesia Constantiensi supradicta, in qua more solito fuit dictum officium missæ per reverendissimum in Christo patrem dominum Ioannem patriarcham Antiochenum de beata Virgine. Quo officio * completo, legebantur litaniæ, ut in sessionibus fieri consuetum est, cum euangelio, *Attendite a falsis prophetis*, &c. In sessione inter cardinales præsidebat dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. In qua etiam sessione fuit serenissimus Romanorum & Hungariæ rex, tamquam imperator cum insigniis regalibus & nobilibus suis, * *dicto & cantato, fuit cantatus introitus, Exaudi nos domine, &c. cum collectis suis & litaniis, de euangelio,* Attendite a falsis prophetis, *&c. & aliis orationibus, ac hymno, Veni creator Spiritus, sicut in aliis sessionibus. cui inter cardinales astabant domini Iordanus de Ursinis, & Angelus Laudensis, Albanensis & Tusculanensis episcopi: præsentibus ibidem reverendissimis patribus Vuilhelmo sancti Marci, Antonio de Salancho, Amadeo Salutiarum, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi & Francisco Florentino cardinalibus. Deinde omnibus his peractis, reverendus pater dominus Vitalis episcopus Tolonensis natione Gallicus ascendebat ambonem, & fecit sermonem ad*

SESSIO VIII. CONCILII.

clerum cum themate : Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, &c. *Quo sermone facto, surrexerunt magistri Henricus de Pire & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores concilii & synodi. Henricus loquens præsentavit citationem ad valvas ecclesiæ majoris & audientiæ contradictarum affixam, nec non unam aliam in audientia causarum lectam, & citatorum in eisdem citationibus non comparentium, neque memoriam, hæresimque ac dogma quondam Ioannis Vuicleff, minime, quare condemnari non debet, videre curantium contumaciam accusarunt. Ipsósque contumaces reputari petierunt, & in eorum contumaciam pronuntiari, decerni & declarari dictum quondam Ioannem Vuicleff fuisse, dum vixit, notorium hæreticum & pertinacem, ac finaliter decessisse ab hac luce impœnitentem : ipsiusque memoriam, errores, prætensas doctrinas & dogmatizationes, & præsertim quadragintaquinque cum ducentis sexaginta articulos per eum conclusos, condemnandos fore, & per sanctam universalem synodum Constantiensem, ac paternitates quatuor prelatorum pro præsenti die potestatem habentium, loco & nomine quatuor nationum condemnari, ac ejus ossa, si ab aliorum Christi fidelium ossibus separari possint & secerni, exhumari & projici mandari, aliasque pronuntiari, decerni & declarari, definiri atque fieri quod justum fuerit & expediens fidei orthodoxæ, instanter postularunt.*

Et domino Pileo archiepiscopo Ianuensi electo ad legendum quæ legi debebant nomine concilii, reverendis patribus dominis Ioanne episcopo Luromuslensi pro natione Germanica, Antonio episcopo Concordiensi pro natione Italica, Tolonensi episcopo pro natione Gallicana, & Guillermo abbate monasterii sanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natione Anglicana, ad approbandum loco & nomine nationum, ascendentibus in locum, in quo hujusmodi juxta determinationem synodi fieri debebant, idem reverendus pater dominus Pileus archiepiscopus Ianuensis in ambone legit primo capitulum, Firmiter credimus. Quo lecto, domini imperator, præsidens, & alii approbaverunt, & ita crediderunt.

Et ulterius idem archiepiscopus Iannensis, in contumaciam accusatorum prædictorum, per dictos promotores pronuntiavit, diffinivit & declaravit, prout in quadam papyri pronuntiationis schedula, cujus tenor inferius est insertus, continetur, condemnando memoriam ipsius Ioannis Vuicleff & suorum sequacium, quo ad quadragintaquinque articulos condemnatos in Parisiensi & Pragensi studiis : & licet quo ad ducentos & sexaginta articulos incepisset legere, ac omnes fuissent contenti de quadragintaquinque articulis, primo tamen ex interruptione domini Guilielmi cardinalis sancti Marci interveniente, ipsi ducenti & sexaginta articuli, & eorum lectura & condemnatio, fuerant reservati ad proximam sessionem generalem. Super quibus lectura, publicatione, pronuntiatione & diffinitione, sive condemnatione, dicti promotores petierunt approbationem a domino præsidente, & a dictis Lutomuslensi, Concordiensi, Tolonensi, & abbate sanctæ Mariæ petierunt responderi, an placet. Domini vero prædicti, primo dominus Ioannes Ostiensis præsidens approbavit. Subsequenter quilibet pro natione sua approbavit. Super quibus iidem promotores, Henrico loquente, petierunt per reverendos patres dominos sedis apostolicæ protonotarios, ceterosque notarios quatuor nationum, & tabelliones quoscumque ibidem præsentes, unum vel plura fieri, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem illustribus principibus supradictis, nec non Poloniæ, Norvegiæ, Sueciæ, Daciæ, Cypri, Franciæ ambasiatoribus, ac multitudine Christianorum copiosa.

ANNO CHRISTI 1415.

Tenores vero dictarum citationum & sententiæ diffinitivæ cum insertione articulorum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Sacresancta synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, universalem ecclesiam militantem repræsentans, quibuscumque damnandam memoriam, hæresimque & perversa dogmata quondam Ioannis Vuicleff damnandæ memoriæ defensare volentibus, spiritum intellectus sanioris ad cor reverti.

Licet plerisque vicibus nonnulli ex vobis se disputaturos in publico, & damnandam memoriam dicti Ioannis multifarie per multa particularium locorum studia universalia, jam damnata & reprobata, fama vaga & mortua obtulerunt scriptura defensures, vosque, si qui estis, crebris vos vicibus benigne audituri, & etiam in sacro Romano concilio generali ultimo celebrato, ad id peremptorie citatos expectaverimus, ad lucem tamen minime properantes, amplius vestra exigente contumacia, dissimulare nequivimus. Quare promotoribus & procuratoribus nostris ad id instantibus, & ne ficus fatua suos extendat palmites, quæ ad nihilum, sacro testante eloquio, utilis est, nisi ut eradicata comburatur : vosque omnes alios & singulos, ipsam perfidam doctrinam Ioannis Vuicleff dogmatizantes, aut etiam quibusvis rationibus vel apparatibus fucatis sophismatibus defensare præsumentes, tenore præsentium ex abundantia citamus, quatenus hodie, quæ est dies quarta mensis præsentis Maii, compareatis, & compareant Constantiæ in ecclesia majori in publica sessione post missam de Spiritu sancto celebrandam hora tertiarum, ad videndum & audiendum dictum quondam Ioannem Vuicleff diffinitive pronuntiari & declarari, fuisse, dum vixit, notorium hæreticum & pertinacem, ipsiusque memoriam & errores, perversasque doctrinas & dogmatizationes, & præsertim quadragintaquinque articulos damnari, & ejusdem ossa, si ab aliorum Christi fidelium ossibus secerni possint, exhumari & projici, vel ad dicendum, proponendum & allegandum causas rationabiles, si quas habeatis & habeant, cur præmissa fieri non debeant. Certificantes vos & quemlibet vestrum, quod sive comparere curaveritis, sive non, nos nihilominus ad præmissorum executionem auctore Deo procedemus, prout orthodoxa fides fundamentum exigit, ratioque dictaverit, & juris ordo. Datum Constantiæ die quarta mensis Maii prædicti, anno domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, sub sigillis quatuor præsidentium quatuor nationum.

Sacresancta synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, universalemq; ecclesiam militantem repræsentans, mandat in audientia publica literarum contradictarum domini nostri papæ citari, & citat quoscumque damnatam memoriam, hæresimque & dogmata perversa quondam Ioannis Vuicleff damnandæ memoriæ defensare volentes, & perfidam doctrinam ejusdem Ioannis dogmatizantes, aut etiam quibusvis rationibus vel apparatibus fucatis sophismatibus

ANNO CHRISTI 1415.

maribus defensare præsumentes, quatenus hodie comparent Constantiæ in ecclesia majori in publica sessione post missam de Spiritu sancto celebrandam hora tertiarum, ad videndum & audiendum, dictum quondam Ioannem Vvicleff diffinitive pronuntiari & declarari, fuisse, dum vixit, notorium hæreticum & pertinacem, ipsiusque memoriam & errores, perversasque doctrinas & dogmatizationes, & præsertim quadragintaquinque articulos condemnari, & ejusdem ossa, si ab aliorum Christi fidelium ossibus secerni possint, exhumari & projici, vel ad dicendum & proponendum ac allegandum causas rationabiles, si quas allegare voluerint, cur præmissa fieri non debeant. Alioquin ad præmissorum executionem, & ulteriora (auctore Deo) procedetur, prout orthodoxa fidei fundamentum exigit, ratioque dictaverit, & juris ordo, citatorum contumacia, seu absentia non obstante.

Datum Constantiæ die quarta mensis Maii prædicti, pontificatus domini Ioannis papæ XXIII. anno quinto.

Deinde legit sententiam damnationis doctrinæ Ioannis Vuicleff, & articulorum quadragintaquinque, cujus tenor sequitur, & est talis.

Sententia damnationis doctrinæ Ioannis Vvicleff, & articulorum quadragintaquinque.

Sacrosancta Constantiensis synodus, generale concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, ad extirpationem præsentis schismatis, errorumque & hæresum sub ejus umbra pullulantium eliminationem, ac reformationem ecclesiæ, in sancto Spiritu legitime congregata, ad perpetuam rei memoriam.

Fidem catholicam, *sine qua* (ut ait Apostolus) *impossibile est placere Deo*, a falsis ejusdem fidei cultoribus imo perversis impugnatoribus, & per superbam curiositatem intendentibus plus sapere quam oportet, mundi gloriam cupientibus, oppugnatam sæpius, & contra illos per fideles ecclesiæ milites spirituales opposito scuto fidei defensatam fuisse, sanctorum patrum scripturis atque gestis instruimur. Hæc quippe bellorum genera in bellis carnalibus Israelitici populi adversus gentes idololatras præsignata fuerunt. In his itaque spiritualibus bellis sancta ecclesia catholica in fidei veritate superni luminis radiis illustrata, domino providente, & sanctorum patrocinio opem ferente, semper immaculata permanens, erroris tenebris velut hostibus profugatis, gloriosissime triumphavit. Nostris vero temporibus vetus ille & invidus hostis nova certamina (ut probati temporis hujus manifesti fiant) suscitavit, quorum dux & princeps extitit quondam Ioannes Vvicleff pseudochristianus, qui dum viveret, adversus religionem Christianam & fidem catholicam pertinaciter asseruit & dogmatizavit plures articulos, quorum quadragintaquinque huic paginæ duximus inserendos, qui sequuntur.

Hebr. 11.

In libro Numerorum maxime, & alibi.

Articuli Ioannis Vvicleff.

1. Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis, manet in sacramento altaris.

2. Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

3. Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.

4. Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.

5. Non est fundatum in evangelio, quod Christus missam ordinaverit.

SESSIO VIII. CONCILII.

A 6. Deus debet obedire diabolo.

7. Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8. Si papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi datam, nisi forte a Cæsare.

9. Post Vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in papam, sed vivendum est more Græcorum sub legibus propriis.

10. Contra scripturam sacram est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones.

11. Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum esse excommunicatum

B a Deo: & qui sic excommunicat, est hæreticus ex hoc, vel excommunicatus.

12. Prælatus excommunicans clericum, qui appellavit ad regem vel ad concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.

13. Illi qui dimittunt prædicare, sive audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in die judicii traditores Christi habebuntur.

14. Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei, absque auctoritate sedis apostolicæ vel episcopi catholici.

15. Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato

C mortali.

16. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, id est, ex habitu, non solum actu, delinquentibus.

17. Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18. Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum auferre eas.

19. Speciales orationes applicatæ uni personæ per prælatos, vel religiosos, non plus prosunt eidem quam generales, ceteris paribus.

20. Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus eo facto.

D 21. Si quis ingreditur religionem privatam qualemcumque, tam possessionatorum, quam mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad observantiam mandatorum Dei.

22. Sancti instituentes religiones privatas, sic instituendo peccaverunt.

23. Religiosi viventes in religionibus privatis, non sunt de religione Christiana.

24. Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

* Prima pars est scandalosa & præsumptuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur: & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.

E 25. Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus.

26. Oratio præsciti nulli valet.

27. Omnia de necessitate absoluta eveniunt.

28. Confirmatio juvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reservantur papæ & episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29. Vniversitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt ecclesiæ sicut diabolus.

30. Excommunicatio papæ vel cujuscumq; prælati non est timenda, quia est censura antichristi.

31. Peccant

Sessio VIII. concilij.

31. Peccant fundantes claustra; & ingredientes, sunt viri diabolici.

32. Ditare clerum, est contra regulam Christi.

33. Silvester papa & Constantinus imperator erraverunt ecclesiam dotando.

34. Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici: & dantes eis eleemosynam, sunt excommunicati.

35. Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad servandum divina præcepta, & per consequens ad perveniendum ad regna cælorum, nisi apostataverint ab eisdem.

36. Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus, sunt hæretici, eo quod possessionem habent, & consentientes eis, omnes videlicet domini sæculares, & ceteri laici.

37. Ecclesia Romana est synagoga satanæ, nec papa est immediatus & proximus vicarius Christi & apostolorum.

38. Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt a Christi fide: & clerici sunt stulti qui student eas.

39. Imperator & domini sæculares seducti sunt a diabolo, ut ecclesiam dotarent bonis temporalibus.

40. Electio papæ a cardinalibus, per diabolum est introducta.

41. Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias.

* Error est, si per Romanam ecclesiam intelligat universalem ecclesiam, aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi pontificis super alias ecclesias particulares.

42. Fatuum est credere indulgentiis papæ & episcoporum.

43. Iuramenta illicita sunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus & commercia civilia.

44. Augustinus, Benedictus, Bernardus, damnati sunt, nisi pœnituerint de hoc, quod habuerunt possessiones, & instituerunt, & intraverunt religiones: & sic a domino papa usque ad infimum religiosum omnes sunt hæretici.

45. Omnes religiones indifferenter introductæ sunt a diabolo.

Idemque Ioannes Vvicleff libros dialogum & trialogum per ipsum nominatos, & plures alios tractatus, volumina & opuscula composuit, in quibus præscriptos & plures alios damnabiles inseruit & dogmatizavit articulos: quos libros ad sui perversi dogmatis publicationem publice legendos exposuit, ex quibus insuper multa scandala, damna animarum & pericula in diversis regionibus, & præsertim Angliæ & Bohemiæ regnis, secuta sunt: adversus quos articulos atque libros in Dei veritate exurgentes magistri & doctores universitatum & studiorum Oxoniensis & Pragensis, articulos prædictos scholastice diu post reprobarunt. Reverendissimi insuper patres, archiepiscopi, episcopi, pro tempore Cantuariensis & Eboracensis, sedis apostolicæ legati in Angliæ, & Pragensis in Bohemiæ regnis, condemnarunt. Libros etiam ejusdem Ioannis Vvicleff comburendos fore, dictus archiepiscopus Pragensis sedis apostolicæ commissarius in hac parte sententialiter judicavit, & eorum qui superessent, prohibuit lectionem.

Rursus his ad notitiam sedis apostolicæ & generalis concilij deductis, Romanus pontifex in concilio Romano ultimo celebrato, dictos libros, tractatus & opuscula condemnavit, jubens illos publice concremari, districtius inhibendo, ne quis Christi nomine insignitus auderet aliquem seu aliquos seu aliqua ex dictis libris, voluminibus, tractatibus & opusculis legere, exponere vel tenere, aut illis quomodolibet uti, vel illos, nisi in ipsorum reprobationem, allegare publice vel occulte. Et ut de medio ecclesiæ illa periculosa spurcissimaque doctrina eliminaretur, jussit omnes per locorum ordinarios, libros, tractatus, volumina & opuscula hujusmodi, auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam (etiam si opus esset, cum adjectione, quod contra non parentes procederetur tamquam contra fautores hæresis) diligenter inquiri, & repertos ac reperta publice ignibus concremari. *

Anno Christi 1415.

Hæc autem sancta synodus præfatos articulos quadragintaquinque examinari fecit, & sæpius recenseri per plures reverendissimos patres ecclesiæ Romanæ cardinales, episcopos, abbates, magistros in theologia, doctores juris utriusque, & plures notabiles in multitudine copiosa: quibus articulis examinatis, fuit repertum (prout in veritate est) aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notorie hæreticos, & a sanctis patribus dudum reprobatos; alios non catholicos, sed erroneos; alios scandalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensivos, nonnullos eorum temerarios & seditiosos. Compertum est etiam libros ejus plures alios articulos cõtinere similium qualitatum, doctrinamque in Dei ecclesia vesanam, & fidei ac moribus inimicam inducere. Propterea in nomine domini nostri Iesu Christi hæc sancta synodus sententias prædictorum archiepiscoporum ac concilii Romani ratificans & approbans, prædictos articulos & eorum quemlibet, libros ejusdem dialogum & trialogum per eumdem Ioannem Vvicleff nominatos, & alios ejusdem auctoris libros, volumina, tractatus & opuscula, quocumque nomine censeantur, quos hic haberi vult pro sufficienter expressis, hoc perpetuo decreto reprobat & condemnat. Et eorumdem librorum & cujuslibet ipsorum lectionem, doctrinam, expositionem & allegationem, nisi ad eorum reprobationem, omnibus Christi fidelibus prohibendo, inhibemus omnibus & singulis catholicis sub anathematis interminatione, & ne de cetero dictos articulos, vel ipsorum aliquem audeant publice prædicare, dogmatizare, tenere, vel quomodolibet allegare, nisi ad eorum reprobationem, ut dictum est, jubens illos libros & tractatus, volumina & opuscula prælibata publice concremari, prout decretum fuerat in synodo Romana, sicut superius est expressum. Super quibus & exequendis & debite observandis, mandat prædicta sancta synodus ordinariis locorum vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet, secundum jura & canonicas sanctiones.

Quia vero libris prædictis diligenter examinatis per doctores & magistros universitatis studii Oxoniensis, ultra dictos quadragintaquinque articulos, ducentos sexaginta extra pendentes collegerunt, quorum aliqui cum supradictis in sententia coincidunt, licet non in eadem forma verborum: & sicut de aliis superius dictum est, quidam ipsorum erant & sunt hæretici, quidam seditiosi, quidam errones, alii temerarii, nonnulli scandalosi, alii insani, nec non omnes pene contra bonos mores & catholicam veritatem, fuerunt propterea per dictam universitatem scholastice & debite reprobati. Hæc igitur synodus sacrosancta

ANNO CHRISTI 1415.

sancta cum deliberatione qua supra prædictos articulos & eorum quemlibet reprobat & condemnat, prohibens, jubens, mandans & decernens, prout de aliis 45. Eorumdem ducentorum sexaginta articulorum tenores duximus inferius inserendos.

Concilium pronuntiat hæreticum Ioannem Vuicleff, ac memoriam ejusdem condemnat, & mandat exhumari ossa ipsius.

INSUPER qoia auctoritate sententiæ & decreti Romani concilii, mandatoque ecclesiæ & sedis apostolicæ, datis dilationibus debitis, processum fuit super condemnatione dicti Ioannis Vuicleff & suæ memoriæ, edictis propositis denuntiationibusque ad vocandum eos qui eumdem sive ejus memoriam defendere vellent, si qui penitus B existerent. Nullus vero comparuit, qui eumdem sive ejus memoriam defensaret. Examinatis insuper testibus super impœnitentia finali, pertinaciaque dicti Ioannis Vuicleff, per commissarios deputatos per dominum Ioannem papam modernum, & hoc concilium, servatisque servandis, prout in tali negotio postulat ordo juris, de ejus impœnitentiæ ac finali pertinacia, per evidentia signa testibus legitimis comprobata, fuit legitime facta fides. Propterea instante procuratore fiscali, edictoque proposito ad audiendum sententiam ad hanc diem, hæc sancta synodus declarat, diffinit & sententiat eumdem Ioannem Vuicleff fuisse notorium hæreticum, pertinacem, ac in hæresi decessisse, C anathematizando ipsum pariter, & suam memoriam condemnando, decernitque & ordinat, corpus & ejus ossa (si ab aliis fidelibus corporibus discerni possint) exhumari, & procol ab ecclesiæ sepultora jactari, secundum canonicas & legitimas sanctiones.

Subsequenter dicta sessione (ut præmittitur) facta de mandato dominorum præsidentium nationum, Giselerus Bovencen & ego, notarii nationis Germanicæ antedictæ, accessimus ad portam vulgariter Suuitzpore nominatam civitatis Constantiensis, per quam papa Ioannes dicitur fugisse, pro executione ulteriori ipsius citationis, & ibidem dictam citationem contra eum decretam, sigillatam & subscriptam, D clavis dictæ portæ affiximus, eamque affixam & extensam stare dimisimus per temporis spatium, deinde amovimus, & loco ejus ibidem copiam in papyro affiximus, & stare dimisimus, præsentibus ibidem probis viris, magistro Petro Bannin notario publico, Gotfrido Galsen, Henrico Optorverde, clericis Leodiensis, Moguntinensis & Hildesheymensis diœcesium, testibus, &c.

Die Sabbati eadem hora Vesperarum fuit congregatio generalis nationis Germanicæ. In qua primo magister Ioannes Stalbergen, tamquam præpositus ecclesiæ sancti Severi Erfordiensis, fuit intitulatus & juravit, &c.

Subsequenter fuit ibidem per dominum Ioannem E Abundi pro parte dominorum præsidentium propositum, quare ex consultatione certorum zelatorum unionis ecclesiæ Dei, deberet natio deputare tres providos & discretos viros, qui haberent tractare materiam unionis juxta informationem dictorum zelatorum: & quia illa essent ipsis revelata in secreto & arcano, ideo non esset expediens neque necessarium committi pluribus: quia timeretur, quod fraus intervenire posset, si aliqua revelatio quæ multum foret nociva, cum dicta materia concernat practicam ad habendam unionem in ecclesia Dei: & quia practica dimissa, forsan per modica obstacula posset impedire prædicta unio in ecclesia Dei. Et fuit deliberatum per A *omnes, quod deberent eligi tres de quinque aliis aliat electis super materia unionis, & per illos quinque fuerunt electi hi, videlicet dominus Nicolaus Gueznensis episcopus, Petrus Ripensis episcopus, Albertus Ratisponensis episcopus, super materia unionis.*

SESSIO VIII. CONCILII.

Die Dominica, quinta mensis Maii prædicti, fuit congregatio deputatorum quatuor nationum, hora quinta, in loco in quo natio Germanica congregari solet. Et erant archiepiscopi & episcopi circiter quadraginta, abbates multi, & plures doctores de diversis studiis; nobiles insuper & ambasiatores regum circa viginti. Quibus omnibus ibidem vocatis per serenissimum dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, dictoque serenissimo rege in medio ipsorum sedente, proposuit & exposuit, qualiter fecisset guerram opportunam & necessariam contra ducem Fridericum Austriæ. Primo ex eo, quod idem Fridericus scandalizasset ecclesiam & concilium Constantiense in hoc, quod abduxit Ioannem papam vigesimumtertium noctis tempore, & quod non remansit per eos, quin totaliter concilium per talem abductionem & papæ fugam fuisset dissolutum. Item ex eo, quod nonnullos episcopos de suis sedibus expulisset, & abbates de eorum monasteriis, retinens abbatias & episcopatus in manibus propriis. Item ex eo, quod viduas & orphanos spoliasset bonis hereditariis, quorum multi propter hoc irent mendicatum per mundum.

Et modo ille dux Fridericus, ut prefertur, vellet C *venire, ad concordiam, & quod guerra cessaret. Quapropter petiit consilium a dominis deputatis, quid in hac materia deberet facere, & qualem concordiam deberet inire; licet dixit, quod ille Fridericus forsan petat veniam, & stare velit judicio & simplici verbo domini regis & concilii. Etiam * quod honor ipsius regis, & ejus juramentum quod alias dixit se fecisse, quod nunquam velit facere pacem neque trevgam cum dicto duce. Et fuit per dominos deputatos disputatum & conclusum, quod ex hoc nullum incurreret perjurium, quia simpliciter eum reciperet ad misericordiam, & tamquam hominem captivum, & dominium ejus captivum. Allegabant etiam multi, quod tale juramentum in præsenti* D *casu non habet eum ligare. & sic habitis consultationibus, de voluntate domini regis fuerunt missi quatuor prælati ad associandum dictum Fridericum ducem usque ad præsentiam domini regis. Quibus exeuntibus, reversi fuerunt cum eodem & illustribus principibus secum, videlicet Friderico burgravio Nurembergensi, & Ludovico duce Bavariæ; in quorum medio incessit tenendo se manibus: & veniendo ad præsentiam regis, prostrati sunt ad genua, ubi idem Fridericus burgravius nomine ipsius Friderici ducis Austriæ & ad ejus rogatum, dirigendo sermonem ad regem, dixit, qualiter avunculus suus Fridericus dux Austriæ ibidem præsens, sibi supplicasset de intercedendo pro eo apud regiam majestatem; videlicet* E *quod de offensis quas sibi intulisset regia majestati, ac sacro concilio Constantiensi ac personis ecclesiasticis, aut aliis personis temporalibus, nobilibus, ignobilibus, viduis aut orphanis, peteret a regia majestate veniam & misericordiam, dans se & personam suam, dominia sua & bona totaliter in manibus & potestate ipsius domini regis, promittens se papam reducere velle, salvo tamen honore ipsius ducis Friderici, quod eidem papæ, neque suis secum venientibus, non inferatur vis in eorum propriis personis, sive bonis quæ secum apportaverint. His dictis, præfatus Fridericus dux Austriæ dixit, quod ita peteret & humiliter supplicaret regiam majestati, ipsum recipere ad veniam & misericordiam,*

* quoad honorem

SESSIO VIII. CONCILII

ponens se & sua dominia & bona quæcumque in manibus & potestate ipsius regis simpliciter disponenda ad omnem suam voluntatem. Supplicans tamen, quod papa & suis secum reducendis, nihil fiat in persona & rebus eorum quas adduxerint, Quam humiliationem serenissimus dominus rex recepit, tangens sibi manum: & ulterius manibus junctis, idem dominus Fridericus dux promisit, nunquam per se vel alium seu alios contra dictum serenissimum dominum regem quovis modo facere, sed sibi fidelissimus servitor esse. Super quo venerabilis vir magister Ioannes Abundi advocatus nationis Germanicæ, nomine omnium & singulorum petiit sibi fieri per dominos Benedictum protonotarium, præpositum Albæ Regalis, & Iacobum Rhodini protonotarium de Ianua, ceterosque notarios & tabelliones ibidem existentes, unum vel plura, publicum vel publica, instrumentum seu instrumenta, ad dictamen cujuslibet sapientis, præsentibus ibidem dictis dominis prælatis, abbatibus, doctoribus & nobilibus, aliisque quampluribus in multitudine copiosa.

Effectus literæ submissionis ducis Aostriæ, quæ scripta fuit in Teutonico, & sigillo suo sigillata, sequitur & est talis.

*Nos Fridericus, &c. recognoscimus, &c. quod cum serenissimi principis indignationem incidérimus, venimus in propria nostra persona ad conspectum dicti domini nostri regis Constantiam. Et nos, personam nostram, territoria, homines, civitates, fortalitia, & quidquid habemus & tenemus, nihil excepto ad suam regalem gratiam dedimus & posuimus vigore præsentium taliter, quod ipse nobiscum & cum eis facere & ordinare possit pro suæ regalis libito voluntatis. Quidquid etiam qualibet persona vel personæ ecclesiasticæ vel sæculares, nobiles vel ignobiles, in quacumque dignitate vel statu constituta, nemine excepto, contra nos habet occasionem pro quacumque causa, nulla excepta, hoc totaliter posuimus & dedimus in arbitrium dicti domini nostri regis, sic & taliter, quod quidquid ipse dominus noster rex jusserit in hujusmodi, ordinaverit & dictaverit pro sua voluntate per nos erga quemlibet faciendum, quod istud facere & adimplere & finire debemus absque omni dilatione & contradictione. Debemus etiam & volumus facere & procurare, papam Ioannem ad Constantiam, seu alibi, quo dominus noster rex voluerit, præsentare aut facere præsentari ad manus & potestatem dicti domini regis & sacri concilii, quod præsentialiter Constantiæ celebratur. Sperantes, quod juxta verbum regium desuper nobis factum, quod dictus papa Ioannes & omnes secum venturi Constantiam, aut ad alium locum deputandum, suarum vitæ & rerum ad eos pertinentium, quas secum ad hujusmodi locum duxerint, sint securi. Et si dictus papa Ioannes de papatu depositus fuerit vel cesserit, tunc in voluntate præfati Concilii stabit, quomodo eidem de statu suo provideatur. Nos etiam volumus & debemus in hostagio Constantiæ manere, quousque papa Ioannes Constantiam, aut alibi, quo præfatus dominus rex deputaverit, ut supra dictum est. Et quousque omnes & singuli officiales, cives & incolæ munitionum civitatum, & territoriorum in Suevia, Alsatia, partibus * Brisgoviæ, comitatu Tyrolis circa Athesim, & valle dicta* im Cal, *præfato domino nostro regi & imperio sacro fidelitatem promiserint & juraverint ad sancta Dei evangelia ipsum respicere & sibi obedire, donec omnia & singula per nos totaliter & effectualiter facta fuerint*

* Brisgoie

A *& adimpleta. In quo & præfati domini nostri regis simplicibus verbis, literis aut intimationibus absque probatione alia debent contentari; aut quousque idem dominus noster rex eosdem fidelitatum, promissionum & juramentorum hujusmodi per se vel suas literas nuntiaverit absolutos. Et in casu quo præmissa in toto vel in parte non faceremus & impleremus, seu quomodolibet contravenir emus (quod Deus avertat) extunc præfatæ civitates, munitiones, territoria & homines nostri præfato domino nostro regi & sacro imperio totaliter devolvantur, & deinceps eidem tamquam justo ordinario & naturali domino suo subjiciantur & obediant, nostra & cujuslibet alterius contradictione non obstante, omnibus fraude, dolo & nequitia totaliter cessantibus in* B *præmissis. Et istud ad omnem firmitatem promisimus nostra principatus fiducia, & ad sancta Dei evangelia juravimus virtute hujus literæ totum id quod suprascriptum est, faciendum & adimplendum totaliter & cum effectu. Et in testimonium istius, sigillum nostrum ad literam cum matura nostra deliberatione apposuimus. Et quia nos etiam istud præscriptum totum de nostra propria & libera voluntate fecimus, propterea rogavimus illustres principes, ducem Ludovicum, comitem Palatinum Rheni, ducem Bavariæ, & Griffinum de Morsy nostrum dilectum avunculum, & burgravium de Nuremberg nostrum dilectum socerum, quod quilibet eorum suum sigillum ad testimonium omnium & singulorum præ-* C *missorum ad præsentem literam apposuit, eosdem Ludovicum, &c. indemnes tenendo, Datum, &c.*

Super quibus lectura, publicatione, pronuntiatione & diffinitione sive condemnatione, dominus Ostiensis præsidens, & dicti quatuor nationum quatuor præsidentes, interrogati, an placeret, responderunt omnes, & primo Ostiensis, deinde nationum præsidentes, quod placeret. Et approbaverunt omnia prædicta.

SESSIO IX.

In qua producebatur executio citationis contra Ioannem papam vigesimum tertium. D

SESSIO IX. CONCILII.

DIE Lunæ decimatertia mensis Maii supradicta, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi supradicta, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. Cui sessioni interfuit serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex, &c. cum suis nobilibus & insigniis regalibus. Et fuit cantata missa de angelis, videlicet, *Benedicite omnes angeli*, &c per reverendum patrem dominum Robertum episcopum Saresbiriensem nationis Anglicanæ.

E *Præsentibus ibidem reverendissimis dominis, Ioanne episcopo Ostiensi cardinali, &c. Angelo Laudensi, Francisco Venetiarum, Alamanno Pisano, Iordano de Ursinis, Branda Placentino, Guillielmo sancti Marci, Antonio de Salancho, presbyteris, Amadeo Salutiarum, Raynaldo de Branchasiis, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Odone de Columna, Francisco Florentino, & Lucido de Comitibus, diaconis cardinalibus, absentibus Petro Cameracensi & Antonio Aquileiensi cardinalibus, licet in civitate Constantiensi præsentibus. Qua missa cantata, fuit cantatum officium, Exaudi nos Domine, &c. cum litaniis, orationibus & collectis cum evangelio,* Erunt signa in sole, *&c. ac hymno, Veni creator*

Luc. 21.

ANNO CHRISTI 1415.

Anno Christi 1415.

Sessio IX. concilii.

creator Spiritus, more solito. Quibus finitis, surrexit venerabilis vir magister Benedictus Gentiani, monachus ordinis sancti Benedicti, ambasiator studii universitatis Parisiensis; & proposuit qualiter venerabiles magistri universitatis studii Parisiensis recommandarent se praesenti concilio Constantiensi, mittendo sibi unam litteram, quam ibidem in medium produxit, cujus tenor sequitur inferius post lecturam aliorum, pro quibus sessio fuit deputata. Deinde surrexerunt honorabiles viri magistri Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis, promotores & procuratores concilii. Idem Henricus loquens nos procuratores & promotores hujus sacri concilii dicimus & exponimus, citationem alias contra Ioannem papam vigesimumtertium decretam, una cum ejus executione facta in publicis instrumentis, quorum tenores inferius sunt inserti. Et ulterius recitando, primo, qualiter ultimo dominus Ioannes papa vigesimustertius, & ejus receptatores, sequaces & fautores fuerunt citati ad diem praesentem, ad comparendum, respondendum, & allegandum causam, &c. prout in dicta citatione continetur. Et ob hoc eorumdem Ioannis receptatorum & sequacium, sive adhaerentium non comparentium, neque aliquas causas rationabiles allegantium, cur recessus dicti domini Ioannis papae clandestinus pronuntiari non debeat fuisse & esse ecclesiae sanctae Dei damnosus, scandalosus & opprobriosus, ac unionis & pacis ecclesiae perturbativus & nocivus, ac nefandissimi schismatis nutritivus & roborativus, haeresisque & suspicionis fidei sensitivus, ac a bono unionis & pacis ecclesiae praefatae promissionibus, juramentis & votis per dominum Ioannem papam super hoc factis deviativus. Nec non allegantium causas, quare testes super notorietate criminum in citatorio expressorum recipi non debeant, & deinde notoria pronuntiari, & super eisdem tamquam super notoriis criminibus procedi. Et cur ipse dominus Ioannes papa vigesimus tertius non debeat suspendi a totali administratione papatus, propter notoriam, malam vel scandalosam administrationem & dilapidationem. Ipsisque dominum Ioannem papam, suos complices & sequaces, primitus tamen diligenter per reverendissimos patres dominos ex dominis sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus, & quatuor praefatos quatuor nationum, diligenter ante valvas hujus majoris ecclesiae Constantiensis praeconizatos, si non comparuerint, neque reperiantur, petimus contumaces reputari, & in eorum contumaciam supradicta omnia & singula per hanc sanctam synodum secundum formam citatorii pronuntiari, declarari & decerni, dictum recessum suum fuisse & esse sanctae ecclesiae Dei scandalosum & opprobriosum, &c. Nec non crimina in ipso citatorio expressa, fuisse & esse notoria, & super eis tamquam super notoriis procedendum fore, & procedi debere declarari, dictumque dominum Ioannem papam a totali administratione papatus tam spiritualium, quam temporalium, propter praemissa lite pendente, suspendendum fore & suspendi debere. ipsumque super praedictis criminibus fuisse & esse notorie irretitum, & penitus incorrigibilem, aliasque procedi & declarari, prout juris fuerit & ordo dictaverit rationis.

Item petimus similiter ex benignissimo officio, quod humiliter pro tota universali ecclesia & cuncto populo Christiano imploramus, per hoc sacrum concilium & hanc sanctam universalem synodum aliquos ex dominis sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus antedictis, & aliquos alios etiam praelatos dari & deputari commissarios, coram quibus testes in hac causa produci valeant, quique juramenta eorumdem recipiant, ipsosque examinent diligenter, & huic sacro concilio processum hujusmodi habitum & habendum referant, aliaque faciant, quae circa praemissa necessaria fuerint & quomodolibet opportuna. Praemissa omnia & singula cum debita petimus instantia instantius & instantissime fieri, decerni & adimpleri, salvo jure addendi, minuendi & mutandi, declarandi, &c. ut est styli juris atque moris.

Quibus factis, reverendissimus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus surrexit, proponens quod dominus Ioannes papa vigesimus tertius praedictus misit dominis cardinalibus unam bullam, in qua constituit procuratores suos ad hanc synodum, ad defendendum & agendum nomine suo super sibi impositis & imponendis per dictam synodum, videlicet reverendissimos patres, dominum Petrum Cameracensem, Guillelmum sancti Marci, presbyteros, & ipsum Franciscum Florentinum diaconum cardinalem, licet sui collegae ipsi non venerunt ad concordiam, an vellent acceptare onus procuratoris licet ipse similiter misisset unum breve, exhortando eos, quod acceptarent pro eo onus procuratoris: tamen juxta id quod sibi visum fuerat, non possunt bene transire, quin deberent acceptare. Sed exnunc dixit, quantum in eo erat, pro ista vice nollet acceptare onus procuratoris, persuasissetque sibi alias, quando fuerat secum, quod reverteretur & faceret illa quae promiserat. Dominus vero Guillelmus sancti Marci levans se, dixit quod illam materiam ignorasset penitus, & nunquam venisset ad notitiam ejus, nisi hodie mane.

Sed quidquid esset, ipse non esset dispositus ad acceptandum onus pro papa, neque pro aliquo alio, renuntians ipse omni acceptationi exnunc penitus & omnino. Exnunc tamen approbans persuasionem quam dominus Florentinus dixit fecisse papae, qualiter reverteretur ad concilium, & impleret ea quae vovisset & jurasset. Quibus sic propositis per dictos dominos Franciscum Florentinum & Guillelmum sancti Marci cardinales, statim surrexit magister Henricus de Piro una cum magistro Ioanne de Scribanis, ipsoque Henrico loquente dixerunt, quod citatio esset personalis, & causa criminalis, in qua nullus admitteretur per procuratorem, protestando ibidem, ex quo Ioannes papa XXIII. constituit procuratores suos ad hanc causam, quod manifestum & notorium esset, quod citatio venit ad ejus notitiam, & sufficienter devoluta. Subsequenter pro meliori expeditione hujus negotii sunt rogati per concilium duo cardinales diaconi & quinque praelati nomine concilii, ad eundum ad portas sive valvas ecclesiae praefatae, ad inquirendum, si Ioannes papa XXIII. foret ibidem, ipsumque requirendo & suos sequaces, receptatores & fautores, ut comparere deberent coram sancta synodo Constantiensi, responsuri super contentis in citatorio contra eos emisso. Cardinalibus vero recusantibus, licet petitis & expostulatis, accesserunt ad portas ecclesiae reverendissimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus nationis Gallicanae, Nicolaus Gnoznensis archiepiscopus nationis Germanicae, Antonius archiepiscopus Ragusinus nationis Italicae, & Nicolaus episcopus Bathoniensis nationis Anglicanae, Stephanus episcopus Dolensis nationis Gallicanae, cum reverendis patribus Benedicto preposito Albae Regalis, protonotario nationis Germanicae, & Iacobo Rhedini nationis Italicae, & quinque notariis sive tabellionibus quatuor nationum. Quorum quilibet unus post alium in dictis & extra valvis tribus vicibus vocarunt Ioannem papam XXIII.

Sessio IX. concilii.

& suos sequaces alta & intelligibili ac clamorosa voce, videlicet in hunc modum: *Auctoritate sanctæ synodi Constantiensis requirimus Ioannem papam vigesimum tertium citatum & suos sequaces & fautores: si sint hic, veniant coram dicta sancta synodo, responsuri super contentis in citatorio.* Quibus inquisitionibus & requisitionibus factis successive, nullus comparuit, neque respondit. Reversi ad ecclesiam & ad dictam synodum, fecerunt relationem. Primo dominus Ioannes patriarcha, & deinde dominus Benedictus præpositus protonotarius, nomine notariorum, qualiter inquisierunt dictum Ioannem papam & ejus sequaces ac fautores juxta formam juris eis traditam; & nullus comparuit, neque comparebat pro eis; quod asserebantur coram Deo & dicta sancta synodo Constantiensi. Super quibus successive dictis, petitis, relatis atque injunctis, idem magister Henricus de Piro promotor una cum dicto Ioanne de Scribanis, petiverunt sibi per notarium sedis apostolicæ & alios tabelliones & notarios synodi, unum & plura confici, publicum & publica, instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidem illustribus principibus dominis Ludovico duce Bavariæ, Rompoldo duce Zaganensi in Silesia, Ioanno Iacobo comite Aquesanensi filio comitis Montisferrati, Ioanne comite de Friburg, Ioanne Carolo de vicecomitibus de Mediolano, Philippo de Florentia, Nicolao de Gara magno comite de Hungaria, & alia Christianorum multitudine copiosa.

Quibus sic peractis, dominus Andreas electus Poznaniensis de mandato dictæ synodi ascendebat in locum in quo publicabantur edicta concilii, & legebat ibidem certam schedulam alias in nationibus conclusam pro officialibus concilii; & cetera. Cujus tenor sequitur inferius. Nec non literam missam per universitatem studii Parisiensis, cujus similiter tenor sequitur inferius. Quibus lectis, Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis, Henrico loquente, petierunt a tota synodo, an placeret; adjicientes, si aliquis esset cui non placeret, juxta auctoritatem & facultatem concilii, posset libere surgere & dicere id quod sibi placeret. Et sic de omnibus aliis fuit responsum per dominum præsidentem & omnes alios, Placet, nemine discrepante.

Tenores vero executionis citationis in valvis ecclesiæ & portis civitatis Constantiensis factæ, nec non schedulæ deputationum officialium, ac literæ missivæ universitatis studii Parisiensis, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Qua quidem missa cantata, legebantur litaniæ & alia more aliarum sessionum, cum euangelio,
Luc. 21. *Erunt signa in sole & luna*, &c. Deinde vero dominus Andreas electus Poznaniensis legebat quasdam conclusiones & literas, quarum tenores sequuntur, & sunt tales.

Sacrosancta Constantiensis synodus ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata.

Auditis & intellectis præpositis & petitis per procuratores hujus sacri concilii generalis contra dominum Ioannem papam XXIII. intendentes in hac causa cum maturitate & mansuetudine & caritate in Spiritu sancto procedere, præfatum dominum Ioannem, quoad præmissa contra eum proposita & petita, usque ad diem crastinum hora qua celebrabitur sessio, de solita benignitate expectandum decernit, & super jam propositis seu petitis pro parte ejus fore respondendum.

Anno Christi 1415.

Concilium dat commissarios in causa inquisitionis contra Ioannem papam vigesimumtertium.

Item dicta sancta synodus deputat & constituit supra propositos contra dictum dominum Ioannem papam vigesimumtertium commissarios reverendissimos dominos cardinales de Vrsinis & tituli sancti Marci, nec non reverendos patres dominos episcopos Concordiensem & Tarvisinum, ac Ioannem de Bononia sacri palatii apostolici causarum auditorem, nationis Italicæ: & episcopum Dolensem, & abbatem sancti Lupi, nec non Guillermum Malignis dicti palatii auditorem, nationis Gallicanæ: & episcopum Merburgensem, & Andream electum Poznaniensem, & Bertholdum de Vuildungen ejusdem palatii auditorem, nationis Germanicæ: episcopum Lichfeldensem, & abbatem beatæ Mariæ extra muros Eboraci, nationis Anglicanæ: quibus dat potestatem super prædictis testes recipiendi, citandi & compellendi, ipsosque examinandi secundum petitionem prædictorum promotorum, prout natura causæ requirit, ita quod quilibet ipsorum tres possint prædicta inchoare, perficere & finire, & super notorietate & scandalizatione & incorrigibilitate dictorum criminum plenariam relationem facere, & ad finem procedendi contra dictum papam, ut juris fuerit & rationis.

Concilium deputat suos judices.

Item dicta sancta synodus constituit & deputat in judices seu commissarios ad audiendum omnes causas, ad dictam sanctam synodum per appellationem seu querelam deductas, devolutas, seu deducendas & devolvendas, reverendissimos patres Matthæum episcopum Pistoriensem nationis Italicæ, Ioannem episcopum Vaurensem nationis Gallicanæ, Nicolaum episcopum Plocensem nationis Germanicæ, & Robertum episcopum Saresbiriensem nationis Anglicanæ; quibus dat potestatem in prædictis citandi in curia & extra eam, & alia faciendi quæ ad dictas causas pertinent & pertinebunt, usque ad sententiam diffinitivam exclusive.

Concilium deputat sessionarios.

Item dicta sancta synodus constituit & deputat sessionarios pro ordinando dominos prælatos, ambasiatores & ceteros in sessionibus concilii, prout fieri solitum est; videlicet de natione Gallicana antiquos nominatos, & de natione Italica dominum Ioannem de sancto Severino, & pro natione Germanica magistrum Everhardum Lupi.

Item supplicetur per legentem prædicta serenissimæ regiæ majestati, quod loco domini comitis Bertholdi propter ejus absentiam, provideat de uno alio ad suum officium sufficiente.

In nomine Domini. Amen.

Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, die quarta mensis Maii, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Ioannis divina providentia papæ vigesimitertii anno quinto, in mei notarii publici & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, venerabilis vir dominus Nicolaus de Hubancho, litera-

rum

ANNO CHRISTI 1415.

rum scriptor, & pro tunc audientia publica literarum contradictarum domini nostri papæ lector in ecclesia sancti Stephani Constantiensi, pro audientia causarum apostolica specialiter deputata, mane hora consueta quasdam literas citatorias personales a sacrosancta synodo Constantiensi generale concilium faciente, & ecclesiam catholicam repræsentante, in Spiritu sancto legitime congregata, ad instantiam venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Ioannis de Scribanis de Placentia, causarum & negotiorum dicti concilii promotorum & procuratorum, contra præfatum dominum Ioannem papam & ejus fautores, receptatores & ejus sequaces emanatas, & propriis sigillis præsidentium quatuor nationum hujusmodi concilii munitas & sigillatas, nec non per providos B viros magistros, Ioannem Guiardi pro Gallicana natione, Bartholomæum de Guastis pro Italica, Giselerum Bovencen pro Germanica, & Ioannem Raynaldi pro Anglicana, nationibus, in prædicto sacro generali concilio Constantiensi notarios subscriptas & sigillatas, quarum tenor sic incipit: Sacrosancta Constantiensis synodus, &c. Et sic finit: Datum Constantiæ provinciæ Moguntinensis, &c. alta & intelligibili voce legi & publicavi ad præfatorum magistri Henrici de Piro & Ioannis de Scribanis promotorum & procuratorum nomine quo supra, instantiam, qui sibi de publicatione & lectura hujusmodi per me notarium publicum infrascriptum, unum vel plura, publicum seu publica C fieri petierunt instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem venerabilibus & discretis viris magistris Michaele de* Bolesanis licentiato in decretis, Ioanne de Scribanis in Romana curia procuratore, Conrado Baldevin, Henrico Hutenatels, Ioanne Brunichusen, Robino Colini, in dicta audientia procuratoribus, & Giselero de Bovencen, sacri palatii apostolici causarum notariis, & quampluribus aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Paulo post ego Fridericus notarius infrascriptus dictas literas citatorias ad valvas dictæ ecclesiæ sancti Stephani pro audientia causarum apostolica specialiter deputata affixi, & extensas per tempus dimisi, rogatus & requisitus per D dictos magistros Henricum de Piro & Ioannem de Scribanis promotores & procuratores nomine quo supra, ut de hujusmodi affixione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidem discretis viris magistris Nicolao Vonri, Henrico Herbordi, Ioanne Christians & Ioanne Carpentarii in prædicta audientia procuratoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Deinde vero hora Tertiarum dictæ diei, vel quasi, ego Fridericus notarius infrascriptus prædictas literas citatorias de prædictis valvis removi, & statim postea ad valvas ecclesiæ cathedralis Constantiensis affixi, & extensas ibidem dimisi per horam & altra, rogatus & requisitus, ut de hujusmodi remotione & affixione pu- E blicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidem discretis viris magistris Nicolao de Hubancho lectore prædicto, Arnoldo Vorthem, Theodorico de Hersten, literarum apostolicarum scriptoribus, & Ioanne Stade de Lothem, sacri palatii apostolici causarum notariis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Expost vero hora quasi undecima dictæ diei, ego Fridericus notarius infrascriptus prædictas literas citatorias de prædictis valvis removi, & deinde in continenti ad valvas palatii apostolici, sive domus episcopalis Constantiensis ubi dictus dominus noster papa, dum in

*Bolesonis

A præsenti civitate Constantiensi erat, habitabat & habitare solebat, affixi, & extensas per tempus dimisi. Et deinde hora Nonarum, vel quasi, easdem literas citatorias de proxime dictis valvis removi, & mecum portavi, rogatus & requisitus a sæpe dictis promotoribus & procuratoribus, ut de hujusmodi affixione & remotione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidem honorabilibus viris magistro Theodorico de Horsten, Gosvino Muel, literarum apostolicarum scriptoribus, Hermanno Coppardi canonico ecclesiæ sancti Cassii Bonnensis, Coloniensis diœcesis, Henrico ten Gangenhave de Reys, Ioanne Vualkingen, & Stephano Pilosi, sacri palatii causarum apostolici notariis, & Ricoldo B von der Samitter, clericis Coloniensis, Monasteriensis,* Ratisnensis & Leodiensis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Fridericus de Arnhem clericus Coloniensis diœcesis, publicus apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, ac dictæ audientiæ publicæ literarum contradictarum domini nostri papæ scriba, quia prædictis lectura, publicationibus, affixionibus & remotionibus una cum prænominatis testibus præsens interfui, &c.

SESSIO IX. CONCILII.

In nomine domini. Amen.

Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, die vero C Sabbati, quarta mensis Maii, pontificatus domini Ioannis papæ vigesimitertii anno quinto, paulo post horam Nonarum, Ego Giselerus notarius publicus infrascriptus, in testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia certas literas citatorias personales, a sacrosancta synodo Constantiensi generale concilium faciente, & ecclesiam catholicam repræsentante, in Spiritu sancto legitime congregata, ad instantiam & petitionem venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Ioannis de Scribanis de Placentia, causarum & negotiorum dicti concilii promotorum & procuratorum contra præfatum dominum Ioannem papam vigesimumtertium & ejus D fautores, receptatores & sequaces emanatas, & sigillis præsidentium quatuor nationum hujus concilii munitas & sigillatas, ac etiam per quatuor earumdem nationum in prædicto sacro generali concilio notarios subscriptas & signatas. Quarum quidem literarum citatoriarum tenor sic incipit: Sacrosancta Constantiensis synodus, &c. Et sic finitur: Datum Constantiæ provinciæ Moguntinensis, in sessione publica, in ecclesia majore solenniter celebrata die Iovis secunda mensis Maii, indictione octava, anno domini, &c. Ad instantiam & requisitionem præfatorum magistrorum, Henrici de Piro & Ioannis de Scribanis, promotorum & procuratorum, nomine quo supra, valvis seu portis civita- E tis Constantiensis, Guitport vulgariter nuncupatis, una cum earumdem vera copia affixi, & ibidem affixa & extensas dimisi.

Deinde vero hora prima post meridiem ejusdem diei, ipsas literas citatorias originales, copiis earumdem per me affixis ibidem dimissis, a dictis valvis seu portis amovi & mecum portavi, rogatus & requisitus a supradictis magistris Henrico de Piro & Ioanne de Scribanis promotoribus & procuratoribus nomine quo supra, ut de affixione & amotione hujusmodi ipsis unum vel plura, publicum seu publica conficerem, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem discretis viris ma-

 gistris,

SESSIO IX. CONCILII.

*gistris, Gumperto Fabri, & Petro Bannin de Desteruuiel, sacri palatii apostolici causarum notariis, clericis Moguntinensis & Leodiensis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Paulo vero post præmissa, ego Giselerus notarius infrascriptus una cum prædictis literis citatoriis ad dicta civitatis Constantiensis valvas seu portas, * Rumphariorum vulgariter nuncupatas, accessi, & eisdem valvis seu portis easdem literas citatorias una cum earumdem vera copia affixi, & ibidem ipsas affixas & extensas dimisi. Demum vero ipsas citatorias originales literas post horam Vesperarum ejusdem diei supradicta, copia earumdem ibidem per me affixa, etiam in proximo dictis portis dimissa, removi & mecum deportavi, rogatus & requisitus a supradictis magistris Henrico de Piro & Ioanne de Scribanis, promotoribus & procuratoribus nomine quo supra, ut ipsis de hujusmodi affixionibus & amotionibus unum vel plura, publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris magistris Clemente de Cumis, & Bassiano de Pulalaċtis de Landa, literarum apostolicarum scriptoribus, & Ioanne Guinardi in dicto sacro concilio pro natione Gallicana notario, clerico Pictavensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Et ego Giselerus de Bovencen clericus Moguntinensis diœcesis, apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, & in sacro Constantiensi generali concilio supradicto pro natione Germanica notarius, prædictas literas citatorias per edictum & personales supradictis valvis & portis affixi, &, ut præmittitur, amovi: de quibus affixione & amotione præsens publicum instrumentum manu mea propria subscriptum confeci, subscripsi & publicavi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.*

* Rumpharторn

Egregiis inclytisque patribus, viris ex omni gente dilectis, in salutifero Constantiensi concilio universalem ecclesiam repræsentantibus.

*Egregii inclytique patres, viri ex omni gente dilecti, almumque & salutiferum concilium: Si labores, si gravibus operibus per diversas vias pacem ecclesiæ quæsivistis, non corpori, non mundanis parcentes divitiis, sed thesaurizantes in cælo, jam constantius persistendum, jam ambulandum cautius, jam opus est incumbere magis, cum turbidus Auster primum dulce spirantes Zephyros a Petri navicula aliquantisper repulit. Sed remis agendum, ut ad tranquillitatis portum ducatur incolumis. Iam in vobis spes catholici populi constituta est, vos columnas ecclesiæ firmas universi laudant & venerantur, & pacem orantes populi manus ad sidera tendunt. Nam adaucta est ea fiducia per vestram perseverantiam, postquam domini nostri papæ discessum agnoverint. Quamquam discessum ægre feramus, multumque spes præcedens passa est detrimentum, ut nuper scripto vobis notum fecisse putamus. Nunc igitur felix vestris laboribus sit ecclesia, fortunatique populi, quos invisum schisma tanta per tempora conturbavit. non enim tantus cœtus in vacuum erat convocandus. Sed ut fructus labores sequatur assiduos, non dispergantur oves gregis propter pastoris absentiam, sed occasio sit hactenus centuplo majoris unitatis: quoniam communia * [illegible] omnium*

* f. vestrum

A *vota, & universa fidelium mentes sequentur, vestra deliberata pro firmis veritatibus sustinebunt, vobis in cunctis innitentes, ut fides * debita irrefragabiliter obligantur: & nosipsi de vestra constantia gaudemus in domino, vobis obedire, obsequi, revereri, atque semper assistere parati, teste domino, qui vestros labores in consummatæ pacis quietem dirigat, & in viam salutis æternæ.*

ANNO CHRISTI 1415.

* al. debito

*Datum Parisiis in nostra congregatione generali, apud sanctum Martinum super hoc specialiter congregata * decimoquarto die mensis Aprilis.*

* decimo tertio

Vestrarum paternitatum egregiarum zelantissimi devoti imitatores, rector & universitas studii Parisiensis.

B *Eadem die qua supra, videlicet decimatertia mensis Maii post meridiem fuit congregatio nationis Germanicæ. In qua primo fuerunt deputati per scrutinium pro parte ejusdem nationis quinque venerabiles viri domini Hermannus * Duergh, sedis apostolicæ protonotarius, Bertholdus de Vuildungen sacri palatii apostolici causarum auditor, Ioannes Abundi decretorum doctor, Petrus de Tygir licentiatus in decretis, & Henricus de Piro licentiatus in decretis, ad ordinandum positiones & articulos, in causa inquisitionis depositionis Ioannis papæ vigesimitertii per synodum Constantiensem efferendos.*

* Duuerck,

C *Subsequenter venit ibidem dominus Romanorum rex cum deputatis aliarum trium nationum, præsentans unam copiam cujusdam bullæ datæ Carolo de Malatestis de Arimino. In qua Angelus de Corario, Gregorius duodecimus in sua obedientia nuncupatus, dedit licentiam ipsi Carolo & suis de ejus obedientia, ad consentiendum huic concilio: injungens idem dominus rex dominis deputatis, quod examinarent illam copiam: & si foret defectuosa vel insufficiens, vellet eam remittere Carolo, qui statim disponere deberet, quod omnia sufficienter emendarentur ad voluntatem concilii.*

Prædictis lectis & publicatis, promotores petierunt ab ipsa synodo, si placeret: adjicientes, D si aliquis esset cui non placeret, juxta auctoritatem & facultatem concilii posset surgere, & dicere id quod sibi placeret. Et sic fuit ab omnibus responsum per dominum præsidentem & omnes alios, Placet, nemine discrepante.

SESSIO X.

SESSIO X. CONCILII.

DIE Martis decimaquarta mensis Maii supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi supradicta, in qua reverendus pater dominus Bertrandus episcopus sancti Flori, ambasiator regis Cypri, cantavit officium missæ de sancta Trinitate. Et præsidebat in E eadem sessione reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, rege Romanorum ibidem præsente in insigniis regalibus cum suis nobilibus. * Litaniis autem & aliis in sessionibus legi consuetis, lectis & peractis, reverendissimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus legebat decretum suspensionis papæ, cujus tenor sequitur in hunc modum:

* *Et reverendissimi patres domini Angelus Laudensis, & Iordanus de Vrsinis, cardinales, assistebant regi Romanorum ibidem præsenti in insigniis regalibus cum suis nobilibus. Præsentibus ibidem*

Brandu

ANNO CHRISTI 1415.

Branda Placentino, Francisco Venetiarum, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Salancho, presbyteris, Amadeo Salutiarum, Raynaldo de Branckosiis, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Odone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentinensi, diaconis cardinalibus. Absentibus tamen Petro Cameracensi, Alamanno Pisano, Antonio Aquileiensi, & Thoma Tricaricensi, cardinalibus, licet in eadem civitate præsentibus. Officio vero missæ solenniter de sancta Trinitate peracto, fuerunt lecta letania cum introitu: Exaudi nos domine, &c. evangelio, orationibus & collectis ad hoc deputatis, & hymno: Veni creator Spiritus. Quibus sic cantatis, lectis & factis, surrexerunt Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores prædicti. Henricus de Piro loquens proposuit, qualiter ista sessio hodierna esset continuatio sessionis diei hesternæ. Ideirco repetiit citationem alias per edictum contra Ioannem papam vigesimumtertium decretam & heri reproductam, una cum ejusdem executionibus factis in valvis ecclesiarum & portarum juxta sui decretum, & hodie reproduxit de novo. Petiitque per quatuor prælatos quatuor nationum & duos cardinales ad hoc deputatos, eumdem dominum Ioannem requiri extra valvas ipsius ecclesiæ, in quibus dicta citatio fuit affixa & executa, & ejus sequaces, receptatores & fautores, ad respondendum de & super omnibus & singulis contentis in citatione, ut præmittitur, contra eum decreta, seu causam, quare minime tenerentur ad hoc allegandum, instanter postulavit. Et ulterius in casu quo repertus non fuerit, ipsum Ioannem suspendi ab administratione totali papatus in spiritualibus & temporalibus per sanctam synodum Constantiensem. Prædicta requisitione facta per promotores, accesserunt ad portas majores ejusdem ecclesiæ, in quibus communiter hujusmodi edicta publicari solent, reverendissimi patres Franciscus cardinalis Florentinus, & Lucidus de Comitibus, cardinales, Ioannes patriarcha Antiochenus de natione Gallicana, Nicolaus archiepiscopus Gneznensis, seu de natione Germanica, Antonius archiepiscopus Ragusinus de natione Italica, & Nicolaus episcopus Bathoniensis de natione Anglicana. Præsentibus ibidem reverendis patribus dominis, Benedicto præposito Albæ Regalis, Iacobo de Rhodinis de Ianua, & Thoma Polcon, sedis apostolicæ protonotariis ad hoc deputatis: nec non Ioanne Guiardi pro natione Gallicana, Bartholomæo de Guastis pro natione Italica, Gumperto Fabri pro natione Germanica, cum Giselero de Bovencen, & Vuilhelmo Porcellis pro natione Anglicana, notariis & scribis. Quibus dominis in portis existentibus ex mandato & consensu aliorum, reverendissimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus vocavit alta & intelligibili voce dominum Ioannem papam vigesimumtertium, suos sequaces, fautores & receptatores, si essent ibidem, quod comparerent coram sancta synodo, ad præsens in eadem ecclesia congregata, responsuri, audituri, visuri & allegaturi, quare juxta contenta in citatorio contra eos decreto, pronuntiari non debeant tales, quales in eodem citatorio dicuntur diffamati. Certificantes eosdem, sive comparuerint, sive non, quod nihilo minus eadem sancta synodus ad ulteriora prout juris fuerit, procederet, eorum contumacia non obstante: & alias ad dicendum causam, quare non debeat idem Ioannes papa ab administratione totali papatus rerum spiritualium & temporalium suspendi.

SESSIO X. CONCILII.

A *In quam quidem vocationem aliis ibidem existentes prælati non inquirentes, consenserunt, & voluerunt eam sufficere pro actu præsenti.*

Super quibus magister Henricus de Piro promotor petiit sibi nomine dictæ sanctæ synodi unum vel plura, publicum seu publica confici instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem Friderico de Arnhem notario audientiæ contradictarum, Everhardo Lupi, Ioanne de sancto Severino, litterarum apostolicarum & pœnitentiariæ scriptoribus, & aliorum Christianorum multitudine copiosa. Et sic ipsi domini cardinales & prælati quatuor nationum reversi sunt ad ecclesiam, & ad locum concilii. Tunc reverendissimus pater dominus B *Franciscus cardinalis Florentinensis præfatus retulit toti synodo, quatenus in valvis & extra valvas ecclesiæ prædictæ mox per vocem domini Ioannis patriarchæ Antiocheni, dominum Ioannem papam vigesimumtertium, ejusque fautores, receptatores & sequaces vocassent, juxta tenorem dicti citatorii contra eos emanati, ad respondendum super sibi objectis & objiciendis: & alias dixit & retulit, prout in eodem citatorio plenius continetur. Qui quidem dominus Ioannes papa, neque fautores, receptatores & sequaces apparuerunt, neque comparuerunt ibidem. Et sic similiter præfati domini prælati quatuor nationum responderunt successive, & retulerunt synodo præfatæ, eos dictum mandatum fuisse executos,* C *licet nemo apparuerit. Quibus relationibus factis, ad instantem petitionem dicti Henrici promotoris, dominus præsidens primo reputavit dictum dominum Ioannem papam, suos sequaces, receptatores & fautores, contumaces: & uniformiter dicti quatuor prælati quatuor nationum, & deinde tota synodus reputavit dictos citatos contumaces: & ulterius in eorum contumaciam ad petitionem instantem dicti Henrici de Piro promotoris, reverendissimus pater dominus Guillelmus sancti Marci, deputatus una cum reverendissimo patre domino Iordano de Vrsinis cardinale, simul cum reverendis patribus Antonio episcopo Concordiensi, Iacobo episcopo Tarvisino, & Io-* D *anne de Bononia pro natione Italica: Stephano episcopo Dolensi, abbate sancti Rufi, ac Vuilhelmo Malignetti pro natione Gallicana: Nicolao episcopo Mersburgensi, & Andrea electo Poznaniensi pro natione Germanica: episcopo Lichfeldensi, & abbate sanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natione Anglicana, commissariis ad examinandum testes inducendos, & ex parte synodi in causa inquisitionum, & etiam principali contra dominum Ioannem, sequaces, fautores & receptatores prædictos, ipsis in medio synodi existentibus retulit, qualiter de mandato dominorum de sancta synodo Constantiensi, cum dictis dominis deputatis examinasset testes in nu-* E *mero decem: quibus examinatis, & eorum dictis in scriptis redactis, perlegerunt eorum dicta & depositiones.*

Quapropter licet dolenter id referat, non causa impediendi justitiam, sed quod tantum ad hoc devenit, quod hujusmodi scandalum in ecclesia Dei sit exortum; retulit qualiter reperit fore depositum sufficienter, dictum dominum Ioannem papam fore dilapidatorem bonorum ecclesiæ Romanæ & universalis, simoniacum, scandalosum & perturbatorem fidei Christianæ, & alias talem, quod merito debuit suspendi ab administratione bonorum ecclesiasticorum spiritualium & tempo-

SESSIO X. CONCILII.

ANNO CHRISTI 1415.

temporalium: & illa retulit cum supportatione & correctione suorum collegarum. Subsequenter ascendebat in altum reverendus pater dominus episcopus Dolensis, unus ex collegis ipsius domini cardinalis: & retulit similiter, prout ipse dominus cardinalis referebat, & subsequenter ceteri collegæ omnium nationum ibidem congregati dixerunt relationem sic esse prout facta erat. Quibus relationibus sic factis, magister Henricus de Piro promotor petiit per dominos deputatos ad hoc, prenuntiari dictum dominum Ioannem papam suspendendum fore ab administratione papatus & rerum ac jurium Romanæ & universalis ecclesiæ, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, sibique interdici eorumdem administrationem. Et mandari universis & singulis Christi fidelibus, quod de cetero non obediant eidem, neque quidquid administret quod pertinet ad universalem ecclesiam. Et fuit petitum per eumdem magistrum Henricum de Piro promotorem, an sic placeat dominis, primo præsidenti, & deinde deputatis quatuor nationum. Et fuit responsum, quod placet, per dictum dominum præsidentem, videlicet reverendissimum patrem dominum Ioannem episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem; deinde per dominum Ioannem patriarcham Antiochenum pro natione Gallicana; Nicolaum archiepiscopum Gnexnensem pro natione Germanica, Antonium archiepiscopum Ragusinensem pro natione Italica, & Robertum episcopum Saresbiriensem pro natione Anglicana. Quibus petitis, & responsionibus nomine nationum & concilii factis, auditis & intellectis, idem dominus Ioannes patriarcha Antiochenus de mandato concilii pronuntiavit suspendendum dominum Ioannem papam vigesimumtertium, propter ejus contumaciam, ab administratione bonorum ecclesiæ universalis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, prout & quemadmodum in quadam papyri schedula, quam ibidem de verbo ad verbum publice alta & intelligibili voce perlegit, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua schedula lecta, surrexit dominus Guillelmus sancti Marci cardinalis, dicens, quod in sententia continetur, quod idem Ioannes papa propter hæresim suspenderetur a papatu & administratione papali: super quo dixit testes non deposuisse, neque esse necessarium ad præsentem actum, quod testes super hoc fuissent examinati. Sed tamen vellet se conformare dictis & assertionibus majoris partis & aliorum dominorum de concilio. Subsequenter surrexit magister Benedictus Gentiani de universitate Parisiensi, protestando, quatenus si per suspensionem jus conferendi beneficia devolveretur ad prælatos, sive locorum ordinarios, non consentiret, cum studiis deberet provideri taliter, quod homines literati in ipsis possent vivere uti alii: & alias dixit, licet concludendo effective in modum prædictum, Et sic auditis istis altercationibus verbalibus, sententiatum & conclusum fuit per totam synodum, quod sententia suspensionis deberet habere effectum. Sed illa duo puncta, videlicet quod per suspensionem hujusmodi atque sententiam non devolvatur collatio beneficiorum ad ordinarios, & quod articulus de hæresi tactus per cardinalem sancti Marci, in deliberatione reservetur ad alias sessiones, & quousque testes fuerint super notorietate examinati.

Et sic placuit domino præsidenti & deputatis quatuor nationum, & similiter toti synodo. Super quibus petitionibus, lecturis, protestationibus, &c. idem magister Henricus, dominus cardinalis, & Benedictus Gentiani, petiverunt sibi fieri nomine concilii & propriis, per reverendos patres dominos Benedictum præpositum Albæ Regalis, Iacobum Rhodini de Ianua, & Thomam Polton protonotarium, & alios notarios & tabelliones prædictos, unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem illustribus principibus & magnificis viris, dominis Rompoldo duce de Zagan, Ioanne Iacobo comite Aquesanensi, filio marchionis Montisferrati, Ioanne comite de Friburg, Guntero comite de Guartzeburg; Ioanne Carolo de vicecomitibus de Mediolano, domino Brunero de Scala de Verona, pincerna de Sina, Philiberto magistro de Rhodis ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, & quampluribus regum, Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Daciæ, Norvegiæ, Sueciæ & Cypri ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in numero copioso.

Tenor vero dictæ sententiæ suspensionis papæ, de qua supra fit mentio, sequitur, & est talis.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, ecclesiam catholicam repræsentans, ad extirpationem præsentis schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris faciendam, in Spiritu sancto legitime congregata, universis Christi fidelibus unionem & pacem ecclesiæ, & omne bonum.

Pridem post clandestinum recessum domini Ioannis papæ vigesimitertii ab hac civitate Constantiensi & hoc generali Constantiensi concilio, unionis & pacis ecclesiæ perturbativum & impeditivum, ipsam ecclesiam scandalizantem, per nonnullos cardinales ac prælatos, & alios notabiles viros, ad eum ex parte hujus sacri concilii legatos transmissos, eumdem requiri & moneri mandavimus & fecimus cum debita instantia, quatenus ad hoc sacrum concilium & ad hanc civitatem Constantiensem rediret, ea quæ pertinebant ad extirpationem præsentis schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris, impleturus, & cum effectu facturus, sicut promiserat, voverat, juraverat, ac in suis literis super convocatione dicti concilii concessis se facturum publicaverat: & cum id facere nolle, facto, non redeundo, & ad loca magis longinqua fugiendo, ostenderet, fuimus per venerabiles viros magistros Henricum de Piro in decretis licentiatum, & Ioannem de Scribanis de Placentia, causarum & negotiorum hujus sacri concilii promotores & procuratores, instanter requisiti, quatenus ipsum dominum Ioannem papam, notorium simoniacum, notoriumque bonorum & rerum ac jurium Romanæ & aliarum ecclesiarum Dei dilapidatorem, fautorem hujus pestiferi schismatis, ac aliis criminibus gravibus ecclesiam Dei scandalizantibus, nedum infamatum, sed illis in scandalum ecclesiæ notorie irretitum & incorrigibilem, qui, sicut præmittitur, clandestine hora suspecta & in habitu transformato a dictis civitate & concilio generali fugit & recessit, gregem dominicum ut mercenarius deserens, hæresumque extirpationem, & generalem ecclesiæ

Anno Christi 1415

ecclesiæ reformationem, cui se submiserat, per dictum sacrum concilium in capite & in membris faciendam evitare cupiens: ad redeundum & revertendum ad civitatem Constantiensem & hoc sacrum generale concilium debite compellere, & eum ad hoc etiam per edictum publicum in valvis ecclesiarum & aliorum locorum (ut est moris) affigendum citare & evocare personaliter, citationemque super hoc in forma juris debita contra eum ac ejus fautores, receptatores & sequaces decernere & concedere, & alias in & super præmissis contra eos procedere dignaremur, prout requirunt canonicæ sanctiones. Ob quam causam justitiæ debitum exequi volentes, prout tenemur, contra eumdem dominum Ioannem papam vigesimumtertium, & alios præfatos citationem personalem decrevimus, ipsumque & alios prædictos per edictum publicum in valvis ecclesiarum majoris & sancti Stephani ac portis dictæ civitatis affixum, nec non per audientiam contradictarum (ut est moris) ad comparendum coram nobis nona die ab executione citationis hujusmodi computanda, citari mandavimus & fecimus, visuros & audituros per nos ordinari, decerni & declarari, dictum jam clandestinum recessum fuisse & esse ecclesiæ sanctæ Dei damnosum, scandalosum & opprobriosum, ac unionis & pacis ecclesiæ perturbativum & impeditivum, hujusque nefandissimi schismatis nutritivum & roborativum, hæresisque & suspicionis fidei incentivum, & a bono unionis & pacis ecclesiæ præfatæ, promissionibus, votis & juramentis per ipsum dominum Ioannem papam super hoc factis deviativum: testesque super notorietate dictorum criminum ad finem procedendi contra eos super talibus tamquam super notoriis, jurare visuros, causasque, cur ipse dominus Ioannes papa ab omni administratione spirituali & temporali exnunc suspendi non debet, propter ipsius malam administrationem notorie simoniacam, bonorum & jurium Romanæ & aliarum ecclesiarum dilapidationem notoriam, ejus facto culpabili contingentem, ac ipsius super præmissis incorrigibilitatem manifestam, & alias in & super præmissis, & aliis ecclesiam Dei scandalizantibus notorie, contra eum ad ejectionem a papatu, seu ejectionis hujusmodi declarationem, & aliis per prædictos promotores propositis & proponendis, de jure & justitia responsuros, ac alias in causa & causis, & negotio hujusmodi debite processuros ac procedi visuros, aliasque dicturos, facturos & audituros, ut juris fuerit & rationis, indeque justitiæ complementum super præmissis usq; ad diffinitivam sententiam inclusive recepturos, sicut in aliis nostris inde confectis literis & instrumentis, super eorum executione inde receptis, latius continetur. Et subsequenter dicta die nona, quæ fuit dies Lunæ decimatertia hujus mensis Maii, coram nobis sessionem publicam in ecclesia majori dictæ civitatis Constantiensis de mane celebrantibus comparuerunt prædicti promotores, & contumaciam dicti domini Ioannis papæ citati, personaliter non comparentis, accusarunt, & in ejus contumaciam petierunt, illum ab administratione papali propter causas superius expressas suspendi, & alias contra illum juxta fines in literis dictæ citationis comprehensos procedi. Nos cum maturitate & mansuetudine & caritate in hac causa procedere intendentes, dictum dominum Ioannem papam per quatuor præsidentes quatuor nationum hujus sacri concilii generalis

Sessio X. Concilii.

Constantiensis, videlicet Ioannem patriarcham Antiochenum, Antonium archiepiscopum Ragusinum, Nicolaum archiepiscopum Gneznensem, & Nicolaum episcopum Bathoniensem, commissarios, & per nos ad hoc deputatos, in valvis dictæ ecclesiæ majoris alta & intelligibili voce vocari & proclamari trina vice fecimus ad cautelam protonotariis sedis apostolicæ, & aliis notariis publicis cum eisdem ad id rogatis, ibidem una cum populi multitudine præsentibus. Et tandem facta nobis illico super hoc relatione per commissarios præfatos, quod idem dominus Ioannes papa sic citatus, vocatus & proclamatus minime comparebat, adhuc ipsum de benignitate ecclesiæ solita usque ad sessionem diei præsentis in dicta ecclesia majori per nos celebrandam, expectandum decrevimus, ut in processu dictæ causæ & instrumentis inde receptis latius noscitur contineri. Cum autem hoc die præsenti, quæ est decimaquarta hujus mensis Maii, comparuerint coram nobis dicti promotores, petentes per nos pronuntiari, decerni & declarari, eumdem dominum Ioannem papam propter malam administrationem ejus notorie simoniacam, bonorumque & jurium Romanæ & aliarum ecclesiarum dilapidationem notoriam, facto & culpa ipsius domini Ioannis papæ contingentem, Deique ecclesiam scandalizantem, ab omni administratione papali & spirituali & temporali ante omnia suspendi, & ulterius crimina præfata contra eum per dictos promotores proposita, fuisse & esse notoria, & in illis tamquam super notoriis contra eum fore procedendum, etiam per nos pronuntiari, decerni & declarari, & alias contra eum procedi, ut juris est, & alias petitum fuit: nos debitum justitiæ exequi, & indemnitati ecclesiæ ac periculis animarum, quantum cum Deo possumus, obviare volentes, præfatum dominum Ioannem papam ex superabundanti, iterato in valvis majoris dictæ ecclesiæ alta & intelligibili voce ter vocari & proclamari fecimus per Franciscum Florentinum & Lucidum de Comite cardinales, & alios commissarios prælibatos, ut est moris. Et deinde facta nobis relatione per eos, quod non comparebat, decernentes eumdem fore contumacem, ad nostram ordinationem super præmissis hinc inde propositis & petitis, procedendum duximus in hunc modum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Quia nobis legitime constat, dominum Ioannem papam vigesimumtertium a tempore quo fuit assumptus ad papatum usque nunc, papatum ipsum & politiam ecclesiæ, in scandalum notorium ipsius & ecclesiæ, male administrasse, rexisse & gubernasse, vitaque sua damnabili, ejusque nefandis moribus, populis exemplum vitæ malæ præbuisse & præbere, & insuper ecclesias cathedrales, monasteria, prioratus conventuales & cetera beneficia ecclesiastica precio appreciato simoniace notorie distribuisse, bonaque & jura Romanæ & aliarum ecclesiarum plurium notorie dilapidasse; quodque caritative monitus a præmissis desistere noluit, sed continue perseveravit & perseverat, ecclesiam Dei in præmissis notorie scandalizando: eapropter per hanc nostram sententiam pronuntiamus & decernimus & declaramus, dictum dominum Ioannem papam ab omni administratione papali, spirituali & temporali, ex causis præmissis fore suspendendum, &

E suspen-

Sessio X. Concilii.

suspendimus, eique administrationem ipsam interdicimus in his scriptis, criminaque præmissa contra eum super mala administratione simoniaca & dilapidatione notoria ac ejus mala vita ecclesiam ipsam scandalizante (prout præmittitur) proposita, notoria existere, ac de & super eis tamquam de & super notoriis procedendum fore & procedi debere ad finem ejiciendi eum a papatu, prout juris fuerit, declaramus. Quocirca vos & quemlibet vestrum in domino exhortamur, vobisque & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna fautoriæ dicti schismatis tenore præsentium districte inhibemus, ne vos seu aliquis vestrum, cujuscumque conditionis, status, gradus seu dignitatis, etiam si regalis, cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, episcopalis, seu alterius cujuscumque ecclesiasticæ vel sæcularis existat, dicto domino Ioanni papæ ab omni administratione papali per nos (ut præmittitur) juste suspenso, contra dictam nostram suspensionis hujusmodi sententiam de cetero directe vel indirecte obediat, pareat, intendat, aut de bonis, rebus, juribus, seu aliis emolumentis Romanæ ecclesiæ ex quacumque causa debitis, & ad eum ac papatum pertinentibus & spectantibus quovis modo respondeat, decernentes exnunc contra facientes scienter contrarium, tamquam contra fautores dicti schismatis, ejusque domini Ioannis papæ fautores & sequaces, ad pœnas juris & alias (ut fuerit rationis) auctoritate sanctæ synodi fore procedendum, nec non irritum & inane, quidquid a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter in contrarium contigerit attentari.

Datum Constantiæ provinciæ Moguntinensis, in sessione publica, in ecclesia majori solenniter celebrata, die Martis decimaquarta mensis Maii, anno domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, pontificatus præfati domini papæ vigesimitertii anno quinto.

SESSIO XI.

Sessio XI. Concilii.

Die Sabbati vigesimaquinta mensis Maii supradicti, fuit tertia sessio generalis in ecclesia majori Constantiensi supradicta, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, & erat ibidem præsens serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex in insigniis regalibus cum nobilibus suis sibi ministrantibus: *Cui astabant inter cardinales dominus Angelus episcopus Pranestinus, Laudensis vulgariter dictus, & Iordanus Albanensis de Vrsinis cardinalis. Prasentibusque aliis dominis cardinalibus, videlicet Francisco Venetiarum, Antonio Aquileiensi, Alamanno Pisano, Petro Cameracensi, Branda Placentino, Antonio de Salancho, presbyteris, * Amadeo Salutiarum, Raynaldo de Branckasiis, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Lucido de Comito, & Francisco Florentinensi, & Odone de Columna, diaconis cardinalibus. In qua quidem sessione fuit cantata missa de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum episcopum Atrebatensem. Qua cantata, fuerunt lecta litania more solito cum introitu, Exaudi nos domine, & collectis ac evangelio & hymno, Veni creator Spiritus, & aliis ad hoc requisitis. Quibus factis, cantatis & dictis, honorabilis vir magister Henricus de Piro promotor & procurator causarum & negotiorum concilii, surrexit & proposuit, quod pro parte sancta synodi* A *Constantiensis prasentis fuissent dati certi articuli, formati pro inquisitione facienda contra dominum Ioannem papam vigesimumtertium, super notoria dilapidatione & mala administratione, fautoria schismatis, crimineque haresis, vita scandalosa & incorrigibilitate ipsius Ioannis, in bonis ecclesia & statu papali per ipsum Ioannem factis, habitis & perpetratis, dictasque positiones & articulos fore probatos per plures & diversos notabiles testes, quorum aliqui cardinales, aliqui archiepiscopi, aliqui episcopi, & per alios magnos viros. Quapropter dictos articulos & eorum attestationes in summa per dominos commissarios pronuntiari, legi & referri concilio petiit.*

* Amadeo

B *Ipsique Ioanni papa cum hoc statui & prafigi terminum condecentem ad audiendum sententiam diffinitivam per sanctam synodum, & super hoc aliquos deputari, qui ipsum ad hoc requirant, instanter postulavit. Et alias dixit, fecit & protestatus fuit, prout & quemadmodum in quadam petitionum papyri schedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur. Qua petitione facta, ascenderunt ambonem domini commissarii, videlicet dominus Iordanus de Vrsinis cardinalis pradictus, absente Guillelmo sancti Marci cardinale propter ejus infirmitatem; Andreas electus Poznaniensis, & Bartholdus de Vuldungen auditor, dominus Bartholomaus archiepiscopus Mediolanensis,* C *Ioannes de Bononia de commissariis.*

In qua quidem sessione fuit cantata missa de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum episcopum Atrebatensem. Qua cantata, legebantur litaniæ & alia in sessionibus fieri consueta. His autem peractis, dominus Andreas electus Poznaniensis legebat articulos formatos contra dictum Ioannem papam: & singulo articulo lecto, dominus Bartholdus Vuildungenensis auditor in summa dixit & declaravit, si articulus erat probatus, exponens per tot testes cum eorum quantitate, qualitate & dignitate. Quibus articulis & summario attestationum expositis, fuit ad D instantiam ipsius promotoris commissum eisdem deputatis, ad portandum dictos articulos papæ & summaria, ad respondendum eisdem, & eumdem ulterius citandum ad audiendam sententiam ad proximam sessionem,

pro die Luna proxime futura, prout in schedula quam reverendissimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus de verbo ad verbum legebat, infrascripti tenoris. quibus articulis summarie ac commissione lectis,

Post hæc autem fuit petitum per procuratorem concilii, an placeret omnibus, quod fieret processus juxta per eum petita. Et primo dominus Ioannes episcopus Ostiensis respondit pro collegio & seipso, quod placeret. Subsequenter E ipsi existentes in ambone, videlicet archiepiscopus Mediolanensis pro natione Italica, Andreas Poxnaniensis electus pro natione Germanica, abbas sancti Lupi pro natione Gallicana, Thomas Poltensis protonotarius pro natione Anglicana, responderunt, Placet: & ulterius universaliter per totios synodi supposita responsum fuit, Placet.

Super quibus omnibus & singulis magister Henricus de Piro promotor petiit sibi nomine concilii fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta, per protonotarios & notarios synodi & nationum, & alios notarios & tabelliones ibidem existentes. His expeditis, dominus Benedictus Gentians ambasiator studii Parisiensis recommendavit univer-

Anno Christi 1415.

ANNO CHRISTI 1415.

A *universitatem concilio, & ostendebat certam litteram missivam directam synodo, quam de mandato concilii legebat in ambone, præsentibus ibidem venerabili & religioso viro domino Philiberto magno magistro de Rhodis, Henrico Rompoli duco de Zagan, Ioanno Iacobo comite Aquasanensi filio marchionis Montisferrati, Guntero comite de Zvartzburg, comite de Dochemburg. Friderico duce Austria, comito Bertholdo de Vrsinis, Ioanne comite de Friburg, ambasiatoribus Franciæ, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ, * Suociæ, Cypri, Navarræ, regum, aliisque nobilibus in numero copioso.*

* l. Suediæ,

B *Tenores petitionum, articulorum, commissionum ac litteræ missivæ, de quibus supra fit mentio, sequuntur & sunt tales.*

Coram vobis sancta synodo Constantiensi universalem ecclesiam repræsentante, hic in Spiritu sancto legitime congregata, Henricus de Piro licentiatus in decretis, & Ioannes de Scribanis de Placentia, promotores & procuratores hujus ejusdem sanctæ synodi, dant & exhibent capitula, positiones & articulos infra scriptos, ad quos probandum se admitti petunt, citra onus superfluæ probationis.

In primis denuntiant, dicunt, asserunt, ponunt, & si necesse fuerit, probare intendunt, quod dominus papa vigesimus tertius a tempore juventutis suæ, C seu dum Baltassar de Cossa appellabatur, fuit homo malæ indolis, inverecundus, impudicus, mendax, parentibus suis rebellis & inobediens, plerisque vitiis deditus, ac talis & pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus & reputatus ab omnibus ipsius notitiam habentibus; & adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur pro tali, & ut talis: ac fuit & est de præmissis manifeste ac palam, publice & notorie diffamatus.

Iste primus articulus probatur verus & notorius per duos cardinales, per unum protonotarium, per duos auditores, per unum clericum cameræ, per unum licentiatum in decretis, per unum D archiepiscopum, per unum scriptorem & abbreviatorem, & per unum procuratorem unius magni ordinis, per unum canonicum unius magnæ ecclesiæ metropolitanæ, per unum episcopum, & per multos alios notabiles viros de auditu, publica voce & fama.

Item quod dictus dominus Ioannes papa, tunc Baltassar Cossa appellatus, per hujusmodi illicitum quæstum & simoniacam pravitatem, & procurationibus & mediationibus simoniacis & aliis mediis illicitis, in paucis temporibus acquisivit & congregavit multam iniquitatis mammonam, copiosumque pecuniæ thesaurum, propter quod extunc divitis nomen & statum assumpsit, & ædi- E ficia sibi comparavit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium; sicque, ut præmittitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum communiter ab omnibus ipsius notitiam habentibus: & adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur, & fuit & est de præmissis diffamatus manifeste, publice, palam & notorie.

Secundus articulus probatur per duos cardinales de notorietate & veritate, & per alios duos cardinales, de auditu, publica voce & fama: per unum archiepiscopum, per unum episcopum, per duos auditores de veritate & notorietate, & quamplures alios notabiles viros & omni exceptione majores, de publica voce & fama.

SESSIO XI. CONCILII.

A Item quod deinde præfatus dominus Ioannes papa, tunc Baltassar nuncupatus, mediante hujusmodi simoniaca & damnata pecunia, promotus fuit ad cardinalatum, pro quo solvit magnam pecuniarum summam: & appellatus fuit dominus Baltassar cardinalis sancti Eustachii. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium, ac de ipsis omnibus idem dominus Ioannes fuit & est diffamatus palam, publice, &c.

Tertius articulus probatur per unum cardinalem, quod publice & notorie hoc tenebatur in curia Romana; per unum cardinalem probatur de veritate, & per alium cardinalem publice dif- B famatum & notorium, per unum archiepiscopum de veritate. Similiter per unum procuratorem unius magni ordinis, & per plures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod postquam dictus dominus Baltassar, tunc cardinalis sancti Eustachii appellatus, civitatem Bononiensem ut legatus fuisset ingressus, viis tyrannicis quærens terras ecclesiæ, & cives & habitatores earum modo inhumano, impie, inique, & crudeliter rexit & gubernavit, & a Christiana pietate & justitia divina humanaque totaliter alienus, diversas datias, gabellas, exactiones, extorsiones & onera insupportabilia eis imposuit, & aliarum exactionum & onerum alias C inauditorum fuit inventor. Et tam per illos modos consimiles & exactiones nimium onerusas per tyrannidem & de facto taliter subditos oppressit, quod dictos civitatem, comitatum & terras ecclesiæ ac cives depauperavit, devastavit & depopulavit, ita quod tempore sui regiminis, mala, tyrannica & violenta sua gubernatione causantibus, multi fuerunt mortui, multi profugi, multi exules, banniti & exheredati, depauperati & deperditi. Et ita, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum, & communiter ab omnibus divulgatum; & adhuc dicitur, creditur & reputatur, ac fuit & est verum. Ipseque dominus Ioannes de præmissis omnibus fuit & D est graviter diffamatus palam, publice & notorie.

Quartus articulus probatur verus per unum archiepiscopum, per unum protonotarium, per duos episcopos verus & notorius, per duos auditores verus & notorius. Similiter per unum scriptorem literarum apostolicarum & per multos alios de auditu, publica voce, fama, & communi reputatione.

Item quod dictus dominus Ioannes tunc Baltassar appellatus tantum practicare scivit, quod post mortem bonæ memoriæ Alexandri papæ quinti in Romanum pontificem electus extitit, & se Ioannem papam vigesimumtertium appellavit, & ab aliis nominari & appellari se fecit; & dum crederetur mutatione nominis homo de E vitiis ad virtutes mutatus, fuit fallax opinio. Quinimo contra sanctorum patrum decreta, & contra laudabiles Romanæ ecclesiæ consuetudines veniendo, velut paganus divina officia contempsit: officium pastorale non debite in divinorum administratione exercuit: Missis & Vesperis papalibus interesse non curavit: horas canonicas dicere, jejunia, abstinentias, ceremonias, & alia canonica instituta, ad quæ homines Christiani, & præsertim clerici & ecclesiastici adstringuntur, juxta formam ecclesiæ servare sprevit. Et si aliquoties celebravit, hoc fuit currenter more venatorum & armigerorum; & plus, ne culparetur totaliter de hæresi, & ne expelleretur de

papatu,

Sessio XI. concilii.

papatu, quam devotionis vel caritatis causa. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur; atque de eis fuit & est publica vox & fama.

Quintus articulus probatur per duos cardinales verus: quoad secundam partem probatur verus & notorius. Et per unum archiepiscopum, per unum procuratorem unius magni ordinis, per unum licentiatum in decretis, & per multos alios viros de auditu, publica voce & fama & notorietate.

Item quod dictus dominus Ioannes papa fuit & est pauperum oppressor, justitiæ persecutor, iniquorum columna, simoniacorum statua, carnis cultor, vitiorum fæx, a virtutibus peregrinus, consistoria publica fugiens, ac totus somno & aliis carnalibus deditus desideriis, vitæ & moribus Christi totus contrarius, infamiæ speculum, & omnium malitiarum profundus adinventor: adeo & intantum ecclesiam Christi scandalizans, quod inter Christi fideles vitam & mores suos cognoscentes vulgariter dicitur diabolus incarnatus.

Sextus articulus probatur per unum archiepiscopum de veritate. Similiter per unum episcopum, per duos auditores, per unum magnum procuratorem, & unum magnum priorem, per unum scriptorem & abbreviatorem literarum apostolicarum de veritate & notorietate, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in Romana curia, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & notorietate.

Item quod dictus dominus Ioannes papa vas omnium peccatorum, repulsis dignis, pro pecuniis indignos ad officia & beneficia promovit, dans gratias non gratis. Beneficia vacantia, prælaturas & dignitates ecclesiasticas non magis meritis, sed plus offerenti post venditionem expositam contulit & conferri mandavit: literasque bullatas per mercatorum & nummulariorum manus, ut de mercibus mercati solitum est, vendidit atque vendi jussit & mandavit. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, habitum & reputatum; atque fuit & est verum, publicum & notorium.

Septimus articulus probatur per duos cardinales de veritate & notorietate, & similiter per tres episcopos, per unum auditorem, per unum magnũ procuratorem, per unum clericum cameræ.

Item de veritate probatur per unum scriptorem literarum apostolicarum, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in Romana curia, per unum magnum procuratorem unius magni ordinis, & per quamplures alios de publica voce & fama, & similiter notorietate & communi reputatione.

Item quod per præmissa in clero & in populo, totaque universali ecclesia, grave scandalum, gravisque domini Ioannis papæ & curiæ Romanæ infamia, exortum fuit & suscitatum, atque exorta & suscitata.

Octavus articulus probatur per unum cardinalem de veritate & notorietate, & per unum magnum magistrũ, & etiam unum magnum priorem.

Item quod propter hæc & alia reverendissimi patres & domini sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales dictum dominum Ioannem papam vigesimum tertium, anno primo pontificatus sui, inter se & ipsum solum fraternaliter diversis vicibus corripuerunt, ipsumque precibus humilibus & devotis atque salutaribus monitis cum instantia requisierunt, ne Romanam & universalem ecclesiam per hujusmodi spiritualium merces & venditiones scandalizaret: & sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Anno Christi 1415.

Nonus articulus probatur per quinque cardinales de veritate, per unum archiepiscopum, & per multos alios de auditu, publica voce & fama a cardinalibus.

Item quod dictus dominus Ioannes papa ob præmissam fraternam monitionem, animum in aliquo non mutans, avaritiæ cæcitate infectus, expost continue pristina simoniarum mercimonia continuans, pejora prioribus perpetravit: & ubi prius sub typo justitiæ, non nisi suis familiaribus commensalibus datam coronationis suæ in expectativis gratis dare confinxit, postea post fugam ab urbe Romana cuilibet indifferenter pro certa florenorum summa, videlicet, pro viginti quinque florenis auri de camera, dicta coronationis data publicæ venditioni exponebatur, in scandalum sedis apostolicæ & totius fidei Christianæ. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Decimus articulus probatur per unum archiepiscopum, per duos episcopos, per unum protonotarium, per unum auditorem, per unum magnum procuratorem, per unum magnum priorem, per unum decretorum doctorem & magnum officiarium in curia, & per unum præceptorem & decretorum doctorem, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod dictus dominus Ioannes papa in vitiis invalescens fortius, & non se corrigens, certos referendarios & cubicularios ac secretarios creavit, fecit & ordinavit mediatores, proxenetas ac procuratores pinguium & grossarum simoniarum ecclesiarum cathedralium, abbatiarum, monasteriorum, prioratuum & beneficiorum vacantium & reservatorum. Quodque subinde mediorum fructuum nondum natorum vel perceptorum, ante supplicationem vel saltem recuperationem literarum apostolicarum, impetrantem solvere oportuit certam summam ex pacto. Et nisi impetrans mox solvisset, redibat vacuus absque cujusvis onere provisionis. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Vndecimus articulus probatur per unum cardinalem de veritate, & per unum alium cardinalem de veritate & notorietate, & per unum archiepiscopum & unum episcopum, & per duos auditores de veritate & notorietate, & per unum secretarium papæ de veritate, similiter & per duos literarum apostolicarum scriptores, & per unum procuratorem in curia, & per unum magnum præpositum, & similiter per unum magnum procuratorem unius magni ordinis, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod idem dominus Ioannes papa registratoribus literarum apostolicarum per expressum inhibuit, ne cuiquam sumptum ex registris literarum apostolicarum traderent, nisi prius & ante omnia pecuniam promissam solutam fore probaretur: propter quod multos litigantes, qui tantam summam solvere non potuerunt, in clara sua justitia ob probationis defectum succumbere oportuit. Sicque avaritia & malitia dicti Ioannis papæ causantibus, iniquitas æquitati prævaluit, & beneficia possessa fuerunt absque canonico titulo contra canonicas sanctiones palam, publice ac manifeste.

Duo-

ANNO CHRISTI 1415.

Duodecimus articulus probatur per duos auditores, per unum literarum apostolicarum scriptorem, per unum magnum procuratorem ordinis, & per unum procuratorem in curia Romana, & per unum notabilem præpositum & multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod dictus Ioannes papa ultra in supra proximo articulo nominatos, certos in Romana curia deputavit mercatores, qui beneficia vacantia curiæ tribus vel pluribus diebus ad libram ponderarent, & plus offerentium supplicationem reciperent, & signari facerent, in dedecus sedis apostolicæ & perditionem animarum multarum. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Tertiusdecimus articulus probatur per unum protonotarium, duos episcopos, & per unum literarum apostolicarum scriptorem, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod supradictus dominus Ioannes papa, ne aliqua supplicatio absque simonia & solutione signaretur, omnibus & singulis referendariis injunxit, ut nullus sibi supplicationem aliquam signandam præsentaret, nisi nomine referendarii eam præsentantis signata esset. Quodque nullus quamcumque supplicationem de vacantiis signari obtineret, nisi valorem totius vel mediæ summæ in supplicatione prius realiter recepisset, & ipsi papæ responderet & traderet. Alioquin talis referendarius haberet tantumdem solvere de bono suo proprio, in pœnam transgressionis hujusmodi prætensi mandati apostolici. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quartusdecimus articulus probatur per unum protonotarium, per unum episcopum, per unum auditorem, per unum magnum priorem, per unum literarum apostolicarum scriptorem, & quamplures alios de auditu a referendariis; ac etiam alios episcopos & auditores de veritate & notorietate, publica voce & fama, &c.

Item quod dictus dominus Ioannes papa ultra præmissa, sæpe & sæpius contra Deum & propriam conscientiam suam ementibus plerisque bullas suas vendidit. In quibus scripsit beneficia obtinentes & officia, ea in suis manibus resignasse, & tunc se per hujusmodi confictam & mendosam resignationem, quæ nunquam accidit, contulit vel conferri mandavit pro pecuniarum certa concordata quotitate, multos sic funditus usque ad mendicitatem depauperando, palam, publice & notorie.

Quintusdecimus articulus probatur per duos cardinales de veritate & notorietate, per unum episcopum, per duos auditores, per unum clericum cameræ, per unum secretarium papæ, & per unum procuratorem unius ordinis, per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod per hoc dabatur occasio multa beneficia emendi, conscientiam laxandi, & temeritas timorem Dei postponendi: deveniique res ad tantum, ut qui majorem summam in supplicatione expressit & exolvit, signaturam absque difficultate obtinuit. Idem de sacramentis, indulgentus, dispensationibus & aliis ecclesiasticis & spiritualibus donis. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur palam, publice & notorie.

SESSIO XI. CONCILII.

Sextusdecimus articulus probatur per unum cardinalem de veritate, per duos auditores, per unum magnum præpositum, per unum licentiatum in decretis, per unum archiepiscopum & unum magnum procuratorem unius ordinis, per unum præceptorem decretorum doctorem, per unum episcopum, & per plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod dictus dominus Ioannes papa unum & idem beneficium sæpius pluribus diversisque personis, vel etiam uni & eidem repetitis vicibus vendidit, & plerumque uni venditum, per anticipationem antedatam alteri ementi conferebat. Et similiter de gratus expectativis, declarationibus & subrogationibus per impositionem silentiorum, jus jam quæsitum absorbuit. Per quæ quasi tota ecclesia est labe simoniaca deturpata, indignis repleta, tam in superioribus, quam in inferioribus prælatis: omnique gradu ecclesiastico lacessita, & per consequens quasi irreparabiliter scandalizata.

Decimusseptimus articulus probatur per testes superius nominatos & quamplures alios.

Item quod dictus Ioannes papa canonice electos idoneos, usque ad saturitatem appetitus sui solvere non volentes, confirmare recusavit. Quodque indignos & minus idoneos, ad summas desideratas ascendentes, scandalose dusit promovendos & promovit, plerosque etiam invitos de suis ecclesiis transtulit, ut viduatas carius vendere posset, in dedecus & scandalum Christi fidelium plurimorum, palam, manifeste, &c.

Decimusoctavus articulus probatur per testes jam nominatos, & quamplures alios.

Item quod deinde dominus Ioannes papa prædictus, concilio Pisano adstrictus pro reformatione ecclesiæ in capite & in membris, in urbe Romana concilium generale convocavit, & ibi in pluribus sermonibus etiam ante & post publice correptus & monitus, minime se emendavit.

Quinimo temporis successu continue diabolico instinctu incorrigibilis, pejora prioribus perpetravit: & sic fuit & est verum, &c.

Decimusnonus articulus probatur per tres cardinales, per duos auditores, per unum secretarium papæ, per unum archiepiscopum, per unum licentiatum in decretis, per duos episcopos, per unum procuratorem unius ordinis, & per unum procuratorem in curia, & per alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod dictus dominus papa Ioannes indulgentias in mortis articulo, prædicationem crucis; item a pœna & culpa absolutiones, ecclesiarum & altarium portatilium concessiones, & episcoporum consecrationes, & abbatum benedictiones, reliquias sanctorum, ordines sacros, potestatem in confessionibus absolvendi a peccatis, actusque qui per solas Spiritus sancti operationes ad gratiam ministrari debeant, pecunia vendidit numerata; per quæ de novo ecclesia sancta Dei in personam dicti domini Ioannis papæ graviter diffamata fuit, & notorie scandalizata.

Vigesimus articulus probatur per unum cardinalem, per unum archiepiscopum, per duos episcopos, & duos auditores, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in curia, & per plures alios de auditu, publica voce & fama atque communi reputatione.

Item quod anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo, & de mense Augusti ejus-

Sessio XI. Concilii.

Anno Christi 1415.

A dem anni, quidam Nicolaus de Pistorio mercator Florentinus, & dicti domini Ioannis papæ assertus secretarius, laicus conjugatus, nuntius & delegatus apostolicus per dictum D. Ioannem papam tunc deputatus, venit ad partes Brabantiæ habens ab eodem domino papa potestatem exigendi & percipiendi quoddam subsidium, quod fuit decima pars fructuum omnium beneficiorum in Cameracensi, Tornacensi, Leodiensi, & Trajectensi, civitatibus & diœcesibus. Quodque non solventes excommunicare posset per certum ad hoc deputatum, vel deputandum subdelegatum, ac suspensionem in collegia, conventus & capitula, interdictique sui sententias in eorum ecclesias, qui sibi hujusmodi fructuum pecuniam non traderent: B per quod ecclesiastica censura ad ludibrium & derisum, & tota septemtrionalis ecclesia graviter fuit & est enormiter scandalizata.

Vigesimus primus articulus probatur per unum cardinalem, per tres episcopos, unum auditorem, unum procuratorem in curia, & per alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod dictus dominus Ioannes papa supradicto Nicolao mercatore, ut præfertur, in legatione existente, concessit, indulsit & commisit, ut idem Nicolaus quibuscumque hominibus utriusque sexus ad suæ libitum voluntatis deputare posset confessores. Et quod hujusmodi confessores C deputati absolvere possent a pœna & a culpa, certis tamen pecuniis taxatis mediantibus. Quas quidem prætensas indulgentias idem mercator publicavit & publicari fecit in certis locis, civitatibus & villis, utpote Trajecti, Mechliniæ, Antuerpiæ & alibi, de quibus maximas pecuniarum summas exhausit & extorsit, Christi fideles seducendo, ac statum & vitam totius ecclesiæ catholicæ enormiter scandalizando.

Vigesimus secundus articulus probatur per duos episcopos, per unum auditorem, & unum procuratorem in curia Romana, & per plures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione. D

Item quod præmissa omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica & notoria, atque pro veris, publicis & notoriis apud clerum & populum civitatum & diœcesum prædictarum, cunctosque Christi fideles ibidem asserta, credita, dicta, visa, audita, palpata, & ut talia habita & reputata. Atque de ipsis & eorum quolibet fuit & est publica vox & fama, fuitque & est de præmissis omnibus & singulis dictus dominus Ioannes publice diffamatus.

Vigesimus tertius articulus refert se ad deposita per eos.

Item quod de anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo, E pontificatus dicti D. Ioannis papæ anno tertio, nonnulli ambasiatores tam ex parte illustris regis Francorum & prælatorum regni Franciæ, quam ex parte almæ universitatis studii Parisiensis, Romæ apud sanctum Petrum in palatio apostolico & in camera magna paramentorum, & multitudine cleri & nobilium ibidem in publica audientia congregata, dicto domino Ioanni papæ vigesimotertio diffamatam simoniam, malamque vitam, malamque suam famam per totum universum orbem divulgatas exposuerunt, asserentes ob id mirabiliter ecclesiam Dei scandalizatam, monentes sæpe & sæpius caritative, & requirentes eumdem papam Ioannem, quatenus a simoniæ mercibus cessaret, atque fructus antefiendo, gratias & signaturas, & antequam beneficiandus percepisset eosdem, cameræ apostolicæ solvendos & dandos, tolleret & resecaret, seque in vita & moribus emendaret, cum frequenti instantia fuerunt exhortati. Sicque fuit & est verum, publicum, &c.

Vigesimusquartus articulus probatur per quinque cardinales, quatuor episcopos, tres auditores, per unum secretarium papæ, per unum clericum cameræ, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem unius ordinis, & per unum protonotarium, & quamplures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod dictus dominus Ioannes papa XXIII. a supradictis & nonnullis aliis prelatis & ambasiatoribus, tam ecclesiasticis quam sæcularibus, quam etiam doctoribus & magistris universitatum, humili & devota monitione correptus, a criminibus prædictis & a scandalis prædictis non cessavit, imo continuavit mala prioribus accumulando. Et sic fuit & est verum, publicum, &c.

Vigesimusquintus articulus probatur per quatuor cardinales, per quatuor episcopos, tres auditores, unum episcopum & unum magnum priorem, per unum secretarium papæ, per unum clericum cameræ, per unum protonotarium, & quamplures alios de fama & credulitate.

Item quod idem dominus Ioannes vigesimustertius fuit & est de præmissis omnibus & singulis publice & notorie per totum mundum & cuncta Christianitatum regna totaliter diffamatus & promulgatus, atque pro tali & ut talis in Romana curia & extra, ubicumque ipsius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus & reputatus; atque tenetur, habetur & reputatur pro tali & ut talis, palam & publice.

Vigesimus sextus articulus probatur per testes proxime nominatos.

Item denuntiant, ponunt, & probare intendunt, quod supradictus dominus Ioannes papa bona temporalia ecclesiæ Romanæ, urbem videlicet Romanam & patrimonium ecclesiæ in Italia, pessime & scandalose rexit, oppressiones, angarias & gabellas, ut thesaurizaret, adauxit, & aliquas de novo adinvenit: totamque subditorum substantiam, quantum in eo fuit, exhausit, & sibi imbursavit. Ipsosque ecclesiæ subditos depauperavit, turpia lucra undique scandalose recolligens, pluresque terras Romanæ ecclesiæ sine evidenti necessitate vel utilitate hypothecavit & impignoravit, aliquas vero perpetuæ alienationis titulo distraxit. Et cum communi Florentinensi de alienando Bononiam tractavit, urbemque Romanam & terras patrimonii ecclesiæ proditorie capi, invadi & occupari permisit & tacite consensit. Et dum nuper de mense Iunii, anno domini millesimo quadringentesimo decimotertio se in crastino Romano populo missam in ecclesia sancti Laurentii in Damaso, pro consolatione pacis & victoria belli contra quemdam Ladislaum Apuliæ regem, per ipsum papam Ioannem confici spopondisset, Romanum populum deserens, curialesque suos & oves in manibus luporum & inimicorum suorum tradens, ex culpa sua recessit scandalose. Propter quod multi curtisani interempti, trucidati, capti, spoliati, & aliqui violenter per marinarios ad galeas capti, & in perpetuam servitutem redacti fuerant. Itaque fuit & est verum, & est publica vox & fama.

Vigesimusseptimus articulus probatur per tres cardi-

ANNO CHRISTI 1415. cardinales, unum archiepiscopum, tres episcopos, tres auditores, unum clericum cameræ, per unum præpositum, per unum licentiatum in decretis, per unum magnum priorem unius ordinis, per unum procuratorem in Romana curia, & per multos alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod propter præmissa, & ipso culpante & causam dante, multa crimina, videlicet sacrilegia, adulteria, homicidia, spoliationes, rapinæ & furta in urbe Romana fuerunt commissa. Et ita fuit & est verum, publica vox & fama.

Vigesimoctavus articulus probatur per unum cardinalem, per duos episcopos, duos auditores, unum præceptorem decretorum doctorem, unum licentiatum in decretis, & unum procuratorem unius magni ordinis, & per unum procuratorem in curia Romana, & quamplures alios de publica voce & fama, &c.

Item quod communis & vulgata omnium hominum opinio, assertio, credulitas, & manifesta fama fuit & est, quod dictus dominus Ioannes papa tam in præmissis, quam in aliis innumerabilibus casibus, & universaliter in omnibus male & pessime administravit tam in spiritualibus, quam & in temporalibus. Et quod fuit & est bonorum ecclesiæ Romanæ & ceterarum ecclesiarum, & rerum ecclesiasticarum, ac etiam temporalium ad ecclesias pertinentium, maximus & plus quam de aliquo alio fuit lectum vel auditum, dilapidator & devastator ac dissipator pessimus, & inutilis & damnosus administrator, atque universali ecclesiæ & toti populo Christiano scandalosus, veneficus, homicida, fratrum interemptor, carnis vitia per omnia colens, incontinens, & infinitis criminibus irretitus, malæ famæ & pessimæ conditionis: adeo quod in Italia, & quasi toto mundo ..... capto vocabulo & similitudine a quodam inhumanissimo gentium armorum capitaneo, Balderinus appellato, etiam papa Balderinus vocitatur. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Vigesimusnonus articulus probatur per quatuor cardinales de mala & scandalosa administratione, vita mala, & publica diffamatione: per unum archiepiscopum, duos episcopos de notorietate: similiter per duos auditores, per unum secretarium papæ, per unum clericum cameræ, & per unum licentiatum in decretis, & per unum procuratorem unius ordinis, & quamplures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod de præmissis omnibus idem dominus Ioannes papa fuit & est publice & notorie diffamatus, & per totum mundum divulgatus & infamatus; & quod de ipsis & earum singulis fuit & est publica vox & fama, & ut talis & pro tali fuit & est ubique, ubi de ipso notitia habetur, dictus, tentus, creditus & reputatus, dicitur, tenetur, creditur & reputatur palam & publice, communiter & notorie, pro tali & ut talis.

Trigesimus articulus probatur per testes proxime descriptos.

Item quod præfatus dominus Ioannes papa nonnulla diversa bona mobilia & immobilia diversarum ecclesiarum & monasteriorum, titulorumque dominorum cardinalium, tam episcopatuum, quam aliorum presbyteralium & diaconatuum, collegiorum, prioratuum, ecclesiarum parochialium & capellarum, ceterorumque altarium, hospitalium & locorum ecclesiasticorum dictæ urbis Romanæ, & præsertim ecclesiarum principis apostolorum de urbe sancti Ioannis Lateranensis, ac aliis ad canonicos & personas ecclesiasticas dictæ urbis spectantibus: nec non de bonis monasteriorum sancti Ioannis & Pauli, sancti Laurentii extra muros, sancti Alexii, sanctæ Sabinæ, & aliis monasteriis tam virorum quam mulierum, sola avaritiæ cæcitate seductus, vendidit, alienavit, dilapidavit & dissipavit, & aliqua eorum ad nihilum redegit, adeo quod in plerisque cessat servitium divinum: & ubi erant decem, vel viginti, vel triginta religiosi, hodie non sunt nisi unus, duo vel tres quasi fame morientes. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

SESSIO XI. CONCILII.

Trigesimus primus articulus probatur per unum cardinalem, per unum episcopum, per unum clericum cameræ, per unum magnum præpositum, per unum auditorem, per unum præceptorem decretorum doctorem, per unum procuratorem unius magni ordinis, & unum literarum apostolicarum scriptorem, & per plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod idem dominus Ioannes papa etiam jura mobilia & immobilia ecclesiarum cathedralium & collegiatarum, monasteriorum, prioratuum, studiorum, collegiorum, hospitalium, ecclesiarum parochialium, capellarum & ceterorum beneficiorum & officiorum ecclesiasticorum extra dictam urbem, tam in civitate & districtu Bononiensi, quam in aliis civitatibus, villis & locis dicti patrimonii Romanæ ecclesiæ, quam extra ubique consistentia, etiam vendidit, alienavit & dissipavit, & præsertim plura bona episcopatus Bononiensis & ecclesiæ sancti Petronii Bononiensis, & præsertim lapides, ligna, & totam materiam, de quibus debebat ædificari & fabricari dicta ecclesia. Et pecunias ad dictam fabricam ab antiquo ordinatas recepit, & opus omnino cessare fecit. Similiter omnes curias, possessiones, prædia ac bona mobilia & immobilia, ac dotationem totalem collegii Gregoriani in dicta civitate Bononiensi per felicis recordationis Gregorium papam undecimum fundati, pro sustentatione quinquaginta scholarium pauperum, &c. etiam vendidit & alienavit, ita quod de mobilibus nihil ibi remansit, & de immobilibus vix posset sustentari congrue unus solus scholaris. Et demum Saccardis habitandam tradidit, qui totaliter eam destruxerunt: & eam vendidisset, si repetisset emptorem. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimussecundus articulus probatur per unum cardinalem, unum archiepiscopum, duos episcopos, unum auditorem, unum secretarium papæ, unum scriptorem papæ, & per multos alios de auditu, publica voce & fama.

Item quod dictus dominus Ioannes papa præmissis non contentus, sed etiam literarum studia per salarii subtractionem subtiliter extinguere conatus est. Doctoribus studii Bononiensis per plures annos, & maxime a promotione sua ad papatum, stipendia eorum ab antiquo tempore dicti studii eis debita, & unde vivere & perinde studere & legere debebant, funditus abstulit & removit: & taliter fecit, quod tam nobile & solenne studium quasi ad nihilum respective devenit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimustertius articulus probatur per duos cardinales, per duos episcopos, unum præceptorem decretorum doctorem, unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in curia Roma-

na, & plures alios de auditu, publica voce & fama, &c.

Item quod non solum dilapidavit bona & jura prædicta mobilia & immobilia ecclesiarum, sed etiam super personas ecclesiasticas, tam urbis Romanæ & civitatis Bononiensis, ac in toto patrimonio ecclesię gravissima onera, tallias & exactiones, insupportabilia imposuit: facultatesque ecclesiarum, unde personę ecclesiasticæ vivere & servire Deo debebant, ab eis extorsit, & sibi applicavit: imo etiam super alios prælatos ecclesiasticos aliarum terrarum & dominorum sæcularium, diversa onera, tallias, exactionesque solvendas dominiis & comitatibus sæcularibus. & præsertim regni Franciæ & comitatus Sabaudiæ, Provinciæ etiam, nec non civitatibus Florentinensium, Venetorum, Senatum, & pluribus aliis, cum quibus in precio participavit, imposuit: adeo & in tantum, quod dicti ecclesiastici fuerunt & sunt tanta paupertatis angustia afflicti, ut post propriorum patrimonialium bonorum consumptionem, necessitate famis libros, calices & ornamenta ecclesiarum vendere sint coacti. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturque, tenetur, creditur & reputatur palam, publice, &c.

B

Trigesimus quartus articulus probatur per unum cardinalem & per testes proxime descriptos.

Item, quod propter præmissa tota ecclesia Dei notorie fuit scandalizata. Et ita fuit & est verum, publicum & notorium.

C

Trigesimus quintus articulus probatur per omnes cardinales, & per omnes alios testes.

Item quod horrida & detestandorum criminum domini Ioannis papæ antedicti fama, imo infamia, crebris insinuationibus & multiplicatis vicibus non solum semel, sed pluries & sæpe Christianorum principum, totiusque populi Christiani (proh dolor) aures penetravit, intantum quod serenissimus & invictissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex semper Augustus, in Lombardia existens ad civitatem Laudensem applicuit, dictumque Ioannem papam ibidem advenientem humili & devota prece rogavit, quatenus attento quod quasi totus mundus in ejus personam scandalizatus est, sua crimina dissimulare non posset, mores & vitam emendaret in melius, & ut unionem sanctæ matris ecclesiæ tunc & nunc tripartitę, summis vigiliis & curis intendere dignaretur, ut adstrictus per Pisanum concilium tenebatur; & concilium generale in aliquo securo loco, cuncto populo Christiano commodoso indiceret, suasit; & ut ecclesia in capite & in membris reformaretur, etiam devote supplicavit.

D

Trigesimus sextus articulus probatur per unum literarum apostolicarum scriptorem, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in curia Romana, & per alios de credulitate, &c.

E

Item quod dictus dominus Ioannes papa XXIII. precibus dicti serenissimi principis Romanorum & Hungariæ regis in parte condescendens, amplius a vitiis hujusmodi scandalosis, & præsertim simoniaca hæresi, abstinere spopondit: & hanc civitatem Constantiensem, pro loco multitudinis capace, & alias habili & idoneo, pro concilio generali celebrando elegit, quod anno domini 1414. mense Novembris inchoando indixit, & per mundum publicavit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimusseptimus articulus probatur, ut in

A

bulla desuper confecta continetur.

Item quod deinde dictus dominus Ioannes papa Bononiam rediens, in pristinam & pejorem simoniam recidivavit: falsas datarum anticipationes vendidit, jus quæsitum pro numerata pecunia litigatoribus abstulit, & ad solventium instantias, eorum adversariis pluribus perpetuum plerisque vicibus silentium imposuit de facto, turpiter & scandalose. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimusoctavus articulus probatur per duos cardinales, per tres episcopos, per unum auditorem, unum præceptorem decretorum doctorem, unum secretarium papæ, per unum licentiatum in decretis, unum magnum procuratorem unius ordinis, & quamplures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item & ne per viam justitiæ oppressi relevarentur, idem papa Ioannes anno domini 1414. plerisque vicibus dominis auditoribus per suos referendarios, & præsertim per dominum Iacobum de Camplo, nunc electum Penoensem, dici fecit & mandari, ne materias anticipationis datarum admitteret in judicio, & ne datarum registratores, aut alios officiarios quovis modo compelleret in his materiis privationem juris alterius concernentibus veritati testimonium perhibere, justitiam notorie opprimendo. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimus nonus articulus probatur per duos auditores & unum procuratorem in Romana curia.

Item quod propter præmissa & plura alia, reverendus pater dominus episcopus Saresburiensis, & alii Christianissimi principis regis Angliæ illustris ambasiatores dictum dominum Ioannem papam vigesimumtertium monuerunt & corripuerunt caritative, supplicantes eidem, quod simoniam & beneficiorum venditionem desereret, & se in vita & in moribus emendaret. Alioquin non dubitaret propter scandalum subtractionem obedientię, & alia inconvenientia secutura. Quodque ipse dominus Ioannes papa incorrigibilis factus, hujusmodi monita salutaria sprevit. Ipsumque & alios prælatos duris & asperis verbis minatus est & injuriatus est palam & publice. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimus articulus probatur per duos cardinales, per unum procuratorem unius magni ordinis, & alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quod deinde præfatus dominus Ioannes papa ad Constantiam veniens, post diversas persuasiones, exhortationes & rogamina per hoc sacrum Constantiense generale concilium devote factas & facta, ut pacem ecclesiæ daret & papatui cederet, cum alia tutior, promptior & securior, quam via cessionis, non esset, ad unionem perfectam in ecclesia Dei consequendam, attentis scandalis ex persona sua jam exortis, propter quæ existentes in aliis obedientiis retrahebantur ab ecclesiæ unitate: hoc anno domini 1415. die Sabbati secunda mensis Martii, in sessione generali Constantiensi, & in pleno concilio generali Constantiensi, universalem ecclesiam repræsentante, ecclesiæ Dei sponsæ suæ promisit, vovit & juravit cedere papatui, sponte & libere dare pacem ecclesiæ per viam suæ simplicis cessionis papatus juxta deliberationem ejusdem concilii, prout in quadam schedula conscripta, quam schedulam suamet viva voce alta & intelligibili legit, dixit, juravit,

Anno Christi 1415.

ravit, vovit & promisit,* & alia fecit, prout in eadem, ad quam se referunt promotores & procuratores antedicti, continetur. Cujus tenor sequitur & est talis: Ego Ioannes papa vigesimustertius propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, voveo, juro & promitto Deo & ecclesiæ ac huic sacro concilio, sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu, juxta deliberationem præsentis concilii, si & quando Petrus de Luna Benedictus decimustertius, & Angelus de Corario Gregorius duodecimus, in suis obedientiis nuncupati, papatui quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos similiter cedant. Et etiam in quocumque casu cessionis vel decessus, aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei ad extirpationem præsentis schismatis.

Quadragesimus primus articulus probatur per duos cardinales & per duos episcopos, & ex schedula papæ.

Item denuntiant, ponunt, & si necesse erit, probare intendunt dicti magistri Henricus & Ioannes promotores, quod dominus Ioannes papa XXIII. se huic generali concilio submisit & ejus sententiæ, ac ejus judicio stare promisit in omnibus & singulis quæ pertinent ad reformationem ecclesiæ tam in capite quam in membris. Et hoc est verum, publicum & notorium, palam & manifestum, & ita ab omnibus publice tenetur & reputatur.

Quadragesimussecundus articulus probatur per unum auditorem & unum decretorum doctorem, unum magistrum officiorum in curia Romana, & quamplures alios de notorietate.

Item quod dictus dominus Ioannes papa, postquam fuit in hac civitate Constantiensi, & post concilium jam inceptum, sæpe & sæpius, & maxime in publica sessione, omnibus audientibus, cunctos monuit, quatenus cōtra ipsum dicerent & objicerent quidquid vellent, cum intenderet stare determinationi hujus sacri concilii, quæ a tempore sui papatus gessit & administravit. Et hæc sunt publica, notoria & manifesta, & ita ab omnibus tamquam notoria habentur, tenentur & reputantur.

Quadragesimustertius articulus probatur per testes supra proxime descriptos.

Item quod deinde ut hujusmodi professio, votum & juramentum & promissio juxta deliberationem concilii ac practicam cessionis papatus, & per consequens perfectæ unionis in ecclesia Dei consequendæ, ponerentur, dictus dominus Ioannes papa requisitus, quatenus procuratores aliquos ad præmissa adimplendum constitueret, ut dictus serenissimus princeps & alii per hoc sacrosanctum generale concilium deputandi & eligendi, in civitate Niciensi Petro de Luna Benedicto XIII. in sua obedientia nuncupato bonam domini Ioannis papæ voluntatem ostenderent, & ut simpliciter cederent, prout cum ambasiatoribus dicti Petri de Luna & illustris principis domini regis Aragonum tractatum & conclusum extitit, fuit pro parte nationum & hujus sacri Concilii humiliter & devote rogatus & requisitus.

Quadragesimusquartus articulus probatur per duos cardinales, quatuor episcopos, tres auditores, unum secretarium papæ, & per unum procuratorem in Romana curia, & quamplures alios de notorietate.

Itē quod post hujusmodi requisitionē dictus Ioannes papa dolose cogitavit se absētare & clam recedere velle: & super his fuit publica vox & fama,

Sessio XI. Conc. Ait.

Quadragesimusquintus articulus probatur per duos auditores, per unum decretorum doctorem magnum officialem in curia Romana, & plures alios de notorietate, publica voce & fama & evidentia rei.

Item quod fama hujusmodi recessus papæ tunc instantis ad aures serenissimi principis domini Sigismundi Dei gratia Romanorum & Hungariæ regis deducta, idem dominus rex ante præsentiam reverendissimorum in Christo patrum & dominorum cardinalium, patriarchæ Antiocheni, episcoporum multorum, ducum & comitum atque prælatorum in multitudine copiosa, hortatus est & rogavit dictum dominum Ioannem papam, ne a civitate Constantiæ recederet, neve ante perfectam unionem ecclesiæ hujusmodi sacrosanctum generale concilium dissolveret, persuadens quantum meritum apud Deum, quantamque laudem humanam habiturus esset, si per ipsum perfecta unio fieri posset: dans ei & offerens uberiorem salvumconductum, atque salvam guardiam & plenissimam securitatem personæ & bonorum omnium, familiarium & curtisanorum, &c. Quodque dictus dominus Ioannes papa recedere nunquam cogitasset, respondit: sed utique remanere, perficere & implere cum effectu velle ea quæ vovit & juravit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimussextus articulus probatur per duos cardinales, tres auditores, per unum præceptorem decretorum doctorem, & unum magnum præpositum, & per unum licentiatum in decretis, per quatuor episcopos & multos alios.

Item quod extunc dominus Ioannes papa videns concilium hujusmodi & totum mundum ad sanctę Dei ecclesiæ jam triginta octo annis vel citra scissæ & divisę unionem & redintegrationem, necnon extirpationē hæresis & vitiorum, ac ipsius ecclesię reformationem in capite & in membris anhelare, diabolico spiritu instigatus, hoc sacrosanctum concilium dissolvere quęrens, ut reformationem hęresum atque schismatum extirpationem prędicta evadere & impedire posset, & suam malam vitam continuare; ad prętERITA vitia & ambitiones reincidens, contra vota, professa, promissa, ac Deo & ecclesię jurata, id facere renuit, & nuper hoc anno domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, die Mercurii vigesima mensis Martii, in noctis tenebris, habitu indecenti & dissimulato, laicali more, non ut Romanum decuit pontificem, gregem sibi commissum ut mercenarius deserens, ab hoc sacro Constantiensi concilio contumaciter se absentando, aufugit & recessit, in scandalum totius generalis concilii & totius populi Christiani. Ita fuit & est verum, publicum & notorium atque manifestum.

Quadragesimusseptimus articulus probatur per omnes testes, suum recessum fuisse & esse notorie scandalosum.

Item quod de post dictus dominus Ioannes papa ad oppidum *Schafhusen* se retraxit, & nonnullos cardinales, episcopos & prælatos, ac etiam curtisanos & principum ambasiatores a pręsenti civitate Constantiensi ad se venire jussit, mandavit & practicavit; & nihilo minus sub certis prætensis causis, pœnis & censuris ipsos ad se vocavit & venire jussit: & eum sequi volentibus aut non volentibus mandavit, ut ab hoc sacro concilio recederent. Sic per suam fugam oves spargere, concilium sacrum dissolvere, & schisma nutrire, & perpetuo ecclesiam Dei tenere monstruosam hęresibus, & divisam, & vitiis deformatam pro-

posuit, & quantum in eo fuit, voluit & deliberavit & fecit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimus octavus articulus probatur per unum cardinalem, per duos episcopos, per duos auditores, per unum præceptorem decretorum doctorem, per unum secretarium papæ, per duos licentiatos in decretis, & quamplures alios de notorietate.

Item quod post de dicto oppido *Schafhusen* ipsa die Veneris sancta, tempore divini officii, hora tertiarum iter arripuit versus oppidum Louffembergense: & deinde ab oppido Louffembergensi iterum transformato habito turpiter ulterius versus oppidum Brisacum gressus direxit, scandalose a dictis concilio & civitate Constantiensi plus & plus contumaciter se elongando, totisque conatibus, practica & opera datis ire visus est in Burgundiam. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimusnonus articulus probatur per duos cardinales, per duos episcopos, duos auditores, unum decretorum doctorem, per unum secretarium papæ & quamplures alios.

Item quod nuper hoc anno domini 1415. & de mense Aprilis ejusdem anni, dictus dominus Ioannes papa per reverendissimos ambasiatores, oratores, nuntios & epistolas pro parte huius sacri generalis concilii ad ipsum tunc in præfato oppido Brisaco residentem destinatos & destinatas, quatenus more pii pastoris, qui animam suam posuit pro ovibus suis, cujus actionem & auctoritatis præsidentiam ita vita, exemplo & doctrina insecutor esse dignaretur, ad gregem suum desertum rediret Constantiam, vel saltem ad unam de tribus civitatibus, oppidis seu locis utique insignibus, videlicet civitatem Basileensem, * Olmam seu Ravemburg, civitati Constantiensi & loco concilii vicinam, de unione ecclesiæ Dei gratia Dei perficienda, ut secum in omni benignitate & caritate tractare possent, caritative enim reverentia debita fuit rogatus, monitus & requisitus. Promittentes eidem & offerentes ex parte dicti concilii salvumconductum plenissimum, tunc jam paratum & sigillo magno seu imperiali sigillatum, & eidem domino Ioanni lectum, ostensum & donatum, securitatem vitæ & status, ac provisionem honestissimam condecentem statui suo, si reverteretur, atque vota, jurata & promissa adimpleret, prout iidem legati & ambasiatores id a prædicto concilio habuerunt in mandatis & obtulerunt, quemadmodum in instrumentis publicis desuper confectis, ad quæ se referunt promotores & procuratores prædicti, latius continebatur.

* Vlmam.

Quinquagesimus articulus probatur per unum cardinalem, per tres episcopos, & instrumenta publica & diversa brevia per ipsum Ioannem papam principibus & universitatibus missa.

Item quod dictus dominus Ioannes papa in reprobum sensum ductus, monita hujusmodi more aspidis aures obturantis ne audiat, obaudiens, se in crastinum responsum dictis ambasiatoribus & legatis velle dare asserens, ipsos eo tunc redire jussit. Nec crastino expectato, post medium noctis ante diluculum, non dato responso, ad oppidum Nuemburg aufugiens se transtulit habitu transformato. Et sic sacrum concilium dissolvere, unionem & reformationem ecclesiæ, extirpationem hæresum & vitiorum impedire, & suam vitam detestandam continuare ut posset, quæsivit prout continuavit, in profundum malorum deditus, pejora prioribus committere non expavit, supradictis monitis, precibus & requisitionibus minime condescendens. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quinquagesimus primus articulus probatur per testes supra proxime nominatos.

Item quod supradictus dominus Ioannes papa fuit & est homo duræ cervicis, pertinax peccator, induratus, incorrigibilis, ecclesiam Dei notorie scandalizans, fautor schismatis, aliasque talis, quod papatu & eius administratione se reddidit indignum. Et pro tali habetur, tenetur & reputatur.

Quinquagesimus secundus articulus probatur per unum cardinalem, & per omnes testes superius descriptos.

Item quod dominus Ioannes papa fuit & est de præmissis omnibus & singulis publice & notorie divulgatus & diffamatus, atque pro tali & ut talis, in Romana curia & extra, & ubicumque ipsius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus & reputatus pro tali & ut talis palam & publice.

Item quod de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama.

Quinquagesimus tertius & quartus articuli probati sunt per omnes testes superius descriptos publici & notorii.

Hoc loco in exemplari unde hæc desumpta sunt, plus quam latus integrum folii unius vacuum relictum erat, tamquam si plures articuli, aut alia nescio quæ addenda fuissent.

In primis denuntiant, dicunt, asserunt, ponunt, & si necesse fuerit, probare intendunt, quod dominus Ioannes papa vigesimustertius a tempore juventutis suæ dum Baltassar Cossa appellabatur, fuit homo malæ indolis, inverecundus, impudicus, mendax, parentibus suis rebellis & inobediens, plerisque vitiis deditus: ac talis & pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus & reputatus ab omnibus ipsius notitiam habentibus. Et adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur pro tali & ut talis. Ac fuit & est de præmissis diffamatus ac palam, manifeste, publice & notorie.

Item quod dictus dominus Ioannes tunc Baltassar appellatus, legatus Bononiæ existens, ad papatum illicitis mediis anhelans, in mortem bonæ memoriæ domini Alexandri papæ extitit machinatus, & ut tam ipse quam medicus suus magister Daniel de sancta Sophia, artium & medicinæ doctor, veneno extinguerentur, prout extincti sunt operam dedit. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur; atque fuit & est de præmissis in civitate Bononiensi, & extra per totum mundum publica vox & fama, fuitque & est graviter & notorie diffamatus.

Item quod dominus Ioannes papa cum uxore fratris sui, & cum sanctis monialibus incestum, cum virginibus stuprum, & cum conjugatis adulterium & alia incontinentiæ crimina, propter quæ ira Dei descendit in filios diffidentiæ, commisit: & de his graviter & publice diffamatus & scandalizatus est. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Item quod supradictus papa Ioannes novum mandatum & simoniæ scelus perpetrando, sex parochiales ecclesias Bononienses & plura alia beneficia ecclesiastica pro pecunia numerata vendidit meris laicis, qui eas tamquam res profanas cum earum possessionibus, dotibus & juribus de facto possident. Ponuntque laici hujusmodi presbyteros ad celebrandum missas pro suæ libito voluntatis. Et plura alia enormia & majora fecit & commisit in illis & aliis partibus, de quibus fama publica, imo verius infamia contra eum divulgata

est

ANNO CHRIST. 1415.

est per universum orbem. Sicque fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturque, tenetur, creditur & reputatur. Atque fuit & est publicum & notorium.

Item quod dictus papa Ioannes præceptoriam Cypri, ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, contulit cuidam infanti in quinto anno constituto, bastardo illustris domini regis Cypri, nomine Aloysio, pro certa pecuniæ quantitate. Nec non fructus vacantiæ & spolia ultimi preceptoris defuncti, eidem Aloysio infanti vendidit contra ipsius ordinis regularia instituta, præsertim cum hujusmodi bona spolii & vacantiæ sint bona fiscalia pro solvendis stipendiariis contra infideles. Nec non eidem infanti in dicto quinto anno ætatis suæ B constituto per bullam concessit, ut ea ætate possit profiteri & professioni adstringeretur, contra legem consensus qui per eum præstari non potuit. & sic fuit, &c.

Item quod dominus Ioannes papa nunquam predicta revocare voluit, nisi cum pactis & conditionibus quæ sequuntur. Primo, quod restituerentur regi Cypri pecuniæ, quas dederat papę pro emptione dictæ præceptoriæ pro rato.

Item quod darentur papæ in continenti, & omnino sex millia florenorum auri de camera, quod fieri oportuit, & soluti fuerunt realiter pro hospitali per priorem Rhodi & procuratorem generalis religionis domino Nicolao de Robertis, Idibus C Augusti, anno quinto, & per manus Eduardi de Recus mercatoris Florentinensis. Pro quibus sic solutis, religio Hospitalis & predicti remanent adhuc obligati penes mercatores. Ita reservavit papa tunc & ante omnia pro dicto bastardo in quinto ætatis suæ anno constituto super bonis religionis pensionē duorum millium florenorum de camera.

Item reservavit pro dicto bastardo cameram magistralem, quæ vocatur Negera & finita, quæ valet communiter duo millia florenorum annuatim. Ad quę non

Et hic aliquantum spatii relictum erat in archetypo.

dicti prior & procurator. Quibus sic peractis, papa D fecit eis dari per dictum Eduardum de Recus mercatorem bullas, qui dictas bullas reservabat usque ad solutionem dictorum sex millium florenorum: quas bullas eidem Eduardo dederat episcopus Vulteranus, donec solverentur sex millia florenorum supradictorum. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Item quod dictus dominus Ioannes papa fratrem Iacobum de Viriaco majorem annis, expresse professum religionis Hospitalis, a votis, regula & habitu religionis absolvit de facto, & ad sæculum reduxit, & contrahendi matrimonium licentiam dedit, sexcentis ducatis primo datis. Et sic fuit, &c.

Item quod dominus Ioannes papa prædictus castellaniam Scalarum dicti hospitalis, quā dictus fra- E ter Iacobus tenebat, simul cum prædictis reservavit, & deinde ipsam cuidam fratri Heymaco de Vesello pecuniis datis contulit: quæ castellania est conventualis & regia, in qua deberent esse fratres capellani numero 13. cum aliis clericis Deo servientibus. Sicque perit divinus cultus, & ordo transvertitur in scandalum Christi fidelium plurimorum palam & publice.

Item dicto Heymaco juveni ætatis quatuordecim annorum vel circa, concesserat dominus magister Rhodi licentiam ingrediendi religionem Hospitalis, ut indilate facta professione & recepto habitu religionis, transiret ad conventum religionis cum equis & armis sufficientibus, Deo & reli- A gioni contra inimicos fidei Christianę militaturus. Et quod ipse frater Heymacus votorum suorum & salutis propriæ immemor, non ad conventum transiit, sed statim factus inobediens & rebellis, ad dictam castellaniam emendam ad papam misit. Quam castellaniam obtinens, omnia conventus, tam vacantem, quam responsionem annuam occupavit, prout occupat, licentia per dictum dominum papam prius vendita & concessa.

SESSIO XI. CONCILII.

Item quod ipse dominus Ioannes papa prædictus multa gravia, inutilia & frustratoria onera etiam Gallicis in Avinione tyrannice ad diversos fines damnatis imposuit. Et præsertim tam in viagio facto apud Pisas cum galeis sub colore eundi B apud Avinionem, quam in combustione palatii apostolici Avinionensi per dominum Marinum nepotem suum, & suorum servitorum ad hoc (ut dicitur) missum & constitutum capitaneum dicti palatii, ad reparationem ejus, quam aliis diversis modis, ac etiam de dictis civitate Avinionensi & comitatu * Veanissini, quos tractavit alienari diversimode, & maxime in manibus dicti regis Ladislai ponere, mediantibus certis tractatibus cōtra unionem ecclesiæ, & magna pecuniæ quantitate. Quod & fecisset, si ad optatum suum pervenire potuisset. Sicque (ut prędicitur) fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur palam, publice & notorie.

* Venaycini
* Venaysini.

C Item quod dictus dominus Ioannes papa bona & dotem prædicti monasterii sancti Laurentii divisit in tres partes dissipando, & certis ex dominis cardinalibus particulariter per tripartitas particulas dividendo, quæ prius unita fuerant pro sustentatione monachorum multorum, Deo in religionis zelo laudabiliter prius servientium, nunc miseria & paupertate apostatantium. Et sic fuit & est verum, &c.

Item quod dictus dominus Ioannes papa prędictis non contentus, monasterium sancti Alexii prædictum vendidit Baptistæ de Sabellis, pro quodam impubere bastardo suo; monasterium sanctæ Sabinę domino Nicolao de Ursinis; & ita de ce- D teris. Et quod deterius est, caput sancti Ioannis Baptistæ quod erat in monasterio monialium sancti Silvestri de dicta urbe, vendiderat, seu pactum de tradendo fecerat Florentinis pro precio quinquaginta millium ducatorum, quod & fecisset, nisi civibus Romanis id per eum revelatum fuisset. Et quia aliqui eorum de hoc in aperto locuti fuerunt, capti & incarcerati fuerunt, & in magnis pecuniarum summis redempti fuerunt, & exbanniti. Et alias nisi se seu vitam suam redemissent, propterea decapitati fuissent ejus jussu. Et ita, ut prædicitur, fuit, dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur. Et fuit & est verum, publicum & notorium at- E que divulgatum ubique, tam in urbe & tota Italia, quam Gallia etiam, palam, publice & notorie.

Item quod dictus papa Ioannes decimas castrorum Centi, & plures diœcesis Bononiensis, pertinentes ad mensam episcopalem Bononiensem, alienavit laicis fautoribus suis in perpetuum, pro eis & eorum successoribus, in grave dispendium ecclesiæ Bononiensis, quam penitus & totaliter depauperavit palam & publice.

Item quod communis hominum opinio, assertio, firma credulitas ac vera reputatio, commune dictum, rumor indubius, vulgata fama, atque verum & notorium fuit & est, quod dictus dominus Ioannes papa fuit & sit homo peccator,

Sessio XI. concilii.

Anno Christi 1415.

notorie criminosus de homicidio, veneficio, & aliis gravibus criminibus, quibus irretitus dicitur graviter diffamatus, dissipator bonorum ecclesiæ, & dilapidator eorumdem, notorius simoniacus, pertinax hæreticus, & ecclesiam Christi notorie scandalizans, incorrigibilis, & alias talis, quod se papatui & ejusdem administrationi, ac sedis apostolicæ & universalis ecclesiæ regimini reddidit indignum.

Item quod dictus Ioannes papa vigesimostertius sæpe & sæpius coram diversis prælatis, & aliis honestis & probis viris pertinaciter, diabolo suadente, dixit, asseruit, dogmatizavit & adstruxit, vitam æternam non esse, neque aliam post hanc. Quinimo dixit & pertinaciter credidit, animam hominis cum corpore humano mori & extingui ad instar animalium brutorum: dixitque mortuum semel, esse etiam in novissimo die minime resurrecturum, contra articulum de resurrectione mortuorum. Quodque de præmissis fuit & est dictus Ioannes papa apud clerum & populum graviter diffamatus. Sicque ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur palam, publice & notorie.

Item quod dictus dominus Ioannes papa sæpe & sæpius publice dixit & professus est, se velle omnia facere opportuna pro unione ecclesiæ sanctæ Dei, etiam usque ad mortem inclusive; nec in prædictis a voluntate hujus concilii aliquo modo discedere. Et hæc sunt vera, publica & notoria; & ut notoria habentur, tenentur & reputantur.

Hoc loco scriptus fuit articulus approbationis protonotariorum per quatuor nationes deputatorum. Hunc, quia præter rationem hic insertus videbatur, submotum hinc, superius in sessione prima suo correspondenti adjunctum offendes.

Litera missiva domini Ioannis papæ XXIII. missa domino regi Romanorum de Cellis.

Carissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum regi semper Augusto & Hungariæ, &c. regi. Ea salute quæ Christus & omnium vera salus est, perpetuo & feliciter adimplere.

*Licet, Carissime fili, prudentiam tuam præ ceteris hujus ævi regibus rex regum insignieris cunctarum varietate virtutum, licuit tamen sæpe & sæpius * & profuit, ad vivaciora virtutum studia mentes etiam pervigiles excitare. Propter quod & te, ut ad clementiam, quæ sola solidat thronos regum, quæ ex innata bonitate ad miserendum te quantumcumque pro tuis offensoribus non solum liberalitate, sedusque ad prodigalitatis speciem habitenus superoregasse dignosceris, erga nostram personam in præsenti, quam permittente domino non absque nostra (fatemur) incuria incidisse, incidimus casum, excitare possimus, quasi confidentissimis susurriis duximus flagitandum, plurima eorum quæ tibi per diversos viva voce significare curavimus, præsentibus repetentes, ut efficaciorem vim nostræ petitionis tribuat modorum petendi multiplicatio frequentata. Quamvis itaque, carissime ac dulcissime fili, tenerrima dilectionis affectibus a primordio assumptionis nostræ ad supremi pontificatus apicem, erga te nostra flagrarunt præcordia, liceat quasumus cum tua serenitate fabulari. Nonne, ut plurima brevitatis gratia transeamus, defuncto felicis memoriæ rege Ruperto, te non tam propter te, sed universitatis populi Christiani salutem, in cordis nostri arcano cunctis viventibus præeligentes, præ-*

A destinavimus in regem Romanorum, tuam ad hoc serenitatem, ut onus illud assumere dignaretur, sollicitudine supplici curavimus prævenire? Et ad eumdem effectum nostros nuntios ad principes electores & alios iteratis, reiteratis non piguit vicibus destinare. Quantaque vigilantia, ut diversa de te facta electio convalesceret usque ad perfectum atque profectum, non cessavimus insudare, novit tua serenitas, noverunt etiam tui nuntii, variique ipsius negotii tractatores. Deinde cum nostram præsentiam ipsa tua desideraret serenitas, quanta quæsumus promptitudine mentis desideriis tuis satagebamus occurrere! Nonne viarum discrimina, expensarum onera, & alia nobis incumbentia peragenda, nobis pro nihilo fuerunt computata? Sed & in B tra ...atibus hujusmodi quanto qualique studio ad tui honoris, tuaque consolationis augmentum nostros conatus extendimus, non alio quam tuipsius testimonio relinquatur. Denique cum cogitantibus nobis de concilio convocando per tuos ad nos nuntios destinatos requireres, ut de tempore locoque celebrandi concilii tuis nos votis conformaremus, cardinales misimus, qui sine exceptione tuæ per omnia acquiescerent voluntati. Denique cum de adventu nostro ad Constantiam quam elegeras, per nuntios tuos solicitaremur, nonne acceperant pro responso, quod sanitate desuper nobis concessa, absque dubio veniremus! infirmitate forsan gravati, gestatoriis ferremur. Porro si pedum officiis, aut etiam claudicantibus C calcaneis id foret agendum, id idem nihilo minus ageremus. Demum etsi ab hac luce nos migrare contingeret, in satisfactionem præmissorum perfectam, corpus nostrum illuc perferri præcepremus. In his omnibus tua dilectioni plus quam salvis conductibus & aliis quibuscumque præsidiis sincerrima fiducia innitentes, sed pauca existimantes quæ fecimus, de affectu locupletissimo quantumlibet majora faciendi, in nostra possumus conscientia gloriari. Et ecce negotiis in urbis Romanæ ac patrimonii sancti Petri recuperatione prorsus postpositis, nullis dissuadentium receptis suggestibus, ad Constantiam te fili carissime tempore præmissa prævenimus, tuum adventum nosti quantum & D qualiter fuimus grato animo præstolati. Hæc fili carissime ex dilectione purissima tua persona, hæc carissime fili ad tui honoris sublimationem duximus liberaliter peragenda. Cumque dilectio nullis valeat mercibus comparari, nullis aliis queat quam vicissitudinaria dilectionis retributionibus recompensari, ad te tamquam unicum post Deum spei nostræ refugium dirigimus desideria cordis nostri, ad te devotissimas preces pro dilectione dilectionem requirentes effundimus, obsecrantes per viscera misericordiæ Iesu Christi, memor esto viri tui, in quo nobis spem dedisti: hæc nos consoletur in humilitate nostra, &c. Et si cum causa & sine causa iratus fueris, misericordiæ recorderis. Nomenque egregium clementiæ ne (quæsumus) in hoc casu E pati patiaris instantiam. Sed qui aliis offensoribus atrocissimis parcendo te liberalem præbere consueveras, parcere quoque nobis & misereri ne spernas. Ne (quæsumus) pietatis tuæ præclaro titulo notam crudelitatis inferri permittas. Potes itaque, si velis, & ut velis deposcimus, erga sacrum concilium quod tua sapientia tuaque potentia tamquam firmissimum fundamentum cum suffultis tuis intercessionibus operari, ut tui contemplatione honoris, personam nostram habeat recommendatam: & unione ecclesia semper salva, honorem, famam & statum nostros, post dimissionem papatus, quam pridem obtulimus, atque dudum

* etiam

ANNO CHRISTI 1415.

dudum aliquoties in manibus tuis posuimus, quantum possibile fuerit, salvare & custodire digneturs, & alia salutem nostram respicientia prosequatur magnifico cum effectu. Pro quibus apud districtum judicem inter alios misericordia cultores, cum omnes gratia egeamus, & in misericordiam ac alia retributionem pramia ulterius consequeris, & per universum orbem inter optimos imperatores hujusmodi clementia gloriosa titulo mereberis computari. Super quibus dilectionis virtus te tegat nobis celere pinmque remandare responsum. Datum Cellis Constantiensis diœcesis, Dominica vigesimasexta mensis Maii, pontificatus nostri annoquinto.

Instrumentum ratificationis articulorum factum per dominum Baltassarem olim papam Ioannem vigesimumtertium in oppido Cellis.

In nomine domini. Amen.

Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, & die Luna vigesimaseptima mensis Maii, indictione octava, circa horam Primarum in loco de Cellis Constantiensis diœcesis, in camera in qua dominus Ioannes papa vigesimustertius stabat, per reverendos dominos Ioannem Vaurensem, Andream Poznaniensem, episcopos, Thomam sancta Maria extra muros Eboracenses, Gasparem sancti Ioannis eremita de Perusio, monasteriorum abbates, per sacrum concilium Constantiense ad infra scripta commissarios specialiter deputatos, præsentibus infra scriptis reverendis patribus Iacobo Rhodini de Ianua, & Thoma Polcon, sedis apostolica protonotariis, & aliis notariis publicis, venerabilibusque personis aliis inferius nominatis, testibus adhibitis, &c. In primis dicti reverendi patres commissarii per organum dicti Vaurensis episcopi domino Ioanni papa supradicto alta & intelligibili voce proposuerunt verba quæ sequuntur: Pater sancte, reverendi domini mei, domini commissarii & deputati hic præsentes, & ego una cum eis, sumus transmissi ac destinati ad vestram sanctitatem ex parte sacri Constantiensis concilii, ad insinuandum primo, ostendendumque & realiter exhibendum vestra sanctitati articulos formatos, & coram eodem sacro concilio contra personam vestram productos, super criminibus nonnullis gravibus & enormibus, de & super quibus contra eamdem sanctitatem per dictum sacrum concilium procedetur, ad interrogandum & requirendum eamdem, ut super eisdem articulis omnibus & singulis sufficienter habeatis respondere, eos confitendo, vel diffitendo, prout vobis videbitur. Ac etiam ad videndum & sciendum, si huic processui velitis vos opponere, seu aliqua pro vestra defensione in hac causa facere, dare vel allegare. Licet, pater sancte, & hac non sint multum necessaria, attento consideratoque grato benignoque responso per sanctitatem vestram pridie in isto oppido coram reverendis patribus dominis de Vrsinis, de Salancho, de Salutiis, Cameracensi, Florentinensi, sancta Romana ecclesia cardinalibus, patribusque reverendis Tolonensi & Augustensi episcopis, nonnullisque aliis pralatis & viris notabilibus præsentibus & ad hoc vocatis. Quod quidem responsum in schedula manu sanctitatis vestra subscripta, dicto sacro concilio relatum, plenoque notificatum extitit. Eapropter dictos articulos quos sæpe dictus Vaurensis episcopus in suis tenebat manibus, eidem domino Ioanni papa exhibuit, obtulit & tradere voluit. Eumque super eis-

A dem interrogando requisivit, ut coram omnibus & singulis sufficienter, ut superius exprimitur, responderet, diceretque ac declarare vellet, si dicto processui, ejusve parti se opponere, seu aliqua ad sui excusationem vel defensionem dare vellet, eos offerendo hac omnia libenter se recepturos. Quibus sic, ut præmittitur, exhibitis, interrogatis, requisitis, oblatos & propositis, idem dominus Ioannes papa dixit & verba proposuit, ipsum pro Dei ecclesia & ejus unione plura fecisse, etiam antequam in papam fuisset assumptus, præsertim tempore errorum, & circa concilium Pisanum, & ante hujus sacri concilii Constantiensis congregationem. In qua etiam

B liberam cessionem sui papatus obtulit, prout in schedula per eum in eodem concilio in publica sessione tunc lecta & publicata, plenius continebatur. Subjungens tristi vultu, ut apparuit, quod a Constantia & dicto sacro concilio post ipsius schedula cessionem turpiter recesserat, quod bene recognoscebat, imo quod maluisset illa die sine anima sua prajudicio mortuus esse, quam ita turpiter recessisse. Eapropter idem dominus Ioannes papa successive respondit, quod ipse contra superius recitata nullam defensionem facere volebat: imo prout per dictam schedulam sua manu subscriptam, quam pridie ejus ex parte ab oppido quo supra cardinales superius recitati ad concilium portaverunt, continebatur, volebat, & præsentialiter stare promisit, in omnibusque se conformare omni ordinationi, deliberationi

C & determinationi dicti sacri concilii. Et insuper omnimodum processum per idem concilium contra eumdem habitum ratificabat & ratum habebat, asserens quod non aliter voluit prædictis articulis respondere, affirmans concilium Constantiense sanctissimum esse, errareque non posse, ac Pisani concilii fore continuativum; & quod ipse sacro Constantiensi concilio nunquam contradicere vellet, etiam si in Bononia, aut alio quovis loca sibi magis accepta personaliter jam esset, cum id sibi minus non esset, quam publice fateri se in papatu jus nullum habere. Insuper, ut intelligeret idem papa Ioannes concilium non minus juste, minusve legitime contra eum in

D præmissis aut eorum aliquo processisse, dictis testium super criminibus in quibus processum sit & fuerit contra eum, productis, sæpe dictus Vaurensis episcopus aperuit, & sibi copiam dare obtulit ad finem, quod se contra eosdem eorumve dicta quidquam opponere, aut defensionem aliquam suscipere vellet, id facere atque libere uti deberet & posset. Quibus per eumdem Ioannem papam, & omnimoda defensione hujusmodi, præterquam ut hic subsequitur expressius, renuntiatis, pro concilio prædicto se submisit; adjiciens: Volo quod concilium sit defensio mea, quod scio errare non posse: nec alia defensione quacumque uti volo: supplicans se humillime per commissarios prænominatos eidem concilia sinceriter

E recommendandum fore. Demumque successive post præmissa episcopus Vaurensis prælibatus, sua & commissariorum prædictorum nomine aperto ore dixit: Pater sancte, nos ultra præmissa in mandatis habemus, vobis assignare terminum ad sententiam diffinitivam per dictum sacrum concilium contra personam vestram super omnibus & singulis, in quibus jam contra eamdem processerat, proferendam, & prout ipsius esse qualitas & natura requirunt. Ideo vobis terminum assignamus ad hujusmodi sententiam audiendam in Constantia, ad diem crastinam hora sessionis consueta. Qui dictus Ioannes papa mihi, ut apparuit, comparere non curans, respondit: Summe mihi placet sententia ipsa, qua (supplico) quam cito lata sit, mihi deferatur, quam cum omni

SESSIO XI. CONCILII.

Sessio XI. concilii.

reverentia, etiam cum birreti mei depositione recipiam: eamque, quantum in me fuerit, confirmabo, approbabo & emologabo, prout & dictum processum, ac omnia contra me (ut superius est expressum) in concilio gesta, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc ratifico, approbo & confirmo, promittoque contra eam me aliquo processu temporum non venire. Atque statim porrectis & realiter ad manus traditis per dominum Gasparem abbatem & commissarium superius nominatum, articulis & testium dictis omnium supradictis, supranominatoque protonotario domino Thoma Polton, episcopus Vaurensis sape dictus, dicto Ioanne papa audiente, eumdem dominum Thomam & Iacobum Rhodini protonotarios superius expressos, aliosque publicos notarios hic inferius descriptos, ad pramissa & eorum occasione vocatos, instantius requisivit, ut super pramissis omnibus & singulis, ut supra recitanter dictis, propositis, allegatis & responsis, assertis & gestis, unum, duo vel plura conficerent publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Et quod in his testes essent unusquisque eorum. Et reverendi patres domini Vitalis Tolonensis, ac Fridericus Augustensis, episcopi, honorabilesque viri magistri Vuilhelmus Clynk in sacra pagina professor, Ioannes Fitton Saresbiriensis ecclesia canonicus, Petrus Gaecanus canonicus Conseranensis, Henricus Suryuck, Ioannes Nederhove, notarii publici Paderbornensis & Coloniensis diœcesium, & multi alii testes specialiter requisiti & rogati per episcopum Vaurensem supranominatum. Consequenterque sine mora dictus dominus Ioannes papa eosdem protonotarios & notarios cum instantia conformiter requisivit, ut supra per eum pramittitur, dictis, responsis, promissis, habitisque & gestis testes sibi fierent, eaque sub eorum scriptis publicis facerent annotari, & quod tunc adstantes ceteri nonnulli hic superius expressi, & alii interessentes plurimi, testes itaque sibi fierent ad pramissa. Acta sunt hac in dicto oppido Cellis, de quo supra, anno domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, pontificis ejusdem Ioannis papa anno quinto.

Quibus sic peractis, idem Andreas electus Poznaniensis quoddam decretum pro approbatione scripturarum & deputationis legebat & publicabat, cujus tenor sequitur & est talis.

Decretum deputationis notariorum.

Item constituit & deputat & ordinat dicta sancta synodus pro qualibet natione unum protonotarium, videlicet pro natione Gallicana Ioannem de Trembleyo, pro natione Italica Iacobum Rhodini de Ianua, pro natione Germanica Hermannum de Dvverck, pro natione Anglicana Thomam Poltensem.

Item notarios nationum, videlicet pro natione Gallicana Michaelem Bolsonis & Ioannem * Guiardi. Pro natione Italica Bartholomæum de * Gnostis & Ioannem Azel. Pro Germanica natione * Sumpertum Fabri, & Griseleum Fonentem. Et pro natione Anglicana Guillermum Porezell. quibus dat auctoritatem & plenariam potestatem, omnia & singula in sacro præsenti Constantiensi concilio dictata, acta, actitata, promulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quæcumque gesta & facta, & omnia quæcumque, in posterum dicenda, agenda, actitanda, promulganda, publicanda, legenda, petenda; & quæcumque alia in & pro dicto sacro concilio, & ad dictum sacrum concilium quomodolibet pertinentia, facienda & peragenda, in formam publicam redigendi & alias conscribendi. Approbatque dicta sancta synodus omnia & singula per ipsos protonotarios & notarios in dicto sacro concilio, & ad ipsum sacrum concilium quomodolibet pertinentia, conscripta: & tam in publicam formam, quam alias in scriptis seu actis quomodocumque redacta usque nunc, sub quibuscumque verbis per dictum sacrum concilium fuerint statuta, decreta, ordinata, pronuntiata & quomodolibet diffinita. Quo decreto lecto, fuit petitum per procuratorem, an placeret prout pronuntiatum extitit. Fuitque responsum per præsidentem sessionis hujusmodi, & etiam quatuor præsidentes quatuor nationum, & deinde per totius synodi supposita, per verbum, Placet.

* Girardi.
* Gnastis
* Gumpertum

Anno Christi 1415.

SESSIO XII.

Sessio XII. concilii.

In qua commissarii ad Ioannem papam fecerunt relationem, & lata fuit sententia diffinitiva contra ipsum.

Die Mercurii vigesimanona mensis Maii supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia majori Constantiensi, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, præsente serenissimo principe Sigismundo Romanorum rege in insigniis regalibus, cum suis nobilibus in eisdem sibi servientibus.

Cui astabant inter cardinales domini Angelus episcopus Pranestinus, Laudensis, & Iordanus episcopus Albanensis, de Ursinis nuncupati. Prasentibus etiam dominis Francisco Venetiarum, Antonio Aquileiensi, Alamanno Pisano, Petro Cameracensi, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Francisco Florentino, Lucido de Comite, Odone de Columna, Landulpho Barensi, Ludovico de Flisco, Raynaldo de Branckasiis, Amadeo Saluciarum, diaconis cardinalibus.

Et fuit decantatum officium missæ de Spiritu sancto per dominum patriarcham Antiochenum. Quo completo, dicebantur litaniæ, &c. ut moris est. * Quibus peractis, fuit facta relatio a legatis & nuntiis missis ad Ioannem papam per organum domini Ioannis episcopi Vaurensis, quemadmodum * articulis & attestationibus contentis in processu sacri Constantiensis concilii contra ipsum dominum Ioannem papam eidem exhibitis, offerendo ex parte concilii ipsius, si quid vellet opponere, quod libere posset. Item intimato eidem termino ad proferendum sententiam, quod respondisset verbo, se pro Dei ecclesia & ejus unione plura fecisse, etiam antequam fuisset in papam assumptus, & ante dicti concilii Constantiensis inchoationem, in quo etiam obtulit liberam papatus sui cessionem. Et quod turpiter ab inde recesserat, bene recognoscebat: maluissetque illa die sine animæ suæ præjudicio mortuus esse, quam ita turpiter recessisse: quodque contra processum sacri concilii nullam defensionem facere volebat, sed prout per schedulam sua manu subscriptam, datam cardinalibus qui ad eum venerant, continebatur, vovebat & præsentialiter promittebat stare, ac se in omnibus conformare omni ordinationi, declarationi & determinationi dicti sacri concilii; ac insuper omnimodum processum per idem concilium contra eumdem habitum ratificabat, asserens quod non aliter voluit prædictis articulis respondere, affirmans concilium Constantiense sanctissimum esse, errareque non posse, ac concilii

* *for.* ex

Pisani

ANNO CHRISTI 1415.

Pisani continuativum: & quod ipsi sacro Constantiensi concilio nunquam contradicere vellet, etiam si in Bononia, aut alias quovis loco sibi magis accepto personaliter jam esset, cum id sibi minus non esset, quam publice fateri se in papatu nullum jus habere. De sententia autem ferenda, quod summe sibi placeret, ut quam cito lata foret, eidem referretur, quam omni reverentia, etiam cum bireti sui depositione reciperet, & eam, quantum in se foret, confirmaret, ratificaret, approbaret & emologaret, prout dictum processum, ac omnia contra ipsum in concilio gesta, extunc ratificabat, approbabat & confirmabat, promittebatque contra ea se aliquo processu temporis non venire. Prædicta relatione completa, reverendus pater dominus episcopus Atrebatensis legebat sententiam diffinitivam contra Ioannem papam XXIII. ac constitutiones quasdam, quarum tenores sequuntur hoc modo.

* *Post cujus quidem officii missa peractionem fuerunt lecta & dicta litania cum introitu, Exaudi nos Domine. &c. more solito cum evangelio,* Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, *ceterisque collectis ac orationibus & hymno, Veni creator Spiritus. Quibus habitis, instante magistro Henrico de Piro promotore & procuratore prædicto, reverendi patres ac honorabiles & providi domini Ioannes episcopus Vauronsis, Andreas electus Poznaniensis, Gaspar abbas Perusinus, Thomas abbas monasterii sanctæ Mariæ extra muros Eboraci, Iacobus Rhodius de Ianua, Thomas Polcon sedis apostolicæ protonotarius, magister Ioannes Guiardi & Vuilhelmus Porcell notarii, legati & nuntii missi heri per sacram synodum, & ad terram Cellis, ubi Ioannes papa XXIII. existebat, per ais dominus Ioannis episcopus Vaurensis prædict., sibique ex parte ipsius synodi intimarunt, qualiter terminus ad ferendum sententiam fuisset prorogatus in diem præsentem propter benevolam responsionem de non appellando, sed eam acceptando, & eam approbare velle: & ex hoc mota dicta sancta synodus sive concilium, attendendo honorem ejus in hujusmodi pronuntiatione, vellent limitare & mitigare verba sententiæ. Eo non obstante, si vellet opponere & defendere causam suam contra dictam sententiam, posset & deberet sibi dari tempus & hora atque locus pro sua defensione. Qui Ioannes papa ipsis nuntiis respondebat, quod non vellet videre neque attestationes, neque processus, nec quidquam opponere sive excipere, sed eam approbare velle & acceptare. Et extunc acceptavit, approbavit, & placuit, quod concilium ferret sententiam, dicens quod sciret concilium errare non posse: & lata hujusmodi sententia obtulit se paratum ad subscribendum eamdem. Et ulterius dixerunt, quod dicta sententia deberet ferri die Lunæ proxima. Sed ex quo materia pro tunc non erat parata, idcirco de mandato concilii intimarunt sibi dictam prorogationem. de quibus reddidit se idem Ioannes contentum, regratiando ipsis nuntiis, supplicans ut recommendarent honorem & statum ac personam suam domino regi Romanorum & concilio, prout in quodam publico instrumento in notam recepto per dictos notarios, tenoris infra scripti, plenius continetur.*

Ioann. 12.

*Qua relatione facta, idem Henricus de Piro promotor & procurator petiit pronuntiari, prout & quemadmodum in quadam papyri schedula, quam ibidem in suis tenebat manibus, eamque de verbo ad verbum perlegebat, protestans, petens & dicens, ut in eadem schedula infra scripti tenoris plenius continetur. Petitione lecta & data notariis ibidem nomine concilii præsentibus, & deinde toto concilio & synodo mandante, reverendi patres domini Ioannes patriarcha Antiochenus, Martinus episcopus Atrebatensis, Antonius episcopus Concordiensis, Nicolaus episcopus Mersburgensis, & Patricius episcopus Cortagensis, ascenderunt ambonem, in quo edicta concilii & synodi sancta prædicta legi & publicari solent. Et de mandato concilii & ipsius synodi reverendissimus pater dominus episcopus Atrebatensis, Christi nomine invocato, &c. pronuntiavit, & legebat dictam sententiam diffinitivam de verbo ad verbum, prout in schedula, quam suis tenebat manibus, infra scripti tenoris, plenius continetur. Qua pronuntiatione facta, ut præmittitur, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis & præsidens proposuit, quod si aliquis esset ibidem præsens, sive magnus, sive parvus, pauper aut dives, volens contradicere dictæ sententiæ diffinitivæ, seu ejus pronuntiationi, dicat & surgat, cum potestas libera sit per dictum concilium unicuique concessa ad dicendam voluntatem suam. Et in casu quo non dixerit, habebitur pro consentiente. Tunc nemine respondente sive loquente, ipse dominus episcopus Ostiensis habuit respondere nomine collegii cardinalium, quod placet. Deinde ipsi commissarii in ambone, & inde quilibet pro natione sua, videlicet Ioannes patriarcha pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, Antonius Concordiensis pro natione Italica, & Patricius Cortagensis pro natione Anglicana, responderunt, Placet. Et subsequenter omnes ibidem existentes in concilio & de concilio responderunt, Placet. Subsequenter dominus Franciscus cardinalis Florentinus levavit se, & voluit legere unam schedulam papyream: fuitque dictum per omnes, quod non placeret: & sic siluit, nihil legendo. Deinde de mandato concilii dominus Ioannes archiepiscopus Rigensis bullam papæ portavit, & præsentavit eam concilio tamquam ejus custos. Qua præsentata, fuit per magistrum Henricum de Piro promotorem petitum, an placeret, quod dominus vicecancellarius, tamquam ad eum pertinens, rumpi faceret * arma Baltassaris, fuit responsum quod ita, & placuit omnibus. Qua bulla recepta, sive ferro quo bulla fabricabatur, & ibidem in præsentia omnium per magistrum Arnoldum aurifabrum prædicta bulla fuit rupta, & arma ipsius Ioannis deleta. Et absolutus dominus Ioannes archiepiscopus Rigensis ab ejus custodia, & pronuntiatus, quod fideliter custodivisset & præsentasset. Super quibus omnibus & singulis idem magister Henricus de Piro promotor petiit sibi fieri nomine quo supra, & dictus dominus archiepiscopus per se, unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta, per protonotarios ibidem præsentes, notarios & tabelliones, &c. Præsentibus ibidem illustribus principibus, duce Ludovico Bavariæ, comite Palatino Rheni, Henrico Rempolt duce Zodanensi de Silesia, Ioanne Iacobo comite Aquasanensi filio marchionis Montisferrati, comite Bertholdo de Vrsinis, Philippo comite de Nassabo, & ambasiatoribus regum Poloniæ, Norvegiæ, Sueciæ, Daciæ, Navarræ & Cypri, & aliis Christi fidelibus in numero copioso.*

SESSIO XII. CONCILII.

* nomen

Suspensio futuri summi pontificis.

Sacrosancta generalis, &c.

Quod non procedatur ad electionem papæ, si contingat sedem vacare, sine expresso consensu concilii.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus ecclesiam

SESSIO XII. CONCILII.

ecclesiam catholicam repræsentans, ad extirpationem præsentis schismatis & errorum, ecclesiæque reformationem in capite & in membris faciendam, in Spiritu sancto legitime congregata, ad facilius & liberius & utilius unionem ecclesiæ consequendam, pronuntiat, decernit, statuit & ordinat, ut si contingat sedem apostolicam quovis modo vacare, in prima illius vacatione ad electionem futuri summi pontificis nullo modo procedatur sine deliberatione & consensu hujus sacri generalis concilii Constantiensis. Et si contrarium fieret, sit ipso facto irritum & inane auctoritate dicti sacri concilii. Nullusque electum contra hoc decretum in papam recipiat, nec illi, ut papæ, quomodolibet adhæreat vel obediat sub pœna fautoriæ dicti schismatis & maledictionis æternæ: puniantur que hoc casu eligentes & electus, si consentiat, ac illi adhærentes, pœnis per hoc sacrum concilium ordinandis. Suspenditque dicta sancta synodus pro bono unionis ecclesiæ, omnia jura positiva, etiam in conciliis generalibus edita, & ipsorum statuta, ordinationes, constitutiones & consuetudines, privilegia quibuscumque concessa, & pœnas contra quoscumque editas, inquantum effectum dicti decreti impedire possent quoquo modo.

Sententia diffinitiva contra Ioannem papam vigesimumtertium.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, invocato Christi nomine, solum Deum præ oculis habens, visis articulis in hac causa contra dominum Ioannem papam XXIII. formatis & oblatis, ac probationibus eorumdem factis, ejusdem submissione spontanea, una cum toto processu hujus causæ, habita matura deliberatione super eisdem, per hanc sententiam diffinitivam, quam fert in his scriptis, pronuntiat, decernit & declarat, recessum per præfatum dominum Ioannem papam XXIII. ab hac civitate Constantiensi, & dicto sacro Constantiensi concilio generali, clandestine & de nocte, hora suspecta, in habitu dissimulato & indecenti factum, fuisse & esse illicitum, ecclesiæ Dei & dicto concilio notorie scandalosum, pacis & unionis ipsius ecclesiæ turbativum & impeditivum, schismatis inveterati nutritivum, a voto, promissione & juramento per ipsum dominum Ioannem papam Deo & ecclesiæ & huic sacro concilio præstitis deviativum; ipsumque dominum Ioannem simoniacum notorium, bonorumque & jurium nedum Romanæ, sed aliarum ecclesiarum plurium, & aliorum locorum piorum dilapidatorem notorium, malumque spiritualium & temporalium ecclesiæ administratorem & dispensatorem fuisse & esse, suis detestabilibus, inhonestis vita & moribus ecclesiam Dei & populum Christianum notorie scandalizantem ante ejus assumptionem ad papatum, & post usque ad ista tempora: ipsumque per præmissa ecclesiam Dei & populum Christianorum notorie scandalizasse & scandalizare, postque monitiones debitas & caritativas iteratis & crebris vicibus eidem factas, in præmissis malis & arrogantia pertinaciter perseverasse, seque ex hoc notorie incorrigibilem reddidisse, ipsumque propter præmissa & alia crimina in processu dictæ causæ contra eum de-

A ducta & contenta, tamquam indignum & inutilem & damnosum a papatu & omni ejus administratione spirituali & temporali amovendum, privandum & deponendum fore. Et cum hoc dicta sancta synodus amovet, privat & deponit, universos & singulos Christicolas, cujuscumque status, dignitatis vel conditionis existant, ab ejus obedientia & fidelitate & juramento absolutos declarando. Inhibendo insuper universis Christi fidelibus, ne eumdem (ut præmittitur) a papatu sic depositum, de cetero in papam nominent, aut illi tamquam papæ adhæreant, seu quoquo modo obediant. Et nihilo minus ex certa scientia & de plenitudine potestatis suppler dicta sancta synodus omnes & singulos defectus, si qui forsan in

B præmissis, aut aliquo præmissorum intervenerunt; eumque ad standum & morandum in aliquo bono loco & honesto, sub custodia tuta serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ, &c. regis, & universalis ecclesiæ advocati & defensoris devotissimi nomine dicti sacri generalis concilii, quamdiu dicto sacro concilio generali pro bono unionis ecclesiæ Dei videbitur condemnandum fore, & eadem sententia condemnat. Alias vero pœnas, quæ pro dictis criminibus & excessibus inferri deberent juxta canonicas sanctiones, dictum concilium arbitrio suo reservat declarandas & infligendas, secun-

C dum quod rigor justitiæ vel misericordiæ ratio suadebit.

Quod neuter contendentium reeligatur in papam.

Item statuit, decernit & ordinat dicta sancta synodus pro bono unionis ecclesiæ Dei, quod nullo unquam tempore reeligatur in papam dominus Baltassar Cossa nuper Ioannes papa vigesimustertius, nec Angelus de Corario Gregorius duodecimus, nec Petrus de Luna Benedictus decimustertius, in suis obedientiis sic nominati. Et si contrarium fieret, id sit ipso facto irritum & inane. Nullusque cujuscumque dignitatis vel præemi-

D nentiæ, etiamsi imperiali, regali, cardinalatus, vel pontificali dignitate præfulgeat, eis vel eorum alteri contra hoc decretum ullo unquam tempore obediat, seu adhæreat, sub pœna fautoriæ dicti schismatis & maledictionis æternæ: ad quas contra præsumptores, si qui in posterum fuerint, etiam cum invocatione auxilii brachii sæcularis, & alias rigide procedatur. Datum Constantiæ provinciæ Moguntinensis, in sessione publica in majori ecclesia solenniter celebrata, die Mercurii 29. mensis Maii, anno domini 1415. indictione 8.

Pro judicibus, quod vocentur prælati absentes.

Item decernit dicta sancta synodus, quod qua-

E tuor generales judices deputari debeant vocare prælatos absentes ad synodum, & punire non venientes, prout eis de jure & secundum Deum videbitur expedire. Datum, &c.

Instrumentum ratificationis sententiæ factæ per dominum Baltassarem olim papam, in villa de Cellis Constantiensis diœcesis.

In nomine domini. Amen.

Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate ejusdem 1415. die Veneris ultima mensis Maii, indictione octava, circa horam duodecimam in loco de Cellis Constantiensis diœcesis, in domo habitationis reverendissimi in Christo patris & domini, domini

ANNO CHRISTI 1415.

domini Baltassaris Cossæ nuper Ioannis papæ vigesimitertii nuncupati, in camera ipsius Baltassaris, præsentibus infra scriptis reverendis patribus, dominis Iacobo Rhodini de Ianua, & Thoma Polcon de Anglia, sedis apostolicæ protonotariis, aliisque notariis publicis & etiam infra scriptis testibus ad inferius recitata vocatis & rogatis, reverendi in Christo patres domini Ioannes Vaurensis episcopus, Gaspar sancti Ioannis eremitæ de Perusio, decretorum doctores, & Thomas sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses, monasteriorum abbates personaliter existentes in præsentia dicti domini Baltassaris pridie Ioannis papæ vigesimitertii nuncupati, per organum dicti domini Vaurensis episcopi, ex parte sacri generalis Constantiensis concilii sibi significabant & intimabant diffinitivam sententiam depositionis a papatu contra eum die Mercurii ultimo præterito, scilicet vigesimonono præsentis mensis Maii, per dictum generale concilium in sessione publica latam & publicatam fuisse: quam quidem sententiam ibidem sibi in scriptis exhibuerunt, & realiter tradiderunt ad finem, quod ea plenius intellecta, diceret declararetque, an eidem sententiæ, eam approbando, acquiescere, seu eidem se in aliquo opponere, vel contradicere vellet. Qui quidem dominus Baltassar ipsam sententiam sibi traditam per seipsum ad partem legit. Et deinde ad respondendum eisdem prælatis super præmissis per eos propositis, spatium & temporis intervallum habere voluit, ut super eadem sententia & petitis deliberaret. Qui quidem prælati de hoc contenti, dixerunt eos habita deliberatione hujusmodi ad suum beneplacitum, ad ipsum redire velle, suam responsionem in præmissis audituri. Et sic ab ejus præsentia pro tunc recesserunt. Et deinde eadem die & circa horam secundam post meridiem, iidem domini prælati ex parte dicti domini Baltassaris, & ad ejus præsentiam pro audienda responsione in præmissis vocati, ad eum personaliter accesserunt. Quibus cum supradictis protonotariis, notariis & testibus in ejus præsentia constitutis, respondendo dixit, quod super dicta sententia per eum visa, lecta, bene concepta, ac plenius intellecta deliberaverat, & ideo quantum poterat, & in eo erat, eamdem sententiam, cujus tenor est talis: In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen, &c. ut supra, prout per dictum sacrum concilium lata, & ab ipso concilio processerat & dictata erat, ex sua certa scientia approbabat, ratificabat & emologabat: ac eidem processui contra eum ad ejus depositionem per concilium factam, acquiescebat & consentiebat. Apponendoque manus ad pectus ejus, assertione libera affirmabat, jurans etiam oraliter suo proprio motu, quod nunquam contra eamdem sententiam contra ipsum sic, ut præmittitur, latam quidquam opponere, nec contra eam reclamare publice vel occulte, aut ab ea appellare vellet, seu super papatu * quandocumque controversiam opponere; nec aliquo unquam tempore de eodem papatu se quovis modo intromitteret, imo eidem papatui & juri, si quod in eodem sibi qualitercumque competiebat, seu si quod sibi nunc in eodem competebat, pure, simpliciter & absolute, libereque & sponte cedebat & renuntiabat. Et ibidem omni modo, via & forma, quibus melius potuit, resignavit, cessit & renuntiavit expresse: & in hujus signum jam de camera sua crucem papalem amoveri fecerat, ac si vestes mutatorias habuisset, omnia & singula insignia papalia, sicut disposuerat dicta die Mercurii, qua dicta sententia fuit lata, tunc coram prælatis prædictis deposuisset. Dixitque quod nullo unquam tempore se pro papa gereret seu nominaret, aut nominari faceret: voluissetque quod ad ipsum papatum nunquam fuisset assumptus, quia ex post nunquam habuit bonum diem. Et si contingeret casus, quod in futurum reeligeretur, nunquam suum præberet assensum: adjiciens tamen, quod si aliqua persona singularis post jam facta præmissa, in sui personam quidquam criminis ulterius objicere vellet, ad ulteriorem processum contra eum habendum, seu graviorem pœnam in ipsum infligendam, quod in hoc seipsum defendere vellet sub dicti concilii generalis protectione, quod pro suo judice & defensore recepit. Supplicans humiliter, quod in hoc & in aliis concilium sacrum & regis serenitas ipsum haberent specialiter recommissum; volens & requirens idem dominus Baltassar, quod de omnibus his & singulis præmissis fierent & retinerentur publica instrumenta pro bono unionis ecclesiæ sanctæ Dei, ad perpetuam rei memoriam, per dominos protonotarios sanctæ sedis apostolicæ, & alios notarios publicos ibidem præsentes: quod ad hoc vicibus repetitis instantius requisivit. Quibus sic per eumdem dominum Baltassarem & prælatos supra nominatos dictis, propositis, factis, gestis, habitis & responsis, iidem domini prælati per organum dicti Vaurensis episcopi petierunt & requisierunt confici, & perpetuo retineri publicum & publica, instrumentum & instrumenta, per dictos protonotarios & notarios publicos infra scriptos. Acta fuerunt hæc anno, die, mense, indictione, loco & hora quibus supra, præsentibus reverendis in Christo patribus, dominis Vitale Tolonensi & Friderico Augustensi episcopis, ac venerabilibus religiosis & circumspectis viris dominis & fratribus, Eymerico de Arcus licentiato in decretis, priore prioratus sanctæ Benignæ Augustensis, Pantio Gaudæ baccalaureo in theologia, ordinis fratrum Minorum, Begone de Rogerio in decretis licentiato, Sistaricensis & Rigensis ecclesiarum canonico officiali Vricensi, Petro Gaietano literarum pœnitentiariæ scriptore, canonico Conseranensi; Ioanne Gonsalvi baccalaureo in decretis, archipresbytero ecclesiæ Astensis; Henrico de Gravia notario publico, clerico Leodiensis diœcesis, testibus, &c.

* al. quamcumque

Quibus sic (ut præmittitur) lectis, dominus Ioannes episcopus Ostiensis præsidens proposuit, quod si aliquis esset ibidem præsens, dictæ sententiæ diffinitivæ contradicere volens, seu ejus pronuntiationi, surgeret & diceret: & in casu quo non dixerit, habebitur talis pro consentiente. Tunc nemine respondente, sive loquente, ipse dominus Ostiensis habuit respondere nomine collegii cardinalium, quod placet. Deinde ipsi commissarii in ambone, quilibet pro natione sua, videlicet Ioannes patriarcha Antiochenus pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, & Patricius Corragensis pro natione Anglicana, Placet, responderunt.

Sessio XII. Concilii.

SESSIO XIII.

Sessio XIII. Concilii.

Die Sabbati quintadecima mensis Iunii, anno a nativitate domini 1415. indictione octava, suit sessio generalis in ecclesia majori Constantiensi, in qua fuit cantatum officium

SESSIO XIII. CONCILII

missæ de beata virgine Maria per reverendum A patrem dominum Ioannem episcopum Luromussensem.

Quo completo, legebantur litaniæ *, &c. more aliarum sessionum, præsente ibidem serenissimo principe Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege. Præsidebat in eadem sessione reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. Ex deputatione vero ipsius synodi archiepiscopus Mediolanensis legebat quasdam ordinationes & decreta de cetero in Romana ecclesia tenenda & observanda, quorum tenores inferius sequuntur in hunc modum:

* *Et deinde officio Missæ celebrato, fuerunt lecta litania cum introitu: Exaudi nos domine: cum diversis collectis, evangelio, hymno, Veni creator Spiritus, juxta consuetudinem & ritum aliarum sessionum: præsente ibidem serenissimo principe Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege. Cui adstabant reverendissimi patres domini cardinales de Vrsinis & Landensis. Cui sessioni, sive synodo, inter cardinales & coram nomine reverendissimus in Christo pater & dominus Ioannes Ostiensis cardinalis Vivariensis præsidebat, in præsentia dominorum Francisci Venetiarum, Antonii Aquilejensis, Branda Placentinensis, presbyterorum; Thoma Tricaricensis, Odonis de Columna, Landulphi Barensis, Raynaldi de Branckasiis, & Francisci Florentini, diaconorum cardinalium. Quo officio missæ & litaniarum cantato, lecto atque dicto, Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores negotiorum dictæ synodi, comparuerunt ibidem, & proposuerunt coram tota synodo, dicentes quod in diversis mundi partibus incepissent pullulare certæ hæreses, & antiquatæ continuari; & præsertim quod sacerdotes aliqui hodie communicarent Corpus Christi post cœnam, & non jejuni, & sic ministrarent aliis. & alias dixerunt, prout & quemadmodum in quadam petitionum papyri schedula infrascripti tenoris continetur: petenteśque sibi super præmissis provideri, nominibus quibus supra, de remedio opportuno. Qua petitione oblata & recitata, placuit domino præsidenti, omnibusque aliis & singulis suppositis hujusmodi synodi, super hoc remediari. Et statim reverendi patres & venerabiles viri domini, Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, Stephanus episcopus Dolensis, Antonius episcopus Concordiensis, Andreas electus Poznaniensis, Nicolaus episcopus Mersburgensis, & Patricius episcopus Corcagensis decretorum doctor, ascenderunt ambonem nomine nationum quatuor: & dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis ad hoc per synodum deputatus, legebat quasdam ordinationes & decreta de cetero in ecclesia Romana observandas & tenendas, quarum tenores inferius sequuntur.*

Tenores vero dictæ petitionis & declarationis E papyri schedularum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Quia in nonnullis partibus mundi perversus mos pullulare incepit, ut sacerdotes, laicos sub utraque specie, panis videlicet & vini, communicare non cessent, contra Romanæ & universalis ecclesiæ consuetudinem approbatam, unde scandala & hæreses verisimiliter oriri suspicantur: petimus nos promotores & procuratores hujus sanctæ synodi, in Spiritu sancto legitime congregatæ, per vestras reverendissimas paternitates provideri salubriter ecclesiæ Dei.

A *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.*

ANNO CHRISTI 14..

Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie asserere præsumant, populum Christianum debere sacrum eucharistiæ sacramentum sub utraque panis & vini specie suscipere, & non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent, etiam post cœnam, vel alias non jejunum, & communicandum esse pertinaciter asserant, contra laudabilem ecclesiæ consuetudinem rationabiliter approbatam, quam tamquam sacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc est, quod hoc præsens B concilium sacrum generale Constantiense, in Spiritu sancto legitime congregatum, adversus hunc errorem saluti fidelium providere satagens, matura plurium doctorum tam divini quam humani juris deliberatione præhabita, declarat, decernit & diffinit, quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administraverit sub utraq; specie panis & vini hoc venerabile sacramentum, tamen hoc non obstante, sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata consuetudo ecclesiæ servavit & servat, quod hujusmodi sacramentum non debet confici post cœnam, neque a fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, a jure vel ecclesia concesso, vel admisso. * Et sicut hæc consuetudo C ad evitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, quod licet in primitiva ecclesia hujusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraque specie, postea a conficientibus sub utraque, & a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur; cum firmissime credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri. Vnde cum hujusmodi consuetudo ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & diutissime observata sit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine ecclesiæ auctoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quod hanc con- D suetudinem aut legem observare, sit sacrilegum aut illicitum, censeri debet erroneum: & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tamquam hæretici arcendi sunt & graviter puniendi per diœcesanos locorum, seu officiales eorum, aut inquisitores hæreticæ pravitatis in regnis seu provinciis, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forsan attentatum aut præsumptum, juxta canonicas & legitimas sanctiones in favorem catholicæ fidei, contra hæreticos & eorum fautores, salubriter adinventas.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Hunc locũ alii sic legunt * *Et similiter, quod licet in primitiva ecclesia hujusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraque specie, tamen hæc consuetudo ad evitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, ut a conficientibus sub utraque specie, & a laicis tantummodo, &c.*

Quod nullus presbyter sub pœna excommunicationis communicet populum sub utraque specie panis & vini.

Item ipsa sancta synodus decernit & declarat super ista materia, reverendissimis in Christo patribus & dominis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, & eorum in spiritualibus vicariis ubilibet constitutis, processus esse dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur auctoritate hujus sacri concilii sub pœna excommunicationis, ut effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum sub utraque specie panis & vini exhortati fuerint, & sic faciendum esse docuerint: & si ad pœnitentiam redierint, ad gremium ecclesiæ suscipiantur, injuncta eis pro modo culpæ

ANNO CHRISTI 1415.

culpæ pœnitentia salutari. Qui vero ex illis ad A pœnitentiam redire non curaverint animo indurato, per censuras ecclesiasticas per eos ut hæretici sunt coercendi, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis.

Quibus lectis, magister Ioannes de Seribanis & magister Henricus de Piro promotores petierunt responderi per dominos imperatorem, cardinales & ceteros prælatos, an placeret. Præsidens autem dominus Ostiensis respondit nomine collegii cardinalium, Placet. Similiter rex Romanorum. Sicque successive reverendissimi patres domini episcopi, Antonius Concordiensis pro Italica, Stephanus Dolensis pro Gallicana, B Nicolaus Mersburgensis pro Germanica, & Patricius Cortagensis pro Anglicana, in ambone existentes, responderunt, Placet.

Quibus factis, promotores & procuratores prædicti, Henrico de Piro loquente, petierunt nomine quo supra, deputari per dictam sanctam synodum certos commissarios, in causa hæresis ventilata seu ventilanda, & ad concilium ad præsens devoluta vel devolvenda, orta vel oritura, prout & quemadmodum in quadam petitionum papyri schedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua petitione data & intellecta, juxta mandatum ipsius synodi reverendus pater dominus Andreas electus Poznaniensis in ambone legebat schedulam deputationis dictorum commissariorum cum eorum auctoritate & potestate, quæ inferius est inserta. C

Qua lecta fuit quæsitum & scrutatum per dictos promotores & procuratores, per ipsius Henrici de Piro organum, an dicti judices placerent. Responsum fuit per dictum dominum præsidentem nomine collegii cardinalium & suo, Placet.

Et subsequenter per dominos Antonium Concordiensem, Dolensem, Mersburgensem, episcopos, & Cortagensem, prædictos, nomine nationum suarum prædictarum, Placet: & similiter per omnes alios, præterquam per reverendum patrem dominum Martinum episcopum Atrebatensem, ambasiatorem ducis Burgundiæ, qui dixit, D *domino suo fore suspectum reverendissimum patrem dominum Petrum cardinalem Cameracensem multis de causis, quas suo loco & tempore congrue dare vellet in scriptis, nullo modo consentiendo in dictum dominum cardinalem tamquam commissarium, saltem in causa quæ speratur versi inter dominum suum ducem Burgundiæ & Parisienses, &c. Super qua protestatione sibi fieri fecit & petiit unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta.*

Qua protestatione facta & admissa, promotores & procuratores prædicti petierunt sibi nomine quo supra, super omnibus & singulis cantatis, dictis, lectis, diffinitis & declaratis fieri unum vel plura, & tot quot essent necessaria, publicum & E *publica, instrumentum & instrumenta, per dominos protonotarios sedis apostolicæ, dictæque synodi, ac omnes & singulos notarios & tabelliones ibidem præsentes, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem illustribus & nobilibus viris, Ludovico duce Bavariæ & comite Palatino Rheni, Friderico Burgravio Nurembergensi, comite Bertholdo de Vrsinis, Philippo Spau de Hungaria pincerna Syuden, aliisque nobilibus in numero copioso.*

SESSIO XIII. CONCILII.

Tenores dictæ petitionis & commissariorum deputationis papyri schedularum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Item cum experientia doceat, continuo propter scissuram ecclesiæ novas oriri hæreses, & aliquas antiquas renovari, difficileque sit pro singulis hujusmodi causis primitivarum personarum de hæresi suspectarum ad hoc sacrum concurrere generale concilium, pro celeriori hæresum extirpatione, petimus nos promotores & procuratores supradicti, aliquos ex reverendissimis patribus dominis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & aliquos alios B *ex singulis nationibus judices & commissarios per vestras reverendissimas paternitates delegari & deputari ad hujusmodi causas hæresum audiendum & terminandum, saltem usque ad conclusionem vel sententiam exclusive, cum omnibus & singulis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis.*

Hæc sancta synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, pro celeriori extirpatione hæresum & ecclesiæ reformatione sacrosancta, specialiter deputat & eligit reverendissimos in Christo patres dominos, videlicet, Iordanum de Vrsinis, Antonium Aquilciensem, Petrum Cameracensem, & Franciscum Florentinum, sanctæ Roma- C *næ ecclesiæ cardinales. Et pro Italica natione reverendos patres dominos Concordiensem, Alexandrinum & Laudensem episcopos, & electum Pennensem: pro Gallicana episcopum Gebennensem, abbatem Gemeticensem, abbatem de Claravilla, & magistrum Vrsinum de Callavando: pro Anglicana magistrum Vuilhelmum Corff sacræ theologiæ professorem, magistrum Vuilhelmum Cline, magistrum Hugonem Hovvess, & Ioannem Vuevves decretorum doctorem. Pro natione Germanica electum Poznaniensem, magistrum Nicolaum Dinckelspuel, Theodoricum de Monasterio sacræ theologiæ professorem, & Bertholdum Vuildungen* D *sacri palatii apostolici causarum auditorem, ad audiendum & examinandum causas, & in ipsis juridice procedendum, quarumcumque hæresum & errorum in fide catholica & moribus, undecumque habuerint vel habeant originem, & salubriter extirpentur; & contra quascumque personas, cujuscumque fuerint status aut dignitatis, etiamsi pontificali, vel alia quavis ecclesiastica vel sæculari præfulgeant dignitate; de eisdem suspectas petitiones, accusationes & declarationes eisdem propositas & proponendas recipiendum, partes vocandum, & in hoc sacro concilio & extra citandum & publicandum, & alias servatis servandis procedendum, prout exigentia fidei & juris ordo postulabunt. Nec non omnia & singula* E *faciendum & exercendum, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, cum omnibus incidentibus, emergentibus & connexis, usque ad ipsarum causarum conclusionem exclusive. Sic tamen, quod si omnes interesse non possint aut non velint, duæ partes ipsorum prædicta libere exequantur.*

In causa vero hæresis contra Ioannem Hus jam diu ventilata, quæ circa conclusionem existit, per judices deputatos hucusque in ea ulterius cognoscatur & procedatur per eosdem.

SESSIO XIV. CONCILII.

ANNO CHRISTI 1415.

SESSIO XIV.

In qua Carolus de Malatestis renunciavit papatui nomine domini Gregorii XII.

ANNO a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, apostolica sede vacante, regnanteque serenissimo & invictissimo principe domino Sigismundo, Romanorum, Hungariæ, &c. rege, regnorum suorum anno, Hungariæ vigesimonono, Romanæ electionis quinto, coronationis vero primo, die autem Iovis quarta mensis Iulii fuit tenta sessio generalis per sanctam synodum Constantiensem in ecclesia cathedrali Constantiensi supradicta, præsente ibidem dicto serenissimo domino Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege, cum insigniis regalibus, & nobilibus sibi in his servientibus, videlicet dominis, Ludovico comite Palatino Rheni in pomo sive mundo, Henrico duce Bavariæ in ense, Friderico burgravio Nurembergensi in sceptro, & Andrea filio Suevalæ barone de Hungaria in corona, ministrantibus, ceterisque principibus in numero copioso. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus, Ioanne episcopo Ostiensi & cardinali Vivariensi, Angelo Laudensi, Iordano de Ursinis, ceterisque cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & aliis patribus in copiosa multitudine: in cujus quidem sessionis principio præfatus dominus Romanus rex indutus vestibus regalibus, recessit de sua sede solita, & transivit ad aliam sedem positam in fronte altaris, tamquam præsidens pro tunc in concilio, Ioanne Dominici tituli sancti Sixti cardinali Ragusino, & Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, procuratoribus domini Angeli de Corario, Gregorii XII. in sua obedientia nuncupati, ad auctorizandum concilium, & cedendum papatui nomine dicti Gregorii, sedentibus juxta regem in quodam bancho respiciente versus congregationem synodi Constantiensis. Deinde cantatis antiphona, Veni sancte Spiritus; ac hymno, Veni creator Spiritus: dictaque collecta de pace per dictum dominum cardinalem Vivariensem, subsequenter per venerabilem virum dominum Iob Benner protonotarium domini Ludovici comitis Palatini, lectæ fuerunt duæ bullæ sequentis tenoris.

ANNO & indictione quibus supra sede apostolica pastore vacante, die vero Iovis quarta mensis Iulii fuit sessio generalis. In qua serenissimus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, tamquam imperator in insigniis regalibus præsidebat, cujus ensem gessit dux Henricus de Bavaria, sceptrum vero burgravius Nurembergensis, mundiale, sive pomum dominus Ludovicus dux Bavariæ, comes Palatinus Rheni. De corona autem ejusdem servivit comes. In qua etiam sessione interfuerunt reverendissimi in Christo patres, domini Ioannes Ostiensis dictus Vivariensis, Iordanus Albanensis dictus de Ursinis, & Angelus Tusculanus dictus Laudensis, episcopi; Antonius tituli sanctæ Susannæ Aquilegensis, Petrus tituli sancti Chrysogoni Cameracensis, Franciscus tituli sanctæ crucis in Ierusalem Venetiarum, Thomas tituli sanctorum Ioannis & Pauli Tricariensis, Alamannus tituli sancti Eusebii Pisanus, Branda tituli sancti Clementis Placentinus, Petrus tituli sancti Marci de sancto Marco, Antonius tituli sanctæ Caeciliæ de Salancho, presbyteri; Raynaldus tituli sancti Viti in macello de Branckasiis, Ludovicus sancti Hadriani de Flisco, Landulphus sancti Nicolai Barensis, Amadeus sanctæ Mariæ in Cosmedin Saluciarum, Lucidus de Comitibus, Franciscus sanctorum Cosmæ & Damiani Florentinensis, diaconi communiter dicti sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales. Cantatoque solenniter hymno, Veni creator Spiritus, cum versiculo, sequentia, & oratione, Deus qui corda fidelium, &c. per Ioannem episcopum Ostiensem lecta, reverendus pater dominus Ioannes Dominici sancti Sixti presbyter cardinalis in sua obedientia, ac magnificus vir dominus Carolus de Malatestis, quasdam literas bullatas, sive certa procuratoria seu mandata pro ipso Gregorio ad convocandum concilium generale, & in eo agenda & tractanda approbandum, auctorizandum, nec non ad tractandum & practicandum, procurandum & concludendum cum regia majestate, ac aliis quibus sua prudentia videbitur expedire; & alia in ipsis procuratoriis seu mandatis, quorum tenores inferius inseruntur, exhibuerunt & produxerunt. Quas quidem literas bullatas superius, ut præmittitur, exhibitas & productas de mandato domini regis ad tunc præsidentis, venerabilis vir Iob publica & intelligibili voce perlegit. Quibus sic lectis & peractis, reverendissimus pater dominus Ioannes Dominici cardinalis, & Carolus, prædicti procuratores dicti domini Gregorii duodecimi in sua obedientia nuncupati, ante altare concilii prope sedem præsidentis constituti, dictus Carolus prædicto reverendissimo patri ad legendum schedulam tenoris infra scripti, maxime convocationem concilii, approbationem & ratificationem agendorum in eodem in se continentem, vices suas plenarie commisit. Qua commissione sic facta, surrexit præfatus dominus Ioannes cardinalis, sumpto themate, Omnes unanimes in oratione estote: *factaque super eodem famosa collatione, prælibatam schedulam publice alta & intelligibili voce perlegit. Qua sic, ut præmittitur, lecta, reverendus in Christo pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, rogante & exhortante præfato domino præsidente, ad instantem petitionem magistri Henrici de Piro, hujus sacri concilii Constantiensis promotoris, ambonem ascendit, & in eo sibi assistentibus reverendis patribus dominis Antonio Concordiensi pro natione Italica, Stephano Dolensi pro natione Gallicana, Nicolao Merseburgensi pro natione Germanica, & Patricio Corkagensi pro natione Anglicana, episcopis in nationibus prædictis præsidentibus, quasdam capitulorum tenoris infra scripti schedulas, quarum una in effectu continebat, quod concilium memoratum dictam convocationem, auctorizationem & confirmationem, quantum ad eumdem dominum Gregorium pertinet & attinet, eas admittit: & collegium ipsius domini Gregorii duodecimi nuncupati, alteri collegio, videlicet olim Ioannis papæ XXIII. & e converso, unitas omnino fore decernit. Alterum vero continebat in effectu, quod notarii rogati de præmissis non faciant mentionem in instrumentis suis de papa vel sede apostolica, sed de Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege, & regno Romanorum, usque ad cessionem per Carolum nomine dicti Gregorii faciendam. Quibus lectis, dicti episcopi præsidentes nomine nationum suarum prædictarum, & Ioannes episcopus Ostiensis pro se & collegis suis cardinalibus, instante & petente magistro Henrico de Piro promotore prædicto, exhortanteque & rogante serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum, &c. rege tunc præsidente, responderunt per verbum, Placet. Super quibus convocatione, auctorizatione, confirmatione, admissione,*

1. Petr. 3.

ANNO CHRISTI 1415. *missione, ac unione, ac statutis & decretis, magister Henricus de Piro promotor & procurator a sancta sedis apostolica protonotariis per dictum concilium deputatis, nec non a notariis quatuor nationum, & quibuscumque aliis tabellionibus publicis ibidem adstantibus, unum vel plura fieri & confici instrumentum seu instrumenta, publicum seu publica, tot quot essent necessaria, instanter requisivit. Præsentibus ibidem.*

Hic erat locus vacuus in eo, ex quo ista sumpsimus, exemplari: tamquam si præsentes hic non expressi adhuc fuissent exprimendi.

Tenores vero dictarum bullarum, nec non schedularum & capitulorum prædictorum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

B

*Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Ioanni tituli sancti Sixti presbytero cardinali, apostolicæ sedis legato, & Ioanni in patriarcham Constantinopolitanum electo, nostris & ejusdem sedis nuntiis; & venerabili fratri Vvernero archiepiscopo Trevirensi, nec non nobilibus viris Ludovico comiti Palatino Rheni, & Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, in provincia Romandiola pro nobis & * sancta Romana ecclesia rectori, salutem & apostolicam benedictionem.*

* nostra

Terrenas affectiones humanas tenebrare mentes constat, liberandas pro modulo luminationis. Ioan. 8. Cum lux illa quæ dixit, *Ego sum lux mundi*, se luminantem ostendit: & pro quanto terreno detinentur affectu, minus illius splendorem contingunt. In quo edocemur, errorem cavendum, amoremque rectum sequendum, & nostra omnia ad illam pacem, quæ est cum Deo homini mortali, feliciter conferenda, contra quam negare non possumus impios errores, commissos circa papatum, nosque adversantium astutiis repulsos, ad pacem & ecclesiæ Christi clarum statum per viam renuntiationis, & progressum firmiter desiderantes, ut cum spes aliqua scintillaret, occurrimus erogando. Ex eodem igitur affectu continuato, intellecta providentia regia, cum affectione concordi ad ecclesiæ pacem cum nationibus quas vocavit ad civitatem Constantiensem, exhilarati, libenti animo prompti sumus, ut semper fuimus, pro extirpatione horrendorum schismatum, & integra unione merito optanda & perficienda, dimittere libere papatum, quamvis nobis clarum sit, tam ex titulo sanctæ memoriæ Vrbani sexti prædecessoris nostri & canonica nostra electione, quam etiam clarissime ex nostra puritate cum efficaci voluntate & recta. Quapropter potius & altius rem ipsam & effectum qui intenditur, ac serenitatis regiæ cor, mentem, animum & opera post sui adventum ad Constantiam fructuosa advertentes, * quamque extrinsecus quovis artificio demonstravit; & confidentes exinde de ejus serenitatis dispositione Deo grata, & in eo sperantes cujus res geritur, quod serenitatem eamdem diriget in agendis, & vos etiam, qui pro præmissorum effectu estis ibidem. Et ut possitis in prædictis proficere melius & valere, quo efficaciorem potestatem a nobis constiterit vos habere, nobis seu illis ex nobis, quod ubi illi interfuerint, congregationem ipsam, in quantum per dictam serenitatem regiam, & non Baltassarem, se nuncupari facientem Ioannem vigesimumtertium, vocatam, vice nostra ad prædictorum effectum convocandi & auctorizandi generale concilium, remota tamen omnino dicti Baltassaris præsidentia & præsentia ab eisdem: nec non omnia, quæ postquam sic feceritis, disponentur pro vera redintegratione ac unione ecclesiæ, ac præfatorum schismatum extirpatione, per congregationem eamdem temporis (ut præmittitur) præsidentia & præsentia dicti Baltassaris, vice nostra similiter auctorizandi, approbandi & confirmandi, plenam & liberam de plenitudine potestatis concedimus præsentium facultatem. Datum Arimini tertio Idus Martii, pontificatus nostri anno nono.

* quæque

SESSIO XIV. CONCIL. I.

De Curia. G. de Imola.
In plica. M. de Strata in dorso in camera.

B

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, in provincia nostra Romandiola pro nobis & sancta Romana ecclesia rectori, salutem & apostolicam benedictionem.

Cum ad laudem omnipotentis Dei & bonum ecclesiæ suæ sanctæ, pro unionis redintegratione & pace Christianorum, & schismatum extirpatione, proh dolor, nunc vigentium, ultra alios nuntios nostros te tamquam personam nostram ad majestatem regiam Constantiam personaliter destinemus, nos volentes pariter & optantes, ut eo perfectius perficere valeas in præmissis, quo majori fueris auctoritate munitus: tibi cum subordinata sit renuntiatio canonicæ & certæ electioni unici futuri summi pontificis, & alia etiam necessaria habeant intervenire, pro prædictorum effectu salubriter consequendo, tibi conveniendo, aut illis, cum quibus tuæ providentiæ videbitur expedire, modis congruis & opportunis tractandi, practicandi & concludendi, quæ tibi visa fuerint utilia & necessaria ad prædicta, etiam si forent talia, quæ mandata alia & tibi data excederent, quantumcumque mandatum exigerent specificum & speciale, & si videbitur tibi, aliqua magis convenire personæ ecclesiasticæ, illa expediri faciendi per personam ecclesiasticam quam elegeris, & ei sic electæ & juxta tuam dispositionem facturæ, præsentium tenore de plenitudine apostolicæ potestatis plenam & liberam concedimus facultatem. Datum Arimini tertio Idus Martii, pontificatus nostri anno nono.

De Curia. G. de Imola.
In plica. M. de Strata in dorso in camera.

Quibus bullis lectis, dominus Carolus (prout in eisdem continebatur) habens majorem auctoritatem quam ceteri, commisit præfato domino Ioanni Dominici cardinali vices suas ad auctorizandum & approbandum dictum concilium. Quam commissionem in se recipiens, facta brevi collatione cum themate, *Omnes unanimes in oratione estote*, auctorizavit concilium, prout in schedula tenoris sequentis continetur. 1. Petr. 3.

E

Schedula auctorizationis concilii.

Quia sanctissimus dominus noster, dominus Gregorius papa duodecimus audivit, intellexit, atque multipliciter est informatus de celebri fama hujus sanctæ congregationis pro generali concilio Constantiensi in Christi nomine congregatæ, idcirco idem dominus noster avidus ecclesiasticæ unionis & reformationis, & extirpationis hæreticæ pravitatis, commissionem fecit, prout in ejusdem literis nunc lectis dignoscitur contineri. Cujus quidem commissionis & mandati vigore ego Ioannes miseratione divina tituli sancti Sixti presbyter cardinalis, Ragusinus vulgariter nuncupatus, pro me & collegis meis in hac parte hic

existentibus in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen. auctoritate ipsius domini nostri papæ, quantum ad eumdem spectat, ut prædicta sancta unio, reformatio, & hæreticæ pravitatis extirpatio, Deo auctore, meliorem sortiantur effectum, & ut sub diversorum professione pastorum dissidentes Christiani in unitate sanctæ matris ecclesiæ & caritatis vinculo conjungâtur, istud sacrum concilium generale convoco, & omnia per ipsum agenda auctorizo & confirmo, juxta modum & formam, prout in literis domini nostri nunc lectis plenius continetur.

His aurem peractis, reverendissimus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis legebar capitula & ordinationes conceptas per concilium Constantiense. Tenores vero dictorum capitulorum sequuntur, & sunt tales: Cum principium cujuslibet rei potissima pars sit, ut principium decens & amabile Deo, & possibilis ecclesiç redintegratio fiat, sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, ecclesiam catholicam repręsentans, ut istæ duę obedientiæ, videlicet illa quę profitetur Ioannem vigesimumtertium olim fuisse papam, & illa quæ profitetur dominum Gregorium XII. esse papam, uniantur una alteri, & altera alteri conjungantur sub capite Christo, dictas convocationem, auctorizationem, approbationem & confirmationem nomine illius domini qui in sua obedientia dicitur Gregorins XII. nunc factas, quantum ad ipsum spectare videtur, quia abundans ad certitudinem pro bono cautela nemini nocet, sed omnibus prodest, in omnibus & per omnia admittit, & amodo has supradictas obedientias conjunctas & unitas esse decernit & declarat in uno corpore domini nostri Iesu Christi, & hujus sacri universalis concilii generalis, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

Hæc sancta synodus ex certis bonis aspectibus statuit & ordinat, quod per notarios qui de præmissis rogabantur, in instrumentis per eos conficiendis nulla fiat mentio de Romano pontifice vel de sede apostolica, sed de anno regnorum serenissimi & invictissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ, &c. regis, & hoc usque ad cessionem inclusive.

Quibus sic factis, prædictus dominus Ioannes Dominici cardinalis recessit a loco ubi ante altare fuerat, ad scamnum seu locum in quo presbyteri cardinales sedebant, per Ægidium cardinalem de Comitibus prædictum introductus: & ad osculum fraternale receptus, & osculo prælibato, inter reverendissimos patres dominum Franciscum Venetiarum, & Antonium Aquilejensem, presbyteros cardinales prædictos collocatus sedebat. Subsequenter vero invictissimus ac serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, de loco quo præsidebat, ad sedem suam propriam regiam, in qua sedere solet in sessionibus generalibus, accessit, & ibi sedebat. Præmissis omnibus, sicut præmittitur, peractis, reverendissimus pater dominus Alamannus tituli sancti Eusebii presbyter cardinalis, Pisanus communiter dictus, missam celebravit de sancto Spiritu. Et venerabilis vir magister Theodoricus de Monasterio sacræ theologiæ professor sermonem fecit, cujus thema fuit: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, *Quo & dicta missa finita, cantatoque responsorio seu introitu, Exaudi nos domine, &c. dictisque per reverendissimum patrem dominum Ioannem episcopum Ostiensem orationibus, lectoque evangelio,* Si quis venit ad me, *&c. hymnoque, Veni creator Spiritus, iterum solenniter cantato, ac aliis precibus consuetis ad Deum devote profusis, præsidente protunc domino Ioanne episcopo Ostiensi, memoratus Carolus quamdam aliam bullam Gregorianam, sigillo plumbeo sigillatam, sanam, &c. tenoris infra scripti exhibuit & produxit. Quam quidem bullam præfatus immediate præsidens per præfatum dominum Iob legi fecit publice alta & intelligibili voce. Quibus peractis, surrexit præfatus dominus Carolus, & quamdã papyri schedulam tenoris infra scripti, quam in suis tenebat manibus, alta & intelligibili voce perlegit. In qua effectualiter ponebatur petitio sua, videlicet, an expediat quod cessio Gregorii fiat in Constantia antequam eatur Niciam: seu, an Petrus de Luna cedere velit aut nolit, experiatur. Qua lecta, præfatus reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, adhuc ut supra in ambone cum præsidentibus prælibatis existens, exhortante & rogante reverendissimo patre domino Ioanne præsidente præfato, quamdam aliam schedulam certum in se continentem capitulum, in quo in effectu continebatur, quod concilium Constantiense velit, quod resignatio Gregorii fiat in Constantia pro utilitate & redintegratione fidei Christianæ, antequam eatur ad Niciam, cujus tenor inferius sequitur, alta & intelligibili voce legit. Ipsaque sic, ut præmittitur, lecta, surrexit magister Henricus de Piro prælibatus promotor, petiitque per dictos præsidentes pro se & nationibus suis prælibatis & aliis respondere super præmissis, per verbum, placet; vel, non placet. Et tunc memorati præsidentes pro nationibus suis, & earum qualibet, nec non reverendissimus in Christo pater dominus episcopus Ostiensis pro se & suis collegis cardinalibus, responderunt per verbum, placet. Super quibus productis & lectis, dictus magister Henricus promotor & procurator petiit a reverendis patribus sanctæ sedis apostolicæ protonotariis, ac a nobis per dictum concilium deputatis notariis, & a quibuscumque aliis notariis & tabellionibus publicis ibidem adstantibus, unum vel plura, publicum seu publica, tot quot essent necessaria, fieri & confici instrumentum & instrumenta. Præsentibus tunc ibidem testibus supradictis.*

Tenores vero dictarum Bullarum, nec non schedularum ordine quo supra lectarum, sequuntur per ordinem, & sunt tales.

Tollantur processus & cetera in duabus obedientiis hinc inde decreta occasione schismatis.

Aliud Capitulum.

Sacrosancta synodus generalis Constantiensis, &c.

Pro majori pace & securitate unionis ecclesiæ, omnes & singulos processus, censuras, pœnas & sententias in olim vocati Ioannis, & eius qui dicitur Gregorius duodecimus, obedientiis jam conjunctis occasione, vel ex causa schismatis hinc vel inde latas, decretas, promulgatas seu fulminatas, & omnem exinde contractam maculam sive notam juris aut facti, quo ad easdem obedientias, tollit, abolet & irritat atque cassat. Omnes quoque & singulas personas dictarum obedientiarum cujuscumque conditionis vel sexus existant, in statibus, dignitatibus & officiis, quæ alias canonice, seu rationabiliter tenent, possident & exercent, ad abundantem cautelam habilitat, & cum eis, quantum

Sessio XIV. concilii.

quantum opportunum fuerit, aut indigent, dispensat hæc sancta synodus ex certis bonis respectibus: statuitque & ordinat, quod per notarios, qui de præmissis rogabuntur, in instrumentis per eos conficiendis nulla fiat mentio de Romano pontifice, vel sede apostolica, sed de anno regnorum serenissimi & invictissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungarorum, &c. regis, & hoc, usque ad cessionem inclusive. His denique lectis, dictus dominus Ioannes Dominici cardinalis Ragusinus per cardinales * sistentes in concilio receptus est ad osculum pacis, & collocatus est inter Franciscum Venetiarum, & Antonium Aquilejensem, presbyteros cardinales. Fuitque consequenter cantata missa de Spiritu sancto (B) per dominum Almanum cardinalem Pisanum, cum sermone ad clerum. Et postmodum missę officio finito, accessit ad locum pręsidentię dictus dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis; fuitque dictum officium litaniarum, aliarum more sessionum, cum euangelio, *Si quis venit ad me & non odit patrem suum, &c.* Et dictus dominus Iob * Venner legebat bullam dicti domini Gregorii ad cessionem papatus, tenoris sequentis.

* *f.* assistentes.

* Benner.

Procuratorium ad renuntiandum, &c.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Carolo de Malatestis, domicello (C) *Arimini, in provincia Romandiola pro nobis & sancta Romana ecclesia rectori, salutem & apostolicam benedictionem.*

Divina gratia dirigente, fideliter & pure conati fuimus ab ipso initio nostrę assumptionis schisma extirpare, & ecclesiam deducere ad clarum & pacificum statum integraliter, & ut debuimus & voluimus, & continue cum potuimus advertere opportunitatem perficiendi, efficaci voluntate adhibuimus diligentiam nostram: sed fluxus diversarum cupiditatum & tenebrarum, a timore altissimi alienarum, multis & variis involutionibus sancto proposito obstiterunt, & per vias duras (D) multiplici debito nos adstrictos incedere compulerunt. Et cum nuper verisimiliter dubitaremus graviora pręparari, recenter recepimus de cælo lumen aperiri, & regiam majestatem per maturos processus pura mente ad lucem & pacem integram Christianorum, schismatibus de ecclesia repulsis, desideria pervenire, corruptis affectibus obviando, & rectas vias optando. De quibus gratias altissimo reddimus, & ab eo lętitiam suscipimus, sine cujus gratia nullum recte efficitur fundamentum: a qua quidem divina gratia non dubitamus tuam nobilitatem & animum fuisse & esse constanter directum. Cum ergo destinaverimus Constantiam ad eamdem regiam majestatem (E) dilectos filios Ioannem tituli sancti Sixti presbyterum cardinalem, sedis apostolicę legatum, & Ioannem in patriarcham Constantinopolitanum electum, nostros & ejusdem sedis nuntios, cum certis literis & mandatis nostris fideliter conceptis, secundum opportunitatem quę tunc videbatur: nunc vero spe bona concepta, dilatato corde, Christianorum pacem & integram unionem in domino desiderantes, tuam nobilitatem, [illegible] plene confidimus, & carissimam ut personam nostram tenemus, duce domino ad regiam majestatem ipsam in Constantiam destinamus, ut animus tuus, quem semper invenimus sacrę unionis amatorem, nobiscum lętitia impleatur. Et propterea (A) ad prędicta omnia plenarie exequenda, te qui etiam in civitate nostra Ariminensi, & in nonnullis pro nobis & eadem ecclesia in temporalibus es vicarius, omni modo, via, jure & forma, quibus melius fieri possit, tenore præsentium de plenitudine apostolicæ potestatis procuratorem nostrum facimus specialem, dantes & concedentes tibi ut procuratori nostro, de plenitudine dictæ apostolicæ potestatis, omnimodam, plenam & liberalem facultatem nostro & dictæ ecclesiæ nomine tractandi, procurandi, totaliter concludendi, & effectualiter inducendi sinceram & integram unionem ecclesiæ sanctæ Dei, per omnem & quamlibet rationabilem viam conjunctim & (B) divisim, quæ tibi procuratori nostro videbuntur accommoda ac quomodolibet opportuna. Et specialiter renuntiandi & cedendi omni juri papatus, ac titulo & possessioni, quod, quem & quam habemus in eodem, si tibi & ante videbitur tibi pro unione hujusmodi expedire: nec non omnia & singula faciendi, quæ circa præmissa & quodlibet eorum erunt, aut tibi ut procuratori nostro videbuntur quomodolibet opportuna, etiam si forent majora expressatis, & mandatum exigerent quantumcumque speciale, & quæ nos ipsi facere possemus, si personaliter interessemus. promittentes Deo & ecclesię sanctæ Dei, ratum, gratum & firmum perpetuo irrevocabiliter habi- (C) turos, quidquid per te procuratorem nostrum, actum, gestum, seu factum fuerit in præmissis, idque facturos dante domino inviolabiliter observari, promittentes bona fide, & sub attestatione divini judicii, quod potestatem hujusmodi tibi sic (ut præmittitur) attributam & concessam revocare non intendimus, nec revocabimus te verbo publice vel occulte, & supplentes omnem defectum, si quis in præsenti mandato fuerit admissus, vel in eo aliquid est omissum.

Datum Arimini sexto Idus Martii, pontificatus nostri anno nono.

De curia G. de Imola.

In plica M. de Strata in dorso in camera.

Qua * schedula lecta magnificus dominus Ca- (D) rolus levans se, dixit hæc verba: Cum sanctissimus dominus noster Gregorius papa duodecimus me suum procuratorem constituerit ad cedendum modo & forma, prout in suis literis lectis dignoscitur contineri: Ego Carolus supra dictus sciens intentionem domini nostri sanctissimi Gregorii papæ duodecimi fuisse & esse totalem ad redintegrationem Christianorum, si possit largiente domino fieri, & in hoc omnem, quantum in eo est, operam præstare per futuram papatus cessionem per se & suos; & quod ab omnibus caveantur, quæ hoc sanctum propositum impedire possent aut differre: per hoc sacrum concilium declarari & determinari peto humiliter & instanter, utrum (E) pro unione ecclesiæ sanctæ Dei & totali redintegratione per Dei gratiam procuranda, sacro concilio utile & expediens videatur, quod nomine præfati domini nostri papæ fiat hic Constantiæ cessio, antequam Niciam accedatur; seu, an Petrus de Luna, qui in sua obedientia dicitur Benedictus decimustertius, cedere velit vel nolit, experiatur. Quibus dictis, præfatus dominus archiepiscopus Mediolanensis in ambone existens, deputatus per synodum, respondit in modum qui sequitur.

Concilium determinat, quod utile & expediens est quod fiat hic in Constantia renuntiatio.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis deter-

Sessio XIV. Concilii.

Anno Christi 141[illegible]

determinat & declarat, expediens & utile fore pro unione ecclesiæ Dei & totali redintegratione per Dei gratiam procuranda, quod nomine illius domini, qui in sua obedientia dicitur Gregorius duodecimus, fiat hic in Constantia cessio, antequam Niciam accedatur: seu, an Petrus de Luna, qui in sua obedientia dicitur Benedictus decimus-tertius, cedere velit vel nolit, experiatur. Subsequenter dictus dominus archiepiscopus Mediolanensis legit capitula quę sequuntur.

Postea vero idem reverendissimus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, adhuc ut supra in ambone una cum prædictis præsidentibus sibi assistentibus existens, ad instantiam petitionem & requisitionem magistri Henrici de Piro promotoris prædicti, ac exhortationem & rogatum domini Ioannis præsidentis prælibati, quædam alia capitula, quorum primum in effectu continet, quod concilium statuit, quod cardinales non procedant ad electionem futuri summi pontificis absque consensu concilii, nec eligendus recipiatur sub pœna maledictionis æternæ & quod concilium suspendit jura positiva contra præsens decretum facientia. Secundum vero, quod electio futuri summi pontificis valeat fieri modo & forma, loco & materia, &c. per concilium fiendis, & quascumque personas habilitare, recipere & deputare ad electionem hujusmodi, tamen non obstantibus & aliis in ipsa constitutione contentis. Et quod concilium non dissolvatur donec electio fuerit celebrata. Et quod imperator impendat, & verbo regio promittat, & literas suas decernat. & alia plura, prout in eisdem capitulis, quorum tenores inferius inscribuntur, publice alta & intelligibili voce perlegit. Quibus sic lectis, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus petiit per dictos præsidentes in ambone, ut supra, existentes, pro se & nationibus suis prædictis & aliis, quorum interest, tunc præsentibus ibidem, responderi per verbum, placet; vel, non placet. Et tunc memorati domini præsidentes, ac Ioannes episcopus Ostiensis, nominibus quibus supra, responderunt per verbum, placet. Serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum, &c. rex, respondit per hæc verba. Promittimus, & literas decernimus. Quibus sic factis, venerabilis & circumspectus vir dominus Ioannes præpositus Quinqueecclesiensis quasdam literas regias & ipsius domini regis sigillo magno majestatis suæ cera glaucæ impresso sigillatas exhibuit & produxit, easque publice, alta & intelligibili voce tenoris infra scriptas perlegit.

Tenores vero dictorum capitulorum & literarum regiarum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Quod vacante sede non procedatur ad electionem Romani pontificis.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus, ad facilius, liberius & utilius integram unionem ecclesiæ consequendam, pronuntiat, statuit & ordinat, quod prætextu cujuscumque cessionis aut vacationis sedis apostolicæ sive papatus, durante præsenti concilio factæ vel faciendæ, ad electionem futuri Romani pontificis nullatenus procedatur sine deliberatione & consensu hujus sacri generalis concilii. Et si quid fieret, sit ipso facto auctoritate hujus sacri concilii irritum & inane. Nullusque electum contra hoc decretum in papam recipiat, nec illi, ut papæ, quoquo modo obediat, sub pœna maledictionis æternæ & fautoriæ schismat[illegible]. Puniantur que in hoc casu eligentes & electus, si consentiat, ac illi adhærentes, pœnis per hoc sacrum concilium ordinandis. Suspendit quoque dicta sancta synodus pro bono unionis ecclesiæ omnia jura positiva in conciliis generalibus edita, & ipsorum statuta, ordinationes, consuetudines & privilegia quibuscumque concessa, & pœnas contra quoscumque editas, in quantum dicti decreti effectum impedire possunt quoquo modo.

Sacrosancta synodus Constantiensis, &c. pro majori pace & sinceritate unionis ecclesiæ, omnes & singulos processus, censuras, pœnas & sententias in olim vocati Ioannis vigesimitertii, & eius qui dicitur Gregorius duodecimus, obedientiis jam contractis, occasione, vel ex causa schismatis hinc vel inde latas, decretas, promulgatas, seu fulminatas, & omnem exinde contractam maculam sive notam juris vel facti, quo ad easdem obedientias, tollit, abolet, irritat atque cassat. Omnes quoque & singulas personas dictarum obedientiarum, cujuscumque conditionis vel sexus existant, in statibus, dignitatibus & officiis, quæ alias canonice, seu rationabiliter tenent, possident & exercent, ad abundantem cautelam habilitat, & cum eis quantum opportunum fuerit, aut indigent, dispensat.

Quod electio Romani pontificis fiat modo & forma per concilium ordinandis: & quod concilium non dissolvatur, donec sit facta electio. [illegible] quod ad hoc rex Romanorum det operam.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus, ut ecclesiæ sanctæ Dei eo melius & sincerius provideatur, statuit & ordinat, pronuntiat & decernit, quod proxima electio futuri Romani pontificis fiat modo, forma, loco, tempore & materia per sacrum concilium ordinandis. Et quod idem concilium possit & valeat in futurum quascumque personas, cujuscumque status vel obedientiæ sint aut fuerint, ad electionem hujusmodi active & passive, & alios quoscumque actus ecclesiasticos, & omnia alia opportuna, non obstantibus quibuscumque processibus, pœnis aut sententiis, habilitare, recipere & deputare modo & forma, quibus etiam videbitur expedire. Quodque sacrum concilium non dissolvatur, donec electio hujusmodi fuerit celebrata. Exhortans dicta sancta synodus invictissimum principem dominum Romanorum & Hungariæ regem, pariter & requirens, quatenus tamquam pius ecclesiæ advocatus, & sacri concilii defensor & protector, omnem ad hoc operam efficaciter impendat, & verbo regio velle facere hoc promittat, ac literas suæ majestatis desuper fieri decernat. Quo capitulo lecto, statim domini deputati, videlicet Antonius Concordiensis, Stephanus Dolensis, Nicolaus Mersburgensis, & Patricius Cortagensis, episcopi, nomine quatuor nationum responderunt, Placet. & similiter reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis nomine collegii cardinalium respondit, Placet. subsequenter serenissimus princeps Romanorum rex ita respondit: Ita promisimus, & literas in bona forma fieri mandamus. Quas quidem literas decretas statim prælibatus princeps Romanorum rex idem per venerabilem virum dominum Ioannem præpositum Quinqueecclesiensem legi fecit in hunc modum.

Sigismundus Dei gratia Romanorum &c rex, semper Augustus

Notum facimus tenore præsentium quibus expedit

ANNO CHRISTI 1415

pedit, universis ad futuram rei memoriam. Inter varias solicitudines, curasque multiplices illa maxime nos urget anxietas, ne inter domesticos fidei, qui Christiano censentur nomine, & precipue ecclesiasticas personas, controversia, seminante humani generis inimico, aliqualiter oriatur. Summopere igitur procurandum est, ut non crescant jurgia, sed juxta magistram bonorum omnium caritatem, quæ nihil sapit extraneum, nil asperum, nil confusum, imo propria auctoritate nutrit concordiam, dissociata conjungit, inter servos Dei, quos non oportet de bono proposito resilire, pax & unanimitas conservetur. Æquum enim est, ut qui spiritu diriguntur, nulla sectione mentium, nulla voluntate contraria, nulla novitate noxia dividantur, ne inde discordia sumat initium, unde pacis fœdera & præcipue ecclesiæ tranquillitatis commoda debent suscipere incrementum. Cum itaque sacrosancta Constantiensis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam catholicam matrem nostram repræsentans, pro bono unionis in ecclesia sancta Dei consequenda feliciter laborans, ac celeri (in quantum occurrentium casuum qualitas, aliarumque circumstantiarum necessitas, & præsentium temporum dispositio patiuntur) unici, veri & indubitati summi pontificis electione favente domino celebranda, ne dum ædificationem spiritualis patris, filii, sponsique ejusdem matris sanctæ ecclesiæ votivam cottitur, parturientis partes expetiens, conatus prosequens, & molestias perferens, acerbos dolores sentiat ad instar illius, ut post acceptam de antiquo & pestifero schismate victoriam, antiquæ felicitatis antidota resumat, ejusdem ecclesiæ provisioni cum omni diligentia solerter & studiose, ac instanter & sedulo succurrere festinat. Verumtamen consultus idoneum pariendi tempus expectat, ne inconsultę festinantiæ impetu partum præcipitet in abortum. Sicque nonnunquam occulta forsan Dei dispositione postponendus eligitur, & postponitur præferendus, prout his accidisse diebus ex humanorum defectuum supponimus consideratione. Cum inter cetera provide statuerit & salubriter ordinaverit, quod hoc sacrum concilium non dissolvatur, donec electio hujusmodi futuri summi pontificis fuerit celebrata: Nos qui tamquam Romanæ ecclesiæ advocatus, dictique concilii protector & defensor, ipsius Romanæ ecclesiæ celerem provisionem totis præcordiis affectamus, & dictę sanctę synodi statutis & ordinationibus colla nostra submisimus, eisdemque in omnibus parere & intendere volumus & debemus, animo deliberato ex certa scientia tenore præsentium verbo regio promittimus & nos obligamus, quod omnem ad hoc operam efficaciter impendemus, & bona fide curabimus, ac quantum in nobis est, legaliter faciemus, quod dicta sancta synodus non dissolvetur, sed in suo robore conservabitur, manutenebitur & protegetur, quousque dicta electio largiente altissimo fuerit celebrata, ac Spiritus paracleti virtus, alto suo & secreto consilio obumbrante, eidem sanctę synodo concesserit spiritum unitatis ad felicem consummationem & reformationem ecclesię suæ sanctæ. Præsentium sub nostræ majestatis sigilli appensione testimonio literarum. Datum Constantiæ anno domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, prima die mensis Iulii, regnorum nostrorum anno Hungariæ, &c. vigesimonono, Romanorum electionis quinto, coronationis vero primo.

SESSIO XIV. CONCILII.

A Ad mandatum domini regis Ioannes præpositus de Strigonio vicecancellarius.

Subsequenter præfatus reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis prædictus, adhuc prout supra in ambone cum prædictis nationum præsidentibus existens, ad mandatum & exhortationem dicti domini Ioannis præsidentis, instante primitus & petente antedicto magistro Henrico promotore & procuratore, quadam alia capitula tenorum infra scriptorum numero sex, seriatim & successive legit. Quorum tenores sequuntur per ordinem, & sunt tales.

B *Concilium omnia per Gregorium duodecimum in sua obedientia alias canonice & rationabiliter gesta approbat & ratificat.*

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, &c. omnia & singula per illum dominum, qui dicitur Gregorius duodecimus in sua reali obedientia, apostolica auctoritate mediate vel immediate, alias canonice vel rationabiliter hucusque gesta, facta, dispensata, ordinata, concessa & indulta, & etiam usque ad tempus notitiæ suæ renuntiationis pro eo faciendæ, quod tempus ultra mensem post hujusmodi renuntiationem nolumus extendi taliter gerenda, facienda, dispensanda, ordinanda, concedenda & indulgenda, ex certa scientia ratificat, & ex superabundanti cautela ad certitudinem boni approbat atque firmat, statuens & ordinans, quod ex causa vel occasione schismatis, vel cujuscumque maculæ vel inhabilitatis ex eo provenientium, non valent infringi, vel contra ea excipi, aut in dubium revocari, non obstantibus dispositionibus in contrarium facientibus quibuscumque.

C

Decretum, quod non reeligatur Gregorius, non esse factum ad ipsius Gregorii inhabilitatem.

Sacrosancta synodus generalis Constantiensis declarat, statutum seu ordinationem factam alias per istud sacrum concilium, in quo inter alia cavetur, quod ille dominus qui dicitur in sua obedientia Gregorius duodecimus, nullo unquam tempore reeligatur in papam, non fuisse factam ad ipsius domini Gregorii inhabilitatem, tamquam non sit capax papatus, sed pro bono pacis ecclesiæ, & futuris scandalis, scrupulis & suspicionibus evitandis.

D

Concilium reservat, & se facturum declarat, quod providebit, ubi duo vel plures in eodem titulo ex diversis obedientiis concurrunt.

Item sacrosancta synodus Constantiensis reservat, & se facturam declarat, ubi duo vel plures in eodem titulo ex diversis obedientiis concurrunt, quod sacrum concilium cum debita mansuetudine & rationabili æquitate, ita quod una pars alia deterius non tractabitur, utriusque obedientiæ honore, quantum fieri poterit, salvo, per se vel ad hoc specialiter deputandos, antequam separabitur, providebit modo & tempore opportunis.

E

Concilium recipit & admittit in cardinales, cardinales domini Gregorii papæ duodecimi.

Item sacrosancta synodus Constantiensis, exnunc immediate post cessionem seu renuntiationem nomine illius domini, qui dicitur Gregorius duodecimus, de papatu per eumdem faciendam,

H ipsum

ipſum dominum Gregorium & reverendiſſimos in Chriſto patres dominos Antonium epiſcopum Portuenſem, Ioannem tituli ſancti Sixti, Gabrielem tituli ſancti Clementis, Angelum tituli ſanctorum Petri & Marcellini, Blandellum tituli ſanctæ Sabinæ, preſbyteros, & Petrum tituli ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconum, ſuæ obedientiæ cardinales recipit & admittit, eoſque ut tales haberi vult, & ab omnibus venerari, nec non dignitate, emolumento, voce & aliis cardinalium privilegiis, ut ceteros cardinales uti, frui pariter & gaudere, ſalvis tamen aliis conſtitutionibus & ſtatutis in præſenti ſeſſione promulgatis & inferius promulgandis, de electione Romani pontificis facientibus mentionem.

Quod officiarii domini Gregorii gaudeant eorum officiis.

Item ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis, &c. ſtatuit & ordinat, quod omnes officiales & curiales ejuſdem domini, qui dicitur Gregorius duodecimus, in officiis & gradibus ipſorum alias canonice adeptis gaudeant, & ea rationaliter adminiſtrent, prout alii officiales alterius obedientiæ indifferenter, ſalvo ubi in aliquo officio unicus vel certus numerus debet haberi ſecundum conſuetudinem Romanæ curiæ, circa quod ſacrum concilium ſibi reſervat providendum cum debita manſuetudine & rationabili æquitate: ita quod una pars alia deterius non tractabitur, utriuſque obedientiæ honore, quantum fieri poterit, ſemper ſalvo, per ſe vel ad hoc ſpecialiter deputandos, antequam ſeparabitur, providebit modo & tempore opportunis.

Quod nullus recedat ſine licentia.

Item ſacroſancta ſynodus, &c. Ne ante electionem futuri Romani pontificis & aliorum in eodem concilio agendorum, ipſum ſanctum concilium diſſolvatur, perturbetur, aut contra ejus ſalutem vel proſperitatem aliquid machinetur, vel etiam facta ipſius ſtatuta & ordinationes quomodolibet moleſtentur aut tranſgrediantur, ſtatuit, ordinat & diffinit, quod quæcumque perſona concilii, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis aut præeminentiæ exiſtat, ab hoc ſacro concilio deinceps ſine licentia concilii, vel ad hoc deputandorum receſſerit; & quæcumque concilii, aut quævis alia perſona ipſum concilium quomodolibet perturbaverit, aut contra ejus ſalutem vel proſperitatem quidquam machinata fuerit, vel ipſius ſacri concilii, præſertim in hac præſenti ſeſſione, ſtatuta aut ordinationes temerarie violaverit, infregerit, aut tranſgreſſa fuerit ullo modo, tamquam unionem perturbans, ſchiſma faciens, de hæreſi ſuſpecta, aut rea criminis læſæ majeſtatis, perpetuo ſit infamis, omnique dignitate, honore, ſtatu, officio & beneficio, eccleſiaſticis & ſæcularibus, etiam ſi imperialis, regalis, cardinalatus, aut pontificalis exiſtat, ipſo jure privata, ſpe promotionis omnino ſublata; nec aliquatenus aperiatur ei janua dignitatis aut honoris eccleſiaſtici aut mundani.

Quod imperator det operam, ut concilium ſit tutum.

Item ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis exhortatur inviсtiſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem, quatenus placeat, patentes literas ſuæ majeſtatis ſigillis dare, & omnibus principibus, vaſſallis & ſubditis ſacri imperii, & præſertim civibus & incolis civitatis Conſtantienſis præcipere & mandare, quod manutenebunt & defendent prædictum ſacrum concilium in ſincera & totali libertate in omni eventu uſque ad electionem futuri ſummi pontificis, & alias quamdiu duraverit: & quod ſi & quando ſacrum concilium deliberaverit, ad electionem ſummi Romani pontificis hic fore procedendum, omnino ad hoc operam efficacem impendat, quod hujuſmodi electio ſit tuta, libera & ſecura. Hoc autem ſpecialiter jurent rectores & conſules hujus civitatis fideliter obſervare. Et quicumque iſtam libertatem, tutelam, aut ſecuritatem aliqualiter impediverit, fraudem circa eam fecerit, aut quantum in eo fuerit non obſervaverit, cujuſcumque dignitatis, præeminentiæ, ſtatus, aut conditionis exiſtat, omni ceſſante privilegio, eo ipſo ſententiam imperialis banni incurrat, perpetuo ſit infamis, nec ei unquam portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod officium publicum admittatur: quinimo omnibus feudis ac aliis bonis quæ a Romano tenet imperio, ſit ipſo jure privatus. Civitas autem, ſeu univerſitas Conſtantiæ, niſi conſules & rectores prædicta obſervaverint, aut ſi contra ea venerint, eo ipſo banno imperiali ſubjaceat, & omnibus privilegiis & libertatibus & gratiis imperialibus ſeu regalibus ſit penitus deſtituta.

Quibus ſic peractis, dictus magiſter Henricus de Piro promotor petiit a dictis præſidentibus, nominibus quibus ſupra, reſpondere per verbum, placet; vel, non placet. Memoratique præſidentes, & Ioannes epiſcopus Oſtienſis, nominibus quibus ſupra, reſponderunt ut prius, per verbum, placet. Sereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus rex reſpondit ſub iſto verborum tenore: Promittimus & literas decernimus. Præmiſſis ſic peractis, ſurrexit præfatus Ioannes præpoſitus Quinqueeccleſiarum, literaſque dicti ſereniſſimi principis ſuæ majeſtatis ſigillo magno ceræ glaucæ impreſſo ſigillatas exhibuit, eaſque legit, rogante & mandante prælibato domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi proxime præſidente. Quibus ſic lectis, dictus magiſter Henricus promotor ſuper poteſtate cedendi & renunciandi dicto Carolo a præfato domino, qui Gregorius duodecimus dicitur, tradita, ſtatutis & decretis promiſſis, petiit nominibus quibus ſupra unum vel plura, publicum ſeu publica, tot quot eſſent neceſſaria fieri & confici inſtrumentum & inſtrumenta, præſentibus quibus ſupra. Sigiſmundus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex. Notum facimus tenore præſentium, quibus expedit univerſis, ad futuram rei memoriam. Qui ſtatuit terminos gentium ſecundum numerum angelorum & utrorumque miniſteria ordine miro diſpenſans, ſicut chores angelicos variis dignitatibus, quæ propriis vocabulis (teſte apoſtolo) appellantur, mirabiliter inſignivit; ſic & eccleſiam adhuc militantem in terris, diverſis tam ſpiritualium quam temporalium diſtinxit titulis poteſtatum, ut pulcra fidelibus, & infidelibus terribilis apparens, ut caſtrorum acies ordinata, procedat proſpere, donec regina tandem a dextris ſummi regis in veſtitu ſedeat deaurato, feliciter in perpetuum regnatura. Unde conſtat, quod omnis a Deo eſt poteſtas, qui ſolus poteſtatem habet in regno hominum, & quemcumque vult ſuſcitat ſuper illud. Nemo illi temere debet reſiſtere, ne, ſecundum apoſtolum, poteſtati divinæ reſiſtere videatur: quin potius tenetur quilibet in operibus, manuum domini exultare, per quæ ſemper juxta prophetam miſericordia & judicium conſtat. Sane cum propter

vacationem

ANNO CHRISTI 1415.

vacationem sedis apostolicæ, Romani & summi pontificis electio & provisio in nostra Constantiensi civitate, in qua ad præsens generale concilium celebratur, suo tempore juxta ejusdem statuta concilii immineat facienda, nos tamquam Romanæ ecclesiæ advocatus, dicti concilii defensor, ac præsertim dictæ civitatis Constantiensis dominus naturalis, volentes °*dictam electionem fore tutam, liberam & securam, omnibus & singulis principibus, vassallis & subditis sacri imperii, & præsertim civibus & incolis dictæ civitatis Constantiensis nostræ fidelibus nostris dilectis districte præcipimus & mandamus, quatenus dictum sacrum concilium in pura, sincera, pacificaque libertate manuteneant & defendant in omnem eventum, usque ad electionem & perfectionem futuri summi pontificis inclusive. Et quod si quando sacrum concilium deliberaverit ad electionem Romani pontificis in eadem nostra civitate fore procedendum, omnem curam, diligentiam, solicitudinem & operam efficaciter impendant, quod electio hujusmodi in plena libertate & securitate debite defendatur. Specialiter autem rectoribus & consulibus dictæ nostræ civitatis Constantiensis injungimus, ut juxta sacrorum canonum instituta, idipsum corporaliter jurent fideliter observare. Quicumque autem istam libertatem, tutelam aut securitatem aliquatenus impediverit, violaverit, fraudem contra eam fecerit, aut quantum in eo fuerit, non observaverit, cujuscumque dignitatis, status, præeminentiæ aut* C *conditionis existat, omni cessante privilegio, eo ipso sententiam imperialis banni incurrat, perpetuo sit infamis, nec ei unquam porta pateant dignitatis, nec ad aliquod officium publicum admittatur. Quinimo omnibus feudis & aliis bonis quæ a Romano tenet imperio, sit ipso jure privatus. Civitas autem, seu universitas Constantiensis, nisi consules & rectores prædicta observaverint, aut si contra ea venerint, eo ipso banno imperiali subjaceat, ac omnibus privilegiis, gratiis & libertatibus imperialibus, sive regalibus sit penitus destituta. Præsentium sub nostræ majestatis sigilli appensione testimonio literarum. Datum Constantiæ anno domini millesimoquadringentesimo decimoquinto, prima die Iulii, regno-* D *rum nostrorum anno Hungariæ, &c. 29. Romanæ electionis quinto, coronationis vero primo.*

Ad mandatum domini regis Ioannes præpositus de Strigonio viceccancellarius.

Postmodum vero surrexit Carolus prænominatus procurator, solennemque & rhetoricam proferebat collationem in themate sumpto, Facta est multitudo angelorum, &c. *Qua siquidem collatione facta, sæpe dictus Carolus quamdam cessionis & resignationis schedulam, quam in suis tenebat manibus, ibidem perlegit: factoque cessit & renuntia-* E *vit, & alia fecit, prout in schedula continetur. Qua schedula, ut præmittitur, lecta, prætactus reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, adhuc in ambone una cum præsidentibus nationum antedictis sibi assistentibus, rogante & exhortante dicto domino Ioanne episcopo Ostiensi præsidente, quoddam capitulum, in quo effectualiter continebatur, quod concilium generale Constantiense præfatum, dictam* * *concessionem seu renuntiationem admisit, & nonnulla alia ut in ipso capitulo tenoris infra scripti plenius continetur, alta & intelligibili voce perlegit. Quo quidem capitulo, ut præmittitur, lecto, mandante & ro-* A *gante dicto domino præsidente, prædictus magister Henricus petiit per hujusmodi nationum præsidentes & alios supradictos, nominibus quibus supra, responderi per verbum, placet, vel, non placet. Dictique præsidentes & alii supra recitati responderunt nominibus quibus supra, per verbum, placet. Super cessione, resignatione, statutis, diffinitis & decretis, & aliis supra recitatis, præfatus Henricus promotor sive procurator petiit a protonotariis & nobis notariis dicti concilii, ac aliis tabellionibus publicis quibuscumque, unum vel plura publicum seu publica, fieri & confici instrumentum & instrumenta, tot quot essent necessaria. Præsentibus testibus quibus supra.*

Luc. 2.

* *f. cessionem.*

SESSIO XIV. CONCILII.

B

Tenores vero dictarum cessionis, sive renuntiationis, nec non admissionis ejusdem schedularum, sequuntur, & sunt tales.

Ego Carolus, &c.

His autem perlectis, dictus dominus Carolus, facta pulcra collatione cum themate: *Facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis, &c.* perlegit schedulam de renuntiatione papatus nomine dicti domini Gregorii in forma sequenti.

Luc. 2.

Carolus renuntiat papatui procuratorio nomine domini Gregorii duodecimi.

Ego Carolus de Malatestis Arimini & nonnullarum aliarum terrarum in temporalibus vicarius, nec non provinciæ Romandiolę rector pro sanctissimo in Christo patre domino Gregorio divina providentia papa duodecimo, & sanctæ Romanæ ecclesiæ generalis, atque ejusdem sanctissimi domini nostri papæ procurator, habens ad infra scripta plenum, speciale & irrevocabile mandatum, quemadmodum constat per bullam authenticam sanctissimi domini nostri prędicti proxime lectam, nulla oppressus aut coactus violentia, aut nullo ductus errore, ut omnibus aperte pateat per effectum, quanta sinceritate, quantaque cordis affectione sacram unionem & redintegrationem Christianorum in unitate sanctæ matris ecclesiæ prosecutus fuit, prosequaturque per viam etiam renuntiationis inclusive, pure & libere & sincere procuratorio nomine ipsius sanctissimi domini nostri, domini Gregorii papæ XII. in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti renuntio & cedo expresse in his scriptis, realiter & cum effectu, juri, titulo & possessioni, quod, quem & quam ipse habet in papatu, & resigno nomine præfati domini nostri papatum, & omne jus papatus, titulum & possessionem, quod, quem & quam habet coram domino nostro Iesu Christo, qui ecclesiæ suæ sanctæ est caput & sponsus, in hac sacrosancta synodo & universali concilio, sanctam Romanam & universalem ecclesiam repræsentante. Qua schedula lecta, archiepiscopus Mediolanensis loco quo supra respondendo ad prædicta, legebat in hunc modum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam catholicam repræsentans, cessionem, renuntiationem & resignationem pro parte illius domini, qui in sua obedientia dicebatur Gregorius duodecimus, juri, titulo & possessioni, quod, quem & quam habuit in papatu, vel si quod, quem vel quam nunc * habuit in papatu, nunc per magnificum & potentem dominum Carolum de Malatestis hic pręsentem, ejusque ad hoc procuratorem irrevocabilem, pro eodem domino

* *f. habet*

SESSIO XIV. CONCIL. I.

qui dicebatur Gregorius duodecimus, factas admittit, approbat & collaudat in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Post hæc autem * cantato, Te Deum laudamus, a sæpe dicto archiepiscopo Mediolanensi legebatur sequens capitulum.

** Tandem vero hymno angelico, Te Deum laudamus, solenniter cantato, cum versiculo & collectis sequentibus, præfatus reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, ad instantē petitionem magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris dicti sacri concilii, nec non ad rogatum & exhortationem dicti domini præsidentis, legit quoddam aliud capitulum in effectu continens tempus resignationis faciendæ Petri de Luna post requisitionem, & alia, ut in eodem capitulo continentur, tenoris infra scripti, ibidem alta & intelligibili voce perlegit. Quo quidem capitulo proximo superius recitato, lecto, de mandato præfati præsidentis prælibatus magister Henricus instanter petiit, per nationum prædictarum præsidentes & alios prætactos super præmissis per verbum, placet, vel, non placet, respondere. Et tunc dicti nationum præsidentes, & Ioannes episcopus Ostiensis præsidens prædictus, pro se & nationibus suis quibus supra, per verbum, Placet, solenniter responderunt non serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, promisit, ut in capitulo continetur, & eidem præmissa recitata placuerunt. Super quibus omnibus singulis sic actis, habitis, gestis, statutis, & diffinitis, promissisque & dictis, memoratus magister Henricus promotor ut supra, a dominis protonotariis supradictis, nec non a nobis dicti concilii notariis, & aliis tabellionibus publicis quibuscumque, unum vel plura, publicum seu publica, tot quot essent necessaria, fieri & confici instrumentum seu instrumenta instanter requisivit & petiit. Præsentibus tunc ibidem testibus quibus supra.*

Tenor vero dicti capituli, de quo supra fit mentio, sequitur & est talis.

Sacrosancta generalis, &c.

Quod requiratur Petrus de Luna auctoritate concilii ad cedendum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, &c.

Cum in Romana ecclesia dudum gravis & pestilens exorta scissura, humani generis inimico procurante, innumerabilia Christiano populo attulerit detrimenta, quibus obviandis ac pro redintegratione fabricæ catholicæ quamvis multa quæsita fuerint remedia immensis laboribus, solicitudinibus & expensis, inter quæ præstantius & validius toti pene Christianitati dudum, & nuper etiam huic sacro concilio visum sit, cessionem & renuntiationem papatus fieri per quemlibet pro papa, seu Romano pontifice se gerentem, nec hactenus cessio, seu renuntiatio hujusmodi facta, aut redintegratio, aut schismatis extirpatio fuerit subsecuta, misericors tamen & miserator dominus sponsam suam sanctam ecclesiam diebus proximis respexit oculis pietatis, dum videlicet in hac sancta Constantiensi synodo præter nonnulla alia sanctæ unionis ecclesiæ præparamenta, coniunctis sub capite Christo in una ecclesia duabus, videlicet olim nuncupati Ioannis, & illius qui dicebatur Gregorius duodecimus, obedientiis, magnificus dominus Carolus de Malatestis plenissimum ad hoc habens mandatum pro præfato domino, qui dicebatur Gregorius duodecimus, ejusque nomine omni juri, titulo & possessioni, quod, quem & quam, vel si quod, quem vel quam habuit in papatu, non sine magno ipsius domini, qui dicebatur Gregorius duodecimus, laudis præconio cesserit, renuntiaverit expresse, realiter & cum effectu, & resignaverit nomine prædicti domini, qui dicebatur Gregorius duodecimus papatum & omne jus papatus, titulum & possessionem, quod, quem & quam habuit in papatu. Cumque Petrus de Luna, in sua obedientia Benedictus decimustertius nuncupatus, dudum memoratam cessionis & renuntiationis papatus viam acceptaverit, eamque diversis promissionibus, votis & juramentis firmaverit, nec adhuc fecerit, sed protelaverit usque modo, & prout fere toti Christianitati est notorium & manifestum, sancta synodus Constantiensis supradicta, nihil, quantum in ea est, quod ad sanctam unionem utile fuerit, volens relinquere improvisum, declarat, statuit & diffinit, præfatum Petrum de Luna, ex superabundanti per procuratores sacri concilii ad hoc specialiter constituendos, loco & tempore opportunis fore solenniter requirendum, ut infra spatium decem dierum, requisitionem hujusmodi immediate sequentium, omni juri papatus, quod se prætendit habere, nec non titulo & possessioni seu detentioni ejusdem cedat & renuntiet totaliter & absolute. Quod si non fecerit, dicta sancta synodus ipsum dominum Petrum ex nunc prout ex tunc pronuntiat, decernit & declarat, fuisse & esse notorium schismaticum, antiqui schismatis nutritorem, defensorem, fautorem, approbatorem, incorrigibilem & pertinacem, hæreticum, a catholica fide devium, promissionum, votorum & juramentorum suorum transgressorem, & ecclesiam Dei notorie scandalizantem, & propterea omni honore & dignitate etiam papali se reddidisse indignum, ipsumque per sacros canones fore abjectum, ejectum, privatum & præcisum ab omni jure seu possessione & detentione, quæ habet seu se prætendit habere in papatu, mandando, præcipiendo & inhibendo eidem, ne se amplius pro Romano pontifice gerere præsumat, omnibus Christi fidelibus, etiam si imperiali, regali, cardinalatus, pontificali, aut alia quavis ecclesiastica vel sæculari dignitate præfulgeant, ne eidem Petro, aut ejus successoribus in hac parte postea obediant, pareant vel intendant, aut auxilium, consilium vel favorem præstent ullo modo, sed eum tamquam schismaticum, ecclesiasticæ unionis perturbatorem & hæreticum vitent & persequantur toto posse, bona fide, realiter & cum effectu. Et huic sacro concilio ac futuro per Dei gratiam Romano pontifici eligendo, contra dictum Petrum, ejus successores, fautores atque sequaces, quos etiam dicta sancta synodus tamquam schismaticos & hæreticos vult persequi & haberi, assistant fideliter & cum effectu, invictissimum dominum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ, &c. regem, exhortans specialiter & requirens, quatenus tamquam pius ecclesiæ advocatus & sacri concilii defensor, hoc idem se mox tunc facturum, & suis & sacri imperii subditis mandaturum promittere dignetur, & fideliter observare.

ANNO CHRISTI 1415.

Quo capitulo lecto, fuit responsum per deputatos quatuor nationum, Placet: nec non per D. Ostiensem nomine collegii cardinalium, & demum per regem Romanorum, Placet. Super quibus

ANNO CHRISTI 1415.

quibus omnibus & singulis magister Henricus de Piro nomine quo supra per sæpe dictos notarios, protonotarios & tabelliones sibi unum vel plura, & tot, quot sufficiant ad dictum sapientis, petiit fieri publicum seu publica, instrumentum & instrumenta: præsentibus ibidem illustribus principibus, comitibus, ambasiatoribus, ceterisque nobilibus testibus.

SESSIO XV. CONCILII.

SESSIO XV.

SABBATI die, sexta dicti mensis Iulii, fuit sessio generalis concilii loco & hora consuetis, in qua fuit Romanorum & Hungarorum rex cum nobilibus * suis, sibi in insigniis regalibus servientibus, præsidente in eadem Ioanne episcopo Ostiensi cardinali Vivariensi: fuitque in ea celebratum officium missæ de domina nostra, per reverendissimum patrem dominum Nicolaum archiepiscopum Gneznensem. Qua cantata, legebantur reliqua more sessionum, & reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis legebat quoddam statutum, cujus tenor sequitur, & est talis.

* *Videlicet illustribus principibus, Ludevico comite Palatino Rheni in mundo, Friderico burgravio Nurembergensi & marchione Brandemburgensi in sceptro, Henrico duce Bavariæ in corona, & Stephano de Rosebon milite de Hungaria in ense. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus, dominis, Ioanne episcopo Ostiensi cardinali Vivariensi ibidem præsidente nomine collegii cardinalium, Iordano de Vrsinis, Angelo Landensi, episcopis, assistentibus ipsi domino regi Antonio Aquilejensi, Francisco Venetiarum, Antonio de Salancho, Petro Cameracensi, Branda Placentinensi, presbyteris; Amadeo Salutiarum, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Raynaldo de Branckasiis, Odone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentinensi, diaconis cardinalibus. In qua quidem sessione more solito cantata fuit missa de beata virgine Maria per reverendum patrem dominum Nicolaum archiepiscopum Gneznensem. Qua missa cantata, fuit peractum officium litaniarum cum introitu, Exaudi nos Domine, &c. collectis & orationibus ad hoc requisitis, juxta exigentiam temporum & officii: & evangelio,* Attendite a falsis prophetis, *&c. ac hymno, Veni creator Spiritus. Quibus missa & officio litaniarum peractis, fuit introductus magister Ioannes Hus, accusatus & convictus tamquam hæresiarcha, de regno Bohemiæ ad medium concilii, ubi erat levatus in unum altum scamnum pro eo ultra alia sedilia communia ordinatum, ita quod omnis homo eum sufficienter videre poterat. Ipso Ioanne Hus hæretico, sive hæresiarcha ibidem constituto, ascendit ambonem reverendus pater dominus episcopus Laudensis de ordine fratrum prædicatorum, & fecit unum brevem, compendiosum & laudabilem sermonem, assument pro themate,* Destruatur corpus peccati, *&c. ad Romanos 6. cap. in epistola, ut asseruit, proxima diei dominica. Quo sermone finito, ascenderunt ambonem, in quo edicta concilii publicari solent, & eadem approbari, reverendi patres Antonius Concordiensis, Stephanus Dolensis; Nicolaus Mersburgensis, Guillelmus Tolonensis, Patricius Cortagensis, episcopi, & Bertholdus Vuildungensis sacri palatii apostolici causarum auditor, deputati per nationes ad approbandum acta, gesta & pronuntiata nomine nationum. Antonius episcopus Concordiensis de mandato sibi injuncto legebat quoddam statutum, imponendo silentium universis & singulis in synodo existentibus, in hunc modum.*

Matth. 7.

SESSIO XV. CONCILII.

Decretum silentii.

Sacrosancta synodus Constantiensis, &c. præcipit & mandat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam contravenientes incurrere vult ipso facto, & sub pœna carceris duorum mensium, & fautoriæ hæresis, ne aliquis cujuscumque status, auctoritatis, gradus, ordinis, præeminentiæ aut conditionis fuerit, etiam si imperiali, regali, cardinalatus, archiepiscopali aut episcopali præfulgeat dignitate, in hac præsenti sessione Deo auctore hodie celebranda, ipsam sessionem, seu pronuntiantes & loquentes in eadem perturbet, murmuret, impediat, aut quemvis strepitum voce vel manibus aut pedibus faciat. Et quia jam materia Deo annuente tractanda per omnes nationes & sanctos patres, Spiritu sancto dirigente, unanimiter & concorditer conclusa est, prout audietis, prohibet & mandat eadem sancta synodus sub simili pœna ac fautoriæ hæresis, ne quis clamare, contradicere, aut etiam surgere, disputare, vel defensare, aut alta voce loqui audeat, nisi ad hoc sit per ipsam sanctam synodum deputatus: alioquin contra facientes decrevit eo ipso excommunicationis vinculo innodatos, pœnas carceris & duriores expectatis, minime evasuros. Quam quidem constitutionem deputati quatuor nationum, videlicet Antonius Concordiensis nomine Italicæ, Stephanus Dolensis nomine Gallicanæ, Nicolaus Mersburgensis nomine Germanicæ, & Patricius Corragensis nomine Anglicanæ, dominus Ioannes Ostiensis præsidens nomine collegii cardinalium, per verbum, placet, approbarunt.

Quo quidem statuto lecto & approbato, providus vir magister Henricus de Piro promotor & procurator surrexit, proponens, qualiter articuli prædicati per magistrum Ioannem Hus in Bohemiæ regno & alias, de quibus est convictus, essent hæretici, seditiosi, captiosi, aurium piarum offensivi, &c. per dominum præsidentem, dominum Romanorum regem, totamque synodum Constantiensem, condemnari, librosque de quibus essent exacti, igne comburi debere, & alias sibi fieri justitiæ complementum, prout in quadam papyri petitionum schedula, quam ibidem legebat, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur.

Tenor dictæ petitionis papyri schedulæ, de qua supra fit mentio, sequitur & est talis.

Hoc loco in exemplari ex quo hæc desumpta sunt, erat aliquantum spatii tamquam pro restantibus scriptum.

Qua petitione in scriptis oblata, de mandato & voluntate ipsius synodi Constantiensis, venerabilis vir dominus Bertholdus de Vuildungen prædictus incepit legere articulos formatos & dogmatizatos per Ioannem Vuicleff & Ioannem Hus in hunc modum, quorum aliquos legit, & residuos dicta sancta synodus habuit pro lectis.

Sicut Christus est simul Deus & homo, sic hostia consecrata est simul corpus Christi ad minimum in figura, & verus panis in natura. Vel quod idem sonat, verus panis naturaliter, & corpus Christi figuraliter.

Cum mendacium hæreticum de hostia consecrata, inter hæreses singulas teneat principatum, ut ipsa ab ecclesia extirpetur, secure denuntio modernis hæreticis, quod non possunt declarare

nec intelligere accidens sine subjecto. Et ideo omnes istæ sectæ hæreticæ in capitulo ignotantium Ioannis quarto, *Nos adoramus quod scimus*, audacter prænostico omnis istis sectis & suis complicibus, quod non defendant fidelibus, quod sacramentum erit accidens sine subjecto, antequam Christus & tota triumphans ecclesia veneris in finali judicio equitans super flatum angeli Gabrielis.

A

Sicut Ioannes figuraliter fuit Elias, & non personaliter; sic panis in altari figuraliter est corpus Christi: & absque ambiguitate hæc est figurativa locutio, *Hoc est corpus meum*: sicut ista, Ioannes est Elias.

Fructus istius dementiæ, qua fingitur accidens sine subjecto, foret blasphemare in Deum, scandalizare sanctos, & illudere ecclesiæ per verba accidentis.

B

Diffinientes, parvulos fidelium sine sacramentali baptismo decedentes non fore salvandos, sunt in hoc stolidi & præsumptuosi.

Levis & brevis confirmatio episcoporum, cum a dictis titibus tantum solennizata est, ex natione diaboli introducta, & ut populus in fide ecclesiæ illudatur, & episcoporum solennitas aut necessitas plus credatur.

Quantum ad oleum quo episcopi ungunt pueros, & peplum lineum quod complexum est capiti, videtur quod sit titus levis, infundabilis ex scriptura, & quod ista confirmatio introducta super apostolos, blasphemat in Deum.

C

Confessio vocalis facta sacerdoti, introducta per Innocentium, non est tam necessaria homini, ut diffinit: quia si quis solum cogitatu, verbo vel opere offenderit fratrem suum, solum cogitatu, verbo vel opere sufficit pœnitere.

Grave est & infundabile, presbyterum audire confessionem populi modo quo Latini utuntur.

In his verbis, *Vos mundi estis, sed non omnes*, posuit diabolus pedicam infidelem, qua pedem caperet Christiani. Introduxit enim confessionem privatam & infundabilem. Et postquam confessori nota fuit, ut legem statuit, quod non prodatur populo malitia sic confessi. Conjectura probabilis est, quod talis qui rite vivit, est diaconus vel sacerdos. Sicut enim cognosco, quod iste est Ioannes: sic probabili conjectura cognosco, quod iste sancte vivendo, constitutus est a Deo in tali officio sive statu.

D

Non ex testificatione hominis ordinantis, sed ex justificatione operis capienda est probabilis evidentia talis status. Deus enim potest sine tali instrumento digno vel indigno personam aliquam in tali statu constituere. Nec est probabilior evidentia quam ex vita. Ideo habita vita sancta & doctrina catholica, satis est ecclesiæ militanti. Error in principio & in fine.

Conversatio mala prælati subtrahit acceptationem ordinum & aliorum sacramentorum a subditis, qui tamen necessitate cogente possent hoc ab eis capere, supplicando pie, quod Deus suppleat per ministros suos diabolos opus vel finem officii ad quod jurant.

E

Antiqui ex cupiditate temporalium, ex spe mutuorum juvaminum, aut ex causa excusandæ libidinis, licet desperent de prole, copulentur ad invicem, non vero matrimonialiter copulentur.

Hæc verba, Accipiam te in uxorem, eligibiliora sunt in contractu matrimoniali, quam ista, Ego te accipio in uxorem. Et quod contrahendo cum una per hæc verba de futuro, & post cum alia per hæc verba de præsenti, non debent frustrari verba prima per verba secundaria de præsenti.

Papa, qui se falsè nominat servum servorum Dei, nullo gradu est in opere euangelii, sed mundano. Et si sit in ordine aliquo, est in ordine dæmonum, Deo plus culpabiliter servientium.

Papa non dispensat cum simonia, vel voto temerario, cum ipse sit capitalis simoniacus, vovens temerarie servare statum summe damnabilem, error in fine.

Quod papa sit summus pontifex, est ridiculum. Et Christus nec in Petro, nec in alio talem approbavit dignitatem.

Papa est patronus Antichristi, non solum illa simplex persona, sed multitudo paparum a tempore dotationis ecclesiæ, cardinalium, episcoporum, & suorum complicum aliorum, est Antichristi persona composita monstruosa. Non tamen repugnat, quin Gregorius & alii papæ, qui in vita sua fecerunt multa bona de genere, fructuose finaliter * pœnitebant.

* *f.* pœnitebant.

Petrus & Clemens cum ceteris adjutoribus in fide, non fuerunt papæ, sed Dei adjutores, ad ædificandum ecclesiam domini nostri Iesu Christi.

Quod ex fide euangelii ista papalis præeminentia cepit ortum, est æque falsum, sicut quod ex prima veritate error quilibet exortus.

Duodecim sunt procuratores & discipuli Antichristi, papa, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, officiales, decani, monachi, bifurcati canonici, pseudofratres introducti jam ultimo, & quæstores.

Patet luce clarius, quod quicumque est humilior ecclesiæ * serviciniot, & in amore Christi quo ad suam ecclesiam amatinior, est in ecclesia militanti major & proximus Christi vicarius reputandus.

Omnis injuste occupans quodcumque bonum Dei, capit rapina, furto, vel latrocinio aliena.

Nec testium depositio, nec judicis sententiatio, nec corporalis possessio, sicut nec distensus hereditarius, nec humana commutatio, sive donatio confert homini sine gratia dominium, sive jus ad aliquod vel omnia ista simul. Error, si intelligatur de gratia gratum faciente.

Nisi esset lex caritatis intrinsecus, nemo propter chartas vel bullas habet habilitatem vel justitiam plus vel minus.

Nos non debemus præstare aut donare aliquid peccatori, dum cognoscimus ipsum esse talem: quia sic foveremus proditorem Dei nostri.

Sicut princeps vel dominus tempore quo est in peccato mortali, non sortitur nomen illius officii, nisi nomine tenus & satis æquivoce: sic nec papa, episcopus vel sacerdos, dum lapsus fuerit in mortali peccato.

Omnis habituatus in mortali peccato caret quocumque dominio & usu licito operis etiam boni de genere.

Ex principiis fidei est per se notum, quod quidquid homo in mortali peccato fecerit, peccat mortaliter.

Ad verum sæculare dominium requiritur justitia dominantis, sic quod nullus existens in peccato mortali, est dominus alicujus rei.

Omnes religiosi moderni seipsos necessitant, ut hypocrisi maculentur. Ad hoc enim sonat sua professio, ut sic jejunent, ut sic induant, & ut sic faciant, quidquid indifferenter ab aliis observatur.

Omnis

ANNO CHRISTI 1415. SESSIO XV. CONCILII.

Omnis privata religio sapit, ut sic, imperfectionem & peccatum, qua homo indisponitur ad Deo libere serviendum.

Religio sive regula privata, sapit præsumptionem blasphemam & arrogantem supra Deum: & religiosi talium ordinum, per hypocrisim defensionis suæ religionis, præsumunt se super apostolos exaltare.

Christus in scriptura non docet aliquam speciem ordinis de capitulo Antichristi. Et ideo non est de suo beneplacito, quod sunt tales. Capitulum autem istud in istis speciebus duodecim continetur, quæ sunt, papa, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, officiales, decani, monachi, canonici, fratres de quatuor ordinibus, & quæstores.

Ex fide & operibus quatuor sectarum, quæ sunt clerus Cæsareus, vanus monachus, vanus canonicus, atque fratres, evidenter elicio, quod nulla persona istarum est membrum Christi in sanctorum catalogo, nisi in fine dierum deseruerit acceptatam stolide sectam suam.

Paulus quondam pharisæus propter meliorem sectam Christi, de ejus licentia sectam suam dereliquit. Et ob hæc claustrales, cujuscumque sectæ fuerint, debent libere ex mandato Christi exire ista vincula, & inducere libere sectam Christi.

Sufficit laicis, quod dent quandoque servis Dei decimas suorum proventuum, & cum istis partibus semper dant ecclesiæ, licet non semper Deo, clero Cæsareo a papa vel a suis subditis assignato.

Potestas quæ fingitur a papa & aliis quatuor novis sectis, sunt fictæ, & ad seducendum subditos diabolice introductæ, ut prælatorum Cæsareorum excommunicatio, citatio, incarceratio, & redditus pecuniarum vendicatio.

Multi sacerdotes simplices superant prælatos in hujusmodi potestate: imo videtur fidelibus, quod magnitudo potestatis spiritualis plus consequitur filium imitatorum Christi in moribus, quam prælatum qui per cardinales & tales apostatas est electus.

Subtrahit populus decimas, oblationes & alias privatas eleemosynas ab indignis Antichristi discipulis, cum hoc facere debeat de lege Dei. Nec est timenda, sed gaudenter acceptanda maledictio vel censura, quæ infertur a discipulis Antichristi.

Dominus papa, episcopi, omnes religiosi vel puri clerici, titulo perpetuæ possessionis dotari, debent renuntiare illis in manibus brachii sæcularis. Quod si pertinaciter noluerint, per sæculares debent cogi.

Non est major hæreticus vel Antichristus, quam ille clericus, qui docet, quod licitum est sacerdotibus & levitis legis gratiæ dotari in possessionibus temporalibus. Et si sint aliqui hæretici vel blasphemi, sunt illi clerici, qui hæc docent. Non solum possunt domini temporales auferre bona ecclesiæ ab habitualiter delinquentibus: nec solum hoc eis licet, sed debent hoc facere sub pœna damnationis æternæ.

Deus non approbat quemquam damnari civiliter, vel civiliter judicari.

Si fiat objectio contra impugnantes dotationem ecclesiæ, de beato Benedicto, Gregorio ac Bernardo, qui pauca temporalia in paupertate possidebant, dicitur, quod finaliter pœnitebant. Si iterum objicias, quod fingo sanctos istos de ista declinatione a lege domini finaliter pœnitere: doce tu, quod sint sancti; & ego docebo, quod finaliter pœnitebant.

Si scripturæ sacræ & rationi debemus credere, patet, quod discipuli Christi non habent potestatem coacte exigendi temporalia per censuras: sed hæc attentantes sunt filii Heli, filii Belial.

Quælibet essentia unum habet suppositum, secundum quod producitur aliud suppositum par priori. Et ista est actio remanens perfectissima, possibilis naturæ.

Quælibet essentia sive corporea, sive incorporea, est communis tribus suppositis, & omnibus illis insunt communiter proprietates, accidentia & operationes.

Deus nihil potest annihilare, nec mundum majorare vel minorare; sed animas usque ad certum numerum creare, & non ultra.

Impossibile est, duas substantias corporeas coextendi, unam continue quiescentem localiter, & aliam corpus quiescens continue penetrantem.

Linea aliqua mathematica continua componitur ex duobus, tribus, vel quatuor punctis immediatis, aut solum ex punctis simpliciter finitis. Vel tempus est, fuit, vel erit compositum ex instantibus immediatis. Item non est possibile, quin tempus & linea, si sint, taliter componantur. Prima pars est error in philosophia. Sed ultima errat circa divinam potentiam.

Imaginandum est, unam substantiam corpoream in principio suo ductam esse ex indivisibilibus compositam, & occupare omnem locum possibilem.

Quodlibet est Deus.

Quælibet creatura est Deus.

Ubique omne ens est, cum omne ens sit Deus.

Omnia quæ evenient, absolute necessario evenient.

Infans præscitus & baptizatus necessario vivet diutius, & peccabit in Spiritum sanctum, ratione cujus merebitur ut perpetuo condemnetur: & ita nullus ignis potest ipsum comburere pro hoc tempore vel instanti. Ut fidem assero, omnia quæ evenient, de necessitate evenient ei. Sic Paulus præscitus non potest vere pœnitere, hoc est, contritione peccatum finalis impœnitentiæ delere, vel ipsum non habere.

Quibus articulis lectis, similibus mandato & voluntate dominus Antonius episcopus Concordiensis legebat unam schedulam per modum sententiæ condemnatoriæ dictorum articulorum, hujusmodi sub tenore.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, ecclesiam catholicam repræsentans, ad extirpationem schismatis, errorumque & hæresum, in Spiritu sancto legitime congregata: Auditis diligenter & examinatis libris & opusculis damnatæ memoriæ Joannis Wicleff, per doctores & magistros studii generalis Oxoniensis, qui de eisdem libris & opusculis ducentos & sexaginta reprobos excerpendo collegerunt & scholastice reprobarunt articulos. Quos omnes hæc sancta synodus petiit examinari, & sæpius recenseri per plures partes ecclesiæ Romanæ cardinales, episcopos, abbates, magistros in theologia, doctores utriusque juris, & alios plures notabiles diversorum & generalium studiorum in multitudine copiosa. Quibus articulis sic examinatis, fuit & est repertum, aliquos & ex ipsis fuisse & esse notorie hæreticos, & dudum a sanctis patribus reprobatos: quosdam blasphemos, alios erroneos, alios scandalosos, quosdam piarum aurium offensivos, nonnullos

SESSIO XV. CONCILII.

nullos eorumdem temeratios & seditiosos. Et propterea in nomine domini nostri Iesu Christi hæc sancta synodus prædictos articulos & eorum quemlibet hoc perpetuo decreto reprobat & condemnat, inhibens omnibus & singulis catholicis sub anathematis interminatione, ne de cetero dictos atriculos, aut ipsorum aliquem audeat prędicare, dogmatizare, offerre vel tenere. Super quibus exequendis & debite observandis, mandat prędicta sancta synodus ordinariis locorum aut inquisitoribus hæreticæ pravitatis vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet secundum jura & canonicas sanctiones. Si quis vero hujus sacri concilii decreti & sententiarum temerarius violator extiterit, animadversione debita per locorum ordinarios, quocumque privilegio non obstante, sacri hujus auctoritate concilii puniatur. Præfati vero atriculi hic sequuntur, de quibus aliqui, licet non omnes, recitabuntur ad præsens.

Tenor vero dictorum articulorum, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis.

Consequenter episcopus Concordiensis legebat sententiam contra Ioannem Hus de regno Bohemia, qui fuit degradatus in præsentia concilii, & traditus curia sæculari.

Sententia contra Ioannem Hus.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus, ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, ad perpetuam rei memoriam.

Quia teste veritate, arbor mala fructus malos facere consuevit, hinc est, quod vir damnatæ memoriæ Ioannes Vvicleff sua mortifera doctrina non in Christo Iesu per euangelium, ut olim sancti patres filios genuere, sed contra Christi salutarem fidem velut radix virulenta plures genuit filios pestiferos, quos sui perversi dogmatis reliquit successores, adversus quos hæc sancta synodus tamquam contra spurios & illegitimos filios cogitur insurgere, & eorum errores ab agro dominico tamquam vepres nocivas, cura pervigili & cultro auctoritatis ecclesiasticæ resecare, ne ut cancer serpant in perniciem aliorum. Cum itaque in sacro generali concilio nuper Romæ celebrato decretum fuerit, doctrinam damnatæ memoriæ Ioannis Vvicleff damnandam esse, & libros ejus hujusmodi doctrinam continentes fore tamquam hæreticos comburendos, & doctrinam ipsam damnatam & libros ejus, tamquam doctrinam insanam & pestiferam includentes, combustos fuisse cum effectu, & hujusmodi decretum auctoritate concilii fuerit approbatum; nihilo minus tamen quidam Ioannes Hus in hoc sacro concilio hic personaliter constitutus, non Christi, sed potius Ioannis Vuicleff hæresiarchæ discipulus, post & contra damnationem & decretum hujusmodi ausu temerario contraveniens, errores ejus plures & hæreses, tam ab ecclesia Dei, quam etiam a certis olim reverendis in Christo patribus, dominis archiepiscopis & episcopis diversorum regnorum, & magistris in theologia plurium studiorum condemnatos, dogmatizavit, asseruit & prædicavit, præsertim damnationi scholasticæ ipsorum articulorum Ioannis Vuicleff factæ pluries in universitate Pragensi cum suis complicibus in scholis & in prædicationibus publice resistendo, ac ipsum Ioannem Vuicleff virum catholicum & doctorem euangelicum, in favorem ejus doctrinæ, coram multitudine cleri & populi declaravit, certos etiam atriculos infra scriptos & plures alios, & merito damnabiles, tamquam catholicos esse asseruit & publicavit, qui in libris ipsius Ioannis Hus, & opusculis notorie continentur. Quapropter habita per prius plenaria informatione de præmissis, & diligenti deliberatione reverendissimorum in Christo patrum dominorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum & ceterorum prælatorum & doctorum sacræ paginę & juris utriusque in multitudine copiosa, hęc sacrosancta Constantiensis synodus declarat & diffinit, articulos infra scriptos, qui habita collatione per plures magistros in sacra pagina, reperti fuerunt contineri in ejus libris & opusculis manu propria scriptis, & quos etiam idem Ioannes Hus in publica audientia coram patribus & pręlatis hujus sacri concilii confessus fuit in suis libris & opusculis contineri, non esse catholicos, nec tamquam tales esse dogmatizandos, sed ex eis plures esse erroneos, alios scandalosos, aliquos piarum aurium offensivos, pluresque eorum esse temerarios & seditiosos, & nonnullos eorumdem esse notorie hęreticos, & jamdudum a sacris patribus & generalibus conciliis reprobatos & damnatos, ipsosque prędicare, dogmatizare, aut quomodolibet approbare districte inhibendo. Sed cum infra scripti articuli expresse contineantur in libris, seu tractatibus suis, videlicet in libro quem intitulat de ecclesia, & aliis suis opusculis, ideo libros prędictos & doctrinam, & singulos alios tractatus & opuscula in Latino sive vulgari Bohemico per ipsum editos, aut in quocumque alio idiomate per alium, vel alios, translatos, hęc sacrosancta synodus reprobat atque condemnat, ipsos comburendos publice & solenniter in pręsentia cleri & populi in civitate Constantiensi & alibi, decernit & diffinit: adjiciens propter pręmissa omnem ejus doctrinam merito esse & fore suspectam de fide, & ab omnibus Christi fidelibus evitandam: & ut de medio ecclesię illa perniciosa doctrina eliminetur, hęc sacrosancta synodus prorsus jubet, per locorum ordinarios, tractatus & opuscula hujusmodi per censuram ecclesiasticam, etiam si opus fuerit, cum adjectione pœnę & fautorię hęresis, diligenter inquiri, & repertos ignibus publice concremari. Si quis autem hujus sententię ac decreti violator aut contemptor extiterit, statuit eadem sancta synodus, per locorum ordinarios & inquisitores hęreticę pravitatis, contra talem vel tales, veluti suspectum vel suspectos de hęresi, procedendum. Visis insuper actis & actitatis in causa inquisitionis de & super hęresi contra prędictum Ioannem Hus habitis & factis, habita per prius fideli & plenaria commissariorum in hujusmodi causa deputatorum relatione, aliorumque magistrorum in theologia, ac doctorum juris utriusque in, de, & super actis, actitatis ac dictis testium fide dignorum & plurimorum, quę dicta ipsi Ioanni Hus palam & publice lecta sunt coram patribus & pręlatis hujus sacri concilii, per quorum testium dicta apertissime constat, eumdem Ioannem multa mala, scandalosa, seditiosa, & periculosas hęreses dogmatizasse in publico, & per multa annorum curricula prędicasse: Christi nomine invocato hęc sacrosancta synodus Constantiensis, solum Deum pręoculis habens, per hanc diffinitivam sententiam, quam profert in his scriptis, pronuntiat, decernit & declarat, dictum Ioannem Hus fuisse & esse verum & manifestum hæreticum,

ANNO CHRISTI 1415.

ANNO CHRISTI 1415.

hæreticum, ipsumque errores & hæreses ab ecclesia Dei dudum damnatas, & plurima scandalosa, piarum aurium offensiva, temeraria & seditiosa dogmatizasse, & publice prædicasse, in non modicam offensam divinæ majestatis, ac universalis ecclesiæ scandalum, & fidei catholicæ detrimentum, claves etiam ecclesiæ & censuras ecclesiasticas vilipendisse, in quibus per annos multos perstitit animo indurato, Christi fideles per suam pertinaciam nimium scandalizans, cum appellationem ad dominum nostrum Iesum Christum, tamquam ad summum judicem, omissis ecclesiasticis mediis interposuerit, in qua multa falsa & injuriosa posuit & scandalosa, ipsius sedis apostolicæ censurarum ecclesiasticarum & clavium in contemptum. Idcirco propter præmissa & alia plura, præfatum Ioannem Hus hæreticum fuisse & esse hæc sancta synodus pronuntiat, & tamquam hæreticum judicandum & condemnandum fore judicat & condemnat per præsentes: dictamque appellationem tamquam injuriosam & scandalosam & illusoriam jurisdictionis ecclesiasticæ reprobando, ipsumque Ioannem Hus populum Christianum, maxime in regno Bohemiæ, in prædicationibus suis publicis & scripturis per eum compilatis seduxisse, ac ejusdem populi Christiani non veracem prædicatorem evangelii Christi secundum expositionem sanctorum doctorum, sed fuisse verius seductorem verum: quia per ea quæ hæc sacrosancta synodus vidit & audivit, cognovit eumdem Ioannem Hus pertinacem & incorrigibilem, & adeo taliter, quod non cupiebat ad gremium sanctæ matris ecclesiæ redire, neque hæreses & errores per eum publice defensatos & prædicatos velle abjurare. Idcirco hoc sacrum concilium Constantiense eumdem Ioannem Hus ab ordine sacerdotali, & aliis ordinibus, quibus extitit insignitus, deponendum & degradandum fore declarat & decernit: committens nihilo minus reverendis in Christo patribus archiepiscopo Mediolanensi, Feltrensi, Astensi, Alexandrino, Bagarensi & Vaurensi episcopis, ut in præsentia hujus sacrosanctæ synodi dictam degradationem, secundum quod ordo juris requirit, debite exequantur. Hæc sancta synodus Constantiensis Ioannem Hus, attento quod ecclesia Dei non habeat ultra quid agere valeat, judicio sæculari relinquere, & ipsum curiæ sæculari relinquendum fore decernit.

Articuli damnati Ioannis Hus, de quibus supra fit mentio.

1. Vnica est sancta universalis ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas. & infra sequitur. Vniversalis sancta ecclesia tantum est una, sicut tantum est numerus unus omnium prædestinatorum.

2. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus ecclesiæ malignantium consimiles.

3. Præsciti non sunt partes ecclesiæ, cum nulla pars ejus ab ea finaliter excidat, eo quod prædestinationis caritas, quæ ipsam ligat, non excidit. (1. Cor. 13.)

4. Duæ naturæ, divinitas & humanitas, sunt unus Christus.

5. Præscitus etsi aliquando sit in gratia secundum præsentem justitiam, tamen nunquam est pars sanctæ ecclesiæ: & prædestinatus semper manet membrum ecclesiæ, licet aliquando excidat a gratia adventitia, sed non a gratia prædestinationis.

6. Sumendo ecclesiam pro convocatione prædestinatorum, sive sint in gratia, sive non, secundum præsentem justitiam, isto modo ecclesia est articulus fidei.

SESSIO XV. CONCILII.

7. Petrus non fuit, nec est caput ecclesiæ sanctæ catholicæ.

8. Sacerdotes quomodolibet criminose viventes, sacerdotii polluunt potestatem, & sicut filii infideles, sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiæ, de clavibus, officiis, censuris, moribus, ceremoniis, & sacris rebus ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentiis & ordinibus.

9. Papalis dignitas a Cæsare inolevit, & papæ præfectio & institutio a Cæsaris potentia emanavit.

10. Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se, vel de alio, quod esset caput particularis sanctæ ecclesiæ; nec Romanus pontifex est caput Romanæ ecclesiæ.

11. Non oportet credere, quod iste quicumque est particularis Romanus pontifex, sit caput cujuscumque particularis ecclesiæ sanctæ, nisi Deus eum prædestinaverit.

12. Nemo gerit vicem Christi, vel Petri, nisi sequatur eum in moribus; cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter a Deo recipiat procuratoriam potestatem: quia ad illud officium vicarii requiritur & morum conformitas, & instituentis auctoritas.

13. Papa non est manifestus & verus successor principis apostolorum Petri, si vivit moribus contrariis Petro: & si quærit avaritiam, tunc est vicarius Iudæ Scariothis. Et pari evidentia cardinales non sunt manifesti & veri successores collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum, servantes consilia & mandata domini nostri Iesu Christi.

14. Doctores ponentes quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, judicio sæculari est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas & pharisæos, qui Christum nolentem eis obedire in omnibus, dicentes, *Nobis non licet interficere quemquam*, ipsum sæculari judicio tradiderunt, eo quod tales sunt homicidæ graviores quam Pilatus. (Ioan. 8.)

15. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiæ, præter expressam auctoritatem scripturæ.

16. Divisio immediata humanorum operum est, quod sint vel virtuosa, vel vitiosa: quia si homo est vitiosus, & agat quidquam, tunc agit vitiose: & si est virtuosus, & agat quidquam, tunc agit virtuose: quia sicut vitium, quod crimen dicitur, sive peccatum mortale, inficit universaliter actus hominis vitiosi, sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi.

17. Sacerdos Christi vivens secundum legem ejus, & habens notitiam scripturæ, & affectum ad ædificandum populum, debet prædicare, non obstante prætensa excommunicatione. & infra: Quod si papa vel aliquis prælatus mandat sacerdoti sic disposito, non prædicare, non debet obedire subditus.

18. Quilibet prædicantis officium de mandato accepit, qui ad sacerdotium accedit: & illud mandatum debet exequi, prætensa excommunicatione non obstante.

19. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis & interdicti, ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam

SESSIO XV. CONCILII.

viam præparat Antichristo. Signum autem evi- A dens est, quod ab Antichristo tales procedant censuræ, quas vocant in processibus suis fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos qui denudant nequitiam Antichristi, quam clerus maxime pro se usurpavit.

20. Si papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc ut Judas apostolus est diabolus, fur, & filius perditionis, & non est caput sanctæ militantis ecclesiæ, cum nec sit membrum ejus.

21. Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiæ & quodlibet ejus membrum jungitur Christo capiti insolubiliter.

22. Papa, vel prælatus malus & præscitus, est B æquivoce pastor, & vere fur & latro.

23. Papa non debet dici sanctissimus etiam secundum officium, quia alias rex etiam deberet dici sanctissimus secundum officium; & tortores & præcones dicerentur sancti: imo etiam diabolus deberet dici sanctus, cum sit officiarius Dei.

24. Si papa vivat Christo contrarie, etiam si ascenderet per * ritam * & legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet, quam per Christum, dato etiam quod intraret per electionem a Deo principaliter factam. Nam Judas Scarioth rite & legitime est electus a Deo Jesu Christo ad apostolatum, & tamen ascendit aliunde in ovile ovium.

* f. ratam

Matth. 10. Ioan. 10.

25. Condemnatio quadragintaquinque articu- C lorum Ioannis Vuicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua, & male facta, & ficta est causa per eos allegata, videlicet ex eo quod nullus eorum sit catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut erroneus, aut scandalosus.

26. Non eo ipso quo electores, vel major pars eorum consenserit viva voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel eo ipso est verus & manifestus vicarius vel successor Petri apostoli, vel alterius apostoli in officio ecclesiastico. Unde sive electores bene vel male elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso, quo quis copio- D sius operatur meritorie ad profectum ecclesiæ, habet a Deo ad hoc copiosius potestatem.

27. Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa militante ecclesia conversetur & conservetur.

28. Christus sine talibus capitibus monstruosis, per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum, melius suam ecclesiam regularet.

29. Apostoli & fideles sacerdotes domini strenue in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam papæ officium foret introductum: sic facerent, deficiente per summe possibile papa, usque ad diem judicii.

30. Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato E mortali.

Sequuntur articuli ex processibus contra Ioannem Hus sufficienter deducti, & probati per testes fide dignos.

Et primo articulus quartus, & etiam octavus, in quibus continetur, quod Ioannes Hus pertinaciter articulos erroneos Vuicleff in civitate Pragensi, in scholis & prædicationibus publicis prædicavit & defendit.

Item articulus nonus, in quo continetur, quod propter præmissa, in civitate Pragensi secuta est seditio grandis facto, dolo & culpa Ioannis Hus, A in tantum, quod notabiles viri catholici & Deum timentes coacti sunt exire & latere extra civitatem prædictam: stragesque, deprædationes, sacrilegia, aliaque horribilia & execrabilia orta & execnta sunt opera, dante & procurante præfato Ioanne Hus cum suis complicibus.

ANNO CHRISTI 1415

Item articulus decimus, in quo continetur, quod Ioannes Hus continue & in dicta civitate Pragensi fuit & erat sectator, fautor & eruditor ac defensor errorum quondam Ioannis Vuicleff hæresiarchæ, & ut talis & pro tali habitus, nominatus & reputatus in civitate Pragensi, & in aliis partibus circumvicinis.

Item articulus quintusdecimus, & etiam sextus B decimus, in quibus continetur, quod dominus archiepiscopus Pragensis, exequendo mandatum domini Alexandri felicis recordationis papæ quinti, quo sibi commisit & mandavit, ne extunc in antea aliquis auderet in locis privatis dictæ civitatis, nisi in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, parochialibus, monasteriis, & eorum cœmeteriis ad populum prædicare. Quodque præfatus dominus archiepiscopus continuando executionem literarum apostolicarum hujusmodi, inhibuit in generali synodo tunc Pragæ congregata. Ipse vero Ioannes Hus executioni dictarum literarum, nec non sententiæ & prohibitioni hujusmodi de facto se opposuit; & post eamdem prohibitionem de mense Junii, & præsertim die vigesima- C secunda ejusdem mensis & expost, pluribus & diversis vicibus in quadam capella Bethlehem nuncupata, prædicavit, & ibidem populum copiosum convocavit, & convocari procuravit, contra inhibitionem antedictam.

Item articulus decimusseptimus, in quo continetur, quod præfatus Ioannes Hus tam de dicto mense Junii anno domini millesimo quadringentesimo decimo, quam etiam ante & post, in dicta capella prædicando ad populum ibidem collectum, & etiam in diversis aliis locis civitatis Pragensis diversis vicibus, multos errores & hæreses tam ex dictis libris dicti quondam Ioannis Vui- D cleff, quam ex sua protervitate & dolositate adstruxit, docuit, disputavit, & pro posse defendit, maxime infrascriptos, videlicet:

Quod post consecrationem hostiæ in altari maneat panis materialis, vel substantia panis.

Item decimusoctavus, in quo continetur, quod sacerdos existens in mortali peccato non conficit corpus Christi, non ordinat, non baptizat, &c.

Item decimusnonus articulus, in quo continetur, quod indulgentiæ papæ, sive episcoporum concessæ nihil prosunt.

Item vigesimusprimus articulus, in quo continetur, quod ecclesia sit synagoga satanæ.

Item vigesimusquartus, in quo continetur, quod nulla hæresis debet exterminari per potentiam, E sed per disputationem in scholis.

Item articulus vigesimussextus, in quo continetur, quod dictus Ioannes Hus ad seducendum populum & simplices, ausu temerario dixit, quod in Anglia multi monachi & alii magistri convenissent in quadam ecclesia sancti Pauli contra magistrum Ioannem Vuicleff, & non potuerunt eum convincere: sed statim tonitruus & fulgur de cælo descendisset super eos, & rupisset ostium ecclesiæ, ita quod ipsi magistri & monachi vix evasissent ad civitatem Londonensem. Et hoc dixit ad auctorizandum dictum Ioannem Vuicleff. unde prorumpendo in hæc verba, dixit ad populum hæc verba: Utinam anima mea esset ibi, ubi est anima

Anno Christi 1415.

Sessio XV. concilii.

Ioannis Vuicleff. Et post hæc, literam quamdam falsificatam sub sigillo falso universitatis studii Oxoniensis pluries publicavit. In qua continebatur, licet falsè, Ioannem Vuicleff fuisse virum catholicum, & doctorem euangelicum, bonæ famæ & laudabilis conversationis, ab ævo suæ juventutis usque in diem exitus sui.

Item articulus vigesimusnonus, in quo continetur, quod sæculares debeant auferre clericis bona temporalia; quod hoc esset meritorium.

Item articulus trigesimussecundus, & etiam trigesimusseptimus, in quibus continetur, quod Ioannes Hus existens in excommunicatione & aggravatione, divinis se immiscuit, populo prædicavit, & publice dixit, quod non curaret excommunicationé: quia non potest excommunicari aliquis ab homine, nisi prius sit excommunicatus a Deo.

Item articulus trigesimusoctavus, in quo continetur, quod Ioannes Hus diversos errores prædicavit, ex quibus scandala exorta sunt inter prælatos & populum regni Bohemiæ, & magistros ac scholares studii Pragensis, & inobedientia subditorum quo ad eorum prælatos, & destructio universitatis studii Pragensis.

Item articulus septimus, in partibus in causa inquisitionis coram archiepiscopo Pragensi datus & oblatus contra eumdem Ioannem Hus, in quo continetur, qualiter Ioannes Hus ad populum dixit: Ecce papa nuper defunctus, videlicet Alexander quintus, nuper scripsit archiepiscopo Pragensi pro extirpandis erroribus Ioannis Vuicleff in Bohemia & Moravia, quod ibi sunt multi homines, opiniones & errores Vuicleff contra fidem tenentes, quorum corda sunt hæresi infecta. Et ego dico & regratior Deo, quod ego nullum Bohemum vidi hæreticum, & quod ad verba præmissa populus clamabat, Mentitur, Mentitur.

Item articulus nonus, in quo continetur, quod idem Ioannes Hus dixit in vulgari ad populum: Ecce completa est prophetia, quam prædixerat Iacobus de Theramo: Quod anno domini millesimo quadringentesimo nono surget unus, qui euangelium, epistolas & fidem Christi persequetur: per hæc denotando D. Alexandrum, qui in suis bullis mandavit, libros Vuicleff cremari.

Item articulus undecimus, in quo continetur, quod Alexander papa nuper defunctus, nescio tamen si sit in cælo vel in inferno, qui scribit in cartibus suis asininis, quod archiepiscopus cremare deberet libros Ioannis Vuicleff, in quibus multa bona continentur.

Item articulus alius de responsione sua quam fecit, in quo continetur, quod dictus Ioannes Hus literam post ejus recessum de Bohemia reliquit ad legendum populo, quæ continet: Vt pensantes laborem ejus solicitum, quem cum eis habuit, orarent pro eo, starent in doctrina domini nostri Iesu Christi, scientes, quia nunquam eis errores prædicavit, quos sibi inimici ascribunt. Et si vinceretur per falsos testes, quod non turbarentur, sed starent fixi in veritate.

Primus articulus in se continens, qualiter Ioannes Vuicleff diversos libros & opuscula in diversis facultatibus, tam in theologia, quam in philosophia composuit, videlicet dialogum, trialogum, &c. & quadragintaquinque articulos erroneos, probatur per libros Vuicleff, per sententiam in Romano concilio promulgatam.

Tertius articulus in quo continetur, quod suprascriptæ conclusiones & articuli sunt erronei, similiter probatur per sententiam in Romano & Constantiensi conciliis promulgatam.

Quartus articulus in quo continetur, quod Ioannes Hus sæpe & sæpius in disputationibus & in sermonibus publicis conclusiones, articulos & libros, &c. docuit & defendit, probatur per unum doctorem sacræ theologiæ, qui dicit se vidisse intimationes, in quibus continebatur, quod Ioannes Hus prætensas conclusiones, libros & articulos tamquam catholicos voluit defendere, &c. per unum plebanum Pragensis diœcesis fore verum, reddens causam scientiæ, quia ab ore ejus sæpius audivit: per unum alium plebanum, ex communi fama fide dignorum: per unum vicarium cujusdam ecclesiæ Pragensis, de veritate; & reddit bonam causam scientiæ.

Quintus articulus qui incipit, quod præmissa omnia & singula sunt vera, probatur per testes quoad deposita per eos.

Septimus articulus qui incipit, quod in civitate Pragensi sit studium, &c. est notorius.

Octavus articulus, in quo continetur, quod Ioannes Hus pertinaciter articulos erroneos Vuicleff in civitate Pragensi, in scholis publicis & prædicationibus publicis prædicavit & defendit, fore verum probatur per unum plebanum Pragensis diœcesis, reddentem causam scientiæ, quia dicit se sæpius ab eo audivisse in disputationibus publicis, ac in prædicationibus & sermonibus publicis prædicasse: per unum abbatem, qui dicit articulum fore verum & notorium ex communi fama: per unum doctorem in theologia, fore verum de veritate: per unum decretorum doctorem, ex fama multimoda: per unum canonicum Pragensem, ex communi fama: per unum alium plebanum Pragensem similiter de veritate, & reddit diversas causas scientiæ: per unum magistrum in artibus & sacræ theologiæ professorem similiter ex communi fama: per unum alium plebanum Pragensem, etiam ex communi fama: & per plures alios, ex auditu & communi fama.

Nonus articulus, in quo continetur, quod propter præmissa in civitate Pragensi fuerunt magna seditio & scandala, &c. fore verum probatur per unum plebanum Pragensis diœcesis; & reddit diversas causas scientiæ. Per unum doctorem in sacra theologia similiter probatur fore verum: per unum abbatem, qui reddit similiter diversas causas scientiæ: per unum vicarium cujusdam ecclesiæ Pragensis, de veritate: per unum presbyterum Pragensis diœcesis: per unum alium doctorem in theologia, qui optime causas scientiæ reddit: per unum decretorum doctorem, ex auditu fide dignorum: per unum magistrum in artibus, de veritate: per unum alium in artibus & sacræ theologiæ magistrum; & reddit optimam causam scientiæ: per unum presbyterum Lutomuslensis diœcesis, similiter de veritate: per unum protonotarium, de veritate & notorietate.

Decimus articulus, in quo continetur, quod præfatus Ioannes Hus continue in dicta civitate Pragensi fuit sectator & fautor errorum Ioannis Vuicleff, &c. probatur de veritate per unum plebanum Pragensis diœcesis, & per alios supra nominatos testes.

Vndecimus & duodecimus articuli sũt generales.

Tertiusdecimus articulus, in quo continetur commissio facta archiepiscopo Pragensi per Alexandrum papam quintum bonæ memoriæ. Et quartusdecimus, in quo narratur, quod archiepiscopus condemnavit libros Vuicleff igne comburendos, probatur per bullam Alexandri & senten-

SESSIO XV. CONCILII.

tiæ archiepiscopi Pragensis, & per confessionem Ioannis Hus, qui etiam confitetur a sententia hujusmodi condemnationis & combustionis librorum appellasse, ut patet in actis causæ.

Quintusdecimus articulus, in quo continetur executio sententiæ hujusmodi & processus archiepiscopi, similiter probatur per instrumenta, ut in actis. Et inhibitio facta quibuscumque, ne prædicarent conclusiones Vuicleff.

Sextusdecimus articulus, in quo continetur, quod Ioannes Hus post executionem literarum apostolicarum ac inhibitionem (ut præmittitur) factam, diversis vicibus in capella de Bethlehem ad populum prædicavit, probatur per unum plebanum Pragensem, de auditu: per unum doctorem in theologia, de veritate: per unum abbatem, ex communi fama: per unum vicarium cujusdam ecclesiæ Pragensis, de auditu a complicibus Ioannis Hus: per unum presbyterum Pragensis diœcesis de veritate, qui dicit se vidisse & audivisse, prout articulatur: per unum doctorem in theologia optime, qui similiter reddit bonas causas scientiæ: per unum doctorem in decretis de veritate: similiter per unum magistrum in artibus, & per multos alios de auditu ex communi fama.

Item confitetur Ioannes Hus, quod prædicavit respectu appellationis suæ, quod obtinuerat unam inhibitionem; & refert se ad acta causæ.

Decimusseptimus articulus, in quo continetur, quod dictus Ioannes Hus in dicta capella & diversis aliis locis errores & hæreses, &c. in civitate Pragensi prædicavit & dogmatizavit, &c. & præsertim, quod post consecrationem hostiæ in altari manet panis materialis, probatur per unum plebanum Pragensis diœcesis fore verum, reddentem causas scientiæ, quia ita audivit ab aliis ex communi voce & fama: & hoc etiam est publicum & notorium. Etiam quoad secundam partem articuli, similiter per unum doctorem in theologia, qui dicit se audivisse ab ore Hus, quod tenuit istam, quod substantia panis post consecrationem manet in sacramento altaris. Et subjunxit, quod etiam audivit in quadam disputatione, ubi præsidebat quidam magister Richardus, quod Ioannes Hus concessit istam, quod Ioannes Hus esset persona in divinis. Et quod plures essent personæ in divinis quam tres. Similiter per unum doctorem in theologia, fore verum ex communi voce & fama: per unum abbatem ex communi fama: per unum vicarium cujusdam ecclesiæ Pragensis, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Ioannis Hus, prout articulatur. Per unum alium plebanum Pragensis diœcesis, qui dicit se similiter audivisse ab ore ipsius Ioannis Hus, prout articulatur: per unum magistrum in theologia de veritate, & per multos alios, ex communi fama & credulitate fide dignorum. Per unum magistrum in artibus, plebanum Pragensis diœcesis: per unum examinatum in partibus: per vicarium archiepiscopi Pragensis, qui dicit se audivisse magistrum Ioannem Hus prædicasse in capella de Bethlehem de materia corporis Christi: & post multa conclusit, quod dictus Ioannes Hus multis rationibus probabat, opinionem quam tenet ecclesia de sacramento Corporis Christi, non fore veram. Similiter per unum plebanum Pragensem de veritate, dicens se audivisse a dicto Ioanne Hus, quod post consecrationem maneat panis materialis, sive substantia panis in sacramento. Et cum idem testis replicasset, allegando dicta

A sanctorum doctorum, scilicet Gregorii: dixit idem Ioannes Hus, quod beatus Gregorius esset unus joculator, sive rigmarius, & quod dicta sua rigmatice composuisset. Per unum prædicatorem ecclesiæ Pragensis, qui dicit, quod cum quadam vice iste Ioannes Hus fuisset in collatione cum aliis magistris, interrogatus quid sentiret de isto articulo, scilicet de sacramento, dixit quod Ioannes Hus respondit, quod hoc possit esse bene, quod post consecrationem maneat panis. Et cum correptus fuisset per testem, tunc dictus Ioannes Hus extraxit quemdam librum de manica sua, & nitebatur probare, quod maneat panis post consecrationem, sicut ante: quem ibi legebat, in

B quo error prædictus continebatur; & inter cetera legebat in eodem libro, dicens: Invenerunt ipsi unum vocabulum inusitatum, videlicet, Transsubstantiatio, ut simplices decipiant. & extunc etiam idem Ioannes obtulit se velle omnibus prædictum librum concedere. Per unum præpositum, qui videtur concordare cum proximo supra nominato teste, qui ab eo audivit, quod post consecrationem maneat panis. Per unum ministrum & pœnitentiarium cujusdam ecclesiæ Pragensis, qui dixit se semel interfuisse sermonibus Ioannis Hus, & hoc de anno domini millesimo quadringentesimo sexto, in æstate, ubi magister Ioannes Hus ad populum prædicando dixit: Ecce scribitur in Biblia: *Ego sum panis vivus qui de cælo de-*

C *scendi, &c.* & hoc in vulgari Bohemico percutiendo manu librum, oportet quod hoc excidam, *Ego sum panis*: & ego dico, quod est Deus & panis post consecrationem, quia vides albedinem, rotunditatem, saporem panis, & fracturam audis, &c. Per unum prædicatorem & pœnitentiarium, qui dicit se audivisse in sermone magistri Ioannis Hus in capella de Bethlehem: Ego dico vobis, quod ibi accidentia cum subjecto manent, ut in exemplo, homo in tunica, & anima in corpore, sic Deus in pane. Per unum doctorem in theologia Pragensem, qui optime de veritate de hoc deposuit. Similiter per unum plebanum qui dicit articulum fore verum, quia audivit ab ore

D ipsius Ioannis Hus, & similiter deponit de tempore & loco: & subjunxit, quod audivisset ab eodem Ioanne Hus, quod dicebat: Vtinam Deus vellet, quod anima sua esset ibi, ubi est anima Ioannis Vuicleff. Similiter per unum alium plebanum magistrum in artibus, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Ioannis Hus, quod non esset determinatio ecclesiæ, quod accidentia starent in sacramento altaris sine subjecto: & multa alia deposuit.

Decimusoctavus articulus, in quo continetur, quod sacerdos existens in peccato mortali non conficit corpus Christi, &c. probatur per unum plebanum ex communi fama; per unum docto-

E rem in sacra theologia, articulum fore verum ex communi fama: per unum abbatem, ex communi fama fide dignorum & catholicorum: per unum alium plebanum, articulum fore verum, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Ioannis Hus. per unum alium doctorem in theologia, de veritate: per unum canonicum, qui dicit se audivisse præmissa a sequacibus dicti Ioannis Hus: per unum protonotarium de veritate, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Ioannis Hus, prout articulatur. Et per multos alios de communi fama & credulitate ac auditu. similiter per unum alium plebanum Pragensem, qui dixit, quod magister Ioannes Hus dixit: Hoc teneatis, quod si sacerdos est in peccato mortali,

ANNO CHRISTI 1415.

ANNO CHRISTI 1415

mortali, tunc nihil facit, neque consecrat, nec fit ibi corpus Christi, sed manet ibi substantia panis sicut ante. & per plures alios testes in partibus productos coram vicariis archiepiscopi Pragensis, de veritate & de auditu ab eodem.

Decimusnonus articulus, in quo continetur, quod indulgentiæ papæ seu episcopi concessæ, nihil prosunt, probatur per unum plebanum Pragensis diœcesis ex communi fama, per unum doctorem in theologia, esse notorium, prout articulatur: per unum abbatem, de relatu fide dignorum: per unum vicarium, ex communi fama: per unum alium plebanum, fore verum, ex notoria fama fide dignorum. Similiter per unum alium plebanum, de veritate, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Ioannis Hus: per unum doctorem in sacra theologia, similiter de veritate: per unum decretorum doctorem, ex communi fama: per unum magistrum artium similiter ex communi fama: per unum canonicum, qui dixit se hoc audivisse ab his qui hoc audiverunt ab ore ipsius Ioannis Hus: per unum alium plebanum Pragensem, ex communi fama: similiter per unum protonotarium, qui dicit se hoc audivisse a familiaribus suis. Et per plures alios testes in partibus productos coram vicario archiepiscopi Pragensis, qui dixerunt se audivisse, quod Ioannes Hus dixisset, quod indulgentiæ papæ & episcopi non valent, nisi Deus indulgeat. Et super hoc etiam est producta una schedula, quam confessus est se composuisse, prout in actis quæ incipiunt, Pax Christi, &c.

Vigesimusprimus articulus, in quo continetur, quod Romana curia, vel ecclesia sit synagoga satanæ, probatur per unum doctorem in theologia, qui dicit sibi tantum constare, quod Ioannes Hus dixit, quod ecclesia catholica non esset, nisi numerus prædestinatorum: per unum abbatem de communi fama: per unum plebanum, ex communi fama: per unum canonicum, hoc esse verum ex auditu ab ore ipsius Ioannis Hus, prout articulatur: per unum doctorem in theologia, de veritate: per unum decretorum doctorem, de communi fama: & per multos alios, qui audiverunt ab ore ipsius Ioannis Hus: per unum magistrum artium, qui audivit ab ore dicti Ioannis Hus, quod curia Romana esset synagoga satanæ.

Vigesimussecundus articulus, in quo continetur, quod præfatus Ioannes Hus præfatos errores tenuit & defendit, probatur per omnes testes superius nominatos, per unum doctorem in theologia, de veritate: per unum vicarium, articulum fore verum, ex fama notoria: per unum abbatem, articulum fore verum, ex communi fama: per unum plebanum, articulum fore verum, qui audivit ab ore Ioannis Hus, &c. per unum doctorem in theologia, de veritate: & per multos alios, ex communi fama, & etiam veritate.

Vigesimustertius articulus, in quo continetur, quod dictus Ioannes Hus docentibus & defendentibus errores hujusmodi adstitit in defensionibus eorumdem, &c. probatur per unum plebanum, per unum doctorem in theologia, qui dicit hoc patere per experientiam: per unum vicarium, articulum fore verum & notorium: per unum plebanum, fore verum, qui dicit se vidisse & audivisse: similiter per unum doctorem in theologia, verum: per unum magistrum in artibus, verum: & per multos alios ex communi voce & fama, & etiam veritate.

Vigesimusquartus articulus, in quo continetur, quod nulla hæresis debet damnari per potentiam, sed per disputationem in scholis, probatur per unum abbatem, de auditu ab his qui audiverunt ab ore ipsius Ioannis Hus: per unum vicarium, verum, ex communi fama: per unum doctorem in theologia, verum, qui reddit bonam causam scientiæ: & per multos alios de auditu communi voce & fama.

SESSIO XV. CONCILII.

Vigesimusquintus & vigesimussextus articuli omittuntur tamquam superflui.

Vigesimusseptimus articulus, in quo continetur, quod populus non deberet credere bullis papæ, probatur per unum plebanum, ex publica voce & fama: per unum abbatem, * ab auditu ab his qui audiverunt ab ore ipsius Ioannis Hus: per unum vicarium probatur, ut per proximum probatum est: per unum plebanum, de veritate, qui dicit se audivisse ab ore Ioannis Hus: per unum doctorem in theologia, de veritate, qui reddit etiam bonas causas scientiæ: & per multos alios, de communi voce & fama & credulitate.

* de

Vigesimusoctavus articulus, in quo continetur, quod magister Ioannes Hus dixisset: Utinam anima mea esset ibi, ubi est anima Ioannis Vuicleff: probatur per unum plebanum, qui dicit articulum verissimum: per unum doctorem in sacra theologia, qui dicit se audivisse ab ore ipsius domini Ioannis Hus: per unum alium plebanum, de veritate. Similiter per unum doctorem in theologia, de veritate, qui reddit optimas causas scientiæ. Per unum alium plebanum de veritate, qui dicit se hoc audivisse ab ore Ioannis Hus. Et per multos alios, qui dixerunt se hoc audivisse ab ore Hus in sermonibus, & alias de publica voce, &c.

Vigesimusnonus articulus, in quo continetur, quod sæculares debent auferre clericis bona temporalia, & quod hoc esset meritorium, probatur per unum abbatem, de veritate: per unum vicarium similiter, qui dicit se interfuisse sermonibus, quando talia prædicavit coram familia regis Bohemiæ. Similiter per unum plebanum, qui similiter dicit se hoc audivisse ab ore ipsius Ioannis Hus, quia tales conclusiones etiam habentur in tractatibus suis. Et per multos alios de auditu, communi voce & fama, & etiam veritate.

Trigesimus articulus omittitur, quia generalis est.

Trigesimusprimus articulus, in quo continetur, quod præfatus Ioannes Hus fuit excommunicatus, probatur per archiepiscopum Pragensem, & per literas archiepiscopi, & per confessionem ipsius Ioannis Hus in actis.

Trigesimussecundus articulus, in quo continetur, quod Ioannes Hus post hujusmodi excommunicationem divinis se immiscuit & populo prædicavit, & quod non possit excommunicari per alium nisi per Deum, probatur per unum plebanum, quo ad celebrationem: per unum doctorem in theologia, verum; restringens tamen dictum suum, quoad prædicationem: per unum abbatem, verum de auditu: per unum alium plebanum, verum, qui dicit se ita audivisse in sermonibus suis: per unum alium doctorem in theologia, verum. Similiter per unum alium plebanum, verum, quo ad sermones: & per plures alios, de communi voce, fama & credulitate: & per plures alios testes, in partibus coram vicario archiepiscopi Pragensis productos & examinatos.

Trigesimustertius articulus est superius probatus.

Sessio XV. Concilii.

Anno Christi 1415.

Trigesimusquartus articulus, in quo continetur, quod Ioannes Hus commovit populum contra clerum in sermone, dicens hæc verba in effectu, Vere foret necessarium, quod quilibet, prout in lege antiqua Moysi fuit mandatum, ut qui vellet legem Dei defendere, se gladio præcingeret,&c. probatur per unum doctorem in theologia, verum;per unum plebanum, verum, ex communi & notoria fama; per unum plebanum, ex communi fama: per unum protonotarium, verum. subjungens quod vidit plures schedulas affixas valvis ecclesiarum Pragensium,ex instinctu magistri Ioannis Hus, sic caventes: Accingat se quilibet gladio suo super femur suum, & non pereat. Et per multos qui audierant ab his qui fuerant in sermonibus Hus.

Trigesimusquintus & trigesimussextus articuli sunt generales.

Trigesimusseptimus articulus, in quo continetur, qualiter prædicavit, quod nullus potest excommunicari ab homine, nisi Deus excommunicaret eum, probatur per unum plebanum, qui dicit se hoc audivisse ab ore ipsius Ioannis Hus: per unum alium plebanum, qui dicit se audivisse a sequacibus suis: per unum doctorem in theologia, qui dicit, quod istum articulum docuit in tractatu suo de ecclesia: qui etiam allegat multas auctoritates &, rationes dicti Ioannis Hus, ad confirmandum conclusionem, seu articulum superius nominatum. Et per omnes testes superius descriptos, ex communi voce & fama & credulitate.

Trigesimusoctavus articulus, in quo continetur, quod Ioannes Hus diversos errores prædicavit, ex quibus magna divisio inter magistros & scholares dicti studii Pragensis, archiepiscopum, clerum & populum, est orta: quod etiam exorta sint magna scandala & inobedientia populi ad archiepiscopum & suos prælatos,&c. probatur per unum abbatem, verum, ex communi & notoria fama: per unum vicarium, verum & notorium: per unum plebanum similiter verum & notorium:per unum doctorem in theologia,verum,qui reddit optimas causas scientiæ. Similiter per unum decretorum doctorem, verum de veritate: per unum canonicum, verum de veritate: per unum magistrum in artibus, verum de veritate: per unum protonotarium, verum & notorium; & per multos alios, ex communi fama & voce, & etiam auditu.

Trigesimusnonus articulus, in quo continetur, quod Ioannes Hus fuit fautor & nutritor hæresum, & de his publice diffamatus, probatur per unum doctorem in theologia:& ab omnibus, præterquam ab his qui suam tenent partem, pro tali tenetur. per unum abbatem, verum: per unum vicarium, verum & notorium: per unum plebanum, verum de veritate: per unum doctorem in theologia, verum de veritate: per unum decretorum doctorem, verum de veritate: per unum canonicum, verum quoad primam partem. Similiter per unum alium doctorem in theologia, verum: per unum protonotarium, verum quoad primam partem. Similiter per multos alios de communi voce & fama.

Quadragesimus articulus est generalis, & probatus per omnes testes.

Super articulis in causa inquisitionis contra Ioannem Hus oblatis & productis in partibus coram vicariis archiepiscopi Pragensis, & primo super articulo tertio, qui incipit:

Item ponunt, &c. in quo continetur in effectu, quod Ioannes Hus in contemptu clavium existens excommunicatus, quoniam prędicabat & divinis se immiscuit, &c. probatur per unum prædicatorem, qui dicit articulum fore verum, salvo quod immiscuit se divinis: per unum altaristam cujusdam ecclesiæ Pragensis, qui dicit, quod quasi singulis diebus dominicis & festivis prædicabat ad populum. per unum magistrum in artibus, verum: per duos notarios publicos,verum:per unum prædicatorem, verum: per unum alium notarium, fore verum: per unum clericum, qui dicit articulum fore verum, qui dicit ipsum prædicare & divinum officium peragere. Et ulterius dicit, quod idem Ioannes Hus in sermone ad populum circa festum sancti Iacobi dixit: Pueri, sciatis quod archiepiscopus excommunicavit me, & alios appellantes; & non potest alias aliquem excommunicare, nisi quem excommunicat Christus: & non timeatis excommunicationem eamdem. Et per multos alios testes de publica voce & fama.

Quartus articulus, in quo continetur, quod dictus Ioannes Hus multos errores & hæreses docuit, &c. probatur per unum plebanum, verum, qui reddit bonas causas scientiæ: per unum notarium publicum, verum, publicum & notorium: per unum clericum, verum. & subjunxit, quod audivit, quod pluries collaudando se, dixit in sermone suo: Veniant omnes magistri de Parisiis: Ego volo cum ipsis disputare, qui libros nostros cremaverunt, in quibus honor totius mundi jacuit. & per sex alios de publica voce & fama.

Quintus articulus, in quo continetur in effectu, quod dominus Ioannes Hus populum in multitudine copiosa in capella Bethlehem congregatum diversimode induxit, seu instruxit & confortavit in dictis erroneis opinionibus, probatur per unum prædicatorem, articulum fore verum, notorium & manifestum: per unum clericum, de veritate; & adjunxit bonas causas scientiæ: & per plures alios, de auditu, publica voce, &c.

Sextus articulus omittitur, qui tractat de exclusione Teutonicorum de civitate Pragensi, & expulsione eorumdem, qui non tangit præcise materiam Vvicleff, licet videatur esse probatus.

Septimus articulus, in quo continetur, qualiter Ioannes Hus ad populum dixit. Ecce papa nuper defunctus, videlicet Alexander quintus, nuper scripsit archiepiscopo Pragensi pro extirpandis erroribus magistri Ioannis Vvicleff, etiam in Bohemia & Moravia: & quod ibi sint multi homines, opiniones & errores dicti Ioannis Vvicleff contra fidem tenentes, quorum corda sunt hæresi infecta: & ego dico & Deo regratior, quod ego nullum Bohemum hæreticum vidi. Probatur per unum prædicatorem de veritate, per unum altaristam de veritate, per unum baccalaureum in artibus de veritate, per duos notarios publicos de veritate, & per multos alios testes de veritate, publica voce & fama.

Octavus articulus, in quo continetur, quod ad verba præmissa totus populus clamavit, Mentitur, Mentitur, probatur per unum altaristam verus, qui dicit se interfuisse: per unum baccalaureum, qui dicit quod, * Mentitur: per unum præpositum, qui dicit, clamaverunt: Mentiuntur, Mentiuntur. Et per plures alios numero sex, de communi voce, &c.

* videtur deesse, *clamaverunt*

Nonus articulus, in quo continetur, quod idem Ioannes Hus dixit, quod anno 1409. surget unus, qui evangelium & epistolas & fidem Christi persequetur, probatur per unum altaristam de veritate, per unum baccalaureum in artibus, per unum notarium

notarium publicum, & per multos alios, &c.

Decimus articulus, qui incipit, Item ponitur, &c. denotando dominum Alexandrum, probatur per unum altaristam, articulum fore verum, qui dicit, quod interfuit. alii autem deponunt de publica voce & fama.

Vndecimus articulus, in quo continetur, quod papa nuper defunctus, nescit tamen si sit in cælo vel in inferno, qui scribit in cutibus suis asininis, quod archiepiscopus cremare deberet libros Ioannis Vuicleff, in quibus multa bona continentur; probatur per unum præpositum de veritate, & per multos alios de publica voce & fama.

Duodecimus articulus, in quo continetur: Ecce appellavi contra mandata archiepiscopi, & ex nunc appello: vultis mihi adhærere? ad quod totus populus clamavit in vulgari Bohemico: Volumus, & adhæremus? probatur per unum presbyterum esse verum: per unum baccalaureum in artibus, esse verum: per unum notarium publicum, qui dicit, quod interfuit quando dixit: Si totus cœtus cardinalium cum papa dicerent, librorum combustionem justam esse, nollem consentire. per unum alium notarium publicum, per unum rectorem cujusdam parochialis ecclesiæ, per unum altaristam, & per multos alios de publica voce & fama.

Decimustertius articulus non est multum pertinens: ideo omittitur, licet sit probatus.

Decimusquartus articulus, qui incipit, Idem dixit, ideo deberetis, si vultis, mihi adhærere: non timeatis excommunicationem, quia secundum ritum & consuetudinem ecclesiæ appellastis mecum, &c. probatur per unum notarium publicum, qui dixit audivisse se a Hus, quod legitime potest se ingerere in divinis sub tuitione appellationis; dicendo quod illam excommunicationem voluit habere pro benedictione: & per multos alios de publica voce, &c.

Decimusquintus & decimussextus articuli sunt probati in Constantia per testes ibidem receptos, una cum articulis sequentibus coram commissariis concilii; & per multos alios testes in partibus coram vicario archiepiscopi Pragensis, receptos similiter & examinatos.

Item advertendum, quod coram commissariis sunt nonnulli libri & opuscula, videlicet liber de ecclesia, &c. quos libros dictus Ioannes Hus fatetur se composuisse. Verumtamen quod ad articulos extractos ex dictis libris, in suis responsionibus non præcise respondit, sed certis modificationibus & limitationibus, ut apparet in actis.

Item ex actis apparet una protestatio, quæ videtur cruda; & alia in principio articulorum, si bene advertatur.

Item quoad libros & contenta in eis, remitto me ad dominos theologos.

Subsequenter magister Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo supra, exposuit & dixit: ex quo processus debite sit tentus contra Ioannem Hus, ejusque doctrinam & dictos articulos, non restat aliud nisi concludere & ferre sententiam.

Quapropter per causam hujusmodi per synodum prædictam concludi & sententiam ferri, juxta petitionem per eum datam, debita cum instantia postulavit.

Quibus factis dominus Bertholdus de Vuildungen, auditor præfatus, loco quo supra existens, mandato & auctoritate synodi narravit totum processum habitum coram dominis judicibus & commissariis, in hujusmodi causa deputatis per concilium, & alias quomodo ab initio causæ hujusmodi fuit in curia Romana, & in partibus coram ordinario loci introducta de verbo ad verbum. Quo processu recitato, idem dominus Bertholdus auditor & deputatus ad hoc, incepit articulos legere, incipiendo? Vnica est sancta ecclesia, &c. & legendo quemlibet articulum, circa ipsum summarium testium, per quot, quantos, & quales personas, dominos, magistros, magnos aut parvos, probaretur. Et usque ad finem articulorum.

Item idem dominus Bertholdus de Vuildungen dixit, qualiter ipse Ioannes Hus alias in castro Buelebensi Constantiensis diœcesis existente, & ibidem detento, articuli memorati fuissent sibi ibidem præsentati per certos deputatos, inter quos ipse Bertholdus exstiterat unus. Et idem magister Ioannes Hus fuit interrogatus, an vellet dictos articulos defensare, aut confiteri. qui magister Ioannes Hus tunc submisit se determinationi concilii. Et subsequenter uno alio tempore similiter inter deputatos nationum, & in præsentia dominorum Cameracensis & Florentinensis cardinalium similiter respondit. Tertio vero, ut prius interrogatus respondit, ut in schedula papyrea in hunc modum manu sua scripta plenius continetur. Cujus schedulæ tenor sequitur in hunc modum.

Ego Ioannes Hus in spe sacerdos Iesu Christi, timens Deum offendere, & timens incidere perjurium, nolo abjurare articulos omnes, & quemlibet ex illis, qui per falsos testes in attestationibus producti sunt contra me: quia Deo teste, non prædicavi, nec asserui, nec eos defendi, sicut dixerunt me eos defendisse, prædicasse & asseruisse.

Item de articulis extractis de meis libellis, saltem qui sunt debite extracti, dico, quod quicumque ex illis includit aliquem falsum sensum, illum detestor. Sed timendo offendere Deum in veritate, & contra sanctorum sententiam dicere, non quemlibet eorum volo abjurare. Et si possibile esset, quod toti mundo vox mea nunc pateret, sicut omne mendacium & omne meum peccatum in die judicii patebit, libentissime omnem falsitatem & omnem errorem, quem unquam ad dicendum conceperim vel dixerim, coram toto mundo revocarem. Ista dico & scribo libere & voluntarie. Scriptum manu mea propria prima die Iulii.

Hi sunt qui fuerunt commissarii nomine Concilii, missi cum articulis ad ipsum magistrum Ioannem Hus una vice: videlicet, Ioannes archiepiscopus Rigensis, Antonius archiepiscopus Ragusinensis, Bertholdus Vuildungen, Theodoricus de Monasterio. Hi fuerunt testes; videlicet, Ioannes de Vualden archidiaconus Lubecensis, Petrus Helpurg præpositus Vyetzflorensis, Henricus Heuboreb decanus sancti Petri Trajectensis, Petrus de Merachor episcopus Trajectensis.

Subsequenter die Veneris quinta Iulii, in loco congregationis dominorum deputatorum, in domo fratrum Minorum, præsentibus Thoma de Amelia legum doctore, auditore sacri palatii, dominus Cameracensis, dominus Florentinensis, cardinales, patriarcha Antiochenus, episcopus Bathoniensis, episcopus Saresburiensis, archiepiscopus Rigensis, archiepiscopus Mediolanensis, episcopus Feltrensis, electus Poznaniensis, dictum magistrum Ioannem Hus interrogaverunt, an vellet abji-

SESSIO XV. CONCILII.

abjurare articulos quos coofiretur, & qui sunt in libris suis & manu sua scripti ? & illos etiam qui sunt probati per testes, quos non negat se dogmatizasse, quantum probantur per testes: an vellet jurare, quod eos non tenet, nec tenebit, sed vult simul cum ecclesia cavere contrarium, Respondit, quod velit stare in eo quod scripsit manu sua in præsenti parte. Et factis sic hincinde suasionibus, quod non vellet inhærere suæ opinioni, sed potius stare cum tota ecclesia, & cum tot doctis viris, quot sunt in hoc sacro concilio; tandem perstitit in proposito suo præmisso. Qua schedula sic lecta, magister Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo supra, petiit per dominos præsidentes & sanctam synodum libros ipsius Ioannis Hus, videlicet librum intitulatum de ecclesia, & alios libros suos sive opuscula, in quibus præfati articuli reperiuntur conscripti, condemnari, ad comburendum, & sibi super his ministrari justitiæ complementum.

Petitione ipsius magistri Henrici promototis facta, reverendus pater dominus Aotonius episcopus Concordiensis, mandato & auctoritate concilii & geoeralis synodi procedendo ad senteotiam, protulit eam in scriptis, prout in schedula quam legebat de verbo ad verbum, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Veniendo namque ad verbum, sive dictamen, Vetum quia, &c. continens cum sequentibus in casu quo abjurare vellet, veniret alia pœna & prolatio sententiæ: reperto demum, Ioannem remanere in perversitate sua, & dicentem, quod proptér homines quos docuit de opposito, non vellet abjurare, sed millesies comburi, quia per ejus abjurationem generaretur scandalum illis quos docuit de opposito: ergo nollet aliquo modo abjurare. Et tunc dominus Antonius episcopus obmisit verba illa quæ pertinebant ad abjurationem, & processit ad alia verba sequentia, videlicet, & sumit sententiam, tradendo per sententiam eum judicio sæculari.

Quibus factis, iverunt ad ipsum Ioannem Hus reverendi patres domini archiepiscopus Mediolanensis, suffraganeus domini episcopi Constantiensis, episcopus Bangorensis, pro degradatione ipsius Ioannis Hus, ad locum ubi ipse Ioannes Hus existebat, auctoritate & mandato ipsius sanctæ synodi Coostantiensis, ad finem, quod curiæ sæculari tradi posset, ipsum Ioannem degradarunt, legendo verba ad hoc ordinata de libro pontificali, incipientia: O Iuda: amovcodo ab eo tamquam ab indigno calicem: & subsequenter solennitatibus ad quodlibet exhibitis, exuebant eum casula, stola, tondentes sibi crines, & similiter amovendo ab eo omnia sacerdotalia & clericalia.

Quibus factis, curia sæcularis recepit eum, & abduxit eum ad locum justitiæ.

Soper quibus omnibus Henricus de Piro petiit approbationem & executionem. Fuitque responsum per dominos deputatos omnium nationum prædictos, ac dominum præsidentem, regemque Romanorum, Placet.

Subsequenter * fuit lecta per eumdem episcopum Concordiensem sententia, condemnando illum articulum: Quilibet tyrannus, &c. Et fuit responsum per deputatos nationum quatuor, præsidentem & regem, Placet. Item, fuit lecta per dominum Stephanum episcopum Doleosem schedula contra impeditores venientium ad concilia generalia.

ANNO CHRISTI 1415.

** Subsequenter ad petitionem magistri Henrici de Piro idem dominus Antonius legebat unam aliam sententiam, condemnando articulum illum, videlicet, Quilibet tyrannus, &c. prout in schedula infra scripti tenoris continetur. Qua lecta, fuit responsum per deputatos prædictos, præsidentem & regem, Placet. Præsentibus ibidem illustribus principibus, Henrico duce Bavariæ, Ludevico comite Palatino Rheni, Friderico burgravio Nurembergensi, Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, Ludovico duce Bavariæ, Franciæ & Angliæ, Poloniæ, Norvegiæ, Sueciæ, Daciæ, Ludovici Neapolitani, ducis Mediolanensis, ambasiatoribus, Guntero comite Suartzpurg, Everardo comite de Vvinsperg, comite de Friburg, & aliis nobilibus prælatis & Christianis in numero copioso.*

Subsequenter fuit lecta una minuta per dominum Stephanum episcopum Dolensem, contra impeditores venientium ad concilium, & recedentium ab eodem: cujus tenor sequitur inferius.

Tenores vero dictæ sententiæ diffinitivæ, & alterius tyrannidis ac minutæ, de quibus supra fit mentio, seriatim sequuntur, & sunt tales.

Condemnatio illius propositionis, Quilibet tyrannus.

Præcipoa solicitudine voleos hæc sacrosancta synodus ad extirpatinnem errorum & hæresum in diversis mundi partibus invalescentium providere, sicut tenetur, & ad hoc collecta est; nuper accepit; quod nonnullæ assertiones erroneæ in fide & bonis moribus, ac multipliciter scandalosæ, totiusqoe reipublicæ statum & ordinem subvertere molientes, dogmatizatæ sunt, inter quas hæc assertio delata est: Quilibet tyrannus potest & debet licite & meritorie occidi per quemcumque vassallum suum vel subditum, etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias vel adulatiooes, non obstante quocumque præstito jorameoto, seu confœderatione factis cum eo, non expectata sententia vel mandato judicis cojuscumque.

Adversus hunc errorem satagens hæc sancta synodus insurgere, & ipsum fundims tollere, præhabita deliberatione matura, declarat, decernit & diffinit hujusmodi doctrinam erroneam esse in fide & in moribus, ipsamque tamquam hæreticam, scandalosam, & ad fraodes, deceptiones, mendacia, proditiones, perjuria vias dantem, reprobat & condemnat. Declarat insuper, decernit & diffinit, quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes, sunt hæretici, & tamquam tales juxta canonicas sanctiooes puniendi.

Constitutio concilii contra invasores, seu spoliatores accedentium & recedentium a concilio.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, universalem ecclesiam repræsentans, in Spiritu sancto ad extirpationem schismatis, hæresumque & errorum, nec non ipsius ecclesiæ in capite & in membris debitam reformationem legitime congregata, ad futuram rei memoriam.

Iustitiam & æquitatem exerceri non dubitatur, si quos noxiæ voluntatis adeo captivat perversa intentio, quod processibus apostolicis impudenter obviantes, auctoritatem sanctionis canonicæ contemnentes, in aliorum prolabuntur injurias & offensas, ecclesiastica censura percellat, & pro demerito culpæ, rigorem adjiciat judiciariæ potestatis. Nam si quilibet per campum licentiæ, fræno deposito

ANNO CHRISTI 1415.

deposito modestiæ, vagaretur impune, facile quisque sæviret in proximum, & nervus disciplinantis justitiæ impeteretur. Sane licet nonnulli Romani pontifices, antiquos Romanæ ecclesiæ morem & consuetudinem observantes, prout ad eos ex debito apostolatus sibi injuncti officii pertinebat, per certos suos processus in die cœnæ domini annis singulis solenniter publicantes, inter omnes alios & singulos, qui ad sedem apostolicam venientes vel recedentes ab ea, nec non in illos omnes & singulos, qui per se, vel per alium seu alios, quascumque personas ecclesiasticas vel sæculares ad Romanam curiam super eorum causis & negotiis accedentes, illaque in eadem curia prosequentes, aut procuratores, gestores, advocatos & promotores ipsorum, ac etiam auditores seu judices, qui super dictis causis seu negotiis deputantur, occasione causarum seu negotiorum hujusmodi verberant, mutilant vel occidunt, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis aut status forent, prædicta vel eorum aliqua committentes, excommunicationis & anathematizationis sententias, a quibus nullus per alium quam Romanum pontificem posset, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi: nec etiam tunc, nisi de stando mandatis ecclesiæ, aut satisfactione præstanda, sufficienti cautione præmissa, candelis accensis, & ad terram projectis, promulgaverant: & eis qui taliter excommunicatis & anathematizatis, vel eorum alicui præsumerent beneficium absolutionis impendere, similibus sententiis innodaverunt, eisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum ecclesiasticorum, & confessionem audiendi interdixerunt officium: nec non quicumque injuriatores quorumlibet ad sacra concilia generalia venientium, seu stantium in ipsis, aut recedentium ab eisdem, diversas censuras ecclesiasticas & pœnas tam ex canonis, quam divini juris dispositione incurrant: tamen sicut ad nostram fide dignorum multitudine valida insinuatione pervenit notitiam, nonnulli iniquitatis filii, perditionis alumni, hujusmodi censuras vilipendentes, ac hujusmodi sacri concilii, extirpationis schismatis, hæresum ac errorum, ipsiusque ecclesiæ reformationis perturbatores, diabolico spiritu instigante, nec dignitati, nec ordini deferentes, Dei timore postposito, nefariis ac sacrilegis ausibus nonnullas personas ecclesiasticas & sæculares, etiam pontificali dignitate præditas, ad sedem apostolicam vel Romanam curiam, seu præsens generale concilium in civitate Constantiensi provinciæ Moguntinensis, ubi nunc Romana curia existit, in Spiritu sancto legitime congregatum venientes, aut recedentes ab eisdem, invadere, capere, arrestare, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, ac spoliare bonis suis, vel injuriis afficere quamplurimis. & alias male tractare, temeritate propria præsumpserunt, & dietim præsumunt in apostolicæ sedis & sacri concilii vilipendium & contemptum, ac seditionis, schismatis, reformationis ecclesiæ, & correctionis morum, nec non hæresum & errorum prædictorum extirpationis disturbium; suarumque animarum periculum, & scandalum plurimorum.

Nos igitur volentes in præmissis, nec non adversus quoscumque ad ipsum concilium, & quælibet alia futura generalia concilia accedentes, aut stantes in ipsis, seu recedentes ab eisdem, ne ab aliis Deum non timentibus, temerariis injuriis infestentur & opprimantur violentiis, & ne quibusvis delinquendi aut excessus committendi pateat audacia, de opportuno & salubri remedio providere, hujusmodi, nec non omnes & singulos alios processus, sententias & censuras, adversus quarumlibet personarum ecclesiasticarum vel sæcularium ad sacra generalia concilia venientium aut stantium in ipsis, seu recedentium ab eisdem, molestatores, perturbatores vel injuriatores, auctoritate Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus sancti, extendentes, omnes & singulos cujuscumque dignitatis, gradus, status vel conditionis fuerint, etiamsi pontificali, imperiali, regali, vel alia quacumque ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, qui quascumque personas ecclesiasticas vel sæculares, quæ ad hujusmodi sedem apostolicam Romanam curiam hoc præsenti sacro durante concilio, vel ad ipsum & quæcumque alia generalia concilia venientes, & stantes in ipsis, aut ab eis recedentes, temeritate propria per se, vel alium, alios arrestare, invadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis suis spoliare, vel injuriis afficere, seu ipsos sic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet impedire, seu ea perpetrantium facta & commissa, rata & grata habere, vel eis dare auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte præsumpserint vel præsument in futurum, similibus excommunicationis & anathematizationis sententiis innodamus eo ipso. Terras quoque ipsorum & cujuslibet qui in præmissis, vel eorum aliquo transgressor vel contemptor fuerit, dum * tamen uniuscujusque sic transgressorum vel contemptorum ultra unam diœcesim non contineat: nec non omnia, civitates, villas, castra, oppida, & quælibet alia loca in quibus hujusmodi excessuum patratores, seu eorum receptatores, vel ipsis consentientes, faventes aut dantes auxilium, consilium vel favorem, publice morabuntur: nec non illa, in quibus hujusmodi personæ quæ sic temeritate propria detentæ fuerint, quamdiu extiterint in eisdem, memorata auctoritate ecclesiastico supponimus interdicto. Quod si terra ejusdem duas diœceses vel amplius contineat, dominium domicilii principalis ipsius, & illam etiam in qua fuerit delictum commissum, si sua sit, & duas alias quæ sub ipso sunt eidem loco magis * viciniç, interdicto subjacere volumus supradicto, ac etiam omnes & singulos hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis ligatos, in quibuslibet ecclesiis, loco ubi tale delictum fuerit perpetratum, terris & locis propter hoc interdictis magis convicinis ubilibet existentibus, omnibus diebus dominicalibus & festivis, pulsatis campanis, candelis accensis, publice nuntiari, ac terras, civitates, villas, castra, oppida & loca ecclesiastico Interdicto prædicto supposita, donec ipsi sic excommunicati meruerint ab hujusmodi sententiis beneficium absolutionis obtinere, dictumque interdictum debuerit relaxari: ita tamen, quod nullus ex transgressoribus ac contemptoribus hujusmodi per alium, quam per Romanum pontificem, vel sacri concilii auctoritate possit, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis ecclesiæ, satisfactione vel sufficienti cautione (si hoc commode facere possint) primitus præstita, absolui, vel interdictum hujusmodi relaxari. Eos vero cujuscumque dignitatis, ordinis, status aut conditionis fuerint, etiam si pontificali dignitate præfulgeant, qui contra tenorem præsentium processuum, talibus vel eorum alicui abso-

SESSIO XV. CONCILII.

* tamen tetia

* f. vicinas

SESSIO XV. CONCILII.

absolutionis beneficium impendere præsumpserint, volumus, statuimus & decernimus similibus excommunicationis & anathematizationis sententiis fore innodatos eo ipso ; ipsisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officium auctoritate interdicimus supradicta, insinuantes transgressoribus & contemptoribus in prædictis, quod spiritualiter & temporaliter (prout eorum requirent excessus & demerita) gravius procedetur, non obstantibus quibuscumque constitutionibus & quibuslibet privilegiis, indulgentiis & literis apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, eisdem transgressoribus & contemptoribus, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sede concessis, etiam quod suspendi vel excommunicari, aut eorum terræ, dominia, civitates, villæ, castra, oppida & alia loca interdici non possint, etiam si de ipsis eorum tenoribus esset in ipsis processibus mentio specialis facienda, quæ, ne contra hujusmodi sententias & processus, quo minus includantur in eis, per ea valeant se, terras, dominia, civitates, villas, castra, oppida & loca hujusmodi tueri, & quæ quo ad hoc tollimus, & penitus revocamus. Et insuper mandamus, ut hujusmodi præsens processus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas sive membranas processus continentes eosdem in majoris & sancti Stephani Constantiensis ecclesiarum valvis affigi, qui processus ipsos suo quasi sonoro pręconio & patulo * judicio publicabunt, ut prædicti quos processus concernent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, quod ad eos processus hujusmodi non pervenerint, vel ignoraverint eosdem : cum non sit verisimile remanere incognitum, quo ad ipsos, quod tam patenter fuit publicatum.

* f. indicio

Ceterum omnibus & singulis dominis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, ceterorumque locorum ordinariis præcipimus & mandamus, ut ipsi & eorum quilibet per se vel alium, seu alios, sub pœna excommunicationis, quam ipsorum quemlibet, qui mandatorum nostrorum hujusmodi transgressor & contemptor fuerit, incurrere volumus ipso facto, præsentes nostros processus per eorum, aut chartarum vel membranarum, seu transsumptorum continentium eosdem, quibus sicuti nostris processibus tantam volumus fidem adhiberi, in ecclesiarum valvis seu aliis locis affixionem publicent, & præfatos transgressores & contemptores hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis ligatos, ac terras, civitates, villas, castra, oppida & loca præfata hujusmodi ecclesiastico interdicto supposita, quamprimum ipsis, vel eorum alicui de hoc legitime constiterit, tamdiu in ecclesiis dominicis & aliis festivis diebus, dum inibi major fuerit populi multitudo, campanis pulsatis, & candelis accensis & extinctis, denuntient, & interdictum hujusmodi inviolabiliter faciant observari per censuras ecclesiasticas, aut alia juris remedia, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis, donec ipsi transgressores & contemptores meruerint ab hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis absolutionis beneficium obtinere, dictumque interdictum merito debuerit relaxari, non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus conjunctim vel divisim a sede prædicta indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Datum Constantiæ pridie Nonas Iulii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, sede apostolica vacante, regnorum serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ regis, videlicet electionis quinto, coronationis primo, Hungariæ vero vigesimonono.

ANNO CHRISTI 1415.

Finita autem sessione, libri Ioannis Hus fuerunt combusti in platea palatii episcopalis : videlicet liber de ecclesia, & alia opuscula per eumdem composita, igne fuerunt combusta & in cineres redacta, præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, domino Ioanne episcopo Vaurensi, & Petro Olorensi, episcopis, Regone & Rogerio in legibus licentiato, Nicolao de Marienverder regiæ majestatis, & Ioanne de Matura de Insula, notariis publicis, clericis Poznaniensis & Totnacensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis & specialiter rogatis.

SESSIO XVI.

SESSIO XVI. CONCILII.

Die Iovis undecima mensis Iulii supradicti, fuit sessio generalis in majori ecclesia celebrata Constantiæ, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. Et fuit cantatum officium missæ de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Nicolaum episcopum Mersburgensem. Quo completo, legebantur litaniæ, &c. more aliarum sessionum : & dominus Andreas electus Poznaniensis legebat certa capitula & ordinationes servandas, tenoris subsequentis.

Die *Iovis undecima mensis Iulii prædicti, fuit sessio generalis, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, tamquam antiquior cardinalis ; præsentibus ibidem reverendissimis patribus, Angelo Laudensi, Iordano de Vrsinis, Ioanne Ragusinensi, Antonio Aquileiensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Francisco Venetiarum, Petro Cameracensi, Antonio de Salancho, Alamanno Pisano, presbyteris, Landulpho Barensi, Ludovico de Flisco, Odone de Columna, Lucido de Comite, Amadeo Salutiarum, Raynaldo de Branckasiis, & Francisco Florentino, diaconis cardinalibus. Et fuit cantatum officium missæ de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Nicolaum episcopum Mersburgensem. Quo cantato, fuit factum & peractum officium litaniarum cum introitu solito, videlicet, Exaudi nos domine, collectis & orationibus ad hoc requisitis, ac evangelio,* Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, *&c. & hymno, Veni creator Spiritus, collectis, versiculo, & Benedicamus. Quibus habitis atque peractis, ascenderunt ambonem, in quo edicta, sive proposita & proponenda solent legi, reverendi patres domini Andreas electus Poznaniensis, Antonius Concordiensis, Nicolaus Mersburgensis, Vitalis Tolonensis, Patricius Corragensis, episcopi, tamquam deputati per quatuor nationes ad legendum, approbandum, &c. illa quæ synodus deliberaverit.*

Idem dominus Andreas electus Poznaniensis legebat certa capitula, ordinationes & constitutiones servandas de cetero, hujusmodi sub tenore.

Deputatio ambasiatorum sacri concilii ad Aragoniam.

Sacrosancta Constantiensis synodus generale concilium faciens, in Spiritu sancto legitime congre-

ANNO CHRISTI 1415.

congregata, secundum mentem & effectum ordinationis seu decreti in ultima sessione facti seu lecti, ad requirendum dominum Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in sua obedientia nominatum, & alia faciendum quæ fuerint necessaria & opportuna, facit, constituit & ordinat procuratores generales & speciales, videlicet reverendissimos in Christo patres dominos, Iacobum Turonensem archiepiscopum, Petrum Ripensem, Iacobum Adriensem, Ioannem Gebennensem, episcopos, Ioannem abbatem sancti Eligii * Novimensem, Conradum de Susato, sacræ theologiæ magistros, Ioannem de * Opzis sacri palatii apostolici auditorem, Petrum Paulum de Iostinopoli utriusque juris doctorem, Lampertum de stipite priorem prioratus conventualis de Bottua Leodiensis diœcesis, Ioannem Vvellis, Hugonem * Holbbabe, Bernardum de Planta decretorum, & Ioannem de Fabrica legum doctores, præsentes & acceptantes; & Benedictum Gent ani universitatis Parisiensis sacræ theologiæ professorem, absentem tamquam præsentem: ita tamen quod ipsi omnes, aut ipsorum quatuor, una tamen cum consensu serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ regis, si præsens fuerit, aliis non volentibus aut volentibus, cum ipso domino Benedicto decimotertio in sua obedientia nominato, aut aliis ab eo super hoc sufficientem potestatem habentibus, tractare & concludere, ac ipsorum quilibet in solidum ipsum dominum Petrum Benedictum nominatum (ut præfertur) requirere, & alia conjunctim vel divisim facere possint, sic & prout in instrumentis publicis super hoc fiendis vel conficiendis, eisque tradendis, plenius videbitur contineri.

* Noviomen.
* Opizis
* Holbalæ

Quibus lectis, idem dominus Andreas electus Poznaniensis legebat certas minutas super requisitione Petri de Luna fienda, quarum tenores similiter sunt inferius inserti, & quas in continenti ibidem tradidit ad ingrossandum notariis atque scribis propter expeditionem celeriorem. Quibus lectis, juxta morem alias observatum super approbatione illorum quæ ibi decernuntur & statuuntur, reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis nomine nationis Italicæ respondit, Placet. Subsequenter dominus Vitalis episcopus Tolonensis pro Gallicana natione, Nicolaus episcopus Mersburgensis pro natione Germanica, & Patricius Cortagensis pro natione Anglicana, responderunt, Placet. Similiter dominus Ioannes episcopus Ostiensis præsidens nomine collegii cardinalium respondit, Placet.

Deinde magister Henricus de Piro procurator exposuit, qualiter fuissent alias producta bulla pro parte domini Angeli de Corario tunc Gregorii duodecimi in sua obedientia nominati, videlicet constitutionis ad renuntiandum & resignandum papatui suo; nec non auctorizatione concilii præsentis: quibus necessario serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex una cum aliis supradictis procuratoribus per concilium deputatis, ad Petrum de Luna ituris, uti haberent. Sed quia pericula cuncta evitari debent, quæ evitari possunt: ne ergo propter dictarum bullarum captionem, destructionem, aut alias malam custodiam, ipsi synodo Constantiensi periculum sive damnum generari posset, idcirco dictas bullas transsumi mandari per protonotarios, sive alios notarios concilii per dictum concilium, eisque concilii Constantiensis auctoritatem & decretum interponi taliter, quod hic & alibi ipsi transsumpto merito fides plenaria adhiberi possit. Et nihilominus repetitis in valvis ecclesiæ executa, accusans contumaciam omnium illorum quorum interest, non comparentium, atque ipsas bullas transsumi mandare videatium, ac interponi auctoritatem synodi supradicta curantium: & in eorum contumaciam dictas bullas transsumi per dictam synodum instanter postulavit, & super hoc respondere per deputatos prædictos nationum quatuor, ac præsidentem, Placet.

SESSIO XVI. CONCILII.

Quibus sic propositis, domini deputati, videlicet Antonius Concordiensis pro natione Italica, Vitalis Tolonensis pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, & Patricius Corcagensis pro natione Anglicana, & Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis pro collegio cardinalium, responderunt, Placet.

Subsequenter magister Henricus de Piro promotor, nomine quo supra, petiit per eamdem synodum declarari & decerni instrumenta depositionis papatus, renuntiationis & approbationis factarum per Baltassarem de Cossa in Cellis, & alia instrumenta ibidem per eum & nomine ejus confecta, registranda & inserenda locis congruis, præsentis causæ registro, ita taliter, quod auctoritate ipsius synodi ipsis instrumentis & aliis actis & habitis in concilio Constantiensi & in sessionibus publicis, plenaria adhibeatur fides: & cetera alia petiit, prout inferius plenius continetur. Ad quæ responderunt ipsi domini prælati deputati & præsidens, Placet.

Quibus responsionibus factis & habitis, reverendus pater dominus Andreas electus Poznaniensis, auctoritate & mandato ipsius sacrosanctæ synodi Constantiensis, pronuntiavit & declaravit quædam capitula sive ordinationes in futurum servandas hujusmodi sub tenore.

Item eadem sancta synodus ordinat, jubet & decernit, instrumenta in ratificatione sententiæ depositionis per hoc sacrum concilium nuper lata contra dominum Baltassarem de Cossa, olim papam vigesimumtertium, nec non renuntiationis per eum factæ de papatu, seu jure quod in eo poterat prætendere, apud acta ipsius concilii in loco suo congruo registrari seu inseri.

Item ordinat & decernit, bullas & instrumenta olim domini Gregorii papæ duodecimi in sua obedientia nuncupati, nuper in cessione papatus per eum, seu ejus nomine facta in dicto sacro concilio producta, in formam publicam transsumi, seu de ipsis transsumpta publica fieri per protonotarios & notarios hujus sacri concilii. Quibus transsumptis decernit fidem plenariam adhiberi, tamquam ipsis originalibus auctoritate ejusdem concilii.

Datur judicibus potestas citandi sub pœna privationis illos, qui clandestine recesserunt a concilio.

Item eadem sancta synodus reverendis in Christo patribus, Saresbiriensi, Plocensi, Vaurensi & Pistoriensi episcopis, alias pro audiendis causis ad præsens sacrum concilium devolutis & devolvendis, seu alias spectantibus, per idem concilium deputatis, citandi etiam sub pœna privationis pecuniarum in curia exequentium sufficienti informatione prævia, omnes & singulos prælatos & curiæ officiales, aliosque ad ipsum concilium vocatos, qui ab hoc sacrosancto concilio clandestine, seu sine licentia recesserunt, ut infra certum competentem terminum eis assignandum personaliter revertantur & redeant, plenam tribuit potestatem.

SESSIO XVI. CONCILII.

Quod literæ de justitia expediantur.

Item eadem sancta synodus ordinat, ut literæ de justitia, alias in curia expediri solitæ, dummodo prius secundum antiquam curiæ consuetudinem debitum cursum suum faciant, sub ipsius sanctæ synodi nomine & sigillo per reverendissimum patrem & dominum Ioannem episcopum Ostiensem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem & vicecancellarium expediantur.

Quod præsidentes habeant potestatem dandi licentiam recedentibus.

B Item eadem sancta synodus quatuor præsidentibus nationum, ut ipsi omnes, aut eorum tres, singulis ad præsens concilium vocatis, seu vocem habentibus, & ab eodem recedere cupientibus (ubi rationabilis causa subest) licentiam recedendi dare possint, plenam tribuit facultatem.

Mandatur domino camerario, quod cardinalibus, ceterisque indigentibus debeat de bonis cameræ providere.

Item præcipit & mandat domino camerario sanctæ sedis apostolicæ, aut ejus locum tenenti, seu vicecamerario, ut dominis cardinalibus & prælatis, ceterisque indigentibus in hoc sacro concilio C existentibus, de necessariis & utilibus debeat subvenire, & de bonis cameræ providere.

Quibus ordinationibus lectis & pronuntiatis ad requisitionem ipsius magistri Henrici de Piro promotoris, totiusque synodi, ipsi domini deputati successive unus post alium, & demum dominus Ioannes episcopus Ostiensis nomine cardinalium, responderunt, Placet.

Subsequenter magister Henricus de Piro promotor, nomine quo supra, exposuit, qualiter ex plurium fide dignorum relatione, etiam hoc fama publica deferente, quod quidam Carolus de Ducil dominus loci de Ramonilla, & Henricus de Turre, cum D plurium armatorum comitiva, non tamquam nobiles, sed more prædonum & turbatorum, dominos Carcassonensem & Ebroicensem episcopos, ac magistros Vuilhelmum de Meda decanum Silvanectensem, domini regis Francorum consiliarios, nec non Benedictum Gentiani in theologia, & Iacobum de Spais in artibus & medicina, magistros, per universitatem Parisiensem ad concilium destinatos, & per serenissimum principem Romanorum regem ad dictum dominum Carolum regem Francorum transmissos, inhumaniter in ducatu Barensi invaserunt, eosque captivarunt, spoliarunt bonis, rebus, equis, &c. & aliquos de eorum familia interfecerunt, aliquos vero letaliter vulnerarunt. Qua-E propter petiit per ipsam synodum recipere informationem super tali infamia, & contra eos procedere, procedendum fore, prout juris ordo & dictamen rationis id requirit atque postulat, & aliat petiit, prout in quadam minuta inferius inserta plenius continetur. Et si placet synodo, quod deputati respondeant, Placet.

Qua expositione querulosa (ut præmittitur) facta, domini deputati quatuor nationum, unus post alium, & subsequenter dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, nomine collegii cardinalium responderunt, Placet: & decreverunt processus contra eosdem & alios impeditores venien-

A *tes & euntes ad concilium, & de concilio recedentes, ut sequitur in minuta, quam dominus Bertholdus de Vuildungen adjutor legebat, prout sequitur inferius. Super quibus idem magister Henricus de Piro promotor nomine procuratorio quo supra, petiit sibi per protonotarios ac notarios concilii, aliosque notarios & tabelliones ibidem existentes, unum vel plura fieri instrumentum seu instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendis patribus dominis, Iacobo electo Pennensi, Ioanne de Thoriariis de Benevia, auditoribus, ambasiatoribus ducis Burgundiæ, regis Daciæ, Sueciæ & Norvegiæ, omnibusque dictam sanctam synodum Constantiensem repræsentantibus, nobilibusque * infinitis in multitudine copiosa.*

ANNO CHRISTI 1415.

* *fut. al.*

B Tenor vero dictarum literarum decretarum contra ipsos Carolum de Ducil, & Henricum de Turre, de quibus supra fit mentio, sequitur in hunc modum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, generale concilium faciens, ac universalem ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, venerabilibus episcopis Parisiensi, Metensi, Tullensi, Leonensi, ac eorum vicariis, salutem in domino sempiternam.

Nuper siquidem processus nostros contra quos- C cumque molestatores, perturbatores & injuriatores quarumcumque personarum ecclesiasticarum & sæcularium, ad Romanam curiam & præsens concilium, nec non quæcumque alia concilia generalia venientium, stantium in ipsis, aut recedentium ab eisdem, in publica dicti sacri concilii sessione fecimus & publicavimus, cujus tenorem causa brevitatis hic volumus pro inserto haberi. Cum autem ex plurium fide dignorum relatione, etiam fama publica referente, ad nostri notitiã pervenerit, quod nobiles viri Carolus de Ducil dominus loci de Ramovilla, & Henricus de Turre, cum plurium armatorum comitiva, non insequentes fa- D cta nobilium, sed suæ salutis immemores, tamquam iniquitatis filii, fideique catholicæ ac præsentis sacri concilii turbatores, Christianorum inimici, prædonum & tyrannorum more venerabiles Carcassonensem & Ebroicensem episcopos, ac magistros Vuilhelmum de Meda decanum Silvanectensem, serenissimi ac Christianissimi principis Caroli regis Francorum consiliarios, per ipsum; nec non Benedictum Gentiani in theologia, & Iacobum de Spais in artibus & medicina, magistros, per universitatem Parisiensem ad præsens concilium destinatos: & qui per idem concilium, nec non serenissimum & illustrissimum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ, &c. regem sem- E per Augustum, hujus sacri concilii advocatum, protectorem & defensorem, ad dominum Francorum regem pro bono universalis ecclesiæ dictique sacri concilii, ac honore & utilitate ipsius Francorum regis, mittebantur cum sua familia & aliis de hujusmodi sacro concilio & Romana curia redeuntibus, alias ignominiose ac tyrannice in terris Romano imperio subiectis, uno ex capellanis perempto, & duobus ex scutiferis episcopi Carcassonensis prædicti lethaliter vulneratis, crudeliter & sacrilege ceperunt, & nonnullis ex dicta familia & aliis per eosdem nobiles & prædones, equis & bonis deprædatis, & per viam afflictis, & graviter injuriatis dimissis, præfatos episcopos,

nuntios

ANNO CHRISTI 1415.

SESSIO XVI. CONCILII.

nuntios & alios, nec pontificali dignitati, nec **A** clericali ordini deferendo, ad castrum de * Satyn in ducatu Barensi captivos inhumaniter duxerunt, eorum bona inter eos ut prædam dividendo. Et quod postmodum dictus Carolus præfatos episcopos & aliquos ex notabilioribus captivis prædictis, volens ipsos ducere longius & transferre, pœnis affligere acrioribus & tormentis, a dicto castro, reliquis captivis ibi remanentibus, extraxit tempore nocturno, ipsosque per nemora & stagna, flumina pariter & devia inhumaniter longe perduxit a castro memorato. Quibus ad illustrium principum, videlicet Barensis primo, & deinde Lotharingiæ, ducum notitiam deductis, ipse videlicet Barensis illos qui in dicto castro capti- **B** vi remanserant, eodem castro vi armorum capto, & Lotharingiæ duces, episcopos & alios, quos secum duxerat Carolus prædictus, armatorum potentia, eis ad id communitatibus Metensi, Tullensi & Virdunensi civitatum præbentibus auxilium, consilium & favorem, restituerunt libertati, & per suas terras libere conduci fecerunt, eis equos, munera & victualia gratiose concedendo. Nos e. c. præfatos duces & communitates de tantis per eos ipsis episcopis, nuntiis & aliis memoratis, ob sacri concilii, universalisque ecclesiæ ac regum prædictorum favorem, gratiis impensis, in domino collaudantes, nolentesque, sicut nec decet, nec expedit, dictos sacrilegos & quoscumque alios super **C** hujusmodi horrendis & detestandis excessibus, & eis præstantes auxilium, consilium vel favorem, absque animadversione relinquere incorrectos, circumspectioni vestræ auctoritate Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen, committimus, & sub excommunicationis pœna, quam quemlibet vestrum, qui præsentibus nostris mandatis non paruerit, legitima excusatione cessante, & monitione præmissa, incurrere volumus ipso facto, præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos vel alium seu alios auctoritate præsentis concilii, de omnibus & singulis præmissis excessibus & ea contingentibus **D** simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii, sollicita & fideli diligentia adhibita, tam in vestris civitatibus & diœcesibus, quam in locis aliis, quibus expedire videritis, vos informetis, & prædictos nobiles, & omnes alios & singulos clericos, laicos, cujuscumque dignitatis, status vel conditionis fuerint, etiamsi regali, pontificali, vel alia quavis præfulgeant dignitate: quos per informationem repereritis commisisse & committi fecisse, vel mandasse prædictos excessus, aut in eis committendis præstitisse auxilium, consilium vel favorem, seu eos gratos & ratos habuisse, vel ipsorum excessuum patratores receptasse nominatim, nec non illos de quibus vobis per informationem hujusmodi nominatim constiterit, qui **E** quomodolibet culpabiles fuerint in præmissis juxta generaliter formam ac tenorem processuum prædictorum, quos pro excessis hic volumus haberi, tamdiu excommunicatos & anathematizatos diebus dominicis & festivis, pulsatis campanis & candelis accensis, & ad terram projectis, in eisdem ecclesiis atque locis, cum major in eis cleri & populi fuerit multitudo, publice nuntietis, & faciatis ab aliis publice nuntiari, & ab omnibus arctius evitari, dictumque interdictum in ecclesiis, & aliis ubilibet juxta tenorem processuum prædictorum observari, donec nobis, præfatoque serenissimo principi Romanorum regi, & prædi- **A** ctis episcopis & nuntiis, ac aliis de sic eis commissis injuriis ac damnis & interesse satisfecerint, & ablata seu deprædata ab ipsis restituerint, aut super iis cum eis concordaverint, & alias meruerint ab hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis absolutionis beneficium obtinere, dictumque interdictum debuerit merito relaxari: ita tamen quod id quod fuerit per unum ex vobis inceptum, per alium seu alios valeat mediari & finiri. Quod si forte præfati nobiles & prædones de injuriis, damnis & interesse prædictis, eisdem episcopis, nuntiis & aliis, aut alicui eorumdem satisfacere, & ablata eis restituere, seu super hoc cum ipsis concordare per mensem post **B** monitionem eis, vel in locis insignibus per edicta publica super hoc factam, distulerint, eos ad satisfaciendum de injuriis, damnis & interesse hujusmodi, & eadem ablata restituendum, seu super ipsis concordandum, ut præfertur, auctoritate prædicta prævia ratione compellatis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Et nihilominus ad prædictorum nostrorum processuum executionem contra quoscumque ipsorum transgressores & contemptores procedatis in omnibus & per omnia juxta ipsorum seriem & tenorem, contradictores per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia, auctoritate prædicta compescendo, non obstantibus felicis recor- **C** dationis Bonifacii papæ octavi constitutionibus, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, ultra unam diætam a fine suæ diœcesis ad judicium evocetur. Sed quod judices a sede deputati prædicta, extra civitatem & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, seu alii vel aliis vices suas committere, aut aliquem ultra unam diætam a fine diœcesis eorumdem trahere non præsument, & de duabus diætis in concilio generali, quam aliis quibuscumque constitutionibus a Romanis pontificibus, tam de judicibus delegatis, quam de per- **D** sonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, & aliis editis, quæ nostræ possent in hac parte jurisdictioni atque potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare, nec non omnibus his quæ in dictis nostris processibus volumus non obstare. Datum, &c.

Quibus lectis, domini deputati, & demum dominus Ioannes episcopus Ostiensis præsidens, responderunt, Placet.

Mandat concilium registrari instrumenta de ratificatione sententiæ contra Ioannem papam XXIII.

Item eadem sancta synodus ordinat, jubet & **E** decernit instrumenta in ratificationibus sententiæ depositionis per hoc sacrum concilium nuper latæ contra dominum Baltassarem de Cossa, olim Ioannem papam vigesimumtertium, nec non renuntiationis per eum factæ de papatu, seu de jure quod poterat in eo prætendere, apud acta ipsius concilii in loco suo congruo registrari & inseri.

Mandat transsumi literas de cessione Gregorii XII.

Item mandat & decernit, bullas & instrumenta olim domini Gregorii papæ duodecimi in sua obedientia nuncupati, nuper in cessione papatus

SESSIO XVI CONCILII.

per eum seu ejus nomine facta, in dicto sacro concilio producta, in formam publicam transsumi, seu de ipsis transsumpta publica fieri per protonotarios & notarios bujus sacri concilii: quibus transsumptis decernit fidem indubiam adhiberi tamquam originalibus ipsis, auctoritate ipsius concilii. Super quibus pronunriationibus & responsionibus prædictis magister Henricus de Piro promotor & procurator, nomine quo supra, petiit sibi fieri publicum & publica, instrumentum & instrumenta, præsentibus dictis dominis, &c. testibus, &c. Deputati vero quatuor nationum, earum, & dictus dominus Ostiensis collegii cardinalium, nominibus approbando, responderunt: Placet.

SESSIO XVII. CONCILII.

SESSIO XVII.

De recessu domini imperatoris, quem concilium benedixit.

Dia Lunæ quintadecima suprадicti mensis Iulii, Constantiæ provinciæ Moguntinensis, in ecclesia majori, in loco solito ad hoc specialiter deputato, fuit tenta & solenniter celebrata sessio generalis, præsente ibi serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege, una cum quampluribus principibus, ducibus, comitibus, & nobilibus. In qua celebravit officium missæ reverendus pater dominus Vdalricus episcopus Verdensis: præsidebatque sessioni hujusmodi reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, indutus pontificalibus: & singulis ordinatis, legebantur litaniæ, ac aliæ devotæ orationes more aliarum sessionum. Ipsis autem omnibus expletis, dominus Sigismundus rex prædictus stetit ante altare genibus flexis in veste non imperiali, sed quotidiana, capite denudato, assistentibus eidem reverendissimis patribus dominis Laudensi & de Vrsinis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus. Fuitque interim cantata litania: & cum perventum est ad locum, Vt ecclesiam: dominus præsidens legit in hunc modum: Vt ecclesiam tuam & regem nostrum imperatorem electum, hic præsentem, ecclesiæ tuæ advocatum & defensorem, ad perfectam redintegrationem unitatis ecclesiæ præfatæ iter arripientem dirigere, protegere & conservare digneris. Fuit responsum: Te rogamus, audi nos. Secundo dixit: Vt ecclesiam tuam & eumdem regem electum ab omnibus inimicis visibilibus & invisibilibus præservare & defensare digneris. Tertio dixit: Vt eumdem imperatorem electum etiam ad nos incolumem reducere digneris. Fuitque responsum secundo & tertio, sicut primo. Completa litania, ipse præsidens convertit se ad imperatorem, dicendo preces: Salvum fac servum tuum domine, nihil proficiat inimicus in eo. Esto ei domine turris fortitudinis. Et decantata oratione pro pace ecclesiæ, redeunteque imperatore ad sedem suam, dominus Antonius episcopus Concordiensis legit quamdam bullam & alia capitula infrascripta tenoris sequentis.

Die Lunæ decimaquinta mensis Iulii supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi, mane hora consueta, pro recessu ac felici transitu serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ, &c. regis, ac concessionis fiendæ reverendissimo patri domino Angelo Corario cardinali Constantinopolitano, olim Gregorio papæ duodecimo in sua obedientia nominato, nuperrime papatui suo renuntianti: præsente ibidem præfato domino Sigismundo Romanorum rege in habitu quotidiano, nec non præsentibus reverendissimis patribus dominis Ioanne Ostiensi, Angelo Prænestino, Iordano Albanensi, episcopis, Ioanne sancti Sixti Ragusinensi, Antonio Aquileiensi, Alamanno Pisano, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Antonio de Salancho, presbyteris; Amadeo Saluciarum, Rainaldo de Branckasiis, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Odone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentinensi, diaconis cardinalibus. Quibus sic existentibus, ut præfertur, ibidem fuit celebratum officium missæ per reverendum patrem dominum Vlricum episcopum Verdensem, de sancto Spiritu: & sermone ad clerum facto per reverendum patrem dominum Nicolaum Carensensem episcopum, cujus sermonis thema fuit, Corpus nostræ humilitatis. *Officio vero missæ solenniter peracto, fuit inceptum officium litaniarum cum introitu, Exaudi nos domine, more solito, cum collectis, orationibus & evangelio:* Designavit dominus & alios septuaginta duos: *ac hymno, Veni creator Spiritus. His peractis, reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, prædictus præsidens, accessit ad altare, serenissimo domino rege Romanorum transeunte ad locum præsidentiæ, ubi parabatur sedes ipsi domino regi, cum dominis Iordano Albanensi & Angelo Prænestino episcopis cardinalibus, ipsi domino * reassistentibus in officii solennitate. Quibus hincinde in locis prælibatis existentibus, fuit secundario inceptum officium litaniarum per cantores synodi. Quibus litaniis dictis, rege in loco suo genibus flexis stante, prælibatus reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis & præsidens legebat: Vt ecclesiam tuam, & imperatorem electum hic præsentem, ecclesiæ advocatum & defensorem, ad perfectiorem redintegrationem unitatis ecclesiæ præfatæ iter arripientem, dirigere, protegere & conservare digneris. Chorus respondebat: Te rogamus, audi nos. Subsequenter legit: Vt ecclesiam tuam & eumdem imperatorem ab omnibus inimicis visibilibus & invisibilibus præservare & defensare digneris. Te rogamus, &c. Tertio legebat: Vt eumdem regem imperatorem ad nos incolumem reducere digneris. Chorus: Te rogamus, &c. Tunc officium litaniarum ulterius more solito fuit completum per cantores sive chorum. Quo finito, idem dominus revolvit se ad imperatorem, legendo preces ad versiculum: Salvum fac servum tuum domine. Respond. Deus meus sperantem in te. Subsequenter: Nihil proficiat inimicus in eo. Respond. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto domine turris fortitudinis. Respond. A facie inimici. Domine exaudi orationem meam: Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum: Et cum spiritu tuo. Vltimo legebat collectam ad ponendam pacem in ecclesia Dei. His itaque peractis, rex Romanorum præfatus recessit de illa sede, & reversus fuit ad sedem suam solitam, una cum dictis dominis cardinalibus sibi in officio assistentibus. Tunc ascenderunt ambonem, in quo edicta & ordinationes sanctæ synodi*

ANNO CHRISTI 1415.

Philip. 3.

Luc. 10.

* f. regi assistentibus

ANNO CHRISTI 1415.

SESSIO XVII. CONCILII.

synodi Constantiensis solent legi & publicari, reverendi patres domini Antonius Concordiensis, Vitalis Tolonensis, Nicolaus Merisburgensis, & Patricius Cortagensis, episcopi nomine quatuor nationum, superveniente & ascendente postremo domino Ioanne patriarcha Antiocheno. Quibus ibidem existentibus, dominus Antonius de mandato & auctoritate ipsius sanctæ synodi legebat schedulam papyream concessionum, legationum, salviconductus & aliorum indultorum, reverendissimo patri domino Angelo Corario cardinali Constantinopolitano per concilium & synodum concessorum & donatorum, in hunc modum.

Sacrosancta generalis, &c.

Bulla legationis domini Angeli, olim Gregorii duodecimi, & provisionis ejusdem.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam repræsentans.

Cum Christi fideles piis in domino & devotis affectibus, multis temporibus, solicitudinibus, impensis, laboribus atque curis occupati fuerint circa extirpanda schismata de ecclesia sancta Dei, & post atque inter omnia alia hujus pestiferi morbi quæsita remedia, toti pene Christianitati & huic tandem sacro concilio Constantiensi facilius & potius antidotum ad hoc exequendum visum fuerit, renuntiationes ac cessiones papatus fieri debere per quemlibet pro papa, seu Romano pontifice se gerentem, præcipue quoque propter pacem & tranquillitatem sanctæ matris ecclesiæ supradictæ, totalis redintegrationis ordinem ad perfectionem auctore bonorum omnium deducendum, laudabili humilitate prosecutus sit dominus, videlicet reverendissimus dominus Angelus de Corario, qui in sua tunc obedientia Gregorius duodecimus dicebatur, renuntiando videlicet, cedendoque expresse in scriptis realiter & cum effectu, juri, titulo & possessioni, quod, quem & quam, vel si quod, quem aut quam habuit in papatu, & resignando papatum, & omne jus papatus, titulum & possessionem, quod, quem & quam habebat, vel habere dicebatur, per manus magnifici & potentis viri domini Caroli de Malatestis, pro sancta Romana ecclesia Arimini & nonnullarum aliarum terrarum in temporalibus vicarii & rectoris provinciæ Romandiolæ generalis, plenum & speciale ad hoc mandatum habentis, quemadmodum in gestis sive actis publicis, in sessione dicti sacri concilii quarta die hujus mensis Iulii facta, per instrumenta authentica comprobatur. Et attendens dicta sancta synodus Constantiensis, quam sponte & liberaliter in præscriptis cessione, renuntiatione & resignatione per ipsum dominum Angelum, & pro eodem processum fuerit usque ad effectum Deo gratum & commendabilem inclusive, & etiam ad ipsius sanctæ synodi declarationem, antequam ille dominus, qui in sua obedientia dicitur Benedictus, cesserit, aut cedere voluerit, experiretur, quantaque bona ex his sanctæ matri ecclesiæ attulit, ac universo populo Christiano proveniant, sintque domino largiente proventura; & quod serenissimus princeps & invictissimus dominus Sigismundus Dei gratia Romanorum & Hungariæ, &c. rex, supradicta etiam pia consideratione advertens, quædam capitula seu articulos, personæ securitatem, animi quietem, vitæ & status condecentiam dicti domini Angeli olim in sua obedientia Gregorii duodecimi nuncupati, concernentia, dictæ sanctæ synodo exhibuit atque porrexit, volens dicta sancta synodus, quod ecclesiæ sanctæ filii videant, quanta sibi benefacientes ipsa mater ecclesia gratitudine prosequatur, præcipue tanti filii & defensoris precibus inclinata, statuit, ordinat & decernit, quod dictus dominus Angelus inter sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales sit, & esse debeat episcopali titulo, per præsens concilium, aut futurum Romanum pontificem suo tempore pro pace ecclesiæ declarando, cum omnibus honoribus & emolumentis, & aliis debitis seu consuetis perpetuo insignitus, secundusque post Romanum pontificem dignitate & ordine habeatur, nec aliquis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium sibi in hoc præferatur: salvo, si dominus ille qui in sua obedientia dicitur Benedictus, consimiliter renuntiaverit & cesserit sponte juri, titulo & possessioni papatus, quod, quem & quam se prætendit habere, & ipsos ambos in eodem loco sive tractatu simul personaliter concurrere contingat, quod tunc in sacri concilii ante electionem, & futuri pontificis Romani post electionem potestate consistat, inter ipsos duos gratificando, quis præemineat, ordinare. Insuper dicta sancta synodus statuit, ordinat & decernit, quod dictus dominus Angelus quoad vixerit, sit sanctæ sedis apostolicæ in provincia Marchiæ Anconitanæ & præsidatus * Farcensis, cum provisione, salario, gagiis, muneribus & honoribus solitis, cardinalis legatus de latere in spiritualibus & temporalibus, atque vicarius generalis irrevocabiliter permansurus, cum omnibus & singulis facultatibus & auctoritatibus hujusmodi legatorum, quæ legatis talibus concedi per sedem apostolicam in forma plenissima consueverunt: quodque eidem domino Angelo favores & gratiæ sedis apostolicæ in præbendis beneficiis & aliis provisionibus largiflue impendantur. Præterea dicta sancta synodus statuit, ordinat & definit, quod idem dominus Angelus, ratione & occasione spiritualis & temporalis administrationis papatus vere ac putative, quomodocumque & qualitercumque usque in præsentem diem, & quousque per formam constitutionis pridie in dicta sancta synodo factæ, eidem licebit, quem & quam habuit aliquando, aut cujusvis legationis, vicariatus, seu nuntiationis sedis apostolicæ, aut alterius gestionis, sive administrationis nomine Romanæ ecclesiæ, & maxime in provincia Marchiæ Anconitanæ, vel alibi, dum minori fungebatur officio, ac etiam occasione vel causa suæ personæ non possit, neque debeat de actis, gestis, ordinatis, indultis, concessis, receptis, levatis, habitis & erogatis, donatis & alienatis ac effusis, quitatis, liberatis, aut aliis quibuscumque, seu qualitercumque factis seu peractis per eum, seu ejus nomine, aut quæ ad eum, vel potestatem ejus quoquo modo pervenerint, ad cujuscumque officii vel cujuscumque personæ instantiam, cujusvis dignitatis, præeminentiæ, status, gradus, ordinis vel conditionis aut sexus, etiam si papalis, pontificalis, imperialis vel regalis existat, de jure vel de facto, aut aliter qualitercumque conveniri, denuntiari, accusari, vexari, inquietari, impediri ordinarie sive extraordinarie, cum promotione vel sine, in judicio sive extra, per se vel per alium, apostolica concilii præsentis, aut alia quavis auctoritate ordinaria vel subdelegata, seu alias molestari, nec

contra

Constat ex concilii sess. 14.

* Farsen,

* Farsen,

contra eum inquiri valeat, nec ullo unquam tempore realiter vel personaliter, civiliter vel criminaliter, aut mixtim, seu alias quomodocumque, etiamsi dolus vel fraus, aut aliqua alia corruptela circa præmissa vel eorum aliquod re ipsa vel alias notari possent, aut dicerentur quomodolibet intervenisse: quodque idem dominus Angelus non teneatur, nec debeat cuiquam (ut pręmittitur) personæ in judicio vel extra de præmissis vel aliquo eorum, aut dependentibus, emergentibus aut connexis, sive prorsus extraneis a pręmissis vel aliquo pręmissorum, respondere, rationem reddere, aut calculum facere, etiam coram gentibus apostolicæ cameræ, vel aliis quovis modo, directe vel indirecte, publice vel occulte, nisi quatenus sibi propria conscientia, cui quo ad hoc totaliter relinquatur, dictaverit faciendum. Dicta namque sancta synodus ex superabundanti liberat dictum dominum Angelum de his omnibus, universis & singulis, aliisque, in quibuscumque pondere, numero & mensura, cujusvis qualitatis, quantitatis, generis vel speciei, juris corpore comprehensorum, vel non, existant, quæ omnia hic & eorum valores, nomina, cognomina, qualitates, genera ac species habere voluit, & vult pro specifice & expresse declaratis, ac si de eis expressa mentio facta foret, etiam si sacra fuerint aut profana, communiter vel divisim, seu mixtim ad quemcumque valorem ascendant, attenta libera & spontanea cessione juris papatus per ipsum dominum Carolum de Malatestis procuratorem ejus, pridem in hujusmodi sancta synodo facta, pro pace & unione in ecclesia sancta Dei prædicta, quantum in eo fuerit, modis omnibus promovendis, quibus Romanæ ecclesiæ obligatus aut obnoxius fuerit, vel dici potuerit, sive possit; eximit, quitat, liberat penitus & absolvit: nec non vult & nuntiat eum ab illis omnibus totaliter exemptum, quitatum, liberum & absolutum: eidemque domino Angelo pro se vel suis heredibus ac successoribus omnia & singula sanctæ Romanę ecclesię & apostolicę camerę per eum qualitercumque debita, vel alias pro eo plenarie, libere & pure remittit, donat & largitur. Tollit denique ex certa scientia quo ad pręmissa omnia & singula, invalidat atque suspendit dicta sancta synodus, tam restitutionis in integrum, quam de vacatione sedis, & omnia alia jure & beneficia, sive privilegia, per quæ Romanæ ecclesiæ apostolicæque cameræ prædictæ, aut futuro ejus pontifici contra præmissa vel aliquod eorum subveniti, aut de ipsis vel eorum aliquid infringi, seu aliqualiter possent transgredi aut violari, decernens irritum & inane, si quid in contrarium a quovis, quavis auctoritate, vel quovis ingenio vel colore contigerit attentasi, non obstantibus quô ad omnia & singula supradicta, tam canonicis, quam civilibus juribus & apostolicis constitutionibus, generalium conciliorum constitutionibus, ac aliis dispositionibus contrariis quibuscumque. Statuens & ordinans dicta sancta synodus, quod quilibet futurus Romanus pontifex omnia & singula supradicta studeat inviolabiliter observare, eaque suis apostolicis literis in forma plena, congrua & decenti approbet, ratificet, de novo concedat, indulgeat atque confirmet: & quod quicumque Romanum pontificem eligentes, qui ad hoc, ante sui apostolatus inthronizationem sub vinculo præstandi juramenti obligent efficaciter & adstringant, mandans & præcipiens dicta sancta synodus, quod ultra sacri concilii publica gesta seu munimenta solito more super pręmissis conficienda, fiant super pręmissis omnibus & singulis, & quolibet eorum ad majorem certitudinem patentes literę, sub sigillo concilii in forma plenissima cum omnibus & singulis clausulis, non obstantibus necessariis, revocatoriis & derogatoriis, & aliis opportunis dicto domino Angelo, seu alteri vel aliis, pro eo recipienti vel recipientibus, assignandę.

Quarum quidem ordinationum, concessionum, provisionum & indulgentiarum schedula, ut præmittitur, lecta, responsum fuit ad contenta in eadem, primo per dominum Antonium Concordiensem pro Italica, Vitalem Tolonensem pro Gallicana, Nicolaum Mersburgensem pro Germanica, & Patricium Cortagensem episcopos pro Anglicana nationibus prædictos, & Ioannem episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem pro collegio cardinalium, Placet.

Quibus, ut præmittitur, factis, Ioannes patriarcha Antiochenus eodem loco existens, de similibus voluntate & mandato legebat unam schedulam certarum inhibitionis, censuræ & excommunicationis sententias ac privationes in se continentes, contra omnes & singulos dantes & dari facientes impedimentum dominis prælatis, ambasiatoribus, nuntiis, procuratoribus, & aliis ad concilium venientibus, & de concilio recedentibus licentiatis. Nec non dictum impedimentum regiæ majestati & secum venientibus, seu itinerantibus, in eundo & redeundo Niciam, & de Nicia sive aliis locis per quos transiverit, & in quos interim fuerit conventum de mutua visione habenda, prout inferius sequitur.

Item idem patriarcha nomine & auctoritate quibus supra, pro unione & felici ipsius regis transitu, & suorum, die dominica esse processionem generalem per prælatos sanctæ synodi Constantiensis, & de cetero domino rege existente foras in itinere, omnibus diebus dominicis esse debere processionem generalem. Et fuit responsum per dominos deputatos prædictos ac cardinalem Vivariensem: Placet. Super quibus venerabilis vir magister Henricus de Piro promotor petiit sibi fieri unum vel plura, ac tot quot sufficiant, per protonotarios sedis apostolicæ, & notarios nationum & concilii Constantiensis, & alios singulos ibidem præsentes, publicum seu publica, instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidem illustribus principibus dominis Ludovico comite Palatino Rheni, Friderico burgravio Nurembergensi, Carolo de Malatestis domicello Arimini, & pro sancta Romana ecclesia in provincia Romandiolæ rectore generali; Guntero comite de Swartzburg magistro curiæ Romanorum regis, Bertholdo de Ursinis comite Suanensi, Ioanne de Palesthove, & Zavischo dicto Nigro, ambasiatoribus regis Poloniæ, aliisque regum, principum & baronum, civitatum, universitatum, studiorum ambasiatoribus, & ceteris Christianis in multitudine copiosa.

Tenor vero dictæ schedulæ, per præfatum patriarcham Antiochenum lectæ, de qua supra fit mentio, sequitur & est talis.

Quod impediens regem Romanorum in itinere ad regem Aragonum, sit ipso jure excommunicatus.

Quia dignum est, laborantes pro pace sacrosanctæ ecclesiæ plena libertate, securitateque gaudere, nullisque impedimentis seu molestiis inquietari, hæc sacrosancta Constantiensis synodus, ecclesiam

ANNO CHRISTI 1415.

ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, statuit, definit & ordinat, quod quicumque cujuscumque status aut conditionis existat, etiam si regalis, cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, episcopalis, ducatus, principatus, comitatus, marchionatus, seu alterius cujuscumque dignitatis seu status ecclesiastici vel sæcularis existat, qui serenissimum & christianissimum principem dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ, &c. regem, vel alios cum eodem, ad conveniendum cum domino rege Aragonum pro pace ecclesiæ, ad extirpationem præteritis schismatis per hoc sacrum concilium ordinatos, ad dictam conventionem euntes vel redeuntes impediverit, perturbaverit vel molestaverit, aut aliquod damnum in personis aut bonis, aut familiis eorum intulerit, aut inferri per alium seu alios, directe vel indirecte, clam vel palam, seu quoquo modo inferri procuraverit, sententiam excommunicationis auctoritate hujus sacri concilii generalis ipso facto incurrat, absolutione ejusdem ipsi sacro concilio, seu futuro unico & indubitato summo pontifici, præterquam in mortis articulo, specialiter reservata: & ulterius omni honore & dignitate, officio, beneficio ecclesiastico vel sæculari sit ipso facto privatus.

Quod celebretur missa singulis diebus dominicis per concilium, & fiat processio, & interessentes habeant centum dies indulgentiarum.

Item ut Deus præfati serenissimi principis & aliorum cum eo ad dictam conventionem ecclesiæ suæ gressus dirigere, & corda illorum cum quibus acturi sunt, ad eamdem pacem seu clementiam inducere, & illos cum dicta pace obtenta ad dictum sacrum concilium incolumes reducere dignetur, statuit & ordinat sancta synodus, quod singulis septimanis die dominico fiat processio generalis in hac civitate Constantiensi cum missa solenni: quibus processioni & missæ omnes prælati in hoc concilio existentes interesse teneantur, vestimentis pontificalibus (ut est moris) induti. Conceditque dicta sancta synodus cuilibet præmissorum interessenti centum dies indulgentiarum, & totidem cuilibet presbytero unam missam celebranti, & aliis qui devote semel in die, Pater noster & Ave Maria, pro dicta incolumitate orando dixerint, quadraginta dies indulgentiæ in forma ecclesiæ consueta. Lectis supradictis, per deputatos quatuor nationum, & dominum præsidentem fuit concorditer responsum: Placet.

SESSIO XVIII.

SESSIO XVIII. CONCILII.

ANNO & indictione quibus supra, die vero Sabbati decimaseptima mensis Augusti, fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, fuitque decantatum officium missæ * de assumptione beatæ virginis Mariæ per dominum Petrum episcopum Olorensem. Quo finito, legebantur litaniæ, & alia fiebant more aliarum sessionum. Quibus expletis, dominus Antonius episcopus Concordiensis legebat articulos inferius descriptos.

* *Cum introitu, Gaudeamus omnes in domino, prout in festo assumptionis beatæ Mariæ virginis, li-*

A *tantis & orationibus, Veni creator Spiritus, evangelio, &c. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis, Ioanne episcopo Ostiensi cardinali Vivariensi præsidente, Iordano de Vrsinis Albanensi, Angelo Laudensi Pranestino, episcopis; Francisco Venetiarum, Ioanne sancti Sixti, Antonio Aquilesensi, Branda Placentinensi, Alamanno Pisano, Thoma Tricaricensi, Guillelmo sancti Marci, presbyteris; Raynaldo de Branckasiis, Amadeo Salutiarum, Landulpho Barensi, Lucido de Comite, Ludovico de Flisco & Francisco Florentinensi diaconis cardinalibus. Quibus missa & litaniarum officiis solenniter peractis, ascenderunt ambonem, in quo sententia, edicta, statuta & ordinationes synodi* B *Constantiensis publicari & legi solent, reverendi patres domini Antonius episcopus Concordiensis, Andreas electus Poznaniensis, Nicolaus episcopus Mersburgensis, Vitalis episcopus Tolonensis, & Thomas abbas sanctæ Mariæ extra muros Eboraci ordinis sancti Benedicti. Idem Antonius episcopus Concordiensis de mandato ipsius sanctæ synodi legebat quædam capitula, statuta sive constitutiones observandas ad perpetuam rei memoriam, hujusmodi sub tenore.*

Datur potestas judicibus definiendi, & causas per duos cognoscendi.

Nuper sacrosancta & universalis synodus Con- C stantiensis reverendos in Christo patres dominos Pistoriensem, Vaurensem, Plocensem & Saresbiriensem episcopos, ad audiendum causas & querelas ad ipsum concilium devolutas & devolvendas, seu deducendas, usque ad sententiam exclusive, deputavit. Nequiens igitur ipsa sancta synodus, diversis aliis occupata negotiis, ipsarum causarum finali decisioni intendere; nolensque eas absque finali decisione diu propterea remanere, prædictis dominis episcopis etiam causas ipsas finaliter, summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura judicii, finiendas & terminandas, assumptis sibi in rimandis processibus & sententiis proferendis quatuor assessoribus de quatuor nationibus ejusdem synodi per D eos eligendis, partibus non suspectis, super quo eorum conscientiæ onerentur, causis tantum cathedralium ecclesiarum & majoribus earumdem causarum dumtaxat exceptis, plenariam tribuit potestatem. Et ut eo facilius negotia & causæ ad finem optatum perveniant, eadem sancta synodus, ut ipsi quatuor, aut tres, aut duos ex ipsis, aliis statutis horis non venientibus, terminos ipsos in ipsis causis occurrentes, teneri & observari facere, & alias usque ad definitivam sententiam exclusive in causis ipsis procedere possint & valeant, ordinat, statuit & decernit.

Quod adhibeatur fides bullæ concilii.

E Item statuit, ordinat & decernit dicta sancta synodus, quod quibuscumque veris literis sub bulla ipsius synodi conficiendis, in quibuscumque causis, negotiis & factis stetur firmiter in judicio & extra, ubicumque exhibitæ fuerint vel ostensæ: illaque fides ipsis exhibeatur, quæ veris literis apostolicis bullatis consuevit & debet merito adhiberi: ac eamdem vim, illudque robur habeant in omnibus & per omnia, quam & quod ipsæ literæ apostolicæ habent, & habere debent & possunt quoquo modo. super cujus bullæ usu & custodia per concilium deliberabitur.

SESSIO XVIII. CONCILII.

Quod committentes falsum circa bullam concilii, puniantur sicut falsarii literarum apostolicarum.

Item prædicta sancta synodus similiter statuit, ordinat & decernit, quod omnes & singuli qui dolum & fraudem seu falsitatem aliquam circa hujusmodi literas bullandas dictæ synodi pro tempore forsitan commiserint, & illi etiam qui in hoc consenserint, aut talia fieri procuraverint, vel literis falsis scienter usi fuerint, illas censuras ecclesiasticas & pœnas incurrant, quas falsificatores literarum apostolicarum, & qui illis literis scienter utuntur, nec non participes illius causæ, idem crimen incurrunt juxta canonicas sanctiones.

B *Quod literæ expediantur super gratiis per olim papam Ioannem concessis, exceptis exorbitantibus, & expectativis.*

Item similiter statuit, decernit & ordinat dicta sancta synodus, quod literæ super omnibus & singulis gratiis per dominum Baltassarem tunc Ioannem papam vigesimumtertium factis, usque ad ipsius administrationis suspensionem in spiritualibus & temporalibus, scilicet, quæ fuit die Martis 14. mensis Maii præsentis anni, signatis, possint & debeant per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Ioannem episcopum Ostiensem, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem & vicecancellarium, & quatuor sibi C adjunctos de quatuor nationibus, videlicet dominos Concordiensem pro Italica, Ariminensem pro Gallicana, Theodoricum * Voym pro Germanica, & dominum Robertum * Appelhensem pro Anglicana, auctoritate dictæ synodi sub modis & formis, quibus summi pontifices literas gratiarum & concessionum suorum prædecessorum Romanorum pontificum in similibus expedire consueverunt, juxta constitutiones & regulas ac observantias & stylum cancellariæ apostolicæ, & sub nomine & bulla dictæ synodi expediri, expectationibus & exorbitantiis duntaxat exceptis.

* Noyon
* Nicm
* Appeltem
* f. Sarisbiriensem

Ego Antonius episcopus Concordiensis, die Sabbati decimoseptimo præsentis mensis Augusti, millesimo quadringentesimo decimoquinto, suprascriptam scripturam, prout jacet, de mandato omnium quatuor nationum totius generalis synodi Constantiensis, D *legi, recitavi, & alta voce publicavi in sessione publica totius ipsius generalis synodi Constantiensis in majori ecclesia Constantiensi congregatæ. In cujus fidem hic manu mea subscripsi.*

Qua quidem schedula lecta, idem dominus Antonius episcopus Concordiensis legebat unam aliam schedulam deputationis ambasiatorum ad Italiam nomine synodi prædictæ mittendorum, hujusmodi sub tenore.

E *Deputantur ambasiatores ad Italiam.*

Sacrosancta synodus Constantiensis mittit ambasiatores suos ad reverendissimum patrem & dominum, dominum Angelum Corarium episcopum cardinalem, olim Gregorium XII. in sua obedientia nominatum, & dominos cardinales secum existentes, & ad alias partes Italiæ super factis & negotiis unionis ecclesiæ, cum instructionibus & facultatibus deliberatis & conclusis: quorum ambasiatorum nomina sunt hæc, videlicet, domini archiepiscopus Modiolanensis, archiepiscopus Ragusinus, episcopus sancti Flori, abbas Florentinensis præpositus Quinqueecclesiarum, magister Ioannes * Scholi, &c. Quibus lectis,

* Scholis, Stobyn.

A fuit per deputatos & præsidentem concorditer responsum: Placet.

ANNO CHRISTI 1415.

Ego Antonius episcopus Concordiensis de mandato quatuor nationum generalis synodi Constantiensis, præsentem schedulam legi & publicavi die decimoseptimo mensis Augusti, anno millesimo quadringentesimo decimoquinto, in sessione publica ejusdem generalis synodi. Sessio propter causas fuit prorogata ad aliam diem.

Anno & indictione quibus supra, die vero Veneris vigesima mensis Septembris, facta fuisse debuit sacrosancta Constantiensis concilii sessio; pro qua quidem sessione fienda certa in valvis ecclesiarum Constantiæ fuerunt posita schedula: quæ tamen sessio certis de causis rationabilibus ipsum concilium B *moventibus ad diem Lunæ extunc proxime sequentem fuit prorogata.*

SESSIO XIX.

SESSIO XIX. CONCILII.

ANNO a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, die Lunæ vigesimatertia mensis Septembris, sede apostolica vacante; fuit celebrata sessio generalis per synodum Constantiensem, in qua fuit celebratum officium missæ per reverendum patrem dominum Nicolaum episcopum Assisinatensem. Qua missa celebrata, incipiebantur litaniæ, & alia fiebant, ut in sessionibus fieri solitum C est. Præsidebat vero in eadem sessione reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. In qua sessione Hieronymus de Praga per reverendissimum dominum Petrum cardinalem Cameracensem & alios deputatos per concilium, in materia fidei instructus & informatus de fide recta sanctæ matris ecclesiæ, qui jam fuerat accusatus de hæresi, & per concilium super hoc incarceratus, quamdam revocationis seu abjurationis papyri schedulam, stans in ambone publice, alta & intelligibili voce legebat, revocans & abjurans, prout in eadem schedula, cujus tenor sequitur, continetur.

Abjuratio Hieronymi de Praga.

Ego Hieronymus de Praga artium liberalium D magister, cognoscens veram catholicam ecclesiam & apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus fui, & quam præteritis temporibus dogmatizaverunt & tenuerunt Ioannes Vuicleff & Ioannes Hus in suis opusculis, libellis seu sermonibus ad clerum & ad populum, propter quam causam prædicti cum suis dogmatibus & erroribus damnati fuat ab hac dicta Constantiensi synodo tamquam hæretici, & eorum doctrina prædicta sententialiter damnata, maxime in nonnullis articulis expressis, in sententiis per hoc sacrum concilium contra ipsos latis. Consentio autem E sanctæ Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedi & huic sacro concilio, & ore ac corde profiteor in omnibus & per omnia, & præsertim de clavibus, sacramentis, ordinibus, officiis & censuris ecclesiasticis, indulgentiis, & reliquiis sanctorum, & ecclesiastica libertate, ac etiam de ceremoniis, & aliis omnibus ad religionem Christianam pertinentibus, prout ipsa Romana ecclesia & apostolica sedes, & hoc sacrum concilium profitentur: & specialiter, quod prædictorum articulorum plures sunt notorie hæretici, & dudum a sanctis patribus reprobati; quidam vero blasphemi, alii erronei, alii scandalosi; quidam vero etiam piarum aurium offensivi, & ipsorum nonnulli temerarii & seditiosi: & pro talibus fuerunt prædicti articuli per hoc sacrum

concilium

ANNO CHRISTI 1415.

concilium & nuper condemnati, & inhibitum omnibus & singulis catholicis sub anathematis interminatione, ne de cetero dictos articulos seu eorum aliquem aliquis prædicare, dogmatizare, vel tenere præsumeret.

Item ego Hieronymus antedictus, quia in nonnullis artibus scholasticis ad persuadendam opinionem de universalibus realibus, & quod una communis geoeris essentia esset homo, leo, bos, &c. quodque una essentia specificasset plura ejusdem speciei supposita & quodlibet eorum, ut Ambrosius, Hierooymus, Augustinus, & sic de singulis; & ad hoc inducendum velut exemplo sensibili descripsi quamdam triangularem figuram, quam scutum fidei nominavi: ideo ad excludendum intellectum erroneum & scandalosum, quem fortassis aliqui ex hoc accipere potuerunt, dico, assero & declaro, quod dictam figuram noo feci, nec eam nominavi scutum fidei ea intentione, quod vellem dictam opinionem de universalibus extollere super opinionem contrariam, sic quasi esset scotum fidei, quod sine ejus positione noo posset fides aut catholica veritas protegi & defeodi, cum nec dictæ positioni velim pertinaciter adhærere: sed hoc ideo dixi, quia io dictæ figuræ triangularis descriptione ponebam exemplum, quod divina esseotia est tria differentia supposita & quodlibet eorum, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, qui quidem Trinitatis articulus, est præcipoom scutum fidei, & veritatis catholicæ fundameotum. Præterea ut cunctis pateat, quæ fuerunt causæ, quare fui reputatus adhærere & favere dicto qoondam Ioannis Hus, notum facio per præsentes, quod cum multoties audivissem eum in prædicationibus & scholis, credidi eum virum bonum esse, nec io aliqoo obviare traditionibus sanctæ matris ecclesiæ ac sanctorum doctorum. Imo etiam cum ouper in hac civitate mihi fuissent oblati articuli per eum positi, & per hoc sacrum concilium damnati, prima froote oon credidi suos esse, saltem in ea forma. Cumque ab aliquibus egregiis doctoribus ac magistris in sacra pagina audivissem affirmari quod sui erant, postulavi pro mea pleoa informatione, mihi ostendi libros manus suæ, in quibus dicti articuli contineri dicebantur. Quibus mihi ostensis, manu propria ejusdem scriptis, quam ut meam propriam bene cognosco, dictos articulos omnes & singulos in ea forma qua damnati sunt, reperi esse conscriptos. Vnde non immerito comprehendi & comprehendo ipsum & suam doctrinam cum eorum sequacibus per hoc sacrum concilium damnatam & reprobatam fuisse, tamquam hæreticam & insanam. Et hæc omnia supradicta dico pure & sine conditione, ut jam plene & sufficienter informatus de prædictis sententiis latis per hoc sacrum concilium contra doctrinas dictorum quondam Ioannis Vuicleff & Ioannis Hus, & contra ipsorum personas: quibus sententiis tamquam devotus catholicus io omnibus & per omnia homiliter consentio atque adhæreo.

Item ego idem supradictus Hieronymus, qui alias coram reverendissimis patribus dominis cardinalibus, & venerandis dominis prælatis & doctoribus, & aliis venerabilibus personis hujus sacri concilii, in isto eodem loco voluotarie, libere & spontanee exponens & declarans inteotionem meam, inter alia loquens de ecclesia, eam trifarie distinxi, ut percepi postea, tunc a quibusdam intellectum est, quod vellem dicere, quod io ecclesia triumphaote esset fides, cum tameo credam firmiter, quod ibi sit beatificata visio, ænigmaticam cognitionem excludens: nunc dico, assero & declaro, quod nuoquam fuit intentionis meæ dicere, quod ibi esset fides sub ratione fidei, sed cognitio fidem subæquivalenter excedens. Et generaliter quidquid ibi vel antea dixerim, refero & subjicio humili corde determinationi hujus sacri concilii Coostantiensis.

SESSIO XIX. CONCILII.

Insuper juro, & per sanctam Trinitatem & per hæc sacrosancta euangelia, me in veritate ecclesiæ catholicæ semper & sine dobio permansurum, & omnes qui cootra hanc fidem veoerint, cum dogmatibus suis æterno anathemate dignos eos proountio. Et si ego ipse aliquando (quod absit) aliquid contra sentire aut prædicare præsumpsero, canonum severitati subjaceam, & æternæ pœnæ obligatus inveniar. Hanc autem * confessionem & professionis meæ paginam coram hoc sacro coocilio generali libere & voluntarie porrigo, & eidem me propria manu subscripsi, & hæc singula conscripsi.

* professionem,

Deinde dominus Bertholdus de Vvildung sacri palatii apostolici causarum auditor legebat quamdam ordinationis schedulam conceptam super regula sancti Francisci, & alia infrascripti tenoris subsequentis de coosensu partium.

Dilectis ecclesiæ filiis, generali & provincialibus ministris, custodibus, ceterisque ordinis Minorum professoribus, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Supplicationibus persooarum, quæ voto religionis sunt adstrictæ, illis præsertim libenter annuimus, quas ad finem tendere conspicimus, per quem persooæ ipsæ sub * pacata tranquillitate juxta suam professiooem quiescant, ac sedulum & tranquillum in humilitatis spiritu domino reddere valeant famulatum. Nuper siquidem supplicatio pro parte religiosorum virorum guardianoorum & fratrum vestri ordinis conveotuum, videlicet Sagiensis, de sancto Audomaro Morioensis diœcesis, de Varennis Rhemensis, de Dola Bisuntineosis, de la Valle Cenomanensis, de Elicio Nannetensis, de Ambasia Turonensis, de sancto Ioanne Angeliacensis, Xaotooensis de Bercorio, de Toleto & de Footiniaco communitatis Maleacensis diœcesis, iofra provincias Franciæ, Burgundiæ, & Turoneosem, juxta modum dicti ordinis existentium, oobis humiliter præsentata cootinebat, quod divioa cooperante clemeotia, temporibus his oovissimis regularis observantia vestri jam dicti ordinis in præfatis cooventibus inceperat vigere, sed variis obstantibus impedimentis per ministros & custodes illarum provinciarum eis præstitis, in ipsa stricta observantia ooo mediocriter impediebantur, quorum impedimentorum occasione scandala pullulabant: humiliter & devote supplicaotes, quateous eis de remedio opportuno providere dignaremur. Nos igitur eorum supplicationibus tamquam justis benigne anouentes, cupientesque multa scandala vestri ordiois tollere, atque unitate in eo conservata fratres io pacis dulcedioe conservare, statuimus & decernimus, eisdem supplicationibus fore providendum, & de facto, tenore præsentium eis providemus, juxta formam per reverendissimos patres dominos, videlicet Iordaoum episcopum Albanensem de Vrsinis, ipsius ordinis protectorem, & Petrum tituli sancti Chrysogoni presbyterum cardinalem Cameracensem, vulgariter ouncu-

* placida

SESSIO XIX. CONCILII.

nuncupatos, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, & alios ex parte hujus sacri concilii super hoc deputatos, specialiter avisatam, ordinatam & traditam, atque per religiosum virum fratrem Ioannem * Rhotani in sacra pagina professorem, & vicarium ministri generalis antedicti, una cum aliis pluribus magistris & discretis patribus ipsius ordinis ex una parte, & fratres prænominatos conventus repræsentantes ex alia concordatam, videlicet quod fratres conventuum prædictorum de cetero; & quousque aliud super hoc per sacrum concilium generale fuerit ordinatum, possint & valeant, quilibet in sua provincia, eligere de sua stricta observantia unum fratrem idoneum, quem in scriptis ministro illius provinciæ præsentatum, ipsum dictus minister infra triduum post hujusmodi præsentationem suum vicarium constituere debeat, ad ipsos regendum in solidum loco & vice ejus, & eis providendum in omnibus quibuscumque & ipsis modis quibus ipse minister provincialis etiam providere posset, ita quod de ipsorum fratrum regimine in nullo possint se intromittere dicti provinciales, vel custodes, sed ad ipsos vicarios cura & correctio eorum omnino pertineat, excepto quod ad suæ superioritatis cognitionem minister provincialis ipsos possit, si voluerit, visitare in propria persona, & tunc punire de consensu majorum & discretorum conventus, in quo fiet hæc visitatio, quidquid punitione dignum repererit: quem si constituere tenuerit modo prædicto, extunc constitutio ejusdem præsentati ad vicarium ministri generalis inferius annotatum devolvatur & pertineat absolute. Qui quidem vicarii hujusmodi trium provincialium possint & debeant una cum fratribus discretis sibi subditis, forma solita in electionibus ordinis servata, insimul eligere inter se unum alium fratrem ad hoc sufficientem & idoneum pro eorumdem vicariorum correctione & totius strictæ hujus observantiæ in prædictis provinciis meliori regimine, quem per eos in scriptis ministro generali ordinis, qui erit pro tempore, humiliter præsentatum, ipsum minister super illos suum vicarium constituere infra triduum post illam præsentationem benigne debeat & caritative: alioquin ipso triduo transacto, sit & habeatur vicarius ipsius generalis, auctoritate ipsius sacri concilii constitutus. Qui quidem vicarius generalis in sua congregatione, vel alias solus debeat & possit vicarios prætactos (quoties opus erit) punire, & ipsis ac fratribus aliis sibi subditis providere in omnibus quibuscumque casibus, quibus minister generalis eis potuisset providere, ne ipsos, ut sæpius contingit, quoties generali ministro indigent, longius oporteat evagari. Et pro hac vice primaria constituimus in præfatum generalis ministri vicarium, fratrem Nicolaum Rudolphi apud nos de hac observantia laudabili providentia ac diligentia solerti multipliciter commendatum, quem volumus posse deponi, quoties vicariis & aliis fratribus discretis sæpe dictis videbitur expedire. Possit tamen generalis minister qui est & qui erit pro tempore, ipsos fratres & conventus in sua persona, quoties voluerit, visitare, prælibato vicario non obstante, & punire, si quid in dicta visitatione puniendum repererit, sicut moris est in ordine, & alias facere consuevit. Verumtamen non intendimus, quod prædicti vicarii propter mortem, depositionem seu mutationem illorum quorum vice funguntur, possint a suis

* Rota

ANNO CHRISTI 1415.

officiis removeri, vel in eis impediri, nisi super hoc assensus majorum & discretorum sibi subditorum prius intervenerit, ad quos semper eos deponere, & alios eligere, antedictis generali provincialibusque ministris præsentare modo & forma præmissis (quoties fuerit opportunum) volumus & decernimus pertinere. Insuper possit & debeat ipse generalis vicarius & sui successores, conventus sibi pro tempore subditos, ad statum dictæ strictæ observantiæ consonum, juxta declarationes & statuta sedis apostolicæ & ordinis, reducere, tollendo qualcumque superfluitates, sive sint in rebus mobilibus, sive immobilibus, quantum fieri poterit bono modo, habito semper consilio majorum & discretorum sibi obedientium, eligendo (si opus fuerit) aliquos fideles, qui ipsas superfluitates auctoritate hujus sacri concilii vendant, commutent, aut alias in piis operibus convertant. Insuper statuimus, quod omnes & singuli conventus prædictarum provinciarum, quoties majori vel saniori parti fratrum in eis existentium placuerit, ad hanc strictam observantiam se reducere, & vicariis antedictis se subdere, hoc libere facere possint. Et etiam singuli fratres cujuslibet conventus dicti ordinis, contradictione cujuscumque non obstante, a quorum vicariorum obedientia & subjectione nullus exire possit sine speciali licentia vicarii generalis antedicti. Non tamen per hoc intendimus, quin fratres & conventus, qui voluerint, possint secundum hanc strictam observantiam vivere, manendo etiam immediate sub cura ministrorum provincialium, exceptis tantum prænominatis conventibus & conventu de Mirabello Pictaviensis diœcesis, quem volumus expresse & ordinamus, curæ & regimini prædictorum vicariorum subesse, & ex causa, ut sicut in eo hæc stricta observantia regularis in partibus illis sumpsit exordium, ita in illo tamquam in aliorum speculo semper elucescat. Ceterum cum juxta sententiam Sapientis, volatilia ad sibi similia libenter conveniant, statuimus; quod quando fratres hujusmodi observantiæ, peregrinationis studio, vel alias per mundum proficiscuntur, ad loca conventus communitatis ordinis declinent, si voluerint: ad alia vero loca fratrum in observantia sibi similium semper declinare teneantur, juxta quod in statutis ordinis continetur. Insuper quilibet provincialis minister provinciarum præmissarum, vicario generali sæpe dicto pro præsenti duos conventus in sua provincia fideliter assignet, aptos ad manendum, munitos libris & aliis rebus pro cultu divino, quoties ab eodem vicario, per literas aut alias in suo principali capitulo fuerit requisitus, eligendos per ipsum provincialem: ita quod propter hanc assignationem mobilia quæcumque dictis conventibus pertinentia, quomodocumque sit, non debeant abigi seu segregari, secundum dispositionem cardinalis protectoris vestri ordinis. Et si contigerit, quod ministri provinciales & custodes, vel alii expulerint vel ejecerint fratres hujusmodi observantiæ ab aliquo seu aliquibus conventuum prænominatorum a quindecim mensibus citra violenter, & alios loco eorum ibidem collocaverint, vel mobilia ad ipsos conventus seu aliquem ipsorum spectantia deportaverint: volumus & mandamus districte, prædictos fratres indilate recedere & exire a dicto conventu, mandantes tenore præsentium prælibato vicario generali, quatenus auctoritate

Eccles. 27.

ANNO CHRISTI 1415.

auctoritate nostra omnibus modis quibus fieri poterit honeste & licite ipsos exire, & prædicta bona restituere compellat per censuras ecclesiasticas, & alios fratres & subditos suos de novo ibidem collocando, omnibus quibuscumque districte prohibentes, ne quis eum super hoc impedire præsumat sub excommunicationis pœna, sed magis ei præbeat unusquisque super hoc requisitus per ipsum potius auxilium & juvamen. Statuentes ulterius, ne deinceps fratres hujusmodi strictæ observantiæ fiant capellani honoris, vel maneant continuo in domibus sæcularium causa confessionis vel alia, citra tamen aliorum fratrum vestri ordinis præjudicium, ne forsan freno obedientiæ laxato, vel profana conversatione fervor devotionis eorum repescat. Præcipimus insuper & mandamus districte in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis fratribus conventuum prædictorum, & aliis in futurum sub cura & regimine prætactorum vicariorum constitutis, quatenus ipsis firmiter obediant & pareant cum effectu in omnibus, in quibus fratres illius ordinis suis generalibus & provincialibus ministris obedire debent aut tenentur. Ceterum cum prædicta sint de voluntate partium (sicut præfertur) per nos statuta & ordinata, districtius inhibemus omnibus & singulis ministris & custodibus, qui sunt & erunt in futurum, & aliis fratribus vestri ordinis, ne occasione controversiæ prius super his motæ, aut prosecutionis in præsenti concilio factæ, aut alia quavis causa fratres de hac observantia præsentes vel futuros inquietent, molestent, vel affligant, seu eorum vicarios vel de secta nova, vel reprobata quomodolibet, vocent. Nec etiam fratres dictæ observantiæ alios fratres vestri ordinis, aut eleemosynas, aut oblationes sibi dandas impedire præsumant. Quod si de cetero alii aliis facto circa præmissa aut eorum aliquid hinc inde injuriati fuerint, manus violentas in eis ponendo, eos incarcerando, arrestando, libris spoliando, aut alias maculam hæresis falso imponendo, sententiam excommunicationis ipso facto incurrant injuriatores, a qua non possint, articulo mortis excepto, absolvi, nisi per eumdem cardinalem, qui pro tempore hujus ordinis erit protector. De ceteris vero levioribus injuriis verbalibus, omnes quicumque fuerint in hoc culpabiles deprehensi, per eorum prælatos puniantur, citra præmissa sententiarum fulminationibus aut appellationibus interpositis, & literis felicis recordationis Alexandri papæ quinti, & earum confirmatione non obstante, quas tenore præsentium revocamus, cassamus & annullamus, ac nullius roboris vel momenti declaramus, & aliis quibuscumque statutis apostolicis vel hujusmodi ordinis in contrarium editis non obstantibus. Nulli ergo, &c.

Datum Constantiæ nono Kalendas Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, apostolica sede vacante. Qua ordinatione lecta & approbata, idem dominus Bertholdus auditor de simili mandato & voluntate legebat aliud statutum, ordinationem seu decretum.

Quod non obstantibus salvis conductibus imperatoris, regum, &c. possit per judicem competentem de hæretica pravitate inquiri.

Præsens sancta synodus ex quovis salvoconductu per imperatorem, reges, & alios sæculi principes, hæreticis, vel de hæresi diffamatis, putantes eosdem sic a suis erroribus revocare, quocumque vinculo se adstrinxerint, concesso, nullum fidei catholicæ vel jurisdictioni ecclesiasticæ præjudicium generari, vel impedimentum præstari posse, seu debere declarat, quo minus, dicto salvoconductu non obstante, liceat judici competenti & ecclesiastico, de hujusmodi personarum erroribus inquirere, & alias contra eos debite procedere, eosdemque punire, quantum justitia suadebit, si suos errores revocare pertinaciter recusaverint, etiam si de salvoconductu confisi, ad locum venerint judicii, alias non venturi: nec sic promittentem, cum fecerit quod in ipso est, ex hoc in aliquo remansisse obligatum. Quo statuto sive ordinatione lectis, idem statutum fuit approbatum per dominos episcopos nomine quatuor nationum, ac reverendissimum patrem dominum cardinalem episcopum Ostiensem nomine collegii cardinalium, per verbum, Placet. Subsequenter mandatu & voluntate synodi prædictæ, idem dominus Bertholdus auditor legit unam aliam ordinationem, videlicet executoriam super constitutione Carolinę, in qua mandatur domino vicecancellario pro tempore dare literas executorias super constitutione Carolinæ, prout habetur in libris cancellariæ, omnibus eas habere volentibus, hujusmodi sub tenore.

SESSIO XIX. CONCILII.

Quod dominus vicecancellarius expediat Carolinam sub bulla sacri concilii Constantiensis.

Cum in generalibus conciliis, maxime Lateranensi, provide quędam fuerint statuta, libertatem ecclesiasticam concernentia, quæ piæ memoriæ Fridericus secundus in fervore devotionis Romanæ ecclesię tunc persistens, etiam quædam statuit & adjunxit; & demum per felicis recordationis Honorium tertium fuit ejusdem Friderici constitutio approbata, & consequenter per divę memorię Carolum quartum eadem fuit approbata, & quędam alia in favorem ecclesiasticæ libertatis adjecta, quę in libro cancellarię Romanæ ecclesię latius continentur: hæc sancta synodus decernit & mandat domino vicecancellario ejusdem Romanæ ecclesiæ, ut executorias literas super ipsis expediat in forma dari solita. Subsequenter fuit lectum statutum seu ordinatio, in qua committebantur omnes & singulæ causæ hæresis contra quascumque personas in regno Bohemiæ, & aliis certis judicibus inferius in eadem descriptis in hunc modum.

Carolinam istam, quoniam mox in hac sessione expedita non fuit, sed aliquanto post, non hic, sed in fine hujus synodi adjectam offendes.

Committuntur causæ hæresis certis judicibus.

Item prædicta synodus Constantiensis omnes & singulas causam & causas hæresum, ex erronea & perversa doctrina damnatæ memoriæ Ioannis Hus hæretici in regno Bohemiæ & in Moravia exortas sapientes, etiam criminales ex eis, vel eorum occasione contra quascumque personas, tam ecclesiasticas quam sæculares, cujuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis aut præeminentiæ existant, & quacumque præfulgeant dignitate, emergentes; dictique Ioannis Hus & dogmatum falsorum ejusdem fautores, defensores & sequaces, reverendis in Christo patribus & dominis, dominis Ioanni patriarchæ Constantinopolitano, & Ioanni episcopo Silvanectensi, conjunctim & divisim committit audiendas, decidendas, cognoscendas, & fine debito terminandas, cum omnibus & singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis, & cum potestate citandi personaliter omnes & singulos suspectos in fide ibidem

SESSIO XIX. CONCILII.

degentes, & coram eis in genere & in specie nominandos conjunctim & divisim, in Romana curia per edictum publicum & in partibus & in locis convicinis affigendum & publicandum, cum ad easdem partes, præsertim ad prædictos de fide suspectos, pro hujusmodi citatione exequenda tutus non pateat accessus, habita tamen prius informatione summaria in præmissis, non obstante, quod alias præfata synodus causas hæresum causas commiserit, usque ad diffinitivam sententiam exclusive cognoscendi, & eorum quibus aliquæ pendent indecisæ, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Item præfata sancta synodus vult, ordinat atque decernit, quod in dictis aliis hæresum causis, ex judicibus aliis per concilium prædictum deputatis, decem eorum, aliis absentibus, possint & valeant in ipsis procedere, & terminos in prædictis causis servare, ut eo facilius, commodius & celerius causæ hujusmodi terminentur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Subsequenter fuit lectum statutum de fructibus percipiendis unius beneficii per hos qui sunt in concilio, hujusmodi sub tenore.

Quod beneficiati in concilio præsentes recipiant fructus beneficiorum eorum in absentia.

Item cum absentes causa reipublicæ ecclesiasticæ personæ in ecclesiis, in quibus beneficiati sunt, præsentes merito reputantur, ideoque ut omnes & singuli beneficiati hujus sacri concilii præsentes, & qui ad illud pro tempore accesserint, eo commodius ipsi concilio interesse, & in illo usque ad finem valeant remanere: dictum concilium statuit & decernit, quod ipsi omnes & singuli pro residentibus sive præsentibus interim in suis beneficiis sunt habendi, ita quod omnes & singulos reddi-tus, fructus & proventus suorum beneficiorum ac residentiæ personalis in ipsis beneficiis, in quibus residebant, aut in quibus residerent, si ejusdem concilii prosecutio seu interessentia eis non obstaret: ac alii etiam curiales beneficiati, qui de suis beneficiis ad præfatum concilium non accesserunt, alias tamen præsentes in curia in eodem concilio laboraverunt, etiam si primam non fecerint residentiam personalem consuetam; unius tantum beneficii pro quolibet eorum, vigore hujus decreti: eorumdem beneficiatorum absentium, de aliis suis beneficiis, de jure & consuetudine, privilegio aut licentia suorum superiorum semper salvis, etiam si canonicatus, aut præbendæ, aut dignitates, aut personatus vel officia in cathedralibus & metropolitanis majores post pontificales, seu collegiatis ecclesiis hujusmodi principales fuerint, durante ipso concilio, eisdemque in eodem concilio perdurantibus, etiam a tempore itineris arrepti hujusmodi ad præfatum concilium, quousque ad eadem sua beneficia ipsi, concilio finito, commode redire potuerint., aut quamdiu curiales prædicti in eodem concilio laboraverint; cum ea integritate percipere valeant & debeant, cum qua illos perciperent, si in suis beneficiis prædictis interim personaliter residerent, & administrarent in eisdem, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, contrariis non obstantibus quibuscumque, & cum executionibus exprimendis in cancellaria, si fuerit opportunum. Quo statuto lecto, ut præfertur, fuit nomine quatuor nationum & cardinalium per prædictos dominos episcopos deputatos & cardinalem Vivariensem responsum, Placet. His habitis & factis, reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis nomine synodi prædictæ legebat unum aliud statutum & ordinationem super expeditione literarum provisionum ecclesiarum, monasteriorum, in hunc modum.

ANNO CHRISTI 1415.

Quod literæ super provisionibus ad patriarchales, metropolitanas & alias ecclesias per olim papam Joannem usque ad suspensionem concessæ, expediantur.

Item dicta sancta synodus statuit, ordinat & decernit, quod literæ super quibuscumque provisionibus ad quascumque patriarchales, metropolitanas & alias cathedrales ecclesias, ac etiam monasteria, de quibuscumque personis per dominum Baltassarem tunc Ioannem papam vigesimumtertium, usque ad ipsius administrationis in spiritualibus & temporalibus suspensionem factis, de quibus per libros reverendissimi patris domini Ioannis episcopi Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarii, & cancellariæ apostolicæ constabit, per eumdem episcopum & cancellarium sub nomine & bulla dictæ synodi possint & debeant expediri, quatuor deputatis nationum sibi assistentibus: & hoc, nisi ex libro ipso promotionum secundum stylum cancellariæ appareat obstaculum, vel alias canonicum impedimentum. Præmissis vero lectis, fuit responsum per dominos episcopos deputatos nomine quatuor nationū, ac dominum Ioannem episcopum Ostiensem nomine collegii cardinalium, Placet. Contradicente tamen reverendo patre domino Elia Anicensi episcopo pro se, & domino Dominico de Ragusio, ambasiatore & nuntio archiepiscopi Spalatensis, qui duo in hujusmodi statutum super provisionibus ad patriarchales, &c. non consenserunt. Et dominus Dominicus dixit, ipsum statutum secundum omnia sua verba non placere, & præsertim ultimam clausulam, videlicet: Et hoc, nisi ex libro promotionum secundum stylum curiæ appareat obstaculum. Super quibus approbationibus & contradictionibus venerabilis vir magister Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis, promotores & procuratores supradictæ synodi petierunt per dominos protonotarios sedis apostolicæ, ac notarios concilii prædicti, ceterosque tabelliones ibidem præsentes, unum vel plura fieri, publicum vel publica, instrumentum & instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis cardinalibus, protonotariis, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, doctoribus, nuntiis, & principum, universitatum & studiorum ambasiatoribus, testibus, &c.

SESSIO XX.

SESSIO XX. CONCILII.

Super monitorio contra ducem Austriæ pro episcopo Tridentinensi.

ANNO a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione vero octava, die Iovis vigesima prima mensis Novembris, fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi, præsidente in eadem reverendissimo in Christo patre domino Ioanne episcopo Ostiensi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinali & vicecancellario. Fuitque decantata missa solennis de gloriosa virgine Maria, per reverendum patrem dominum Antonium episcopum Zopoludensem. Qua completa, fiebant solennitates more aliarum

Anno Christi 1415.

Sessio XX Concilii.

aliarum sessionum. Quibus expletis, reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis quasdam legebat monitorii & aliarum ordinationum schedulas tenoris subsequentis.

Decretum monitorii in causa Tridentina.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis universis & singulis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Gravem querelam venerabilis fratris nostri Georgii episcopi Tridentinensis accepimus, continentem, quod illustris princeps Fridericus dux Austriæ ipsum in canonica possessione ecclesiæ & civitatis Tridentinensis, & oppidorum, castrorum, villarum, terrarum & locorum, juriumque & aliorum bonorum mobilium & immobilium, ad eamdem ecclesiam & ipsum episcopum pertinentium, alias sexdecim annis pacifice existentem, ecclesia, civitate, oppidis, castris, terris, villis, locis ac juribus & bonis hujusmodi temerarie & de facto spoliasset, eaque novem annis citra detinuisset, & adhuc detinet occupatas & occupata, fructus, redditus & proventus sublevando & percipiendo ex eisdem; ac ipsum cepisset, & carceribus mancipatum affecisset pluribus gravibus violentiis ac injuriis, propter quæ anathematis, sacrilegii, & alias pœnas a jure contra talia perpetrantes promulgatas incurrisset, quibus insorduisset per longa tempora, & insordet de præsenti: nonnullasque promissiones ac etiam certa juramenta & literas tempore suæ captivitatis, & ante seu post, in præjudicium libertatis ecclesiasticæ, dictæque ecclesiæ Tridentinensis damnum non modicum, ab eodem episcopo incussionibus & metu extorsit. Et ulterius idem Fridericus nuper dum inter serenissimum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ipsum Fridericum ducem, post executionem justitiæ contra eumdem Fridericum per dictum dominum regem factam, submissionis tractatus firmaretur, se juramenti vinculo adstrinxisset, quod si quæ personæ tam ecclesiasticæ quam sæculares dicto regi de ipso Friderico conquererentur, & ab ipso rege sibi peterent justitiæ complementum ministrari, ipse Fridericus dux stare deberet ordinationi dicti regis, & facere quæ dictus rex decerneret & ordinaret: quod quidem licet rex ipse dicto Georgio episcopo de præmissis graviter coram eodem conquerente decrevisset & ordinasset, quod ipse Fridericus dux ecclesiam, civitatem, oppida, castra, villas, terras, loca & jura & bona hujusmodi, quibus ipsum Georgium episcopum notorie spoliaverat, notorieque detinet occupatas & occupata, eidem Georgio restitueret, ipsumque permitteret eorum possessione in posterum pacifice uti & gaudere, nihilo minus idem Fridericus dux pro parte dicti episcopi interpellatus & sufficienter requisitus, hoc facere non curasset hactenus, nec curat de præsenti. Quapropter antea præmissorum excessuum & spolii notorietate & rei evidentia, idem episcopus petiit, per nos super præmissis de opportuno remedio sibi provideri, & literas monitoriales contra præfatum Fridericum ducem & alios forsan occupatores & detentores ecclesiæ, civitatis, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, locorum & bonorum hujusmodi, etiam si ducalis vel alterius cujuscumque status, gradus, vel præeminentiæ essent, decerni & concedi, ipsumque Fridericum ducem & occupatores & detentores prædictos, sub pœnis juris & constitutionis a divæ memoriæ Carolo quarto contra tales facinorosos & sacrilegos editæ, & aliis pœnis gravioribus requiri & moneri, quatenus infra certum terminum idem Fridericus dux & occupatores ac detentores prædicti, ecclesiam, civitatem, castra, oppida, terras, villas, jura, & alia bona hujusmodi, quibus eumdem Georgium episcopum spoliasset, seu spoliavit, ac etiam quæcumque castra & bona ante & post per prætactam spoliationem ad dictam ecclesiam Tridentinam devoluta, quæ detinerent seu detinent occupatas seu occupata, restitueret & restituerent, & alias sibi circa injurias & percepta & alia debite satisfaceret & satisfacerent: nec non se, vassallos & subditos suos & ecclesiæ suæ prædictæ a prædictis juramentis & promissionibus absolvi, & prædictas literas cassari, irritari & annullari, humiliter & cum instantia debita postulavit, & alias circa præmissa petiit & conclusit, sicut in petitionibus pro parte ejusdem episcopi verbo & scriptis, & in actis coram nobis inter dictas partes factis & redactis, plenius noscitur contineri. Nos vero * [* videtur d esse, quia] per notorietatem facti, & alias practicata in causa hujusmodi, coram nobis & a nobis deputatis, nobis constitit & constat, petitionem hujusmodi fore justam, ipsum Fridericum ducem & occupatores & detentores antedictos monendos, pentasque literas monitoriales contra dictum Fridericum ducem & occupatores & detentores hujusmodi, partibus ipsis auditis, & servatis servandis, prædictis partibus ad hoc legitime citatis, decrevimus fore concedendas, decernimusque & concedimus in forma quæ sequitur.

Monitorium in forma debita contra ducem Austriæ.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis universos & singulos venerabiles fratres, patriarchas, archiepiscopos, episcopos & dilectos ecclesiæ filios abbates, priores, præpositos, decanos, cantores, scholasticos tam cathedralium, quam collegiatarum canonicos, parochialiumque rectores ecclesiarum, ceterosque presbyteros, clericos & notarios & tabelliones publicos, per Alemaniam & Italiam, & alias ubilibet constitutos, & eorum quemlibet tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, communiter & divisim, eisque & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & subscriptis sententiarum pœnis districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, postquam pro parte dicti Georgii episcopi vigore præsentium fuerint requisiti, vel eorum alter fuerit requisitus: quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies eis & eorum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione assignamus, ita quod in his exequendis alter alterum non expectet, nec unus pro alio se excuset, præfatum Fridericum ducem & quoscumque alios ecclesiæ & civitatis Tridentinensis, necnon oppidorum, castrorum, terrarum, locorum, ac jurium & bonorum quorumcumque ad ipsam ecclesiam pertinentium, prædictorum forsan occupatores & detentores, vassallos & subditos, etiam si ducalis aut alterius cujuscumque dignitatis, status ac præeminentiæ fuerint, in eorum propriis personis, si & ubi pro præmissorum ac infra scriptorum executione ad eorum præsentias tutus patebit accessus. Alioquin per edictum publicum in audientia publica contradictarum legendum, nec non cathedrali & sanct. Stephani Con-

Sessio XX. Concilii.

Constantiensis, ac locis circumvicinis, videlicet Aquileiensi, Salsburgensi, Augustensi, Frisingensi, Brixiuensi, Curiensi, Feltrensi & Veronensi ecclesiis affigeudum, & inibi publicandum ex parte nostra, Fridericum ducem Austriæ & alios occupatores prędictos requirant & moneant, quos nos etiam tenore præsentium sic requirimus & monemus, ipsique Friderico duci in virtute sanctæ obedientiæ & sub anathematis, sacrilegii, privationis omnium bonorum feudalium, quæ ab ecclesia seu imperio obtinet, & inhabilitationis suæ & filiorum suorum masculorum ad obtinendum tam feuda, quam officia & beneficia usque ad secundam generationem, & honoris & famæ ac communionis in consiliis principum, quam ipsum Fridericum ducem juxta constitutionem divæ memoriæ Caroli IV. contra tales facinorosos & sacrilegos editam, a sede apostolica canonizatam & approbatam, quinimo & perjurii ratione juramenti in manibus regis Romanorum per ipsum ducem præstiti, & aliis sæcularibus personis sub excommunicationis & privationis minorum feudalium, quas ipsas personas sæculares supradictas, nec non ecclesiasticis personis subdictæ excommunicationis ac privationis omnium beneficiorum ecclesiasticorum, & inhabilitationis ad illa, & quæcumque alia beneficia in posterum obtinenda, ac suspensionis a divinis quo ad capitula, nec non interdicti quoti ad omnia territoria prędicti ducis Friderici, & ceterorum occupatorum & detentorum censuris & pœnis, quas ecclesiasticas personas prædictas, si in præmissis deliquerint, & mandatis & monitionibus hujusmodi non paruerint, seu non paruerit, incidere volumus ipso facto, & quas in ipsas exnunc prout extunc, extunc prout exnunc, canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, nisi mandatis hujusmodi obedierint, districte præcipiendo mandent, seu alter eorum mandet. Quibus nos etiam tenore præsentium sic mandamus, quatenus ipse Fridericus dux & alii forsan occupatores & detentores hujusmodi, infra triginta dierum spatium post requisitionem & monitionem immediate sequentium, & quorum dierum decem pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies pro tertio & peremptorio terminis ac monitione canonica, eis & eorum cuilibet assignamus, ab occupationibus & detentionibus ecclesiæ, civitatis, oppidorum, castrorum, terrarum & locorum, nec non jurium & bonorum prædictorum, & illorum quæ ante & post prætactam spoliationem ad illam ecclesiam Tridentinensem sunt devoluta, penitus & omnino desistant, & eorum quilibet desistat, ac ipsi Georgio, aut procuratori, seu procuratoribus sub ejus nomine possessionem corporalem, realem & actualem ecclesiæ, civitatis, oppidorum, castrorum, terrarum & locorum, nec non jurium & bonorum prædictorum efficaciter & sine dolo & fraude restituant, & restitui faciant & permittant, & eorum quilibet restitui faciat & permittat. Ipse quoque Fridericus dux Georgio episcopo de perceptis hujusmodi satisfaciat, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis. Vassalli quoque & nobiles, officiarii, capitanei & subditi tam ecclesiastici quam sæculares supradicti, infra sex dies post lecturam & publicationem & affixionem præsentium, nec non lapsum dictorum triginta dierum terminum immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eis & eorum cuilibet per simile dictum assignamus, & assignari præcipimus

A & mandamus, præfato Georgio episcopo tamquam eorum vero domino, & non ipsi Friderico duci, seu alteri cuiquam, in omnibus (prout alias consueverunt) facere teneantur. Non obstantibus quibuscumque juramentis in contrarium præstitis, a quibus eos (ut præmittitur) absolvimus, efficaciter pareant, obediant & intendant, & eorum quilibet pareat, obediat & intendat. Et insuper in casu quo præfatus dux Fridericus & alii forsan occupatores & detentores, nec non vassalli, nobiles, officiarii, capitanei & subditi, & alii supradicti mandatis hujusmodi infra terminos supradictos non paruerint, extunc prout exnunc, exnunc prout extunc, omnes & singulos vassallos,
B nobiles, officiarios, capitaneos, nec non occupatores & detentores in civitate & diœcesi Tridentinensi, seu alibi commorantes & constitutos, quorum præsentia pro executione præmissorum & infra scriptorum facienda tute adiri non potest, per simile edictum pari modo & forma legendum, publicandum & affigendum, Fridericum ducem & alios occupatores & detentores tenore præsentium peremptorie citamus & mandamus, quatenus ipse Fridericus dux & alii forsan occupatores & detentores hujusmodi moniti & requisiti, octava die post lapsum dictorum triginta dierum eis assignatorum immediate sequentium, si juridica fuerit; alioquin, proxima die juridica extunc
C sequenti: alii vero, ut nobiles, capitanei, officiarii & subditi edictum hujusmodi moniti & exquisiti, vigesima die post lapsum dictorum sex dierum eis assignatorum immediate sequentium, si juridica fuerit; alioquin, proxima die juridica sequenti compareant coram nobis vel judicibus per nos deputatis, seu interim deputandis, pœnas, censuras ac sententias hujusmodi declarari, & ipse Fridericus dux, procedi, visuri & audituri. Certificantes nihilo minus eosdem, quod usque ad declarationem pœnarum prædictarum procedemus justitia mediante. Venerabilibus vero fratribus, patriarchis, archiepiscopis & episcopis, quibus ob reverentiam suarum pontificalium dignitatum duximus merito deferendum, si in prædictis deli-
D querint, vel aliquis eorum deliquerit, sex dierum canonica monitione præmissa, ingressum ecclesiæ interdicimus in his scriptis. Si vero hujusmodi interdictum per alios sex dies sustinuerint, seu alter eorum sustinuerit, ipsos suspendimus a divinis. Si vero hujusmodi interdicti & suspensionis sententias animis (quod absit) sustinuerint, vel alter eorum (quod absit) sustinuerit induratis, ipsos exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, excommunicationis sententia innodamus. Inferiores vero episcopis, qui in præmissis exequendis negligentes fuerint, vel eorum aliquis negligens fuerit, post lapsum sex dierum terminum excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso fa-
E cto. Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint, vel aliquis eorum incurrerit quoquo modo, nobis aut summo futuro pontifici tantummodo reservamus. Loca vero audientiæ & valvarum prædictarum, tamquam publica & idonea ad executionem prædictorum (ut præmittitur) publicandam ad instar publicorum edictorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, duximus eligenda, quæ præsentes nostras literas suo quasi sonoro præconio & patulo judicio publicabunt, in quibus nostras literas modo præmisso decernimus publicandas, ne prænominati moniti & citati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant,

Anno Christi 1415.

ANNO CHRISTI 1415.

leant, vel etiam allegare; cum non sit verisimile, apud dictos sic citatos & monitos remanere incognitum, quod tam patenter & notorie extitit publicatum. Volentes nihilo minus & decernentes, quod præsentes nostræ literæ dictos monitos & citatos perinde arceant & adstringant, ac si eorum propriis personis publicatæ fuissent. De executione præmissorum, & de his quæ in præmissis & quolibet præmissorum vos præscripti venerabiles fratres, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, vosque alii delegati nostri feceritis, seu aliquis eorum fecerit, nos per instrumenta publica, seu alia legitima documenta legitime certificare non obmittatis sub pœnis supradictis, quibus & cuilibet vestrum in præmissis dabimus plenam fidem. Datum Constantiæ undecimo Kalendas Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, apostolica sede vacante.

Quibus lectis, fuit responsum, dictum, & alta voce clamatum per dominos Concordiensem Italicæ, Tolonensem Gallicanæ, Mersburgensem Germanicæ, & Cottagensem Anglicanæ, episcopos quatuor nationum, & per eorum quemlibet nomine ipsorum & cujuslibet eorum, Placet: & per dictum dominum Ostiensem nomine collegii cardinalium, Placet. Procurator vero præfati domini ducis protestatus fuit de nullitate monitorii, & de gravamine, & appellando petiit instrumentum.

Congregatio ad audiendum relationem ambasiatorum missorum ad Petrum de Luna, & regem Aragonum.

1416. Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, die vero Iovis trigesima mensis Ianuarii, fuit celebrata congregatio generalis in majori ecclesia Constantiensi, pro relatione ambasiatorum missorum ad Petrum de Luna, in sua obedientia Benedictum decimumtertium nominatum, & serenissimum principem dominum Ferdinandum Aragonum regem: & reverendissimus pater dominus Iacobus archiepiscopus Turonensis, unus de ambasiatoribus missis ex parte concilii, existens in ambone una cum collegis suis, nomine proprio & coambasiatorum suorum fecit relationem legationis suæ. Qua facta, legit quosdam articulos sive capitula per serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ambasiatores sacri concilii ex una, & dominos de obedientia ipsius Petri de Luna Narbonæ concordata ex altera, partibus. Quorum capitulorum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis

1415. Die Veneris decimatertia mensis Decembris, anno domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, in capitulo novæ ecclesiæ Narbonensis, in camera magna turris novi palatii episcopi Narbonæ, hora secunda post meridiem, ante tamen prandium; capitula sequentia serenissimum dominum Romanorum regem, & dominos legatos concilii Constantiensis, sic per ejus obedientiam nuncupati ab una parte, & dominos ambasiatores illustrissimorum regum & potentum aliorum dominorum principum obedientiæ domini Benedicti papæ decimitertii, sic etiam per ejus obedientiam nuncupati ab altera, pro unione in sancta Dei ecclesia consequenda, concordata extiterunt cum Dei adjutorio modo infrascripto.

SESSIO XX. CONCIL.

Tenor capitulorum concordatorum.

Primo, quod convocatio fiat per prælatos, ceterosque viros ecclesiasticos in dicto concilio Constantiensi, sic per ejus obedientiam (ut præfertur) nuncupato, existentes & congregatos de regibus & principibus prædictis, cardinalibus & prælatis, ceterisque viris de obedientia dicti domini Benedicti papæ decimitertii, sic etiam per eius obedientiam (ut præfertur) nuncupati, qui ad generale concilium debent & sunt consueti vocari per literas opportunas dictorum dominorum de concilio Constantiensi, quæ emanent ab eis sub nominibus generalibus, & sub denominatione tituli dignitatum siue nominum appellativorum, sine expressione propriorum nominum, vel propriarum dignitatum, secundum formam hic concordatam, & inferius insertam. Et quod dictæ literæ dirigantur nedum ad dominos reges & principes & cardinales, sed & ad alios quoscumque prælatos obedientiæ prædicti domini Benedicti. Et quod dicti domini reges & principes ipsius obedientiæ sumant onus faciendi præsentari dictas literas convocatorias, quilibet in regno & principatu suo prælatis suæ jurisdictionis, & specialiter dominus rex Aragonum sumat onus faciendi præsentari dictas literas convocatorias regibus & principibus dictæ obedientię ista capitula firmantibus, & quod in dictis literis convocatoriis præfigatur terminus ad interessendum in civitate Constantiensi pro uniendo se, & faciendo concilium generale una cum aliis ibidem congregatis, trium mensium computandorum a die præsentationis dictarum literarum fiendæ domino regi Aragonum in Perpiniano, (si fuerit) vel alias in civitate Barcinonensi (si fuerit præsens vel absens) & in casu absentiæ sufficiat præsentare literas antedictas vicario regis, vel consiliariis dictæ civitatis, aut majori parti eorumdem. Et vice versa, quod præfati domini reges & principes maxime dictæ obedientiæ domini Benedicti, facient literas convocatorias ad prænominatos prælatos ceterosque dominos de concilio Constantiensi, similes literis convocatoriis ab illis de concilio emanandis, ut præfertur, vel per suos ambasiatores, vel procuratores mittendos, sufficienti potestate suffultos, ibidem in Constantia congregatos, convocabunt, hoc addito ac etiam intellecto, quod literę convocationis mittantur ad dominum regem Aragonum sexaginta numero, videlicet viginti, quę dirigantur ad serenissimum dominum regem Castellę, & prælatos regni sui: & aliæ viginti, quæ dirigantur ad serenissimum dominum regem Aragonum & Siciliæ, & prælatos regnorum suorum; & decem, quæ dirigantur ad illustrissimum dominum regem Navarræ & prælatos jurisdictionis ipsius; & quinque, quæ dirigantur præpotenti domino comiti Fuxi, prout in eisdem literis debet seriosius contineri.

Secundo, quod dictæ convocationes fiendæ per dominos de concilio Constantiensi, & etiam per dictos dominos reges & alios, &c. nec non & congregatio & constitutio concilii generalis fienda per dictos dominos reges & ceteros de obedientia dicti domini Benedicti, &c. possint fieri & fiant generaliter, ut deferatur honori concilii Constantiensis jam dicti: scilicet pro extirpatione schismatis & hæresum, pro sancta unione

Sessio XX. Concilii.

Romanæ ecclesiæ, pro reformatione universalis ecclesiæ in capite & in membris, & pro unico eligendo pastore, & pro aliis causis & rationibus quæ ad generale concilium de jure pertinent & spectant. Sed ad partem promittatur & firmetur per serenissimum dominum imperatorem, & per dominos prænotatos, prælatos & ceteros spectabiles viros huc missos ex parte dominorum de dicto concilio Constantiensi, nomine dicti concilii, & etiam proprio, mediante publico instrumento cum juramentis, quod in concilio Constantiensi uniendo & constituendo (ut præfertur) non tractabuntur, ordinabuntur, statuentur, vel tractari, ordinari aut fieri permittentur directe vel indirecte, aliqua concernentia aut tangentia dictos dominos reges, principes, prælatos, & alios de obedientia dicti domini Benedicti, vel aliquem ex eis, non solummodo dumtaxat causa ejectionis dicti domini Benedicti, & electionis futuri summi pontificis, & reformationis ecclesiæ in capite & in membris, & in causa hæresum cum dependentibus & emergentibus, &c. Et quod dicti domini de dicto concilio Constantiensi ratificabunt & approbabunt hujusmodi promissionem & obligationem mediantibus publicis instrumentis, ut supra. Et quod nihilo minus prædicta promissio, ratificatio & securitas specialiter confirmentur & rata habeantur, & noviter firmentur, & statuantur per dictum formandum concilium sufficienter, prout fieri debeat, & est solitum, antequam procedatur & procedi valeat ad aliquos actus, postquam fuerint uniti. Et quod, si contrarium fieret, domini reges & principes, & alii de obedientia dicti domini Benedicti ab expressis exnunc agunt & dicunt, quod illa sic in contrarium facta per formandum & uniendum concilium, habeantur pro invalidis atque nullis ipso jure, & quod ad observationem eorum, dicti domini reges & principes, & ceteri de prænominata obedientia dicti domini Benedicti, minime teneantur.

Tertio, quod præfatis de obedientia dicti domini Benedicti venientibus ad Constantiam, statim fiat unio eorumdem ad dictum concilium Constantiense, pro faciendo unum universale concilium. Quo facto, dicti domini reges & principes, & alii de obedientia ejusdem domini Benedicti, dicunt esse certissimum, quod non possunt licite obedire alicui in papam eligendo, ut vero papæ, nisi prius vacaret papatus morte aut renuntiatione dicti domini Benedicti pure, licite & libere facta, prout de jure divino pariter & humano tenetur; vel per justam & legitimam ipsius depositionem, seu depositionis declarationem ac ejectionem a papatu per dictum concilium, vel ejus auctoritate fiendam. Propterea in favorem dictæ unionis consequendæ, est concordatum inter serenissimum dominum regem Romanorum, & alios dominos de concilio Constantiensi, quod ab eis sacrum concilium generale appellatur, & inter ambasiatores & procuratores dictorum dominorum regum & principum, qui sunt de obedientia dicti domini Benedicti, quod antequam ad electionem unici summi pontificis procedi valeat per dictum concilium, vel per alios ad quos pertineat, procedatur per dictum concilium sic unitum contra eumdem dominum Benedictum, nolentem aut subterfugientem renuntiare pure & libere, prout de jure divino pariter & humano tenetur, aut etiam quomodolibet delinquentem, prout de jure divino pariter & humano potest & debeat procedi per dictam justam & legitimam ejus depositionem, seu depositionis declarationem, & alias prout præfertur.

Anno Christi 1415.

Ita tamen, quod formetur & fiat processus novus per dictum concilium contra eumdem dominum Benedictum juste & legitime. Ad cujus verificationem & decisionem, nullatenus habeatur ratio ad processum Pisani concilii, vel sententias ibidem latas, ut illo vel illis dictum concilium in modum probationis, vel in vim processus vel judicati non utatur. Et quod processa, cognita & sententiata per dictum concilium modo prædicto, dicti domini reges & principes, & ceteri obedientiæ dicti domini Benedicti, rata & grata habebunt, & illa minime impugnabunt. Item quod cardinales dicti domini Benedicti sic vocati, ut supra in literis convocatoriis, dum venerint ad dictum concilium, admittantur per idem concilium ad omnes actus ibidem expediendos, & etiam ad electionem futuri summi pontificis suo casu, & secundum quod alii cardinales vocatorum Gregorii & Ioannis admittentur. Et si vocati ut supra, non venerint personaliter ad jam dictum concilium, sed per alias personas sufficiens procuratorium habentes, recipientur & admittentur personæ prædictæ ad omnes actus concilii, prout procuratores dominorum cardinalium dictorum dominorum Ioannis & Gregorii admittentur & recipientur, & secundum quod dictum uniendum concilium circa prædictos omnes cardinales duxerit ordinandum.

Quarto, quod per dictum uniendum concilium, si & inquantum fuerit necessarium vel opportunum ad uberiorem cautelam, tollantur, aboleantur, annullentur & irritentur quicumque processus, sententiæ, decreta, ordinationes, statuta & pœnæ, per olim Gregorium & Ioannem & suos prædecessores, ac per concilium convocatum Pisis, a tempore exorti schismatis & citra, ex occasione vel causa ipsius schismatis facta & factæ, prolatæ contra dominos reges, principes, & alios quoscumque obedientiæ dicti domini Benedicti, ac etiam contra quasvis alias personas, quæ dicto Benedicto non adhærent post dictam ejectionem, seu depositionis declarationem; & contra quascumque universitates, villas & loca, quatenus tangat & tangere possit dictos dominos reges & principes, & alios obedientiæ dicti domini Benedicti, & omnia & singula inde secuta, omnem effectum eorum tollendo, & omnem maculam, sive notam, quæ contracta fuerit ob prædicta. Et idem intelligatur dictum de persona dicti Benedicti, casu quo renuntiaverit pure & libere & ante sententias dictæ ejectionis. Intellecto tamen & declarato, quod dictum concilium non possit se juvare processibus & sententiis adversus dictum dominum Benedictum latis in processu & sententia inde ferendis contra eumdem dominum Benedictum, de quibus in tertio articulo continetur. Et fiat similiter de sententiis latis per dictum dominum Benedictum contra obedientiam dicti concilii, dominos reges, principes, personas singulares, villas, loca: & quod statuatur in prima sessione dicti concilii, tempore quo fiet dicta unio, quod nunquam de cetero ratione vel occasione dicti schismatis, aut adhæsionis dicti domini Benedicti & sui prædecessoris domini Clementis, possit contra dominos reges, principes, prælatos, & alios de obedientia dicti domini Benedicti, quo-

quomodolibet procedi in judicio vel extra.

Quinto, quod per dictum formandum concilium approbentur, laudentur & confirmentur, & etiam in meliori modo, quo fieri possit, plenissime firmentur omnes & singulæ concessiones, dispensationes, gratiæ factæ per dictum dominum Benedictum quibusvis personis dictæ suæ obedientiæ, de quibusvis dignitatibus, archiepiscopatibus, episcopatibus & officiis, & beneficiis aliis quibuscumque infra suam obedientiam, quæ nunc est, de his quæ nunc possident, & quæcumque infeudationes, investituræ, contractus, & aliæ concessiones & gratiæ usque in diem primæ requisitionis factæ eidem Benedicto per reges & principes suæ obedientiæ, quibusvis personis suæ obedientiæ infra suam obedientiam, quæ nunc est etiam sæcularibus, tam regibus Aragonum, Castellæ, Navarræ, comitibus Armeniaci & Fuxi, quam filiis & liberis eorum, conjunctim & divisim, de his quæ nunc possident, & etiam aliis cujusvis conditionis existant. Hoc tamen intellecto & declarato, quod si ab aliquibus prælaturis, seu magisteriis, dignitatibus vel beneficiis quibuscumque, durante schismate fuerint separata, vel alias segregata aliqua membra, castra, villæ, seu alia bona, redditus, proventus, seu emolumenta ac responsiones cameræ, vel alia jura quæcumque, de quibus fuerit aliquibus forsan jam provisum, vel facta collatio, seu infeudatio intra suam obedientiam constitutis, quod prædicta ipsis prælaturis, magisteriis, seu magistratibus, dignitatibus & beneficiis, ut capiti restitui & redintegrari valeant per concilium antedictum; & ceteris de aliis dignitatibus & beneficiis provideatur, prout providentiæ concilii fuerit visum, per dictas confirmationes & approbationes hic contentas nullum impedimentum his præstetur. Et idem fiat e converso de alia obedientia.

Sexto, quod cardinales dicti domini Benedicti, si forsitan voluerint ire aut mittere ad jam dictum formandum concilium, seu ad electionem summi pontificis, cum vacaverit papatus, altero de dictis tribus modis (ut supra in dicto tertio capitulo dictum est) faciendam, convocati modo quo supra, & adhærere volentes opinioni dictorum dominorum regum & principum obedientiæ dicti domini Benedicti, deputentur, recipiantur & admittantur, ut veri cardinales sanctæ matris universalis ecclesiæ, & ut tales habeantur, & ab omnibus honorentur, nec non dignitatibus, emolumentis ac aliis cardinalatus privilegiis, præeminentiis & prærogativis (ut præmittitur) frui pariter & gaudere, salvis tamen aliis constitutionibus & statutis per dictum concilium promulgandis, de electione Romani pontificis facientibus mentionem.

Septimo, quod provideatur per dictum formandum concilium circa officiales Romanæ curiæ dicti domini Benedicti, dum tamen eidem domino Benedicto non adhæreant post subtractionem obedientiæ (si eam fieri contingat) vel post ejectionem prædictam.

Octavo, quod si ante renuntiationem seu ejectionem dicti domini Benedicti prænominatam, ipsum eum contingat decedere, promittant dicti domini reges & principes ejus obedientiæ, atque jurent quod non permittent fieri in eorum regnis & terris electionem aliquam per cardinales ipsius, vel alios ipsorum vice: imo quantum in eis erit, modis omnibus prohibebunt. Et casu quo fieret per illos electio, illi sic electo per eos non adhærebunt, nec obedient quoquo modo, neque in eorum terris & regnis illum sic electum aliquatenus sustinebunt, vel sustineri permittent. Sed electionem in dicto casu per dictum formandum concilium permittent fieri, & electo per illud in papam in dicto casu, ut vero summo pontifici indubie adhærebunt.

Nono, quod præfatum formandum concilium debite provideat, cum decenti mansuetudine & rationabili æquitate, quod ubi duo vel plures in eodem titulo ex diversis obedientiis concurrunt, quilibet eorum in dicto concilio tractabitur, honore utriusque obedientiæ semper salvo: & quod ante finem dicti concilii idem concilium providebit in dictis casibus taliter, quod illorum quorumlibet honor & status, quamdiu vixerint, debite supportentur & interim nihil innovetur contra aliquem prædictorum, quousque per dictum concilium ad eumdem summum pontificem eligendum provisum fuerit debite super istis.

Decimo, quod dictus dominus rex Romanorum, & domini qui sunt præsentes ex parte dominorum de concilio Constantiensi, illorum nomine & etiam proprio, quantum ad eos spectat, & eorum quemlibet, bona fide assecurent & assecurari faciant per dominum regem Franciæ, & dominos ducem Aquitaniæ, Delphinum Viennensem, & regem Ludovicum, & dominum comitem Sabaudiæ, & per totum dominium ipsorum, dictum dominum Benedictum, si ire voluerit, vel mittere ad dictum concilium, & omnes & singulos ambasiatores & procuratores ipsius domini Benedicti, & dominorum regum & principum, & alias quasvis personas, sive sint cardinales & alii prælati, si accedere voluerint, ac alios quoslibet obedientiæ dicti domini Benedicti, tam clericos, quam laicos, cujusvis status, gradus aut conditionis existant, cum gentibus & familiaribus suis, & bonis eorum, cum sufficientibus literis de salvoconductu, quod tute & libere possint ire, transire & morari per itinera & loca usque ad Constantiam inclusive, & stare in dicta civitate Constantiensi, & in dicto concilio, quamdiu eis & cuilibet eorum placuerit, & reverti ab illis cum voluerint, & alias in omnibus & per omnia eundo, stando & redeundo, plenissima gaudeant libertate, & quod officiales & consules Constantienses in absentia prædicti domini regis Romanorum, & alii ad quos spectat, jurent, & mediante eorum juramento promittant, quod fideliter observabunt, quantum ad eos spectat, & observari facient præmissa omnia singula, & defendent, & tuebuntur supradictos omnes & singulos in personis & bonis pro toto posse, omni fraude cessante, & nullam impressionem aut violentiam directe vel indirecte facient aut fieri permittent jam dictis personis, vel eorum singulis, nec bonis eorum quoquo modo: & omnia ista firmabunt juramentis per dictum dominum regem Romanorum, per se & per alios dominos pro concilio Constantiensi hic præsentes, tam nomine dicti concilii, quam proprio. Quæ guidatica & assecuramenta mittentur domino regi Aragonum, una cum literis convocatoriis dicti concilii, ad hoc ut dictus dominus rex possit certificare vocandos de dictis securitatibus & salvisconductibus, ne dicti vocati dicta occasione se valeant, abeundo seu mittendo ad dictum concilium, excusare.

Vndecimo, quod dictus dominus rex Romanorum suo nomine & pro successoribus suis, & alii domini hic præsentes, nomine dictorum

SESSIO XX CONCILII.

A dominorum de concilio Constantiensi & proprio jurabunt singulariter & promittent, quod omnia & singula in prædictis capitulis & eorum quolibet contenta facient (quantum in eis erit) omni dolo cessante, per dominos cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & alios prælatos, ambasiatores dominorum regum & principum, & alios in dicto concilio Constantiensi existentes, ut singulares per se vel personas ad hoc sufficienti potestate suffultas, approbari, firmari & jurari antequam concedantur dictæ literæ convocatoriæ. Et quod in prima sessione facta unione ad dictum concilium, pro dicto universali concilio prædicta facient, concedent, statuent, ordinabunt & jurabunt. B Et si contrarium præmissorum vel alicujus ipsorum fieret, vel prædicta omnia & singula non adimplerentur, fierent & exequerentur, prout in dictis capitulis & eorum quolibet continetur, exnunc aiunt & dicunt dicti domini reges & principes, prælati, & alii ipsius obedientiæ domini Benedicti ab expresso, quod ipso facto sit irritum & inane, & quod ad observantiam præsentium capitulorum minime, vel etiam alicujus eorum teneantur. Et etiam ambasiatores regum & principum hic præsentes obedientiæ domini Benedicti, firment & jurent dictis nominibus dictorum regum & principum, pro se & successoribus suis, tenere & observare omnia & singula supradicta, quantum in eis erit.

C Duodecimo, quod de prædictis omnibus & singulis firmentur & tradantur cuilibet partium prædictorum tot, quot necessaria fuerint, publica instrumenta.

Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, die Martis quarta mensis Februarii, Constantiæ in ecclesia majori fuit congregatio generalis, & dominus archiepiscopus Iacobus Turonensis, unus ex ambasiatoribus concilii ad partes Aragoniæ, in ambone existens proposuit, quomodo juxta conventa in capitulis Narbonensibus omnes & singuli domini cardinales, prælati, ambasiatores & procuratores existentes in ipso concilio, tenerentur mediis eorum juramentis dicta capitola approbare; & supplicavit ita fieri. D Domini vero de concilio ibidem stantes, nemine discrepante, responderunt, Placet. Approbaruntque dicta capitula, & juraverunt ea fideliter observare; videlicet domini cardinales & prælati ad pectora sua, ceteri vero domini ad sancta euangelia corporale præstitere juramentum, scrutantibus hujusmodi juramenta a dextero latere dominis Ioanne de Tiembleio, sedis apostolicæ & sacri Constantiensis concilii protonotario: a sinistro vero latere Galtero Grattli, priore ecclesiæ Rhodi ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, cum nonnullis aliis sacri concilii notariis & scribis.

E *Nomina illorum qui juraverunt approbationem capitulorum. Et primo cardinales.*

Ioannes Ostiensis Vivariensis.
Angelus Prænestinus Laudensis.
Iordanus Tusculanus de Ursinis, episcopi cardinales
Antonius Bononiensis.
Franciscus Venetiarum.
Ioannes Dominici Ragusinus.
Antonius Aquileiensis.
Gabriel Senensis.
Petrus Cameracensis.
Branda Placentinensis.
Angelus Veronensis.
Gullielmus tituli sancti Marci.
Almanus Pisanus.
Antonius de Chalanco, presbyteri cardinales.
Rainaldus de Branckasius.
Amedeus Saluciarum.
Ludovicus de Flisco.
Odo de Columna.
Lucidus de Comitibus.
Franciscus Florentinus, diaconi cardinales.
Ioannes patriarcha Constantinopolitanus.
Ioannes Antiochenus patriarcha.
Nicolaus archiepiscopus Gnesnensis pro ecclesia sua & rege Poloniæ.
Petrus archiepiscopus Rigensis pro se & rege Daciæ, Sueciæ & Norvegiæ.
Iacobus episcopus Placentinus pro se & rege Poloniæ, & duce Vuitoldo.
Nicolaus episcopus Bathoniensis pro se & rege Angliæ.
Robertus archiepiscopus Saresbiriensis pro se & rege Angliæ.
Andreas episcopus Colocensis pro se & rege Romanorum.
Nicolaus episcopus Mersburgensis pro se & archiepiscopo Magdeburgensi.
Ioannes episcopus Sileticensis pro se & rege Daciæ, Norvegiæ &c.
Martinus episcopus Atrebatensis pro se & duce Burgundiæ.
Iacobus episcopus Adriensis pro se & archiepiscopo Ravennatensi.
Elias episcopus Aniciensis, nolli præterquam Romanæ subditus ecclesiæ
Ioannes episcopus Vaurensis pro provincia Tolosana.
Fridericus episcopus Augustensis.
Patricius episcopus Corragensis.
Iacobus episcopus Esinus.
Martinus episcopus Aprutinensis.
Georgius episcopus Tridentinus.
Henricus episcopus Feltrensis.
Antonius episcopus Concordiensis pro se & episcopo Aquensi.
Stephanus episcopus Dolensis.
Vitalis episcopus Tolonensis.
Ludovicus episcopus Bangorensis.
Ulricus episcopus Verdensis
Alanus episcopus Leonensis.
Iacobus episcopus Laudensis
Nicolaus episcopus Spoletanus.
Ioannes episcopus Vuormatiensis.
Ioannes episcopus Firmanus pro se & archiepiscopo Brundusino, & abbate sancti Nicolai de Aufino.
* Vlamingus Nolanus. [* Fiaminus]
Nicolaus Assisinas pro se & dominis Bertholdo Massanensi & Andrea Nuccrino.
Augustensis episcopus in Francia.
Thomas episcopus Emonensis.
. . . . * Sitionensis pro se & abbate sancti Georgii de Venetiis. [*Deest hic nomen episcopi aut quid aliud.*]
Ioannes Vuarmiensis procurator Fomezaoiensis.
Culmensis & Sanbiensis episcoporum.
Franciscus * Tudertinus pro se & abbatibus Marsianensi, & sancti Benedicti de * Gigabo de Organis. [* Terdonensis] [* Gorgabho]
Episcopus Cassis pro se & tribus episcopis & abbate Augustensi in * Franconia. [* Fran. a.]

Simon

ANNO CHRISTI

Simon Anconitanensis. A
* Blasius Clusinus pro se & Perusinensi, Cortonensi.
* [illegible]tias Vig lienſi, Meſſanenſi & Caſertanenſi epiſcopi.
Ioaones Silvanecteoſis ambaſiator univerſitatis Pariſienſis,
Thomas Senoneoſis, epiſcopi.
Ioannes Ravetenſis.
Andreas Poznamenſis ambaſiator regis Poloniæ & magni ducis Vvitoldi fratris Lithuaniæ ducis.
* Aſtorgius * Aſtrogius Milstenſis, procorator dominorum archiepiſcopi Simpratinenſis, & ſuorum ſuffraganeorum
Ioannes abbas Ciſtercienſis, procurator ſpecialis pro toto ordine Ciltercieoſi. B
Gaſpar ſancti Ioannis Eremis de Peruſio, decretorum doctor, ambaſiator & procurator pro provincia Burdigalenſi.
Matthæus abbas Claræ vallis, ambaſiator eccleſiæ Gallicanæ, in theologia magiſter.
* Veneten. Guillermus de Precibus ordinis Ciſtercienſis, * Venenſis diœceſis.
Guillermus ſancti Pauli de Cornoto Toroneoſis diœceſis.
* Noviomen. Ioanoes Viſicampi * Novomenſis diœceſis.
Guillermus abbas ſancti Salvatoris de mane diœceſis Magaloneoſis, pro provincia Narbonenſi.
* Cellis Guillermus abbas de monaſterio de * Tellis Bituricenſis diœceſis, in decretis licentiatus. C
Nicolaus abbas ſanctæ Mariæ de Columba, ordinis Ciſtercienſis.
Placeotinenſis diœceſis, pro ſe & abbatibos de Strara, de * Benedulo, de ſancto Thoma, ſanctorum Nazaræi & * Celli Verouenſis.
* Brundeo, * Celli
Siffridus de Evagen ordinis ſancti Benedicti, Auguſtenſis diœceſis, abbas ſancti Petri Cabiloœnſis.
Everardus abbas in Lantz pro ſe & monaſterio ſuo, & tamquam pro parte omnium abbatum ordinis ſancti Benedicti Herbipolenſis diœceſis.
Hermanoos de Argavillari abbas ſancti Petri, ordinis ſancti Benedicti, Tuſlenſis diœceſis. D
Alexander abbas monaſterii ſanctæ Mariæ de Belloſonte, ordinis veterum ſancti Benedicti diœceſis Malcacenſis, licentiatus in decretis, ambaſiator eccleſiæ regni Franciæ pro provincia Burdigalenſi, & procurator epiſcopi * Lanconeoſis.
* Laudunenſis.
Henricus abbas utriuſque juris licentiatus, ambaſiator univerſitatis Andegavenſis.
Abbas Otto Burnenſis ordinis ſancti Benedicti.
Abbas Rumenſis. Ioannes abbas monaſterii de * Robſtodum Ebreduoenſis diœceſis.
* Bubſtoden
Ioannes abbas de Fontibus * provincia * Ebricenſi.
* Ebroicenſi.
Abbas ſancti * * Maſſenſis pro eccleſia regni Franciæ & Delphinatus. E
Abbas de Bolo in Anglia.
* Gildaſii Abbas ſancti Gilſadii.
Abbas de * Laorhem, abbates.
* [illegible]benum,

Nomina ambaſiatorum & procuratorum.

S[illegible]nus de Galliaco canonicus & archidiaco[illegible]oſtenſis, in eccleſia Toloſana procurat[illegible]pituli.
Ma[illegible]r Ioannes Baſiræ, procurator domini Ludo[illegible]i archiepiſcopi Rothomagenſis.
Ioannes de Trembleio ſedis apoſtolicæ protonotarios, procurator capituli Ebredunenſis.
Nicolaus Verdis ſacri palatii apoſtolici cauſarum auditor, ambaſiator archiepiſcopi Bremenſis.
Magiſter Iordanus Morini, magiſter Guillelmus Pulcenepot, ambaſiatores regis Franciæ.
Nicolaus Augemii & Guillermus Bulleti, ambaſiatores regis Cypri.
Thomas abbas beatæ Mariæ Eboraci, ambaſiator regis Angliæ.
Paulus Vl[illegible]dung decretorum doctor, ambaſiator regis Poloniæ.
Petrus Canthon ambaſiator ducis Burgundiæ.
Leo de Naſteco licentiatos in legibus, canonicus decanus Biſuntinenſis, procurator capituli ejuſdem.
Ioannes Ponceri licentiatos in decretis, & Bartholomæus in legibus, procuratores epiſcopi * Lambetenſis.
Abbas ſancti Pauli Biſuntinenſis. * f. Lombetienſis,
Theodoricus de monaſterio pro univerſitate Colonienſi.
Ioannes Brum pro epiſcopo Halberſtadenſi.
Prior de Rhodis pro hoſpitalibus ſancti Ioannis Hieroſolymitani.
Antonius * Moeſſi pro epiſcopo Gratiaoopolitano & ordine Prædicatorum. * Meoſt
Abbas * Stoxii pro rege Norvegiæ & monaſterio ſuo, & epiſcopo Lincopenſi. * Steyn
Petrus de Mera pro epiſcopo & capitulo Trajectenſi.
Paulus de Praga pro epiſcopo * Luthomiſienſi. * Luthoſmiſlen. Lutomaſlen.
Iacobus Barnth pro abbate ſancti Lamperti Saltzborgenſis diœceſis.
Raimundos de Novo bello pro epiſcopo * Bitoricenſi, & abbate ſancti Tiberii Agathenſis diœceſis. * f. Biterrenſi,
Frater Angelus abbas monaſterii in * Bona Saltzburgenſis diœceſis, ordinis Ciſtercienſis, pro monaſterio ſuo & duce Eroeſto duce Auſtriæ. * Rama * Rumo
Petrus præpoſitus canonicorum regularium monaſterii in Lægingen, pro monaſterio ſuo, & Ioanne burgravio Nurembergenſi.
Magiſter Petrus de Pulchra, pro univerſitate ſtudii Viennenſis.
Paulus Ladaura pro univerſitate Cracovienſi.
Ioannes Hugneneti pro univerſitate Avinioenſi & certis abbatibus.
Henricus de Abundenſi pro univerſitate Oxonienſi.
Stephanus Platos pro epiſcopo Luthoſmiſienſi & univerſitate Prageoſi.
Petrus Partlus ordinis Theutonicorum, pro dicto ordioe.
Michael * Boloſonis pro capitulis Viennenſi, Narbooenſi, Vivarienſi, & Ebredunenſi * B'oſonis * Bulſonis
Andreas cantor Lubecenſis pro epiſcopo & capitulo Lubecenſi, nec non pro epiſcopo & capitulo Brandeburgenſi.
Ioannes de Burnen. pro epiſcopo Monaſterienſi.
Guillermus * Prorbos pro epiſcopo Ruſeoſi, Arcanenſi & Affricanenſi. * Portel
Ioanoes Gretz Reginæ pro abbate * Mobedeus Pragenſis diœceſis, ordinis ſancti Benedicti. * Mobedeo
Matthias de Ville pro præpoſito in Vienna Pataviensis diœceſis.
Conradus abbas Pigamenſis ordinis ſancti Benedicti.
Ioannes Gervuet pro Henrico epiſcopo Verdenſi.
Iacobus Alberti pro archiepiſcopo Ebredunenſi, & capitulo.

SESSIO XX. CONCILII.

SESSIO XX. CONCILII.

Henricus de Abuden pro universitate Oxoniensi.
Philippus de Lapsa pro abbate Prudensi ordinis sancti Benedicti.
Iacobus Alberti pro archiepiscopo Ravennatensi,
Ferrariensi episcopo,
Parmensi episcopo, & Marchione Ferrariensi.
* Legoti Ioannes * Gigan pro capitulo Venetensi.
Fridericus de Spiritu pro archiepiscopo Ravennatensi, episcopo Ferrariensi,
Parmensi, & Marchione Ferrariensi.
Benedictus de Guillelactis clericus cameræ, pro episcopo Arcuratensi.
* Pyreto Frater Antonius de * Pecotto generalis ordinis Minorum pro toto ordine.
* Cremonensi, Iacobus Conradini pro episcopis * Gremensi, Famagustanensi, & pro abbate sancti Andreæ de sexto Iannensis diœcesis.
* Thoalgerensis, Choti Ioannes Tremosinus pro præposito * Thoalnrensi diœcesis Pragensis, ordinis Præmonstratensis.
Ægidius Petri canonicus Columbricensis, pro episcopo Columbricensi,
Columbriensi, & episcopo Visensi.
Ioannes decanus Lemovicensis, pro provincia Bituricensi & episcopo Lemovicensi.
Raimundus Gregorii, pro episcopo Sistaricensi.
Stephanus Poleiz pro domino episcopo Lutomuslensi, & universitate studii Pragensis.
* Statcosi. Elsinus archidiaconus Stratensis pro episcopo * Stavensi.
Ioannes de Flisco præpositus sancti Hadriani de Trigandio diœcesis Ianuensis, pro episcopis Vercellensi & Vigintimilliensi.
Laurentius Gnoda canonicus Lincopensis pro episcopo Lincopensi.
Frater Ioannes episcopus Firmanus.
Abbas sancti Petri Cabilonensis.
* Cincibetg, Theodoricus * Cintemberg, cancellarius episcopi Vbtacensis, pro ducibus Silesiæ, &c.
Vvoalmarus Sals & Luderus Rector pro episcopo Hildesheimensi & capitulo ejusdem.
Coantæ Amoniæ pro duce Britanniæ, rege Scotiæ, comite Norvegiæ, & comite Sabaudiæ.
Petrus Tetinger pro se & abbate Fuldensi, & præposito Nurembergensi, Pataviensis diœcesis.
Eberardus abbas in Lenienz pro se & monasterio, & tamquam procurator omnium abbatum, monachorum ordinis sancti Benedicti in diœcesi Herbipolensi.
Ioannes de Perona canonicus & procurator ecclesiæ capituli Turonensis.
Frater Bernardus prior domus Carthusiæ prope Argentinam, procurator prioris majoris Carthusiæ.
Guillermus de Forlivio rector conventus fratrum Eremitarum sancti Augustini de Forlivio, procurator domini Georgii de Ordelaffe domini Forlivii.
Galterus Grasse procurator & magister totius ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, utriusque juris doctor.
Nicolaus officialis Brixinensis pro episcopo & clero Brixinensi, & Ernesto duce Austriæ.
Petrus de Holzkytchen pro se & abbate Fuldensi, ordinis sancti Benedicti Herbipolensis diœcesis, & præposito Nurembergensi Pataviensis diœcesis.
Simon Bethure presbyter procurator episcopi Vasionensis & abbatis sancti Engerii Turensis.
Frater Antonius Coste ordinis prædicatorum.

A Ioannes de Vincellis procurator abbatis & conventus ac totius ordinis Cluniacensis, & procurator abbatis sancti Regnaudi, & prioris de Caritate. ANNO CHRISTI 1416.
Ioannes de Gorello ordinis Minorum conventus Parisiensis, ordinis ante dicti regens, nec non fratris Ioannis Quingonelli ordinis præfati in provincia Franciæ provincialis ministri procurator.
Frater Petrus Corvilhelli, procurator abbatis sancti Nicolai prope Andegaviam.
Ioannes Brossandi procurator episcopi & capituli Mirapicensis.
B Simon Dobetheus archidiaconus Vapincensis, procurator capituli ejusdem, & Attrebatensis.
Aymericus de * Atris procurator præpositi Montis Iovis & supra ordinis & abbatis Sanginaci. * Arcus
Iacobus Crasseri literarum apostolicarum scriptor, procurator capituli Avenionensis & Munatensis.
Bego de Rogeriis in legibus licentiatus, procurator episcopi Vetcensis, & deputatus pro provincia Narbonensi.
Berengarius Miserondi procurator conventus sancti Guillermi de Desertis, Lodovensis diœcesis.
Magister Ioannes Basiræ decretorum doctor, literarum apostolicarum corrector.
C Ioannes Vgoenti licentiatus in decretis, pro universitate Avenionensi, & certis abbatibus.
Hermannus de Argenilari abbas sancti Apri ordinis sancti Benedicti, Tullensis diœcesis.
Ioannes Seneschalli procurator domini abbatis Præmonstratensis & totius ordinis, & Ioannes de * Ponlexo, prior Romanæ curiæ, & cellerarius monasterii sancti Antonii, & præceptor de Reverso, ac procurator totius ordinis sancti Antonii & Augustini, ac procurator episcopi Taurinensis. * Ponleyo
Magister Nicolaus de Vuordis doctor decretorum, sacri palatii apostolici causarum auditor.
D Ioannes Vuipperdus decretorum doctor, procurator domini Ludovici archiepiscopi Rothomagensis, ac idem pro abbate * Fiscanensi ordinis sancti Benedicti Rothomagensis diœcesis. * Fiscanensi
Pasquerius de Vallibus baccalaureus in decretis, procurator abbatis sancti Ricarii in * Pontio ordinis sancti Benedicti, alias Ambranensis diœcesis. * Pontivo
Petrus * Ginecovi literarum sacræ pœnitentiariæ scriptor, & procurator episcopi & capituli Conseranensis. * Gaietani
Iacobus de Gramineis, de Graumicis, de Padua, canonicus Concordiensis, procurator episcopi Concordiensis, provinciæ Aquileiensis.
E Ioannes de Boves, procurator regis Franciæ, & procurator monasterii sancti Augustini.
Oliverius * Longuenet in artibus & medicinis magister, baccalaureus in decretis, procurator episcopi * Trecorensis, abbatum de * Busagio, de Malareyo, de Begardo, & Rhemensis sancti Benedicti Cisterciensis ordinis, & Venetensis, & Ravennarensis, & Trecorensis diœcesis. * Langulmet Genner * Busaya,
* Godoffredus Danli licentiatus in legibus, procurator episcopi Lemovicensis, & abbatis sancti Martialis Lemovicensis diœcesis. * Gaufridus
Petrus de Rococello prior prioratus conventualis beatæ Mariæ de Aurate.
Theodoricus procurator domini archiepiscopi Tolosanensis, missus & nominatus pro provincia

ANNO CHRISTI 1416.

vincia Tolofana, & epifcopi Agathenfis.

Raimundus de * Remeguerria licentiatus in decretis, prior majoris ecclefiæ Electenfis, procurator epifcopi & capituli Electenfis.

* Rentegueria

* Marinus

* Marinus epifcopus Aptoinenfis, procurator pro reverendiffimo patre domino Petro fanctæ Mariæ in Cofmedin diacono cardinali de Venetia.

* f. Brundufino.

Item pro domino archiepifcopo * Brunufino.

Tierricus de fancto Deodato licentiatus in legibus, & magifter in artibus, ambafiator univerfitatis Aurelianenfis, & procurator epifcoporum Tullenfis & Xanctenfis.

Verneius militis, decanus ecclefiæ Bambergenfis, Bremenfis diœcefis.

Henricus de Molendino canonicus Bremenfis, ambafiator domini archiepifcopi Bremenfis.

Guillermus Votis in utroque jure baccalaureus, canonicus ecclefiæ Gratianopolitanæ.

* Portellis,

* Artham & Almacham

* Valen.

Guillermus * Brucellis, domini Michaelis archiepifcopi * Amham primatus Hiberniæ, ac domini Thomæ epifcopi Offorienfis procurator.

Guillermus de Spelunca canonicus * Nolenfis, miffus nomine illuftriffimæ dominæ Ioannæ Navarræ & Angliæ reginæ, & nomine proprio.

Robertus prior Celfinorum, vicarius & procurator abbatis Cluniacenfis, & ejufdem conventus Matifconenfis diœcefis, pro ipfis & fuo Cluniacenfi ordine.

Simon Quatadriotum canonicus fancti Remigii, procurator dominorum epifcoporum Andegavenfis & Avenionenfis.

Thomas Bonorant licentiatus in legibus, procurator epifcopi Andegavenfis, & omnium fanctorum Andegavenfium; & Ioannes de Pratis monafterii ordinis fancti Auguftini Maclovienfis diœcefis.

Alexander abbas monafterii fanctæ Mariæ de Bellofonte veteris ordinis fancti Benedicti Malleacenfis diœcefis, licentiatus in decretis, ambafiator ecclefiæ regni Franciæ, pro provincia Burdigalenfi, cum aliis pro dicta provincia ad concilium venientibus miffus, & procurator epifcopi Lucionenfis.

* Ermegaudus

* Ermogandus de Cafferiis licentiatus in decretis.

Archipresbyter Narbonenfis, & prior de Capite ftagno Narbonenfis diœcefis, ambafiator univerfitatis Montifpeffulani Magalonenfis diœcefis.

Antonius de Zvvanevvatde procurator præpofiti, decani & capituli ecclefiæ fancti Salvatoris Hexbeberenfis diœcefis, & decani & capituli ecclefiæ beatæ Mariæ, Curtracenfis diœcefis.

* Beff. 10

Hugo de * Tefſeto canonicus ecclefiæ Catracenfis, procurator epifcopi Catracenfis.

Henricus abbas otriufque juris doctor, & Ioannes Honrode in eifdem juribus licentiatus, ambafiatores univerfitatis Andegavenfis ad facrum Conftantienfe concilium deftinati.

* Dolier

Ioannes * Dohor licentiatus in legibus, archidiaconus de Sabolio, & canonicus ecclefiæ Cenomanenfis provinciæ Turonenfis, procurator decani & capituli ecclefiæ Cenomanenfis.

Frater Petrus de Salienre cellerarius monafterö Aureliaci fancti Flori diœcefis, licentiatus in theologia & in decretis, vicarius epifcopi Gratianopolitani, & procurator Vapincenfis epifcopi, nec non abbatis Conchenfis Ruthenenfis diœcefis.

SESSIO XX. CONCILII.

* Honorodiæ

A Ioannes * Honorodiæ utriufque juris licentiatus, ambafiator univerfitatis Andegavenfis.

Hugo Fabri magifter in artibus & medicinis, procurator epifcopi Cameracenfis.

Elfius fcholaris pro abbate fancti Laurentii Faventinæ diœcefis.

Otto de * Milex præpofitus ecclefiæ Herbipolenfis, pro fe & epifcopo Herbipolenfi. * Milet

Ioannes * Habunde pro fe & epifcopo Eiftetenfi & duce Franconiæ. * Abundæ

Lampertus de Grolia, pro fe & regno Hungariæ.

Bertboldus Ruke præpofitus Lubecenfis, pro fe & epifcopis Tarbacenfi, Ozilienfi & Coromenfi.

B Petrus Storch in theologia doctor, pro univerfitate ftudii Lipfenfis.

Ioannes Crefte licentiatus io utroque jure, pro duce Guillermo Bavariæ, comite Hollandiæ, Hannoniæ & Zelandiæ.

Magifter Albertus de Nuremberga, pro fe & epifcopo Bambergenfi.

Philippus de Lumpteffa literarum apoftolicarum fcriptor, pro fe & Bartholomæo abbate monafterii fancti Laurentii extra muros Tridentinenfes.

* Cuntzo de Svvola, auditor facri palatii apoftolici, & Albertus Varemprapp pro fe & archiepifcopo Pragenfi. * Cunco

C Ioannes & Arnoldos Forcheim, literarum apoftolicarum fcriptores, pro fe & electo Getenfi.

Michael de Ezfedal rector parochialis ecclefiæ in Lofen Vratiflavienfis diœcefis, pro præpofito Martalenfi ordinis Præmonftratenfis, Conftantienfis diœcefis.

Nicolaus de Ballionibus, prior generalis ordinis fancti fepulcri Dominici.

Germinianus pro fe & abbate fanctæ Trinitatis Veronenfis, ordinis Vallis Vmbrofæ.

Bafilius de Triüs, procurator epifcopi Vicanenfis.

Fridericus epifcopus Fulginatenfis, pro abbate

D montis * Caffanenfis, & Iacobo epifcopo Spoletano, epifcopo Nucerino, & pro Nicolao abbate monafterii de Cruce faxi vivi de Fulgineo. * Matecani,

Dominus Arpinus de Alexandria, pro epifcopo Albiganenfi.

SESSIO XXI.

SESSIO XXI. CONCILII.

ANNO a nativitate domini millefimo quadringentefimo decimofexto, die vero Sabbati trigefima & penultima menfis Maii, fuit celebrata feffio generalis in majori ecclefia Conftantienfi, præfidente eidem reverendiffimo patre domino Ioanne epifcopo Oftienfi cardinali Vivarienfi: in qua quidem feffione dicebatur officium miffæ de Spiritu fancto, cum litaniis & aliis * feffionibus requifitis. Quibus expletis, fiebat fermo ad clerum per reverendum patrem Iacobum epifcopum Laudenfem, qui pro fuo themate affumpfit verba hæc, videlicet: *Exprobravit Deus incredulitatem eorum & duritiam cordis.* Et eo finito, magifter Hieronymus de Praga in medio exiftens, afcendens quemdam bancum, replicavit contra præfatum dominum Iacobum & ejus fermonem, & alia diverfa dixit & allegavit. Quibus & aliis pluribus auditis, reverendiffimus pater dominus patriarcha Conftantinopolitanus, unus de commiffariis ipfius fynodi, dicto magiftro Hiero-

* f. in feffionibus

Marc. 16.

SESSIO XXI. CONCILII.

Hieronymo præsente & audiente, sententiam definitivam contra eumdem Hieronymum de Praga alta & intelligibili voce in scriptis legit & promulgavit, prout & quemadmodum in quadam schedula papyrea, quam in suis manibus tenebat, tenoris inferius inserti, plenius continetur & habetur. Qua siquidem sententia lecta, & per synodum universaliter approbata, & per deputatos nationum, Antonium Concordiensem, Vitalem Tolonensem, Nicolaum Metsburgensem, & Patricium Cortagensem, episcopos, ac præfatum dominum Ostiensem, per verbum, Placet: idem Hieronymus traditus est potestati sæculari, & combustus fuit.

Tenor sententiæ definitivæ latæ contra Hieronymum de Praga. B

In nomine domini. Amen.

* vera

Christus Deus & salvator noster vitis * matura, cujus pater agricola est, discipulos ceterosque fideles suos in illis instituens, inquit: *Si quis in me*

Ioan. 15.

non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. Cujus summi doctoris & magistri doctrinam sequens, & præcepta exequens hæc sancta Constantiensis synodus, in causa inquisitionis hæreticæ pravitatis per eamdem sanctam synodum mota, fama publica referente, & clamorosa insinuatione demonstrante, contra magistrum Hieronymum dictum de Praga, dictum magistrum in C artibus, laicum, ex cujus causæ actis & processibus constat, eumdem Hieronymum tenuisse, asseruisse, dogmatizasse nonnullos articulos hæreticos & erroneos, dudum a sanctis patribus reprobatos: quosdam vero blasphemos, & alios scandalosos, & alios piarum aurium offensivos, temerarios & seditiosos, dudum per damnatæ memoriæ viros Ioannem Vuicleff & Ioannem Hus assertos, prædicatos & dogmatizatos, ac in nonnullis eorum libris & opusculis insertos. Quique doctrina & libri prædictorum Ioannis Vuicleff & Ioannis Hus, ac Vuicleff memoria, dictique Ioannis Hus persona, per eamdem sanctam synodum & ejus sententiam de hæresi damnati & damnatæ D fuerunt. Quamque damnationis sententiam idem Hieronymus postmodum, pendente hujusmodi inquisitionis causa, in eadem sancta synodo cognoscens & profitens veram, catholicam & apostolicam fidem approbavit, & eidem consensit, anathematizavitque omnem hæresim, præcipue eam, de qua erat infamatus, & se confitebatur infamatum, & quam præteritis temporibus dogmatizaverunt & tenuerunt Ioannes Vuicleff & Ioannes Hus in suis opusculis, sermonibus & libellis, & propter quam seu quas, cum suis dogmatibus & erroribus ab eadem sancta synodo damnati fuerunt tamquam hæretici, & eorum doctrina similiter damnata, præmissorumque omnium damnationem professus, & juravit se in hac E fidei veritate permansurum. Et si ipse quidquam contra sentire, prædicare præsumpserit, canonum severitati subjacere, & æternæ pœnæ voluit obligari. Nec non suam professionem manu sua conscriptam eidem sanctæ synodo obtulit atque dedit. Post quas professionem & abjurationem multis diebus transactis, sicut canis ad vomitum rediens, ut virus pestilentissimum quod in suo latitabat pectore, publice evomeret, audientiam publicam sibi dari in eadem sancta synodo postulavit. Qua sibi concessa, coram eadem synodo publice congregata asseruit, dixit & professus est A in effectu, quod præfatæ sententiæ damnationis dictorum Ioannis Vuicleff & Ioannis Hus inique consenserat, & illam sententiam approbando mentitus fuit. Nec verebatur se confiteri mentitum: quinimo confessionem, approbationem & professionem suas super illorum damnatione revocabat nunc & in æternum, asserens se in libris Ioannis Vuicleff & Ioannis Hus nullum unquam hæresim vel errorem legisse, licet ante fuerit confessus, & probatum sit evidenter, ipsum libros eorum diligenter studuisse, legisse & dogmatizasse, & in quibus constat plures errores & hæreses contineri. Unde idem Hieronymus de sacramento altaris & transsubstantiatione panis in corpus professus est se tenere & credere, quod ecclesia tenet; dicens, se plus credere Augustino & ceteris ecclesiæ doctoribus, quam Ioanni Vuicleff & Ioanni Hus. Constat insuper ex præmissis, eumdem Hieronymum prædictis Vuicleff & Hus damnatis & eorum erroribus adhærere, illorumque fautorem fuisse & esse: propter quæ eadem sancta synodus eumdem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit, ipsumque hæreticum, & in hæresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum pronuntiat & declarat, atque damnat.

ANNO CHRISTI 1416.

SESSIO XXII.

De unione ambasiatorum regis Aragonum.

SESSIO XXII. CONCILII.

DIE Iovis decimaquinta mensis Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi, ad hoc specialiter deputata, & reverendissimus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis schedulam tenoris subsequentis legit & publicavit.

Decretum locationis ambasiatorum regis Aragonum.

Sacrosancta synodus Constantiensis considerans, quod ad suam & suorum ad hoc deputatorum instantiam, oratores carissimorum ecclesiæ filiorum Iacobi & Ioannæ, regis & reginæ Ierusalem & Siciliæ illustrium, requisiti fuerunt, ut quoniam expectantur oratores carissimi ecclesiæ filii regis Castellæ & Legionis illustris huc ad synodum venturi, ad perficiendum cum ipsa synodo ecclesiæ unionem, placeret eisdem oratoribus dictorum regis & reginæ, dimittere locum, quem in loco sessionis nunc tenent, tamquam qui eisdem oratoribus dicti regis Castellæ venientibus debebitur, & durante præsenti concilio, vadant ad partem sinistram immediate post ambasiatores etiam carissimi filii regis Angliæ illustris. Ideo eadem synodus decernit & statuit, quod ob hoc, sive veniant, sive non veniant dicti oratores regis Castellæ, non præjudicetur eisdem regi & reginæ & eorum regnis, nec dictis oratoribus suis eorum nomine, aut aliis quibuscumque, quoad locum & honorem, qui sibi in hac synodo debentur, tam in sessionibus, quam in processionibus & in aliis quibuscumque. Et si contingat, quod medio tempore ante adventum oratorum dicti regis Castellæ, aliquis vel aliqui oratores alterius regis sederent in loco prædicto, ambasiatoribus dictorum regis Iacobi & Ioannæ reginæ dimisso, declarat eadem sancta synodus, quod hoc erit de tolerantia, permissione & gratia, & pro hac vice dumtaxat, & quod per hoc illi vel illis nullum

jus

Anno Christi 1416.

Sessio XXII. Concilii.

... acquiratur ex cessione prædicta, nec præjudicetur dictis ambasiatoribus regis & reginæ prædictorum, & regnis ac processionibus, vel aliis actibus, qui concurrerent in hac synodo.

Post hæc autem reverendus dominus magister Antonius Taxal generalis ordinis beatæ Mariæ de mercede, in dicto ambone existens, legit schedulam tenoris subsequentis.

Schedula lecta per ambasiatores regis Aragonum.

Nos Ioannes Raimundi Floch comes Cardonæ, frater Antonius Taxal sacræ paginæ magister, generalis ordinis beatæ Mariæ de mercede, Raimundus * Xatmar miles, Sperans-in-Deo Cardonæ jurisperitus, Gundisalvus Garsię de sancta Maria decretorum, & Michael de Navers utriusque juris, doctores, oratores & procuratores illustrissimi principis & domini nostri domini Alphonsi regis Aragonum, &c. volentes & intendentes adimplere conventionem Narbonæ initam inter serenissimum principem & dominum, dominum Sigismundum Romanorum & Hungarię regem, & procuratores, nuntios & legatos præsentis congregationis Constantiensis ex una; & etiam oratores & procuratores ac nuntios dominorum regum Castellæ, Aragonum & Navarrę, nec non illustrium principum dominorum Fuxi & Armeniaci comitum ex alia partibus; præsentavimus nos in hoc loco coram paternitatibus vestris, offerentes nos ad exequendam dictam conventionem, & omnia, & singula contenta in ea. Et sic nunc attendentes, quod in primo capitulo dictæ conventionis continetur, quod convocatio fiat per prælatos ceterosque viros ecclesiasticos hujus congregationis, per literas quæ dirigantur ad dominos principes & alios de obedientia domini Benedicti papæ decimitertii quondam nominati, & vice versa, quod præfati domini reges & principes de obedientia dicti domini Benedicti faciant per literas convocatorias ad vos prænominatos prælatos, ceterosque dominos de congregatione præsenti, vel per suos ambasiatores vel procuratores mittendos, vos hic in Constantia congregatos convocabunt: & attento etiam quod convocatoriæ literæ pro parte vestra dicto domino regi Aragonum præsentatæ fuerunt, volumus & nos satisfacere dicto capitulo, cujus tenor, quantum ad literas convocatorias quæ in eo continentur, talis est: Miseratione divina episcopi, &c. Post lecturam vero præfatus dominus archiepiscopus Mediolanensis prædictas literas convocatorias legit alta voce, in dicto ambone existens.

* infra Xanin

Litera convocatoria.

Miseratione divina episcopi, presbyteri, diaconi, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, prælati, & ceteri in Constantia provincia Moguntinensis in Christi nomine congregati, illustri principi Ferdinando Dei gratia Aragonum & Siciliæ regi, salutem & ecclesiasticam unionem feliciter intueri.

Quamquam misericordiæ domini neque mensuram ponere, neque ejusdem tempora definire possimus, in dies attamen quos diligit, castigans, compertum habemus, quod flagellat, ut in tentatione proventum faciat, & probatos ampliori retributione prosequatur. Ipso siquidem permittente, triginta octo annis & amplius populus ejusdem peculiaris, qui Christiano nomine gloriamur, afflicti fuimus pestifero & execrabili schismate præsenti, cujus occasione omnium pene vivendi modorum status confractus est. Ut cessaret angelus percutiens, altissimum exoravimus, & indefesse ad id sudores nostros & animos aptavimus: propitietur populo suo misericors dominus, deprecamur, & secundum altitudinem cæli a terra corroboret misericordiam suam super timentes se. Unde quamquam varios perpessi fuimus pro pace ecclesiæ consequenda labores, & per anni circulum & ultra circa hoc vacaverimus, nondum venit dies domini, in qua pace frui optabamus; verum appropinquat: speramus in ejus auctore, quia arras ipsius reperimus. Nam dominus, qui Gregorius duodecimus in sua obedientia dicebatur, sua sponte cessit: sic & dominus, qui Ioannes XXIII. dicebatur, facere voluit, atque fecit. Ut autem hoc idem faceret dominus Petrus de Luna, qui Benedictus decimustertius in sua obedientia nominatur, legatos & nuntios nostros ad serenitatem vestram, & ipsum cum serenissimo Romanorum rege venerabiles & reverendos patres, & doctissimos viros archiepiscopum Turonensem, & alios collegas destinaveramus. Qui quidem dominus Petrus admonitus, rogatus, exhortatus & requisitus humiliter, apte, debite & juridice, cessionem per ipsum jure divino pariter & humano, & alias multipliciter debitam facere noluit, sed hucusque distulit atque differt in totius ecclesiæ scandalum, ac populi Christiani jacturam & animæ suæ detrimentum. Quam quidem cessionem ut faceret, per vos fuit dictus dominus Petrus de Luna requisitus pluries per principes & comites notabiles obedientiæ suæ. Idcirco ut filii pii matri suæ compatientes, nitimur, & quantum in nobis est, nisi fuimus pacem prædictam obtinere, & animos virtuosorum virorum ad hoc allicere, quatenus in illo, qui est verus ecclesiæ sponsus, congregati in unum simul, matrem ecclesiam divisam uniamus, & indecentia quælibet quæ dicti schismatis occasione pullularunt, tollamus, & de medio auferamus. Hinc serenitatem vestram obsecramus per viscera misericordiæ Dei nostri, & per aspersionem sui pretiosissimi sanguinis, & per precium redemptionis nostræ exoramus, requirimus & monemus, quatenus ob Dei nostri reverentiam ad tractandum una nobiscum super infra scriptis veniatis, & subditos vestros, qui possint & debeant conciliis generalibus interesse, quos una vobiscum præsentibus convocamus, moneatis, inducatis, & eosdem auctoritate a Deo vobis tradita, qua potestatis culmina intra ecclesiam principatus proprio decore tenetis, & de eadem reddituri estis rationem, juxta dispositionis vobis traditæ modum convocetis, ut infra tres menses immediate sequentes, præsentationem Perpiniani aut Barcinone de præsentibus faciendam, concordatam in capitulis die decimotertio Decembris proxime lapsi Narbone super materia unionis firmatis (de qua quidem præsentatione certificabimini in Constantia) compareatis ad schisma sedandum, unionem ecclesiæ procurandam, reformationem etiam ipsius ecclesiæ tam in capite quam in membris complendam, & dejectionem dicti Benedicti effectualiter faciendam, & ad electionem futuri Romani pontificis procedendum, ac pro aliis causis & rationibus, quæ ad generale concilium de jure pertinent & spectant. Per hoc enim populum quem Christus suo sanguine precioso acquisivit, in unum ovile ad gloriam æternam consequendam, apta mente, ac debitum Deo & ecclesiæ matri nostræ

XXII. CONCILII.

redditurí, æternæque retributionis præmia consequi poteritis.

Datum & actum Constantiæ in ecclesia cathedrali dicti loci, in qua pro præmissis fueramus congregati secundo Nonas Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimosexto, apostolica sede vacante.

Postquam autem præfatus archiepiscopus suam lecturam complevisset, ambasiatores dicti regis Aragonum volentes satisfacere dicto capitulo, dixerunt per organum præfati magistri Antonii Tazal, ut sequitur.

Nos oratores & procuratores illustrissimi principis domini Alphonsi, domini nostri regis Aragonum, &c. convocamus vos omnes prælatos, & ceteros dominos de hac congregatione, juxta tenorem dicti capituli.

Deinde prælati, & ceteri in ipsa congregatione existentes, per organum dicti archiepiscopi Mediolanensis responderunt in hunc modum.

Nos miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati, & ceteri hic congregati, dictam convocationem acceptamus, & offerimus nos paratos sine dilatione quacumque ad procedendum ad ulteriora. Et insuper requirimus vos oratores & procuratores prædictos, quatenus ad unionem faciendam nobiscum procedatis juxta tenorem tertii capituli conventionis prædictæ, quod incipit: Tertio, quod præfatus de obedientia domini Benedicti, &c. Oratores vero regis Aragonum responderunt per organum dicti domini Antonii Tazal, dicentes: Nos oratores & procuratores prædicti, dicto nomine unimus nos vobis juxta tenorem capituli antedicti. Mox domini prælati & ceteri dixerunt, & responderunt per organum domini Bartholomæi archiepiscopi Mediolanensis, ut sequitur.

Nos miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, prælati, & ceteri hic congregati, supradictam unionem vestram acceptamus, & e converso nos vobis procuratoribus prædictis dicto nomine juxta tenorem dicti capituli unimus. Et sic tam prælati, quam ambasiatores prædicti dixerunt submissa voce: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Et super præmissis petierunt instrumentum & instrumenta hinc inde. Et præsidentes pro nationibus, ac cardinalis Ostiensis pro collegio cardinalium, responderunt, Placet.

Quibus sic peractis, præfati domini ambasiatores regis Aragonum descenderunt ambonem, & iverunt in scamno, in quo sedebant ambasiatores regis Franciæ. Et interpositi fuerunt inter eosdem in hunc modum. Primo enim in primo loco sedebat egregius vir Ioannes de Gersono cancellarius ecclesiæ Parisiensis, sacræ theologiæ professor, ambasiator Francorum regis. Et post eum sedebat dominus Ioannes Raimundus Floch comes Cardonæ, ambasiator Aragonum regis. & sic de singulis.

Quibus sic ordinatis, & in bona concordia completis, reverendissimi domini cardinales ac ceteri domini ac prælati pluvialibus se induerunt, mitras capitibus imponentes: & reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, in eadem sessione præsidens existens, assumptis secum diacono & subdiacono, & aliis, ut est moris; diaconus dixit alta voce cantando: Orate. Et hoc dicto, omnes genibus flexis per aliquod temporis intervallum oraverunt, &c. omnibusque ceremoniis completis solenniter, prout est de more aliarum sessionum lectoque evangelio, *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem*, archiepiscopus Mediolanensis legit decreta & capitula sequentia. Joan. 15.

Concessio vocum ambasiatorum regis Aragonum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, ex certa scientia & etiam certis ex causis animos dictæ synodi specialiter moventibus, pro bono pacis & unionis redintegrandæ in ecclesia sancta Dei, statuit & decernit, ac salva semper protestatione infrascripta, quam in omnibus infrascriptis capitulis, & in singulis eorum partibus voluit habere pro repetita, liberaliter concedit dilectis ecclesiæ filiis, nobilibus, religiosis & egregiis viris Ioanni Raimundo Floch Cardonæ comiti, fratri Antonio Tazal sacræ paginæ magistro, generali ordinis beatæ Mariæ de mercede, & Raimundo de Xantin militi, Speranti-in-Deo Cardonæ jurisperito, Gundisalvo Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michaeli de Navers utriusque juris, doctoribus, oratoribus, procuratoribus, ambasiatoribus & consiliariis clarissimi ipsius ecclesiæ filii Alphonsi regis Aragonum illustris, & pro majori robore & firmitate cum eisdem oratoribus præsentibus convenit ac paciscitur, quod oratores præfati præsentes, & alii venturi oratores ejusdem regis, hic durante concilio, & pro hac vice tantum, tantam habeant vocem, tantæ virtutis & auctoritatis, quantæ essent voces omnium prælatorum, ecclesiasticarumque personarum, regnorum & terrarum ipsius regis, quæ possidet citra & ultra mare, quæ ad generale concilium sunt assuetæ vocari; & hoc in hac natione Hispanica in qua erunt: quodque per hoc concilium expediantur negotia per nationes, juxta modum qui in præsenti concilio hactenus observatus est.

Item quod clarissimi ecclesiæ filii reges Castellæ, Portugalliæ & Navarræ illustres, habeant eamdem gratiam, quæ etiam exnunc intelligitur concessa, inquantum ipsi vel procuratores eorum habere eam voluerint: ipsis tamen regibus Castellæ & Navarræ observantibus capitula in civitate Narbonensi inter clarissimum ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem illustrem, & dilectos etiam ipsius ecclesiæ filios, procuratores & nuntios dictæ synodi ex una; & procuratores & oratores prædictorum regnorum Castellæ, Aragonum & Navarræ, & dilectorum ecclesiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera concordata.

Item quod prædicta concessio valeat pro prælatis & personis ecclesiasticis prædictis, tunc a concilio absentibus.

Item solenniter protestatur, quod prædicta concessio atque statuta, decreta, conventiones & pacta hujusmodi omnino intelligantur facta sine aliquo præjudicio capitulorum prædictorum, in dicta civitate Narbonensi concordatorum: quibus capitulis concordatis ac concordiæ dicta sancta synodus omnino stare intendit, nec ab eis in toto vel in parte recedere; & ita in præsentia oratorum prædictorum solenniter protestatur.

Subsequenter idem archiepiscopus legit in ambone quæ sequuntur.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata, viso & consi-

ANNO CHRISTI 1416.

consideraro capitulo secundo ex capitulis Narbonensibus, inter clarissimum ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum & Hungariæ, &c. regem illustrem, & dilectos etiam ecclesiæ filios, procuratores & nuntios dictæ synodi ex una, & procuratores & oratores clarissimorum dictæ ecclesiæ filiorum, Castellæ, Aragonum & Navarræ regum illustrium, & dilectorum ecclesiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera concordatis, quod incipit: Secundo, quod dictæ convocationes fiendæ, &c. Deinde finito dicto capitulo legebar hæc verba: videlicet, A

Volens in omnibus observare dictum capitulum, promittit, ratum habet, securat, & specialiter confirmat ac noviter firmat, ac statuit & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo continetur. Viso etiam quarto capitulo dictorum capitulorum, quod incipit: Quarto, quod per dictum unitendum concilium, &c. abolet, tollit, annullat eadem sancta synodus quoscumque processus, sententias, ordinationes, statuta & pœnas, ut in dicto capitulo quarto supra descripto continetur, usque ibi: Et quod statuatur, &c. B

Item statuit eadem sancta synodus, quod nunquam de cetero ratione vel occasione dicti schismatis aut adhæsionis dicti domini Benedicti, & sui prædecessoris domini Clementis, possit contra dictos reges, principes, & alios de obedientia dicti Benedicti quomodolibet procedi in judicio vel extra, ut in fine dicti capituli quarti supra descripti continetur. Viso etiam quinto capitulo, quod incipit: Quinto, quod per dictum formandum capitulum & concilium, &c. eadem sancta synodus approbat, laudat, confirmat, & meliori modo quo fieri potest, plenissime firmat omnes & singulas dispensationes, gratias & concessiones factas per dominum Benedictum prædictum quibusvis personis suæ obedientiæ, de quibusvis dignitatibus, ut in dicto quinto capitulo continetur, usque in diem primæ requisitionis factæ eidem domino Benedicto per reges & principes suæ obedientiæ, ut in ipso capitulo continetur. Viso etiam undecimo capitulo, quod incipit: Vndecimo, quod dictus dominus rex, &c. Et attento quod dicitur in dicto undecimo capitulo ibi: Et quod in prima sessione dicta sancta synodus, &c. facit, concedit, statuit & ordinat in omnibus & per omnia, prout in dicto undecimo capitulo continetur. C D

Omnia præmissa tam prælati, ceterique notabiles viri sessioni interessentes, quam oratores sæpe fati, expresse juraverunt. Iuramenta autem prædicta nomine concilii & aliorum quorum interterat, de ipsius concilii mandato requisiverunt & receperunt reverendi partes domini Iacobus Rhodini a parte dextra, in qua sedent episcopi & presbyteri cardinales, & Thomas Poltensis sanctæ sedis apostolicæ protonotarius a parte sinistra, in qua sedent diaconi cardinales & ceteri. E

Quibus præstitis præfatus dominus Mediolanensis legit schedulam tenoris sequentis: Et prædicta omnia & singula intelligantur, & locum habeant, semper attento tenore omnium & singulorum capitulorum Narbonæ concordatorum, quibus & eorum cuilibet dicta sancta synodus stare intendit, nec ab eis, vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere. Ad quam ex parte nationum & dominorum cardinalium fuit responsum, Placet. Deinde dominus Antonius Taxal legit quamdam schedulam tenoris subsequentis.

Schedula acceptationis, per ambasiatores regis Aragonum lecta.

SESSIO XXII. CONCILII.

Nos Ioannes Raimundus Floch comes Cardonæ, frater Antonius Taxal sacræ paginæ magister, generalis ordinis beatæ Mariæ de mercede, Raimundus Zatmar miles, Sperans-in-Deo Cardonæ jurisperitus, Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michael de Navets, utriusque juris doctores, oratores, procuratores, ambasiatores & consiliarii illustrissimi principis & domini nostri Alphonsi regis Aragonum, &c. dictis nominibus & quolibet ipsorum nominum, omnibusque aliis melioribus modo, via, jure, forma, causa & nominibus, quibus validius & efficacius possumus & valemus, omnia & singula decreta, statuta & protestationes, nec non conventiones ac pacta per sacrosanctam generalem synodum Constantiensem nobiscum dictis nominibus facta & edita, & quæ nunc sunt seriosius lecta, ipsa habentes pro sufficienter expressis, & solenniter repetitis, vice & nomine domini nostri regis præfati, ac omnium regnorum & terrarum suarum, acceptamus, assentimus, approbamus, & solenniter confirmamus: & similiter sicut ipsa synodus protestata est, quod non intendit recedere a capitulis in prædicta civitate Narbonensi concordatis, de quibus in decreto præsentis concilii nunc de proximo edito, quod hic volumus habere pro expresso & specifice declarato, facta extitit mentio specialis, ita & nos dictis nominibus & quolibet eorum solenniter protestamur. Et super omnibus superius descriptis, promotores concilii petierunt instrumenta. Et similiter ambasiatores regis Aragonum per organum Antonii Taxal hoc idem petierunt.

Prædictis peractis, Antonius Taxal fecit collationem ad commendationem regis & reginæ Aragonum, assumens pro themate, *Rex tuus venit*, Matth. 21. Qua collatione facta reverendissimus pater dominus Franciscus tituli sanctorum Cosmæ & Damiani cardinalis, nomine synodi respondendo Antonio Taxal, fecit brevem collationem, dicens: Exultemus omnes in domino. Post hujus collationem cœperunt omnes cantare hymnum, Te Deum laudamus, &c. Et oratione dicta, fuit cantata missa de Spiritu sancto per reverendissimum patrem cardinalem Aquileiensem vulgariter nuncupatum. Acta fuerunt hæc anno, indictione, mense & loco quibus supra, &c.

SESSIO XXIII.

SESSIO XXIII. CONCILII.

IOVIS die quinta mensis Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, fuit celebrata generalis sessio in majori ecclesia Constantiæ, præsidente eidem sessioni reverendissimo patre domino Ioanne episcopo Ostiensi, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinali & vicecancellario. Fuitque cantatum officium missæ de Spiritu sancto per dominum Ioannem patriarcham Antiochenum. Quo expleto, legebantur litaniæ, & alia fiebant quæ in sessionibus fieri solent. Eisdem completis, reverendissimus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis legit & publicavit ordinationem sanctæ synodi sub tenore sequenti.

SESSIO XXIII. CONCILII.

ANNO CHRISTI 1416

Commissio deputatorum data super informatione summaria facienda ad effectum citationis personalis, & per edictum contra Petrum de Luna.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, in auctore pacis uno Deo nostro Iesu Christo, qui sibi sponsam unam sanctam ecclesiam sui preciosi sanguinis precio comparavit, quæ in Christo Iesu summo angulari lapide erevit in templum sanctum in domino, junctisque simul parietibus fecit utraque unum, ut in pace fieret locus ejus ad tollendum pacis obstacula, uniendamque scissuram fidelium, in qua ille * Christi adversarius caput ecclesiæ malignantium, dolens satis & erubescens, hominem constantem ex lutea materia, caritatem in terra tenere, quam in cælo nequiverat habere, ipsius sponsæ Christi per schisma pestiferum, proh dolor, ingens, & tam diuturnis, utpote trigintaocto annorum, temporibus jam peractis, caritatem vulneravit, rescidit unitatem. Quæ licet in magna parte Spiritus sancti gratia in præsenti sacratissima generali synodo ad hoc præcipue inter cetera congregata cooperante, conjuncta sit per ejectionem & renuntiationem domini Baltassaris olim Ioannis vigesimitertii, & renuntiationem Angeli de Corario, Gregorii duodecimi in sua obedientia nuncupati, qui inter se eum domino Petro de Luna, Benedicto decimotertio in sua obedientia nuncupato, de papatu contendebant; quorum Ioannis & Gregorii Dei gratia in eadem sancta synodo obedientiæ sunt unitæ: adhuc tamen hostis ille unitatis & pacis, in reliqua parte, videlicet in sua obedientia dicti domini Petri, Benedicti decimitertii nuncupati, seu ejus parte, per ejusdem domini Petri duritiam, pertinaciam & contumaciam, in grave & maximum scandalum universalis ecclesiæ & Christiani populi, atque periculum fidei catholicæ & ruinæ fidelium animarum, scissam detinet, & lacrymabiliter vulneratam: idcirco eadem sancta synodus inter cetera ad ipsum schisma & hæreses alias extirpandum, procurandamque ipsius ecclesiæ unionem, præcipue congregata, considerans quod præmissis attentis, totum hujus reliqui schismatis pondus in persona dicti domini Benedicti consistit, & quod in eo solo stat, quo minus ipsum schisma radicitus extirpetur, & per consequens resultet præfata unio ecclesiæ sanctæ Dei: & attendens quod tam in diuturnis temporibus quibus hoc schisma pestiferum * pertractum est, omnium doctissimorum virorum Christi fidelium ingenia, etiam cum summis studiis & laboribus, attentis maxime difficultatibus ejusdem schismatis, nullam viam possibilem & securam sine fidelium scandalo ad præfatum schisma extirpandum reperire potuerunt, præter cessionem de papatu omnium contendentium: quam viam idem dominus Benedictus vocatus a suis, velut multorum Christi fidelium vox testatur, ante suam electionem a suis in papam, pro pace danda ecclesiæ laudaverat & approbaverat, atque in ipso conclavi quando fuit electus, promisit & juravit prosequi unionem ecclesiæ per omnes vias accommodas, usque ad cessionem de papatu inclusive, si ipsum in papam eligi contingeret, ut cardinalibus qui tunc erant, vel eorum majori parti expedire videretur, atque post suam electionem idem promisit & juravit; dictaque conditio postmodum etiam purificata extitit: & deinde pro pace danda ecclesiæ promiserit & juraverit papatui suo prætenso cedere, altero videlicet, Ioanne & Gregorio cum eo contendente, cedente, mortuo vel ejecto: quæ etiam conditio in ambobus, videlicet Ioanne & Gregorio prædictis, solenniter impleta est, ut præfertur. Attendens igitur quod idem dominus, dictus a suis Benedictus, jam viginti duobus annis complens, paparum secundum se tenuit, quibus temporibus multifarie multisque modis ex parte regum, principum, prælatorum & aliorum Christianorum, tam suæ, quam alterius obedientiæ, etiam post purificationem conditionum prædictarum, fuit cum magnis & iteratis instantiis seriose, solenniter, humiliter & devote requisitus, quatenus pro tollendo hujusmodi schismate, & pro unione ecclesiæ sanctæ Dei vellet suo prætenso papatui cedere, prout secundum omnium fidelium, seu majoris partis illorum judicium tenebatur jure divino pariter & humano, quod facere ipse semper animo pertinaci atque effrenato, superbiæ tumoris spiritu correptus, recusavit, & subterfugia quædam adhibens, ad excusandum excusationes in peccatis, ecclesiæ ipsam in hujusmodi schismate, quod ipse tollere potuit, relinquens, nullam debitam curam aut diligentiam sufficientem & effectualem adhibuit ad ipsum schisma tollendum, & ecclesiæ unionem consequendam; sed ad unum terrarum angulum in castro munitissimo Paniscolæ in litore maris, ubi ad eum non esset tutus accessus, se reclusit, ubi omni suo posse præfatum inveteratum schisma nutrit & fovet, & impedimenta quæcumque potest, præstat & procurat, ne ad dictam unionem pervenire possit: quæ omnia secundum sanctorum decreta hæresim inferunt manifestam. Eapropter super præmissis & aliis declarandis in processu, & latius exprimendis, volens eadem sancta synodus evacuare quod ex parte est, ut sequatur perfectum, & ad ipsum schisma penitus submovendum procedere, licet præmissa omnia, notoria & vera communiter habeantur & reputentur, & super illis tota fidelium clamet multitudo, sibiipsi satagens providere, quasi pro quodam hujusmodi provisionis remedii fundamento, committit devotissimis ecclesiæ filiis Guillermo tituli sancti Marci, & Francisco tituli sanctorum Cosmæ & Damiani, dicto Florentino, sanctę Romanę ecclesię cardinalibus, Ioanni electo patriarchę Constantinopolitano, ac venerabilibus fratribus Stephano Dolensi, Roberto Saresbiriensi, episcopis, ac dilectis ecclesię filiis Iacobo electo Parmensi, Guillermo Pulcri nepotis, fratri Antonio Taxal generali ordinis beatę Marię de mercede, fratri Mauricio de Praga, sacræ paginę professoribus, Michaeli de Navers, Nicolao Vvordis juris utriusque, & Ioanni Belles decretorum, doctoribus, & eorum majori parti, quatenus super præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis, dependentibus & connexis, ac aliis ad ea quomodolibet facientibus, illorumque notorietate, fama & clamore, ac etiam quę loca insignia consistant viciniora dicto castro Paniscolę, ad quę sit tutus accessus, summarie & diligenter inquirant, testes & alia probationum genera recipiant & examinent, eorumque dicta & attestationes, & alia quęcumque invenerint, in scriptis & forma publica redigant, seu redigi faciant, & ea etiam sacrę synodo repræsentent & fideliter referant, ut exinde ipsa synodus procedat, decernat & statuat, prout ad pacem & salutem ecclesię & fidelium, extirpationem schismatis & unionem ipsius ecclesiæ

ANNO CHRISTI 1416.

sibi secundum justitiam videbitur expedire. Datque eisdem commissariis & majori ipsorum parti, testes per censuram ecclesiasticam compellendi veritati testimonium perhibere, & alios quoscumque præstantes ad prædicta impedimenta coercendi, & alia faciendi circa præmissa necessaria & etiam opportuna, plenam & liberam potestatem. Lecta autem dicta ordinatione, dictus patriarcha Antiochenus pro omnibus dictæ synodi nationibus, & de ipsarum consensu respondit per verbum, Placet. Et præfatus dominus Ostiensis nomine collegii cardinalium similiter respondit: Placet.

SESSIO XXIV.

Pro citatione decernenda contra Petrum de Luna.

SESSIO XXIV. CONCILII.

Die Sabbati vigesimaoctava dicti mensis Novembris, fuit sessio generalis per synodum Constantiensem mane hora Tertiarum, in ecclesia majori prædicta Constantiensi solenniter celebrata, in qua reverendissimus pater dominus patriarcha Antiochenus officium missæ celebravit. Quo finito, more aliarum sessionum legebantur litaniæ. Præcedebat autem eidem sessioni dominus Ioannes episcopus Ostiensis. Reverendissimus autem pater dominus Stephanus episcopus Dolensis, de mandato & ordinatione sanctæ synodi & ordinatione ipsorum commissariorum, legebat citationem decretam contra Petrum de Luna: cujus citationis tenor sequitur, & est talis.

Tenor citationis contra Petrum de Luna.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, universis & singulis venerabilibus fratribus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac dilectis ecclesiæ filiis abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, tam cathedralium, quam collegiatarum canonicis, parochialium & conventuum ac regularium ecclesiarum rectoribus, ceterisque viris ecclesiasticis, nec non notariis & tabellionibus publicis quibuscumque, ac aliis Christi fidelibus ubilibet constitutis, & cuilibet eorum in solidum, ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, salutem & omnipotentis Dei benedictionem, ac mandatis nostris & ecclesiæ diligenter obedire.

Clamat sancta fidelium mater ecclesia sponsa Christi, clamat Christiani populi multitudo, clamaverunt jam a multis annis ad dominum, cum per hoc tam urgens diuturnis temporibus schisma pestiferum tribularentur, & tribulantur, nec in totum adhuc exaudivit eos. Attendunt enim, quanta per hoc infaustum pestiferumque schisma & divisionis vulnus nefandissimum, est universalis ecclesiæ calamitas, quam inveterata scissura, quantaque lethalis infirmitas, quamque postremo graves & prope casum ruinæ jam, proh dolor, in vita & moribus, in statu & honestate cleri, tam in libertatibus suis, & quod gravius est, in cultura Dei & officiis ecclesiasticis, quodque gravissimum est, in religione & fide Christiana, ipsa deformatur ecclesia. Insurrexerunt & pullulant in diversis regionibus horrendæ hæreses a tempore hujus perniciosissimi schismatis, & nisi eidem ecclesiæ de unico summo pastore & indubitato Christi vicario providcatur celeriter, per cujus providentiam cum Dei auxilio præsatis occurratur periculis, & tam gravibus universalis ecclesiæ morbis competens adhibeatur medela:

A pertimescendum est, ne labatur, prout jam sæpe lapsus est omnis decor ejus, deturque universis gentibus in contemptum, & status ejus sit, ut jam esse incepit, in opprobrium & conculcationem, ex quibus ecclesia Dei & fidelis populus Christianus grave scandalum patiuntur. Et quod licet dominus Benedictus papa decimustertius, a vigintiduobus annis citra sic in sua obedientia nuncupatus, præ ceteris istud schisma, quod ante ejusdem domini Benedicti electionem jam sexdecim annis ipso existente cardinali duraverat, totis viribus tollere etiam usque ad exponendum animum pro grege dominico teneretur & teneatur: licet etiam eidem Benedicto ecclesiæ prædi-

SESSIO XXIV. CONCILII.

B ctæ calamitates, scissuræ & alia pericula & scandala præmissa incognita non fuerint, nec sint, sed eidem & toti populo Christiano notoria; ipseque prædictis calamitatibus, & scissuris, periculis & scandalis obviare, ac totum prædictum schisma tollere potuerit, & adhuc posset, attento maxime quod Ioannes papa vigesimustertius, sic in sua obedientia nuncupatus, a suo papatu tam per illius canonicam electionem, quam per suam renuntiationem amotus sit: & Gregorius duodecimus, sic in sua obedientia nuncupatus, sponte renuntiaverit, solo ipso Benedicto pro papa postmodum se gerente, super quem & in quo principaliter totum pondus dicti pestiferi schismatis & facultas illud submovendi, & a quo præmissa omnia mala & pericula provenerunt & perdurant,

C constat & consistit adhuc: licet insuper idem dominus Benedictus existens cardinalis, ante ipsius electionem, ad tollendum dictum schisma viam renuntiationis mutuæ contendentium de papatu laudaverit, approbaverit, & dixerit esse utiliorem & faciliorem, & juraverit solenniter cum aliis cardinalibus ipsius obedientiæ imminente electione summi pontificis Romani, in sua obedientia per eos fienda, quod si ipsum in papam contingeret assumi, prout fuit assumptus, ipse unionem ecclesiæ sine excusatione, dilatione & machinatione quibuscumque diligenter prosequeretur per om-

D nes vias accommodas, etiam usque ad cessionem papatus inclusive, si præfatis cardinalibus qui tunc erant, vel eorum majori parti videretur expedire, ipseque in papam assumptus idem juraverat, & postea dictis cardinalibus vel eorum majori parti, imo omnibus præter unum, visum fuit expedire, quod ipse unionem ecclesiæ prosequeretur per viam mutuæ cessionis, & quod illam offerret. Et hoc idem eidem Benedicto per eos in papam assumpto extitit postmodum declaratum, & dicta purificata conditio. Fuitque deinde ex parte carissimi ecclesiæ filii Caroli Francorum regis per suos solennes legatos claræ memoriæ duces * Bituricenses, * Burgundiæ, patruos, & Aurelianensem fratrem dicti regis, & alios plures ad eum pro- * Bituricensem & Burg.

E pter hoc destinatos, nec non zelatores pacis ecclesiæ cardinales præfati Benedicti in sua obedientia nominati, & postmodum ex parte dicti regis Franciæ, nec non carissimorum ecclesiæ filiorum Angliæ & Castellæ regum, per suos solennes ambasiatores, & deinde specialiter & singulariter ex parte ejusdem ecclesiæ filii carissimi Venceslai Bohemiæ, &c. tunc Romanorum regis, & consequenter per alios plures cum magna devotione & humilitate supplicatum, & etiam in vim præstiti juramenti per eum requisitus, quatenus vellet prosequi unionem ecclesiæ per viam mutuæ cessionis suæ & alterius contendentis cum eo de papatu, apud quem similiter prosequi habebant in man-

 datis,

SESSIO XXIV. CONCILII.

ANNO CHRISTI 1416.

A datis, & intendebant. Quæ via fuerat, fuit & est ab omnibus Christi fidelibus, maxime a principibus & prælatis ac universitatibus generalium studiorum, atque doctoribus & prudentibus viris diversarum obedientiarum prædictarum, ac a majori parte eorumdem approbata: & in tam diuturnis temporibus nulla alia accommoda, secura, efficax & facilis ad tollendum schisma præsens, attentis difficultatibus in jure & in facto, potuit reperiri: reputatumque fuit, & est a doctissimis viris & peritis divini & humani juris, quod idem Benedictus pro unione ipsius ecclesiæ, ac tollendo ecclesiæ scandalo & schismate, suo papatui cedere & tenebatur & tenetur. Licet insuper idem Benedictus aliquorum devictus instantia, Deo &

B ecclesię promiserit, juraverit & voverit, pro unione ecclesię cedere papatui, altero de papatu cum eo contendente, cedente, mortuo vel ejecto, & Ioannes XXIII. ejectus fuerit & cesserit, ac Gregorius præfatus cesserit, ut præfertur: fueritque idem Benedictus post hæc omnia, nullo pro papa se gerente, nisi ipso, ex parte principum suæ obedientiæ, nec non universorum fere fidelium solenniter per carissimum ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum, qui propter hoc ad eum personaliter accessit, & claræ memoriæ Ferdinandum Aragonum, reges, atque nonnullos alios principes & dominos suæ obedientiæ apud eum propter hoc personaliter accedentes, nec non legatos Franciæ,

C Angliæ & Castellæ prædictorum, nec non carissimi ecclesiæ filii Caroli Navarræ, regum, atque generalis concilii Constantiensis provinciæ Moguntinensis, sic per obedientias dicti Ioannis & Gregorii tunc nuncupati, cum magna devotione, humilitate & instantia sæpe requisitus, quatenus præmissis attentis, cum non esset humanitus possibile dictas alias obedientias ad suam obedientiam reduci & in eo principaliter consistebat pondus schismatis & facultas illud tollendi, vellet dare pacem ecclesiæ, & schisma tollere per suam de suo papatu renuntiationem, ad quod tenebatur de jure divino pariter & humano, præsertim cum nulla alia via sedandi schismatis prędicti per tot prudentium ingenia & labores tam diuturnis tem-

D poribus potuerit ad hoc accommoda (ut pręmittitur) reperiri. Idem tamen Benedictus, tantorum regum ac principum, quinimo quasi totius ecclesiæ, hujusmodi toties iteratis precibus, requisitionibus & admonitionibus contra propria juramenta recusatis & spretis ac minime exauditis, præfatisque ipsius ecclesię calamitatibus, scandalis atque periculis non compatiens nec providens, de loco Perpiniani, ad quem pręfati reges & principes ac legati pro præmissis convenerant, cum armata manu recessit, & ad Colliberium portum maris, ubi suas galeas armatas habebat, se transtulit. In quo loco existens, fuit adhuc de præmissis

E requisitus, pro parte oratorum regum Castellæ, Aragonum & Navarrę, ac principum prædictorum. Quam requisitionem tunc non exaudivit, sed in longum protraxit; nec etiam postea exaudivit: & de dicto loco recedens, in munitissimo castro Paniscolæ Dertusensis diœcesis, ubi ad eum non est tutus accessus, se reclusit. Vbi ex parte præfati regis Aragonum de pręmissa cessione fienda pro pace ecclesię fuit iterum & tertio requisitus, & iterum recusavit, & suo posse prefatum tam inveteratum schisma nutrit & fovet, & impedimenta quæcumque potest, pręstitit & præstat, procuravit & procurat, ne ad prędictam unionem perveniri possit: quę omnia schisma & hæresim

A inferunt, seu inferre censentur, per quæ etiam turbatur & scandalizatur, læditur & periclitatur status universalis ecclesiæ prędictæ, diuque fuit turbatus, scandalizatus & læsus. Quod etiam scandalum tantum, quod, attento universalis ecclesiæ statu, nulla ratione potest de congregatione fidelium removeri, nisi ipso cedente, mortuo vel ejecto, etiamsi haberet verum jus in papatu. Ex quibus idem Benedictus apparuit fuisse & esse fautor ac nutritor inveterati schismatis prędicti, atque schismaticus & hæreticus esse censendus. Et super his omnibus fuit & est publice & diutius diffamatus, taliter, quod sine scandalo ecclesiæ dissimulari non potest, nec sine periculo tolerari. Su-

B per quibus clamore valido clamat & conqueritur populus Christianus, & præmissa quæ in facto consistunt, notoria reputat atque vera. Convenientes igitur in unum more solito canonice convocati, ac repræsentantes universalem ecclesiam, confidentes in domino, qui cœpit in nobis bonum opus, duobus jam ipsius auxiliante gratia remotis impedimentis, & ipse perficiet, & exurgens miserebitur Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus: econtra tertium, videlicet dominum Benedictum diu expectatum, sed ad [illegible] adhuc minime revertentem, decrevimus super præmissis omnibus & singulis fore summarie & de plano per nos procedendum, propter quæ super fama &

C notorietate præmissorum, summarie & simpliciter mandavimus per nonnullos venerabiles viros fratres, & dilectos ecclesiæ filios, cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ, & alios prælatos, & alios tam sanctę paginę quam utriusque juris professores, commissarios nostros ad hoc specialiter deputatos, inquiri, informationemque recipi; quam legitime receptam, referri jussimus in publica sessione nostra totius sacrosanctæ Constantiensis synodi. Qua plene audita & discussa, maturo decrevimus atque digesto consilio in & super prę-missis, saltem quantum ad officium præsentis judicii pertinet, procedendum fore, ut in notorius contra prefatum Benedictum, & si forsan attenta natura prefati processus notorii, citandus mini-

D me juris rigore servato veniret, citandum fore ad cautelam, in hoc dumtaxat citationis articulo rigori juris indulgendo, non intendentes super hoc quovis modo formam notorii processus, seu ejus ordinem obmittere seu relaxare, & judicialis seu ordinarii processus eligere seu exquirere formam. Et quia eumdem Benedictum fecisse & facere, quo minus ad personam suam pateat tutus accessus, super his recepta summaria & legitima informatione reperimus, nos specialiter & ex certa scientia eumdem Benedictum citari decrevimus per edictum publicum, ad instar edictorum in albo prætorio positorum, citationemque in audientia publica ejusdem sacri concilii, quam vicem &

E effectum apostolicę curię & audientię apostolicæ literarum decernimus & decrevimus obtinere, publice faciendam. Vobisque omnibus & singulis, & cuilibet vestrum qui super his exequendis publice fueritis requisiti, & fuerit requisitus, in virtute sanctę obedientiæ pręcipimus & mandamus, quatenus vigore literarum nostrarum pręsentium per vos & alium, seu alios, citetis publice prefatum Benedictum, quem etiam nos earumdem literarum tenore citamus. Ipsasque literas nostras publice legatis, vel legi faciatis in audientia literarum prędictarum, ac valvis majoris ecclesiæ Constantiensis affigatis, seu affigi faciatis. Insuperque & ex superabundanti (ut nihil in hac re sine dili-

genti

genti vigilantia videatur absolutum) ad personam A ejusdem Benedicti, si ad ipsum vobis, vel alicui vestrum, requisitis vel requisito, tutus forsan fuerit accessus: sin autem, ad portas dicti castri, villæ, seu loci Paniscolæ, si etiam illuc vobis vel vestrum alicui (ut præmittitur) fuerit tutus accessus: alioquin in ecclesia Dertusensi, & in valvis ecclesiarum majoris villæ sancti Matthæi, aut villæ aut castri * Certariæ ejusdem Dertusensis diœcesis, aut in aliis locis circumvicinis, quæ ad hoc idonea decernimus, in ipsorum locorum ecclesiis inter ipsarum missarum solennia easdem nostras literas alta & intelligibili voce publice legatis, & legi faciatis per vos vel alium, eumdemque Benedictum citetis peremptorie, ac uno edicto peremptorio pro omnibus, quem B etiam eodem nostro nunc per easdem præsentes literas citamus ad comparendum personaliter in ecclesia cathedrali Constantiensi, & in loco sessionis nostræ ad diem centesimum, videlicet a die lectionis earumdem literarum nostrarum in audientia publica prædicta, vel ad diem septuagesimum a die citationis factæ, ad personam suam, vel ad valvas domicilii sui (ut præmittitur) ita fieri contingat, alioquin a die citationis factæ & publicatæ in ecclesia Dertusensi prædicta. Quem terminum pro primo, secundo, tertio & peremptorio terminis assignamus, ad videndum & audiendum super præmissis omnibus & singulis, & maxime super crimine hæresis & schismatis prædictorum, tamquam super notoriis, C & alias procedi ad omnes & singulos actus & articulos judicii seu causæ hujusmodi, usque ad definitivam sententiam inclusive, ipsamque sententiam videndum proferri & audiendum, prout juris fuerit, & prout utilitati prædictæ universalis ecclesiæ visum fuerit expedire: intimando eidem publice, prout etiam nos per easdem literas intimamus, quod sive venerit, sive non, nos etiam ipsius absentia divina repleta præsentia, contra eum super præmissis omnibus & singulis usque ad definitivam sententiam inclusive procedemus, prout ad utilitatem ipsius universalis ecclesiæ, mediante justitia, videbitur faciendum. Volumus autem & mandamus, quatenus easdem nostras literas, quas duplicandas & D triplicandas, & etiam quoties opus fuerit, multiplicandas mandamus & decernimus, in valvis majoris ecclesiæ Dertusensis prædictæ affigatis, vel affigi faciatis, & affixas dimittatis per duas horas. Et deinde loco ipsarum nostrarum literarum sic affixarum, copiam illarum sub signo alicujus notarii, eisdem literis originalibus receptis, affigatis, vel affigi faciatis, & affixam dimittatis, quatenus toties & in tot locis facta earumdem literarum & citationis publicatio, omnis ignorantiæ & tergiversationis locum excludat. Decernentes, quod citatione hujusmodi facta in audientia publica literarum, nec non in ecclesia Dertusensi præfata, cum affixionibus ad valvas ecclesiarum prædictarum (ut præmittitur) & alterius ipsarum, & quælibet earumdem cita- E tionum sic valeat, & illum arceat post lapsum terminorum citationum ipsarum & cujuslibet earumdem, ac si ad propriam ipsius personam citatus extitisset, & eidem personaliter nostræ prædictæ literæ lectæ & præsentatæ extitissent, omnes & singulos reges, principes ac dominos temporales, & præcipue carissimum ecclesiæ filium Alphonsum regem Aragonum, omnesque sæcularem ac temporalem exercentes jurisdictionem, quocumque nomine sive titulo nuncupentur, requirimus in fide Christi & Dei, eosque nihilo minus ex parte nostra requiratis, quatenus vobis aut vestrum cuilibet in exequendis præmissis præbeant auxilium, consilium & favorem, vosque & vestrum quemlibet ab omni impedimento vel impedimentis contra præmissa omnia & singula, quantum in eis erit, protegant & defendant, mandantes vobis & vestrum singulis, prout ad quemlibet pertinebit, quatenus nobis in nostra generali sessione de gestis per vos & responsis fideliter sub publicis instrumentis infra terminos citationum ipsarum relationem faciatis, & debite præsentetis.

Sessio XXIV. concilii.

Datum Constantiæ quarto Kalendas Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, in nostra publica sessione. Qua quidem citatione sic lecta, reverendus pater dominus Antonius Concordiensis, Alanus Leonensis, episcopi, Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria decretorum doctor, Patricius Cottagensis & Nicolaus Mersburgensis episcopi, nomine nationum hujus sanctæ synodi, ac Ioannes episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, nomine sacri collegii dominorum cardinalium responderunt, & quilibet eorum respondit, Placet.

SESSIO XXV.

Sessio XXV. concilii.

ANNO domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, die vero Lunæ decimaquarta mensis Decembris, fuit sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi solenniter celebrata pro unione oratorum & procuratorum magnifici domini comitis de Fuxo, & trium statuum * dominorum suorum, ipsius & suorum illorum nominibus. Fuerunt autem dicti ambasiatores reverendissimus dominus Petrus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis de Fuxo, ac reverendi patres Sancius Olorensis & Bernardus Adurensis episcopi. Fuitque ibidem modus & ordo servatus in hac sessione, sicut in unione ambasiatorum regis Aragonum, prout in sessione vigesimasecunda supra continetur. Postquam vero facta fuit unio & incorporatio ad sacrum concilium dictorum oratorum & procuratorum præfati magnifici comitis de Fuxo, triumque statuum dominorum suorum, reverendissimus in Christo pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis legebat schedulam tenoris subsequentis.

* f. dominorum

Decretum concessionis Olomucensis ecclesiæ in commendam.

Sacrosancta Constantiensis synodus concedit & committit custodiam, curam, regimen & administrationem ecclesiæ Olomucensis in spiritualibus & temporalibus in regno Bohemiæ & marchionatu Moraviæ vacantis pro præsenti, & legitima administratione carentis per obitum bonæ memoriæ Venceslai patriarchæ Antiocheni, qui auctoritate apostolica quoad viveret, eam habebat in commendam, in favorem fidei, & ut necessitati & utilitati ipsius ecclesiæ occurratur, venerabili fratri Ioanni episcopo Lutomislensi, usque ad electionem futuri summi pontificis Romani, & expost ad tres menses immediate sequentes, mandans & committens venerabili fratri Ioanni episcopo Ostiensi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinali & vicecancellario, literas super hoc opportunas in forma debita & gratis de mandato expedire. Et post hæc de mandato concilii prædicti fuit responsum per dominos ad hoc deputatos, videlicet reverendos patres dominos Antonium episcopum Concordiensem pro Italica, Ioannem protonotarium de Trembleio pro Gallicana, Gundisalvum de sancta Maria pro Hispanica,

SESSIO XXV. CONCILII.

Patricium episcopum Cortagensem pro Anglicana, Nicolaum episcopum Meisburgensem pro Germanica, nationibus, & Ioannem episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem oomine cardinalium, per verbum, Placet.

SESSIO XXVI.

SESSIO XXVI. CONCILII.

Pro unione ambasiatorum regis Navarræ.

Dia Iovis vigesimaquarta mensis Decembris fuit sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi solenniter celebrata, in qua fuit facta unio ad sacrum Constantiense concilium nomine illustrissimi principis domini Caroli regis Navarræ per suos solennes ambasiatores, videlicet Guillermum Arnoldi Baionensem, B & Nicolaum Aquensem, episcopos, Eximium * Ayner canonicum & archidiaconum in ecclesia Pampilonensi, in sacra pagina magistrum, & Ioannem de Letova legum doctorem. Fuit autem in hac unione servatus idem modus & ordo, qui in unione oratorum regis Aragonum. Antequam vero supra nominati regis fieret dicta unio & incorporatio, reverendus pater dominus Franciscus episcopus Aretinus legit quamdam schedulam certorum ordinationis & decreti, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur talis.

* Avor

Decretum de non derogando juri alicujus nationis de prioritate votorum.

C Sacrosancta generalis Constantiensis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, pro bono ecclesiasticæ unionis, pacis & concordiæ nationum, ex certa scientia declarat, statuit, ordinat & decernit, quod salvis semper honoribus, locis, prærogativis & excellentiis secundum morem laudabilem & consuetudinem Romanæ ecclesiæ matris omnium Christi fidelium, ab antiquis debitis & consuetis regibus singulis & principibus orthodoxis, & eorum ambasiatoribus & nuntiis, tam in præsentia summi pontificis, quam alibi etiam in hoc præsenti, & aliis quibuscumque conciliis generalibus, ratione ordinis in hoc sacro concilio observati hactenus, vel in posterum observandi inter nationes, sive D in respondendo, sive in scribendo, aut sigillando, vel aliter per quascumque scripturas, sigillationes, protestationes, seu collationes, aut aliqua hujusmodi gesta ab ipsis, aut eorum præsidentibus, communiter vel divisim in ipso sacro concilio, sive alias in congregationibus generalibus, sive specialibus, seu locis aliis quibuscumque & qualitercumque, nihil omnino excellentiæ seu præeminentiæ, aut cujuscumque alterius juris, proprietatis aut possessionis, vel quasi alicui nationi per præmissa, vel aliquod eorum acquiratur, seu acquisitum sit, seu quovis modo accrescat, seu accrevisse censeatur circa prioritatem vel posterioritatem, aut alias circa præmissa, illaque prohibet in futurum ad præmissa, aut præ- E missorum aliquod quomodolibet allegari. Et insuper ex superabundanti cautela & ex certa scientia eadem sacrosancta synodus omnia & singula, ex quibuscumque, qualitercumque, quomodocumque, & ubicumque in præmissis habita sive gesta aliqua, per quæ possit aliqua prioritas vel posterioritas inter nationes easdem quomodolibet argui vel notari, omnino pro infectis habens, quantum ad effectum hujusmodi, nullius efficaciæ, roboris vel momenti esse decernit, reservans ipsis nationibus & cuilibet earum ante præsens concilium Constantiense alias competentes & competentia, proviso quod per præsentem ordinationem decretis, statutis, ordinationibus & constitutionibus in prædi- A cta sancta synodo Constantiensi editis & promulgatis, non intendit aliter in aliquo derogare, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

A CHRISTI 1416.

SESSIO XXVII.

SESSIO XXVII. CONCILII.

In causa Tridentinensi.

Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione decima, die vero Sabbati vigesima mensis Februarii, fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi, præsidente in eadem reverendissimo patre domino Ioanne episcopo Ostiensi, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinali & vicecancellario. Fuitque B peractum officium missę per reverendissimum patrem dominum Ioannem patriarcham Antiochenum. Et ipso officio missæ expleto, legebantur litaniæ & aliæ devotæ orationes more aliarum sessionum. His vero peractis, fuit accusata contumacia Friderici ducis Austriæ, & aliorum in monitorio nominatorum, non curantium audire relationem fiendam per episcopos commissarios dictæ synodi super executionis valitudine. Et deinde reverendus pater dominus Martinus episcopus Aprutinus, unus ex commissariis in hujusmodi causa, legit quamdam relationis papyri schedulam tenoris infra scripti.

C *Relatio facta per commissarios in causa Tridentinensi super executione monitorii.*

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis.

Devoti commissarii nostri in causa ecclesiæ Tridentinensis dudum per hanc sanctam synodum deputati, ut se informarent simpliciter & de plano, ac sine figura ac strepitu judicij, an monitorium alias per eamdem sanctam synodum contra illustrem principem dominum Fridericum ducem Austriæ, & alios quoscumque occupatores & detentores ecclesiæ & civitatis Tridentinensis, nec non oppidorum, castrorum, terrarum & locorum, ac bonorum jurium ad dictam ecclesiam Tridentinensem perti- D nentium, decretum sit debite executum, & cum potestate citandi dictum dominum Fridericum ducem & alios quoscumque detentores & occupatores supradictos, per edictum publicum in curia Romana, in valvis ecclesiarum majoris & sancti Stephani Constantiensis affigendum, ad dicendum & opponendum quidquid voce vel in scriptis dicere vel opponere voluerint contra dicti monitorii executionem, in dicta curia & in partibus factam, ac etiam propter non apparitionem hujusmodi monitorii, ad videndum & audiendum se declarari per dictam sanctam synodum in pœnas in dicto monitorio contentas incidisse, & postea per eamdem sanctam synodum commissum extitit, quod præfati commissarii vel major pars ipsorum præ- E missa facerent & exequerentur, & quæ super his reperissent, eidem sanctæ synodo fideliter referrent: Dicunt & referunt eidem sacræ synodo, quod coram ipsis pro tribunali sedentibus, vocato dicto domino duce, & aliis pro parte dicti domini episcopi, instrumenta & alia probationum genera dictarum executionum monitorii, tam in hac civitate Constantiensi, quam in partibus in omnibus locis in ipso monitorio deputatis per edictum publicum, cum constet de non tuto accessu, fuerunt producta, & servatis servandis per eos secundum formam eis traditam, auditoque procuratore & defensore dicti domini ducis ad singulos actus citato, constet eisdem ex productis dictas executiones & moniti-

ANNO CHRISTI 1416.

monitiones fuisse & esse debite in locis debitis factas & executas secundum formam prædicti monitorii, non obstantibus exceptionibus pro parte adversa propositis, & terminum in dicto monitorio dicto domino duci & occupatoribus prædictis constitutum, dudum lapsum esse, nec eosdem monitos docuisse satisfactum, aut paritum monitioni.

SESSIO XXVIII. CONCILII.

SESSIO XXVIII.

In causa Tridentinensi.

Die Mercurii tertia mensis Martii fuit sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi solenniter celebrata, præsidente in eadem domino Ioanne episcopo Ostiensi. Fuitque celebratum in ea officium missæ cum introitu, Cum sanctificatus fuero, &c. per reverendissimum patrem dominum Ioannem patriarcham Antiochenum. Et prædicto officio completo, supervenit ibidem serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, cum suis nobilibus. Deinde vero legebantur litaniæ & aliæ orationes, quæ in sessionibus legi solent. Prædictis vero peractis, accusata prius contumacia domini Friderici ducis Austriæ, & aliorum non audientium se declarari incidisse pœnas contentas in monitorio, reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Mersburgensis in contumaciam dictorum ducis Austriæ & aliorum, pronunciavit eosdem incidisse in pœnas contentas in monitorio, prout in schedula quam manibus tenebat & legebat de verbo ad verbum, cujus tenor est inferius insertus, continetur. Et veniendo in eadem schedula ad insertionem monitorii, propter prolixitatem & laborem dominus Petrus de Lomburga, alias de Polonia, legebat monitorium, alias decretum. Et eo finito, dominus Nicolaus episcopus præfatus continuavit sententiam declarationis usque ad finem.

Declaratio in causa Tridentinensi.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, ad futuram rei memoriam.

Decet sanctam matrem ecclesiam, eos qui salutis monita obstinata elatione contemnunt, non dimittere incorrectos, neque impiorum proterviam sine digna castigatione præterire. Sane cum dudum de anno domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, & mense Augusti, gravis querela venerabilis fratris Georgii episcopi Tridentinensis ad nos pervenisset, quod nobilis Fridericus dux Austriæ ipsum in canonica possessione ecclesię civitatis Tridentinensis, ac oppidorum, castrorum, terrarum, villarum, locorum, jurium & aliorum bonorum ad eamdem ecclesiam pertinentium, alias sexdecim annis pacifice existentem, temere & de facto spoliasset, ac eamdem per novem annos detinuisset ac detineret indebite occupatam, ac ipsum cepisset, & in carceribus mancipatum pluribus gravibus violentiis affecisset, literasque quasdam promissionis & juramenta metu & impressionibus extorsisset contra suam & ecclesiasticam libertatem ab eodem. quodque idem Fridericus clarissimo ecclesiæ filio Sigismundo Romanorum regi semper Augusto, cui super hoc per ipsum Georgium episcopum fuerat delata querela, vinculo juramenti se adstrinxisset, ejusdem serenissimi regis super his stare præceptis, dictoque rege per sententiam declarante & præcipiente ecclesiam & bona spoliata ac præfata occupata eidem Georgio per ipsum ducem restituenda forefacere prętermisit, notam perjurii manifeste incurrens. Quapropter hæc sancta synodus, vocato dicto duce, qui tunc in dicta civitate Constantiensi aderat, auditisque suis defensionibus per suos advocatos & procuratores, tam in sessionibus publicis, quam aliis congregationibus, statutis & deputatis ad eamdem causam, quæ jura & munimenta partium receperunt hinc inde producta, cum instaret dictus Georgius episcopus per literas monitorias præfatum Fridericum ducem & alios occupatores & detentores, nec non vassallos, nobiles, capitaneos, officiales & subditos ecclesiæ Tridentinensis & civitatis, & aliorum bonorum prædictorum, sub pœnis, sententiis & constitutionibus divæ memoriæ Caroli quarti contra tales facinorosos & sacrilegos editis, & aliis gravioribus, requiri & moneri pro restitutione dictæ ecclesię, & bonorum prędictorum, ac plenaria satisfactione, & alias sibi de opportuno remedio provideri. Quapropter eadem sacrosancta synodus super notorietate & aliis servatis servandis in causa hujusmodi certiorata ad plenum, eamdem notorietatem & facti evidentiam, & alia in ipsa causa agitata attendens, volens indemnitati ecclesiæ providere, nec minus animarum saluti dicti ducis & aliorum occupatorum & detentorum, nec non vassallorum, nobilium, capitaneorum, officiariorum & subditorum prædictorum consulere, pręhabita deliberatione matura, undecimo Kalendas Decembris sequentis ejusdem anni monitorium decrevit, cujus tenor sic incipit.

Decretum monitorii.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, universis & singulis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Gravem querelam venerabilis fratris nostri episcopi Tridentinensis, &c. & sic finit. Literas monitoriales contra dictum Fridericum ducem & occupatores & detentores hujusmodi, partibus ipsis auditis, & servatis servandis, prædictis partibus ad hoc legitime citatis, decrevimus fore concedendas, decernimus & concedimus in forma quæ sequitur, quæ quidem forma sic incipit. Sup. sess. 20.

Monitorium decretum in forma.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, universos & singulos venerabiles fratres, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, &c. sic finit. Quibus & cuilibet vestrum in præmissis dabimus plenam fidem. Datum Constantiæ undecimo Kalendas Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, apostolica sede vacante. Sup. sess. 20.

Post hæc de anno domini millesimo quadringentesimo decimosexto, cum jam dictus Fridericus dux per antea de hac civitate Constantiensi recessisset, ipsa synodo inconsulta, præfatumque monitorium in ejus præsentia & suorum advocatorum & procuratorum pręsentia decretum, propter quemdam tractatum concordię, quem sperabat in actis causæ plene constare, in ejus personam legitimam non potuerit habere executionem, per edictum secundum formam monitorii antedicti. Et quia per eamdé sanctam synodum constituti fuerunt commissarii tam de sacro collegio reverédissimorum patrum dominorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, quam de nationibus singulis, ad cognoscendum, videndum, examinandum, an antedictum monitorium esset debite

Sessio XXVIII. Concilii.

A executum: dictisque commissariis referentibus, ex productis constare, dictum monitorium fuisse debite & in locis deputatis executum, constetque notorie dictum Fridericum ducem & alios occupatores & detentores, nec non vassallos, nobiles, capitaneos, officiarios & subditos supradictos nullatenus præceptis in dicto monitorio contentis paruisse, sed eumdem Fridericum ducem & alios occupatores & detentores supradictos dictam ecclesiam Tridentinensem, civitatem, terras, oppida, castra, villas & alia jura & bona prædicta tenere indebite & contumaciter occupatas & occupata, contra sententiam & præceptum serenissimi regis Romanorum, cui jurejurando stare promisit, de quo & ejus obligatione constat publicis documen- B tis: ideo volens præfata synodus tantam inobedientiam & rebellationem notoriam ulcisci cum apostolo, ne tanti mali perversitas transeat præsumptoribus in exemplum, per hanc sententiam, quam fert in his scriptis, pronuntiat, decernit & declarat, dictum Fridericum ducem Austriæ anathematis & sacrilegii vinculis innodatum, perjuriique reum, nec non pœnas privationis & inhabilitationis in constitutione Carolina prædicta contentas, eumdemque Fridericum ducem & alios occupatores & detentores, tam ecclesiasticos, quam sæculares, vassallus, nobiles, capitaneos, officiarios & subditos inobedientes & rebelles ecclesiæ & civitatis Tridentinensis, ac oppidorum, castro- C rum, terrarum, villarum & locorum, nec non jurium & bonorum dictæ ecclesiæ, cujuscumque status, gradus, conditionis, dignitatis aut præeminentiæ, etiam si ducalis fuerint, pœnas, sententias & censuras alias in dicto monitorio comprehensas & expressas incidisse, ipsiusque Friderici ducis Austriæ & aliorum occupatorum, detentorum, & alia loca quæcumque ecclesiastico suppposita interdicto. Vnde eadem sacrosancta synodus diversos & singulos venerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos, episcopos, ac dilectos ecclesiæ filios abbates, priores, præpositos, decanos, archidiaconos, scholasticos, cantores, thesaurarios & canonicos, tam cathedralium quam D collegiatarum, parochialiumque ecclesiarum rectores & locatenentes eorumdem, ceterosque plebanos, curatos & non curatos, clericos, notarios & tabelliones publicos per Italiam & Alemaniam constitutos, & alias ubilibet & eorum quemlibet in solidum, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, tenore præsentium requirit, atque monet primo, secundo, tertio & peremptorio terminis communiter & divisim, eisque & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna latæ sententiæ districte præcipiendo mandat, quatenus statim visis præsentibus dictum Fridericum ducem Austriæ anathematis & sacrilegii vinculis innodatum, perjuriique reum, nec non pœnas privatio- E nis & inhabilitationis prædictas, ac eorumdem & occupatores ac detentores, vassallos, nobiles, capitaneos, officiarios & subditos inobedientes & rebelles, prædictas pœnas, censuras & sententias alias in dicto monitorio contentas incidisse, singulis diebus dominicis & festivis in eorum ecclesiis, monasteriis & capellis infra missarum solennia, dum ibidem populi multitudo ad divina audiendum, aut alias congregata fuerit, etiam alias ubi & quando & quoties expediens fuerit. Et postquam vigore præsentium ipsi, seu aliquis eorum, requisiti fuerint, seu fuerit requisitus, pulsatis campanis, candelis accensis, & demum extinctis & in

Anno Christi 1416.

terram projectis, publice denuntient & evitent, & ab aliis publice, quantum in eis erit, denuntiari & evitari ab omnibus Christi fidelibus faciant & permittant. Et præsentem nostram declarationem seu sententiam, & omnia & singula in eis contenta publicent, insinuent, & ad intellectum Christi fidelium adstantium exponant, & plenarie exequantur, donec & quousque super præmissis absolutionis beneficium meruerint obtinere, & a prædictis rebellionibus destiterint, & debite satisfecerint, aut aliud a dicta sacrosancta synodo, vel futuro summo pontifice habuerint in mandatis. Et quia idem Fridericus dux Austriæ, Pharaonis imitatus duritiem, more aspidis surdæ obturavit aures suas, hujus sanctæ synodi preces & monita, suorumque amicorum & præfati regis sententiam & jusiurandum despiciens; tanta exigente duritia, cogitur hæc sancta synodus de finali remedio providere, cum nihil prosit sententias ferre, nisi sit qui eas debitæ executioni demandet. Committit ergo præfata sancta synodus præfato clarissimo filio ecclesiæ defensori & advocato Sigismundo regi Romanorum semper Augusto, cujus specialiter interest, ad requisitionem ecclesiæ contritas & oppressas ecclesias restaurare, & ecclesiasticas personas a violentiis & injuriis defensare, & eamdem sententiam executioni demandare, & ceteris principibus ac Christi fidelibus, ut ad restitutionem dictæ ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, & omnium bonorum & jurium ipsius, & ejus integram libertatem & indemnitatem servandam, contra dictum Fridericum Austriæ ducem, & alios occupatores & detentores præfatos, ut nostrum præfatum monitorium realem executionem obtineat, brachium impendant, favorem & auxilium gladii & potentiæ omnimodæ sæcularis. Decernit insuper hæc sancta synodus ad pleniorem executionem habendam, processum contra omnes intrusos & intrudendos in dicta ecclesia & civitate Tridentina, ac castris, oppidis, terris, villis, locis, possessionibus, juribus & bonis ejusdem, & contra adhærentes eidem duci Friderico & occupatoribus & detentoribus, ac intrusis & intrudendis, ac contra dantes auxilium, consilium aut favorem. Quem quidem processum, etiam omnes & singulos processus necessarios & opportunos committit venerabili Petro episcopo Straguriensi, cum potestate subdelegandi, & aliis clausulis in forma debita & consueta, supplens quoque eadem synodus omnem solennitatis defectum, si quis forsan fuerit in præmissis. Lectis autem his, reverendissimus dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, juxta consensum & voluntatem omnium nationum, & alias propter discordiam nationum, quoad ordinem, respondit pro vice præsenti per verbum, Placet.

SESSIO XXIX.

Sessio XXIX. Concil. LII.

Anno & indictione quibus supra, die vero Lunæ octava mensis Martii fuit celebrata sessio generalis in ecclesia Constantiensi, pro accusatione contumaciæ domini Petri de Luna, Benedicti decimitertii in sua obedientia nuncupati: in qua reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Aquensis missam de Spiritu sancto celebravit, & reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, præsedit. Litaniis autem aliisque orationibus cum evangelio, *Dixit Iesus Petro. Si peccaverit in te frater tuus,* completis fuit servatus iste ordo. Primo fuit lecta per

Matth. 18. Luc. 1.

Anno Christi 1416.

per dominum Stephanum episcopum Dolensem schedula, cujus tenor sequitur in hunc modum.

Deputatio procuratorum & notariorum in causa contra Petrum de Luna

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus constituit & deputat dilectos ecclesiæ filios, magistros Joannem de Scribanis & Henricum de Piro, & eorum quemlibet in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, promotores, prosecutores & ministros causæ & processus inquisitionis contra dominum Benedictum decimumtertium a sibi obedientibus nominatum, & insuper omnes & singulos sedis apostolicæ, & alios nationum in eadem sancta synodo existentium notarios, & eorum quemlibet in solidum, notarios atque scribas in causa & processu prędictis. Qua lecta, dominus cardinalis pręsidens respondit pro toto concilio, Placet. Quo facto, advocatus consistorialis, instantibus dominis prosecutoribus & ministris, proposuit decretum citationis per edictum, & illius executionem ad diem centesimum, qui illa die incidebat: & produxit bullam decreti citationis & instrumentum executionis, asserens signa notariorum in instrumento posita, esse signa illorum, quorum esse inscribuntur in illis. Et accusavit contumaciam dicti domini Petri, & petiit illum alta voce vocari ad valvas ecclesię, & ad hoc deputari duos ultimos cardinales diaconos, videlicet de Comitibus & Florentinum, duos sedis apostolicę, & alios concilii notarios: & respondit præsidens pro toto concilio, Placet. Tunc dicti cardinales & notarii iverunt ad valvas ecclesiæ: & reversi, retulerunt per cardinalem Florentinum, illum vocasse trina vice alta voce, & neminem comparuisse. Et advocatus consistorialis facta relatione, petiit iterum dominum Petrum reputari contumacem. Tunc cardinalis pręsidens mandavit legi per episcopum Dolensem schedulam infra scripti tenoris.

Ordinatio lecta super contumacia domini Petri de Luna.

Hæc sacrosancta synodus præmissa, proposita & petita per advocatum consistorialem admittit, si & inquantum sint admittenda de jure: & mandat notariis ejusdem synodi & causæ præsentis, proposita, petita & producta hujusmodi, atque vocationem & relationem pręmissas. Et quod idem dominus Benedictus sic vocatus & sufficienter expectatus, minime comparuit, nec comparet, redigi inter acta. Et de pręmissis fieri publica instrumenta, quotquot fuerint opportuna, ut eadem synodus super præmissis deliberet, judicet & decernat, prout de jure fuerit faciendum: quam deliberationem dicta synodus sibi retinet faciendam, quando sibi visum fuerit opportunum.

Qua lecta, idem dominus pręsidens pro toto concilio respondit, Placet. Et quod vox pręsidentis sit vox totius concilii, quando primo de consensu omnium nationum constiterit. Namque propter discordiam nationum Hispanicæ & Anglicanæ, quæ prior responderet pro toto concilio, Placet: & de aliis prærogativis fuit per nationes & cardinales ordinatum, quod præsidens responderet pro toto concilio, Placet. Et ad hoc super quolibet actu fiendo haberet consensum cardinalium, & schedulam illius actus signatam per notarios nationum, & conferret cum lectura quæ fieret

SESSIO XXX.

Sessio XXX. concilii.

In qua concilium approbat subtractionem obedientiæ factam per regem Aragonum ipsi Petro de Luna.

Die Mercurii decima supradicti mensis Martii fuit sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi solenniter celebrata. In qua quidem sessione reverendus pater dominus * Stephanus episcopus Cephaldulensis officium missæ de Spiritu sancto decantavit: & reverendissimus in Christo pater dominus Joannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, hujusmodi sessioni præsedit. Interfuit etiam serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex, cum multis sibi adstantibus principibus. Et lectis litaniis, ac aliis devotis orationibus cum evangelio: *Dixit Jesus discipulis suis, Quoniam oportet semper orare, & non deficere*, &c. nuntii & oratores concilii, qui fuerant per concilium ad hoc destinati fecerunt relationem per organum domini Bernardi de * Planca decretorum doctoris, quomodo in castro Paniscolæ Dertusensis diœcesis, cum favore & auxilio illustrissimi principis domini Alphonsi regis Aragonum fuerant, & Petrum de Luna Benedictum decimumtertium in sua obedientia nuncupatum, in propria persona apprehenderant, ac quod ipsum citaverant juxta formam & tenorem citatorii ab ipso concilio decreti. Ipseque Petrus de Luna responsionem dederat, prout hæc & alia in ipsis instrumentis per dictum dominum Bernardum exhibitis, ac de verbo ad verbum perlectis, plenius continetur. Promotores vero concilii petierunt apud acta registrari. Post hæc autem venerabilis vir dominus Petrus de Lompurga in decretis licentiatus quamdam decreti schedulam perlegit tenoris subsequentis.

* Antonius

* Planchea * Planthea

Concilium approbat subtractionem obedientiæ factam per regem Aragonum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata.

Quoniam inter alia virtuosa & laude digna, quæ piæ memoriæ quondam Ferdinandus rex Aragonum & Siciliæ pro extirpatione execrandi schismatis, quod ab octo fere lustris citra non permisit ecclesiam catholicam sub unico gubernari pastore, dignoscitur peregisse, ordinationem quamdam adversus idem schisma & pro unione ecclesiæ catholicæ felicius consequenda eum promulgasse cognovimus: eadem sacrosancta synodus Constantiensis, causis & motivis in præfata ordinatione expressis plene inspectis & diligenter examinatis, de quorum veritate facta extitit eidem synodo plena fides, & attento præcipue tunc atque nunc universalis ecclesiæ statu, & quod sine regia provisione præfata perpetuandi schismatis imminebat & immineret periculum, ac præstabatur & præstaretur sacro præfato concilio, & consequenter unioni ecclesiæ periculum manifestum, eo præsertim, quod idem dominus Benedictus sic in sua obedientia nominatus, conabatur per sibi adhibitam obedientiam jam dictum prius concilium multipliciter impedire, & impedivisset de facto, si mandatis ejus obtemperatum fuisset. Quod inter alia ex eo satis apparet, quod etiam * cum obedientia sibi subtracta fuerat, per literas suas prælatis & capitulis, ne ad dictum sacrum concilium accederent, inhibere pręsumpsit. Ideo eadem sacrosancta synodus ex certa scientia, &

* ubi

SESSIO XXX. CONCILII.

causa debite cognita, ad perpetuam rei memoriam, A & ut cunctis clareat rei veritas bene gesta, declarat ordinationem prædictam a prædicto Ferdinando quondam rege juste & legitime editam & promulgatam fuisse, & per eum ac illustrem principem dominum Alphonsum, ejusdem domini Ferdinandi primogenitum & regem modernum, servatam. Ipsamque præsenti decreto dictis ex causis approbat & confirmat, decernitque illam per omnia debuisse & debere ab omnibus fidelibus observari, juxta ipsius seriem ac tenorem.

Concilium revocat quamdam constitutionem Petri de Luna, quæ incipit, Ad futuram.

Eadem quoque sancta synodus Constantiensis quamdam constitutionem dudum (ut dicitur) a dicto domino Benedicto sic in sua obedientia nuncupato editam, quæ incipit, Ad futuram rei memoriam. In dierum successu crescente malitia sic videmus mundum, &c. & finit, Datum Massiliæ apud sanctum Victorem decimoquarto Kalendas Junii, pontificatus nostri anno decimotertio: declarat nullatenus comprehendere casum regiæ ordinationis prædictæ, consequenter reges ipsos dictam ordinationem condendo, promulgando, observando, vel observari faciendo, etiam alios observatores ejusdem contra dictam constitutionem in aliquo non venisse, ipsamque, si & in quantum regiæ ordinationi præfatæ in casu prænusso factæ, C aut promulgatæ, aut observatoribus ejus quomodolibet obviaret, tamquam impeditivam in hac parte unionis ecclesiæ, inveteratique schismatis nutritivam, omniaque inde secuta decernit & pronuntiat nullius fuisse aut esse roboris, efficaciæ vel momenti.

Ad quæ decreta, statuta, ac etiam declarata reverendissimus dominus præsidens cardinalis Vivariensis nomine totius hujus sacri concilii, ut procurator & promotor ejusdem, ac etiam reverendus in sacra pagina Philippus de Axdallia magister pro serenissimo Aragonum rege, sua & vice aliorum ejusdem domini regis coambasiatorum ibidem præsentium, petierunt a singulis sanctæ sedis apostolicæ protonotariis, & aliis notariis sin- D gularum nationum hujus sacri concilii, sibi tieri publica instrumenta ad futuram rei memoriam. Post prædicta dictus reverendissimus dominus cardinalis vicecancellarius nomine totius synodi respondit, Placet.

Super quibus omnibus & singulis præmissis magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, ac etiam egregius in sacra pagina magister Philippus de Axdallia pro serenissimo domino rege Aragonum, a protonotariis & notariis dictæ synodi sibi fieri petierunt unum vel plura instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus reverendissimis E in Christo patribus dominis Ioanne Ostiensi, de Ursinis, Bononiensi, Venetiarum, Ragusino, Aquileiensi, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, sancti Marci, de Chalanen, de Fuxi, Salutiarum, de Branckasiis, de Flisco, de Columna, de Comitibus & Florentino, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, ac regum, principum, dominorum, prælatorum, communitatum, universitatum, collegiorum & studiorum ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

SESSIO XXXI.

ANN. CHRISTI 1416.

Die Mercurii ultima supradicti mensis Martii, in ecclesia majori Constantiensi fuit sessio generalis celebrata; & in eadem sessione fuit dictum officium missæ de Spiritu sancto per reverendissimum patrem dominum Martinum episcopum Aprutinensem: reverendissimus vero pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, hujusmodi præsidebat. Litaniis autem & aliis orationibus expletis per dictum dominum præsidentem, more solito pontificalibus indutum, legebantur per dominum Antonium episcopum Concordiensem, & Petrum de Polonia, successive B ea quæ sequuntur.

Monitorium contra comitem Virtutum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Dudum, cum ad audientiam nostram perveniret, fama publica referente, quod nobilis vir Philippus comes Virtutum, nonnullique alii in hac parte commissarii & officiales sui ipsius de mandato & assensu, actatum & gratum habendo, contra venerabilem fratrem * Albertum episcopum Astensem, patrem & pastorem animarum suarum, cui C obedientiam & reverentiam debitas facere tenebantur, & qui una nobiscum in hoc sacrosancto concilio generali onera humiliter supportavit, ac de speciali licentia nostra ad suam se transtulit Astensem ecclesiam, nulla sumpta occasione justa, temerarie & injuste in dictum dominum episcopum vi armata, ausu sacrilego manus injicientes violentas, eumdem ignominiose ad castrum, quod Vetus dicitur, dictæ civitatis Astensis perduxerunt, ibique carceribus manciparunt & detinuerunt, prout detinent etiam incarceratum de præsenti, sacrilegium & excommunicationem, aliasque censuras ecclesiasticas & pœnas juris & constitutionis provinciæ Mediolanensis ecclesiæ, (cujus dicta Astensis ecclesia suffraganea existit) circa hoc editas & prola- D tas, & in partibus per ordinarios declaratas, damnabiliter incurrendo: Nos de tantis tamque gravibus excessibus (ut supra fertur) nobis relatis, qui inter cetera ad universalis ecclesiæ reformationem sumus hic congregati, ad quos super quibuscumque quæstionibus (si quas intentare volebat contra episcopum præfatum) habere poterat recursum, non immerito dolentes, volentes super his inquirere veritatem, ipso comite (ut dicebatur) procurante per suos nuntios, venerabilibus fratribus Papiensi & Novariensi episcopis dari concessimus in mandatis, ut super objectis per ipsum comitem adver- E sus ipsum episcopum diligenter inquirerent veritatem, & vocatis præfato Philippo comite, & qui forent evocandi, de præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis universis simpliciter & de plano sine strepitu & figura judicii se diligentius informarent. Et si dictum episcopum in aliquo culpabilem reperirent, ipsum sub fida custodia retinerent, ac retineri facerent, donec aliud a nobis, seu Romano futuro pontifice haberent in mandatis: nec non informationem hujusmodi in scriptis fideliter redactam, sub eorum clausis sigillis, ad nostram præsentiam transmitterent, ut inde super hoc consultius agere valeremus. Si vero per informationem eamdem dictum episcopum

* f. d. novum

ANNO CHRISTI 1416

SESSIO XXXI. CONCIL. T.

pum minime culpabilem reperirent, ipsum facerent plena libertate gaudere. Cujus quidem concessionis mandati tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso. Verum postmodum nonnullorum fide dignorum relatione percepimus, quod literæ nostræ super hujusmodi concessionis mandato executæ non fuerunt, dictique episcopi propterea super præmissis procedere minime valuerunt. Nos igitur super præmissis prius summaria informatione auctoritate nostra facta, attendentes quod subditi in eorum prælatos, & laici in clericos nullam habent jurisdictionem & potestatem, & quod præmissa in libertatis ecclesiasticæ & pastoralis dignitatis vilipendium non modicum & scandalum plurimorum redundare dignoscuntur, nolentes hujusmodi offensam (sicut nec debemus) sub dissimulatione transire, & licet contra prædictos comitem, ejusque commissarios & officiales, in præmissis possemus juris severitatem exercere, tamen ad eos magis convincendos mitius agere volentes, committimus infrascriptis fratribus nostris, vel eorum alteri, quod si per summariam informationem, quod ad ipsum comitem, ejusque commissarios & officiales tutus non pateat accessus, constiterit, ne propterea tanti tamque graves excessus nostris conniventibus oculis remaneant impuniti, per hoc præsens publicum edictum legendum & publicandum, ac in valvis majoris Papiensis & Novariensis & Astensis ecclesiarum cathedralium affigendum, dictum Philippum comitem, ejusque commissarios, officiales, & quoscumque alios, qui culpabiles fuerint in præmissis, in eos & eorum quemlibet sub excommunicationis & interdicti, & in eisdem ecclesiis, civitate Astensi, ac ceteris terris & locis dictæ civitati & eidem comiti subjectis quocumque titulo, pœnis quas ferimus in his scriptis, (si monitioni hujusmodi non paruerint cum effectu) primo, secundo, tertio requiratis & moneatis, quem & quos tenore præsentium requirimus & monemus, quatenus infra duodecim dies post lectionem, publicationem & affixionem præsentium, ut supra faciendas, immediate sequentes, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione prædicta, Philippo comiti, ejusque commissariis & officialibus hujusmodi præfigimus & assignamus, præfatum episcopum absq; quolibet contradictionis obstaculo infra tres menses a die relaxationis ipsius coram nobis personaliter accessurum, & ibidem juri pariturum, libertati suæ pristinæ restituat, cum familia universisque bonis suis absque diminutione aliqua, realiter & cum effectu, offerentes dicto comiti & cuilibet poscenti bonum & breve justitiæ complementum de persona præfati episcopi ministrare. Quod si forsan hujusmodi nostris monitioni & requisitioni in dicto termino parere contempserint, ne propter viarum discrimina dicti episcopi Astensis differatur libertas, & ut parcatur laboribus & expensis, præfatis venerabilibus fratribus Papiensi & Novariensi episcopis, stantibus prope dictam civitatem Astensem ad duas diætas, secundum consuetudinem patriæ committimus & mandamus, quatenus simul, aut ipsorum alter qui primo fuerit requisitus, post ejusdem termini lapsum auctoritate nostra eamdem civitatem Astensem & terras, dominia & loca ad dictam civitatem spectantia & pertinentia, interdicti sententias incurrisse, dictumque comitem, ejusque commissarios, officiales, & ipsius personam excommunicationis sententiam eadem auctoritate

A incidisse declarent: ecclesiam vero, ac etiam civitatem & communitatem ac terras, dominia & loca, prædictas & prædicta, ecclesiastico subjacere interdicto, juxta constitutionem Viennensis concilii, quæ incipit, Si quis suadente, vocatis evocandis, in eorumque Papiensi & Novariensi, & aliis quibuscumque ecclesiis, tam cathedralibus quam collegiatis universis, infra missarum solennia, aliisque ecclesiis, populo ibidem ad divina audiendum congregato publice per se vel alios denuntient & evitent, & ab aliis ita denuntiari & evitari faciant & permittant tamdiu, donec a nobis, vel futuro Romano pontifice aliud desuper habuerint in mandatis. Et si (quod absit) prædictas pœnas interdicti &
B excommunicationis dictus Philippus comes ac commissarii & officiales prædicti animis sustinuerint induratis, ad omnes alias pœnas spirituales & temporales auctoritate præsentium procedere valeant, quibuscumque aliis pœnis eis a jure vel ab homine occasione prædicta ibidem illatis & inferendis, in suo robore permansuris, nec ab aliquo absolutionis beneficium, nisi a futuro Romano pontifice, vel a nobis, præterquam in mortis articulo, valeant obtinere. Volentes nihilo minus, & hac sacra synodali auctoritate decernentes, quod hujusmodi literæ nostræ modo & forma præmissis executæ, dictos sic requisitos & monitos, & quemlibet eorum arceant taliter & adstringant, ac perin-
C de valeant, plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si eisdem & eorum cuilibet in propria persona lectæ & insinuatæ fuerint, ac præsentialiter publicatæ, non obstante quod eidem Philippo comiti, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, contradictores censura simili, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus etiam constitutionibus, seu aliis editis in contrarium quibuscumque. Datum Constantiæ secundo Kalendas Aprilis, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione decima,
D apostolica sede vacante.

Decretum super redintegratione ecclesiæ Baionensis.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus, &c. Attendens ad reformationem & redintegrationem universalis, ac etiam omnium cathedralium ecclesiarum, quæ schismate præsenti durante habebant vel habent episcopos diversarum obedientiarum, per quos ipsæ cathedrales ecclesiæ monstruose in capite & in membris videbantur & videntur gubernari, statuit & ordinat, quod ecclesia Baionensis, quæ etiam duos simul per plures annos habuit episcopos, & inter alios bonæ memoriæ Petrum, qui fuit de obedientia Baltassaris, tunc Ioan-
E nis papæ vigesimitertii in sua obedientia nuncupati, noviter defectum, & superstitem venerabilem fratrem Guillermum hic præsentem, qui fuit creatus per Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in sua obedientia nuncupatum, deinceps per Guillermum episcopum regatur, ac verus episcopus ipsius ecclesiæ, nec non episcopatus Baionensis unicus censeatur, & illi clerus & populus civitatis & diœcesis Baionensis in omnibus consuetis, licitis & honestis, ut eorum vero episcopo & pastori obediant, & ipse eos benigne vice versa pertractet, prout ad ejus pontificale officium pertinet de consuetudine, vel de jure. Inhibentes nihilo minus venerabili capitulo ipsius ecclesiæ, ne ad electionem alicujus

Sessio XXXI. concilii.

loco ipsius defuncti episcopi ullatenus procedant, A sed in illa supersedeant, prout etiam juxta quædam capitula dudum per oratores nostros ex una, & quosdam alios tunc de prædicta obedientia præfati Petri existentis in regno Aragoniæ fuit definitum & conclusum, quæ quidem capitula per nos solenniter approbata fuerunt. Quodque etiam venerabilis frater archiepiscopus Auxitanensis, cui prædicta ecclesia metropolitano jure subest, ad confirmationem alicujus electionis forsitan factæ, vel fiendæ, ad provisionem alicujus in episcopum ecclesiæ prædictæ non procedat. Et quia etiam prædictus Petrus, seu Clemens septimus etiam in eadem obedientia nominatus, ejus prædecessor, quatuor aliis de quatuor canonicatibus & præbendis ejusdem ecclesiæ, licet in dicta ecclesia pro- B parte obedientiæ dicti Baltassaris numerus canonicorum ab antiquo institutus completus fuisset, prout de præsenti, providit, quibus quidem domino Guillermo episcopo & canonicis quatuor assignavit, * quod bona immobilia, nec non jura, fructus, redditus, proventus & emolumenta ad capitularem mensam dictæ ecclesiæ pertinentia, in Castellæ & Navarræ regnis existentia, & illa etiam ad jus & proprietatem ipsius mensæ reducimus, ita quod ipsi quatuor canonici deinceps possint apud eamdem ecclesiam personaliter residere, ac horis consuetis & divinis officiis interesse, ac stallum in choro & locum in capitulo cum ipsis aliis canonicis dictis habere, ac in omnibus fructibus, redditi- C bus, &c. prædictæ mensæ, ut veri canonici ipsius ecclesiæ participare, dicto canonicorum numero non obstante, quodque nullus in locum alicujus decedentis, aut aliter canonicatus & præbendas suas ipsius ecclesiæ quomodolibet, præterquam per spontaneum cessum dimittentium ipsius ecclesiæ canonici apostolica vel ordinaria auctoritate admittantur, quousque ad dictum numerum sit deventum: ac decrevit dicta sancta synodus irritum & inane, si secus super his factum fuerit, aut fieret in futurum.

* f. quoque

SESSIO XXXII.

Sessio XXXII. concilii.

ANNO & indictione quibus supra, die vero Iovis prima mensis Aprilis, Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis solito prælatis existentibus in pluvialibus & cum mitris, fuit generalis hujus sanctæ synodi Constantiensis sessio celebrata: pro cujus introitu reverendissimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus missam de beata Virgine celebravit. Reverendissimus vero pater dominus episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, indutus pontificalibus, hujusmodi sessioni præsedit. Ac demum litaniis & orationibus consuetis cum debita solennitate completis, instantibus promotoribus concilii, fuit accusata contumacia Petri de E Luna per dominum Ardecinum advocatum. Et juxta petitionem ipsius dictus dominus Ioannes episcopus Ostiensis hujusmodi sessioni præsidens, nomine concilii deputavit reverendissimos patres dominos Odonem de Columna, & Lucidum de Comitibus, diaconos cardinales tunc in ordine cardinalium postremos, reverendosque patres Feltrensem & Metsburgensem episcopos, quibus dedit in mandatis, ut ipsi una cum protonotariis & notariis atque scribis hujus causæ, cum cursore sedis apostolicæ, dictum Petrum de Luna ad valvas ecclesiæ juxta mores antiquos vocarent, & ipsi synodo vocationem referrent. Qui quidem domini deputati, una cum Iacobo Rhodini & Thoma

A. Christi 1416.

Poltensi protonotariis apostolicæ sedis & hujusmodi causæ notariis, ac Francisco de Mediolano apostolicæ sedis cursore, locum sessionis exeuntes, accesserunt ad valvas ejusdem ecclesiæ. Et præfatus Franciscus cursor ipsum Petrum de Luna alta voce vocavit sub his verbis: Estne hic dominus Petrus de Luna, Benedictus decimustertius in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo qui compareat, responsurus coram sacro concilio in causa schismatis & hæresis contra ipsum mota? Cumque nec ipse, nec aliquis pro eo comparuisset, aut responsum dedisset, dicta vocatione trina vice facta, ipsius synodi promotores, & una cum eis Benedictus de Guildelotis de Perusio, cameræ apostolicæ clericus, nomine hujus sanctæ synodi super hujusmodi vocatione & non comparitione, & non responsione, petierunt instrumentum & instrumenta.

Quibus sic peractis, cardinalis de Columna unus ex deputatis præmissis, commissionem eis factam a dicto concilio adimplevisse, dictumque Petrum de Luna modo præmisso per cursorem trina vice vocasse, nec ipsum Petrum, vel aliquem pro eo ibidem comparuisse, aut responsum dedisse, dictæ sanctæ synodo retulit: & deinde Franciscus de Mediolano cursor præfatus de præmissa vocatione fecit relationem. His sic peractis, dominus Ardecinus advocatus prædictus vocationem & relationem hujusmodi petiit inter acta hujusmodi causæ registrari. Et deinceps reproducta bulla citationis, alias contra ipsum Petrum de Luna decreta & executa, dominus Bernardus de Planchea, unus de executoribus dictæ citationis per concilium deputatis, de his quæ circa sæpe dictæ citationis executionem fecisset, fecit relationem, dicens in effectu, quod ab ipso concilio receperant ipse & collegæ sui in mandatis, ut Petrum de Luna Benedictum decimumtertium in sua obedientia nuncupatum citarent juxta formam & tenorem literarum citatoriarum. Quas quidem literas citatorias jam de novo factas, & in scriptis reproduxit, adjungens, quod nuper vigore illarum literarum ipse & egre- D gius vir Lambertus de Stipite suus collega ad castrum Paniscolæ Dertusensis diœcesis accesserunt, & eumdem dominum Benedictum decimumtertium, a sibi obedientibus sic nominatum, personaliter apprehensum, præsentibus pluribus suis cardinalibus & aliis prælatis, clericis, ac hominum multitudine copiosa, secundum formam & tenorem literarum citatoriarum ad personam suam citarunt, easdem de verbo ad verbum in sua præsentia legerunt, ipsasque & contenta in eisdem executioni demandarunt, prout in quodam executionis instrumento publico etiam die relationis alias per eum & suos collegas factæ exhibito, dixit plenius contineri, quod instrumentum iterum facto E reproduxit, & de post publice idem executionis instrumentum fuit lectum, & sufficienter per testes recognitum. Quæ omnia præmissa dominus Ardecinus advocatus petiit inter acta registrari, & præfati Petri de Luna sic (ut præmittitur) citati contumaciam accusavit. Ipsumque, quoniam nec in primo termino, qui erat octava die Martii, nec etiam in præsenti termino comparuit, contumacem reputari, & in causa hujusmodi ad ulteriora procedi per ipsam synodum, instantissime postulavit. Istis successive (ut præmittitur) factis, reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis hujusmodi sessionis præsidens fecit legi quoddam decretum per reverendum patrem dominum Stephanum episcopum Dolensem tenoris sequentis.

Hæc

Anno Christi 1416.

A Hæc sacrosancta synodus, auditis & consideratis relatis, propositis, productis & petitis, præfatum Benedictum sic in sua obedientia nuncupatum, legitime citatum, vocatum & expectatum, non comparentem, & qui in octava Martii, ad quam etiam citatus exstiterat, non comparuit, pronuntiat, reputat & declarat contumacem, decernitque in ejus contumaciam, ejus absentia Dei repleta præsentia non obstante, fore in causa hujusmodi ulterius etiam usque ad definitivam sententiam inclusive procedendum. Volens autem in eadem causa mature & cum summa gravitate procedere, committit dilectissimus ecclesiæ filius Guillermo tituli sancti Marci presbytero, & Francisco tituli sanctorum Cosmæ & Damiani, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, atque Ioanni electo patriarchæ Constantinopolitano, nec non venerabilibus fratribus B Roberto Saresbiriensi, Ioanni Lichfeldensi, & Stephano Dolensi, episcopis, ac dilectis ecclesiæ filiis Guillermo Pulcri nepotis Franciæ, Ioanni de * Podemiis generali ordinis Prædicatorum, in obedientia Petri de Luna, Benedicti decimitertii nuncupati in sua obedientia, magistris in sacra pagina, Michaeli de Navers utriusque juris Aragonum, & Ioanni de Ledena legum, Navarræ regum illustrium oratoribus, Jacobo electo Patmensi, Hermanno de Duveik, sedis apostolicæ protonotario, Roberto abbati Cluniacensi, Nicolao Vvoidis utriusque juris, Petro Nardi, Henrico Fleckel, decretorum, sedis apostolicæ capellanis & C auditoribus causarum palatii apostolici, & Ioanni * Rellis decretorum doctoribus, quatenus ipsi vel eorum major pars examinent articulos, quos offerri contigerit, coram dicta synodo, vel coram dictis commissariis; & eis examinatis, super illis qui ipsis vel eorum majori parti admittendi videbuntur, de quorum articulorum receptione & eorumdem admissione præfata synodus dictis commissariis, vel eorum majori parti plenam confert & committit potestatem. Ipsi autem duo ex eis ad minus super articulis prædictis, & aliis offerendis, & eorum veritate & notorietate testes & alia probationum genera recipiant, jurarique faciant, & examinent D diligenter, ita quod occupantium conditio melior non existat, neque per aliquorum inchoationem aliorum derogetur potestati: sed duobus aut pluribus negotium hujusmodi examinationis & receptionis testium inchoantibus, ceteri & quilibet duo, sive bini ex illis, etiam seorsum & separatim, ac eodem vel diversis temporibus testes & alia probationum genera etiam super articulis & aliis inchoatis recipere, examinare, ac mandatum hujusmodi valeant exequi, testiumque attestationes & probationes alias, vel eorum effectum eidem sacræ synodo fideliter referant, ut exinde eadem sancta synodus super præmissis procedat, decernat & judicet, prout secundum Deum, justitiam & æquitatem, fuerit faciendum.

* P. de monte

* Vaillis

E Mandat insuper & committit eadem sancta synodus præfatis commissariis, & duobus (ut præmittitur) ex illis, quatenus ad dies, horas & loca opportuna eumdem Benedictum, sic (ut præmittitur) nominatum, citent & citari faciant peremptorie publice coram ipsis in locis prædictis, ad videndum etiam recipi, produci, jurare testes & alia probationum genera in causa hujusmodi, quatenus opus erit, cum potestate citandi & cogendi testes præfatos quoscumque, si qui forsan a dicta depositione se subtraxerint.

Protestatur etiam eadem sancta synodus, quod per quoscumque actus, ordinem seu terminos judiciarios servatos vel servandos in hac causa, formæ processus, quæ de jure servanda est, aut servari sufficit in notoriis, renuntiare non intendit, neque ad servandum judiciarium ordinem se observare adstringit quovis modo. Qua schedula lecta, reverendissimus pater dominus Ostiensis præsidens nomine hujus sanctæ synodi super dicta schedula & contentis in ea respondit per verbum, Placet.

Sessio XXXII. concilii.

SESSIO XXXIII.

Sessio XXXIII. concilii.

ANNO & indictione quibus supra, die vero Mercurii duodecima mensis Maii fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi. In qua reverendissimus pater dominus Nicolaus archiepiscopus Gneznensis missam celebravit. Fuitque præsidens huic sessioni reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, vicecancellarius, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis. Et intererat hujusmodi sessioni serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex, indutus vestimentis imperialibus, coronam in capite habens, adstantibus sibi reverendissimis in Christo patribus & dominis, domino Angelo Prænestino, & Iordano Albanensi, episcopis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus; illustrissimis principibus Rodulpho Saxoniæ in ense, Ludovico Bavariæ ducibus in pomo, & Friderico marchione Brandeburgensi in sceptro, & habitibus consuetis sibi servientibus. Demum lectis litaniis una cum aliis devotis orationibus, ut moris est, ascenderunt ambonem deputati & commissarii in causa hæresis, &c. contra Petrum de Luna, in qua reverendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis fecit relationem, dicens in effectu, quod ipsi commissarii processissent in causa, ad ea quæ eis fuissent commissa, quia primo ipsum Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in sua obedientia nominatum, ad dandum & dari videndum articulos vocassent, & deinde certos articulos per procuratores causæ oblatos recepissent, eosque ad probandum admisissent, testesque octo & triginta, cardinales, archiepiscopos, episcopos, prælatos, doctores, & alios super eisdem recepissent, jurareque fecissent, ac eos diligenter examinassent. Insuper dicto Petro de Luna sic sufficienter vocato, nonnulla jura per procuratores producta in modum probationis recepissent, eaque probari fecissent, & probata esse decrevissent, & hæc omnia & alia per eos in hac causa acta, in actis redigi fecissent, prout in registro in hac causa per eos fieri mandato plenius continentur, offerentes se plenius & explicite magis relaturos, quando synodus duxerit mandandum. Relatione autem hujusmodi facta, accusabatur contumacia Petri de Luna, non videntis aperiri dicta testium in hujusmodi causa productorum: & in contumaciam petebatur ipsum in valvis majoris ecclesiæ vocari, & ad vocandum aliquos deputari. Atque extunc reverendissimus pater dominus Ioannes Ostiensis hujusmodi sessioni præsidens, nomine synodi deputavit reverendissimos patres & dominos ad vocandum præfatum Petrum de Luna, videlicet Odonem de Columna, Lucidum de Comitibus, cardinales; Viennensem archiepiscopum, Feltrensem, Tridentinensem & Lichfeldensem episcopos, & Antonium Taxal generalem ordinis sanctæ Mariæ de mercede, Thomam Polteusem & Iacobum Rbodini, sedis apostolicæ protonotarios, una cum præsentis causæ scribis, & Franciscum de Mediolano sanctæ apostolicæ

Sessio XXXIII. Concilii.

stolicæ sedis cursorem. Qui deputati vocarunt & citarunt præfatum Benedictum per cursorem antedictum, in hunc modum: Est hic Petrus de Luna, Benedictus decimustertius in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui compareat pro eo, ad videndum aperiri dicta testium, &c. Deinde dictis deputatis de valvis revertentibus, dominus Lucidus cardinalis de Comitibus nomine condeputatorum retulit, ipsam vocationem per cursorem antedictum trina vice fuisse factam, neminemque ibi comparuisse, aut aliquod verbum respondisse. Quo facto, & iterum petito publicari dicta testium, & decerni terminum ad dicendum contra dicta hujusmodi, reverendus pater & dominus, dominus Stephanus episcopus Dolensis legebat quamdam decreti papyri schedulam tenoris subsequentis.

Decretum de publicatione attestationum, & citatione ad contra objiciendum.

Hæc sacrosancta generalis synodus Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in sua obedientia nuncupatum, vocatum legitime & non comparentem, reputat contumacem, & in illius contumaciam testes, attestationes & dicta testium in præsenti causa inquisitionis mota & pendente contra eumdem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium a nonnullis nuncupatum, productorum & examinatorum, publicat, ac pro publicatis habet, & decernit eidem Petro de Luna Benedicto copiam dictarum attestationum & totius præsentis processus fieri, & assignat eidem Petro de Luna Benedicto (ut præmittitur) vocato terminum peremptorium ad diem Sabbati proximum mane hora septima in præsenti ecclesia & loco superiori prope altare sessionis, ad dicendum, objiciendum & proponendum coram commissariis nuper ad testes recipiendos & examinandos, & cetera per eamdem synodum deputatis, quidquid dicere, objicere vel proponere voluerit contra testes in hac causa productos, & eorum dicta, nec non contra instrumenta, & * registralia, & alia quæcumque producta, & in tota ipsa causa & singulis ejus discursibus, & ad hoc ipsum peremptorie citat, præfatisque commissariis & eorum majori parti, ceterisque etiam minime impeditis, ad audiendum & recipiendum omnia, quidquid dicere, objicere & proponere voluerit, & super illis cognoscendum, atque omnia & singula faciendum, quæ ad causam & processum hujusmodi pertinent & pertinebunt, usque ad sententiam definitivam exclusive, ac super eorum dependentibus, emergentibus & connexis, dat eadem sancta synodus plenam & liberam potestatem. Protestatur autem eadem sancta synodus, quod per hunc processum, aut alium quemcumque in futurum fiendum in hujusmodi causa, a forma processus super notoriis, quam sufficit servare de jure, recedere non intendit.

* registra

Qua itaque decreti schedula lecta, per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Ioannem episcopum Ostiensem, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem & vicecancellarium, hujusmodi sessioni præsidentem, nomine synodi fuit responsum, Placet.

SESSIO XXXIV.

Sessio XXXIV. Concilii.

Die Sabbati quinta mensis Junii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione decima, fuit sessio generalis per sanctam synodum Constantiensem in majori ecclesia Constantiæ solenniter celebrata, in qua reverendus pater dominus Thomas * Senonensis episcopus missam de tempore celebravit. Præsedit autem reverendissimus dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis & vicecancellarius. Et dictis demum litaniis & orationibus consuetis, cum evangelio secundum Lucam, *Homo quidam fecit cœnam magnam*, domini commissarii in causa contra Petrum de Luna ascenderunt ambonem: & reverendissimus pater dominus Guillermus cardinalis tituli sancti Marci, de suorum collegarum consensu sibi assistentium, pro themate assumens, *Tempus est ut * veniat judicium a domo Dei*, &c. quod perpulcre deducens, processum per ipsum & suos collegas contra Petrum de Luna, a quibusdam Benedictum decimumtertium nuncupatum, juxta commissionem eis desuper factam, habitum, integre narravit & recitavit, una cum probationibus articulorum simpliciter in hujusmodi causa productis. Et facta dicta relatione, reverendi patres domini Dolensis & Lichfeldensis episcopi respondendo articulos legerunt, videlicet summam probationum scriptam super quolibet articulo, dicendo post lecturam articuli: Iste articulus de veritate & notorietate probatur per testes & tales: declarando dignitates & gradus testium. Et his peractis, reverendus pater & dominus episcopus Concordiensis legebat quoddam decretum, cujus tenor sequitur.

* Cinomensis

Anno Christi 1417.

Luc. 14.

* incipiat

1 Petr. 4.

Hæc sacrosancta synodus, audita relatione processus & probationum & aliorum actorum in causa inquisitionis pendente coram eadem sancta synodo contra Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium a nonnullis nuncupatum, super ferenda sententia & aliis in causa hujusmodi fiendis deliberabit: potestatem autem alias concessam commissariis in dicta causa, præterquam ad citandum eumdem Petrum de Luna ad audiendum sententiam per eamdem synodum ferendam, non intendit revocare; super qua citatione atque sententia nullam dictos commissarios vult habere potestatem. Super præmissis dominus Ioannes episcopus Ostiensis hujusmodi sessioni præsidens nomine synodi respondit, Placet.

SESSIO XXXV.

Unio ambasiatorum domini regis Castellæ & Legionis.

Sessio XXXV. Concilii.

Die Veneris decimaoctava mensis Iunii supradicti sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi fuit solenniter celebrata, cui interfuit serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, cum insigniis regalibus, & multis principibus & nobilibus sibi adstantibus & sibi servientibus. Et ante istius sessionis officium, sive orationes solitas & consuetas, prælati pluvialibus induti, mitras capitibus imposuerunt. Consequenter reverendi patres & domini, nobiles & strenui viri serenissimi principis domini Ioannis regis Castellæ & Legionis ambasiatores, & cum eis Petrus de Lomburga de Polonia, ambonem ascenderunt, ac ipsi ambasiatores tria in effectu facere pro præsenti sessione proposuerunt, videlicet primo concilium Constantiense convocare: secundo, præsenti congregationi in Constantia se unire: tertio, subjectionem obedientiæ factam in Narbona juxta capitula ibidem concordata approbare. Et deinde Petrus de Lomburga legit quoddam procuratorium regis Castellæ. Quo lecto, frater Ludovicus de Valle Oleti, unus de ambasiatoribus dicti regis, de consensu suorum coambasiatorum legit quamdam schedulam convocationis, una cum bulla

Anno Christi 1417.

bulla concilii convocatoria, domino regi Castellæ A prædicto per synodum missa, juxta capitula concordata Narbonæ, cujus schedulæ convocationis tenor talis est.

Schedula convocationis.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Nos Didacus Conchensis episcopus, & Ferdinandus Petri de Ayala major præfectus Guispustræ, serenissimi domini regis Castellæ consiliarii, Ioannes episcopus Pacensis, Martinus Ferdinandi domicellorum præses, Ferdinandus Martini de * Davaben. Segobiensis, & Didacus Ferdinandi Palentinensis, ecclesiarum decani, decretorum doctores, B frater Ludovicus de Valle Oleti ordinis Prædicatorum, in theologia magister Parisiensis, Ioannes Ferdinandi de Rupeflore decretorum doctor, oratores & procuratores præfati serenissimi domini Ioannis regis Castellæ & Legionis, ac serenissimæ dominæ reginæ Castellæ matris & tutricis ejusdem, regnorumque gubernatricis, & omnium quorum interest, & interesse pot est. Ad pacem & unionem sanctæ matris ecclesiæ puris ac sinceris affectibus anhelantes, volentesque & intendentes adimplere conventionem in Narbona initam inter serenissimum principem & dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem semper Augustum, ac reverendos patres procuratores, oratores & legatos præsentis congregationis Constantiensis ex una, & C oratores ac procuratores serenissimi principis domini Ferdinandi claræ memoriæ Aragonum & Siciliæ regis, tam suo proprio nomine, quam tutorio & tutoris nomine præfati serenissimi domini regis Navarræ, nec non illustris principis Ioannis comitis Fuxi ex alia partibus, præsentamus nos in hoc loco coram paternitatibus vestris, offerentes nos ad exequendum dictam conventionem, ac omnia & singula in ea contenta: & sumus nunc attendentes, quod in primo capitulo dictæ conventionis continetur, quod convocatio dictarum obedientiarum fiat per prælatos, ceterosque viros ecclesiasticos hujus congregationis per literas directas ad reges, D principes, prælatos, ac alias personas de obedientia dicti domini Benedicti sic nuncupati. Quod vice versa præfati domini reges, principes, prælati, & aliæ personæ dictæ obedientiæ domini Benedicti sic nuncupati, debeant vos præfatos dominos prælatos & ceteros de congregatione præsenti per suos ambasiatores aut literas hic in Constantia convocare. Et attento etiam, quod literæ convocatoriæ pro parte vestra domino nostro regi Castellæ jam præsentatæ fuerunt, quas etiam ipse omnibus prælatis & aliis personis, quibus dirigebantur, intimari fecit modo debito, prout per instrumenta inde confecta patebit, cum fuerit opportunum, volumus & nos satisfacere dicto capitulo, cujus tenor quantum ad literas convocatorias quæ in eis continentur, talis est. E

Miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati & ceteri in Constantia provinciæ Moguntinensis in Christi nomine congregati, illustri principi, prout superius continetur, &c. Qua ad finem lecta, idem frater Ludovicus legit, ut sequitur: Cui quidem capitulo satisfacere volentes, convocamus vos omnes prelatos * ceteros dominos de hac congregatione juxta tenorem dicti capituli.

* f. & ceteros

His sic lectis, reverendissimus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis ascendens in ambonem, legit in hæc verba.

Schedula acceptationis convocationis.

Sessio XXXV. concilii.

Nos miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati, & ceteri hic congregati, dictam convocationem acceptamus, & offerimus nos paratos sine dilatione quacumque ad procedendum ad ulteriora.

Et insuper requirimus vos oratores & procuratores prædictos, quatenus ad unionem faciendam nobiscum procedatis juxta tenorem tertii capituli convocationis prædictæ, quæ talis est: Tertio, quod præfatis de obedientia dicti domini Benedicti decimitertii per quosdam, &c. ut superius continetur: cujus tamen totum tenorem legebant. Et expost frater Ludovicus de Valle Oleti præfatus, quo ad secundum principale, quamdam unionis schedulam legebat in hæc verba.

Schedula unionis.

Nos oratores & procuratores prætacti, dictis nominibus unimus nos vobis juxta tenorem capituli Narbonensis prædicti, approbantes & laudantes omnia quæ post unionem Aragonensem contra dominum Benedictum agitata sunt & processa pridem, & eodem modo, ac si per hanc unionem nostram ab hac sancta synodo nobis interessentibus facta foret. Qua unione facta, præfatus dominus archiepiscopus Mediolanensis legebat in hunc modum.

Schedula acceptationis unionis.

Nos prælati & ceteri congregati ut supra, dictam unionem * nostram acceptamus, profitentes vos * f. vestram vice & nomine præfati serenissimi domini regis Castellæ per omnia debitis modo & forma ac tempore contentis in dicto capitulo tertio satisfecisse, & e converso nos vobis oratoribus & procuratoribus prædictis nominibus juxta tenorem ejusdem capituli unimus. Quibus sic factis, reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis & vicecancellarius nomine totius synodi respondit per verbum, Placet.

Subsequenter oratores & procuratores illustrissimi domini Infantis Henrici, ac ordinis sacræ militiæ sancti Iacobi de Spata generalis magistri, ambonem ascendentes, omniaque & singula facta & acta per dominos ambasiatores & oratores regis Castellæ prædictos approbantes & laudantes, convocationem fecerunt simili modo, ut ipsius regis Castellæ ambasiatores; & finubter se huic congregationi unierunt, prout super istis convocatione & unione frater Ioannes de sancto Iacobo, ordinis Minorum, unus de ambasiatoribus prædictis, de suorum ambasiatorum consensu quamdam papyri schedulam legebat sub hujusmodi tenore.

Schedula convocationis Infantis Henrici.

Nos Vitalis de Soto miles commendator de * Camata, frater Ioannes de sancto Iacobo sacræ * Caraata; paginæ professor, Garsias de Vergara miles, Ioannes * f. Caravaca Alphonsi, decretorum baccalaurei, procuratores qua & oratores illustrissimi domini Infantis Henrici, & ordinis sacræ militiæ sancti Iacobi de Spata generalis magistri, simili modo convocamus vos omnes prælatos & ceteros dominos de hac congregatione, juxta tenorem dicti capituli. Deinde idem frater Ioannes legit, ut sequitur.

Schedula unionis ejusdem.

Nos oratores supradicti dicto nomine unimus nos

SESSIO XXXV. CONCILII.

nos vobis juxta tenorem capituli prædicti. Super A quibus omnibus & singulis promotores concilii petierunt instrumentum & instrumenta: & deinde fuit cantatum, Te Deum laudamus. Quo finito, reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis ad præsidendum ivit, & officium sessionis solitum solenniter incipiebatur. Et lectis litaniis, aliisque consuetis, præfatus archiepiscopus Mediolanensis una cum ambasiatoribus regis Castellæ ambonem ascendit, & legit schedulam sequentem, legendo etiam illa capitula concordata Narbonæ, de quibus supra faciebat mentionem, quæ superius inserta fuerunt, ubi agebatur de confirmatione eorum.

Confirmatio capitulorum. B

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, viso & considerato capitulo secundo ex capitulis Narbonensibus inter carissimum ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem illustrem, & dilectos ipsius ecclesiæ filios, promotores & nuntios dictæ synodi ex una, & procuratores ac oratores carissimorum dictæ ecclesiæ filiorum dominorum, Ferdinandi claræ memoriæ Aragonum & Siciliæ regis, tam suo proprio nomine, quam tutorio & tutoris nomine, Ioannis Castellæ & Legionis, nec non oratores Navarræ regum, & illustrium & dilectorum ejusdem ecclesiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera con- C cordatis: cujus quidem secundi capituli tenor sequitur sub his verbis: Secundo, quatenus dictæ conventionis, &c. volens in omnibus observare dictum capitulum, promittit, ratum habet, securat specialiter, confirmat, & noviter firmat, & statuit, & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo plenius continetur. Viso etiam quarto

Sup. sess. 20. capitulo incipiente: Quarto, quod per dictum uniendum concilium, &c. abolet, tollit & irritat quoscumque processus, sententias, decreta, ordinationes, statuta & pœnas, &c. ut in dicto capitulo continetur, usque ibi, & quod statuantur. Item statuit, quod nunquam de cetero ratione vel occasio- D ne dicti schismatis aut adhæsionis dicti domini Benedicti, & sui prædecessoris domini Clementis, possit contra dictos dominos reges, principes, prælatos, & alios de obedientia dicti domini Benedicti quomodolibet procedi in judicio, vel extra, ut in fine dicti capituli continetur. Viso etiam quinto

Sup. sess. 20. dictorum capitulorum incipiente: Quinto, quod per dictum formandum concilium, &c. approbat, laudat, firmat, & meliori modo quo fieri potest, plenissime confirmat omnes & singulas concessiones, dispensationes & gratias factas per dominum Benedictum prædictum quibusvis personis suæ obedientiæ de quibusvis dignitatibus, &c. ut in di-

Sup. sess. 20. cto capitulo continetur. Viso etiam undecimo di- E ctorum capitulorum incipiente: Vndecimo, quod dictus dominus rex Romanorum, &c. & attento quod dicitur ibi; & quod in prima sessione, &c. dicta sancta synodus facit, concedit, statuit & ordinat in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo continetur. Quibus sic lectis & completis, reverendi patres Iacobus Rhodini sedis apostolicæ protonotarius, & Ioannes literarum apostolicarum corrector, tenens librum euangeliorum a parte dextra; & a parte sinistra dominus Thomas Polteosis dictæ sedis protonotarius, & venerabilis dominus Iacobus Moresim sacri palatii apostolici causarum auditor, tenentes libros sanctorum euangeliorum, accesserunt ad dominos in hac sessione præsentes,

AN. CHRISTI 1417

A recipientes ab eis juramenta. Et primo serenissimus dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex, consequenter vero & domini cardinales, archiepiscopi, episcopi, ceterique prælati & ambasiatores omnia & singula capitula Narbonæ concordata in omnibus & per omnia observare juraverunt, & quilibet eorum juravit, ac ea, quantum in eis fuit, receperunt.

Quibus juramentis sic præstitis, Henricus de Piro promotor nomine præfati serenissimi principis domini Sigismondi surgens, publice dixit & inquisivit: Si aliquis esset in prædicta sessione, qui haberet mandatum sufficiens illustris principis comitis Armeniaci, quod illud exhiberet. Cancellarius autem studii Parisiensis surgens dixit, ambasiatores B Christianissimi regis Francorum certa habuisse scripta, quod dictus dominus comes sequi vellet vestigia prædicti domini regis. Tunc dictus dominus Henricus nomine quo supra dixit: Ex quo non apparet mandatum sufficiens pro ipso domino comite, nullo modo per juramentum supra per eum præstitum, ad observationem dictorum capitulorum in Narbona concordatorum, quo ad præfatum dominum comitem Armeniaci, vellet arctari, publice & solenniter fuit protestatus.

His autem sic peractis, præfatus archiepiscopus Mediolanensis legit quamdam papyri schedulam tenoris subsequentis. Sup. sess. 20.

Item domini cardinales, patriarchæ, archiepisco- C pi, episcopi, & alii prælati ambasiatores dominorum regum & principum, & alii in dicto concilio existentes, & singulares personæ, & tamquam personæ suffultæ ad hoc sufficienti potestate, jurent, prout sufficienter in dicto II. capitulo continetur.

Quæ prædicta omnia & singula intelligantur & locum habeant, retento tenore omnium & singulorum capitulorum prædictorum Narbonæ concordatorum, quibus & eorum singulis dicta synodus stare intendit, nec ab eis vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere.

Ad quæ omnia & singula dominus episcopus D Ostiensis vicecancellarius & hujus sessionis præsidens præfatus, nomine totius concilii respondit per verbum, Placet.

Subsequenter dominus & frater Ludovicus de Valle Oleti prædictus, existens in ambone, legit schedulam sequentem.

Schedula approbationis capitulorum Narbonæ factæ per oratores regis Castellæ.

Nos Didacus Conchensis episcopus, & Ferdinandus Petri de Ayala major præfectus [illegible]ultæ, serenissimi domini regis Castellæ consiliarii, Ioannes episcopus Pacensis, Martinus Ferdinandi domicellorum præses, Ferdinandus Martini de * Clavalos * Davalos E Segobiensis, & Didacus Ferdinandi Paleotinensis, ecclesiarum decani, decretorum doctores, frater Ludovicus de Valle Oleti ordinis prædicatorum in theologia magister Parisiensis, Ioannes Ferdinandi de Rupeflore decretorum doctor, oratores & procuratores serenissimi domini Ioannis Castellæ regis ac Legionis, ac serenissimæ dominæ reginæ matris & tutricis ejusdem regnorum gubernatricis, hic præsentes & personaliter constituti, dictis dominibus quibus validius & efficacius possumus, jure videlicet, forma, modo, via, causa melioribus omnia & singula decreta, statuta, protestationes per sacrosanctam & generalem synodum Constantiensem nunc facta & edita, & quæ nunc sunt seriosius lecta, ipsa habentes pro sufficienter expressis & repetitis solenniter

... & nomine regis & reginæ nostrorum præfatorum omnium regnorum & terrarum eorum acceptamus, approbamus, assentimus, & solenniter affirmamus. Et similiter sicut ipsa sancta synodus protestata est, quod non velit recedere a capitulis in dicta civitate Narbonensi concordatis, ita & nos dictis nominibus solenniter protestamur. Ad quæ tunc reverendissimus pater & dominus episcopus Ostiensis, hujus sessionis præsidens, nomine totius synodi respondit, Placet. Et consequenter præfatus archiepiscopus Mediolanensis legit decretum tenoris infra scripti.

Quod non obstantibus juramentis, liceat ab ejus obedientia recedere.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, pro bono unionis ecclesiæ sacrosanctæ auctore Deo feliciter consummandæ, considerans quod per carissimam ecclesiæ filiam Catharinam reginam illustrem, carissimi ipsius ecclesiæ filii Ioannis regis Castellæ & Legionis matrem atque nutricem, regnorumque & terrarum illius gubernatricem, atque per nonnullos prælatos, barones & notabiles personas regnorum & terrarum regis præfati, requisita & præstita fuerunt juramenta & promissiones de non recedendo ab obedientia domini Petri de Luna, Benedicti decimitertii a nonnullis sic nuncupati sub certis formis, de quibus in actis & instrumentis inde confectis latius continetur: quæ quidem acta & instrumenta, & alias quascumque probationes prædictorum, præfata synodus de ipsis plene certificata, vult hic habere pro sufficienter expressis: quodque hujusmodi juramenta & promissiones requisita & præstita fuerunt impedimentum præfatæ unionis, propter quæ & illa nulla & irrita esse censentur: statuit, decernit atque declarat, præfata omnia juramenta & promissiones, ac omnia & singula inde secuta, fuisse & esse cassa, irrita & nulla, nulliusque efficaciæ, roboris vel momenti: Et nihilominus ad cautelam, quatenus de facto processerunt, ea relaxat & cassat, irritat ac revocat, declarans præfatos (ut præmittitur) jurantes & promittentes ad observantiam prædictorum minime teneri & obligari. Quo decreto lecto, fuit per dictum dominum præsidentem nomine totius synodi responsum per verbum, Placet. Et deinde præfatus frater Ludovicus legit, ut sequitur.

Schedula subtractionis obedientiæ confirmationis, per unum de ambasiatoribus regis Castellæ lecta.

Nos Didacus, &c. ambasiatores & procuratores præfati, nomine procuratorio quo supra, confirmamus, & etiam approbamus subtractionem obedientiæ dudum factam in Perpiniano domino papæ Benedicto decimotertio, per felicis memoriæ dominum Ferdinandum Aragonum & Siciliæ regem, nomine serenissimi regis Castellæ & Legionis domini nostri, & per suas literas, sicut in eisdem latius continetur: etiam ex superabundanti cautela eam nomine quo supra de novo facimus, sicut in dictis literis continetur, & alio meliori & firmiori modo, quo fieri potest & debet, de quo offerimus literas præfati domini regis & matris in valida & expedienti forma daturos. Deinde dominus Petrus de Gradu, unus etiam de ambasiatoribus regis Castellæ & Legionis prædicti, quamdam schedulam subtractionis obedientiæ * factam, in vulgari Castellano scriptam, publice legit. Et quia a multis non intelligebatur, præsentibus igitur non est ... scripta. Deinde frater Ludovicus præfatus solenniter fecit collationem: & facta collatione, pro complemento hujus sessionis reverendissimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus Missam de Spiritu sancto celebravit.

* *l. lecta.*

Sessio XXXV. Concil.

Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Ioanne Ostiensi, de Ursinis, Bononiensi, Venetiarum, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentinensi, sancti Marci, de Chalanco, de Flisco, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, ac illustrissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege præfato, illustribusque principibus & dominis Friderico marchione Brandeburgensi, & Ludovico duce de Burga: nec non regum, principum, nobilium, prælatorum, communitatum, universitatum, studiorum ambasiatoribus, & aliis Christi fidelibus in multitudine copiosa.

SESSIO XXXVI

Sessio XXXVI. Concilii.

ANNO a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, die vero Iovis vigesima secunda mensis Iulii, fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi. Pro cujus introductione reverendissimus pater episcopus Attrebatensis Missam de sancto Spiritu celebravit: præsidebatque in eadem sessione dominus reverendissimus episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius. Et lectis litaniis, aliisque devotis orationibus solitis, dominus Antonius episcopus Concordiensis legit quamdam citationem contra Petrum de Luna factam, ad audiendum se privari, & sententiam ferri, cujus tenor sequitur.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, venerabilibus fratribus Henrico Feltrensi, Stephano Dolensi, Ioanni Pacensi, Iacobo Placentino, & Patricio Corragensi, episcopis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Frustra judicium cognoscendo geritur, nisi quod cognitum est, judiciali calculo terminetur. Cum itaque eadem sancta synodus de meritis causæ inquisitionis pendentis coram eadem sancta synodo contra Petrum de Luna, a quibusdam Benedictum decimumtertium nuncupatum, plene cognoverit, & in eadem causa ad omnes actus & terminos requisitos rite & canonice processerit, idcirco mandat eadem sancta synodus, eumdem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium (ut præmittitur) nuncupatum, citari publice in valvis ecclesiæ Constantiensis alta & intelligibili voce, dum in eadem ecclesia divina * celebrantur officia, & cum affixione præsentium literarum eisdem valvis, cum de præsenti audientia literarum contradictarum minime teneatur: atque citat peremptorie & uno edicto peremptorio pro omnibus, ad diem Lunam vigesimamsextam hujus mensis Iulii, ad comparendum in ecclesia Constantiensi mane, hora qua dicta sancta synodus sedebit, & sedere consuevit, ad audiendum jus & definitivam sententiam per eamdem synodum proferri & pronuntiari in causa prædicta. Quocirca paternitatibus vestris eadem sancta synodus mandat & committit, quatenus vos aut duo vestrum, vocatis ad hoc aliquibus ex notariis & scribis in dicta causa deputatis, vel aliis, præsentis citationis literas in valvis ejusdem ecclesiæ per alterum ex dictis notariis, vobis aut duobus vestrum præsentibus, publice alta voce & intelligibili legi faciatis, ac eumdem Petrum de Luna Benedictum decimumtertium

ut ... stituit) nuncupatum, in forma præ- ... ta i, iteratque præsentes eisdem valvis affigi, ita quod citatio hujusmodi veniat in publicam vocationem, & eidem sacræ synodo tempore sessionis proxime futuræ de gestis per vos in præmissis factis relationem fidelem. Datum Constantiæ, præfata synodo sedente in dicta Constantiensi ecclesia, undecimo Kalendas Augusti, anno nativitatis dominicæ millesimo quadringentesimo decimoseptimo.

Lecta autem præscripta citatione, idem dominus Antonius adhuc in ambone existens, de mandato sanctæ synodi dixit in effectu. Nos propter festum ... tuum, quod tamen in corpore juris non me ... tepetitur, aliqui dubitarent præsentem diem feriatam esse, tunc ipsa sancta synodus prædicta ... nem in præmissis supplet defectum, si interveniret. Super hujusmodi lectis & propositis dominus Ostiensis hujusmodi sessionis præsidens nomine concilii respondit per verbum, Placet.

Quibus sic factis, reverendi patres Stephanus Dolensis & Henricus Feltrensis episcopi, una cum notariis præsentis concilii, ad ... januas majoris ecclesiæ Constantiensis accesserunt, & in ipsarum quolibet supradictam citationem infra missarum solemnia per Ioannem Guiardi ... ntis causæ notarium alta voce legi ... unt ... itemque Petrum de Luna, Benedictum ... cuncupatum a quibusdam nuncupatum, ... citationis citarunt & citari fecerunt.

Ita vero hujusmodi ... ut præmittitur) ... dem citationem per bullam triplicatam in qu... bet dictarum portarum ... iam affigi per eundem Ioannem Guiardi fecerunt: super quibus lectione & affixione ipsi commissarii petierunt fieri instrumentum ac instrumenta. Deinde venerabilis vir Petrus de Lomburga licentiatus decretorum, ... ambone ad hoc ordinato existens, legit decretum sequentis tenoris.

Decretum cassationis pœnarum factarum per Petrum de Luna, vigore cujusdam constitutionis pro ambasiatoribus regis Castellæ.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ex certis & justissimis causis ad hoc eamdem synodum moventibus & inducentibus, annullat, irritat atque cassat, irritasque, nullas & cassas esse decernit atque declarat omnes privationes sive pœnas, aut privationum sive pœnarum declarationes, per dominum Benedictum ... in ejus obedientia nuncupatum, ... mensis * Novembris anni a nativitate

* Octobris

domini millesimi quadringentesimi decimiquinti citra factas, promulgatas, fulminatas, seu pronuntiatas, tam virtute cujusdam prætensæ constitutionis per eumdem dominum Benedictum dudum promulgatæ, sub dato Massiliæ apud sanctum Victorem, decimo ... Kalendas Iunii, pontificatus sui anno decimo ... o, quæ incipit: Benedictus episcopus servus servorum Dei, ad futuram & perpetuam rei memoriam. In dierum successibus ... malitia sic videmus mundum, &c. ... cumque alia causa, occasione, co... privationis sive pœnæ, aut declarationis prædictæ fuerint de beneficiis ecclesiasticis, dignitatibus, feudis, juribus, statibus, honoribus sive de quibuscumque aliis rebus temporalibus sive spiritualibus, & de quibuscumque ... sonis regularibus aut sæcularibus, regibus ... ve

A ... pibus archiep... opis & aliis ec... um prælatis, ma... atibus congregationibus, ... & quibuscumque aliis personis ..., ... sticis, omnesque alios processus excommunicationis aut interdicti, sive suspensionis, aut ... cumque tenoris sententias super hujusmodi privationibus aut pœnis factos sive factas, promulgatas seu promulgatas, & omnia inde vel ob id secuta, una cum eadem constitutione, & eamdem tam quam contrariam & impe... ... matris ... illi ... cassat atque ... & irritas ... decernit atque declarat, etiam si super præmissis vel aliquo præmissorum apparerent quæcumque literæ sive bullæ ... anterior ... data,
B quæ tamen ante diem præsentem non fuerint plenariæ executioni mandatæ. Et nihilominus ... cautelam absolvit, & absolutos decernit omnes & singulos supradictos, & quoscumque alios ... prædictis ... sententiis excommunicationis, suspensionis & interdicti, seu privationis (si quas virtute dictæ constitutionis, vel alias quovis modo ex supradictis causis & aliis in prædicta constitutione contentis, contraxerint) necnon omnes processus, tam super proprietate, quam possessione ... privationes etiam beneficiorum quæ possidebant; & collationes de eisdem aliis factas, aut excommunicationes, suspensiones, vel quascumque alias sententias, seu ... ...
C tra venerabiles fratres & dilectos ecclesiæ filios Didacum Conchensem episcopum, nobilem virum Ferdinandum Petri de Ayala militem, carissimi ecclesiæ filii Ioannis regis Castellæ & Legionis ambasiatores, Ioannem episcopum Pacensem, & Martinum Ferdinandi militem præpositum domicellorum dicti regis Castellæ & Legionis, & religiosum virum fratrem Ferdinandum de Illescas ordinis Minorum, ejusdem regis consiliarium, Ferdinandum Martini Segobiensis, & Didacum Ferdinandi Palentinensis, ecclesiarum decanos & decretorum doctores, fratrem Ludovicum de Valle Oleti in theologia magistrum Parisiensem, & Ioannem Ferdinandi de Rupeforte decretorum doctorem, ambasiatores & procuratores præfati regis Castel-
D læ, & Petrum Ferdinandi archidiaconum de Grado, in ecclesia Ovetensi, ipsius regis secretarium, consanguineos & familiares eorum, a die prima mensis Aprilis anno domini millesimo quadringentesimo * decimoquinto citra factos & promulgatos irritat, cassat, irrita atque cassa esse denuntiat, statuitque & decernit ambasiatores prædictos, consanguineos, nec non eorum familiares, &c perinde ad statum pristinum reducendos, ac si privationes, collationes, processus & aliæ sententiæ prædictæ minime fuissent latæ, factæ aut promulgatæ, etiam si super processibus, privationibus aut collationibus vel sententiis prædictis aliquæ literæ vel bullæ appareant sub anteriori ... data, quæ tamen ante diem prædictam non fuerint in partibus præsentatæ, & plenariæ executioni demanda-
E tæ. Eadem quoque sancta synodus omnes provisiones, promotiones & translationes de quibuscumque ecclesiis cathedralibus sive collegiatis, seu ad quascumque ecclesias cathedrales sive collegiatas, & generaliter omnes concessiones beneficiorum seu dignitatum quarumcumque, etiam per privationes dominorum cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ per præfatum dominum Benedictum sic (ut præmittitur) nuncupatum factas, aut morte, cessione, vel quovis alio modo vacantium, omnesque * & singulas concessiones, gratias & dispensationes tam super matrimoniis contrahendis, quam etiam super

* decimosexto

[illegible] & quibuscumque aliis regibus, princi[illegible] [illegible] etiam quibuscumque aliis [illegible] unitatibus & collegiis, & generaliter [illegible] eumdem dominum Bened[illegible] um sic [illegible] a limit[illegible] seu dominia aut terras [illegible] ecclesiæ fil[illegible] Ioannis regis Castellæ & [illegible] jectas aut subjecta, usque ad diem [illegible] m mensis Iunij tunc currentis acta, [illegible] dispensata, quæ per præsens decretum [illegible] aut fuerint cassata, cassave denuntiata, & [illegible] quibus bullæ, seu quæcumque aliæ literæ an[illegible] d[illegible] m prædictum non fuerint confectæ, præsentatæ & executæ, pro bono quietis & pacis laudat, approbat & confirmat, atque approbata & laudata esse d[illegible] rat [illegible] men, quod per approbationem [illegible] firmationem prædictas nullum præjudicium [illegible] issimo ecclesiæ filio Alphonso Aragonum reg[illegible] stri, nec ipsius regis matri, uxori aut fratribus, vel familiarib[illegible] sive [illegible] ciliarijs alicujus eorum, nec [illegible] utra [illegible] orum aliquem val[illegible] t in judicio vel extr[illegible] præ[illegible] co[illegible] firmatio vel approbatio allegari. V[illegible] eadem [illegible] cta synodus atque statuit, quod [illegible] carissimo ecclesiæ filio Carolo N[illegible] ar[illegible] sive ejus, aut magistro, hospitali & c[illegible] ntui Rhodi nullum præjudicium generetur [illegible] tamen declarato & intellecto, quod [illegible] ab aliquibus prælaturis, magisteriis seu magistratibu[illegible] dignitatibus vel beneficiis quibuscumque durante schismate fuerint separati, vel alias disgregat[illegible] quam membra, castra, villæ, seu alia bona, redditus, proventus vel emolumenta ac responsiones [illegible] meræ, vel alia puta quæcumque, de quibus fuerit [illegible] quibus jam provisum, vel facta collatio vel in[illegible] feudat[illegible] infra limites, dominia seu terras præfati [illegible] ecclesiæ filij regis Castellæ supradicti constituta, quin prædicta ipsis prælaturis & magisteriis seu magistratibus, dignitatibus vel beneficiis, ut cap[illegible] stitui & redintegrari valeant per concilium [illegible] um, & in quacumque parte præjudicaretur [illegible] cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ, dicta sancta synodus providebit, ut melius expedire videbitur. Per præmissa autem sancta synodus capitulo [illegible] arbonensibus non intendit in aliquo con[illegible] ue. Quo decreto lecto, dominus præsidens nom[illegible] nodi respondit per verbum, Placet.

Super quibus omnibus & singulis præmissis, & eorum quolibet, magister Henricus de Piro promotor & procurator nomine quo supra, & venerabilis vir dominus Ioannes de Rupeflore procuratorio nomine domini Ioannis regis Castellæ & Legionis [illegible] prædicti, sibi a protonotariis atque scribis [illegible] sanctæ synodi, ad futuram rei memoriam, [illegible] vel plura, & tot quot fuissent necessaria fie[illegible] unt, & quilibet eorum petiit publicum seu [illegible] instrumenta. Præsentibus ibidem reverend[illegible] in Christo patribus & dominis, dominis [illegible] Ostiensi, Laudensi, Hispano, de Vrsinis, B[illegible] Venetiarum, Senensi, Pisano, Veronensi, Cam[illegible] racensi, Tricaricensi, Placentino, de Fu[illegible], de C[illegible] alanco, Salutiarum, de Flisco, de Branckasiis, de Columna, & de Comitibus, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, ac illustri principe do[illegible] der co marchione Brandeburgensi, nec [illegible] gum, principum, prælatorum, nobilium, com[illegible] atum, universitatum studiorum & collegiorum ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in [illegible] udine copiosa.

SESSIO XXXVII.

Die [illegible] mensis [illegible] Constantiæ in [illegible] ecclesia majori loco solito [illegible] publica sessio solenniter celebrata, pro cujus introductione reverendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis presbyter missam de Spiritu sancto devotissime celebravit. Sessioni autem interfuit serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, cum insigniis regalibus & suis nobilibus in eisdem sibi servientibus. Præsidebatque sessioni hujusmodi pontificalibus insignitus reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius. Lectis deinde litaniis, aliisque orationibus consuetis, sermoneque, cujus thema erat, *Iustum judicium judicate* per reverendum patrem dominum electum in patriarcham Constantinopolitanum finito, contumacia fuit accusata Petri de Luna non comparentis, neque diffinitivam sententiam * audientis. & inde fiebat relatio executionis citationis in ultima sessione decretæ per dominum Henricum Feltrensem episcopum, unum de commissariis deputatis pro executione citationis hujusmodi. Facta autem relatione, ac iterum contumacia ipsius dicti Petri de Luna accusata, reverendissimi patres domini de Comitibus & de Fuxo cardinales, per sanctam synodum ad hoc specialiter deputati, de ejusdem synodi mandato una cum protonotariis, & præsentis causæ notariis, & Ioanne Snepper sedis apostolicæ cursore, locum sessionis exeuntes, accesserunt ad valvas ecclesiæ, & ibidem per organum cursoris prædicti præfatum Petrum de Luna trina vice vocarunt, dicendo: Est hic Petrus de Luna, ab aliquibus Benedictus decimustertius nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui compareat coram sancta synodo ad audiendum in scriptis ferri sententiam definitivam in causa schismatis & hæresis contra eum mota? Ipse autem nec aliquis pro eo comparuit ibidem, aut respondit: de quo fecerunt relationem. Facta autem relatione hujusmodi, iterato accusabatur contumacia ipsius Petri de Luna per magistrum Henricum promotorem concilii, instantissime postulando, ipsum reputari contumacem. Et nunc dominus Stephanus episcopus Dolensis quoddam decretum, sive quamdam schedulam legit in hæc verba.

Hæc sacrosancta synodus Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium a nonnullis nuncupatum, legitime citatum, vocatum, non comparentem, declarat & reputat contumacem, decernitque in ejus absentia Dei, repleta præsentia, fore in præsenti causa inquisitionis contra eum coram eadem pendente, per eamdem synodum ad definitivam sententiam procedendum.

Ista schedula sic lecta, reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis hujusmodi sessionis præsidens, nomine ipsius synodi per verbum, Placet, respondit. Et extunc reverendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci presbyter cardinalis quamdam definitivæ sententiæ schedulam legit hujusmodi sub tenore.

Sententia contra Benedictum papam decimumtertium in sua obedientia nuncupatum.

De vultu ejus hoc judicium prodeat, qui sedet in throno, & ex ejus ore procedit gladius bis acutus, cujus statera justa est, & æqua sunt pondera, qui venturus est judicare vivos & mortuos, domini nostri Iesu Christi. Amen. *Iustus est dominus, & justitias dilexit, æquitatem vidit vultus ejus. Vultus quidem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Pereat*, inquit sanctus Propheta,

Margin notes: XXXVII CONSTANT. — Ioann. — * ferri curavit. — Psalm. 16. — Apoc. 1. — Ibidem 19. — Levit. 19. — Psalm. 10. — Ibid. 33. — Psalm. 108.

Sessio XXXVII. concilii.

memoria illius, qui non est recordatus facere misericordiam, & qui persequutus est hominem inopem & mendicum quanto magis pereat illius, qui omnes homines & ecclesiam universalem persecutus est & perturbavit, Petri de Luna, Benedicti decimitertii a nonnullis nuncupati, memoria? Qui quantum in ecclesiam Dei & universum populum Christianum peccaverit, schisma & divisionem ecclesiæ fovens, nutriens atque continuans: quantis, quamque frequentibus, devotis & humilibus regum, principum & prælatorum precibus, exhortationibus & requisitionibus caritative juxta doctrinam evangelicam admonitus fuerit, ut pacem daret ecclesiæ, & illius sanaret vulnera, ac ejus partes divisas in unam compaginem & corpus unum reficeret, quemadmodum ipse juraverat, & diu fuit in sua potestate; quos tamen caritative corripientes nullatenus voluit exaudire: quot sint postmodum testes adhibiti, quibus etiam minime exauditis, necesse fuit secundum prædictam Christi evangelicam doctrinam dicere ecclesiæ: quam quia etiam non audivit, habendus sit tamquam ethnicus & publicanus: capitula in causa inquisitionis fidei & schismatis coram præsenti sancta synodo generali super præmissis & aliis contra eum edita, ac eorum veritas & notorietas, declarant manifeste. Super quibus rite ac canonice processo, & omnibus rite actis & diligenter inspectis, habitaque super illis deliberatione matura, eadem sancta synodus generalis universalem ecclesiam repræsentans, in dicta inquisitionis causa pro tribunali sedens, pronuntiat, decernit & declarat per hanc definitivam sententiam in his scriptis, eundem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium (ut præmittitur) nuncupatum, fuisse & esse perjurum, universalis ecclesiæ scandalizatorem, fautorem & nutritorem inveterati schismatis & inveteratæ scissuræ & divisionis ecclesiæ sanctæ Dei, pacis & unionis ejusdem ecclesiæ impeditorem & turbatorem, schismaticum & hæreticum, ac a fide devium, & articuli fidei, Vnam sanctam catholicam ecclesiam, violatorem pertinacem, cum scandalo ecclesiæ Dei incorrigibilem, notorium & manifestum, ac omni titulo, gradu, honore & dignitate se reddidisse indignum, a Deo ejectum & præcisum, & omni jure eidem in papatu, & Romano pontifici, ac Romanæ ecclesiæ quomodolibet competente, ipso jure privatum & ab ecclesia catholica tamquam membrum aridum præcisum. Ipsumque Petrum, quatenus de facto papatum secundum se tenet, eadem sancta synodus papatu & summo ecclesiæ Romanæ pontificio omnique titulo, gradu, honore, dignitate, beneficiis & officiis quibuscumque ad omnem cautelam privat, deponit & abjicit, eidemque inhibet, ne deinceps pro papa aut Romano & summo pontifice se gerat. Omnesque Christicolas ab ejus obedientia & omni debito obedientiæ ipsius atque juramentis & obligationibus eidem quomodolibet præstitis absolvit, & absolutos esse declarat, ac omnibus & singulis Christi fidelibus inhibet sub pœna fautoriæ schismatis & hæresis atque privationis omnium beneficiorum, dignitatum & honorum ecclesiasticorum & mundanorum, & aliis pœnis juris, etiamsi episcopalis & patriarchalis, cardinalatus, regalis sit dignitatis, aut imperialis; quibus, si contra hanc inhibitionem fecerint, sint auctoritate hujus decreti ac sententiæ ipso facto privati, & alias juris incurrant pœnas, ne eidem Petro de Luna schismatico & hæretico incorrigibili, notorio declarato & deposito, tamquam papæ obediant, pareant, vel intendant, aut eum quovis modo contra præmissa

Matth. 18. Luc. 17.

Matth. 18

sustineant, vel receptent, sibique præstent auxilium, consilium vel favorem. Declarat insuper & decernit omnes & singulas inhibitiones, omnesque processus & sententias, constitutiones & censuras, & alia quæcumque, per ipsum factos, factas & facta, quæ possent præmissis obviare, irritos, irritas, & irrita, atque irritat, revocat & annullat ceteris nihilominus pœnis, quas in præmissis casibus jura statuunt, semper salvis.

Cha. 14.

Hac schedula sive sententia lecta, prædictus Stephanus episcopus Dolensis ex parte ipsius synodi dixit in effectu: Quamvis in processu causæ hujusmodi nullus posset defectus allegari, tamen sancta synodus prædicta ad superabundantem cautelam omnes supplet defectus, si qui intervenissent. Ad quæ omnia & singula dominus præsidens nomine totius concilii respondit, Placet.

SESSIO XXXVIII.

Sessio XXXVIII. concilii.

DIE Mercurii vigesimaoctava supradicti mensis Iulii, Constantiæ in ecclesia majori fuit sessio publica solenniter celebrata. Et reverendus pater dominus Nicolaus Aschinatensis missam de beata virgine Maria celebravit: reverendus vero pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, hujusmodi sessioni præsedit. Et litaniis & aliis orationibus & solennitatibus solitis lectis atque peractis, venerabilis vir dominus Petrus de Lomburga legit quædam decreta tenoris subsequentis.

Decretum irritans pœnas latas contra ambasiatores infantis Henrici.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, ex certis & justissimis causis eamdem sanctam synodum inducentibus, nuper omnes processus tam super proprietate, quam possessione, privationes etiam beneficiorum quæ possidebant, & collationes alias de eisdem factas, aut excommunicationis, vel suspensionis, vel quascumque alias sententias, in, seu contra venerabiles fratres & dilectos ecclesiæ filios ambasiatores & procuratores carissimi ecclesiæ filii Ioannis regis Castellæ, consanguineos & familiares eorum, a die primo mensis Aprilis anni domini millesimi quadringentesimi decimisexti citra factas aut promulgatas, irritavit & cassavit, irritaque & cassa denuntiavit: statuitque & decrevit ambasiatores prædictos, consanguineos, vel familiares ipsorum, perinde ad statum pristinum reducendos, ac si privationes, collationes, processus & aliæ sententiæ prædictæ latæ aut promulgatæ minime fuissent, etiamsi super processibus, provisionibus, ac collationibus & sententiis prædictis aliquæ bullæ, sive literæ appareant sub anteriori data, quæ tamen ante diem prædictam non fuerant in partibus præsentatæ, & plenariæ executioni demandatæ. Voluit itaque deinde sancta synodus ex similibus causis mota, dilectos ecclesiæ filios Vitalem de * Scoto commendatorem de Caravaqua, & fratrem Ioannem de sancto Iacobo ordinis fratrum Minorum in theologia magistrum, & * Batsiam de Vergara militem ordinis sancti Iacobi de Spata, ac Ioannem A[illegible]nsi baccalaureum in decretis, ambasiatores & procuratores dilecti ecclesiæ filii illustris Henrici Infantis Aragonum, Siciliæ, &c. ac dicti ordinis sancti Iacobi de Spata magistri, simili favore prosequi, ac eadem, quoad præmissa, prærogativa gaudere, [illegible] tutum & decretum, irritationes & [illegible] dictas ad præfatos ambasiatores prædictos tum In-

Sup. sess. 36.

* Soto

* Garsiam

fantis

ANNO CHRISTI 1417.

ſantis Henrici & magiſtri, & ad conſanguineos & familiares ipſorum decernit perinde extendi, ac ſi in ſupradicto decreto aut ſtatuto fuiſſent una cum prædictis ambaſiatoribus regis Caſtellæ ac ſpecialiter deputati.

Quo facto idem magiſter Petrus de Lomburga adhuc in loco, ſeu ambone publicationis prædicto exiſtens, de ſimili mandato dictæ ſanctæ ſynodi ſuper hoc ſacto quiddam aliud decretum alta & intelligibili voce de verbo ad verbum perlegit ſub hujuſmodi tenore.

Decretum revocationis vocum ambaſiatoribus regis Aragonum conceſſarum.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis,

Cum nuper in capitulis Narbonæ concordatis inter cetera cantum fuerit, quod non ordinarentur, ſtatuerentur, vel fierent aliqua directe vel indirecte concernentia aut tangentia dominos reges, principes, prælatos, & alios de obedientia Petri de Luna, olim Benedicti decimitertii nuncupati, vel aliquem ipſorum; & poſt per hanc ſynodum conceſſum fuerit ambaſiatoribus & oratoribus cariſſimi eccleſiæ filii regis Aragonum præſentibus tunc & aliis venturis, etiam per modum conventionis & pacti, quod dicti oratores in natione Hiſpanica hoc durante concilio haberent vocem tantæ virtutis & auctoritatis, quantæ eſſent voces omnium prelatorum & eccleſiaſticarum perſonarum, regnorum & terrarum dicti regis, quæ poſſidet citra & vltra mare, quæ ad generale concilium ſunt aſſuetæ vocari, cum proteſtatione tamen hinc inde facta, quod premiſſa intelligerentur conceſſa ſine præjudicio dictorum capitulorum, prout in decreto deſuper confecto latius continetur. Verum cum ambaſiatores cariſſimi eccleſiæ filii regis Portugalliæ illuſtris publice conceſſioni hujuſmodi ſe oppoſuerint, & cum de hujuſmodi conceſſione tractaretur, & timeretur, quod advenientibus ambaſiatoribus cariſſimi eccleſiæ filii regis Caſtellæ illuſtris, ipſi veriſimiliter de hujuſmodi conceſſione ſive decreto turbarentur & conquererentur, prout jam ſuper hoc gravem expoſuere querelam, aſſerentes hujuſmodi conceſſionis obſervantiam in eorum tendere læſionem, ac ſui honoris non modicum præjudicium, & fore contra capitula prædicta concordata: pendenteque hujuſmodi tractatu, præfati ambaſiatores regis Aragonum ſæpius in effectu dixerunt & aſſeruerunt, quod dictos ambaſiatores regis Caſtellæ redderent contentos, & cum eiſdem ſuper hoc bene concordarent, & contra eorum voluntates dictis vocibus uti nollent: propter hoc & rationabiles alias cauſas, attento etiam quod ex hac quæſtione agenda in hac ſynodo differri & impediri poſſent, prout hactenus nonnulla bonum unionis eccleſiæ concernentia retardata & dilata fuerunt: eademque ſancta ſynodus volens * omnibus & per omnia eiſdem capitulis inhærere, & unumquemque in ſua juſtitia conſuvere, pro bono pacis & concordiæ partium prędictarum ac nationis Hiſpanicæ & ſuppoſitorum ejuſdem, ex certa ſcientia decernit & declarat, quod ambaſiatores regis Aragonum prædictis vocibus prælatorum & aliorum abſentium, qui ad concilium conſueverunt evocari, quæ eiſdem conceſſæ fuerunt, extra Hiſpaniam (ut præfertur) uti nullo modo poſſint, nec debeant in natione Hiſpanica ſupradicta, ſed quod ſingulæ ambaſiatæ regum Caſtellæ, Aragoniæ, Portugalliæ & Navarræ, habeant & repręſentent in natione prędicta voces omnium pręlatorum & aliorum abſentium, qui conſueverant ad concilium evocari ſolum, & regnorum duntaxat & dominiorum ſuorum quæ habent in Hiſpanica natione.

* f. in omnibus

SESSIO XXXVIII. CONCILII.

Quo lecto decreto, Sperans-in-Deo, unus de ambaſiatoribus regis Aragonum, in medio ſurgens, dictumque decretum in nationibus non fuiſſe poſitum allegans, de nullitate ipſius decreti fuit proteſtatus: & expoſt nationum quatuor præſidentes expreſſe dixerunt & retulerunt, hujuſmodi decretum in nationibus fore lectum, & ipſis nationibus placuiſſe ut legeretur. Et tunc reverendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis hujuſmodi ſeſſionis prędidens, nomine totius ſynodi ſuper omnibus pręmiſſis, Placet, reſpondit.

SESSIO XXXIX.

SESSIO XXXIX. CONCILII.

ANNO a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictione decima, die vero Sabbati nona menſis Octobris, Conſtantiæ in eccleſia majori in loco ſolito fuit tenta & celebrata ſeſſio publica, in qua reverendiſſimus pater dominus archiepiſcopus Viennenſis miſſam de Spiritu ſancto celebravit, reverendiſſimus vero pater & dominus, dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius, hujuſmodi ſeſſioni præſedit. Lectiſque litaniis & aliis devotis orationibus legi ſolitis, cum euangelio ſecundum Lucam: *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt*: reverendiſſimus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis ambonem aſcendit, legit & publicavit decreta quæ ſequuntur. Luc. 6.

De conciliis generalibus, & proviſione erga futura ſchiſmata.

Frequens generalium conciliorum celebratio agri dominici cultura eſt pręcipua, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſum & errorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineam domini ad frugem vbertimę fertilitatis adducit. Illorum vero neglectus prędicta diſſeminat atque fovet: hæc pręteritorum temporum recordatio & præſentium conſideratio ante oculos noſtros ponunt. Eapropter hoc edicto perpetuo ſancimus, decernimus & ordinamus, ut amodo concilia generalia celebrentur, ita quod primum a fine hujus concilii in quinquennium immediate ſequens, ſecundum vero a fine illius immediate ſequentis concilii in ſeptennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis quę ſummus pontifex per menſem ante finem cujuſlibet concilii, approbante & conſentiente concilio, vel in ejus defectum, ipſum concilium deputare & aſſignare teneatur, ut ſic per quamdam continuationem ſemper aut concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur: quem terminum liceat ſummo pontifici de fratrum ſuorum ſanctæ Romanę eccleſiæ cardinalium conſilio ob emergentes forte caſus abbreviare: ſed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando concilio deputatum abſque evidenti neceſſitate non mutet. Sed ſi forte caſus aliquis occurreret, quo neceſſarium videretur, ipſum locum mutari, puta obſidionis, guerrarum, peſtis, aut ſimilis, tunc liceat ſummo pontifici de prędictorum fratrum ſuorum, aut duarum partium ipſorum conſenſu atque ſubſcriptione, alium locum prius deputato loco viciniorem & aptum, ſub eadem tamen natione, ſubrogare,

Sessio XXXIX. Concilii.

rogare, nisi idem vel simile impedimentum per totam istam nationem vigeret, tunc ad aliquem alium viciniorem locum alterius nationis aptum hujusmodi concilium poterit convocari: ad quem prælati, & alii qui ad concilium solent convocari, accedere teneantur, ac si a principio locus ille fuisset deputatus. Quam tamen loci mutationem, vel termini abbreviationem per annum ante præfixum terminum teneatur summus pontifex legitime & solenniter publicare & intimare, ut ad ipsum concilium celebrandum prædicti possint statuto termino convenire.

Provisio adversus schismata futura.

Si vero (quod absit) in futurum schisma oriri contingeret, ita quod duo vel plures pro summis pontificibus se gererent, a die qua ipsi duo vel plures insignia pontificatus publice assumpserint, seu ministrare cœperint, intelligatur ipso jure terminus concilii tunc forte ultra annum pendens, ad annum proximum abbreviatus. Ad quod omnes prælati & ceteri qui ad concilium ire tenentur, sub pœnis juris & aliis per concilium imponendis, absque alia vocatione conveniant, nec non imperator, ceterique reges & principes vel personaliter, vel per solennes nuntios, tamquam ad commune incendium extinguendum per viscera misericordiæ domini nostri Iesu Christi exnunc exhortati, concurrant, & quilibet ipsorum pro Romano pontifice se gerentium, infra mensem a die qua scientiam habere potuit, alium vel alios assumpsisse papatus insignia, vel in papatu administrasse, teneatur sub interminatione maledictionis æternæ & amissione juris, si quod forte sibi quæsitum esset in papatu, quam ipso facto incurrat, & ultra hoc ad quaslibet dignitates active & passive sit inhabilis, concilium ipsum ad terminum anni prædictum in loco deputato prius indicere & publicare ad celebrandum, & per suas literas competitori vel competitoribus, ipsum vel ipsos provocando ad causam, & ceteris prælatis ac principibus, quantum in eo fuerit, intimare, nec non termino præfixo sub pœnis prædictis ad concilii locum personaliter se transferre, nec inde discedere, donec per concilium causa schismatis plenarie sit finita: hoc adjuncto, quod nullus ipsorum contendentium de papatu in ipso concilio ut papa præsideat: quinimo ut tanto liberius & citius ecclesia unico & indubitato pastore gaudeat, sint ipsi omnes de papatu contendentes, postquam ipsum concilium inceptum fuerit, auctoritate hujus synodi ipso jure ab administratione suspensi, nec eis, aut eorum alteri, donec causa ipsa per concilium terminata fuerit, quomodolibet a quoquam sub pœna fautoriæ schismatis obediatur. Quod si forte electionem Romani pontificis per metum (qui caderet in constantem virum) seu impressionem de cetero fieri contingat, ipsum decernimus nullius efficaciæ vel momenti, nec posse per sequentem consensum, etiam metu prædicto cessante, ratificari, vel approbari: non tamen liceat cardinalibus ad aliam electionem procedere, nisi ille sic electus forte renuntiet, vel decedat, donec per generale concilium de electione illa fuerit judicatum. Et si procedant, nulla sit electio ipso jure: sintque secundo eligentes & electus (si ipse papatui se ingesserit) omni dignitate & statu etiam cardinalatus & pontificali ipso jure privati, & inhabiles de cetero ad eosdem, ac etiam ad papalem. Nec etiam in aliquo eidem secundo electo, ut papæ, sub pœna fautoriæ schismatis obediatur quoquo modo: & eo casu concilium de electione papæ provideat

Anno Christi 1417.

A illa vice: sed liceat, imo teneantur electores omnes, aut major pars ipsorum, quam cito sine personarum periculo poterunt, (etiam si periculum omnium bonorum immineat) transferre se ad locum tutum, & metum prædictum allegare coram notariis publicis & notabilibus personis ac multitudine in loco insigni: ita tamen, quod allegantes metum hujusmodi habeant in ipsius metus allegatione exprimere speciem & qualitatem dicti metus, & jurare solenniter, quod metus taliter allegatus sit verus, & credunt se ipsum posse probare, & quod per malitiam seu calumniam, hujusmodi metum non proponunt, nec ultra proximum futurum concilium ullo modo possit differri allegatio dicti metus.

B Teneantur insuper postquam se transtulerint, & metum allegaverint, modo prædicto provocare sic electum ad concilium: quod concilium si ultra annum pendeat a die provocationis hujusmodi, intelligatur ad annum, ut supra, ipso jure terminus breviatus. Et nihilo minus electus ipse sub pœnis prædictis, & cardinales provocantes sub pœna amissionis cardinalatus & omnium beneficiorum suorum, quam ipso facto incurrant, infra mensem a die provocationis concilium ipsum (ut supra dicitur) indicere & publicare, & quam citius poterunt intimare, ac cardinales ipsi, ceterique electores ad locum concilii tempore convenienti personaliter se transferre, & usque ad finem causæ expectare.

C Teneantur quoque prælati, ceterique ut supra, ad convocationem cardinalium tantum, si forte sic electus convocare cessaret, accedere: qui sic electus in concilio ipso non præsideat, quinimo sit a termino initiandi concilii ipso jure ab omni administratione papatus suspensus, nec sibi a quoquam sub pœna fautoriæ schismatis quomodolibet obediatur. Quod si infra annum ante diem indicti concilii contingant supradicti casus, videlicet quod plures gerant se pro papa, vel quod unus per metum vel impressionem eligatur, censeantur ipso jure tam se gerentes pro papa, quam electus per metum seu impressionem, & cardinales ad dictum concilium provocati, teneanturque in ipso concilio comparere

D personaliter, causam exponere, & judicium concilii expectare. Sed si dictis casibus occurrentibus, contingat forte casus aliquis, quo necessarium sit locum concilii mutare, ut obsidionis, guerræ aut pestis, vel similis, teneantur nihilo minus tam omnes supradicti, quam omnes prælati, ceterique qui ad concilium ire tenentur, ad locum proximiorem (ut præmittitur) qui sit habilis ad concilium, convenire. Possitque major pars prælatorum, qui infra mensem ad locum certum declinaverint, illum sibi & aliis pro loco concilii deputare. Concilium autem (ut præfertur) convocatum & congregatum, de hujusmodi schismatis causa cognoscens, & in contumacia electorum seu gerentium se pro papa, vel cardinalium (si forte venire neglexerint) litem di-

E rimat, atque causam definiat, ac culpabiles in schismate procurando seu nutriendo, vel in administrando seu obediendo, & administrantibus favendo, seu contra interdictum superius eligendo, vel calumniose allegando metum, etiam ultra prædictas pœnas, cujuscumque status, gradus aut præeminentiæ existant, ecclesiasticæ, vel mundanæ, sic puniat, ut vindictæ rigor luceat ceteris in exemplum. Vt autem metus seu impressionis molestia in electione papæ eo formidolosius evitetur, quo toti Christianitati lamentabilius eorum incussio seu factio perpetratur: ultra prædicta duximus specialiter statuendum, quod si quis hujusmodi metum vel impressionem aut violentiam electoribus ipsis

aut

Anno Christi 1417.

ant alicui ipsorum in electione papæ intulerit, seu fecerit, aut fieri procuraverit, vel factum ratum habuerit, aut in hoc consilium dederit vel favorem, facientes scienter receptaverit, vel defensaverit, aut negligens in executione pœnarum inferius comminatarum extiterit, cujuscumque status, gradus aut præeminentię fuerit, etiam si imperiali, regali, pontificali, vel alia quavis ecclesiastica aut sæculari præfulgeat dignitate, illas pœnas ipso facto incurrat, quæ in constitutione felicis recordationis Bonifacii papæ octavi, quę incipit, Felicis, continentur, illisque effectualiter puniatur. Civitas vero (quod absit) etiam si urbs Romana fuerit, seu alia quævis universitas, quæ talia facienti auxilium vel consilium dederit, aut favorem, vel infra mensem B saltem taliter delinquentem (prout tanti facinoris enormitas exegerit & facultas ei adfuerit) non duxerit puniendum, eo ipso ecclesiastico subjaceat interdicto. Et nihilo minus pręter dictam urbem pontificali (ut supra) sit dignitate privatus, non obstantibus privilegiis quibuscumque. Volumus insuper, quod in fine cujuslibet generalis concilii hoc decretum solenniter publicetur, nec non quandocumque & ubicumque Romani pontificis electio imminebit facienda, ante ingressum conclavis legatur, & publice intimetur.

Forma de professione papæ facienda.

Quanto Romanus pontifex eminentiori inter mortales fungitur potestate, tanto clarioribus ipsum decet fulciri fidei vinculis, & sacramentorum C ecclesiasticorum observandis ritibus alligari. Eapropter, ut in futurum Romanis pontificibus in suæ creationis primordiis & singulari splendore luceat plena fides, statuimus & ordinamus, quod deinceps quilibet in Romanum pontificem eligendus, antequam sua electio publicetur, coram suis electoribus publice confessionem & professionem faciat infra scriptas.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Anno a nativitate domini millesimo, &c. ego N. electus in papam, omnipotenti Deo, cujus ecclesiam D suo præsidio regendam suscipio, & beato Petro apostolorum principi corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere sanctam fidem catholicam, secundum traditiones apostolorum, generalium conciliorum & aliorum sanctorum patrum, maxime autem sanctorum octo Conciliorum universalium, videlicet primi Nicæni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini, quarti Calchedonensis, quinti & sexti Constantinopolitanorum, septimi item Nicæni, octavi quoque Constantinopolitani, nec non Lateranensis, Lugdunensis & Viennensis generalium etiam conciliorum. Et illam fidem usque ad unum apicem immutilatam servare, & usque ad animam & E sanguinem confirmare, defensare & prædicare, ritum quoque pariter sacramentorum ecclesiasticorum catholicæ ecclesiæ traditum, omnimode prosequi & observare. Hanc autem professionem & confessionem meam per notarium scriniarium sanctæ Romanæ ecclesię me jubente scriptam, propria manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo pura mente & devota conscientia super tali altari, &c. sinceriter offero in præsentia talium, &c. Datum, &c.

Ne prælati transferantur inviti.

Cum ex prælatorum translationibus ecclesię ipsæ de quibus transferuntur, plerumque gravibus in

Sessio XXXIX. concilii.

A spiritualibus & temporalibus subjaceant dispendiis & jacturis, prælati quoque nonnunquam jura & libertates ecclesiarum suarum translationis formidine non adeo solerter ut alias prosequantur, ne ad importunitatem quorumdam, quæ sua & non quæ Iesu Christi quærentium, Romanus pontifex forsan ut homo facti nescius, in hujusmodi circumveniatur, aut alias leviter inclinetur, præsentibus statuimus & ordinamus, invitorum episcoporum & superiorum translationes absque magna & rationabili causa, quæ vocata parte cognita fuerit & decisa de consilio sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, vel majoris partis eorumdem, & cum subscriptione, de cetero fieri non debere. Inferiores vero, ut abbates, aliique perpetuo beneficiati, inviti absque justa & rationabili causa cognita amoveri seu privari non debeant. Adjicientes, quod in mutationibus abbatum subscriptio cardinalium interveniat, sicut in episcopis est præmissum, salvis constitutionibus, consuetudinibus & privilegiis ecclesiarum, monasteriorum & ordinum quorumcumque.

Philip. 2.

De spoliis & procurationibus.

Cum per papam facta reservatio & executio & perceptio procurationum, ordinariis & aliis inferioribus prelatis debitarum ratione visitationis, nec non & spoliorum decedentium prælatorum, aliorumque clericorum, gravia ecclesiis, monasteriis & C aliis beneficiis, ecclesiasticisque personis afferant detrimenta, præsenti declaramus edicto, rationi fore consentaneum, & reipublicæ accommodum, tales per papam reservationes, ac per collectores & alios auctoritate apostolica deputatos sive deputandos, exactiones seu perceptiones de cetero nullo modo fieri seu attentari, quinimo procurationes hujusmodi quorumcumque prælatorum, cardinalium etiam, vel ipsius papę familiarium, officialium & aliorum quorumvis clericorum, in curia Romana vel extra, ubicumque & quandocumque decedentium, spolia seu bona eorum mortis tempore reperta, plene & libere pertineant illis, & per illos recipiantur, quibus alias, præfatis reservationi- D bus, mandatis & exactionibus cessantibus, competerent & pertinere deberent, prelatis etiam inferioribus & aliis hujusmodi spoliorum exactiones pręter & contra juris communis formam fieri interdicimus, constitutione felicis recordationis Bonifacii papę octavi, quę incipit, Præsenti, super hoc edita specialiter, in suo robore duratura. Post hæc autem venerabilis vir magister Petrus de Lomburga legit decretum tenoris subsequentis.

Potestas definiendi possessorium causæ episcopatus Cumanensis.

Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis universalem Dei ecclesiam repræsentans, vene- E rabilibus fratribus * Placensi, Pistoriensi & Vaurensi episcopis, quos alias ad audiendum causam & causas ac querelas ad nos devolutas seu deductas, & devolvendas seu deducendas, deputavimus etiam ecclesiarum cathedralium, usque ad definitivam sententiam exclusive, quam in causis ipsarum ecclesiarum cathedralium nobis reservavimus, ut causam super possessorio judicio ecclesiæ Cumanensis, & pertinentibus ad eamdem, inter venerabilem fratrem Antonium episcopum Cumanensem agentem ex una, & dilectos ecclesiæ filios canonicos & capitulum, & fratrem Franciscum de * Crivellis ordinis Minorum, pro electo dictæ ecclesiæ se ge-

*f. Parenti

* Canalis

Q

SESSIO XXXIX. CONCILII. se gererent, defendentes partibus ex altera, quæ coram ipsis pendet indecisa, habentes statum causæ hujusmodi pro sufficienter expresso, ac noo valentes diversis occupati negotiis finali decisioni ejusdem intendere finali sententia, vocatis secum aliquibus terminare valeant, plenariam concedimus facultatem. Quibus sic lectis, dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis præsidens oomine totius concilii respondit per verbum, Placet.

Super quibus omnibus & singulis præmissis & eorum quolibet magister Ioannes de Scribanis promotor & procurator prædictus nomine quo supra, & Xanthes advocatus oomine præfati domini fratris Antonii petiit a protonotariis & notariis hujus sacri concilii unum vel plura, publicum aut publica, instrumentorum seu instrumenta præsentibus reverendissimis dominis in Christo patribus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, Ostiensi, Laudensi, de Ursinis, Bononiensi, Hispano, episcopis; Venetiarum, Aquileiensi, Senensi, Placentino, Veronensi, Tricaricensi, Pisano, sancti Marci, de Chalanco, Rhemensi, de Fuxo, presbyteris; de Flisco, de Brancaciis, de Columna & de Comitibus, diaconis cardinalibus; nec oon egregiis viris dominis Augustino de Pisis, Dominico de Ponte, Ardecino de Novaria sacri consistorii advocato, & Luca de Flisco milite Ianuensi, aliisque dominorum regum, principum ac prælatorum ambasiatoribus, & aliis Christi fidelibus in multitudine copiosa.

SESSIO XL.

SESSIO XL. CONCILII. Die Sabbati trigesima supradicti mensis Octobris fuit celebrata generalis sessio in majori ecclesia Constantiensi. Pro cujus quidem sessionis introductione reverendissimus pater dominus Iordanus episcopus Albanensis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, de Ursinis vulgariter nuncupatus, missam de Spiritu sancto celebravit: reverendissimus vero dominus Ioannes episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, pontificalibus indutus, hujusmodi sessioni præsedit. Lectisque litaniis & aliis orationibus in sessionibus legi solitis, reverendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci presbyter cardinalis quędam decreta publice legit sub his verbis.

Reformationes fienda per papam una cum concilio, antequam concilium dissolvatur.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, statuit & decernit, quod futurus Romanus pontifex per Dei gratiam de proximo assumendus, cum hoc sacro concilio, vel deputandis per singulas nationes debeat reformare ecclesiam in capite & in membris, & curiam Romanam, secundum æquitatem & bonum regimen ecclesię, antequam hoc concilium dissolvatur, super materiis articulorum alias per nationes in reformatorio oblatorum, quæ sequuntur.

1. *Primo, de numero, qualitate & natione dominorum cardinalium.*
2. *Item de reservationibus sedis apostolicæ.*
3. *Item de annatis, communibus servitiis & minutis.*
4. *Item de collationibus beneficiorum & gratiis expectativis.*
5. *Item de confirmationibus electionum.*
6. *Item de causis in Romana curia tractandis, vel non.*
7. *Item de appellationibus ad Romanam curiam.*
8. *Item de officiis cancellariæ & pœnitentiariæ.*
9. *Item de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis.*
10. *Item de commendis.*
11. *Item de fructibus medii temporis.*
12. *Item de non alienandis bonis Romanæ ecclesiæ.*
13. *Item propter quæ & quomodo papa possit corrigi & deponi.*
14. *Item de extirpatione simoniæ.*
15. *Item de dispensationibus.*
16. *Item de provisione papæ & cardinalium.*
17. *Item de indulgentiis.*
18. *Item de decimis.*

ANNO CHRISTI 1417.

Hoc adjecto, quod facta per natiooes deputatione prædicta, liceat aliis de licentia papæ libere ad propria remeare.

Quod procedatur ad electionem Romani pontificis, absentia cardinalium Petri de Luna non obstante.

Sacrosancta generalis synodus Constaotiensis, attendens ea quæ jamdudum Narbonæ pro unione ecclesiæ de admittendis in eadem synodo cardinalibus obedientiæ Petri de Luna, olim Benedicti decimitertii in sua obedientia nuncupati, concordata fuerunt, quodque post notoriam ejectionem dicti Petri de Luna, præfati cardinales dudum secundum eadem concordata ante ejectionem hujusmodi vocati, infra tres menses & amplius a die ejectionis prædictæ expectati noo venerunt, statuit & decernit fore ad electionem Romani pontificis juxta decernenda per eamdem synodum, ejusdem synodi auctoritate procedendum, ipsorum absentia noo obstante: quos, si ante consummatam electionem futuri summi pontificis venerint, & eidem concilio adhæserint juxta dispositionem juris & decernenda per concilium, una cum aliis ad electionem prædictam admittendos esse declarat.

De modo & forma eligendi papam.

Ad laudem, gloriam & honorem omnipotentis Dei, & ad pacem & unitatem universalis ecclesiæ ac totius populi Christiani, ut electio futuri Romani & summi pontificis proxime celebranda, firmiori auctoritate & plurium roboretur assensu, & ne, attento statu ecclesiæ super dicta electione, in posterum ulla retractio, ullusve scrupulus in mentibus hominum resideat, sed ex illa sequatur unio certa, vera, plenissima & perfecta fidelium: sacrosancta synodus Constantiensis, communi utilitate pensata, de speciali & expresso consensu & voluntate concordi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium in eadem synodo personaliter existentium, & collegii eorumdem ac omnium nationum præsentis concilii, ordinat, statuit & decernit, quod hac vice dumtaxat ad eligendum Romanum & summum pontificem, una cum cardinalibus sex prælati, vel aliæ honorabiles personæ ecclesiasticæ in sacris ordinibus constitutæ, de qualibet natione in eadem synodo pro tunc existentes, quos seu quas quælibet ipsarum nationum pro se ad hoc infra decem dies duxerit eligendas, ipsis cardinalibus adjungantur. Quibus omnibus eadem synodus eligendi Romanum pontificem secundum formam hic expressam (quatenus opus est) tribuit potestatem, videlicet, quod ille absque ulla exceptione ab universali ecclesia

Anno Christi 1417.

ecclesia Romanus pontifex habeatur, qui a duabus partibus cardinalium in conclavi existentium, & a cujuslibet nationis duabus partibus eisdem cardinalibus adjungendorum, & tunc adjunctorum, electus fuerit & receptus, quodque non valeat electio, nec electus pro summo pontifice habeatur, nisi duæ partes cum cardinalibus ad eligendum adjungendorum & tunc adjunctorum, consentiant & consenserint in Romanum pontificem eligendum. Statuit insuper, ordinat & decernit, quod vota quorumcumque in electione hujusmodi emittenda sint nulla, nisi (ut præmittitur) duæ partes cardinalium, & duæ partes cujuslibet nationis adjungendorum, & tunc adjunctorum prædictorum, præsentialiter seu per accessionem in unum concurrant. Hoc etiam adjecto, quod prælati & alii cum cardinalibus ipsis ad electionem hujusmodi adjungendi, & tunc adjuncti, omnes & singulas constitutiones apostolicas etiam pœnales circa electionem Romani pontificis editas, atque consuetudines observari consuetas, quemadmodum ipsi cardinales observare teneantur, & ad illorum observantiam astringantur. Teneantur insuper jurare, & jurent dicti electores & cardinales & alii, antequam ad electionem procedant, quod in hujusmodi electionis negotio attendant, quod eis imminebit (cum de creatione agitur vicarii Iesu Christi, successoris beati Petri, universalis rectoris ecclesiæ, gregis domini directoris) puris & sinceris mentibus (& quantum credant publicæ utilitati universalis ecclesiæ proficere, omni cujuscumque nationis personæ vel alio inordinato affectu, odio, gratia vel favore abjectis) procedere, ut eorum ministerio de utili & idoneo universali ecclesiæ pastore provideatur. Ordinat insuper, statuit & decernit, eadem sancta synodus, quod infra decem dies exnunc continue numerandos, quos decem dies omnibus & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus præsentibus & absentibus, & ceteris electoribus supradictis, attenta Romanæ ecclesiæ notoria vacatione, ad intrandum conclave in hac civitate Constantiensi in majori domo communitatis ejusdem civitatis ad hoc jam ordinata, præfigit & assignat, præfati electores, cardinales & alii supradicti intrent ipsum conclave ad electionem hujusmodi celebrandam, ceteraque faciendum, observandum & prosequendum, quemadmodum in ceteris præter præmissa de cardinalibus & aliis in electione Romani pontificis jura statuunt & decernunt, quæ omnia, præmissis observatis, vult eadem sancta synodus in suo robore permanere. Hanc autem formam & hunc modum electionis approbat, ordinat, statuit ac decernit pro hac vice, & ad omnem scrupulum submovendum eadem sancta synodus omnes & singulos in eadem synodo præsentes & venturos, qui eidem synodo adhærebunt, ad omnes actus legitimos in eadem synodo agendos active & passive (quatenus opus est) habilitat & habiles esse declarat, ceteris ejusdem concilii decretis semper salvis, supplens omnes defectus (si qui forsan intervenerint) in præmissis, apostolicis etiam & generalibus conciliis editis, & aliis constitutionibus non obstantibus quibuscumque. Quibus decretis sic lectis, dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis hujusmodi sessionis præsidens, ipsius synodi nomine respondit, Placet.

Super quibus omnibus & singulis præmissis & eorum quolibet magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine quo supra, sibi a protonotariis, notariis & scribis ipsius sanctæ synodi ad futuram rei memoriam, unum vel plura, ac tot quot fuerint necessaria fieri petiit, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus reverendissimis in Christo patribus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, Ostiensi, Laudensi, de Vrsinis, Bononiensi, Hispano, episcopis; Venetiarum, Aquileiensi, Senensi, Placentino, Veronensi, Tricaricensi, Pisano, sancti Marci, de Chalanco, Rhemensi, de Fuxo, presbyteris; de Flisco, de Branckasiis, de Columna & de Comitibus diaconis cardinalibus; ac illustri principe domino Friderico marchione Brandeburgensi, sancti Romani imperii archicamerario, ac magnificis & generosis dominis Bertholdo de Vrsinis, Lodovico de Otingen, & Eutbero de Ravaretzburg, comitibus, aliisque regum, principum, prælatorum, nobilium, communitatum, universitatum, studiorum & collegiorum ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Sessio XL. concilii.

SESSIO XLI.

Sessio XLI. concilii.

Die Lunæ octava mensis Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione decima, fuit tenta sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, missam de Spiritu sancto, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum rege cum insigniis regalibus interveniente, devote celebravit. Et missa finita, dominus Iacobus episcopus Laudensis solennem fecit sermonem ad synodum, assumens pro themate, *Eligite meliorem*. Reverendissimus vero pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, huic sessioni præsedit. Litaniis igitur lectis, aliisque in sessionibus legi solitis, cum evangelio secundum Ioannem, *Si diligitis me, mandata mea servate:* dominus Petrus de Lomburga licentiatus in decretis, stans in ambone solito, quamdam constitutionem felicis recordationis Clementis papæ sexti, & alia quæ sequuntur, legit hujusmodi sub tenore.

4. Reg. 16.

Ioan. 14.

Constitutio Clementis papæ sexti super modo & forma tenendis super victualibus cardinalium in conclavi existentium.

Clemens episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Licet in constitutione a felicis recordationis Gregorio papa decimo prædecessore nostro super electione Romani pontificis edita in concilio Lugdunensi, inter cetera caveatur expresse, quod si eumdem pontificem in civitate, in qua cum sua curia residebit, diem claudere contingat extremum, cardinales in palatio, in quo idem pontifex habitabat, omnes conveniant, & in eo singuli singulis tantummodo, nisi illi quibus ex patenti necessitate duo permittuntur haberi, contenti servientibus clericis vel laicis (prout elegerint) unum conclave, nullo intermedio pariete vel alio velamine, inhabitent in communi: & quod diebus certis, non facta provisione de pastore, decursis, panis, vinum & aqua tantum eisdem cardinalibus, donec subsequetur provisio, ministretur: quia tamen, sicut frequenti multorum assertione & in cardinalatu constitutorum percepimus, nonnulli ex cardinalibus in observatione constitutionis ipsius gravati alias nimium extiterunt, multi quoque ex ipsis duos in conclavi prædicto habuerunt servientes, non absque

Sessio XLI. concilii.

A ch 141

abſque ſcrupulo conſcieotiæ propter ambiguitatem dictorum verborum, videlicet, Quibus ex patenti neceſſitate doo permittuntur haberi, in dicta conſtitutione (ut præmittitur) cootentorum, nos providere ſuper his cupientes, ex his & certis aliis cauſis rationabilibus, quæ noſtrum ad id animum induxerunt, rigorem conſtitutionis ipſius, & etiam ad fratrum noſtrorum ſupplicationem, io his providimus temperandum, auctoritate apoſtolica ſtatueotes, quod cardinales poſtquam conclave hujuſmodi, ſeu clauſuram pro dicta celebranda electione intraverint, ſinguli duos ſervientes tantum clericos vel laicos, proout duxerint eligendos, ac etiam ſingulis præter panem, vinum & aquam io prandio & in cœna dumtaxar unum ferculum ſeu miſſum B carnium unius ſpeciei tantummodo, aut piſcium ſeu ovorum, cum uno potagio de piſcibus vel carnibus principaliter non confectis & decentibus ſalſamentis habere valeant ultra carnes ſalitas, & herbas crudas, ac caſeum, fructus ſive electuaria, ex quibus tamen nullum ſpecialiter ferculum cooficiatur, niſi ad condimentum fieret, vel ſaporem. Nullus vero eorum de alterius ferculo veſci poſſit. Liceat etiam eis ex decentia honeſtatis habere in clauſura hujuſmodi, cum in lectis cauſa quieſcendi vel dormiendi eſſe voluerint dumtaxat, intermedia ſeu velamina ſimplicium tantummodo cortinarum, prædictis & felicis recordationis Clementis papæ V. prædeceſſoris noſtri & aliis cooſtitutionibus apoſtolicis contrarus, quibus per hoc in aliis derogare C nolumus, non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam ooſtræ conſtitutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe oooverit incurſurum. Datum Avenione octavo Idus Decembris, pontificatus ooſtri anno decimo.

Deinde idem dominus Petrus in eodem loco exiſtens de ſimili mandato capitula, quæ cardinales & alii electores Romani pontificis infra ſcripta obſervare, & cuſtodes conclavis jurare facere obſervari teoentur, alta & intelligibili voce perlegit.

CAPITVLA IVRANDA PER ELE- D ctores Romani pontificis, & cuſtodes conclavis.

ISTA ſunt, quæ cardinales & alii electores Romani pootificis in concilio generali Conſtantienſi obſervare, & cuſtodes jurare & facere obſervari tenentur, & ad quæ oon ultra compelli poſſint per cuſtodes conclavis.

Primo, quod infra decem dies a die iam lati per concilium decreti intrent conclave, videlicet hodie Lunæ octava menſis Novembris infra occaſum ſolis.

Secundo, quod qoilibet non habeat ultra duos ſervientes clericos vel laicos, quos duxerit eligendos, E & ſimpliciter permittantur duos habere per conſtitutionem Clemeotis ſexti, licet in conſtitutione, Vbi majus, noo liceret habere duos, niſi ex patenti neceſſitate.

Tertio, quod in conclavi ſimul inhabitent, nullo medio pariete vel alio velamine, niſi quando dormient vel quieſcent: & tunc licet habere intermedia ſeu velamina dumtaxat ſimplicium cortinarum, quæ cortinæ conceduntur per dictam conſtitutionem Clementis ſexti.

Quarto ita claudatur conclave, reſervato aditu ad ſecretam cameram, quod oullus, poſtquam incluſi fuerint, intrare valeat vel exire. Nullus ad eoſ- A dem electures aditus pateat, vel facultas ſecrete loquendi aliquid cum eis, nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittaot, niſi de conſenſu omnium aliqui pro his quæ ad electionem pertinent, vocarentur.

Quinto, quod nulli liceat ad ipſos electores ountium vel ſcripturam mittere.

Sexto, quod in ipſo conclavi competens ſit feneſtra, per quam electoribus & ſervitoribus vitæ neceſſaria miniſtreotur, per quam tamen oulli patere poſſit acceſſus.

Septimo, quod in ſingulis diebus poſtquam conclave intraverint, præter panem, vinum & aquam, in prandio unum dumtaxat ferculum carnium unius ſpeciei tantum, aut piſcium ſeu ovorum, cum uno B potagio de piſcibus ſeu carnibus principaliter noo confectis & deceotibus ſalſamentis habere valeans ultra carnes ſalitas, & herbas crudas ac caſeum, fructus ſeu electuaria, ex quibus tamen nullum ſpecialiter ferculum conficiatur, niſi ad condimentum fieret, vel ad ſaporem. Et in iſtis cibis reſtringitur per Clementem ſextum conſtitutio, Vbi majus, pro tribus primis diebus, quibus nulla ciborum eras limitatio, & pro ſequentibus moderatur.

Octavo, quod eſt de mente conſtitutionis, Vbi majus, per Clementinam, Ne Roman. quod nullus intrare compellitur conclave, niſi omoes recuſareot, quia tunc cogendi ſunt.

Nooo, quod volentibus exire permittitur. Sed ſi omnes exirent, papa non electo, reintrare com- C pellantur, niſi quos excuſat infirmitas. Sed qui ſine cauſa infirmitatis exiverit, amplius non admittitur, oiſi omoes (ut præmittitur) exirent.

Decimo, quod exiens pro cauſa infirmitatis, ac etiam abſeotes, ſi ſupervenerint re integra, videlicet antequam de papa ſit proviſum, admittantur in conclavi, in ſtatu in quo erit electionis negotium.

Cuſtodes conclavis jurent, quod præmiſſa omnia ſine fraude & dolo ioviolabiliter faciant obſervari, neque cardinales & alios electores ultra præmiſſa coarctabunt, nec permittent, aut aliquatenus ſineot per alios coarctari. Item quod eadem die omoes cuſtodes, & maxime qui addentur ultra illos, quibus de jure competit, nominatim de- D putentur per concilium, & jureot præmiſſa. Item videtur, quod ſi dominus rex eſt præſens, debeat pro ſuæ majeſtatis reverentia, ab eo ſedente in ſede ſua per duos cardinales recipi juramentum.

Nomina jurandorum.

Fridericus marchio Brandeburgenſis, Guillermus comes de Heonenberg, Philippus magiſter Rhodi, Bronorus de la Scala dominus Veronenſis miles, Ioannes Raimundi Floch comes de Cardona, Ferdinandus Petri de Ayala miles de Caſtella, Martinus Ferdinandi miles, Raimundus * Ayirmar miles, Bertholdus comes de Vrſinis, E Guntherus comes de Schvvartzburg, Ludovicus comes Oettingen, Humbertus de Sabaudia baſtardus miles, Hugo comes de Havvgheberg, Sancius miles, Staniſlaus miles, ambaſiatores regis Poloniæ. Quibus omnibus ſic lectis, venerabilis & egregius vir dominus Petrus * Clantiger decretorum doctor, omnibus & ſingulis perſonis ſupradictis præſentibus & intelligentibus, alta voce capitula ſupradicta per eos juranda de verbo ad verbum io Teutonico ſermone ad intellectum expoſuis. Quibus capitulis ſic ad intellectum expoſitis, duo ex reverendiſſimis dominis cardinalibus (prout ordinatum fuerat) ad ſereniſſimum principem dominum Sigiſmun-

* Aymar

* Clactiger

ANNO CHRISTI 141[7]. SESSIO XLI. CONCILII.

Sigismundum Romanorum regem, in sede sua regia existentem, una cum libro evangeliorum & cruce sancta accesserunt. Ipseque dominus Sigismundus Romanorum rex, tactis cruce & evangelio prædictis, in manibus dictorum dominorum cardinalium prædicta capitula observare juravit. Quo juramento præstito, omnes & singuli prædicti singulatim ad pedes dicti domini præsidentis accesserunt, ibique tactis corporaliter & cruce & evangelus, in manibus ejusdem præsidentis (ut præmittitur) dicta capitula firmiter observare juraverunt. Deinde reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis, & Ludovicus de Palude abbas Treuorchiensis pro collegio cardinalium, Pandulfus protonotarius de Albiano pro Italica, Theobaldus archiepiscopus Bisuntinensis pro Gallicana, Nicolaus episcopus Mersburgensis pro Germanica, Petrus episcopus Olerensis pro Anglicana, decanus Segobiensis pro Hispanica, nationibus, pro custodia conclavis deputati, in manibus dicti præsidentis tactis cruce & evangelis prædictis (ut præmittitur) juraverunt. Quibus juramentis sic (ut præmittitur) præstitis & receptis, reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis legit sequens decretum sub his verbis.

Decretum de electoribus Romani pontificis pro hac vice.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, exequendo ejusdem synodi ordinationem, decretum & statutum nuper edita super modo & forma electionis hac vice Romani pontificis, ad eligendum eadem vice Romanum pontificem, adjungit reverendissimis in Christo patribus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, ex eorum voluntate & consensu expressis, venerabiles Ioannem patriarcham Constantinopolitanum, Ioannem Rigensem Germanicæ, Guillermum Bituricensem Gallicanæ, Nicolaum Gneznensem Germanicæ, Bartholomæum Mediolanensem Italicæ, Iacobum Turonensem Gallicanæ, archiepiscopos; Ricardum Londoniensem, Nicolaum Bathoniensem Anglicanæ, Didacum Concheosem, Ioannem Pacensem Hispanicæ, Ioannem Gebennensem Gallicanæ, Franciscum * Melfitensem, Henricum Feltrensem Italicæ, Nicolaum Aquensem Hispanicæ, Simonem Traguriensem Germanicæ, Ioannem Lichfeldensem, Ioannem Norvicensem Anglicanæ, episcopos, ac dilectos ecclesiæ filios Iacobum Pennensem electum Italicæ, Robertum Cluniacensem Gallicanæ, Thomam sanctæ Mariæ Eboracensem Anglicanæ, monasteriorum abbates; Leonardum generalem ordinis Prædicatorum sacræ paginæ, Italicæ; Thomam decanum Eboracensem sedis apostolicæ notarium, Anglicanæ; Pandulphum de Malatestis archidiaconum Bononiensem, Italicum; Vvalterum Grassi priorem Rhodi decretorum, Gallicanæ; Philippum de Madalia archidiaconum, pœnitentiarium in ecclesia Barcinonensi, sacræ paginæ, Hispanicæ; Lambertum de Stipite priorem de Berekeryo, Gundisalvum Garsiæ archidiaconum de Brunesta decretorum, Vvalaschum Petri utriusque juris, Hispanicæ; Nicolaum de Dinckelspuel, Conradum de Susato sacræ paginæ doctores, Germanicæ, nationum prædictarum in eadem synodo existentium & nominatorum, & per easdem nationes quemlibet per se ad hoc electorum: præfatisque sic (ut præmittitur) electis & adjunctis, eligendi cum ipsis cardinalibus, de eorum voluntate & consensu expressis, Romanum & summum pontificem secundum formam ordinationis & decreti præmissorum, tribuit potestatem, supplens omnem defectum, si quis forsan in electione prædictorum adjunctorum intervenerit. Quo decreto lecto, idem dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis continuavit sub his verbis.

* Melfien,

Decretum de non spoliando eligendum in papatu.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, ad perpetuam rei memoriam.

Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum, ad id præsertim, ad quod cupiditatis & avaritiæ stimulis incitatur. Fiunt autem & factæ sunt leges, ut earum metu humana refrenetur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & refrenetur nocendi facultas. Cum itaque nonnunquam evenisse comperimus, quod electo Romano pontifice, nonnulli sub prætextu cujusdam abusivæ licentiæ, res & bona sic electi, quasi culmine divitiarum adepto, falso prætendentes occupanti concedi, nedum illius sic electi, imo aliquando nonnullorum, quos electos esse mendaciter confingunt, domos, res & bona illorum, necnon & aliquando bona cardinalium aut electorum Romani pontificis, & aliorum in loco conclavis existentium, eorum violenter invadunt, recipiunt, occupant & transportant, lucrifacta existimantes, ex quibus (si permitterentur) plura pericula, scandala, rapinæ, furta, & nonnunquam homicidia sequerentur. Nos igitur tam sceleratæ temeritatis & audaciæ viam præcludere, & hujusmodi periculis & scandalis obviare volentes, præfatum damnantes sceleratorum abusum, talia fieri hoc edicto prohibemus; statuentes, quod quicumque, cujuscumque status aut conditionis existat, contra hoc præsumpserit attentare, aut ad hoc auxilium, consilium vel favorem præbere, præter pœnas quas in violentos raptores & occupatores hujusmodi, jura atque apostolicæ & imperiales constitutiones statuunt, eo ipso excommunicationis sententiam incurrat, a qua nisi per istam sanctam synodum aut futurum Romanum pontificem, præterquam in mortis articulo & satisfactione, absolvi nequeat, & omni officio, beneficio, privilegiis, ac dignitate ecclesiastica & mundana, feudisque & rebus aliis, si quæ, aut quas in Romana vel aliis ecclesiis obtinebit, sit privatus, & intestabilis active & passive existat: civitas vero quæ in præmissis culpabilis fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto: huic adjicientes sanctioni, ut domini temporales, rectoresque & officiales civitatis vel loci, ubi electionem Romani pontificis contigerit celebrari, illa imminente, præmissa fieri sub gravioribus pœnis publice & realiter prohibeant, & prohibitionem diligenter faciant observari, ceteris constitutionibus * circa talia editis, in suo robore duraturis.

* circa

Decretum annullationis protestationum, conventionum, nec non suspensionum causarum, & audientia litium.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, ut purius, sincerius & liberius ad electionem Romani pontificis proxime celebrandam procedatur, omnes & singulas protestationes, quæ possunt puritati, sinceritati, libertati & efficaciæ electionis hujusmodi obviare, necnon conventiones, pactiones, promissiones, obligationes, juramenta, condicta & intendimenta circa materiam electionis hujusmodi factas & facta, fiendas & fienda, ex abundanti damnat, reprobat, annullat & execratur,

Sessio XLI. concilii.

prout etiam de jure sunt nulla; mandans sub obtestatione divini judicii, & sub excommunicationis pœna, quam in contrarium facientes vult & statuit eo ipso incurrere, & præcipiens, ne quis (si quis forsitan talia fecerit) illis utatur, aut illas vel illa observet, cum plus Deo placeant talium transgressores, quam observatores: illosque ab illorum, vel illarum observatione absolvit & liberat, ac liberos & absolutos esse declarat. Præterea ut ad tam necessarium & salubre electionis negotium attentius procedatur, audientiam & omne causarum & litium exercitium in eadem sancta synodo & illius auctoritate constitutam & constitutum, præter audientiam curiæ cameræ apostolicæ, usque ad assumptionem Romani pontificis inclusive suspendit & prohibet, irritum decernens & inane, quidquid in contrarium fuerit attentatum. Quibus decretis, ac omnibus & singulis (ut præmittitur) lectis & peractis, dominus præsidens totius concilii nomine, per verbum Placet, respondit. Deinde vero de mandato sacræ synodi idem reverendissimus dominus præsidens voluit habere decretum de securitate præsentis civitatis Constantiæ, alias statutum & ordinatum, pro lecto & repetito in eadem sessione.

Super quibus omnibus & singulis præmissis magister Henricus de Piro procurator & promotor prædictus, nomine quo supra, sibi a protonotariis, notariis atque scribis ipsius sanctæ synodi, ad futuram rei memoriam, unum vel plura, ac tot quot fuerint necessaria, fieri petiit publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Ioanne Ostiensi, Laudensi, Hispano, de Vrsinis, Bononiensi, episcopis; Venetiarum, Aquileiensi, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, de Chalanco, Rhemensi, de Fuxo, presbyteris; de Branckasus, de Flisco, de Comitibus, diaconis sanctę Romanę ecclesię cardinalibus, & ceteris prędictis, aliisque regum, principum, prælatorum, nobilium, communitatum, universitatum, studiorum & collegiorum ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Introitus conclavis.

Eadem die hora tertia vel quasi post meridiem, reverendissimi, reverendique patres & domini sanctę Romanę ecclesię cardinales, patriarcha Constantinopolitanus, archiepiscopi, episcopi, abbates, venerabilesque domini priores, decani, archidiaconi, doctores, ceterique electores prędicti domini communitatis civitatis Constantiensis domum pro conclavi paratam, pro electione Romani pontificis celebranda, more solito intraverunt.

Electio papa.

Die Iovis in festo sancti Martini episcopi, undecima supradicti mensis Novembris, reverendissimi, reverendique patres & domini sanctę Romanę ecclesię cardinales, patriarcha, archiepiscopi, episcopi, abbates, aliique electores prędicti in conclavi prędicto existentes, reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Odonem de Columna, sancti Georgii ad * velum aureum diaconum cardinalem, de Columna vulgariter nuncupatum, natione Romanum, concorditer in Romanum pontificem elegerunt, qui Martinus papa quintus nominari voluit. Et sic per serenissimum & invictissimum principem dominum Sigismundum Romanorum regem, una cum sancta synodo, apud prædictam ecclesiam majorem hujus civitatis Con-

* velabrũ

A stantiensis maximis cum solennitatibus & lætitia fuit inthronizatus.

Anno Christi 14.7.

Coronatio papa.

Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Martini divina providentia papæ quinti anno primo, die dominica vigesimaprima supradicti mensis Novembris, idem sanctissimus dominus noster more solito & in coronationibus Romanorum pontificum hactenus observari consueto, fuit apud ecclesiam Constantiensem honorifice coronatus, & demum per dominos sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, aliosque præla-
B tos, ambasiatores, & Romanæ curiæ officiales in sacrosancta synodo prædicta præsentes, nec non illustrissimum principem dominum Sigismundum Romanorum regem, &c. a dextero, & illustrissimum principem dominum Fridericum marchionem Brandeburgensem, sacri Romani imperii archicamerarium & electorem, a sinistro, lateribus ejusdem domini nostri papæ per equi frenum in quo sedebat, una cum populosa multitudine processionaliter ab ecclesia Constantiensi prædicta usque ad monasterium sancti Augustini conductus, & per circuitum ad Constantiensem ecclesiam prædictam fuit solennissime reductus.

C

SESSIO XLII.

Sessio XLII. concilii.

ANNO domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione undecima, die vero Martis vigesimaoctava mensis Decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini, domini Martini divina providentia papæ quinti anno primo, fuit sessio generalis in ecclesia majori Constantiæ, sanctissimo domino nostro papa prædicto personaliter præsente ibidem & præsidente. In qua reverendissimus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis missam de sanctis Innocentibus devote celebravit. Qua celebrata, reverendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti
D Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, de mandato sanctissimi domini nostri ac sanctæ synodi prædictorum, in ambone solito stans, quamdam bullam infrascripti tenoris publice legit.

Bulla liberationis facta domino imperatori de custodia olim Ioannis vigesimitertii papa, & traditione domino nostro papa factis.

Martinus episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Sigismunde regi Romanorum illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Dudum præsens sacrum generale concilium Constantiense personam Baltassaris Cossa, olim Ioannis papæ vigesimitertii in sua obedientia nuncu-
E pati, post illius a papatu per definitivam sententiam ejusdem concilii canonicam depositionem, per eamdem sententiam ad standum & morandum in aliquo bono & honesto loco sub custodia tuta nomine dicti sacri concilii, quamdiu eidem sacro concilio pro bono unionis ecclesiæ Dei videretur, condemnavit: quem hucusque fideliter & diligenter tam per te, quam per dilectum filium nobilem virum Ludovicum ducem Bavariæ & comitem Palatinum Rheni, tuo nomine sub fide & tuta custodia, honeste & debite, tamquam unionis & pacis zelator & devotus conservasti.

Cum autem nuper nos & nonnullos nationum in eodem concilio existentium deputatos, instanter & sæpe requisiveris, quatenus personam dicti Bal-

tassaris

ANNO CHRISTI 1417. tassaris prædictam de tua custodia recipere, teque & eumdem ducem de ejusdem Baltassaris prædicta custodia liberare & exonerare vellemus. Nos attendentes, quantis laboribus & studus pacem & unionem ecclesiæ omnipotentis Dei nostri fueris prosecutus, satisque esse, quod tu onus dictæ custodiæ jam per biennium & pene per sex menses laboriose (quod pro magno habemus beneficio) subiisti, volentes te ac eumdem ducem (ut justum est) ab omni onere liberare, (eodem sacro approbante concilio) decernimus & ordinamus, personam eamdem dicti Baltassaris nobis, aut deputandis a nobis fore tradendam & assignandam, decernentes & declarantes, ac volentes (eodem sacro approbante concilio) per traditionem & assignationem hujusmodi deputandis a nobis, per te aut B dictum ducem, vel alium seu alios tuo nomine faciendam, eo ipso quod illas fieri continget, te & ducem eumdem ab omni onere, debito & obligatione dictæ custodiæ, & alias occasione illius contractis apud nos & idem sacrum concilium ac ecclesiam universalem, esse ac perpetuo remanere liberos, solutos penitus & immunes. Si quis autem hanc paginam decreti, ordinationis, declarationis & voluntatis nostræ infringere præsumpserit, aut ei ausu temerario contraire, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

* quinto Datum Constantiæ in concilio generali, * sexto Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno primo. C

Quo decreto lecto, dominus Ioannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, totius synodi nomine per verbum Placet, respondit.

Super quibus omnibus & singulis egregius legum doctor dominus Augustinus de Pisis, sacri consistorii & fisci domini domini nostri papæ advocatus; nec non magister Ioannes de Scribanis & Henricus de Piro promotores & procuratores dicti sacri concilii, nominibus quibus supra, sibi a protonotariis, notariis atque scribis dicti domini nostri papæ & sacri concilii, ad futuram rei memoriam, unum vel plura, seu tot quot essent necessaria, fieri D petierunt, & quilibet ipsorum petiit instrumentum publicum, seu publica instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis dominis Ioanne Ostiensi, Laudensi, de Ursinis, Venetiarum, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, de Chalanco, de Fuxo, de Comitibus, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus; nec non regum, principum, prælatorum, nobilium, universitatum, studiorum, communitatum & collegiorum ambasiatoribus & nuntiis, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

SESSIO XLIII.

SESSIO XLIII. CONCILII. ANNO domini millesimo quadringentesimo E decimooctavo, indictione duodecima, die vero Lunæ vigesimaprima mensis Martii, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri Martini divina providentia papæ quinti anno primo, Constantiæ in ecclesia majori fuit tenta & celebrata ipsius sacrosanctæ & universalis synodi Constantiensis sessio publica, sanctissimo domino nostro papa prædicto præsidente. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis Missam de Spiritu sancto celebravit. Et juxta ritum solitum litaniis & aliis devotis orationibus lectis, idem reverendissimus pater dominus Guillermus cardinalis nonnulla decreta, sive statuta per dominum nostrum papam ac synodum eosdem facta, publice perlegit sub his verbis.

SESSIO XLIII. CONCILII.

De exemptionibus.

Martinus episcopus servus servorum Dei.

Attendentes, quod a tempore obitus felicis recordationis Gregorii papæ undecimi prædecessoris nostri, nonnulli Romani pontifices, aut pro Romanis pontificibus se gerentes, & in suis diversis obedientiis reputati, pro sua voluntate, aut per importunitatem petentium nonnullas ecclesias, monasteria, capitula, conventus, prioratus, beneficia, loca & personas a jurisdictionibus ordinariorum tempore dicti Gregorii nullatenus exemptos, vel exempta, de novo a dictorum ordinariorum jurisdictionibus exemerunt, in grave ipsorum ordinariorum præjudicium: nos volentes hujusmodi præjudicio obviare, omnes exemptiones ecclesiarum cathedralium, monasteriorum, capitulorum, conventuum, prioratuum, beneficiorum, locorum, personarum quarumcumque, etiam si ex prædictis aliquod monasterium fuerit exemptum, & postea subjectum monasterio diversi habitus vel coloris, a tempore obitus dicti Gregorii undecimi per quoscumque pro Romanis pontificibus se gerentes, etiam si per nos forsan approbatæ fuerint ex certa scientia, vel innovata parte non vocata de novo factas, quæ tamen ante exemptionem hujusmodi nulla exemptione gaudebant, sed simpliciter subjiciebantur ordinariæ jurisdictioni, nullumque ante illud tempus habuerunt initium, exceptis etiam exemptionibus, quæ uni toti ordini & quæ ecclesiis, monasteriis, capitulis, conventibus, beneficiis sive locis, a prædicto tempore sub modo exemptionis aut conditione fundatis, aut contemplatione novæ fundationis, seu universitatibus studiorum generalium, aut collegiis scholarium, aut per modum confirmationis, augmenti aut additionis factæ fuerint, aut concessæ, aut super quibus præsentibus & auditis (quorum intererat) auctoritate competente ordinatum fuerit, seu in quibus ordinarii consenserint, & omnes exemptiones perpetuas per inferiores a papa factas, sacro approbante concilio revocamus, etiam si super ipsis lis pendeat indecisa, ipsam penitus extinguentes, ecclesias, monasteria, & alia loca prædicta in pristinam ordinariorum jurisdictionem reducimus. Ceteris autem exemptionibus ante obitum dicti Gregorii habitis vel concessis, nullum volumus per hoc præjudicium generari: Insuper non intendimus exemptiones de cetero facere, nisi causa cognita, & vocatis quorum interest.

De unionibus.

Martinus episcopus servus servorum Dei.

Uniones & incorporationes a tempore obitus Gregorii undecimi factas seu concessas, cum certa regula dari non possit ad querelas eorum, quorum interest, nisi fuerint impetrantes beneficia sic unita, si non ex rationabilibus causis & veris factæ fuerint, licet apostolicæ sedis auctoritas intervenerit, revocabimus justitia mediante.

De fructibus percipiendis.

Martinus, &c.

Fructus & proventus ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorum, vacationis tempore obvenientes, juris & consuetudinis vel privilegii dispositioni relinquimus, illosque nobis vel apostolicæ cameræ prohibemus applicari.

De

SESSIO XLIII. CONCILII.

ANNO CHRISTI 14 8.

De simonia.

Martinus, &c.

Multæ contra simoniacam pravitatem ab olim factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit competenter extirpari. Nos volentes de cetero (ut possumus) attentius providere, sacro approbante concilio declaramus, quod ordinati simoniace ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quævis provisiones simoniacæ ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque deinceps factæ, nullæ sint ipso jure, nullumque per illas jus cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati, aut provisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem, tamquam inique ablata percipientes, teneantur. Statuentes insuper, quod dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si pontificali aut cardinalatus præfulgeant dignitate.

De dispensationibus.

Martinus, &c.

Quoniam beneficia propter officia conceduntur, reputamus absurdum, ut qui beneficia obtinent, recusent aut negligant officium exercere. Nos igitur, sacro approbante concilio, omnes dispensationes a quibuscumque pro Romanis pontificibus se gerentibus concessas quibuscumque electis, confirmatis, seu provisis ad ecclesias, monasteria, prioratus conventuales, decanatus, archidiaconatus, & alia quæcumque beneficia, quibus certus ordo debitus est vel annexus, ut munus consecrationis episcopi, sive benedictionem abbatis, aut ceteros debitos aut annexos ordines suscipiant, præter illas quæ secundum formam constitutionis Bonifacii octavi, quæ incipit, Cum ex eo factæ sunt, revocamus: statuentes, ut qui de præsenti illos vel illa obtinent, infra sex menses a die publicationis hujusmodi constitutionis nostræ, & qui in posterum obtinebunt, infra terminum juris se faciant consecrari, aut benedici, seu ad alium debitum ordinem promoveri. Alioquin sint ipsis monasteriis, ecclesiis, dignitatibus, personatibus, officiis & beneficiis pro ipso jure privati, & aliis libere conferantur, aut provideatur de illis, ceteris constitutionibus circa hoc editis in suo robore duraturis.

De decimis & aliis oneribus ecclesiasticis.

Martinus, &c.

Præcipimus & mandamus, jura quæ prohibent inferioribus a papa decimas & alia onera ecclesiis & personis ecclesiasticis imponi, districtius observari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum clerum, nisi ex magna & ardua causa & utilitate, universalem ecclesiam concernente, & de consilio & consensu & subscriptione fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium & prælatorum, quorum consilium commode haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno vel provincia, inconsultis prælatis ipsius regni vel provinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum majori parte, & eo casu per personas ecclesiasticas & auctoritate apostolica dumtaxat leventur.

De vita & honestate clericorum.

Martinus, &c.

Inter ceteros prælatorum & clericorum excessus hoc maxime inolevit, quod spreta in vestibus forma ecclesiasticæ honestatis, plurimi delectantur esse deformes, & cupiunt laicis conformari, quodque mente gerunt, habitu confitentur. Unde præter cetera quæ circa vestes, tonsuram & habitus clericorum, tam in formis quam in coloribus, atque comam seu capillos, vitamque & honestatem clericorum jura statuunt, & quæ nimium collapsa sunt tam in sæcularibus quam in regularibus, sacro approbante concilio innovamus, & præcipimus diligentius observari. Illum specialiter abusum (eodem approbante concilio) decernimus penitus abolendum, quod in quibusdam partibus nonnulli clerici & personæ ecclesiasticæ sæculares & regulares, etiam (quod magis execramur) prælati ecclesiarum, manicas ad cubitum pendentes, & longas cum magna sumptuosa superfluitate vestes, etiam fissas retro & in lateribus cum fodraturis ultra oram excedentibus etiam in fissuris deferunt, & cum talibus in ecclesiis cum superpelliciis ac aliis vestibus ad cultum & officium ecclesiasticum ordinatis, etiam intra ecclesias ipsas, in quibus beneficiati existunt, non verentur divinis officiis interesse. Hanc vestium deformitatem in quibuscumque personis ecclesiasticis reprobamus, ac usum talium inhibemus: contrarium autem facientes, ut transgressores canonum puniantur: specialiter statuentes, ut quicumque beneficiatus, aut officium in ecclesia gerens, in habitu hujusmodi divinis officiis præsumpserit interesse, pro qualibet vice a participatione proventuum ecclesiasticorum per mensem noverit se suspensum, fructusque illi fabricæ illius ecclesiæ applicentur.

Martinus, &c.

Decernimus & declaramus, sacro approbante concilio, per decreta, statuta & ordinata, tam lecta in præsenti sessione, quam concordata cum singulis nationibus ejusdem concilii, & quæ in nostra cancellaria poni volumus, & literas in forma publica sub sigillo vicecancellarii volentibus literas confici, atque tradi huic sacro concilio, super articulis contentis in decreto super reformatione facienda, die Sabbati trigesima mensis Octobris proxime præteriti promulgata, fuisse & esse jam satisfactum. Quibus decretis ac statutis sic (ut præmittitur) lectis, reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, de voluntate nationum ac ipsius synodi, & earum nominibus (ut asseruit) respondit in hunc modum: De mandato nationum respondeo, quod placent nationibus decreta recitata, & cuilibet nationi placet concordia cum ipsa per dominum nostrum facta, & per præmissa fatentur dicto decreto jam esse satisfactum, non intendentes propterea, quod concordata cum una natione, in aliquo alteri nationi afferant præjudicium.

Super quibus omnibus & singulis præmissis, & eorum quolibet, magister Ioannes de Scribanis promotor & procurator sacræ synodi prædictæ, & fiscalis cameræ apostolicæ, petiit sibi tam domini nostri papæ quam synodi prædictorum nominibus a protonotariis, notariis, atque scribis ejusdem synodi fieri unum vel plura, publicum seu publica instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Angelo Laudensi, Petro Hispano, episcopis, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Antonio Aquileiensi, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Thoma Tricaricensi, Petro de Fuxo,

ANNO CHRISTI 1418.

de Fuxo, presbyteris, Ludovico de Flisco, Raynaldo de Branckasiis, & Lucido de Comitibus, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, nec non dominorum regum, principum & universitatum ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

SESSIO XLIV.

SESSIO XLIV. CONCILII.

ANNO, indictione & pontificatu quibus supra, die tertio Martis decimanona mensis Aprilis, Constantiæ in ipsius ecclesia majori, sanctissimo domino nostro papa Martino præsidente, more solito publica sessio solenniter celebrata fuit, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum, &c. rege, insigniis regalibus induto interessente: pro cujus sessionis introductione reverendissimus pater dominus Nicolaus Assisinatensis Missam de Spiritu sancto celebravit. Et hujusmodi Missa finita, lectisq; litaniis, & aliis orationibus legi consuetis, debite peractis, reverendissimus pater dominus Antonius sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, de Chalanco vulgariter nuncupatus, quoddam decretum sive statutum alta voce legit in hæc verba.

Decretum de loco futuri concilii proxime celebrandi.

Martinus episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Cupientes ac volentes decreto hujus generalis concilii satisfacere, inter alia disponenti, quod omnimodo generalia concilia celebrentur in loco quem summus pontifex per mensem ante finem hujus concilii, approbante & consentiente concilio, deputare & designare teneatur pro loco dicti proxime futuri concilii celebrandi supradicti, eodem consentiente & approbante concilio, civitatem Papiensem tenore præsentium deputamus & etiam assignamus, statuentes & etiam decernentes, quod prælati, & etiam alii qui ad generalia concilia debent convocari, tempore prædicto civitatem ipsam Papiensem accedere teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ deputationis & etiam assignationis statuti, decreti & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum & actum Constantiæ in loco sessionis publicæ decimotertio Kalendas Maii, pontificatus nostri anno primo. Quo decreto lecto, dominus episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, nomine totius synodi respondit, Placet. Et subsequenter dominus Ardecinus de Novaria, ex parte serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis ibidem præsentis, & ejus nomine, idem decretum approbavit & laudavit. Et subsequenter dominus Augustinus de Lante de Pisis legum doctor, sacri consistorii advocatus, nomine domini nostri papæ dictum locum sive civitatem Papiensem approbavit, laudavit, & ad concilium hujusmodi celebrandum habilem esse dixit.

Super quibus omnibus & singulis præmissis, domini Ardecinus & Augustinus præfati nominibus quibus supra, nec non magister Ioannes de Scribanis promotor & procurator sacri concilii prædicti, & ejus nomine a protonotariis, notariis atque scribis domini domini nostri papæ, & ipsius sanctæ synodi, unum vel plura fieri & confici petierunt, & quilibet eorum petiit publica instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus Ioanne Ostiensi, Laudensi, Hispano, Bononiensi, Aquileiensi, Senensi, Veronensi, Tricaricensi, de Fuxo, de Comitibus, & Venetiarum, juniore Ioanne Constantinopolitano, Ioanne Antiocheno patriarcha, ac regum, principum, prælatorum, nobilium, communitatum, universitatum, studiorum & collegiorum ambasiatoribus, ac aliis Christi fidelibus in multitudine copiosa.

SESSIO XLIV. CONCILII.

SESSIO XLV. ET ULTIMA.

De dissolutione concilii.

SESSIO XLV. CONCILII.

VENERIS die vigesimasecunda mensis supradicti Aprilis fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi, sanctissimo in Christo patre & domino, domino nostro Martino divina providentia papa quinto in eadem præsidente, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum, &c. rege, insigniis imperialibus induto interessente. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus pater dominus Antonius tituli sanctæ Susannæ sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis Aquileiensis vulgariter nuncupatus, Missam de Spiritu sancto devotissime celebravit. Qua finita, & litaniis cum solitis orationibus finitis & peractis, reverendissimus pater dominus Umbaldus miseratione divina tituli sancti Viti in macello diaconus cardinalis, de mandato ipsius domini nostri totiusque sacri concilii, prout asseruit, alta & intelligibili voce pronuntiavit hæc verba, videlicet.

Absolutio concilii.

Domini, ite in pace. Et responsum fuit per adstantes: Amen. Quo facto, reverendus pater Ioannes de * Podimitis episcopus Catanensis, frater ordinis Prædicatorum, sacræ theologiæ professor, de mandato domini nostri papæ, & consensu sacri concilii (ut asseruit) ambonem ascendit. Antequam autem ad talia se diverteret, seu procederet, ambasiatores serenissimi principis Vladislai Poloniæ regis, & illustrissimi principis domini Alexandri, alias Vvitoldi magni ducis Lituaniæ, petierunt nomine dictorum dominorum quemdam libellum, & in eo contenta cujusdam fratris Ioannis Falkemberg, notorie * crudelissimos errores & hæreses (ut dixerunt) continentem, rite damnatum tamquam hæreticum per deputatos in causa fidei, ac etiam per omnes nationes concilii, ac per collegium cardinalium conclusum (prout dixerunt) constare publicis instrumentis, in sessione publica per sacrum concilium damnari, seu publice damnatum pronuntiari, antequam præsens concilium dissolveretur, sanctissimo domino nostro papæ præfato humiliter supplicarunt: alioquin nomine quo supra protestabantur de gravamine & de appellando ad futurum concilium. Quibus sic factis, sanctissimus dominus noster papa dixit respondendo ad prædicta, quod omnia & singula determinata, conclusa & decreta in materiis fidei per præsens concilium, conciliariter tenere & inviolabiliter observare volebat, & nunquam contraire quoquo modo. Ipsaque sic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter, nec alio modo. Et illud idem iterato fecit dici per organum domini Augustini de Pisis fiscalis & sacri consistorii advocati prædicti, qui nomine papæ a protonotariis & notariis ad scribendum acta concilii ordinatis & deputatis petiit instrumenta publica fieri. Et extunc prælibatus dominus episcopus Catanensis fecit collationem solennem, assumendo pro themate hæc verba, videlicet: *Vos nunc tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Qua quidem facta collatione, reverendissimus pater domi-

* Podyomitis

* f. crudelissimos

Ioan 16.

SESSIO XLV. CONCILII.

tius Antonius tituli sanctæ Cæciliæ, sanctæ Romanę ecclesiæ presbyter cardinalis, de Chalanco vulgariter nuncupatus, de mandato ipsius domini nostri papæ & voluntate concilii (ut asseruit) quædam decreta publice legit hujus tenoris.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Hoc etiam requirente præsente sacro concilio, ex certis & rationabilibus ac justis causis ipsum concilium absolvimus, omnibusque & singulis in eo existentibus ad propria remeandi, ipso approbante concilio, licentiam impartimur. Item auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, & nostra, concedimus omnibus & singulis, qui in hoc sacro concilio & causa ipsius interfuerunt, absolutionem plenariam semel in vita, ita quod quilibet de prædictis infra duos menses postquam ad ejus notitiam concessio hujusmodi pervenerit, possit dictum beneficium absolutionis assequi in forma: similem concessionem facimus in mortis articulo. Et intelligimus tam de dominis, quam de familiaribus eorumdem: sic tamen, quod a die notitiæ præsentium pro absolutione in vita jejunent per annum sexta feria, & pro absolutione in mortis articulo per alium annum, nisi legitime fuerint impediti, quo casu habeant alia pietatis opera peragere. Post secundum vero annum debeant etiam usque ad finem vitæ feria sexta jejunare, vel aliqua opera pietatis peragere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum & actum Constantiæ in loco sessionis publicæ dicti concilii, decimo Kalendas Junii, pontificatus nostri anno primo. Quibus decretis & statutis, & aliis (ut præmittitur) lectis & peractis, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Ioannes miseratione divina episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, Vivariensis vulgariter nuncupatus, nomine sacri concilii prædicti (sicut asseruit) respondit, Placet. Et per dominum Augustinum de Lante de Pisis, advocatum sacri consistorii, fiscique, & prædicti domini papæ & concilii (ut asseruit) petitum est instrumenta publica fieri ad perpetuam rei memoriam a protonotariis sedis apostolicæ, notariis ac scribis dicti sacri generalis concilii.

MARTINI V. PAPÆ BULLA DE ERRORIBUS IOANNIS VVICLEFF de Anglia, & Ioannis Hus de Bohemia, damnatis in hoc sacro generali Constantiensi concilio.

Martinus episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis & episcopis, ac inquisitoribus hæretica pravitatis ubilibet constitutis, ad quos literæ præsentes pervenerint, salutem & apostolicam benedictionem.

Inter cunctas pastoralis curæ solicitudines, quibus premimur incessanter, illa potissime fortius nos angit, ut hæreticis de finibus Christicolarum expulsis, suisque falsis doctrinis & erroribus perversis penitus, quantum nobis ex alto conceditur, extirpatis, orthodoxa & catholica fides integra & illibata permaneat, ac populus Christianus in ejusdem fidei sinceritate, quolibet obscurationis semoto velamine, immobilis & inviolatus persistat. Sane dudum plus quam omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus & dominiis, præsertim in regno Bohemiæ & marchionatu Moraviæ, ac locis & districtibus illis vicinis, adversus fidei catholicæ dogmata, & sanctæ matris ecclesiæ traditiones, non solum contra unum, quinimo contra plura fidei catholicæ dogmata insurrexerunt quidam hæresiarchæ, circumcelliones, schismatici & seditiosi, Luciferina superbia & rabie lupina evecti, dæmoniorum fraudibus illusi, de vanitate in idipsum (licet forent de diversis mundi partibus oriundi) convenientes, & caudas colligatas habentes, damnatæ videlicet memoriæ Ioannes Vvicleff de Anglia, Ioannes Hus de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui utinam alios secum ad infidelitatis interitum non traxissent. Nam ubi hujusmodi pestilentes personæ perversa dogmata pertinaciter seminabant, in suæ doctrinæ pestiferæ primordio prælati & alii judiciariæ potestatis regimina exercentes, tamquam canes muti non valentes latrare, nec ulciscentes cum apostolo in promptu omnem inobedientiam, hæresiarchas ipsos pestiferos & dolosos, eorum lupinam rabiem truculentam statim (ut adstricti fuerant) canonice coercere, eosque de domo domini corporaliter ejicere non curarunt, sed sacrilegam, falsam & perniciosam ipsorum doctrinam per longas moras negligenter convalere permiserunt: populorum multitudo, illorum opinionibus falsis decepta, pro veris accepit, quæ diu mendaciter & perniciose ac damnabiliter seminaverunt, eisque credendo, a recta fide cecidit turba multa, & errore devio involvitur, proh dolor, paganorum, adeo quod per diversa illarum, eisdemque convicinarum partium climata, oves Christi catholicas hæresiarchæ ipsi successive infecerunt, & in stercore mendaciorum fecerunt putrescere. Quapropter generalis Constantiensis synodus tantam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam videns, exclamare compulsa est cum Augustino: Quid faciet ecclesiæ medicina, salutem omnium materna caritate conquirens, tamquam inter phreneticos & lethargicos æstuans? numquid contemnere, numquid desistere vel debet vel potest? certe non, secundum eumdem; imo utrisque sit necesse est molesta, quæ neutris est inimica. Nam & molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste cædendo; sed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, (loquitur Augustinus) ista mansuetudo potius falsa crudelitas est. Proinde synodus præfata ad omnipotentis Dei gloriam, ipsiusque catholicæ fidei ac Christianæ religionis conservationem, augmentum, & animarum salutem & præservationem, eosdem Ioannem Vvicleff, & Ioannem Hus, & Hieronymum, qui inter cetera de sacro eucharistiæ sacramento, & aliis sacramentis ecclesiæ & articulis fidei aliter quam sancta Romana ecclesia credit, & tenet, & prædicat, & docet, quamplurima temere & damnabiliter credere ac tenere, prædicare atque docere pertinaciter attentabant, velut hæreticos & pertinaces ac obstinatos jam a communione fidelium separatos, de domo Dei corporaliter ejecit, & spiritualiter ejectos declaravit, & alia nonnulla circa præmissa utilia & salubria statuit & decrevit, per quæ alii qui causantibus hæresiarchis, eorumque falsis doctrinis hujusmodi spiritualiter de domo Dei exierunt, per vias canonicas reducerentur ad semitas veritatis. Et quia (sicut dolenter accepimus) non solum in regno Bohemiæ & marchionatus, dominiis & locis supradictis, verum etiam in quibusdam partibus & provinciis contiguis, seu vicinis eisdem, etiam nonnulli

ANNO CHRISTI 1418.

1. Cor. 10.

Epist. 167. ad Faust.

Epist. 50. ad Bonif.

ANNO CHRISTI 1415.

nonnulli ea sectatoribus & sequacibus hæresum ac errorum hæresiarcharum prædictorum, timore divino & pudore humano prorsus abjectis, nec de ipsorum, & præsertim Ioannis Hus & Hieronymi interitu miserabili sumentes conversionis & pœnitentiæ fructum, sed tamquam in profundum pressi peccatorum, Dominum Deum blasphemare non cessant, ducentes in irritum nomen ejus, quorum mentes pater mendacii sic damnabiliter excæcavit, ut prædictos libros, codices & opuscula, hæreses & errores continentes seu continentia, dudum etiam per synodum præfatam damnatos & damnata, ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt, student, ac ex eis in sui & multorum simplicium periculum, nedum contra statuta, decreta & ordinata in synodo supradicta, sed etiam contra canonicas sanctiones dogmatizare præsumunt, in animarum periculum, ac puritatis fidei denigrationem & scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes, quod error cui non resistitur, approbari videtur, ac malis & perniciosis erroribus hujusmodi resistere, ac eos de medio Christi fidelium, & præsertim de supradictis Bohemiæ & Moraviæ dominiis & districtibus ac confinibus & viciniis eorum, ne amplius & latius se extendant, funditus evellere cupientes, discretioni vestræ, sacro approbante concilio Constantiensi, per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus vos archiepiscopi & episcopi ac electi, & quilibet vestrum per se, seu alium vel alios, quos graves & idoneas personas spiritualem jurisdictionem habentes esse volumus, omnes & singulos cujuscumque dignitatis, officii, præeminentiæ, status vel conditionis existant, & quibuscumque nominibus censeantur, qui de præexcelso, salutifero & supermirabili sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu peccatorum confessione, pœnitentiæ pro peccatis injunctione, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis, seu fidei articulis, aliter sentire aut docere, quam sacrosancta Romana ecclesia & universalis docet, prædicat & observat, aut articulos seu libros & doctrinas præfatorum hæresiarcharum Ioannis Vvicleff & Ioannis Hus, & Hieronymi, per eamdem Constantiensem synodum cum suis auctoribus (ut prædicitur) damnatos & damnatas, tenere, credere & dogmatizare, ac vitæ finem ipsorum hæresiarcharum publice vel occulte pertinaciter quomodolibet laudare vel approbare præsumpserint, eorumque receptatores, defensores & fautores quoslibet etiam contemplatione prædictorum errorum, nec non credentes & adhærentes eisdem, tamquam hæreticos judicetis, & velut hæreticos sæculari curiæ relinquatis. Receptatores quoque, fautores & defensores hujusmodi pestiferarum personarum, qui erroribus ipsis crediderint, nec favore aut contemplatione errorum ipsorum, sed forte carnalis amoris causa, vel occasione alia hujusmodi personas pestiferas receptaverint, præter pœnas ab utroque jure talibus inflictas, per judices competentes tanta severitate pœnarum in tam enormi scelere ultionem accipiant, quod cedat ceteris grassantibus in exemplum, ut quos Dei timor a malo non revocat, saltem coerceat severitas disciplinæ. Cum reliquis vero hujusmodi secta damnabili quomodolibet infectis, qui post competentem monitionem ac frequentem exhortationem, qua pie erga eos, spe correctionis & emendationis, ac ad melioris vitæ frugem conversionis, usum est, a prædictis erroribus & secta noluerint resipiscere, & ad gremium unitatemque sanctæ matris ecclesiæ, ac fidem catholicam, quæ sola salvare potest, sine qua nulli veræ salutis

Joan. 8. Hebr. 11.

BULLA MART. V. CONTRA ERRORES VVICLEFF, &c.

A subsidium contingit, plene recognoscere & confiteri, justitiæ severitas (prout facti poposcerit qualitas) dulcore misericordiæ temperetur. Et nihilominus omnes christianæ & catholicæ fidei professores, imperatorem, reges, duces, principes, marchiones, comites, barones, milites, potestates, rectores, consules, proconsules, scabinos, communitates & universitates regnorum, provinciarum, civitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum hujusmodi, nec non ceteros jurisdictionem temporalem exercentes, juxta juris formam & exigentiam auctoritate apostolica exhortando moneatis & requiratis, ut de regnis, provinciis, civitatibus, oppidis, castris, villis, terris & omnibus aliis locis ac dominiis supradictis, omnes & singulos
B hæreticos hujusmodi, secundum tenorem Lateranensis concilii, quod incipit, Sicut ait, ad instar etiam irretitorum crimine usurarum, quos publice vel manifeste per facti evidentiam cognoverint esse tales, tamquam oves morbidas gregem domini inficientes expellant, donec & quousque a nobis, seu vobis, vel aliis judicibus ecclesiasticis, vel inquisitoribus, fidem & communionem Romanæ ecclesiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis; nec eosdem in suis districtibus prædicare, domicilia tenere, larem fovere, contractus inire, negotiationes & mercantias quaslibet exercere, aut humanitatis solatia cum Christi fidelibus
C habere permittant. Et si tales hæretici publici ac manifesti, licet nondum per ecclesiam declarati, in hoc tam gravi crimine decesserint, ecclesiastica careant sepultura, nec oblationes fiant aut recipiantur pro eisdem: bona tamen ipsorum a tempore commissi criminis secundum canonicas sanctiones confiscata non occupentur per illos, ad quos alias pertinerent, donec per hujusmodi judices ecclesiasticos super hoc potestatem habentes sententia declaratoria super ipso hæresis crimine fuerit promulgata. Qui autem de hæresi per judicem competentem ecclesiasticum inventi fuerint sola suspicione notati seu suspecti, nisi juxta considerationem & exigentiam suspicionis, qualitatemque personæ, ad arbitrium judicis hujusmodi propriam inno-
D centiam congrua devotione monstraverint, in purgatione eis canonice indicta deficientes, & se canonice purgare non valentes, aut pro hujusmodi purgatione facienda, obstinatione damnabili jurare renuentes, tamquam hæretici condemnentur. Qui vero dictam innocentiam monstrare ex quadam negligentia seu desidia, & purgationem hujusmodi facere omiserint, anathematis gladio feriantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur; ita quod si per annum in excommunicatione hujusmodi persisterint, extunc velut heretici condemnentur. Si quis vero super aliquo sepe dictę pestiferę doctrinę heresiarcha-
E rum prędictorum, vel aliquibus articulis dumtaxat scandalosis, temerariis, seditiosis, vel piarum aurium offensivis, culpabilis repertus fuerit, canonice puniatur. Si vero propter solam infamiam aut suspicionem dictorum articulorum, vel alicujus ipsorum, quis repertus fuerit suspectus, & in purgatione canonica propter hoc sibi indicta defecerit, pro convicto habeatur, & tamquam canonice convictus puniatur. Et insuper felicis recordationis Bonifacii papę octavi prędecessoris nostri, quę incipit, Vt inquisitionis negotium, renovantes, & etiam exequentes, universas potestates & dominos temporales & judices antedictos, quibuscumque dignitatibus vel officiis seu nominibus censeantur, exhortando requirimus, & mandamus

Lateranen. concil. sub Alexand. III. cap. 27.

BULLA MART. V. CONTRA ERRORES VVICLEFF, &c.

eisdem, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, A ac filii ecclesiæ nuncupari, & in Christi nomine gloriari, ita pro defensione fidei vobis archiepiscopis, episcopis & electis, ac inquisitoribus hæreticæ pravitatis, & aliis judicibus seu personis ecclesiasticis per vos ad hoc (ut præmittitur) deputandis, fidem & communionem sanctæ matris ecclesiæ tenentibus, pareant & intendant, præbeantque auxilium & favorem in hæreticorum, nec non credentium, fautorum, receptatorum & defensorum ipsorum investigatione, captione, custodia diligenti, cum ab eisdem fuerint requisiti, ut præfatas personas pestiferas alios secum perdere molientes, in potestatem seu carcerem per vos archiepiscopos, episcopos, electos & inquisitores prædictos aut deputandos a vobis, B vel ad locum de quo vos vel ipsi mandabitis, infra eorumdem dominorum potestatem, rectorum, seu judicum districtum ducant, vel duci faciant sine mora, ubi per viros catholicos a vobis archiepiscopis vel episcopis, electis seu inquisitoribus, seu deputandis personis hujusmodi, vel vestrum aliquo deputato, sub * exacta & diligenti custodia, ne fugiant, ponendo eos, etiam compedibus & manicis ferreis teneant, donec eorum negotium per ecclesiæ judicium terminetur: & quod de hæresi a judice ecclesiastico competenti, qui fidem & communionem dictæ sanctæ Romanæ ecclesiæ teneat, condemnentur, præfati domini temporales, seu rectores, judices, vel eorum officiales, seu nuntii, sibi relictos recipiant indilate, animad- C versione debita puniendos. Verum ne præjudicium & scandalum præfatæ fidei orthodoxæ religionis Christianæ, prætextu ignorantiæ quemquam in hoc circumveniri, aut versutos homines sub frivolæ excusationis velamine in hac materia palliare contingat, & ut de convincendis seu cognoscendis hæreticis, receptatoribus, defensoribus, fautoribus, credentibus & adhærentibus, nec non de hæresi suspectis, & aliis hujusmodi perversa doctrina quomodolibet maculatis, plenior habeatur in futurum instructio, tam ad regnum Bohemiæ & convicinas illi, quam alias quaslibet partes, in quibus hæc superstitiosa doctrina quomodolibet pullulaverit, articulos infrascriptos, sectam dictorum hæresiarcharum D concernentes, pro directione dictæ fidei decernimus transmittendos, & etiam destinandos: super quibus vobis & aliis omnibus archiepiscopis, episcopis & electis ac commissariis & inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, ut quilibet eorum infra limites & loca suæ jurisdictionis, nec non regno & marchionatu & locis eis vicinis prædictis, etiam si loca ipsa extra jurisdictionem eamdem ultra duas diætas consistant, circa extirpationem & correctionem errorum ac hæresum, & hujusmodi sectæ pestiferæ, in favorem ipsius fidei orthodoxæ diligenter invigilent, & omnes infamatos seu suspectos de tam pestifera labe sub confessati criminis, excommunicationis, E suspensionis, interdicti, aut alia formidabili pœna canonica vel legali, prout, quando & quemadmodum eis videatur expedire, & facti inquireret qualitas, ad singulos hujusmodi articulos per juramentum corporaliter præstitum, tactis sacrosanctis evangeliis, seu sanctorum reliquiis, imagine crucifixi, secundum quorumdam locorum observantiam, juxta infrascripta interrogatoria ad quemlibet articulum convenientia, respondere compellant. Nos enim contra omnes & singulos archiepiscopos, episcopos & electos & inquisitores, qui super extirpando hæreticæ pravitatis fermento, & expurgando suum territorium, districtum, seu locum, de

* aucta

ANNO CHRISTI 1418.

talibus malis & sceleratis hominibus, negligentes A fuerint, seu remisse egerint, usque ad privationem, seu depositionem pontificalis dignitatis procedere intendimus, & procedemus ac procedi faciemus, aliosque loco illorum substituemus, qui pravitatem hæreticam possint & valeant confundere; & ad alias pœnas contra tales a jure inflictas, & alias graviores (si expediat) infligendas, procedemus, procedique faciemus, juxta juris & facti exigentiam, ac hujusmodi culpæ & criminis fœditatem. Tenores vero eorumdem articulorum, seu capitulorum, de quibus supra fit mentio, sequuntur per ordinem in hæc verba.

B *Et primo sequitur tenor articulorum Ioannis Vvicleff.*

Sup. sess 8. pag. 45. E.

1. Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis, remanent in sacramento altaris.
2. Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem sacramento.
3. Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.
4. Si episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat.
5. Non est fundatum in evangelio, quod Christus missam ordinaverit.
6. Deus debet obedire diabolo.

C 7. Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.
8. Si papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles sibi ab aliquo datam, nisi forte a Cæsare.
9. Post Vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in papam, sed vivendum est more Græcorum sub legibus propriis.
10. Contra scripturam sacram est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones.
11. Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum a Deo: & qui sic excommunicat, fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus.

D 12. Prælatus excommunicans clericum, qui appellavit ad regem, vel ad concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.
13. Illi qui dimittunt prædicare, sive audire verbum Dei, propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in Dei judicio traditores Christi habebuntur.
14. Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei, absque auctoritate sedis apostolicæ, sive episcopi catholici.
15. Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.

E 16. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, id est, ex habitu, non solum actu delinquentibus.
17. Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.
18. Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & possunt parochiani, propter peccata suorum prælatorum, ad libitum suum eas auferre.
19. Speciales orationes applicatæ uni personæ per prælatos vel religiosos, non plus prosunt eidem quam generales, ceteris paribus.
20. Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus eo facto.

21. Si

ANNO CHRISTI 14.8.

21. Si aliquis ingreditur religionem privatam qualemcumque, tam possessionarorum, quam mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad observationem mandatorum Dei. A

22. Sancti instituentes religiones privatas, sic instituendo peccaverunt.

23. Religiosi viventes in religionibus privatis non sunt de religione Christiana.

24. Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non mendicitatem.

Prima pars est scandalosa & præsumptuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur: & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.

25. Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus. B

26. Oratio præsciti nulli valet.

27. Omnia de necessitate absoluta eveniunt.

28. Confirmatio juvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reservantur papæ & episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29. Universitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt ecclesiæ sicut diabolus.

30. Excommunicatio papæ vel cujuscumque prælati non est timenda, quia est censura Antichristi.

31. Peccant fundantes claustra; & ingredientes sunt viri diabolici. C

32. Ditare clerum, est contra regulam Christi.

33. Silvester papa & Constantinus imperator erraverunt ecclesiam dotando.

34. Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici: & dantes eis eleemosynam sunt excommunicati.

35. Ingredientes religionem, aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad observanda divina præcepta, & per consequens ad perveniendum ad regnum cælorum, nisi apostataverint ab eisdem.

36. Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus sunt hæretici, eo quod possessiones habent: & consentientes eis, omnes videlicet domini sæculares & ceteri laici. D

37. Ecclesia Romana est synagoga satanæ, nec papa est proximus & immediatus vicarius Christi & apostolorum.

38. Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt a fide Christi: & clerici sunt stulti, qui student eas.

39. Imperator & domini sæculares sunt seducti a diabolo, ut ecclesiam dotarent bonis temporalibus.

40. Electio papæ a cardinalibus, a diabolo est introducta.

41. Non est de necessitate salutis, credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias. E

Error est, si per Romanam ecclesiam intelligat universalem ecclesiam, aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi pontificis super alias ecclesias particulares.

42. Fatuum est credere indulgentiis papæ & episcoporum.

43. Iuramenta illicita sunt, quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus & commercia civilia.

44. Augustinus, Benedictus & Bernardus damnati sunt, nisi pœnituerint de hoc, quod habuerunt possessiones, & instituerunt & intraverunt religiones: & sic a papa usque ad ultimum religiosum, omnes sunt hæretici.

BULLA MART. V. CONTRA ERRORES VVICLEFF, &c.

45. Omnes religiones indifferenter introductæ sunt a diabolo.

Tenor autem articulorum Ioannis Hus sequitur, & est talis.

Sup. sess. 15. p. 129. D.

1. Unica est sancta universalis ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas. & infra sequitur: Universalis sancta ecclesia tantum est una, sicut tantum unus est numerus omnium prædestinatorum.

2. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecit quædam actus actibus ecclesiæ malignantium consimiles.

3. Præsciti non sunt partes ecclesiæ, cum nulla pars ejus finaliter excidet ab ea, eo quod prædestinationis caritas, quæ ipsam ligat, non excidet.

4. Duæ naturæ, divinitas & humanitas, sunt unus Christus.

5. Præscitus etsi aliquando est in gratia secundum præsentem justitiam, tamen nunquam est pars sanctæ ecclesiæ: & prædestinatus semper manet membrum ecclesiæ, licet aliquando excidat a gratia adventitia, sed non a gratia prædestinationis.

6. Sumendo ecclesiam pro convocatione prædestinatorum, sive fuerint in gratia, sive non secundum præsentem justitiam, isto modo ecclesia est articulus fidei.

7. Petrus non est, nec fuit caput ecclesiæ sanctæ catholicæ.

8. Sacerdotes quomodolibet criminose viventes, sacerdotii polluunt potestatem: & sic, ut filii infideles, sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiæ, de clavibus, officiis, censuris, moribus, ceremoniis & sacris rebus ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentiis & ordinibus.

9. Papalis dignitas a Cæsare inolevit, & papæ perfectio & institutio a Cæsaris potentia emanavit.

10. Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se vel alio, quod esset caput ecclesiæ particularis, nec Romanus pontifex est caput Romanæ ecclesiæ particularis.

11. Non oportet credere, quod iste quicumque est Romanus pontifex, sit caput cujuscumque particularis ecclesiæ sanctæ, nisi Deus eum prædestinaverit.

12. Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter recipiat a Deo procuratoriam potestatem: quia ad illud officium vicariatus requiritur & morum conformitas, & instituentis auctoritas.

13. Papa non est verus & manifestus successor apostolorum principis Petri, si vivit moribus contrariis Petro: & si quærit avaritiam, tunc est vicarius Iudæ Scarioth. Et pari evidentia cardinales non sunt veri & manifesti successores collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum, servantes mandata & consilia domini nostri Iesu Christi.

14. Doctores ponentes, quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, sæculari judicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas & pharisæos, qui Christum non volentem eis obedire in omnibus,

BULLA MART. V. CONTRA ERRORES VVICLEFF, &c.

nibus, dicentes, *Nobis non licet interficere quemquam*, ipsum seculari judicio tradiderunt; & quod tales sint homicidæ graviores quam Pilatus.

Ioan 18.

15. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiæ, præter expressam auctoritatem scripturæ.

16. Divisio immediata humanorum operum est, quod sunt vel virtuosa, vel vitiosa: quia si homo est vitiosus, & agit quidquam, tunc agit vitiose: & si est virtuosus, & agit quidquam, tunc agit virtuose: quia sicut vitium quod crimen dicitur seu mortale peccatum, inficit universaliter actus hominis vitiosi; sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi.

17. Sacerdotes Christi viventes secundum legem ejus, & habentes scripturæ notitiam, & effectum ad ædificandum populum, debent prædicare, non obstante prætensa excommunicatione. & infra: Quod si papa, vel aliquis prælatus mandat sacerdoti sic disposito, non prædicare, non debet subditus obedire.

18. Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit: & illud mandatum debet exequi, prætensa excommunicatione non obstante.

19. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis & interdicti, ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat Antichristo. Signum autem evidens est, quod ab Antichristo tales procedunt censuræ, quas vocant in suis processibus fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos qui denudant nequitiam Antichristi, qui clerum pro se maxime usurpabit.

20. Si papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc ut Iudas apostolus est diabolus, fur & filius perditionis, & non est caput sanctæ militantis ecclesiæ, cum nec sit membrum ejus.

21. Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiæ, & quodlibet ejus membrum jungitur Christo capiti insolubiliter.

22. Papa vel prælatus malus & præscitus, est æquivoce pastor, & vere fur & latro.

23. Papa non debet dici sanctissimus, etiam secundum officium, quia alias rex deberet etiam dici sanctissimus secundum officium: & tortores & præcones dicerentur sancti, imo etiam diabolus deberet dici sanctus, cum sit officiarius Dei.

24. Si papa vivat Christo contrarie, etiam si ascenderet per ritam & legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet quam per Christum, dato etiam quod intraret per electionem a Deo principaliter factam. Nam Iudas Scarioth rite & legitime est electus a Deo Christo Iesu ad episcopatum, & tamen ascendit aliunde in ovile ovium.

25. Condemnatio quadragintaquinque articulorum Ioannis Vvicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua & male facta, & ficta est causa per eos allegata, videlicet ex eo, quod nullus eorum sit catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut erroneus, aut scandalosus.

26. Non eo ipso quo electores, vel major pars eorum consenserit viva voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel eo ipso est verus & manifestus successor vel vicarius Petri apostoli, vel alterius apostoli in officio ecclesiastico. unde sive electores bene, sive male elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesiæ, habet a Deo ad hoc copiosius potestatem.

ANNO CHRISTI 1418.

27. Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa ecclesia militante conversetur & conservetur.

28. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet.

29. Apostoli & fideles sacerdotes domini strenue in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam papæ officium foret introductum: sic facerent, deficiente per summe possibile papa usque ad diem judicii.

30. Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.

Super præmissis autem articulis quilibet de eis suspectus, seu in eorum assertione deprehensus, juxta modum interrogetur infrascriptum.

In primis, utrum cognoverit Ioannem Vvicleff de Anglia, Ioannem Hus de Bohemia, Hieronymum de Praga, seu aliquem eorum: & unde habuerit eorum notitiam, & utrum cum eis, vel eorum aliquo, dum viverent, conversationem vel amicitiam habuerit.

Item, utrum sciens ipsus seu aliquem ipsorum excommunicatos, scienter participaverit cum illis, reputans & *dicens talem participationem non esse peccatum.

Item, utrum post mortem eorum pro eisdem seu aliquo eorum oraverit, & publice vel occulte opera pietatis exercuerit, asserens eos fore beatos & salvos.

Item, utrum eos vel aliquem eorum sanctos reputaverit & dixerit, & eis venerationes velut sanctis exhibuerit.

Item, utrum credat, teneat & asserat, quod quodlibet concilium generale, & etiam Constantiense universalem ecclesiam repræsentet.

Item, utrum credat, quod illud quod sacrum concilium Constantiense, universalem ecclesiam repræsentans, approbavit & approbat in favorem fidei & ad salutem animarum, quod hoc est ab universis Christi fidelibus approbandum & tenendum: & quod condemnavit & condemnat, esse fidei vel bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato, credendum & asserendum.

Item, utrum credat, quod condemnationes Ioannis Vvicleff, Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga, factæ de personis eorum, libris & documentis per sacrum generale Constantiense concilium, fuerint rite & juste factæ, & a quolibet catholico pro talibus tenendæ & firmiter asserendæ.

Item, utrum credat, teneat, asserat Ioannem Vvicleff de Anglia, Ioannem Hus de Bohemia, & Hieronymum de Praga, fuisse hæreticos & pro hæreticis nominandos ac deputandos, & libros & doctrinas eorum fuisse & esse perversos, propter quos & quas, & eorum pertinacias, per sacrum concilium Constantiense pro hæreticis sunt condemnati.

Item, utrum habeat in sua potestate aliquos tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcumque alia scripta in quocumque idiomate per Ioannem Vvicleff, Ioannem Hus & Hieronymum hæreticos, seu eorum pseudodiscipulos & sequaces editos vel translatos, edita vel translata, quod illos vel illa ordinario loci, vel ejus commissario, seu inquisitori sub juramento præsentet.

*Quod

Anno Christi 1418.

Quod si apud se scripta hujusmodi se habere non cognoverit, sed alibi, quod juret illa circa suum ordinarium, vel alios supradictos infra certum terminum sibi præfigendum deponere.

Item, utrum sciat aliquem vel aliquos habentes præfatorum tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcumque alia scripta in quocumque idiomate composita sive translata, quod illum vel illos detegat vel manifestet pro purificatione fidei, sive executione justitiæ.

Item, specialiter literatus interrogetur, utrum credat sententiam sacri Constantiensis concilii super quadraginta quinque Ioannis Vvicleff, & Ioannis Hus triginta articulis superius descriptis latam, fore veram & catholicam: scilicet, quod supradicti quadragintaquinque articuli Ioannis Vvicleff, & Ioannis Hus triginta, non sunt catholici, sed quidam ex eis sunt notorie hæretici, quidam erronei, alii temerarii & seditiosi, alii piarum aurium offensivi.

Item, utrum credat & asserat, quod in nullo casu sit licitum jurare.

Item, utrum credat, quod ad mandatum judicis juramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunum, etiam pro purificatione infamiæ faciendum, sit licitum.

Item, utrum credat, quod perjurium scienter commissum, ex quacumque causa vel occasione, pro conservatione vitæ corporalis propriæ vel alterius, etiam in favorem fidei, sit mortale peccatum.

Item, utrum credat, quod deliberato animo contemnens ritum ecclesiæ, ceremonias exorcismi & catechismi, aquæ baptismatis consecratæ, peccet mortaliter.

Item, utrum credat, quod post consecrationem sacerdotis in sacramento altaris sub velamento panis & vini non sit panis materialis & vinum materiale, sed idem per omnia Christus, qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexteram Patris.

Item, utrum credat & asserat, quod facta consecratione per sacerdotem, sub sola specie panis tantum, & præter speciem vini, sit vera caro Christi & sanguis & anima & deitas & totus Christus, ac idem corpus absolute & sub una qualibet illarum specierum singulariter.

Item, utrum credat, quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum, ab ecclesia universali observata, & per sacrum concilium Constantiæ approbata, sit servanda sic, quod non liceat eam reprobare, aut sine ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Et quod dicentes pertinaciter oppositum præmissorum, tamquam hæretici vel sapientes hæresim, sint arcendi & puniendi.

Item, utrum credat, quod Christianus contemnens susceptionem sacramentorum confirmationis, vel extremæ unctionis, aut solennizationis matrimonii, peccet mortaliter.

Item, utrum credat, quod Christianus ultra contritionem cordis, habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, & non laico seu laicis quantumcumque bonis & devotis.

Item, utrum credat, quod sacerdos in casibus sibi permissis possit peccatorem confessum & contritum a peccatis absolvere, & sibi pœnitentiam injungere.

Item, utrum credat, quod malus sacerdos cum debita materia & forma, & cum intentione faciendi quod facit ecclesia, vere conficiat, vere absolvat, vere baptizet, & vere conferat alia sacramenta.

Item, utrum credat, quod beatus Petrus fuerit vicarius Christi, habens potestatem ligandi & solvendi super terram.

Bulla Mart. V. contra errores Vvicleff, &c.

Item, utrum credat, quod papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, ejus nomine proprio expresso, sit successor beati Petri, habens supremam auctoritatem in ecclesia Dei.

Item, utrum credat, auctoritatem jurisdictionis papæ, archiepiscopi & episcopi in solvendo & ligando esse majorem auctoritate simplicis sacerdotis, etiam si curam animarum habeat.

Item, utrum credat, quod papa omnibus Christianis vere contritis & confessis ex causa pia & justa possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus, & ipsis manus suas porrigentibus adjutrices. Et,

Utrum credat, quod ex tali concessione visitantes ecclesias ipsas & manus adjutrices eis porrigentes, hujusmodi indulgentias consequi possint.

Item, utrum credat, quod singuli episcopi suis subditis secundum limitationem sacrorum canonum, hujusmodi indulgentias concedere possint.

Item, utrum credat & asserat, licitum esse, sanctorum reliquias & imagines a Christi fidelibus venerari.

Item, utrum credat, quod papa vel alius prælatus propriis nominibus papæ pro tempore expressis, vel ipsorum vicarii, possint suum subditum ecclesiasticum sive sæcularem propter inobedientiam sive contumaciam excommunicare, ita quod talis pro excommunicato sit habendus.

Item, utrum credat, quod inobedientia sive contumacia excommunicatorum crescente, prælati, vel eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem aggravandi & reaggravandi, interdictum ponendi, & brachium sæculare invocandi; & quod illis censuris per inferiores sit obediendum.

Item, utrum credat, quod papa, vel alii prælati, & eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem sacerdotes & laicos inobedientes & contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu ecclesiæ & administratione ecclesiasticorum sacramentorum suspendendi.

Item, utrum credat, quod liceat personis ecclesiasticis absque peccato hujus mundi habere possessiones & bona temporalia.

Item, utrum credat, quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat, imo quod sic auferentes, tollentes & invadentes bona ipsa ecclesiastica, sint tamquam sacrilegi puniendi, etiam si male viverent personæ ecclesiasticæ bona hujusmodi possidentes.

Item, utrum credat, quod hujusmodi ablatio & invasio cuicumque sacerdoti, etiam male viventi, temere vel violenter facta, vel illata, inducat sacrilegium.

Item, utrum credat, quod liceat laicis utriusque sexus, viris scilicet & mulieribus, libere prædicare verbum Dei.

Item, utrum credat, quod singulis sacerdotibus libere liceat prædicare verbum Dei, ubicumque, quandocumque & quibuscumque placuerit, etiam si non sint missi.

Item, utrum credat, quod omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta, sint publice corrigenda & extirpanda. Volumus insuper, ac statuimus & decernimus, quod si quis per secretam informationem per vos recipiendam, vel alias repertus fuerit infamatus, seu suspectus de quacumque specie hæresis pestiferæ, sectæ vel doctrinæ pestilentium Ioannis Vvicleff, Ioannis Hus & Hieronymi de Praga hæresiarcharum prædictorum, aut de fovendo, receptando, defendendo præfatos damnatos homines, dum

BULLA MART. V. CONTRA ERRORES VVICLEFI, &c.

ANNO CHRISTI 1418.

A dum viverent in humanis, vel ipsorum perfidos sectaces & pseudo discipulos, aut ipsorum erroribus credendo, pro ipsis defunctis vel aliquo ipsorum post obitum orando, vel inter catholicos nominando & defendendo, vel ipsos ut sanctos colendo, prędicando vel adorando, vel alias circa eos suspecte agendo, citetur per vos seu alterum vestrum, personaliter coram vobis seu altero vestrum compariturus, semotis procuratore & advocato, responsurus medio juramento per ipsum sic (ut prædictum est) corporaliter præstito de plana & mera veritate dicenda super prædictis articulis, seu eorum singulis, vel aliis opportunis, secundum exigentiam casus & occurrentium circumstantiarum ad arbitrium vestrum, & prout vobis seu alteri ve- B strum videbitur expedire, vel alias contra eosdem ipsorum singulos, (prout præsentibus exprimitur, vel alias) canonice procedatis, nec non præsentes literas, exclusis articulis & interrogatoriis superius positis atque omissis, in civitatibus, diœcesibus, terris & locis aliis, ubi tute fieri poterit, auctoritate nostra solenniter publicetis & publicari faciatis, omnes & singulos hæreticos hujusmodi, nec non sectatores ipsarum hæresum & errorum utriusque sexus, tenentes & etiam defendentes eosdem, aut hæreticis ipsis quomodolibet publice vel occulte in divinis vel alias participantes, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali, regali, reginali, ducali, aut alia quavis ecclesiastica vel mundana præful- C geant dignitate, nec non advocatos & procuratores quoslibet, qui hæreticos hujusmodi aut eorum credentes, sequaces, fautores, defensores & receptatores super crimine hæresis aut credulitatis, sequelæ, fautoriæ, defensionis & receptationis hujusmodi defenderint, excommunicatos singulis diebus Dominicis & festivis in præsentia populi nuntietis, & per alios nuntiari faciatis. Et nihilo minus contra eosdem omnes & singulos utriusque sexus, hujusmodi errores tenentes, approbantes, defendentes, dogmatizantes, ac fautores & receptatores & defensores eorumdem, exemptos & non exemptos, & quemlibet ipsorum, cujuscumque dignitatis, status, prę-eminentiæ, gradus, ordinis vel D conditionis (ut præfertur) existant, auctoritate nostra diligenter inquirere studeatis, & eos quos per inquisitionem hujusmodi diffamatos, vel per confessionem eorum seu per facti evidentiam, vel alias hujusmodi hęresis & erroris labe respersos repeteritis, auctoritate prędicta etiam per excommunicationis, suspensionis & interdicti, nec non privationis dignitatum, personatuum & officiorum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum ac feudorum, quæ a quibuscumque ecclesiis, monasteriis ac aliis locis ecclesiasticis obtinent, ac etiam bonorum & dignitatum sæcularium ac graduum scientiarum quarumcumque facultatum, & per alias pœnas, sententias & censuras ecclesiasticas, ac vias & modos, quos ad hoc expedire, seu opportunos es- E se videritis, etiam per captiones & incarcerationes personarum, & alias pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur, seu puniri jubentur aut solent juxta canonicas sanctiones. Similiter & clericos ipsos & ecclesiasticas personas, usque ad degradationem inclusive, si eorum culpa ac pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & puniatis, ac diligenter corrigi & puniri faciatis, nec non contra eosdem, ipsorum, laicorumque bona secundum canonicas sanctiones & legales, contra hæreticos & eorum sequaces editas, quibus eosdem sectatores sive sequaces subjacere decernimus, animose consurgatis juxta modum & formam supradictos. Et

A qui de præmissis hæresibus vel articulis, vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum se purgare teneantur. Alii vero qui per testes seu propriam confessionem vel alias legitimas probationes convicti fuerint de prædictis hęresibus vel articulis, vel aliquo præmissorum, eosdem articulos & errores solenniter & publice revocare, abjurare, pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem (si delictum exegerit) subire cogantur, nec non quod errores & hæreses hujusmodi, cujuscumque generis vel speciei censeantur, de cetero verbo, nutu vel facto non fovebunt, seu alios ad credendum illis verbo vel de facto, publice vel occulte, directe vel indirecte, aut alio quovis modo inducent, sufficientem & idoneam cautionem præstare B teneantur. Quod si forsan eosdem articulos solenniter & publice revocare & abjurare, & pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem perpetuam vel temporalem juxta vestræ discretionis arbitrium, sine dilatione subire, ac sufficientem cautionem, quod errores & hæreses ipsas de cetero non tenebunt, nec fovebunt, nec alios ad credendum vel verbo vel facto, publice & occulte, directe vel indirecte, vel quovis quęsito colore inducant pręstare, seu aliquid pręmissorum facere voluerint, extunc contra ipsos, juxta qualitatem errorum ac delictorum suorum (etiam si expediat) tamquam contra hęreticos aut hæretica labe respersos, au- C ctoritate nostra juxta canonicas & legales sanctiones summarie & simpliciter, ac de plano sine strepitu & figura judicii, & etiam ex officio, appellatione, seu appellationibus quibuscumque cessantibus, procedatis, ac ipsos juxta easdem canonicas traditiones puniatis, etiam si opus fuerit, curiæ sæculari relinquendo: contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio ejusdem brachii sæcularis, non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii papæ octavi prædecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra civitatem & diœcesim suam, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diætam a fine suę diœcesis ad judicium evo- D cetur, seu ne judices a sede apostolica deputati extra civitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam diætam a fine diœcesum eorumdem trahere præsumant, & de duabus diætis in concilio generali, quam aliis quibuscumque constitutionibus Romanorum pontificum, tam a judicibus delegatis, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ possint in hac parte vestræ jurisdictioni aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu ultra vel extra loca ad judicium evocari non E possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi & eorum personis, locis & ordinibus & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestrę jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris literis habenda sit mentio specialis.

Datum Constantiæ octavo Kalendas Martii, pontificatus nostri anno primo.

CON-

ANNO CHRISTI 1418.

CONFIRMATIO CONSTITUTIONUM

Friderici secundi & Carolinæ, cum multis adjectionibus per concilium Constantiense in decimanona sessione, quibus libertati ecclesiasticæ plurimum favetur, & ob id adjiciendam præfato operi constituimus, ut ex illa, quantum deferendum sit ecclesiæ, quisque agnoscat.

* f. in speculam se considerationis.

SACROSANCTA synodus Constantiensis * in speculum suæ considerationis eatollens, quam gravissima dispendia ecclesiæ, monasteria, hospitalia, xeoodochia, & alia pia loca ac personæ ecclesiasticæ sic tempore guerrarum & lugubris schismatis, proh dolor, causante malitia & ambitiooe mentium humanarum, ad talia diversis coloribus, modis & titulis inhiantium improbe, hactenus pertulerint, maxime a tempore felicis recordationis Urbani papæ sexti inclosive citta, ac perferant incessanter in talliis, collectis, exactiooibus, occupationibus, invasionibus, detentionibus, distractionibus, concessionibus, venditionibus, iofeudationibus, emphyteoticis & aliis locationibus, donationibus, dimembrationibus, dationibus, permutationibus, & aliis variis & diversis alienationibus regoorum, provinciarum, comitatuum, dominiorum, territoriorum, districtuum, civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum, bonorum, jurium etiam spiritualium, ac jurisdictiooum ad Romanam & ecclesias alias, monasteria, hospitalia, xenodochia, & pia loca, ac personas hujusmodi communiter vel divisim spectantium, aliisque gravamioibus hactenus a dicto tempore citra, & per ipsum tempus, seu ipso tempore usque in præseotem diem, præter seo contra dispositionem juris scripti quomodocumque & qualitercumque impositis, illatis, factis seu præsumptis, aut attentatis: Ac intendens, & cupiens circa reformationem immunitatis ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, ac recuperationem bonorum & jurium suorum diligenter iotendere; quamvis dudum contra seculares potestates, nec non consules civitatum, ac alios, qui ecclesias & viros ecclesiasticos talliis, collectis & exactionibus aliis aggravare nitebantur, io Lateranensi concilio immunitati ecclesiæ provisum fuit, per quod hujusmodi præsumptio sub anathematis districtiooe prohibita fuit, & illius fautores & transgressores excommunicatiooi subjacere præcepit hujusmodi concilium, donec satisfactionem earumdem impenderent competenter, ac etiam constitutiones & seotentiæ, quæ a talibus vel de ipsorum maodato forent promulgatæ, ioanes & irritæ haberentur, oullo tempore valituræ. Et ut nullus vano in hoc deciperetur errore, ut infra tempus sui regiminis hujusmodi anathema sustineat, quasi post illud non esset ad satisfactionem debitam compellendus, decretum fuit in eodem concilio, & ipsum qui satisfacere recusaret, & successorem illius, oisi satisfaceret infra mensem, manere debere ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter, cum etiam succedere debeat io onere, qui substituitur in honore. Et licet etiam in sacris legibus pro libertate & immunitate ecclesiastica, sive ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, multa salubria & favorabilia statuta fuerint, dudum felicis recordatiooís Honorius papa tertius attente considerans, quod quondam Fridericus secundus olim Romanorum imperator, tunc sub obedientia & devotione sanctæ Romanæ ecclesiæ persistens, ad laudem ejusdem ecclesiæ & sacri decus Romani imperii, cupiens, ut expurgatis quorumdam erroribus, & iniquis statutis penitus destrutis, de cetero ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ plena vigerent quiete, & secura libertate gauderent: ac pie & juste attendeos, quod quorumdam perversorum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam & sacros canones statuta sua confingere adversus ecclesiasticas personas & ecclesiasticã libertatem, edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita annuntiari, & omnia statuta & consuetudines * contra civitates & loca, potestates vel consules, aut quæcumque aliæ personæ contra libertatem ecclesiæ & ecclesiasticas personas hujusmodi edere aut conservare tentaverint contra canonicas & imperiales sanctiones, de ipsorum capitularibus infra duos menses post hujusmodi legis publicationem penitus aboleri facerent: & si de cetero talia attentarent, illa ipso jure decrevit esse oulla, & eos sua jurisdictione privatos; nec non locum ubi talia deinceps præsumpta fuissent, banno mille marcarum auri fisco imperiali præceperat subiacere: potestates vero, consules, statutarii & scriptores statutorum prædictorum, oec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statota & consuetudines memoratas judicarent, eatunc essent ipso jure infames, quorum sententias & actus legitimos statuerat aliqualiter noo tenere: quodque si per annum præfatatum constitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum suum imperium mandavit impune ab omnibus occupari, salvis oihilo minus aliis pœois contra tales in generali concilio promulgatis. Et insuper voluerat tunc idem imperator, qood nulla communitas vel publica persona seu privata collectas seu exactiones, angarias vel parangarias, ecclesiis vel aliis piis locis, aut ecclesiasticis personis hujusmodi impooeret, aut invadere ecclesiastica bona præsumeret: quod si secus faceret, & requisita ab ecclesia vel imperio hujusmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilo minus banoo imperiali subjaceret, quod sine satisfactione nollatenus remitteretur. Statuerat insuper, quod quæcumque communitas vel persona per aonum in excommunicatiooe propter libertatem ecclesiæ violatam persisteret, ipso jure banno imperiali subjaceret, a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinaverat, ut nullus ecclesiasticam persooam in criminali quæstione vel civili ad judicium sæculare præsumeret trahere contra canonicas sanctiones, & cootra constitutiones imperiales: quod si secus faceret, actor a suo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret eatunc judicandi auctoritate privatus: quodque judices temporales, qui clericis & personis ecclesiasticis justitiam denegare præsumerent, tertio requisiti, suam jurisdictionem amitterent, prout dicta imperiali edictali constitutiooe pleoius cootinetur. Dictusque Hoorius constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, qui tunc erant, auctoritate apostolica approbans & confirmans, ipsam mandavit inviolabiliter observari: oec non statutarios & scriptores prædictos, excommunicatos eadem auctoritate ountiari.

Et deinde ad evidentiam divæ memoriæ Caroli quarti etiam Romanorum imperatoris semper Augusti deducto, quod oonnullæ seculares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ, videlicet duces, marchiones, comites, & alii domini

Concil. Later. sub Innocent. III. cap. 46.

CONFIRMATIO CONSTIT. FRID. II. ET CAROLINAE.

* pro contra, videtur legendum, quæ

Concil. Lateran. sub Innoc. III. cap. 44.

CONFIRMATIO CONSTIT. FRID. II. ET CAROLINAE.

A temporales, nec non consules civitatum, oppidorum, villarum & locorum rectores, in eorumdem provinciis, Dei timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto, contra personas ecclesiasticas & ecclesiarum libertates, & harum privilegia, condiderant, illisque de facto & publice utebantur contra canonicas & legitimas sanctiones: utpote quod nulla bona temporalia in vim & potestatem ecclesiasticam transferantur, & ne clerici in sacris constituti ad agendum & testificandum in civilibus, & maxime in piis causis, aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati laici & publice denuntiati in foro civili minime repellerentur. Et insuper cum prędicti domini temporales, consules & rectores per sæ- B cularem potestatem res ac bona clericorum occuparent, arrestarent, & oblationem Christi fidelibus minuerent atque restringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus ecclesiarum exigerent & extorquerent, possessiones ecclesiarum & personarum earumdem devastarent incendiis & rapinis, contractus inter clericos & laicos factos legitimos, ac libros civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum prædictorum inscribere & sigillare recusarent, donataque & legata ad fabricas & ecclesiarum structuras, contra dictorum & præfatorum voluntatem, & aliorum quorum intererat, contra justitiam usurpare præsumerent, ac in fraudem & odium clericorum de bonis ecclesiæ, C rebus clericorum, quæ non causa negotiationis, sed pro eorum propriis usibus per eorum terras & dominia ducebant, & duci faciebant, teloneum exigere & recipere non verebantur, & confugientes atque currentes ad ecclesias & earum cœmeteria, inde extrahere contra canonicas & imperiales sanctiones præsumpserant: Idem Carolus imperator tamquam Christianissimus princeps, volens & in præmissis providere de remedio salutari, etiam de quorumdam principum, ducum, comitum, baronum, fideliumque aliorum consilio, auctoritate imperiali quæcumque statuta & consuetudines prędictas, tamquam per canonicas & civiles sanctiones expresse reprobata, cassavit, irritavit & annul- D lavit, ac cassa & irrita, nulliusque roboris esse voluit penitus & momenti, præcipiens sub indignatione banni imperialis universis & singulis principibus ac dominis temporalibus, consulibus, potestatibus, & aliis in officiis publicis constitutis, quatenus extunc ipsorum statuta & ordinationes, sicut in præjudicium ecclesiasticæ libertatis edicta fuerant, omnia revocarent & de luce tollerent: quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias ferrent, aut eisdem in judicio, vel extra judicium quomodolibet pro & contra ecclesiasticam libertatem poterentur. Promuntiavitque insuper & eadem decrevit auctoritate, quod quicumque laicus, cujuscumque status, gradus aut conditionis existeret, ausu sacrilego & propria te- E meritatis audacia sacerdotem vel clericum sæcularem vel religiosum diffidaret, proscriberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, ac hujusmodi maleficia perpetrantes & facientes scienter receptaret, vel eis favorem prę̈staret, præter pœnas a sacris canonibus, imperialibus & legalibus sanctionibus in tales promulgatas, eo ipso redderetur infamis, ac omni honore privatus, nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur quovis modo. Hortans insuper in domino & requirens ecclesiasticos prælatos, in illis partibus, in quibus committerentur talia con-

A stituros, ut legem imperialem hujusmodi per eorum ecclesias & synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi per simulatam ignorantiam suas in hac parte valeant malitias excusare, prout in edictali lege prædicta plenius continetur. Quia non tantum in provinciis & regnis, quæ Romanum profiterentur imperium, sed fere modernis temporibus ubique in toto Christiano orbe neglectis hujusmodi Lateranensis concilii constitutionibus, imperialibus ac sacris sanctionibus quibuscumque, ab impiorum malitia adversus ecclesias & clericos nulla reverentia, nullo Dei timore, nulloque animarum interitu pensatis, eorumdem temere audacia crevit insolenter. Igitur auctoritate Dei omnipo- B tentis prædicta omnia innovat, statuit & confirmat, perpetuisque futuris temporibus ab omnibus Christi fidelibus ubilibet in omnibus & per omnia, juxta ipsarum constitutionum tenores, sub bannis aliisque pœnis & censuris supra in eisdem comprehensis inviolabiliter observandis.

ANNO CHRISTI 1415.

Ceterum in eodem Lateranensi concilio statutum & ordinatum fuit, quod episcopus sive ordinarius cum consensu sui cleri ad relevandas communes utilitates & necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, absque ulla coercitione possit ecclesiasticas personas compellere ad aliqua subsidia laicis conferenda, prius Romano pontifice consulto: & hac sumpta occasione, laici C in quampluribus partibus, minis vel terroribus, seu aliquibus aliis modis aut coloribus diversis ducunt, ut tallias, collectas, subsidia, impositiones, vel alia quævis onera, quocumque vocabulo seu nomine nuncupentur, ecclesiis vel clericis imponant, aut imponi consentiant, vel permittant, cum facultate interdum per ipsosmet laicos aut alios exigendi. Ex quo constitutio Lateranensis, quæ ob pietatem laicorum fuit ordinata, in impietatem & grave damnum & jacturam ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum vertitur. Ideo dicta sancta synodus hoc perpetuo statuit & ordinat, quod nulla persona sæcularis cujuscumque dignitatis aut status & conditionis existat, etiam si imperiali, regali vel quacumque præfulgeat D dignitate, sub prætextu consensus episcopi, clero tallias, impositiones & onera vel subsidia imponat, exigat vel recipiat, nisi prius Romano pontifice consulto, sub pœnis, bannis & censuris eisdem.

Concil. Later. sub Alex. III. cap. 19. & sub Innoc. III. cap. 46.

Idem per omnia, Romano pontifice dictas tallias vel collectas imponente, vel imponi mandante, consensu episcopi vel cleri non accedente. Episcopi vero, qui contra prædictum concilium Lateranense vel hanc constitutionem, imponendo vel imponi consentiendo, vel exigendo consenserint, eis ingressus ecclesiæ ipso facto sit tamdiu interdictus, donec læsis ecclesiis & clericis ac ecclesiasticis personis plenariam fecerint satisfactionem. Prælati quoque qui contra sacro- E rum canonum dispositionem, & contra constitutionem Bonifacii octavi, quæ incipit, Vas electionis, visitando, vel caritativum subsidium, nec non tallias & collectas imponendo, ecclesiasticas personas quocumque modo gravant, ipso facto ab omni administratione temporalium & spiritualium (etiam si in pontificali vel alia dignitate existant) sint privati, aliis quidem pœnis in jure expressis in suo robore permansuris.

Itē considerans, quod nonnulli summi pontifices ex captata opportunitate nonnullorum regum, dominorum, comitum, & aliarum quarumvis personarum temporalium, aut ad ipsorum benevolentiam

captan-

ANNO CHRISTI 1418.

captandam, vel [illegible] spiritu [illegible], concesserunt & A licentiam dederunt eisdem tallias, collectas, subsidia, impositiones, datias, pedagia, aut alia quævis onera hujusmodi imponendi vel exigendi ab ecclesiis, clero vel ecclesiasticis personis in eorumdem dominio vel districtu aut alibi constitutis & commorantibus, alias ad tempus, alias ad certam summam, sub diversis modis, formis vel conditionibus, in confectis literis apostolicis vel aliis hujusmodi licentiæ comprehensis, idcirco omnes & singulas concessiones & licentias hujusmodi, etiam si de plenitudine potestatis Romanorum pontificum aut apostolicæ sedis, quovismodo & quibusvis personis sub quibuscumque verborum tenoribus concessas, revocat, cassat, annullat & irritat. B Dictisque dominis, comitibus & aliis, ut supra expressis, mandat & jubet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis, bannis & censuris, nec non in triplum restitutionibus supra expressis, quas incurrent ipso facto, quod abinde inantea dictis concessionibus, licentiis, aliqua & aliquibus ex ipsis nullo modo per se vel alium aut alios, directe vel indirecte, palam, publice vel occulte, imponendo vel exigendo, quoquo modo utantur: quinimo privilegia, concessiones & scripturas hujusmodi super dictis concessionibus & licentiis confectas de luce aboleri faciant.

Item eadem auctoritate statuit, ordinat, decernit & declarat, quod regna, provinciæ, comitatus, dominia, territoria, civitates, districtus, terræ, villæ, castra, fortalitia, possessiones, ædificia, grangiæ & quævis alia bona, res, jura, jurisdictiones, actiones reales & personales, spirituales & temporales, ac patronatus & pertinentiæ eorumdem, & ecclesiarum cathedralium diœceses, quæ Romanæ seu patriarchalibus, metropolitanis, cathedralibus, abbatialibus & quibusvis aliis collegiatis sæcularibus vel regularibus ecclesiis, monasteriis, prioratibus, mensisque cathedralibus & abbatialibus, capitulis, collegiis seu conventibus, hospitalibus, xenodochiis, & quibusvis aliis piis locis, alicui vel aliquibus ex ipsis temeritate vel audacia, dolo, vi vel fraude, quomodocumque & D qualitercumque per quasvis personas ecclesiasticas vel laicales, capitula, collegia, dominos, comitatus & universitates, etiam si imperiali, regali, cardinalatu, pontificali, vel alia quavis ecclesiastica vel laicali præeminentia & dignitate præfulgerent, a tempore felicis recordationis Gregorii undecimi inclusive citra (post cujus quidem Gregorii decessum schisma præsens, proh dolor, in Dei ecclesia ortum habuit) quavis occasione, seu colore quæsito fuerint invasa, occupata, usurpata, capta, seu detenta, hujusmodi ecclesiis, monasteriis, prioratibus, mensisque cathedralibus & abbatialibus, capitulis, collegiis, seu conventibus, hospitalibus, xenodochiis & piis locis, videlicet illi & illis, cujus, quorum vel quarum tempus & in tempore E invasionis, occupationis, usurpationis, captionis seu detentionis hujusmodi erant & nunc sunt, dummodo tempore invasionis, occupationis, usurpationis, seu detentionis prædictæ, vel prius, possessiones, ecclesias, monasteria, prioratus, mensas cathedrales & abbatiales, capitula, conventus, hospitalia, xenodochia & pia loca, aut per aliquem vel aliquod ex ipsis, coram aliquo de executoribus, sive conservatoribus, de quibus infra fit mentio, probent infra tempus quadrimestre a die probationis prædictæ continue currendum, vel si fama de dicta possessione, aut secuta invasione, occupatione, usurpatione, captione, seu detentione

A hujusmodi erit in diœcesi ecclesiæ, monasterii, prioratus, mensarum cathedralium, abbatialium, capituli, collegii, conventus, hospitalis, xenodochii, vel pii loci hujusmodi, similiter infra simile quadrimestre continuandum a die legitimæ citationis, monitionis seu requisitionis personaliter factæ, vel si possessoris copia commode haberi, aut bene tute ac legitime citari non possit, tunc & eo casu moneri & requiri valeat per edictum in aliquo loco diœcesis, vel ipsi diœcesi propinquo, ubi invasor, occupator, usurpator, captor, seu detentor habitare consueverat, ad habitandum vacua & expedita, plenarie, realiter & cum effectu, omni cessante excusatione & exceptione, restituantur, red- B dantur & redintegrentur, ac pacifice dimittantur sub pœnis, bannis & censuris, & sub aliis ut supra, & sub triplicata restitutione, & sub infamia & occupatione & juris amissione superius nominatis: quas negligentes, inobedientes, transgressores, rebelles, & contra facientes incurrent ipso facto, a quibus pœnis & censuris & aliis prædictis non possint absolvi, nisi prius factis (ut præfertur) plenis & integris restitutionibus. Et nihilo minus ex abundanti cautela ipsa sancta synodus ex certa scientia prædicta bona, regna, civitates & cetera ut supra, illis quibus erant (ut præfertur) restituit, reddit & redintegrat per præsentes. Et insuper liceat prælatis, capitulis, conventibus & rectoribus ecclesiarum, monasteriorum & locorum hujusmodi, quo- C rum talia regna, bona, & cetera erant, & nunc sunt, eorumque successoribus, aut eorum procuratoribus & syndicis, auctoritate propria, alicujus consensu vel licentia minime requisita, possessionem illorum intrare, capere aut detinere libere & impune, constitutionibus & privilegiis apostolicis & imperialibus, & aliis quarumvis personarum, nequaquam obstantibus. Rursus, quia contractus celebrati, nec non concessiones super regnis, provinciis, civitatibus, castris, villis, & aliis bonis supra expressis, viro non purgato, verisimiliter ad vexationes redimendas facti vel factæ præsumerentur: propter ipsa sancta synodus ex certa scientia omnes & singulas concessiones, donationes, venditiones, alienationes, pignorationes, divisiones, separationes, dimembrationes, distractiones, extenuationes, permutationes, obligationes, declarationes, revocationes, infeudationes, reinfeudationes, pacta, provisiones, promissiones, sententias & alios contractus quosque, etiam si juramentis fuerint convalidatæ & convalidati, etiam per viam aut modum cujuscumque contractus, etiam in illis contenta, sub quacumque verborum conceptione appareant, post invasiones, occupationes, usurpationes, captiones vel detentiones regnorum, provinciarum, civitatum, & aliorum alicujus vel aliquorum bonorum hujusmodi, & ante eorumdem bonorum plenariam restitutioné, de, in, E pro, & aut super eisdem alicui vel aliquibus ex regnis, & aliis bonis hujusmodi, vel ipsorum aut eorũ aliquibus juribus, jurisdictionibus, actionibus & pertinentiis realibus & personalibus atque mixtis, spiritualibus & temporalibus quibuscumque, quibusvis dominis, dominiis, comitatibus, universitatibus, capitulis, collegiis, patriarchalibus, vel aliis ecclesiis quibusvis, sive eorum mensis, aut aliis personis quibuscumque ecclesiasticis vel laicalibus, etiam si imperiali, regali, pontificali, vel alia ecclesiastica & temporali præfulgeant dignitate, quavis occasione, a dicto tempore Gregorii inclusive citra, quomodocumque & qualitercumque factis & concessis, faciendis, concedendis per Romanos pontifices

CONFIRMATIO CONSTIT. FRID. II. ET CAROLINÆ.

Confirmatio constit. Frid. II et Carolinae.

motu proprio ex certa scientia de plenitudine potestatis, cum omnium defectuum supplemento, ac de & cum consensu & consilio sanctæ Romanæ ecclesię cardinalium, sive per modum, aut viam contractuum quorumcunque, vel alias & quavis auctoritate, etiam apostolica, imperiali, regali, legatorum, nuntiorum aut vicariorum sedis apostolicæ, sive ordinarie, legata vel delegata, etiam si factum & concessum fuerit per illas personas, aut de & cum consensu illarum, ad quas in talibus de jure & de consuetudine facere, concedere & consentire pertinuerit, nullas & nullos, nulliusque juris, efficaciæ, firmitatis, roboris & momenti, atque viribus evacuatos & evacuatas fuisse & esse decrevit & declaravit. Et nihilo minus ex abundanti cautela, ipsas & ipsos revocat, cassat, abolet, irritat & annullat, ac viribus evacuat, ipsaque regna & provincias, civitates & alia bona cum juribus & omnibus aliis supradictis, tenore præsentium illis, quorum vel quarum (ut præfertur) erant & sunt, reddit, restituit & redintegrat. Statuens quoque & præcipiens, decernens & declarans, ipsa omnia & singula reddenda, restituenda & redintegranda, quibus (ut prefertur) erant & sunt, vacua & expedita plenarie, realiter & cum effectu, omni cessante excusatione, infra dictum quadrimestre, sub eisdem pœnis, bannis & censuris, & aliis, quas incurrent ipso facto, & a quibus non possint absolvi, nisi ut supra continetur: aliis tamen juris remediis pro predictis executioni demandandis in suo robore permansuris. Et nihilo minus liceat prælatis & aliis, quorum talia bona (ut præfertur) erant & sunt, possessiones intrare, & cetera, ut supra continetur.

Item dicta sancta synodus eadem auctoritate ex certa scientia decernit & declarat, omnes & singulas concessiones, donationes, obligationes, venditiones, extenuationes, pignotationes, divisiones, separationes, dimembrationes, distractiones, permutationes, obligationes, declarationes, revocationes, infeudationes, reinfeudationes, ac censuum, fructuum, seu responsionum aliarum, quocunque nomine seu vocabulo nuncupentur, extenuationem, extinctionem, pacta, promissiones, provisiones, sententias, & alios contractus quoscumque, etiamsi juramentis fuerint convalidatæ & convalidati, etiam per viam aut modum cujuscunque contractus, & in illis contenta, sub quacumque verborum conceptione appareant, quibusvis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, eorumque ecclesiis cathedralibus sive antiquis, sive post dictum schisma erectis, aut eorum mensis, capitulisque, collegiis, comitatibus, seu universitatibus & personis, etiam imperialis, regalis, reginalis, pontificalis, cardinalatus, aut cujusvis ecclesiasticæ vel mundanæ fuerint dignitatis, præeminentiæ, status vel conditionis, de, in, pro aut super regnis, provinciis, comitatibus, dominiis, territoriis, civitatibus, districtibus, terris, villis, castris, fortalitiis, possessionibus, ædificiis, grangiis, & quibusvis aliis bonis, rebus ac pertinentiis suis, juribusque, jurisdictionibus & actionibus realibus & personalibus atque mixtis, cathedraliumque ecclesiarum diœcesibus, ac patronatuum juribus, & quibusvis aliis tam spiritualibus quam temporalibus, sine aliquo vel aliquibus prædictorum ad Romanam, patriarchales, metropolitanas, cathedrales, abbatiales, & quasvis alias collegiatas & non collegiatas, regulares & sæculares ecclesias, monasteria, prioratus, mensasque ipsarum ecclesiarum, capitula seu conventus eorum, aliquos vel aliquas ex ipsis factas & factos, præter vel contra dispositionem juris scripti, a dicto tempore Urbani papæ VI. inclusive citra, quomodocumque & qualitercumque, usque in præsentem diem, sub quibusvis titulis, juribus, actionibus, causis, modis, conditionibus, viis sive formis, & quavis occasione, etiam motu proprio, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, ac cum suppletione omnium defectuum, etiam de & cum consilio & consensu sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, sive per viam aut modum contractuum quorumcumque vel alias & auctoritate quacumque, etiam apostolica, imperiali, regali, reginali, legatorum, nuntiorum aut vicariorum sedis apostolicæ, sive ordinaria, delegata vel subdelegata, vel quacumque alia, etiam si factum & concessum fuerit per illas personas, aut de & cum consensu illarum, ad quas in talibus de jure & consuetudine facere, concedere & consentire pertinuerit, fuisse & esse ipso jure nullos & nullas, ac nullius efficaciæ, roboris & momenti, viribusque evacuatos & evacuatas, & perinde censeri & haberi, sub & cum modificationibus infra scriptis, ac si facti & factæ non fuissent. Concessionesque, donationes, & cetera hujusmodi, & alias quasvis, quæ cum detrimento vel læsione ecclesiarum, monasteriorum, mensarum, capitulorum, conventuum, locorum seu personarum alicujus vel aliquarum hujusmodi factæ a dicto tempore Urbani papæ VI. citra, ex certa scientia & auctoritate prædicta hac edictali constitutione, sub & cum supra & infra dictis modificationibus revocat, cassat, irritat & annullat. Et nihilo minus, ad abundantiorem cautelam tollit & penitus viribus evacuat, dictaque regna, loca, territoria, districtus, jura, jurisdictiones, &c. ac bona hujusmodi ad jus & proprietatem ecclesiarum, monasteriorum, locorum, mensarum, capitulorum, conventuum & personarum hujusmodi, ad quæ seu quas spectabant & nunc spectant & pertinent, sub & cum supra & infra scriptis modificationibus restituit, reddit & reincorporat penitus per præsentes, quorum omnium possessionem vacuam, liberam, expeditam nihilo minus illi qui talia bona tenuerint & tunc tenebant, debeant ac etiam teneantur infra dictum quadrimestre a die probationis vel citationis, monitionis seu requisitionis ut supra fiendæ, libere, totaliter & cum effectu vacua & expedita relaxasse & dimisisse ecclesiis, mensis, monasteriis, hospitalibus, locis, & aliis personis hujusmodi, ad quas ante concessiones prædictas spectabant & pertinebant, & nunc spectant & pertinent, seu spectare & pertinere possunt, sub pœnis, bannis & censuris, & aliis ut supra, quas incurrent ipso facto, & a quibus absolvi non possint, nisi prius satisfecerint & restituerint, ut supra continetur. Et nihilo minus liceat prælatis, capitulis, conventibus ac rectoribus ecclesiarum, monasteriorum & aliorum locorum hujusmodi, quorum talia bona fuerunt, & nunc sunt, eorumque successoribus & syndicis auctoritate propria, alicujus consensu vel licentia minime requisitis, cautione tamen prius præstita, ut inferius denotatur, possessionem illorum intrare, capere & recipere libere & impune, non obstantibus constitutionibus, privilegiis sedis apostolicæ ejus auctoritate concessis, factis, concedendis & faciendis, ac impetrationibus sub quacumque verborum expressione & tenoribus concessis, & etiam si de ipsorum tenoribus expediret facere mentionem specialem de verbo ad verbum, in totum vel in partem, quorum & quarum omnium ipsa sancta synodus hic pro expressis, lectis & insertis haberi vult

Anno Christi 1418.

ANNO CHRISTI 1418.

vult & decernit: nec non præscriptionibus, consuetudinibus & aliis contrariis & repugnantibus, aut quovis modo huic constitutioni de cetero nequaquam obstantibus quibuscumque.

Prædicta quoque, quæ de declarationibus ac revocationibus hujusmodi dicta sunt, non vendicent sibi locum in infeudationibus, reinfeodationibus, concessionibus & locationibus quibusvis perpetuis, solitis ante dictum tempus domini Gregorii papæ XI. fieri & dari in feudum, revisendum vicariatum, aut emphyteosim, & regnis, provinciis, civitatibus, terris, castris, villis, locis, territoriis, districtibus & aliis bonis seu juribus hujusmodi, aliquo vel aliquibus eorumdem, dummodo utile dominium eorumdem per pacificam tenutam corporalis possessionis ante hujusmodi infeudationem, reinfeudationem, concessionem, non fuerit cum directo dominio incorporatum & solidatum; ac etiam quod canon & census antiquitus ante tempus domini Gregorii papæ XI. pro illis præstari & dari soliti, consueti seu admissi, si qui præstabantur, debite persolvent. Nec etiam locum habeant in venditionibus bonorum, quorum justa precia apparebunt & probabuntur, conventuum & locorum hujusmodi, quorum (ut præfertur) erant dumtaxat, versa esse in permutationibus factis, versis in evidentem utilitatem ecclesiarum, monasteriorum & aliorum hujusmodi. Nec locum sibi vendicent in concessionibus per Romanos pontifices pro dotatione in totum vel in partem, ac pro alia quavis subventione aliquarum ecclesiarum cathedralium & aliarum indigentium quarumcumque civitatum factis de aliquibus ecclesiis inferioribus & bonis earum, dummodo hujusmodi civitates ab antiquo & ante dictum schisma habuerint famam, titulum & nomen civitatis, & dummodo etiam hujusmodi concessa non fuerint alicujus ecclesiæ cathedralis, sed ab abbatialibus inferiorum ecclesiarum. Nec etiam sibi sortientur effectum in venditionibus, & aliis alienationibus bonorum, hospitalium, xenodochiorum & aliorum piorum locorum quorumlibet, quæ hospitalia, xenodochia, & pia loca, ut sunt, ad Sancta sanctorum, sancti Spiritus in Saxia de Urbe, beatæ Mariæ novæ de Florentia, de Scala, de Seminis, ac de Misericordia, de Paradiso, & similia pro sustentatione pauperum & hospitalitate conservanda consueverunt ab antiquo bona eorum vendere, aut taliter alienare, locare, aut usumfructum concedere, secundum eorum statuta seu laudabiles & antiquas consuetudines pacifice hactenus observatas, privilegiis etiam antiquitus a Romanis pontificibus quibusvis religiosorum ordinibus bonorum & rerum hujusmodi indultis, ac etiam suis consuetudinibus in talibus ab antiquo observatis, in suo robore permansuris. Nec etiam in vicariatibus, gubernationibus & ministrationibus, seu locationibus aut feudis provinciarum, terrarum, castrorum, locorum, seu bonorum hujusmodi ad tempus novem annorum, vel abinde infra dumtaxat duraturis: prædictis tamen modificationibus non se ad prædicta invasa, occupata, usurpata, capta seu (ut præfertur) detenta, aliqualiter extendentibus. Ceterum decrevit præfata sancta synodus eadem auctoritate, quod quicumque ex justis & rationabilibus causis probaverit legitime se, de, aut super regnis, provinciis, civitatibus, terris, castris, locis, vel bonis hujusmodi, vel eorum aliquo, pro preciis persolutis, vel ex causa depositi, sive mutui, aut alias ex justis causis recipere debere a Romana seu aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, hospitalibus vel locis ipsis, seu eorum aliquo, aut A ex prælatis, seu rectoribus eorumdem, occasione dumtaxat ecclesiarum, hospitalium seu locorum præfatorum, ad quæ ipsa bona pertinuissent vel pertinerent, aliquas florenorum, seu pecuniarum summas, aut res alias, ac illas versas esse in utilitatem evidentem ecclesiarum seu monasteriorum aut locorum hujusmodi, quod facta coram loci ordinario deductione, aut defalcatione fructuum aut proventuum perceptorum arbitrio dicti ordinarii loci, sive rerum & bonorum de quibus ageretur, super quo ipsius ordinarii conscientiam oneraverit & onerat, non obstantibus quibuscumque conventionibus, seu pactis initis, vel adjectis, etiam auctoritate apostolica, vel alia quomodolibet roboratis, ac juramento vallatis, maxime quoad probandum precia, res vel pecunias, versa esse in evidentem utilitatem, vel quorum talia bona fuissent, seu ut fructus in sortem computare quis minime teneretur, aut quod faceret fructus suos, seu aliis contrariis & aliter disponentibus quovis modo, ecclesia, seu monasterium, hospitale vel locus hujusmodi residuum, quod declaratur ad restituendum illi qui solvisset, aut ejus heredibus, seu jus vel causam aut titulum suum habentibus, infra annum a die talis declarationis continue computandum, vel ad hujusmodi bona obligata usque ad satisfactionem, ut infra declaratur, ipsis creditoribus restituendum, pro dicto residuo declarato, eo ipso prælatus, capitulum, conventus ac rectores talis ecclesiæ, monasterii, hospitalis vel loci, cujus vel quorum (ut præfertur) ipsa bona er[illegible] ab pœna excommunicationis sint adstricti. Et nihilo minus pro securitate creditorum super satisfactione hujusmodi, nullus ex prælatis & aliis supradictis possit aut debeat per se aut per alium possessionem talium bonorum intrare, capere vel retinere, nisi idonea cautione prius per ipsos præstita coram loci ordinario, ipsius vel ipsorum creditorum, & hujusmodi ordinario recusante, coram loci ordinario debitoris de eo quod ab ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, vel locis aliis, seu personis supradictis ratione declarationis hujusmodi tenerentur habere creditores ipsi infra dictum annum persolvendo, D bona quoque talibus vendita, pignorata, seu aliter obligata, alienata, vel ut supra concessa, illis usque ad satisfactionem specialiter obligata remaneant & existant. Si autem infra dictum annum satisfactio quantitatis declaratæ facta non fuerit, (ut præmittitur) prævils tribus protestationibus, diversis diebus per creditores, seu eorum procuratores factis, præfatis capitulis, conventibus aut rectoribus hujusmodi super dicta satisfactione, saltem infra mensem a die primæ protestationis facienda: tunc lapso dicto mense liceat hujusmodi creditoribus, aut heredibus, jus vel causam, seu titulum habentibus ab illis, per se vel procuratores suos auctoritate propria possessionem bonorum hujusmodi intrare, E capere, ac illa tenere & possidere, fructusque & emolumenta ex illis percipere. Deducendo tamen de sorte ipsius debiti quousque eidem fuerit de quantitate hujusmodi debiti, ut præfertur, declarata integraliter satisfactum, ita tamen proviso circa præmissa & quodlibet prædictorum, quod pro debito Romanæ vel alterius cathedralis vel inferioris ecclesiæ, hospitalis, aut pii loci, prælatus, rector, sive alia persona hujusmodi, nisi solitum pro sua ecclesia, hospitali, & pio loco, in cujus evidentem utilitatem dumtaxat probabiliter, ut præfertur, precium & valorem versum esse fidejubere, vel alias cautionem de debitis declaratis, vel alias minime præstare teneatur: nec hujusmodi bona

CONFIRMATIO CONSTIT. FRID. II. ET CAROLINAE.

CONFIRMATIO CONSTIT. FRID. II. ET CAROLINAE.

pro aliis debitis quoquo modo remaneant obligata, nec etiam de ipsis restitutio & redintegratio, ut supra est declaratum, quovis modo valeat nec debeat retardari. Ceterum quia lex salubris præteritis intendit & futuris casibus providere, decernit ipsa sancta synodus eadem auctoritate, quod de cetero præmissis & infrascriptis nulla feudatio, locatio, donatio, venditio, permutatio, pignoratio, obligatio, sive quævis alienatio, aut declaratio, de aut super regnis, provinciis, civitatibus, terris, castris, locis, juribus ac jurisdictionibus, seu bonis prædictis, aut aliquo eorumdem auctoritatibus hujusmodi, seu earum aliqua, vel alias sine expressa deliberatione concilii generalis, vel saltem provincialis, cum evidenti tamen utilitate ecclesiæ B & pii loci hujusmodi fieri possit, vel debeat, quovis colore quæsito, seu jam facta confirmari, extendi vel prorogari, aut de novo concedi quovis modo. Salvo, quod locationes usque ad prædictum tempus novem annorum, vel abinde infra, & non ultra, tam apostolica quam ordinaria auctoritate valeant celebrari, cum dicta præstatione tamen census soliti sive rationabilis. Ita tamen, quod fiant cum evidenti utilitate hujusmodi, tam per Romanum pontificem, quam per prælatos & rectores secundum juris scripti formam, etiam infeudationes, emphyteoticæque concessiones, occupationes & revocanones de bonis feudalibus ac emphyteoticis ante dictum tempus Gregorii unde- C cimi infeudari solitis, ad ecclesias, monasteria, hospitalia vel pia loca hujusmodi quomodolibet devolutis vel devolvendis in posterum, cum modificationibus infrascriptis pro censu & canone solitis, aut adauctis ante præfatum tempus Gregorii undecimi, & non de aliis, aut aliter ullo modo possint etiam fieri concessiones vicariatuum, gubernationum & administrationum, regnorum, provinciarum, civitatum, terrarum, castrorum, locorum præfatæ ecclesiæ Romanæ, quæ ante hujusmodi tempus concedi in vicariatum seu administrationem per Romanam ecclesiam consueverunt per Romanos pontifices ad tempora novem anno- D rum, & abinde infra, & non ultra, cum responsionibus, canonibus & censibus consuetis, melioratis seu adauctis ante tempus præfatum, hoc addito, declarato ac reservato, quod vicariis non solventibus eidem Romanæ ecclesiæ censum ac canonem debitum in terminis appositis, vel saltem infra mensem post lapsum terminum, eo ipso absque aliqua declaratione ad censum & canonem duplicatos persolvendos præfatæ Romanæ ecclesiæ teneantur, ac adstricti sint. Et si primum & duplicatum censum seu canonem prædictos infra alium mensem sequentem non solverint, ipso facto sententias, banna & pœnas hujusmodi incurrent. Si autem infra semestre a lapsu primi termini præfati solutionem hujusmodi non fecerint de censu & ca- E none, ut præfertur, ipso jure cadant ab omni possessione vicariatus, gubernationis & administrationis hujusmodi, & concessa ad liberam ordinationem Romani pontificis & Romanæ ecclesiæ præfatæ devolvantur, & devoluta ipso facto intelligantur esse, & sint cum omni rerum integritate & causa. Et illud idem intelligatur servari, & fiat in & de vicariis, gubernationibus & administrationibus provinciarum, civitatum, terrarum, castrorum & locorum aliorum quorumvis, ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium & locorum aliorum prædictorum, & cujuslibet eorumdem. Præmissa quoque extendantur ad solutionem feudorum, bonorum emphyteoticorum, & aliorum locatorum responsiones quovis titulo, tam ad Romanam, quam ad alias ecclesias, monasteria & loca alia suprascripta, communiter vel divisim, prout de censibus & canonibus vicariatuum prædictorum superius continetur. Districtius nihilo minus inhibens, ne qua prorogatio, seu nova concessio vicariatuum, gubernationum seu administrationum hujusmodi de regnis, provinciis, civitatibus, terris, castris & locis dictæ Romanæ ecclesiæ fieri possit aut debeat, nisi de consilio & assensu Romanorum pontificum & dominorum collegii sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, eorum scrutatis votis, vel saltem per duas partes dicti collegii in concordia, & non nisi pro evidenti causa, statu & honore ecclesiæ præfatæ: ita tamen, quod debeant ipsi cardinales in literis apostolicis vel contractibus desuper factis, una cum Romano pontifice propriis manibus se subscribere, adinstar antiquorum privilegiorum apostolicorum in perpetuum. Et si aliter, secus, seu alio modo in præmissis & infrascriptis omnibus & contentis in præsenti capitulo, vel circa ea facta, seu declarata etiam motu proprio, & de cardinalium consilio seu consensu, seu alias, & apostolica vel quavis alia auctoritate, non teneant ipso jure, & nullum jus contrahentibus vel recipientibus aliter acquiratur. Et nihilo minus vicarii ipsi, gubernatores & administratores, & alii recipientes, quovis nomine nuncupentur, vel titulo, vel modo, etiam si sponte concedentur, vel alias contrarium facientes, ipsos processus, banna, sententias & pœnas ipso facto se noverint incurrisse: concessionibus, constitutionibus, privilegiis apostolicis, ac aliis quarumcumque personarum, nec non consuetudinibus & aliis quibusvis in contrarium facientibus, nequaquam obstantibus. Hoc sane intellecto, quod modificationes ipsæ suprascriptæ, & ipsarum aliqua, aliis qui tenent & tenuerunt regna, provincias, civitates, terras, castra, sive alia bona, ut in alio infrascripto capitulo continetur, scilicet, invasa, occupata, capta, seu (ut præfertur) detenta, non valeant in aliquo suffragari: quinimo ad plenariæ restituendum, reddendum, & ad alia faciendum (ut in eodem capitulo continetur) protinus sint adstricti.

ANNO CHRISTI 1418.

Ex eodem concilio Constantiensi, quando solvenda sit, sive deneganda decima.

CUM paterna pietas filiis hominum providere debeat, licet in casu necessitatis urgentis valeat vicissitudo laudabilis, declarat sancta synodus, non licere Romano pontifici indictiones sive exactiones quascumque super ecclesiam vel ecclesiasticas personas imponere per modum decimæ, vel alio quovis modo. Si vero cum necessitas acciderit papæ, qua esset eidem debite subveniendum, vocato generali concilio, secundum quod expediens videbitur & utile, secundum decretum concilii providéatur eidem. Vide supra sess. 43.

MODUS OBSERVANDUS IN PUBLICA SESSIONE CONCILIORUM GENERALIUM,

Practicatus & observatus in concilio generali Constantiensi.

MODUS SESSION. CONCIL. GENERAL.

PRIMO in loco ubi tenetur sessio, celebrabitur missa solennis de Spiritu sancto quocumque tempore per cardinales, vel alium prælatum ad hoc deputatum. Qua missa durante, omnes prælati

ANNO CHRISTI 1418.

A lati suis habitibus consuetis sunt induti, & sedent in loco dictæ sessionis secundum suas dignitates & prærogativas. Prædicta autem Missa finita, omnes prælati in eadem sessione existentes induunt se pluvialibus, & habent mitras albas, solo præsidente vel celebrante in concilio excepto, qui habet mitram auriphrygiatam & gemmatam ac notabiliter ornatam. Qui quidem præsidens vel celebrans, associatis diacono & subdiacono, ac aliis multis in habitibus ecclesiasticis, sedet in cathedra in medio ebori, habens dorsum ad altare, & vultum ad alios prælatos. Prælatis igitur sic indutis & ornatis, cantores cantant antiphonam: Exaudi nos domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos B domine. Versus: Salvum me fac domine, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Qua antiphona cantata, diaconus clamat alta voce: Orate. Quo dicto, omnes prælati flectunt genua, & per aliquod intervallum orant sub silentio secundum devotiones suas. Et postquam in illa oratione per aliquod competens intervallum steterunt, idem diaconus iterum clamat alta voce: Erigite vos. Et tunc omnibus prælatis surgentibus & stantibus, ipse præsidens vel celebrans etiam erectus, hanc dicit orationem alta voce.

Oremus. ORATIO.

Adsumus, domine sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem * immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos, adesto nobiscum, dignare illabi cordibus nostris: doce nos quid agamus, quo gradiamur: ostende quid efficere debeamus, ut te auxiliante, tibi in omnibus complacere valeamus. Esto * salus, suggestor & effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre & ejus Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summe diligis æquitatem: ut sinistrum nos non ignorantiæ trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat: sed junge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, ut simus in te unum, & in nullo deviemus a vero: quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. Amen.

* immensitate

* Tomi I. pag. 8. D. legitur, humanitate, & qq. alia

* solus

Prædicta vero oratione finita, cantores concilii incipiunt antiphonam, Exaudi nos domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum, &c. ut supra. Qua antiphona cantata, omnes (ut præmissum est) flexis genibus orant. Et facto parvo intervallo, diaconus iterum dicit alta voce: Erigite vos. Tunc omnibus erectis, præsidens vel celebrans dicit iterum hanc orationem.

Oremus. ORATIO.

Mentibus nostris, quæsumus domine, Spiritum sanctum benignus infunde, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic a te in nullo dissentiat voluntas nostra, sed semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita exequamur in factis. Per dominum, &c.

Quibus sic peractis, omnes flectant genua, & diaconus & subdiaconus, vel alii duo ad hoc deputati, ante altare stantes, incipiant litaniam, cantoribus & aliis respondentibus. Et quando venitur ad illum locum, Ut domnum apostolicum; præsidens vel celebrans, qui cum aliis stabat flexis genibus, surgit: & vertens se ad congregationem, & dando benedictionem, cantando ter dicit: Ut hanc sanctam synodum & omnes gradus ecclesiasticos benedicere, regere & conservare digneris: cantoribus respondentibus qualibet vice prædicta, Te rogamus, audi nos. Completa vero litania, præsidens vel celebrans dicit; Oremus. Quo dicto, diaconus dicit; Flectamus genua. Et subdiaconus dicit: Levate. Deinde celebrans dicit hanc orationem: Da, quæsumus, ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut Spiritu sancto congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per dominum, &c. His vero completis, diaconus habens librum supra pulpitum inter altare & celebrantem dispositum, accensis duobus cereis circa ipsum pulpitum, incipit evangelium: *Vos estis sal terræ:* vel quod ad legendum sibi est ordinatum. Quo evangelio perlecto, celebrans primo facit collationem, exhortando omnes & singulos ad solicitam meditationem & curam Dei. & super omnibus causis, propter quas sacrosancta synodus est congregata. Deinde flexis genibus, incipit alta voce hymnum: Veni creator Spiritus. quem hymnum cantant alternatim existentes in sessione cum cantoribus. Quo hymno solenniter & devote decantato, duo clerici induti superpelliciis & adstantes præsidenti, dicunt versiculum: *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.* Psalm 103.
C Et cantores respondent: *Et renovabis faciem terræ.* Postea celebrans dicit hanc orationem.

MODUS SESSION. CONCIL. GENER.

Matth. 5.

Oremus. ORATIO.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Postmodum duo prædicti clerici, vel diaconus, vel subdiaconus, dicunt: Benedicamus domino. Et adstantes respondent: Deo gratias.

His autem omnibus completis, idem præsidens, vel celebrans, & omnes alii prælati sedent, & ponunt mitras in capitibus suis. Et tunc unus prælatorum ad hoc deputatus legit decreta in illa sessione expedienda. Et in eodem ambone cum dicto prælato legente ipsa decreta erant præsidentes nationum tempore concilii Constantiensis, & respondebat quilibet præsidens, Placet, pro natione sua. Præsidens vero generalis in dicta sessione respondebat etiam, Placet, etiam pro sacro concilio & collegio generali. Decretis vero perlectis, & responso Placet, & dicto, Te Deum laudamus, cum oratione de Spiritu sancto, omnes depositis pluvialibus & mitris, resumunt habitus suos consuetos, & recedunt.

D

Nos igitur præinserta gesta ac decreta, ne cujusvis impugnationis jaculis subjaceant tempore procedente, auctoritate universalis ecclesiæ volumus, statuimus ac decernimus & mandamus, quatenus præfatis decretis & gestis superius insertis, in judiciis & extra ubicumque producta exhibitaque fuerint, vel ostensa, in omnibus & per omnia stetur, ac fides plenaria adhibeatur, perinde ac si bulla ejusdem Constantiensis synodi bullata forent; nec ad illorum probationem aliud adminiculum quomodolibet requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, decreti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & uni-

E

MODUS SESSION. CONCIL. CANAR.

& universalis ecclesiæ se noverit incursurum. Datum Basileæ pridie Nonas Februarii, anno a nativitate domini MCCCCXLII.

Sobscripta gesta & decreta sacri concilii Constantiensis, concordatis cum volumine & tenore sub bulla sacri concilii Basileensis plumbea bullatis, & manibus propriis dictorum dominorum deputatorum sobscriptis, facta collatione per me Michaelem Galteri notarium ipsius sacri concilii Basileensis, redacta in nonaginta octo chartis seu foliis, præsenti in numero hujusmodi computato.

* Brixinen.

Ego Ioannes Huober ex Nederdorff, quam alias Villam bassam vocant, * Bixnensis diœcesis, artium liberalium magister, & sacræ theologiæ baccalaureus, B sessiones & decreta sacrosancti magni & generalis concilii Constantiensis præscripta, ab exemplari authentico collationato, & bulla plumbea pendente in chordula serici roborato, in uno missionis Spiritus sancti in specie columbæ, in altero vero lateribus horum verborum, Sacrosancta generalis synodus Basileensis, sculpturas supra in principio depictas continente, & præfata chordula sericea per omnes chartas inferioris marginis transeunte, manu propria descripsi atque consummavi, decimo Kalendas Iulii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo nonagesimo.

C

a IN CONCILIUM b CONSTANTIENSE c œcumenicum, d ex parte approbatum, e ducentorum quinquaginta episcoporum, f causa schismatis tollendi celebratum g annis domini MCCCCXIV. MCCCCXV. MCCCCXVI. MCCCCXVII. MCCCCXVIII.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quis concilium indixerit.

a *Concilium.*] Hanc synodum a Ioanne vigesimoprimo, valgo vigesimotertio, inchoatam, atque a Gregorio duodecimo, qui verus & legitimus pontifex erat, approbatam & confirmatam esse, acta concilii manifeste attestantur. Qua occasione autem indicta, & Constantiæ celebrata fuerit, Gobelinus Cosmodromius cap. 90. ætatis sextæ refert his verbis: *Interea Ioannes papa concilium generale in urbe* D *celebrare decrevit, quod Alexander prædecessor ejus in tertio anno post concilium Pisanum supradictum decreverat celebrandum. Sed prælatis non venientibus in copia quam rerum poscebat gravitas, illud concilium non sortiebatur effectum. Cumque istis temporibus nonnunquam literæ apostolicæ, in quibus de Vrbano, Bonifatio, Innocentio, Gregorio, Clemente vel Benedicto per tempora schismatis prætoriti super papatu contendentibus supradictis fuit mentio facienda, statutum fuit, ut nullus eorum in dictis literis papa simpliciter, sed cum hac determinatione, in sua obedientia, nominaretur.* Et paulo infra de loco & tempore indicti concilii subjungens ait: *Et tunc in mense Decembri concilium in Calendis Novembris deinde proxime venturis indixit: locum tamen concilii non determinavit. Quapropter duos cardinales ad regem Romanorum tunc in Italia moram trahentem, ad concordandum de loco destinavit; qui simul in civitatem Constantiensem consenserunt. Et post* E *hoc papa & rex in Laudensi civitate convenientes, locum eundem pro concilio generali celebrando approbarunt.* Hæc Gobelinus prædicto loco.

Cōstantia.

b *Constantiense.*] Sic dictum a Constantia, quæ est urbs Germaniæ sub diœcesi Moguntinensi, sita ad lacum Podamicum, vulgo *Bodensee* dictum, ad Rhenum eam partem, qua Helvetios respicit. A Constantio imperatoris Constantini magni patre, vel a Constantio II. Constantini magni filio muris cincta, indeque nomen sumpsisse putatur. *Hæc Hadrianus in suo Theatro urbium.*

Oecumenicum.

c *OEcumenicum.*] Quod propter materiam schismatis tollendi universam ecclesiam concernentem indictum fuerat, cuique quatuor patriarchæ cum archiepiscopis & episcopis infra recensendis interfuerunt, œcumenicum fuisse concilium nulli dubium esse debet.

An & quo modo sit approbatū.

d *Ex parte approbatum.*] Quod ea nimirum, quæ ibidem ad fidem pertinentia contra Vviclefium, Hussum, A Mathæum Dresdensem & Hieronymum Pragensem decreta & promulgata leguntur, ut dicemus infra sessione 45. & ultima. Quæ vero de auctoritate concilii supra pontificem constituerunt, sententia Florentini & Lateranensis conciliorum plane reprobata sunt.

ANNO CHRISTI 1418.

Inchoatio concilii.

e *Ducentorum quinquaginta episcoporum.*] De numero episcoporum, aliisque nonnullis qui concilio interfuerunt, ita Cochlæus lib. 1. historiæ Hussitarum: *Anno domini 1414. inchoatum fuit concilium istud, veniente Constantiam primum Iordano cardinali, Ostiensi episcopo, pridie Idus Augusti. Quem e Bononia secutus Ioannes papa XXIII. 5. Calendas Novembris Constantiam magna celebritate ingressus est, in festo apostolorum Simonis & Iudæ, cum cardinalibus novem: ut juxta tenorem bullæ convocationis concilii primo die Novembris sacra synodus auctoritate apostolica inciperet de negotiis fidei & ecclesiæ tractare. Sigismundus rex in vigilia nativitatis Christi Vberlingam veniens cum conjuge sua, per lacum Constantiensem navigio properavit inde ad civitatem, ut interesset missarum solenniis. Sub mediam igitur noctem* B *Constantiam ingressus, primam missam celebrante papa, ipse diaconi habitum indutus, legit evangelium alta voce:* Exiit edictum a Cæsare Augusto. *Nec multo post advenerunt alii quoque principes & prælati, in tanta sane frequentia, ut aliquando triginta millia equorum uno eodemque tempore Constantiæ fuisse creduntur. Adfuerunt namque patriarchæ 4. cardinales 29. archiepiscopi 47. episcopi 160. Et cum his abbatum, propositorum, priorum, & omnis generis clericorum ingens numerus. Secularium præterea principum, comitum, baronum, nobilium, & ceterorum maxima multitudo. Vnus enim Ludovicus comes Palatinus Rheni, & dux Bavariæ, cum 400. archiepiscopus vero Moguntinus cum 600 equis advenisse legitur. Rex Sigismundus patriæ misertus & cleri catholici in Bohemia, per fratrem Vuenceslaum effecit, ut Ioannes Hus sub salvoconductu & fide publica ipsius Sigismundi regis Constantiam in concilium mitteretur. Hus itaque in concilio citatus (ut ait Albertus Krantz) non detrectavit venire.* C *Non enim arbitrabatur, se suis auditoribus & clientibus satisfacere posse, si judicium recusaret ecclesiæ. Postquam vero Constantiæ coram synodo comparuit, dati sunt ei commissarii a concilio (jam cum propter unionem in ecclesia constituendam papatui renuntiaverat Ioannes XXIII. publice in ecclesia coram rege ac tota patrum synodo) in sessione sexta, quatuor in theologia magistri. archiepiscopus Ragusinus, pro natione Italica: episcopus * Flebbiensis, pro natione Germanica: magister Vrsinus Talvenda, pro natione Gallicana, & magister Guillermus Comes, pro natione Anglicana: ut causam ejus examinarent, & in illa procederent usque ad diffinitivam sententiam inclusive.*

Luc. 2.

Numerus episcoporum.

Ingens celebritas concilii.

Albertus Krantz in Vandal. lib. 10. c. 23.

Commissarii a concilio dati in causa Hus.

* Laodiensis

f *Causa schismatis tollendi.*] Ob causam tollendi schismatis hanc synodum præcipue indictam fuisse patet ex actis concilii, atque ex iis quæ ex Gobelino & Cochlæo supra recitavi. Non fuisse hanc synodum ob Hussitarum hæresim principaliter indictam, Cochlæus initio libri 2. historiæ Hussit. his verbis testatus, probat & demonstrat: *Non* D *fuit concilium Constantiense principaliter ob eorum hæresim vel indictum vel celebratum. Hæresis enim illa satis superque confutata & condemnata jam olim fuerat in multis conciliis contra Berengarium celebratis. Deinde in diversis conciliis & Romanorum pontificum decretis, ac sanctorum patrum determinationibus, habitis & promulgatis contra barbariem & hypocrisim indoctæ factionis & colluvies Vualdensium, Leonistarum, Dulcinistarum, Albigensium, &c. Denique ipsius Vviclefi dogmata quamplurima fuerant jam sæpe damnata publice, tum in Anglia per concilium provinciale, & per determinationem clarissimæ universitatis Oxoniensis, in qua fuerunt ducentos sexaginta articulos ejus doctrinæ damnatos fuisse: tum Romæ in concilio generali sub Ioanne papa XXIII. & Parisiis per almam facultatem theologicam, atque etiam Pragæ nominatim quadraginta-quinque articuli, & eorundem multis modis ac severis eorundem dogmatum prohibitionibus & publicis interdictis, per almam universitatem Pragensem generaliter uno omnium* E *nationum consensu, per totam nationem Bohemicam specialiter, per facultatem theologicam solenniter; atque etiam per regem, per proceres & per senatum in prætorio majoris urbis Pragensis, acriter & cum terribili prohibitionum severitate. Quid ergo opus erat, novum propter antiquitus damnatos & nuper publice præjudicatos articulos indicere concilium? maxime, cum Hus & complices sui docerent contemptim, conciliorum decreta humanas esse constitutiones & traditiones, de quibus dicat salvator Matth. 15.* Quare & vos transgredimini mandata Dei, propter traditiones vestras? *Non fuit igitur præcipua indicendi concilii causa, hæresis & factio Bohemorum, ex Vviclefi doctrina exorta, utpote per tot retro secula longe lateque nota ac prædamnata, atque etiam ab ipsismet Bohemis ante paucos annos præjudicata publice, tum in scholis, tum in prætorio. Vicit tamen patres Sigismundi Romanorum & Hungariæ regis instantia & persuasio, petentis atque orantis, ut in concilio jam congregati*

Vide acta concilii Constant. sess. 6.

Petitio Sigismundi imp.

Bohemorum

ANNO CHRISTI 1418.

Bohemorum saluti consulerent, si primos eorum seductores & hæresiarchas, scripturis & rationibus convictos, in tam celebri doctissimorum hominum conventu, ad revocandos errores, & ad ecclesiæ veritatem pristinam agnoscendam induceret. Erat enim memor & pietatis paternæ, qua sic auxerat in Bohemia Dei cultum: & querelarum Suinconis archiepiscopi, qui pro conservanda patria religione opem ejus paulo ante imploraverat, Wenceslao fratre per ignaviam cuncta negligente. Ceterum præcipua indicendi concilii causa fuit, gravis ecclesiæ universalis perturbatio, per schisma dedecorosum & abominabile, quod triginta annis pias fidelium mentes male vexaverat, dum cardinalium discordia plures eodem tempore personas in Romanos pontifices eligeret. Ut enim tres dicebantur papæ a diversis. Longo sane tempore duraverat schisma, dum alius Romæ, alius Avenione crearetur a cardinalibus papa. Ad quod ab ecclesia tollendum scandalum, cardinales Pisanum indixerunt concilium, ut inter Benedictum XIII. & Gregorium XII. discerneretur, uter eorum verus & legitimus esset Petri successor. Utroque autem contumaciter absente, creatus ab eis fuit Alexander V. quo intra annum defuncto Bononiæ, electus fuit Ioannes XXIII. Cui adhæserunt ambo fratres, Wenceslaus & Sigismundus reges, hic Hungariæ, ille Bohemiæ; uterque insuper regis Romanorum titulum gerens. Quamvis enim Wenceslaus depositus sit per electores, tamen quoad vixit, regem Romanorum & Bohemiæ se scripsit. Pro eo igitur tollendo schismate, Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex, nondum factus imperator, paternæ pietatis æmulator, maximos subiit labores & sumptus itinerum. Ejus enim rei gratia peragravit primo Italiam, deinde Gallias, Hispaniasque & Angliam. In Italia sane a Ioanne XXIII. obtinuit, ut concilium indiceret Constantiæ celebrandum, in quo postea effecit, ut rejectis omnibus tribus qui papæ nuncupationem sibi arrogabant, unus legitime in concilio crearetur papa, Otho cardinalis de Columna, dictus Martinus V. Qua de re sic habet in vita Sigismundi Baptista Egnatius. Illud autem nulla unquam ætas oblivisc.atur, quod triennium magnam Europæ partem ipse peragravit, dum principes Christianos ac pontifices adit, quo schisma Christiano nomini calamitosissimum tolleretur. Nec alterius principis opera magis exstat in vera pietate vindicanda. Unde & ex actis illius concilii facile constat, longe plus fuisse negotii tum patribus, tum principibus in tollendo schismate, quam in confutanda Bohemorum hæresi, quæ tamen confutata fuerat prius. Quippe inter XLV. sessiones ejus concilii (quod triennio duravit) quinque tantum reperiuntur, in quibus de hæresi illa tractatum fuisse legitur. Etenim in sexta commissa legitur causa Ioannis Hus quatuor theologiæ magistris, & citatus Hieronymus de Praga. In octava damnati leguntur articuli Ioannis Wicleff jam pridem defuncti. In decimaquinta damnatus & combustus legitur Ioannes Hus. In decimanona recitatur revocatio Hieronymi de Praga. In vigesimaprima, ejusdem condemnatio. Ceteræ omnes sessiones illius concilii alias pertractaverunt materias.

Schisma grave ac diuturnum.

Actorum synodalium compendiosa relatio.

Qua ratione autem schisma diuturnum ab ecclesia profligatum, Hussitarumque hæreses, cremati auctoribus, earum condemnatæ fuerint, ex actis concilii aliisve probatis scriptoribus more nostro summatim describam.

Sessio I.

Prima sessio quæ post accessum Ioannis papæ ad quintam Novembris indicta, sed propter emergentes causas dilata fuerat, habita est decimasexta Novembris anno 1414. in qua post recitatam bullam convocati concilii, notarii, scribæ, aliique ministri synodaliter deputati & constituti fuerunt; monitusque ad resignandum & cedendum papatui Ioannes, se id facturum ultro spopondit.

Sessio II.

Secunda sessio habita fuit 1415. die Martis tertia Martii, indictione octava ejusdem pontificatus, in qua lectis solennitatibus quæ in sessionibus observari deberent, Ioannes papa jurato promisit se propter bonum pacis pontificatui promptissime renunciaturum, si idem Gregorius duodecimus & Benedictus decimustertius antipapæ facere non recusarent. Quod cum fecisset, eique imperator magnas gratias egisset, magno omnium gaudio sacer patrum consessus secundus finem accepit.

Sessio III.

Tertia sessio habita fuit vigesimasexta mensis supradicti, in qua Florentinus cardinalis, præmissa quadam adhortatiuncula ad episcopos habita de personis in judicando non accipiendis, juxta deliberationem sanctæ synodi promulgavit, hanc synodum legitime convocatam, & Constantiæ inchoatam usque ad extirpationem schismatis, nequaquam a pontifice dissolvi, vel alio transferri posse aut debere: quodque prælatis citra causam justam a concilio discedere non liceat.

Sessio IV.

Quarta sessione trigesima Martii ejusdem anni habita, declaratur, concilii auctoritatem pontificia superiorem esse; ipsique papæ prohibetur, ne personas hic congregatas transferat vel avocet: simulque annullantur omnes processus & censuræ, quas pontifex concilio adhærentibus intentaverat. Insuper decretum fuit, ut tres judices de qualibet natione eligantur, qui abeuntium causas dijudicent: & ut pro bono pacis facilius obtinendæ nulli cardinales novi crearentur. Ioannes qui interea Constantia discesserat, per literas in publico patrum consessu lectas & ad imperatorem directas nuntiavit, se nullo metu, sed sanitatis aeris intemperie coactum Constantia discessisse, factæque promissioni adhuc inhærere.

ANNO CHRISTI 1418.

Sessio V.

Quinta sessio habita fuit die Sabbati sexta Aprilis ejusdem anni, in qua repetitis & approbatis constitutionibus quoque præcedentium sessionum promulgatis, declaratum & approbatum est, Ioannem illicite Constantia discessisse, teneri que eumdem sub pœna depositionis adimplere, quod de resignando pontificatu promiserat: quodque recusans Constantiam redire, corporalibus pœnis & vinculis mandari possit ac debeat. Post hæc confirmata est sententia concilii Romani in Ioannem Wicleffum ejusque libros pronunciata. In causa autem Ioannis Hus constituti sunt quatuor judices commissarii, qui assumptis secum theologiæ canonumque sacrorum peritissimis viris, dogmata illius discutiant, & processum contra eumdem dirigant, deque singulis actis postea synodum informent. Post hæc rogatu synodi in se recepit rex Sigismundus, quod pontificem in Schaffhausen sub tutela Friderici Austriaci degentem, volentem, nolentem, ad concilium reducere velit.

De adventu Hus, vide Cochlæum.

Sessio VI.

Sexta sessio habita fuit præside Ioanne Ostiensi episcopo, in qua de mandato concilii episcopus Atrebatensis duos articulos edidit. Et primo quidem decrevit, procuratorium super renuntiatione papatus faciendæ esse bonum pro unione ecclesiæ. Secundo declaravit, prædictum dominum Ioannem papam vigesimumtertium teneri dare & facere dictum procuratorium ad cedendum papatui pro bono unionis ecclesiæ, juxta formam schedulæ per ipsam oblatæ: constituitque sancta synodus diversarum nationum legatos, qui taliter a concilio constituti requirant papam, ut veniat ad concilium, afferantque ipsi securitates debitas, quatenus vel ad urbem Constantiæ, vel ad villam Ulmæ, vel ad villam Ravensburg, vel ad civitatem Basileensem accedat, juretque, unum de dictis locis eligere infra duos dies, nec ab eo absque consensu concilii discedere. Insuper quoque decreverunt, quod supersedere debeat a processu contra papam, donec habeatur responsio: & si præmissa adimpleverit, cessabitur a citatione. Inhibuit quoque sancta synodus, ne quis ullo modo contra quemcumque in civitate Constantiensi famosos libellos sub pœna carceris conficiat. Mandat ulterius, literas & missivas informatorias rerum in concilio gestarum omnibus nationibus communicari. Post hæc recitatæ sunt duæ epistolæ: quarum alteram universitas Parisiensis ad suos legatos; alteram ejusdem academiæ rector ad episcopos Italiæ transmisit. Ad extremum decreta est citatio contra Hieronymum Pragensem. Plura Gobelinus habet.

Sessio VII.

Septima sessio celebrata fuit anno 1415 die Iovis 2. Maii, in qua Henricus de Piro concilii promotor allegans contumaciam Hieronymi Pragensis citati & non comparentis, contra eum ulteriora decerni petivit & impetravit. Accusata deinceps Ioannis papæ fuga & contumaci absentia, eumdem citari, metumque mali alicujus allegantibus & prætendenti, salvumconductum concedi obtinuit.

Sessio VIII.

Octava sessio habita fuit quarta Maii anni ejusdem, in qua post reproductam citationem contra sectarios Wicleffi emanatam, lecta fuit sententia damnationis articulorum quadragintaquinque. Wicleffum hæreticum fuisse, adeoque ossa ejusdem exhumari & ab ecclesiæ sepultura efferri, nec non libros ejusdem comburi debere, publico decreto est definitum. Cumque hac eadem sessione Fridericus dux Austriæ in gratiam Sigismundi regis recipi optaret, rex vero ob juramentum præstitum de illo nunquam in gratiam recipiendo, petitioni illius non acquiesceret, synodali sententia definitum fuit, regem allegato juramento non obligari; eoque non obstante posse ac debere pœnitentem Austriacum in gratiam recipere. Qua definitione prævia, rex Sigismundus Friderico Austriaco veniam concessit sub istis conditionibus, ut Ioannem papam ad concilium reduceret, se suaque dominia regiæ majestati subjiceret, seque nihil unquam simile deinceps admissurum esse promitteret. Accepit conditiones oblatas, publico instrumento conceptas, & sigillo suo munitas, Fridericus dux Austriæ.

Sessio IX.

Sessione IX. quæ habita fuit decimatertia Maii, procuratores concilii citationis contra Ioannem papam factæ executionem reproduxerunt, accusataque ejus contumacia, petierunt commissarios deputari, coram quibus in hac causa testes produci & examinari possent. His peractis, Franciscus cardinalis Florentinus bullam pontificiam recitavit, qua Ioannes papa Petrum Cameracensem & Guillelmum sancti Marci presbyteros procuratores constituit. Cumque illi oblatum munus ex parte recusassent, & Henricus de Piro promotor concilii dixisset, in causa

ANNO CHRISTI 1418.

hac personali & curiali procuratorem admittendum non esse, tandem mandatum fuit duobus cardinalibus & quinque prælatis, ut eumdem viva voce extra portam urbis citarent. Qua re peracta, lecta est epistola universitatis Parisiensis, qua se concilio commendatum exoptat.

Sessio X. Sessione X. quæ sub præsidio Ioannis patriarchæ Antiocheni celebrata fuit decimaquarta Maii, anno 1415. ad instantiam Henrici de Piro promotoris concilii citationem præcedenti die contra Ioannem papam ad suspensionem usque procedi petentis, requisitus est iterum extra portas pontifex Ioannes cum suis fautoribus. Cumque facta citationis executione nemo compareret, instante prædicto promotore concilii Henrico declaratus est contumax; examinatisque testibus super simoniæ, sacrilegii, aliisque quæ illi objiciebantur criminibus, communi omnium suffragio lata & publice recitata est contra eum sententia, qua ab omni administratione & functione ecclesiastica suspensus fuit.

B

Sessio XI. Sessione XI. quæ celebrata fuit decimaquinta Maii, anno 1415. promotores concilii plus minus sexaginta crimina articulatim congesta una cum designatione testium desuper examinandorum, contra Ioannem papam exhibuerunt. Quos cum decreto synodali Ioannes papa ad respondendum sibi insinuatos accepisset, respondit, se neque articulos sibi objectos negare, neque dicta testium impugnare; sed potius se totum synodali judicio & definitivæ sententiæ subjicere: oblatam initio papatus cessionem voluntariam iterum nunc offerre; synodum Constantiæ legitime congregatam errare non posse, libenter profiteri & agnoscere, adeoque plane obtemperaturum sententiæ, qualemcumque patres concilii protulerint & promulgarint: saltem hoc se rogare dixit, ut quam posset fieri primum, copiam latæ sententiæ assequeretur.

Sessio XII. Sessio XII. habita est vigesimanona Maii: in qua reproductis iis quæ Ioannes papa deputatis a synodo commissariis super objectis criminibus responderat, ad instantiam promotorum concilii lata est contra eum sententia definitiva, qua ille pontificatu deponitur, omnesque Christi fideles ab ejusdem obedientia absolvuntur. Post latam sententiam constitutum fuit, ne quisquam ex tribus schismaticis pontificibus de novo eligeretur. Sententiam sibi per quosdam a concilio deputatos insinuatam Ioannes quondam pontifex approbavit, eique realiter & cum effectu cedendo papatui obtemperavit.

C

Sessio XIII. Sessione XIII. anno domini 1415. die Sabbati decimaquinta Iunii celebrata, post consuetas preces habitas, promotores concilii allegarunt, repertos inter sacerdotes Petrum Dresdensem & Iacobellum Misnensem Ioannis Hus socios, (ita Cochlæus) qui laicis non ieiunis post cœnam eucharistiam sub utraque specie porrectam distribuebant, simulque contra antiquissimam ecclesiæ consuetudinem publice docebant, cuilibet etiam laico in participatione, sumptione & communione huius sacramenti utramque speciem panis & vini necessario distribuendam esse. Quæ cum ecclesiæ constitutionibus & consuetudinibus repugnarent, eorum petitione ex quatuor nationibus diversis constituti sunt cognitores iudices, qui habita desuper deliberatione communi voto & suffragio patrum concilii, erroneam & hæreticam doctrinam de eucharistia extra sacrificium sub utraque specie necessario sumenda damnaverunt, simulque sacerdotibus omnibus inhibuerunt, ne sub pœna excommunicationis ulli homini utramque speciem panis & vini communicent.

D

Sessio XIV. Sessione XIV. quæ habita fuit die Iovis quarta Iulii, Ioannes Dominicus cardinalis sancti Sixti, & Carolus de Malatestis, a Gregorio XII. ad id constituti, auctoritate eiusdem Gregorii congregatum ob causam tollendi schismatis synodalem patrum consessum approbarunt. Cumque iudicio patrum intellexissent, magis expedire, ut Gregorius papatum resignet prius, quam hac de causa Benedictus antipapa solicitetur, pacis conciliandæ gratia, pontificatum quem ille legitima electione acceperat, resignavit. Resignatione ista per synodum acceptata, patres concilii cardinales utriusque obedientiæ univerunt, atque processus iisdem intentatos, cassos atque irritos reddiderunt. De electione autem novi pontificis constituerunt, ne cardinales citra consensum concilii hac in re aliquid moliantur, neque tamen ultra finem concilii electio differatur. Insuper etiam declararunt, acta & gesta Gregorii duodecimi rata servari debere, utpote qui legitime electus, solius pacis gratia pontificatui ultro cessit. Et quamquam dignus iudicaretur, qui denuo post factam resignationem eligeretur: tamen ad maioris schismatis periculum evitandum, illud intermittendum esse sunt protestati.

E

Sessio XV. Sessione XV. sexta Iulii habita, Ioannes Hus de hæresi accusatus & convictus, ex carcere in consessum patrum introductus, altoque sedili, ut ab omnibus videri posset, constitutus fuit. Cumque sub pœna excommunicationis

A

ANNO CHRISTI 1418.

& incarcerationis patres concilii singulis silentium indixissent, Henricus de Piro concilii promotor & procurator, Hussiticam doctrinam articulatim congestam producens, petiit eamdem tamquam pravam & hæreticam una cum auctore condemnari, ejusque libros igni adjudicari & concremari. Qua petitione præmissa, post longam inquisitionem damnatis prædictis hæresibus, combustisque perniciosis codicibus, degradatus est auctor hæreseos; nolensque resipiscere, justo judicio per rogum & incendium e vivis est sublatus. Circumstantias rei gestæ apud acta concilii nequaquam extantes plures describit Cochl. lib. 2. histor. Hussit.

Sessio XVI. Sessio XVI. habita est undecima Iulii, eaque constituti sunt procuratores, qui Benedictum antipapam requirant, acceptisque de resignatione Gregorii duodecimi, & depositione Ioannis vigesimitertii, instrumentis vel eorum copiis, eumdem facilius inducant. Potestas citandi eos qui clam se a concilio subduxerunt, iudicibus deputatis conceditur; & ad instantiam Henrici de Piro contra turbatores, prædones & spoliatores personarum quæ concilio interfuerant, processus decernuntur.

B

Sess. XVII. Sessione XVII. die decimaquinta Iulii celebrata, rex Sigismundus ad regem Aragonum pro inducendo ad resignandum Benedicto decimotertio antipapa schismatico profecturus, non nisi plurimis precibus & orationibus Deo commendatus, est dimissus, statuta pœna excommunicationis in eum, qui pia de causa abeuntem impediret. Centum vero quadraginta dierum indulgentiæ concessæ sunt ei, qui pro felici reditu ejusdem regis singulis Dominicis diebus unam orationem dominicam cum salutatione angelica sub processione hac de causa etiam celebranda oraret. Angelus de Corario quondam Gregorius duodecimus, non tantum in numerum cardinalium est relatus, verum etiam perpetuus legatus a latere in provincia marchiæ Anconitanæ est constitutus.

Sess. XVIII. Sessione XVIII. decimaseptima Augusti, editis quibusdam synodalibus constitutionibus, quatuor iudicibus supra nominatis delegata est potestas iudicandi exclusive usque ad sententiam definitivam omnes causas quæ ad concilium devolvebantur, quodque corruptores epistolarum synodalium instar eorum qui bullas apostolicas corrumperent, puniri debeant.

C

Sess. XIX. Sessio XIX. celebrata est vigesimatertia Septembris, in qua Hieronymus de Praga de hæresi accusatus & convictus, edita fidei professione hæresim suam abjuravit. Franciscanis indultum est, quod teneantur provinciales approbare, quem fratres communi vel potiore suffragio vicarium sive guardianum sibi elegerint. Insuper declaratum est a synodo, non obligari patres concilii per salvumconductum a sæculari potestate hæreticis concessum, eosque pertinaciter in hæresi permanentes, justo judicio puniendi potestatem habere. Sitne hæreticis servanda vel deneganda fides (ut asserunt novatores nostri temporis) nihil hic est definitum. Inquisitio hæreticorum duobus cardinalibus est demandata, simulque est definitum, eos qui concilio interessent, omnes beneficiorum fructus juste acquirere. Vide Molanum & Sanderum.

D

Sessio XX. Sessione XX. die vigesimaprima Novembris celebrata, ad instantiam Gregorii Tridentini episcopi, contra Fridericum Austriæ ducem propter invasa bona & jura ecclesiæ Tridentinæ decretum & executum est monitorium, approbataque sunt duodecim capita Narbonensia, quæ ad extirpationem schismatis Sigismundus, legatique Constantiensis concilii, una cum legatis Benedicti decimitertii Narbonæ constituerant. Quorum primo statuitur, qua forma concilium convocari, vel potius de novo intimari debeat. Secundo, quod in eo tantum agendum sit de schismate extirpando, paceque ecclesiæ ineunda. Tertio, quod statim cum corpore ecclesiæ uniri debeant, qui Benedicto adhæserant. Quarto, quod omnes processus Benedicti sectatoribus & fautoribus intentati annullari debeant. Quinto, ut confirmentur gratiæ per Benedictum quibusuis personis. Sexto, ut cardinales ad electionem novi pontificis tamquam veri & legitimi admittantur. Septimo, officiales Romæ per eumdem Benedictum constituti non reiiciantur aut deponantur. Octavo, electio alterius pontificis non aliter quam per concilium fiat. Nono, utrimque constitutum fuit, ut si forsasse ejusdem tituli duo cardinales constituti essent, uterque quoad viveret honorifice tractetur & habeatur. Decimo, ut Benedicto, ejusve sectatoribus ad concilium venire volentibus, de salvoconductu tutoque itinere per regem & sæculares principes provideatur. Undecimo, ut rex Sigismundus, omnesque episcopi ea quæ utrimque concordata sunt, juramento firment. Duodecimo, ne denegentur instrumenta pactorum, quisquis ea habere voluerit. Quæ duodecim pacis & concordiæ ineundæ capitula dum post regem omnes episcopi & legati juramento confirmassent, finita est sessio vigesima.

E

Sessio

ANNO CHRISTI 1418.

Sessio XXI quæ habita est anno domini 1416. die trigesima Maii, Hieronymus Pragensis, post recantatam emissæ professionis fidei palinodiam, de hæresi est condemnatus: traditusque post solitam degradationem potestati sæculari, combustus fuit. Qua ratione vero illud acciderit, pluribus idem refert Cochl. lib. 3. histor. Hussit.

Sess. XXII. Sessione XXII. decimaquinta Octobris celebrata, legati regis Aragonum ad consessum synodalem intromissi, decretoque patrum debite locati, eas quas de convocando juxta initam concordiam concilio, suppresso nomine Benedicti antipapæ, ejus fautores episcopi ad regem Sigismundum scripserant epistolas, recitari procurarunt. Quibus ex ambone recitatis, constitutione synodali legatis regis Aragonum, Castellæ, Portugalliæ & Navarræ ex gratia & singulari dumtaxat privilegio pro hac vice tantum est concessum, ut habeant suffragium tantæ auctoritatis, quantum omnium episcoporum suarum provinciarum valeret. Post hæc impleta sunt ea quæ in capitulis Narbonensibus supra sessione vigesima relatis concordata fuerant.

Sess. XXIII. Sessione XXIII. anno domini 1416. quinta Novembris celebrata, constituti sunt duodecim judices commissarii, qui vel omnes vel pro majore parte congregati potestatem haberent decernendi & dijudicandi, qua ratione contra Petrum de Luna, sive Benedictum antipapam, usque ad perfectam schismatis extirpationem procedatur.

Sess. XXIV. Sessio XXIV. habita est vigesima Novembris prædicti anni, eaque per commissarios supra commemoratos decreta, lecta & approbata est citatio contra Petrum de Luna emanans.

Sess. XXV. Sessione XXV. quæ habita est decimaquarta Decembris, comes de Fuxo per procuratores ad id constitutos, ad concilii unionem est receptus eo modo quo rex Aragoniæ. Eadem sessione administratio Olomensis ecclesiæ, quæ per obitum Vvenceslai patriarchæ Antiocheni vacabat, de tecto synodali commendata est Ioanni episcopo Lutomuslensi, usque ad novi pontificis electionem.

Sess. XXVI. Sessione XXVI. vigesimaquarta Decembris, ad unionem concilii per suos ad hoc deputatos legatos & procuratores receptus est rex Navarræ eo modo quo rex Aragonum. Ne vero diversorum legatorum consessus concilio aliquid turbarum afferret, optimo consilio patres constituerunt, nullum præjudicium cujusquam dignitatibus & honoribus præjudicari debere, quomodocumque legati regum ac principum in concilio præsentes sederent.

Sess. XXVII. Sessione XXVII. anno domini 1417. die vigesima Februarii celebrata, facta est relatio executi monitorii nuper contra Fridericum Austriæ ducem, ad instantiam Tridentinensis ecclesiæ contra ipsum emanati: accusataque ejus contumacia, ad ulteriora est processum.

Sessio XXVIII. Sessione XXVIII. tertia die Martii, post ulteriores citationes Friderici reproductas, ejusque contumaciam gravissime accusatam, excommunicatus est Fridericus dux Austriæ, donec jura Tridentinensis ecclesiæ invasa, eidem essent restituta.

Sess. XXIX. Sessione XXIX. octava Martii prædicto anno celebrata, in causa contra Petrum de Luna constituti sunt promotores & notarii. Cumque semel atque iterum citatus idem Petrus de Luna non compareret, judicio synodale contumax est declaratus, atque ulteriores contra eum citationes decretæ fuerunt.

Sess. XXX. Sessione XXX. decima Martii habita, nuntii & oratores concilii, qui fuerant a concilio deputati, de executione citationis contra Petrum de Luna, quem in castro Paniscolæ in propria persona convenerant, relationem fecerunt: approbatumque est factum regis Aragonum, qui se ab obedientia pseudopontificis Benedicti subtraxerat.

Sess. XXXI. Sessione XXXI. Martii trigesimaprima, ad instantiam episcopi Astensis ecclesiæ, decretum & ex ambone promulgatum est monitorium contra Philippum comitem Virtutum, qui prædictum episcopum vi armata, manuque sacrilega captum carceribus mancipaverat. Baionensi ecclesiæ, quæ tempore schismatis duos episcopos, alterum a Ioanne vigesimotertio, alterum a Benedicto decimotertio constitutum habuerat, sancta synodus inhibuit, ne in locum defuncti Petri, qui fuerat de obedientia Ioannis vigesimitertii, alium per electionem sufficiat, utique Guillelmo, quem Benedictus decimustertius nominaverat, deinceps obtemperet.

Sessio XXXII. Sessione XXXII. prima Aprilis post accusatam contumaciam Petri de Luna, novissime citatus est viva voce pontifex schismaticus. Cumque nemo ejus nomine compareret, mandata est causæ discussio judicibus commissariis, qui habita potestate eumdem peremptorie citandi, testesque examinandi, usque ad sententiam contra eum procedant.

Sessio XXXIII. Sessione XXXIII. Iudices commissarii retulerunt, quod prævia citatione debita, articulos quosdam contra Petrum de Luna oblatos recepissent, eosque probari fecissent; sed nemo ejus nomine ad effectum videndi ista comparuerit. Publicatis itaque testium dictis, communicataque illi testimoniorum actorumque aliorum copia, terminum contradicendi peremptorium illi præfixerunt.

Sessio XXXIV. Sessione XXXIV. quinta Iunii, facta est relatio actorum in causa Petri de Luna. Quæ vero sententia in eum ferri ac pronunciari deberet, singulorum consultationi usque ad subsequentem sessionem est relictum.

Sessio XXXV. Sessione XXXV. Ioannes rex Castellæ per suos legatos ad id speciali mandato constitutos, juxta capitula Narbonensia supra recensita, una cum concilio unionem & concordiam iniit.

Sessio XXXVI. Sessione XXXVI. die vigesimasecunda Iulii decreta, lecta & promulgata est citatio Petri de Luna, ad audiendum sententiam privationis & depositionis auctoritate concilii proxima sessione promulgandam. Qua peracta, eadem synodus legatos regis Castellæ a censuris ecclesiasticis absolvit, quibus eos Petrus de Luna innodaverat.

Sessio XXXVII. Sessione XXXVII. vigesimasexta mensis Iulii, post reproductas binas Petri de Luna citationes, postque accusatam ejusdem contumaciam, ad petitionem promotoris concilii lata est in eum sententia definitiva, qua ille pontificatu deponitur, omnesque fideles ab ejusdem obedientia absolvuntur.

Sessio XXXVIII. Sessione XXXVIII. absolutio legatis regis Castellæ concessa, ad Henricum infantem aliosque nonnullos extenditur: datumque legatis regis Aragoniæ privilegium de suffragii sui auctoritate, quam supra commemoravi, iterum revocatur.

Sessio XXXIX. Sessione XXXIX. pro evitandis futuris schismatibus constitutum est, ut a fine hujus concilii quinto anno; post illud, septimo; & deinceps decimo quoque anno generalia concilia celebrentur: quodque pontifex locum celebrandi concilii ante finem illius quod habetur, designare debeat, eumque citra justam causam mutare non debeat. Eadem sessione præscripta est certa formula professionis fidei & juramenti, quod recens electus pontifex emittere & profiteri debet.

Sess. XL. Sessione XL. quæ trigesima Octobris celebrata fuit, constitutum fuit, quod futurus pontifex ecclesiam in moribus reformare, numerum cardinalium supplere & redintegrare, aliaque præcipue ad reservationes, annatas, collationes & confirmationes beneficiorum, extirpationem simoniæ, dispensationes, indulgentias & decimas concernentia corrigere teneatur: quodque non obstante absentia cardinalium Petri de Luna, ad electionem novi pontificis procedi debeat.

Sess. XLI. Sessione XLI. quæ habita est octava Novembris anno 1417. post promulgatam formam a cardinalibus in conclavi existentibus super electione pontificis observandam, & a Clemente sexto ante hæc tempora constitutam, post emissa juramenta quæ ejusdem decreto præstare tenentur cardinales, una cum triginta aliis e quatuor nationibus ad id deputatis conclave ingressi, Martinum V. elegerunt.

Sess. XLII. Sessione XLII. die vigesimaoctava Decembris, lecta & approbata est quædam bulla Martini papæ vulgo V. qua Sigismundum regem a custodia Baltassaris de Cossa, quondam Ioannis vigesimitertii, prout ille petierat, liberare, vinctumque ad se transmitti volebat.

Sessio XLIII. Sessione XLIII. anno domini 1418. die vigesimaprima Martii celebrata, Martinus papa constitutiones nonnullas edidit, quibus ecclesiam, prout constitutum fuerat, in iis quæ ad simoniam, dispensationes, fructuum & decimarum perceptiones, vitam honestatemque clericorum pertinent, emendavit & reformavit.

Sessio XLIV. Sessione XLIV. pro futuri post quinquennium (prout supra statutum fuit) œcumenici concilii celebratione, designata est civitas Papiensis.

Sess. XLV. Sessio XLV. & ultima habita est anno domini 1418. die Veneris vigesimasecunda mensis Aprilis, qua cum pontifex omnia & singula decreta synodalia materiam fidei concernentia approbasset, eaque firma fide teneri ac doceri præcepisset, omnibus & singulis ibidem existentibus suffragio totius concilii, abeundi licentiam concessit.

g *Anno domini.*] Quo tempore synodus inchoata & finita fuerit, prima & ultima sessione patet. Quando autem indicta fuerit, supra verbo, *Concilium*, ex Gobelino & Cochlæo prolixius enarravi.

ANNO DOMINI 1415.

*** *Constitutio venerabilis in Christo patris Henrici Chichley Cantuariensis archiepiscopi, pro festo S. Georgii martyris magis duplici tenendo, necnon de festis S. David, S. Ceddæ, & S. Vvenefredæ celebrandis.*

Ex cod. MS. in registro principali domini archiepisc. Cantuar. [nuncupato Chichley, vol. 2.] f. 2. b.

HENRICUS, &c. venerabili fratri nostro, &c. Londonensi episcopo, salutem & fraternam in domino caritatem. Ineffabilis & imperscrutabilis potentiæ dominus, cujus altitudo prudentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura judicii cælestia pariter & terrena gubernat; etsi cunctos ejus ministros magnificet, altis decoret honoribus, & cælestis efficiat beatitudinis possessores; nonnullos tamen apud diversarum Christianismi regionum incolas, laudis B & præmiorum, uberiori retributione prosequitur, quos ipsarum regionum habitatoribus patronos & intercessores speciales disposuit, ut sic ipsos merito collaudet, ingentior devotio populi sub tanto patrono & intercessoris præsidio, per Dei clementiam assidue stabilita: Hujus itaque dispositionis exclementissima & benignissima Dei salvatoris nostri misericordia procedentis consideratione, nationis Anglicanæ plebs fidelis, etsi Deum in Sanctis suis omnibus laudare ex debito teneatur, ipsum tamen ut orbis affatus, ipsaque gratiæ desuper concessæ, experientia rerum cunctarum interpres optima attestantur in suo martyre gloriosissimo beato Georgio, tamquam patrono & protectore dictæ nationis speciali, summis tenentur attollere vocibus, laudibus personare præcipuis, & specialibus honoribus venerari: Hujus namque, ut indubitanter credimus, interventu, nedum gentis Angligenæ armata militia contra incursus hostiles bellorum tempore regitur, sed & cleri pugna militaris in sacræ pacis otio, sub tanti patroni suffragio celebriter roboratur; Hinc est quod nos, qui Dei laudem in Sanctis suis quibus gloriosus existit, in nostra provincia cupimus ampliari, regiis & regni incolarum ad hoc hortatibus excitati, confratrumque nostrorum & cleri provinciæ dicti conciliis, quinimo & nostri provincialis concilii robore ac decreto suf- D fulti, aut quorum patrum pium erga Sanctos Dei, devotionis affectum prosequentes, festum beati Georgii martyris prædicti, sub officio duplici, & ad modum majoris duplicis festi, tam per clerũ, quam per populum nostræ Cantuariensis provinciæ, per universas ecclesias ejusdem, de expresso consensu confratrum nostrorum & cleri antedicti, volumus, statuimus, & præcipimus annis singulis perpetuis futuris temporibus solenniter celebrari; & in ipso festo ab omni servili opere per omnes civitates & loca ipsius provinciæ, sicut & prout in festo natalis domini præcipimus feriari, quo magis in ipso festo plebs fidelis ad ecclesias conveniant, Deum laudent, & ipsius sancti & omnium beatorum patro- E cinia devotius implorent, & pro regis & regni salute ferventius instent & exorent.

Ad hæc dicti provincialis concilii auctoritate decernimus, & etiam statuimus per præsentes, quod festa Sanctorum David & Ceddæ episcoporum, & Vvenefredæ virginis, de cætero per totam provinciam nostram antedictam, suis temporibus, videlicet, Sancti David primo, sancti Ceddæ secundo mensis Martii diebus; Vvenefredæ autem tertio die Novembris, cum regimine chori & novem lectionum, perpetuis futuris temporibus etiam celebrentur. Vobis venerabili confratri nostro, tenore præsentium mandantes, & firmiter injungentes, quatinus festa prædicta singulis annis de cætero, sic

A ut præfertur, solenniter celebretis, & per vestras civitatem & diœcesin faciatis, tam per clericos quam per laicos modo præmisso solenniter celebrari. Volumus etiam & mandamus, quatinus vobis, confratribus, & coepiscopis nostris ecclesiæ nostræ Cantuariensis, suffraganeis omnibus, singulis, per literas vestras, auctoritate nostra, ac dicti concilii injungatis, & mandetis, quibus & nos modo consimili injungimus & mandamus, quod ipsorum singuli eadem festa sic, ut præmittitur, singulis annis solenniter celebrent, & per suas civitates & diœceses modo præmisso faciant perpetuis temporibus futuris, a clero & populo solenniter celebrari. Et quid feceritis in præmissis, ac quomodo, & sub qua forma præsens nostrum mandatum exe- B cuti fueritis, nos citra festum Purificationis beatæ Mariæ virginis proximo futurum, distincte certificetis per literas vestras harum seriem habentes sigillo vestro consignatas. Mandantes etiam singulis confratribus nostris prædictis, quod & ipsi singillatim quatinus præsens mandatum nostrum ipsorum civitates & diœceses concernit, nos citra festum Paschæ proximo futurum, per literas suas modo consimili certificare non omittant, sub pœna quæ incumbit tam vobis quam ipsis si contra factum fuerit canonice infligenda. Datæ in manerio nostro de Otteford quarto die mensis Ianuarii anno domini MCCCCXV. & nostræ translationis anno secundo.

AN. DOM. 1416.

C *** *Constitutio venerabilis in Christo patris domini Henrici Chichley, Cantuariensis archiepiscopi, super approbatione testamentorum.*

Ex cod. MS. in registro principali domini archiepisc. Cantuar. [nuncupato Chichley, vol 2.] fol. 4 b.

HENRICUS, &c. venerabili fratri nostro R. Dei gratia Londonensi episcopo salutem, &c. Quia nos in convocatione ultima in ecclesia sancti Pauli London celebrata, attentis & consideratis clamoribus populorum & vulgi regni Angliæ, contra ordinarios & viros ecclesiasticos, jurisdictionem ecclesiasticam exercentes, & præsertim de & super indiscreta commissione administrationis bonorum testato vel ab intestato decedentium, nimiaque & ex- D cessiva perceptione pecuniarum pro insinuationibus testamentorum hujusmodi; nec non auditione compoti, finalique dimissione executorum deputatorum in eisdem; de vestro, & aliorum confratrum nostrorum assensu, ad sedandum clamores prædictos remedium sub forma quæ sequitur duximus apponendum; viz. quod unusquisque ad quem in quibuscumque locis nostræ Cantuariensis provinciæ, jurisdictio in hac parte dignoscitur pertinere, statim post mortem cujusque defuncti, quamcito commode poterit, bona ejusdem faciat sequestrari, ac sub fideli custodia fideliter conservari, expensis funeralibus dumtaxat exceptis, donec testamentum si quod fecerit exhibeatur, ac per testes idoneos, E aut aliis legitimis documentis sufficienter probetur, ita quod non statim committatur administratio, sed injungatur executoribus in eodem testamento nominatis, super quo primitus ad sacra Dei evangelia corporale præstent juramentum, quatinus infra brevem terminum ordinariorum seu alias jurisdictionem hujusmodi obtinentium arbitrio, juxta facti qualitatem moderandum, de omnibus bonis defuncti, de quibus testare potuit fidele & clare faciat inventarium; quo exhibito, & per diligens examen reperto idoneo, tunc & non ante committatur eisdem executoribus administratio omnium bonorum in eodem inventario contentorum, injuncto eisdem sub pœna excommunicationis majoris, ne de aliis bonis quam in dicto inventario contentis

se

ANNO DOMINI 1416

se administrando quomodolibet intromittant, quousque de illis noviter receptis inventarium fecerint, exhibuerint, & administrationem receperint de eisdem; quodque iidem executores onerentur, ac ad sancta Dei euangelia jurent, & si opus fuerit sufficienter caveant, quod quam cito commode poterunt, & presertim infra annum si possibile fuerit, omnia bona quorum administratio eisdem commissa est in fideles & pios usus secundum voluntatem ejusdem defuncti, plenarie administrabunt, ac de administratione hujusmodi incontinenti, post ipsam administrationem completam, seu saltim cum ad hoc moniti fuerint, distincte, particulariter, & aperte, ipsis ad quos pertinet, fidelem & plenam reddent rationem, nihil de bonis antedictis tacite vel aperte, præter id quod eisdem per ipsos ordinarios allocatum, seu in testamento rite & legitime relictum titulo emptionis, aut aliter sibi quomodolibet retinendo; quodque ordinarii & jurisdictionem hujusmodi exercentes, in redditione hujusmodi compoti, & circa illud sic se & ministros suos diligenter habere curent, ut absque dolo & fraude, bona defunctorum fideliter & plenarie, prout eorum animarum saluti magis conveniens fuerit, sine dilatione qualibet, quatenus possibile fuerit, disponantur; ac pro insinuatione insuper testamentorum hujusmodi, nec non calculi sive ratiocinii auditione sive dimissione finali executorum eorundem, ultra quinque solidos nullatenus exigentes, aut quomodolibet recipientes, usque ad unum annum a data presentium continue numerandum: Bona quoque intestatorum in suo casu pro animabus ipsorum defunctorum, cum celeritate possibili disponi faciant, prout per jura communia, constitutionesque provinciales, in ea parte est plenius ordinatum. Vobis igitur in virtute obedientiæ, & sicut periculum quod in hac parte incumbit evitare volueritis firmiter injungendo mandamus, quatinus ordinationem hujusmodi secundum omnem vim, formam, & effectum ejusdem, per vestras civitatem & diœcesin debite publicari facientes, illam in omnibus & per omnia observetis, & per alios ut mandatur observari faciatis: Intimantes insuper omnibus & singulis suffraganeis nostris, quod & ipsi omnes & singuli eandem per suas civitates & diœceses modo præmisso publicari facientes illam inviolabiliter observent, & faciant per ipsorum subditos firmiter observari. Et quid feceritis in premissis nos citra festum sancti Petri ad vincula proximo futurum debite certificetis, per literas vestras patentes, harum seriem continentes, sigillo vestro consignatas. Datæ in hospitio nostro London primo die mensis Iulii, anno domini MCCCCXVI. & nostræ Translationis anno tertio.

An. Dom. 1416.

*** *Ordinatio super insinuationibus testamentorum.*

Ex cod. MS. in Registro principali archiepisc. Cant. [nuncupato Chichley vol. 2.] 216. b.

RICHARDUS permissione divina Londonensis episcopus, venerabili viro Custodi episcopatus Cicestrensis, sede ibidem vacante, salutem in omnium salvatore. Literas reverendissimi in Christo patris & domini, domini Henrici Dei gratia Cantuariensis archiepiscopi, totius Angliæ primatis, & apostolicæ sedis legati, sexto die presentis mensis Iulii recepimus in hæc verba.

* Eadem cum superiori.

Henricus permissione divina * Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, & apostolicæ sedis legatus, venerabili fratri nostro domino Richardo Dei gratia episcopo Londonensi salutem, & fraternæ dilectionis continuum incrementum. Quia nos in convocatione nostra ultima, in ecclesia sancti Pauli London celebrata, attentis & consideratis clamoribus popularium & vulgi regni Angliæ, contra ordinarios & viros ecclesiasticos jurisdictionem ecclesiasticam exercentes, & presertim de & super indiscreta commissione administrationis bonorum testato vel ab intestato decedentium, nimiaque & excessiva perceptione pro insinuationibus testamentorum hujusmodi; nec non auditione compoti, finalique dimissione executorum deputatorum in eisdem, de vestro, & aliorum confratrum nostrorum assensu, ad sedandum clamores predictos remedium sub forma quæ sequitur duximus apponendum; viz. quod unusquisque ad quem, in quibuscunque locis nostræ Cantuariensis provinciæ, jurisdictio in hac parte dignoscitur pertinere, statim post mortem cujusque defuncti, quamcito commode poterit, bona ejusdem faciat sequestrari, ac sub fideli custodia fideliter conservari, moderatis expensis funeralibus duntaxat exceptis, donec testamentum, si quod fecerit, exhibeatur, ac per testes idoneos, aut aliis legitimis documentis sufficienter probetur, ita quod non statim committatur administratio, sed injungatur executoribus in eodem testamento nominatis, super quo primitus ad sacra Dei euangelia corporale prestent juramentum, quatinus infra brevem terminum, ordinariorum, seu alias jurisdictionem hujusmodi obtinentium arbitrio, juxta facti qualitatem moderandum, de omnibus bonis defuncti, de quibus testari potuit, fidele & clarum facient inventarium; quo exhibito, & per diligens examen reperto idoneo, tunc & non ante committatur eisdem executoribus administratio omnium bonorum in eodem inventario contentorum, injuncto eisdem sub pœna excommunicationis majoris, ne de aliis bonis, quam in ipso inventario contentis, se administrando quomodolibet intromittant, quousque de illis noviter repertis inventarium fecerint, exhibuerint, & administrationem receperint de eisdem; quodque iidem executores onerentur, ac ad sancta Dei euangelia jurent, & si opus fuerit sufficienter caveant, quod quamcito commode poterunt, & presertim infra annum si possibile fuerit, omnia bona quorum administratio eisdem commissa est, in fideles & pios usus secundum voluntatem defuncti plenarie administrabunt, ac de hujusmodi administratione incontinenti, post ipsam administrationem completam, seu saltem cum ad hoc moniti fuerint, distincte, particulariter, & aperte, ipsis ad quos pertinet, fidelem, & plenam reddent rationem, nihil de bonis antedictis tacite vel aperte, præter id quod eisdem per ipsos ordinarios fuerit allocatum, seu in testamento rite & recte relictum, titulo emptionis, aut aliter sibi quomodolibet retinendo: quodque ordinarii & alii jurisdictionem hujusmodi exercentes, in redditione hujusmodi compoti. & circa illud sic se & ministros suos diligenter habere curent, ut absque dolo & fraude, bona defunctorum fideliter & plenarie, prout eorundem animarum saluti magis conveniens fuerit, sine dilatione qualibet, quatenus possibile fuerit disponantur. Pro insinuatione insuper testamentorum hujusmodi, nec non calculi sive ratiocinii auditione, sive dimissione finali executorum eorundem, ultra quinque solidos nullatenus exigant aut quomodocunque recipiant usque ad unum annum a data præsentium continue numerandum; bona quoque intestatorum in suo casu pro animabus ipsorum defunctorum cum celeritate possibili disponi faciant, prout per jura communia, constitutionesque provinciales in ea parte plenius ordinatum. Vobis igitur in virtute obedientiæ, & sicut pe-

ANNO DOMINI 1416.

A riculum, si quod in ea parte incumbit, evitare volueritis, firmiter injungendo mandamus, quatinus ordinationem hujusmodi, secundum omnem vim, formam, & effectum ejusdem, per vestras civitatem & diœcesim debite publicari faciatis, illam in omnibus & per omnia observetis, & per alios ut mandatur observari faciatis. Intimantes insuper omnibus & singulis suffraganeis nostris, quod & ipsi omnes & singuli eandem per suas civitates & diœceses modo præmisso publicari facientes illam inviolabiliter observent, & faciant per ipsorum subditos firmiter observari. Et quid feceritis in præmissis, nos citra festum sancti Petri ad vincula proximo futurum debite certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro consignatas. Datæ in hospitio nostro London primo die mensis Iulii, anno domini MCCCCXVI. & nostræ translationis anno tertio.

Quarum auctoritate literarum vobis harum serie intimamus, & etiam injungendo mandamus, quatinus ordinationem supradictam secundum omnem vim, formam, & effectum ejusdem, per civitatem & diœcesin Cicestrensem publicari debite facientes, illam inviolabiliter observetis, & per subditos vestros faciatis firmiter observari. Datæ sub sigillo nostro in palatio nostro London nono die dicti mensis Iulii anno domini supradicto, & nostræ translationis anno nono.

AN. DOM. 1416.

*** *Statutum Henrici Chichley Cantuar. archiepiscopi contra Hæreticos, editum primo Iulii*, AN. DOM. MCCCCXVI.

Ex cod. MS. in registro principali archiepisc. Cant [nuncupato Chichley vol. 1.] f. 3. 2.

HENRICUS, &c. venerabili fratri nostro R. Dei gratia Londonensi episcopo salutem, &c. Nuper in convocatione nostra ultima in ecclesia sancti Pauli London celebrata, de vestro, & aliorum confratrum nostrorum ac cleri nostræ provinciæ assensu, constitutionem infrascriptam nos meminimus edidisse. Cum inter cæteras nostras solicitudines illa debet esse præcipua, ut hæreticos, qui tanquam vulpeculæ in vinea domini latitant, capiamus, ut negligentiæ pulvis de nostris & fratrum nostrorum pedibus penitus excutiatur, in hac prælatorum & cleri convocatione statuimus, ut singu- D li confratres nostri suffraganei, singulique archidiaconi nostræ Cantuariensis provinciæ, per se aut suos officiales sive commissarios in singulis suis jurisdictionibus, in quolibet decanatu rurali ad minus bis in anno de personis de hæresi suspectis diligenter inquirant, ac in singulis decanatibus hujusmodi, singulisque parochiis in quibus fama est hæreticos habitare, tres vel plures boni testimonii viros, ad sacra Dei evangelia jurare faciant, ut si quos hæreticos sive occulta conventicula celebrantes, aut a communi conversatione fidelium vita & moribus discrepantes, hæresesve aut errores tenentes, sive libros suspectos in lingua vulgari Anglicana conscriptos habentes, aut personas de hæresibus sive E erroribus suspectas receptantes, eisdemve faventes, aut infra loca hujusmodi habitare, conversari, sive ad eadem recursum habere sciverint, ipsas personas cum singulis circumstantiis de quibus habentur suspectæ, eisdem nostris suffraganeis archidiaconisve aut eorundem commissariis, quamcito commode poterint in scriptis denuncient & revelent, ipsique archidiaconi singulique commissarii supradicti, nomina hujusmodi personarum denunciata, una cum singulis circumstantiis eorundem diœcesiorum locorum sub suis sigillis secrete transmittant, ipsi quoque diœcesani processus legitimos contra eos faciant cum effectu, ac prout rei qualitas exigit effectualiter decernant, definiant atque exequantur: Et si quas personas convictas forsan curiæ seculari non relinquant, ipsas ad carceres perpetuos sive temporales prout rei qualitas exegerit ad minus usque ad proximam prælatorum & cleri Cantuariensis provinciæ convocationem duraturam realiter committant, & in eisdem secundum juris exigentiam servari faciant, ac de omnibus & singulis supradictis quo videlicet inquisierunt, repererunt, ac in processibus se habuerunt, personas hujusmodi convictas custodiri fecerunt, diligentiis aut negligentiis archidiaconorum sive commissariorum prædictorum absque omnibus & singulis circumstantiis B præmissis quomodolibet concernentibus, ac præsertim de abjurationibus si quos interim hæreses abjurare contingat, in proxima prælatorum & cleri convocatione, sub forma publica distincte & aperte, nos & successores nostros certificare curent, & eosdem processus officiali curiæ Cantuariensis effectualiter liberent, penes eundem seu in registro curiæ nostræ Cantuariensis remansuros; sic videlicet, quod quilibet cujus interest pro executione ulteriori eorundem processuum, ad eundem officialem recursum habere poterit cum effectu. Vobis igitur mandamus, quatinus constitutionem antedictam per civitatem & diœcesin vestram, locis & temporibus ad hoc aptis publicari facientes eandem in omnibus & per omnia observetis, ac per alios sic observari faciatis: Mandantes insuper omnibus C & singulis confratribus & suffraganeis nostris, quod & ipsi eandem similiter per suas civitates & diœceses publicari faciant & observent, & per alios etiam observari faciant cum effectu. Et quid feceritis in præmissis nos citra festum sancti Petri ad vincula proximo futurum, debite certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes, sigillo vestro consignatas. Datæ in hospitio nostro London primo die Iulii anno domini MCCCCXVI. & nostræ translationis anno tertio.

AN. DOM. 1416.

*** *Statutum venerabilis in Christo patris, domini Henrici Chichley Cantuar. archiepiscopi, pro festo S. Ioannis Beverlaci celebrando.*

Ex cod. MS. in registro principali archiepisc. Cantuar. [nuncupato Chichley, vol. 1.] f. 8. b.

HENRICUS permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, &c. Dilecto in Christo filio venerabilis fratris nostri domini Richardi Dei gratia Londonensis episcopi in remotis agentis Vicario in spiritualibus generali salutem gratiam & benedictionem. Anglicanæ ecclesiæ, cujus laudes & præconia in Dei & sanctorum suorum devota veneratione præ ceteris tam regionum & provinciarum ecclesiis orbis attollit universus, sacra prometretur auctoritas, ut ipsorum laudibus eadem ecclesia magis exuberet, jocundaque devotione gaudentius exultet, quorum patrocinio & miraculorum gratia se reflorere lætatur: ac quorum piis intercessionibus nedum ipsius ecclesiæ, sed & totius regni respublicæ, cum pacis & quietis interiori dulcedine, hostiumque ipsam exterius impugnantium optata victoria, per justos rectores strenue defensatur: hujus siquidem opitulaminis gratiam, etsi Deus eidem ecclesiæ suæ, ipsiusque regni Angliæ incolis per diversorum sanctorum merita, quibus undique gloriosa refulget sæpius ostendere decreverit, ipsos tamen novissimis hiis diebus almifici confessoris & pontificis sui beatissimi Ioannis de Beverlaco, ut veraciter confidimus, suffragio speciali ecclesiam prædictam, una cum præfatis regni proceribus, incolis, & membris universis, miraculosius dignatus est, & evidenter specialius consolari. O nempe consolatio ineffabilis nostris præsertim temporibus, omnique

ævo

ANNO DOMINI 1416.

ævo jocunda, ac semper memoriæ revocanda Christianissimi videlicet principis Henrici regis Angliæ quinti & sui exercitus in bello de Agincourt nuper in partibus Picardię commisso, gratiosa victoria, quę in Festo translationis dicti sancti, ad laudem divini nominis & Regni Angliæ honorem, ex immensa Dei misericordia Anglicis est concessa: In quo siquidem translationis festo, dum inter nostrates & Gallicos, conflictus, de quo præmittitur, haberetur, sicut ad nostrum & confratrum nostrorum auditum in ultima convocatione nostra quamplurium, & præsertim incolarum dictæ patriæ deduxerat vera fama de ipsius tumba sacrum stillantibus guttis ad modum sudoris emanavit oleum divinæ miserationis erga plebem suam * non dubium præfati sanctissimi viri meritis ostensionem. Volentes igitur in nostra provincia divini cultus augmentum, & specialiter ad tanti patroni celebriorem laudis extollentiam, dilatare, de fratrum nostrorum & clerici in eadem convocatione præsentium voluntatibus, consilio, & assensu, & nihilominus ad dicti Christianissimi principis nostri instantiam specialem, memorati confessoris sanctissimi memoriam, ubique per nostram provinciam prædictam votivis & devotis affectibus duximus exaltandam: Statuentes, & de prædictorum fratrum nostrorum ac cleri consilio & assensu, pro futuris temporibus ordinantes, quod festum depositionis dicti sancti, quod septimo die Maii, videlicet in crastino sancti Ioannis ante portam Latinam, contingere dignoscitur, ad modum festi unius. confessoris & Pontificis paschalis temporis cum regimine chori, secundum usum * Sarum ecclesiæ, per provinciam nostram prædictam futuris temporibus perpetuo celebretur. Cæterum quia in festo translationis ejusdem, quod vicesimo quinto die mensis Octobris etiam contingit annuatim, de Sanctis Crispino & Crispiniano, secundum usum Sarum ecclesiæ consuevit, quasi per omnes ecclesias provinciæ nostrę prædictæ celebrari, & servitium fieri ab antiquo: ne unius festi introductio alterius diminutio existat, sed magis sub una celebritatis lætitia dicti martyres, quorum etiam die & meritis tantæ visitationis gratia gentem Anglicanam dominus ex alto prospicere decreverat, una cum præfato confessore almifico pariter honorentur, de fratrum nostrorum & cleri prædictorum consensu unanimi, statuimus, decernimus, & ordinamus, quod de cætero singulis annis dictus dies vicesimus quintus mensis Octobris, ob tam notabilis rei memoriam ubique per provinciam nostram prędictam, cum novem lectionibus celebris habeatur; quarum tres primæ erunt de proprietate sanctorum Crispini & Crispiniani, tres mediæ de translatione sancti Ioannis prædicti, & tres ultimæ de expositione evangelii plurimorum martyrum, cum servitio secundum usum Sarum in talibus fieri consueto. Volumus ergo & vobis firmiter injungendo mandamus, quatinus statutum & ordinationem nostra prædicta per civitatem & diœcesin Londonensem debite publicantes festa prædicta faciatis annuatim de cætero celebrari; Mandantes omnibus & singulis confratribus & suffraganeis nostris, quibus & nos tenore præsentium sic mandamus, quod & ipsi eadem festa modo præmisso celebrent, & per suas civitates & diœceses de cætero etiam consimiliter faciant celebrari: & quid feceritis in præmissis, nos citra festum Purificationis beatæ Mariæ virginis proximo futurum certificare curetis per literas vestras patentes harum tenorem habentes, sigillo officii vestri consignatas. Datæ in manerio nostro de *Orteford* sub sigillo nostro ad causas XVII. die mensis Decembris, anno domini MCCCCXVI. & nostræ translationis anno tertio.

* f. ad non dubiam p. s. v. meritorum o

* f. sacrum

ANNO DOMINI 1417.

Ordinatio venerabilis in Christo patris domini Henrici Chichley Cantuar. archiepisc. pro promotione graduatorum in Academiis Oxon. & Cantabr. facta in convocatione cleri in eccl. Cath. sancti Pauli London. incœpta VI. die mensis Novembris anno domini MCCCCXVII.

HENRICUS, &c. gravi etiam & frequenti querela multorum filiorum nostrorum in universitate Oxonii ac Cantabriggiæ nostræ Cantuariensis provinciæ studentium, ac querelo clamore quæ per ad nos delato percepimus; nec non experimenta præsentium temporum manifeste declarant, quomodo universitates hujusmodi almæ matres pariter & matrices quorumcumque studentium in eisdem, jam a multis retro temporibus plurimo succubuerant desolationis opprobrio, ac vix fuit qui alicujus ecclesiasticæ promotionis opportuno remedio consolaretur easdem ex omnibus caris suis. Proinde igitur attendentes apostoli attestante doctrina laborantem agricolam de fructibus oportere percipere, ne terræ deficiente cultura sterilitatis immensæ jactura proveniat, ac universitates jam dictæ spe firma concepta de futura promotione condigna juxta filiorum suorum exigentiam meritorum gentem multiplicet magnificatione lætitiæ, ac multiplici fructu scholasticæ disciplinæ pinguescant; & ne continuata vigilia graduatorum ac graduandorum imposterum in eisdem in desperationem aliquam promotionis jam dictæ labatur, & disciplinæ religio naufragetur; dignumque, justum, ac etiam salutare merito reputantes, ut dignis digna rependere valeamus ac honoribus attollamus beneficiorum insigniis, quos digniores agnoscimus & labor commendat ingentior meritorum; de nostrorum fratrum ac cleri provinciæ nostrę Cantuariensis prædictæ consilio & assensu, ad Dei laudem, gloriam, & honorem, sanctissimæque virginis matris suæ Mariæ, ac omnium supernorum civium ordinamus, & præsentium tenore per decennium duraturum statuimus; quod promoveantur doctores sacræ theologiæ, decretorum, legum, & in medicinis licentiati in eisdem facultatibus, baccallariique in sacra theologia, qui formam opponendo & legendo debite compleverunt, ac magistri in artibus, qui in universitate in qua inceperint per unum annum integrum a tempore inceptionis suæ continue numerandum debite rexerunt in eisdem; ac etiam bacallarii in decretis, qui unum librum decretalium pro forma in scholis publice & non cursarie: baccallarii vero in jure civili, qui libellum institutionum etiam pro forma sua, ut præmittitur, perlegerint debite & complete: proviso semper, quod personæ prædictæ gradus supradictos per gratias decætero non attingant, exceptis personis infrascriptis, videlicet religiosis viris, qui quodam obstante statuto universitatem prędictam in artibus regere non valebunt, atque scholaribus juris canonici, qui absque verbo complete de audiendo lecturam decretalium, & triennio in jure civili qui in ipso studere non possunt, cum quibus universitates Oxonii & Cantabriggiæ supradictæ super impedimentis prædictis usque ad decennium dispensabunt. Quodque doctores in facultatibus antedictis promoveantur ad beneficia curata, ad verum valorem annuum secundum communem æstimationem sexaginta marcarum vel supra; ad beneficia non curata quadraginta marca-

Ex cod. MS. in registro principali archiepisc. Cant [nuncupato Chichley vol. 2] f. 13 b.

ANNO DOMINI 1417.

rum vel supra. Licentiati vero in facultatibus prædictis, ac baccalarii in theologia superius limitati, ad beneficia curata quinquaginta marcarum; non curata triginta marcarum vel supra. Ac magistri & bacallarii prædicti ad beneficia curata quadraginta marcarum; non curata viginti marcarum vel supra, nisi graduati prædicti de beneficiis minoribus voluerint contentari.

Et volumus ac etiam ordinamus, quod omnes & singuli spirituales patroni infra nostram provinciam Cantuariensem constituti, & quilibet eorumdem ad quorum collationem, præsentationem, nominationem, seu quamvis aliam dispositionem, beneficia hujusmodi occasione patronatus ecclesiastici pertineant, sive infra dictam provinciam nostram sive extra, primum beneficium hujusmodi in proximum vacaturum alicui de personis prædictis quam duxerint eligendis conferre aut ad hujusmodi beneficium aliquam personam de superius expressatis, ut præmittitur, præsentare, sive nominare, usque ad tempus prædicti decennii de cætero teneantur. Et deinde expedita & executa hujusmodi primæva vacatione patroni prædicti in qualibet tertia vacatura consimiliter teneantur personis antedictis providere de beneficiis superius expressatis.

Statuimus insuper ac etiam ordinamus, quod si quibusvis supradictis beneficia prænominati valoris offerantur, & ipsa beneficia infra tres dies continuos a tempore oblationis eorumdem admittere recusaverint, ipsæ personæ ab omni beneficio hujus ordinationis eo ipso de cetero sint exclusæ, & bene liceat patronis eorumdem, & teneantur aliis personis superius nominatis providere; & sic usque ad tertiam personam: Et si ipsa tertia persona beneficium hujusmodi recusaverit, infra tempus prædictum, bene liceat eisdem patronis de ipso beneficio disponere, pro suæ libito voluntatis ordinatione prædicta non obstante; salva ordinatione prædicta, quo ad alia beneficia postea vacatura; salvo etiam eo, quod patroni de fundatione regia existentes, qui ratione vacationum dignitatum, loci, monasteriorum suorum diversis clericis domini nostri regis in certis pensionibus annuis sunt astricti, quousque ipsi aliqua beneficia competentia eisdem clericis obtulerint, & ipsa acceptaverint, seu ipsa recusaverint ordinatione præsenti non arctentur.

Et in eventu quo pensionarii hujusmodi beneficia sic eis oblata admittere recusaverint, quod ipsi patroni de beneficiis hujusmodi personis prædictis in forma supradicta providere teneantur: quodque patroni supradicti beneficia quæcumque quibusvis personis offerre minime teneantur, nec de eisdem providere illis personis graduatis quæ ad summam prædictam jam promotæ sunt, vel in futurum tempore vacationis beneficiorum hujusmodi contigerit promoveri; & quod omnes & singuli graduati prædicti antequam ad beneficia hujusmodi promoveantur, literas testimoniales sub sigillo universitatis, in qua gradus suos adepti fuerunt, patronis, & ordinariis locorum, de gradibus & lecturis suis exhibeant realiter & ostendant.

Ac insuper statuimus & ordinamus, ut ordinatio prædicta executioni debitę demandetur, ac de nominibus promotorum publice constare poterit, quod omnes & singuli ad quos institutiones beneficiorum pertinere debeant, de nominibus & cognominibus promotorum hujusmodi ac beneficiorum ad quæ promoti fuerint, necnon de valore eorumdem de convocatione in convocationem durante tempore supradicto, dominum archiepiscopum Cantuariensem distincte certificent & aperte: proviso, quod si per sedem apostolicam contra quam nullatenus attemptare intendimus, alias pro promotione dictorum graduatorum infra tempus prædictum provisiones generales dudum consuetas fieri contingat, quod extunc omnino cesset ordinario antedicta, nec per eam arctentur, aut quomodolibet obligentur collatores aut patroni supradicti. Post quam quidem ordinationem sic factam, incontinenti ostensa erat in publico quædam supplicatio in scriptis redacta, ex parte duarum facultatum, theologiæ scilicet & juris canonici concepta remedium & emendationem expostulans gravaminum prædictorum: super qua supplicatione, habita in concilio deliberatione matura, tandem placuit toti concilio, quod hujusmodi supplicatio, una cum copia ordinationis prędictæ transmitteretur ad universitates prædictas, ad illum finem, quod si magistri regentes & non regentes, ac illi quorum in hac parte interest eandem supplicationem admitterent, & eidem consentirent, & super consensu suo hujusmodi literis sub sigillis dictarum universitatum communibus præfato reverendissimo patri archiepiscopo, citra festum purificationis beatæ Mariæ proximo futurum, transmitterent, tunc primo & non ante ligaret ordinario prænotata; & tunc etiam primo & non aliter deberet eadem ordinatio per eumdem reverendissimum patrem, ut moris est, per provinciam suam Cantuariensem tamquam constitutio generalis, auctoritate & assensu unanimi totius provincialis concilii legitime facta & approbata publice promulgari.

*** EPISTOLA REGI CAROLO VI. DIRECTA PER PRÆLATOS ECCLESIÆ Gallicanæ Bituricis existentes in mense Septembri, anno domini 1415. ad obtinendam exemptionem & libertatem subsidii quadraginta solidorum supra qualibet, ut vulgo vocatur, cauda vini de novo impositi.

* Ex tom. V. specilegii D. Lucæ Dachetii p. 314.

Christianissimo Francorum regi domino nostro supremo.

CHRISTIANISSIME ac excellentissime princeps, supreme domine noster, divinæ legis novi & veteris testamenti, sacrorumque jurium auctoritate colligimus, patrum & prædecessorum nostrorum exemplis salutaribus provocamur, ut libertatis ecclesiasticæ materiam, quam & injunctam nobis ministerii juramentis sana & salva conscientia, & absque gravissimarum censurarum periculis prætermittere non possimus, verbo, scriptis & nuntiis apud vestram regiam majestatem persequamur, pro qua gloriosorum martyrii sanctorum plurimos legimus subiisse triumphum, qui se murum firmiter pro domo domini opponentes plus formidarunt æternum quam temporalem offendere principatum. Sed Deo major obsecrandi nobis datur occasio, quod experientia manifeste cognoscimus vestram celsitudinem majoribus quam nunc opprimi ærumnis, necessitatibusque depressam, nullatenus voluisse ut in libertate prædicta quidquam attentaretur scandalosum, vestrorum Christianissimorum progenitorum vestigiis inhærendo, qui pro quacumque adventitia necessitate captivitatis regię personę tributariam facere ecclesiam minime voluerunt. De quibus refert Gregorius 10 registro, quod propter defensionem libertatis ecclesię amplificatum

ANNO DOMINI 1415.

rum est tertis regnum, concessa divinitus victoria triumphalis, & ab omni clade cœlitus præservatio repromissa: confidimus igitur atque speramus, princeps Christianissime, quod qui cœpit in vobis, & gloriosissimis progenitoribus vestris opus bonum ecclesiæ protectionis Deus omnipotens, in cujus manu cor regis est, perficiet, & ab hoc sancto vos non permittet proposito declinare; nec a vestra regali memoria excidere illam sanctissimam & honestam professionem vestro solemni in regalis diadematis & sanctissimæ unctionis susceptione juramento firmatam, in ingressu Parisiensis ecclesiæ roboratam, qua libertatem ecclesiasticam, & ecclesiasticorum privilegia promisistis perpetuis temporibus observare, perpetuis precibus sanctam & sinceram devotionem vestram ad Deum & sanctam ecclesiam, quæ inter acerrimas quas regnum paritur molestias, singulare quoddam nobis solatium ministrat & juvamen, sinceris cogimur exorare precibus, & pauca de multitudine auctoritatum scripturæ sacræ & jurium ad vestræ clementiæ memoriam reducere, & quasi ante oculos majestatis vestræ, non nos ipsos sed a tergo patres nostros: Inter quos Ieremias deplorat ecclesiam fieri sub tributo, imo & ipsam ecclesiam ad vestra, ut ita dicam, genua provolutam instituere deprecantem abundare jura, & sacrarum testimonia scripturarum allegare volentibus, sed quia devotissimum & doctissimum alloqui pauca hic brevi tacta compendio sufficiant.

In primis ergo ab æterna & divina lege, per quam reges regnant, & ex qua inviolabili sanctione ecclesiæ privilegia primitus sunt concessa, sumentes exordium, id duximus commemorandum, quod in Genesi scribitur de Pharaone, servituti subjectis omnibus sacerdotes & possessiones eorum in libertate dimisit, & eis de publico alimoniam ministravit, extunc, ut dicunt, glorioso domino pronuntiante sacerdotes in omni genere liberos esse debere. Quod & rex Cyrus secutus, ut legitur in Esdra, voluit sacerdotes pro templi ædificatione tributis non onerari, ne & in regem & ejus filios divina ultio desæviret. Non arbitrandum igitur sub vestro deterioris conditionis effici sacerdotium imperio, quam sub illis regibus qui divinæ legis notitiam non habebant, dicente domino: Nolite tangere Christos meos; & in prophetis meis nolite malignari, non enim sacerdos ut populus, non æqua utriusque conditio. Nam ut anima corpori, & spiritualia temporalibus: sic sacerdotes sunt popularibus præferendi, qui & angeli domini exercituum dicuntur, & dii nuncupantur: lege quippe Mosaica, divina imo potius cautum est, ut eorum portio ab oneribus libera permaneret. Narrare libet illam divinæ ostensionis evidentiam Heliodorum templi, & sacerdotum perturbatorem acerrimum; cui templum domini irruenti, & ut in libris Machabæorum legitur, apparuisse de cœlo fertur equus terribilem habens sessorem, & cum eo juvenes duo speciosi amictu, qui plagis multis afflictum Heliodorum, & quasi in exterminio palpitantem compulerunt regi divina magnalia demonstrare. Et cum rex alium mittere cogitaret, fertur dixisse Heliodorus; si quem habes regni insidiatorem mitte, & flagellatum recipies, nam qui habitat in cœlis visitator est templi, & ministrorum ejus, & violatores percutit & perdit.

Sed quid in hac re canonicæ statuant sanctiones placeat attendere. Non enim unus pontifex summus, sed tota universalis ecclesia in celeberrimo

A Lateranensi concilio sub anathematis pœna tallias exigi ab ecclesia inhibet, & tributa exactores & factores præmissa monitione decernit excommunicationi eo ipso subjacere, a qua non nisi plenaria restitutione præhabita non veniunt absolvendi. Quod si ecclesiastica quidquam voluntarie duxerint conferendum, Romanum pontificem statuit consulendum. Sunt & alia jura multa ibidem sententia, & sacrilegorum pœnis decernentia tales existere premendos.

Quid autem in legibus imperatorum sit, & civilibus breviter insinuendum occurrit. Omnis, inquit, imperator Iustinianus, a clericis tributorum injuria & exactionis repellatur improbitas. Et cum negotiatores ob necessitatem publicam ad exa-
B ctiones vocantur, in clericis omnis strepitus, omnis molestia penitus conquiescat, tantaque eis prærogantia succurrat, ut sacerdotum ministri immunes ab oneribus perseverent. Vnde Constantius & Valentinus imperatores plurima ecclesiæ libertatum privilegia condonantes, dicebant: gaudere & gloriari ex fide volumus, scientes magis religionibus, quam tributis & laboribus nostram rempublicam conservari. Apud vestram regiam majestatem persuasione non eget quid Carolus Magnus, Calvus, Robertus, & sanctus Ludovicus vestri Christianissimi progenitores, hac in re sanxerunt. Tantis igitur auctoritatibus & exemplis commonitin vestræ regiæ cogimur dicere majestati, quod
C Ambrosius ad imperatorem de ecclesiastica protulit libertate: nil regi honorificentius quam quod filius dicatur ecclesiæ, verba quæ debet regi suo sacerdos, consulere regum saluti oportet, ne quidquam illi potius ut ab ecclesia immunis sit: hæc beatus Ambrosius. Condolemus princeps Christianissime, & regni & vestris necessitatibus quam plurimum, quas ore vestro nobis cum summa animi benignitate detectas, non sine magnis lacrymis ac dolore audivimus. In vestro namque periclitamur periculo, & in vestris ruinis corruimus. Sed non nisi cum vita jubemur libertatem ecclesiasticam relinquere indefensam, nec pro transitoria pace mundi perdere sempiternam: cum non in
D multitudine victoria belli, sed de cœlo fortitudo sit. Orante namque Moyse legimus vicisse populum, & cessante succubuisse. Arma vestræ militiæ lacrymas & orationes offerimus, dicentes cum psalmista; Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine domini invocabimus. Hortamur igitur, & obsecramus vestram regiam majestatem per viscera misericordiæ domini nostri Iesu Christi, ut ad summæ Trinitatis providentiam animum erigens, & magis in Dei adjutorio, & ecclesiæ precibus, quam bellorum ducibus, multitudine & viribus confidens, libertatem sanctæ ecclesiæ protegendo Deum sibi quærat propitium. Ingressuri namque Romani bella Deos sibi pla-
E catos reddere hostiarum immolatione studebant, si quid in templo illarum molestiæ primitus reparantes. Narratque Valerius eo maxime Dionysium regem corruisse, quod nullam divino cultui & ministris servari prærogativam censuisset. Hanc nostram orationem regia vestra mansuetudo supportet, & nostras preces clementer exaudiat: nec pro modica quantitate quæ parum vobis emolumenti adjiciet, nondum apertam tam periculosam viam aperiat, ne modicum fermenti totam massam corrumpat: Deo igitur gratias agentes in immensum quod talem nobis dederit regem qui pura mente tanto charitatis fervore ecclesiam diligit, &

ANNO DOMINI 1415

Anno Domini 1415.

omnes ecclesiasticos in divino cultu præcellit: Obsecramus cunctipotentem, ut qui specialem vos ecclesiæ protectorem elegit, sua vos protectione custodiat, & gressus vestros feliciter dirigat. Amen.

Ex vestra civitate Bituricensi, die nativitatis beatissimæ virginis Mariæ, octava mensis Septembris.

Subscriptio. Vestræ Regiæ majestatis humiles, & devoti oratores prælati, & alii viri ecclesiastici, & universitates de ejusdem mandato Bituricis congregati.

Anno Christi 1417.

VITA MARTINI PAPÆ III. VVLGO V.

MARTINUS vulgari opinione hujus nominis V. ex illustri Columnensium familia natus, per Innocentium VII. cardinalis creatus, post interregnum biennii, ipso festo sancti Martini anno domini 1417. tempore Sigismundi factus est pontifex optimus: in quo humanum se maxime, prudentem, justum, & in omnibus suis actionibus exercitatissimum exhibuit. Legatum qui antipapæ Petri de Luna conatus reprimeret, ablegavit: per quem dum nihil emendaretur, insipienterque in sua opinione perseveraret, ab iis qui partes eius tuebantur, merito desertus fuit. Instituit, ut certis temporum intervallis concilia celebrarentur, ne antipapæ alioquin occasionem arripientes, synodos ipsi etiam cogere assuescerent. Rogantibus imperatore & Gallis, ut in Germania remanere vellet, nullo modo acquievit. In Italiam reversus, Philippum ducem Mediolanensem cum Pandulpho Malatesta, ac deinde cum Venetis amicitiæ fœdere religavit. Braccium Mantuanum, qui plurima patrimonii ecclesiæ loca occupaverat, excommunicavit. Verum is postea sanis Florentinorum persuasionibus inductus, sese humiliavit, ac proinde per pontificem in gratiam receptus, sua opera & industria, ecclesiæ stipendiis militans, Bononiam recuperavit. Eodem tempore Martinus Bononiæ existens, a Baltassaro Cossa olim pontifice, salutandi, atque eidem se submittendi causa, invisitur. A Romanis revocatus non ante rediit, quam Florentiam metropolitanam declarasset, ecclesias Volaterranam, Pistoriensem & Fiesolensem, auxilii & subsidii loco eidem annectens. Romam veniens tanta cum omnium lætitia & exultatione receptus est, ut is dies qui in decimum Kalendas Octobris incidebat, pro festo sit habitus. Exinde urbem ipsam quæ multis in locis ruinam minabatur, reparare aggressus est. Novembri subsequente, Tiberis alveo suo egressus tantopere excrevit, ut plurima damna urbi intulerit. Temporibus iisdem Romam supervenit Ludovicus Andegavensis, qui a pontifice regno Neapolitano donatus est, non sine gravi Alphonsi Aragonensis animi perturbatione: qui hanc ob causam legatos ad Senense concilium misit, ut Petri de Luna causam promoveret. Cui machinationi pontifex ut obviaret, concilium dissolvi curavit, aliudque post septennium indixit. Quantum potuit afflixit Braccium, qui ecclesiæ statum interturbabat. Bohemos hæreticos, a quibus catholici divexabantur, compescuit. Lucensibus, quos Floreotini dura obsidione premebant, per vicecomites opem ferri procuravit. His peractis, aliquas urbis ecclesias reparavit, cardinalesque creavit. Pacem cum Alphonso composuit, qui post obitum Petri de Luna alium antipapam eligi mandaverat. Sed eum exauctoratum Martinus episcopatu auxit. Ad extremum, ubi in collatione beneficiorum, aliisque omnibus suis actionibus judicium suum, prudentiam & integritatem manifestasset, obiit decimo Kalendas Martii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoprimo, cum sedisset annos tredecim, menses tres, dies decem: cum in Laterano sepultus fuisset, sedes duodecim diebus vacavit.

Anno Christi 1417.

Anno Christi 1420.

CONCILIUM SALTZBURGENSE PROVINCIALE

In causa fidei ac morum sub Eberhardo archiepiscopo Saltzburgensi, circa annum domini MCCCCXX. tempore Martini papæ V.

IN NOMINE SANCTÆ ET INdividuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Eberhardus Dei & apostolicæ sedis gratia archiepiscopus Saltzburgensis, apostolicæ sedis legatus, ad perpetuam rei memoriam.

DEUS omnium creaturarum fabricator, post infinita sæcula creaturas ad extra suæ caritatis volens esse participes, ad ipsius imaginem & * pulcritudinem humanam condidit creaturam, perfectam, in naturalibus illustratam, & cunctis adornatam virtutibus, & ratione rectissima regulatam; quibus felicitatem poterat possidere perpetuam, si in originali justitia perstitisset. Sed hostis antiquus tantæ, quam amiserat, felicitati invidens, hominem tot donis & virtutibus præfulgentem sua calliditate traxit ad vetita. Cui homo primus assentiens, cum tota sua ipsius posteritate in singulis suis virtutibus vulneratus, mortalis effectus, cœpit infirmus, nedum corporis, sed etiam animi incommodis & miseriis laborare. Hinc & homicidia, hinc & mala innumerabilia per appetitum noxium, proclivem ad malum, orbem replevere terrarum. Sed in horum remedium miserationum dominus regulas ad honeste vivendum, quibus homo felicitatem recuperat perditam, nedum per ora prophetarum & principum, & ipsorum legatorum, sed etiam sacratorum præsulum provinciæ Saltzburgensis, in solicitudinis partem vocatorum prædecessorum nostrorum, pro directione gregis ipsis crediti divinitus promulgavit. Quæ licet saluberrima extitissent, temporum tamen exigente malitia, qua universalis Dei ecclesia monstruoso & pestifero schismate fere sex lustris miserabiliter lacerata, a memoria hominum ex quadam dissuetudine exularunt. Hinc delinqoentium impunitas præbens veniam delinquendi, effecit, ut effrenata cupiditas & facilitas veniæ, tam in clero, quam in populo, nostræ provinciæ decorem pristinum in moribus per difformitatem vitæ denigrarint. Sed quia dies sanctificationis illuxit, qua Romana & universalis ecclesia jam unico & indubitato gubernatur pastore, tempus est, ut ex debito pastoralis officii, quod dudum in votis gessimus, ad reprimendum tot conatus noxios, ad sanandum infirmos, ad alligandum confractos, ad corrigendum excessus, ad reformandum mores, providis statutorum remediis assurgamus.

* similitudinem

Hinc

ANNO CHRISTI 1420.

Hinc est quod nos Eberhardus præfatus, Albertus A Ratisponensis, Hermannus Frisingensis, Engelmarus Chiemensis, Ulricus Seccoviensis, Volfhardus Laventinensis, cum venerabilium fratrum nostrorum absentium, Pataviensis, Brixiensis, Gurzensis, ecclesiarum episcoporum, procuratorum; & * venerabilium abbatum & aliorum prælatorum, & totius sacri concilii Saltzburgensis approbatione, consilio & consensu, omnia & singula statuta reverendissimi patris & domini domini Guidonis tunc sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, & reverendi patris & domini domini Ioannis episcopi Tusculani, apostolicæ sedis legatorum, dum in nostra provincia legationis officio fungerentur; & reverendissimorum patrum & dominoB rum divæ memoriæ Friderici, Chunradi, Pilgrini, sanctæ Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscoporum ac legatorum sedis apostolicæ, prædecessorum nostrorum, edita in ipsorum provinciis seu conciliis provincialibus, innovamus, & observari præcipimus. Quibus novis morbis emergentibus nova remedia adhibentes, statuta subscripta, de venerabilium fratrum nostrorum prædictorum & totius provinciæ approbatione, ordinamus & statuimus, volentes & præcipientes, easdem nostras constitutiones ab omnibus & singulis nostris suffraganeis, & eorum subditis firmiter observari & publicari in ipsorum synodis, copiasque illarum petentibus decernimus sub petentium sumptibus & expensis.

* religiosorum

I.

De summa Trinitate & fide catholica, ex concilio domini Eberhardi.

De summa Trinitate, quæ propter sui exquisitissimam & probatissimam perfectionem, ac clarissimam & lucidissimam veritatem, adjectione vel declaratione ulla non indiget: ad quam in primis, tamquam principium, medium & finem salutis omnium, corda nostra, manus & oculos elevemus devoti: nihil aliud est credendum, tenendum & docendum, nisi quod Romana credit, tenet & docet ecclesia, piissima, sanctissima, & prudentissima mater nostra: ita tamen, ut omnes prælati arD ticulos fidei principales fideliter suos subditos laicos doceant simpliciter credere, sicut ecclesia: * ecclesiasticos vero, explicite & distincte.

* clericos

Item statuimus, ut si aliquis clericus, vel laicus utriusque sexus, cujuscumque dignitatis, religionis vel status ex stat, ausus sit pra sumptione damnabili publice prædicare, aut occulte docere, credere, vel tenere, quod sacerdos in mortali peccato existens non possit conficere corpus Christi; seu, sic ligatus, non possit solvere vel ligare suos subditos a peccatis; pro hæretico & incredulo habeatur. Quem errorem hujus sacri concilii approbatione damnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus; cum sacræ scripturæ dicat auctoritas, E quod sive bonus, sive malus sit minister, per utrumque Deus effectum gratiæ confert. Non enim, quæ sacta, coinquinari possunt; nec ipsa sacramenta propter hominum militiam profanari. Unde sacerdos, quantumcumque pollutus existat, divina non potest polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum existant. Licite ergo a quocumque sacerdote ab ecclesia tolerato divina mysteria audiantur, & alia recipiantur ecclesiastica sacramenta.

Damnatione simili reprobamus quorumdam opinionem erroneam, asserentem, episcopum, presbyterum seu sacerdotem curatum non posse absolvere presbyteros fornicarios a fornicationis reatu propter votum castitatis: Inhibentes, ne quisquam de cetero prædictam opinionem sub pœnis prædictis docere, tenere aut dogmatizare quoquo modo præsumat publice vel occulte.

II.

De constitutionibus.

Frustra sanctorum decreta canonum antiquis fuissent ordinata temporibus, si illorum executio negligatur. Hinc est, quod nos Eberhardus Dei & apostolicæ sedis gratia Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopus, apostolicæ sedis legatus, statuta Romanorum pontificum de celebrandis provincialibus conciliis & episcopalibus synodis diligenter cupientes observari, ordinamus, quod nostrum provinciale proximum concilium a festo sancti Augustini proxime futuro ad annum indicimus publice, & intimamus in hac civitate metropolitana nostra Saltzburgensi, per nos, Deo concedente, aut nostros procuratores solenniter celebrandum; nisi ex emergente causa, utputa, guerræ, pestilentiæ, aut alia, duxerimus locum immutandum. Quam mutationem loci etiam congruo tempore nostris literis intendimus publicare. Ad quod conveniendum exnunc sub pœnis infra scriptis evocamus, citamus & requirimus omnes & singulos nostræ C provinciæ suffraganeos, & alios quoscumque, qui de jure vel consuetudine ad provinciale concilium ire tenentur. Statuentes denique pro ulteriori canonum executione, sacro approbante concilio, ut singuli suffraganei nostræ provinciæ, qui per annum per seipsos, vel alium, in casu quo legitime non fuerint impediti, omiserint celebrare synodos episcopales, a pontificali officio, nec non ab omni exercitio jurisdictionis ecclesiasticæ per se vel per alium sint ipso jure suspensi; eorumque jurisdictio ecclesiastica, & illius liberum exercitium ad capitulum seu ecclesiam devolvatur, & devoluta persistat; omniaque & singula emolumenta jurisdictionis ad ipsum capitulum pertineant, in publicam ipsius ecclesiæ, non singularium personarum vel officiorum utilitatem, donec hujusmodi synodos * congregaverit, convertenda. Adjicientes, quod sub pœna præmissa, omnes & singuli nostræ provinciæ suffraganei infra hinc & festum sancti Iacobi proxime venturum, suas synodos in suis diœcesibus studeant celebrare. In quibus de corrigendis excessibus, & reformandis moribus, præsertim in clero, cum Dei timore agatur, visitationes faciant, vel fieri procurent, maxime monasteriorum ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, & sancti Benedicti, in certis partibus, heu, nimium collapsorum, juxta canonicas sanctiones: quod & nos in nostra diœcesi Saltzburgensi fieri procurabimus, ut exhibeamus nos nostris fratribus in exemplum. Si vero dicto tempore suspensionis durante, suffraganei nostri, vel alter eorumdem exercitio dictæ jurisdictionis ecclesiasticæ per se vel per alium se immiscuerit, aut capitulum * contra præmissa impediverit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Quod si per annum alium integrum suffraganei nostræ provinciæ concilium synodale convocare seu celebrare neglexerint: (quia crescente contumacia crescere debet & pœna) contra * dictos temerarios violatores canonum & nostrarum constitutionum sequenti provinciali concilio, aut concilio generali, si illud celebrari contigerit, de remedio provideatur opportuno, juxta canonicas

* aggregaverint,

* circa prædicta

* tales

ANNO CHRISTI 1420.

nonicas sanctiones. Suffraganei vero nostri, & alii, qui de jure vel consuetudine ad provinciale concilium ire tenentur, nisi congruo se tempore personaliter præsentaverint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, nisi tali necessitate & impedimento legitimo præpediti fuerint; extunc per procuratores suos legitimos comparere teneantur sub pœna prædicta. Durentque concilia provincialia per duodecim; & episcopales synodi per tres dies; nisi agendorum exigentia prolixius aut præcisius tempus exposcat.

Insuper sacro approbante concilio ordinamus, ut omnes & singuli nostri suffraganei in proximis ipsorum synodis per singulas diœceses, prout & nos in nostra proxima synodo Saltzburgensi ordinabimus sub pœna suspensionis a pontificali officio, studeant personas idoneas, probas videlicet & honestas, in testes publicos sive synodales ordinare, qui per totum annum simpliciter & de plano absque ulla jurisdictione solicite investigent, quæ correctione & reformatione sint digna; & ea fideliter referant ad provinciale concilium aut synodum episcopalem, ut correctione digna animadversione congrua puniantur.

Ad reformationem quoque ordinum sancti Augustini canonicorum regularium, & sancti Benedicti nostræ provinciæ, cura officii pastoralis attendentes, sacro approbante concilio, ordinamus præsidentes capitulis antedictis, videlicet de ordine sancti Augustini canonicorum regularium *, dominum præpositum metropolitanæ ecclesiæ Saltzburgensis, monasterii beatæ Mariæ virginis Nuiburgæ Pataviensis diœcesis præpositos; de ordine vero sancti Benedicti religiosos monasterii sancti Petri civitatis Saltzburgensis, & in Nidernalrach Pataviensis diœcesis abbates: quibus plenam concedimus potestatem citandi & evocandi, per censuras etiam ecclesiasticas, omnes & singulos abbates, præpositos, priores, & quoscumque alios ordinum prædictorum, qui ad capitula ipsorum provincialia consueverunt convocari, aut de jure vocari debebunt. Super quibus ipsis decernimus per cancellariam nostram fieri litteras opportunas, qui in eventum negligentiæ episcoporum, suffraganeorum nostrorum, si suas synodos non celebraverint in termino superius * capresso, & emendanda & corrigenda in omnibus & singulis monasteriis ordinum prædictorum nostræ provinciæ non correxerint & emendaverint diligenter, teneantur singuli suum capitulum provinciale in loco apto suorum monasteriorum, in festo sancti Michaelis proxime futuro, convocare & celebrare, ibique agere de reformatione ordinum & monasteriorum juxta institutiones dictorum ordinum, & canonicas sanctiones: jure tamen ordinariorum in omnibus semper salvo. Dictaque capitula provincialia prædictorum ordinum de triennio in triennium per prædictos ordines districte præcipimus in nostra provincia celebrari. In casu etiam diligentiæ, quo nostri suffraganei etiam suas synodos celebraverint, fecerintque diligentiam suam pro reformatione ordinum præfatorum, nihilo minus tamen volumus & ordinamus, ac districte præcipimus, ut præsidentes superius nominati debeant & teneantur de triennio in triennium, incipiendo a fine præsentis concilii, sua capitula celebrare: liberumque sit præsidentibus sæpe dictis terminum præfatum pro suis celebrandis capitulis prævenire.

* domines rectius.

* MS. expressato.

Ordinamus denique, sacro approbante concilio, & in virtute sanctæ obedientię districte præcipimus & mandamus omnibus & singulis abbatibus, abbatissis, præpositis, prioribus, priorissis, & aliis, quibus cura & administratio monasteriorum utriusque sexus dictorum ordinum nostræ provinciæ est commissa; quatenus infra hinc & festum Pentecostes proxime futurum, debitum pastoralis officii sui diligenter impendant, ipsos præcipue ad tria substantialia ordinis, videlicet proprietatis abdicationem, obedientiæ exhibitionem, & castitatis observationem reducendo, prohibendo * congressus sine causa rationabili, & ingressum personarum suspectarum: ac observent & a suis subditis faciant observari, ut divinum officium diurnum pariter & nocturnum devote juxta regulas dictorum ordinum celebretur. In aliis vero quæ reformationem monasteriorum & ordinum præfatorum respiciunt, se tales ostendant, quod nobis & suffraganeis nostris ipsos visitantibus, de diligentia quam inveniemus, debebunt merito commendari: scituri, quod si in præmissis, aut eorum aliquo negligentes extiterint, aut aliqui ea subditis præmissorum rebelles & inobedientes inventi fuerint, contra tales per nos & nostros suffraganeos ad pœnas graviores procedemus juxta canonicas sanctiones.

* egressus

III.

De consuetudine.

Consuetudines quæ gravamen ecclesiis inducere * demonstrantur, invalidas publicamus, locorum ordinariis, ut in omnem eventum eis resistant, firmiter injungentes.

* dignoscuntur.

IV.

De renuntiationibus.

Nullus ecclesiam, vel beneficium ecclesiasticum dimittere vel recipere præsumat sine sui superioris auctoritate; quod sub pœna excommunicationis vel suspensionis omnibus firmiter inhibemus.

V.

De scrutinio.

Statuimus, quod nullus ad examen per sacrorum ordinum susceptionem aliquatenus admittatur, nisi recenter confessus fuerit omnia sua delicta idoneo sacerdoti. Et quia pauci sunt, qui sua delicta cum sequelis eorum intelligant, per districtum informatorem debet instrui ordinandus, an expediat sibi ordinari, an vero † irregularitatis alicujus prætextu ei potius sit abstinendum.

Item quod nullus admittatur ordinandus vel promovendus ad ordinem super vicaria, (* nisi sit perpetua vicaria) a qua non possit ad inordinatum placitum amoveri.

Statuimus insuper ad terrorem malefactorum, ut omnes episcopi provinciæ Saltzburgensis, ac eorum vicarii, quando volunt & debent suis temporibus ordines celebrare, committant expresse examinatoribus clericorum ordinandorum sub anathematis interminatione, ut inter cetera perquirenda, fideli diligentia perquirant, sub obtentu honoris percipiendi a singulis ordinandis, ut si patres, avi, aut progenitores eorum, usque ad quartam lineam ascendentem, captivaverint, captivatum detinuerint, occiderint, aut mutilaverint temere clericum aliquem in sacris ordinibus constitutum, & pro clerico se gerentem. Eum vero, quem in aliquo pręmissorum affectum per aliquem ipsorum progenitorum usque ad lineam memoratam invenerint, si hujusmodi factum sit noto-

† id est, sinistri alicuius pravi & minus recti, & legitimi.

* hæc parenthetica clausula in manuscripto Ratisbonæ si deest.

ANNO CHRISTI 1420.

notorium, non admittant. Prælati quoque; vel A eorum vices gerentes, quorum interest investire vel instituere præsentatos, ante investituram vel institutionem cum summa diligentia de his quærant: & quos tales invenerint, nullo modo instituant ad aliquod officium vel beneficium ecclesiasticum. Examinatores insuper & prælati, ac eorum vices gerentes, qui secus in præmissis agere præsumpserint, in futurum suspensionis sententia percellantur: alias per locorum ordinarios graviter puniendi, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum, & ab hujusmodi reatibus appareant absoluti.

V I.

De filiis presbyterorum. B

Nullus illegitime natus ad aliquem sacrum ordinem, vel beneficium aut officium curam habens animarum, sine dispensatione sedis apostolicæ admittatur in aliqua ecclesia sæculari. Et tales qui hactenus sunt admissi, si de his constiterit, per eorum ordinarios repellantur. Alioqui scienter contrarium facientes per unum mensem ab ingressu ecclesiæ noverint se suspensos.

V I I.

De officio archidiaconi.

Inhibemus episcopis, archidiaconis, prælatis, ac C eorum officialibus universis sub pœna suspensionis, quam in omnes facientes contrarium promulgamus, ne subditis suis, aut eis qui litigant, seu litigaverint coram eis, aliquam eis faciant inhibitionem, seu impedimentum aliquod præstent, sub quocumque colore vel modo, publice vel occulte, quo minus causas suas appellationum, seu quascumque alias ad examen superiorum spectantes, libere possint * deferre.

* ferre.

V I I I.

De officio vicarii.

Et quia ecclesiarum rectores vicariis suis adeo D relinquunt exiguam portionem, quod ex ea nequeunt sustentari, generali concilio inhærentes statuimus, ut ipsis vicariis suis sufficiens & honesta portio de proventibus ecclesiæ assignetur. Alioquin ipsi rectores, si moniti non assignaverint, suis poterunt beneficiis spoliari. Nullusque, sub pœna suspensionis ab officio, intitulatus ad curam animarum, vicariam perpetuam vel * episcopalem, * vel plus beneficiu assumere præsumat.

* temporalem. * similis beneficii

I X.

De officio delegati.

Adhæc plerumque contingit, quod judices delegati, * ad quos simplices commissiones sub forma E communi diriguntur, ultra quam patiantur vires rescripti præcedentis, terras, civitates, oppida & villas ecclesiastico subjiciunt interdicto, invocantes etiam super hoc brachium sæculare. Nos igitur volentes iniquis processibus hujusmodi obviare, præsenti scripto declaramus de fratrum nostrorum consilio & assensu, quod sacerdotes nostræ civitatis, diœcesis & provinciæ, ad observationem seu publicationem sententiarum hujusmodi interdicti minime teneantur; nec invocationi brachii sæcularis, quam sic faciunt, aliquatenus est parendum. Super interdictu vero ponendo, recurratur ad decretalem extravagantem, quæ incipit: Provide attendendum. Et est Bonifacii VIII. cujus tenor sequitur

* seu subdelegati

In sexto extravag. common l. 1. de sent excom. c. 1.

A in hæc verba: Provide attendendum, quod ut frequentius, quamvis non sine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur: quodque sunt nonnulli judices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis, sive causis, quæ interdum plus ex cupiditatis quam caritatis radice perspicuis indiciis procedere arguuntur: quodque interdicti tempore divina organa suspenduntur & laudes: nec ecclesiastica sacramenta ministrantur, ut solent; tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris: adolescentes & parvuli participantes rarius sacramenta, minus inflammantur & solidantur in fide: fidelium tepescit devotio, hæreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum: B præsentis constitutionis providemus edicto, ut nulla provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponatur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cujusvis monetæ vel pecuniæ quantitate, quacumque occasione vel causa, seu quovis quæsito colore: pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores seu officiales, quocumque nomine censeantur, aut incolæ seu habitatores, aut singulares personæ, ipsorum statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujusmodi debitum seu quantitatem non solverunt hactenus, aut inantea non persolvent. Nos enim ex- C nunc decernimus irritum & inane, si secus hactenus extitit attentatum, vel contigerit attentari; * illumque revocamus omnino. Non obstantibus quibuscumque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus, submissionibus, fidejussionibus, consensibus, processibus & sententiis super hoc habitis vel habendis, juramentorum, pœnarum spiritualium & temporalium, seu multarum appositione, vel quacumque alia firmitate vallatis: nisi talis suppositio interdicti hactenus sortita facta, vel inantea fieret de apostolicæ sedis licentia speciali expressa, per ipsius sedis patentes literas apparente.

* illud quoque: & redimi:

X.

De officio ordinarii.

Sacerdos vero quilibet plebem * piam doceat D diligenter, ut, cum in celebratione missarum levatur hostia salutaris, quilibet Deo devote flectat genua sua, vel saltem se reverenter inclinet: idem faciens cum eam portat presbyter ad infirmum, quam in decenti habitu, superposito mundo velamine, ferat manifeste ac honorifice ante pectus cum omni reverentia & timore, semper nola parvula & lumine, nisi locorum repugnet distantia vel temporis qualitas, præcedentibus, ut ex hoc fides & devotio apud homines augeantur.

* suam

Cum mos unicuique gerendus sit, & in diversis E diœcesibus nostræ provinciæ clerus & populus inveniatur variis vitiis & defectibus laborare, quæ omnia non possunt una quasi medela curari: Nos, cunctorum saluti nostri gregis, quantum possumus, providere volentes, aliqua duximus generaliter committenda; omnesque & singulos nostros suffraganeos, qui una nobiscum super populum nobis creditum in partem sollicitudinis sunt vocati, & de contingentibus apud ipsos in clero & populo, quæ reformatione & emendatione indigent, habent notitiam certiorem, paterna exhortatione requirimus & monemus in visceribus Iesu Christi, ut gregi sibi commisso præsint verbo doctrinæ pariter & exemplo, ac secundum qualitatem temporum, personarum & locorum, ea quæ correctione & emendatione

ANNO CHRISTI 1420.

indigent, reformare & corrigere, dum ipsos suas A synodos celebrare, & suas diœceses visitare contingit per seipsos vel alios Deum timentes, non omittant: in ipsorum pastorali officio taliter procedentes, ut tollantur scandala, evellantur vitia, & populus eis creditus numero & merito augeatur; ne subditorum sanguis in die districti judicii de ipsorum manibus requiratur: attendant [illegible] sint juniorum, præsertim contra ecclesiastica crimina promulgatorum, & nostrarum constitutionum executores. Vsuras prohibeant, quantum possunt; clericorum concubinatum cohibeant nimium scandalosum; provideant, ut divinum officium * canonice & debite persolvatur, ut mendicantes præsentati B cum literis ordinariorum in ipsorum mendicitate non graventur. Vt mendicantes fratres suis limitibus contenti, parochiales ecclesias & ipsarum jura non offendant; festivitates sanctorum nimis multiplicatas restringant. Item, quia divinum officium in ecclesiis cum solennitatibus debitis persolvatur, habeantque archidiaconos, decanos & officiales in jure peritos, habentes peritiam causarum; quod tales justitiam * celeriter faciant, præcipue pauperibus: abstineant se, & abstinere faciant tales ab immoderatis exactionibus circa lites: Quod de monasteriis ordinum sancti Augustini, canonicorum regularium, & sancti Benedicti, suarum diœcesium juvenes habiles mittantur ad studium generale: quod beneficiorum permutationes dumtaxat ex C causis a jure permissis admittantur.

* in ecclesiis cum solennitatibus debitis

* in scientia celeriter faciant pauperibus.

X I.

De majoritate & obedientia.

Sacro approbante etiam concilio statuimus, ut nulli clerici nobilium, capellani in capellis castrorum dominorum suorum celebrare præsumant, nisi ante episcopo, vel loci archidiacono obedientiam faciant manualem, ut ad synodos veniant & capitula, certis temporibus & statutis mandata ecclesiastica recepturi, & suis dominis ac eorum castrensibus, secundum quod fuerit opportunum, relaturi; cum plebani, in quorum terminis castra consi- D stunt, hoc facere frequenter non audeant propter tyrannidem suorum dominorum. Quod si secus quispiam facere præsumpserit, per loci ordinarium vel archidiaconum condigne puniatur. Statuentes etiam sub pœna excommunicationis jam latæ sententiæ, districte mandantes, ut si quando prædam vel spolium rerum ecclesiasticarum ad divinum cultum deputatarum, seu etiam ecclesiasticam personam captivam ad aliquam civitatem, villam, oppidum, seu castrum adduci contigerit, sacerdotes & capellani civitatum, villarum, castrorum, postquam sciverint, non expectato super eo * suorum mandato, abstineant a divinis interim, quoad persona captivata, aut res ecclesiasticæ prædictæ in præfatis locis detinentur. E

* f. superiorum

X I I.

*De his * qui vi metuque absolvunt, vel absolvuntur.*

* quæ vi aut metus causa fiunt.

Hos qui absolutionem, vel quamcumque revocationem ab excommunicatione, suspensione, vel interdicti sententiis, per vim vel per metum extorserint, cum hoc, quod hujusmodi absolutiones, revocationes sunt irritæ, statuimus & publicamus, excommunicationis sententiæ subjacere.

X I I I.

. . . .

Quia clerici & religiosi nonnulli, non attendentes, quantum sit obedientiæ bonum, quod victimis antefertur, & quod peccatum est ariolandi, nolle acquiescere; & scelus idololatriæ, obedire non velle; amissionem rerum suarum & corporis, & vanum metum allegant frequenter, ne cogantur mandatum exequi prælatorum. Qui, cum prosperitatis tempore multa bona receperint, lante vixerint de patrimonio crucifixi, imminente necessitatis articulo, pro honore illius adversitates sustinere detrectant; qui, cum foret summe dives, ad obediendum Deo Patri pro salute nostra subiit onus voluntariæ paupertatis. Ex quo, propter contemptum clavium ecclesiæ, nervus ecclesiasticæ disciplinæ dissolvitur, & animas miserabiliter periclitari contingit; sacra hujus concilii necessaria deliberatione statuimus, ut nulla rerum perditio, aut metus corporis, nec legitime probatus, subditi inobedientiam, mandatum prælati exequi non curantis, valeant excusare: adeo, quod si metus corporis dumtaxat * sentienti, proprio juramento, & non legitimis coram eo, a quo mandatum subditus receperit, * ostensis fuerit documentis, nihilo minus loco cedat, ne notam transgressionis incurrere videatur. In his autem quæ in non faciendo consistunt, utputa, cum mandatur, non communicare excommunicatis, non celebrare in locis interdictis, ac aliis hujusmodi, omnino nullum, nec rerum, nec corporum, quantumcumque probatus metus excusat; cum pro nullo metu debeat peccatum mortale committere; quod ex inobedientia surgere, sanctorum auctoritatibus comprobatur.

* f. ostensus

X I V.

*De alienatione *.*

* mutandi judicii causa factis.

Quia plerumque cessiones actionum in fraudem fiunt; aliquando tamen pure & simpliciter, ex causa legitima: Statuimus, ut cessiones actionum, quæ ex justis causis vel causa procedunt, in præsentia episcoporum, judicum, seu officialium suorum, de licentia eorumdem, si subsint legitimæ causæ, fiant: jurent etiam cedentes, quod non simulate, sed vere cedant. Alioquin secus factas determinamus non tenere.

X V.

De judiciis.

Et quia quidam propter potentiam, quidam propter crudelitatem magnam personaliter citari non possunt: quidam etiam, quia in castris habitant, ita, quod nulla potest ad eos citatio pervenire: idcirco provida & necessaria deliberatione statuimus, ut contra tales citationes edictum apud parochialem ecclesiam ipsorum publice & legitime proponatur. Quia, si parochialis sacerdos tales citare non posset metus causa, faciat juramentum hujusmodi coram aliquo presbytero honesto, qui ipsi judici de hoc faciat literatoriam fidem. Extunc in cathedrali ecclesia tribus dominicis continuis publice in ambone citentur, dummodo citandi infra unam diætam sint a cathedrali ecclesia constituti. Alioquin ad tres quindenas solenniter evocentur. Et extunc contra hujusmodi, ac si personaliter citati fuerint, procedatur, ne ex malitia valeant commodum reportare: propterea quod crudeles homines & perversi, dum ad forum ecclesiasticum

in

Anno Christi 1420

in causis, etiam de quibus ecclesia merito habet agnoscere, a judicibus evocantur, illius auctoritans, qua dicitur, Qui honorat missum, mittentem honorat, immemores existentes; nuntios ecclesiasticorum judicum citatione excommunicationis, vel alias judiciales & juris literas defendentes, verbis probrosis, & quandoque duris verberibus quosdam captivantes, alios interdum suis rebus temere, publice spoliantes, multipliciter afficiunt & perturbant, & impediunt citationes & literarum executiones, in non modicam ecclesiasticæ libertatis contumeliam & jacturam. Considerantes igitur malitius hominum non esse aliquatenus indulgendum, hoc sacro approbante concilio duximus statuendum, ut reus nuntios acta judicialia deferentes per se vel per alium verberans, spolians vel captivans, lite etiam non contestata, auctoritate etiam hujus sacri concilii habeatur penitus pro convicto. Actor vero in causa reconventionis similia perpetrare per se vel per alium non formidans, super instituta contra reum actione amplius nullatenus audiatur. Et insuper uterque, ac omnes alii qui nomine & actione eorum talia facere præsumpserint, usque ad condignam satisfactionem læso, & judicibus summaria cognitione super hujus fero facto præhabita, percellantur.

XVI.

De foro competenti.

Dudum felicis recotdarionis Pilgrinus prædecessor noster provide duxerat statuendum, ne prælatus, vel quivis alius clericus, alium prælatum vel clericum, aut etiam laicus quamcumque personam ecclesiasticam coram sæculari judice trahere vel convenire, aut tractus seu conventus sponte & judicialiter præsumeret respondere: alioqui tam trahentes quam tracti, ultra pœnas contra tales a jure promulgatas, excommunicationis sententiam incurrerent ipso facto. Verum nonnulli laici salutis suæ immemores, contra pœnas prædictas, personas ecclesiasticas, etiam si pontificali præfulgeant dignitate, ad hujusmodi judicia * forensia & sæcularia indistincte trahere non verentur. Qui quidem judices sæculares nec compareant propria in persona sic citati, res & bona sua, atque beneficiorum suorum, decernunt in contumaciam invadenda, sic, quod ipsi laici exinde, occasione recepta, bona ecclesiastica invadere & occupare præsumunt in ecclesiasticæ libertatis detrimentum. Nos hujusmodi temeritatis audaciam reprimere cupientes, datam constitutionem prædecessoris nostri auctoritate hujus concilii de fratrum nostrorum consilio innovamus, & extendi volumus ad judices sæculares antedictos. Adjicientes, quod si quando laicus clericum, seu ecclesiasticam personam, cujuscumque dignitatis vel conditionis existat, nostræ Saltzburgensis, Brixinensis, Chiemensis, Seccoviensis & Laventinensis diœcesium, ad judicium sæculare trahere vel judicare præsumpserit, tam diu in territorio trahentis & judicantis cessetur a divinis, donec de hujusmodi injuria satisfecerint parti tractæ, & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

* MS. Ratisp. fetna pro vetita

XVII.

De vita & honestate clericorum.

Etsi per sacros canones & nostrorum antecessorum constitutiones indecentia in vita & habitu clericorum strictissime prohibeatur, nostri tamen subjecti temporibus præsentibus hoc minime attendentes, tam in habitu, quam reliquis ad honestatem in sortem domini electorum spectantibus habenas suas dimiserunt. Nos igitur huic inhonestati clericorum occurrere volentes, nostrorum nihilo minus antecessorum constitutionibus in suo robore duraturis, statuimus; ut quicumque clericus in sacris ordinibus constitutus, vel in minoribus, & beneficiatus tantum, portaverit habitum a sacris canonibus vel a nostris antecessoribus prohibitum, si monitus fuerit, eo ipso amissionem illius habitus incurrat ipso jure, in aliquod opus pium * convertendum. Et ut hæc constitutio nostris temporibus effectu non careat, nostris suffraganeis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini judicii præcipimus, quod per suas diœceses aliquos discretos & honestos ecclesiasticos viros deputent, qui prædictis clericis, unica monitione tantum præmissa, præcipiant, ut infra * decennium talem habitum deponant, & nullo amplius tempore reassumant. Alioquin ipsum habitum eis publice auferant, * etiam violenter, & eum in opus pium convertant; cum consensu tamen ipsorum diœcesanorum, si habitus ipse notabilis fuerit æstimationis. Alioqui præter talem consensum eaequantur, quod in exemplum prædictorum nostrorum suffraganeorum intendimus observari.

* convertenda.

Cum plerique fratres ordinum mendicantium, ac religiosi ordinum aliorum intitulati, &c. ad ecclesias cathedrales suæ religionis habitum absque rationabili causa manifeste non deferentes, ad excusationem in peccatis exemptionis allegando privilegium, de quo minime oporteret, in animæ suæ periculum & plurimorum scandalum allegando, sicque excommunicationis sententia innodantur, qua ligati, damnabiliter exercere ea quæ sunt episcopalis ordinis non verentur. Nos tantæ temeritati providere volentes, sacro approbante concilio, ordinamus, ut sub pœna suspensionis ab ingressu ecclesiæ, nullus suffraganeorum nostræ provinciæ in sua diœcesi ad exercendum ea quæ episcopalis ordinis existant, tales titulares episcopos admittat, nisi habitum suæ religionis manifeste deferant, & sint conversationis laudabilis & bonæ famæ; omnesque tales, cum excommunicati sint, arctius evitent, & faciant eosdem ab aliis arctius evitari. Nullusque clericus vel scholaris nostræ provinciæ sub pœna suspensionis ab ordine quem susceperit ab eodem, quam contravenientes incurrere volumus ipso facto, sacros aut minores ordines: nec etiam laici utriusque sexus confirmationis sacramentum quoquo modo recipere præsumant. Nec invitentur tales, nec venientes sponte admittantur ad consecrandum basilicas, altaria, aut ad benedicendum quascumque res sacras, nisi de absolutione ipsorum constiterit manifeste.

XVIII.

De cohabitatione clericorum & mulierum.

Ad arcendum concubinatus crimen, ut de clero penitus evellatur, summo studio per sacros canones est provisum. Quia tamen tempore, quo universalis ecclesia monstruose divisa perstitit, modica diligentia adhibita fuit in exequendo eisdem provisionibus, crimen præfatum in multis locis etiam provinciæ nostræ; cum maximo catholicorum scandalo, totius clericalis ordinis contemptu frequentatur. Cui morbo volentes occurrere, ut debemus, sacro approbante concilio decernimus; ut

ANNO CHRISTI 1420.

ut deinceps omnes in sacris ordinibus existentes, A vel etiam in minoribus beneficiati, vel ad religionem aliquam Deo sponte oblati & obligati, qui concubinatus foeditate castitatis votum notorie seu publice violarunt, tenendo notorie concubinas, poenis infrascriptis ipso facto subjaceant, ut videlicet si habuerint beneficia secularia vel regularia officia, aut administrationes, vel dignitates, nisi infra duos menses prorsus † a se removerint, ipso jure intelligantur suis beneficiis, officiis, administrationibus & dignitatibus ecclesiasticis per hanc constitutionem privati. Et possunt ipsa beneficia, officia, administrationes & dignitates prædictæ libere per habentes potestatem aliis conferri, impetrari, vel de eisdem aliis modis ecclesiasticis provideri. Si vero beneficiati non fuerint, & B concubinas notorie & publice detinuerint, & infra duos menses a se non separaverint, sint ipso jure inhabiles ad quæcumque beneficia ecclesiastica assequenda, poenis aliis a sacris canonibus contra tales editis in suo robore duraturis.

† Quæ sequuntur, ex manuscripto Ratisbonensi suppleta sunt.

X I X.

De institutionibus.

Statuimus, ut nullus clericus ad curam animarum ab episcopo vel archidiacono admittatur, nisi prius juraverit, quod nullam in adeptione beneficii, ad cujus curam præsentatus est, commiserit simoniam.

C Cum decor ecclesiæ, exaltatio fidei, & errorum extirpatio per viros in utroque jure divino peritos & humano instructos ut plurimum procurari noscatur; illi, quoniam in provisione congrua, quæ ad status ipsorum decentiam expediret, stipendiis ecclesiasticis carentes, talentum eis creditum dispensare Dei populo non valentes, lucerna sub modio abscondita non effundit in domo domini luminis claritatem. Unde plerumque contingit, ut beneficia & officia ecclesiastica, præsertim quibus onus curæ & animarum & ecclesiasticæ jurisdictionis incumbit, minus idoneis provideantur rectoribus; ex quibus pastoribus desunt pabula, & ovibus deficiunt alimenta. Ad quorum salutare remedium D sacrosancta generalis Constantiensis synodus, saluti nationis Germanicæ providere intendens, decretum promulgavit inferius annotatum: Nos spiritualem animarum profectum nostræ provinciæ, quem pastorali cura dudum concepimus, exequi cupientes, præfatam constitutionem Constantiensis concilii sacro approbante concilio publicantes, præcipimus & mandamus, ut institutio prædicta ab omnibus nostris suffraganeis in suis synodis proxime celebrandis intimetur &c. observetur. Quam exnunc cum singulis in ipsa contentis volumus sub poena suspensionis a collatione & electione beneficiorum per singulos beneficiorum collatores & patronos firmiter observari. Tenor vero constitu- E tionis sequitur, & est talis. Sanctissimus dominus noster papa Martinus V. ad exaltationem fidei catholicæ, &c. Vide informationem ex concilio Constantiensi de qualitate beneficiandorum, &c. Invenies, &c.

Quoniam nonnunquam contingit, quod ad vacantem episcopatum, vel aliam prælaturam, aut quodcumque beneficium aut officium ecclesiasticum regulare vel seculare, duo in discordia eliguntur, seu instituuntur, & alter, qui minore jure utitur, ut eum cui majus jus est acquisitum, per potentiam vel per tædium fatigare & haurire possit, attrahit favorem potentium laicorum, quibus, ut

ANNO CHRISTI 1420.

A ei mutuent & assistant, promissiones facit de beneficiis eorum filiis conferendis, & de juribus & libertatibus ecclesiasticis remittendis: nos huic morbo occurrere volentes remedio salutari præsentis statuti, hujusmodi promissores, & potentum laicorum attractores volumus ipso jure sententia excommunicationis esse innodatos, & nihilo minus eos fore ineligibiles ad hujusmodi dignitates: mutuatores etiam pecuniarum taliter in hoc casu volumus carere actionibus pro mutuo hujusmodi repetendo.

X X.

Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

B Quoniam in quibusdam Alamanniæ locis laici fundatores ecclesiarum, vel heredes ipsorum, potestate in qua hucusque ecclesia sustinuit, abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum ecclesiasticarum in beneficiis, in quibus jus obtinent patronatus, sibi retinent ex pacto, * cum præsentantur, clericos; adeo huic vulneri canceroso & simoniaco censuræ ferrum apponimus, decernentes, ut ex quo aliquid constiterit, pluries eos hujus [modi] perpetrasse flagitium, anathemate feriatur, & ejus terra ponatur sub ecclesiastico interdicto, donec ecclesiam liberam sub suo jure dimittat, salvo jure patronatus, quod eis de jure reservamus, cum possint per juris ignorantiam excu- C sari. Qui vero cæca cupiditate ducti, taliter a patronis beneficia per præsentationem recipere non verentur, officio beneficioque priventur, nec ad beneficium vel actus ecclesiasticos admittantur, nisi per sedem apostolicam cum ipsis fuerit dispensatum. Episcopi vero, vel archidiaconi, qui talibus scienter curam commiserint animarum, ob institutionem hujusmodi * beneficiorum collationem, perpetuo sint suspensi, &c.

* f. cum præsentans clericus;

* f. a benefic. collatione perpet.

Cum beneficia ecclesiastica sine diminutione conferri debeant, quidam ecclesiarum patroni, personis idoneis prætermissis, tales adeo cum præsentant, qui portionem, * quam talibus debeant esse contenti, suis usibus residuum totaliter applicando. D Unde ad hujusmodi mali perniciem extirpandam, statuimus, quod si tales clerici se portione debita spoliari videntes, ad episcopum suum querelam non detulerint, auctoritate præsentis concilii sint ipso jure suspensi; nihilo minus per episcopum eisdem ecclesiis spolientur. Si vero ad superiorem super hoc detulerint quæstionem, ipse patronum per censuram ecclesiasticam ab hujusmodi molestatione & exquisita exactionis malitia compescat: adjicientes nihilo minus, quod si in hac [re] pertinax patronus extiterit, ad præsentationem, &c. ecclesiæ proximo vacaverit, nullatenus admittatur.

Ad nostrum (quod dolenter referimus) pervenit auditum, quod nonnulli episcopi, comites, baro- E nes, nobiles, ac eorum potestates & officiales, dum aliquam vacare contingit in nostra provincia prælaturam, beneficium vel officium ecclesiasticum, statim gentes inibi mittunt armorum, quæ graves faciunt in ipsis prælaturis vel beneficiis expensas. Et quod deterius est, nonnunquam hi ad quos electio vel præsentatio spectat futuri prælati, compelluntur eligere aut præsentare per abusum potestatis secularis, vel potentiæ inordinatæ. Quandoquidem nullatenus admittunt ad possessionem etiam jam a suo superiore confirmatum, donec de certa pecuniæ quantitate concordent cum laicis antedictis, atque persolvant eamdem. Nos hujusmodi damnandæ ambitionis audaciam reprimere cupientes,

tes, auctoritate hujus sacrosancti concilii statuimus, ut nullus, quacumque ecclesiastica vel mundana, etiamsi pontificali vel ducali præfulgeat dignitate, talia de cetero facere præsumat, per quæ offenditur ecclesiastica libertas, & ecclesiæ multipliciter aggravantur. Quod si secus actum fuerit, nisi infra mensem a tempore hujusmodi vacationis restituerint aut remiserint jam promissum, quod indebite extorserunt realiter & cum effectu, ipsos volumus excommunicationis sententiæ eo ipso subjacere, a qua nullatenus absolvantur, donec modo simili restituant extorta: in quibus etiam nulla eorumdem remissio vendicat sibi locum.

X X I.

De emptione.

Nullus prædam aliquam scienter emere, vel tenere præsumat: alioquin, nisi infra mensem prædam ipsam, aut ejus æstimationem, si restitutioni non subjaceat, restituat, excommunicationis sententia percellatur.

X X I I.

De pignoribus.

Ad omnium quoque dubitationem, sive quæstionis materiam amputandam, statuimus, ut, si quis prædium suum, cui jus attinet patronatus, C cuiquam obligaverit indistincte, jus præsentandi apud ipsum obligantem resideat. Cum tale jus æstimari non possit, & . . . . . . in sortem nequeat computari. Cum semper fructus rei pignoratæ in sortem debeant computari, juxta canonicas & legitimas sanctiones.

X X I I I.

De testamentis.

Ad hæc, quia quædam in quibusdam partibus consuetudo, imo corruptela detestabilis observatur, videlicet, quod tam clericus quam laicus in lecto ægritudinis constitutus, ultra quinque solidos usualis monetæ, vel aliam summam juxta loci con- D suetudinem limitatam, nec piis locis, nec personis ecclesiasticis, pro animæ suæ remedio, aut aliis quibuscumque ordinare legata, considerantes, prædictam consuetudinem & sacris canonibus & sacris etiam legibus obviare; cum omnium jura clament, quod ultima voluntas & ultimum hominis testamentum immobile perseveret: & quod nihil sit, quod magis homines deceat, quam ut supremæ voluntatis liber stylus existat: eamdem consuetudinem Deo odibilem, animabus & bonis moribus inimicam, auctoritate hujus sacri concilii penitus reprobamus, firmiter statuentes, ut obicumque jura a testamentorum non prohibent factione, vel in lecto ægritudinis constituto, le- E gandi, disponendi & ordinandi de bonis collatis circa pia loca, personas ecclesiasticas, & alias quascumque, dummodo contra legitimas non veniat sanctiones, libera sit facultas. Volentes & præcipientes districte, ut per locorum episcopos, & ceteros prælatos jurisdictionem habentes, universi clerici & laici impedientes defunctorum legata, seu ultimas voluntates, per excommunicationem in personas, & interdicti in loca sententias, quindecim tamen dierum canonica monitione præmissa, ab hujusmodi impedimentis desistere compellantur. Ad quarum executiones & debitas aggravationes procedente tempore fa- A ciendas, episcopi & prælati, ad quos testamentorum defensio, utroque jure suadente, dignoscitur pertinere, tam benevolos se exhibeant & paratos, ne hujusmodi negligentia de eorum manibus in die districti judicii requiratur.

X X I V.

De sepulturis.

Insuper statuimus, & sub pœna suspensionis præcipimus firmiter & monemus, ut quilibet sacerdos provinciæ Saltzburgensis, cujuscumque dignitatis seu eminentiæ, status vel religionis fuerit, infra octo dies causa legitima cessante, postquam ei de B morte archiepiscopi vel proprii episcopi prædictæ provinciæ constiterit, per se vel per alium missam pro defunctis dicat, in remedium archiepiscopi aut episcopi memorati.

X X V.

De parochiis.

Nos sanctorum patrum, qui ecclesiæ sanctæ Dei & personis ecclesiasticis terminos, quos non licet transgredi, posuerunt, statuta considerantes, hujus sacri approbatione concilii, universis sacerdotibus tam religiosis quam sæcularibus, cujuscumque ordinis, conditionis sive status existant, in civitate diœcesis vel provinciæ Saltzburgensis degentibus, sub debito juramenti quod episcopo in receptione sacerdotii præstiterunt, sub interminatione divini judicii firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum, cujus cura per episcopum, vel loci archidiaconum, seu ejus vicarium, alii est concessa (excepta necessitatis causa, quæ legem non habet) ad confessionem recipere, aut ei aliquod ecclesiæ sacramentum porrigere præsumat, non petita desuper & obtenta licentia proprii sacerdotis; cum † minime incerti & indubitati juris existat, talem a tali crimine solvi non posse aliquatenus, vel ligari: & ex hoc ordinem ecclesiæ per majores & sanctos patres divina providentia institutum confundi & perturbari. Et hoc præsens statutum per universos plebanos singulis quatuor temporibus, & in præcipuis festivitatibus coram suis parochianis præcipimus publicari.

† In quodam MS. desideratur.

X X V I.

De jure patronatus.

Ad extirpandam illam detestabilem corruptelam quorumdam ecclesiarum patronorum, qui rectoribus earum defunctis, spoliant dotem & ecclesiam rebus mobilibus, & interdum immobilibus, in salutis propriæ dispendium & scandalum plurimorum, statuimus, ut sive clericus, sive laicus hoc facere præsumpserit, cujuscumque dignitatis, etiam pontificalis existat, sit a jure præsentandi ea vice suspensus . . . . ecclesiam conferrat: &, si ipse negligens fuerit, superior eam conferat ipsa vice: uterque autem sit excommunicatus ipso jure . . . . & arctius ab omnibus evitetur, donec cum debita satisfactione restituat sic ablata.

X X V I I.

De celebratione missarum.

Prædecessorum nostrorum ducti vestigiis statuimus, inhibentes hujus sacri approbatione concilii,

ANNO CHRISTI 1420.

[A] ut nullos sacerdotum novitiorum illa die, qua primam missam celebrare voluit, in exordio publicationis sanctissimi sui officii oblaturus Deo primitias gratiæ ac salutis sibi collatæ, aliquos ad convivium invitare, aut invitatos habere, aut procurare per se vel per alium ullo modo præsumat: sed ad solum Deum, cujus militiæ est adscriptus, dirigat aciem sui cordis, maxime die illa devotus, curis & solicitudinibus temporalium, quibus mentes hominum distrahuntur, exutus, remotis vanitatibus histrionum, qualibus tumultibus & insolentiis reproborum, qui etiam sæpe venire assolent non vocati.

XXVIII.

De baptismo.

[B] Baptismus cum summa reverentia celebretur, maxime in distinctione & prolatione verborum, in quibus sacramenti virtus existit; his scilicet verbis: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Doceant igitur sacerdotes tam mares quam feminas, in necessitate debere [illos] parvulos baptizare eadem forma in suo idiomate. Et, quod patres & matres proprios infantes, si summa necessitas exigat, poterunt baptizare. Et, si sacerdotes super hoc diligenter requirentes debitam formam in baptismo invenerint, quod factum est, approbent, suppleotes circa baptizatum, quoad [C] unctionem olei in pectore & in scapulis, & chrismatis in vertice, quod a laicis est omissum. Si autem in baptismate debitam formam non invenerint observatam, non differant parvulos baptizare.

Item statuimus, ut in cunctis ecclesiis baptismus, chrisma, oleum & eucharistia sub fideli custodia clavibus adhibitis asserventur, ne possit ad illa manus temeraria extendi. Pallæ quoque altaris, vasa, corporalia & vestimenta ministrorum munda & nitida conserventur. Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecent etiam in profanis.

XXIX.

De emunitate ecclesiarum.

[D] Quamquam dudum ecclesiarum advocati, ut ab indebitis vexationibus earum abstineant, & consuetis juribus sint contenti, saluberrimis monitionibus antiquorum conciliorum sint causati: quia, cum plerique domini temporales, & laici alii provinciæ Saltzburgensis, in ecclesiis, monasteriis, seu quibuslibet piis locis, in quibus jus advocationis prætendunt, suis juribus non contenti, inconsuetas & enormes novitates exercent, attentant in ecclesiæ libertatem non modicum detrimentum. Nos huic morbo occurrere cupientes, auctoritate bujus concilii statuimus, ne advocati [E] ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum piorum locorum quorumcumque dictæ nostræ provinciæ, quocumque etiam nomine censeantur, de cetero talia præsumant; nec ecclesias, monasteria, & alia pia loca, ultra consueta & debita onera ullatenus aggravent & infestent, quocumque quæsito colore. Alioquin ipsos, & eorum quemlibet, auctoritate bujus sacri concilii excommunicationis volumus sententiæ subjacere ipso facto; a qua, donec de bujusmodi indebite extortis ac illatis violentiis ecclesiis, monasteriis, atque locis aliis piis, competenter satisfecerint, nullatenus absolvantur.

ANNO CHRISTI 1420.

[A] Abusum quoque, seu consuetudinem quorumdam laicorum, imo potius corruptelam sacris canonibus & legibus inimicam, quam quidam judices & potestates sæculares ad instantiam se præcedentium habere * auctores contra prælatos ac clericos beneficiatos nostræ provinciæ, seu etiam contra tales ex officio procedentes, licet de facto, ipsos prælatos ac beneficiatos in bonis immobilibus spectantibus ad ecclesias, monasteria & beneficia eorumdem, quasi quodam citationis edicto publico solent ad judicium evocare, licet nulliter & de facto, allegantes, quod non contra clericos, sed ipsorum bona dumtaxat judicent & procedant: non attendentes, quod clerici & clericorum bona eodem gaudent privilegio, & nulla sit eis de rebus [B] & personis ecclesiarum attributa judicandi facultas. Nos hanc consuetudinem, sacro approbante concilio, penitus reprobantes, decernimus, præfatam consuetudinem fore iniquam, rationi & juri penitus inimicam: statuentes sub pœnis præmissis, quas contra facientes incurrere volumus ipso facto, ut nullus, cujuscumque status, conditionis aut ordinis existat, etiamsi pontificali aut ducali præfulgeat dignitate, præfatam reprobatam consuetudinem observet, aut observari faciat, nec ipsius prætextu personas ecclesiasticas prædictarum diœcesium in ipsorum bonis & possessionibus perturbare, inquietare aut judicare præsumat: decernentes irritum & inane, si secus contra præmissa a quo[C]quam fuerit attentatum, sententiasque latas licet de facto ac . . . . impossibiles, cum omnibus inde secutis nullius existere roboris vel momenti.

XXX.

De simonia.

Ut labes pravitatis simoniacæ in nostra provincia penitus extirpetur, nos, sacro approbante concilio, ordinamus, ut constitutio generalis concilii Constantiensis inferius descripta in singulis ecclesiis cathedralibus & aliis ecclesiis collegiatis per ordinarios aut eorum inferiores ter in anno publice intimetur; ut in pœnarum afflictione [D] nullus valeat crimen prædictum ignorantia excusare: adjicientes, ut ad locum ordinarii & executionem ipsius & aliorum jurium, pro extirpatione pravitatis præfatæ procedant contra quoslibet transgressores. Alioquin contra negligentes executionem hujusmodi, & simoniam active vel passive committentes, in futuris provincialibus conciliis acrius, auctore domino, procedemus. Tenor vero constitutionis Constantiensis sequitur in hunc modum.

Martinus, &c,

Multæ contra simoniacam pravitatem abolim factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non [E] potuit competenter extirpari. Nos volentes de cetero, ut possumus, attentius providere, sacro approbante concilio declaramus, quod ordinati simoniace ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes & quævis provisiones simoniacæ ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque deinceps factæ, nullæ sint ipso jure, nullumque per illos jus cuiquam acquiratur: nec promoti, confirmati aut provisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem, tamquam inique ablatorum, percipientes teneantur. Statuentes insuper, quod dantes & recipientes

ipso

ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si pontificali aut cardinalatus præfulgeant dignitate.

XXXI.

De sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti.

Item in quibusdam locis, ut accepimus, in tantum accrevit temeritas & præsumptio laicorum, quod si quando auctoritate ordinarii, seu delegati, in terram, villam aut castrum interdictum generale ponatur, iidem laici officium sacerdotum, imo quod ipsis sacerdotibus est prohibitum, usurpant, curantes, ut ecclesiasticam per hoc magis censuram eludant, apud loca taliter interdicta sepelire præsumunt in cœmeterio corpora defunctorum. Licet autem jam pridem contra præsumptores hujusmodi inter alia sit provisum, ut non resumantur divina, quam quæ tumulata sunt corpora, fuerint exhumata: quia tamen per illos, contra quos interdictum ponitur, antequam satisfaciant, frequenter in pactum deducitur, ut exhumationis pœna ab ordinario seu delegato ante omnia similiter remittatur: ne forte hujusmodi delinquentium temeritas hac actione impunita remaneat, & per hoc ceteris detur audacia similia præsumendi, sacri approbatione concilii statuimus & mandamus, ut quicumque amodo intra cœmeterium loci interdicti aliquod corpus, seu corpora defunctorum sepelire præsumpserint, aut qui talia præsumentibus opem vel operam quocumque modo adhibuerint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto: a qua non nisi per solum metropolitanum vel diœcesanum, aut cui super hoc suas vices specialiter commiserint, absolvantur. Metropolitanus vero, vel ejus diœcesanus, aut eorum in hac parte vicarii, nequaquam ad impendendum talibus absolutionis beneficium procedant, nisi prius sepultis taliter corporibus exhumatis, ecclesiæ & personis, quibus ex hoc injuria dignoscitur irrogata, satisfactum fuerit competenter: & nisi super facta exhumatione & satisfactione præstita, ordinarii, aut si copia ipsius haberi non valeat, officialium suorum literas absolutionis ipsis pro testimonio exhibeant & ostendant, ad communionem ecclesiæ nullatenus admittantur.

XXXII.

De hæreticis.

Cum nonnulli (quod dolenter referimus) Wiclefistarum & Hussitarum hæresibus & erroribus infecti, & de eisdem infamati & suspecti, terminos nostræ provinciæ, sub agni specie gerendo lupum, latenter intrantes, ausu temerario præsumunt prædicare, tenere & docere occulte & publice prædictorum errores & hæreses dudum ab universali ecclesia & generali Constantiensi concilio tamquam erroneos & hæreticos condemnatos: nos saluti gregis dominici nobis commissi, saluti animarum & huic morbo periculoso pervigili cura providere volentes, ne scintilla modica in principio succrescat in flammam, & fermentum modicum totam massam corrumpat, sacro approbante concilio, sub interminatione maledictionis æternæ, ac sub excommunicationis sententiis in singulares personas, & interdicti in loca, si communitates aut domini locorum in infra scriptis negligentes aut culpabiles fuerint, quas contra facientes ac negligentes incurrere volumus ipso facto; inhibemus, ut nulla * ecclesia mundanave persona nostræ provinciæ, cujuscumque status, conditionis aut ordinis existat, etiam si pontificali aut ducali præfulgeant dignitate, præfatis erroribus & hæresibus infectos, infamatos aut suspectos, in suis ecclesiis, monasteriis, parochiis, dominiis, terris, civitatibus, oppidis, villis, castris aut domibus ac locis aliis quibuscumque, ad prædicandum, docendum aut dogmatizandum publice vel occulte admittant, seu assumant, quovis quæsito colore: nullusque præfatorum eorumdem prædicationem audire, aut prædicationibus interesse præsumat quoquo modo. Ordinamus, ut omnes Christi fideles utriusque sexus memoratæ nostræ provinciæ, postquam audiverint, sciverint, aut eis constiterit, præfatis hæresibus & erroribus infectos, infamatos ac suspectos, in præfata nostra provincia morari, docere, dogmatizare errores prædictos, ipsos statim suis superioribus, quorum præsentiam commode adire poterunt, sine omni excusatione & negligentia, sub pœnis, ut superius exprimitur, denuntiare nullatenus omittant. Omnibus ducibus, comitibus, baronibus, capitaneis, burgraviis, castellanis, magistris civium, consulibus, judicibus & officialibus aliis quibuscumque distincte præcipimus & mandamus sub pœnis præmissis, ut ad requisitionem suffraganeorum nostrorum, eorumdem vicariorum, seu inquisitorum pravitatis hæreticæ, seu cujuscumque alterius prædictorum, taliter de hæresi infectos, infamatos aut suspectos incarcerare, captivare aut detinere debeant & teneantur. Et si tales se prætenderent in sacris ordinibus constitutos, nobisque ac nostris suffraganeis, archidiaconis, vicariis, & eorumdem officiis, ac hæreticæ pravitatis inquisitoribus deputatis, pro nunc autem in nostra provincia postea deputandis, tradant & assignent taliter denuntiatos & suspectos, ut pro extirpatione tam periculosi criminis libere procedant & procedi faciant juxta canonicas sanctiones. Receptatores quoque, fautores & defensores eorumdem, pœnis, ut præmittitur, volumus subjacere. Et quia tales infecti, infamati & suspecti de erroribus supradictis, ut plurimum per simulatam conversionem, ad unitatem ecclesiæ redeunt fraudulenter, sacro approbante concilio ordinamus, ut ultra pœnas talibus post conversionem ipsorum & errorum abjurationem a jure inflictas, per annum, postquam abjuraverint, carceribus mancipentur, nec relaxentur ab eisdem, donec de vera & sincera ipsorum conversione verisimiliter præsumatur. Adjicientes, ut omnes & singuli nostri suffraganei ad extirpationem tanti mali viriliter assurgentes, omnia & singula jura contra hæreticos ac de hæresi suspectos & infamatos, contra ipsorum receptatores, fautores & defensores, ac potestates sæculares, qui requisiti legitime, neglexerint sua dominia a pravitate hæretica extirpare, promulgata provide exequantur & observent, & a suis subditis faciant inviolabiliter observari, paterne, ut tenemur, in hoc ipsorum officium excitantes.

* f. ecclesiastica

XXXIII.

De Judæis.

Non ambigui juris est, Hebraicam gentem a fidelium crucifixi populo aliquo discretionis extrinsecæ signaculo debere esse separatam. Unde, sanctæ memoriæ Guido titulo sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, in hanc nostram provin-

ANNO CHRISTI 1420.

ciam a sacrosancta apostolica sede legatus, provide decrevit, statuendo, ut Iudæi in publicum se exhibentes, pileum deferre debeant cornutum: non portantes pœna pecuniaria præcipimus mulcta puniri. Nos autem volentes prædicti legati bonam intentionem, quantum in nobis est, effectui mancipare, omnibus sæcularibus potestatibus, cujuscumque conditionis & præeminentiæ existant, quocumque nomine censeantur, sive communitates, sive singulares reipublicæ præsidentes existant, sub excommunicaoonis sententia præcipimus, & districte injungimus, ut per se, vel per alios suos familiares, quemcumque Iudæum pileum talem io publico oon deferentem pecuniaria pœna, juxta eorum arbitrarum taxanda, quacumque condioone, provocatione vel excusatione frivola non obstante, protinus puniant.

Præcipimus etiam pro meliori hujus providi statuti executionis effectu, ut prædictæ potestates per se vel per alios possint & debeant Iudæum sic pileum cornutum oon portantem aliqua veste, vel alia re, publice & statim io itinere quo visus est, pignotari, ut sic eo citius pœnam exolvat antedictam. Et quoniam non tantum masculos Iudaicæ superstitioni inhærentes a Christiano populo convenit separari, sed etiam ejusdem superstitionis feminas atque virgines a catholicorum gente volumus esse segregatas. Vnde præcipimus sub eisdem pœnarum exactionibus, ut mulieres vel virgines dictæ superstitioni insudantes, cum se in publicum exhibeot Christianorum nostræ provinciæ, nolam sonantem in aliqua sui corporis deferant parte: alioquin ipsas per dictas potestates pœnis & modis præscripos in virtute sanctæ obedientiæ mandamus affligi.

XXXIV.

De prohibito & illicito vestitu mulierum.

Cum in partem solicitudinis & pastoralis officii ad hoc simus assumpti . . . . , uti gregem dominicom rite gubernemos, & in eo vitia exstirpemus, & virtutes inseramus, debemus non solum removere peccata, sed etiam cujuslibet mali & peccati speciem & imaginem, ac etiam scandalosum quodlibet & exempli continens perniciem, curabimus, quantom poterimus, provincia exulare. Vnde (quod dolenter referimus) multorum qoerelis sumus excitari, ac etiam in parte nostris propriis percipimus oculis, quod in nonnullis nostræ provinciæ partibus mulieres habitu induuntur satis inhonesto, utputa caudam ad modum aspidis, ac alias ornatum exquisitissimum, & supra modum sumptuosum habentes. Faciunt enim quædam mulieres suis peplis, crinibus, atque aliis capitis ornamentis, ac si ante & post facies habeant monstruose. Considerantes ideoque, quod ex his & consimilibus vanitatibus scandala, oblocutiones, detractiones, quæ in cordibus simplicium generantur, ac nihilo minus per hæc patrimonialia exhauriuntur, furta, rapinæ, & alia innumerosa peccata, & demum spectacula luxuriam provocantia in domibus, plateis & ecclesiis, aliisque locis damnabiliter provocant. Nos igitur volentes, sicut tenemur, his periculis occurrere, sacro approbante concilio, sub excommunicationis sententia, & obtestatione divini judicii, universos & singulos laicos nostræ provinciæ per viscera Iesu Christi obsecramus ac rogamus, & nihilo minus districte præcipiendo mandamus, ut uxores suas & filias, & alias mulieres in sua patria seu familiari potestate existentes faciant honeste incedere, prohibentes, ne nimiam in vestibus & aliis mulierum ornamentis superfluitatem habeant. Eisdem etiam mulieribus sub excommunicationis sententia præcipimus, ut in hoc maritorum suorum obtemperent mandatis. Quod si secus fecerint, nostris suffraganeis & aliis ecclesiasticis viris nostræ diœcesis & provinciæ curæ animarum præexistentibus præcipimus, rebelles mulieres communione privare, ac eas aliis ecclesiasticis supponere censuris. Vniversis etiam sæcularibus potestatibus sub ejusdem districtionis pœna iojungimus, ut ad corroborationem & executionem hujus necessarii statuti faciant statuta pœnalia, quibus hanc sanctionem faciant exactissime observari, &c. Deo gratias.

ANNO CHRISTI 1420.

IOANNES DEI GRATIA PRÆPOSITUS & archidiaconus ecclesiæ Saltzburgensis, universis & singulis dominis, abbatibus, præpositis, ceterisque prælatis, archidiaconis, parochialium ecclesiarum rectoribus, plebanis ac clericis quibuscumque per diœcesim Saltzburgensem constitutis.

* Apud D. Hund in metrop. et præpos. 20. archiepisc. 45.

QUAMVIS per sacrorum canonum & provincialium conciliorum statuta recte ac honeste vivendi norma adeo sit sufficienter comprehensa, qood si eorumdem negligeretur executio, quodammodo de cetero aliqua nova conderentur statuta: quia tamen eorumdem tam saluberrimorom statutorum nostris temporibus memoria quasi evanuit, cæcaque ipsa quodammodo offuscavit oblivio, tamquam prodita nunquam extitissent. Et quia juxta sapientis cujusdam dictum, nunquam nimium dicitur, qood nunquam satis dicitur. Subscriptæ ordinationes juris communis, ac provincialium statutorum innovationes & declarationes in episcopali synodo in civitate Saltzburgensi nuper celebrata, cui de mandato reverendissimi in Christo patris domini nostri Eberhardi sanctæ Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopi, apostolicæ sedis legati, & ex commissione ejus speciali præsedimus, alias emanarunt. Ad quorum humilem ac devotam observantiam, executionemque promptam & debitam, vos omnes & singulos in domino exhortamur, prout divinam ex hoc reportare remunerationem, præfatique reverendi domini nostri archiepiscopi pœnam & ultionem debitas & condignas volueritis evitare.

I.

Declaratio pœnæ statuti provincialis contra notorios concubinarios editi.

Contra crimen concubinatus clericorum plurimum scandalosum, & hinc merito detestandum, non aliter, nec melius, quam dudum io provinciali concilio statutum fuit, videmus posse provideri. Innotescimus tamen, & ad memoriam revocamus ejusdem concilii . . . . Omnes namque, qui a die publicationis statutorum provincialium, infra duos menses concubinas suas, quas ootorie tenuerunt, a se prorsus noo removerint, si beneficiati fuerint, sciant se suis beneficiis statim ipso facto, absqoe alia privationis sententia, auctoritate ejusdem concilii esse privatos; nec aliquid juris amplius competere, aut aliquem se titulum habere in eisdem: tenerique se idcirco ad restitutionem omnium fructuum & proventuum quos levaverunt, seu in futurum leva-

ANNO CHRISTI 1420.

levabunt ex eisdem. Possuntque eorum beneficia A per habentes potestatem liberè aliis conferri, vel a curia etiam impetrari. Qui vero beneficiati non fuerint, sciant se anctoritate ejusdem concilii ad habendum quæcumque ecclesiastica beneficia perpetuo inhabilitatos.

II.

Quod clerici non debent secum tenere mulieres juvenes & de incontinentia suspectas.

Et qnoniam juxta apostolum non solum a malo, sed etiam ab omni specie mali debemus abstinere, prohibemus, ne clerici in domibus suis habeant feminas juvenes, de quibus suspicio possit merito obo- B riri. Qui autem feminarum famulatu carere nequiverint, tales sibi assumant, quæ propter ætatem, morumque gravitatem, ant, si fieri potest, consanguinitatem, omnem merito suspicionem excludant.

III.

Quod clerici in domibus suis tabernas tenere, aut tabernas & laicorum convivia accedere non debeant.

Inhibemus insuper, prout etiam per sacros canones & provincialium conciliorum statuta prohibitum extat, ne clerici officium tabernariorum exercere præsumant, & ne in suis domibus taber- C nas teneant, aut vinum more tabernariorum vendant. Tabernas quoque & laicorum convivia (quod valde honestatem dedecet clericalem, ipsorumque clericorum vilescere facit auctoritatem) clerici omnino devitent, nisi necessitatis causa in itinere constituti.

IV.

Quod clerici venationi & ludo alearum & taxillorum insistere non debent.

Venationi quoque cum canibus, nec non aucupationibus cum falconibus, nisis, aut hujusmodi volucribus clerici omnino non insistant, nec canes D tales venaticos aut aves in domibus teneant, aut secum per viam ducant. Ad aleas etiam & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint, nec ludos tales in domibus suis exercere permittant.

V.

Quales presbyteros debeant sibi assumere plebani in adjutorium exercitii curæ animarum.

Omnibus insuper Saltzburgensis diœcesis plebanis prohibemus, ne in adjutorium exercitii curæ animarum, aut ad capellanatum assumant presbyteros lusores, potatores, ebriosos, aut laicorum convivia frequentantes, per quos multum plebs E scandalizatur fidelis. Nullum etiam sacerdotem alienigenam & penitus incognitum, sine ordinationis literas, seu formatas omni suspicione carentes non habentem; * & vero literas commendatitias proprii episcopi, aut fide digno testimonio, seu longi temporis conversatione de vita & moribus ipsius fuerit informatus; assumere præsumant.

VI.

Quod plebani inducere debent sibi subditos presbyteros ad observantiam statutorum provincialium & synodalium ordinationum, & ad deferendum habitus honestos & clericales, a laicorum habitu discrepantes.

ANNO CHRISTI 14[illegible]0.

Studeant quoque plebani suorum domesticorum, præsertim clericorum sibi subjectorum, diligentem curam gerere, ipsos ad observantiam constitutionum provincialium, & hujus sanctæ synodi ordinationum, morum honestatem, clericalisque habitus decentiam respicientium, inducendo; nec patiantur eos deferre habitus a sacris canonibus vel provincialibus conciliis interdictos: sed faciant ipsos deferre vestes in colore & scissura honestatem clericalem decentes; nimia longitudine vel brevitate non notandas, circa pectus & scapulas, ut moris est laicis, non strictas, & corpori bene adjacentes; sed B bene amplas, & aliquantum plicatas, manicas decentes, usque ad contactum manus protensas, infra vero brachium deorsum ultra unius palmæ longitudinem minime dependentes, cum goleriis licitis saltem unius pollicis collo adjacentibus: scissuras, seu aperturas a latere omnino non habentes, nec retro: ab anteriori tamen parte, propter majorem ambulandi commoditatem, ad altitudinem unius palmæ cum media, vestes non prohibemus aperiri. Vestes etiam ad equitandum deputatas, prout commoditas postulaverit, ante & retro poterunt, honeste tamen, aperire. In scissuris hujusmodi, in goleriis, seu aliis vestium extremitatibus foderaturas expositas, & notabiliter præeminentes C non habentibus.

Abusum quoque istum clericorum, quo se sæcularibus hominibus conformantes pallia deferunt, nudis joppulis manicas strictas, ut nunc moris est, multipliciter plicatas, seu * rigatas, aut alias laicales habentibus, nulla veste manicata coopertis, cum expositis brachiis, nequaquam tolerent. Aliasque tam decenter & honeste clericos sibi subditos incedere faciant, ut per decentiam habitus extrinsecam morum valeant ostendere honestatem. Hanc autem habitus honestatem exhortamur præcipue ipsos plebanos, sicut & ceteros clericos, observare, quatenus in omnibus suis subditis se normam & exemplum præbeant.

* rugatas

VII.

Quod sacramenta ecclesiastica, & alia spiritualia, libere, sine conventione & pactione precedente, debent ministrari.

Volumusqnoque & pręcipimus singulis Saltzburgensis diœcesis presbyteris, quatenus circa sacramentorum administrationem omnem observent puritatem, libere, sine pactione aut conventione prævia, ecclesiastica sacramenta, & alia spiritualia administrando. Expost vero antiquas & laudabiles ecclesiarum consuetudines pia fidelium devotione, per ministrorum sustentationem introductas non E intendimus prohibere, ad quas etiam observandas superioris officii laici ecclesiastica possunt censura compelli.

VIII.

Quod non sunt tolerandi pro aliquo quæstu publice delinquentes, & quod potestate absolvendi in casibus reservatis sacerdotes abuti non debent.

Districte quoque prohibemus, ne quis sacerdotum adulteros, concubinarios, seu fornicarios, aut alios quoscumque publice delinquentes, gratia vel favore, aut pro aliquo temporali emutat. Nec obtentam a superiori in casibus reservatis ad certum

 perso-

ANNO CHRISTI 1420.

personarum numerum licentiam, eam venalem exponant, non nisi ad solvendum aliquid ex pacto, eadem licentia utendo; sed gratis & libere, prout expediens fuerit, ad omnes, sine personarum acceptione, hujusmodi sibi concessa utantur potestate. A

IX.

Quod pro sepeliendis præventis nil est extorquendum.

Pro sepultura quoque præventorum presbyteri nil extorquere præsumant.

X.

Qualiter adulteri & concubinarii publici sint admonendi, & ab ingressu ecclesiæ excludendi.

Ad extirpandum quoque adulterii & concubinatus publica crimina, quæ in diœcesi Saltzburgensi plurimum sunt frequentata, hunc volumus & præcipimus ordinem per singulas Saltzburgensis diœcesis parochias observari, videlicet, ut infra duorum mensium spatium in qualibet ecclesia parochiali aliquo die Dominico vel festivo, quando major adfuerit populi multitudo, publice in ambone admoneantur & requirantur in generali omnes & singuli utriusque sexus homines præfatis criminibus publice implicati, quatenus ab hujusmodi adulterio & concubinatu penitus & omnino desistant. Si qui vero generali sperta admonitione se non correxerint, sequenti Dominica in specie & nominatim, ut se emendent, ... sic illi, quorum domus inhabitant, quatenus eos ultra non hospitent, admoneantur & requirantur. Quod si nec taliter moniti se correxerint, sequenti Dominica eosdem, ac illos qui eos hospitare præsumpserint, ab ingressu ecclesiæ publice excludant, coram quibus expost presbyteri nullatenus divina celebrare præsumant. Idem quoque de conjugibus utriusque sexus, qui remote sibi mutuo cohabitare recusant & nolunt, & de hospitantibus eosdem, etiam si non sit notorium eos alibi adulterari, volumus per omnia observari. C D

Hunc quoque ordinem perpetuis temporibus in posterum præcipimus observari: ita quod generalis ista monitio in Dominica prima quadragesimæ publice proponatur, speciali continenter admonitione & exclusione sequentibus duabus Dominicis, prout supra dispositum, continuatis.

XI.

Qualiter se debeant habere plebani ad eos, quos ad auctoritatem superiorem remittunt.

Quotiens vero ad superioris auctoritatem aliquos remitti contigerit, plebanus eosdem reversos, nisi literas testimoniales superioris ostenderint, pro absolutis nequaquam teneant, nec sacramenta eis ecclesiastica, nisi pœnitentia, aut saltem pœnitentiæ parte peracta, administrent: quod præsertim circa adulteros & alios criminosos notorios volumus exactissime observari. Et ut fraudibus via præcludatur, hujusmodi notorios & manifestos criminosos ad auctoritatem superioris literis suis clausis, causæ & facti narrationem plene continentibus, transmittant: eosdemque reversos, non ad simplices remissionis schedulas, sed ad literas superioris intentionem continentes *, ad ecclesiastica remittant sacramenta. E

* *forte dicitur ex specificando.*

XII.

Quod matrimonia clandestine non sint contrahenda: & quod secus ant contrarium facientes ad episcopalem auctoritatem sint remittendi.

Et quoniam ex clandestinis matrimoniorum contractibus plurima sæpe insurgunt pericula animarum, quibus occurrere cupientes, quod super hoc a jure provide statutum exstitit, præcipimus observari: ut videlicet, cum matrimonia fuerint contrahenda, prius per presbyteros publice in ecclesia proponantur, bono competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat: & ipsi etiam presbyteri infra illum nihilominus investigent, an aliquod impedimentum obsistat, solicitate. Cum apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expresse, donec, quid fieri debeat, manifestis constiterit documentis. Qui vero aliter contrahere præsumpserint, ad episcopalem auctoritatem puniendi secundum juris dispositionem remittantur. B

XIII.

Quod matrimonia in ecclesiis & mediante presbytero contrahi debent: & quod non post, sed ante carnalem copulam nuptiarum solennia matrimonia sint benedicenda.

In contrahendis quoque matrimoniis hanc volumus honestatem pro reverentia sacramenti observari, ut videlicet non nisi per presbyteros, &, si commode fieri potest, in ecclesia, aliquando in alio loco honesto, sine strepitu, cum honestate debita fiant matrimoniorum copulationes. Matrimonia quoque quæ benedicenda fuerint, non post, ut moris exstitit, sed ante ipsorum carnalem consummationem, ac solennitatis nuptiarum celebrationem, pro benedictionis ipsius reverentia benedicantur.

XIV.

Quod patrini baptismales non multiplicentur.

Et quia ex cognatione spirituali, sicut etiam ex carnali, impedimentum oritur matrimonii, impediens contrahendum, & dirimens etiam contractum. Unde, ne nimium inter homines ejusdem parochiæ hujusmodi multiplicentur attinentia, mandamus, quatenus presbyteri patentes baptizandorum puerorum inducere studeant, ut uno tantum viro, vel una muliere, prout canones disponunt, sint contenti. Ad quod si forte facile induci non possunt, saltem ultra duos, unum scilicet virum, vel unam mulierem, nequaquam admittant.

XV.

Quod presbyteri informare debent populum, qualis & quam lata spiritualis cognatio in baptismo & confirmationis sacramento oritur.

Injungimus insuper omnibus plebanis, quatenus populum sibi commissum publice in ambone informare studeant, quod, sicut inter quemlibet levantem aliquem de sacro fonte, & ipsum levatum, sic & inter omnes filios & filias, levantem & ipsum levatum, & inter conjugem levantis carnaliter prius cognitum seu cognitam, & ipsum levatum, nec non inter parentes levati & ipsum levantem, & ejus conjugem, carnaliter prius cognitum vel cognitam, cognatio oritur spiritualis impediens matrimonium

ANNO CHRISTI 1420.

monium contrahendum, & dirimens jam contra- A ctum. Et ea quæ de levante suot dicta, etiam de baptizante modis expressis declarent esse intelligenda.

In confirmationis qnoque sacramento ratione prius confirmantis, & ad coofirmationem aliquam tenentis, non autem ratione ligaturam aut fasciam solummodo fronti alligantis, seu chrisma dumtaxat abluentis, eisdem modis ut in baptismate, hujusmodi propinquitatem provenire populo denuntient & declarent.

XVI.

Forma juramenti, quam præstare debent testes synodales in manibus suorum archidiaconorum. B

Jurabunt testes synodales, vel saltem fidem loco juramenti præbunt in hac forma. Primo, quod per totum annum usque ad synodum proximam diligenter inquirent, simpliciter tamen de plano & absque ulla jurisdictione, quæ correctionis & reformationis tam in clero quam in populo sint necessaria, & quod illa fideliter referent in concilio provinciali & synodo episcopali proxime celebrandis, postqnam fuerint requisiti, usurarios, adulteros, concubinarios notorios seu manifestos, & qnoscumque manifeste & publice delinquentes, tam in clero quam in populo, quos debita adhæc adhibita diligentia perquisiverint, deferre & denuntiare, quando super hoc reqnisiti fuerint, denuntiare non omittent. C

XVII.

*Statuto summarum & ordinate sub certis titulis collocata, populo * collocanda.*

* f. communicanda.

Quoniam multa statuta provincialia tam antiqua, quam etiam promulgata, nec non & quæ synodales ordinationes laicos concernunt, quorum * quæ etiam satis dignoscuntur esse pœnalia. Unde, ne ipsos ignorantes contingat detrimentum incurrere, quod dignum est eos postmodum * vetitos sustinere, idcirco statuimus & ordinamus, quatenus singuli Saltzburgensis diœcesis plebani eadem statuta laicos respicientia, prout inferius summatim subjectis rubricis & titulis ordinate continentur, quam citius poterunt, eorum habita copia, aliquo die Dominico vel festivo, & deinceps singulis annis bis: semel scilicet in Dominica prima adventus domini, & semel in Dominica prima quadragesimæ plebi sibi commissæ publice in ambone vulgari lingua clare & intelligibiliter intiment, publicent & exponant, ad observantiam eorumdem, prout unumquemque concernunt, dignoscitur, eamdem plebem fideliter exhortando. D

* mſ. habet fetitos, haud dubie mendosim.

XVIII.

De usurariis & eorum pœnis, ex statutis domini Guidonis tituli sancti Laurentii presbyteri cardinalis, apostolicæ sedis legati, quod incipit: Item deletentes. E

Excommunicati sunt ipso facto usuras exercentes, qui sic excommunicati, ter in anno, videlicet in cœna domini, in assumptione gloriosæ virginis Mariæ, in nativitate domini, per plebanos & majores suos debent denontiari, aliis pœnis contra usurarios editis nihilo minus salvis.

XIX.

ANNO CHRISTI 1420.

De eodem ex statuto domini Joannis episcopi Tusculani apostolicæ sedis legati, quod incipit: Usurarios actus.

Usurarii dicuntur etiam, qui sub titulo emptionis usuras exercent, emendo scilicet pignus pro quantitate quæ mutuo petitur, & revendendo eidem redemptionis tempore pro quantitate eadem adaucto numero usurarum. Et hæc constitutio una cum constitutione Gregorii X. in generali concilio edita publicari debet singulis annis in quadragesima, lecto euangelio in singulis ecclesiis cathedralibus & collegiatis. Et nuoc etiam usuras exercentes contra dicti concilii tenorem, ac illi qui eos retinent in domibus propriis, nominatim & in specie excommunicari debent denuntiari. Et usurarium, etiam occultum, dum tamen duorum vel trium fide dignorum testium ipsum constiterit usuras exercuisse, nec pro eo satisfactum fuerit, nullus recipere debet ad ecclesiasticam sepulturam. Alioquin ecclesiastici, in cujus cœmeterio de consensu prælati sive capituli tale corpus sepultum fuerit, exhumatum ecclesiastico subjacet interdicto.

XX.

Intentio concilii generalis, de quo supra fit mentio, quod habetur in cap. usurarum, de usuris libro sexto, in effectu est talis, ut sequitur.

Constitutio Lateranensis concilii contra usurarios edita debet inviolabiliter observari; scilicet, quod manifesti usurarii ad communionem altaris & ecclesiasticam sepulturam, & oblationem faciendam, admitti non debent. Et qui eorum oblationes receperint, aut ad ecclesiasticam eos sepulturam admiserint, compelli debent reddere quod acceperint, & ad arbitrium episcopi ab officio suspendi. Item secundo præcipitur dominis terrarum & universalibus, seu communitatibus, ne permittant alienigenas in terris & locis suis conducere domos, & jam conductas retinere ad exercendum usuras. Contrarium facientes, si sunt episcopi, aut eorum superiores, suspensionem; alii vero inferiores, excommunicationis; communitates autem interdicti sententias & pœnas incurrunt ipso facto: quas suspensionis & excommunicationis pœnas, si episcopi, & eorum superiores, aut singulares personæ per mensem sustinuerint animo indurato; eorum terræ, quamdiu hujusmodi usurarii in ipsis permanserint, ecclesiastico subjacent interdicto: & nihilo minus laici ab hujusmodi excessu per suos debent ordinarios compesci.

XXI.

Ex eodem concilio generali, quod habetur de usurariis in cap. Quamquam, libro sexto.

Manifesto usurario, licet mandaverit usuras restitui, ecclesiastica sepultura denegari debet, nisi primo, prout facultates patiuntur, satisfaciat, vel de restituendo idonee caveat illis quibus restitutio facienda, si præsentes fuerint: vel, ipsis absentibus, loci ordinario, aut ejus vices gerenti, sive rectori parochialis ecclesiæ in qua habitat, coram fide dignis de parochia, in cautione hujusmodi exprimendo quantitatem usurarum receptarum, si hujusmodi fuerit qnantitas manifesta: alioquin, aliam quantitatem ipsius recipientis arbitrio moderandam; qui, si scienter minorem quam visibiliter creditur, mode-

ANNO CHRISTI 1420.

moderetur, tenebitur ad residui satisfactionem. Et A eos contra hanc constitutionem sepeliendo, Lateranensis concilii pœnam incurrunt. Testamenta quoque talium usurariorum alias facta non tenentur: nec debet aliquis interesse, nec eos absolvere, aut etiam admittere ad confessionem.

XXII.

*De constitutione concilii * Viennensis, qua habetur in Clementina [contra eos] de sepulturis.*

* f. Vunnensis,

Sepelientes scienter usurarios manifestos, etiamsi exempti fuerint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant: a qua, nisi satisfactio prius competenter eis quibus ex hoc injuria est irrogata, facta fuerit, nullatenus absolvi debent.

XXIII.

Ex statuto domini Pilgrini Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Apud multos.

Usurarii, postquam a suis rectoribus trina monitione fuerint nominatim moniti, si infra mensem non destiterint, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt. Et ecclesiarum rectores & prælati teneantur suos subditos manifestos usurarios monere & inducere, ut infra mensem ab hujusmodi pravitate desistant, & de perceptis satisfaciant cum effectu. Quod si non fecerint, eos excommunicatos denuntient, certificantes nihilo minus eos, quod si in hoc peccato decesserint, ecclesiastica sepultura carebunt. Quos si rectores scienter sepeliverint, similiter ipso facto excommunicationis sententia sunt ligati. Et manifesti usurarii dicuntur, de quibus est publica vox & fama, & certa sunt indicia & argumenta, quod pecunias mutuant ad usuras, easque recipiunt, vel fructus rei pignoratæ ex pacto, vel alias sibi imbursant, nec computant in sortem pecuniæ mutuatæ.

XXIV.

De spoliatoribus & raptoribus stratarum, ex statuto domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Spoliatores stratarum.

Excommunicati sunt ipso facto spoliatores stratarum, & raptores transeuntium per vias, & eisdem dantes auxilium vel favorem.

XXV.

De his qui scienter emunt prædam, ex statutis domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi.

Nullus prædam aliquam scienter emere vel tenere præsumat: alioqui nisi infra mensem prædam ipsam, aut ejus æstimationem, si deprædata & ablata haberi non possit, restituat, excommunicationis sententia percellatur.

XXVI.

Qualiter decimæ sunt persolvendæ, & qualiter puniri debeant laici decimas usurpantes, ex statuto domini Guidonis cardinalis, apostolicæ sedis legati.

Decimę tam antiquæ, quam etiam de novalibus majores & minutæ, juxta laudabilem consuetudinem patriæ integraliter sunt persolvendæ. Et laici decimas, maxime novalium & minutas sibi usurpantes, ab ingressu ecclesiæ usque ad satisfactionem condignam sunt suspensi.

XXVII.

ANNO CHRISTI 1420.

De his qui imponunt aut exigunt nova passagia, vel antiqua augmentant, ex statuto domini Ioannis Tusculani episcopi, quod incipit: Imponentes.

Nova passagia imponentes & exigentes, vel antiqua augmentantes, singulis annis summus pontifex in cœna domini denuntiat excommunicationi subjacere: quos etiam, sive fuerint ecclesiasticæ, sive sæculares personæ, quocumque nomine censeantur, locorum ordinarii per se vel suos vicarios omni anno in eadem die cœnæ domini, pulsatis campanis B & accensis candelis, excommunicatos & ab omnibus evitandos usque ad restitutionem integram debent denuntiare.

XXVIII.

Quod etiam in lecto ægritudinis potest quis testari contraria consuetudine non obstante, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Ad hac.

Non obstante consuetudine, quæ potius est corruptela, ubi jura testamentorum * sanctionem non * factionem prohibent, quilibet, etiam in lecto ægritudinis constitutus, legare, disponere & ordinare potest de bonis sibi collatis a Deo piis locis, aut aliis. Et impedimentum præstantes per prælatos compesci debent C ecclesiastica censura.

XXIX.

De his qui tempore interdicti sepeliunt corpora defunctorum, aut sepelientibus opem præstant, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Item in quibusdam.

Excommunicati sunt laici sepelientes intra cœmeteria locorum interdictorum corpora defunctorum, aut qui sepelientibus opem vel operam præstant: a qua non absolvantur, nec per ordinarium loci, vel per eum cui super hoc specialiter commiserit suas vices. Hujusmodi tamen absolutio non est D impendenda, nisi prius exhumentur sic tumulata, & satisfactum fuerit ecclesiæ & personis, quibus exinde injuria dignoscitur irrogata. Nec etiam tales ad communionem ecclesiæ admittantur, nisi habeant super exhumatione & absolutione prædicta literas ordinarii vel sui officialis.

XXX.

Quod mulieres per exclusionem a communione prohibendæ sunt ab illicito vestitu, ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Cum in partem.

E Mandatur sub pœna excommunicationis omnibus laicis, & sub obtestatione divini judicii, ut uxores suas & filias & alias mulieres, in præsentia vel familiari potestate constitutas, faciant honeste incedere: prohibeantque, ne nimiam in vestibus longitudinem, & [ab] aliis mulierum ornamentis exquisitam superfluitatem habeant. Quibus etiam mandatur sub pœna excommunicationis, ut in his pareant maritis suis: alias eucharistiæ communione priventur, & per censuram ecclesiasticam arceantur. Et in fine mandatur sæcularibus potestatibus sub pœna præfata, ut ad corroborationem hujusmodi statuti faciant hanc constitutionem exacte observari.

XXXI.

ANNO CHRISTI 1418.

XXXI.

De his qui occidunt, verberant, aut qualitercumque manus violentas in clericos injiciunt, aut eos captivant, seu captivatos tenent. Ex statuto domini Guidonis cardinalis apostolicae sedis legati, quod incipit: Item cum in plerisque.

Occidens, verberans, aut qualitercumque manus violentas in clericos injiciens, seu eos capiens, singulis annis in synodis episcopalibus excommunicati denuntiari debent, & nominatim illi, de quibus constiterit manifeste.

XXXII.

De eodem, ex statuto ejusdem domini Guidonis, quod incipit: Quodcumque vero.

Vulnerans enormiter ecclesiasticam personam, occidens vel captivans, non nisi per sedem apostolicam debet absolvi. Et si quid tenebat ab ecclesia, illud ipso facto perdit, quod in utilitatem ecclesiae debet converti. Et generaliter in dioecesi, in qua aliquem canonicum cathedralis ecclesiae, vel in dignitate ecclesiastica constitutum capi contigerit, aut captivum detineri, usque ad liberationem ipsius, & debitae satisfactionis exhibitionem. Similiter & in parochia, in qua res clericis violenter ablatas detineri contigerit, usque ad satisfactionem & restitutionem congruam cessari debet a divinis.

XXXIII.

De eodem, ex statuto domini Friderici Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Statutum:

Captivato domino archiepiscopo Saltzburgensi, aut aliquo ipsius suffraganeo, seu invasa ecclesia Saltzburgensi, aut quacumque alia ecclesia cathedrali provinciae Saltzburgensis, hostiliter & injuriose, ut de subversione status ejus verisimiliter timeatur, statim, postquam hoc innotuerit, per totam provinciam Saltzburgensem cessari debet a divinis. In terris tamen principum cessari non praecipitur, nisi ab offensis hujusmodi cessare, & emendam praestare infra mensem admoniti contempserint.

XXXIV.

De eodem, ex statuto ejusdem Friderici, quod incipit: Item cum hi.

Qui violentas manus in clericos injiciunt, debent in parochia, in qua delictum commissum fuerit, aut in qua injiciens domicilium habuerit, per rectores ecclesiarum singulis Dominicis & festivis diebus excommunicati denuntiari: & qui tales violentos injectores scienter ad divina vel ecclesiasticam sepulturam receperint, sunt ab officio suspensi. Qui vero in praedicta denuntiatione, postquam sibi per ordinarium fuerit specialiter demandata, negligens fuerit aut remissus, per viginti dies ab ingressu ecclesiae & ab officio est ipso facto suspensus.

XXXV.

De eodem, ex statuto domini Joannis Tusculani episcopi, apostolicae sedis legati, quod incipit: Eos qui.

Captivantes, seu captivos detinentes clericos & personas ecclesiasticas, si infra octo dies, postquam requisiti fuerint, eos non relaxaverint, omnibus Do-

A minicis & festivis diebus per praelatos & rectores ecclesiarum, in quarum limitibus hujusmodi captivatores aut detinentes commorantur, & personae hujusmodi ecclesiasticae fuerint captivatae, aut in quibus captivae detinentur, excommunicati publice denuntientur. Et nihilo minus, ubi hujusmodi ecclesiasticae personae captae detinentur, quamdiu taliter detinentur, clerici hoc scientes cessare debent a divinis: contrarium facientes excommunicati sunt ipso facto.

ANNO CHRISTI 1418.

XXXVI.

De his qui verberant vel capiunt nuntios legatorum apostolicae sedis, archiepiscoporum, delegatorum judicum & aliorum: aut eos qui de curiis eorum veniunt, aut eos occidunt: ex statuto domini Joannis Tusculani, quod incipit: Si qui in tant.

B Capientes, verberantes nuntios legatorum apostolicae sedis de latere missorum, seu archiepiscoporum, aut episcoporum, vel delegatorum; & eisdem literas auferentes, vel dilaniantes, seu ipsos in jurisdictionem, [aut] eis commissa quomodolibet, manifeste vel occulte impedientes: similiter & illi qui ad curiam eorum legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, vel delegatorum venientes, aut abinde recedentes offendunt in personis, aut bonis quae secum habent, spoliant, excommunicati sunt ipso facto. C

XXXVII.

De eodem, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Praeterea.

Reus verberans, spolians & captivans nuntium judicis, literas judiciales deferentem, pro convicto debet haberi: & idem in actore in causa reconventionis.

XXXVIII.

De his qui bona decedentium clericorum occupare praesumunt, ex statuto domini Guidonis cardinalis apostolicae sedis legati, quod incipit: Item ad aures. D

Patroni ecclesiarum tam clerici quam laici, advocati, judices & praecones bona decedentium clericorum occupantes & usurpantes, excommunicationis vinculo, quousque ablata restituant, debent innodari.

XXXIX.

De eodem, ex statuto domini Friderici Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Item statutum. & statuto domini Joannis Tusculani apostolicae sedis legati, quod incipit: Nonnulli.

Raptores, invasores & occupatores bonorum clericorum detinentium, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt. Et in locis, ubi talia E bona violenter ablata conservantur, tamdiu cessari debet a divinis, postquam hoc rectoribus ecclesiarum innotuerit, donec ablata hujusmodi successori defuncti reddantur, in pristino loco reponantur, ac alia satisfactio competens subsequatur.

XL.

De eodem, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Ad extirpandum.

Ecclesiarum patroni, sive clerici aut laici, qui rectore ecclesiae mortuo, dotem & ecclesiam rebus mobilibus seu immobilibus spoliant, cujuscumque

Y dign-

ANNO CHRISTI 1420.

dignitatis fuerint, sunt a jure putandi illa vice suspensi, & collatio ad immediatum superiorem devolvitur. Insuper etiam ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

XLI.

De his qui imponunt tallias & exactiones ecclesiasticis personis. Ex statuto domini Pilgrini archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Cum ecclesia.

Imponentes clericis & ecclesiasticis personis, & recipientes ab eisdem exactiones, tallias & collectas; si infra mensem, postquam per ecclesiarum prælatos moniti fuerint, non destiterint, vel de damnis illatis competenter non satisfecerint; excommunicati sunt ipso facto, & terræ ipsorum ecclesiastico subjacent interdicto.

XLII.

De his qui ecclesiasticas personas compellunt solvere pedagia vel guidagia de rebus suis. Ex statuto ejusdem domino Pilgrini, quod incipit: Constitutionem: & in cap. de censibus, lib. 6.

Bonifacius VIII. statuit, quod si universitas seu communitas, vel singularis quæcumque persona, cujuscumque dignitatis fuerit, per se vel per alium, suo vel alieno nomine ecclesias vel ecclesiasticas personas compulerit solvere pædagia vel quidagia, seu exactiones pro rebus suis, quas causa negotiationis non deferunt, universitas talis est interdicta, & personæ singulares excommunicatæ. Nec valet contraria consuetudo. Et hæc constitutio per prælatos, archidiaconos & plebanos debet solenniter publicari.

XLIII.

De his qui occupant, invadunt aut usurpant sibi ecclesiastica bona. Ex statuto domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Dignum ......

Sæcolares ecclesiasticæve personæ, qnacomque dignitate præfulgeant, (Romanorum dumtaxat rege & ejus conjuge & filiis exceptis) * ecclesias & ecclesiastica bona, jura & jurisdictiones, seu ecclesiarum vassallos publice occupare aut invadere, vel scienter usurpare, seu occupatoribus, invasoribus, aut usurpatoribus hujusmodi potestatem qoomodolibet, auxilium vel favorem * præsumpserint: nec non qui bona ecclesiarum titulo pignorum detinent obligata, a quibus receperint ultra sortem: nisi requisiti infra mensem satisfecerint, ipso facto excommunicati, & terræ ipsorum ecclesiastico subjacent interdicto; quod clerici terræ offensorum ad solam denuntiationem prælati offensi observare tenentur: alioquin ante satisfactionem coram celebrante a divinis sunt ipso facto suspensi.

* *f. quæ eccl.*

* *f. d. præstare.*

XLIV.

De eodem, ex statuto ejusdem domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Nullus de cetero.

Qui prætextu guerrarum, quas habent cum advocatis ecclesiarum, earumdem ecclesiarum bona subtripuerint, aut ecclesias ipsas, aut earum villas & incendio vel hostilitate devastant, aut homines earum suis bonis spoliant, excommunicati sunt ipso facto; nec possunt, nisi sufficienter emendaverint, absolvi.

XLV.

De eodem, ex statuto ejusdem domini Ioannis, quod incipit: Prohibemus.

Qui propter debitum aut fidejussoriam obligationem alicujus personæ singularis, bona ecclesiastica ad ipsam ecclesiam & capitulum communiter pertinentia ceperit, seu spoliaverit, nisi requisitus infra quindecim dies a die requisitionis numerandos restituerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrit.

XLVI.

De his qui ad vacantes ecclesias mittunt armatos, & faciunt ibi expensas. Ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Ad ......

Prælati principes, & alii nobiles atque officiales eorumdem, qui ad vacantes prælaturas, beneficia sive officia, mittunt gentes armorum, & inibi expensas faciunt graves, aut compellentes eligere per abusum potestatis sæcularis, aut potenrię inordinatę; seu qui electum & confirmatum non admittunt ad possessionem, nisi pro certa pecuniæ quantitate; nisi infra mensem emendaverint quod fecerint, excommunicati sunt ipso facto: a qua sententia non absolvantur, donec satisfaciant, & extorta restituant: in quibus etiam non prodest eis remissio.

XLVII.

De laicis recipientibus & occupantibus ecclesiastica beneficia. Ex statuto domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Laicos.

Laici recipientes & occupantes ecclesiastica beneficia, nisi infra mensem a tempore occupationis computando, ipsa dimiserint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

XLVIII.

De advocatis ecclesiarum, qui ultra iura eis debita ecclesiastica, gravant ecclesias. Ex statuto ejusdem domini Ioannis, quod incipit: Nonnulli.

Mortuo ecclesiæ advocato, non omnes ejus filii, sed ille solus in quem omnes, vel major pars ipsorum consentit, habeatur pro patrono. Et advocati ecclesiarum, qui defendendo & manutenendo personas & bona ecclesiarum, quarum sunt advocati, negligentes fuerint aut remissi, hujusmodi advocationis officio privati sunt ipso facto. Qui vero ab hujusmodi ecclesiis ultra debitum aliquid auferre præsumpserint, nisi infra mensem ablata restituerint, singulis mensibus debent excommunicati denuntiari.

XLIX.

De eodem, ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Quamquam.

Excommunicati sunt laici advocati ecclesiarum, qui suis juribus non contenti, inconsuetas & enormes novitates in ipsas ecclesias exercent & attentant, & ultra debita onera aggravare non formidant.

L.

ANNO CHRISTI 1420.

A

L.

De patronis ecclesiarum, qui post tempus a jure præfixum occupant ecclesias, aut impediunt superiores in collatione. Ex statuto domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Ecclesiarum.

Patroni ecclesiarum ad ecclesias vacantes præsentare debent personas idoneas infra tempus a jure statutum. Qui vero post lapsum ejusdem temporis per mensem ecclesias ipsas retinere & occupare præsumpserint, ipso facto sunt excommunicati, & ea vice præsentatione hujusmodi ecclesiarum privati; quas superiores infra tempus eis a jure præfixum conferre tenentur: alioquin a collatione beneficiorum sunt ipso facto suspensi. Laici vero impedientes ordinarium providere volentem, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

B

LI.

Ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Quoniam. De patronis qui partem advocationis, cum præsentant, sibi retinent ex pacto.

Laici patroni ex pacto sibi retinentes partem decimarum, vel aliarum obventionum ecclesiasticarum in beneficiis, cum præsentant clericos ad ea, excommunicari debent, & terra eorum ecclesiastico interdicto supponi, donec ecclesiam liberam dimittant sub suo jure: salvo tamen eis jure patronatus. Clerici autem taliter ab ipsis recipientes beneficia, officio & beneficio priventur; nec ad beneficium vel actus ecclesiasticos admittantur, nisi per sedem apostolicam cum eis fuerit dispensatum. Episcopi vero & archidiaconi, qui talibus scienter curam commiserint animarum, sub institutione hujusmodi beneficiorum & collatione perpetuo sint suspensi.

C

LII.

De eodem, ex statuto ejusdem domini Eberhardi archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Beneficia.

Clerici qui præsentantur ad ecclesias per patronos cum assignatione alicujus portionis, ut residuum usibus patronorum applicetur, si de hoc non deferunt querelam ad episcopum suum, sunt ipso jure suspensi, & per episcopum hujusmodi beneficiis spoliandi. Patroni vero per episcopum, cum hoc ad ipsum deductum fuerit, ab hujusmodi exactione compescantur. Et si in hoc pertinaces reperti fuerint, ad præsentationem hujusmodi ecclesiarum, cum proxime vacaverint, nullatenus admittantur.

D

LIII.

De laicis qui sine consensu prælatorum bona fabricæ ecclesiarum deputata administrant. Ex statuto domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Laicos.

Laici sine assensu prælatorum & capitulorum bona fabricæ ecclesiæ deputata administrare non possunt. Et qui contrarium fecerint, si infra mensem, postquam per ordinarium loci moniti fuerint, non desistunt, excommunicati sunt ipso facto.

E

LIV.

De his qui ecclesias & earum ædificia violenter & sine prælatorum assensu incastellare præsumunt, aut gentes ibi tenere. Ex statuto ejusdem domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Nonnullos.

Qui ecclesias, campanilia, seu alia ecclesiarum ædificia violenter & sine prælatorum assensu incastellare, aut personis armatis munire præsumpserint, & eorum heredes hujusmodi violentiæ participes, per suos superiores excommunicationis pœna percellantur.

LV.

De his qui prohibent, ne quis conqueratur coram ecclesiastico judice; aut qui condunt statuta contra ecclesiasticam libertatem. Ex statuto ejusdem Ioannis Tusculani, quod incipit: Personas.

Universitates civitatum & locorum prohibentes, ut nullus conqueratur coram ecclesiastico judice, ac statuta condentes contra clerum & ecclesiasticam libertatem, interdicti: singulares vero personæ talia committentes, quacumque dignitate præfulgeant, excommunicationis sententias ipso facto incurrunt.

LVI.

De his qui trahunt ecclesiasticas personas coram judice sæculari. Ex statuto domini Pilgrini Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Sæpe.

Trahentes clericos & ecclesiasticas personas coram judice sæculari, nec non ecclesiasticæ personæ conventæ sponte, coram talibus judicibus sæcularibus judicialiter respondentes, excommunicati sunt ipso facto.

LVII.

De eodem, ex statuto domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Dudum.

Iudices sæculares, qui personas ecclesiasticas ad judicia sua sæcularia evocare aut trahere in ipsorum contumaciam, ipsis non comparentibus, ecclesiastica bona invadenda decernere præsumpserint, excommunicati sint ipso facto. Et quotiens laicus, cujuscumque dignitatis existat, ecclesiasticam personam ad judicium sæculare trahere aut judicare præsumpserit, tamdiu in territorio trahentis & judicantis cessetur a divinis, donec satisfecerint parti tractæ, & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

LVIII.

De eodem, ex statuto ejusdem domini Eberhardi, quod incipit: Quamquam. in paragrapho; abusum.

Invalida & iniqua est consuetudo, qua judices sæculares trahere conantur personas ecclesiasticas ad judicium sæculare, etiam super bonis ecclesiasticis: & contra facientes excommunicati sunt ipso facto; & eorum processus ac omnia inde secuta nullius sunt momenti.

ANNO CHRISTI 1420.

LIX.

Provisio contra Hussitas, ne admittantur ad prædicandum; & quod eos scientes suis superioribus denuntient. Ex statuto domini Eberhardi Salzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Cum nonnulli.

Mandatur sub interminatione maledictionis ęternæ, & sub excommunicationis pœna latæ sententiæ in singulares personas, & interdicti in loca, ne quispiam, cujuscumque status existat, etiamsi pontificali vel ducali præfulgeat dignitate, Vuiclefistas & Hussitas, & de eorum hæresibus & erroribus infamatos aut suspectos, in quibuscumque locis ad B prædicandum, docendum & dogmatizandum admittat, seu assumat, publice vel occulte. Et omnes utriusque sexus Christi fideles dictæ provinciæ, postquam audiverint, scivetint, aut eis constiterit, hujusmodi hæreticos & suspectos in provincia morari vel docere, &c. sub pœnis prædictis denuntiare tenentur suis superioribus, si eorum præsentiam commode adire possunt. Principes quoque & * comites, & eorum judices & officiales, ad requisitionem episcoporum, vel suorum vicariorum, tales incarcerare, captivare & detinere debent & tenentur sub pœnis prædictis, etiamsi se prætendant in sacris constitutos; quos tamen suis superioribus præsentare C tenentur. Et contra eos procedatur juxta canonicas sanctiones. Receptatores quoque, fautores & defensores eorumdem pœnis subjaceant præfatis. Insuper ordinatur, ut ultra pœnas juris, non abjurantes hujusmodi errores per annum carceribus mancipentur; nec relaxentur, donec de vera constet ipsorum & non simulata conversione. Hortantur demum suffraganei, ut contra tales viriliter insurgant, & jura exequantur & observent, & a suis faciant subditis inviolabiliter observari.

* comites, *mendose, nisi forte legendum sit* communitates.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

R. P. Theodorus Moretus societatis nostræ theologus Vratislaviæ scribens die 20. Octobris anni 1661. monuit, D

ANNO CHRISTI 1420.

IN DIVITE BIBLIOTHECA illustrissimi domini Othonis L. B. Baronis de Nostitz Javronia in Silesia extare MS. in 4. librum, cujus prima tres pagina mala manu evulsa sunt. deinde recenti charactere legitur titulus, cui subjecta sunt quæ sequuntur ab eo perhumaniter transmissa.

*** *STATUTA SYNODI PROVINcialis habita in choro ecclesiæ collegiatæ in Calisch Gnesnensis diœcesis anno domini 1420.*

Processus circa electionem episcopi Strigoniensis. E

Desunt ...... hujus sacri concilii innovamus.

SCIANDUM est quod volentibus ecclesiam vacantem ordinare quod altero de tribus modis ipsis vacantibus providetur. Aut enim ordinatur vacans ecclesia per provisionem aut electionem aut per postulationem solennem. Provisio pertinet ad superiorem, in qua non est necessaria forma concilii. Electio autem & postulatio ad inferiores in quibus forma concilii generaliter necessario observanda est. Forma autem ipsis concilii tempore est forma scrutinii, compromissi, & inspirationis vel quasi secundum alterutram istarum quicumque libet

A eligetur vel solenniter postulatione in ecclesiis cathedralibus & collegiatis, debet denunciatio præcedere. Per formam autem scrutinii proceditur modo subscripto: ecclesia enim pastoris regimine destituta capitulum seu canonici præsentes statuent terminum ad electionem celebrandam. De quo fiat publicum instrumentum, in quo narrabunt quod die tali præcedente vel translato, a defuncto tali Prælato, talis ecclesię, ejusque corpore ecclesiasticæ tradito sepulturæ, capitulum seu canonici qui tunc præsentes erant, convenientes, talem terminum cum continuatione dierum sequentium ad electionem celebrandam unanimiter statuerunt qui terminus erit competens ut infra ipsum absentes qui sunt citari commode venire possint, considerantes locorum distantias & personarum & temporis qualitatem; non tamen nimis longus, quia in electione mora est periculosa, &c. *Sequitur.*

ANNO CHRISTI 1420.

Canon de supplenda negligentia prælatorum.

Contigit nonnunquam, &c.

Sequentes canones digesti sunt juxta normam Decretalium ut apparet.

De permutatione.

Nullus ecclesiam vel beneficium, &c.

De tempore.

Cum electorum ordinatio, &c.

De filiis presbyterorum.

Cum illigitime natis, &c.

De clericis peregrinis.

C Nullus clericus, &c.

De officio archidiaconi.

Statuimus quod archidiaconus, &c.

De officio vicarii.

Ne forte contingat, &c.

De officio ordinarii.

Statuimus quod deinceps futuris temporibus, &c.

De majoritate & obedientia.

Cum inferior superiori regulariter, &c.

De procuratoribus.

Quamvis in omnibus peragendis causis.

De alienatione mutandi judicii causa facta.

Quia plerumque cessiones actionum, &c.

Liber secundus: De judiciis.

Quoniam quidam propter potentiam, quidam propter crudelitatem magnarum personarum accedere non possunt ut citentur, quidam etiam qui in castris, &c. D

De foro competenti.

Quoniam plures ecclesiastici census redditus, &c.

De feriis.

Ut ecclesiastica celebratio celebritatum habeat ecclesiarum nostræ provinciæ concordiam, statuimus infra scriptis diebus tam clericos quam laicos a servilibus operibus abstinere. In festivitatibus videlicet Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus diebus immediate sequentibus, nec non Corporis Christi, & sanctæ Crucis Inventionis, & Exaltationis, & omnibus diebus Dominicis, & in E sex festivitatibus Beatæ Mariæ Virginis, scilicet Annunciationis, Visitationis, Conceptionis, Purificationis, Nativitatis, & Assumptionis, item in die angelorum quod dicitur festum sancti Michaelis. Item in festo nativitatis sancti Ioannis Baptistæ, item in diebus apostolorum Philippi & Iacobi, Petri & Pauli, Iacobi Majoris, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Iudæ, Andreæ, Thomæ & Ioannis, Mathiæ, & divisionis apostolorum prædictorum. Item in diebus martyrum Stephani, Innocentum, Laurentii, Adalberti, Stanislai. Item confessorum Martini, Nicolai. Item Mariæ Magdalenæ, Elisabeth, Hedvvigis, Catharinæ, Agnetis, Dorotheæ, Margarethæ. Item festum omnium sanctorum. Item episcopus

ANNO CHRISTI 1410.

scopus festivitates patronorum suæ ecclesiæ in sua A diœcesi potest facere celebrari. Item in diebus Marci & Lucæ euangelistarum. Item quatuor doctorum ecclesiæ Gregorii, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, quorum festivitates felicis memoriæ Bonifacius papa mandavit universis ecclesiis sub officio duplici solenniter venerari. Item ut populus in sua parochiali ecclesia divino officio præaudito ad sua opera licita dimittatur. Item quælibet parochialis ecclesia festum patroni sui, in cujus est honorem principaliter dedicata, & anniversarium dedicationis diem in sua parochia faciat celebrari, salvis constitutionibus rationabilibus cujuslibet diœceseos.

De jurejurando.

B Communicationes, conspirationes, & colligationes, &c.

Liber tertius: De vita & honestate clericorum.

Quia sicut prælati quousque supra, &c.

De institutionibus.

Præsentis constitutionis auctoritate sacro approbante consilio inhibemus, ne quis archiepiscopatum, &c.

De sede vacante.

Quoniam nonnumquam contingit quod ad vacantem episcopatum, &c.

De rebus ecclesiæ non alienandis.

Indemnitatibus ecclesiarum providere volentes, &c.

De emptione.

Si quis emerit animalia, &c.

De testamentis & ultimis voluntatibus.

Clericus de proventibus anni gratiæ, &c.

De anno gratiæ.

Licet alias per bonæ memoriæ archiepiscopum Gneznensem Iacobum prædecessorem nostrum.

De parochiis.

Vniversis sacerdotibus tam religiosis quam sæcolaribus, &c.

De decimis.

Veteris testamenti serie, &c.

De statu monachorum & ecclesiarum regionum.

Compaternitatem a monachis contrahi districtius inhibemus, &c.

De capellis monachorum.

Nullus religiosus cujuscumque ordinis continue deservire valeat in parochialibus ecclesiis sæcularium ultra octo dies absque parochialis ecclesiæ ordinarii licentia, &c.

De consecratione ecclesiæ vel altaris.

Si ecclesiam pollui humani sanguinis aut seminis effusione, &c.

De celebratione missarum.

Si per nos aut suffraganeorum nostrorum aliquem, &c.

De custodia eucharistiæ.

Statuimos ut in cunctis ecclesiis Eucharistia, Chrisma, Oleum-Sanctom, Aqua-Baptismi sub fideli custodia, &c.

De observatione jejuniorum.

Ad hæc etiam prohibemus ne quis adultus, &c.

De ecclesiis ædificandis.

Ecclesiam seu basilicam de novo nullus ædificet, nec antiqnam sufferat, nisi per episcopum vel ejus commissarium, &c.

Liber quartus: De sponsalibus.

Vltimus consensus intervenit de præsenti.

De cognatione spirituali.

Spiritualis cognatio sive paternitas in viginti casibus matrimonium impedit, & dirimit jam contractum. Scilicet inter levantem & levatum, &c.

Quintus liber: De simonia.

Licet Heli summus sacerdos, &c.

De Iudæis.

Iudæis item omnibus, &c.

Contra Christianos qui ad ritum transierant Iudæorum.

Remedium contra hæreticos. Primum remedium, &c.

De sortilegiis.

Excommunicamus & anathematizamus, &c.

De clerico excommunicato ministrante.

Cum scriptum sit in lege domini, &c.

De privilegiis & privilegiatorum excessibus.

Præterea statuimus ne religiosus cujuscumque ordinis, &c.

De injuriis & clericorum percussoribus.

Et quia de prælatis & canonicis, &c.

De pœnitentiis & remissionibus.

Doceant maxime ante quadragesimam sacerdotes, &c.

De sententia excommunicationis.

Statuimus & præsentis concilii authoritate inviolabiliter præcipimus, &c.

De regulis juris.

Sanctorum patrum regulis & statutis quilibet Christianus rogatur invita verbis & factis ut sciat & faciat quod acceptum est a Deo, &c.

Acta sunt hæc in choro ecclesiæ collegiatæ in Calisch, Gneznensis diœceseos, anno a nativitate C domini 1420. indictionis decimæ tertiæ, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Martini superna providentia papæ V. anno 3. die Mercurii 25. mensis Septembris, hora Tertiarum vel quasi, præsentibus reverendis in Christo patribus & dominis, Alberto Cracoviensi, Iacobo Plocensi, & Andrea Poznaniensi, nec non venerabilibus & egregiis viris dominis Clemente abbate monasterii de Mochilna ordinis sancti Benedicti, Stephano Paleck Calicum, Nicolao Peisez Sandomiriensi sacræ Theologiæ professoribus. Nicolao de Krikus archidiacono. Petro Vvolferami scholastico, Ladislau de Operalb Gneznensi, & Stanislao de Pharbimura Cracoviensium ecclesiarum canoD nicorum decretorum doctoribus licentiatis, aliisque prælatis tam religiosis quam sæcularibus tunc in sancta provinciali synodo in Spiritu sancto legitime congregatis.

Subscriptio Notarii.

Et ego Ioannes Alberti de Vviclatavo electus Gneznensis diœcesis publicus imperiali auctoritate notarius, quia dictorum statutorum, lectioni, correctioni, moderationi, eorumque approbationi pœnarum & sententiarum promulgationi, aliisque omnibus & singulis præmissis, dum sicut præmittitur coram præfato reverendissimo in Christo patri domino Nicolao sanctæ Gneznensis ecclesiæ archiepiscopo, ac sancta provinciali Gneznensi synodo, & E per ipsum dominum archiepiscopum & primatem agerentur, & sicut una cum prænominatis testibus præsentibus interfui eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideo me arduis occupato negotiis per alium fidelem notarium scribi feci de mandato quoque ipsius domini archiepiscopi primatis facta diligenti auscultatione: eandem prout publicatum inserui, confeci & in hanc publicam formam redegi, & me huic subscripsi, sigillo quoque & nomine meo solitis & consultis una cum appensione sigilli ipsius requisitus consignavi in fidem & testimonium præmissorum.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

*** Abrahamus Bzovius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 1421. a num. primo ad octavum refert pluribus I. acta synodi Pragensis Hussitarum hæreticorum die 7. Iulii ejusdem anni celebratæ: II. eorumdem viginti tres articulos contra Thaboritas, ac protestationem publicam de quatuor articulis de quibus anno 1433. Basileæ diffusissime actum fuisse postea memorabimus. III. capita 17. expostulationis adversus Sigismundum Hungariæ regem, quæ tu per otium, si libuerit, ibidem leges.

*** *Ordinatio facta per Henricum archiepiscopum pro promotione graduatorum in academiis, facta* XVI. *Iulii, anno dom.* MCCCCXXI.

Ex cod. MS. in registro principali archiepisc. Cant. [nuncupato Chichley vol. 1.] f. 27. a.

HENRICUS permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, & apostolicæ sedis legatus, venerabili fratri nostro domino Richardo Dei gratia Londonensi episcopo salutem & fraternam in domino caritatem. Cum nos in convocatione prælatorum & cleri nostræ Cantuariensis provinciæ, quinto die mensis Maii ultimo præterito, celebrata in ecclesia cathedrali sancti Pauli London, nonnullis propositionibus & querelis pro parte Universitatum Oxonii & Cantabrigiæ, coram nobis in præsentia prælatorum & cleri prædicti, super desolatione Universitatum prædictarum, occasione non promotionis graduatorum in eisdem factis & expositis, pio compatientes affectu, de vestro ac cæterorum venerabilium confratrum nostrorum, aliorumque prælatorum & cleri provinciæ antedictæ consensu pariter & assensu, ad laudem Dei omnipotentis, dictarumque Universitatum exaltationem, & incrementum, ac relevationem, & promotionem personarum prædictarum, quæ ante hæc tempora in variis facultatibus profecerunt, & Deo duce imposterum proficient, in eisdem decreverimus, & sub modo & forma sequentibus ordinaverimus providendum; videlicet, quod quiscumque patronus ecclesiasticus dictæ provinciæ, quodcumque beneficium ecclesiasticum, quod ad ipsius collationem, præsentationem, nominationem, aliamve dispositionem quamcumq; pertinens post publicationem ordinationis nostræ hujusmodi primo vacare continget, alicui personæ alterius Universitatum prædictarum gradum scholasticum habenti; Doctori videlicet Theologiæ, Decretorum, Legum, vel Medicinæ, Magistro Artium, Licentiatove, aut Baccallario in aliqua facultatum prædictarum, dum tamen in artibus Baccallarius in facultate sua antea determinaverit, seu alias, in ordine sacerdotali constitutus fuerit, juxta & secundum ipsius patroni propriam electionem offerre, & si illud acceptare voluerit conferre, seu alias aliquam ex personis graduatorum hujusmodi ad beneficium ecclesiasticum, de quo præfertur, cum vacaverit, præsentare, nominare, aut pro persona hujusmodi juxta beneficii sic vacaturi, jurisque dicto patrono in eodem competentis qualitatem disponere teneatur, dolo, fraude, seu malo ingenio quibuscumque cessantibus in ea parte; sicque extunc collatione, præsentatione, nominatione, seu quavis alia dispositione quorumlibet duorum beneficiorum, ad cujuscumque talis patroni collationem, nominationem, seu aliam dispositionem pertinentium sub ejusdem patroni dispositione libera remanente, tertium quodcumque beneficium ecclesiasticum, ad ipsius collationem, nominationem, præsentationem, aliamve dispositionem, pertinens alicui personæ alterius Universitatum prædictarum, sic ut præmittitur, graduatæ conferre, ipsamve ad illud præsentare seu nominare, aut alias pro eadem ad ipsum beneficium disponere etiam teneatur. Sicque successive modus & forma prædicti usque ad decennium plenarie completum effectualiter observentur: Quodque interim nullus patronus ecclesiasticus provinciæ prædictæ, advocatiam, seu jus patronatus, aut jus aliud quod habet in aliquo beneficiorum hujusmodi, in fraudem hujus ordinationis in genere vel in specie alienabit perpetuo vel ad tempus: Quodque etiam quilibet talis patronus in literis collationis, præsentationis, nominationis, aut dispositionis suæ ad beneficium quodcumque, ad collationem, præsentationem, nominationem, aliamve dispositionem suam pertinens, quod interim vacare continget, gradum & ordinem personæ, cui aliquod beneficium conferre, vel ad quod ipsam præsentare, nominare, vel de quo alias disponere patronum hujusmodi contigerit, realiter exprimat.

Proviso semper, quod in promotionibus hujusmodi eminentia statuum, graduum, & meritorum personarum prædictarum realiter attendatur: Et quod hii qui nullo modo, aut consideratis eorum gradibus & meritis exiliter sunt promoti, aliis in promotionibus hujusmodi præferantur.

Quodque ut provisionis hujusmodi certior in futurum habeatur notitia, singuli confratres suffraganei nostri, in singulis convocationibus, sive conciliis provincialibus interim celebrandis, nomina & cognomina omnium & singularum personarum per eos interim promotarum, & ad aliorum patronorum spiritualium præsentationem, nominationem, vel aliam dispositionem admissarum, vel institutarum, una cum nominibus beneficiorum ad quæ promotæ fuerint, coram nobis aut successoribus nostris actualiter exhibeant & præsentent, ac penes nostrum, & successorum nostrorum registrum realiter dimittant: Volentes, & tenore præsentium declarantes; quod præsens nostra ordinatio ad patronos ecclesiasticos prædictos, tam masculos quam fœminas dictæ provinciæ extendatur. Per hanc tamen provisionem, præjudicare non intendimus patronis prædictis, quominus ipsi & eorum singuli de beneficiis prædictis, personis quibus in certis pensionibus annuis auctoritate regia onerantur, quousque de beneficiis ecclesiasticis per eos congrue sit provisum, sed quod ipsi talibus personis ante omnia, de beneficiis hujusmodi providere possint; ita quod deinde quo ad alia beneficia postea vacatura præsentem ordinationem observent in omnibus sicut decet. Vobis igitur auctoritate dicti concilii & nostra, in virtute obedientiæ firmiter injungendo mandamus, quatinus præmissa omnia & singula, per vestras civitatem & diœcesim publicari ut convenit, facientes, ordinationem prædictam, quatinus personam vestram concernit observetis, & per vestros subditos faciatis inviolabiliter observari.

Auctoritate etiam prædicta omnibus & singulis coepiscopis, confratribus, & suffraganeis nostris per literas vestras mandantes, quatinus ipsorum singuli præmissa omnia & singula, quatenus personas eorumdem concernunt diligenter observent, & facta publicatione ordinationis prædictæ, per suas civitates & diœceses, ut præfertur, eamdem a suis subditis faciant inviolabiliter observari. De die vero receptionis vestræ præsentium, modoque & forma executionis vestræ earumdem, nos citra festum sancti

ANNO DOMINI 1421.

sancti Michaelis archangeli proximo futurum ad A ultimum debite certificetis per vestras, dictis confratribus nostris & suffraganeis mandantes, quod eorum singuli de publicatione ordinationis hujusmodi, nec non de modo & forma executionis præsentium literarum nostrarum, citra festum omnium Sanctorum proximo futurum ad ultimum curent reddere certiores, per suas literas patentes harum seriem continentes, auctoritate sigillatas. Datæ in hospitio residentiæ nostræ juxta Vvestmonasterium decimosexto die mensis Iulii, An. dom. MCCCCXXI. & nostræ translationis anno octavo.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Nicolaus Harpsfeldius historiæ ecclesiasticæ Anglorum sæculo XV. capite 10. refert ab hoc Henrico Chicheleio antistite habitam fuisse anno MCCCCXIX. provincialem synodum, in qua Richardus quidam Vvaltherus Vvigorniensis ecclesiæ clericus delatus est, quod libris execrandis magiæ figuris identidem aspersis uteretur. Is vero crimen illud confessus, se parum jam fiduciæ in illa arte habere professus est, quod per eam sæpe quæ cupisset, facere non potuisset. Ab episcopis publica illi pœnitentia injuncta fuisse dicitur, ut in solemni publicaque populi processione vetitis illis codicibus apertis a fronte ac tergo dependentibus ambularet; codicesque illi igne postea palam absumpti fuerunt.

*** *Constitutio venerabilis in Christo patris dom. Henr. de Chichley Cantuar. archiepiscopi, contra excessiva stipendia Capellanorum, facta XVI. Iulii anno domini* MCCCCXXI.

Ex cod. MS. in registro principali archiepisc. Cantuar. [nuncupato Chichley vol. 2.] fol. 28. 2.

HENRICUS permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, &c. Venerabili fratri nostro, domino Richardo Dei gratia Londonensi episcopo salutem, & fraternam in domino caritatem. Nuper in concilio nostro provinciali in ecclesia cathedrali sancti Pauli London, quinto die mensis Maii ultimo præterito celebrato, coram nobis, vobis, cæterisque confratribus & coepiscopis nostris, exhibita fuit per clerum nostræ provinciæ antedictæ, quædam constitutio provincialis per bonæ memoriæ dominum Simonem Sudbury dudum Cantuariensem archiepiscopum prædecessorem nostrum, de consilio confratrum, coepiscoporum, & suffraganeorum suorum, contra excessiva stipendia capellanorum, tam parochialium, quam aliorum annualia per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet celebrantium, edita, tenorem in omnibus continens subsequentem.

In Dei nomine Amen. Nos Simon permissione divina Cantuariensis archiepiscopus totius Angliæ primas, & apostolicæ sedis legatus, de consilio fratrum & suffraganeorum nostrorum statuimus, ut quilibet capellanus in nostris civitate, diœcesi seu provincia Cantuariensi, pro animabus defunctorum annualia celebraturus, septem marcis, aut tribus marcis cum cibariis: Alii autem qui curæ animarum deservient, octo marcis, aut cibariis & quatuor marcis sterlingorum annuatim contententur, nullatenus ex pacto ultra id percepturi, nisi aliter loci diœcesanus cum iis qui curæ animarum deservient primitus decreverit fore faciendum. Si quis autem clericus contra hanc nostram constitutionem dando seu recipiendo venire præsumpserit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, a qua nisi per diœcesanum loci in quo deliquerit non poterit absolvi. Qua quidem constitutione (sic ut præmittitur) coram nobis exhibita & publice

ANNO DOMINI 1421.

perlecta, fuimus per partem cleri dictæ provinciæ nostræ inibi congregati cum instantia non modica requisiti, quatinus constitutionem hujusmodi juxta omnem vim, formam & effectum ejusdem auctoritate dicti concilii de novo publicari, & executioni debitæ demandari decernere dignaremur. Nos idcirco petitionibus dicti cleri tamquam justis & rationi consonis favorabiliter inclinati, constitutionem ipsam ex consensu vestro & aliorum confratrum, coepiscoporum, & suffraganeorum nostrorum adtunc inibi congregatorum, citra festum sancti Michaelis proximo futurum, auctoritate concilii prædicti, per nostras civitatem, diœcesim, & provinciam prædictas publicandam fore, & debite promulgandam; nec non lapso dicto festo sancti B Michaelis publicationeque dictæ constitutionis facta debite, ut præfertur, censuras in eadem constitutione latas, quoscumque subditos nostros & suffraganeorum nostrorum, si eidem, ut præfertur, contravenire præsumpserint, sub modo & forma in eadem constitutione contentis, juxta omnem vim, formam, & effectum ejusdem artare decrevimus, prout per præsentes decernimus & ligare. Vestræ igitur fraternitati tenore præsentium committimus & mandamus in virtute sanctæ obedientiæ nihilominus injungentes, quatinus has literas nostras constitutionem antedictam in se continentes; ipsamque constitutionem per vestras civitatem & diœcesim auctoritate nostra debite publicantes C seu publicari facientes, ipsam in quantum ad vos pertinet, juxta dicti nostri decreti formam observetis, & a quibuscumque subditis vestris faciatis inviolabiliter observari. Auctoritate insuper nostra singulis coepiscopis & suffraganeis nostris per literas vestras harum seriem continentes, cum omni celeritate possibili transmittere studeatis, firmiter injungentes, quatinus ipsi constitutionem prædictam per ipsorum civitates & diœceses, debite publicantes, ipsam quatinus eos & eorum subditos concernit, observent, & faciant, ut præmittitur, inviolabiliter observari. Mandantes eisdem, quod eorum singuli nos de publicatione sua hujusmodi constitutionis citra dictum festum sancti Michaelis ad ultiD mum debite certificent per suas; Vosque pari forma per literas vestras patentes harum seriem continentes curetis reddere certiores. Datæ in hospitio residentiæ nostræ justa Vvestmonasterium decimo sexto die mensis Iulii, anno domini MCCCCXXI. & nostræ translationis anno octavo.

AN. DOM. 1422.

*** *Capitulum provinciale nigrorum monachorum apud Vvestmonasterium, celebratum anno domini* MCCCCXXII.

Ex vet. cod. MS. in bibl. Cotton. sub effigie Vitellii E. 12. f. 136. a.

CUM plura sint exorbitantia & enormia inter professores ordinis sancti Benedicti nigrorum monachorum in Anglia, & reformatione digna, aliqua hic duxi notanda. Et primo incipiendum est E a patribus & capitibus quorum actus & vita sunt subditis in exemplum.

Inprimis provideatur de abbatibus, tam de iis qui habent bona & possessiones a conventu discreta, cum hoc non sit fundabile in regula, nec in intentione fundatorum seu collatorum ipsorum, quam de abbatibus singulis dicti ordinis superioribus, & prælatis, ut juxta constitutiones sanctorum patrum & regularia instituta, vigilanter intendant curis animarum, personaliter conversando, saltem singulis festivis diebus in choro & conventu, si non legitime præpediantur, ad officiandum & celebrandum divina, propter quæ dicitur officium, nec se subtra-

ANNO DOMINI 1422.

subtrahendum commanendo in suis maneriis. Item moderetur sumptuosa & nimium ipsorum equitatura scandalosa tam in vario & irregulari apparatu faleratorum quam in faleratura equorum; & quod qui majores sunt inter eos ultra xx. equos, computatis summariis, & cum frænis deauratis, sub pœna gravi temporali cameræ apostolicæ applicanda equitare non præsumant.

Item sub gravi pœna temporali ut supra, &c. statuimus quod singuli abbates & priores dicti ordinis exempti quam non exempti, etiam ipsi qui bona habent a suis conventibus discreta, quod semel in anno singulis annis viz. infra mensem post festum Michaelis immediate sequentem, plenum statum, & fidelem rationem, omnium bonorum dictis monasteriis suis & ipsis qualitercumque spectantibus, in capitulis coram toto conventu requisiti reddere teneantur nomina debitorum, quibus debentur, & a quibus debentur, & causas plane in scriptis redigentes.

Item nihil de bonis & rebus suorum dictorum monasteriorum ultra valorem xl. solidorum aliquibus personis donent, alienent, vel vendant sine morosa deliberatione in expresso consilio, consensu, & assensu totius conventus.

Item quantum ad conventuales sint omnes per regnum uniformes in habitibus, tam in formis, quam coloribus; & statuta circa formam cucullarum, flocorum, caparum clausarum pro equitatura, & quia in flocis fit magnus excessus, cum manicæ ipsorum pro majori parte in pluribus locis protendantur usque ad terram, quod de cætero non excedant pugnum manus medium ulnæ in longitudine, & trium quarteriorum in latitudine, & de capicus cucullarum certa tradatur forma, ut omnes uniformiter in suis habitibus incedant ut alii religiosi faciunt; ac pannus ille nitidus de Vvyrsero qui magis militari quam monachalis censetur, omnibus tam abbatibus quam monachis penitus interdictus existat, & quod qui talibus utitur duplum istius teneatur solvere cameræ apostolicæ.

Item qui munitiones & solatia secundum morem locorum habuerint & recipiunt, si infra tempus & diem minutionum & solatiorum ipsorum, festivus dies, ut aliquod festum principale, vel duplex, seu xii. lectionum contingat, teneantur interesse matutinis, missæ majori, & vesperis infra chorum cum cæteris de conventu; & qui contrarium fecerit ab hujusmodi solatiis per quarterium suspendatur.

Item quia esus carnium ipsis religiosis exceptis certis casibus quodammodo est interdictus; pensataque infirmitate modernorum, & longa ac diutina observantia in contrarium, videtur multum expediens, ut fiat auctoritate apostolica modificatio graciosa, & præcipue attento quam sumptuosum foret, & quam importabile providere conventibus, qui multum a mari distant & aquis fertilitatem piscium habentibus, de alio genere quam de carnibus; & idcirco ordinemus, ut canunt statuta quæ die carnium per annum medietas conventus computatis officiariis, qui intra portas monasterii primo die personaliter existunt, sint in refectorio in prandio, nec comedant ipso die carnes ad excessum; sicque in ipso refectorio lacticiniis, piscibus, & pinguedine carnium ut homasis farsaturis contenti.

Item ab exaltatione sanctæ Crucis usque ad caput Quadragesimæ per regulam & statuta indicimus ipsis professoribus regulare jejunium, quamquam inter ipsos minime observetur, cum & hoc tempore indistincte comedant carnes, & plures cœnant: videtur vero consonum rationi & conscientiis regularis, quod modificetur, ut auctoritate apostolica statuatur quod nullus hoc tempore exceptis senibus, & actualiter infirmis ac debilibus, & juvenibus infra xx. annum suæ ætatis existentibus cœnet, sed unico prandio in die contentetur, diebus dominicis, principalibus, duplicibus, ac xii. lectionum festis, & solemnitate Natalis Dominici usque ad octavas Epiphaniæ domini exceptis, & hoc tempore a carnibus abstineant.

Item quia proprietas religiosorum exectabile & detestabile scelus existit, quæ maxime iis diebus per receptionem pecuniarum contra jura communia & statuta surrepit & inficit simplices conventuales, providetur, ut statutum domini Benedicti papæ xii. contra hoc dictum viz. in rubrica ne victualia ministrentur in pecuniis, firmiter observetur, & quod ordinetur unus fidelis dispensator commonachus, qui habeat recipere omnes pecunias in præsenti conventualibus quomodocumque appropriatis seu assignatis, & de ipsis provideat singulis hujusmodi conventualibus, de habitibus & aliis suis necessariis, non in pecuniis, sed in ipsis rebus omnino prout unicuique opus fuerit ministrandis; & abbates ac priores qui in iis negligentes fuerint incurrant ipso facto formidabilem pœnam pecuniæ, & sui officii multationem seu suspensionem; & si contingat hujusmodi conventuales visitare suos parentes & amicos, de licentia sui superiorum, hoc semel in anno ad majus fiat, & tunc habeant personas seculares honestas, ad ducendum eos & reducendum, quibus certa summa pecuniarum pro expensis per abbatem vel officiarium prædictum tribuatur, fiatque fidele ratiocinium de receptis & exceptis post iter completum; nullusque monachus retineat in sua custodia scyphum argenteum seu cochlearium, vel alia jocalia aurea vel argentea, seu libros, sine brevi & scriptura indentata, cujus una pars remaneat in manibus sui prælati sub pœna proprietatis; nec talia recipiet vel donet sine licentia speciali; & si alicujus habitus seu vestimentum sit confractum, tradatur officiario qui habeat reficere, sed novum loco ipsius recompensare absque mora.

Item nullus monachus habeat cellam vel cameram distinctam seu privatam, nec aliquo modo liceat eos ad talia loca privata ducere quascumque mulieres ad loquendum, comedendum, seu potandum, nisi proprias matres seu sorores, nec ad alia loca monasterii præter ad hospitium hospitum, & hoc cum speciali licentia, & sub testimonio & præsentia officiariorum ad talia recipienda deputatorum: Nec liceat alicui monacho infra monasterium nisi in dormitorio commum de nocte quiescere præsentia sui prælati, & infirmis fratribus in locis suis dumtaxat exceptis.

Item cum juxta beatum Augustinum inter omnia certamina Christianorum duriora sunt prælia castitatis, ubi quotidiana pugna & rara victoria, & secundum eumdem qui familiaritatem mulierum vitare noluerit cito labitur in ruinam, nec restat per apostolum remedium nisi per fugam, statuimus districte quod nullus religiosus dicti ordinis in villis seu civitatibus ubi sua monasteria situantur, licentiam habeat exeundi seu ingrediendi, secundum quod suis prælatis penitus facultas ipsos licentiandi ad comedendum, potandum, seu loquendum in ipsis locis, præterquam cum multis nobilibus, interdicatur, cum ex hoc gravia oriri poterunt scandala & incentiva vitiorum.

Item ut saluti animarum consultius provideatur, & inobedientiæ temeritas debite præcaveatur, necessarium

sarium videtur procurare a sede apostolica certis personis diligentiam seo potestatem sufficientem ad declarandum & reducendum omnia statuta, dictum ordinem, & professores ejusdem, conservantiam tam Romanotuin pontificum, quam ipsorum legatorum & subdelegatorum, ac aliorum superiorum qnorumcumque, cum plura sunt hujusmodi statuta & varia; pœnas vero spirituales & temporales contra non observantes ipso jure mfligentia, & quod ipsi sic auctoritare apostolica delegari statuere, & decernere valeant certum limitatum modnm observandi, ad quam observantiam singuli professores tam præsenres, qnam futuri, & non ad aliam inantea astringantur, sub pœnis tempotalibus dumtaxat per suos superiores arbitrarie infligendis.

Item cum juxta regulam beati Benedicti singulis professoribus ipsius jubetur, nt vestiti dormiant, plnresque solum cum staminis & femoralibus hoc sufficere credunt; statuatur, quod non solum in staminis, sed etiam cum babitu regnlari femoralibus & caligis, absque pedulibus omnino dormiant, linteaminibus de panno lineo & camisiis interdictis.

Cum secundum regulam beati Benedicti, nec debet monachus possidere quod abbas non dederit vel permiserit habere; quodque in plerisque monasteriis ad evitandum causam...... nis & inæqualitatis permittunt prælati suos monachos pto suis necessariis emendis pecunias recipere, ne hujusmodi receptio pecuoiarum causet vel inducat proprietatis vitium, ita est statutum & ordinatum, quod quilibet monachus sub pœna proprietarii tenetur de pecuniis quibuscumqoe, & quomodocumqne receptis & expensis, suo prælato fidelem compotum reddere totiens quotiens prælato visum fuerit expedire, & ad minus semel in anno ad hoc etiam minime requisitus: Et siquid superfuerit non expensum, sine fraude ponat plenarie in prælati dispositione. Et ne prælati aut alii superiores hnjusmodi bona per subditos in sua dispositione sic posita sibi retineant aut appropient, pro sua sola voluntate libere disponenda, ordinatum est & statutum, quod nullus talis prælatus aut supprior recipiat aliqnid de prædictis, nisi ad evidentem ntilitatem sui monasterii; & hoc de assensu, & consensu quatuor vel quinqne de senioribus.

Cum sacra monachotum religio in bac valle lacrymabili ubi velut signum reponitur ad sagittam, & quasi petra scandali in offensionem, sic juxta patrum testimonia vitæ radiaret puritate, & mentis munditia refulgeret, quod nec populus habeat unde per ministratam occasionem sibi detrahat, nec mundus per violeotam suspicionem quo nocere possit; ot omnis amodo in hac religione tollatur occasio scandali, ponatque de cætero populus cum psalte ori suo custodiam, & mundus suis labiis circumstantiam silentii & clausutam, ad complacentiam altissimi, honorem ordinis, & piissimam exbortationem Christianissimi principis regis nostri, nnanimi patrum assensu pariter & consensu, canonica auctoritate qua possumus in præsenti statuimus primo firmiter & diffinimus, ut de cætero, tam abbates omnes qui bona a conventu possident discreta, de qnorum bonorum discretione mentio satis fit expressa de *Regularis*, capitulo *Edoceri* in fine textus, & per Ioannem Aton in constitutionibus Ottoboni, capitulo de *Prælatis*; necnon per veoerabilem Simonem Cantuariensem in suis constitotioonibus provincialibus, capitulo *Etenim ut rectius*, quam singuli alii, qui bona participaliter cum conventu obrinent concreta, quocumq; superioritatis nomine sint vocati, juxta formam traditam extra, De statu monachorū, capitulo *Cum ad monasterium*, priori, & in constitutionibus Benedicti xii. capitulo xxiv. necnon & provincialibus capitnli generalis capitulo a. super gregem sibi commissum diligenter invigilent, studeantque quantum poterunt juxta vim & effectū eorumdem canonum & constitutionum in claustro, cboro, & capitulo pro fratrum instructione, correctione, & regimine; necnon pro celebratione divinorum in festis solemnibus personaliter interesse, nec occasione cujuscumque consuetudinis in contrarium laborantis, ab bis officiis ultra trium mensium spatium conjunctim, & sibi continne succedentium se subtrahant, nisi quatenus præpeditionem habeant canonicam & excusabilem satis de tempore absentandi.

Prætetea cum contra scripturæ doctrinam ille linum cum lana contextum induit, qui de professoribus diversi genêris inordinatum habitum sibi sumit; ac etiam ulterius secundum sacros canones serico induti ant purpura, nec Christianum inducre cōvenit, neque aurum habentes in ornatum, aut cordis ornamenta aut pectoris pariter habere bene valent; idcirco ut omnes ejusdem nostri ordinis & professionis, tam superiores quam subditi, tamquam si essent singuli unius moris, ejusdemqne conditionis in una domo, in suis sint habitibus; equorumq; phaleraturis consimiles & conformes, ulterius unanimiter statuitur, & districtius diffinitur, nt post horum per usum consumptionem, quibus nunc funguntur absque renovatione faciant sibi fieri de cætero juxta ritum, formam, & modum in proximo generali capitulo excogitandos, flocos, cucullas, & capas, ornatumque pro equitatura suo statui concordes, juxta traditiones Viennensis concilii in *Ne in agro*, constitutionum Benedictinorum capitulo xxiii. Albinense capitulo primo cæterarumq; constitutionum patrum venerabilium antiquorum; nec panno vvyrseto duplicato, aut dimidiato, phaleraturaqne deaurata & nimium sumptuosa, sub pœnis in ipso capitulo generali statuendis nlterius abuti audeant aut vestiri, sed sint ab hoc tempore in antea ultra prohibitiones, inhibitiones, exhortationesque quas scripserunt sancti patres, hæc omnia ulterius per oos velnti per aggravatam sententiam rejecta, suspensa, pariter & interdicta, neque ipsis liceat prælatis dum per viam equitant, aut alibi in itinere transeunt, ultra numetum de propria saltem familia vicenarium, nisi in casibus per constitutiones papales capitulo xx. expressatis, qoomodocumque secum ducere aut in forinseco servitio retinere; sed semper cum ipso stent contenti, attenteqne provideant, ne in eo modulis pensatis & moribus in temporibus & personis sit apparatus curiosus nimis aut omium excessivus.

Prætere a cum singuli prælati nostri ordinis proinde ex hominibus assumpti sunt, ut pro hominibus constituti, tamqnam prudentes villici super servos Dei, quatenus singuli pro seipsis, ipsi vero pro omnibus & de omnibus in villicatiooe sibi traditis fidelem pariter & prudentē Deo & collegio faciant rationem, nos eadem auctoritate qua prius firmiter injungimus, districtiusqne singnlorum conscientias oneramns, quatenus juxta apostolicæ sedis legati domini Ottoboni decretum, Rubrica *De reddendo compota* nna cum glossa Ioannis Atoo super eumdem; oecnon secundum constitutiones Simonis Cantuariensis archiepiscopi, capitulo *Etenim ut rectius*, tam ipsi prælati quam ipsi administratores singuli qni de more solent aot de jure deberent singulis annis semel ad minus, ant in capitulo, aut in alio loco seorsum ad id negotium deputato, coram quinq; vel sex fratribus cum consensu capituli in hac parte electis, fidele ratiocinium & plenarium de singulis receptis & expensis

ANNO DOMINI 1422.

pensis etiam irrequisiti faciant, nominaque creditorum cum debitoribus & causis si quæ fuerint plene & fideliter absque fraude redigant seu redigi faciant in scripturam, nec dent aut donent prælatorum aliqui de bonis sibi in administrationem taliter concessis, aut in, curialitate, prodigalitate, aut liberalitate, summam aliquam notabilem, nisi in urgente manifesta necessitate, & tunc hoc faciant ad commodum monasterii ac profectum, & sine dilapidationis specie aliqua.

Præterea cum juxta sapientis eloquium tunc mens ad omnia roboratur viriliter, cum de labore pensatur utilitas laborantibus, quæ post claustralis ponderis tædium recreabilis solatii concederetur grata merces votivis, prout tenemur, desideriis affectantes hujusmodi onera claustralia cum mentis hilaritate continuo deportari volumus, oportunumq; fore decernimus, ut fratres singuli dum per cursum minutorum * solatiis corporaliter se unmitiant tam diebus ferialibus, quam in festis duodecim lectionum hoc tempore occurrentibus, absque excessu tamen & cum fræno modestiæ honestis solatiis licitisque recreationibus de laudabili loci consuetudine approbatis monachaliter indulgeant & exerceant moderate; in diebus tamen solennibus, festisque duplicibus saltem si talia frequentent fratres solacia præsentialiter in cœnobiis volumus & injungimus sub pœna recreationis per tempus notabile ad arbitrium superiorum subtrahendæ, quotiens talia festa occurrerint, missis, matutinisque, & vesperis intersint, quacumque consuetudine scripta aut non scripta in contrarium non obstante.

* f. minutionum

Præterea cum juxta sanctorum canonicam omnis lex, constitutio, seu quævis norma justa possit quæ esse debeat & honesta, secundum naturam & consuetudinem patriæ, loco', temporeque conveniens prout in canone posita de quatuor pensatis naturis, & complexionibus quæ in hominibus satis sunt debiles his diebus, quomodoque refectionem piscium aut aliorum dumtaxat regularium cum sint juxta medicos id ipsumqoe experientia satis docet naturæ multum contraria stomachoque nociva, posset plebs obedientiæ humiliter amplius in viribus attenuari quam regula jubet, aut de jure libet; populus vero durioris cervicis cibum illum velut levissimum fastidiens cum Hebræis aspirare ad ollas carnium, illiciteque appetere postponens; nos non propriis voluntariive positionibus in hac parte ducti, seu prima regulæ generalis clausula, qua fertur omnia per dispositionem abbatis fieri, totaliter suffulti, quinimo ulterius alteri imitantes specie qua fertur quotiens minus sunt hospites in abbatis sic potestate quos vult ad suam mensam vocare fratres, capitulo lvi. decretalium & canonicum extra de statu monachorum cum ad mensam in refectorio obi sic habetur ex indulgentia, potest abbas nunc hos nunc illos, prout necessitas postulat advocare, ipsosque in camera sua plenius exhibere; necnon dictis & scriptis sanctorum patrum beati Bernardi in *De dispensis & preceptis*, & sancti Thomæ doctoris quæ solemnius in suis qualitatis hostis extra de statu monachorum, cum ad monasterium super verbo quamquam ex indulgentia & refectorio, & Vv. Durandi in speculo judiciali titulo, *De legatis ver.....* abbas pro nostris locis & temporibus adeo juste, possibiliter, & honeste, legem de esu carnium moderamur, modificamus, & de cætero decernimus observari, ut quotidie juxta Benedicti xii. statuta capitulo xxvi. medietas capituli vel conventus in claustro actualiter residentis in refectorio regulariter se reficiat, nec alibi ipso die carnes sumere

A liceat absque causa satis notabili, & tunc de majoris in monasterio licentia speciali, & cum ulterius secundum jam dicta sanctionum jura instituuntur cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur, sintque nonnullæ leges moribus utentium incongruum hodie penitus abrogare prout expresse decretatur ubi supra, ut lex de regulari monachorum jejunio ita de cætero regulariter observetur, veluti in domibus magis religiosis moribus utentium iis temporibus approbatur; ac ut quemadmodum in republica primo pensanda est voluntas, non quæ est unius tantummodo, sed multorum, ita in imponendis jejuniorum oneribus attendatur, non in illius refectionem, in quo est
B singulariter spiritus domini & libertas, sed ad communitatis indigentiam, & debilitatem complexionis in eadem; volumus etiam ulterius & ordinamus, quod nullus his temporibus utpota ab Idibus Septembris usque ad caput Quadragesimæ præterquam juvenes dummodo sunt crescentes in loco regulari, videlicet refectorio, cœnent aut cœnare præsumant quovismodo, dominicis diebus, festis principalibus duplicibus & xii. lectionum, ac Natalis domini festivo tempore usque in octavas Epiphaniæ, ab hac lege ob id dumtaxat exceptis, ut in viam domini a mane laborantibus ad vesperam, præter æternæ retributionis donum in futuro in præsentiarum ipsa vespera recreationis stipendium sumere liceat & solamen.

C Præterea cum angustiosum sit undique aut legem staturæ de non recipienda a fratribus pecunia pro quibuscumq; necessariis, aut indifferenter concedere juxta consoetudinem inchoatam, in diversis locis cum inficiare nequeat, quoniam hinc oritur alia dispositio ad peculium, & fit in parte concessio præter jura, inde vero præter occulta convicia, clandestina negotia, aliaque varia illicita multa, maxima injustitia, materia murmuris quod super omnia pensat & prohibet nostra norma, idcireo primo, quia melius magisq; expediens fore supponimus, in manus objectoris incidere, quam leges & prohibitiones relinquere nostræ normæ: Secundo, quia satis
D sufficiens esse confidimus, si per viam imitationis sit quisq; discipulus quemadmodum ille magister optimus, cujus omnis actio nostra est instructio, & qui juxta beatum Augustinum de operibus monachorum, juncta sententia Ioannis Chrysostomi homelia quadam cum glossa communi super euangelium Ioannis 12. loculos habuit & pecuniam, ut omnem abscinderet malefaciendi materiam & moribus condescenderet infirmorum: Tertio, quod illud juris consilium esse perlegimus, ubi majus periculum imminet, ibi cautius oportet agere, & propter vitandum malum majus quod minus de eodem genere sapit cum silentio tolerare, hos nostros singulos subjectos, dum tamen non sint sine discretione, juvenes, aut in expensis prodigi, seu minus in te-
E gimine sapientes, permittimus pariter & toleramus juxta laudabilem locorum consuetudinem atque usum partium pro necessariis pro recreationibus pecuniam recipere & expendere, non quidem ad libitum, sed in iis dumtaxat quæ supradiximus & cum discretione, & ne hoc permissionis aut toletationis libertas in materiam evadat scrupuli, seu ad peculii opus sine fræno disponat per regulas penitus interdicti, nos ulterius usum, formam, & modum de receptis seu recipiendi per confratres pecuniam taliter copientes pro viribus moderari, ut nec occasio mali sit in facto, nec error ordinis remaneat quomodolibet in concesso, altiori immo & strictiori modo quo potuimus firmiter injungimus, firmis-

ANNO DOMINI 1422.

ANNO DOMINI 1422.

firmiſſemque mandamus, quatinus ipſorum ſinguli A ſubjecti qui hujuſmodi pecuniam taliter recipiunt in ſuos uſus de talitet receptis totiens quotiens ſuperiori viſum fuerit eapediens adminuſque ſemel in anno irrequiſiti xut ſcripro aut verbo juxta ipſius ſuperiotis atbitrium fidelem rationem pariter & relationem faciant velque omnino præter vitandum proprietatis vitium quomodocumque aut qualitercumque ſibi conceſſam pecuniam ſe retineant quod juatx traditionem regulæ nec abbas dederit nec permiſerit, ſen in quo ipſi non ſe ſemper prompros exhibuerint ad ponendum plenarie in ſuperioris arbitrio & diſpoſitione, pet hanc tamen poſitionem xut relationem nolumus ſuperiotem xliquem in aliquo proniorem aut promptiorem eſſe ipſum reſiduum ſi quod fuerit a fratre xuferre aut penes ſe B retinere, niſi in pios uſus id idem xpplicet, & tunc boc fiat cum ſaniori conſenſu & abſque rancoris vitio ſeu murmurandi libidine aliquali.

Prætetea, cum ſecundum beatum Auguſtinum, qui mulierum non vult vitate præſentiam de facili labitur in ruinam, nec reſtar remedium per apoſtolum niſi per fugam, hinc conſtitutionibus Benedictinis provincialiſque capituli in hac parte innitentes omnes noſtri otdinis profeſſores adjuramus in domino & ſub præcepio inſtantius exbortamur, quatinus id in ioteriori homine mentaliter revolventes, advertenteſque ulterius, quomodo juxta ſapientis eloquium, *M lti perierunt propter mulieris ſpeciem*, aſſeratque ipſius colloquium fieri quaſi ignis C exardeſcens, in quantum honeſte poterunt, aut commode valeant, ipſarum familiaritatem omninn diffugiant, nec cum ipſis loco aliquo colloquium habeant, niſi cum ſufficienti honeſtatis teſtimonio, & tunc taliter ut omnis vitetur materia ſcandali, nullaque detur occaſio de colloquio delinquendi: Et quia adeo inficit mulieris conſortium ut colloquium, & propterex juxta *Hieronymu, numquam ſolus ad ipſius domum habiturus eſt acceſſum*; ideo ut prius adjuramus in domino & exhortamur, ac in abundanti ulterius demandamus, ut ad villas ubi xut mulieres habitant, aut ipſi fratres mutuum inter ſe acceſſum nullum penitus habeant, nec cum eis xut aliis quibuſcumque, niſi in cauſx dumtxxat nobili, in iis locis D comedant, bibant ſeu quomodocumque ſe reficiant, & tunc de ſuperioris licentia expreſſa & conſenſu.

Acta ſunt hæc & inacta in domo capitulari de Vveſtmonaſterio, anno domini MCCCCXXII. invictiſſimique conqueſtoris & noſtri principis Henrici quinti anno octavo.

AN. DOM. 1425.

*** *Ordinatio Henrici Chichley archiepiſcopi Cantuarienſis, pro decenti regimine & gubernatione, tam advocatorum, quam procuratorum, & caterorum miniſtrorum curia Cantuarienſis.*

Ex vet. exemplari in bibl. Cotton.

HENRICUS permiſſione divina Cantuarienſis archiepiſcopus, totius Angliæ primas, & apoſtolicæ ſedis legatus, dilectis in Chriſto filiis officiali E curiæ Cantuarienſis noſtræ, & decano eccleſiæ beatæ Mariæ de Arcubus London dicti officialis noſtri commiſſario, ac alteri dictæ curiæ præſidenti cuicumq; ſalutem gratiam & benedictionem. Cum inter cætera noſtræ curiæ prædictæ ſtatutx, primo per recolendæ memoriæ Robertum, deinde per Ioannem, olim Cantuarienſes archiepiſcopos prædeceſſores noſtros, ad Dei laudem ac dictæ curiæ honorem, & exaltationem, ac miniſtrorum ejuſdem regimen & juſtitiæ directionem editx & ſolenniter publicata; & per vos ſinguloſque alios dictæ curiæ miniſtros, quantum ſtatutx ipſa vos & eos concernunt in principio admiſſionis veſtræ & eorum

Concil. general. Tom. XII.

cujuſlibet jurata, ſalubriter fuerit & ſit antiquitus ordinxtum, quod advocati & procurxtores ejuſdem curiæ, dum cauſas in ex tractandxs habuerint, ſive ſecum ſocios habeant in cauſis, ſive non, dum cauſæ hujuſmodi trxctantur in dicta curix, nullatenus ſe abſentent ab ipſa, ſine præſidentis dictæ curiæ petita licentia & obtenta ex cxuſa legitima per ipſum præſidentem primitus xpprobanda; & quod frequentatio aliarum curiarum xut conſiſtoriorum vel judiciorum tempore conſiſtorii dictæ curiæ ipſis nullatenus * præmittxtur.

ANNO DOMINI 1425.

* permittatur.

Cumque inſuper tam ſuper bis non ſervatis, quam aliis contra ſtatuta dictæ curiæ & laudabiles conſuetudines ejuſdem exorbitantibus, reformandis per nonnullos Cantuarienſis eccleſiæ archiepiſcopos prædeceſſores noſtros, varia mandata officialibus & præſidentibus dictæ curiæ noſtræ directe evenerunt, quorum aliqua in libro ſtatutorum curiæ prædictæ xd perpetuam rei memoriam ſunt conſcriptx; & præſertim ſuper bxbitibus procuratorum dictæ curiæ tempore conſiſtorii ejuſdem, & honeſtxti convenit induendis & deportandis, xc ſuper decretis judicialibus per alium quam dictæ curiæ advocatum privxtum aut publice non petendis, aliiſque obſervandis prout & ſicut in mandatis ipſis (xd quæ nos referimus) plenius continetur: Nos igitur conſiderantes & plene intelligentes, quod nonnulli advocatorum & præſertim procurxtorum curiæ noſtræ prædictæ, ſtatutis prædictis licet per ipſos juratis, & aliis mandatis de quibus præfertur ſe confirmare hactenus non curarunt, ſed potius eis parere & obedire non ſine animarum ſuarum periculo neglexerunt: Volentes præterea non tantum ejuſdem curiæ honori, ſed ne propter non ſervxtionem præmiſſorum partium xd dictam curiam confluentium cauſæ protelentur, xut juſtitia depereat debita conſideratione proſpicere: Et ut dictorum advocxtorum, procuratorum ac aliorum miniſtrorum ejuſdem curiæ neglectibus & inſolentiis hujuſmodi citius occurratur; vobis communiter & diviſim firmiter injungendo mandamus, quantum omnes & ſingulos dictæ curiæ noſtræ advocatos & procuratores in vim juramentorum ſuorum, per publicationem harum literarum noſtrarum coram eis in plenx curia facienda; & xlias, ut honeſtati convenit, moneatis; quos etiam nos tenore præſentium ſic monemus, quantum de cætero, dum cauſas in ipſx curix tractandas habuerint, ſive ſecum ſocios habeant in ipſis ſive non, temporibus & horis dum cauſæ tractari debeant in curia prædicta nullatenus ſe abſentent ab ipſx, ſine ipſius curiæ præſidentis licentia petitx & obtenta, ac ut præmittitur approbxtx; & quod ad ipſam ceſſante impedimento rationabili per dictæ curiæ præſidentem approbando tempeſtive veniant, ante ſolutum judicium, ſine licentia, ut præfertur, minime receſſuri. Quodque xdvocati & procuratores prædicti ac cæteri miniſtri temporibus quibus ipſam curiam teneri contigerit, aliis curiis, conſiſtoriis vel judiciis nullo modo intendant, ſub pœna amiſſionis ſtatus, quem advocatus ſeu procurator xut alius miniſter quiſcumque ipſius curiæ in eadem hxbuerit, quam poſt publicationem præſentium, tertio in aliquo præmiſſorum culpabilis inventus & pronuntiatus fuerit, ipſum incidere decernimus ipſo facto.

Pro prima vero offenſa in præmiſſis & circa ea ipſum delinquentem per menſem: Pro ſecundx vero per tres menſes, a ſtatu quem in dicta curia habuerit nunc prout extunc, & extunc prout exnunc ſuſpendimus in his ſcriptis. Moneatis inſuper ut

ANNO DOMINI 1423.

præfertur procuratores quosque curiæ nostræ prædictæ, quod diebus & horis quibus consistorium in ipso teneri contigerit locum ipsum consistorialem rabordo & capario induti, cum manicis togarum convenientibus ingrediantur, & aliter locum ipsum ingredi non præsumant, nec aliquod decretum judiciale ipsius curiæ præsidentem fieri seu interponi petant aut procurent, nisi prius super hoc per aliquem advocatum dictæ curiæ tunc præsentem publice id petatur. In quibus duobus casibus & eorum altero procuratorem quemcumque præfatæ curiæ post monitionem hujusmodi eis factam, & has literas nostras publicatas in curia prædicta, huic ordinationi & decreto nostris contraveniente totiens quotiens in ipsorum aliquo culpabilis inventus & pronuntiatus fuerit, pœnam duodecim denariorum custodi registrorum, actorum scribæ, & bedello curiæ prædictæ ut infra scribitur solvendorum incurrere volumus ipso facto; decernentes quod de dictis duodecim denariis, sex denarios registrorum custodi, tres denarios actorum scribæ, & tres denarios bedello præfatæ curiæ sic contravenienti solvere teneatur; ante quorum duodecim denariorum absque remissione aliqua absolutionem plenariam, procuratori hujusmodi cuicumque in his quæ ad officium suum spectant, omnis audientia penitus denegetur, & ab officio procurandi in curia prædicta vigore hujus decreti nostri absque pronuntiatione alia interim sit suspensus: Et ne præsens ordinationis nostræ decretum ratione ignorantiæ in oblivionem transeat, & a memoria recedat; volumus, & vobis firmiter injungendo mandamus, quatenus præsentes literæ nostræ infra unum diem post publicationem earumdem in libro statutorum dictæ curiæ conscribantur; statuentes, quod eædem sic conscriptæ in initio cujuslibet termini statim post missæ de Spiritu sancto decantationem, de cætero perpetuis temporibus futuris in plena curia publice & intelligibiliter perlegantur: Ad quas per se vel per clericum suum tunc perlegendas custodem registrorum dictæ curiæ qui nunc est juramento astringi, & quemcumque alium qui pro tempore erit sub juramento ad hæc in sua admissione præstando volumus & decernimus alligari. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datæ in manerio nostro de Mottelake XVI die mensis Octobris, anno domini MCCCCXXIII. & nostræ translationis anno decimo.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Ad eumdem annum 1423. quatuor a quibusdam revocantur concilia.

Primum GNEZNENSE Lanciciæ celebratum præside Nicolao Gneznensi archiepiscopo cum ceteris Poloniæ præsulibus adversus grassantem sectatorum Vvicleſi, Hussi, similiumque hæreticorum in proximo Bohemiæ regno subjectisque provinciis debacchantium vesaniam, ne eorum lue inficeretur plebs suæ fidei commissa. Verum de Polonicis dicendum erit alias pluribus seorsim, vel in appendicibus.

Alterum TREVIRENSE, de quo nihil certi apud idoneos scriptores reperi.

Tertium MOGUNTINUM: de quo Nicolaus Serarius noster libro V. Rerum Moguntiacarum hæc pauca in Contado III. quem 87. episcopum 47. archiepiscopum & 31. electorem indigetat. *Anno 1423. provincialem coegit synodum, qua & in lucem exiit*, quam necdum mihi vidisse contigit.

Quartum COLONIENSE a Theodorico ejusdem urbis archiepiscopo coactum ad abolendas Vviclefistarum Hussitarumque hæreses, reformandosque fidelium mores. In libro statutorum seu decretorum provincialium & diœcesanarum synodorum sanctæ ecclesiæ Coloniensis ex pervetusto & authentico codice anno 1554. in lucem Coloniæ edito hæc habentur pag. 231. & sequentibus quæ describenda curavimus.

*** STATUTA ECCLESIÆ COLONIENSIS a Theodorico archiepiscopo in provinciali synodo edita anno MCCCCXXIII.

*** *Theodericus* * *Dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, Vvestphaliæ & Angariæ dux, &c.*

* Statutorum Coloniensium, p. 231.

I. Contra fornicarios seu concubinarios clericos.

LICET per sacros canones sanctorum patrum satis abunde contra notorios fornicarios presbyteros, similiter & clericos in sacris ordinibus constitutos & beneficiarios, focarias & concubinas, & mulieres suspectas in domibus suis, & extra domum in parochia publice habentes, provisum existat: quia tamen succrescente malitia temporis moderni, labes hujusmodi criminis in ecclesia Dei in tantum inolevit, quod scandala plurima in populo sunt exorta, & verisimiliter exoriri poterunt in futurum, & ex fide dignorum relatione percepimus quod quidam ecclesiarum prælati, & alii, etiam capitula, ad quos vel ad quem immediate correctio conjunctim vel divisim ex statuto seu consuetudine dignoscitur pertinere; obtentu commodi temporalis, vel ex negligentia, tales in suis iniquitatibus sustinuerunt & sustinent: ideo hoc sacro provinciali concilio approbante, monemus omnes & singulos ecclesiarum prælatos, & alios quoscumque nostræ provinciæ, etiam capitula & collegia, ad quos vel ad quem hujusmodi presbyterorum, clericorum in sacris ordinibus constitutorum, ac beneficiatorum & aliorum correctio conjunctim vel divisim immediate spectare dignoscitur, quatenus intra sex septimanarum spatium, post præsentium statutorum provincialium publicationem, moneatis in specie & nominatim sub pœna juris, & aliis maxime formidabilibus, omnes & singulos presbyteros & clericos in sacris ordinibus constitutos, ut intra novem dierum spatium post hujusmodi monitionem eis factam, quorum dierum tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio & peremptorio termino præfigimus, suas focarias seu concubinas a se removeant, & ipsas ab eorum cohabitationibus, & a parochia penitus expellant, ipsas vel alias minime in eorum habitationibus & parochia admissuri. Alioqui inobedientes, ab officiis divinorum suspendant, & si protervitas eorum hoc exegerit, beneficiis suis priventur. Et si prælati & aliqua etiam capitula, ad quos correctio præscriptorum immediate conjunctim vel divisim pertinere dignoscitur, præscriptos concubinarios effectualiter non correxerint, ita quod ipsi præscriptas mulieres a se & parochia non removeant cum effectu vel animo, aut alias in eorum habitationes vel parochias resumpserint: & præscripti prælati, & capitula tales presbyteros vel clericos, beneficiatos vel non beneficiatos, in suis iniquitatibus per spatium sex septimanarum sustinuerint, extunc volumus quod correctio talium presbyterorum & clericorum, beneficiatorum & non beneficiatorum, ad

ANNO DOMINI 1423.

ad diœcesanos locorum plenarie devolvatur. Et si diœcesani locorum per sex spatium mensium hujusmodi delicta reliquerint incorrecta, cum extunc possint notari de negligentia, volumus & statuimus, quod extunc illorum delictorum & delinquentium correctio ad nos libere devolvatur, non obstantibus quibuscumque pactis, consuetudinibus seu statutis. Inhibemus etiam, ne beneficiati prædicti filios, vel filias, aut concubinas dotent, aut dirent de patrimonio crucifixi, aut talium nuptiis, vel exequiis audeant interesse: & qui contra fecerint pœna canonica percellantur.

II. Contra saculares interdicentes suis subditis, ne civilia & necessaria commercia cum clericis habeant, seu solita obsequia eis exhibeant.

Item licet per sacros canones sit provisum contra obtinentes temporale dominium, interdicentes suis subditis, ne prælatis aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, vel emant aliquid ab eisdem, neque ipsis blada molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, cum talia in derogationem ecclesiasticæ libertatis præsumantur: quia tamen persæpe universitates civitatum, oppidorum, villarum & aliorum locorum, necnon collegia, societates, seu corpora ministeriorum seu officiorum mechanicorum, præscriptis similia, & interdum majora committunt, & contra tales provisum est: Ideo statuimus & ordinamus, omnes & singulos ad hoc opem, consilium, auxilium vel favorem præbentes, excommunicationis sententiam incurrere ipso facto. Et quia per præmissa providimus clericis contra laicos, volentes etiam providere laicis contra clericos, statuimus quod ipsis laicis de clericis conquerentibus, ab ipsorum clericorum judicibus fiat justitia expedita.

III. Officialis in causis appellationum a suffraganeis, servabit jura communia.

Item statuimus quod officialis noster Coloniensis, qui fuerit pro tempore in causis appellationum, quæ ad curiam nostram ab audientia suffraganeorum nostrorum seu eorum officialium devolventur, seu hactenus sunt devolutæ, servet jura communia, & maxime illa, quæ introducta sunt per felicis recordationis Innocentium papam IV. quæ hodie sunt inserta libro sexto decretalium. Alioqui ipsum officialem nostrum ab officio suspendimus.

c Roman. de appell. in 6.

IV. Contra abrogantes pias & laudabiles consuetudines.

Item cum præsumptuosa quorumdam dominorum temporalium, judicum, scabinorum, consulum, universitatum, civitatum, oppidorum, villarum & aliorum locorum, necnon collegiorum, societatum seu corporum ministeriorum & officiariorum mechanicorum, rectorumque aliorum locorum vel communitatum, aut quocumque nomine vel titulo nominare se præsumunt, seu præsumant in futurum: in nonnullis nostrarum civitatis & diœcesis, necnon provinciæ terminis, contra Dei ecclesiam suam extendentium potestatem temeritas sic excrevit, quod consuetudines & observantias vetustas & laudabiles, pia fidelium devotione introductas, non absque scrupulo hæreticæ pravitatis infringere moliuntur, inhibendo, seu opem, operam, consilium, auxilium & favorem ad hæc præstando, aut aliis callidis & occultis machinationibus, seu condictis verbis aut factis perficiendo, ne tempore exequiarum, ac in septimis, tricesimis, & anniversariis parochianorum defunctorum, aut

A alias quocumque tempore, panes, carnes, vel casei, seu pisces, vinum vel cerevisia, seu candelæ vel denarii, aut aliæ res quælibet, prout juxta morem & consuetudinem prædictam earumdem ecclesiarum, capellarum, vel altarium sub antiquis temporibus obtentum fuit, a Christi fidelibus utriusque sexus hominibus offerantur: ne etiam quis minus, aut aliud quam certam monetam, aut ejus valorem, aut penas effractæ monetæ, aut consimile (in præjudicium ecclesiasticæ libertatis, ac contra constitutiones & observantias memoratas) offerat temporibus antedictis, cum præmissa in divinæ majestatis offensam (a qua majestate laici præscripti suas merito sibi datas recognoscere deberent potestates) ac ecclesiarum earumdem ac consuetudinum, & observantiarum prædictarum grandem perniciem tendere dignoscuntur. Nos igitur hujusmodi ausibus nefariis occurrere cupientes, districtius inhibemus, ne quis in modis præscriptus, vel aliis quibuscumque dictas consuetudines infringat aut infringere sive violare procuret, aut talia mandata vel statuta & novas consuetudines, immo verius corruptelas, de novo introducant, nec per se aliosve, quibuscumque machinationibus, condictis verbis vel factis qualitercumque efficiendo impediant, quominus dictæ aut quævis aliæ oblationes, ecclesiis aut ecclesiasticis personis quibuscumque juxta vota fidelium libere offerantur: nec ad prædicta facienda vel non facienda dent consilium, auxilium, opem, operam, vel favorem publice vel occulte.

Insuper districte præcipiendo mandamus ut in contrarium attentata si quæ sint, revocent, & revocati procurent cum effectu intra mensem post publicationem hujusmodi nostri statuti. Alioqui in omnes & singulos, in præmissis contrarium facientes, & in his aut aliquo ipsorum inobedientes & rebelles, excommunicationis sententiam, quam etiam ipsos per jus commune incidisse reputamus, ferimus in his scriptis: a qua, nisi rectori ecclesiæ, capellæ, vel altaris, cujus oblatio (ut permittitur) impedita fuerit vel diminuta, de injuriis, damnis, expensis, & interesse, prius integre satisfactum fuerit, nullatenus absolvantur. Volentes, quod universi & singuli ecclesiarum rectores, & eorum vices gerentes prædicti, quorum interest, præmissa suis parochianis singulis mensibus semel publicare non omittant. Et si universitas in præmissis vel aliquo præmissorum deliquerit, vel contrafecerit, ecclesiastico supponimus interdicto.

V. Stationariorum seu quæstuariorum officia solis tantummodo sacerdotibus concredenda.

Item statuimus & inhibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne quis de officio quæstionatus eleemosynarum se intromittat, nisi in sacris ordinibus fuerit constitutus. Nec ambonem ad prædicandum populo, aut caritativa postulandum subsidia, aut indulgentias sibi commissas insinuandum, vel aliud quam in eorum literis apostolicis, vel diœcesani episcopi continetur, exponendum, nisi in sacerdotio constitutus, ascendere præsumat. Mandantes universis & singulis diœcesanis nostris capitulis & aliis, ad quos talium constitutio dignoscitur pertinere, ne alicui, nisi secundum formam statuti, literas concedant, & extra istam formam concessas, quantocitius revocare procurent.

VI. Contra deambulantes in templis sub officiis divinis.

Item statuimus, ne canonici ac beneficiati in eccle-

 sia,

ANNO DOMINI 1423.

sia, aut etiam intra ecclesiam vel cœmeterium de loco ad locum, nec stando vel sedendo inutiliter fabulentur, quamdiu inibi divina peraguntur. Sed morate & distincte in choro intendant divinis, sub pœnis privationis fructuum ad octo dies.

VII. In vicecuratos ecclesiarum parochialium non fratres mendicantes, sed presbyteri seculares, si tamen idonei haberi poterunt, asserendi.

Item statuimus & ordinamus sub pœna excommunicationis, quam ferimus in his scriptis, ne aliquis rector aut perpetuus vicarius parochialis ecclesiæ, seu etiam capellæ, ordinet, constituat, vel deputet aliquem religiosum mendicantem vel non mendicantem, ad regendum & gubernandum seu officiandum ecclesiam suam, vel ejus vicariam seu capellam, aut alias vices suas committere talibus præsumat modo alter idoneus commode haberi poterit, dolo & fraude seclusis. Datum, statutum, & ordinatum Coloniæ, de consilio in præsentia venerabilium virorum ambasiatorum, & nunciorum reverendorum patrum & dominorum suffraganeorum nostrorum, Leodiensis, Trajectensis, Monasteriensis, Mindensis, & Osnaburgensis episcoporum: ac capitulorum ecclesiarum earumdem, qui ad hoc missi fuerunt in multitudine copiosa, anno domini 1423. die Sabbati, vigesima mensis Martii, sub sigillo nostro præsentibus impresso in testimonium præmissorum.

VIII. Quibus de concubinariis superius mandatum intelligendum.

Theodericus Dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, Vvestphaliæ & Angariæ dux, &c. Cum nos nuper editioni nostrorum statutorum provincialium, in sessionibus nostri concilii provincialis solenniter publicatorum, auctoritatem, consensum & operam dederimus: jura tamen & jurisdictiones aut libertates suffraganeorum nostrorum, & ecclesiarum aut aliorum quorumcumque judicum provinciæ nostræ, tollere aut lædere, vel eos ad aliquod verisimiliter impossibile, obligare non intendebamus, nec intendimus. Idcirco ad omnem ambiguitatem tollendam, quæ circa statutum, pridem in hoc sacro concilio contra concubinarios editum, possit suboriri, declaramus hoc statutum ad notorios concubinarios concubinas in eorum habitationibus vel alibi publice detinentes, dumtaxat extendi debere. Nolumus etiam vigore dicti statuti, nobis aliquam jurisdictionem acquiri, vel ad nos devolvi. Carolinam in generali concilio Constantiensi approbatam, mandamus ab omnibus observari, ipsamque aliis constitutionibus statutorum provincialium volumus insertam haberi.

IX. Contra hæreses præsertim Vvicleficam, seu Hussiticam per id tempus savientem.

Hæreses, hæreticorumque Ioannis Vvicleff, Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga doctrinas erroneas anathematizamus, reprobamus, & totaliter condemnamus, asserentes cum concilio generali Constantiensi, quod omnes hujusmodi articuli, aut sunt piarum aurium offensivi, aut seditiosi, aut scandalosi, vel manifeste a fide devii, seu expressam hæresim continentes, prout in sententia lata contra dictos hæreticos & ipsorum perversa dogmata, plenius continetur. Quapropter universos & singulos subjectos nobis, in virtute sanctæ obedientiæ requirimus, & eis præcipiendo mandamus, quatenus in spiritu virtutis Dei exurgentes, prædictorum hæreticorum sequaces aut fautores, vel receptatores, & eorum doctrinam reprobam cum opusculis memoratis, ubicumque illos seu illas contigerit reperiri, diligenter inquiratis, nobisque, ordinario loci, aut alicui ex inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ad hoc a sede apostolica deputatis vel deputandis, prodatis vel reveletis, atque mediante justitia (si non resipuerint) exterminari fideliter procuretis. Nos enim omnibus per nostram provinciam constitutis, confessis & contritis, qui ad hoc operam efficaciter dederint, aut qui in expeditione exercituum contra dictos hæreticos profecti fuerint, de omnipotentis Dei misericordia, & sanctorum ac sanctarum nostrorum patronorum & patronarum meritis aut precibus confisi, xl. dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus: Suffraganeos provinciæ nostræ in domino hortantes, ut his nostris indulgentiis similes in suis civitatibus & diœcesibus superaddant. Mandantes insuper omnibus & singulis ecclesiarum rectoribus, & eorum vicariis seu presbyteris, aliisque prædicatoribus per provinciam Coloniensem, quod in singulis sermonibus suis ad populum faciendis, exhortationes faciant speciales ad inducendum populum congruis modis, ut orationes, jejunia, & alia pia opera, omnesque presbyteri dictæ provinciæ nostræ, missarum in solemniis celebrandis, speciales collectas, & suffragia nostro offerant salvatori, quatenus ecclesiæ sanctæ, & veris Christicolis contra quoscumque persecutores aut rebelles ejusdem, præsertim dictam fidem impugnantes, largiri dignetur victoriam & triumphum.

X. Cur singulis feriis sextis circa meridiem campana magna pulsetur, & cur item quotidie mane & vesperi certorum ictuum pulsatio fiat.

Item deinceps in singulis civitatum & locorum provinciæ nostræ principalibus ecclesiis collegiatis & parochialibus, omnibus feriis sextis hora meridiei vel circa, in memoriam passionis & mortis domini nostri Iesu Christi, nostrique redemptoris, solenniter campana cujuslibet ecclesiarum magna pulsetur, ad excitandum Christi fideles, ut eadem hora memoriam passionis Christi & suæ redemptionis devotius recolant, & per ejus merita misericordiam Dei pro præmissis, & omni necessitate ecclesiæ implorent. Similiter quoque approbante hoc sacro provinciali concilio, statuimus ut deinceps in singulis ecclesiis prædictis omni die circa solis ortum, in memoriam compassionis gloriosæ virginis Mariæ, pulsetur tribus vicibus campana magna ipsius ecclesiæ, & prout hactenus circa occasum solis, pro salutatione ejusdem virginis gloriosissimæ pulsari consuevit, ad hortandum Christi fideles, ut in laude ipsius virginis incipientes, eam cum salutatione angelica venerentur, ut ipsa quam filius ejus nil negans semper honorat, pro nobis & omni necessitate nostra apud dominum intercedat. Nos enim omnibus contritis & confessis in provincia nostra constitutis, qui feria sexta tempore pulsus in memoriam passionis & mortis domini nostri Iesu Christi, tria Pater noster, & tria Ave Maria, &c. Necnon qui tempore pulsus, qui singulis diebus fieri debet circa ortum solis, ter salutationem virginis angelicam, Ave Maria, flexis genibus oraverit, de omnipotentis Dei misericordia, & auctoritate nostra metropolitana, & ordinaria, xl. dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis, toties quoties hoc fecerint, misericorditer in domino relaxamus: suffraganeos provinciæ nostræ in domino hortantes, ut his nostris indulgentiis similes in suis civitatibus & diœcesibus superaddant.

XI.

ANNO DOMINI 1423.

XI. Compassionis B. Mariæ festum seu memoria, quando in templis agenda.

Ad gloriam sanctæ & intemeratæ virginis Dei genitricis, pro miseris peccatoribus filium suum crucifixum assidue deprecantis & orantis, cujus laudes etiamsi omnes arenulę maris in linguas converterentur, depromere nequirent: nec non ad honorem illius angustiæ & doloris, dum redemptor noster Iesus Christus expansis manibus in ara crucis, pro salute nostra immolatus, matrem suam benedictam dilectissimo discipulo suo Ioanni evangelistæ commendavit, & præsertim ob prophanorum, hæreticorum Hussitarum perfidia, qui imagines ad laudem crucifixi, & gloriosæ virginis dedicatas, ausu sacrilego comburere, & devastare minime formidarunt, nec formidant, statuimus, & ordinamus, ut festum commemorationis præfatæ angustiæ & doloris beatæ Mariæ Virginis, deinceps singulis annis feria sexta post Dominicam jubilate, nisi aliquod festum eodem die intervenerit, & extunc prima feria sexta proxima subsequenti, in primis vesperis, matutinis, aliisque horis, necnon in secundis vesperis, in choro tantum, in omnibus ecclesiis provinciæ nostræ subjectis, secundum notas ac historiam & homiliam de eodem festo compositas, solemniter celebretur: Ut dominus noster Iesus Christus velamina de cordibus eorumdem hæreticorum auferat, & eosdem ad sacrosanctam fidem catholicam revocare, & Christi fideles ab erroribus & omni malo per piissimam suam misericordiam præservare & custodire dignetur. Cuicunque autem interessenti huic missæ cum devotione, de omnipotentis Dei misericordia, & authoritate nostra metropolitana & ordinaria, XL. dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus. Exhortantes suffraganeos provinciæ nostræ in domino, ut his nostris indulgentiis similes in suis civitatibus, & diœcesibus superaddant.

Ioan. 19.

Statutorum copia quibus necessario habenda.

Cæterum mandamus omnibus suffraganeis nostris, & eorum cuilibet, ut statutorum in sacro provinciali concilio conclusorum & publicatorum copiam sub forma authentica intra unum mensem immediate subsequentem recipiant, & suis synodalibus conciliis faciant publicari intra tempus a jure statutum, ne quispiam de sibi subjectis, de eorum editione prætendere valeat ignorantiam, vel allegare. Et præcipue mandamus decanis ecclesiarum nostrarum civitatis & diœcesis, ac christianitatum decanis, quatenus ea in suis ecclesiis & capellis conservent & publicent, ac ulterius dent (copiam) ecclesiarum rectoribus per decanatum eorumdem: alioqui justo impedimento cessante, præmissa negligentes per excommunicationis sententiam, tanquam inobedientes, volumus canonice puniri.

Prononciatum in ecclesia nostra Coloniensi, sub anno a nativitate domini 1423. die Iovis 22. mensis Aprilis, sub sigillo nostro præsentibus appenso in testimonium præmissorum.

ANNO CHRISTI 1423.

CONCILIVM SENENSE, PAPIÆ SEU TICINI PRIMO INCHOATVM, TVM SENIS CELEBRATUM anno domini MCCCCXXIII. & sequentibus initio sub Martino Papa V.

De translatione concilii Papiensis ad Senas.

De translatione concilii generalis a civitate Papiensi ad civitatem Senarum facta anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio, die vigesima secunda mensis * Iunii. Sciendum quod anno prædicto, die vigesimo primo prædicti mensis, in dicto concilio existentibus pro parte domini nostri papæ Martini V. reverendis in Christo patribus & dominis Petro archiepiscopo Spoletano, Petro abbate de Rosacco Aquileiensis diœcesis, ordinis sancti Benedicti, & Leonardo magistro & generali ordinis Prædicatorum, & aliis prælatis & doctoribus de diversis nationibus. Reverendus in Christo pater dominus abbas sancti Ambrosii Mediolanensis de mane illustrissimi principis domini ducis Mediolanensis præsentavit prætatis dominis de concilio literas credentiales, virtute quarum idem dominus abbas exposuit magnam benevolentiam quam dictus princeps habebat ad ipsum concilium. Et quia dolenter intellexerat in dicta civitate Papiensi pestilentiam epidemialem vigere, dictis dominis de eminenti periculo volens eis præcavere, præsentabat dicto concilio omnes civitates & oppida suorum dominiorum, demptis dumtaxat duabus civitatibus, Brixia & Mediolano. Quibus auditis, domini de nationibus retraxerunt se ad partem in aula exteriori, commissariis domini nostri papæ in aula interiori remanentibus. Et quia dicebatur quod idem dominus abbas habebat illo die necessario reverti, & referre responsionem ad dominum ducem prædictum: post plures instantias præcipitativas, iterum dictam cameram sine concordia de loco translationis, ubi post multas altercationes hincinde habitas, dominus Andreas Poznaniensis episcopus pro se & illis de natione Germanica qui erant quatuor in numero, cum videret quod non posset faciliter haberi concordia, dixit præmissis commissariis, quod onerabat dictos commissarios de electione loci, pro translatione dicti concilii, salvis semper in omnibus decretis concilii Constantiensis. Consequenter dominus Philibertus Ambianensis episcopus pro illis de natione Gallicana qui erant ibi sex in numero, similiter respondit. Postremo vero dominus Ricardus episcopus Lincolniensis pro natione Anglicana, quæ plus abundabat in suppositis, respondit similiter, & addidit, quod locum quem dicti commissarii eligerent, dicta natio extunc eligebat. Nullus autem erat ibi de natione Hispanica, neque de Italica, præter dictos commissarios. Et sic domini iverunt ad prandium, quia etiam jam erat hora tarda. In crastino vero de mane tenebatur sessio, in qua post celebrationem missæ per dominum Andream Poznaniensem præsidentem pro dicto Spoletano episcopo, cantatis litaniis & ceteris orationibus more solito, idem dominus Andreas ascendens ambonem legit quamdam schedulam, quæ nunquam fuerat visa per nationem Gallicanam, cujus tenor sequitur in hunc modum.

* indictione prima

Decretum de ipsa translatione ex causa pestis.

Sacrosancta synodus generalis Papiensis in Spiritu sancto legitime congregata, causa pestis inibi notorie vigentis, ipsam civitatem Papiensem mutat, & loco ipsius civitatem Senarum in natione Italica consistentem, tamquam habilem & locum sufficientem pro continuatione ejusdem sacri concilii, tenore præsentium eligit atque deputat. Qua schedula perlecta, dominus Petrus archiepiscopus Cretensis respondit, Placet, pro natione Italica, licet non haberet super hoc mandatum a natione, nec eatio viderat schedulam prædictam. Magister Nicolaus de Suzato doctor in theologia similiter respondit pro natione Germanica, & dominus Ricardus Lincolniensis episcopus pro natione Anglicana.

ACTA

ANNO CHRISTI 1423.

ACTA SENENSIS CONCILII, SEQUITUR decretum de approbatione processuum, & continuatione in futurum contra Hussitas hæreticos.

Sacrosancta synodus Senensis generalis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans:

IN ea Petro archiepiscopo Cretensi, Iacobo episcopo Spoletano, Petro abbate de Rosacco Aquileiensi, & Leonardo magistro & generali ordinis Prædicatorum, nuntiis sanctissimi in Christo patris & domini domini Martini papæ V. unici & indubitati summi pontificis specialiter deputatis: ipsiusque reformationem intendens, incipiens a fidei fundamento, B præter quod nemo potest aliud ponere, damnationem hæresum Vuicleffistarum & Hussitarum, suorumque seqoacium extirpationem. Deinde per præfatum sanctissimum dominum papam Martinum pro viribus procurata tam principum, baronum, divisorumque populorum exhortatione & requisitione, tam etiam plenariæ indulgentiæ concessione illas prosequentibus, cum pro tali habitione ad diversas partes bina destinatione legati de latere, ratas & gratas habens approbat & confirmat, contra eosdem continuando processus. Decernit omnes persequentes ac procurantes extirpationem dictæ sectæ gaudere omnibus juribus, privilegiis & indultis a jure vel ab homine, peccatorum C veniam concernentibus, contra hæreticos insurgentibus concessis, aut infectos labe dictarum hæresum quomodocumque, omnes & singulos eisdem consiliis, auxiliis vel favoribus assistentes, ac eosdem defendentes vel receptantes, nec non victualia, species aromaticas & pannos, sal, pulveres, bombardas, plumbum, vel arma, sive instrumenta bellica, seu res alias quascumque eis adducentes, sive alia quævis negotia vel commercia publice vel occulte facientes cum eisdem; eos etiam qui scienter per dominia, terras, districtus, vel suæ ditioni subjecta, præmissa in toto vel in parte præfatis hæreticis adduci seu apportari, vel subditos suos cum eis negotiari permiserint, pœnis & dam- D nationibus contra hæreticos promulgatis obnoxios fore ac subditos jurisdictionem quorumcumque judicum, extirpationem hæreticæ pravitatis, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, salviscondictibus a quibuscumque personis ecclesiasticis vel sæcularibus, etiam si pontificali, imperiali, regali & ducali, aut alia quacumque ecclesiastica vel sæculari præfulgeant dignitate, concessis vel concedendis, non obstantibus quibuscumque. Insuper omnes Christianæ religionis principes ac dominos tam ecclesiasticos quam sæculares hortatur, invitat & monet per viscera misericordiæ Dei, ad extirpationem tanti per ecclesiam prædamnati erroris omni celeritate, si divinam ultionem & pœnas juris evi- E tare voluerint, evigilent & intendant. Nihilo minus disponens hæc sancta synodus ante ejus dissolutionem super hujusmodi decreti executione efficacius providere.

Ratificatio condemnationis facta per Constantiense concilium contra Petrum de Luna, & aggravatio contra succedentes & participantes.

Item hæc sancta synodus sententiam damnationis & condemnationis in personam damnatæ memoriæ Petri de Luna, olim Benedicti decimitertii in sua obedientia nuncupati, schismatici & hæretici pronuntiati per sacrum Constantiense concilium,

A & inhibitionem factam omnibus singulis Christi fidelibus sub pœnis fautoriæ hæresis & schismatis, ac privationis omnium beneficiorum, dignitatum & honorum ecclesiasticorum ac mundanorum, & alias pœnas juris infligendo, ut dicta sententia præfati concilii, cujus totum tenorem hic haberi vult & habet pro sufficienter expresso, latius continetur, ratam & gratam habens, eiusque executionem, continuationem continuare volens, decernit, statuit & declarat, omnes & singulos post obitum dicti Petri de Luna continuantes seu perseverantes in credulitate vel observantia erroris & schismatis ejusdem Petri sic (ut præmittitur) damnati, vel ius aliquod ab eo in eas directe vel per indirectum derivasse aut derivari potuisse prætendentes, seu in vi- B cem eius succedentes, eorumque receptatores, defensores & fautores, cujuscumque status, præeminentiæ vel conditionis existant, etiam pontificali, cardinalatus, imperiali vel regali, aut alia quacumque ecclesiastica vel sæculari præfulgeat dignitate, omnesque & singulos eisdem consiliis, auxiliis vel favoribus assistentes vel receptantes, nec non quoscumque victualia, species aromaticas & pannos, sed & plumbum, pulveres, bombardas vel arma, seu instrumenta bellica, seu res alias quascumque eis adducentes, sive alia quæcumque negotia vel commercia publice vel occulte facientes cum eisdem; eos etiam qui scienter per dominia, terras, districtus vel loca suæ ditioni subjecta, præmissa in C toto vel in parte præfatis hæreticis adduci vel apportari, vel subditos suos cum eis negotiari permiserint, fore obnoxios atque ligatos pœnis & censuris in dicta sententia contentis; cum etiam novi erroris inventores non sint, alieno tamen facinori prædamnato suam communionem immiscuerunt, nullo eisdem exceptionis, immunitatis, privilegii, statuti vel consuetudinis præsidio suffragante: per hanc tamen approbationem & declarationem, statutum sive decretum, non intendit privilegiis, habilitationibus, declarationibus quibuscumque personis per sanctissimum dominum nostrum papam Martinum quintum concessis & concedendis præjudicium generare, seu in aliquo derogare.

D

Concessio indulgentiarum persecutoribus hæreticorum.

Item quoniam propter negligentiam quorumdam ordinariorum & inquisitorum deputatorum extirpationi hæreticæ pravitatis, in diversis mundi partibus variæ hæresum species pullulaverunt in gravem Dei offensam, fidei catholicæ detrimentum, & multarum animarum perditionem: volens hæc sancta synodus remedium adhibere, statuit atq; mandat omnibus & singulis locorum ordinariis ac inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ut timore, favore, amore & odio quibuscumque postpositis, juxta juris formam solicite intendant inquisitioni & ex- E tirpationi hæresum quarumcumque, & quam primum eis constiterit in locis suæ jurisdictionis aliquos dicta labe infectos existere, eorum captioni & punitioni intendant secundum canonicas sanctiones, quodque ut favoribus opportunis circa hæc eisdem ordinariis & inquisitionibus assistatur, constitutioni Bonifacii octavi disponenti super investigatione, captione, custodia & punitione hæreticorum & fautorum fiendis & procurandis per dominos & rectores temporales locorum, addere cupiens, statuit hæc sancta synodus, quod quicumque capientes hæreticos, & in potestatem ordinariorum vel inquisitorum hæreticæ pravitatis effectualiter ponentes, vel eos quos detinere seu capere non possent,

ANNO CHRISTI 1423.

possent, de eorum territoriis omnes expellentes aut bannientes, seu etiam requisiti brachium sæculare contra eos præstantes, eam indulgentiam consequantur, quæ dari consuevit personaliter proficiscentibus in subsidium terræ sanctæ. Mandat etiam omnibus ad quos spectat deputare inquisitores hæreticæ pravitatis, ut in deputatione servetur concilium Viennense[1], ac in locis insignibus, vel ubi frequentius pullulaset hæresis, quoscumque non deputent, nisi magistros in sacra pagina, si tamen commode possint. Alioquin, alios doctiores & aptiores quos poterunt reperire. Hujusmodi quoque decretum prima & quarta Dominica quadragesimæ, in festo nativitatis & resurrectionis domini nostri Iesu Christi, ordinarii in suis ecclesiis principalibus, inquisitores vero præfati in ecclesia insigni civitatis vel diœcesis, ubi magis viderint expedire, quando populus conveniet ad divina, singulis annis perpetuo intelligibiliter publicare teneantur, & singulis Dominicis diebus publice nuntiare candelis accensis pariter & extinctis, & in terram projectis, campanisque pulsatis, omnes hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorumdem, excommunicatos, & tales ab omnibus evitari. Hanc autem publicationis formam, quoad constitutiones præfatas Vuicleffistarum & Hussitarum, & schismaticorum, quousque viguerint, hæc sancta synodus observari decrevit. Quod si prædicti ordinarii vel inquisitores circa observantiam hujusmodi statuti se remissos ac negligentes reddiderint, pœnam suspensionis ab ingressu ecclesiæ per quadrimestre tempus eo ipso incurrant, ac in provincialibus seu synodalibus conciliis pro modo culpæ seu negligentiæ contra tales negligentes ultra prædictam pœnam provideatur de remedio opportuno, privilegiis, exemptionibus, consuetudinibus & statutis contra præmissa disponentibus, non obstantibus quibuscumque.

Statuta super materia reductionis Græcorum.

Item in nonnullis generalium conciliorum convocationibus Romani pontifices pro tempore existentes conati sunt ecclesiam orientalem reducere ad unionem universalis ecclesiæ in necessaria fide Iesu Christi salvatoris: sanctissimusque dominus noster papa Martinus quintus, paterno eius affectu compatiens & afferens, omnes errantes ad unicum Christi ovile reducere perquirens, solicite nuntium proprium sufficienti potestate munitum ad patriarcham & imperatorem Constantinopolitanum destinando, ut unioni & gremio sanctæ matris ecclesiæ possent reincorporari: cujus nuntii expositione audita, imperator respondit, prout in ejusdem literis aurea bulla im . . . . . . latius continetur, cujus tenor infra habetur. Ex quibus apparet cum ipsis talia istis temporibus non posse utiliter & fructuose pertractari. Quare hæc sancta synodus considerans reformationem catholicæ ecclesiæ necessariam fore[2], eis pro nunc non aliter expectatis, decernit ad dictam reformationem fore procedendum, & cum se facultas obtulerit, vigilare divina clementia, sinceroque cordis affectu pro viribus intendere eorum reductioni ad gremium fidei catholicæ.

Hoc lecto, ostendebatur litera patriarchæ Constantinopolitani bulla aurea sigillata, & in Græco pariter & in Latino scripta. Et primo legebatur Græcum per Ma . . . . unum secretarium domini nostri papæ, & consequenter Latinum per dictum Ma. . . . Azel, cujus tenor sequitur.

Instrumentum relationis de ambasiata facta ad Græcos ex parte domini papæ, & continet novem conclusiones.

In individuæ sanctæ Trinitatis nomine. Amen.

A Christi nativitate anno millesimo quadringentesimo vigesimosecundo, indictione quintadecima, die decima quarta Novembris, Constantinopoli in urbe regia in præsentia domini imperatoris Romæorum, præsentibus testibus infra scriptis, ad hæc omnia & singula vocatis & rogatis, reverendissimus & integerrimus vir atque clementissimus sacræ theologiæ professor magister Antonius Massanus, qui dicitur orator & nuntius apostolicus in partibus Græciæ, ad diem decimum Septembris millesimi supradicti Constantinopolim applicuit: qui majori suæ honestati consulens, divertit in Peram ad conventum ordinis fratrum Minorum; statimque per reverendos & honestissimos viros fratrem Gulielmum confessorem excelsæ & Christianissimæ imperatricis, & magistrum Ioannem præfati oratoris socium. Et serenissimo principi domino Manueli Dei gratia Romæorum imperatori idem significavit, primo se esse nuntium apostolicum missum ad suam majestatem imperialem; deinde ubi & quo in loco eidem gerens morem secesserat. Tertio vero, quandocumque sua imperialis majestas pro eo mitteret, ipse semper paratissimus esset. Cui quidem domino oratori Io. . . . . dominus imperator per eosdem dominos venerabiles fratres ad suam serenitatem transmissos hujusmodi responsum dedit. Primum lætari se plurimum de ipsius adventu; de loco autem in quo erat, vehementer congratulari, & ita meliorem eligere non potuisset: demum vero quod propediem pro eodem mitteret, quo voluntatem beatissimi summi pontificis audiret. Postea vero, cum ad diem decimumseptimum ejusdem mensis Septembris ipse dominus imperator misit, idem reverendissimus pater dominus nuntius apostolicus ad imperiale palatium profectus est, honorificentissime associatus, & ab honorabili domino bajulo illustrissimi ducalis dominii Venetorum, & alia multitudine nobilium copiosa, tam Græcorum quam Latinorum: ibique facta majestati imperiali reverentia debita, eidem bullas sanctissimi in Christo patris & domini Martini divina providentia papæ quinti præfatus dominus orator propriis ipsis manibus porrexit, atque benedictione sanctitatis apposita, assignata, dixit habere se ex mandato apostolicæ ipsius sanctitatis, & suæ serenitati & reverendissimo in Christo patri domino patriarchæ novem quæstiones exponere, quibus dominus imperator respondit suo loco & tempore ad illas exponendas iterum se pro eodem domino oratore missurum. Ad diem autem tertium Octobris cum idem illustrissimus imperator Manuel mittere instituisset, veluti antea dixerat, ut ipse una cum domino patriarcha eas novem conclusiones exponendas attenderet, gravissima infirmitate oppressus est, & adeo oppressus repente, ut & loquelam omnem ac sensus omnes penitus amiserit. Quamobrem die decima ejusdem mensis Octobris, idem reverendissimus dominus orator & nuntius apostolicus, per supradictos fratres Gulielmum confessorem & magistrum Ioannem transmissos ad illustrissimum principem dominum Ioannem ejus serenissimi domini Manuel filium primogenitum atque Romæorum imperatorem in prædictis designatum, primo apud ipsius majesta-

tem condolure de adversa & . . . . vale- tudine excelsissimi patris sui, deinde modestissime ac ipsi significavit, quod legatio beatissimi summi pontificis in longiusculum trahebatur. Ad diem vero decimamquintam ejusdem mensis Octobris, idem illustrissimus dominus Ioannes imperator junior, advocato in suum imperiale palatium præfato reverendissimo patre magistro Antonio Massano, dignissimo nuntio apostolico, illam sacratissimam pontificis summi legationem in novem conclusiones distributam in secreto audivit, rejectis ac remotis omnibus præter suorum aliquos. Quibus quidem novem conclusionibus accuratissime auditis, post pleraque verba dixit, usque ad dies paucos ad ea se responsurum, quæ ipsi domino oratori placita fierent. Vicesima autem die ejusdem mensis Octobris, reverendissimo in Christo patre & domino domino patriarchæ Constantinopolitano supradicto publice in ecclesia sancti Stephani coram suis metropolitanis, calogeriis & * præpadibus, atque aliis multis tam Græcis quam Latinis hominibus, idem dominus nuntius apostolicus easdem novem conclusiones exposuit, quibus & ipse reverendissimus quoque dominus patriarcha usque ad dies paucos responsurum affirmavit. Ipsæ vero conclusiones, quas illustrissimo domino imperatori atque reverendissimo in Christo patri, domino patriarchæ præfatus dominus orator retulit, hæc habent de verbo ad verbum.

* f. papatibus,

Sanctissimus & beatissimus qui habet cæleste arbitrium, qui est dominus in terris, successor Petri, christus domini, dominus universi, regum pater, orbis lumen, summus pontifex papa Martinus, divina providentia papa quintus, mandat mihi magistro Antonio Massano ordinis Minorum, oratori & suo nuntio in partibus Græciæ, hæc* mora vobis reverendo in Christo patri & domino domino Ioseph patriarchæ dignissimo Constantinopolitano, & serenissimis principibus Manueli & Ioanni Romæorum imperatoribus Palæologis, novem nuntiare maximas sententias.

Quarum prima fundatur in domini nostri papæ ad unionem ardentissimo desiderio. Cum enim omne ex natura sua tendat ad unionem, quia non vult totum a suis partibus separari, nec partes a suo toto, ut unio servetur; postea quoniam virtus unita fortior est dispersa: sanctissimus dominus papa non tantum desiderat unionem ex natura, sed etiam ultra naturam inclinatam. Tantum optat ratione bonitatis pontificatus domini nostri felicissimam videre diem illam ecclesiarū Latinæ Græcæque unionis, ut præter Deum nihil supra. Deinde intendit pro hac totum ecclesiæ Romanæ licitum justum apponere atque honestum: & quod felicius hac in vita suæ sanctitati occurrat, certe ei non venit in mentem: & totum collegium dominorum cardinalium, omissis omnibus, quasi de re alia non pertractat, quam de ista sanctissima unione. Sed quid dicam de domino legato reverendissimo cardinale sancti Angeli, qui, ut inferius explanabo, ad mortem se posuit in horrendo mari contra omne medicorum consilium? tam accenso harum ecclesiarum Græcæ & Latinæ desiderio ardebat concludendi unionem, ut ecce dicamus, desiderio desideravit Christi vicarius cum suis cardinalibus hoc pascha unionis, communionis & pacis secure vobiscum Græcis unica in ecclesia catholica & apostolica, rugam non habente, schisma neque dolos.

Secunda conclusio, in suum habet jus malis & A periculis quæ ex hoc schismate provenerunt hactenus, & quotidie proveniunt, tam spiritualiter quam temporaliter. Quæ lingua, pater patriarcha & Romæorum imperator, sufficit explicare ex hac pestifera divisione sanguinis effusionem, hominum stragem, succensiones, furta, adulteria, homicidia, & similia mala ineffabilia? Propter hoc pessimum malum Græcia nobilis, tam florida, perdidit proprietatem domini, sæcularem sapientiam ac morum strenuitatem, principum nobilitatem, plenitudinem populorum, mercatorum affluentias, maris potestatem: in præsenti vero Græcia omnis amissa utriusque hominis pace, guerris inimicorum crucis Christi undique premitur, & in servitutem redigitur. Quid scelestius dici posset, quam B quod infideles, fideles Christianos suppeditantes, hac arma movere cogant ut plurimum contra Christianos? Quid inhonestius, quam ut pudicæ dominæ Græcorum, altas timore, nunc amore per viros suos nunc admittantur ad tortorum conjugium, imo per parentes ad dispensationem, si dispensatio habet dici? Nos utique Latinos abominantes, & vocantes nos schillos Francos, cum simus ejusdem fontis renati baptismate, ejusdemque cælestis Patris filii atque heredes & fratres. Sed quod deterius est, nisi ista cesset scissura, omnes nunc tam Tartaris quam Turcis obedient, & renuntiabunt evangelio Christi, & jam servi fient Mahometis, ex carentia prædicatorum pacem, C unionem & salutem annuntiantium eis. Sed circa periculum, ne pereat præsto ex toto Græciæ monarchia irrecuperabiliter, dari forsan consilium * nullirer salubrius, quam se nobiscum unire caritatis vinculo, ut fiat velut antea unum ovile & unus pastor; & ut filii Dei Græci qui sunt aliqui in Græcia, aliqui in Armenia, aliqui in Syria, aliqui in Bulgaria, aliqui in Turchia, &c. & congregentur in unum ecclesiæ Romanæ consensum: alias omnia per brachium infidelium remedia periculosa certe sunt.

Tertia conclusio solvatur in requisitione promissi: quoniam reverendus pater & dominus epi- D copus Slomensis, & dominus Nicolaus Eudæmon Ioannes, obtulerunt & dixerunt aperte, districte & clare, omni semota obscuritate, domino & sanctissimo papæ Martino quinto, voluntatem esse patriarchæ reverendissimi Constantinopolitani, & serenissimi Romæorum imperatoris, procurare ac curare sine fraude & dolo sanctissimam unionem ecclesiæ Græcorum cum ecclesia Latina, sub illa fide quam sancta Romana ecclesia tenet, & obedientia ad eamdem ecclesiam Romanam: ut intendit dominus noster papa in suis bullis credentialibus ad vos reverendissimum patriarcham, & ad vos serenissimos imperatores, & ad præfatos vestros: ut etiam testantur hoc literæ credentiæ reverendissimi domini legati ad eosdem. Ideo E dominus noster merito bonus, ut pastor, requirit, invitat vos justum ad promissum servandum in sancta sede apostolica. Divina voce Græca ait ecclesia; conscientiæ nostræ convenit semper dare operam, ne oves errantes culpa nostra pereant de ecclesia: & si præter intentum nostrum dominus Theodorus & dictus Nicolaus oratores nostri promiserunt hæc supradicta modo prædicto, ostendetur evidenter sanctitati domini nostri, eos false exposuisse voluntates nostras, ne dubium remaneat aliqua in parte præfatorum. Veritas quidem non quærit angulos, sed prædicat in plateis, in publicum dicit quod narrat omni * alechia iidem phobiæ, &c.

* alethia

Quarta

ANNO CHRISTI 1423.

Quarta conclusio creatione legati firmitatem habet. Propter quæ præmissa tam mirifica sanctissimus dominus noster papa illico Florentiæ creavit dictum legatum ex latere, & publicavit reverendissimum in Christo patrem dominum cardinalem sancti Angeli. Qui dominus cardinalis & legatus propter nonnullas ecclesiæ necessitates & suas pervenit ad Hispaniam, de conscientia ejusdem domini Nicolai Eudemon Ioannis, oratorum vestrorum, eo quod tunc non erat tempus idoneum navigandi ad Græciam, nec erant præordinata, quæ de necessitate videbantur ordinanda Constantinopoli pro concilio fiendo. Sine enim concilio visum fuit, Græcorum & Latinorum præfatam unionem sequi non posse: & ipsis satis erat ad hæc faciendum. Fuit autem prædictus dominus cardinalis in Hispania gravissima infirmitate detentus, a qua nondum liberatus, in maris periculo se posuit contra etiam salubre consilium medicorum, ut ad implendum opus sui officii veniret, & ut non faceret voluntatem suam, sed voluntatem ejus patris domini papæ qui misit eum.

Quinta conclusio attenditur penes impedimenta, ex quibus legatus & dominus cardinalis non ivit ad Græciam. Cum enim versus eamdem se parasset ad iter, literæ supervenerunt episcopi Theodori, nec non & aliorum multorum, deportatæ per fratrem Macarium & alios nonnullos: in quibus expresse continebatur ex sententia, quod congregatio pro concilio fiendo prælatorum Græcorum isto tempore fieri non posset, propter inhumanissimam Turcorum guerram, & transitum eorumdem ad partes Græciæ. Ac etiam in eisdem literis tenuntiatum est Constantinopoli esse nullum vestigium præparationis concilii. Incassum ergo supervenisset legatus ad impetratam, imo perturbatam atque inconsideratam omnibus suis in partibus . . . . . prudentia enim si aut adjecto ultimo vult præceptum, judicium medio, & primo consilium; quorum prudentiæ * activum primus non est, secundus abest, tertius subest. Venire ergo non debebat dominus legatus.

Locus obscurus.

* actum

Sexta conclusio vigorem habet in destinatione nuntii apostolici. Quare nec longum iter diuturna mora legati esset sine fructu, si dominus noster papa habito maturo & digesto consilio deliberavit * promittere me nuntium suum apostolicum, ut praordinatem congregationem prælatorum & Græcorum, quæ repræsentat totam ipsorum ecclesiam, ne in primum inconveniens incidamus, quando oratores imperatoris Constantinopolis in concilio Lugdunensi se Romanæ ecclesiæ univerunt, &, Credo in Deum, prout eadem ecclesia, publice decantarunt: nec tamen illi reductioni, ut patet, Græcia stare voluit, asserens, ut fertur, sine communi concilio id actum esse. Expedit quidem hoc ad tollendum vetustissimum malum. Hoc sciam, quatenus quo possum clarissime informare dominum nostrum papam & legatum, scilicet quo tempore fieri debet istud concilium, quo loco, & ex quibus Græcorum prelatis: ad quem finem concilium, fateor, intendit. Quia cujus finis bonus, ipsum quoque bonum est: & cujus finis malus, ipsum quoque malum est. Si est disputatio plurimum grandæva, si de fide disputatio, procul a nobis: si ad conconferendum per doctores Græcos pariter & Latinos summam complacentiam ad *talvvite agathon.*

* f. præmittere

Septima conclusio roboratur in certitudine promissi. Unde quero, si vos, reverendissime patriarcha & serenissimi imperatores, intenditis realiter operari, quod unio fiat sub fide quam sacrosancta Romana ecclesia tenet & servat, & obedientiam ad eamdem Romanam ecclesiam: esto etiam quod alii Græci congregari in concilio, quia non sint sub dominio vestro temporali, non vellent accedere. Istud idem dominus episcopus Theodorus, & dominus Nicolaus Eudemon Ioannes obtulerunt Florentiæ pro parte reverendissimi patriarchæ & serenissimi imperatoris Manuelis, sanctissimo domino nostro papæ & legato, non quantum ad intentionem promissionis imperatoris & patriarchæ, sed quantum ad verba, promissio indiget, ut fertur, examinatione.

Octava conclusio existit in oblatione domini legati. Promittit enim certissime illustrissimus dominus cardinalis sancti Angeli & legatus ex latere in partibus Græciæ, ubi promissi recto animo & dicto instituto veniatis ad sæpe dictam sanctissimam unionem promptum adjutorium regis Aragoniæ, regis Castellæ, gloriosissimorum, pro fidei triompho, nec non & aliorum principum: quamvis coacta Deo non placeant. *Hilarem enim datorem diligit Deus.*

i. Cor. 9.

Nona conclusio terminatur in finali & sancto promisso sanctissimi domini nostri papæ: Ego nuntius apostolicus magister Antonius Massanus ordinis Minorum, palam coram omnibus promitto de mandato domini nostri Martini papę V. quod si prædicta unio per reverendissimum dominum patriarcham & imperialem majestatem una cum modis supradictis fiat, quod sanctissimus dominus noster papa prësto mittet legatum absque mora retardationis cum prælatis & magistris ad hoc specialiter ordinatis, ubi primo, sicut præmisi in sexta conclusione, sciam tempus hujus sacratissimi concilii, & locum ejusdem congregationis prælatorum Grecorum sufficientem & idoneum, & quem finem intenditis esse nobiscum in concilio, & quomodo.

Diligentia pro responsione a Græcis habenda, & causa dilationis.

Post autem has novem conclusiones, ita ut scriptæ sunt, diligenter expositas, idem reverendissimus pater dominus nuntius apostolicus, magister Antonius Massanus, ad diem vigesimamquartam ejusdem mensis Octobris eumdem reverendissimum in Christo patrem dominum patriarcham secundo convenit & allocutus est super conclusionibus supradictis. Item & die vigesimasexta ejusdem mensis præfatus dominus nuntius apostolicus supra nominatos fratres Gullielmum confessorem, & Ioannem socium suum ad eumdem serenissimum dominum imperatorem dominum Ioannem misit, ut suæ majestati placeret responsionem sibi dare ad ea quæ nomine beatissimi summi pontificis suę serenitati retulerat. Die vero trigesima ejusdem quoque mensis Octobris, iterum dominus imperatot apud eumdem reverendum dominum patriarcham fuit ad tractandum & colloquendum de modo celebrandi concilii. Kalendis autem Novembris idem serenissimus dominus imperator Ioannes misit ad ipsum dominum oratorem quemdam ex nobilibus suis Cataciimon, ad dicendum, ne miraretur, si tam cito minus responsum dabat: quoniam multis & maximis negotiis bellicis imptæsentiarum esset implicitus. Deinde quoque addit tertium Novembris dominus nuntius apostolicus misit ad quemdam majestatis imperialis calogerum & ad Closeps, ut vellent illustrissimum dominum imperatorem ac reve-

ANNO CHRISTI 1423.

reverendissimum dominum patriarcham ad hanc unionem sacratissimam excitare. Ad diem vero decimumquartum Novembris præfatus dominus nuntius apostolicus responsionem habuit ad omnes supradictas conclusiones, tam a reverendissimo domino patriarcha, quam ab illustrissimo domino imperatore supradicto: quoniam cum firma ac solida in se esse asserat, idem dominus nuntius apostolicus hic anootari seu adscribi voluit. Scriptum & publicatum Constantinopoli, quemadmodum retulerunt, & suis sic missis testationibus approbaverunt venerabilis frater Gullielmus confessor supradictus, frater Petrus Capinus custos Constantinopolitanus, frater Ludovicus de Tarasio, frater Damianus de Venetiis, dominus Ioannes Arispa, & frater Laurentius de Franciscis, testes ad hæc omnia & singula suprascripta vocati & rogati.

Et ego Franciscus Philelphus civis Venetus publica & imperiali auctoritate notarius, & nostria in Venetorum curia & Constantinopolitana cancellarius, ex relatione & attestatione præfatorum testium suprascripta omnia & singula scripsi, complevi & publicavi.

Auscultatum & collationatum cum originali per me Aimonem Gerbasii episcopi Maurianensis, literarum apostolicarum de curia & aliatum in camera apostolica registrari, * solicitare registratori, die vigesimaoctava Iolii anni millesimi quadringentesimi vigesimitertii, de episcopi prædicti manu propria.

Copia literarum responsionis imperatoris Græcorum ad papam Martinum V.

Sanctissimo in Christo patri & domino domino Martino sacrosanctæ Romanæ Dei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ summo pontifici dignissimo, Ioannes in Christo Deo fidelis imperator & moderator Romæorum Palæologus semper Augustus, reverentiam debitam & devotam.

Reverendus vir ambasiator vester Antonius presbyter, monachus, theologiæ magister, venit ad nos in gratia sanctitatis vestræ ferens ac accipi ..... cognovimus & ab ipsis & a vestro ambasiatore quæcumque nobis ipse dixit. Ad primos ejus sermones, qui fere in summa fuerunt, quod ex parte mea dixit Nicolaus Eudæmon, & reverendus episcopus Oleois Theodorus, quod volumus unionem simpliciter cum Romana ecclesia. Sed quoniam respondimus ipsi ambasiatori ad verbum, a quo sanctitas vestra de omnibus agnoscet, affirmamus etiam per nostras literas expresse, quod non solum aliquid tale commisimus, sed neque omnino unquam ipsum in mente dicere habuimus. Sed quod scripsimus in literis nostris, istud & non aliud nostri ambasiatores impositum habuerunt, implere & enucleare propriis sermonibus, videlicet fieri concilium universale secundum ordinem & consuetudinem sanctorum septem universalium conciliorum, & quod concesserit Spiritus sanctus ad pacem, istud firmare & tenere. Circa sermones autem ipsius magistri Antonii ambasiatoris, post hoc quod quæsivit agnoscere locum & modum & tempus concilii: Respondemus, de loco quidem Constantinopolim, cum imperium nostrum in præsenti neque aptiorem alium locum habeat, neque possemus ire alio propter necessitatem. Verum in qua magis nunc sumus quam aliquando, & etiam propter necessitatem expensarum quibus ipsum negotium indiget. De modo, non necessitatem ducimus esse, omnes sanctissimos patriarchas, & omnes episcopos provinciarum nostratum interesse. Concilii autem hujusmodi expensas omni præterito tempore faciebat imperium, nunc autem similiter esset opus: imperium vero nunc non potest ullo modo, nec facultatem habet ad id faciendum. Qua de causa sanctitatem vestram rogamus, ut circa hanc rem provideatur sufficienter. De tempore autem, optamus & desideramus ut taliter essent res, quod hodie hoc divinum opus unionis & nobis placitum, principium acciperet. Sed cum sint circa nos res tales, quales vidit suis oculis Antonius, qui quasi penitus destructis nobis omnibus, sunt sub periculo gladii & hæc civitas & omnia nostra: & non est possibile congregare episcopos ab Asia, neque ab Europa, propter guerras infidelium. Dicimus quod Deo dante pacem & firmitatem rebus, statim scribemus vobis, & apportatis nostris literis ad vos, & ex vobis ambasiatoribus vestris sumentibus cum exitu & expensis circa concilium faciendis ab illa die incipiente eo usque ad finitum annum, ut concilium fiat. Verum hoc magnum desiderium & singularem amorem quem habemus ad tale divinum opus unionis, dicimus & hoc, quod etiam existente guerra infidelium, si sanctitas vestra fecerit talem pro securitate nostrorum necessariorum locorum, & feceritis excommunicationem terribilem & insolubilem contra quoscumque vestros homines, ut non relinquant nos solos in guerra infidelium, & ipsi in pace sint cum ipsis, sed auxilientur nobis contra infideles, ita quod ipsi infideles non habeant facultatem inferre contra nos armatos nave ipsorum. Et hoc patet nobis reverendissimus cardinalis habens ex nobis generalem auctoritatem & vim super istis: Placet nobis incipere unionis opus ab ipsa die qua huc advenerit prædictus reverendissimus cardinalis: & tunc conveniente sacro concilio secundum antiquum sanctorum universalium septem præteritorum ordinem & consuetudinem, & veritate sine contentione quæsita, quidquid revelatum fuerit inspirante Spiritu sancto in hoc sancto concilio, utrique parti placitum sit, & subsequatur omnis terminus mundi. Itaque fiat universalis unio & infrangibilis & firma ecclesiarum. Datum in urbe nostra Constantinopolitana millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, die Sabbati quartadecima mensis Novembris, sub nostra imperialis sigilli impressione, & nostra solita rubea subscriptione.

Instrumentum electionis civitatis Basileensis pro celebratione concilii generalis proxime secuturi.

In nomine domini. Amen.

Tenore præsentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter & sit notum, quod anno a nativitate ejusdem domini millesimo quadringentesimo vicesimoquarto, indictione secunda, die vero sabbati decimanona mensis Februarii, hora tertiarum, vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini, &c. *Vide reliqua in sessione prima concilii Basileensis.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Ad idem Senense concilium spectant, quæ sequuntur ex Odorici Raynaldi P. O. annalium ecclesiasticorum tom. 18. deprompta.

*** De rebus ad fidem spectantibus constituendis, de ecclesiastica disciplina & Christi fidelium moribus in primævum decus restituendis agendum erat, sed cum

ANNO CHRISTI 1424.

cum ob turbas in synodo excitatas saniora explicari (A) consilia non possent, pontifex eam rem ad sedis apostolicæ curam revocavit, dimisitque consilium, de quo ad Ioannem Conventrinum Toletanum archiepiscopum hæc scripsit:

Ad archiepiscopum Toletanum.

Voluissemus, ut per te alios optime sentientes ea gravitate & libertate, qua in te tali conveniebat, agi potuisset de reformatione universalis ecclesiæ in Senensi concilio: sed postquam tanta rerum perturbatio secuta est, ut vidisti, in animo nobis est hanc reformationis materiam non relinquere, sed ad prosecutionem debitam intendere in curia nostra: In quo sancto opere te optaremus esse præsentem: (B) sed cum tibi necessarium sit tuam ecclesiam visitare, & ad ipsius regimen prudentiæ tuæ commissum curas tuas cogitationesq; dirigere, contenti erimus, ut satisfacias muneri, ad quod specialiter es vocatus a domino, hortantes nihilominus ipsam fraternitatem tuam, ut in quibuscumque locis tua vox, tuaque valebit auctoritas, laborare non tædeat pro honore & Romanæ ecclesiæ dignitate, sicut in devotione tua plene confidimus & speramus. *Datum, &c.* Perfecit mox promissa pontifex, Antonium enim episcopum Portuensem, Petrum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum, & Alphonsum sancti Eustachii diaconum cardinales designavit, ad quos universi fideles referrent, quæ (C) censura castiganda, vel in meliorem ordinem redigenda viderentur; quia de re encyclicæ hæ literæ exaratæ.

Martinus, &c. Ne propter dissolutionem ejusdem concilii (nimirum Senensis) reformatio universalis ecclesiæ, & Romanæ curiæ impediatur aut retardetur, quam expediri in ipso concilio libentissime vidissemus, si debite fieri potuisset, & quam omnino prosequi & finire intendimus in omnibus suis membris, venerabilem fratrem Antonium episcopum Portuensem, & dilectos filios Petrum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum, ac Alphonsum sancti Eustachii diaconum cardinales super hoc & ad recipiendum a quibuslibet dare vo- (D) lentibus informationes, instructiones & alia quæ pro hujusmodi reformatione eis utilia vel necessaria videbuntur, duximus deputandos: quæ ideo ad notitiam vestram deducere decrevimus per præsentes, ut præmissorum omnium veram certitudinem habeatis, ne propterea quisquam existimet nos reformationem ecclesiæ & Romanæ curiæ velle negligere aut differre, ad cujus prosecutionem juxta pastoralis officii debitum sumus ferventissime animati, & siqui sint quibus Deus aliqua pro ipsa reformatione salutaria inspiraverit, illa præfatis cardinalibus in scriptis exhibeant, quod nos semper gratum habebimus, ut tandem omnibus collectis in unum, quæ ad reformandum statum ecclesiasticum, & eamdem curiam facere videantur, quod princi- (E) paliter affectamus, pro salute fidelium animarum, pro conservatione libertatis ecclesiasticæ, pro quieto statu populi Christiani, maturius & consultius ad expeditionem reformationis ejusdem procedere valeamus. *Datum Romæ apud sanctum Petrum IV. Idus Martii pontificatus nostri anno VII.*

Indicta porro est Basileensis synodus decimanona Februarii hujus anni die in Senensi concilio, ut demonstrant acta ejusdem concilii, quod præsides apostolici vigesimasexta ejusdem mensis Februarii dimisere, ac publicis literis patribus, ut ad suas redirent diœceses, septimo Martii die edicto, prohibuereque intentatis gravissimis pœnis tum iis, tum (A) regum ac principum oratoribus, ne ullos celebrarent conventus, quibus Senense concilium dissolutum renovare vel propagare viderentur: quorum decretum Martinus hisce literis ratum habuit.

ANNO CHRISTI 1424.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad sacram Petri sedem divina dispositione vocati ad salutem, tranquillitatem & pacem totius gregis dominici nobis crediti juxta pastoralis officii debitum curis vigilibus libenter intendimus, & iis, quæ pro quieto statu universalis ecclesiæ, & reipublicæ christianæ mature & sapientissime gesta sunt; ut illibata permaneant, libenter adjicimus apostolici roboris firmitatem. Nuper siquidem venerabiles fratres Petrus archiepiscopus Cretensis, & Iacobus (B) episcopus Toletanus, ac dilecti filii Petrus abbas monasterii de * Rosacio ordinis S. Benedicti Aquileiensis diœcesis, necnon Leonardus de Florentia ordinis fratrum Prædicatorum generalis magister nuntii nostri Senensi generali concilio præsidentes ad audientiam nostram deducere curaverunt, quod pridem ipsi, matura deliberatione præhabita cum doctoribus & magistris aliisque sapientibus & prudentibus viris diversarum nationum, qui ad civitatem Senensem causa concilii accesserunt & usque tunc permanserant in eodem, ad quod neque prælati, & cæteri, qui hujusmodi concilio interesse debebant, per novem menses vel circiter expectati, (C) in tanto numero convenerant, quantum rerum agendarum pondus & magnitudo requirere videbatur, ipsorumque prælatorum & aliorum paucitate pensata, animadvertentes, quod plures ex illis, qui ad concilium ipsum venerant, inde necessitate coacti recessissent, quam venissent ad illud, sicut quotidie recedebant, nec esset spes adventus aliorum sine longo temporis intervallo, & propterea inter se præmissa provide & mature considerantes, ac sentientes ex longa mora & prorelatione dicti concilii diversa & gravissima pericula non solum statui universalis ecclesiæ, rerum etiam toti Christianitati quamplurimum nocitura verisimiliter imminere, & (quod dolentes referimus) in (D) eadem civitate per nonnullos tales modi indecentes & inhonesti in prosecutione concilii tenebantur, quod neque ibi sessio publica teneri, neque conclusa & concordata poterant expediri & publicari, ex quibus optata ecclesiæ reformatio juxta desiderium cordis nostri, præmissis obstantibus, nequibat cum libera prælatorum consultatione compleri, & ne his omnibus mature digestis & ponderatis ejusdem concilii dissipatio absque deputatione & assignatione loci pro futuro concilio juxta determinationem sanctæ Constantiensis synodi sequeretur, civitatem Basiliensem pro loco futuri concilii, inde ad septennium auctore domino celebrandi, de voluntate pariter & assensu, prælatorum, magistrorum, doctorum, nationum, & aliorum præ- (E) dictorum, seu longe majoris partis eorum, elegerunt, deputarunt, & etiam assignarunt; & successive præsidentes præfati ex præmissis & certis aliis legitimis & rationabilibus subsistentibus causis die vigesimasexta mensis Februarii proxime præteriti, præfatum concilium dissolverunt, ac hujusmodi dissolutionem die septima præsentis mensis per eorum patentes literas affixas in valvis Senensis ecclesiæ publicarunt omnibus, qui in virtute præstiti juramenti vel alias ad generalia concilia venire consueverunt ad propria redeundi vel alibi accedendi plenam & liberam licentiam concedentes, ac mandantes venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, & episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, ambasiatoribus, &

* Rosacco

ANNO DOMINI 1424.

cæteris personis cujuscumque status, gradus vel conditionis existerent, qui ad ipsum concilium convenerant, quatenus extunc in posterum nulli eorum vel nationaliter se congregarent, vel procederent ad aliquem actum, per quem quovis modo ipsum concilium sic, ut præmittitur, dissolutum continuare viderentur; quod si quis eorum in præmissis aut temerario furet continuatutus, vel rebellis, aut dissolutionem prædictam impugnaret, aut nullam ipsam duceret, seu eam irritam allegare volentibus præstaret auxilium, consilium vel favorem, cujuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existeret, etiamsi patriarchali, archiepiscopali, episcopali, aut quavis alia dignitate fulgeret, excommunicationis sententiam incurreret ipso facto: inferiores vero beneficiati, qui contra hujusmodi dissolutionem facerent, seu contra ipsam aliquid attentare præsumerent, ultra dictam pœnam quam, si contra facerent (ut præfertur) incurrerent, eorum dignitatibus & beneficiis perpetuo privati existerent eo ipso, & essent etiam inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda, prout in dictis literis plenius continetur; quare præsidentes prædicti nobis humiliter supplicarunt, ut loci electioni, deputationi, & assignationi, necnon concilii hujusmodi dissolutioni & literis prædictis pro ipsorum subsistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adjicere paterna diligentia dignaremur.

Nos igitur attendentes præmissa omnia multa cum prudentia, maturitate, & sapientia necessario processisse, loci electionem, deputationem, & assignationem, necnon concilii dissolutionem, & literas prædictas, omniaque in eis contenta, & quæcumque inde secuta rata habentes & grata, illa de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus; ac volumus, & mandamus præmissa omnia juxta ipsorum continentiam sub pœnis prædictis, quas contra facientes ipso facto incurrant, ab omnibus Christi fidelibus acceptari & inviolabiliter observari, mandantes ex nunc, & etiam injungentes in virtute præstiti juramenti præfatis & aliis venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis & episcopis, ac dilectis filiis electis cæterisque locorum ordinariis, ut præsentes literas in eorum ecclesiis publicari faciant, & ad notitiam deducere studeant quorumcumque. Nulli ergo, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum IV. Idus Martii pontificatus nostri anno VII.*

Missum fuisse Senas cum Leonardo Datho Dominicano e Capranica, qui pontifici a secretis erat, ad dissolvendum Senense concilium, cum in eo obortæ essent lites de auctoritate pontificis & concilio, eo quod decretum Constantiensis concilii in alienum sensum referretur, indicat Ioannes Baptista Poggius, tum subdit: *Eo igitur ubi ventum est, sua prudentia effecerunt, ut omissa ejus rei mentione id in civitate Germaniæ Basilea septennio post conventurum indicerent.* Extant ea de re Martini ad Basileenses literæ, quibus ipsos de soluto Senensi concilio, deque ingenti honore ipsorum urbi delato certiores fecit, in qua solemnes episcoporum totius orbis conventus celebrandi essent: namque decretum patrum Senensium ratum habitum ab sede apostolica fuisse, tum ad pontificium nomen colendum, & ecclesiastici ordinis tuendam dignitatem ipsos est cohortatus.

Dilectis filiis proconsulibus, consulibus, & communitati civitatis Basiliensis salutem.

Dudum præsidentes per nos in sacro Senensi concilio deputati, provide considerantes juxta decretum concilii Constantiensis circa electionem loci futuri concilii una cum consilio ac deliberatione prælatorum ac reliquorum sapientum virorum, qui ad bonum publicum universalis ecclesiæ intendebant, civitatem vestram Basiliensem pro hujusmodi futuro concilio, quod infra septennium celebrari debet, elegerunt. Præmeditantes enim primo fructum ex hac re in ecclesia Dei proventurum, dein respicientes ad integritatem vestræ fidei, maturitatem concilii in rebus agendis, prudentiam & gravitatem, ac præsertim ad singularem devotionem, quam ad sacrosanctam Romanam ecclesiam geritis, & personam nostram, civitatem vestram maxime dignam præ cæteris statuerunt, in qua cum pace, & quiete tranquilla omnium ad eam confluentium posse teneri futurum concilium pro statu ecclesiæ & orthodoxæ fidei augmento. Nos quoque, illamet nobiscum pensantes, confisi de bonitate vestra & erga nos affectione apud omnes comprobata, electionem ipsam loci tamquam commodam omnibus Christianis & nobis acceptam per nostras literas ratificavimus, approbavimus & etiam confirmavimus: nam certi reddimur, quod mediantibus vestris consiliis, vigilantia & virtute, pax simul & abundantia adeo vigebunt in civitate præfata, quod qui se ad dictum concilium conferent, prudentiam eorum, qui talem locum elegerunt, merito laudabunt.

Hoc ergo, filii nobis dilecti, cum existimemus ad commodum & honorem vestrum & totius Christiani populi utilitatem, cooperante altissimo, cedere debere, notificare volumus devotioni vestræ, rogantes atque exhortantes in domino ut, sicut decet devotus sanctæ matris ecclesiæ filios, vestra bona opera ita luceant coram hominibus in protegendo, ac defendendo statum, & honorem ecclesiæ, ac nostrum, in conservando jura ecclesiarum, personas ecclesiasticas honorando, ac permanendo in solita vestrorum cordium puritate, ut merito digni fuisse videamini, quorum civitas potissime eligeretur ad comitium celebrandum: nam ita agendo & homines redditis propter bonas actiones vestras ad veniendum ad ipsum concilium promptiores, & præter humanam laudem consequemini præmia laudis æternæ, quæ sunt a Deo benefacientibus constituta. *Datum Romæ apud S. Petrum IV. Idus Aprilis anno VII.*

*** CONCILIUM PROVINCIALE HAFNIÆ IN REGNO DANIÆ CELEBRATUM anno MCCCCXXV. feria quinta post festum sancti Canuti regis & martyris præside Petro Luckio archiepiscopo Lundensi, una cum episcopis Viburgensi, Burglaviensi, Roschildensi, Othoniensi, Ripensi & Arhusiensi, aliisque prælatis, abbatibus, decanis, præpositis, omniumque diœcesium archidiaconis, prioribus, cantoribus, cæterisque ecclesiarum ac cleri rectoribus.

ANNO CHRISTI 1425.

IN ea, *inquit Isaacus Pontanus historiæ rerum Danicarum libro* IX. multa quæ a prioribus & prædecessore præsertim archiepiscopi jam ante statuta fuerant novo decreto resumpta ac confirmata: & addita denique iisdem perplura, sed omnia ejusmodi, quæ ceremonias ecclesiæ & mores cleri, non fidei aut dogmata pietatis spectarint, statutumque ante omnia ut preces pro rege & regina, Erico & Philippa, proque statu totius regni tranquillo quotidie in ecclesiis fierent, ut & iis, qui ecclesias fundarant, eatumque ædificationes promovissent: Quorum

ANNO CHRISTI 1415.

A Quorum in censu primo loco nominata serenissima Valdemari III. filia, laudatæ memoriæ Margareta, trium horum regnorum quondam regina. Indeque super vita & vestitu cleri decreta lata, ut ii se ita gererent ne in delicta tantum, sed ne in suspicionem quidem delictorum incurrerent, præsertim crapulam & ebrietatem; luxum & libidinem fugerent, concubinas domesticas procul amandarent; monialium claustra non ingrederentur; diversoria nulla aut cauponas frequentarent; arma nisi iter facientes, non gestarent; vestes & habitus eorum omnis honestatem præferret; manicas ad cubitum propendentes non haberent; vestes pellibus suffultæ, exceptis pileis, fimbrias haud explicarent; nullis institis aut limbis oræ earumdem ornarentur. Moniales non nisi cum venia cœnobio suo excederent: B Episcopi neminem ex clero alterius diœceseos ordinarent, aut suæ ecclesiæ præficerent, nisi consciis ac commendantibus iis, quorum interesset: Idemque presbyteris imperatum: Quibus concessum esset celebrare divina officia in iis sacellis, quæ ad publicas vias peregrinantibus erant posita, vetabantur id tamen facere cælo tempestuoso & locis minus tutis aut honestis. De homicidiis quoque decretum, ut certo quidem tempore ab ecclesia essent semoti, sed seria tandem ac vera pœnitentia demonstrata in eamdem reciperentur. Addita demum & alia, de decimis, de hæredius ac bonis cleri, deque iis, qui pacem regis ac regni, ut & libertatem ecclesiæ Danicæ violarent, quique ditiones ejus ac ju- C risdictionem invaderent, aut officerent immunitatibus, eos similesque omnes ab ecclesiæ communione procul habendos. Quorum præter alia, illud de homicidiis, ut exorbitantis libertatis vitium, ætas posterior salubriter correxit, estque cædium licentia capitali pœna per leges repressa. Verum ne quid a nobis omissum videatur, ipsius hujus, de qua loquimur, constitutionis, cujusmodi ea concepta verbotenus fuit, exemplum subjeci.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus sancti. Amen.

PETRUS Dei gratia, archiepiscopus, omnibus & singolis, prælatis, abbatibus, decanis, præpo- D sitis, & archidiaconis, cantoribus, prioribus, capitulis, conventibus, plebanis, ecclesiarum rectoribus, clero & clericis, ac aliis Christi fidelibus, tam religiosis, quam secularibus universis, per Lundensem civitatem, diœceses, & provinciam constitutis, salutem in omnium salvatore. Pastoralis cura regiminis, illo est jugo solicitudinis onerata, ut in commissa vinea domini concurrentibus excessibus, reformatis moribus, placitatisque virtutibus, per vigilantiam provisionisque sarculum, vitia studeat extirpare. Nos itaque una cum venerabilibus fratribus nostris dominis, Laugone Viburgensi, Petro Burglaviensi, Ioanne Roschildensi, Nafnone Othoniensi, Christierno Ripensi, & Vlrico Athusiensi, E eadem gratia ecclesiarum episcopis, suffraganeis & assessoribus nostris, præsentibus ex parte domini Henrici Slesvicensis episcopi, Hermanno Dene, canonico, & Ioanne Selle, perpetuo vicario ecclesiæ Slesvicensis, ejusdem episcopi valetudinem, senium & legitimum impedimentum prætendentibus (licet nulla ex parte domini Rivalliensis hic in præsentiarum comparente) sacro, cui nunc (licet immeriti) præsidemus, approbante concilio, infrascriptos per felicis memoriæ dominum Petrum, quondam Lundensem archiepiscopum prædecessorem nostrum, in concilio provinciali Helsingbord celebrato, articulos innovamus. Primo, ut si quis

ANNO CHRISTI 1415.

A in hoc sacrilegii genus irrepserit, quando aliquem episcopum Dacianæ provinciæ hostiliter fuerit insequutus, vel percusserit, aut ceperit, seu banniverit, sive socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, sive consilium dederit, aut favorem, seu postea receptaverit, vel defensaverit scienter eumdem, sive etiam extorquere præsumpserit ab ipsis episcopis, aut suis consanguineis, affinibus vel amicis, per minas aut cruciatus corporis, seu alio quocumque modo literas promissionis, cautionis, aut alius obligationis, sub quacumque forma verborum, etiamsi beneplacitum continere videantur, concedentes de excusando, vel quittando eas pro captione, violentia & injuriis ipsis episcopis factis, quas cautiones tamquam per vim & B metum extortas, auctoritate præsentis concilii, decernimus esse irritas & inanes, sicut & reus læsæ majestatis, perpetuo sit infamis, & perpetuo anathematis mucrone percussus. Itaque & ipsius filii per lineam masculinam descendentes, usque ad secundam generationem, reddantur ipso facto inhabiles, ad ecclesiastica beneficia, per totam Lundensem provinciam. in omnibus diœcesibus, & civitatibus obtinenda: necnon sint inhabiles ad exactiones, jurisdictiones, administrationes spirituales & temporales; castra, villas, & oppida seu quascumque alias possessiones ecclesiæ, quocumque nomine censcantur, ad dies suos vel tempus aliquod determinatum, sub annuo censu, vel in concessu, seu alio C quocumque titulo, vel colore alieno acquisito aliqualiter obtinendi. Terra quoque ipsius, si quam habeat propriam, vel titulo pignoris, seu quocumque alio modo acquisitam, necnon locus seu loca alia, in quibus episcopus captus detinebitur, seu ipse capiens transierit, quamdiu ibi moram fecerit, & post ejus recessum inde, per triduum, quamdiu ipsa detentio duraverit, auctoritate præsentis concilii, ecclesiastico subjaceant interdicto. Clerici vero, qui hujusmodi durantibus captionibus, in locis sic interdictis divina scienter celebrare, imo potius profanare præsumpserint, præter excommunicationis sententiam, quam ipsos incurrere volumus, omnibus & singulis suis beneficiis ecclesiasticis ipso D facto auctoritate qua supra sint privati, & inhabiles ad quæcumque alia beneficia. Item ut quicumque diabolo instigante, aliquem prælatum vel canonicum cujuscumque cathedralis, vel collegiatæ ecclesiæ, nostræ provinciæ, seu aliquam personam dignitatem ecclesiasticam habentem, regularem & sæcularem, per laicos seu alios, absque loci ordinarii justo mandato, capi seu interfici, vulnerari, membro mutilari, vel alias scandalose tractari contigerit, & de hoc constiterit manifeste, usque ad liberationem personæ captæ, ac satisfactionem debitam & emendam, eo ipso per totam illam diœcesim, in qua captus detinebitur, seu hujusmodi facinus sit commissum, sileatur generaliter a divinis, & denuncietur E hujusmodi malefactor, cum suis malefactoribus & fautoribus, & complicibus, de quibus constiterit manifeste, excommunicatus, per totam nostram provinciam Daciæ, interdictum sub pœnis inferius annotatis. Si vero regulares vel seculares, clerici vel monachi, nostræ provinciæ, injuriose capiantur, mutilentur, seu trucidentur, dum de hoc constiterit manifeste, tunc in tota provincia, ubi hujusmodi captus detinetur, usque ad ipsius inde liberationem, necnon ubi hujusmodi malefactores domicilia habuerint, morentur vel transitum fecerint, & per triduum post eorum inde recessum sileatur similiter a divinis, & hujusmodi malefactores per totam hujusmodi diœcesim, usque ad satisfactionem debitam,

ANNO CHRISTI 1425.

tam, excommunicari denuncientur nominatim, de quibus constiterit manifeste. Insuper, ut omnes & singuli, qui bona ecclesiastica, reditus, clericos & ecclesiasticas personas, provinciæ nostræ, rebus suis aut meliori parte earumdem spoliaverint, vel bona decedentium clericorum rapuerint, seu tallias collectas, vel onera clericis vel eorum familiis vel colonis, sine prælatorum, capitulorum licentia, consensu & voluntate imposuerint, seu clericos vel eorum familias, vel colonos injurios ab hospitalitate gravaverint, aut reditus ecclesiasticos, seu decimas ecclesiasticas sibi usurpaverint violenter, seu homines ad ecclesias confugientes, vel infra loca immunitatis constituros, ceperint vel extraxerint, seu capi vel extrahi mandaverint, nisi in casibus præmissis, vel per substractionem cibi & potus ipsos exire compulerint, loca sacra, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, & per provinciæ ecclesias excommunicari denuncientur, de quibus constiterit manifeste: a nullo nisi a diœcesano, præsertim in mortis articulo, facta prius condigna satisfactione absolvendi, & alias in morte, ecclesiastica careant sepultura. Item ut clerici beneficiati, in sacris ordinibus constituti, qui jurisdictiones vel advocatias temporales, a laicis sibi commissas, sive committendas exercere præsumpserint, nisi infra mensem a præsentis constitutionis notitia, maturando eas demittere curaverint cum effectu, administratione ordinum eo ipso suspensi, & a beneficiis ecclesiasticis, quæ occupant, sint privati, & si postea indurati, nisi infra quindecim dies, post lapsum mensem supradictum, advocatias, jurisdictiones & exactiones prædictas non demiserint, penitus cum effectu, extunc excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Item, ut in causis matrimonialibus, nullus alius, quam episcopus, si præsens fuerit, & commode poterit, sententiam proferre præsumat, vel jurisperitus vice sua cuivis hujusmodi causam committendam duxerit. Ad hæc autem innovamus quosdam felicis recordationis domini Magni, quondam archiepiscopi Lundensis, prædecessoris nostri, in provinciali concilio statutos articulos, qui sequuntur. Excommunicamus omnes & singulos, qui ecclesias causa lucri, odii, vel favoris alicujus, aut alia quacumque de causa, jure suo privare præsumunt, etiam illos, qui bona clericorum decedentium injuste rapiunt, & sibi imbursant. Illos qui homines in ecclesiis, vel turres ecclesiarum, vel alia sacra loca incastellant, & munitiones & fortalitia inde faciunt, sine locorum ordinariorum inquisitione & consensu. Etiam illos qui cœmeteria violant, vel violari mandant. Etiam illos, qui per minas vel cruciatus corporis compellunt aliquos se excusare vel quittare, pro damnis & injuriis, episcopis, ecclesiis, ecclesiasticis, vel sacerdotibus, clericis vel eorum familiis, vel colonis illatis. Etiam illos, qui ecclesias incendunt, vel infringunt, vel libertates earum infringere, aut perturbare contendunt. Item, excommunicamus clericos divina celebrantes scienter, præsentibus hujusmodi malefactoribus, quos etiam sic celebrantes irregulares esse declaramus per præsentes. Item, excommunicamus illos qui hujusmodi malefactoribus, consilium, auxilium, vel consensum in suis maleficiis administrant, necnon & illos qui eadem faciunt, vel fieri mandant, aut procurant. Nec aliquis prædictorum nisi per episcopum diœceseos, facta prius satisfactione competenti, super damnis & injuriis, a dictis sententiis possit absolvi. Personas quoque omnes quacumque dignitate & status præeminentia præfulgentes, universitates, civitatum vel locorum, aut consules eorumdem, qui, ut nullus conqueratur coram judice ecclesiastico prohibent, vel statuta condunt contra clerum & ecclesiasticam libertatem, hoc edicto tali pœna volumus puniri, scilicet, quod personæ talia de cætero committentes modo quolibet, excommunicationis universitatis sententiæ subjacent ipso facto. Nos igitur Petrus Dei gratia, Lundensis archiepiscopus præfatus, præmissis articulis dominorum nostrorum prædecessorum in suo vigore & robore duraturis, sacro cui nunc præsidemus approbante concilio, articulos addidimus infra scriptos, statuentes quod omnes clerici, tam sæculares quam religiosi, metropolitico & diœcesano nobis jure subjecti, quod pro serenissimo domino, Erico Dei gratia Daciæ, Sueciæ, Norvagiæque rege, duce Pomeraniæ, & illustri conthorali sua, domina Philippa regina, necnon pro iis qui pro tempore fuerunt Daciæ regibus & reginis, necnon pro statu pacifico, ecclesiastico & temporali, in missis & quotidianis orationibus suis fundant preces ad dominum devotas, ut in præsenti vias eorum dirigat per suorum semitas mandatorum, & in futuro præmium eis tribuat beatorum. Item, omnes & singulas personas ecclesiasticas, tam religiosas quam seculares nostræ provinciæ hortamur, & in domino monemus, ipsisque auctoritate, qua supra, firmiter præcipiendo mandamus, quod pro ecclesiarum, monasteriorum, claustrorum & aliorum locorum quorumcumque in quibus degunt, fundatoribus, institutoribus, dotatoribus, patronis, aliisque quibusvis benefactoribus, vivis & defunctis: Etiam, quod pro serenissima domina Vvoldemari filia, Margareta bonæ memoriæ, istorum regnorum quondam regina, & ecclesiæ Dacianæ directrice speciali, ad dominum Deum continuas fundant preces humiles & devotas. Item, ut universi clerici, vitam & mores in melius reforment, ut ea quæ ad ipsorum statum & honestatem pertinent, cum magna cautela custodiant, non solum; sed etiam ab omni specie mali se studeant cohibere, a crapula & ebrietate quæ sunt libidinis incentiva. Publicas etiam in suis domibus, sub pœna canonis, non habeant concubinas; Tabernas non visitent; arma non portent, nisi propter necessitatem & viarum pericula, in itinere constituti. Manicas ad cubitum pendentes, cum magna superfluitate non habeant; vestibus etiam a retro, vel a lateribus fissis, exceptis vestibus pro via necessariis, sub pœna concilii Constantini, non utantur, quæ est, ut talibus utentes vestibus, a perceptione fructuum suorum beneficiorum, per mensem sint privati. Clausuras monasteriorum & monialium, sub pœna excommunicationis terna monitione præmissa, absque rationabili & manifesta causa, & sine superiorum suorum licentia, ingredi haud præsumant. Ipsisque monialibus, ubicumque infra nostram provinciam degentibus, sub pœna excommunicationis stricte præcipiendo mandamus, ne septa monasteriorum suorum de cætero exeant, sine rationabili, necessaria & urgente causa, nec nisi superiorum suorum prius petita licentia & obtenta. Plebani itaque eucharistiam, reliquias & ornamenta ecclesiarum, præcipue ad usum altarium spectantia, in statu decenti & mundo diligenter custodiant & observent: Si quis vero ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur. Cæteraque cum diligenti cura observent, quæ observari præcipiunt sanctorum canonum sanctiones. Aliud, si quis in præmissis vel aliquo præmissorum excesserint, contra eos locorum ordinarii, per censuram ecclesiasticam, monitione præmissa canonica, tandem vero ad benefi-

ciorum

ANNO CHRISTI 1425.

ciorum privationem, una cum aliis pœnis, quæ A hujusmodi a canonibus infliguntur, procedere non omittant. Item episcopus qui sciens ordinaverit clericum alienæ diœceseos, sine commendatitiis illius, cui interest eas dare, per annum a collatione ordinum esse suspensum: Taliter vero ordinatum ab executione ordinis sic suscepti, suspensum esse declaramus, donec secum per ordinarium suum fuerit dispensatum. Item, statuimus, ut nullus presbyter, in ecclesia, ignotum seu peregrinum clericum ad celebrationem divinorum, in publico præsumat admittere, nisi literas suæ ordinationis, seu literas diœceseos episcopi, vel ipsius vicarii, plenam de hoc fidem facientes exhibeat: contrarium faciens in sex grossos pro admissione qualibet puniatur, B in utilitatem fabricæ cathedralis ecclesiæ convertendos. Item ut nullus episcopus receptet, colligat, vel admittat sine literis demissorialibus episcopi originarii, presbyterum diœcesis alienæ. Item, ut gloria eorum ab intus sit, in fimbriis præcipimus, ne quis clericorum pelles foderaturæ suæ, ultra capucia, vel oras vestimentorum suorum faciat explicari, nec quisquam clericorum deinceps portet vestes, taliter extrinsecus foderatas: alioquin per superiores suos, sine spe restitutionis se noverint spoliandos. Item si cui conceditur, quod in altari viatico divina officia possit celebrare, non in loco ventoso, seu alias periculoso, vel inhonesto hæc fieri debere intelligimus. C Unde si quis presbyterorum occasione concessionis hujusmodi, contra præmissa, divina celebrare præsumpserit, eo ipso per unum mensem, a missæ officio præsentis statuti vigore, se noverit suspensum. Item, nullus presbyterorum, alienum proximorum, ad confessionem, vel communionem corporis præsumat admittere sine licentia proprii sacerdotis. Extranei vero hospites & peregrini, a sacerdote, in cujus parochia morantur, & non ab alio ecclesiastico recipiunt sacramenta. Item auctoritate qua supra, stricte præcipiendo mandamus, ne quisquam homicidarum, alibi, quam ante fores ecclesiæ cathedralis, absolvatur, ubi eis nu- D dato dorso & pedibus, vultibus in terram humiliter demissis, & reatus sui modum plenarie confitentibus, injungatur pro modo culpæ, pœnitentia salutaris, nec nisi integro anno revoluto, eis ecclesiæ præstetur introitus: nec catenæ relaxentur, imo non alio tempore, quam dumtaxat in cœna domini, nec alio loco quam in ecclesia cathedrali, nec etiam nisi ipsi homicidæ, a suis plebanis testimoniales secum portent literas quod vere sint pœnitentes, & quod jam pœnitentiam, vel ejus partem aliquam peregerint, nisi cum iis ex certa & determinata causa & licentia, diœceseos episcopus duxerit dispensandum. Quod si quis homicidarum, infra sex hebdomadarum, E a perpetratione homicidii, maturando pœnitentiam, præfato modo non receperit, extunc per illam diœcesin, vigore hujus statuti, denuncietur excommunicatus sive enodatus. Item, homicidæ voluntarii, eorumque omnes & singuli complices & sequaces, qui animo occidendi, feriendi, capiendi vel insidiandi, seu alias injuriandi, invadunt aliquem vel occidunt, quilibet eorum, pro modo culpæ suæ, ante fores ecclesiæ cathedralis, pœnitentiam recipiat salutarem, ipsique omnes & eorum quilibet personaliter & sigillatim, qui hujusmodi perpetrationis homicidii ani-

A mo, quo supra interfuerit, continuo ad pœnam pecuniarum dictam Bandsret vel Bandslet, per censuram ecclesiasticam arceantur. Item, de omnibus, præcipue de agris, animalibus, apibus, halecibus, & aliis piscaturis consuetis, præcipimus decimas fideliter & sine fraude solvi, sub pœna quam sancti Patres statuerunt. Item ut singuli plebani in ecclesiis suis, solutos & insolutos, in fornicario coitu præsentes cohabitantes in anno moneant nominatim, ut aut separentur, aut invicem dispensent. Quod si hujusmodi salutari monitioni parere contempserint, extunc anno evoluto, in sancto festo Paschæ, a communione eucharistiæ suspendantur. Item, nullus episcoporum seu prælatorum inferiorum, bona clericorum de- B cedentium sibi subjectorum, præter ea quæ ipsis spontanee legantur, sibi vendicent vel usurpent. Bona vero clericorum ab intestato decedentium, dividantur secundum canonum sacrorum sanctiones. Item, bona clericorum alienigenarum, infra nostram provinciam decedentium, solutis exinde primum debitis, & sic testamentis executis fideliter, apud ordinarium loci seu ejus commissarium, si ipsorum defunctorum una non adsint hæredes, & legitimo cessante præpedimento, per annum & diem, sub fideli custodia reserventur, postmodum, si ipsi hæredes sic, ut præmittitur, venire non impediti, infra eundem terminum non advenerint, in pios usus, secundum locorum ordinario- C rum arbitria, convertenda. Item, fratres mendicantes, ad solvendum presbyteris parochialibus, portionem canonicam, & quartam de funeralibus, astrictos esse, secundum dispositionem juris canonici declaramus. Hujus etiam super hoc præsentis concilii auctoritate, pronuntiamus ipsos fratres mendicantes ad hujusmodi solutionem dictarum videlicet quartæ, & canonicæ portionis, determinantes, nihilominus fore perpetuo obligatos, tamen adjectione pœnæ, & punitionis specialis, taliter, quod si prædicti fratres mendicantes, eamdem solutionem quartæ, & portionis canonicæ, cum necessitate contra bullas sedis apostolicæ, exsolvere recusaverint, manifeste ex tunc, vene- D rabiles episcopi nostræ provinciæ, & alii inferiores prælati, seu eorum officiales, in suis jurisdictionibus, habeant auctoritatem plenariam, eorum eleemosynas occupandi, donec satisfecerint, ut tenentur, & reconciliationis beneficium meruerint obtinere, aliis tamen pœnis in canonibus, & provincialibus statutis provisis, semper in suo vigore, & robore duraturis, ipsique fratres mendicantes ad prædicationis officium vel confessionum auditionem, ubi secundum juris dispositionem præsentati & approbati fuerint, nullatenus admittantur. Insuper inter prælatos, & rectores parochialium ecclesiarum, necnon fratres mendicantes, Clementinam semper * cathedram, ut inter nos eo major sit concordia, per totam nostram E Lundensem provinciam præcipimus inviolabiliter observari. Item, quæstores in alicujus episcopi diœcesi, sine ipsius literis, & circa limina transeuntes, aut etiam hujusmodi limina, & literis indulgentias hujus nefarias & truffaticas pronuntiantes, si de mandato ordinariorum, vel prælatorum captivati, aut ablationem rerum, quas habent, passi fuerint, id sibi ipsis de cætero imputabunt. Quoscumque etiam religiosos, qui clericis aut laicis, sacramentum Unctionis-Extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, matrimonia solemnizare, non habita super his parochialis presbyteri licen-

* tenendam

licentia speciali, ac qui interdictos vel excommunicatos, a canone vel a sententiis per statuta provincialia ac synodalia promulgatis, seu a pœna & culpa qualicumque absolvere præsumpserint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrisse denuntiamus, per sedem dumtaxat apostolicam absolvendos. Item, statuimus ex præsentis auctoritate concilii decernentes, ut quarumcumque ecclesiarum hospitalium, seu monasteriorum nostræ provinciæ, seu aliorum piorum locorum administratores, cujuscumque status ac conditionis extiterint, bona mobilia, sine consensu diœcesani episcopi, donationis, impignorationis, venditionis, permutationis seu infeudationis, vel ad formam dimissionis titulo, in posterum minime alienent, obligent vel dimittant. Quod si contrarium factum fuerit, nullus ipso facto, & invalidus sit contractus, ipsique administratores, per suos seniores, administrationis officio perpetuo spolientur. Insuper hujusmodi administratores, abbates, priores, præpositi, præceptores, & hospitalium prævisores, ut eorum loca exempti auctoritate apostolica, sed non exempti auctoritate ordinaria, ad reformandum mores, status & regulas eorumdem, necnon ad reddenda ratiocinia, de quibuscumque legatis & erogatis super quibus ordinariorum conscientias oneramus, per ipsos ordinarios, quoties expediens opportunum fuerit, visitentur. Monasteria vero, hospitalia, seu alia pia loca, & ecclesias quascumque episcopis locorum ordinariis, etiam quoad institutiones, & destitutiones administratorum, in iisdem declaramus esse subjectas, nisi per evidentia privilegia probaverint tenere se exempta. Item excommunicamus omnes illos, qui pacem regis & regni perturbare, ac ecclesiasticas libertates ecclesiæ Dacianæ infringere, aut possessiones ecclesiarum invadere, aut ad eorum bona manus impias extendere præsumpserint, seu approbatas & longævas locorum consuetudines, penes jura parochialia, in decimationibus, oblationibus, obventionibus, cum suis accessoriis, diminuere contendunt, in præjudicium ecclesiasticæ libertatis: Etiam illos, qui in beneficia ecclesiastica se intrudunt, & eos qui per laicalem potentiam, seu aliam violentiam ea detinent occupata, omnes autem incendiarios, ecclesiarum fractores, veneficos & veneficas, cum magicis incantationibus utentes, sacrilegosque, & hoc fieri procurantes, excommunicationis sententiam incurrere decernimus ipso facto. Excommunicamus insuper omnes illos, qui odio vel lucri causa, aliquibus crimina falsa imponunt, pro quibus mors vel exilium, aut membrorum mutilatio, vel exhæredatio, bonorum spoliatio, seu famæ denigratio sequi debeat, si judicialiter convincantur. Qui vero ad diffamationem alterius quid proponat, quod mores sugillat, nisi hoc approbare potuerit, canonice puniatur, & * nimirum passo pro modo culpæ satisfacere compellatur. Item, qui animo injuriandi quempiam clericorum, enormiter lædens, mutilans, vel occidens, præter pœnas superius expressas, immunitate ecclesiastica non gaudebit. Item qui in criminibus ecclesiasticis delinquentes, per sacramentalem confessionem, & absolutionem, fuerint unioni ecclesiasticæ reconciliati, extunc, ab aliquo eos captivari, detineri, seu bona eorum confiscari, nisi super his per eorum judicem ecclesiasticum prius pronunciatum fuerit, sub excommunicationis

* injuriam

pœna latæ, severe prohibemus. Item, non citentur clerici ad placitum seculare, vel coram judice seculari, sed coram suo judice ecclesiastico, in quacumque causa citentur, & ibidem legitime convincantur. Quia vero exigentibus culpis nostris fructus humanis necessitatibus cælesti miseratione prævisos, frequenter absorbet repentina calamitas tempestatum, orationum suffragia, & Christus & Maria piis precibus imploranda, ideoque singuli presbyteri, cum aeris intemperiem viderint imminentem, non expectato ordinariorum mandato, protinus ad processionem, & humiles orationes devotionem excitent subditorum. Item, statuimus ut laici, advocati, consules, judices, seu jurisdictiones quascumque sæculares habentes, pœnas pecuniarias, seu mulctas sub pœna excommunicationis latæ, sive in causis ecclesiasticis levare, vel exigere non præsumant, nec personas ipsas ecclesiasticas, in hujusmodi jure suo impediant quovis modo. Item, excommunicatos a canone, denunciamus, etiam exemptos qui casibus non permissis, defunctos sepeliunt in cœmeteriis, vel ecclesiis tempore interdicti, vel qui scienter sepeliunt excommunicatos publicos nominatim interdictos, seu etiam usurarios manifestos; qui quidem sepelientes, si non absoluti celebraverint, irregularitatem (a qua non nisi per summum pontificem absolvantur) se noverint incurrisse. Item, statuimus quod festum sanctæ Annæ matris genitricis Dei beatæ Mariæ, quolibet anno in crastino conceptionis ejusdem beatæ Mariæ virginis, per totam nostram provinciam, pro festo terræ & populi, in posterum celebre habeatur. Item, statuimus, prout ab antiquo est consuetum, ut in qualibet ecclesia cathedrali nostræ provinciæ bis in anno celebretur diœcesana synodus generalis, in qua, præmissa statuta, coram clero & laico vulgariter exponantur, ne quisquam de prædictorum ignorantia, se valeat quomodolibet excusare. In quorum omnium & singulorum præmissorum evidentiam, nostrum secretum una cum secretis venerabilium fratrum, episcoporum & suffraganeorum nostrorum prædictorum, præsentibus est appensum. Datum & actum Hafniæ anno 1425. feria quinta post festum beati Canuti regis & martyris.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Quod vero Pontanus stomachatur, *inquit illustrissimus Apamiarum episcopus*, statutum esse de homicidis, ut post gravem ac duram longamque pœnitentiam ibi expressam recipiantur in ecclesiam; idque, ut exorbitantis libertatis vitium ætatem posteriorem correxisse ait, cædium licentia capitali pœna per leges repressa: debuit meminisse ecclesiam nescire sanguinem: & quæ videbat iis in partibus frequentia homicidia impunita magistratibus sæcularibus permanere (neque enim per ætatem tantummodo posteriorem, sed per omnem anteriorem homicidia capitali pœna per leges repressa fuisse nulli non notum est) saltem quod sui fuit officii, voluisse illa seria ac vera pœnitentia expiari ad salutem animarum. Sed haud adeo is auctor amicus ecclesiæ, aut ejus sapientiæ cultor ac disciplinæ peritus. *Hæc ille sapientissime monuit adversus profanos Calvini de grege aut Lutheri hara criticos.*

*** RE-

ANNO CHRISTI 1428.

* Ex pag. 309. quarti spicilegii Dacheriani, ubi mendose annus 1406. habetur pro 1428. ut multa docent, quæ alias afferemus.

* RESPONSIO * CONGREGATIONIS

Prælatorum, & aliorum virorum ecclesiasticorum, per ducem Bedfordiæ, tunc assertum regentem Franciæ, Parisios vocatorum anno Christi 1428. super præbendo eorum consensu & assensu levandi subsidia super clero sicuti super laicis.

A

An requestam factam per illustrissimum principem dominum ducem Bedfordiæ per organum primi præsidentis Parlamenti, die lunæ decimaoctava Octobris, pro præbendo consensu ecclesiæ ut imponantur, & exigantur a clero subsidia solita exigi a laicis personis; respondet congregatio prælatorum, & aliorum virorum ecclesiasticorum propter hoc Parisios vocatorum, in modum qui sequitur. B

Videlicet quod humiliter supplicat serenitati ipsius excellentissimi principis præfata prædictorum prælatorum & virorum ecclesiasticorum congregatio, quatenus patienter & non ægre ferat eadem sua serenitas quod consensum pridie petitum non præstitit, neque præstat, quoniam salva conscientia, salvis juramentis suis, & libertatibus ecclesiæ, salvo honore regis & regni, & præfati illustrissimi principis, consensum suum ad talia onera ecclesiæ imponenda præbere non potest, propter rationes & motiva quæ inferius adnectuntur.

Primo, quia pauci huc viri ecclesiastici vocati sunt longe; quia major pars illorum quos tam magnum C potest tangere negotium, quæ ad præsentem congregationem vocata est, minime comparuit, quamobrem huic præsenti congregationi securum non videtur tam solemnem ecclesiæ partem posse repræsentare, aut quod per eam actum exstiterit, approbari debere.

Item, attente debet considerare præfatus illustrissimus princeps, qualiter apud principes infideles, & idololatras tanta fuit libertas sacerdotibus & ministris veri Dei, quem tamen principes ignorabant, quod eximebantur ab omnibus vectigalibus populo impositis, etiam in necessitatibus magnis. Unde Genesis 47. scribitur quod cum Ægyptii terram suam, pecora, & finaliter seipsos tempore septennis famis Pharaonis servituti pro victualibus habendis subjici D cogerentur, sacerdotes non solum terram suam & possessiones suas vendere non sunt compulsi, sed etiam eis alimenta sibi & suæ familiæ sufficientia ex regis & publicis horreis donata sunt. Similiter rex infidelis Artaxerxes cum omni populo Iudæorum per Nabuchodonosor captivato atque populo suo multa tributa & vectigalia imponeret, sacerdotes Iudæorum ab illis angariis exemptos esse voluit. Vobis, inquit, notum facimus de universis sacerdotibus, levitis, cantoribus, janitoribus, & ministris domus Dei, vectigalia & annonas, & tributum non habeatis potestatem imponendi super eos, Esdræ 6. Causa quare sacerdotes eximere voluit præfatus rex prædicto passu statim inseritur, cum dicitur; E Ne irascatur Deus contra regnum regis, & filiorum ejus.

Item, & quod nobiles omnes. qui magis statum laicalem quam sacerdotes appropinquant aut clerus, ab omnibus vectigalibus talibus etiamsi personaliter in armis non serviant, eximuntur. Quapropter multum absurdum videtur, quod ecclesia Deo serviens pro salute reipublicæ, regis & regni, & cui propter honorem Dei omnis debetur a principibus reverentia, talibus angariis, quod nec infideles principes voluerunt facere, sub catholicis principibus premeretur.

Item, & quia bona ecclesiarum sunt bona Dei, A quorum ecclesiastici solum habent administratoris dispensationem, & sic viris ecclesiasticis tales angarias imponere, est a Deo tributum aut vectigal exigere, quod quantum pias aures etiam solo auditu offendat, videant qui ad id agendum principes excitarunt.

Item, multum debet considerare princeps magnas subventiones, quas viri ecclesiastici ad deliberationem particularium locorum portaverunt, ad quorum subventionem propter inopiam suarum ecclesiarum vasa sacra atque reliquias & alia jocalia cultui divino consecrata fuerunt venditioni exponere compulsi, immo & prælati aliqui & multi sacerdotes etiam habitibus ecclesiasticis pro prædictorum solutione privati, & non habentes, personaliter capti & detenti. Quod neque infideles in B suis sacris, immo execrabilibus sacerdotibus unquam perpetrasse leguntur. Quare contentari debet princeps, cum pene jam omnia plerarumque ecclesiarum bona his subventionibus exhausta sint.

Item, advertere debet princeps miserias & calamitates ad quas principes plurium regnorum, qui ecclesiam Dei pretioso sanguine suo a diaboli servitute liberatam, talibus angariis afflixere, devenerunt, quorum nonnulli gladio perierunt, aliqui ad captivitatem perducti, cæteri dominio suo præclarissimo privati sunt. Quoniam non debent se divinæ majestatis gratiam putare promereri, qui C sponsam ejus ecclesiam in servitutem redigere conantur.

Item, quod temporibus retroactis, quando non currebant etiam super laicali populo subsidia, nec erat adhuc obedientia nostra ita ampla, & in proventibus abundans sicut nunc est, major exercitus multo quod nunc continue habebatur, status dominorum regum sustinere oportebat, & optimam in armis disciplinam servabant; ita etiam ut arma sequentibus prædandi licentia interdicta esset, & tamen talia ab ecclesiasticis rex Henricus Angliæ nunquam postulasse legitur; immo & magnam partem regni Franciæ ab hujusmodi exactionibus, & aliis oneribus exemit.

Item, ut ad bullam veniamus, quæ super necessitate principis fundamentum suum videtur assu- D mere, clarum est quod tanta non potest esse necessitas, attento quod solius principis statum sustinere habemus, atque unicum exercitum, qui quidem a paucis diebus solutus est in Anglia usque ad primam Ianuarii. Domanium autem regni jam est amplum & magnum: currunt generaliter subsidia communia & talliæ particulares ascendentes ad magnas pecuniarum summas. Anglia quolibet anno quasi pro media parte anni armatam stipendiat, nihilominus adhuc currunt particulares subventiones in regionibus circumstantibus & locis ubi obsidiones poni deberent, nihilominus prædicta omnia subsidia sunt levata: propter quod manifeste E apparet quod tanta non est de præsenti necessitas, ut oporteat vel ecclesiam ad tantam laicorum adducere servitutem.

Item, quia in militia præsenti seu moderna cessavit adeo disciplina, ac sibi est permissa prædandi impune licentia, quod non obstante eorum solutione nihil potest juris ecclesiasticis & aliis extra munita loca remanere, quod ab armatorum violentia non tollatur; cum hæc jam in regno hoc invaluerit corruptela, ut militiam insequentes non nisi terras ecclesiasticas quas defendere tenentur si eas invenire potuerint, persequantur, propter quod terræ ecclesiæ desertæ & absque habitatore remanere coguntur, & ita adeo est depauperata

Anno Christi 1428.

ecclesia; quod non habet sustentari; propter quod A pluribus regni locis a divinis longo jam tempore cessatum est.

Item, sunt multi laici, & communitates aliquæ sæculares, quæ tales impositiones & angarias solvere non coguntur; propter quod multum absurdum videtur clericos velle ultra laicos tali servituti subjicere.

Item, quia bulla videtur causare pro quiete populi, propter quod manifeste apparet contrarium, quia populares jam mirabiliter murmurant, quod ecclesia Dei servituti similiter cum eis subjaceat, existimantes has angarias super se perpetuo remansuras, cum eas usque ad ecclesiam audiunt adventuras.

B Item, non potest esse quies in aliqua politia aut republica, nisi ordo debitus inter status observetur; si enim caput seorsum super terram poneretur, nihil homine, qui est pulcherrima creatura, inveniretur difformius. Si ergo ecclesia quæ est supremus mundi status ad servitutem laicorum poneretur, nihil republica confusius, præsertim cum, ut dictum est, nobiles qui sunt in inferiori statu, a talibus angarus eximantur.

Movent etiam prædictam congregationem juramenta per illustrissimos principes reges Franciæ & Angliæ ultimate defunctos facta de prærogativis, privilegiis & libertatibus ecclesiæ, & virorum ecclesiasticorum conservandis: C ordinationes insuper per concilium ecclesiæ Gallicanæ notabiliter Parisius congregatum, & per prædictum illustrissimum regem Franciæ ultimate defunctum cum consilio & assensu nonnullorum principum de regia stirpe progenitorum, & plurimorum aliorum principum, ducum, procerum & baronum factæ, laudatæ & probatæ Parisiis decimaoctava Februarii anno domini millesimo quadringentesimo sexto.

His igitur attentis quæ animum vestrum obligare possunt & movere debent, reverendi in Christo patres & domini, qui a sancta sede apostolica ad executionem præsentis negotii estis judices delegati, supplicat præfata prælatorum & aliorum ecclesiasticorum congregatio, quatenus non velletis, D prout nec jure debetis, ad executionem literarum apostolicarum hanc materiam tangentium procedere, sed magis animum hujus potentissimi principis prout ex officio tenemini ad observandum libertatem ecclesiæ inducere, parata est enim ecclesia orationum assidua suffragia pro salute & prospero statu regni hujus ac principum, & vestrarum paternitatum apud Dei clementiam absque intermissione fundere. Post hæc fuit appellatio interjecta per gentes ecclesiasticas.

Observatio Philippi Labbe, S.I.

M. Ludovicus Bail, Abbavillæus, doctor theologus ac propœnitentiarius Parisiensis, tomi secundi summæ conciliorum pag. 618. C. Parisiense, quod E sequitur, concilium proponit, acceptumque refert clarissimo viro ac multæ antiquitatis, ut verbis illius utar, domino Ioanni Souchet, canonico Carnotensi, qui e commentariis suis erutum ac manu propria descriptum, Carnuto Lutetiam miserat die 8. Maii anni 1645. Hæc admonere placuit, ne benefacti memoria apud posteros deleri possit. Quis enim æquo animo ferat plagiarios illos livore turpissimo suffusos, qui cum nihil non habeant ab aliis mutuatum, capita fontium, ex quibus largissime hauserunt, obturare conantur.

A CONCILIUM PARISIENSE, DICTUM ETIAM SENONENSE A QUIBUSDAM, Lutetiæ Parisiorum habitum apud Bernarditas tempore Martini V. papæ, & Caroli VII. Francorum regis. Anno domini 1429. a D. Ioanne de Nantone Senonensi archiepiscopo.

Anno domini 1429

PRÆFATIO.

In nomine domini Amen. Universis præsentes literas inspecturis: Ioannes miseratione divina Senonensis archiepiscopus, totiusque Galliæ & Germaniæ primas, salutem in domino sempiternam. Pastoralis curæ sollicitudinis animum nostrum vehementer pulsat, & inducit, ut ad ea quæ honorem B Dei & ecclesiæ suæ, animarumque salutem conspicere dignoscuntur, nostræ considerationis oculos diligentius infigamus. Cum igitur quibusdam canonicis sanctionibus cautum existat, quod omnes & singuli Christianitatis archiepiscopi de triennio in triennium sua provincialia concilia sub certis pœnis, canonico tamen cessante impedimento, celebrare teneantur, in quibus de criminibus corrigendis, ac moribus in clero & populo reformandis, diligenter tractari oporteat: fueruntque talia concilia a multis retroactis temporibus quodam desidioso neglectu prætermissa, qua ex re multa & varia delicta incorrecta remanserant, & C plurimum in magnum animarum periculum invaluerant, ac de die in diem invalescunt, propter quæ verisimiliter præsumitur iram domini super nos, & super gregem nobis ab eo creditum in eorumdem pœnam & vindictam delictorum, descendisse. Quapropter nos cupientes circa prædicta, quantum nobis adest possibilitas, de opportuno remedio providere, hujus nostræ Senonensis provinciæ concilium Parisius convocavimus, & convocari fecimus ad diem Martis post dominicam qua cantatur in ecclesia Dei: Oculi mei, quæ fuit prima mensis Martii anni domini MCCCCXXVIII. more Gallicano, * cum continuatione dierum usque ad hanc præsentis definitionis diem. Quod quidem provinciale concilium tenuimus, ac solem- D niter, ut moris est, celebravimus una cum venerabilibus suffraganeis nostris; videlicet I. a Carnotensi, I. b Parisiensi, I. c Meldensi, & I. d Trecensi episcopis, ac vicariis & procuratoribus venerabilium fratrum & suffraganeorum nostrorum Antissiodorensis & Nivernensis episcoporum, Aurelianensi episcopo tam de veniendo, quam de mittendo ejus nomine sufficienter habito pro excusato: nonnullis quoque abbatibus, prioribus conventualibus, ac aliis viris ecclesiasticis tam secularibus, quam regularibus, exemptis & non exemptis; aliis etiam viris literatis diversarum professionum de suppositis venerabilis universitatis Parisiensis in ma- E gno & notabili numero, tam pro seipsis, quam aliorum convocatorum absentium nominibus procuratoriis, personaliter comparentibus, considentibus & convenientibus: Nonnullis etiam licet convocatis, minime tamen comparentibus, nec pro se mittentibus. In quo concilio cum Dei timore tractavimus de vita, statu ac moribus nostris, ac subditorum nostrorum tam ecclesiasticorum quam secularium in melius reformandis. Pro quorum reformatione & emendatione, quamquam circa idipsum sanctorum patrum decreta, ac canonicæ constitutiones bene & laudabiliter providerunt. Quia tamen hactenus quædam ex eis nimium fuerunt neglectæ, præcipue quoad ea quæ ad ecclesiasticum servitium, & hominum mores respiciunt. Nos in dicto

* I. e. 1429. secundum supputationē Romanam, iam vulgo receptam.
a Ioanne de Tenregniaco
b Iacobo du Chastelier.
c Ioanne de Briou.
d Ioanne l'Esguile.
Nota de universitate Parisiēsi.

ANNO DOMINI 1419.

dicto concilio antiqua statuta, canonicasque sanctiones a bonæ memoriæ nostris prædecessoribus Senonensibus Archiepiscopis in suis provincialibus conciliis hactenus, retroactisque temporibus sæpissime celebratis, factas & approbatas, ac in dictis conciliis publicatas, in eodem præsenti concilio perlegi faciendo, fuisse, fore & esse inviolabiliter observandas, eodem approbante concilio voluimus, statuimus, & ordinavimus: Volumusque, statuimus & ordinamus, ipsasque prout & inquantum opus est, innovamus, & insuper quædam statuta nova edidimus, quibus specialiter circa illa providetur, quæ ad perpetuam rei memoriam in his scriptis sub nostris & supradictorum suffraganeorum nostrorum sigillis redigi fecimus in modum sequentem.

Et primo, sequuntur statuta circa reformationem servitii divini edita, quorum primum est tale.

I.

Gloriosissimi ecclesiæ doctores, ac plurimi ex sanctis antiquis patribus, servitium ecclesiasticum ad laudem & gloriam Dei creatoris nostri, & ejus benedicti Filii Iesu Christi domini nostri, sancte & laudabiliter instituerunt, & ordinaverunt; Quod quidem servitium tanto sanctius & reverentius fieri oportet, quanto illi ad cujus fit laudem & honorem sanctior, atque gloriosior existit. Sane prout quibusdam referentibus, & per experientiam didicimus plures ecclesiarum ministri non attendentes majestatem, & dignitatem illius, ad cujus sunt deputati famulatum, in suis officiis ecclesiasticis minus devote & irreverenter se habent, quod in plurimorum scandalum ac exemplum perniciosum cedere dignoscitur. Quapropter nos attendentes quod licet summo Deo creatori nostro digne servire non possumus; tamen quantum humana sinit fragilitas, eidem debemus cum devotione & sanctitate præstare famulatum: Omnibus tam cathedralium quam collegiatarum, ac cæterarum quarumcumque ecclesiarum clericis & ministris præcipimus sub pœna privationis suarum distributionum, vel alia arbitrio superiorum infligenda, quatenus a modo divinum servitium in suis ecclesiis tractim, atque devote, & horis congruentibus dicant & decantent, & in psalmorum decantatione pausas faciant in medio versuum, prout convenit: nec pars chori psallitura alium versum incipiat antequam ab alia parte sit omnino alius versus finitus. Capitula autem supradictarum ecclesiarum, vel eos ad quos de jure, vel consuetudine spectat divinum servitium ordinare in domino exhortamur, quatenus prædictum statutum & alia sequentia, quæ divinum servitium concernunt, faciant cum solita diligentia a suis clericis irrefragabiliter observari.

II.

Caveant etiam supradicti clerici a locutionibus, derisionibus, & garrulationibus, quas in ecclesiis plures ex eis facere consueverant; Quod si moniti abstinere minime voluerint, unius diei sint eo ipso distributionibus privati. Prohibemus insuper sub pœna privationis fructuum beneficiorum suorum per unum mensem, ne de cætero supradicti clerici facere præsumant derisorios & inhonestos ludos quos in festis sanctorum quidam ex ipsis facere consueverunt, præcipue autem a supradictis ludis, & aliis quibuscumque irrisibus, choreis, & cantilenis abstineant cum divinum celebratur officium, cum Deo nostro satis non valeamus deservire, cui nec Angeli famulari sufficiunt, nec ejus magnitudinem valet ambitus cælorum comprehendere.

III.

Licet templa & ecclesiæ sint ad preces & orationes domino fundendas, ab eodem ordinatæ, sicut scriptum est: *Domus mea, domus orationis vocabitur:* tamen plures sunt qui cum ad ecclesias sub devotionis velamine pergunt, & præcipue ad suas cathedrales, quæ præ ceteris divino cultu colere, ac honorare tenentur, in eisdem quamdiu ecclesiasticum durat servitium, garrulare, ac inhonesta & profana verba proferre non cessant, quæ omnia sub dissimulatione tenere non possumus, cum illa sint contra honorem & reverentiam Deo & ecclesiæ suæ debitam. Quapropter præcipimus episcopis, & aliis ad quos supradictorum correctio pertinere dignoscitur, sic circa tales garrulationes & oblocutiones provideant, quod in proximo celebrando concilio non sint de negligentia redarguendi. Hoc autem statutum ad advocatos & procuratores quoscumque, ac etiam mercatores volumus extendi.

IV.

Cum ecclesiastici viri, & maxime hi qui in ecclesia Dei beneficia obtinere dignoscuntur, aliis debeant devotionis & sanctitatis exemplum præbere, illi merito reprehensione digni sunt, qui licet vitæ sustentationem ab ecclesia receperunt; tamen ad divinum servitium peragendum, lenti sunt, frigidi ac remissi: sane ad nostrum devenit auditum, quod aliquibus ex eis qui canonicatus obtinent, & præbendas, sufficit ad lucrandum suas distributiones in aliqua trium principalium horarum; scilicet matutinis, missa, aut vesperis, introitum & exitum, vel eorum alterum facere, nulla vel modica in choro facta residentia, quod in magnum cedit ecclesiasticorum derisum atque contemptum: Quapropter nos tales abusus ab ecclesia Dei & ejus ministris exulare cupientes, omnia capitula tam cathedralium, quam aliarum ecclesiarum in domino exhortamur, quatenus circa prædicta sic provideant, etiam per privationem distributionum, quas in illa hora lucratentur, quod apud dominum valeant meritum reportare.

V.

In aliquibus villis & civitatibus hujus nostræ Senonensis provinciæ plures sunt præbendatæ ecclesiæ in quibus omnibus, vel duabus ex ipsis aliqui præbendati existunt, qui inhonestæ cupiditatis tabie moti, quotidie volunt eisdem horis suas distributiones in utrisque ecclesiis lucrari, ex quo plerumque accidit, quod de una ecclesia ad aliam cum suis vestimentis ecclesiasticis per villam discurrunt celeriter, ex quo a popularibus eluduntur, eorumque devotio & reverentia ad Deum & ecclesiam plurimum diminuuntur: Quapropter nos supra dictis ecclesiarum capitulis injungimus, quatenus sic circa clericos discursores & alios ad honorem Dei curent providere, quod opus non sit aliunde perquirere remedium.

VI.

Quia insuper tales, qui ut præmittitur plurium ecclesiarum in eadem civitate, vel villa præbendas obtinent, in festis solemnibus sive annualibus, suas cathedrales ecclesias dimittunt, ut plus forsitan in aliis lucrentur; Volumus etiam quod circa hæc per eosdem canonicos de opportuno provideatur remedio, attendendo quod suam matricem, vel cathedralem ecclesiam plus cæteris debeant honorare.

VII.

Insuper hortari & admoneri jubemus ecclesiasticos viros per suos superiores, quatenus ecclesiarum

ANNO DOMINI 1429.

rum vasa & ornamenta munde & honeste teneant, & præcipue ea quibus ad sacrificium altaris opus habent, & quod etiam in locis sacris vel religiosis choreas, cantilenas, ludos sive mercata fieri non permittant.

Item sequuntur statuta quæ de moribus & statutis prælatorum loquuntur, quorum primum tale est.

VIII.

Quoniam juxta canonum statuta, *Melius est paucos bonos, quam plures inutiles habere presbyteros:* statuimus, & sub pœna interdicti, ab ingressu ecclesię per tres menses prohibemus, ne de cætero episcopi præsumant ad sacrum sacerdotii ordinem promovere, nisi qui sunt bonæ vitæ, conversationis honestæ, sciantque epistolas & evangelia, ac reliquum officium bene & competenter legere & intelligere. Ubi autem non valeant iidem episcopi super dictorum examinandorum examinationi interesse, saltem provideant de probis & scientificis viris, qui solum Deum habentes præ oculis sciant & velint, ac teneantur, sub iisdem pœnis eosdem promovendos examinare in moribus, scientia & ætate. Volumus etiam ipsum statutum prædictum in aliis sacris ordinibus diligenter observari, juxta Clement. 1. & final. *de ætate & qualitate ordinand. in Clem.* Quia plures simplices ignorant eos qui sacrum subdiaconatus ordinem ascendunt, ad votum continentię adstringi, propter quod in magnum animarum suarum periculum & totius cleri opprobrium, continentiæ frena relaxant, hoc præsenti statuto ordinamus, quod cum aliqui de cætero petent ad prædictum sacrum ordinem promoveri, episcopi, vel alii, quibus incumbit scrutinium, seu *examinatorum* circa ordinandos, faciant exponere dictis subdiaconandis, qualiter ordine subdiaconatus suscepto, erunt ad perpetuum continentiæ votum obligati: & potius hortentur tales, quod si sentiant, vel percipiant se continere non posse, potius nubant in domino quam ad ipsum ordinem damnabiliter ascendant. Cum sit ars artium regimen animarum, ad idipsum juxta canonicas sanctiones debent assumi tales personæ, quæ discretione præmineant, & morum fulgeant honestate: Statuimus & in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus sub pœnis juris omnibus episcopis, & aliis quibuscumque prælatis, capitulis, vel singularibus personis ecclesiasticis, quibus de jure vel consuetudine competit plena dispositio ecclesiarum parochialium, vel aliorum beneficiorum curatorum, quod non sumant regimen animarum committere cuiquam, vel supradicta curata beneficia conferre, nisi prius talem examinaverint, præcipue circa ea quæ concernunt sacramentorum administrationem, & nisi sint de ejus vita & moribus competenter informati.

IX.

Statuimus etiam & volumus, quod episcopi & alii prælati insignes de cætero dum equitabunt per viam & civitatem, pileos pontificales, & vel alios secundum suam professionem deferant, prout fuit retroactis & satis proximis temporibus laudabiliter observatum, sicut adhuc in curia Romana, & aliis pluribus locis observari dignoscitur. Insuper præcipimus quod super vestibus, non tamen de veluto, seu alio panno sericeo figuratæ factis, utantur in ecclesia vestibus lineis, seu rochetis, non nimia brevitate, sive longitudine notandis, alias pœnam interdicti ab ingressu ecclesiæ suæ cathedralis per unum mensem incurrant.

X.

Quia episcopi sunt vocati in magnam partem sollicitudinis gregis Dominici, & juxta propheticam doctrinam debent agnoscere vultum pecoris sui, & eidem spiritale pabulum ministrare; quod utique sine prudentium & scientificorum virorum † . . . . adimplere non valent, ipsos episcopos in domino hortamur, quatenus juxta canonicas institutiones de cætero habeant unum, vel duos theologos, aut alios scientificos viros, qui velint, & sciant ipsum divinum gregem spiritali pabulo reficere, & ea quæ circa mores, vel divina mandata erunt corrigenda, reformanda, advisare, & executionem demandare; si autem forsitan eorum episcoporum facultates ad id non suppetant, ipsi poterunt de beneficiis ad eorum collationem spectantibus eisdem theologis, vel aliis sufficientibus viris providere.

† forte consilio, aut adjutorio.

XI.

Publica ac communi fama referente, didicimus, quod curiarum ecclesiasticarum officiarii, advocati, promotores, tabelliones & notarii, multos in supradictis curiis faciunt abusus, & velut immemores suæ salutis, non formidant a pauperibus ac simplicibus exquisitis modis pecunias extorquere, illosque in pluribus malitiosis & damnabilibus involutionibus pressum involvere & illaqueare. Quapropter nos qui nostrorum subditorum quietem peroptamus, supradictis abusibus de opportuno remedio affectantes providere, omnibus episcopis hujus provinciæ Senonensis, & cæteris qui jurisdictionem habent ecclesiasticam, sub pœna interdicti ab ingressu ecclesię per tres menses pręcipimus, quod circa suas jurisdictiones sic curent infra proximum festum omnium sanctorum salubriter providere; faciendo scilicet ad ordinationem suarum curiarum ordinationes & statuta, etiam pœnalia, vel jam edita sic faciant observari, quod apud dominum possint meritum reportare, & opus non sit in proximo concilio provinciali eorum negligentias corrigere. Provideant etiam circa moderatam taxationem literarum quarumcumque & salariorum eorumdem officiorum, qui quandoque pro suis salariis & laboribus plus debito non verentur exigere. Provideant etiam iidem prælati, quod non ita facile feratur sententia excommunicationis, & præcipue quod pro prima contumacia non feratur.

Item sequuntur statuta reformationum abbatum, abbatissarum, ac aliorum religiosorum concernentia, quorum primum tale est.

XII.

Felicis recordationis Benedictus papa XII. circa spiritualia, temporaliaque commoda, ac omnimodum statutum religiosorum cupiens providere, inter cætera quoad observationem regularum sanctarum Ss. Benedicti & Aug. statuit, voluit, & ordinavit, quod omnes abbates, aut abbatissæ, priores aut priorissæ, singulis annis in suis capitulis generalibus sive annalibus quæ scilicet tenentur singulis annis, cum religiosis, prioribus, ac quibuscumque membris sibi subditis celebrare, statum eorumdem monasteriorum, vel prioratuum, quibus præesse dignoscuntur, quoad receptas, misias, atque debita & credita eorum, astantibus insinuent & declarent: quodque omnes & singuli eorumdem monasteriorum officiarii de suis administrationibus, saltem ter in anno computum reddant, sive rationem, ut singuli religiosi per hoc scire valeant, saltem

in

Anno Domini 1419.

in grosso, suorum statum monasteriorum. Nos igitur ejusdem vestigiis inhærentes, omnes abbates, abbatissas, cæterosque supradictos in domino exhortamur, quatenus prædictum statutum, etiam alias in provinciali concilio ordinatum, cum omni diligentia servent, & observari procurent.

XIII.

Volens insuper idem Benedictus Papa modum apponere circa antiqua statuta, quæ de abstinentia carnium & jejuniis a religiosis ordinis sancti Benedicti observandis satis rigide loquuntur, propter quod in pluribus monasteriis remisse observantur, matura deliberatione præhabita statuit, & ordinavit, quod iidem religiosi per singulas quartas ferias totius anni, ubique ab esu carnium ad minus abstineant, & quod in adventu domini & septuagesima jejunia observent. Verum quia prædicta moderatio, licet omni rigore & austeritate careat; tamen in pluribus monasteriis ejusdem ordinis omnino contemnitur, omnes abbates, priores, ac præpositos ejusdem ordinis in domino exhortamur, quatenus de cætero supradictis diebus & temporibus a carnibus abstineant & jejunent, cum id a pluribus sæcularibus clericis, & inter laicos, sollicite custodiatur. Quoad regulares canonicos circa jejunia & abstinentiam carnium, idipsum observari exhortamur, quod idem Benedictus in suis constitutionibus, quæ Benedictinæ dicuntur, ab eisdem voluit observari.

XIV.

Cum evagatio, dissolutio, atque levitas maxime debeant a religiosis evitari, cum illa sint devotioni & honestati religionis contraria & inimica, omnes abbates priores, ac præpositos, sive quoscumque alios religiosos cujuscumque ordinis sint, vel religionis, in charitate domini monemus, quatenus amodo a se & a suis subditis omnem evagandi materiam, quantum eis possibile erit, propellere conentur, & servent, & observari faciant ea quæ a sanctis patribus de honestate & gravitate religiosorum fuerunt laudabiliter instituta tam in vestibus, quam in calceamentis, nec non in gestibus & incessibus eorumdem; quod precipue ea quæ de floccis vel cucullis, cappis atque caputiis fixis supra humeros, botis & sotularibus corrigiatis Clementina, *Ne in agro*, salubriter statuit, servent & observari faciant: nec de cætero portent ipsi abbates, seu permittant suis religiosis tam breves tunicas, quam mantellos longos usque ad oram: vel zonas argenteas, seu laqueatas sotulares deportare, cum propter tales & similes abusiones, nunc omnes religiosi a sæcularibus habeantur in opprobrium & contemptum; qui tamen cæteris debent esse regula, forma & exemplar totius devotionis & religionis.

XV.

Quia canonicæ institutiones, quę de simonia loquuntur, districte prohibent pro ingressu religionis ab ipsis ingredientibus, vel eorum nomine quicquam exigi; etiam prætextu cujuscumque consuetudinis, quę potius dici debet corruptela, omnibus abbatibus, & abbatissis, prioribus & priorissis, ac aliis quibuscumque mandamus, quod jura de hac materia loquentia diligenter observentur; sic scilicet, quod pro ingressu religionis pro se, vel monasteriis suis ex pacto vel conventione nihil recipiant: si autem post ipsum religionis ingressum aliquid fuerit ab ipsis ingredientibus, vel eorum parentibus monasterio ex devotione oblatum, illud recipi minime prohibemus.

XVI.

Cum sacrarum scripturarum lectura & intellectus in religiosis etiam conserat devotionem, dilatet & augeat, idem Benedictus voluit & ordinavit, quod in monasteriis quorumlibet ordinum, abbates, vel illi superiores provideant de idoneis magistris, qui novitios, cæterosque illiteratos in grammatices rudimentis habeant competenter instruere. Quod quidem statutum censemus in monasteriis vobis subditis observari debere: aliorum monasteriorum superiores in domino exhortantes, quatenus faciant similiter in locis sibi subditis cum debita sollicitudine observari.

XVII.

Licet per jura canonica sufficienter fuerit provisum contra patronos parochialium ecclesiarum tam religiosos, quam seculares, exemptos, & non exemptos, quod scilicet bene & competenter provideant curatis ecclesiarum parochialium prædictarum in quibus habent jus patronatus. Quia tamen eadem jura multis in locis negliguntur, & propter hoc sunt plures ex eisdem ecclesiis vacantes, & pastoribus viduatæ in magnum periculum animarum: omnes hujus provinciæ episcopos in domino exhortamur, quatenus jura supradicta, & præcipue cap. *De Monachis ra. de preb. & dign. & Clement. de jure Patron.* irrefragabiliter faciant observari.

XVII.

Idem Benedictus duodecimus, qui ad beatissimorum patrum Benedicti & Augustini religiones zelum gerebat non modicum, ad supradictarum regularum observantiam, multas constitutiones edidit, quæ Benedictinæ nuncupantur, & quæ a pluribus religiosis nesciuntur: imo & penitus ignorantur in magnum suarum periculum animarum; eapropter, omnes abbates, priores, ac præpositos eorumdem ordinum in domino exhortamur, quatenus in suis monasteriis supradictas Benedicti constitutiones habeant, & eas frequenter legant, & relegant, ut sciant qualiter oporteat eos in religionis semita ambulare.

XIX.

Ad nostrum quibusdam referentibus devenit auditum, quod episcopi hujus Senonensis provinciæ observare, ac observari facere omittunt, ea quæ statuta canonica contra moniales observari jubent, propter quod magna scandala, & spiritualia, atque temporalia incommoda frequenter eveniunt, ac imposterum evenire præsumentur, si de salutari remedio minime fuerit provisum. Quapropter eisdem episcopis districte præcipimus, quatenus supradicta statuta de cætero faciant in suis diœcesibus inviolabiliter custodiri, & præcipue cap. *Monasteria de vit. & hon. Cler.* statutum fœlicis recordationis Bonifacij Octavi, quod incipit. *Ut periculoso de stat. Monach. lib. 6. & Clem. Attendentes in Clement. eod. tit.* Volumus autem & præcipimus, ut testes synodales qui per hoc sacrum concilium deputabuntur, diligenter inquirant, si prædicta statuta servabuntur, ut in sequenti provinciali concilio quorumlibet vitia atque defectus deferant atque negligentias.

Item sequuntur statuta reformationum morum ecclesiasticorum concernentia, quorum primum tale est.

XX.

Cum morum gravitas, & vitæ honestas in ecclesiasticis viris præcipue debeant relucere: omnibus episcopis & aliis ad quos spectat inferiorum mores reformare, districte præcipimus, quatenus diligenter servent & curent a suis subditis observari ea quæ

ANNO DOMINI 1429.

in sanctorum patrum decretis & canonicis institutionibus de vita & honestate clericorum fuerunt laudabiliter instituta; maxime autem provideant, circa clericos, qui tabernas etiam cum laicis, quod eis non convenit, immo plerumque cum suis vestimentis ecclesiasticis in malum ac perniciosum exemplum aliorum, & in scandalum totius cleri, nunc adire & frequentare non verentur. Provideant etiam contra illos clericos, qui proprio contempto ministerio, negotiis & mercimoniis sæcularibus se immiscent, emendo scilicet blada, vina, & alia hujusmodi, & etiam inhonesta mercimonia, eo animo ut ea carius vendant. Provideant etiam insuper contra illos qui depositis suis vestibus in ludis, vel camisus in publicis locis ad palmam ludunt, quæ omnia non bene conveniunt honestati. Nam & per talia sæculares habent clericos in derisum & a devotione retrahuntur.

XXI.

Insuper districte præcipimus omnibus ecclesiasticis viris, ut circa tonsuras & vestes, servent ea quæ per canonica statuta fuerunt de honestate clericorum laudabiliter instituta, præcipue autem inhibemus quibuscumque, ne portent tunicas colorum rubeorum, vel viridium per inferius aut superius porfilatas, aut nimium caudatas: nec etiam magnos colletos reversos, aut manicas nimium grossas, seu caudatas; sed nec nimia brevitate, aut longitudine notandas, nec scissas a parte posteriori, seu a parte anteriori, nisi usque ad genua.

XXII.

Quanto ecclesiastici viri perfectioris status, & majoris dignitatis honore illustrantur, tanto majorem domino, ac redemptori nostro tenentur exhibere reverentiam, & ab omnibus blasphemiis, ac illicitis juramentis diligentius abstinere. Quod multi ea eis minime attendentes, de eodem domino & redemptore nostro blaspheme & irreverenter loquuntur & jurant, quorum temerarios ausus refrenare volentes: statuimus quod pœna quæ laicis propter tales blasphemias, vel illicita juramenta secundum unum statutum infra positum jubetur imponi, clericis, quorum culpa gravior est, auctoritate præsentis concilii duplicetur; publica tamen pœna, de qua in eodem statuto fit mentio, in aliam pœnam superioris arbitrio commutata, cum eisdem ecclesiasticis non ita facile debeant pœnæ publicæ irrogari.

XXIII.

Cum propter crimen concubinatus, quo multi ecclesiastici & religiosi viri inficiuntur, habeatur ecclesia Dei & totus clerus in derisum, abominationem & opprobrium cunctis gentibus, & illud nefandissimum scelus in ecclesia Dei adeo invaluit, ut jam non credant Christiani simplices fornicationem esse peccatum mortale; Nos volentes ad extirpationem tanti facinoris, quantum nobis possibile est, providere: Omnibus episcopis hujus provinciæ districte præcipimus, quatenus in diœcesibus suis non patiantur, vel sustineant aliquos clericos, aut alios conjugatos, notorios concubinarios; sed contra illos juxta canonicas constitutiones procedant, etiam usque ad privationem suorum beneficiorum: vel alias eos corporaliter puniant, prout eis videbitur magis expedire. Nec de cætero iidem episcopi, vel quicumque alii prætextu quarumcumque pecuniarum tantum crimen dissimulent, ne forsitan videantur ejusdem criminis auctores, sive fautores existere, & ne sanguis eorumdem delinquentium de manibus suis requiratur a domino, cum ipse ad judicandum venerit: & quod circa hoc serventur antiqua statuta, & potissimum constitutio Gilonis apostolicæ sedis legati super hoc edita, cujus tenor sequitur & est talis: *Excommunicamus omnes sacerdotes & clericos quoscumque, qui post legitimam admonitionem focarias, vel alias mulieres, de quibus mala suspicio possit suboriri, in domibus propriis, vel alibi, unde populus vel ecclesia scandalizetur, duxerint retinendas, nisi sint clerici, qui in minoribus ordinibus constituti, legitime contraxisse probentur, qui tamen cum uxore ecclesiastica beneficia retinere non debeant.*

XXIV.

Licet juxta canonicas sanctiones taxillorum & alearum ludus tamquam indecens & illicitus omnibus indifferenter sit prohibitus, tamen præcipue, & districtius antiqua provincialium conciliorum jura tales ludos ecclesiasticis viris & aliis clericis interdixerunt; etiam certis pœnis adjectis: quæ quidem statuta, nos in præsenti concilio renovantes, quibuslibet ecclesiasticis viris, cæterisque clericis cujuscumque status, aut conditionis existant, præcipimus, quatenus de cætero cum taxillis non ludant, & hoc sub pœna unius libræ ceræ qualibet vice suæ cathedrali, vel parochiali ecclesiæ applicandæ: vel sub alia majori pœna arbitrio superioris, considerata qualitate facti & personarum infligenda.

Item sequuntur statuta circa reformationem morum sæcularium edita, quorum primum tale est.

XXV.

Quia dominus in veteri testamento & sabbata & alias festivitates sanctificari voluit, & districte præcepit in eisdem ab omni opere abstinere: & in novo testamento Dominicales dies, aliaque festa ab ecclesia indita eorumdem loco successerunt, quæ a pluribus male & negligenter observantur: Nos ad honorem Dei, & sanctorum suorum jubemus, & districte præcipimus supradictas Dominicales dies, & SS. Festa, & præcipue ea quæ ad honorem Christi, & ejus gloriosæ genitricis Mariæ, & suorum apostolorum instituta sunt, una cum aliis festivitatibus, quæ sicuti festa apostolorum consueverunt observari, ab omnibus subditis nostris cum omnimoda reverentia observari, abstinendo scilicet ab omni opere servili & manuali, ac divinorum auditioni cum majora devotione vacando, illum abusum penitus reprobantes, quo marescalli & barbitonsores supradictis Dominicis & aliis B. Mariæ, & Apostolorum, & supradictis festivitatibus, credunt sibi licitum fore sua ministeria, etiam præter necessitatem, exercere, circa quem volumus per ordinarios de opportuno remedio provideri, ipsos monitione prævia corrigendo.

XXVI.

Quamquam fuerit retroactis temporibus tam ex statutis sæcularium principum, quam ecclesiasticorum prælatorum sufficienter provisum contra eos, qui ausu temerario non formidant Deum renegare, despitare, vel malgreare, seu alias blasphemare, & etiam contra eos qui de Christo domino & redemptore nostro blaspheme, & irreverenter loquuntur, puta jurando per ejus carnem, sanguinem, ventrem, barbam vel *vulvam*; tamen propter negligentiam superiorum qui prædicta statuta servari non fecerunt, pauci sunt qui a supradictis blasphemiis, vel juramentis illicitis abstineant. Quapropter districte præcipimus omnibus ecclesiasticis prælatis hujus Senonensis provinciæ, quibus id spectare dignoscitur, quatenus prædicta statuta, si quæ habeant,

enim

ANNO DOMINI 1419

cum omni diligentia faciant observari. Quæ si non habuerunt, volumus, & statuimus quod despirantes, seu malgreantes, aut renegantes Deum, seu Christum, vel ejus gloriosissimam genitricem blasphemantes, quod prima vice compellantur pane & aqua in carceribus jejunare per octo dies: & pro secunda vice pœna duplicabitur, & pro tertia publice in scala, vel alias puniantur. Quod autem ad illos qui per carnem Christi, sanguinem, vel plagas, vel similiter jurant, pro prima vice solvent unam libram ceræ suæ cathedrali, vel parochiali ecclesiæ: pro secunda vice, duas, & pro tertia, quatuor: vel alia pœna, etiam publica arbitrio judicis punientur, qualitate personarum considerata, ut cæteris cedat in exemplum.

XXVII.

Ad nostrum devenit auditum, quod in hac Senonensi provincia eleemosynarum quæstores abusus suos multiplicare non cessant, quodque prædicationis officium licet ignari & illiterati sint, usurpare non verentur, & per vana mendacia, & alia ficta blandimenta, pauperum simplicium pecunias extorquent, & quod deterius est, sanctæ sedis apostolicæ, & aliorum inferiorum bullas, ac literas similiter falsificant & corrumpunt, in plurimorum scandalum & gravamen. Quapropter nos contra tales nequitias & abusus providere volentes, episcopis hujus provinciæ præcipimus, quatenus a suis subditis curatarum ecclesiarum rectoribus, faciant inviolabiliter observari jura & canonica statuta quæ contra supradicta sancte & laudabiliter providerunt, *& cap. cum ex eo & Clement. Abusionibus. de pecc. & remiss.* Nolumus tamen populi devotionem per ipsos curatos, vel rectores, quam gerunt ad sanctos, quorum supradicti quæstores procuratores existunt, quomodolibet impediri.

XXVIII.

Cum plures sint qui propriæ salutis penitus negligentes, non nisi semel in anno sua peccata confitentur, propter quod, cum memoria hominum sit labilis, non bene possunt suorum habere memoriam delictorum in magnum suarum animarum periculum: Nos huic morbo providere cupientes, præcipimus curatis, & ecclesiarum rectoribus, quatenus suos parochianos hortentur, & inducant ad sua peccata confitenda in quinque solemnitatibus domini præter Pascha, scilicet in Pentecoste, in Assumptione Beatæ Mariæ, in festo omnium Sanctorum, in Nativitate domini, & in initio quadragesimæ, & fiant tales exhortationes Dominicis diebus supradictas festivitates immediate præcedentibus.

XXIX.

Medicinalis artis magistri, licet juxta canonum statuta non debeant infirmis corporalem medicinam exhibere, nisi prius exhortatione facta per eos, quod sua peccata confiteantur; nihilominus iidem magistri tam sanctum & salutare statutum servare contemnunt in magnum præjudicium animarum, cum frequenter eveniat, quod infirmitatibus crescentibus, & quam repente invalescentibus, plures sine confessione moriantur: Nos ideo supradictis episcopis injungimus, quatenus decretalem circa hoc editam, quæ incipit, *Cum infirmitas. De pœn. & re.* faciant inviolabiliter custodiri, prius tamen hoc præsenti statuto publice declarato, vel notificato populo, ne forsitan infirmi, cum per ipsos magistros inducentur de salute animæ cogitare, credant se in periculo mortis existere.

XXX.

Inclitæ memoriæ Bonifacius VIII. in sua decretali quæ incipit. *Quoniam ut intelleximus. De juram. lib. 6.* vinculo excommunicationis ipso facto innodavit omnes qui impediunt causas tractari coram judicibus ecclesiasticis, quæ de jure vel consuetudine tractari consueverunt. Et plures sunt simplices & alii, qui forsitan propter ignorantiam supradictæ constitutionis, excommunicationis vinculo innodantur: Nos volentes eorumdem periculis animarum obviare, omnibus curatis & rectoribus ecclesiarum præcipimus, quatenus juxta generalem observantiam plurium provinciarum & diœcesum hujus regni, infra missarum solemnia Dominicis diebus pro excommunicatis cum solemnitate denuncient omnes, qui modo supradicto molestiam vel gravamen curiis ecclesiasticis inferre præsumunt & hoc juxta constitutionem supradictam, *Quoniam ut intelleximus.*

XXXI.

Querimoniam plurimorum religiosorum, ac aliorum ecclesiasticorum audivimus, quod licet dominus in veteri testamento districte præcipit perceptorum fructuum ecclesiæ ministris decimas tribuere; tamen his nostris temporibus easdem diminuere conantur, ut jam ex eis aliqui dicant, & asserant decimalia jura, non nisi ad voluntatem fore solvenda, propter quod ecclesiæ, & earum ministri maximum damnum patiuntur. Quapropter nos contra tales hominum nequitias occurrere cupientes, Omnibus episcopis, archidiaconis, decanis ruralibus, cæterisque ecclesiarum rectoribus præcipimus, quatenus Dominicis diebus, nec non messium, & vindemiarum temporibus, admoneant, atque hortentur, faciantque admonere & hortari per eos, qui verbum Dei populo prædicant, omnes qui ad solutionem decimarum tenentur, quod ipsi amodo illas solvant sine fraude & deceptione qualibet, ulla contraria consuetudine nonobstante, eum de omnibus fructibus quibuscumque, ubicumque, & in quocumque loco sint, ad illas solvendas sub damnationis pœna, ex dominico præcepto teneantur.

XXXII.

Canonica jura non sine magnis rationibus jubent matrimoniorum contractus in ecclesiis publice celebrari; scilicet propter sacramenti dignitatem, reverentiam & honorem, in quo confertur gratia, sicut & in cæteris sacramentis, & etiam ad tollendam omnem malam peccati suspicionem, cum plures existimare possent inter ipsos conjuges solum fore concubinatum, si de ipso matrimonio publice non appareret; His tamen nonobstantibus plures sunt qui a suis prælatis faciliter obtenta licentia, non in ipsis ecclesiis; sed in privatis oratoriis matrimonium contrahunt, & solemnizant, quod cedit in maximum ejusdem sacramenti contemptum. Nos autem circa id providere volentes, omnibus episcopis, archidiaconis, & ecclesiarum rectoribus sub pœna interdicti ab ingressu ecclesiæ per mensem prohibemus, ne de cætero in privatis oratoriis solemnizationem matrimoniorum faciant, aut fieri dispensent, nisi forsitan subsit urgens, vel necessaria causa, & non ficta; etiam pluribus præsentibus.

XXXIII.

Insuper sub eisdem pœnis, & propter easdem causas episcopis, archidiaconis, & aliis quibus id de jure vel consuetudine competit, injungimus, ne de cætero ita faciliter dispensent super bannis in matrimonio concedendis: etiam prætextu cujuscumque pecuniæ, sicut hactenus dispensare consueverunt.

XXXIV.

Certis anni temporibus matrimonia prohibentur ab ecclesia celebrari, scilicet tempore adventus, septuagesimæ & rogationum, eo quod tunc homines magis quam aliis temporibus debent devotioni & orationi intendere, ex quibus tamen plurimum retrahit carnale commercium, eo etiam quod illis devotionis temporibus choreæ, ludi & convivia, quæ in nuptiis fieri solent, non bene congruunt, sed verius opponuntur devotioni & contemplationi. Nihilominus tamen in hac nostra Senonensi provincia quædam mala consuetudo, vel corruptela inolevit, quod scilicet supradictis temporibus plerumque fiunt festivitates nuptiarum, choreæ, ludi, convivia, & alia indecentia, quæ ex eisdem festis, conviviis, vel choreis frequenter evenire consueverunt. Eapropter nos prædictum abusum, seu corruptelam extirpare volentes, omnibus & singulis viris & fœminis hujus provinciæ sub excommunicationis pœna inhibemus, ne supradictis temporibus audeant facere, vel facere procurent solemnitates nuptiarum, id est, convivia, festa & choreas, vel cętera hujusmodi, vel eisdem quomodolibet interesse: Præcipientes insuper episcopis & curatis, seu presbyteris ecclesiarum parochialium, quatenus hoc præsens statutum in suis ecclesiis publicent, & publicari faciant diligenter, & maxime duabus vel tribus Dominicis ante supradicta devotionis tempora.

XXXV.

Cum soli clerici ad altare domini cum divina celebrantur, debeant accedere: omnibus episcopis hujus provinciæ injungimus, quatenus sub certis pœnis per ipsos imponendis, faciant a laicis observari *caput primum de vita & honest. cleric.* cum etiam in veteri lege, cujus sacrificiis longe dignius est sacrosanctum altaris ministerium, laicalis populus ad altare domini non auderet accedere.

XXXVI.

Cum judices sæculares quandoque clericos in suis carceribus detentos, & ab ecclesia requisitos, restituere nolunt: Volumus quod provinciale statutum in pluribus conciliis provincialibus renovatum diligenter observetur: cujus forma talis est. *Statuimus ac etiam ordinamus, ut si contingat aliquem clericum in villis, seu castris diœcesis & provinciæ Senonensis per judicem capi sæcularem, qui sufficienter requisitus de reddendo dictum clericum suo judici ecclesiastico, non reddidit, seu restituit, in sua malitia perseverans, in dictis villis, seu castris quamdiu detinebit eundem clericum, cessetur a divinis, nedum in ecclesia, infra cujus confines dictus clericus detineri dignoscetur: sed etiam in aliis, si in dictis villis, vel castris plures ecclesias esse contigerit: quod ad religiosa monasteria in dictis villis, vel castris constructa & alias ecclesias eis contiguas extendi volumus, ne si in aliquibus cessarent, & in aliis non sententia cessationis seu interdicti valeat vilipendi: prædictas autem cessationes auctoritate præsentis concilii ab omnibus tam exemptis, quàm non exemptis cum de jure ad hoc teneantur, volumus observari.*

Habetur in conc. Melodunensi, anno 1323.

XXXVII.

Ad nostrum devenit auditum, quod in hac provincia quidam temporales domini, & eorum officiarii, quandoque sub magnis pœnis inhibent suis subditis & aliis in dominio suo commorantibus, ne alter alterum citare faciat in foro jurisdictionis ecclesiasticæ, etiam in personalibus actionibus, & quod deterius est, supradicti domini, vel eorum officiarii plerumque prohibent curatis, vel rectoribus ecclesiarum, aut aliis presbyteris, ne sigillent, vel executioni demandent citationes & alias literas curiarum ecclesiasticarum, & quandoque cogunt eos, ad quorum instantiam aliqui ex eorũ subditis propter suam contumaciam fuerunt legitime excommunicati, ut illos faciant absolvere: quod si recusaverint, vel distulerint, faciunt illos in carceribus detineri. Quæ omnia sunt in magnam læsionem & turbationẽ ecclesiasticæ jurisdictionis: & cum absolutio taliter vi extorta, nulla sit ipso jure, taliaque perpetrantes novam excommunicationis sententiam, nulli dubiam, incurrant: Eaq; propter nos talium dominorum, vel officiariorum ausus temerarios refrenare cupientes, jubemus antiqua provincialia statuta circa hęc edita inviolabiliter custodiri, quibus cavetur, quod si aliqui domini, vel judices temporales, aut eorum servientes, vel ministri aliqua ex gravaminibus ecclesiasticæ jurisdictioni inferre præsumpserint, & de talibus, vel eorum altero legitime constiterit, canonica monitione præmissa cessetur a divinis juxta formam præcedentis statuti, & nisi tale gravamen infra octo dierum spatium fuerit reparatum, volumus & præcipimus quod ille, vel illi qui tale, vel talia perpetraverint, & circa ea dantes auxilium, consilium, vel favorem, auctoritate præsentis concilij denũtientur publice & solemniter ipso facto excommunicari. Cum absolutio taliter vi extorta nulla sit ipso jure, taliaque perpetrantes novam excommunicationis sententiam, nulli dubium, incurrant.

XXXVIII.

Item volumus & ordinamus, quod testes synodales qui in qualibet diœcesi secundum canonica statuta ordinati sunt, diligenter inquirant, si prædicta statuta ab omnibus servabuntur, ut habeant referre in alio proximo provinciali concilio, quæ circa ea viderint minime observari, prout in capite *Sic..t olim. De accensas.*

XXXIX.

Statuimus & præcipimus quod omnes suffraganei nostri, abbatesque, priores conventuales, & capitula ecclesiarum nostræ Senonensis provinciæ: necnon decani rurales cujuslibet diœcesis, habeant copiam authenticam nostrorum præsentium statutorum, illaque faciant infra duorum mensium spatium in suis synodis & aliis locis solemniter publicari, ac declarari. Præcipue autem volumus, quod illa quæ concernunt, vel concernere possunt statum & mores laicorum iidem suffraganei & decani in publicis prędicationibus & vulgari sermone corã populo exponi, ne aliqui valeant eorumdem ignorantiam prętendere.

XL.

Testes autem synodales hujus sacri concilii Senonensis eodem approbante concilio in qualibet diœcesi ordinamus, nominamus & eligimus infra scriptos, scilicet pro diœcesi Senonensi, decanum Christianitatis Pruvinensis, & officialem sancti Iuliani de saltu: pro diœcesi Carnotensi magistrum Ioannem de Gazone, & decanum ruralem de Brou. Pro diœcesi Parisiensi decanos rurales de Montemorenciaco & de Kala. Pro diœcesi Meldensi magistrum Ioannem Tournier, & decanum ruralem de Columbariis. Pro diœcesi Trecensi decanos rurales Arcyarum & sanctæ Margaretæ. Pro diœcesi Nivernensi magistros Stephanum Guedac, & Ioannem Hurtauld. Et pro diœcesi Antisiodorensi, archipresbyteros S. Prisci & de Verziaco.

XLI.

Nos vero Ioannes archiepiscopus antedictus in dicto provinciali concilio, ut præfertur, præsidentes, ipso approbante concilio omnia & singula statuta præscripta teneri, & inviolabiliter observari ab omnibus & singulis nostræ Senonensis provinciæ volumus, & jubemus, ipsaque statuta & omnia præmissa laudamus & approbamus, concludimus

Anno Domini 1429.

cludimus & definimus prout superius est expressum, ulteriorem ipsius sacri concilii prosecutionem & continuationem, quoad ea quæ nondum perfecta sunt, de fratrum & suffraganeorum nostrorum ac aliorum in eodem provinciali concilio comparentium voluntate, & consensu, hinc ad diem Martis post Dominicam diem, qua in sancta Dei ecclesia cantabitur *Iubilate*, anni domini 1430. dictam diem Martis post *Iubilate*, Parisius cum continuatione dierum sequentium pro ipsius concilii & agendorum in eo, quæ nunc expediri obstantibus certis, justis & evidentibus impedimentis, minime potuerunt, nec ad effectum deduci, totali & finali conclusione, præfigentes, statuentes & ordinantes. In quorum vim & singulorum certitudinem præmissorum, præsentes nostras exinde fieri, & per notarios publicos, scribasque concilii provincialis prædicti infra scriptos, subscribi & publicari mandavimus, nostrorumque archiepiscopi & episcoporum suffraganeorum præsentium prædictorum appensione sigillorum fecimus & jussimus communiri.

Datum & actum, quoad præmissorum conclusionem, Parisiis in dicto collegio sancti Bernardi, nobis inibi mane hora concilii consueta in eodem concilio præsidentibus, sub anno domini 1249 indictione 7. die 23. mensis Aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo Patris & domini nostri domini Martini divina providentia papæ quinti anno duodecimo. Præsentibus venerabilibus viris dominis & magistris Petro Clerici Germano de natione, canonico Senonensi, & Petro Pinart curato sancti Iuliani de saltu nostræ Senonensis diœcesis testibus ad præmissa vocatis.

Anno Domini 1429.

CONCILIUM AB HENRICO RIGENSI ARCHIEPISCOPO CELEBRATUM

anno circiter 1429. cujus non habemus decreta ad statum ecclesiæ pertinentia: sed mentio dumtaxat reperitur levis apud Albertum Krantzium lib. 11. Vandaliæ cap. 16.

HENRICUS per hæc tempora archiepiscopus Rigensis concilium celebravit provinciale (*verba sunt Krantzii*) cum suffraganeis suis, multis inibi decretis, quæ ad statum ecclesiæ pertinerent. Operæ pretium visum est, sedem apostolicam adversus oppressores ecclesiæ invocare, detegereque per nuncios calamitosum ecclesiæ statum, quod ab iis qui concilio terræ sint impositi, opprimi tentaretur. Delegerunt ad eam legationem Decanum Revaliensem, cum aliquot de singulis ecclesiis collegis: quibus Rigensis, Tarbatensisque proconsules, ex filiis suis clericos Romanam curiam visuros junxere, vel ut in aliquod Italiæ Palladium collocati literis indulgerent. Erat ea societas itinerantium sexdecim personarum profecta terrestri itinere ad initium quadragesimæ (quod mare tardius fit per glaciem navigabile) jumentis vecti, Grebbin, ad extum usque Livoniæ, pervenerunt. Ibi ab arcis præfecto Gosvvino de Aschenberge, ordinis Theutonicorum fratre, crudeliter invaduntur. Primum ademptis literis perlectisque, terræ proditores arguuntur: & quicquid ab illis in purgationem diceretur de privilegiis clericorum, præsertim Romipetarum, irridetur magis quam auditur. Mox rebus omnibus & non parva pecunia nudati, vestibus demum exuuntur ligatis manibus pedibusque in profluentem rivum (Liva vocant) sub glaciem detruduntur, crudelique merguntur exemplo. Ita frater ordinis divæ virginis manus suas consecravit sacerdotum & innoxiorum juvenum miserabili nece. Idem ille carnifex, testatus egregium facinus, scribit terræ pontificibus: Noveritis, inquit, nuper a me deprehensos provinciæ proditores, clericos vestros, rebus & vita exuisse, nullius jussu aut consilio: sed (quod tutandis finibus præfectum scitis) publico functus ministerio, publicos hostes feci de medio. Eam rem nemini præter me imputandam ego profiteor, nam publicam peregi utilitatem. Hoc (rogo) quid erat, nisi addita calamitati miserorum insultatio? quum ignoret nemo, non esse authorem qui factus est exequutor.

Anno Domini 1429.

Anno Christi 1429.

CONCILIUM DERTUSÆ, QUÆ NUNC TORTOSA DICITUR, CELEBRATUM

præside Petro de Fuxo, cardinale apostolicæ sedis legato, anno 1429. cui sublato antipapa Ægidio de Muñione, Benedicti XIII. sive Petri de Luna successore profiteri cœperunt nomine Martini V. Romani pontificis obedientiam Hispani aliquot episcopi, qui ad hunc usque annum ab anno 1378. schismate ab ecclesia fuerant divisi.

FAUSTISSIMUS omnium* hic annus, Martino pontifici, & ecclesiæ universali fuit, schismate omnium funestissimo, dexteritate & felicitate Petri Fuxi* cardinalis, apostolicæ sedis legati sublato. Ægidius Munotius, qui Clementis VIII. nomine pontificatum invadere præsumpserat, pontificatus nomen abdicavit, insignia deposuit. Cardinales quos penes se habebat, loco moti, de graduque dejecti, quem inauspicato occupatant. Alphonsus Aragonum rex, in Martini pontificis gratiam; quem ut antea metu continere, ita novo nunc officio conciliare, in partesque traducere erat propositum. Peninsula hospitalariis militibus detracta, quorum in ditione ab antiquo fuerat, regi cessit. Ægidius nonnulla compensatione Balearis episcopus factus est. Alphonsus Borgia, Valentiæ pontifex renunciatus, quæ merces navatæ operæ fuit Ægidio & sociis sanandis, ad summos & maximos honores aditus. Tarracone *in Catalanis a Petro Fuxo episcopi Tarraconensis provinciæ ad concilium evocati, antiquum ecclesiasticæ disciplinæ morem resumpsere.

* Hæc Abrahamus Bzovius O. P. in annalibus ecclesiasticis ad annu Christi 1429.

* Dexteritate card. Fuxi funestissimum schisma sublatum.

* imo Dertusæ, seu Dertone

Clemens episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Bulla plumbea super cessione Ægidii munionis legato tradita.

Incomprehensibilia Dei judicia, investigabiles viæ ejus, grandem nimirum stuporem considerantibus ingerunt, & causam profecto non levis admirationis inducunt. Quis enim in illorum consideratione non stupet? quis non stupende miretur, & timeat? illa judiciorum secreta cælestium, quorum ordinem non datur nosse mortalibus, quorumque mysteria mens non capit humana, nec investigando comprehendere sufficit, nec considerando discutere, vel manifestare loquendo, quis, inquam, intelligere valet discretam lucem æquitatis occultæ, qua Iesus Christus dominus noster, dum ecclesiam, quam non solum misericorditer, sed etiam mirabiliter suo sanguine pretioso fundavit in arce immobilis petræ firmatam solide stabilivit, ut portæ inferi adversus eam non prævalerent, humano judicio quodammodo derelinquens, ipsam frequentium tribulationum etiam diffusarum vexari permittit incommodis, & in subveniendi expectatione languere, ut sapientissimus ponderator, qui in statera rectissima populorum merita, & delicta, appendens ulterioraque prævidens, utitur, & si justa nobis tamen ignota in tempore quidem sanctæ memoriæ Gregorii papæ undecimi, prædecessoris nostri, a quo anni 51. vel circiter effluxere prædictis exigentibus memorato judicio declinato, ecclesia ipsa domino permittente schismatis primo, deinde sub schismatis velo procurante humani generis hoste, pleraque incommoda perpessa est, necdum, quod amare deprominus, veræ unionis,

Anno Christi 1419.

& pacis reintegratione lætatur, quæ omna infra nostri arcana pectoris revolventes, & sinceram rectamque intentionem, quam in nostra, ad summi apostolatus apicem assumptione, ac ex tunc accuratius habuimus pariter & habebimus, ad hujusmodi unionem efficaciter procurandam publice propalantes, quamque debitum, quantum id nobis est perducere ad effectum meditatione continua cupientes, totisque affectibus anhelantes, ut per nostræ humilitatis ministerium adsit gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, eoque favente, quia est pax vera, quique fecit utraque unum, ille videlicet lapis angularis, qui in suæ nativitatis exordio diversos in se parietes copulari jam cœpit, ad ejus laudem gloriam & honorem, in ipsa ecclesia sua vera, & indubitata unio, & pax sequatur, si divinæ fuerit majestati acceptum.

Hinc est quod nos propensius attendentes, quod quanto validiora, certiora, & firmiora sunt, in hujusmodi apostolatus officio jura nostra, tanto lucidabilius ea ducimus pro pace, ac reintegratione religionis Christianæ relinquere: non enim semper de summo jure disputandum est, sæpe quidem rigor justitiæ, reipublicæ utilitati, & tempori cedit, nam si mulier illa, & juri suo renunciare, proprioque filio spoliare se voluit, ne sectionem illius prospiceret, quanto magis nos, postquam ad optatam ecclesiæ unionem, ad pacem per justitiæ, aut mutuæ cessionis vias, ut cupimus pervenire non possimus tanto discrimini succurrendum misericorditer, proque hujusmodi reintegratione paceque, pie eadeudum videtur. His itaque & aliis justis, & rationabilibus causis, quas præsentibus haberi volumus pro expressis, omni juri papatus, oneri & honori, ac ejus titulo, & possessioni, quod, quem, & quam in ecclesia obtinemus pariter & habemus, matura super hoc deliberatione præhabita; non vi, dolo, seu metu, nec alias modo aliquo circumventi, sed simpliciter, pure, libere, & sponte, ac ex certa scientia, & de plenitudine potestatis assistentibus nobis venerabilibus fratribus nostris sacræ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, necnon præsentibus dilectis filiis Alphonso de Boria utriusque juris doctore, charissimi in Christo filii nostri Alphonsi regis Aragonum illustrissimo consiliario, & Pontio de Pontibus Valentinensi ambasiatoribus regis ejusdem ad nos super præmissis destinatis, nec non prælatis, & aliis multis spectabilibus, & probis viris palam & publice die datæ præsentium, & tenore, verbo, intentioneque libera, & effectu valido, atque firmo cedimus, & renuntiamus, & ab ipsius papatus omnimodis usu, administratione ac exercitio gratis, & spontanea voluntate abstinemus, & promittimus bona fide imposterum abstinere, papalia deponentes insignia ad efficaciam veræ desideratissimæ unionis ecclesiæ sanctæ Dei. Cæterum, ne de hujusmodi cessione, renunciationeque, ut præmittitur factis in posterum hæsiteur, quin potius constet authentice de eisdem, præsentes literas motu proprio non ad alicujus instantiam expeditas, ad rei gestę memoriam in futurum jussimus publicari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cessionis, renuntiationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contravenire: si quis autem hoc attentare præsũpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Paniscolæ Dertusensis diœcesis 7. Kal. Augusti, pontificatus nostri anno quinto —— de curia Rodericus · —— plumbum —— sanctus Petrus —— sanctus Paulus —— ab alio latere —— Clemens Papa VIII. *Et ibidem etiam magister Alphonsus prædictus sine aliqua alia solemnitate tradidit domino legato quoddam instrumentum, quod pro serenitate conscientiarum suarum domini Paniscolæ fecerant sub hac forma.*

Anno Christi 1419.

Instrumentum electionis Martini V. in pont. per cardinales Ægidii sequaces facta.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Per hoc publicum instrumentum, cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono, indictione septima, die vero vigesimo sexto mẽsis Julii, in die festivitatis sanctæ Annæ, tunc apostolica sede vacante, per simplicem, puram, & liberam cessionem, & renunciationem, depositionemque insignium papalium, tunc temporis nominati Clementis papę octavi, nunc vero Egidii Sancii Munionis, palam & publice factas, & per me notarium infrascriptum, ut continetur in literis inde confectis publicatas, alta & intelligibili voce in camera parlamenti castri Paniscolę Dertusensis diœcesis, in consistorio publico tento per ipsum assistentibus sibi reverendissimis in Christo patribus dominis, dominis sacrę Romanæ ecclesię cardinalibus, nec non pręsentibus egregiis & circumspectis viris, dominis Alphonso de Boria juris utriusque doctore, serenissimi domini Alphonsi regis Aragonum consiliario, & Pontio de Ponte cive Valentinensi ambasiatoribus regis ejusdem, ad ipsum tunc Clementem specialiter destinatis, prælatis quoque, & aliis multis notabilibus, & probis viris paulo post ibidem reverendissimi in Christo patres & domini, dominus Julianus episcopus Ostiensis, Franciscus tituli sancti Clementis presbyter, ac Ægidius sanctę Mariæ in Cosmedin diaconus ejusdem sanctæ Romanę ecclesię cardinales, sacrum collegium cardinalium facientes ad Romani pontificis electionem volentes procedere, reverendissimum patrem & dominum, dominum Simonem electum Antiochenum, camerarium domini papę requisiverunt, ut eis locum ad conclave tenendum assignaret eidem, qui quidem dominus camerarius ipsis pro conclavi hujusmodi certam partem dicti castri illico assignavit, quam iidem domini cardinales idoneam reputantes, & intrantes conclave, audita missa de sancto Spiritu ibi, nec non clauso conclavi, ac custodito, præfati tres domini cardinales soli inibi remanentes, ad electionem Romani pontificis, prout in testium ac in mei notarii infrascriptorum pręsentia, retulerunt se, in modum qui sequitur, processisse, videlicet, quod habentes præ oculis solum Deum, considerantes, quam Christianę religionis infamiam, detrimentaque, fidelium quoque molestias, & pericula quæ hactenus emerserunt, ac emergere verisimile erat, attendentes ex pestifero schismate, quod longævis, proh dolor! temporibus, in scissuram Christianæ fidelitatis, gravissime perduravit, nisi salubriori remedio, divina favẽte clementia, cujus res est, pro integratione unitateque Christianorum occurreretur, unanimiter, nemine discrepante per viam Spiritus sancti, reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Odonem de Columna in sua obedientia nominatum Martinum V. quem ipse dominus Clemens, die prædicta, paulo ante suam hujusmodi cessionem tollendo sententias & processus contra ipsum ratione schismatis latos, & factus habilitatat de apostolicę potestatis plenitudine, usque ad summum pontificium inclusive in Romanum pontificem & pastorem, ac verum Christi vicarium, & beati Petri successorem, concorditer elegerunt, ipsumque licet absentem, receperunt ut talem, & a Christi fidelibus sic debere recipi decrevere, eundem Martinum V. etiam nominantes, quibus, ut asseruerunt, inter se, ut præmittitur, sic peractis, testes & me notarium infra dictos vocari fecerunt, ipsis adhuc existentibus in conclavi,

ubi

ANNO CHRISTI 1429.

ubi præmissa in effectu per ipsius domini Osthensis organum referentes, voluerunt, requisiveruntque per me notarium infrascriptum fieri super illis unum, & plura publica instrumenta.

Acta fuerunt hæc anno, indictione, die, mense, & locis quibus supra, præsentibus præstantissimis dominis Egidio Sancii Munionis, qui, ut præmittitur, resignavit, & ambasiatoribus supradictis, ac venerabili & circumspecto viro domino Bernardo Torveti decretorum doctore ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Antonius de Campis literarum apostolicarum abbreviator, scriptor & registrator publicus, apostolica & imperiali auctoritate notarius, quia præmissis cessionibus, atque renunciationi, per me, ut præmittitur, publicatis, necnon dictorum trium dominorum cardinalium pro conclavi requisitioni hac ipsius assignatione relationeque, electioni hujusmodi præsens fui, hoc publicum instrumentum per alium, me diversis occupato negotiis, scriptum in hanc publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi, & hic me propria manu subscripsi rogatus, & requisitus in fidem, & testimonium præmissorum, hanc electionem dominorum supra in fine additam approbando.

Cum itaque locus sancti Matthæi non distaret a castro Paniscolæ nisi per tres leguas, idem dominus legatus voluit & ordinavit, quod dictus dominus Ægidius cum omnibus suis in castro, & villa Paniscolæ existentibus, faciendo debitum suum & honorem, ut tenentur, sanctæ sedi apostolicæ impendendo, & domino nostro Martino papæ V. cujus personam ipse dominus legatus repræsentabat, personaliter venirent sibi obviam, & in eadem villa sancti Matthæi publice præstarent obedientiam, & consequerentur reconciliationem, absolutionem, & habilitationes eis necessarias, quod præfati ambasiatores efficaciter tractarunt, & obtinuerunt. Itaque die Sabbathi sequenti, quæ fuit decimatertia Augusti, & præfatus dominus Ægidius, cum suis prætensis cardinalibus, exceptis prædictis incarceratis, personaliter venit ad villam sancti Matthæi de vespere in domo rectoris dictæ villæ prope ecclesiam majorem, collocata, & cum in crastinum, quod fuit dies dominica, de mane antequam fuissent reconciliati dicti Paniscolenses divinis officiis, & in ecclesia prædicta sancti Matthæi se ingererent, dominus legatus hoc audiens, magistro Alphonso ambasiatori prædicto dixit, qualiter ipse erat informatus, quod Paniscolenses illamet hora se ingerebant divinis officiis, in ecclesia nondum reconciliati, & antequam obedientiam debitam præstitissent. Quod audiens prædictus ambasiator, eodem instanti ad Paniscolenses prædictos accessit, & illos, quos in ecclesia reperit, exire fecit, & incontinenti, licet eis esset valde grave, omnes exierunt, & dominus legatus domum veniens, illis exclusis in eadem ecclesia cum ambasiatoribus prædictis, cum magno apparatu, & cum omni populo dictæ villæ, solemnem audivit missam in sede legationis suæ solemniter collocatus, & benedictionem, ut legatus, populo contulit & indulgentias consuetas.

Egidius cum suis cardinalibus de mandato legati ad villam S. Matthæi personaliter venit.

Paniscolenses nondum reconciliati, e templo exire coguntur.

Eadem die Dominica ducentibus illos præfatis ambasiatoribus, postquam dominus legatus de vespere assumptionis beatæ Mariæ ab ecclesia prædicta recessit, prænominatus dominus Egidius in habitu doctoris simplicis, una cum prætensis suis cardinalibus præfatis, & cæteris prænominatis, personaliter accessit ad domum seu palatium magistri Montesiæ, quod est extra muros dictæ villæ sancti

A Matthæi, prope conventum Prædicatorum, & omnes Paniscolenses bini, & bini procedentes, simul "accedentes superius intraverunt cameram paramenti, ubi dominus legatus, cum omnibus suis consiliariis aderat: quibus intrantibus, & populi multitudine, usque ad numerum centum, & ultra personarum principalibus ad osculum manus & oris, & cæteris Paniscolensibus ad manus tantum osculum per dominum legatum admissis, præsentibus dominis episcopis Dertusensi, Adurensi, Segobricensi, Bethleemitarum, & "Aurensi sancti Severi, & ambasiatoribus regiis præfatis, ac cæteris prædicti domini legati consiliariis, prænominatus dominus Egidius alta & intelligibili voce dixit hæc verba, vel similia in effectu: Reverendissime pater, ego & domini qui sunt hic præsentes audivimus, &c. prout in instrumento inde confecto latius continetur, cujus tenor sequitur in hunc modum.

" f. ascendentes

" f. A Adatensi; ut infra.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Noverint universi præsentes pariter & futuri, quod cum jam annis fere quinquaginta effluxis, gravis schismatica divisio ecclesiam Romanam invasisset, illamque & alias pariter orbis ecclesias, proh dolor, afflixisset, nuperrime duodecim anni vel circiter effluxere, quod in civitate Constantiensi generali concilio in Spiritu sancto congregato, in quo inter alia Balthassar Cossa, Ioannes vigesimustertius, & Petrus de Luna Benedictus decimustertius ab omni jure, C quod in papatu dicebant se habere, depositi fuerunt, & Angelus de Corrario, Gregorius duodecimus in suis obedientiis nuncupati, etiam juri sibi in ipso papatu quomodolibet competenti, cessit & renuntiavit, necnon sanctissimus in Christo pater & dominus noster, dominus Martinus divina providentia papa V. ad apicem summi apostolatus assumptus extitit, dictoque Petro aliquandiu ea post vita functo, & domino Egidio Sancii Munionis eidem Petro succedente, & per aliquot annos cum infradictis, ac nonnullis aliis in castro Paniscolæ Dertusensis diœcesis existente, & se pro Clemente octavo a tempore hujusmodi successionis suæ gerente, pro D cujus quidem domini Egidii & aliorum cum eo in dicto castro existentium reductione præfatus dominus noster papa de anno domini 1425. reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Petrum miseratione divina tituli sancti Stephani in Cælio monte presbyterum sacræ Romanæ ecclesiæ cardinalem inclytæ domus de Fuxo legatum a latere sedis apostolicæ ad regna Aragonum & partes direxit, qui post multos & diversos cum serenissimo principe & domino, domino Alphonso Aragonum rege super reductione hujusmodi tractatus habitos hac eadem de causa ad præfatum dominum nostrum papam, de anno domini 1427. rediit, & idem dominus noster papa de anno domini 1429, iterum eumdem dominum cardinalem legatum ad regem E & regnum prædictum pro eadem reductione remisit. Tandem Spiritu sancto cooperante & rege, & legato antedicto operam dantibus, ad reductionem deventum extitit .... hinc est quod die datæ præsentium præfato domino cardinali legato apud S. Matthæum dictæ diœcesis in palatio magistri militiæ Montesiæ, & sancti Georgii existente præfatus dominus Egidius, in universali ecclesia episcopos, & cum eo domini Iulianus de Loba cardinalis Osthensis, Franciscus Rovira, & Egidius Munionis tituli sanctæ Mariæ in Cosmedin cardinales nuncupati, Simon de Pratis camerarius, Bernardus " Torveti decretorum doctor, protonotarius, Gerardus Gherardi subdiaconus, Ioannes Piguerii ordinis

Actus reverentiæ & submissionis Egidii & ei adhærentium card. de Fuxo. Martini V. tamquam veri & indubitati Pont. legato factæ.

" Torueti

 cano-

Anno Christi 1429.

canonicorum sancti Augustini in sacra pagina magister pœnitentiarius, Guillelmus Caveris decretorum doctor, auditor cameræ, Antonius de Campis in decretis baccalaureus, literarum apostolicarum scriptor & abbreviator, Ludovicus Navarra decretorum doctor, earumdem literarum scriptor & abbreviator, Oliverius Angles legis doctor, ac nonnulli alii cum eisdem comparuerunt, & inclinatis capitibus reverenter eidem domino legato obedientiam, reverentiam & fidelitatem debitas, per organum ipsius Egidii exhibuerunt, sub his verbis in effectu:

Reverendissime pater, ego & isti alii hic mecum existentes, audivimus a fide dignis, vos hic esse sacrosanctæ sedis apostolicæ, & sanctissimi domini nostri domini Martini divina providentia papæ V. legatum a latere, ideo venimus ad impendendam, & exhibendam reverentiam, præstandamque obedientiam & fidelitatem vobis nomine præfati domini nostri, domini Martini papæ V. quem profitemur verum vicarium Iesu Christi, & successorem beati Petri, & offerendum nos ipsius, & vestri, & ejus legati mandatis semper obedire paratos. Quibus quidem verbis per eumdem dominum Egidium sicut præmittitur prolatis, aliisque prædictis approbantibus ea, præfatus dominus cardinalis stans obedientiam, fidelitatemque hujusmodi acceptans, ac manus ipsius domini Egidii inter suas recipiens, dixit eidem domino Egidio: Vos ergo in manibus nostris promittitis, & juratis quod de cætero eritis fidelis, & obediens sanctissimo domino nostro Martino divina providentia papæ V. & suis successoribus canonice intrantibus. Qui respondit, Sic ero, hoc idem omnes & singuli supradicti professi fuerunt, de quibus omnibus & singulis prædictis præfatus dominus cardinalis legatus requisivit sibi retineri, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam: & per nos notarios infrascriptos, acta fuerunt hæc in loco supradicto sub anno a nativitate domini 1429. indictione 7. die vero Dominica 14. mensis Augusti, pontificatus domini nostri papæ anno 12. præsentibus ibidem egregiis viris Alphonso de Borda, utriusque juris doctore, & Pontio de Pontibus sive Valentinensi præfati domini regis ambasiatoribus, & reverendis in Christo patribus, dominis Oddone Dertusensi, Rogerio Adurensi, Ioanne Bethleemit. & Francisco Segobricensi, episcopis, ac venerandis in Christo patribus Ioanne abbate monasterii sancti Severi de sancto Severo, ordinis sancti Benedicti Adurensis diœcesis, egregiis viris Bernardo de Rosergio cancellario ecclesiæ Tolosanæ, Rodulpho Rolandi canonico Aquensi V. I. D. & sacri palatii causarum auditore, Philippo Gonis medicinæ doctoribus, ac quampluribus aliis testibus fide dignis, ad hoc specialiter vocatis, atque rogatis.

Actus absolutionis & rehabilitationis Egidii & sociorum ejus.

Et ibidem paulo post, & quibus supra præsentibus, præfatus dominus Alphonsus annuentibus eidem domino Egidio, & illis, qui cum eo venerant, ut præmittitur, dixit hæc verba in effectu:

Reverendissime pater, ad tollendum omnem conscientiæ scrupulum, supplicatur vestræ reverendissimæ paternitati, ut auctoritate præfati domini nostri domini Martini divina providentia papæ V. dominum Egidium, & omnes supradictos absolvere, habilitare & ad gremium sanctæ matris ecclesiæ recipere, ipsosque in & ad pristinum statum reducere dignemini, & ibidem præfatus dominus Egidius in persona propria dixit hæc verba: Ita petimus & rogamus, & alii qui cum eo venerant, ut præmittitur, quasi uno contextu similes absolutionem, habilitationem, receptionem, & reductionem petierunt, dictusque dominus legatus auditis petitionibus & supplicationibus hujusmodi, ipsum dominum Egidium, & alios supradictos, qui cum eo venerant, ut præfertur, auctoritate apostolica per præfatum dominum nostrum Martinum papam V. sibi concessa, ab omnibus sententiis, pœnis & mulctis, quas occasione præmissorum incurrerant, absolvit, ipsosque habilitavit, & in pristinum statum reposuit, ac ad sanctæ matris ecclesiæ gremium recepit auctoritate apostolica per præfatum dominum nostrum, dominum Martinum papam V. sibi concessa, offerens se, bene, pie & benigne illos tractaturum, & pro eis facturum quæque sibi possibilia: de quibus omnibus & singulis dictus dominus legatus in quantum sanctam Romanam ecclesiam & sedem apostolicam legationemque sibi commissam concernebant, unum & plura petiit sibi dari, & concedi instrumentum & instrumenta per notarios infrascriptos ad perpetuam rei memoriam. Acta fuerunt hæc sub anno, indictione, mense, die, loco, & pontificatu prosune supradictis, præsentibus etiam testibus quibus supra.

Et me Petro Arnaldo de Vicecomitatu, decano ecclesiæ sancti Severini extra muros Burdegalenses decretorum doctore, apostolica, & imperiali auctoritatibus, notario qui a præmissis omnibus & singulis supradictis, dum sic successive, ut præmittitur, fierent, & agerentur, una cum prænominatis testibus, ac infrascripto notario, præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, ideoque hoc præsens publicum per alium fideliter conscriptum instrumentum exinde retinui, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine mei solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Et ego Thomas Truteri Lucionensis diœcesis, publicus, apostolica & imperiali auctoritatibus, notarius, qui in præmissis omnibus, & singulis supradictis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, una cum domino Petro Arnaldo de Vicecomitatu notario & testibus supranominatis præsens fui, eaque omnia & singula sic fieri, vidi, & audivi, ac una cum præfato notario, in notam sumpsi, præsensque publicum instrumentum per alium fidelem scriptum, in hanc publicam formam redactum retinui, signoque meo solito signavi, requisitus in fidem, & testimonium præmissorum.

Dertusam ingredient honorifice excipiunt.

Die Veneris qui fuit 26. Augusti, præfatus dominus legatus intravit Dertusam cum processionibus solemnibus, per episcopum, clerum, & populum Dertusensem honorifice receptus, & in domo episcopali collocatus, ubi expectando diem decimam Septembris pro futuro concilio, remansit, & diem decimam mensis Septembris, ad quam concilium convocaverat, expectavit, qua die adveniente, præfatus dominus legatus videns, & attendens quod prælati & capitula in magno numero non venerant, obstantibus viarum discriminibus, & impedimentis, cum consilio & assensu eorum, qui jam venerant, concilium usque ad diem decimamnonam ejusdem mensis, prorogavit, & interim, & exinde continue ad providendum, Paniscolenses de beneficiis pro sustentatione vitæ ipsorum juxta facultates super hoc specialiter a domino nostro papa sibi directas juxta qualitatem personarum Paniscolensium prædictorum, intendit, & laboravit.

Legatus concilium Dertusæ celebrat.

Adveniente die præmissa decimanona reverendissimus dominus legatus prædictus in cathedra suæ legationis solemniter præsidens, missam sancti Spiritus pro initio concilii in cathedrali ecclesia Dertusensi

sensi coram se per reverendum in Christo patrem dominum Ioannem Rocca sacræ paginæ eximium professorem episcopum Bethleemitanum celebrari, & ad clerum in medio missæ per eumdem dominum episcopum in pontificalibus solemniter prædicare fecit, quam prædicationem idem reverendus dominus episcopus Bethleemitanus, sicut magnus ingenio, profundus eloquio sacræ paginæ & subtilitatum ejus, elevatus scrutator poetarum, & metaphysices ac philosophorum peritissimus sectator, alto stylo, peritiori lingua disjecta propatulo disseruit, sicque cunctorum astantium mentes, & alta etiam ingenia, refecit, & a cunctis astantibus commendari summe prometuit ex tanto, & tali sermone solemni: præsentesque inibi pro concilio fuere,

Metropolitanarum ecclesiarum Terraconensis & Cæsaraugustanensis, tunc vacantes vicarii generales.

Præsentes in concilio a legato celebrato.

Episcopus Ilerdensis.
Episcopus Dertusensis.
Episcopus Valentinensis.

Supervenerunt post aliquot dies demum cum domino rege Aragonum & regina.

Episcopus Tirasonensis.
Episcopus Gerundensis.
Episcopus Oscensis.
Episcopus Vicensis.
Episcopus Elnensis.
Vicarius generalis episcopi Barcinonensis.
Vicarius generalis episcopi Vrgellensis.
Vicarius generalis episcopi Segobricensis.
Vicarius generalis pro sede vacante Majoricensi.
Pro capitulo Tarraconensi, unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Cæsaraugustanorum, canonicos & decretorum doctor.
Pro capitulo Barcinonensi, unus canonicus, & in sacra pagina professor.
Pro capitulo Valentinensi unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Gerundensi unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Ilerdensi unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Vicensi unus canonicus & decretorum doctor.
Pro capitulo Segobricensi unus canonicus & legum doctor.
Pro capitulo Oscensi unus canonicus & licentiatus.
Pro capitulo Tirasonensi unus magister in artibus & licentiatus in Theologia.
Pro capitulo Majoricensi unus canonicus & doctor.
Pro capitulo Elnensi unus canonicus & sacrista, baccalaureus in decretis.
Pro capitulo Vrgellensi, unus canonicus & decretorum doctor.

Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini.

Abbas Agerensis, decretorum doctor.
Abbas Destangensis.
Abbas Celronæ.
Prior Rotensis ordinis sancti Augustini.

Monachorum nigrorum ordinis sancti Benedicti.

Abbas Alonis ordinis sancti Benedicti.
Abbas sancti Michaelis de Cusano.
Abbas Cardonæ.
Abbas Gerensis.
A Abbas sancti Cucufatis Barcinonensis.
Abbas de Aymerio.
Abbas sancti Saturnini de Tavernolis.
Abbas sancti Petri de Rodis.
Abbas Balneoramno.
Abbas sancti Felicis Guioxelen.
Abbas sanctæ Mariæ de Rosio.
Abbas de Ricopullo.
Abbas montis Aragonum.
Abbas sancti Benedicti de Bagis.

Monachorum alborum Cisterciensis ordinis.

Abbas Populeti.
Abbas de Benifassano.
B Abbas Vallis dignæ.
Abbas sancti Bernardi Valentiæ.
Abbas de Scarpioti.
Abbas Lavarensis.
Abbas de Petra.
Abbas Vallis bonæ.
Abbas sanctæ Fidis.
Abbas de Verola.

Ordinis Præmonstratensis.

Abbas de Pulchro Podio.

Ordinis Montesia.

Magister Montesiæ.

Ordinis beata Maria Mercedis.

C Magister ordinis Mercedis.
Prior ecclesiæ B. Mariæ Mercedis in Barcinona.

Fuerunt insuper plures priores conventuales diversorum ordinum, decani & præpositi, archidiaconi cathedralium & collegiararum ecclesiarum sæcularium, & regularium, usque ad numerum ducentorum, & ultra, quorum plures in numero graduati in aliqua de facultatibus approbatis existebant viri literati & honorabiles, præstantiores & majores in toto clero regnorum, Aragoniæ, Valenniæ, & principatus Cathaloniæ, qui sanctæ sedi apostolicæ, & D. N. summo pontifici, D. Martino papæ V. & mandatis D. legati humiliter obedientes ad concilium hujusmodi venerunt, & continuarunt, D jussa & mandata sanctæ sedis apostolicæ & ejusdem D. legati prompto animo & obedienti recepturi, congaudentes peramplius de successu prospero, & felici negotiorum ecclesiæ Dei, per diligentiam, humilitatem, & patientiam præfati D. legati, per eumdem dominum legatum sperantes de omnibus ad plenum certiores, existimantes esse magnum Dei donum, & eis, ac toti regno, ac domino D. Aragonum regis, ad magnam omnipotentis Dei gratiam reputantes misericorditer fuisse concessam, quod ecclesia Dei, & sancta sedes apostolica ejusque summa auctoritas, ecclesiarum, regnorum, & dominii prædictorum libertas ecclesiastica, quæ hostis humani generis malitia procurante per secu- E lares potestates in totum pœne in illis partibus pessundatæ, sopitæ, vexatæ, infractæ, violatæ, & jura ecclesiastica, & ecclesiasticorum virorum existebant occupata, usurpata, & pene in totum absorpta, ita quod nisi enim miraculo desuper ex divina & spirituali dispensatione humanum judicium reparandi, & reducendi ad felicem statum pristinum, formam, modum, & remedium diffidebat se posse assequi, intueri in posterum & habere. Nunc in præsentiarum per medicinæ ejusdem domini legati præparacula assequerentur ad plenum, beatum, perpetuum, felicem & omni laude dignum eundem D. legatum existimantes, qui talia tam ardua, & judicio humano pene irreparabilia, & ad effectum prosperum perduci

ANNO CHRISTI 1429.

perduci desperata negotia sua providentia & prudentia circumspecta cum invincibili longanimitate, & patientia, & vera humilitate ultra humanum modum, divina sibi suffragante gratia, ad optatum finem perduxit, per omnia admirantes tam generosum virum de stirpe regia, & illustri domo Aragonum, & Fuxi comitatu insigni prodeuntem, tanta & talia, tam dura & adversa, etiam in persona propria graviora, opprobria, indefessos labores, insupportabilesque perferre potuisse, aut æquo animo tolerare, de tanto, tamque virtuoso in adversis comprobato viro apostolicæ sedis legato pacis angelo, Deo, & sanctæ sedi apostolicæ, ac domino nostro summo pontifici Martino papæ gratias ex cuncto corde & ore persolventes.

Sequuntur acta concilii.

Celebrata igitur prædicta missa, & officio peracto, dominus legatus cum ibi præsentibus introivit aulam pro concilio juxta locum capitularem sedis Dertusensis decenter præparatam, & ipso in cathedra sedenti, ibidem in continenti aliis astantibus ad vitandum lites & dissensiones cunctis auscultantibus, pronuntiavit ante omnia, quod quisque sederet sine præjudicio ecclesiarum, pro quibus comparebant, & quod in posterum quoad prærogativam sedium, ex hoc nullum præjudicium sequeretur, de quo fecit retineri publicum instrumentum, & de pronuntiatione hujusmodi omnes & singuli fuerunt valde contenti, ita quod ibidem sine quacumque dissensione ad placitum ex curialitate unus alteri deferendo sederunt, ut fratres habitantes in unum, in Christi charitate conjuncti, & ibidem duos notarios, unum pro se, alium pro concilio ad redigendum in scriptis actus concilii, & unum decretorum doctorem procuratorem fiscalem deputavit. Omnibusque pacifice & sine contentione sedentibus & honorifice collocatis, eadem hora idem dominus legatus corde tenus solemnem aregham proposuit, per quam causas propter quas venerat, intimavit; videlicet:

Prima sessio.

Ad extirpationem schismatum, & Paniscolensium reductionem.

Ad D. regis Aragonum cum domino nostro papa reconciliationem & pacificationem.

Ad libertatis ecclesiasticæ in illis partibus reparationem & reintegrationem.

Ad ecclesiarum & totius status ecclesiastici, illarumque partium felicem reformationem.

Quæ cuncta idem dominus legatus solemniter deduxit, etiam cum auctoritatibus sacri eloquii & sanctorum, intimando eis qualiter per Dei gratiam tria priora puncta fuerant jam per eum feliciter expedita, sic, quod non restabat nisi quartus punctus de reformatione, super qua efficaciter vellet intendere, & ad Dei laudem, & ecclesiastici status honorem se obtulit, illos exhortando, ut super reformatione hujusmodi vellent etiam ipsi diligenter vacare, intimando sibi ea, quæ duxerint reformatione indigere.

Cumque ibidem per procuratorem fiscalem contumacia absentium, nec comparentium fuisset solemniter accusata, surrexit D. Dominicus episcopus Iletdensis pro se & cunctis de concilio ipsi præsentibus, solemnem propositionem reverentiæ & honoris reverendo D. legato, prout est, vir literatus in jure divino & humano, decretorum doctor solemnis & eloquens, notabiliter peroravit, seipsum & totum clerum mandatis ejusdem domini legati humiliter offerendo, de tantis laboribus pro ipsis ecclesiis & clero per eumdem dominum legatum æquanimiter toleratis, gratias multipliciter referendo, ac supplicando eidem ut absentes supportare

A dignaretur ad tempus sua benignitate assueta: dictusque dominus legatus ibidem votis eorum benigne annuit, & juxta desiderium ipsorum prout petierunt decrevit per quatuor dies sequentes, quosque absentes adhuc fore expectandos. Cumque multi cum procuratoriis se in concilio pro absentibus ingessissent, ad visitandum interim hujusmodi procuratoria an forent sufficientia, vicarium Terraconensem, abbatem Agerensem & vicarium Cæsaraugustanum sede vacante decretorum doctores cum notariis concilii, deputavit, & diem Iovis sequentem, quæ erat quarta dies futura pro secunda sessione ordinavit, sicque prima sessio fuit pro illa die finita.

Secunda sessio.

Adveniente die Iovis prædicta, quæ fuit duodecima mensis Septembris, idem dominus legatus, qui occupatus febribus, sessionem tenere nequivit usque ad diem sequentem Sabbati, & de Sabbato usque ad diem Lunæ sequentem prorogavit sessionem, qua die Lunę decimasexta Septembris reverendus dominus legatus, licet debilis & infirmus, in loco ubi prius, tenuit secundam publicam sessionem, & per eumdem dominum legatum fuit propositum, quod cum super pluribus, ecclesias, clerum, & statum ecclesiasticum concernentibus reformandis esset necessario providendum, videbatur sibi utile pro meliori expeditione, & cleri, quod certi super iis videndis, recolligendis, & avisandis, dictisque domino legato & concilio referendis deputarentur. Quo audito per dominum Ilerdensem episcopum de hoc ex parte totius concilii eidem domino legato fuit humiliter supplicatum, dictusque dominus legatus benigne votis eorum annuit, & certos viros notabiles, & expertos de concilio deputavit super præmissis, sicque secunda hujusmodi sessio fuit pro illa die finita.

Tertia sessio.

Insuper causantibus infirmitatibus gravioribus febrium, tumoribus etiam tibiarum, & sciatica prævalentem dictum dominum legatum plurimum gravantibus, quas referentibus medicis ex laboribus excessivis, quos in præcedenti æstate in prosequutione negotiorum & legationis hujusmodi pertulerat, absque dubio incurrerat ipse dominus legatus, amplius in sessionibus publicis esse nequivit, sed de termino ad terminum factæ sunt prorogationes usque ad diem Martis undecimam mensis Octobris: Interim tamen deputati per dominum legatum recollegerunt omnia in scriptis, quæ eis visa sunt reformationibus indigere, tradideruntque ea domino legato, & dominus legatus jussit ea communicari toti concilio: & in concilio visum fuit quod adhuc quædam erant addenda, quæ fuerunt addita, & sæpius communiter in concilio recensita omnia, & accusata, ac per dominum Iletdensem & Valentinum episcopos ex communi voto totius concilii specialiter visitata, & studiose ruminata, & cum consensu totius concilii domino legato præsentata: super quibus idem dominus legatus retinuit sibi deliberationem.

Adveniente igitur die Martis undecima Octobris, dominus legatus infirmitatibus præmissis adhuc gravatus, non valens descendere ad cathedralem ecclesiam Dertusensem, & ad locum sessionis, ideo decrevit in tinello episcopalis domus, ubi erat collocatus, tenere sessiones concilii exinde, & dicta die congregato concilio ibidem sessionem tenuit, & solito more ipso in cathedra præsidente ceteris de concilio honorifice collocatis, & sedentibus, fuit per procuratorem fiscalem solemniter accusata contumacia absentium qui procuratores non miserant, vel idoneos excusatores, licet tamdiu fuerunt expectati,

Anno Christi 1419.

A ctati, & dictus dominus legatus pronuntiavit illos contumaces, peritæque fuerunt literæ contra illos, & concessæ. Quibus peractis exinde retentis publicis instrumentis, prædictus dominus legatus, licet per infirmitates suas valde vexatus & debilitatus, ut melius potuit, verba proposuit omnibus inibi in concilio congregatis, qualiter inveteratum schisma longo tempore, proh dolor, partibus illis viguerat, pro cujus extirpatione S. D. N. D. Martinus papa V. more pii patris diversis vicibus tam cardinales legatos, quam alios nuncios ad illas partes transmiserat cum magnis sumptibus & expensis ad extirpandos Paniscolenses, eorumque sequaces & complices, & ad exterminandos hujusmodi damnati schismatis auctores efficaciter intenderat, quodque propter fortitudinem castri Paniscolæ (quod est tam forte & inexpugnabile) licet etiam serenissimus dominus Alphonsus Aragonum suam super hoc fecerit diligentiam, iidem schismatici in castro præfato inclusi, usque nunc nequiverunt haberi, & quomodo ad eradicationem eorumdem Paniscolensium ipse D. loquens ad has partes legatus a latere per dominum nostrum papam fuerat destinatus & pro expeditione felici negotiorum prædictorum, & aliorum, statum & libertatem ecclesiarum, & totius cleri illarum partium concernentium per quinque annos continuos in legatione hujusmodi jugiter laborando cum eodem D. rege eundo etiam & redeundo per mare & per terram ad urbem Romæ, pro concordandis & concludendis per D. N. papam & regem præfatum, prædictis negotiis efficaciter laboraverit, & pervenerit cum divino auxilio per medium pacis & concordiæ D. papæ & regis prædictorum ad finem & effectum concupitum, addens insuper qualiter ipse dominus legatus de beneplacito domini nostri papæ, cum domino Aragonum rege, quia idem D. rex disposuerat dare, prout dedit operam efficacem, quod dicti Paniscolenses exirent de Paniscola, inter cætera convenit dicto D. regi dare centum quinquaginta millia florenorum. Cumque per Dei gratiam, & per medium dicti domini regis Paniscolenses præfati de Paniscola exissent, & quod est laudabile ad gremium ecclesiæ Dei, & obedientiam ejusdem domini Martini papæ fuissent reducti, non restabat aliud nisi solvere domino regi prædicto summam promissam, subdens quod cum dominus noster papa tam pro guerris Bohemorum, quam & Bononiæ, & aliis diversis oneribus, quæ dietim occurrerunt sanctæ Dei ecclesiæ, non posset perinde supplere: idem dominus legatus rogavit D. prælatos ibidem existentes, & cæteros de concilio, quatenus in præmissis & circa ea prædictam summam præfato domino regi exsolvendam pro honore ecclesiæ Dei & domini nostri papæ, vellent intuitu pietatis intendere, & taliter facere, quod præter æternæ retributionis præmium, idem dominus noster papa paternam dilectionem, & reverentiam in ipsis suis filiis, & sanctæ sedi apostolicæ obedientiam, & devotionem luce clarius cognoscens, operis per effectum eosdem in suos speciales dilectos filios, & in necessitatibus ad succurrendum sedi apostolicæ promptos, propitios & liberales recipiens specialius habeat, recommissos. Quantum autem ad ea, quæ eidem domino legato ratione procurationum & alios per clerum regnorum, & terrarum dicti domini regis sunt debita, idem dominus legatus, totum remisit ipsorum in concilio existentium cognitioni. Nam licet, ut ibidem asseruit idem dominus legatus, ipse haberet bullam a domino nostro papa in effectu continentem, quod pro dictis centum quinquaginta millibus florenorum, & aliis necessario eximendis & levandis, posset super clero imponere subsidium, attamen, sic dixit se confidere de ipsis dominis prælatis, & cæteris in concilio congregatis, & de eorum bona affectione; ita quod tenebat pro firmo, quod facerent sponte ea, quæ compulsi facturi essent, & ideo de ulteriori executione dictæ bullæ dixit se velle supersedere de præsenti, volens gratiose agere cum eisdem: de quo in continenti omnes in concilio existentes humiliter regratiati sunt præfato domino legato per organum domini Tirasonensis episcopi, supplicantes eidem domino legato, quatenus ad deliberandum super præmissis petitis ejus tempus brevissimum concederetur, usque ad proximam sessionem die Sabbati sequenti tenendam, sicque ista sessio tertia fuit finita.

B Insuper causantibus infirmitatibus, præfatum dominum legatum plurimum pro tunc gravantibus, sessio assignata prorogationes obtinuit multiplices; tandem post festum omnium Sanctorum, die videlicet quarta Novembris deputati per concilium responderunt domino legato, quod, quoad summam pro domino Aragonum rege petitam, volentes sanctæ sedi apostolicæ, & domino nostro papæ de eorum paupertate, licet plurimum gravati pestilentiis, guerris & sterilitatibus, juxta posse, servire, parati erant subvenire, tamen sedi apostolicæ de sexaginta millibus florenorum, pro ipso vero domino legato cum humillima supplicatione, ut clero &

Concilium offert sedi apost. in sexaginta millibus florenorũ subvenire.

C ecclesiis, regnorum & terrarum domini Aragonum regis, citra mare consistentium, pluribus mensibus insupportabilibus, & paupertate gravatis compatiendo, licet & ipsi ad plenum cognoscebant, & expresse confitebantur, summam, quam offerre eidem intendebant, non esse juxta per eundem dominum legatum labores, expensas, & sumptus in legatione hujusmodi, pro honore & utilitate ecclesiarum, & cleri prædictorum, supportatos, erogatos & consumptos, prout cunctis erat notorium & manifestum, eorum tamen omnium & singularum existentium in concilio unanimi, & concordi assensu, mera & spontanea voluntate ultro cum humilitate & reverentia pro dono obtulerunt summam

D viginti trium millium florenorum auri de Aragonia, de tam parva oblatione, respectu laborum, & sumptuum suorum, & etiam majoris summæ multo ad causam procurationum, sibi debitarum, veniam humiliter postulantes, quorum bonum velle, & concordem animum, ac de eorum paupertate juxta posse, eidem domino legato servire, & complacere omnino dispositum, præfatus dominus legatus vir generosus, nobilis & illustris attendens, & æstimans potius bonam voluntatem illorum, quam oblatam summam, & donum, eorum precibus annuit, & oblatam summam prædictam gratis acceptavit.

Concilium offert legato pro suis laboribus & expensis viginti triũ millia florenorum mon. Aragon.

In crastinum quæ fuit die Sabbati, quinta Novembris anni superius annotati, in tinello domus

Alia sessio.

E episcopalis Dertusensis fuit congregatum concilium, & tenta sessio publice, in qua reverendissimus dominus legatus præsentibus legationis suæ octo episcopis, videlicet, Tirasonensi, Ilerdensi, Gerundensi, Oscensi, Dertusensi, Vicensi, Elnensi, Valentino episcopis, abbatibus & cæteris supradictis, & aliis pluribus qui supervenerant, usque ad numerum trecentorum virorum notabilium in concilio congregatorum, primitus, & ante omnia octo patentes literas regias, quas super diversas ecclesias, & clerum illarum concernentes, a domino rege Aragonum per concordiam factam, & ad bonum, utilitatem & commodum ecclesiarum & cleri prædictorum obtinuerat, sigillo regio magno impen-

Legatus octo regias literas patentes, quas ad bonum & utilitatem ecclesiarum & cleri a rege per cõcordiam factã obtinuerat in ecclesiã metropolitan. Terracon. & Cæsaraugustan.

ANNO CHRISTI 1429.

archivus recondendas offert & donat.

denti, ad robur in futurum perpetuæ firmitatis sigillatas obtulit, & donavit in metropolitanarum ecclesiarum Terraconen. & Cæsaraugustan. archiviis ad futuram rei memoriam originalibus recondendis, de quibus sub sigillo suo transsumptum authenticum cunctis ecclesiis, præcipue cathedralibus concessit.

Prima est qua rex jurat se edicta non facturũ contra libertatem ecclesiarum, neque de bonis ecclesiarum accepturum, neque in jura cameræ apostolicæ manum appositurum.

Regia patens litera, in qua dominus Alphonsus rex illustris super sancta Dei euangelia, & euangelice testatur se jurasse, juratque & promittit in sua bona fide regia, quod a die concordiæ cum reverendissimo in Christo patre domino Petro cardinali de Fuxo apostolicæ sedis legato initæ, & abinde non faciet edicta contra libertatem ecclesiæ, nec aliquid de bonis ecclesiæ universalis, vel ejus particularis recipiet, vel recipi permittet, nisi in casibus a jure communi vel patriæ concessis, nec apponet manus in jura cameræ apostolicæ, primitus lecta fuit ibidem, tenorem qui sequitur in se habens:

Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis, & Ceritaniæ, &c.

Tenor literæ.

Attendentes inter reverendissimum in Christo patrem dominum Petrum divina providentia cardinalem de Fuxo vulgariter nuncupatum legatum apostolicum nomine, & vice domini papæ, & nos plura & diversa pacta, conventiones & capitula fuisse hinc inde practicata, facta & firmata, ut in instrumento publico inde facto & acto in regali palatio Valentino vigesimaseptima mensis Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo vigesimoseptimo, & clauso per dilectos & fideles nostros Franciscum de Arnio secretarium & notarium nostrum, & per Guillelmum Raymundum de sancto Ioanne clericum Castrenetæ diœcesis publicum auctoritate apostolica notarium, hæc, & alia latius sunt contenta, quæ quidem pacta, & conventiones juxta responsiones ad ea, & omnia, & singula in illis contenta, cum modificatione, expressione, declaratione, tamen primi capituli incipiendum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis recolimus a nobis & nostra curia dudum emanasse capitulum, loquens de materia citationis, & processuum per dominum papam contra nos inceptorum & attentatorum, cujus quidem modificatio, expressio, & declaratio continetur in quadam bulla apostolica inter dictum dominum papam, & ambasiatorem nostrum concordata, quæ data est Romæ apud sanctos Apostolos secundo nonas Februarii, pontificatus domini papæ anno duodecimo, per dictum Franciscum de Arnio, & Thomam Troleti apostolica auctoritate notarios, recepta, confirmata, approbata atque laudata fuit, ac denuo firmata pariter & jurata, ut in dicto novissime recepto instrumento latissime est contentum. Nosque volumus, prout regiam decet majestatem, quæ nos tangunt efficaciter observare, tenure præsentium de nostra bona fide regia, necnon juramus super cruce domini nostri Iesu Christi, & ejus sancta quatuor Dei euangelia manibus nostris corporaliter tacta, quod deinde non apponemus manus ad jura cameræ apostolicæ, neque edicta contra libertatem ecclesiasticam faciemus, aut aliquid de bonis ecclesiæ universalis vel particularis recipiemus, vel recipi permittemus in terris & ditionibus nostris, nisi in casibus a jure communi, sive patriæ, permissis. Quapropter mandamus per præsentes sub incursu nostræ indignationis & iræ, ac sub fide & naturalitate, quibus nobis astricti sunt, universis & singulis viceregibus, gubernatoribus, bajulis, generalibus, procuratoribus justitiæ, vicariis, subvicariis, baillivis, alguaxeriis, subbaillivis, electoribus & commissariis, & aliis quibusvis personis subditis nostris, quatenus hanc præsentem nostram provisionem & voluntatem studeant efficaciter observare, & si quem senserint in aliquo contraire, illum puniant & castigent, ac puniri & castigari faciant rigide & taliter, quod aliis transeat in exemplum. In cujus rei testimonium præsentes literas fieri jussimus nostro sigillo communitas. Datum Calatarubii die decimaseptima Iunii, anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Secunda litera prohibens aliquod crimen clericis falso imponi, vel eos vexari, personas immunitate ecclesiastica gaudentes ab ecclesiis extrahi, & libertatem ecclesiasticam violari vel infringi.

Secunda patens regia litera, per quam dominus Alphonsus Aragonum rex illustris inhibet consiliariis suis, & officialibus regiis crimen falsæ monetæ, vel aliud quodcumque crimen de cætero clericis illarum partium falso imponere, & de amplius indebite non vexare, personas immunitate ecclesiastica gaudere debentes, ab ecclesiis extrahere de cætero, & libertate ecclesiastica amplius non violanda, vel infringenda, sub magnis & formidabilibus pœnis, traditæ sunt in concilio sub tenore præsentium.

Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonensis, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, nobilibus, dilectis & fidelibus consiliariis nostris, universis & singulis gerentibus vices gubernatoris generalis, justitiis, salmedinis, vicariis, baillivis, subvicariis & subbaillivis, eorumque successoribus, salutem & dilectionem.

Tenor literæ.

Recenti querulosa expositione celsitudini nostræ nuper facta pro parte venerabilium, & dilectorum consiliariorum nostrorum prælatorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum in concilio per reverendissimum in Christo patrem dominum cardinalem de Fuxo, sedis apostolicæ legatum, consanguineum nostrum charissimum in civitate Dertusensi de præsenti celebrato congregatorum displicenter percepimus, quod vos, seu aliqui vestrum divinam non metuentes ultionem contra clericos, & alios crimina falsæ monetæ, & alia enormia ficte imponitis, eosque ab ecclesiasticis aliisque locis libertate, & immunitate ecclesiastica gaudere debentibus extrahitis, & vestram jurisdictionem præter nostram mentem indebite exercetis, eosdem clericos vexando omnimode, & ecclesiasticas libertates, & immunitates violando, ut inde a vobis & vestris dominationibus pecuniis se redimant, & tueantur, quod nec immerito meæ majestati summe displicuit. Quapropter volentes nostros subditos, præcipue clericos & personas ecclesiasticas in eorum juribus & libertatibus consovere, & a nemine indebite molestari, vobis & cuilibet vestrum divinus tenore præsentium, & mandamus, sub iræ & indignationis nostræ incursu, pœnaque mille florenorum Aragoniæ de bonis vestris, si contra feceritis, irremissibiliter habendorum, privationisque officiorum, quatenus a talibus falsis criminum impositionibus contra clericos & ecclesiasticas personas, eorumque vexationibus, & libertatum, jurium & immunitatum ecclesiasticarum fractionibus & violationibus vos abstineatis & cesseris: Super prædictis taliter vos habentes, ut jurisdictio seu libertas

ANNO CHRISTI 1429.

bertas ecclesiastica illæsa penitus relinquatur, & omnis materia scandali, vexationis seu malitiæ auferatur, hocque non muretis seu differatis aliqua ratione, seu causa, cum sic fieri, servari & exequi volumus, & penitus jubemus. Datum Dertusæ, sub nostro sigillo communi, die 12. mensis Octobris, anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Tertia litera qua inhibetur officiatis regiis ne clericos incarcerent, immunitatem ecclesiasticam infringant, vel a personis ecclesiasticis aliquid exigant vel extorqueant.

Tertia regia patens litera, per quam D. Alphonsus rex illustris inhibet, sub magnis & formidabilibus pœnis officiariis suis regiis, ne clericos incarcerent, jurisdictionem ecclesiasticam, libertatem & immunitatem infringant, aut ab ecclesiasticis personis exigant, vel extorqueant imposterum. Tradita fuit in concilio sub tenore qui sequitur:

Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonensis, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, nobilibus, dilectis, & fidelibus consiliariis nostris gerentibus vices gubernatoris generalis, justitiis, salmedinis, vicariis, baillivis, subvicariis & subbaillivis, cæterisque officialibus & subditis nostris, ipsorumque officialibus loca tenentibus, præsentibus & futuris, salutem & dilectionem.

Tenor literarum.

Clamosa expositione pro parte venerabilium & dilectorum consiliariorum nostrorum prælatorum, aliarumq; ecclesiasticarum personarum in concilio, quod per reverendissimum dominum cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum in civitate Dertusæ celebratur, ad præsens congregatarum, nostræ celsitudini nuper facta displicenter percepimus, quod vos, seu aliqui vestrum non metuentes falcem vestram in alienam messem immittere, sed scandala & odia sectantes, ecclesiasticas libertates, immunitates & jura indistincte infringatis, & violetis religiosos, canonicos, aliosque clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos, & in habitu & tonsura repertos vestris carceribus mancipando & ab ipsis pecunias damnabiliter extorquendo, & alias multimode vexando, non sine notoria Dei offensa, & ecclesiasticæ libertatis præjudicio nimium manifesto. Quocirca supplicato super his nostræ humiliter majestati, & cum instantia geminata dignaremur debite providere. Nos cupientes nostrorum subditorum quietem præcipue clericorum, & volentes, quod unusquisque sua & non aliena jurisdictione lætetur, & jura, ac libertates ecclesiasticæ illæsa observentur, vobis & cuilibet vestrum dicimus tenore præsentium, & sub iræ & indignationis nostræ incursu, pœnaque duorum millium florenorum Aragoniæ de bonis contra facientium irremissibiliter habendorum, expresse, consulte, & de nostra certa scientia jubemus, quatenus scandala, dissensiones & jurgia inter vos & ecclesiasticos judices pro posse vitando, jura, immunitates, jurisdictiones, & ecclesiasticas libertates, prælatis, aliisque personis ecclesiasticis penitus observetis, & ab aliis faciatis inviolabiliter observari, aliasque personas ecclesiasticas, ecclesiasticæ jurisdictioni submissas, contra jus & justitiam directe, vel indirecte minime capiatis, vexetis seu modo aliquo molestetis, nec per quempiam molestari aut vexari aliquatenus permittatis: quinimo eosdem charitative, & reverenter, ut Christianam decet religionem, tractetis, & debitæ venerationis affectu in suis juribus, & foro ecclesiastico, libertatibus, jurisdictione, defendatis: hoc enim Deo sentietis acceptum, & nostræ quamplurimum complacebitis majestati, qui e contrario contra vos ad dictarum pœnarum exactionem, & alias procedere merito cogeremur. Datum Dertusæ, sub sigillo nostro communi, die duodecima mensis Octobris, anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Quarta litera prohibés ne quis criminosos clericos adversus ecclesiasticos judices de talibus justitiam debitam facere volentes manuteneat vel defendat contra jurisdictionem ecclesiasticam.

Quarta patens litera regia, per quam D. Alphonsus Aragonum rex illustris inhibet, sub magnis & formidabilibus pœnis cunctis ducibus, comitibus, baronibus, & vassallis subditis suis, ne in terris suis, castris, vel locis criminosos clericos, & ecclesiasticas personas criminibus .... adversus ecclesiasticos judices de talibus justitiam debitam facere volentes non manuteneant, vel defendant, assecurent, vel sustineant, vel guidagium tribuant contra jurisdictionem ecclesiasticam. Tradita fuit in concilio sub tenore sequenti:

Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barcinonensis, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, egregiis, nobilibus & dilectis ac fidelibus consiliariis nostris quibuscumque ducibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, nobilibus, militibus, generosisque personis & aliis dominis temporalibus in regnis & terris nostris constitutis, eorumque officialibus, & loca tenentibus, præsentibus & futuris, salutem & dilectionem.

Noveritis pro parte venerabilium & dilectorum consiliariorum nostrorum prælatorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum in concilio, quod per reverendum in Christo patrem dominum cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum, consanguineum nostrum carissimum in civitate Dertusæ de præsenti celebratur, maxima cum querela nostræ fore expositum majestati, quod nonnulli ex vobis lucra sua cum alienis dispendiis perquirentes, aut alias fragilitate humana devicti, nitentes eorum jurisdictionem & præeminentiam ultra suos limites ampliare, favoresque indebitos indifferenter impendere, quibuscum aliqui clerici, & ecclesiasticæ personæ foro ecclesiastico proculdubio submissæ, propriæ salutis immemores varios excessus perpetrantes ad castra, villas, baronias, & loca vestra se latitant, defenduntur, atque reponuntur ut judicium evadant debitæ ultionis, vosque inibi eos manutenetis, defenditis & sustinetis, guidatis & assecuratis, quod in Dei offensam, & ecclesiasticæ jurisdictionis præjudicium manifestum noscitur redundare. Nos igitur nolentes, sicuti nec debemus, jurisdictioni ecclesiasticæ in aliquo derogare, sed eam potius confovere & futuris scandalis, quæ propterea possunt de facili inter nostros subditos evenire, debite obviare, vobis, & unicuique vestrum dicimus præsentium serie, & jubemus sub iræ & indignationis nostræ incursu, pœnaque decem millium florenorum Aragoniæ de bonis contrafacientium habendorum, quatenus talia ad statum debitum reducentes, vestrisque jurisdictionibus & prærogativis minime abutentes, sed de talento vobis tradito vos contentos .... clericos, seu ecclesiasticas personas ad castra, baronias, villas, & loca vestra taliter recurrentes, vos seu vestri officiales, aut subditi minime recipiatis, guidetis, foveatis, sustineatis, seu etiam assecuretis, receptari, guidari, foveri, sustineri aut assecurari ab aliquo nullatenus permittatis, quin potius, quoties, & quando per eorum judices requisiti fueritis, vel alter vestrum fuerit requisitus, ipsos dictis eorum judicibus confestim tradatis, & tradi faciatis, omni favore, dilatione, & excusatione rejectis, hocque non immutetis, seu differatis ratione aliqua, sive causa, si prædictas pœnas cupitis evitare. Datum Dertusæ, sub sigillo nostro communi, die 12. Octobris, anno a nativitate domini MCCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

ANNO CHRISTI 1429.

Quinta litera qua vicecancellario & consiliariis inhibetur, ne processus constitutionum provincialium cōtra invasores ecclesiarum & ecclesiasticorum virorũ editarum debite incœptos impediant, seu perturbent.

Quinta litera patens regia, per quam dominus rex Alphonsus Aragonum rex illustris, sub magnis & formidabilibus pœnis inhibet vicecancellario, & omnibus consiliariis suis, ne provisiones, vel alios processus constitutionum provincialium contra invasores ecclesiarum, & ecclesiasticorum virorum editarum debite incœptos quoquomodo impediant, seu perturbent. Fuit in concilio tradita sub tenore sequenti:

Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis, & Ceritaniæ, &c.

Provisionis nostræ toto studio cupimus provenire subsidiis, ut censuræ ecclesiasticæ, & libertatis ejusdem cujusvis temeritatis incursu non infringantur, & unde damna subditorum & scandala possent de facili evenire pro viribus obviare. Hinc est quod licet super invasionibus, occupationibus, usurpationibus, & læsionibus personarum, & rerum ecclesiasticarum, contra invasores, raptores, occupatores, eorumque fautores per constitutiones provinciales concilii Terraconensis procedi debite provisum, & cautum satis existat, verumtamen clamor venerabilium, & dilectorum consiliariorum nostrorum prælatorum, & ecclesiasticarum personarum in concilio, quod per R. D. P. cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum consanguineum nostrum carissimum in civitate Dertusæ de præsenti celebratur congregatarum, aures nostræ majestatis infecit, quod per raptores, invasores, occupatores, & fautores prædictos, cum contra eos per processus dictarum constitutionum proceditur, ad nos & nostros officiales indebite, & injuste recursus habeatur, & varias occasiones veritati contrarias opponentes & fingentes, in præjudicium nostrorum regalium fore, per prædictas constitutiones contra eos processum fraudulenter interdictum a nobis & nostris officialibus inhibitorias provisiones obtinent super processibus antedictis, & ad occupationé temporalitatum contra prælatos eosdem injuste proceditur, ob quod nedum ecclesiastica censura dissolvitur, sed contemnitur & enervatur, plurimaque scandala, dissensiones, & jurgia inter prælatos prædictos, eorumque officiales, & nostros officiales & subditos præparantur. Implorato igitur super iis pro parte prælatorum, & ecclesiasticarum personarum prædictarum a nobis remedio condecente, nosque volentes in, & super præmissis debite providere, nobilibus, dilectis, & fidelibus consiliariis nostris, vicecancellario ejusque regenti, vicesgerentibus gubernatoris nostri generalis, justitiariis, vicariis, salmedinis, bajulis, cæterisque officialibus & subditis nostris, sub iræ & indignationis nostræ incursu, ac pœna trium millium florenorum Aragoniæ de illorum bonis, qui contrafecerint, exigendorum, aliisque pœnis nostro arbitrio reservatis, expresse dicimus, & de certa nostra scientia mandamus, quatenus prælatos, eorumque officiales ecclesiasticos judices in eorum circa processum constitutionum concilii provincialis Terraconensis in casibus sibi permissis adversus invasores, raptores, occupatores personarum & rerum ecclesiasticarum minime perturbetis, impediatis, seu molestetis, & ab aliquo perturbari, impediri, seu etiam molestari nullatenus permittatis: quinimo eosdem prælatos, judices, & officiales eorum, eadem jurisdictione in dictis casibus, eis ut præfertur permissis, eosdem uti libere, & exercere sinatis, ac etiam permittatis, eisque circa exercitium, & usum hujusmodi auxilium præstetis debitum, & favorem servando, in, & super præmissis, & etiam circa temporalium occupationem, concordiam bonæ memoriæ cardinalis Convenarum, & capitula in curia S. Cucufatis Valentin. per nos celebrata, confecta, contrarium faciendi, tollentes vobis, & cuilibet vestrum omne posse: In quorum testimonium, præsentes nostras literas fieri jussimus, nostro sigillo communi munitas. Datum Dertusæ, die 12. mensis Octobris, anno a nativitate domini MCCCCXXIX. Rex Alphonsus.

Sexta litera contra clericos & ecclesiasticos qui fraudulenter literas familiaritatis regiæ obtinuerint, ne de suis criminibus & delictis maneant impuniti & incorrecti, inhibendo insuper institeris suis, ne se talibus intromittant, sed ad suũ judicem remittant, prout & rex tales remittit.

Sexta litera patens regia per quam dominus Alphonsus Aragonum rex illustris declarat, clericos & ecclesiasticos viros actu in servitio regio non deservientes, nec in pitaphio magistri rationum domus suæ regiæ nominatim descriptos, qui fraudulenter ad evitandum de commissis per judices ecclesiasticos ordinarios eorum condignam punitionem subire, & ut maneant de suis criminibus & delictis impuniti & incorrecti, literas familiaritatis regiæ obtinuerunt, vel obtinebunt, prætextu literarum hujusmodi, sic obtentarum, non esse, nec haberi debere pro familiaribus, nec privilegiis familiaritatis regiæ debere gaudere, & hoc sub magnis & formidabilibus pœnis fuit in concilio traditum, sicuti sub tenore sequitur:

Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ & Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonensis, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, &c.

Solent principes aliquando ad importunam partium instantiam interdum per inadvertentiam, quandoque etiam necessitatis ex causa, juribus suorum subditorum indebite derogare, quæ postea in meliorem recte redacta, consulto ad justitiæ & rationis debitum reducantur. Cum sicut accepimus informatione veridica venerabilium & dilectorum nostrorum prælatorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum in concilio, quod per reverendum in Christo patrem dominum cardinalem de Fuxo apostolicæ sedis legatum, consanguineum nostrum carissimum in civitate Dertusensi celebratur de præsenti congregatarum, nonnulli personarum ecclesiasticarum vassalli, & foro, districtui, & jurisdictioni ecclesiasticæ omnino submissi, a nostra majestate familiaritatis obsequium fraudulenter implorant, illudque obtinent, non ut nostris insistere proponant servitiis, sed ut eis libuerit, quandoque ecclesiastico, quandoque nostro sæculari judicio sint subjecti, ita quod de commissis, vel committendis per eos, excessibus forum variando ad votum, a nemine punitione debita valeant coerceri, sed potius evadere judicium canonicæ ultionis, quod in præjudicium ecclesiasticæ jurisdictionis, ad cujus examen patenter spectant, noscitur apprime redundare. Supplicato igitur a nostra celsitudine super iis debite provideri: Nos supplicatione hujusmodi veluti consona rationi benigne admissa, cupientes omnino clericorum nefarios ausus pro posse compescere, ne sub hujusmodi fori, & jurisdictionis temeraria, & nociva variatione crimina per eos commissa, seu committenda nonnumquam transeant impunita. Tenore præsentium dicimus, & nostræ intentionis fuisse & esse declaramus, quod persona aliqua, nullus, nisi nostris continue institerit servitiis, & officio servierit, quo receptus est, & scriptus in charta. Scriptoris portionis domus nostræ pro nostro familiari, per annum & ultra quitationem ordinariam computando, privilegio lætari minime valeat, vel a quo se tueri, quinimo sic obtinere quovis modo hujusmodi familiaritatis privilegium, laicus, vassallus, aut alius clericus fuerit, dicto privilegio familiaritatis fraudulenter obtento non obstante, judicio seu examini sui prælati,

ANNO CHRIST. 1429.

prælati, sive domini & superioris ecclesiastici subjiciatus omnino, & de criminibus & excessibus per eum commissis & committendis puniatur justitia mediante coramdem, quibuscumque verbis derogatoriis, & non obstantiis in dicto privilegio appositis seu apponendis nullatenus obstituris, ac si, prout ante dicti privilegii obtentum judicari poterat & puniri. Quocirca per hanc eandem nobilibus, dilectis, & fidelibus consiliariis nostris gerentibus vices gubernatoris, justitiariis, vicariis, bailivis, nec non cancellario, & vicecancellario, cæterisque officialibus nostræ domus, ad quos nostrorum familiarium tuitio, protectio, correctio, & punitio pertinet & spectat, dicimus & mandamus de certa nostra scientia & expresse, sub iræ & indignationis nostræ incursu, privationeque officiorum, quæ a nobis obtinent, pœnæque trium millium florenorum, quatenus se tali ficto familiari, & fraudulentose nullatenus intromittant, quinimo cum suo ordinario domino vel prælato, aut ipsius officiali seu judici remittant omni dispendio, excusatione & dilatione cessante. Nos enim etiam ad cautelam quæcunque privilegia talibus fictis familiaribus per nos forte commissa præsenti serie de dicta nostra scientia revocamus penitus, & annullamus, nulliusque valoris aut firmitatis esse decernimus & declaramus, & ad eorum prælatos, officiales, & judices ordinarios puniendos remittimus, sicut & prout ante *concertionem privilegii prælibati, & si per nos eisdem minime fuisset indultum, hocque non mutetur, seu differatur aliqua ratione, cum sic fieri velimus & jubeamus. In quorum testimonium præsentes nostras literas fieri jussimus, nostro sigillo communi munitas. Datum Dertusæ die 12. mensis Octobris anno a Nativitate domini 1429.

* concessionem

Rex Alphonsus.

Septima litera qua rex suis præcipit, ut ecclesiasticis judicibus processus contra usurarios, & ad exequendas pias voluntates testantium & exercendis visitationes facientibus, assistant, nec eos impediant.

Septima littera regia patens, per quam D. Alphonsus Aragonum rex illustris omnibus ducibus, comitibus, baronibus, sæcularibus potestatibus, subditis suis, & suorum regnorum mandat, & præcipit, ut ecclesiasticis judicibus processus suos contra usurarios, & ad extirpationem criminis detestabilis usurarum, & ad exequendas pias voluntates testantium, & exercendi visitationes suas facientibus assistant, favorem, & auxilium præbeant: inhibendo insuper justitiariis suis, ne in visitationibus exercendis, & jurisdictione ecclesiastica, ac testium receptionibus & examinationibus in causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus impedire quoquo modo præsumant, & hoc sub magnis & formidabilibus pœnis in contrafacientes. Tradita fuit in concilio, cujus tenor sequitur, & est talis.

Alphonsus Dei gratia, rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonensis, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, egregiis, nobilibus, dilectis & fidelibus consiliariis nostris quibuscumque ducibus marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, nobilibus, militibus, generosisque personis, & aliis dominis temporalibus, in regnis & terris nostris constitutis, eorumque officialibus præsentibus, & futuris, nec non gerentibus vices gubernatoris nostri generalis, alguaziriis, justitiariis, salmedinis, vicariis, subvicariis, bailivis, subbailivis, subditis & vasallis nostris aliis quibuscumque, & eorum loca tenentibus, præsentibus etiam & futuris salutem & dilectionem.

Pro parte venerabilium, & dilectorum consiliariorum nostrorum prælatorum & personarum ecclesiasticarum in concilio quod per R. patrem D. cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum consanguineum nostrum charissimum in civitate celebratur de præsenti congregatarum nostræ majestati expositum extitit cum querela, quod vos, seu aliqui vestrum in alienam messem falcem ponere non verentes, prælatos eosdem eorumque judices & personas ecclesiasticas, ipsorum jurisdictionem in ipsorum subditos exercere volentes, & signanter circa ecclesiarum suarum visitationes, seu piorum ultimarum voluntatum fidelium defunctorum ad implendas exequutiones, & damnati detestabilisque usurarum criminis extirpationem, & alias multipliciter impeditis, & etiam perturbatis diversa mandata pœnalia, inhibitiones & banda, ac diversas præconizationes contra libertates ecclesiasticas, & præjudicium ecclesiasticæ jurisdictionis faciendo, prohibetisque, & . . . . . seu non permittitis literas, seu provisiones ecclesiasticorum judicum, super iis quæ ad eum forum pertinent, & spectant, in locis vestræ jurisdictionis, seu vestri dominii publicare, eas occultando, lacerando, capiendo & alias impediendo non sine magno eorum præjudicio, vestrarum animarum periculo manifesto, Ad nostram igitur majestatem super præmissis habito pro parte præfatorum prælatorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum recursu, & supplicato debita cum instantia debite provideri, nos, ut nostræ congruit regiæ dignitati merito toto animo intuentes quam pium, quamque meritorium, utile & necessarium fuerit, eorumque officii prælatorum incumbere, ecclesias dirigere, & visitare, animabusque fidelium defunctorum suffragari, & ipsorum pias ultimas voluntates adimplere, cupientesque viscosum, contagiosumque usurarum morbum, qui animas committentium absorbet, a christicolis, præcipue nostris subditis radicitus evelli, vobis & cuilibet vestrum dicimus, & tenore præsentium jubemus, sub iræ & indignationis nostræ incursu, pœnæque trium millium florenorum Aragoniæ de bonis contrafacientium sine remissionis spe habendorum, quatenus prælatos quoscumque, eorumque officiales, vicarios, & alios judices, aliasque personas ecclesiasticas in eorum officiis & jurisdictionibus exercendis tam in iis, quæ litium ordinationem respiciunt, quam ipsarum decisionem, testibus recipiendis, sententiis promulgandis, easque ad exequutionem debitam deducendis in casibus ad eorum forum, seu jurisdictionem pertinentibus & spectantibus, ac in visitationibus faciendis, si, & prout de jure ad eos pertinet, & spectant, odio, vel favore alicujus minime perturbetis, seu etiam impediatis, perturbarique, seu impediri per quempiam permittatis, quinimo eisdem prælatis, eorumque officialibus & judicibus, ac personis ecclesiasticis in præmissis officiis, & jurisdictionibus exercendis, debite assistatis, consiliis, auxiliis & favoribus opportunis, revocando, ac voce præconia publicando per loca vestræ jurisdictionis quascumque præconizationes, mandata, inhibitiones seu banda contra libertates ecclesiasticas, seu ecclesiasticæ jurisdictionis emanatas, revocantes sicut nos præsentium serie deliberate & consulte revocamus & cassamus, ac pro revocatis & cassis haberi volumus, & jubemus, literasque & provisiones judicum ecclesiasticorum in iis, quæ ad ipsorum forum pertinent, nullatenus impediendo, in iis taliter vos habentes, quod apud nos per præfatos aut aliquos eorum pro præmissis non cogatur de cætero haberi recursus. Scituri quod illos, ob cujus causam, seu culpam præmissa eorum jurisdictio, & officiorum exercitium quovis modo impedietur, taliter puniemus, quod eis ad pœnam cedet, & aliis merito ad exemplum. Datum Dertusæ sub nostro sigillo commu-

ANNO CHRISTI 1429.

ni

ANNO CHRISTI 1429.

ni, die 12. mensis Octobris M. CCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Octava litera qua mandatur nō permittendum quæstores uti officio quæstorum nisi habeāt testimoniales diœcesani loci.

Octava litera patens regia, per quam D. Alphonsus Aragonum rex illustris cunctis nobilibus, gubernatoribus, & justitiis sæcularibus regnorum suorum mandat, ne in eorum terris & dominiis permittant, vel sustineant quoscumque quæstores, qui multos faciunt abusus contra honorem Dei, & ecclesiæ, uti officio quæstorum, vel illud exercere, nisi secum deferant testimoniales literas diœcesani episcopi, in cujus diœcesi quærere intendunt, & hoc mandat sub magnis pœnis observari. Tradita fuit in concilio, sub tenore sequenti.

Nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corsicæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis & Ceritaniæ, &c.

Quoniam ad illicita potius, quam ad licita illa insatiabilis avaritiæ vorago damnabiliter inclinatur, proinde diversa scandala in gentibus oriuntur, expediens, imo necessarium esse merito recensemus, ut reges aliæque terrenæ potestates nociva ab eis avellant, & viam erroris hujusmodi pro posse excludant. Sane igitur querula expositione nostræ majestati nuper facta pro parte venerabilium & dilectorum consiliatiorum nostrorum prælatorum & aliarum ecclesiasticarum personarum in concilio, quod per reverendum in Christo patrem D. cardinalem de Fuxo sedis apostolicæ legatum consanguineum nostrum charissimum in civitate Dertusæ celebratur de præsenti congregatarum, percepimus quod nonnulli eleemosynarum quæstores ausu temerario, & damnato, ut aurum subtili vel fallaci ingenio potius extorqueant, quam populum ad devotionem incitent, varios quæstus pro ecclesiis, hospitalibus, & aliis diversimode, cum nostris vel nostrorum officialium literis facere satagunt, & sermones collationum, & alias in populo expositiones varias astutissime habere præsumunt, in quibus propter ipsorum quæstorum insufficientiam, & populi prædicti simplicitatem, errores in eo ædificant, & eum decipiunt, ac ecclesiasticæ religioni, ut plurimum possunt, detrahere non verentur. Nos igitur dictorum quæstorum abusionibus, & temerariis ausibus viam præcludere, quantum nobis est possibile, cupientes, nobilibus, dilectis, & fidelibus nostris universis & singulis vicesgerentibus gubernatoris generalis, justitiis, juratis, vicariis, bailivis, salmedinis, cæterisque officialibus, ac universitatibus & subditis nostris, & dictorum officialium loca tenentibus, præsentibus & futuris tenore præsentium de nostra certa scientia, & expresse dicimus & mandamus sub iræ & indignationis nostræ incursu, pœnaque mille florenorum Aragoniæ, quatenus quæstores ipsos in ecclesiis, vel nomine alicujus sancti quæstum facere nitentes, si sine obtentu literarum diœcesani, in cujus diœcesi ipsum facere volunt quæstum, etiamsi nostras exhibuerint, vel nostrorum officialium literas, aut aliorum quorumcumq; nullatenus admittatis, nec ipsius occasione quæstus eleemosynas petere, sermones, aut expositiones verbi Dei populo minime fieri permittatis, seu eisdem literas aliquas concedatis: quinimo per nos concessas, si a diœcesano prædicto non obtinuerint licentiam, literas quæstus hujusmodi faciendi, ut præmittitur, ab eisdem recuperetis, & eas ad nos remittere procuretis: eas vero quas vos, seu aliqui vestrum eisdem concesseritis, illico revocetis, prout nos præsentium serie revocamus, & pro revocatis haberi volumus, & jubemus: hocque non mutetis, seu differatis aliqua ratione, seu causa; nos enim contrarium faciendi vobis & cuilibet vestrum tollimus omne posse. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo communi munitas. Datum Dertusæ die 12. mensis Octobris, anno a nativitate domini M. CCCCXXIX.

Rex Alphonsus.

Legatus curat publicari in concilio XXII. constitutiones synodales quæ omnes fuerunt receptæ.

Postmodum ibidem præfatus D. cardinalis super reformatione ecclesiarum & status ecclesiastici partium prædictarum in concilio præsidens juxta capitola per concilium ad reformandum sibi tradita de & super diversis ecclesias & clerum, ac statum ecclesiasticum concernentibus edidit & publicavit, ac coram se per notarium publicum in concilio præsentia omnium solemniter de verbo ad verbum alta & intelligibili voce perlegi fecit viginti duas constitutiones, de vestibus rubeis non deferendis, cui se opposuit pro ecclesia & diœcesi Vrgellensi vicarius D. episcopi Vrgellensis, dicens ecclesiam Vrgellensem habere in observantia & consuetudine deferendi, cui per D. legatum, ut doceret de privilegio & jure speciali, alias non audiretur, fuit injunctum, nec docuit: sicque receptæ sunt omnes, quarum tenor per ordinem sequitur, & est talis.

Anno quo supra, & die sabbati, quæ fuit, & intitulabatur quinta mensis Novembris anni superius annotati in domo episcopali Dertusensi prædicto D. cardinale legato præsidente, reverendisque in Christo patribus, dominis, Tirasonensi, Ilerdensi, Gerundensi, Oscensi, Dertusensi, Vicensi, Elnensi & Valentino episcopis, ac aliis prælatis, syndicis & procuratoribus assistentibus, meque notario publico, & testibus infrascriptis præsentibus fuerunt lectæ, & publicatæ per Cipressium Belaguerii constitutiones infra scriptæ, quas mandavit idem D. legatus per universas civitates, diœceses & loca provinciarum Terraconensis & Cæsaraugustanæ inviolabiliter observari, quarum quidem constitutionum tenor sequitur, & talis est.

I.

De vita & honestate clericorum, & prohibet certas vestes & folleratas.

Tenor constitutionū synodaliū.

Decet vitæ ecclesiasticæ professores tanto præ cæteris honestate pollere, quanto a vulgari populo segregati, Dei sunt in sortem assumpti, & in domo domini familiaribus obsequiis insistentes, morum compositionis & honestatis cæteris de se præbeant speculum & exemplum: Hinc est quod circa clericorum vitam moribus adornandam, & honestatem gestu, actu, & habitu exhibendam, & ab indecentibus sæcularium rerum negotiis clericos sequestrandos tam a jure communi, quam per constitutiones legatorum apostolicæ sedis ac provinciales, & synodales plura fuerunt laudabiliter instituta quorum multa præsumptuosa transgressorum audacia sauciavit: universos igitur ecclesiarum prælatos propensius exhortamur ut circa prædicta per actuales executiones rigidas & districtas, constitutiones & jura prædicta solerter studeant instaurare, & clericos beneficiatos, aut in sacris ordinibus constitutos a procurandis, & administrandis bonis vel negotiis laicarum personarum penitus arceant: huic igitur adjicimus sanctioni, quod nullus in sacro ordine constitutus, aut religiosus, vel clericus ecclesiasticum obtinens beneficium, cujuscumque dignitatis, status aut conditionis existat publice vestiri audeat vestibus alterius panni, quam de lana vel stami, non rubei vel viridis coloris, & brevitate vel longitudine nimia non notandis, ultra tres digitos vestium longitudo non superet vestimenti, neque folle-

follerarus deferat pellium de marthis, de fagnes, de vebres, de ludrics, desquirole, aut vulpium, neque vestes fissas in lateribus ullo modo, neque etiam retro, præterquam in itinere itinerandi causa constitutis, neque diploides, aut collaria vel manicas de panno serico, & quod (prælatis, doctoribus, magistris, licentiatis & nobilibus, & cathedralium ecclesiarum canonicis, dignitatemque vel personatum obtinentibus dumtaxat exceptis) nullus audeat in vestibus, vel capuciis folleraturam portare de vois vel grisis usu vinctorum, quatumcumque pellium in manicis vel collariis ab omnibus, & singulis supradictis penitus rejecto. Qui vero contra aliquod superius expressorum præsumpserit facere, vel venire, vestem, quam contra nostram prohibitionem hujusmodi ausu temerario publice portare præsumpserit, fabricæ, vel ornamentis cathedralis, vel collegiatæ, aut parochialis ecclesiæ, vel monasterii, ubi talis fuerit transgressio attentata, erogare, & tradere teneatur. Ad hæc insuper adjungentes, quod si quisquam præsentis constitutionis transgressor, ad sui prælati mandatum, vestem contra hanc constitutionem delatam infra sex dies fabricæ, vel ornamentis, ut prædicitur, recusaverit erogare, per tres annos ipso jure a beneficiis, quæ obtinet, sit suspensus, & non beneficiatus per idem tempus efficaciter inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, locorum ordinarios sub obtestatione divini judicii commonentes, quatenus circa hujusmodi observantiam statuti sic se vigiles exhibeant, & solertes, ne in districto Dei judicio sanguis subditorum de prælatorum negligentium manibus requiratur, quod si negligentes extiterint in præmissis, ad valorem vestis propter eorum negligentiam non traditæ ipsi fabricæ, vel ornamentis in foro conscientiæ teneantur, aliis juris communis legatorum, & provincialibus vel synodalibus statutis, circa quæ præsens non complectitur constitutio, in suo permanentibus robore ac valore. Per hoc tamen non intendimus præjudicare illis, qui super præmissis, apostolicæ sedis privilegiis, de quibus legitime constare poterit, fuerint muniti.

II.

Contra clericos concubinarios.

Ad extirpandam incontinentiæ maculam, quæ inter cætera vitia, & divinam provocat majestatem, & ecclesiastici status honorem deducit in vilipendium, & contemptum, plura tam a sacris canonibus, quam a constitutionibus, & legatorum apostolicæ sedis provincialiumque, & synodalium medicaminum sunt propria præparata fomenta: attamen, proh dolor, penitus eliminari nequeant, propter quod est jugiter insistendum, ne multiplicatus invalescat, ut Christi militiam valeat devastare. Hinc cogimur vetera pariter & nova commemorare remedia & solicita meditatione pensare, quomodo pestem hanc exterminare radicitus valeamus: his omnibus sedula recogitatione digestis, tandem duximus providendum, universos & singulos archiepiscopos, episcopos, abbates, magistratus, ministros & alios ordinarios, cujuscumque status, ordinis, vel conditionis existant, sive sæcularis vitæ, sive regularis, vel etiam ordinis militaris, eorumque vicarios, & officiales, testes synodales, & procuratores fiscales, sub obtestatione divini judicii, strictissime commonere, ut circa extirpandum a clero ecclesiasticisque personis incontinentiæ vitium, prout inferius continetur, solicite ac vigilanter intendant, quatenus omni libidinis fœditate repulsa, puritas fulgeat pulcherrimæ honestatis: quodque si quisquam clericus, ecclesiasticave persona reperta fuerit in concubinatu notorio permanere, ab officio & beneficio denuntietur suspensus, & inhabilis ad obtinendum beneficium ecclesiasticum, gradus, vel honoris ascensum, & pro tali in ecclesia in qua est beneficiatus, & in ecclesia sub qua degit, nec non in cathedrali ecclesia publicetur: nec ad ea a quibus sic suspensus, & inhabilis fuerit nuntiatus, unquam restituatur, quousque abjecta & separata a se penitus concubina, saltem per duos menses in castitate permanserit, & pœnitentiam egerit sui corporis, superioris arbitrio indicendam: & si postea apertus fuerit eandem admittere, vel aliam concubinam, & notorie in concubinatus crimen relabatur, iterum pro suspenso, & inhabili consimiliter publicetur, nec tunc restitui valeat a quocumque nisi penitus abjecta concubina, saltem per quatuor menses vitam in castitate produxerit, actaque gravi pœnitentia quam in corpore suo judicis sui arbitrio decernimus indicendam & si deinceps tertio relapsus fuerit in concubinatu notorio, privetur omnibus beneficiis, & alias carceribus affligatur, ut sic ferro exusta vulnera, & secata sanentur, quæ fomentis nequiverunt medicinæ sanari, taliumque gravis castigatio exemplo mentes teneat, & incentivos comprimat aliorum. Sane si quisquam ordinariorum, vel officialium prædictorum, circa hæc corrigenda notabili negligentia fuerit repertus culpabilis, & per superiorem ipsius negligentia suppleatur, & digna punitione mulctetur. Prohibemus insuper, ne ab aliquo fornicario notorio in ejus damnato concubinatu permanente, aliqua pecunia, munus vel donum quisquam ordinariorum vel officialium prædictorum publice vel occulte recipiat: quod si secus a quoquam fuerit attentatum ad erogandum in pios usus, id quod receperit, ad duplum valoris ejusdem ipso facto etiam sine superioris mandato, pœnæ nomine, teneatur, constitutionibus omnibus super hac materia editis, & illa domini Sabinensis (nisi in eo, quod excommunicationis sententiam adducit) in suo robore permanentibus.

III.

Contra religiosos ordines militaris concubinarios.

Inter sollicitudines nostræ legationis officio incumbentes illa præcipue est, virtutes inserere, & vitia eradicare. licet enim sacris canonibus strictissime sit cautum, religiosos castitatem servare, concubinas vitare, ut debitum altissimo valeant reddere famulatum; quorumdam tamen relatione fidelium nostris auribus est intimatum, quod aliqui militarium ordinum religiosi non solum creatoris sint offensores, verum etiam famæ suæ prodigi & proprii persecutores honoris, mulieres ita in eorum domibus passim admittunt, cum eis cohabitant & morantur: quod nisi celeriter adhibeatur remedium, præceptoriæ, ecclesiæ & conventus, ac eorum membra & bona ipsorum ad irreparabilis desolationis opprobrium deducentur, prout jam dehiscente ecclesia grandem patiuntur ruinam: attendentes autem vulgatam infamiam, grave scandalum, & vehementem suspicionem exorta, cum inter alia substantialia regulæ, ossibus religiosorum annexa sit custodia castitatis, porta & principium aliarum virtutum, sitque jam nostro salubri statuto provisum, super continentia ecclesiasticarum personarum; quod præcipimus tenaciter observari, peculiarius tamen, prout decet, circa religiosos fœditate luxuriæ

ANNO CHRISTI 1429.

riæ involutos, rigorem dulcioris misericordiæ temperantes, in regulari constitutione sancimus, ut quisque religiosus ita studiose votum castitatis observet, & concubinatum evitet, ut Deo animam cum fiducia valeat præsentare: si vero religiosus militaris exemptus, vel non exemptus, cujuscumque dignitatis, ordinis, militiæ, vel status existat, de præsenti, vel imposterum concubinarius notorie fuerit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, districte præcipiendo ordinariis locorum, quod religiosum ordinis militaris sic excommunicatum, tamdin faciant publice nuntiari, donec ab hujusmodi sententia meruerit absolutionis beneficium obtinere, a qua absolvi non valeat nisi prius sine fraude penitus abjecerit concubinam, & per menses quatuor in castitate vixerit, ut tenetur: quod si ad vomitum redierit ipsius, vel alterius concubinæ, absque spe veniæ, dignitate, officio, & beneficiis ecclesiasticis quibuscunque perpetuo sit privatus, & effectus inhabilis ad dignitatem, officium, vel beneficia ecclesiastica obtinendum, in virtute sanctæ obedientiæ sub excommunicationis pœna, eidem religioni ordinis militaris injungentes, quod honestis vestibus in panno, colore, forma, & habitu utantur, prout in fundatione ipsorum ordinum, & secundum statuta regulæ portare, & incedere tenentur, & obligati existunt.

IV.

Quod constituti in sacris, & beneficiati habeant propria breviaria.

Ne divinæ servitutis census, quem de fructu laborum suorum offerre tenetur quilibet clericus, ecclesiasticum beneficium possidens, vel in sacris ordinibus constitutus, dum per occupationes alias conventui ecclesiæ interesse non valet, ex defectu breviarii omittatur, provide duximus statuendum, ut per locorum ordinarios beneficiati prædicti, & in sacris ordinibus constituti ad habendum propria breviaria infra tempus ipsorum ordinariorum arbitrio moderandum coercitione districta cogantur, nullusque de cætero in diaconum ordinetur, qui non habeat breviarium, & in practica, & peritia divinum officium faciendi per examen reperiatur idoneus.

V.

Ut nullus non idoneus promoveatur ad sacros ordines.

Nihil est quod ecclesiæ Dei magis officiat quam indecens promotio indignorum, nam dum indignis ad sacros ordines patet ascensus, inordinata crescit ambitio, & proficiendi in scientia, cura, & studium amputatur, & ecclesiastici ordinis dignitas ducitur in contemptum. Universos igitur episcopos sub obtestatione divini judicii commonemus, ut unusquisque tanquam servus fidelis & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, sic fideliter & prudenter attendant, cui divina sacramenta committant, ne si ultra debitam mensuram alicui credant, aut infidelitatis si scienter, aut imprudentiæ si ignoranter, in districto judicio valeant culpa notari: sed providi ad sacros ordines de ætate, moribus, & scientia debito subjiciantur examini, & circa eos, quæ a sacris canonibus constitutione domini Sabinensis, & constitutionibus provincialibus, & synodalibus, & nostra etiam statuta sunt, sic teneantur & observentur, nec sub spe futuri profectus aliquis ordinetur, nisi actualiter tempore promotionis reperiatur idoneus: sane quia aliqui, proprii prælati notitiam fugientes, vel aliis exquisitis modis minus idonei, imo penitus illiterati, sacerdotale officium ambiunt, omnibus ecclesiarum prelatis injungimus, eorum conscientiam onerando, ut si de aliquorum insufficientia eorum aures notabilis fama pulsaverit, tales examinationi subjiciant, & si eos sic insufficientes reperiant, ab officii sacerdotalis exequutione suspendant, usquequo, per studii exercitium debitam sufficientiam fuerint assecuti. Cæterum ut addiscendi & proficiendi in scientia opportunitas clericis conferatur, ecclesiarum prælatos, & capitula propensius exhortamur, ut circa restaurandas & conservandas scholas artium, solerter ac diligenter intendant, ut tales in scholis clerici nutriantur, qui merito fieri valeant sacerdotes.

VI.

De modo instruendi populum circa fidem necessaria.

Saluti animarum plurimum dignoscitur opportunum ut unusquisque fidelis agnoscat, & sciat quid credere debeat, scilicet articulos fidei, quid petere, scilicet, quæ in oratione Dominica Christus nos docuit postulare, quæ servare, videlicet decem præcepta legis, quæ vitare, scilicet, septem peccata mortalia, quid optare, gloriam paradisi & sperare, quid timere, pœnas inferni, quod christianæ doctrinæ breve, & utile epilogum esse censeatur, quæ a multis popularibus, ut percepimus, ignorantur. Hac igitur constitutione diœcesanis omnibus, & aliis prælatis ecclesiasticis super his jurisdictionem ecclesiasticam habentibus districte præcipiendo mandamus, ut per viros literatos, & probos dictari, & scribi faciant aliquod breve compendium, in quo prædicta omnia, quantum popularesi est scire necesse, districte comprehendantur, & clare, quodque compendium sic commode dividatur inter partes, ut per sex vel septem lectiones valeat declarari, & sic per totius anni decursum repetitis vicibus per curatos diebus Dominicis populo taliter faciant explanari, ut excussis ignorantiæ tenebris populum acceptabilem Deo valeant exhibere. Interdicimus tamen laicis omnem materiam de fide catholica disputandi, diœcesanis absque judicibus ordinariis ecclesiasticis sub interminatione divini judicii strictius injungentes, ut contra laicos de fide catholica disputare attentantes, taliter insurgant ut juxta communia per censuram ecclesiasticam tenaciter observentur.

VII.

Quod in privatis domibus sacramenta non administrentur, nec celebrentur missæ pro nuptiis, sepulturis, vel novinuptiis.

Sicut omnibus unum est, & æqualiter afficax eucharistiæ sacramentum, sic esse debet modus ministrandi unus omnibus & conformis, cum debita ceremonia & reverentia singulari. Quapropter ne ipsum associare & venerari volentium lucrandi concessas indulgentias meritum subtrahatur statuimus, quod nemini sano per privatas domos vel capellas sacramentum eucharistiæ ministretur, sed ipsis sanis in ecclesiis, & certis locis ad hoc deputatis, vel etiam specialiter deputandis: Ad infirmos vero, ab ipsis ecclesiis deferatur, accensis lumi-

luminibus honorifice & decenter. Cæterum præsenti salubri sanctione prohibemus, ne in domibus privatis sacrum baptisma alicui conferatur, sed Clementina super hoc disponens, efficaciter observetur, neque etiam missa pro nuptiis, vel sepulturis, vel novinuptiis in domibus celebretur.

VIII.

Quod sine auctoritate ordinarii nullum beneficium instituatur, nec recipiatur, nisi dos ejus ad sustentationem vitæ sufficiat.

Quæ magna sunt & veneratione condigna, si passim pro quorumlibet voluntatibus exercentur sua numerositate vilescunt, absorbetque regendi ordinem incomposita multitudo: hoc sedula meditatione pensantes, quodque pertinet ad decus ecclesiæ, quod vituperari, vel infamari potent prævidere, sicque ecclesiastica beneficia constitui super stabili fundamento ne in opprobrium ecclesiæ facile desefrantur volentes: horum serie duximus statuendum, quod nullum de cætero beneficium ecclesiasticum sine auctoritate ordinarii, ad quem pertinet, in aliqua ecclesia, vel capella quomodolibet ordinetur, qui quidem ordinarius non aliter fundationi, vel ordinationi hujusmodi beneficii auctoritatem præbeat aut consensum, nisi prius dos sufficiens ad sustentationem vitæ presbyteri assignata fuerit in loco idoneo, & securo, quodque in sua authorizatione clausulam adiiciat subsequentem, *salvis canonicis institutis, & auctoritate provide dispensatis*, quam clausulam, etiamsi omissa fuerit, haberi volumus pro inserta, contra faciendi potestatem prælatis omnibus abdicantes.

IX.

Quod neophyti per censuram ecclesiasticam, & alias districte compellantur infantes suos infra octo dies a die nativitatis deferre ad baptismum.

Inaudita crudelitas nostrum propulsat auditum, quod nonnulli a Iudaismo, vel paganica cæcitate conversi, infantes suos, quos per sancti baptismi lavacrum eripere possint, damnabili negligentia, vel incuria subesse permittant jugo diabolicæ servitutis. Idcirco locorum ordinariis districte præcipiendo mandamus, quatenus parentes hujusmodi per censuram ecclesiasticam, aliaque juris remedia districta coercitione compellant, quatenus intra octo dies, ab ipsorum infantium nativitate numerandos, sacrum eos recipere faciant baptismatis sacramentum, omni prorsus excusatione & dilatione semotis: in iis districte & rigide procedendo per aggravationem censuræ ecclesiasticæ, & etiam si opus fuerit, invocationem brachii sæcularis. Monemus insuper, & sub interminatione divini judicii obtestamur omnes dominos temporales quatenus ecclesiasticis judicibus in præmissis assistentes adjutores, & cooperatores existant auxiliis & remediis opportunis.

X.

Quod vicarii & principales officiales episcoporum seu ordinariorum ecclesiasticorum habeant esse in sacris ordinibus constituti.

Perpetuo ordinamus edicto, vicarios generales aut principales officiales diœcesanorum seu ordinario-

A rum ecclesiasticorum esse debere in sacris ordinibus constitutos, decernentes omnes actus vicarii aut principalis officialis non constituti in sacris ordinibus, si quos contigerit de cætero actitari, nullius esse roboris, vel valoris.

XI.

Contra illos qui familiaritatem regis impetrant fraudulenter.

Quoniam, *ut inquit Gregorius*, unuiscujusque præsidentis morem curarum densitas vastat, eumque animus dividitur ad multa, fit minor ad singula, B tantoque ei in una qualibet re subripitur, quanto latius in multis occupatur, mirandum non est, si quandoque contra concedentis intentum quicquam extorquet improbitas importuna. Sane licet jamdudum serenissimus Aragonum rex suæ justificatæ mentis intentum insinuaverit provisione regali decernens, quod familiaritatis suæ privilegiis illi tantummodo gaudere debeant, qui omni fictione cessante veri familiares existunt. Nonnulli tamen ut excessuum suorum queant debitam coercitionem evadere, familiaritatis regiæ literas impetrare, & ad elusionem suorum superiorum eis uti conantur: Volentes igitur morbo huic enervanti ecclesiasticam disciplinam salubri providere mede- C la, decernimus quod omnes & singuli, qui cum non sint veri familiares, familiaritatis literas, ut prædicitur, impetrare, ipsisque uti de cætero attentaverint, beneficiis quæ obtinent sint privati ipso facto, & non beneficiati per triennium sint inhabiles ad beneficium ecclesiasticum obtinendum juribus ac constitutionibus provincialibus circa prædicta salvis remanentibus, & illæsis.

XII.

D

Contra eos qui sub colore miserabilitatis, vel modis aliis exquisitis clericos ad vetita judicia trahere moliuntur.

Licet contra eos, qui clericos vel ecclesiasticas personas in præjudicium ecclesiasticæ libertatis trahere nitantur ad judicium sæculare, manifesta sint sacrorum canonum statuta: quorumdam tamen astutia fraudulenta, sub miserabilitatis & oppressionis colore ad vetita peragendum excogitatas nititur semitas invenire. Talium igitur abusibus pro libertatis ac immunitatis ecclesiasticæ conservatione per statuta jam juris remedia districte præcipimus obviari, universis ecclesiarum prælatis in virtute sanctæ obedientiæ injungentes, quatenus statutum felicis memoriæ Bonifacii VIII. incipiens: *Qui ut intelleximus*, in suis synodis, & suarum diœce- E sium ecclesiis faciant publicari, & contra ipsum venientes excommunicatos declarent, & faciant publice nuntiari, sacris canonibus, statutis provincialibus, & synodalibus salvis remanentibus & illæsis.

XIII.

Contra inflammantes animos potentum contra ecclesiam & ecclesiasticam libertatem.

Avaritiæ faucibus succensi quorumdam animi adeo inardescunt, ut propriæ salutis obliti, omni divinæ majestatis spreto timore, adversus ecclesiasticam libertatem, ecclesiasticasque personas, temporalium

dem, universitatumque præsidentium inflammare animas & accendere moliantur. Ut igitur tam detestabilis malignorum audacia compescatur, præsentis nostræ constitutionis tenore sancimus, ut quæcunque persona religiosa sive ecclesiastica cujusvis conditionis, status, gradus, aut dignitatis existat, palam vel occulte principem, dominum temporalem, officialem, sæcularem judicem, vel universitatis rectorem, aut ipsam universitatem contra jura ecclesiæ, vel ipsius ecclesiasticæ libertatis inflammaverit, vel concilium aut patrocinium dederit, vel ecclesiastica instrumenta in præjudicium ecclesiæ scienter occultaverit, vel contra ipsam ecclesiam dolose, seu voluntarie exhibuerit, excommunicationis sententia absque spe veniæ innodetur, & a beneficiorum suorum fructibus, si beneficiatus fuerit per triennium sit suspensus: si vero non fuerit beneficiatus, per idem tempus sit inhabilis ad quodcunq; beneficium ecclesiasticum obtinendum: universis prælatis sub ostentatione divini judicii præcipimus & mandamus, ut a prædictis se abstineant, aliis pœnis a jure communi constitutionibus provincialibus & synodalibus in suo robore duraturis.

XIV.

De negligentia prælatorum regularium, circa subditorum corrigendos excessus.

Quoniam si gubernaculum disciplinæ contemnitur, instat ut religio naufragetur, & in non modicum religionis scandalum effrenata irreligiositas evagetur, si delinquentium insolentia debitæ correctionis verbere non fuerit castigata. Idcirco religiosorum ordinum gubernationi, vel regimini præsidentes, sub ostentatione divini judicii commonemus, ut circa suorum corrigendos excessus, tanto magis vigilanter intendant, & constanter assurgant, quantum eorum infamia, quorum propter status sublimitatem, & regularis vitæ, ac sanctimoniæ puritatem, mores & vita esse debent cæteris in speculum & exemplum, per actus contrarios cedit in grave scandalum aliorum, quod si talium delinquentium notorios excessus prælati eorum debita castigatione punire neglexerint, ultra divinam vindictam a sede apostolica absque spe veniæ sperent durissimam ultionem.

XV.

Contra judices delegatos metas sui officii excedentes.

Etsi apostolicæ sedis providentia circumspecta salubriter studuerit providere, ut talibus personis conservatoris, & delegati judicis officia committantur, de quibus verisimiliter speretur quod sic injuncti sibi officii vices expedient, quod potestatis eis traditæ limites non excedent, experientia tamen rerum magistra docente comperimus ex multorum talium abusu sæpe grandia fore illata discrimina, censura ecclesiastica injuste ligando, ac denunciando ipsius censuræ sententia innodatos, pluraque enormia perpetrando in perniciem ecclesiarum, & scandalum plurimorum. Nolentes igitur sedi apostolicæ auctoritatem per actus indiscretos & improbos quotundam conservatorum, vel delegatorum ipsorum executorum vel subexecutorum quasi tenebrosissima caligine obscurare, sed eorum ausus temerarios reprimere cupientes, præsentium tenore in virtute sanctæ obedientiæ, aucto-

A ritate qua fungimur, districte præcipiendo mandamus eisdem, ne ultra limites traditæ potestatis aliquid facere seu attentare præsumant, cum enucleati juris existat potestatem eis concessam excedentes, velut privatos debere, & merito reputari, & sit justum contra non servantes traditam eis formam, jura, & ipsorum ministros taliter insurgere, ut effrenata audacia debita justitia compescatur, & ut omnes fraudes, & figmenti materia penitus evitetur in prima litera, quæ ab aliquo conservatore de judice delegato executore, vel ab eis gerentibus vices in causa aliqua emanaverit, tenor suæ commissionis integraliter inseratur.

XVI.

B *Excommunicantur quæstores, qui sine litteris diœcesani quæstum facere, vel prædicare attentabunt.*

Quæstores ecclesiarum, hospitalium, vel aliorum quorumlibet piorum locorum sine literis proprii diœcesani, in cujus diœcesi quæstum faciunt non recipi, nec ad prædicandum admitti, jam pluries repetita fuit constitutione prohibitum, sed nondum potuit ipsorum audax præsumptio efficaciter coerceri: propterea dignum arbitramur ipsorum audaciam pœnarum adjectionibus testænare. Si quis igitur sine literis proprii diœcesani, cujus est diœcesis, quæstum exercet, aut prædicationis officium (quod non nisi viros approbatos decet agere) ausus fuerit C attentare, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & a beneficiis ecclesiasticis, si quæ obtinet, per triennium sit suspensus, & per idem tempus sit inhabilis ad quodcunque beneficium ecclesiasticum obtinendum, pœnis aliis quibuscumque, & statutis remediis semper salvis.

XVII.

Providet adversus excessus clericorum & religiosorum, quod sine literis ordinariorum ad audiendum confessiones non admittantur.

Cum in ecclesiæ corpore omnes sicut membra locati debeant se invicem confovere, deviat ab ordine rationis, quod quidam propriis commodis ni-D mis avide intendentes, dum quæ sua sunt student, non quæ Christi, astutissime procurare, aliorum juribus, & quod majus est, famæ detrahere moliuntur. Sane querulosa insinuatione nostras pervenit ad aures, quod nonnulli clerici, seu religiosi, statuta sacrorum canonum super iis edita contemnentes, prælatorum ecclesiæ famam detractionum morsibus lacerare, ecclesiarumque juribus detrahere, & præjudicare conantur. Nos igitur insaniam hanc cupientes ab ecclesiæ corpore totaliter extirpare, quatenus membrorum debita invicem conjunctione servata sub unitatis, & charitatis vinculo acceptabilis exhibeatur altissimo famulatus, hoc perpetuo jubemus edicto, quod clerici, seu religiosi ab hujus-E modi detractionibus linguas suas studeant restænare, nec ecclesiasticis juris detrahant, aut sibi ad invicem præjudicando, non populos retrahant ab ecclesiarum parochialium frequentia vel accessu, sed super sepulturis, decimis, vel primitiis, & aliis ecclesiarum juribus sacros studeant canones inviolabiliter observare. Quod si quisquam prædicatorum deinceps prælati alicujus famæ publice & injuriose detrahere, aut diffamatorios libellus dictare, scribere vel in publico loco legere, vel affigere attentaverit, vel procuraverit, excommunicationis sententia ipso facto sentiat se ligatum, a qua nullatenus possit absolvi, nisi prius

ANNO CHRISTI 1429.

prius coæquali publicatione laceratam famam studuerit reparare, & a sic offensis veniam humiliter postulaverit, districtius injungentes inviolabiliter observari constitutionem domini Bonifacii VIII. incipit: *animarum saluti*, & illam D. Clementis, quæ incipit, *religiosis*: diœcesanis, aliisque locorum ordinariis esse licitam decernentes, quod postquam eis constiterit aliquem seu aliquos de prædictis in excommunicationis sententias occasione præmissorum incidisse, ipsos excommunicatos faciant publice nunciari, donec de absolutione eis fuerit facta fides, nec non circa prædicationis exercitium, vel audiendum confessiones, vel super juribus sepulturæ, Clementinam, quæ incipit: *super cathedram*, sub obtestatione divini judicii præcipimus tenaciter observari.

Cæterum quoniam ubi periculum majus inest, solertior debet adhiberi cautela, ne animarum saluti, per quemquam confessoris officio abutentem illudi valeat, aut ipsum officium debite peragentium fama iniquorum abusibus maculetur, statuti hujus tenore sancimus, quod nullus clericus sæcularis sine diœcesani vel ordinarii ecclesiastici, cui hoc pertineat, vel ipsorum vicariorum, vel officialium ad hoc habentium potestatem, aut proprii curati licentia, in ecclesiis parochialibus, ad audiendas confessiones, etiam super casibus episcopalibus sine diœcesani literis admittatur, quas literas ipsi diœcesani, aut eorum vicarii generales clericis, quos adhuc constabit esse sufficientes & idoneos, quosque ut præfertur, duxerint admittendos eisdem gratis, & spontanea voluntate concedere, & tradere teneantur, in quibus quidem literis casus episcopales, quos eis concedere voluerint, exprimantur, quos casus, caute in genere, ac directe per curatum ecclesiæ populo, antequam ad audiendum confessiones admittantur, præcipimus intimari, ut pareat in aliis casibus, quam expressis in sua litera, de casibus episcopalibus absolvendi potestatem aliquam non habere.

Ut religiosi in sacramento pœnitentiæ & confirmationis reddantur attenti hoc statuto salubri in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, ne religiosi, priusquam juxta constitutionem Clementis, *super cathedram*, per eorum superiores electi, præsentati, & per ordinarios ad confessiones admissi fuerint confessiones sæcularium audire præsumant: nec locorum ordinarii, aliquos admittant nisi, ut præfertur, per eorum superiores ad hoc prius electos & præsentatos, sicque electi, præsentati & admissi de casibus ab episcopo reservatis nullatenus se intromittant, nec super eisdem casibus reservatis, quemquam absolvere audeant, nisi literas super absolutione hujusmodi a locorum ordinariis prius obtinuerint, in quibus quidem literis casus episcopales, quo eis concedere voluerint, exprimantur, easque literas curatis ecclesiarum exhibeant, ut ecclesiæ populo patefieri valeant, ut est dictum: iidemque ordinarii gratis, sine solutione aliqua tales literas eisdem religiosis, quos ad hoc reputabant idoneos tradere teneantur. In domino exhortantes prælatos, & ordinarios ecclesiasticos, ut circa religiosos præfatos charitative se habeant, ut tenentur: per prædictam tamen præjudicare nolumus, quibus de jure communi vel indulto sedis apostolicæ aliud competit in præmissis.

XVIII.

Quod ecclesiarum prælati bona decedentium, qui de bonis suis debite disposuerunt, non audeant occupare.

Ecclesiarum prælati bona decedentium religiosorum, quibus permissum est secundum statuta, vel laudabiles consuetudines de bonis a Deo sibi collatis disponere, nullatenus audeant occupare, & per eosdem religiosos, juxta statuta, vel consuetudines prælibatas de bonis prædictis fuerit ordinatum: donec tamen in eorum dispositionibus suis relinquant prælatis, quæ debentur eisdem, secundum statuta vel consuetudines laudabiles memoratas. Idem esse censemus de bonis clericorum sæcularium decedentium si juxta formam provincialium vel synodalium constitutionum sua ordinaverint testamenta vel ultimas voluntates.

XIX.

Quod medici non visitent infirmum ultra tertiam vicem, qui in illa infirmitate non fuerit confessus.

Dilectionis debitus ordo pervertitur, si medicinæ corporis prius & diligentius, quam sanandis animæ vulneribus intendatur. Sane licet in sacro concilio generali fuerit districte præceptum, quod medici corporis, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos advocent animarum, ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute provisum, ad corporalis salutis remedium, salubriter procedatur: ipsum tamen salubre, ac utile statutum, aut oblivione aut contemptu, frustrari cernitur debito observationis effectu. Propterea cupientes, quod pro animarum salute tam utiliter dignoscitur statutum, debita executione potiri, universis corporum medicis districte præcipimus & mandamus ut ipsum studeant fideliter observare: ipsis nihilominus sub excommunicationis pœna, quam incurrere volumus ipso facto, mandantes ut nullum infirmum ultra tertiam vicem visitare præsumant, de quo non sciant, quod in illa ægritudine salutare pœnitentiæ sacramentum susceperint, adjicientes, ut cunctis nota sit præsens constitutio, quod locorum ordinarii saltem quater in anno, videlicet in festo nativitatis, resurrectionis domini, pentecostes, & assumptionis Virginis gloriosæ, teneantur, in principalioribus ecclesiis suæ diœcesis, vel territorii, constitutionem hanc facere publicare.

XX.

Quod circa Saracenos observetur Clementina.

Zelus divini honoris nos commonet, ut quod tam patenter in offensam divini nominis cedit, & quod ut opprobrium fidei Christianę disperdere & evellere pro viribus enitimur, zelatorem ipsius principem verę fidei, vigilemque cultorem D. Aragonum regem, omnesque ipsius ditionis prælatos, barones, nobiles & milites, ac universitates monemus, & per viscera misericordiæ divinæ obsecramus, quatenus Clementinam de Judæis & Saracenis, sic, prout ad ad unum quemque pertinet, observent: eisdem nihilominus injungentes quod sanctorum canonum, conciliorum provincialium & synodalium statuta, ad Dei honorem & exaltationem fidei Christianæ contra Iudæos & Saracenos, & in opprobrium ipsorum edita, quatenus inviolabiliter obser-

ANNO CHRISTI 1429.

obſerventur opem & operam adhibeant efficacem, & ab eorum ſubditis tenaciter faciant obſervari, ut plenariæ obſervationis executione clareſcant, & pro tanto ſervitutis obſequio diutinæ propitiationis munere potiantur, ſi divinam & ſedis apoſtolicæ effugere volunt ultionem.

Publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ conſtitutiones omoes & ſingulæ io concilio provinciali, de mandato reverendi D. legati, anno, die, menſe, loco prædictis, præſente me Wenando de Caſtetatio clerico Laſturenſis diœceſis, publico auctoritatibus apoſtolico & imperiali ootario, ac actorum in dicto coocilio ſcriba: in quorum teſtimooium hic me propria manu ſcripſi, & ſignum meum, quo utor in publicis inſtrumentis, appoſui conſuetum.

loco † ſigni.

His peractis, & ſuper eis terentis poblicis documentis, reverendus D. legatus ſicut beoignus eſt, atque dulcis, cunctos ibi præſentes benigne allocutus eſt, dicens: per Dei gratiam finem adeſſe concilii, petens ex ſua magna homilitate, & urbanitate veniam ab eiſdem, ſi cuiquam eorum particulariter, vel in communi diſplicuiſſet, vel fuiſſet iogratus, offerens ſe factarum apud dominum noſtrum papam & ſedem apoſtolicam pro ipſis in communi, & in particulari qoicquid poſſet, dans eis licentiam liberam quando vellent ad propria redeundi: tuoc ibidem cuncti epiſcopi, prælati, abbates, & cæteri aſſurgentes, & genua flectentes humiliter, ab eodem domino legato, quia ita revereoter, ſicut decebat, & tenebantur, non ſe habuetuot erga eum & ſuos, veniam poſtularont, ſupplicantes ut plenariam indulgeotiam, & remiſſioem omnium peccatorum in mortis articolo cuilibet eorum qoi præſentes in concilio fuerunt, & iis qui ad coocilium debite miſerunt, juxta facultatem ſuper hoc ei conceſſam de ſpeciali gratia, concedere dignaretur, quod idem dominus legatus fecit liberaliter, & conceſſit juxta facultatem in regiſtro ſedis apoſtolicæ Romæ deſcriptam. Haoc indulgentiam & gratiam præfati omnes & ſinguli pro ipſis, & pro illis per quos miſſi fuerant, cum humilitate & devotione acceptarunt, & ſolemni benedictione ab eodem D. legato recepta ad propria ſunt reverſi, ſicque concilium hujuſmodi præſtante domino Ieſu Chriſto ſuum finem obtinuit felicem & optatum.

ANNO DOMINI 1430.

*** *Conſtitutio facta per ven. in Chriſto patrem dominum Henricum Chichley Cantuar. archiepiſc. in convocatione prælatorum & cleri Cantuar. Provincia, in eccl. cath. S. Pauli Lond. incœpta xx. Febr. A. D.* MCCCCXXX. *pro abolitione ponderis, vocato le Auncell Weight.*

Ex cod. MS. in regiſtro principali archiepiſc. Cant. [nuncupato Chichley vol. 1.] 83. 2.

Senescentis mundi malitia ferali more laſciviens contra ſalutaria majorum conſtitutiones, & monita, conatur in dies, & adeo graſſatur in vetita, ut niſi diligentia paſtorali, quos Dei timor a malo non revocat, ſaltem diſciplinæ rigor compeſceret per impunitatis audaciam calcatis legum habenis, tam Dei quam hominum in omnia licentia excurrerent præcipitia vitiorum. Sont oamque ſicuti publica vox proclamat, & ipſa rerum magiſtra experieotia manifeſtat, in nonnullis civitatibus, burgis, & locis aliis noſtræ Cantuarienſis provinciæ callidi plerique emptores, qui ſuæ ſalutis immemores, ſolent a plebeis ſimplicibus & ab aliis lanam, linum, mel, & ceram, ac alia humanis uſibus requiſita, per menſuram majorem & per pondus majus, vocatur communiter le Auncell, alias Scheft, ſeu Pounder, emere fraudulenter, & per aliam menſuram minorem, & per pondera minora, vocatur *a voyr de poys*, alias *lygg yng wyghts*, eiſdem ſimplicibus, & aliis, ferrum, chalibem, picem, reſinam, & alia mercimooia vendere, in grande ſuarum periculum animarum, & exſpoliationem pauperum & ſimplicium hujuſmodi manifeſtam, & aliorum intolerabile detrimentum, non curantes advertere, quia præfatum pondos, Auncell vulgariter noncupatum, propter nonnullas abditas falſitates & fraudes io eo lateotes, & per idem uſitatas, oedum lege divina, qua dicitur, *ſtatera doloſa abominatio eſt apud Deum*; & alibi, *non habebitis in ſacculo diverſa pondera, majus & minus; nec erit in domo tua modius major & minor; Pondus habebitis juſtum & verum, &c.* verum etiam canonicis inſtitutis & conſtitutionibus ſanctorum patrum in genere, regiis etiam ſtatutis ſub pœnis foriſfacturæ omnium eo pondere * optotum, & carceris per duos annos, nominatim & in ſpecie prohibetur, neque verentes excommonicationis ſententiam in omnes & ſingulos, facto, verbo, vel conſilio venientes contra magnam cartam libertatum Angliæ, vel aliquem ejus articulum, io qua quidem carta, inter cætera continetur, qood *una menſura, & unum pondus ſit per totum regnum*, ab omnibus archiepiſcopis & epiſcopis Angliæ ſolemniter fulminatam, atque per ſedem apoſtolicam pluries confirmatam, ſicuti in conſtitutionibus provincialibus bonæ memoriæ I. Peccham apertius continetur.

* f. emptorum

ANNO DOMINI 1430.

Qoinimo, quod amplios eſt dolendum, aſtuti emptores hujuſmodi, ut ex errore eatur multiplicius in errorem, dum de dicti prohibiti pooderis le Auncell exercitio vel abuſu nototio moliuntur per omoe fas & nephas publice non convinci, pluries & frequeoter in anno, cum per officiarios domini noſtri regis, videlicet, juſticiarios pacis, clericos mercati, confiſcatores, ſive eſcaetores, & alios de uſu, quin potius abuſu ſæpedicti ponderis, in ſingulis ſuis ſeſſionibus ſpecialiter inquirentes, ſub vinculo juramenti tactis ſacroſanctis per eoſdem præſtiti judicialiter onereotur omnem in ea parte dicere veritatem, abuſum nihilominus ſive exercitium hujuſmodi ſcienter voluntarieque concelant, & per cæteros in hujuſmodi judicum & officiariorum regiorum ſeſſionibus, & aliis dominorum temporalium curiis, cum ipſis pari juramento aſtrictos minis nonnunquam & terroribus concelari faciunt & procurant, horrendum crimen perjurii annuatim bis, ter, aut pluries damnabiliter incurrendo, & in idipſum complices ſuos prædictos mala malis accumulantes, execrabiliter inducendo. Et hi omnes tot & tantis ſceleribus involuti, ipſa prætextu radicatæ conſuetudinis pro nihilo reputantes, abſqoe voluntate ſatisfaciendi de ſic male quæſitis, ſeo peccata ſua hujuſmodi dimittendi impœnitentes, ad ſacramenta eccleſiæ ſe ingerunt impudenter, in animarum ſuarum periculum grave nimis & perniciosom exemplum quamplurium cæterorum. Et qoanqoam univerſos & ſingulos tranſgreſſores prædictos, ot a prædictis ſceleribus ſub pœna excommunicationis majoris omnino deſiſterent, pluries, ſofficienter ac legitime monuerimus, & per ſuffraganeos noſtros mooeri fecerimus in ſpiritu lenitatis, nihilominus perpaocis hucuſque parere curantibos, ipſorum plures, immo quod dolenter referimus, peoe omnes avaritiæ cæcitate perculſi, dum ſitien-

ANNO CHRISTI 1410.

* cavere non d. d. a. sive prospicere.

sitientes quęstum, * prorsus non desiderant, dispendia animarum, a vus veteris malitiæ contumaciter ac induratis animis negliguot dechnare.

Ne igitur de cætero videamur tam ootorios & enormes filiorum excessus sub eonnivenua præterire, sic, quòd sanguis eorum de nostris, quod absit, manibus alias requiratur; volentes animarum saluti de congruo in præmissis remedio providere, ultimi provincialis concilii nostri auctoritate suffulti, omnes & singulos nostræ Canruariensis provinciæ subditos, scienter a tempore publicationis præsentium, imposterum quocumque pondere, standardo regio oorabiliter discordante, & præcipue dicto pondere, *le Auncell*, *Scheft*, seu *Pounder* vulgariter nuncupato, qualitercumque ureotes otive facientes; eisdem vel eorum aliquo, aut ea seu eorum aliquod apud se scienter, contumaciter, & temere occultaotes seu tetinentes, majoris excommunicationis sententiam statuimus, ordioamus, & volumus incurrere ipso facto: Quorum absolutiooem, locorum ordinariis aut eorum pœnitentiatus ad hoc potestatem habentibus, specialiter reservamus.

Insuper & hujusmodi delinquentium facinora eo amplius evitentur, qoo ipsi delinquentes excommunicati solemnius foerint nonciati, dicto provinciali concilio approbante, præcipimus quod omnes & singuli transgressores prædicti, in singulis catbedralibus & parochialibus ecclesiis, oecnon capellis in quibus ecclesiarum more divina celebrantur officia nostræ provinciæ antedictæ, quatinus in anno, una cum cæteris articulis majoris excommunicationis sententiæ excommunicari publice in genere oonciemtur, cum intimatiooe reservationis absolutionis prædictæ.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Habitum fuisse Narbone anoo 1430. provinciale cuocilium monueraralias vir illustrissimus dominus Franciscus Bosquerus episcopus Montis-Pessulani, sed quis illi præfuerit, qui adfuerint antistites, quid in eo tractatum sit, penitus ignoramus. Appendici teservatur, si ejus alterius ve beneficio nostras sorte veniat in mauus.

VITA EUGENII PAPÆ IV.

ANNO CHRISTI 1431.

EUGENIUS IV. natione Veoetus, Gabriel Coodulmerus antea vocatus, ex canonico in Alga a Gregorio duodecimo in cubicularium assumptus, & postea ab eodem episcopus Senensis, & tandem cardinalis factus, v. Nonas Martii, anno 1431. ad pontificatum evectus fuit. Stephaous Columna hujus potentiam & indignationem veritus, cum quibusdam fœdus percutieos, armatus contra pontificem arma sumpsit, verum a pontificiis militibus suga sibi consulere coactus fuit. Acciderunt etiam iisdem pene temporibus tumultus, & variæ tragœdiæ excitatæ, his temporibus exortæ, qoæ pontificis ægritudine suut sopitæ. Angelotum ona cum Francisco camerario nepote suo cardinalem creavit. Paulo post Sigismondum imperiali corona Romæ condecoravit. Per Nicolaum Fortibrachium bellis infestatus, populique seditione turbatus, mutato babitu sese clam Florentiam surripuit. Ubi cum molestiis & tædio plenissimus commoraretur, juxta Martini quinti præscriptum concilium Basileense inchoatum est. Patriarcham Vitelescum Romam legavit, & dignitate cardinalitia donavit, quod ejus industria & vigilantia ooo parvi momenti machinationes extinctæ fuissent. Inde vero Bononiam pertransiens arcem exædificavit, ac palatium reparavit. Cumque inchoatum Basileense concilium ioconcessa tentaret, sedisqoe apostolicæ judicium sibi illicite usurparet, idem concilium Basilea Ferrariam transtulit. Qua de causa non tantum graves seditiones, verum etiam perniciosum schisma exortum fuit. Nam deposito Eugenio legitimo pontifice Amedeum Sabaudiæ ducem antipapam schismaticum erearunt, eique Felicis V. nomen imposuerunt. Ob grassantem pestem Ferraria itum est Florentiam, habitisque utrobique de purgatorio & processione Spiritus sancti gravissimis disputationibus, Græca & Romana ecclesiæ unitæ fuerunt: illudque de Spirito sancto, purgatorio, Romani pontificis primatu, alisque nonnullis fidei articulis crediderunt, quod Romana ecclesia docet & profitetur. Tandem post multas bellorum perturbationumque vicissitudines, Romam reversus, atque Nicolao Tolentinate ordinis sancti Augustini religioso in sanctorum numerum relato, obiit vii. Kalendas Martii anni 1446. cum sedisset annos prope sexdecim. Post mortem ejus sedes duodecim diebus vacavit.

ANNO CHRISTI 1431.

COMPENDIOSA * ENARRATIO QUOMODO BOHEMI VOCATI PROOVCTIQUE sint ad Basileensem syodum œcumenicam: & quid illic egerint, ex rerum expeteodarum fasciculo, quem M. Ortvvinus Gratius noo satis fideliter & prudenter congessit, desumpta.

* Inserta est historiæ Bohemicæ Æneæ Silvii post cap. 50. in editione Fickerica anni 1602. typis Vvechelianis.

CUM Bohemi in erroribus suis persisterent, & primitivam ac apostolicam ecclesiam jactantes a Romana sede pertinacius evatiarent, exulceratis nimirum illorum animis ob Ioannis Hussi & Hieronymi Pragensis exustionem, missus est io Germaniam legatus Iulianus cardinalis titulo sancti Angeli, ut expeditionem apparatet in rebelles Bohemos, quam Romana consuetudo Cruciatam appellat. Putabat enim Romanus pontifex hanc gentem a Germanis facile posse superari. Verum res aliter evenit. Nam nostris sæpius in fugam versis tantum vicinis omnibus terrorem incusserunt, ut nihil aliud quam pacem optaret Germania. Rebus itaque oon succedentibus, cum semper Bohemi superiores essent, quamquam a novo jam pontifice Eugenio sententia anathematis damnati, optimum factu visum est, si Basileam, ubi nuper indictum erat concilium, vocarentur. Quare cardinalis Iulianus eo loci præmisit Ioannem Polemarium pontificii juris doctorem sacrique palatii auditorem, & Ioannem de Ragusio theologiæ professorem, ordinis Prædicatorum tum procuratorem generalem, qui postea Argensis episcopus factus etiam in cardinalium numerum meruit recipi, titulum sancti Sixti indeptus. Qui cum Basileam venissent anno 1431. mense Augusto, vocarunt literis ad concilium Ioannem Mulbrunæ abbatem, & Ioannem Gelhusium ejusdem cœnobii monachum. Nam hoc homine propter dexteritatem ingenii & regionum ac rerum experientiam in primis opus erat ad obeundas legationes. Abbas aliis negotiis distentus noo venit: Ioannem tamen morbo paulo ante vexatum, & adhuc valetudine noo satis confirmata, Basileam misit. Quo noo multis post diebus Iulianus quoque pervenit, ut promiserat. Is statim Ioannem Gelhusium, & Hammanum Offenburgium, consulem Basileensem, primom ad Sigismuodum Cæsarem, Feldkirchi tum agentem, deinde ad Fridericum ducem Austriæ mittit, pro componendo bello quod huic erat cum Philippo duce Burgundiæ. Fiebat hoc ut

Iulianus cardinalis sancti Angeli.

Ioannes Polemar.

Ioannes de Ragusio.

Ioannes Gelhusius.

Hammanus Offenburgius.

 reddita

ANNO CHRISTI 1438.

reddita pace tuto liceret Basileam venire, non solum proceribus ecclesiasticis, sed & mercatoribus, atque adeo omnia quæ ad victum pertinent importare. Hanc legationem obeuntes, literas acceperunt a sancta synodo Sigismundo Cæsari reddendas, quibus Bohemi & Moravi ad concilium vocabantur: has ille mox in Bohemiam perferendas curavit. At cum in Italiam proficisceretur, imperialem a pontifice coronam suscepturus, protectorem interim velut vicarium sacro concilio dedit Vvilelmum Bavariæ ducem. Porro cum synodus monita fuisset nostros conditiones pacis a Bohemis accipere velle post fœdam illam fugam, arbitrans hoc ignominiosum esse, misit Ioannem Niderium ordinis Prædicatorum theologum, & Ioannem Gelhusium, qui commodum redierant ut vicinum Bohemis populum consolarentur, & Moravos Bohemosque ad concilium ante vocatos ad veniendum sedulo urgerent. Hi tertio Kalendas Novembres Basilea discedentes, Monachium versus (id est oppidum Bavariæ) iter instituerunt. Ubi cum primum Vvilelmum ducem, & hujus fratrem Ernestum, atque Ernesti filium Albertum, salutassent, & mandata legationis suæ exposuissent, ipsumque Vvilelmum monuissent, ut quamprimum Basileam veniret, quod ei tutela concilii commissa esset a Cæsare, mox Fridericum marchionem Brandeburgii, Ioannem ducem Bavariæ, & senatum Nurenbergensem, ac alios principes & dominos, partim literis synodalibus, partim etiam ore suo sunt adhortati, ut nullo pacto fœdus cum Bohemis inirent, quod ecclesiæ nocere posset; adfuturum mox auxilium. Rogabantque nomine concilii, ut, si Bohemi legatos suos Basileam mittere vellent, deducerent eos per suam quique regionem salvos. Omnes se hoc facturos receperunt. De vocatis Bohemis dici non potest, quam gavisi fuerint omnes, præsertim laici, cum etiam lacrymas emitterent affectus vehementissimi testes. Deinde cum senatum Nurenbergensem consuluissent, de mittendis in Bohemiam literis synodalibus, visum est melius esse, si prius sciscitarentur ab Egrensibus, num aliquid ad superiores concilii literas Bohemi respondissent, quas ipsi perferendas curassent. Egrenses per literas moniti, tabellarium illum Nurenbergam miserunt, qui literas concilii in Bohemiam ante pertulerat. Is retulit, quanta cum reverentia literas accepisset consul majoris civitatis Pragensis, & quibus ipse præmiis fuisset donatus. Unde spem legati conceperunt rem bene processuram. Itaque consilio senatus Nurenbergensis usi, & aliorum, præsertim abbatis sancti Ægidii, Albertique pastoris apud sanctum Sebaldum, & Conradi Cuonhoferi, remiserunt ad Egrenses tabellarium illum, & suis privatim & concilii literis oneratum: neque enim commodior erat ratio literas in Bohemiam mittendi. Multum porro laboratum est in hac re, cum ab Egrensibus ipsis, tum a Friderico marchione Brandeburgensi, & Ioanne duce Bavariæ, & a senatu Nurenbergensi; tantopere cupiebant hi inter Christianos pacem instaurari. Exempla literarum, quibus sacra synodus Bohemos denuo invitat, & alias item exhortatorias, ac literas oratorum ad eosdem, & ad hos Pragensium respondentes, † causa brevitatis omisimus. Porro Bohemi non per omnia nostris fidentes, in literis petebant, ut oratores concilii cum principibus vicinis ad Egram venirent, suos illic quoque adfuturos, ut de commeatu, seu publica fide danda, quem salvumconductum appellant, & aliis rebus tractaretur. Decretus fuit ei conventui dies dominicus qui pascha proxime sequebatur. Erat is mensis Aprilis dies vigesimusseptimus. Itaque venerunt Egram oratores sacri concilii, Henricus abbas sancti Ægidii Nurenbergensis, Ioannes Nider theologiæ professor ac prior domus prædicatorum apud Basileam, Fridericus de Parspergo decanus Ratisponensis, juris pontificii peritus; magister Henricus Tocgius canonicus Magdeburgensis, theologus, Albertus pastor apud sanctum Sebaldum Nurenbergæ, & Ioannes Gelhusius cœnobita Mulbrunnensis, cum illustribus principibus Friderico marchione Brandeburgii, & Ioanne Bavariæ duce, ac aliis proceribus, fere cum ducentis & quinquaginta equis. Verum de Bohemis nullus aderat, quod Pilsenenses, & dominus Suanbergius salvumconductum non misissent. Id cum ex literis intellexissent, effecerunt ut ab Egrensibus & Elenbogensibus nuntii Bohemorum Nicolaus Humpolrzius, secretarius majoris civitatis Pragensis, & Matthias Clumpezanus, præfectus Piestensis, producerentur, veneruntque Egram cum decem & novem equis, octavo die mensis Maii. Postridie apud marchionem Henricus Tocgius eleganti oratione Bohemorum nuntios salutavit, evangelicum illud usurpans declaransque: *Pax vobis*. Mox ipsi proposuerunt, quam atrocibus injuriis a nobis fuissent hactenus affecti, eamque rem extitisse causam tot utrimque cladium. Gaudere se quod tandem spes affulsit, ut audirentur aliquando. Deinde de commeatu præstando disputatum est. Obsides postulabant Bohemi, non quosvis, sed principes & nobiles. Id cum nostris non placeret, & res ita differretur, cœpit vulgus apud Egram clamare, quo minus cum Bohemis procederet concordia per ecclesiasticos stare & principes. Proinde piennissimi principes Fridericus marchio Brandeburgensis, & Ioannes Bavariæ dux, suapte sponte se obligarunt. Hoc idem paulo post rogante synodo fecit protector concilii Vvilelmus dux Bavariæ, item ipsa synodus, & Sigismundus Cæsar. Præterea promissio facta est, hoc idem omnes principes & civitates præstituros, per quorum ditionem essent profecturi Bohemi, atque adeo civitatem ipsam Basileensem. Quæ de commeatu diplomata paulo post sunt Pragam missa. Postulatum & hoc est a Bohemis, ut ipse Cæsar præsens adesset in synodo quam fieri posset plene congregata. Conventus Egrensis duravit dies viginti unum. In quo fuerunt etiam ornatissimi viri Petrus Volkamer, consul Nurenbergensis, & Conradus Cuonhofer, jussu sumptuque civitatis suæ. Verum Bohemi, quamquam audissent nostros miranda pollicentes, adhuc non plane fidebant. Quare elegerunt duos nuntios Nicolaum Humpolrzium, & Ioannem Zaczensem, qui Basileam irent, & cuncta diligenter explorarent. Hos Conradus episcopus Ratisponensis, & Conradus Seglavver decanus Eistetensis, Carelspurgum usque, ubi marchio Badensis degebat, deduxerunt, in hoc a synodo paulo ante emissi, ut expiscarentur an essent venturi Bohemorum legati. In comitatu vero erant e nostris, abbas Eberacensis, & ceteri nuntii sacri concilii. Cum Biberacum venissent, quidam infeliciter curiosus ex altero Bohemorum nuntio quæsivit undenam esset. Respondit is se Zaczensem esse. Illic (inquit ille) sunt execrabiles hæretici & pessimi homines, *&c.* Qui propter hujusmodi convicium, veluti violator publicæ fidei, statim in carcerem raptus est, plus pœnæ dependisurus, nisi ipsi nuntii Bohemorum, & abbas Eberacensis, precibus hominem liberassent. Cum venissent Basileam, vino & piscibus fuerunt a senatu donati. Manseruntque illic dies quinque & dimidiatum. Decimo Octobris

Margin notes:

Vvilelmus dux Bavariæ, protector concilii.

Fridericus marchio Brandeburgensis. Ioannes dux Bavariæ. Nurenbergenses.

Conradus Cuonhofer.

† Extant in actis concilii Basileensis infra.

Conventus Egrensis.

Luc. 24.

Diplomata salvi conductus.

Petrus Volkamer. Conradus Cuonhofer.

Abbas Eberacensis.

ANNO CHRISTI 1431.

Octobris die venerunt ad synodum, quæ convenerat apud Prædicatores. Hi nuntii cum domum fuissent reversi cum diplomatibus concilii, indicassentque quæ viderant, rem videlicet agi serio, nec subesse dolum, delecti sunt oratores ad concilium mittendi de regno Bohemię & marchionatu Moraviæ, Ioannes de Krainita, Iacobus de Vvrziessouitz, Benesius de Makrovvitz, Ioannes Velvvar de Praga, Matthias de Clumpezan, Laurinus de Hradisse, Gregorius de Cutia, Nicolaus scriba Pragensis, magister Ioannes de Roccizano, magister Petrus Payne de Anglia, Procopius ductor exercitus Taboritarum, Nicolaus de Peletznnan, Marcoldus de Zbraslavitz, Martinus de Chrudim, & Petrus Zaczensis. Qui cum in Tusca convenissent, illinc per nostros in Chambiam sunt * producti cum triginta duobus equis per nobiles viros, Hinskoveium, Pflugium, Pavelstorferum, Fridericum præpositum Ratisponensem, & alios: ubi Conradus Ratisponensis episcopus substiterat. Ex Chambia Suenckendorphium itum est. Atque cum jam Nurenbergæ vicini essent, Matthias Clumpezanus præfectus Pirstensis vexillum protulit: cujus una pars crucifixi imaginem habebat depictam, altera calicem eucharistiæ figura superposita, sicque Nurenbergam ingressi sunt. Verum cum a nostris moniti essent, id postea nusquam fecerunt. Nurenbergenses, præter vinarium atque piscarium munus, etiam viginti duo equites concesserunt, qui illos Vlmam comitarentur. Ex Nurenberga Albertus marchionis filius in Guntzenhusium produxit, Oringensis comitis ministri Nordlingam, & postero die Vlmam; Vlmensis porro Biberacum & Sulgoviam usque: inde exceptos Iacobus Truchses de Vvalpurgo eques auratus Stockacum produxit: satellites ducis Bavariæ Vvilelmi Scaffhusium post deduxerunt: illic naves ingressi, quarta die Ianuarii Basileam venerunt. Porro nono die ejusdem mensis, cum synodum accessissent, habuit orationem Iulianus cardinalis, de eo quod quidquid uspiam dubiorum est, id auctoritate concilii definiri debeat: quandoquidem omnes mortales judicio sanctæ matris ecclesiæ, quam generale concilium repræsentat, se submittere tenentur. Quæ quidem oratio non omnibus Bohemis probabatur. Habuit & Roccizanus orationem nomine Bohemorum, diem postulans quo audirentur. Is fuit destinatus decimosexto ejus mensis. Quo die Ioannes Roccizanus pauca præfatus, primum articulum de communione sub utraque specie proponere cœpit, usque in tertium diem, semper ante meridiem. Deinde Vvenceslaus Taborita, secundum articulum de corrigendis & eliminandis peccatis publicis in medium protulit per bidui spatium. Post quem Vdalricus presbyter orphanorum tertium articulum de libera prædicatione verbi Dei duobus item diebus proposuit. Postremo Petrus Payne Anglus de quarto articulo, qui erat de civili dominio clericorum, per tres dies disseruit. Fecerunt autem copiam suarum disputationum sacro concilio in scriptis, & gratias egerunt quod auditi fuissent. Posterioresque tres satis inciviliter in nostros invexerunt, Ioannem Vviclephum & Ioannem Hussum a doctrina laudantes, nihil veriti doctores euangelicos vocare quos pridem ecclesia damnarat. Exigebat res ut Bohemis aliquid responderetur. Itaque surgens Ioannes de Ragusio, theologiæ professor, ordinis Prædicatorum procurator generalis, petiit clara voce in medio sacræ Congregationis potestatem sibi dari ut responderet privato nomine ad primum Bohemorum articulum. Assensit synodus. Octoque diebus respondit horis antemeridianis. Antequam autem inciperet respondere, Ioannes abbas Cisterciensis orationem ad Bohemos habuit, ut se submitterent determinationi sanctæ matris ecclesiæ, quam id sacrum concilium repræsentaret. Ea res Bohemos non parum offendit: inter respondendum Ioannes Ragusinus, theologorum istorum more quos scholasticos hodie vocant, crebro hæreseos & hæreticorum vocabulum habebat in ore. Non poterat hoc tandem ferre Procopius Bohemus, quin surgens cum stomacho, de hac injuria apud sanctam synodum publice conquestus est. Conterraneus (inquit) iste noster injuria nos afficit, hæreticos nos subinde vocans. Ad hoc Ragusinus: Quia (inquit) conterraneus vester sum lingua ac natione, propterea tam avide cupio vos ad matrem ecclesiam redire. Erat is gente Dalmata. Constat autem Dalmatas in Bohemiam transgressos, ab occupata regione nomen accepisse, parumque abfuit quin ob eam offensionem Basilea abirent: vixque placari poterant. Quidam etiam ex Bohemis nolebant Ragusinum ad finem usque disputantem audire. Deinde respondit ad secundum articulum insignis theologus Ægidius Carlerius, decanus ecclesiæ Cameracensis, per quatuor dies. Ad tertium articulum Henricus, cognomento Frigidum ferrum, theologus ordinis Prædicatorum, dies tres.

Margin notes: Oratores Bohemorũ ad concilium. — * perducti — Veniunt Basileam. — Disputant — Ioannes de Ragusio respondet ad primum articulum. — Henricus Kaltyseu.

Ad quartum postremo respondit Ioannes Polemarius, auditor causarum sacri palatii, tribus item diebus, afficiebatque Bohemos tædio nostrorum (ut illis videbatur) prolixitas. Quamquam vero nostri tam accurate respondissent, nihilo minus illi suos articulos adhuc pertinaciter defendebant: præsertim primum, adeo ut Ioannes Roccizanus responsiones Ragusini sex diebus fortiter impugnaret. Porro cum disputatio pareret disputationem, & non videretur hoc pacto pax & concordia facile coitura, tentatum est aliud remedium ab illustri Bavariæ principe Vvilelmo protectore sacri concilii, videlicet ut omissis disputationibus res amice componeretur. Vtrimque deputati sunt aliquot de concordia tractaturi: qui cum undecimo Martii die convenissent, & jussi essent dicere sententiam suam, qui a parte concilii erant, optimum inquiunt sibi videri, si illi nobiscum unirentur, & unum corpus efficerentur: quod corpus tum omnes diversitates opinionum sive sectarum concordare, & declarare posset, atque definire, quid in singulis agendum foret sive credendum. Bohemi cum aliquamdiu deliberassent, aiebant hanc viam non videri satis aptam, nisi prius quatuor illi articuli exactius essent declarati, ita ut aut nos cum ipsis, aut ipsi nobiscum sentirent. Alioquin rem ridiculam futuram, si jam uniti, in articulorum rursus decisione discreparent. Responsum est hic a nostris, si rite unirentur, invocato Spiritu sancto, nequaquam eos in hujusmodi decisione erraturos, quando quilibet Christianus tali definitioni credere debeat. Quod si hoc facere vellent, adamantinam plane coalituram utrimque concordiam. Verum surdis (quod ajunt) fabula canebatur. Sed & alii tres adversum responsiones datas pertinaciter disputabant. Id temporis Iulianus cardinalis concilii præsidens, talem ad oratores Bohemorum habuit orationem: Audivit (inquit) hęc sancta synodus per decem dies cum magna patientia quatuor vestrorum articulorum propositiones. Et in fine subjunxit: Proposuistis (inquit) proximis diebus quatuor articulos, sed audimus pręter hos quatuor multa vos alia habere dogmata peregrina, in quibus a nobis dissentitis. Necessarium est, si vestra unitas & perfecta frater-

Oratio Iuliani cardinalis ad oratores Bohemorum.

ANNO CHRISTI 1431.

fraternitas inter nos sequi debet, ut omnia in hoc sacro concilio propalentur, quatenus per gratiam Spiritus sancti, qui pacis & veritatis est auctor, debita ac salubris provisio fieri possit. Nec ex levibus conjecturis ista accepimus. Partim enim a fide dignis personis audivimus, partim quidam qui hic sunt, propriis oculis in Bohemia viderunt, partim etiam ex vestra relatione perpendimus. Magister enim Nicolaus secundo loco proponens allegavit inter alia Ioannem Vvicleff euangelicum doctorem. Si illum creditis esse euangelicum, consequens est ut dicta ejus authentica reputetis: si vero non ita putatis, æquum esset ut hoc nobis innotescat. De iis igitur & quibusdam aliis vos rogamus, ut nos certificare velitis quid credatis, & quam super his fidem adhibeatis. Nec sic requirimus ut motiva & rationes vestras nunc expliceris; sed satis nobis nunc est, ut ad singulos articulos nobis respondeatis per verbum Credimus, aut, Non credimus. Quod si feceritis, ut speramus, tunc aperte cognoscemus vos cupere ut bonam de vobis æstimationem capiamus. Si quid autem est de quo velitis per nos certificari, interrogate audacter, & confestim vobis respondebimus. Parati enim sumus (juxta

1. Petr. 3.

beati Petri doctrinam) unicuique poscenti reddere rationem de ea quæ in nobis est fide. Ad hoc paucis responderunt oratores Bohemorum, venisse se tantum, ut quatuor illos articulos proponerent, non tam suo, quam publico totius regni Bohemici nomine. Nec aliud dixerunt. Quare rursum illustris concilii protector Vvilelmus, quatuor viris utrimque adscitis, de re pacifice transigenda tractavit. Ex quorum consilio decrevit sancta synodus insignem legationem cum oratoribus Bohemorum Pragam mittere, ubi ad diem sacratissimæ Trinitatis populus esset conventurus. Neque enim conditiones concordiæ quas offerebant nostri volebant accipere; sed abire festinabant. Itaque decimoquarto Aprilis

Legati concilii ad Bohemos.

die Philibertus Constantiensis in Normannia antistes, Petrus Augustensis episcopus, Ioannes Polemarius archidiaconus Barcinonensis, juris pontificii professor, Fridericus Parsperger præpositus Ratisponensis, Ægidius Carlerius decanus Cameracensis, Alexander Sparur jurisconsultus Anglus, Thomas Haselbachius theologus Viennensis, Henricus Tucgius canonicus Magdeburgensis, theologus, Martinus Bernerius decanus Turonensis, & Ioannes Gelhusius Mulbrunnensis monachus, jussu concilii cum oratoribus Bohemorum Pragam sunt profecti. Longum esset narrare quantum honoris fuerit impensum nostris, cum passim in itinere, tum ab ipsis Bohemis, præsertim a Pragensibus. Ceterum cum Pragæ convenisset ad præfixum diem ingens multitudo Bohemorum, ex clericis, magnatibus, & plebeiis, adhortati sunt eos nostri, quod etiam ante sæpe fecerant, ut primum ecclesiasticam unitatem amplecterentur: deinde, si qua dubia essent, melius ea sic discuti posse. Non placebat hoc Bohemis, quin volebant quatuor illorum articulorum in primis habere declarationem. Quam si possent obtinere, promittebant se pacem & concordiam amplexuros. Cum nostri viderent rem aliter agi non posse, petierunt articulos illos in certa sibi forma dari, quos ad synodum miserunt per tres Bohemorum oratores. Declarationem vero postea sacra synodus in Bohemiam misit in publico regni conventu populo promulgandam, legatis Philiberto Constantiensi episcopo, Ioanne Polemario, Henrico Tocgio, & Martino Bernerio: qui jussi sunt hoc Bohemis referre nomine concilii: Quod si trium illorum articulorum declarationem & pacem ecclesiasticam suscipere vellent, invenire posse rationem, qua de quarto articulo, hoc est de communione sub utraque specie, res per concordiam transigeretur. Proposuerunt autem apud Pragam in publico nobilium & plebeiorum conventu declarationes trium articulorum in forma sequenti:

Declaratio trium articulorum per concilium.

Quoniam circa doctrinam veritatis sic sobrie & caute incedendum est, maxime a sacro generali concilio, ut veritas declaretur, verbis sic ordinate conceptis, ut nulli sit in futurum offendiculum ubi possit impingere, & habere occasionem erroris, & (ut verbis utamur beati Isidori) ne aliquid per obscuritatem in captione contineat. Circa materiam de cohibitione & correptione peccatorum, in qua posuistis articulum sub iis verbis: Omnia peccata mortalia, & præsertim publica, per eos quorum interest rationabiliter & secundum legem Dei cohibeantur, corrigantur & eliminentur. Ecce verbum, Per eos quorum interest, nimis est generale, & posset esse offendiculum. Et juxta scripturæ sententiam non debemus ponere offendiculum ante cæcum: & claudendæ sunt fossæ, ne bos vicini ibi lædatur: omnis talis occasio tollenda est. Dicimus ergo quod secundum scripturæ sacræ sententiam, sanctorumque documenta doctorum, sic catholice est tenendum: Quod omnia peccata mortalia, præsertim publica, quantum rationabiliter fieri potest, secundum legem Dei, & sanctorum patrum instituta, sunt cohibenda, corripienda, & eliminanda. Potestas autem puniendi criminosos, non ad privatas personas, sed ad eos tantummodo pertinet qui jurisdictionem habent in eos fori, distinctione juris & justitiæ ordine observatis.

Circa materiam de prædicatione verbi Dei, in qua posuistis articulum hoc tenore: Quod verbum Dei a sacerdotibus domini & Levitis idoneis libere ac fideliter prædicetur. Ne ex verbo, Libere, sumeretur occasio vagæ & dispendiosæ libertatis, quam nec vos, ut sæpe dixistis, intenditis, circumstantionandum est. Decimusque quod secundum scripturæ sacræ sententiam, sanctorumque documenta doctorum, sic catholice est tenendum: Quod verbum Dei a sacerdotibus domini & Levitis ad hoc idoneis, & per superiores, ad quos pertinet, approbatis & missis, libere, non tamen passim, sed ordinate & fideliter prædicetur, salva auctoritate pontificis, qui est præordinator in cunctis, juxta sanctorum patrum instituta.

Circa materiam articuli ultimi sub his verbis expressi: Non licet clero Christi tempore legis gratiæ super bonis temporalibus sæculariter dominari. Meminimus, quod dum in sacro concilio super hoc disputatio ageretur publica & solennis, ille qui ad disputandum per sacrum concilium extitit deputatus, duas conclusiones posuit sub his verbis: Prima, quod clerici non religiosi, seu qui voto se ad hoc non obligarunt, licite possunt habere & possidere quæcumque bona temporalia, hereditates paternas, aut aliorum, si eis relinquantur, & alia bona juste acquisita ex causa donationis vel alterius liciti contractus, vel arte licita. Secunda, quod ecclesia potest licite habere & possidere bona temporalia mobilia & immobilia, domos, prædia, villas, opida, castra, & civitates, & in eis habere privatum & civile dominium. Ille siquidem ex vestris ambasiatoribus qui disputabat, concessit easdem, dicens illas sensui sui articuli bene intellecto non contradicere, cum ipse articulum suum intellexerit de dominio civili formaliter intellecto. Ex quo & aliis posset intelligi quod verba, Sæculariter dominari, in præinserto articulo exposita, ad aliquem specialem

dominandi

Anno Christi 1431.

domioandi modum vel osum videantur referri.

Sed qnoniam doctrina ecclesiæ non est verhis ambigois pertractanda, sed plane, propterea id, quod secundum legem Dei & sanctorum documenta doctorum catholice tenendnm est, duximus exprimendum: videlicer præmissas duas conclusiones esse veras, qnodque ecclesiastici viri bona ecclesiæ, quorum sunt administratores, debent fideliter administrare, juxta sanctorum patrum salubria instituta. Ipsaque bona ecclesiæ ab aliis qnam ab his, quibus administratio canonice est commissa, usurpari sine sacrilegii reatu non possunt.

Sacrum concilium circa materias dictorum trium articulorum curavit, semota omni ambiguitare, secuodum veritatem euangelicæ doctrioæ veros sensns exponere. Verum si circa ipsas materias aliquid B dubietatis adhuc restat, juxta informationes qnas in sacro concilio accepimus, parati sumus super illis, prima veritate (quæ Deus est) largiente, vobis declarare veritatem. Si declarationem dictorum trium articulorum, qnæ veritati sacræ scripturæ innititur, suscipitis & amplectimini, prout tenemini, ac unitatem puram, simplicem & perfectam realiter & cum effectu vultis babere, super libertate communionis sacratissimæ eucharistiæ sub duplici specie, quam postularis & desideratis, qnamque sine licentia sanctæ matris ecclesiæ licite non potestis habere, nos habemus potestatem a sacro generali concilio certo modo vobiscum tractandi & concludendi: C speramus taliter nt mansuri sitis merito consolati.

His explicatis, quia domini Bohemi habita sua deliberatione dixerunt se nolle super prædictis dare responsum, nisi prius super materia communionis quid esset eis offerendum audirent, opus fuit explicationem rei ita facere. Quæ facta fuit, & in scriptis tradita sub forma sequenti:

Conditiones de utraque specie.

In nomine domini & salvatoris nostri Iesu Christi, de cujus sacratissimæ eucharistiæ sacramento tractatnri sumus, nt ipse qui hoc sacratissimum sacramentum instituit, quod est unitatis & pacis, illudio nobis effici faciat quod designat, ut videlicet simus unum in ipso domino Iesu capite nostro: & ut ipse conterat versotias diaboli, qui sua maligna astutia ex sacramento pacis & unitatis occasionem bello- D rum ingessit, ut dum de modo communicandi Christiani contendunt, communionis fructu priventur. Vnde B. Augustinus in sermone de infantibos, in decretis de consecratione distinctione secnnda: Quia passns: Ita dominus noster Iesus Christus nos sanctificavit, nos ad se pertinere volnit, mysterium pacis & unitatis nostræ in mensa consecravit. Qui accipit mysterium unitatis, & non tenet vinculnm pacis, non mysteriom accipit pro se, sed testimonium contra se. Hoc ante omnia duximus præmittendum, quod consuetudo generalis ecclesiæ (quam etiam patres vestri & vosipsi olim servastis) per longissima tempora hoc habuit & habet, qnod non conficientes sub specie panis tantum communicant. Quam E consuetodinem ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introductam, & diutissime observatam, oon licet reprobare, aut sine ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Igitur dictam consuetudinem ecclesiæ immutando, assumere osum communicandi populum sub otraq; specie, absqne auctoritate sanctæ matris ecclesiæ licitum non est, sed illicitum. Sancta vero mater ecclesia, suadentibus causis rationabilibus, facultatem communicandi populum sub utraque specie potest concedere & elargiri. Et talis commonio, qnæ sine auctoritate ecclesiæ attentata, esset illicita, eum de auctoritate & licentia sanctæ matris ecclesiæ fiet, erit licita, si alia non impediant.

Anno Christi 1431.

A Si alia non impediant propterea diximus, qnoniam (ut ait apostolus) *qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit.* Vnde beatus Isidorus, & habetur de consecratione distinctione secunda: Qui scelerate vivunt, & in ecclesia communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant nihil ad emundationem proficere sibi. Et Augustinus eadem distinctione: Et sancta malis nocere possunt, bonis sunt ad salutem, malis ad judicium. Sunt ad hoc plures auctoritates. Etenim inter primos communicantes apostolus Iudas fuit, sed quia indigne suscepit, proditionis peccatnm habens in corde sibi nihil profuit; quinimò extunc diabolus in eum majorem exercuit potestatem. Ratio hoc magna demonstrat. Quis vestrum dominum B suum in hospitium suscepturus, non cum omni cura domum suam studeret mundare pariter & ornare, nt ipsum dominum posset honeste suscipere? Suscepturus igitur dominum & salvatorem nostrum in hospitio animæ, debet ipsam animam diligenter mundare & ornare. Mundare per sacramentum pœnitentiæ cum amaritudine & contritione cordis, peccata sua humiliter pure & integre veraciter confitendo, & suscipiendo satisfactionem debitam, & pœnitentiam salutarem. Ornare vero purpura sanctæ devotionis, ut sic corde purgato, & fervore devotionis ornato, accedat ad divinissimum sacramentum, in quo Deus est, mundum reconcilians sibi. C Admonet igitur, exhortatur, & præcipit sancta synodus, ut omnes sacerdotes exhortentur diligenter & moneant populum, & omne studium & solicitudinem adhibeant, ut nullus ad tam sacratissimum sacramentum, nisi debite præparatus, accedat, cum magna revereotia & devotione, ne qood pro animæ salnte suscipitur, in judicium condemnationis redundet dum suscipitur indigne.

Ioan. 6.

Causæ calicis adempti laicis.

Præterea dicunt doctores, quod dicta consuetudo communicandi populum sub specie panis tantom, ab ecclesia & sanctis patribus fuit rationabiliter introducta propter rationabiles causas, specialiter propter duo pericula, scilicet erroris & irreverentiæ. Erroris: fuit enim error Nestorii, credentinm quod sub specie panis sit sola caro Christi, & sub specie D vini solus sanguis Christi, quod est error. Nam veritas est qnod sub qualibet specie est totus Christus vivus & integer, caro, sanguis, anima & divinitas. Et sub specie panis est totus Christus vivus & integer. Et sub specie vini, non est tantum sanguis, sed totus Christus vivus & integer. Quoniam (ut ait apostolus) *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur.* Semel ergo tantum mortnus est, jam non moritur, nec sanguis a corpore separatur. Vt igitur huic errori obviaretur, & magis imprimeretur fidelium mentibus, qood sub qualibet specie est totus Christus: dum non solum verbo, sed etiam ipso signo indicaretur, visum fuit utile esse sub ona specie tantum ministrari. Efficacius enim imprimitur, qnando cum E doctrina verbali sensuale aliud signũ concurrit; ideo sacraméta & sacrificia instituta sunt, ideo & dominus noster Iesus Christus in parabolis loqnebatur; & sapientes in parabolis loqnuntur, ut, dum cũ doctrina sua similitudo repræsentativa coocurrit, efficacius mentibus imprimatur. Secundum periculum est irreverentiæ: etenim quamvis omnia sacramenta cum magna reverentia sint tractanda, istud tamen divinissimum sacramentũ super omnia alia cum maxima & summa reverentia tractandom est. Alia siquidem sacraméta sunt vasa gratiæ divinæ, oon tameo per eā realem domini nostri Iesu Christi præsentiā obtinemus: in hoc vero sacratissimo sacrameoto dominus Iesus Christus, sub alia quidē forma, in propria vero

Rom. 6.

Ff substantia;

Anno Christi 1431.

substantia, est nobiscū: ideo tractandū est cum omni studio & cautela, ne aliquid cōtingat quod cedat in irreverentiā ipsius sacramenti. Et cum in calice sit sub specie liquida, multa possunt contingere quæ cederent in irreverentiā ipsius sacratissimi sacramēti, tam ex parte ministrantis, quā ex parte suscipientis, quam etiam ex parte speciei vini, quæ est magis ad alterationem suscipiendam disposita, quam species panis. Vos qui practicastis, per experientiā nostis. Nam doctores de hoc multa dicūt, & nobis a fide dignis multa relata sunt: quæ cum audivimus, exhorruerunt pili corporum nostrorum, & animi nostri nimio terrore concussi sunt. Dictum est nobis accidisse quod cum sacerdos ad infirmum sacramentum sub duplici specie detulisset, quando infirmo voluit de calice ministrare, nihil ibi reperit, totum, dum per viam agitando veniret, distillaverat. Et alibi, cum mane diei dominicæ ministraretur quod ex præcedenti die fuerat reservatum, talis alteratio facta erat, ut qui suscipiebat ferre non valens emiserit. Heu casus horrendi, & non sine magna cordis amaritudine referendi! Et multa alia hujusmodi nobis relata sunt. Et quisque volens prudenter advertere, poterit quanta possint accidere cogitare. At vero quam sint hæc gravia, ex decreti sententia poteritis intelligere, de consecratione distinctione undecima: Si per negligentiam aliquid de sanguine stillaverit in terram, lingua lambatur, tabula radatur: si non fuerit tabula, ut non conculcetur sanguis, locus radatur, & igne consumatur, & cinis in altari recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla pervenerit, quatuor diebus pœniteat; si usque ad tertium, octo diebus pœniteat; si usque ad quartum, viginti diebus pœniteat: & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice subterposito: & aqua ablutionis sumatur, & juxta altare recondatur. Præterea audivimus sæpe contingere quod sacramentum in calice non sufficit multitudini communicantium, & tunc fit noviter consecratio calicis tantum, & a presbytero non communicante: quod est a sanctorum patrum doctrina plurimum alienum. Et etiam dicitur, quod aliqui interdum vinum non consecratum pro consecrato ministrant; quod maximum periculū est.

Fiet igitur isto modo, quod vobis suscipientibus ecclesiasticam unitatem & pacem, realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in usu communionis utriusque speciei, fidei, & ritui universalis ecclesiæ vos conformantibus: vos qui talem usum habetis, communicabitis sub duplici specie cum auctoritate ecclesiæ. Et articulus ille in sacro concilio discutietur ad plenum, & videbitis quid circa illum articulum pro veritate catholica sit tenendum & agendum pro utilitate & salute populi Christiani. Et omnibus mature & digeste pertractatis, nihilo minus si perseverantes in desiderio vestro hoc vestri ambasiatores postulaverint, sacrum concilium sacerdotibus vestris communicandi sub utraque specie populum vestrum, eos videlicet qui in annis discretionis constituti reverenter & devote postulaverint, auctoritatem & facultatem in domino largietur: hoc semper observato, quod sacerdotes sic communicantibus semper dicant, quod ipsi debeat firmiter credere, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum: sed sub qualibet specie est integer totus Christus.

Hactenus decretum sacri concilii retulimus. Ad dubia autem & quæstiones Bohemorum, quas magistri & sacerdotes postea movebant, sic responderunt oratores sacri concilii.

Primo dixerunt, quod non est intentio sacri concilii permittere communionem sub duplici specie permissione tolerantiæ, vel sicut Iudæis fuit permissus libellus repudii: quia cum sacrum concilium viscera maternæ charitatis exhibere dictis Bohemis & Moravis intendat, non est intentionis concilii permittere tali permissione quæ peccatum non excludat; sed taliter elargiri, ut auctoritate domini nostri Iesu Christi & ecclesiæ veræ sponsæ sit licita, & digne sumentibus utilis & salutaris.

De punitione peccatorum.

Item, cum circa materiam de punitione peccatorum fuisset per dictos Bohemorum magistros & sacerdotes dictum, quod ex scripturis sacris habetur, quod interdum Deus excitat corda privatarum personarum ad correptionem & punitionem peccatorum: & sic videretur licere inferioribus corrigere suos superiores, & punire.

Responderunt, & ostendentes textum sancti Augustini in decretis 33. Qui percutit malos in eo quod mali sunt, & habet causam interfectionis, minister Dei est: qui vero sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum, adulterum, perjurum, vel quemlibet criminosum interfecerit aut trucidaverit, vel membris debilitaverit, velut homicida judicabitur: & tanto acrius, quanto non sibi a Deo concessam potestatem abusive usurpare non timuit. Et certe molestius susciperet ista civitas, si aliquis privatus attentaret punire unum criminosum, & erigeret furcam in platea, & ibi eum suspenderet, quam si unus homo interficeret unum hominem in rixa, vel per insidias. Et alios textus beati Ambrosii & Hieronymi eidem concordes etiam allegarunt.

Dixerunt quod nemo dubitat quod lex Dei sancte & debite posita est: & in ea legitur simpliciter: *Non furtum facies.* Et tamen mandato Dei Israel asportarunt bona Ægyptiorum, quæ receperant commodata. Item in eadem lege scribitur simpliciter: *Non occides.* Ex quo beatus Augustinus libro 1. de civitate Dei probat quod nemini licet occidere seipsum. Et cum facit instantiam de Samsone, respondet, & dicit hæc verba: Cum autem Deus jubet, seseque jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet, quis obsequium pietatis accuset? (Deut. 5)

Hic in proposito verba sancti Augustini habeatis pro responso. Sed videat quisque si Deus jubet, & se jubere sine ambagibus intimat, & probet spiritus si ex Deo sint. Sed de talibus non est lex danda, nec est multum agitandum. Nam per hoc facile insurget occasio faciendi seditiones, & inferioribus insurgendi contra superiores. Et quando aliquis furatus esset vel interfecisset, & diceret quod spiritu Dei motus est, certe nisi de hoc bene constaret, puniretur.

Dixerunt denuo, quod aliqui sunt casus, in quibus laici habent potestatem in clericos.

Fuit responsum, quod certi sunt casus in jure, in quibus laici habent potestatem super clericos, & etiam aliquando super cardinales. Nam si mortuo papa cardinales non vellent intrare conclave ad electionem papæ faciendam, rex, princeps, vel alius dominus, seu potestas sæcularis, potest eos compellere. Sed in illis casibus jam ille non est privata persona, sed auctoritate juris utitur jurisdictione. Similiter est intelligendum de aliis casibus in jure expressis.

Dixerunt ulterius, quod nullum jus fori habet justitiam, nisi jus poli illud approbaverit.

Fuit responsum, quod nullum jus fori habet justitiam, si sit contra legem Dei, quia lex Dei est regula omnium legum: sed exigitur magna peritia in applicando regulam ad regulatum. Nam interdum alicui videtur quod sit tortuositas in regulato, & non est,

ANNO CHRISTI 1431.

est, sed est defectus in applicando, quia non applicatur debito modo regula ad regulatum.

De prædicatione verbi.

Circa articulum de prædicatione verbi Dei fuit motum, quod interdum aliquis prælatus ex sua invidia vel malitia, sine causa rationabili, bonum & idoneum prædicatorem, bene & catholice prædicantem inhibet prædicare.

Fuit responsum, quod satis intellexerunt, quod abusio prælatorum inordinate agentium magnam occasionem præstitit hiatorbationibus, & quod in eorum partibus nunquam audiverunt tales querelas. Sed prælati favent bonis prædicatoribus, & eos ad prædicandum excitant precibus, favoribus, & honoribus. In talibus autem casibus jam sunt a jure prædicta remedia. Quando aliquis prohibetur uti jure suo, habet remedium appellandi: & si bene confidit quod sit appellatio justa, utatur jure suo, omni violentia brachii utriusque, spiritualis videlicet & sæcularis, semota. Nam exitus causæ declarabit, si ipse habebat justam causam appellandi. Tunc declarabitur superiorem male prohibuisse, & appellantem juste fecisse. Et superior injuste prohibens debet corripi. Si autem juste fuerit prohibitus, & ipse sua temeritate superioris justum mandatum sprevit, dignum est quod ipse digna animadversione puniatur.

De dominio sæculari apud clericos.

Circa quartum articulum fuit motum, an liceat prælatis ecclesiasticis actus sæcularis dominii in propria persona exercere.

Fuit responsum, quod si, per verbum, Actus sæcularis dominii, intelligantur actus quos unus sæcularis dominus posset agere seu exercere, tunc dicendū quod aliquotales actus potest licite prælatus in propria persona exercere: sicut sunt vendere, impignorare, infeudare, modis & formis jure ordinatis. Aliqui sunt quos non licet in propria persona exercere, sed debent habere œconomum, vicedominum, vel procuratorem, qui hæc exerceat, de quibus actibus jure cavetur, in rubrica, Ne clerici vel monachi sæcularibus negotiis se immisceant, & aliis in rebus.

Fuit motum, an illa potestas coactiva, quæ debet exerceri per œconomum, *&c.* sit apud prælatum ecclesiæ.

Dictus Ioannes Polemair respondit, quod hæc quæstio præsupponit aliam; de qua sunt diversæ opiniones inter doctores, apud quem sit dominium ecclesiæ. Et ulterius, an actiones sint in persona tutoris vel procuratoris, vel licet non sint in eadem persona, tamen per constitutionem actoria vel procuratoris, cujus exercitium ipsarum demandant ipsi actori vel procuratori, & alias intricationes, de quibus non est opus ad præsens agere. Sed cum multum instaretur dicere opinionem suam, dixit: Quod si etiam otium haberent, & liberet solatiari in disputando, daret opinionem arguenti. Sed magis esset opinio sua, quod dominium rerum ecclesiæ est apud Christum, & prælati & alii ecclesiastici sunt canonici administratores adinstar tutorum: sed ampliorem habeant potestatem seu administrationem quam tutores. Et constituendo œconomum seu vicedominum, *&c.* eorum constitutione debita facta, œconomus, seu vicedominus, habet illam potestatem coactivam, seu exercitium jurisdictionis.

Item circa quartum articulum, pro declaratione primæ conclusionis, est concordatum, quod verba, Iuste acquisita, in ipsa posita, omnia in eadem contenta determinant.

Item circa secundam conclusionem, cum sacri canones & doctores sancti sic loquantur: Bona ecclesiæ, res ecclesiæ, facultates ecclesiæ; & inter doctores variæ sint opiniones, apud quem sit ipsarum rerum dominium, prout notat glossa in cap. Expedit. 12. quæst. 1. ad nullam illarum opinionum intendunt aliquem coarctare, nec aliquam illarum opinionum excludere, sed sit unicuique facultas illam quæ sibi melior videbitur probabiliter sustinere. Dixerunt præterea dicti Bohemi, quod ipsi tenent, quod clerici aut viri ecclesiastici rerum temporalium ecclesiæ sunt administratores, & non domini, ad modum loquendi scripturę, doctorum sanctorum, & canonum.

Item Bohemi dicunt, quod in omnibus emergentiis stare volunt dictamini judicii ex unanimi consensu in Egra compactati. Hunc in modum nostri Bohemis responderunt.

Tandem post multos tractatus ultro citroque habitos, inita est concordia, & manuum stipulatione firmata: promiseruntque se Bohemi declarationem trium articulorum, ac pacem & ecclesiasticam unitatem accipere. Factum est id anno millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, circa festum Martini. Conventum est postea, cum a legatis sacri concilii, tum ab oratoribus Bohemorum, ut quæ reliqua erant componerentur: primum Ratisponæ, deinde apud Brunnam diœcesis Olmutzensis, item apud Albam regalem in Hungaria, coram Sigismundo Cæsare. Verum nullibi res tota confici potuit: nunc enim erat consulenda synodus, nunc alia sunt exorta impedimenta. Postremo apud Iglaviam oppidum Moraviæ, concordia instrumentis ac sigillis roborata est, Compactata vocant, 5. die mensis Iulii, Cæsare præsente.

ANNO CHRISTI 1438.

PETITIONES BOHEMORVM POSTREMO PROPOSITÆ IN BASILEENSI synodo, anno 1438. mense Novembri.

Reverendissimi in Christo patribus & dominis nobis gratiosis.

Nos oratores regni Bohemiæ humiliter & quanta possumus affectione supplicamus, quatenus propter pacis & concordiæ initæ perpetuam conservationem, & omnium quæ in compactatis sunt, felicem ac firmam conservationem dignemini nobis dare, concedere, & de vestra clementia elargiri, cum effectuali executione, omnes & singulas postulationes infrascriptas.

Primo & ante omnia petimus & supplicamus, quatenus pro tollendis universis litibus, jurgiis & dissensionibus in populo nostro ex diversitate communionis indubitanter & infallibiliter sequentibus: & infinitis malis, quæ nec dicere sufficimus, sicut ea concepimus, prorsus auferendis & abolendis, dignemini clementer pro vestra bonitate & liberalitate regno nostro Bohemiæ, & marchionatui Moraviæ, dare, concedere, & demandare uniformem & unanimem omnibus & singulis sub utraque specie sacræ eucharistiæ communionem, videlicet archiepiscopo Pragensi, nec non episcopis Lithomislensi, Olmutzensi, & aliis prælatis singulis regni & marchionatus curam animarum habentibus, & eorum vicariis, nec non & plebibus eorum singulis & subjectis: & hoc secundum ea quæ in mandato bullæ legatorum & in compactatis nomine sacri concilii sunt inserta in cap. Pro firmitate; ubi sic dicitur: Et omnia alia fient, quæ pro observatione dictæ pacis & unitatis necessaria fuerint & opportuna. Nam hoc facto ex vestro beneficio regnum totum, supra quam dici potest, consolabitor, & in dilectione fraterna firmabitur, ex quibus uni-

formis subjectio & obedientia sacrosanctæ ecclesiæ perpetuo tribuetur.

Item supplicamus ut supra, quatenus pro amputanda falsa suspicione & vacillatione multorum, putantium quod sacrum concilium præfatam communionem sub utraque specie nobis concessam ad tempus dumtaxat concederat, non utilem & salutarem, sed ut libellum repudii, dignemini juxta illud capitulum in compactatis positum, Primo dixerunt, quod non est intentionis sacri concilii, *&c.* nobis & vestræ concessioni salubriter & mature providere, & illud capitulum, una cum aliis ipsum munus legatorum vestrorum consequentibus, bullis literarum vestrarum firmare & perpetuare.

Item supplicamus ut supra, quatenus pro consolatione obedientiæ, & totius ordinis ecclesiasticæ disciplinæ, & pro finali compactatorum defensione & observatione, & bono & optimo in spiritualibus regimine, dignemini nobis providere cum effectu de bono & legitimo pastore, archiepiscopis, & aliis episcopis, qui nobis pro regno magis idonei & magis grati & accepti viderentur ad illa officia salubriter exequenda.

Item supplicamus ut supra, quatenus vestræ paternitates pro tuenda in posterum inclyta fama regni & marchionatus, pro ostendenda & manifestanda nostra innocentia, pro eo quod communicaverunt, & communicant, & communicabunt sub utraque specie, dignentur dare, & ordinare, & destinare literas sacri concilii in modo & forma magis ostensioni accommoda & congrua, ad omnes principes tam sæculares quam spirituales, civitates & communitates juxta compactata. Et hoc iidem domini legati nobis facere obligantur.

Item supplicamus, ut in discussione in materia communionis eucharistiæ sub utraque specie, de ejus præcepto a domino ad omnes fideles, non procedatur aliter nisi secundum judicem in Egra compactatum, hoc est secundum legem divinam, praxim Christi & apostolorum ejus, concilia generalia, & secundum sententias sanctorum doctorum veraciter se in lege Dei fundantium.

Item supplicamus, quatenus paternitates vestræ, considerata magna affectione populi nostri, velint dare nobis desideratam libertatem communicandi parvulos sacra eucharistia. Nam si iste usus communicandi, quem regnum nostrum, pie motum, magnorum sanctorum doctorum scripturis & exemplis inductum, ut catholicum suscepit, & a multis annis effectualiter exercuit, aboletur, certe magnum & intolerabile scandalum in populo orietur, imo animus eorum plurimum ex hoc implacabiliter perturbaretur.

Item supplicamus ut supra, quatenus ex eisdem causis, vestræ paternitates dignentur permittere ad minus euangelia, epistolas, & symbolum in vulgari in missis & ecclesiis coram populo ad excitandam devotionem libertari, legi, & decantari. Nam in nostro linguagio Slavico ex indulto ecclesiæ olim ab antiquo in vulgari suo exercetur, etiam in nostro regno.

Item supplicamus nomine ejusdem regni, & almæ universitatis Pragensis, quatenus erga ipsius universitatis desideratam reformationem, vestræ paternitates dignentur curam adhibere, & operam dare solicitam, ut juxta modum & formam aliarum universitatum, taliter per ecclesiam reformatarum, præbendæ, & collationes beneficiorum aliquorum ecclesiarum cathedralium & parochialium, eidem universitati annectantur, conferantur & incorporentur, ut per hoc universitas augeatur & promoveatur.

Item supplicamus, ut supra, quantum sufficimus, salva semper paterna reverentia, ex compactatis vestras paternitates requirimus, & instanter monemus, quatenus ad illam cunctis piis mentibus desideratam, & Christianæ religioni summe necessariam, & opportunam totius ecclesiæ reformationem, dignetur vestra paternitas toto studio invigilare, & effectualiter insudare pro extirpatione omnium malorum publicorum, in capite & in membris, prout regno nostro frequenter promittitis in compactatis, & prout articulus noster quartus, de eliminatione omnium peccatorum publicorum, hoc manifeste exigit & requirit.

Responsiones sequentes ordinata fuerunt, sed non data.

Prima petitio videtur inniti obligationi, tamquam ex compactatis sacrum concilium hoc facere teneatur, ex illo capitulo quod incipit: Pro firmitate & observantia pacis, & sequitur: Per dictos legatos sacri concilii dabitur omnis firma, & procurabitur bulla concilii, & mandata ipsius sacri concilii ad omnes principes & communitates circumstantes, & alia quæ necessaria fuerint & opportuna. Pro parte vero dictorum regni & marchionatus, dabuntur literæ cum sigillis firmis, ac munimentis opportunis: proclamabitur pax, & servari mandabitur: & omnia alia fient quæ pro observatione dictæ pacis & unitatis necessaria fuerint & opportuna. Sed certe ex illo capitulo, neque competit jus facto concilio faciendi Bohemis, quod pro bono pacis & unitatis teneantur dimittere usum communionis sub duplici specie: cum promiserint omnia facere, quæ pro observatione pacis & unitatis fuerint opportuna. Hoc esset valde opportunum observationi pacis, ut ipsi in hoc, sicut & in ceteris, se conformarent usui omnium aliorum vicinorum, & totius ecclesiæ Latinæ. Neque contra ipsis Bohemis competit jus ad petendum, quod sacrum concilium compellat omnes de regno ad communicandum sub utraque specie, tamquam hoc esset opportunum obseruantiæ pacis. Quia cum super hac materia jam sit in dictis compactatis specialis & certa dispositio, generalis, clara quæ subsequitur, non se refert ad illa; maxime quia hoc contrariatur ei de quo in ipsis compactatis specialiter agitur, scilicet de libertatione, cui contrariatur coactio. Nam & in libertatione concedenda, dicitur de illis personis quæ in annis discretionis constitutæ reverenter & devote postulaverint. Et si devotioni & postulationi cujuslibet est relinquendum, non est ad hoc aliquis compellendus, secundum ipsorum compactatorum seriem & tenorem. Et alias hoc de se manifestum est, quod illa verba non dant jus talia postulandi: quo vero ad libertationem concedendam, de qua continetur in compactatis, sacrum concilium intendit omnino servare ipsa compactata, & ab ipsis in nullo deficere. Ex quorum tenore manifeste apparet, quod declaratio istius articuli, an sit de præcepto, præcedere debet ipsam libertationem. Sicut ergo sacrum concilium in omnibus se offert compactata adimplere, ita & ipsi domini Bohemi facere tenentur.

Ad secundam petitionem respondatur, quod omnia, quæ sacrum concilium tenebatur ratificare, jam ratificavit, & super hoc literas suas dedit. Illa non tenetur ratificare: quoniam pacta & conventiones a legatis sacri concilii nomine ipsius facta habent ratificationis causam: non autem responsa; quorum aliqua per omnes, aliqua per unum tantum ex ipsis facta fuerunt ad interrogationes quorumdam magi-

ANNO CHRISTI 1418

magistrorum. Unde tam res ipsa, quam modus agendi, manifeste ostendunt, quod ad ratificandum sacrum concilium non tenetur. Verum, quantum ad illum punctum, qui in illa petitione specialiter exprimitur, non quia tenetur ratificare, sed pro consolatione populi Bohemici, & tollenda occasione aliis detrahendi, dicit sacrum concilium: Quod licet consuetudinem laudabilem ab ecclesia universaliter observatam, de communicando populum sub specie panis, absque auctoritate ecclesiæ nemo debet immutare, ita postquam ab ecclesia usus communionis sub utraque specie aliquibus [illegible]mittitur, talis permissio non est sicut de libello repudii, vel quæ peccatum non excludat, cum tales qui ex licentia & auctoritate ecclesiæ sic communicant, transgressores ecclesiasticæ institutionis vel consuetudinis dici non possint; dum tamen concessionis terminos non excedant. Erit igitur talis communio auctoritate ecclesiæ concessa illis quibus concessa fuerit licita, & digne sumentibus utilis & salutaris.

Ad tertiam petitionem respondetur, quod justum & rationabile est, ut ecclesiæ Pragensi de legitimo, idoneo & utili provideatur pastore. Sed quoniam verba expresserunt magistrum Ioannem de Roccozana, de quo non est rationabile ut ad illam dignitatem promoveatur, cum ad impediendum, perturbandum, & disrumpendum pacem & unitatem, post firmata compactata, fuerit multipliciter machinatus. Et non diu est quod a civitate Pragensi serenissimo domino imperatore insalutato clam & furtive recessit: & jam prodire & apparere incipiant; quæ post talem recessum & ante in perturbationem pacis fuerit machinatus; cum ad pontificem maxime pertineat unitatem & pacem amare, & ad eas alios provocare verbo pariter & exemplo. Ideo melius videtur hoc pro præsenti suspendere, ut habita meliori deliberatione & diligentia, cum serenissimo domino imperatore, possit eidem ecclesiæ utiliter provideri.

Ad quartam petitionem respondetur, quod ex tota serie compactatorum, sacrum concilium non tenetur aliquas literas ad principes & communitates circumstantes dirigere; nisi juxta præinsertum capitulum, quod incipit, In firmitate. Illas promptum est facere & dirigere, juxta seriem ipsius in forma rationabili & honesta.

Ad quintam petitionem respondetur, quod illa est intentio & voluntas sacri concilii, quod in discussione & decisione Spiritu sancto auctore facienda in materia communionis eucharistiæ sub utraque specie, & de ejus præcepto a domino ad omnes fideles, ut verbis eisdem utamur quæ in ipsa petitione continentur, non procedetur aliter, nisi secundum legem divinam, praxim Christi, & apostolorum ejus, concilia generalia, & secundum sententias sanctorum doctorum veraciter se in lege Dei fundantium. Et ita debent sperare & credere omnes fideles, quod ille qui ecclesiæ suæ promisit sui assistentiam infallibilem, & Spiritum sanctum cum ecclesia in æternum mansurum, salvator noster Iesus Christus, nullo modo permittit quod ab ipsa ecclesia aliqua decisio fiat circa materiam talem, quæ esset contraria superius memoratis. Sed debent firmiter credere omnes Christicolæ, quod Spiritus sanctus per eos ecclesiæ docet fideles omnem veritatem necessariam ad salutem, & ita debent firmiter credere, & nullatenus dubitare.

Ad sextam petitionem de communione parvulorum, respondetur, quod communio parvulorum per compactata expresse excluditur: cum solum ibi de illis loquuntur, prout extunc qui talem usum hactenus habuerunt, & ad ultimum de illis qui in annis discretionis constituti hoc reverenter postulaverint & devote.

Ad septimam petitionem, quod illa est de directo contra compactata, & ipsorum Bohemorum promissionem, per quam tenentur se conformare ritibus ecclesiæ. Certum autem est, quod ritus ecclesiæ hoc non habet, neque in ipsa Pragensi ecclesia ante ista disturbia hoc habebat. Unde justum & rationabile foret, quod confirmarent se ritibus ecclesiæ, & in hoc & in omnibus aliis compactata efficaciter adimplerent, & tunc possent honestius a sacro concilio petere, & rationabilius sperare.

Ad octavam, gratissimum est sacro concilio, quod universitas studii Pragensis reformetur & reparetur: & ideo super hoc faciet commissionem legato suo, ut circa reformationem & reparationem universitatis operam & studium præbeat: ordinando de aliquo certo numero præbendarum in aliquibus ecclesiis civitatis Pragensis, quod ad eas assumi babeant dictæ universitatis doctores & magistri, secundum ordinationem rationabiliter faciendam.

Ad nonam & ultimam petitionem respondetur, quod hoc sacrum concilium a suo exordio studium & operam circa desideratam reformationem ecclesiæ præbuit, & præbere, Deo auctore, intendit, multaque super hoc decreta edidit. Sed inimico humani generis procurante multa impedimenta circa hoc habuit: nihilominus in spe non deficit, nec per Dei gratiam in studio deficiet & labore. Multa siquidem super hoc avisata sunt & concepta, quæ ubi, Deo largiente, opportunitas fiet, ad executionem ponenda erunt ad Dei gloriam & ecclesiæ reformationem, honestatem & decorem accommoda. Sed quoniam (ut sapiens ait) *omni negotio tempus & opportunitas est*, omnia sunt cum sapientia suaviter & opportune disponenda; ne ea, quæ, si opportune fierent, possent esse multum accommoda, importunitas minus utilia reddat. Ecclef. 8.





Anno Christi 1431.

[a] CONCILIVM [b] BASILEENSE [c] OECVMENICVM SVB EVGENIO IV. CELEBRATVM, [d] EX PARTE REPROBATVM.

Quoad ea nimirum quæ ibidem de [e] auctoritate concilii & depositione Eugenii papæ sanc ta fuerunt, [f] inchoatum anno domini MCCCCXXXI. *& absolutum anno* MCCCCXLII.

INCHOATIO CONCILII BASILEENSIS.



DIE Iovis decimanona Iulii, de anno domini MCCCCXXXI. applicuerunt Basileæ domini, scilicet, Ioannes Polmar capellanus summi pontificis & auditor sacri palatii, & magister Ioannes de Ragusio doctor in theologia Parisiensis, procurator generalis ordinis prædicatorum, delegati ad præsidendum concilio a domino Iuliano cardinali sancti Angeli legato apostolico, literas salvorum conductuum domini imperatoris descriptas habentes. Remanserunt dominus Dionysius expectans ambasiatam præfati domini imperatoris. Qui quidem præsidentes, vigesimatertia Iulii, convocatis omnibus ecclesiasticis personis tam extraneis quam intraneis, in capitulo majoris ecclesię Basileensis inchoaverunt concilium, legitima potestate eidem cardinali a felicis recordationis domino Martino, & domino Eugenio præsenti, & deinde eorum subscriptione facta a prædicto legato, quorum prædictus ..... fecit collationem solennem super themate: *Venit angelus testamenti quem vos vultis*: Malachiæ tertio. In quo ostendit potestatem domini legati, & eorum legationem, & omnimodam voluntatem, ad concilium quod tunc inchoaverunt & stabilierunt, prout etiam rescripserunt ambasiatores universitatis Parisiensis; & decreverunt missam solennem sextis feriis post petitionem celebrari.

A DECRETA ET ACTA CONCILII BASILEENSIS,

desumpta ex authenticis exemplaribus plumbo ejusdem sacrosancti concilii firmatis.

SESSIO PRIMA.

Sessio I.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter. Amen.

I.

B CENSETUR utique dignum & congruum, pro ut id singulariter exposcit nimium labilis hominum memoria, ut ea quæ per sacrorum generalium conciliorum sanctiones ad Dei laudem & communem reipublicæ utilitatem fore noscuntur instituta, illa debite scripturæ commendentur, ut per hanc jugis eorum etiam ad posteros transeat recordatio. Hinc est igitur, quod in subscriptis continentur, & sunt de verbo ad verbum inserta decreta, constitutiones, acta, & ordinationes, ceteraque gesta in hoc sacro generali Basileensi concilio, præsidente in eodem auctoritate apostolica reverendissimo in Christo patre domino Iuliano, miseratione C divina sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ sancti angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, collecta, visa, ordinata per nos protonotarios, notarios, & scribas infrascriptos, ad id per dictum dominum præsidentem, sacro eodem approbante concilio, deputatos, sub annis, indictionibus, diebus, horis, mensibus & pontificatu inferius annotatis pariter & descriptis.

Anno siquidem a nativitate domini millesimo

ANNO CHRISTI 1431.

quadringentesimo trigesimoprimo, indictione nona, die autem Veneris septima mensis Decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Eugenii divina providentia papæ quarti anno primo, præfato reverendissimo patre domino cardinali presidente & legato jam per menses aliquot in civitate Basileensi nationis Germanicæ, provinciæ Bisuntinæ,* prædicti generalis concilii adjuvante domino congregatione & celebratione inibi juxta mandatum apostolicum alias sibi super hoc directum, & infra plenius definitum, legitime * faciendum, personaliter existente. Convocatis itaque jam per eum dicta auctoritate hujus rei causa ad dictam civitatem Basileensem de diversis mundi partibus pluribus dominis, prælatis, nec non personis aliis, & viris ecclesiasticis, quæ de jure vel consuetudine ad concilium generale venire tenentur, ac etiam quampluribus aliis ad dictum concilium convocatis, eisque una cum dicto domino presidente legato in certa aula domus ecclesiæ S. Leonardi Basileensis, in qua soliti sunt pro conciliis tenendis in unum convenire, ad hæc specialiter congregatis, unanimi inter eos inito consensu, extitit ordinatum & decretum, primam dicti generalis concilii Basileensis sessionem tenendam fore auctore domino, atque celebrandam die Veneris extunc proxime secutura, quartadecima dicti mensis Decembris in ecclesia cathedrali Basileensi, prout in schedula, cujus tenor inferius primo loco describitur, plenius continetur: quam schedulam in multis duplicatam & transumptam jussit idem dominus præsidens, ob dictæ primæ sessionis publicationem faciendam, in pluribus dictæ civitatis ecclesiarum valvis affigi pariter & apponi, cujus tenor sequitur, & est talis:

* forte pro dicti

* forte facienda,

Ad laudem omnipotentis Dei, exaltationemque fidei catholicæ, nec non tranquillitatem & pacem totius Christianitatis, reformationem quoque universalis ecclesiæ & populi Christiani, ex parte reverendissimi in Christo patris & domini domini Iuliani miseratione divina sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ S. Angeli diaconi cardinalis, in præsenti sacro generali concilio Basileensi auctoritate apostolica presidentis specialiter deputati, approbatione dicti sacri generalis concilii intimatur per præsentes omnibus & singulis in hoc ipso generali concilio Basileensi interessentibus, & interesse debentibus, quod auctore Deo die Veneris proxima post instans festum S. Luciæ, quæ erit quartadecima mensis hujus Decembris, prima ejusdem sacri generalis concilii sessio celebrabitur in ecclesia cathedrali civitatis hujus Basileensis, hora nona ejusdem diei a media nocte inantea computanda. Ideoque precipitur & mandatur omnibus & singulis in predicta civitate Basileensi ad causam dicti sacri concilii jam existentibus, ceterisque ad quorum notitiam presentes devenerint, in dicto concilio interesse debentibus, qui tunc commode personaliter interesse poterunt in eodem, quatenus dictis die & hora in ecclesia predicta personaliter & debite compareant sub pœnis juris, nisi legitimo prepediti fuerint impedimento. Datum Basileæ die septimo dicti mensis Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringesimo trigesimoprimo, pontificatus sanctissimi domini nostri papæ Eugenii quarti anno primo, sub sigillo consueto dicti domini præsidentis in testimonium præmissorum.

Dicta die Veneris quartadecima prædicti mensis Decembris, anno, indictione, hora, & pontificatu, quibus proxime supra, sacrosancta generali synodo Basileensi predicta, dicto domino cardinali legato auctoritate qua supra præsidente, legitime ubi supra congregata, celebrataque ibidem solenni missa de Spiritu sancto per reverendum in Christo patrem dominum Philibertum Dei & apostolicæ sedis gratia episcopum Constantiensem provinciæ Rothomagensis, insuper cantatis & perfectis litaniis, antiphonis, aliisque devotis orationibus in talibus ordinatis, Deoque suppliciter & devote exhibitis, idem dominus cardinalis præsidens in pontificalibus, sedens super cathedram ad hoc sibi præparatam, aliisque singulis prælatis tunc ad præmissa adstantibus in pontificali habitu, simul cum mitris planis capitibus eorum impositis existentibus, gratum sermonem ad synodum prædictam sacrosanctam habuit, sumens pro themate suo: *Mundamini qui fertis vasa domini:* Isaiæ 52. in quo plerumque salubri exhortatione, secundum quod tali conveniebat eximiæ congregationi, & in primordio talis actus decuit, omnes de puritate, munditia, & vitæ integritate solerter in caritate non ficta admonuit, præcipueque exhortatus est, ut in celebratione Deo grata præsentis sacri concilii, ecclesiæ universali tam necessario & utili, ut vere decet viros ecclesiasticos, constanti & bono animo jugiter adessent, vigilarentque, ac diligentius intenderent ad profectum & utilitatem reipublicæ & Christianæ religionis feliciter peragendum. Quo quidem sermone per eum finito, tandem memoratus dominus Philibertus episcopus Constantiensis eminentem thalamum ascendit, ibique de mandato dictæ sacræ synodi perlegit alta & intelligibili voce, ut ab omnibus adstantibus audiretur, hæc quæ infra de verbo ad verbum inseruntur, adstantibus ibidem nonnullis venerabilibus & egregiis viris dominis ambasiatoribus serenissimorum & illustrissimorum principum dominorum regis Romanorum semper Augusti & Amedei ducis Sabaudiæ, nec non viris illustribus dominis aliis quampluribus.

SESSIO I.

* *Sessiones in articulos sectionesve ac numeros distinximus, ut commodius in posterum citari queant.*

II.

Decreta & cetera lecta in prima sessione sacri generalis concilii Basileensis.

Ad omnipotentis Dei gloriam, fidei catholicæ exaltationem, Christianæque religionis profectum, jaciens fundamentum in summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, sacrosancta synodus Basileensis universalem ecclesiam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidente reverendissimo in Christo patre domino Iuliano, sanctæ Romanæ ecclesiæ sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, attendens quod sacra generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto celebrata, salubre existimans & multimode fructuosum in sancta Dei ecclesia generalia concilia frequentari, hoc suo decreto constituit hujusmodi sub tenore.

III.

Decretum Constantiense de celebratione conciliorum.

Frequens generalium conciliorum celebratio agri dominici præcipua cultura est, quæ vepres, spinas & tribulos hæresum, errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit: illorum vero neglectus, præmissa disseminat atque fovet. Hæc præteritorum temporum recordatio, & præ-

In Constantiensi concilio sessione 39.

SESSIO I.

& præsentium consideratio, ante oculos nostros ponunt. Quapropter hoc edicto perpetuo sancimus, decernimus, atque ordinamus, ut amodo concilia generalia celebrentur, ita quod primum a fine hujus concilii in quinquennium immediate sequens, secundum vero a fine illius immediate sequentis concilii in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur, in locis quæ summus pontifex per mensem ante finem cujuslibet concilii, approbante vel consentiente concilio, vel in ejus defectum ipsum concilium deputare & assignare teneatur, ut sic per quamdam continuationem semper aut concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur, quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio, ob emergentes forte casus, abbreviare, sed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro concilio celebrando deputatum, absque evidenti necessitate, non mutet. Sed si forte casus * aliquis occurrerit, quo necessarium videretur ipsum locum mutari, puta obsidionis, guerrarum, pestis, aut similis, tunc liceat summo pontifici de prædictorum fratrum suorum, aut duarum partium ipsorum consensu atque subscriptione, alium locum prius deputato loco viciniorem & aptum, sub eadem tamen natione subrogare, nisi idem vel simile impedimentum per totam illam nationem vigeret: tunc ad aliquem alium viciniorem alterius nationis locum aptum hujusmodi concilium poterit convocari, ad quem prælati, & alii qui ad concilium solent convocari, accedere teneantur, acsi a principio locus ille fuisset electus & deputatus. Quam tamen loci mutationem, vel termini abbreviationem, per annum ante præfixum terminum teneatur summus pontifex legitime & solenniter publicare & intimare, ut ad ipsum concilium celebrandum prædicti possint statuto termino convenire.

* alius

Atque pro ipsius executione decreti civitas Papiæ apud Italiam fuit electa, pro generali concilio in fine tunc proxime sequentis quinquennii celebrando. Quod quidem concilium suo decreto tempore in dicta civitate Papiensi celebrari extitit inchoatum, & inde certis ex causis ad civitatem Senensem translatum. In quo quidem generali concilio Papiæ inchoato, & in Senensi civitate celebrato, hæc Basileensis civitas pro celebratione tunc futuri generalis concilii post septennium a fine ipsius Senensis concilii celebrandi fuit electa & debite assignata, ut constat in instrumento publico inde confecto hujusmodi seriei.

IV.

Instrumentum electionis civitatis Basileensis pro generali concilio celebrando.

* Vide supra pag. 376. & 378.

In nomine domini. Amen.* Tenore præsentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter, & sit notum, quod anno a nativitate ejusdem domini millesimo quadringentesimo vigesimoquarto, indictione secunda, die vero sabbati 19 mensis Februarii, hora tertiarum, vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Martini divina providentia papæ quinti anno septimo, vigente & durante sacrosancto generali concilio Senensi in civitate Senarum, ac præsidentibus eidem concilio vice & nomine præfati domini nostri papæ & pro eo reverendissimis in Christo patribus & dominis domnis Dei & apostolicæ sedis gratia Petro archiepiscopo Cretensi, Iacobo episcopo Spoletano, Petro abbate de Rosatio Aquileiensis diœcesis, ac

A Leonardo de Florentia magistro & generali ordinis prædicatorum, per eumdem dominum nostrum papam ad infra scripta specialiter deputatis & ordinatis, iidem domini præsidentes quamdam convocationem deputatorum omnium inclytarum nationum præsentis concilii Senensis, super electione loci futuri concilii fecerunt. In qua adfuerunt prædicti domini præsidentes concilii una cum reverendis patribus ac venerabilibus & circumspectis viris omnium quinque nationum, videlicet pro Italica pro parte prælatorum & aliorum de extra territorium Senensis domini Petrus † sanctus episcopus Castrensis, & dominicus de sancto Geminiano decretorum doctor, cameræ apostolicæ auditor. Pro parte

B prælatorum & aliorum habentium titulos in territorio Senensi, dominus Nicolaus abbas sancti Donati, ordinis vallis Umbrosæ, se non habere mandatum ad actum infra scriptum faciendum dicens, sed ad audiendum & referendum, quorum quilibet se dictam Italicam nationem repræsentare asserebat. Pro natione Gallicana reverendi patres & domini domini Guilielmus episcopus Cavallicensis, Ludovicus de Palude regalis Trenorchiensis, ordinis sancti Benedicti, Cabilonensis diœcesis, & Ioannes Vrsicampi ordinis Cisterciensis, Noviomensis diœcesis, abbates. Pro natione Germanica reverendus pater dominus Hartungus de Cappel decretorum doctor, sacri palatii apostolici causarum auditor, ac

C venerabilis & religiosus vir frater Theodoricus de Andel, monachus ordinis Præmonstratensis, in decretis licentiatus, ac ejusdem ordinis procurator. Pro natione Hispanica Petrus Alfonsi abbas sancti Vincentii, & canonicus ecclesiæ Toletanæ, qui tamen dixit se non habere * aliquod mandatum a natione sua ad hunc actum faciendum, nisi solum ad audiendum & referendum: de quo etiam solenniter fuit protestatus. Pro natione Angliæ reverendus pater & dominus dominus Franciscus episcopus Aquensis, & venerabilis vir magister Thomas de Merdona canonicus * Ascolanensis, in sacra pagina baccalaureus. Qui deputati supradicti, singulariter singuli, infra scripta mandata sua in publicam formam, illis de territorio Senensi & natione Hispa-

* aliud

* Astolensis,

D niæ exceptis, Senis in capella domus operarii majoris ecclesiæ Senensis prope eamdem ecclesiam sita produxerunt, & quilibet eorum produxit. Quibus sic congregatis, ac missarum solennius aliisque ceremoniis debitis & consuetis ibidem completis, supra dicti domini deputati singularum nationum, ad infra scripta singularia mandata, de quibus per instrumenta publica signis & subscriptionibus notariorum publicorum tunc ibidem præsentium signata & subscripta, legitimam fecerunt fidem, & ad hujusmodi electionem loci per ordinem processerunt. Et inter cetera quamplurimis allegationibus, propositionibus, altercationibus & dissensionibus diversorum locorum & provinciarum hincinde in-

E ter ipsos deputatos habitis atque factis, demum pro loco futuri & tunc celebrandi concilii proxime secuturi, juxta formam & tenorem decreti sive constitutionis Constantiensis desuper facti, civitatem Basileensem in natione Germanica consistentem, & in provincia Bisuntina, tamquam habilem, sufficientem, & idoneam, ex ipsorum certa scientia unanimiter & concorditer nominaverunt & elegerunt, dictis tamen Nicolao sancti Donati, & Petro Alfonsi abbatibus, pro tunc expresse consentientibus. Quo loco sic per ipsos dominos deputatos electo, supra dicti domini quatuor præsidentes concilii ex parte domini nostri papæ dictum decretum sive constitutionem concilii Constantiensis, in quo continetur

ANNO CHRISTI 1431.

ANNO CHRISTI 1431.

SESSIO I.

cut de modo eligendi loca conciliorum, nec non literas apostolicas domini nostri papæ prædicti ejus vera bulla plumbea (ut prima facie apparebat) more Romanæ curiæ munitas, super potestate dictis dominis præsidentibus ad præsentem actum a domino nostro papa prædicto concessa, per venerabilem virum dominum Michaelem de Pisis decretorum doctorem, & præfati domini nostri papæ secretarium ibidem præsentem, publice alta & intelligibili voce coram dominis præsidentibus ac deputatis nationum, aliisque supradictis, infra scriptorum tenorum legi & publicari fecerunt. Tenor vero decreti sequitur, & est talis:

Frequens generalium conciliorum celebratio, agri dominici, *&c.* sicut supra in hac eadem sessione habetur, & alias integrius in concilii Constantiensis sessione 39.

Tenor bullæ talis est.

V.

Martinus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Petro archiepiscopo Cretensi, & Iacobo episcopo Spoletano, ac dilectis filiis Petro abbati de Rosatio sancti Petri Aquilejensis diœcesis, nec non Leonardo de Florentia, ordinis fratrum prædicatorum, & sacræ paginæ professori, ac ejusdem ordinis generali magistro, nostris & apostolicæ sedis nuntiis, salutem & apostolicam benedictionem.

Nuper siquidem cupientes generale concilium juxta deliberationem & ordinationem sanctæ synodi Constantiensis, ad deputationem loci olim eadem approbante synodo per nos factam, in civitate Papiensi auctore domino celebrari, ut illa in eo statuerentur & fierent quæ cederent ad laudem Dei & bonum publicum ecclesiæ suæ sanctę: vos ad civitatem prędictam, pro futuro ibidem tenendo & celebrando concilio generali, nostros & apostolicæ sedis nuntios, de fratrum nostrorum consilio, providimus destinandos; vobis inter cetera nomine & auctoritate nostris ipsi concilio pręsidendi, & inibi pro vestra sapientia illa providendi, deliberandi, statuendi, decernendi & concludendi, quæ ad conservationem & augmentum religionis & fidei Christianæ, & reformationem cleri & status ecclesiastici pertinent, potestatem plenariam concedentes, prout in aliis nostris literis plenius continetur. Nos igitur attendentes, ut in bene gerendis rebus dicti concilii eo utilius & perfectius proficere valeatis, quo ampliori fueritis per nos auctoritate muniti, & ne propter aliquem casum, qui solet quandoque contingere, celebratio & continuatio ejusdem concilii retardetur; opportune providere volentes, discretioni vestræ, ubi legitima causa subsistat, ipsum concilium de civitate prędicta ad quamcumq; civitatem aliam ejusdem nationis ad hoc liberam, habilem, & sufficientem, de qua vobis videtur, auctoritate nostra transferendi, illudque prorogandi, mutandi & dissolvendi, ipsumque concilium in hujusmodi alia civitate, ad quam id forsan transferri & mutari contigerit, continuandi, tenendi, & celebrandi, & ad illud prælatos & alios evocandi, eique nomine & auctoritate prædictis pręsidendi, & quæcumque in eo decreta, eodem approbante concilio, ordinandi, statuendi & decernendi, illaque in publicis sessionibus juxta morem solenniter publicandi & approbandi, ut nihilo minus ante dissolutionem præsentis concilii locum pro alio futuro concilio inde ad septennium celebrando, juxta deliberationem, declarationem, & ordinationem prędictas, etiam ante mensem, ubi rationabilis causa esset, nè aliquo modo hujusmodi loci deputatio differatur, nominandi, deputandi, & assignandi, & alia in pręmissis omnibus agendi, disponendi, statuendi, & exequendi, ac concludendi, quę pro statu honoreque nostris, & Romanæ ecclesię, ac tranquillitate & pace reipublicæ Christianæ, noveritis profutura, plenam & liberam de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus facultatem; ratum & gratum habituri quidquid per vos super pręmissis in eodem concilio propositum, deliberatum, statutum, & decretum fuerit ac conclusum: Idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romæ apud sanctum Petrum octavo Kalendas Martii pontificatus nostri anno sexto.

Quibus quidem decretis & literis apostolicis sic lectis & publicatis, prædicti domini quatuor præsidentes ibidem præsentes, per organum dicti reverendissimi patris domini Petri archiepiscopi Cretensis, unius ex ipsis pręsidentibus, in ipsum locum, videlicet civitatem Basileensem, sic (ut pręmittitur) per ipsos dominos deputatos electam, consenserunt, ac eamdem civitatem Basileensem, in provincia Bisontina consistentem, una cum dictis dominis deputatis nationum, & ipsi deputati nationum, videlicet Italicæ de extra territorium Senense, Gallicanæ, Germanicæ & Anglicanæ, juxta dicti decreti Constantiensis concilii vim, formam & tenorem, ac potestatis a domino nostro papa prædicto eis traditæ (ut præmittitur) & concessæ, elegerunt & nominaverunt, ac civitatem ipsam habilem & idoneam pro loco futuri proxime celebrandi concilii deputarunt, assignarunt, & pronuntiarunt. Protestantes tamen, quod propter hoc ipsum concilium Senense non censeatur dissolutum esse, sed quod ipsi præsidentes cum inclytis nationibus ad omnem reformationem hic possibilem concurrere vellent. Et hoc idem præfati deputati per ordinem similiter fuerunt protestati, quilibet pro natione sua, quod ad reformationem hic possibilem attendere vellent. Quo loco taliter electo & pronuntiato, ac assignato & deputato, vocati fuerunt in locum dictæ congregationis reverendissimi patres & domini Ioannes archiepiscopus Toletanus nationis Hispanicę pręsidens, Ioannes archiepiscopus Rothomagensis nationis Gallicanæ præsidens, Ricardus electus Eboracensis Anglicanę nationis præsidens, & Andreas episcopus * Poczvaniensis nationis Germanicæ pręsidens. In quorum pręsentia dicti loci electio fuit solenniter publicata, & per ipsos dominos archiepiscopos & episcopos approbata & confirmata. Excepto quod dictus reverendissimus pater dominus Ioannes archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas, regnique Castellæ major cancellarius, & supradictę nationis Hispanicę præsidens, ad dictam electionem respondit se habere duas voces; unam, ut pręsidens nationis suæ Hispanicæ, aliam vero, ut archiepiscopus & primas Hispaniarum. Quantum ad primam vocem, non posset consentire, nisi requisita & consentiente natione sua prædicta. Quantum vero ad secundam vocem, videlicet ut archiepiscopus & primas, dixit se consentire, & expresse consensit. De & super quibus omnibus & singulis pręmissis sic actis, factis & gestis, præfati domini pręsidentes domini nostri papæ, nec non deputati supradicti per ordinem, ac honorabilis vir magister Martinus Vvelle clericus Sambiensis diœcesis in decretis baccalaureus, ac domini nostri papę pręfati procurator fiscalis, & hujusmodi sacri Senensis concilii procurator, sibi a me notario publico infra

* Posnaniensis.

SESSIO I.

A scripto & aliarum nationũ notari[illegible] ibidem tunc præsentibus, fieri petierunt & quilibet eorum fieri petiit, atque tradi unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum aut instrumenta. Acta fuerunt hæc Senis sub anno, indictione, mense, die, hora, loco, & pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem venerabilibus ac honorabilibus & discretis viris dominis Dominico de * Crapanica, apostolicæ cameræ clerico, Michaele de Pisis supradicto, decretorum doctoribus, nec non magistris Antonio † olim Michaele de sancto Geminiano curiæ causarum cameræ apostolicæ & Italicæ de extra territorium Seuense, Hermanno Vveynen de Bocken, clerico Monasteriensis diœcesis, apostolica & imperiali B auctoritatibus ac inclytæ nationis Germanicæ in prædicto concilio Senensi notario, nec non Laurentio Stafforde Anglicanæ, nationum prædictarum notariis clericis, Florentinensis, Monasteriensis, ac Lincolniensis diœcesum, ac Francisco de Bononia, serviente armorum domini nostri papæ, prædictis testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

* Crapalica,

† Locus obscurus

VI.

Subscriptiones notariorum.

Et ego Petrus Clerici, clericus Ambianensis diœcesis, magister in artibus, publicus auctoritate apostolica & inclytæ nationis Gallicanæ, in prædicto sacro concilio Senensi notarius, quia hujusmodi C electioni, pronuntiationi, assignationi, & deputaooni loci futuri concilii (ut præmittitur) proxime celebrandi præsens fui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideoque hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi, & publicavi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus & rogatus.

VII.

Subscriptio alterius notarii.

Et ego Laurentius Stafforde clericus Lincolniensis diœcesis, publicus auctoritate apostolica & inclytæ D nationis Anglicanæ, in prædicto sacro Senensi concilio notarius, præmissis omnibus & singulis una cum prænominatis testibus & notario præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, & exinde hoc instrumentum per alium fideliter scriptum signo meo solito cum dicto notario requisitus signavi in testimonium omnium præmissorum.

VIII.

Initium & approbatio concilii Basileensis.

Cum vero finis instaret septennii, quod est tempus ex præinserto concilii Constantiensis decreto E celebrationi hujus concilii præfinitum, felicis recordationis dominus Martinus papa quintus, sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ tunc præsidens pontifex, volens celebrationem generalis concilii fieri juxta præmemoratum decretum, cui tamen propter ætatem decrepitam, & multiplices sui corporis morbos, in persona propria non poterat præsidere, dictum dominum Iulianum sanctæ Romanæ ecclesiæ sancti Angeli diaconum cardinalem, de fratrum suorum consilio, ad celebrandum ipsum concilium, ac eidem vice & loco ipsius summi pontificis * præsidendi, suum ac sedis apostolicæ destinavit legatum per suas apostolicas literas, prout ecce:

* forte præsidendum,

A Chr. 141.

IX.

Martinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Iuliano sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem.

A Dum onus universalis gregis dominici superna dispositione nobis injunctum diligenter attendimus & quod singulis Christianæ reipublicæ occurrentibus per nos ipsos debitum apostolicæ servitutis exequi noo possumus animo nostro revolvimus, nonnunquam viros fide ferventes, dignitate ac scientia præditos, & rerum agendarum experientia conspi- B cuos, in partem nostrorum & ecclesiæ Romanæ negotiorum assumimus, ut, dum tempus postulat, eorum operationibus vices nostras supplentes, ministerium nobis commissum, divina assistente gratia, juxta vires nobis ex alto concessas exequi valeamus. Dudum siquidem sacrum generale Constantiense concilium, ex certis causis tunc expressis, statuit & decrevit primum generale concilium in quinquennium extunc proxime futurum, secundum vero a fine illius immediate sequentis concilii in septennium & deinceps de decennio in decennium perpetuo fore celebrandum, in locis per Romanum pontificem per mensem ante finem cujuslibet concilii, approbante & consentiente concilio, vel in def[illegible]um ipsius per ipsum concilium deputandis ac assignan- C dis, ut illa quæ circa statum & bonum publicum ecclesiæ sanctæ Dei agenda & expedienda restabant, matura posset deliberatione compleri, prout, quantum in nobis fuit, in concilio Senis ultimo celebrato factum extitit: in quo per nostros & sedis apostolicæ noncios tunc in dicto concilio Senensi præsidentes, eodem approbante concilio civitas Basileensis pro loco proxime futuri tunc in septennium celebrandi concilii deputata extitit, prout in decreto præfati Senensis concilii & aliis nostris literis desuper confectis plenius continetur. Cum autem finis hujusmodi septennii, quo concilium ipsum in eadem civitate Basileensi tenendum & celebrandum fore statutum fuit, instare noscatur, cumque propter notoriam ægritudinem nostram in ipso futuro Basi- D leensi concilio Deo auctore celebrando, juxta desiderium cordis nostri interesse non possimus, te vitæ integritate & sapientia præclarum, & magnitudine consilii conspicuum, ac in maximis nostris & præfatæ ecclesiæ negotiis diuturna experientia comprobatum, legatum cum plena & omnimoda potestate legati de latere, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica, tenore præsentium facimus, constituimus, & etiam ordinamus, teque ad civitatem Basileensem prædictam, pro futuro ibidem, auctore domino, tenendo & celebrando concilio generali, juxta deliberationem & ordinationem præfatas, tamquam angelum pacis destinan- E dum providimus. Et cum super omnia in ipso futuro concilio ad reformandum statum ecclesiasticum, qui hoc tempore indigere videtur, abundante nequitia, & frigescente caritate hominum, suscitatis inter fideles bellis & discordiis, ac invalescente in pluribus mundi partibus hæretica pravitate, ad hujusmodi hæreses extirpandas, & pacem inter catholicos principes & ceteros Christianos componendam, animum efficaciter intendamus: super qua re, quantum in nobis fuit, dedimus operam efficacem, tibi nomine & auctoritate nostris ipsi concilio præsidendi, ac in illo pro tua sapientia illa proponendi, deliberandi, ordinandi, statuendi, & decernendi quæ ad laudem & honorem Dei, & conservationem

& ang-

ANNO CHRISTI 1431.

SESSIO I.

& augmentum religionis, fidei Christianæ, statum ecclesiæ, reformationem quoque totius cleri & ecclesiastici status in moribus & vita, nec non reductionem orientalis ecclesiæ, & quorumlibet aliorum oberrantium ad gremium ecclesiæ militantis, ac conservationem ecclesiasticæ libertatis, salute quoque, quietem & pacem regnorum, regum, ducum, principum, & quorumlibet fidelium populorum, noveris pertinere, ac etiam ibidemcum debita maturitate & deliberatione, prout in tanta reconvenit, ea omnia proponendi, decernendi, concludendi & exequendi, per quæ hæreses & errores tam de Bohemia, quam de aliis quibuscumque regnis, provinciis, terris & locis, in quibus sint, penitus extirpentur. Et nihilominus de præmissis hæresum & B quibuscumque aliis causis fidem catholicam concernentibus, quomodolibet cum consilio dicti concilii cognoscendi, illaque per te, vel per alium, seu alios a te deputandos, audiendi, decidendi, & fine debito cum præfato concilio terminandi. Et contradictores quoslibet & rebelles, cujuscumque status, gradus, præeminentiæ, vel conditionis existant, & quavis ecclesiastica vel mundana, etiamsi regali vel pontificali præfulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia appellatione postposita, compescendi, & super his, quoties opus fuerit, auxilium brachii sæcularis invocandi, omniaque alia & singula in eodem Basileensi concilio agendi, tractandi, disponendi, statuendi, C declarandi, decernendi & concludendi, quæ in præmissis & circa ea pro statu nostro & ejusdem ecclesiæ, ac salute animarum fidelium, extirpatione hæresum & errorum de agro dominico, reductione quoque oberrantium populorum, & conservatione ecclesiasticæ libertatis, ac pro quieto statu reipublicæ Christianæ, nec non reformatione in omnibus membris suis, noveris profutura, plenam & liberam auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus potestatem; ratum & gratum habituri quidquid super præmissis per te una cum eodem Basileensi concilio ordinatum, statutum, deliberatum & decretum fuerit, & conclusum: idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Quocirca circumspectioni tuæ per D apostolica scripta mandamus, quatenus tibi injunctum ministerium laboris hujusmodi, pro divina & dictæ sedis ac nostra reverentia, sic in eodem futuro Basileensi concilio dicto nomine pro tempore præsidens, ad honorem Dei, ecclesiæ, atque nostram, salutem quoque & pacem populorum fidelium, juxta datam tibi a domino prudentiam, laudabiliter exequaris, quod ex tuis fructuosis operibus fructibus optati proveniant quos speramus: tuque deinde illam, quæ pias causas agentibus superna retributione impenditur, gloriam consequi merearis felicitatis æternæ.

Datum Romæ apud sanctos apostolos, Kalendis E Februarii, pontificatus nostri anno decimoquarto.

X.

Litera domini Eugenii papæ IV. directa domino Juliano legato, quæ quidem bulla non est decretata.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Juliano sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem.

Certificati tam per literas tuas quam alias de sollicitudine & circumspecta diligentia quam habes in prosequendo causam fidei contra Bohemos hæreticos, tuam prudentiam commendamus, & te ad perseverandum hortamur, quantum cum decentia fieri potest. Præterea cum felicis recordationis Martinus papa V. prædecessor noster inter cetera tibi injunxerit præsidere debere auctoritate apostolica in concilio generali in Basileensi civitate celebrando si talis esset concursus & congregatio prælatorum quod merito & rationabiliter celebrari debuisset & deberet, & (sicuti accepimus) usquenunc pauci aut nulli convenerunt, & propterea non sit opus alium destinare, sed sit potius expectandum, placet nobis, & volumus, tibique mandamus, quatenus expedito negotio Bohemorum, cujus finis expectatur in brevi, tuos gressus dirigas ad prædictam civitatem Basileensem, & ibi (prout opus videris esse) juxta tibi injuncta & ordinata in concilio Constantiensi, optime provideas, prout in tua prudentia & circumspectione plene confidimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1431. * secundo Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno primo.

* *forte pridie*

XI.

Stabilimentum sacri concilii Basileensis.

Ipse autem reverendissimus dominus legatus mandatum apostolicum exequi cupiens, cum tempore, quo jam instabat celebrationem concilii inchoari, circa expeditionem adversus pestiferam hæresim Hussitarum esset pro causa fidei admodum occupatus, suos ad hanc civitatem vices gerentes destinare curavit, ac postmodum, quamcitius fuit possibile, ad præsentem civitatem accessit, ut injunctum legationis officium posset in celebratione hujus generalis concilii, præstante divini numinis gratia, adimplere, prout etiam sanctissimus dominus noster dominus Eugenius divina providentia papa IV. repetitis suæ sanctitatis literis sibi mandavit. In qua civitate jam per tres menses & ultra cum prælatis & ceteris, qui ad ipsam civitatem causa celebrationis dicti generalis concilii advenerunt, quamplurimas congregationes fecit, habuitque tractatus super ipsius stabilimento & celebratione concilii. Tandem decretum est præsentem solemnem fieri sessionem, in qua primum cum ex præmissis constet aperte, quod hæc civitas sit locus celebrationi generalis concilii deputatus, & adsit a jamdiu citra tempus ipsius concilii celebrandi, sacrosanctæque sedis apostolicæ non desit auctoritas, decernit, diffinit, & declarat, in hac civitate & loco esse generale concilium stabilitum canonice & fundatum, & quod ad ejus celebrationem tenentur accedere omnes tam prælati, quam ceteri, qui de jure vel consuetudine ad generalia concilia accedere sunt adstricti.

XII.

Intentio concilii Basileensis.

Ceterum enim unumquodque eo directius atque intensius suas dirigat actiones, quo ipsarum destinatum finem agnoscit, idcirco hæc sancta synodus necessitates Christianæ religionis sedula meditatione recogitans, matura & digesta deliberatione decernit, ad hæc tria, eo, a quo cuncta bona procedunt, auctore Deo, toto sollicitudinis studio operam dare. Primo, ut omnium hæresum a Christiani populi finibus tenebris profugatis, lumen catholicæ veritatis, Christo vera luce largiente, refulgeat. Secundo, ut bellorum rabie, qua satore zizaniæ seminante, in diversis partibus mundi affligitur & dissipatur populus Christianus, congrua meditatione sedata, pacis

SESSIO I.

auctore præstante, in statum reducatur pacificum & A tranquillum. Tertio, ut cum multiplicibus vitiorum tribulis & spinis Christi vinea jam quasi silvescat præ nimia densitate, ut illis debitæ culturæ studio resecatis, euangelico agricola cælitus operante, refloreat, honestatisque fructus & honoris felici ubertate producat. Et quoniam absque cælestis influxu gratiæ hæc tam grandia bona sperari non possunt, omnes Christi fideles in domino propensius exhortatur, ut ad obtinendam præmissorum consummationem felicem, devotis orationibus, jejuniis & eleemosynis, apud majestatem divinam diligenter insistant, ut pius & misericors Deus humilibus placatus *obsequiis optatam rerum consummationem huic sacro concilio sua pietate solita præstare dignetur, eis in remissionem suorum peccaminum hoc injungens. B

XIII.

Exhortatio suppositorum concilii.

Præterea cum præmissa, ad quæ hujus sacri concilii tendit exhortatio, sint plurimum ardua, & accuratum studium exigant, multaque sint sollicitudine & cura pervigili pertractanda, exhortatur omnes in hoc sacro concilio * persistentes, & ad ipsum venientes, ut diligenter secum illa cogitent, atque cum aliis excogitata pertractent, quæ eis videbuntur ad eadem utilia, vel etiam opportuna, ut inde communi debitoque super eis tractatu habito & matura C deliberatione digesto, melius & utilius per sacrum concilium in præmissis queat, assistente Spiritus sancti gratia, provideri. In hac namque sacra synodo congregatis plena & libera sit omnibus & singulis loquendi & consulendi facultas, eorum quæ ad agenda esse videbuntur accommoda, juxta materias in ipsius concilii deliberatione propositas.

* præsentes.

XIV.

De modo seu gestu in concilio & sessione.

Vt autem qua motum & gestus venustate unusquisque in sessionibus & congregationibus hujus D sacri concilii debeat se habere, ex antiquorum patrum jam diu institutis regulis innotescat, decretum Toletani concilii præsentibus duximus inserendum.

XV.

Decretum concilii Toletani.

Toletanum XI. cap. 1. 5. q. 4. In loco benedictionis. * nullus debent * perturbari, * nullus Iacob. 1. * quando silentium perit & judicium Isaia 32. * de al. præ Prov. 22.

In loco benedictionis considentes domini sacerdotes * nullus debet aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus * perturbare, *nullus etiam vanis fabulis vel risibus, vel (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. *Si quis enim* (ut ait apostolus) *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam,* E *sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Cultum enim suum justitia perdit, * cum silentia judicii obstrepentium turba confundit, dicente propheta: *Erit enim cultus justitiæ silentium.* Debet ergo quidquid aut * considentium consultationibus agitur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec judicii vigorem * in tumultu enervent. Quicumque ergo in conventu concilii hæc quæ præmissa sunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu aut contumeliis, vel risibus ipsum concilium perturbaverit, juxta divinæ legis edictum, quo præcipitur: *Ejice derisorem, & exibit cum eo jurgium,* cum omni dede- A core a confessione abstractus, a communi cœtu secedat, & trium dierum sententiam excommunicationis ferat.

ANNO CHRISTI 1431

XVI.

De honoribus.

Ad obviandum controversiis quæ solent ex hujusmodi in conciliis & publicis congregationibus suboriri, & nonnunquam ipsorum progressum per longa tempora impedire, hæc sacra synodus ordinat, statuit & decernit, quod per quoscumque actus, nominationes, intitulationes, honoris exhibitiones, tam in sede, quam in aliis quibuscumque dictis aut faciendis in hoc concilio, per quoscumque B prælatos, principes, vel eorum aut universitatum & communitatum quarumcumque nuntios, vel legatos, seu ipsis vel de ipsis, vel eorum altero, in eodem concilio nullum jus de novo acquiratur, nullique præjudicium generetur, nulliusque jus in proprietate vel possessione lædatur. Et per præmissa, vel hujusmodi legatorum admissionem, jus vel titulus alicujus approbari nullatenus censeatur, vel etiam reprobari, aut jus vel possessio generali concilio interessendi, vel taliter vocem dandi, cuiquam acquiri, sed in omnibus & per omnia unumquemque in eodem statu post hoc concilium remanere, in quo ante ipsius concilii celebrationem permanebat. C

XVII.

De impedimento venientium ad concilium.

Sane quoniam opus aliquod intendenti non satis est ædificationi operam dare, si ex adverso impedientibus non resistat, idcirco decretum in sacro Constantiensi concilio editum adversus eos qui venientes ad concilium, stantes, vel redeuntes impediunt, injuriantur vel molestant, ex superabundanti cautela contra eos, qui venientes, stantes, aut recedentes ab hac sancta synodo, in persona vel bonis impedire, injuriari, vel molestare præsumpse- D rint, locum habere declarat ac decernit, juxta ipsius (quæ talis est) seriem & tenorem.

XVIII.

Processus contra invasores seu spoliatores accedentium ad concilium, vel recedentium de illo.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, universalem ecclesiam repræsentans, in Spiritu sancto ad extirpationem schismatis, hæresumque, & errorum, nec non ipsius ecclesiæ in capite & in membris debitam reformationem legitime congregata, ad futuram rei memoriam. Constantiensis concilii sessione 15.

E Iustitiam & æquitatem exerceri non dubitatur, si quos noxiæ voluntatis adeo captivat perversa intentio, quod processibus apostolicis impudenter obviare, auctoritatem sanctionis canonicæ contemnentes, in aliorum prolabuntur injurias & offensas, ecclesiastica censura percellat, & pro demerito culpæ rigorem adiiciat judiciariæ potestatis. Nam si quilibet per campum licentiæ, freno deposito modestiæ, vagaretur impune, facile quisque sæviret in proximum, & nervus disciplinantis justitiæ rumperetur. Sane licet nonnulli Romani pontifices, antiquos Romanæ ecclesiæ morem & consuetudinem observantes, prout ad eos ex debitu apostolatus sibi injuncti officii pertinebat, per certos suos processus in die cœnæ domini annis singulis solenniter publi-

ANNO CHRISTI 1431.

publicantes, inter alios omnes & singulos, qui ad sedem apostolicam venientes, vel recedentes ab ea, nec non in illos omnes & singulos, qui per se vel per alium, seu alios, quascumque personas ecclesiasticas vel sæculares, ad Romanam curiam super eorum causis & negotiis accedentes, illaque in eadem curia prosequentes, aut procuratores, gestores, advocatos & promotores ipsorum, ac etiam auditores, seu judices, qui super dictis causis seu negotiis deputantur, occasione causarum emergentium hujusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status forent, prædicta vel eorum aliqua committentes, excommunicationis & anathematizationis sententias, a quibus nullus per alium quam Romanum pontificem posset, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis ecclesiæ ac satisfactione præstanda, sufficienti cautione præmissa, candelis accensis, & ad terram projectis, promulgaverint, & eos qui taliter excommunicatis & anathematizatis, vel eorum alicui præsumerent absolutionis beneficium impendere, similibus sententiis innodaverunt, eisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum ecclesiasticorum, & confessionem audiendi, interdixerunt officium; nec non quicumque injuriatores quorumlibet ad sacra generalia concilia venientium, seu stantium in ipsis, aut recedentium ab eisdem, diversas censuras ecclesiasticas & pœnas tam ex canonis quam divini juris dispositione incurrant: tamen, sicut ad nostram fide dignorum multitudine valida insinuatione pervenit notitiam, nonnulli iniquitatis filii, perditionis alumni, hujusmodi censuras vilipendentes, ac hujusmodi sacri concilii, extirpationis schismatis, hæresum ac errorum, ipsiusque ecclesiæ reformationis perturbatores, diabolico spiritu instigante, nec dignitati nec ordini deferentes, Dei timore postposito, nefariis ac sacrilegis ausibus nonnullas personas ecclesiasticas & sæculares, etiam pontificali dignitate præditas, ad sedem apostolicam vel Romanam curiam seu præsens generale concilium in civitate Constantiensi provinciæ Maguntinensis, ubi nunc Romana curia existit, in Spiritu sancto legitime congregata, venientes aut recedentes ab eisdem, invadere, capere, arrestare, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, ac spoliare bonis suis, vel injuriis affligere quamplurimis, & alias male tractare, temeritate propria præsumpserunt, & dietim præsumunt, in apostolicæ sedis & sacri concilii vilipendium & contemptum, ac sedationis schismatis, reformationis ecclesiæ, & correctionis morum, nec non hæresum & errorum prædictorum extirpationis disturbium, suarumque animarum periculum, & scandalum plurimorum. Nos igitur volentes in præmissis, nec non adversus quoscumque ad ipsum concilium & quælibet alia futura generalia concilia accedentes, aut stantes in ipsis, seu recedentes ab eisdem, ne ab aliis Deum non timentibus temerariis injuriis infestentur & opprimantur violentiis, & ne quibusvis delinquendi, aut excessus committendi, pateat audacia, de opportuno & salubri remedio providere hujusmodi, nec non omnes alios & singulos alios processus, sententias & censuras adversus quarumlibet personarum ecclesiasticarum, vel sæcularium, ad sacra generalia concilia venientium, vel stantium in ipsis, seu recedentium ab eisdem, molestatores, perturbatores, vel injuriatores, auctoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti extendentes, omnes & singulos, cujuscumque dignitatis, status, gradus, vel conditionis fuerint, etiamsi pon-

SESSIO I.

A tificali, imperiali, regali, vel alia quacumque ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, qui quascumque personas ecclesiasticas vel sæculares, quæ ad hujusmodi sedem apostolicam Romanam curiam hoc præsenti sacro durante concilio, vel ad ipsum & quæcumque alia generalia concilia venientes, aut stantes in ipsis, aut ab eis recedentes, temeritate propria per se vel alium seu alios arrestare, invadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis suis spoliare, vel injuriis affligere, seu ipsos sic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet impedire, seu ea perpetrantium facta & commissa rata & grata habere, vel eis dare auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte præsumpserint, vel præsument
B in futurum, similibus excommunicationis & anathematizationis sententiis innodamus eo ipso. Terras quoque ipsorum & cujuslibet, qui in præmissis vel eorum aliquo transgressor vel contemptor fuerit, dum tamen uniuscujusque sic transgressorum vel contemptorum ultra unam diœcesim non contineat, nec non omnia, civitates, villas, castra, opida, & quælibet alia loca, in quibus hujusmodi excessuum patratores, seu eorum receptatores, vel ipsis consentientes, faventes, aut dantes auxilium, consilium vel favorem, publice morabuntur, nec non illa, in quibus hujusmodi personæ, quæ sic temeritate propria detentæ fuerint, quamdiu extiterint in eisdem, memorata auctoritate ecclesiastico sup-
C ponimus interdicto. Quod si terra ejusdem duas diœceses vel amplius contineat, dominio domicilii principalis ipsius, & illam etiam in qua fuerit delictum commissum, si sua sit, & duas alias quæ sub ipso sunt, eidem loco magis vicinas, interdicto subjacere volumus supradicto, & etiam omnes & singulos hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis ligatos, in quibuslibet ecclesiis, loco, ubi tale delictum fuerit perpetratum, vel terris & locis propter hoc interdictis magis convicinis ubilibet existentibus, omnibus diebus dominicalibus & festivis, pulsatis campanis, candelis accensis, publice nuntiari, ac terras, civitates, villas, castra, opida, & loca * ecclesiastico interdicto prædicto
D suppposita, donec sic excommunicati meruerint ab hujusmodi sententiis beneficium absolutionis obtinere, dictumque interdictum debuerit relaxari: ita tamen, quod nullus ex transgressoribus ac contemptoribus hujusmodi per alium quam per Romanum pontificem, vel sacri concilii auctoritate, possit, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis ecclesiæ, satisfactione, vel sufficienti cautione (si hoc commode facere possint) primitus præstita, absolvi, vel interdictum hujusmodi relaxari. Eos vero cujuscumque dignitatis, ordinis, status, vel conditionis fuerint, etiamsi pontificali dignitate præfulgeant, qui contra tenorem præsentium processuum, talibus vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere præsumpse-
E rint, volumus, statuimus, & decernimus, similibus excommunicationis & anathematizationis sententiis fore innodatos eo ipso, ipsisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum & confessiones audiendi officium, auctoritate interdicimus supradicta, insinuantes transgressoribus & contemptoribus in prædictis, quod spiritualiter & temporaliter (prout eorum requirent excessus & demerita) gravius procedetur, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis, generalibus vel specialibus, quotumcumque tenorum existant, eisdem transgressoribus, aut contemptoribus, vel qui-

* ecclesiastica

SESSIO I.

busvis aliis communiter vel divisim a dicta sede concessis, etiam quod suspendi vel excommunicari, aut eorum terræ, dominia, civitates, villæ, castra, opida, & alia loca interdici non possint, etiamsi de ipsis & eorum tenoribus esset in ipsis processibus mentio facienda specialis, quæ ne contra hujusmodi sententias & processus, quo minus includantur in eis, per ea valeant se, terras, dominia, civitates, villas, castra, opida, & loca hujusmodi tueri, & quæ quoad hoc tollimus & penitus revocamus. Et insuper mandamus, ut hujusmodi præsens processus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas sive membranas processus continentes eosdem in majori & sancti Stephani Constantiensis ecclesiarum valvis affigi, qui processus ipso suo quasi sonoro præconio & patulo * judicio publicabunt, ut prædicti, quos processus concernent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, quod ad eos processus hujusmodi non pervenerint, vel ignoraverint eosdem, cum non sit verisimile remanere incognitum quoad ipsos, quod tam patenter fuit publicatum. Ceterum omnibus & singulis dominis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, ceterisque locorum ordinariis, præcipimus & mandamus, ut ipsi & eorum quilibet per se vel per alium seu alios, sub pœna excommunicationis, quam ipsorum quemlibet, qui mandatorum nostrorum hujusmodi transgressor & contemptor fuerit, incurrere volumus ipso facto, præsentes nostros processus per eorum aut chartarum, vel membranarum, seu transumptorum continentiam, eosdem, quibus sicuti nostris processibus tantam volumus fidem adhiberi, in ecclesiarum valvis seu aliis locis affixione publicent, & præfatos transgressores & contemptores hujusmodi, excommunicationis & anathematizationis sententiis ligatos, ac terras, civitates, castra, villas, opida, & loca præfata, hujusmodi ecclesiastico interdicto supposita, quamprimum ipsis vel eorum alicui de hoc legitime constiterit, tamdiu in ecclesiis, dominicis & aliis * festis diebus, dum inibi fuerit major populi multitudo, campanis pulsatis, & candelis accensis & extinctis, denuntient, & interdictum hujusmodi inviolabiliter observari faciant, per censuras ecclesiasticas, & alia juris remedia, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis, donec ipsi transgressores & contemptores meruerint ab hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis absolutionis beneficium obtinere, dictumque interdictum merito debuerit relaxari, non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus conjunctim vel divisim a sede prædicta indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

* indicio

* festivis

Datum Constantiæ * secundo Nonas Iulii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, sede apostolica vacante, regnorum serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ, &c. regis, videlicet electionis quinto, coronationis primo, Hungariæ vero vigesimonono.

* forte pridie

X I X.

De impedientibus concilium.

Porro, quia nonnunquam lingua subdola plurimum impedit & perturbat, falsa vel detractoria seminando, quodque cum nimis grave sit, tam grandem Christianitati impedire profectum omni animadversione sit dignum, idcirco malignorum conatibus cupiens obviare dicta sancta synodus omnes & singulos sub obtestatione divini judicii admonet, ne impedimentum, perturbationem, prorogationem vel dissolutionem hujus sacri concilii moliantur. Si quis autem scienter animo impediendi vel perturbandi hoc sacrum generale concilium verbo, facto, vel literis, palam vel occulte impedimenta, perturbationem, prorogationem vel dissolutionem, fieri procuraverit, experietur ultione pœnali perpetrati facinoris gravitatem, & contra eum tamquam communis pacis perturbatorem rigide procedetur, cum ex hoc hæresum extirpationem, pacis procurationem, & morum reformationem impedire videatur.

ANNO CHRISTI 143[illegible]

X X.

De fructibus beneficiorum percipiendis per supposita concilii.

Cum hi qui intersunt in hoc sacro generali concilio, pro communi bono totius ecclesiæ congregato, non debeant minori prærogativa gaudere, quam quicumque alii quarumvis ecclesiarum negotiis quibuslibet vel utilitatibus intendentes, ideoque tamquam causa reipublicæ absentes, debent pro præsentibus merito reputari, adinstar sacri Constantiensis concilii, in quo modo consimili extitit ordinatum: Præsens concilium statuit, ordinat, & decernit, quod omnes & singuli qui in eodem concilio tamquam ipsius supposita sunt recepti, vel recipientur in posterum, ab eo die quo iter arripuerint ad dictum concilium veniendi, & quamdiu permanserint in eodem, & etiam recedentes per tantum tempus, quo ad suum possint domicilium reverti, fructus omnium beneficiorum suorum cum ea integritate percipiant, cum qua eos perciperent, si in ipsis beneficiis residerent, non obstantibus in contrarium quibuscumque.

X X I.

De officialibus concilii.

Quia vero ad prosecutionem hujus sacri concilii requiruntur officiales & ministri, ideo deputat & ordinat notarios ad scribendum acta ipsius concilii, Lucam de * Vvisto secretarium dicti domini legati, & Rodulphum Sapientis diœcesis Gebennensis. Et ut omnia eo decentius ordinentur, quo majori fuerint directa consilio, deputat & ordinat venerabiles Henricum Nithart decretorum doctorem, & Ludovicum Parisii licentiatum in decretis, decanum ecclesiæ beatæ Mariæ Lætæ de Anessiaco dictæ Gebennensis diœcesis, qui acta concilii universa per dictos notarios scripta aspiciant, debiteque (si opus sit) corrigant & emendent. Promotores quoque ipsius concilii deputat magistrum Nicolaum Amici, magistrum in artibus & licentiatum in theologia, & Henricum Anester licentiatum in decretis, præpositum Turicensem Constantiensis diœcesis. Sediumque ordinatores, qui existentes in concilio in locis & sedibus debitis collocent, quorum ordinationi omnes obedire teneantur, Henricum Stater artium & * medicinæ doctorem, decanum Trajectensem, & Sandetum de * Marthusen, in legibus baccalaureum, & canonicum ecclesiæ sancti Petri Maguntinensis. Lectis siquidem (ut præfertur) decretis, bulla & instrumento præinsertis, memoratus dominus episcopus Constantiensis consimili voce, alta videlicet & intelligibili, interrogans, sciscitatus est an omnia & singula per eum sic (ut præfertur) lecta ipsi sacræ synodo placerent. Ad cujus interrogationem prælibatus reverendissimus pater dominus

Notarii.

* Visso

Notariorum præfecti.

Promotores.

Ordinatores sedium.

* medicinæ magistrum,

* Marusshusen,

ANNO CHRISTI 1431.

dominus cardinalis præsidens, primo, & deinde ceteri omnes, & singuli domini prælati, in eadem sessione ac sacra synodo tunc præsentes, concorditer nullo discrepante responderunt viva voce: Placet. Quibus præmissis sic peractis præfati dictæ sacrosanctæ synodi promotores, sive procuratores supra deputati, petierunt, & quilibet ipsorum petiit, per nos protonotarios, notarios, & scribas, ad hoc supra deputatos, fieri & confici de præmissis omnibus & singulis unum vel plura publica instrumenta, in testimonium veritatis præmissorum, & ad perpetuam rei memoriam. Datum Basileæ decimonono Kalendas Ianuarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo.

SESSIO II.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, ecclesiam militantem repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

I.

ANNO CHRISTI 1431.

AD laudem Dei omnipotentis, ac benedictæ individuæque Trinitatis gloriam & honorem, pro hæresum atque errorum extirpatione, morum in capite & in membris ecclesiæ Dei reformatione, ac regum & regnorum ceterorumque Christicolarum adinvicem, auctore discordiarum procurante, dissidentium pacificatione, in Spiritu sancto legitime congregata, decernit, statuit, diffinit, declarat, & ordinat, ut sequitur:

II.

Decretum, quod concilium Basileense est legitime inchoatum.

Et primo, quod eadem sacra Basileensis synodus, sacris Constantiensi & Senensi conciliis generalibus decernentibus atque ordinantibus, & auctoritate apostolica interveniente, fuit & est in hoc loco Basileensi debite legitimeque ac rite initiata & congregata. Et ne de ejusdem sacræ Basileensis synodi potestate a quoquam dubitetur, ipsa eadem synodus duas declarationes ex decretis synodi Constantiensis in præsenti sessione, aliis suis decretis editis seu edendis inserendas, ordinat & decernit, quarum quidem declarationum tenor primæ sequitur, & est talis:

III.

Decretum, quod concilium generale est super papam in his quæ fidei & schismatis sunt, &c.

Constant. conc. sess. 5. Quomodo, cur, & quando hoc verificetur vide præsertim D. Turrecrematam in sua Summa de ecclesia libro 2. & ob id incipit a conciliorum natura deviare, & in errorem prolabi, & merito a Leone X. conventic. cujus nuncupatur. Erronea declaratio.

Et primo declarat, quod ipsa synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, & ecclesiam militantem repræsentans, potestatem immediate a Christo habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ Dei in capite & in membris. Alterius vero tenor sequitur in hæc verba:

IV.

Quod inobedientes concilio puniantur.

Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus, aut præceptis, hujus sacræ synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur; etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Præmissis igitur & nonnullis aliis Constantiensis concilii, præsertim capituli quod incipit, Frequens, in priori hujus sacri synodi Basileensis sessione recitati, decretis attentis, prælibata synodus Basileensis decernit & declarat, quod ipsa pro hæresum extirpatione ac morum generali reformatione ecclesiæ in capite & in membris, nec non pace inter Christianos procuranda (ut præmittitur) in Spiritu sancto legitime congregata, per nullum quavis auctoritate, etiamsi papali dignitate præfulgeat, dissolvi aut ad alium locum transferri, seu ad aliud tempus prorogari debuit, aut potuit, debet, aut potest, debebit, aut poterit in futurum, absque ejusdem synodi Basileensis deliberatione & consensu.

SESSIO II.

Constant. conc. sess. 39. & Basil. sess. 1.

Obstinata erroris prosecutio.

V.

Quod personæ concilii non debeant extra concilium trahi, vel impediri.

Item diffinit, ordinat & decernit hæc sancta synodus, quod nulla persona, cujuscumque status, dignitatis seu conditionis fuerit, in eadem synodo actu existens aut futura, eidem incorporata vel incorporanda, a tempore arrepti itineris ad ipsam sanctam synodum sine fraude continuari, ad recedendum ab eadem a quoquam quavis auctoritate, etiamsi papali dignitate præfulgeat, directe vel indirecte in læsionem seu perturbationem dictæ sanctæ synodi, invita sine deliberatione & consensu ipsius sanctæ synodi requiri, moneri, compelli, citari, evocari ad alium locum, etiam curiam Romanam valeat, seu ne ad eamdem sanctam synodum veniat, possit aut debeat quomodolibet impediri. Si autem a quoquam quavis auctoritate, etiamsi papali dignitate præfulgeat, (ut præmittitur) in contrarium attentatum fuerit, seu attentaretur in futurum, aut processus pœnales vel mandata, etiam censuras ecclesiasticas seu translationes prælatorum invitorum, vel privationes aut inhabilitationes eorumdem seu aliorum beneficiatorum quorumcumque, aliasve quascumque pœnas continentes, ut ab eadem sancta synodo recedant, vel non accedant ad eamdem, aut eidem non adhæreant, fulminati fuerint, fulminentur, aut fulminarentur in futurum, totum sit irritum & inane, nec eisdem processibus, censuris ac pœnis, tamquam irritis & inanibus quomodolibet obediendum fore, prædictosque processus & censuras, cum omnibus inde secutis & inde secuturis, quatenus de facto processissent, aut procederent in futurum, cassat, & irritat, & annullat, & pro cassis, irritis, atque nullis habendos decernit, diffinit, ordinat & declarat.

Irritum, & inane est quod hic decernitur rationibus supradictis, structura quælibet namque super arenam labitur posita.

VI.

Quod hi qui tenentur interesse concilio non recedant sine licentia.

Item, decretis sacri concilii Constantiensis inhærendo, statuit, ordinat & decernit, quod prælati & alii qui tenentur huic sacro concilio interesse, ab hoc loco ante finitum concilium, nisi ex causa rationabili, per deputatos seu ab hoc sacro concilio deputandos examinanda, non recedant. Qua quidem causa examinata & legitime approbata, possint recedere de licentia illius vel illorum, qui pro tempore habent vel habebunt auctoritatem. Et tunc taliter recedens, teneatur dimittere aliis in loco remanentibus suam potestatem, sub pœnis juris per hoc sacrum concilium indicendis, & in facientes contrarium exequendis.

Item

Sessio II.

Promotores alii. Ademarium

Item quia plures promotores in eadem sancta synodo, & etiam notarii ad conscribendum acta ejusdem sunt necessarii, citra aliorum per ipsam sanctam synodum in ipsius prima sessione deputatorum revocationem, magistros * Ademarium de Rossilione, licentiatum in decretis, archipresbyterum Vivariensem, & canonicum Lugdunensem, Henricum de Behenheym, licentiatum in decretis, officialem Basileensem, promotores, & Petrum Bruneti, baccalaureum in decretis, canonicum Atrebatensem, notarium ejusdem ordinat & deputat.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majore Basileensi solenniter celebrata, decimoquinto Kalendas Martii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

SESSIO III.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans.

Sessio III.

OLIM sacrum Constantiense concilium volens futuris ecclesiæ necessitatibus providere, matura deliberatione statuit & decrevit, ut post finem ipsius concilii in quinquennium, deinde in septennium, & postea perpetuo futuris temporibus de decennio in decennium, generale concilium celebretur: cujus decreti vigore felicis recordationis Martinus papa quintus, ipso Constantiensi approbante concilio, statuit in civitate Papiensi proximum tunc concilium celebrari, quod ibidem cœptum fuit, & de consensu & approbatione ipsius concilii ad civitatem Senensem translatum. In quo Senensi concilio fuit electa hæc Basileensis civitas, pro futuro tunc concilio in septennium celebrando. Appropinquante autem fine ipsius septennii, præfatus dominus papa Martinus volens decreto Constantiensis & ordinationi Senensis conciliorum satisfacere, ut debebat, reverendissimum in Christo patrem & dominum dominum Iulianum, S. Romanæ ecclesiæ S. Angeli diaconum cardinalem, sedis apostolicæ destinavit legatum, cum plena potestate eidem concilio vice & auctoritate sedis apostolicæ præsidendi. Quod etiam sanctissimus dominus papa Eugenius IV. ratum habuit & approbavit. Proinde hoc sacrum generale concilium in Spiritu sancto legitime congregatum, provida & matura deliberatione considerans, hæreticam pestem in partibus Bohemiæ nimis sævire crudeliter, quæ Dei occulto judicio, bello pluries attentato non potuit superari, atque quod in diversis mundi partibus clam hæretica pestis pullulat atque serpit, quodque, proh dolor, multas Christianas provincias bellorum desecat rabies & devastat, morumque nimia deformatio divinam majestatem offendit, tantis & tam pestiferis malis, omnipotentis Dei gratia largiente, ad extirpationem hæresum, pacemque in Christiano populo componendam, & reformationem generalem ecclesiæ Dei in capite & in membris studiose occurrere, & salutaribus remediis providere, disposuit: & ut hæc ad optatos fines commodius duci possent, considerans hæc sancta synodus præsentiam summi pontificis reverendissimorumque sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, in ipso concilio esse accommodam & multimode fructuosam, venerabilem virum magistrum Ioannem Pulcripatris, sacræ theologiæ professorem, ad sanctissimum dominum Eugenium summum pontificem destinavit, atque ad præfatos reverendissimos dominos cardinales, præfatum sanctissimum dominum papam exorando & supplicando, ut huc (si commode posset) personaliter accederet, ipsique sacro concilio favoribus & auxiliis assisteret opportunis. Denuoque venerabiles viros Iacobum Sirik scholasticum Trevirensem, & Thomam * Fieno decretorum doctorem, suos pro eadem causa oratores ad eumdem dominum papam & dominos cardinales transmisit. Cum autem ad notitiam ipsius concilii pervenisset, præfatum dominum papam ex sinistra informatione motum, dissolutionem ipsius concilii attentasse, quæ quidem dissolutio in periculum eversionis fidei cederet evidenter, nec non ecclesiæ Dei grave scandalum, ad eumdem dominum papam atque reverendissimos dominos cardinales, suos destinavit protinus oratores, reverendum patrem dominum Ludovicum de Palude episcopum Lausanensem, & magistrum Henricum Stater decanum Trajectensem, ad supplicandum, instandum & requirendum præfatum dominum papam, ut ipsam dissolutionem revocare dignaretur, huicque sacro concilio in tam laudabilibus operibus suffragaretur auxiliis & consiliis opportunis.

Hæresis Hussitica.

Bella mores depravant.

Anno Christi 1432.

Fiene

Oratores ad papam destinati.

Oratores alii.

Decernitur dissolutionem concilii nullatenus fieri posse.

Consideransque hæc sancta synodus præfatam dissolutionem concilii contra decreta Constantiensis concilii esse factam, tenderéque in eversionis fidei grave periculum, & status ecclesiastici turbationem & detrimentum, atque scandalum totius populi Christiani, eamdem dissolutionem decrevit nullatenus fieri potuisse: quinimo, ipsa minime obsistente, ad prosecutionem eorum quæ pro fidei stabilitate & salute Christiani populi laudabiliter sunt incepta, esse cum Spiritus sancti gratia procedendum. Verum cum redeuntibus præfatis episcopo Lausanensi & decano Trajectensi, optata responsio a sanctissimo domino papa non fuerit reportata, licet non solum a prædictis concilii oratoribus ipsius concilii nomine, sed etiam a serenissimo domino Sigismundo rege Romanorum fideli ecclesiæ advocato, præfatus sanctissimus dominus papa supplicatus, interpellatus, requisitus, rogatus fuerit, & totis nisibus multiplicatis vicibus obsecratus, idcirco hæc sancta synodus innitens decretis sacri Constantiensis concilii, quorum verba hæc sunt: Quod sancta synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quę pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ Dei in capite & in membris, item declarat, quod quicumque, cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut præceptis hujus sanctæ synodi, aut cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur; etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. In hac solenni sessione ipsum sanctissimum dominum papam, nec non reverendissimos dominos cardinales modo & forma infra scriptis interpellare decrevit. Hæc igitur sancta synodus in Spiritu sancto legitime congregata, prædictum beatissimum dominum papam Eugenium cum omni reverentia & instantia supplicat, & per viscera misericordiæ Iesu Christi exorat, requirit, & obtestatur, ac monet, quatenus prætensam dissolutionem, sicut de facto processit, de facto revocet, & ipsam

Monitio contra papam.

ANNO CHRISTI 1432.

& ipsam revocationem, quemadmodum & dissolutionem fecit, per diversas mundi partes transmittat & publicet, ab omnique impedimento dicti concilii penitus desistat. Quinimo eidem (ut debet) faveat & assistat, omniaque præbeat subsidia & auxilia opportuna, nec non infra trium mensium spatium, quod ad hoc pro termino peremptorio præfigit & assignat, si corporalis ipsius dispositio patiatur, personaliter veniat. Sin autem, personam vel personas loco & vice sui destinet & transmittat cum plenaria potestate, ad omnia & singula in hoc concilio peragenda usque ad totalem ipsius conclusionem, per omnes & singulos actus gradatim & successive. Alioquin si hæc sanctitas sua facere neglexerit (quod de Christi vicario non est aliqualiter sperandum) sancta synodus, prout justum fuerit & Spiritus sanctus dictaverit, necessitatibus ecclesiæ providere curabit, & procedet secundum quod juris fuerit divini pariter & humani. Similiter præfatos reverendissimos dominos cardinales, qui tamquam principales ecclesiæ Dei cardines ad hæc ferventius intendere debent, exorat, requirit, obtestatur & admonet, quatenus cum præfato domino papa super prædictis sollicitam instantiam faciant, huicque sacro concilio faveant, assistant, & auxilientur modis omnibus opportunis. Et cum præsentia ipsorum, pro eorum auctoritate magna, prudentia & experientia termini, sit huic sacro concilio plurimum opportuna, ipsos dominos cardinales, & quemlibet eorum, requirit, monet, & citat, quatenus infra spatium trium mensium ab intimatione præsentium (quem terminum pro trina ac canonica monitione præcise & peremptorie præfigit & assignat) ad dictum sacrum concilium generale veniant, canonico impedimento cessante: alioquin, cum eorum negligentia ad ipsum sacrum generale concilium veniendi, ut tantis necessitatibus ecclesiæ succurratur, in periculum gravis jacturæ fidei catholicæ totiusque ecclesiæ detrimentum censeatur procul dubio redundare. Hæc sancta synodus, lapso termino supradicto, contra eos qui venire neglexerint, eorum exigente contumacia, procedet, prout divini pariter & humani dictaverit & permiserit ordo juris, & necessitatibus ecclesiæ altissimo largiente providere curabit. In præmissis autem dicta synodus reverendissimum dominum cardinalem sanctæ Crucis, quamdiu tractantibus pacis regnorum Franciæ & Angliæ insistet, includere non intendit, atque quoad reverendissimos dominos cardinales, Placentinum & de Fuxo vulgariter nominatos, & cardinalem sancti Eustachii, cum in propinquioribus locis existant, ad duorum spatium mensium restringit terminum supradictum. Mandat insuper hæc sancta synodus universis & singulis dominis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis ecclesiarum prælatis, clericisque, notariis, & personis ecclesiasticis, nec non aliis Christi fidelibus, cujuscumque status, dignitatis, gradus & conditionis existant, omnesque & singulos principes & dominos, etiamsi imperiali, regali, ducali, seu quavis alia præfulgeant potestate, requirit, & rogat, qui pro præmissis fuerint requisiti, seu requisitus, in virtute sanctæ obedientiæ ac obtestatione divini judicii, & sub pœna excommunicationis, quatenus prædicta omnia & singula dicto sanctissimo domino papæ, atque reverendissimis dominis cardinalibus insinuent, intiment, & notificent, ac intimari, & insinuari, seu notificari faciant personaliter eisdem, si ad eos tutus & accommodus pateat accessus. Sin autem, ei vel illis, ad quos personaliter accedendi facultas non sit, in eorum habitationibus, nec non in porta palatii apostolici & in eccle-

A siis sancti Ioannis Lateranensis, sancti Petri, & sanctæ Mariæ Majoris de Vrbe, per publicum notarium confectas affigendo, si hoc tute fieri possit. Sin autem, in principalibus ecclesiis civitatum Sutrinæ, Viterbii, & Senensis, vel aliarum trium civitatum vicinarum, de quibus fuerit bene visum. Quæ quidem loca hæc sancta synodus decernit esse idonea pro executione omnium præmissorum. Et nihilo minus hæc sancta synodus futuris copiens obviare casibus, ut omnis evitetur dispendiosus circuitus, cum rebus, de quibus agitur, supra modum periculosa sit mora, ordinat & decernit, hujusmodi admonitionis & citationis decretum, postquam in hac solenni sessione lectum fuerit & publicatum, ecclesiæ cathedralis Basileensis valvis affigi, ut si forte contingat ipsius intimationem exequi non posse modo

B aliquo præmissorum, eo casu ex nunc tamquam publico edicto, ad quatuor mensium spatium ab hac die inantea computandum, censeatur quoad omnes ejus effectus facta insinuatio, monitio & citatio, sicque suos omnes effectus sortiri, & arctare eos quibus dirigitur, decernit, ac si personaliter insinuatum & præsentatum fuisset, viribus peremptoriis & communatoriis suprascriptis hic habitis pro insertis. Insuper hæc sancta synodus declarat & protestatur, quod nihilo minus prædictis dilationibus pendentibus, cum jam præcesserit a jure vocatio ex decreto concilii Constantiensis, rerumque necessitas id suadeat, & qualitas agendorum in ulteriore prosecu-

C tione concilii & agendis in eo, procedere intendit ordinate, debite, ac mature, nec propterea supersedere aliqualiter in processu. Tandem hæc sancta synodus decernit citationes contra omnes prælatos, & alios qui ad generale concilium venire tenentur, omnesque & singulos generales ordinum quorumcumque, ac etiam inquisitores hæreticæ pravitatis, sub dilatione termini, seu terminorum, de quibus deputatis fuerit bene visum, cum pœnis & censuris & clausulis opportunis. Datum Basileæ in sessione publica sanctæ synodi Basileensis, celebrata in ecclesia majori hujus civitatis, sub sigillo ejusdem sanctæ synodi, sub anno a nativitate domini mille-

D simo quadringentesimo trigesimosecundo, indictione decima, die vero Martis 29. mensis Aprilis, præsentibus notariis & scribis hujus sanctæ synodi suprascriptis.

SESSIO III.

Item quia plures notarii & scribæ ad conscribendum acta hujus sacri concilii sunt necessarii, hæc sancta synodus, citra tamen aliorum notariorum per ipsam alias constitutorum revocationem, venerabiles viros magistros Bartholomæum de * Lucgnano, civem Senensem, & Thomam Chesneloti baccalaureum in decretis Rhemensis diœcesis, notarios ejusdem deputat & ordinat. Datum Basileæ in, &c. ut statim supra.

Notarii alii novi.

* Latignia.

SESSIO IV.

I.

Salvusconductus Bohemorum.

E *Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans.*

SESSIO IV.

TENORE præsentium significamus universis, quod omnibus & singulis sacerdotibus, baronibus, nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuscumque viris, cujuscumque status, conditionis aut qualitatis existant, de regno Bohemiæ, & marchionatu Moraviæ, de Praga, & civitatibus, ac aliis locis eorumdem, & omnibus aliis ecclesiasticis & secularibus personis, qui aut quæ una cum ipsis ad generale Basileense concilium mittentur, ac pro-

SESSIO IV.

fectus existunt, omnibus eorum personis, quocumque nomine censeantur, aut valeant nuncupari, infra tamen numerum ducentarum personarum, tenore præsentium, nostrum plenissimum ac perfectum salvumconductum concedimus atque damus, verissimamque securitatem veniendi ad hanc civitatem Basileensem, ibidemque manendi, standi, morandi, nobiscumque de quibusvis negotiis opportunis ipsis commissis tractandi, placitandi, disponendi, concludendi, & terminandi, impartimur: ac in loco vel in locis hospitiorum suorum divina officia sine impedimento nostrorum peragere permittimus; sic etiam, ut propter illorum præsentiam neque in itinere, neque in alio loco itineris, in eundo, manendo, aut redeundo, neque in ipsa civitate Basileensi, a divinis officiis cessetur quovis modo per modum interdicti. Ceterum in generali concilio seu synodo Basileensi articulos quatuor, pro quorum claritate instant, ore tenus aut in scriptis libere poterunt offerre, aut propalare, scripturis sacris beatorumque doctorum verbis, sententiis & rationibus eos declarare, adstruere, persuadere, &, si opus fuerit, etiam ad objecta concilii generalis respondere, aut cum aliquo vel aliquibus de concilio super eisdem disputare, aut caritative absque omni impedimento conferre, opprobrio, convicio aut contumelia procul motis, servatis forma & modis inter nostros legatos & nuntios prædictorum regni & marchionatus in Egrensi civitate specificatis & uniformiter conclusis: & signanter, quod in causa quatuor articulorum per eos attentorum, lex divina, praxis Christi apostolica & ecclesiæ primitivæ, una cum conciliis doctoribusque fundantibus se veraciter in eadem, pro verissimo & indifferente judice in hoc Basileensi concilio admittentur. Et illis peractis vel non peractis, quandocumque de mandato aut consensu suorum majorum ad propria reverti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla renitentia, occasione & mora, salvis rebus illorum & suorum pariter honore, & personis, vice versa poterunt, vel poterit, juxta beneplacitum libere & secure redire, de scitu tamen deputandorum per concilium, ut pro tunc opportune securitati eorum provideatur sine dolo & fraude. Nihilo minus in hoc eorum salvo conductu omnes quascumque clausulas includi ac contineri volumus, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena & efficaci & sufficienti securitate in eundo, stando, ac redeundo, necessariæ sunt & opportunæ, hæc notanter propter bonum pacis procurandum & observandum luculenter exprimentes. Quod si quispiam aut aliqui ex illis, sive in itinere ad nos in Basileam veniendo, sive ibidem demorando aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerit aut egerint, per quod posset assecurationis eorum beneficium eis aut eorum alicui concessum annullari aut cassari, volumus etiam, ac admittimus, & concedimus, ut talis vel tales in facinore hujusmodi deprehensi vel deprehensus ab ipsis dumtaxat, & non ab aliis, condigna animadversione cum emenda sufficienti, per partem nostram merito approbanda & laudanda, mox puniatur aut puniantur, illorum assecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Et pariformiter, si quispiam, vel aliqui ex nostris, sive in itinere ad nos in Basileam veniendo, sive ibidem demorando, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerit, aut egerint, per quod posset assecuritatis ipsorum beneficium eis aut alicui eorum concessum, annullari aut cassari, volumus ut talis vel tales in facinore hujusmodi deprehensi, a nobis aut a nostris dumtaxat, & non ab aliis, condigna animadversione, cum emenda sufficienti, per partem dominorum ambasiatorum & nuntiorum merito approbanda & laudanda, mox puniatur aut puniantur, præsenti assecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Volumus etiam, quod liceat ipsis ambasiatoribus omnibus & singulis toties quotiescumque opportunum fuerit seu necessarium ad auram capiendam exire de civitate Basileensi, & reverti ad eandem, nec non nuntium vel nuntios suos ad quæcumque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis libere mittere seu destinare, ac ipso nuntios seu destinatos, seu missum & destinatum, suscipere toties quoties eis videbitur expedire, ita quod aliqui vel aliquis per deputandos concilii socientur, qui eorum securitati provideant vel provideat. Insuper nec in sermonibus, seu prædicationibus publicis aut aliis collationibus, in præjudicium, derogationem seu deteriorationem, causæ ipsorum quatuor articulorum, pars nostra terminis quibuslibet in confusionem vergentibus, poterit aut debebit oriri & poni in loco civitatis Basileensis. Qui quidem salvus conductus & securitates stare ac durare debent, & a tempore, & per tempus, quo in nostræ & nostrorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Basileam perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum præmisso, cum ipsi petierint, aut concilium habita hujusmodi audientia ipsis recessum indixerit, a Basilea usque in Tustan, * Taroniam, aut Englspurg, in quem ex locis istis maluerint, Deo favente, restituemus, dolo & fraude prorsus exclusis. Etiam pro universis & singulis Christi fidelibus, & specialiter pro sanctissimo domino Romano pontifice, pro serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum, *&c.* rege, ac venerabilibus dominis cardinalibus, archiepiscopis & episcopis, ac dominis abbatibus, prælatis, & clericis, nec non illustrissimis principibus, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & nobilibus militibus, universitatibus, & communitatibus civitatum, castrorum & villarum, earumque consulibus, scabinis, officialibus, & aliis cujuscumque conditionis & status, ecclesiastici vel sæcularis, existant, quocumque nomine censeantur, & pro subditis omnium præmissorum, & pro tota parte eorumdem, promittimus bona fide & spondemus, quod nos omnes & singuli prædicti præscriptam assecurationem & salviconductus eorum formam, in omnibus suis conditionibus, punctis & clausulis superius expressatis, inviolabiliter & inconcusse bona fide & puro corde observabimus & custodiemus, observabunt & custodient. Insuper promittentes sine fraude & quolibet dolo, quod nolumus, neque debemus, occulte vel manifeste, quacumque occasione prætensa, uti aliqua auctoritate, vel potentia, jure, statuto, vel privilegio legum vel canonum, & quorumcumq; conciliorum, specialiter Constantiensis & Senensis quacumque forma verborum expressa, in aliquod præjudicium salvoconductui, seu assecurationi, ac publicæ audientiæ, ipsis per nos concessæ vel concesso. Quod si nos aut aliquis ex nobis, vel nostris, cujuscumque conditionis vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis & salviconductus formam & modum, in quocumque puncto vel clausula violaverit, (quod tamen avertere dignetur omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda, habeant nos & habere poterunt incidisse in omnes pœnas, quas jure divino & humano, aut

* Taconiam,

ANNO CHRISTI 1432.

aut consuetudine, hujusmodi salvorum conductuum A violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione. Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi celebrata, duodecimo Kalendas Julii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

II.

Epistola Bohemis missa super conclusione in Egra facta, in quarta publica sessione lecta.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, universis viris ecclesiasticis, nobilibus, & toti populo regni Bohemiæ, unitatem & B *pacem in Christo Iesu domino nostro.*

Pridie oratores nostri ex opido Egra ad nos reversi, & ibidem cum nuntiis vestris conclusa seriose referentes, magno gaudio hanc sanctam synodum repleverunt. Asserunt enim, cum tanta caritate & mansuetudine hoc sacrum unionis negotium fuisse tractatum, ut non aliud existimemus quam Spiritum sanctum pacis & unitatis auctorem in medio intervenisse. Concepimus ex his quæ referunt magnam spem futuræ unionis & indissolubilis inter nos caritatis. Pro qua re (sicut dignum est) ipsi Spiritui sancto, cujus munere hoc factum esse non dubitamus, gratias ex toto corde retuli- C mus, eleemosynas jejuniaque & orationes solennes indiximus, & ubique usque ad rem optato fine conclusam indici faciemus. Laudamus & benedicimus dominum, qui tam lætam nobis præbuit diem, qua nullam adhuc sensimus lætiorem, postquam hunc locum attigimus. Parari enim semitam videmus ad magnam Dei gloriam & grandem populi Christiani profectum. Nemo nostrum fuit, dum ipsi oratores singula vobiscum acta recensebant, qui vel oculis vel corde non fleret. Commovebantur inusitato gaudio viscera audientium rem tam concorditer fuisse conclusam, sperantiumque post hanc aliam multo lætiorem diem adhuc successuram. Exultemus igitur & jubilemus invicem Deo salu- D tari nostro, qui recordatus misericordiæ suæ, incipit plebem suam tanta cum lætitia visitare. Levemus manus nostras ad cælum, glorificantes dominum nostrum Iesum Christum, quia pacem, quam quotidie diebus nostris ecclesiæ dari petimus, jam appropinquare videmus. Magnificemus Spiritum paracletum, qui animos paulo ante dissidentes in hanc spem pacis repente convertit. Sed si pro hac spe tantum gaudii suscepimus, quam magna & inenarrabilis erit illa lætitia tam nostra quam vestra, quando optatum pacis & unitatis finem re ipsa intuebimur? Vt autem recognoscatis quantum hæc res nobis est cordi, ipsis nostris nuntiis in communi congregatione auditis, formam salviconductus, & E ea quæ cum vestris ambasiatoribus concluserunt, nihil addito vel retracto, hæc sancta synodus unanimi omnium consensu approbavit. Et ecce ipsum salvumconductum in publica sessione decretum, de verbo ad verbum, quemadmodum in Egra * conditus fuerat, ad vos destinamus. Misimus etiam, ut nil ex parte nostra desit, fratrem Ioannem de Mulbruno, unum ex nuntiis nostris, qui in Egra fuerant, ad serenissimum principem dominum regem Romanorum, ut ab eo salvumconductum in ea qua optatis forma obtineat. Quem ut primum habuerimus, ad vos sine mora transmittemus, parati semper agere omnia quæ pro vestra tutela & libera au-

* concluss

A dientia necessaria videbuntur. Vtinam sicut fas est nobis verba exprimere, ita mentes nostras in publicum exhibere possemus. Vtinam sicut hanc epistolam lecturi estis, ita corda nostra palam inspicere possetis. Profecto non dubitamus, quin cognita nostra in vos summa caritate, mox sine ulteriori tractatu in unitate Spiritus connecteremur. Et quoniam salvatoris nostri sententia est, non qui inceperit, sed *qui perseveraverit usque in finem salvus erit:* vos omnes per Spiritum sanctum hujus sacri negotii directorem hortamur & obsecramus, ut quemadmodum rem ipsam ferventer inchoastis, ita firmiter constanterque usque ad veræ unionis complementum perseveretis. Speramus in Christo Iesu videre diem, & jam prope est forte, quo alter alte- B rum fraterna caritate nos invicem complectemur, & unanimes in eadem sanctæ matris ecclesiæ domo cum jucunditate perpetuo habitabimus. Confidimus in domino tantam adhuc invicem futuram dilectionem, ut nullum inter nos fuisse olim dispendium videatur. Et quamquam nondum hæc sancta unio, pro qua laboramus, completa sit, tamen ipse Spiritus sanctus tantam hujus rei spem & affectum cordibus nostris impressit, ut quod futurum est jam quodammodo in foribus adesse credamus. Vos corpore absentes estis, sed ob hanc spem in visceribus caritatis & vinculo veræ dilectionis quasi præsentes amplectimur, & præ gaudio nosipsi flentes, tamquam mater filium ex longinqua patria redeuntem, C vos tenerrime osculamur. Iam igitur quasi arrham proximæ mutuæ unitatis pepigisse videmur, & vos dudum futuros nostros dilectissimos fratres jam esse existimamus. Talia enim ipse Spiritus sanctus initia dedit, ut non aliud quam pacem, caritatem & unitatem hinc * attingere speremus. Læto ergo animo utique simus, & jucunda mente invicem vivamus, cum prope in januis gaudium, quod nemo tollet a nobis, per Spiritum sanctum accepturi simus. Sed ut citius faciliusque consequamur, vigilemus supplices in orationibus, & continuis precibus dominum nostrum Iesum Christum devotis mentibus exoremus, ut quod operari incepit confirmet atque perficiat. Hora jam est ut sancta mater ec- D clesia, quæ pro tam diuto filiorum suorum dissidio diu * consternata est, pro pace & unitate lætari & exultare incipiat, luctumque præteriti temporis convertat in gaudium. Tempus jam advenit, ut qui eodem Christi charactere insigniti sunt, & eodem baptismatis fonte renati, deposita omni dissensione, eumdem caritatis & unitatis spiritum induant, & ad augmentum gloriamque nominis Christiani totis viribus intendant, fidemque orthodoxam protegere curent, quam infideles pagani multis in locis ignominiose pessundant, & extinguere moliuntur. Eia igitur cum nostræ dilectionis & sinceræ voluntatis jam certi sitis, amodo vestros legatos præparate, quales in primis literis postulavimus, ut cum regius E salvusconductus advenerit, cum pleno mandato ad hoc sacrum concilium proficiscantur. Quos ita grate benigneque suscipiemus, ut a parentibus filii suscipi consueverunt. Spiritus sanctus paracletus, in cujus nomine hæc sancta synodus est congregata, nobis & vobis & toti populo Christiano hic veram dilectionem & pacem, ac in futuro sæculo vitam æternam donare dignetur, qui cum Patre & Filio regnat benedictus in sæcula. Amen.

SESSIO IV.

Matth. 10.

* contingere

* contristata

Datum in sessione publica solenniter celebrata in ecclesia majore Basileensi, die Veneris vigesima mensis Junii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

SESSIO IV.

ANNO CHRISTI 143[illegible]

III.

In eadem sessione quarta, decreta concilii Basileensis.

SACROSANCTA generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, attendens, quod ad providentiæ spectat officium, perspicaci consideratione futura prospicere, & adversus ea quæ reipublicæ possent inferre dispendia salubriter providere. Cum itaque eadem sancta synodus ad extirpationem hæresum, pacem in Christi populo & morum reformationem cum Spiritus sancti gratia, prout, statu rerum & temporum considerato, est admodum necessarium, sit intenta, & propterea venerabiles in Christo patres sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales ad ipsum sacrum concilium evocaverit, existimans eorum in sacro concilio præsentiam pro eorum auctoritate, sapientia, rerumque notitia, multimode fructuosam: eisque tamquam veris obedientiæ filiis ad sacrum concilium venientibus, si alibi contingeret apostolicæ sedis vacatio, in jacturam eorum qui obedientes vacationi sacri concilii deservirent, utilitati ecclesiæ posset redundare, cum tamen ut obedientia non jacturam afferat, sed potius utilitatis & honoris augmentum, ratio cunctis nota suadeat. Et ne aliquibus forsitan venire negligentibus prodesse inobedientia videatur, hæc & alia quæ animum cujuscumque prudentis ad hoc movere possent & deberent, provida attentione prospiciens hæc sancta synodus, statuit, decernit, atque diffinit, quod in eventum vacationis sedis apostolicæ, hoc sacro generali durante concilio, electio summi pontificis in loco istius sacri concilii fiat, & interdicit ne alibi celebretur. In contrarium attentata quavis auctoritate, etiamsi papali, non obstantibus quibuscumque constitutionibus editis vel edendis, aut aliis in contrarium facientibus, ac si de ipsis esset de verbo ad verbum facienda mentio specialis, aut juramento firmata existant, quibus ex certa scientia derogat, & decernit, nulla & irrita esse, nulliusque roboris vel momenti ipso jure: contrarium vero attentantes, sint tam active quam passive, quoad electionem Romani pontificis, & ad quascumque alias dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetuo privati, & infamiæ notam ac etiam excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Quod si forsan aliqua de facto prætensa electio præsumeretur, tam electus prætensus, quam illi adhærentes, & eum pro tali gerentes, supradictas pœnas incurrant pari modo. Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præmissas sententias aut earum aliquam incurrerint quoquo modo, dicta synodus tantummodo, præterquam in mortis articulo, sibi reservat. Decernens præsens decretum ligare, afficere, vim & effectum habere atque sortiri, post quadraginta dies continuos proxime secuturos a die publicationis ejusdem.

IV.

Ne vi juramenti aut promissionis alicui facta aliqui astrictos se putent ut ad concilium venire non possint.

Item ordinat, statuit, decernit & declarat, quod quicumque & singuli cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, prælati, reges, principes, duces, marchiones, comites, barones, vicarii ecclesiæ Romanæ, vassalli, communitates, Romanæ curiæ officiales, summi pontificis familiares, sive alii cujuscumque conditionis existant, sive quibuscumque nominibus censeantur, propter juramenta, promissiones, vel quaslibet alias obligationes, præfato summo pontifici, seu alteri ad hoc ejus mandato deputato aut deputando, seu quibusvis aliis quomodolibet super quacumque re vel causa, & sub quacumque verborum forma præstita seu præstanda, nullatenus obligantur & astringuntur, aut se impeditos a veniendo ad hoc sacrosanctum concilium occasione dictorum juramentorum, promissionum, vel aliarum obligationum, prætendere possunt, aut poterunt in futurum, quo minus absque perjurii seu infamiæ nota ad ipsam synodum teneantur accedere, qui de jure aut consuetudine sunt astricti. Ceteri vero qui vocati & requisiti fuerint, & omnium prædictorum procuratores, obedire & adhærere ipsi concilio, & libere accedere possint, & teneantur, & eidem licite interesse. Processus vero quoscumque suspensionis & excommunicationis, interdicti, nec non privationis dignitatum, beneficiorum, seu officiorum quorumcumque, & commendarum revocationes, ac inhabilitatis sententias seu perjurii, aliasve pœnas, mulctas & censuras in se continentes, in ipsos occasione præmissorum per quemcumque quavis, etiam Romani pontificis, auctoritate fulminatos, cum omnibus inde secutis aut secuturis, eadem sacra synodus nullos, cassos & irritos, ac nullius roboris seu momenti existere pronuntiat, declarat, & diffinit, & quatenus de facto processerunt seu processerint, revocat, cassat, irritat, & annullat, & pro cassis, irritis & nullis habendos statuit & decernit.

V.

De bulla plumbea.

Item ut gesta in ipsa synodo durabiliori testimonio roborentur, statuit & ordinat ipsa synodus, quod de cetero in literis suis authenticis utatur bulla plumbea pendente cum chordula cannabis aut serici, prout varietates causarum & rerum, super quibus literæ eædem conficientur, postulabit, in uno missione Spiritus sancti in specie columbæ, in alio vero lateribus, horum verborum, Sacrosancta generalis synodus Basileensis, sculpturas continere, decernens eisdem plenam & omnimodam fidem adhibendam fore.

VI.

Quod papa, durante concilio, non possit creare cardinales, nec creatos publicare.

Item cum multiplicatio cardinalium sit ecclesiæ dispendiosa & onerosa, propterea & ex aliis rationabilibus & legitimis causis eamdem sanctam synodum moventibus, statuit, ordinat, atque ex certa scientia hoc irrefragabili decreto decernit ipsa sancta synodus, quod durante hoc sacro concilio Romanus pontifex a loco istius sacri concilii absens personaliter, non debeat nec possit aliquem, vel aliquos, cujuscumque dignitatis, conditionis, gradus, seu status existant, in sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, vel cardinales, quovis modo aut quocumque quæsito colore vel causa assumere, pronuntiare secrete aut publice, aut pronuntiatos seu assumptos secreto publicare. Et si secus attentatum fuerit, exnunc in antea irritum sit & inane, nulliusque roboris vel momenti. Quod si forsan taliter de facto assumpti aut pronuntiati se pro cardinalibus gerere aut nominare præsumpserint, quibuscumque dignitatibus privati, & ad omnes & singulas futuras inhabiles, ac quicumque eos pro cardinalibus gerentes & reputantes, exnunc prout extunc sententia excommunicationis innodati sint ipso facto, a qua præterquam in mortis articulo, nisi a præfata synodo, absolutionis sive habilitationis beneficium obtinere non possint.

Datum

Anno Christi 1432. * celebrata in ecclesia majori Basileensi die Veneris 20. mensis Iunii, anno a nativitate, &c.

Datum in sessione publica * ejusdem sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, duodecimo Kalendas Iulii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

VII.

Commissio facta per Concilium in eadem sessione domino cardinali sancti Eustachii, super regimine civitatis Avinionensis & comitatus Venaysini.

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, dilecto filio Alphonso, sancti Eustachii sanctæ Romanæ ecclesiæ diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, civitatis Avinionensis & comitatus * Venaycini in spiritualibus & temporalibus pro nobis & sancta matre ecclesia vicario generali, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.*

* Venaysini

In pacis auctore hæc sancta synodus congregata, cum universi populi Christiani pacem & tranquillitatem exoptans per diversas mundi partes ad procurandum ea quæ pacis sunt, & scandalis obviandum, suæ solicitudinis opus impendat, ecclesiæ proprium patrimonium ab hoc procurandæ pacis & tranquillitatis studio expers esse nullatenus decuit, quinimo ipsam debet specialis intuitus cura fovere. Cum itaque ad ipsius sacræ synodi notitiam fide dignorum sit relatione deductum, quod civitas Avinionensis, quæ sanctæ Dei ecclesiæ semper fidelissima & obsequentissima fuit, certis urgentibus rationibus & causis necessariis, vicarium per summum pontificem ad ipsius regimen destinatum se admittere non debere prætendat, atque ad eumdem summum pontificem ambasiatas destinaverit, pro utili & salubri gubernatione civitatis ejusdem, ac comitatus * Venaycini eidem adjacentis, suppliciter postulans ut de alio utili eis provideretur vicario, quod hucusque obtinere nequivit, nec sperat posse obtinere, quinimo is qui pro vicario destinatus est intendit & nititur suscipere gubernationis officium invita civitate, congregare satagens multitudinem gentium armatarum. Unde super præmissis informatione recepta ex his & aliis quæ honestas censet calamo non promenda, deturbatione & periculo gravi status civitatis illius & patriæ est ex verisimilibus & urgentibus rationibus dubitandum, essetque nimis grave dispendium, si forte (quod avertere dignetur altissimus) ecclesia perderet illud tam nobile patrimonii sui membrum, aut guerrarum inquietudine turbaretur. Idcirco hæc sancta synodus hujusmodi periculis cupiens obviare, civitatemque illam & comitatum in pace & quiete fovere, regimen & gubernationem civitatis ipsius & comitatus, usquequo cum summo pontifice per ipsam sanctam synodum, vel aliquo ejus nomine habito pleniori tractatu, fuerit aliter ordinatum, maxime attento, quod propter locorum distantiam, & viarum discrimina non potest facile haberi recursus ad dictum summum pontificem, & periculum sit in mora; tibi, cujus futuræ utili & fideli gubernationi fidem facit aliarum terrarum ecclesiæ regimen per te hactenus fidelissime plurimumque utiliter gestum, duxit ad honorem Dei, sanctæ matris ecclesiæ, ac hujus sacræ synodi, tenore præsentium plenarie committendum, cum plenaria potestate regendi & gubernandi dictam civitatem Avinionensem & comitatum * Venaycini, omnemque in eisdem jurisdictionem, merum & mixtum imperium, per te vel alium seu alios exercendi, officiales amovendi

* Venaysini

* Venaysini

etiamsi pontificali præfulgeant dignitate, & alios vel eosdem instituendi, juramenta seu promissiones recipiendi, ac illa relaxandi cum quibuscumque semel vel pluries, quoties visum tibi fuerit opportunum. Quascumque pecunias, fructus, proventus & emolumenta, in illis civitate & comitatu, ratione juris papalis, vel sanctæ Romanæ ecclesiæ, aut quocumque jure vel titulo, pro tempore præterito, præsenti, & futuro, cameræ apostolicæ debitas & debita, recipiendi & exigendi, ac recipi & exigi faciendi; contradictores quoslibet vel inobedientes censuris ecclesiasticis, & aliis compescendi remediis opportunis. Et generaliter cum omnibus illis potestatibus & facultatibus, quas bonæ memoriæ Franciscus archiepiscopus Narbonensis sanctæ Romanæ ecclesiæ camerarius, a felicis recordationis domino Martino papa V. & alias habuit, dum ageret in humanis, licet etiam hic specifice non exprimantur. Mandans tibi in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis juris, quatenus curam & regimen prædictum humeris tuis impositum reverenter suscipias, ac diligenter & fideliter exequaris, utilitatem publicam, tranquillumque & pacificum statum civitatis illius & comitatus sic procurare solicite studeas, ipsumque regimen & gubernationem pro modo tuæ sapientiæ sic utiliter gerere, ut apud Deum æternæ vitæ merita, & apud mandatum fama tua laudis & gloriæ suscipiat incrementa. Mandat insuper omnibus officialibus, civibus, incolis, & habitatoribus dictæ civitatis & comitatus, capitaneis, nec non castrorum castellanis, * ballivis, & aliis officialibus quibuscumque, quovis nomine censeantur, & aliis universis, quatenus tibi & per te deputandis officialibus ad regimen eorumdem, & nulli alteri pareant, obediant, & intendant, in omnibus & per omnia, quemadmodum præfato archiepiscopo Narbonensi, dum viveret, & pro ecclesia Romana dictæ civitatis & comitatus regimen & gubernationem gereret, faciebant, & facere tenebantur, quibuscumque promissionibus, juramentis, obligationibus, & aliis quibuscumque dispositionibus in contrarium facientibus, non obstantibus ullo modo. Hæc namque sancta synodus, omnium quorumcumque prædictis obviantium vim & effectum præsentium auctoritate suspendit. Et quidquid per te rite, spiritualiter & temporaliter gestum & ordinatum, actum vel sententiatum fuerit, vel provisum, hæc sancta synodus ratum & gratum habebit, ac faciet auctore domino inviolabiliter observari.

Sessio IV.

* baillivis

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majori Basileensi die Veneris * vigesima mensis Iunii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

* 12. mensis Iulii,

SESSIO V.

Sessio V. Hæc sessio habita est in vigilia sancti Laurentii.

I.

De causis fidei.

SACROSANCTA generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, considerans quod ipsa inter alia fructuosa opera ad hæreses extirpandum, & a fide devios ad ejusdem fidei orthodoxæ unionem reducendos, in Spiritu sancto principaliter congregata dignoscitur, & propterea constituit accommodum fore, imo necessarium, pro causis fidem concernentibus, in hoc sacro concilio tractandis & examinandis, de personis idoneis providere: eapropter constituit & deputat judices ad audiendum omnes & singulas causas fidem quomodolibet concernen-

Causarum fidei judices.

 cernentes, venerabiles Franciscum Papiensem, Conradum Ransfpoosensem, episcopos, & dilectum filium ecclesiæ Ioannem abbatem Cistercienfem, quibus in causis hujusmodi per deputatos ad hoc prius examinatis, ipsisque designatis & remissis, dat potestatem in prædictis causis in hoc loco concilii & extra, citandi ac audiendi, cognoscendi, decidendi, & alia faciendi, quæ ad dictas causas pertinent & pertinebunt, usque ad sententiam diffinitivam exclusive. Et ut eo facilius causæ prædictæ suum finem debitum consequantur, eadem sancta synodus, ut ipsi judices prædicti, aut duo ex eis, tertio statutis horis non veniente, terminus in causis hujusmodi tunc occurrentes, tenere & observari facere, & alias summarie, simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura judicii procedere valeant, statuit & decernit.

II.

De procuratore fidei.

Procurator. Item sancta synodus prædicta deputat & constituit dilectum ecclesiæ filium Nicolaum amici, licentiarum in theologia, in causis fidei præmissis procuratorem generalem, hoc durante concilio, cum potestate substituendi de consensu & auctoritate judicum prædictorum, qui nullam causam promoveat, nisi primum per deputationem fidei fuerit examinata & admissa.

III.

Deputantur judices ad examinandum causas generaliter.

Item dicta sancta synodus, ne inter ceteros uberes fructus, pro quibus procurandis summopere desudat, justitia indebite gravatis, pro qua ad eamdem confluunt, ministrando deficiat, aut ipsius executio plus debito negligatur, volens in præmissis opportunis remedius providere, constituit, ordinat, & deputat judices seu commissarios ad audiêdum omnes causas, ad dictam sanctam synodum devolutas seu devolvendas, deductas seu deducendas, causis concernentibus fidem exceptis, venerabiles Berengarium Petragoricensem, Petrum Augustensem, provinciæ Maguntinæ, & Delphinum Parmensem, episcopos, quibus in causis præmissis per deputatos ad hoc prius examinatis, ipsisque remissis & designatis, dat potestatem, non obstantibus feriis, in loco concilii & extra citandi, audiendi, cognoscendi, referendi & diffiniendi, & alia faciendi quæ ad dictas causas pertinent & pertinebunt. Et ut eo facilius causæ seu negotia ad debitum finem perveniant, eadem sacra synodus, ut tres aut duo ex ipsis, tertio statutis horis non veniente, terminos in causis hujusmodi tunc occurrentes tenere & observari facere, & alias secundum qualitatem causarum procedere valeant, statuit & decernit, causis tamen ecclesiarum cathedralium majoribus easumdem dictæ sacræ synodo reservatis, de quibus se non impediant, nisi de generalis congregationis patrum & suppositorum ejusdem, etiam citra cessionem publicam commissione speciali. Ratificasque nihilo minus hæc sancta synodus, & approbat omnes commissiones quarumcumque causarum, etiam cathedralium & majorum, sub quacumque potestate in generali congregatione dictis judicibus seu aliis commissariis hactenus factas, nec non processus exinde secutos, ac etiam inantea per eosdem continuandos.

Iudices alii.

IV.

Ordinatio præcognitorum.

Item ne judices prædicti quaslibet causas ad hoc sacrum concilium delatas seu deferendas, passim & indistincte, importunitate petentium devicti, audiendas recipiant, sed potius de qualitate ipsarum ratio habeatur, hæc sancta synodus constituit & deputat dilectos ecclesiæ filios, Iulianum apostolicæ sedis legatum sancti Angeli, & Dominicum sanctæ Mariæ in via Lata, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ diaconos cardinales, & quemvis præsidentem nunc & in futurum pro tempore existentem, & venerabilem Franciscum Gebennensem episcopum, ac dilectum ecclesiæ filium Henricum Fleckel, palatii apostolici causarum auditorem, dictarum causarum præcognitores, dans & concedens quinque prædictis vel majori parti, aliis se absentantibus vel non consentientibus, potestatem causas hujusmodi primum diligenter examinandi & discernendi, quæ aut qualis illarum in hoc sacro concilio tractari, audiri, cognosci decenter possint, seu diffiniri debeant, & quas tractandas seu in generali congregatione * referendas, aut absque relatione præmissa cognitione decidendas judicavetint, ad ipsos judices remittere habeant designatas, sub modificatione procedendi prædicta. Et nisi ad eos sic (ut præmittitur) remissæ fuerint, de illis se non impediant quovis modo.

Præcognitores causarum.

* forte referendas.

V.

Quod ultra tres menses potestas judicum non duret.

Item decernit hæc sancta synodus, quod post tres menses continuos a die præsentis publicationis computandos, tam judicum pro fide, quam pro aliis causis prædictis audiendis, deputatorum pariter & præcognitorum potestas finiatur. Sit tamen in potestate dictæ generalis congregationis, in locum quorumlibet prædictorum, etiam citra sessionem publicam, quos decreverit, deputare.

VI.

Ne incorporati trahantur ad judicium extra locum hujus concilii.

Item statuit & diffinit, quod nullus huic sacro concilio per se vel suum procuratorem legitime admissum incorporatus, etiam procurator ipse aut incorporandus, in futurum a tempore arrepti itineris sine fraude continuati, animo ad hanc Basileensem synodum veniendi, pro quacumque causa seu lite mota seu movenda, aut quavis alia occasione, ad Romanam curiam seu coram quocumque judice ordinario vel delegato, extra locum concilii, illo durante, invitus trahi seu evocari, aut contra ipsos invitos, aut aliquem eorumdem procedi possit. Si quid vero in contrarium attentatum fuerit, quovis modo per * quæcumque, quavis, etiam summi pontificis, auctoritate, decernit irritum & inane, nulliusque roboris existere seu momenti. Nihilo minus hæc sancta synodus offert se paratam de omnibus suppositis ejusdem aut aliquo eorum, querulantibus, seu actionem movere volentibus minustrare justitiæ complementum

* quemcumque.

VII.

Ordinatur auditor ordinarius cameræ.

Item hæc sancta synodus deputat & constituit dilectum

dilectum ecclesiæ filium Henricum Fleckel apostolici palatii causarum auditorem, hujus sacri concilii judicem & auditorem ordinarium, dans & concedens eidem omnem potestatem seu jurisdictionem, quam in Romana curia de jure seu consuetudine exercet, seu exercere habet apostolicæ cameræ auditor.

VIII.

Soldanus constituitur.

Item constituit & deputat dilectum ecclesię filium Titianum de Laude soldanum, cum potestate quam habet soldanus curiæ Romanæ.

IX.

De aliis officiariis.

Item de ceteris officiariis in hac sacra synodo necessariis ordinetur & disponatur in congregatione generali, & quæcumque ibidem super deputatione eorumdem officialium acta seu ordinata fuerint, ejusdem firmitatis & auctoritatis existant, ac si facta fuissent in publica sessione.

X.

Deputantur notarii.

Item quia pluses notarii & scribæ in eadem sancta synodo ad conscribendum acta ejusdem sunt necessarii, citra aliorum per ipsam sanctam synodum in aliis sessionibus deputatorum revocationem, magistros Enselmum de Guiscardis de Blensaco juris canonici professorem, Gerhardum Ronselli, Georgium Frey de Vilsboven, Conradum Kneulinde Dyepurgh, Petrum de Noxeto clericos Vercellensis, Noviomensis, Pataviensis, Maguntinensis, & Placentinensis diœcesis, notarios & scribas ejusdem ordinat & duputat.

Notarii seu scribæ alii.

Datum Basileæ in sessione publica ejusdem sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, quinto Idus Augusti, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

SESSIO VI.

SESSIO VI.

ANNO domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo, die sabbati sexta mensis Septembris, fuit in ecclesia majori Basileensi, in qua sessiones celebrari solent, sexta hujus sacræ synodi Basileensis sessio celebrata hoc modo: Primo videlicet missa solennis de beata virgine Maria per dominum Philibertum episcopum Constantiensem præsidentem celebrata, & demum suffragus, antiphona exaudi, ac litaniis cum euangelio secundum Lucam, *Dixit Iesus discipulis suis: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit*, ac hymno, Veni creator Spiritus, &c. cum versiculo & collecta decantatis, assistentibus dominis legato Placentino & Firmano cardinalibus cum triginta duobus aliis prælatis in eorum mitris planis & * pluvialibus existentibus, & domino duce Vuilelmo Bavariæ protectore hujus sacri concilii, venerabiles viri magistri Nicolaus Amici, & Hugo * Berardi, promotores hujus sacri concilii, per organum magistri Hugonis suam petitionem fecerunt in scriptis, ut sequitur:

Luc 10.

* pluvialibus.

* Barardi.

Promotores concilii dant petitionem.

Reverendissimi patres, & vos alii domini mei præstantissimi, sacrosanctum generale concilium in Spiritu sancto legitime congregatum celebrantes, ac universalem ecclesiam repræsentantes, cum ex decreto tertiæ sessionis hujus sacri concilii sanctissimus dominus noster papa Eugenius cum omni reverentia & instantia fuerit per viscera misericordiæ Iesu Christi exhortatus, requisitus, ac monitus, quatenus prætensam dissolutionem hujus sacri concilii de facto revocaret, sicut de facto processerat, quæ notorie universalem scandalizat ecclesiam & populum Christianum, & ipsam revocationem, quemadmodum & dissolutionem fecerat, per diversas mundi partes transmitteret & publicaret, ab omnique impedimento dicti concilii penitus desisteret, quinimo eidem (ut debebat) faveret & assisteret, omniaq; præberet subsidia & auxilia opportuna, nec non infra trium mensium spatium peremptorie præfixum & assignatum (si corporalis ipsius dispositio pateretur) personaliter veniret: sin autem, personam vel personas loco & vice sui destinaret & transmitteret cum plenaria potestate ad omnia & singula in hoc concilio peragenda, usque ad totalem conclusionem ipsius, per omnes & singulos actus gradatim & successive. Et dictus dominus Eugenius papa IV. ea super quibus monitus fuit, facere non curaverit, sed in sua prætensa dissolutione perseveraverit, & etiam perseveret, ac omnem perturbationem & eversionem hujus sacri concilii multipliciter moliatur, nec infra terminum præfixum venerit aut miserit: idcirco nos promotores hujus sacri concilii producentes memoratum decretum monitionis & citationis, ac executionem legitime & debite factam, petimus, supplicamus instantissime, & requirimus, dictum dominum Eugenium papam IV. per hanc sacram synodum decerni & declarari contumacem in prædictis, atque ad ulteriora debite procedi, prout necessitates ecclesiæ Dei exigunt & requirunt, ac prout est divini juris pariter & humani. Deinde productis per eos monitione & citatione contra dominum nostrum papam Eugenium modernum & dominos cardinales cum duobus instrumentis executionis ejusdem, etiam petito & instanter requisito, per sacrosanctum concilium præfatum dominum nostrum papam contumacem reputari, & ad ulteriora procedi, prædictus dominus episcopus Constantiensis præsidens, de mandato concilii injunxit reverendis in Christo patribus, & dominis dominis Petragoricensi & Ratisponensi episcopis, ut interrogarent si dominus noster papa, aut aliquis pro eo potestatem vel mandatum sufficiens habens esset in dicta sessione, se repræsentaret. Qui quidem domini ambo episcopi, videlicet Petragoricensis & Ratisponensis, primo super gradus ante altare dictæ sessionis ter eumdem dominum nostrum papam vocaverunt alta & intelligibili voce sub his verbis: Estne aliquis hic pro domino Eugenio papa IV. cum legitima potestate, cujus contumacia nunc accusata est? Compareat in hac sessione publica. Similiter hoc idem fecerunt ter ante majus portale dictæ ecclesiæ. Deinde facta relatione per eosdem dominos episcopos domino episcopo præsenti, quod neminem pro præfato domino nostro papa reperterant, accesserunt ad dictam sessionem nuntii & oratores ipsius domini nostri papæ, videlicet domini Tarentinus & Colossensis archiepiscopi, episcopus * Magdalonensis, & dominus Antonius de sancto Vito sacri palatii causarum auditor. Et ipsis sedentibus in eadem juxta dominum ducem protectorem, dictus magister Hugo alter promotorum, alio sibi assistente, trina vice cum instantia petiit ab eisdem dominis nuntiis & oratoribus, an haberent aliquod mandatum vel potestatem a domino nostro Eugenio papa IV. Qui responderunt, quod

* Magalonensis.

erant

SESSIO VI.

erant simplices nuntii & oratores domini nostri papæ. Et tunc ipse promotor, attento quod dicti oratores nullam faciebant fidem de mandato, nomine concilii protestatus est de nullitate actorum & agendorum per eosdem. His itaque peractis, dominus Magdalonensis episcopus, alter dictorum nuntiorum, narravit se alias in principio sui adventus literas credentiales dominis hic in Basilea congregatis exhibuisse & præsentasse. Et quod illa quæ dicere intendebant, in eorum credentia continebantur. Deinde dominus archiepiscopus Tarentinus ibidem quamdam fecit supplicationem exhortatoriam, sumens pro themate: *Obsecro vos in domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis*, &c. supplicando iterum, quod pro bono & utilitate ecclesiæ sanctæ Dei, & ad evitandum scandala, domini dignarentur supersedere in negotio processus contra dominum nostrum papam & cardinales. Qua supplicatione & requisitione facta, & habita inter dominos aliquali deliberatione, dominus præsidens eisdem dominis oratoribus respondit, quod super propositis per promotorem concilii, & per eosdem dominos pentis, domini de sacro concilio deliberarent, & tantum facerent quod totus mundus merito de concilio prædicto deberet contentari. Et tunc dominus Colossensis archiepiscopus, de hujusmodi gratiosa responsione regratiatus est. Et his sic peractis, domini nuntii & oratores prædicti a loco publicæ sessionis recesserunt, & se absentarunt. Demum promotores concilii prædicti per organum magistri Hugonis (prout supra) accusarunt contumaciam dominorum cardinalium, ut in schedula quam in suis tenebat manibus continetur, videlicet: Item consimili modo accusamus contumaciam reverendissimorum dominorum cardinalium, qui vigore dicti decreti moniti & citati fuerunt, procedi petentes ad ulteriora, ut supra, Iordani episcopi Sabinensis, de Ursinis vulgariter nominati, Antonii episcopi Ostiensis, Bononiensis vulgariter nuncupati, Hugonis episcopi Prænestini, de Cypro vulgariter nominati, Petri tituli sancti Laurentii in Cælio monte presbyteri cardinalis, de Fuxo vulgariter nominati, Ioannis tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis Rothomagensis, Ludovici tituli sanctæ Cæciliæ presbyteri cardinalis Arelatensis, Henrici sancti Eusebii presbyteri cardinalis de Anglia, Antonii tituli sancti Marcelli presbyteri cardinalis, Dominici tituli sanctorum Ioannis & Pauli presbyteri cardinalis Ilerdensis, Ioannis tituli sancti Petri ad vincula presbyteri cardinalis, Ioannis tituli sancti Sixti presbyteri cardinalis, Vvilelmi sanctæ Anastasiæ presbyteri cardinalis de Monte forti, Angeloti tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, Francisci tituli S. Clementis presbyteri cardinalis Venetiarum, Alphonsi S. Eustachii diaconi cardinalis, Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedio diaconi cardinalis de Comite, Ardecini sanctorum Cosmæ & Damiani diaconi cardinalis Novariensis, Prosperi S. Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis de Columna. Tunc vero dicti domini Petragoricensis & Ratisponensis episcopi, de mandato sacri concilii, ut supra, ante altare ter, & ante valvas ecclesiæ etiam ter, eosdem dominos cardinales aut aliquos pro ipsis vocaverunt. Et facta eorum relatione de præmissis, quod neminem invenerunt, dominus auditor * domini legati surrexit in medium, & dixit quod paratum se offerebat exhibere mandatum sufficiens coram dominis a concilio deputandis, pro quinque dominis cardinalibus vocatis, videlicet dominis de Cypro, Arelatensi, sancti Sixti, Rothomagensi, & de Monte forti: similiter allegare causas rationabiles, propter quas domini, Ilerdensis, qui jam habitus est in congregatione generali excusatus, nec non S. Petri ad vincula, S. Eustachii, de Fuxo, & de Anglia, cardinales, merito pro excusatis habebuntur. Præterea magistri Simon de Valle, & Ioannes de Ragusio ordinis prædicatorum, pro & nomine domini cardinalis Bononiensis, dixerunt se habere mandatum sufficiens, & obtulerunt se coram eisdem dominis deputatis producere velle. Similiter magister Laurentius de Rotella obtulit se rationabilibus de causis excusaturum dominum cardinalem de Columna. Et tandem his peractis, concilium per organum domini præsidentis deputavit dominos Frisingensem & Bellicensem episcopos, qui viderent & examinarent producta per promotores, & petita, nec non mandata dominorum cardinalium, ac hujusmodi excusationes audirent, & omnia concilio referrent. De quibus omnibus & singulis præmissis, præfati promotores nomine concilii petierunt, & quilibet eorum petiit, ad perpetuam rei memoriam, sibi fieri a nobis notariis & aliis unum vel plura instrumentum & instrumenta. Datum in sessione publica ejusdem sanctæ, *&c. ut supra.*

Ephes. 4.

* cardinalis

SESSIO VII.

Quod sedente concilio, vacante sede apostolica, extra concilium non procedatur ad electionem.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO VII. Habita est die 6. Novembris, tunc feria 4. anno 1432.

DUDUM hæc sancta synodus super electione Romani pontificis, in casu vacationis sedis apostolicæ, hoc sacro durante concilio, quoddam edidit decretum hujusmodi sub tenore: Ad providentiæ spectat officium perspicaci consideratione futura prospicere, *&c. ut habetur in quarta sessione, ideo non est necesse hic inserere.*

Prorogatio temporis cardinalium veniendi ad concilium tempore vacationis papatus.

Cum autem ex eodem decreto apud aliquos exorta sit dubitationis occasio, ne tempus decem dierum ad intrandum conclave præfinitum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, per constitutionem editam in generali concilio Lugdunensi, saltem a tempore notæ vacationis in loco hujus concilii curreret & arctaret, quod nimis rigidum videretur, & terminus nimis brevis propter multos ex eisdem cardinalibus, qui a loco ipsius concilii esse possent in remotis locis absentes: hæc sancta synodus cupiens omnem dubitationis materiam amputare, & ea quæ ad pacem & unitatem ecclesiæ Dei sanctæ accommoda sunt vigilanti studio providere, & tam in his quam in omnibus quæ fidei catholicæ exaltationem generalemque reformationem & pacem populi Christiani concernere dignoscuntur, pro quibus est in Spiritu sancto legitime congregata, cum omni modestia debitaque maturitate procedere, præsentis decreti tenore decernit, quod in casu vacationis sedis apostolicæ præsente durante concilio ante sexaginta dies a die vacationis continue computandos, ad electionem Romani pontificis minime procedatur.

Quod papa non dispenat de beneficiis cardinalium.

Statuit quoque hæc sancta synodus, quod de beneficiis cardinalium, qui contra præinsertum decretum aliquid præsumpserint attentare, statim possit per eos, ad quos de jure communi spectat, libere disponi

[ANNO CHRISTI 1432.]

sponi per viam collationis, præsentationis, electionis, seu cujuslibet alterius provisionis, etiamsi essent ecclesiæ metropolitanæ, cathedrales, aut alia quæcumque beneficia quocumque nomine censeantur, quæ in titulum vel commendam a prædictis cardinalibus tenentur, reservationibus apostolicis specialibus, aut generalibus, & aliis in contrarium facientibus minime obsistentibus.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, * octavo Idus Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

[* Die Iovis 6. mensis Novembris.]

SESSIO VIII.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans.

[SESSIO VIII. Habita 18. Decembris 1432. Basileensis concilii sessione 3.]

CUM jamdum de mense Aprilis in hujus sacri concilii sessione solenni editum & publicatum fuerit decretum hujusmodi seriei: Sacrosancta, &c. Olim, &c. quod quidem vocationis decretum debite extitit executum, & in termino constituto solenni sessione celebrata sexta die mensis Septembris per promotores hujus sacri concilii fuerit ipsius domini papæ & cardinalium absentium contumacia debite accusata, ambasiatoribus ipsius summi pontificis tunc in hac civitate personaliter constitutis: qui quidem ambasiatores ad locum ipsius sessionis venientes, magnis precibus a dicto sacro concilio petierunt, in procedendo contra dictum dominum Eugenium papam & cardinales supersederi: & licet secundum juris ordinem, attenta magna dicti domini Eugenii & dictorum cardinalium contumacia, & multis supplicationibus & instantiis in dicto decreto memoratis, procedendum fuisset ad declarandum ipsos esse contumaces, & alia juris remedia opportuna: volens tamen agere cum omni mansuetudine & lenitate, & si forte resipiscerent expectare, maxime attendens quod carissimus ecclesiæ filius Romanorum rex illustris & fidelis ecclesiæ advocatus jugiter apud eumdem dominum Eugenium & cardinales instabat ambasiatis, literis & tractatibus usque in præsens supersedit ab ulterius procedendo. Cum autem a die dictæ accusationis contumaciæ sint lapsi tres menses & ultra, & etiam a die suæ prætensæ dissolutionis annus effluxerit, ipseque dominus Eugenius monitionibus supradictis sanctæ matris ecclesiæ renuat obedire, sed in sua prætensa dissolutione hujus sacri concilii perseveret, ipsum evertere & disperdere variis modis satagens, & aliam congregationem sub nomine generalis concilii indicere, in grave scandalum & damnum totius ecclesiæ bonique publici perturbationem, & decretorum sacri Constantiensis concilii contemptum & enervationem, ac etiam fidei catholicæ detrimentum, cum hoc sacrum concilium ad extirpationem hæresum per Dei gratiam sollicitudinem & operam præbuerit & præbeat, ex qua fructus optimus in proxima dispositione videtur, idcirco ad omnem superabundantem cautelam, sinique omnem mansuetudinem & gravitatem ostendendum, & ipsum dominum Eugenium papam in magis manifesta contumacia constituendum, eumdem per viscera misericordiæ Iesu Christi, & sub obtestatione divini judicii admonet, exhortatur, & eidem ex parte omnipotentis Dei præcipit atque mandat, quatenus infra 60. dies ab hac die, præsentisque decreti in valvis ecclesiæ Basileensis affixione, continue subsequentes, dictas prætensas dissolutionem & convocationem congregationis sub nomine concilii generalis publice revocet, & huic sa-

A cro concilio etiam pure & simpliciter adhæreat realiter & cum effectu, & deinde cetera in præinserto decreto contenta adimpleat cum effectu. Alioquin si infra prædictum terminum prędictas prætensas dissolutionem & convocationem non revocaverit publice, & ipsi sacro concilio pure & simpliciter (ut præmittitur) non adhæserit, dicta sancta synodus absque ulteriori monitione, requisitione, vocatione, seu citatione, contra ipsum super præmissis & omnibus aliis in concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive procedet, prout Spiritus sanctus dictaverit, & tam de jure divino quam humano fuerit procedendum: adjiciens, quod si dictus dominus Eugenius papa prędictis parere contempserit, & dicto termino sexaginta dierum pendente,

B aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesiasticas dignitates, vel alia quæcumque beneficia vel officia in fomentum dictæ suę prętensæ dissolutionis, & enervationem, diminutionem, seu impedimentum, hujus sacri concilii, de quo ipsius sacri concilii arbitrio judicabitur, an factæ fuerint in fomentum tales promotiones, hæc sancta synodus cassat, irritat & annullat. Mandat præterea in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna privationis, quam ipso facto incurrant, omnium suorum beneficiorum & officiorum, commendarum, pensionum, & gratiarum quarumcumque, etiam expectativarum, omnibus & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ

C cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ac aliis ecclesiarum prętatis, officiariis curiæ, & clericis quibuscumque in Romana curia existentibus, cujuscumque status & conditionis existant, quatenus in casu prædicto post lapsum dicti termini infra 20. dies proxime & immediate sequentes a curia Romana recedant, & deinde cardinales omnino sub pœna prædicta ad hoc sacrum concilium, omni mora postposita, veniant. Patriarchæ vero, archiepiscopi, episcopi, ac alii ecclesiastici, prout de jure vel consuetudine ad generale concilium ire tenentur, sub pœnis juris iter suum sine fraude continuando, ad hoc sacrum concilium veniant: reliqui vero, qui ad generale concilium non tenentur venire, ad resi-

D dendum & Deo serviendum maneant in propriis beneficiis, vel ad hoc sacrum generale concilium sine moræ dispendio & omni fraude cessante se transferant & accedant. Decernit tandem hæc sancta synodus, hujus decreti publicationem in præsenti sessione factam, ejusque affixionem in valvis majoris ecclesiæ Basileensis, habere vim monitionis, citationis, & executionis. & ita universos arctare, ac si personaliter apprehensi & eis intimatum fuisset. Insuper, prout in prioris monitionis edicto continetur, hæc sancta synodus declarat & protestatur, quod nihilominus hujusmodi dilatione sexaginta dierum pendente, cum id rerum necessitas suadeat & qualitas agendorum, in ulteriori prosecutione concilii & agendo-

E rum in eo, procedere intendit ordinate, debite & mature, nec propterea supersedere aliqualiter in processu.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, * decimoquinto Kalendas Ianvarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

[* die Iovis 18 Decembris.]

I.

Decretum quod unicum debet esse concilium.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Sicut unica est ecclesia sancta catholica, Christo

SESSIO VIII. Can. 6.

ipsius sponso dicente, *Una est columba mea, dilecta mea*. & fidei articulo hoc profitente, cum unitas divisionem non capiat; sic esse non potest nisi unicum generale concilium, ipsam sanctam ecclesiam catholicam repræsentans. Cum ergo in hac civitate Basileensi decretis sacrorum generalium conciliorum Constantiensis & Senensis, & duorum Romanorum approbatione pontificum, scilicet felicis recordationis Martini quinti & Eugenii quarti, generale concilium institutum & stabilitum sit, & in Spiritu sancto legitime congregatum, isto durante concilio constat aliud generale concilium alibi esse non posse. Quicumque igitur hoc sacro durante concilio aliam congregationem sub nomine generalis concilii erigere aut facere præsumpserit, non catholicæ ecclesiæ concilium, sed schismaticorum conventiculum erigere aut facere convincitur. Idcirco hæc sancta synodus omnes Christi fideles, cujuscumque status aut dignitatis, etiamsi papalis, imperialis, vel regalis, existant, sub obtestatione divini judicii, quod in Core, Dathan & Abiron auctoribus schismatis scriptura sacra commemorat, admonet & hortatur, & in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis contra schismaticos a jure indictis, districte præcipit atque mandat, ne hoc sacro durante concilio aliam congregationem sub nomine generalis concilii, quæ revera non esset concilium, facere, aut congregare, nec ad ipsam tamquam ad generale concilium, etiam prætextu cujuscumque promissionis aut juramenti, accedere vel interesse, aut recurrere quoquo modo, neque pro concilio generali habere, reputare, aut etiam nominare præsumant, etiamsi jam indictum prætendatur, sive in futurum indici attentetur. Si qua vero persona ecclesiastica, etiamsi sanctæ Romanę ecclesiæ cardinalis, aut alia quæcumque cujusvis status, gradus, aut conditionis, existat, Bononiam vel ad aliquem locum sibi nomine generalis concilii, isto durante, præsumat accedere, vel ibi manere, sententiam excommunicationis & privationis omnium beneficiorum, dignitatum, & officiorum, & inhabilitationis ad ipsa, incurrat ipso facto. Et de dignitatibus, officiis & beneficiis talium, per eos ad quos de jure spectat, etiamsi cathedrales aut metropolitanæ ecclesiæ fuerint, libere disponatur.

II.

Decretum pro incorporatis, quod eorum beneficia conferri non possunt per papam vel alium.

Ambitiosorum accensa cupiditas, non contenta de acceptis beneficiis gratias non agere, & humanitatis in se jura violare, interdum adeo exardescit, ut eos, qui credita sibi officia diligenter observant, & ita cuncta agunt, ut omni laude sint digni, subvertere moliatur, & a suis dejicere beneficiis, cum tamen pro eorum bonis actionibus, ut extollerentur, amplius dignum esset. Ideo opus est juris providere remediis, ut tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. Quisquis igitur tantæ ambitionis fuerit, ut ecclesiam cathedralem, dignitatem, officium aut beneficium, pensionem vel commendam, alicujus ex incorporatis, seu incorporandis, postquam fuerint incorporati, seu adhærentibus huic sacro concilio, attentaverint a Romano pontifice vel quovis alio impetrare, aut etiam acceptare, si motu proprio conferatur, non solum jure, quod in tali ecclesia, dignitate, officio seu beneficio habere prætendit, sed etiam omnibus beneficiis sit ipso jure privatus, & ad obtinendum in futurum in-

A habilis. Si qui vero ante hujusmodi editionem decreti tales impetrationes aut attentationes habuerint, careant gratiis etiam proprio motu concessis.

ANNO CHRISTI 1432.

III.

Quod papa non potest imponere novas gabellas in terras Romanæ ecclesiæ, & de non alienandis terris ecclesiæ.

Ceterum cum ad notitiam hujus sacræ synodi fide dignorum sit relatione deductum, quod dictus dominus Eugenius papa super alienandis nonnullis civitatibus, castris & terris ecclesiæ Romanæ, & aliarum ecclesiarum, habuit & habet diversos variosque tractatus, quæ quidem alienationes in fomentum dictæ prætensæ hujus sacri concilii dissolutionis, & ipsius concilii enervationem fieri moliuntur, & in damnum & jacturam patrimonii beati Petri aliarumque ecclesiarum cederent manifeste; idcirco his & alias ex bonis & justis causis, quæ ad hoc cujuslibet recte sentientis animum inducere debent, hæc sancta synodus eidem domino Eugenio omne alienationis, infeudationis, & impignorationis genus bonorum immobilium, ac etiam mobilium pretiosorum & jurium ecclesiæ Romanæ, & aliarum ecclesiarum quarumcumque, nec non auctorizationem alienationum bonorum immobilium & jurium aliarum ecclesiarum, omnemque indictionem seu impositionem novarum gabellarum, & aliorum onerum in alma urbe Romana & aliis terris ecclesiæ Romanæ, nec non impositionem cujuscumque gravaminis seu subsidii sub nomine decimæ vel quocumque alio nomine censeantur, penitus interdicit, omnesque alienationes, infeudationes, & impignorationes, de eisdem bonis immobilibus, & juribus ecclesię Romanæ, & aliarum ecclesiarum, & auctorizationem hujusmodi per dictum dominum Eugenium factas & fiendas, ac gabellas & alia onera per eumdem dominum Eugenium impositas seu imposita cassat, revocat, irritat, & annullat, adeo ut nec jus aliquod tribuant, nec præscribendi etiam causam pariant.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, decimo quinto Kalendas Ianvarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

SESSIO IX.

Concilium recipit Sigismundum imperatorem.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO IX. ANNO CHRISTI 1433. Ianvarii die 12.

INTER justitiæ opera nil justius nilque dignius esse constat, quam eos, qui pro universalis ecclesiæ utilitate solicitudinis studia univesque labores impendunt, ac puro mentis affectu solertibusque vigiliis ecclesiastica jura tuentur, ipsius ecclesiæ munire pręsidiis, adversus ea præsertim incommoda, quæ in eos pro impensis ecclesiæ Dei obsequiis moliuntur. Cum itaque carissimus ecclesiæ filius & ejusdem fidelissimus advocatus Sigismundus, Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ, &c. rex, pro universalis ecclesiæ utilitate, hujus sacri concilii generalis ipsam repręsentantis protectionem in se suscipiens, ipsique constanter adhærens, sinę laudabilis solicitudinis studiis virtuosisque laboribus, tam cum domino Eugenio

ANNO CHRISTI 1433.

A Eugenio papa IV. ut attentatam dissolutionem ipsius concilii revocando ipsi concilio adhæreret, quam etiam cum Christianitatis principibus & prælatis, dominisque, & communitatibus, ipsius sacri concilii favorem & augmentum studuerit & studeat multifarie promovere; idcirco dignæ gratitudinis vicem rependens hæc sancta synodus, eumdem sibi specialis protectionis suo munimine suscipit, nec non quoscumq; processus, etiam privatione regnorum, provinciarum, dominiorum, honorum, & quarumlibet dignitatum forsan continentes, contra præfatum Romanorum regem factos, aut etiam sub censuris & pœnis ecclesiasticis, aut aliis quibuscumque, per ipsum dominum Eugenium papam, aut alium ejus nomine, prolatos, vel in posterum quovis modo faciendos, aut etiam proferendos, B auctoritate omnipotentis Dei cassat, irritat, & annullat, ac, si de cetero attententur fieri, nunc pro tunc cassos & nullos esse decernit ac nullius existere roboris vel momenti. Universis autem Christi fidelibus etiam sub pœnis latæ sententiæ excommunicationis & privationis dignitatis cujuslibet ecclesiasticæ vel mundanæ interdicit, ne quispiam ipsi domino Eugenio papæ, aut alteri ejus nomine, circa processus hujusmodi factos vel fiendos, aut eorum executioni quovis modo obedire vel parere præsumat. Quinimo præfato regi quilibet obediat, & parere teneatur, sicut prius de jure tenebatur, ac si dicti processus nunquam emanassent, vel etiam emanarent. C

In eadem sessione cassat synodus processus contra ducem Vuilelmum protectorem concilii, & alios adhærentes concilio.

Et insuper pari modo quoslibet processus per præfatum dominum Eugenium papam, aut alium ejus nomine, contra quaslibet alias personas cujusvis gradus, status, præeminentiæ & honoris extiterint, etiamsi regali, reginali, ducali, aut alia quavis præfulgeant dignitate, & præsertim contra dilectum ecclesiæ filium nobilem virum Vuilelmum ducem Bavariæ, hujus sacri concilii nomine præfati regis Romanorum protectorem, necnon civitates, univer- D sitates quarumcumque civitatum & terrarum, & maxime Romanæ ecclesiæ mediate vel immediate subjectas, vicarios quoque, rectores gentium armigerorum, & capitaneos, officiales & singulares personas earumdem, huic sanctæ synodo adhærentes factos & prolatos, vel in posterum faciendos aut proferendos, etiam contra similes personas, civitates, & universitates, quæ in futurum adhærebunt, postquam adhæserint, hæc sancta synodus cassat, irritat & annullat, &, si in futurum fieri attententur, nunc pro tunc cassos & nullos esse decernit, ac nullius existere roboris vel momenti. Universis quoque Christi fidelibus, etiam sub simili pœna latæ sententiæ excommunicationis, & privationis dignitatis E cujuslibet ecclesiasticæ vel mundanæ interdicit, ne quispiam ipsi domino Eugenio papæ, aut alteri ejus nomine, circa processus hujusmodi factos vel fiendos, aut eorum executioni, quovis modo obedire vel parere præsumat. Celebrata fuit hæc sessio die vigesima secunda Ianuarii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio. Lecta & publicata per reverendum patrem & dominum dominum Franciscum episcopum Cumanum, celebrante reverendo domino patriarcha Antiocheno.

SESSIO X.

SESSIO X.

ANNO domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, indictione undecima, die vero

A Iovis decima nona mensis Februarii, celebrata fuit sessio decima in navi ecclesiæ Basileensis. In qua post missam de Spiritu sancto per reverendum in Christo patrem dominum Matthæum episcopum Albinganensem solenniter decantatam, orationibusque, litaniis, evangelio secundum Matthæum, *Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia, &c.* aliisque suffragiis, cum hymno, Veni creator Spiritus, decantatis, assistentibus & præsentibus in eadem quadraginta sex prælatis in mitris eorum planis, de quorum numero tres presbyteri & duo diaconi cardinales in utrisque lateribus collocati extiterunt; nec non illustrissimo principe domino Vuilhelmo duce Bavariæ, *&c.* hujus sacri concilii protectore, una cum aliis quamplurimis honorabilibus utriusque tam spiritalis quam sæcularis status personis, ex B injuncto sibi mandato pro parte ipsius sacræ synodi, reverendus in Christo pater dominus scilicet * Cumanus episcopus ambonem ad hoc ornatum ascendens, decreta infra scripta de verbo ad verbum alta & intelligibili voce legit, & solenniter publicavit.

(Margin: SESSIO X. Die 19. Februarii, an. 1433. — Matth. 19. — * Germanus, al. Cumanus)

I.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

C Pridem in octava sessione hujus sacri concilii in decreto citationis domini Eugenii papæ IV. clausula quædam infra scripti tenoris adjecta fuit, videlicet adjiciens, quod si dictus dominus Eugenius papa præmissis parere contempserit, & dicto tempore sexaginta dierum pendente aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesias, vel ecclesiasticas dignitates, vel alia quæcumque beneficia vel officia, in fomentum dictæ suæ prætensæ dissolutionis, & enervationem, diminutionem, seu impedimentum hujus sacri concilii, de quo ipsius sacri concilii arbitrio judicabitur, an factæ fuerint in fomentum tales promotiones, hæc sancta synodus D cassat, irritat & annullat. Hanc autem clausulam pro tuitione hujus sacri concilii & personarum eidem adhærentium, hæc sancta synodus extendit & vires habere vult, usquequo per ipsam sanctam synodum super hoc aliter fuerit ordinatum.

II.

Extensio decreti quod incipit: Ambitiosorum.

Ex eadem etiam causa decretum illud quod incipit: Ambitiosorum, *&c.* in eadem sessione promulgatum hæc sancta synodus extendit ad personas collegiorum, capitulorum, monasteriorum, & conventuum, seu alias quascumque quæ aliquem admittere E seu recipere præsumpserint in possessionem dignitatum, officiorum vel beneficiorum, personarum quæ in dicto decreto exprimuntur.

III.

Accusatio contumaciæ papæ.

Deinde dictis decretis pronuntiatis, promotores præfatæ sanctæ synodi, per oraculum magistri Henrici de Behenheym officialis curiæ Basileensis, *&c.* contumaciam domini nostri papæ Eugenii IV. accusarunt, prout in schedula continetur, cujus tenor sequitur, & est talis: Reverendissimi reverendique patres & domini, cum jamdudum de mense Aprilis proxime præterito in publica sessione hæc sancta

Ii ij synodus

Sessio X.

synodus exorasset, monuisset, ac debite omni cum instantia humiliter requisivisset dominum Eugenium papam IV. ut illam suam pretensam dissolutionem hujus sacri concilii alias per ipsum factam, sicut de facto processerat, de facto etiam revocare deberet, ac ipsam etiam revocationem, quemadmodum & dissolutionem hujusmodi prætensam, per diversas mundi partes transmitteret & publicaret, ac ipsi sacro concilio Basileensi (sicut tenebatur) assisteret favoribus opportunis, fuerit quoque statutus exinde sibi terminus quatuor mensium ad veniendum personaliter, vel alias personas idoneas mittendum ad hoc sacrum concilium cum plena potestate ad omnia & singula peragenda in hoc sacro concilio, prout hæc latius in decretis ipsius sanctæ synodi continentur, & dicto termino quatuor mensium adveniente, fuerit per nos sæpe dictæ sacræ synodi promotores & procuratores, ac nomine ejusdem coram vestris reverendissimis paternitatibus ipsius domini Eugenii, nullatenus in præmissis parentis, contumacia debite accusata, petitumque ipsum contumacem declarari. Et licet tunc sancta synodus solita utens mansuetudine hujusmodi petitionem nostram non spreverit, neque contumaciam petitam declaraverit, producta tamen nostra assumens, interloquendo se deliberare velle decrevit. Quæ quidem deliberatio per tres menses exinde subsequentes perduravit, per quos hæc sancta synodus ad omnem ejus gravitatem & mansuetudinem in procedendo clare ostendendum, ipsi domino Eugenio expectato; si forte resipisceret in præmissis, nec tamen adhuc parente, die decimo octavo mensis Decembris proxime præteriti in publica sessione, cum adhuc videret præfatum dominum Eugenium in priori sua contumacia perdurare, ac etiam, quod longe deterius erat, hoc sacrum concilium subvertere variis modis satagere, nec non quamdam congregationem sub nomine generalis concilii in præjudicium & eversionem hujus sacræ synodi indicere, ipsum per suum decretum solenne iterato ad superabundantem cautelam, & ut in magis manifesta constitueretur contumacia, omni cum reverentia admonuit, exhortata est, ac eidem ex parte omnipotentis Dei præcepit atque mandavit, quatenus infra 60. dies a dicta die decimaoctava mensis Decembris subsequentes prędictas prætensas dissolutionem & convocationem congregationis sub nomine generalis concilii publice revocaret, huicque sacro concilio publice pure & simpliciter adhæreret, realiter & cum effectu: alioquin hæc sancta synodus absque ulteriori monitione seu citatione contra ipsum super pręmissis & omnibus aliis in ipso sacro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive procederet, prout Spiritus sanctus dictaret, & tam de jure divino quam humano foret procedendum. Verum reverendissimi reverendique patres & domini; cum præfatus dominus Eugenius, dictis 60. diebus jam elapsis pro ultimo & peremptorio termino sibi quoad præmissa assignatis, circa omnia & singula sibi per hanc sacram synodum, ut est præmissum, præcepta & mandata negligentem se reddiderit, & minime paruerit, imo in ejus priori contumacia (quod dolenter referimus) adhuc perseveret & perduret; nos duo magister Hugo & ego, promotores & procuratores prędicti, ad probationem & justificationem omnium & singulorum pręmissorum pridie in generali congregatione in domo prædicatorum 17. hujus mensis habita producentes & repetentes omnia & singula instrumenta & decreta, acta * actitata, & munimenta in prę-

* forte acta &

A missis facientia, & maxime primæ monitionis & requisitionis cum executione earumdem debite facta, nec non ejusdem domini Eugenii contumaciam alias accusatam, ac decretum hujus secundæ citationis cum ejus debita publicatione & executione, prout hæc omnia latius apud acta hujus sanctæ synodi sunt conscripta, pręfati domini papæ contumaciam accusaverimus, debita cum instantia requirentes, ut eumdem vestrę reverendissimæ paternitates pro contumace haberi vellent & reputari, contraque eumdem super præmissis & omnibus in hoc sacro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive, sine ulteriori citatione, prout Spiritus sanctus dictaret procedere: nec non certam diem pro sessione B publica habenda ad hujusmodi contumaciam solenniter accusandam deputare, & locum congregationis generalis fore habilem pro hujusmodi actu contumaciæ accusatæ, declarare dignarentur: vestræque reverendissimæ paternitates post nonnullas deliberationes dictum locum congregationis ad hoc habilem & idoneum ad pręmissa decernentes, & declarantes, pro præmissa contumacia per nos accusanda, hanc diem, nec non & sessionem publicam præsentem, nobis misericorditer statuere & assignare decrevistis, prout hæc omnia in supradictis actis hujus sacri concilii plenius continentur, ad quę, quoad hoc, nos referimus. Unde reverendissimi reverendique patres & domini, juxta prędictam sessionis pu- C blicæ assignationem, nobis (ut præfertur) gratiosius concessam, nos prędicti promotores iterato cum ea qua possumus & debemus instantia, apud reverendissimas dominationes vestras & coram hoc sacro concilio, præfati domini Eugenii papæ super omnibus & singulis in dictis citationum decretis contentis contumaciam accusamus, petentes, & eadem cum instantia requirentes, ut reverendissimæ paternitates vestrę (prout justitia suadet, & ordo juris postulat & rationis) declarent ipsum dominum Eugenium in præmissis contumacem, ac pro tali eum habeant & reputent, & insuper contra ipsum super pręmissis & omnibus aliis in hoc sacro concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive, sine ulteriori citatione, (prout Spiritus sanctus dictaverit) & de jure divi- D no pariter & humano fuerit procedendum, procedi, ac prout in hujus sacrę synodi decretis plenius continetur. Qua siquidem contumacia, sicut præfertur, in scriptis accusata, reverendissimus pater dominus cardinalis legatus * pro & nomine sacri concilii injunxit reverendis patribus dominis Vticensi & Novariensi episcopis, quatenus ad valvas ejusdem ecclesiæ irent, ad inquirendum utrum sanctissimus dominus noster Eugenius papa IV. cujus contumacia nunc per promotores fuit accusata, aut aliquis alius ejus nomine esset ibidem, qui vellet comparere coram sacrosancta synodo ibidem existente, facturus & adimpleturus illa ad quæ per duas citationes seu monitiones citatus seu monitus fuit. Qui quidem E duo domini episcopi de mandato quo supra, assumptis etiam nobis notariis infra scriptis, ad easdem valvas iverunt, altaque & intelligibili voce per organum præfati domini episcopi Novariensis trina vice proclamaverunt, inquirentes prout eisdem per dictum dominum legatum nomine dicti sacri concilii fuerat injunctum, petentes a nobis notariis publicum instrumentum, Ad perpetuam rei memoriam, &c. Qua sic facta trina proclamatione, nemineq; prodicto domino Eugenio comparente, ad præsentiam ejusdem sacri concilii in eadem ecclesia cõstituti redeuntes, retulerunt, prout supra, clamasse; nec aliquem nomine prædicti domini Eugenii coram eis cõparuisse. Post quam quidem relationem pro-

* forte pia sc, &

Anno Christi 1433.

ANNO CHRISTI 1433.

promotores sacri concilii per organum domini officialis Basileensis proponentes, dixerunt in effectu similia verba: Reverendissimi reverendique patres & domini, audiverunt vestræ reverendissimæ paternitates relationem per dominos Vticensem & Novariensem episcopos factam, & quia præfatus dominus Eugenius, licet debite vocatus & expectatus, per se vel alium non comparuit, prout neque comparet. Ejus contumaciam iterum & ex superabundanti accusarunt, trina vice petentes ipsum per sacrum concilium pro contumace reputari & declarari, reproducentes & repetentes acta & decreta hujus sacri concilii Basileensis, nec non duas citationes & earum executiones, una cum omnibus actis & actitatis in hujusmodi causa, petentesque diem certam pro sessione publica super hujusmodi declaratione fienda eisdem assignari. Quibus petitis dominus cardinalis legatus & præsidens generalis dicti sacri concilii & nomine ejusdem verba sua dirigens ad ipsos promotores dixit: Venerabiles promotores, audivit hæc sancta synodus relationem factam per præfatos dominos episcopos, & petitionem vestram, idcirco hæc sancta synodus judices hujus sacri concilii deputat & ordinat ad videndum & ad examinandum processum factum contra eumdem dominum Eugenium, & referant in congregatione generali. Qua facta relatione, sacrum concilium deliberabit super declaratione contumaciæ & aliis in hujusmodi causa peragendis, ac in sessione super hoc decernenda vobis respondebit. De & super quibus omnibus & singulis supradicti promotores & eorum quilibet, ad perpetuam rei memoriam, petierunt & petiit a nobis notariis fieri unum vel plura publicum * & publica instrumenta.

* forte, vel publicum, instrumentum vel instr.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majore Basileensi solenniter celebrata, die Iovis decimanona mensis Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio.

SESSIO XI.

I.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XI.

QVONIAM frequens generalium conciliorum celebratio, tamquam agri dominici præcipua cultura, universalem ecclesiæ statum concernit, ideo summa cum diligentia intendendum est, ut cunctis obstaculis, quæ tam salubrem institutionem impedire possent, accurate obvietur. Inhærens igitur hæc sancta synodus ordinationi decreti concilii Constantiensis, quod incipit, Frequens, cupiensque ne scandala, quæ (proh dolor) diebus nostris contigerunt, futuris temporibus in perniciem ecclesiæ repullulent, statuit & decernit ut Romanus pontifex, qui primus in vinea domini laborare, & alios suo exemplo ad laborandum trahere tenetur, per se vel legatum de latere aut legatos, eligendum, vel eligendos, de consilio & assensu non auricularí duarum partium cardinalium, in conciliis generalibus debeat interesse: nec non omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ, quæ de jure vel consuetudine generalibus conciliis adesse debent, deinceps ad ipsa generalia concilia tam vigore ipsius constitutionis Frequens indicta, quam hujus sacri concilii Basileensis, vel alterius futuri legitime congregati auctoritate indicenda, sine alia vocatione venire personaliter astringantur, nisi legitimo detineantur impedimento: quo casu personas idoneas cum sufficienti mandato destinare teneantur. Quod si ipse Romanus pontifex, & aliæ prædictæ personæ, hoc facere neglexerint, aut ipsum concilium quoquo modo de facto impedire, mutare, prorogare, dissolvere, operam dederint, & infra quatuor menses cum reali satisfactione non resipuerint, extunc Romanus pontifex a papali, & prædictæ personæ a suarum dignitatum administratione sint ipso facto suspensi. Quæ quidem papalis administratio ad sacrum concilium ipso jure devolvatur. Quod si pœnas prædictas per duos menses post dictos quatuor animo sustinuerint indurato, contra tam Romanum pontificem, quam prædictas personas, usque ad privationem inclusive, per concilium generale procedatur.

Constantiensis concilii sess. 39.

II.

Quod liberum sit cuilibet venire ad concilium.

Statuit quoque hæc sancta synodus, ut non obstante quacumque etiam Romani pontificis prohibitione, omnibus quibuscumque, cujuscumque status & conditionis existant, etiamsi sint sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, liberum sit ad generalia concilia proficisci. Quodque ipse Romanus pontifex ad ipsa concilia generalia accedere volentibus, & præsertim prædictis cardinalibus, licentiam (si petierint) impartiri teneatur.

III.

Declarat concilium verbum de prorogatione concilii, & cassat attentata in contrarium, vel attentanda in futurum.

Declarat quoque hæc sancta synodus verba illa, videlicet, nullatenus prorogetur, in dicto decreto posita, ita prohibitive intelligi, ut etiam per papam prorogari non possit: quodque concilium actu congregatum dissolvi, aut de loco ad locum mutari, sine ipsius concilii expresso consensu, per Romanum pontificem nullatenus possit: cassatque, irritat, & annullat, si quid forsitan contra hæc vel etiam in derogationem aut impedimentum ipsius concilii generalis, personarumque & prælatorum ac suppositorum ejusdem, per privationem, translationem, censurasque ecclesiasticas, vel aliter quomodolibet in futurum contigerit attentari.

IV.

Quod non dissolvatur aut mutetur concilium, nisi de consensu duarum partium cujuslibet, &c.

Statuitque ex certis rationabilibus causis, ut præsens Basileense concilium per neminem, etiamsi papalis fuerit dignitatis, dissolvi, aut de loco ad locum mutari possit, nisi de expresso consensu duarum partium cujuslibet deputationis, votis singulorum scrutatis, subsequentique approbatione duarum partium congregationis generalis, similiter scrutatis votis singulorum, ac demum in sessione publica facta declaratione. Obsecratque per viscera misericordiæ Iesu Christi, & per aspersionem sui sanguinis preciosi, omnia supposita hujus sacri concilii tam præsentia quam futura obtestatur, ut ante completam reformationem in capite & in membris, quantum rationabilius fieri poterit, nullatenus dissolutioni consensum præstent, nec loci mutationem fieri permittant, nisi ex causis justis & manifestis.

V.

Quod locus concilii eligatur per mensem ante dissolutionem, & declaratur verbum illud, in decennium.

Iuxta ipsius Constantiensis concilii ordinationem, vult omnino saltem per mensem ante tempus disso-

 lutionis

SESSIO XI.

ANNO CHRISTI 1433.

A lutionis eligi locum pro futuro celebrando concilio, declaratque ad abundantem cautelam, verbum illud, in decennium, in prædicta positum constitutione, sic intelligi debere, ut decennium totaliter compleatur, & eo integre completo extunc facultatem concilii generalis celebrandi incipere. Quod si casu aliquo contingat eos, qui conciliis generalibus interesse tenentur, in principio temporis non advenire, declarat non propterea dictam concilii celebrandi facultatem expirare, sed ut * quanto citius commode fieri poterit, celebretur. Ne autem diu differre possit, statuit, ut per viginti dies ante prædictum decennii tempus completum, vel aliud, si forsan ex causa per concilium præfigi contingat, Romanus pontifex per se vel legatum aut legatos suos, nec non archiepiscopus, in cujus provincia vel B diœcesi fuerit concilium celebrandum, & omnes prælati vicini loco celebrationis concilii per quatuor diætas vulgares, cessante impedimento canonico, in propriis personis, vel eo obsistente per viros idoneos ad hoc vicarios constitutos, adesse teneantur, ut de loci dispositione, & aliis præparatoriis concilii valeant habere tractatum. Die autem inchoationis concilii generalis præfinita, hi qui ibidem fuerint, missam de Spiritu sancto solenniter celebrent, & concilium ex eo die stabilitum & inchoatum esse efficaciter censeatur. Verum propter multas necessitates quæ contingere possunt venientibus ad concilium, exhortatur hæc sancta synodus eos qui tunc præsentes fuerint, ut ad ardua negotia C concludenda, nisi decenti expectatione absentium moderata, congruo intervallo temporis non procedant, sed sic divino timore prævio procedatur in cunctis cum debita gravitate, sicut tanta magnitudo negotiorum universalis ecclesiæ exigit & requirit. In his autem casibus, in quibus, secundum statutum decreti Constantiensis, papæ licet locum futuri concilii de consensu sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium mutare, statuit ut, si papa id facere negligat, collegium cardinalium hoc suppleat, ita tamen ut duæ partes ipsorum cardinalium consentiant, servando nihilominus modum qui in dicto capitulo, Frequens, continetur. Ipsam autem loci mutationem, si fieri contingat, jurabunt dicti cardinales, se- D cundum Deum & conscientiam suam, illam facere, & ex causis manifestis in capitulo, Frequens, contentis.

* quantocius

Constantiensis concilii sessione 39. ubi supra.

V I.

Quod electores papæ ante ingressum conclavis jurent, quod, si quis eorum eligatur, servabit dicta decreta.

Ut præmissa facilius executioni demandentur, statuit ipsa sancta synodus, quod electores Romani pontificis ante ingressum conclavis jurare Deoque & ecclesiæ promittere teneantur, quod, si contingat aliquem ex eis in papam assumi, præmissa supradicta decreta, statuta & ordinata servabit, & pro E posse adimplere realiter & cum effectu curabit, adjiciens quod quicumque in Romanum pontificem futuris deinceps temporibus assumetur, inter alia quæ profiteri debet, juxta decretum concilii Constantiensis, quod incipit: Quanto Romanus pontifex, &c. juret etiam præsens decretum efficaciter observare. Quam quidem professionem teneatur postea in primo publico consistorio de novo facere, profiteaturque, si eorum quæ in hoc decreto continentur fuerit violator, nec non ratione cujuslibet notorii criminis ecclesiam scandalizantis, judicio generalis concilii se esse subjectum. Hancque professionem tam ipse quam collegium cardinalium

In sessione concilii Constantiensis 39.

A inserant literis, quas de nova assumptione papæ per orbem de more transmittent.

V I I.

Quod publicetur hoc decretum in synodis.

Ut tam salutaris ac necessarii decreti nullus possit ignorantiam prætendere, mandat hæc sancta synodus in virtute sanctæ obedientiæ omnibus metropolitanis episcopis, ut in provincialibus & synodalibus conciliis prælatis religionum in suis capitulis generalibus hujusmodi decretum legi faciant & publicari.

V I I I.

B *Concilium cassat * jurisdictionem factam curialibus Romanæ curiæ, ne veniant ad ipsum concilium.*

* inhibitionem

Cum liberum esse debeat omnibus ad hoc sacrum concilium generale, quod universalem repræsentat ecclesiam, proficisci, & consequenter quidquid in contrarium quacumque auctoritate, etiamsi papali, statuatur, irritum sit censendum; ideo hæc sancta synodus cassat, irritat, & anullat quæcumq; mandata, etiam sub censuris, privationibus beneficiorum & officiorum, inhabilitationibus ad eadem, & aliis quibuscumque pœnis facta & fienda, tam per dominum Eugenium papam quartum, quam ejus camerarium, vel alium eorum auctoritate, curialibus & officialibus Romanæ curiæ, vel aliis quibus- C cumque personis, cujuscumque status & dignitatis existant, ne de curia Romana recedant, per quæ facultas ad hoc sacrum concilium veniendi, tolli, impediri, vel restringi quomodolibet posset.

Datum Basileæ in sessione publica celebrata in ecclesia majori Basileensi, quinto Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

SESSIO XII.

Die 14. Julii, tunc feria tertia, 1433.

Decretum citationis contra papam.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam D repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XII.

SANCTA catholica ecclesia in sacro Constantiensi concilio conveniens, cum animadverteret neglectum sacrorum conciliorum præteritis temporibus occasionem fuisse hæresum, errorum, schismatum, ac plurimarum deformitatum in populo Christiano, ipsorumque conciliorum frequentationem, optimum fore dictarum pestium ac malorum antidotum, divina inspiratione instituit, deinceps certis modo & tempore generalia concilia celebrari. Prius autem, ne quisquam de ipsorum conciliorum potestate hæsitaret, declaravit concilium generale, catholicam ecclesiam repræsentans, potestatem a E Christo immediate habere, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, & extirpationem schismatis, atque ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Quodque ejus mandatis, statutis, ordinationibus & præceptis super præmissis, seu ad ea pertinentibus, quicumque, etiamsi papalis fuerit dignitatis, obedire contumaciter contemnens, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciendus est, & debite puniendus, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Auctoritate igitur memorati Constantiensis concilii, ac deinde ex instituto sacri concilii Senensis, approbationeque felicis recordationis Martini

In Constantiensis concilii sessione 39

Constantiensis concilii sessione 4. & 5.

Constantiensis concilii sessione 5.

Anno Christi 1433.

Martini papæ quinti, & moderni domini Eugenii papæ quarti, hæc sancta synodus Basileensis legitime congregata, ad opus generalis reformationis ecclesiæ in capite & in membris, nec non ad extirpationem hæresum, omni cum diligentia in suo primordio procedere decrevit. Sed quoniam absque pace Christianorum principum hæc duo sanctissima opera non facilem executionem habere poterant, professa est etiam ad pacem concordiamque Christiani populi velle totis viribus laborare, quemadmodum hactenus fecit fecissetque uberius, ac forte felicius, nisi gravibus fuisset per præfatum dominum Eugenium obstaculis impedita. Et quoniam inter Christianos nemo est, cujus pro sua dignitate magis intersit quam summi pontificis, hujusmodi sacris operibus intendere, hæc sancta synodus a suæ congregationis initio dominum Eugenium per binas ambasiatas cum magna instantia deprecata est, ut suas operas consiliaque & auxilia ad ipsam synodum fovendam & promovendam vellet impendere. Cum vero ab ipso domino Eugenio papa pro suo pastorali officio omne genus subsidii & suffragii speraremus, lugubri nuntio ad nos perlatum est hoc sacrum concilium tam solenniter institutum, & pro tam necessariis negotiis congregatum, in publico consistorio de facto, cum de jure non posset, tentasse dissolvere. Quod nos audientes, tristitia consternati magnoque mœrore confecti sumus. Nec modo nos sacrum concilium celebrantes hujusmodi prætensa dissolutio supra modum scandalizavit, sed & omnem populum Christianum, qui tam sanctorum operum felicem exitum magno cum desiderio expectabat. Existimans tunc hæc sancta synodus sinistris informationibus ipsum dominum Eugenium fuisse circumventum, mox ad eum venerabilem episcopum Lausanensem & decanum Trajectensem oratores destinavit, eidem ostensuros causas prætensæ dissolutionis a veritate procul esse, supplicaturosque ut, cum hujusmodi res graviter ac notorie ecclesiam perturbaret, plurimæque in Christiano populo exinde calamitates secuturæ essent, ipsam dissolutionem tam scandalose factam omnino revocaret, & huic sanctæ synodo, sicut dignitatem suam decebat, cum effectu adhæreret. Sed ipsorum oratorum rationibus ac precibus nequaquam motus, eos ad nos vacuos remisit. Quod tam grave ac notorium scandalum hæc sancta synodus ferre non valens, ipsum dominum Eugenium in publica sessione monuit, ut infra quatuor menses prætensam dissolutionem tot scandalorum causam penitus aboleret. Interim autem & post carissimus ecclesiæ filius Sigismundus Romanorum imperator illustris, tamquam ecclesiæ fidelis advocatus, pluribus notabilibus ambasiatis ac crebris literis ipsum dominum Eugenium humillime deprecatus est, ut ab hujusmodi ecclesiæ perturbatione omnino desisteret. Idipsum etiam zelo fidei & ecclesiæ succensi quamplures reges & principes, cardinales ac prælati, tam in curia Romana quam extra, rogando, obsecrando, monendo, sedula cum instantia fecerunt. Et quidem tot preces & requisitiones undique sibi porrectæ sunt tam pie, humiliter & devote, ut, (quod dolenter referimus) si pax & tranquillitas ecclesiæ sibi fuisset cordi, nullatenus dissentire potuisset. Circa autem ipsorum quatuor mensium exitum ad nos quatuor oratores transmisit, non ut emendarent, sed errata defenderent, nosque interparent, quod mox suæ prætensæ non paruissemus dissolutioni. Quibus per responsiones hujus sacri concilii, veritas tam juris divini & humani, quod sine consensu concilii dissolvere nequiverat, quam

A facti, quod causæ prætensæ dissolutionis veræ non fuerant, extitit luce clarius patefacta. Transactis his quatuor mensibus, cum in publica sessione promotores sacri concilii, ipsius domini Eugenii contumaciam accusantes, eum contumacem declarari peterent, sancta synodus a dictis oratoribus exorata, ut supersedere dignaretur, pro tunc & usque ad tres menses postea distulit. Et cum interim nulla suæ emendationis indicia apparerent, imo quotidie in suo proposito durius perseverans, innumeris modis, quos honestatis causa reticemus, ipsam sanctam synodum dissipare & evertere conaretur; nos, licet suadente justitia acrioribus remediis uti potuissemus, nihilo minus mansuetudinis nostræ non immemores, iterum ipsum monuimus, & ex parte omnipotentis Dei præcepimus, ut infra sexaginta dies dissolutionem prætensam prorsus revocaret, & sacro concilio pure, simpliciter, & cum effectu adhæreret. Quibus exactis, iterum per promotores concilii ipsius domini Eugenii contumaciam fortius accusantes, instantius interpellati sumus, ut ad declarationem contumaciæ, & ad pœnas, quas tanta contumacia exigebat, procederemus. Et nihilo minus aliquamdiu differre decrevimus, si forte tantam sacri concilii pietatem videns, ipse quoque ad pietatem flecteretur. Interea quatuor alii sui oratores ad nos supervenerunt, varias secum facultates, imo verius difficultates & involutiones afferentes, per C quas monitioni nostræ nullatenus parebatur, nec prætensa irritabatur, sed potius firmabatur, dissolutio. Multa etiam alia in his continebantur non mediocriter absurda, & sacro præjudicialia concilio, quibus, sine Dei offensa & gravi jactura ecclesiæ, nullatenus assentire poteramus, prout hæc in responsione dictis ambasiatoribus sextadecima die Junii tradita diffuse describuntur. Post itaque duos menses, qui decimanona Februarii expirarunt, usque ad præsentem diem patienter distulimus, sperantes ipsum dominum Eugenium plenam tandem adhærentiam præbiturum: sed (ut rei evidentia jam demonstrat) quo magis pulsatur, eo amplius suas obturat aures: & quanto secum benignius ac modestius agitur, eo tenacius in suæ dissolutionis proposito per- D severat: & quantum ex ejus verbis factisque colligi potest, nil aliud prætendere videtur, nisi ut ecclesiam pessumdet, jusque sibi & successoribus faciat, non solum abrogandi ritum sacrorum conciliorum, & ea pro libito dissolvendi, sed & ipsorum sacratissima decreta Spiritu Dei promulgata, a quibus status pendet universalis ecclesiæ, irritandi & abolendi, & præsertim declarationem illam, quod in his quæ ad fidem, extirpationem schismatis, & generalem ecclesiæ reformationem in capite & in membris pertinent, quilibet, etiam papalis dignitatis, decretis generalis concilii subjicitur. Ex quibus quot quantaque mala ac scandala ex nunc & in futurum succedere possint, satis omnibus liquet, & in præfata E responsione late exprimitur. Cum ergo jam ultra annum & dimidium incassum apud eum laboraverimus, nec nostris aut aliorum precibus & monitionibus flecti velit, nec eum quantacumque mansuetudine ac patientia ad ea quæ pacis & rationis sunt movere queant, quid amplius frustra immorandum est? Forsan nostram patientiam putat assensum, & ex longa dilatione fiduciam perseverandi assumit, quasi arbitretur se recte fecisse, nec ecclesiam in eum quidquam posse, cui nullam irrogare pœnam ausa est. Veremur ne facilitas veniæ incentivum sibi tribuat delinquendi. Timemus, ne si delicta notoria intacta dimittamus, fovere ipsa judicemur. Christus Deus noster cum in Jerusalem pergeret, opus nostræ redem-

Basileo XII.

Hæc, sicut & alia pleraque, nimis acerbe in pontificem dicuntur.

SESSIO XII.

redemptionis impleturus, & Petrus eum prohibere vellet, compescuit eum, dicens: *Vade post me satana, scandalum mihi es, quia non sapis qua Dei sunt, sed ea qua hominum.* Beatus Paulus cum vidisset beatum Petrum apostolorũ principem circa observationem legalium reprehensibilem fore, & non ambulare ad veritatem evangelii, restitit ei coram omnibus in faciem, & eum a simulatione, in quam alios deducebat, veritatis zelo repressit. Ecclesia catholica sæpenumero summus pontifices, sive a fide delirantes, sive pravis moribus notorie ecclesiam scandalizantes, correxit & judicavit, neque, ubi de fidei periculo aut scandalo religionis Christianæ agebatur, Romanis pontificibus pepercit. Hic exemplis ac rationibus B hæc sancta synodus excitata, habens a Deo auctoritatem animadvertendi in eos qui ipsam non audierint, consideransque expedire tam saluti animæ ipsius domini Eugenii, quam statui universalis ecclesiæ modernis futurisque temporibus, amodo in dictum dominum Eugenium acrioribus remediis, quandoqnidem leniora non prosunt, procedere decrevit. Et quamqnam in tam notorie & incorrigibiliter scandalizantem ecclesiam statim posset finalem ferre sententiam, nesciens tamen maternæ pietatis oblivisci, intuitu etiam præfati serenissimi imperatoris, qui per suas literas super hoc nos exacte rogavit, adhuc ipsum dominum Eugenium tertio monere, ac etiam tertiani ei indulgere dilationem proponit, ut in sua potestate sit, si velit, pœnam evitare. Idcirco C hæc sancta synodus præfatum dominum Eugenium, cum quanta potest instantia & affectu, per viscera misericordiæ Iesu Christi rogat, orat, obsecrat, monet, citat, & requirit, & ex parte omnipotentis Dei ultimo & peremptorie mandat & præcipit, ut prædictam prætensam notorie scandalosam dissolutionem penitus revocet, & hoc sacrum Basileense concilium, per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, approbationemque felicis recordationis Martini papæ V. & ipsius domini Eugenii legitime inchoatum, declaret a tempore hujusmodi inchoationis continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuarique ac prosecutionem habere debere, & ipsi pure & simpli- D citer adhæreat & cum effectu, & hujusmodi revocationem declarationemque & puram adhæsionem per suas literas more Romanæ curiæ bullatas huic sacro concilio notificet infra sexaginta dies a die præsentis publicæ sessionis immediate sequentes. Quod si dicta omnia & singula infra præfatos dies adimpleverit cum effectu, hæc sancta synodus ex sua solita benignitate & clementia ipsum dominum Eugenium, quantum cum Deo poterit, honorare & honorari facere intendit. Si vero (quod absit) in pertinacia perdurans omnia & singula prædicta infra præfatos sexaginta dies realiter & cum effectu non adimpleverit, elapsis dictis sexaginta diebus, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, hæc sancta synodus in virtute omnipotentis Dei, a quo E super omnes Christi fideles immediate potestatem vendicat, prædictum dominum Eugenium manifeste contumacem, notorie, incorrigibiliterque scandalizantem ecclesiam, ab omni administratione papatus in spiritualibus & temporalibus ipso facto suspendit, & suspensum esse declarat, processura tandem ad ulteriora, usque ad sententiam finalem inclusive, si opus fuerit, ipso domino Eugenio amplius non citato, prout Spiritus sanctus dictaverit: omnem autem ipsius papatus administrationem in his omnibus quæ in spiritualibus & temporalibus ad solum papam, vel ad solam sedem apostolicam, de jure pertinere noscuntur, eadem sancta synodus post

A dictum terminum ad seipsam decernit & declarat ipso facto esse devolutam. Quidquid autem in casu prædicto per ipsum domioum Eugenium, lapso dicto termino, ratione papatus factum fuerit & attentatum, decernit irritum & inane. Quo casu omnes reges, principes, communitates, & alios quoscumque, cujusvis status & dignitatis existant, hæc sancta synodus monet & requirit, & eisdem in virtute sanctæ obedientiæ, & sub divini obtestatione judicii, mandat, ecclesiasticis vero personis quacumque dignitate, etiamsi cardioalatus, patriarchali, aut pontificali præfulgeant, sub pœnis quas ipso facto incurrant excommunicationis & suspensionis ab omnibus dignitatibus, beneficiis & officiis, quo- B cumque nomine nuncupentur, etiamsi forent metropolitanæ aut cathedrales ecclesiæ, sive in titulum, sive in commendam obtineant. Vicariis autem, gubernatoribus, vassallis, feudatariis, & subditis Romanæ ecclesiæ, sub pœna privationis ipso facto omnium feudorum, & aliorum quorumcumque jurium & privilegiorum quæ ab ipsa Romana ecclesia obtinent, districte præcipit, ut præfato domino Eugenio, durante prædicta suspensione, prætextu cujusvis juramenti, subjectionis, aut promissæ fidelitatis, oullatenus ratione papatus obediant. Adjicit quoque hæc sancta synodus, quod si præfatus dominus Eugenius, dicto termino 60. dierum pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesias, vel ecclesiasticas dignitates, vel alia quæcumq; C beneficia vel officia in fomentum dictæ suæ prætensæ dissolutionis, & enervationem, diminutionem seu impedimentum hujus sacri concilii, de quo ipsius sacri concilii arbitrio judicabitur, an factæ fuerint in fomentum, eadem sancta synodus hujusmodi sic factas promotiones cassat, irritat, & annullat. Mandat præterea in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis, quam ipso facto incurrant, omnium suorum beneficiorum & officiorum, commendarum, pensionum, & gratiarum quarumcumque, etiam expectativarum, omnibus & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis ecclesiarum prælatis, of- D ficiariis curiæ, & clericis quibuscumque in Romana curia existentibus, cujusvis status aut conditionis existant, quatenus in casu prædicto post lapsum dicti termini infra triginta dies proxime & immediate sequentes a curia Romana recedant, & deinde cardinales omnino sub pœna prædicta ad hoc sacrum concilium, omni mora postposita, veniant: patriarchæ vero, archiepiscopi, episcopi, & alii ecclesiastici, prout de jure vel consuetudine ad generale concilium ire tenentur, sub pœnis juris iter suum sine fraude continuando ad hoc sacrum concilium arripiant. Reliqui vero, qui ad generale concilium non tenentur venire, ad residendum & Deo serviendum in propriis beneficiis, vel ad hoc sacrum concilium sine moræ dispendio, & omni fraude cessante, se E transferant, & accedant. Omnes autem causas, tam ecclesiasticas quam profanas, civiles & criminales, inter quascumque personas, cujuscumque status, conditionis aut dignitatis existant, in curia Romana pendentes, lapso dicto termino 60. dierum, in casu prædicto ab ipsa curia Romana eadem sancta synodus ad se advocat, & advocatas esse vult, expresse inhibens sub pœna excommunicationis latæ sententiæ omnibus judicibus, auditoribus, & commissariis quibuscumque prædictæ curiæ, ne post dictos dies in præfatis causis procedere aut quidquam agere quoquomodo præsumant. Quidquid autem contra hanc advocationem & inhibitionem attentari contigerit, ipso jure decernit irritum & inane.

Decernit

Matth. 16. & Marc. 8.

Galat. 2.

ANNO CHRISTI 1433.

ANNO CHRISTI 1433.

Decernit tandem hæc sancta synodus hujus decreti publicationem in præsenti sessione factam, ejusque affixionem in valvis majoris ecclesiæ Basileensis, vim habere monitionis, citationis & executionis, & ita universos arctare ac si personaliter apprehensi & eis intimatum fuisset. Insuper hæc sancta synodus declarat & protestatur, quod nihilo minus hujusmodi dilatione 60. dierum pendente, cum id rerum necessitas suadeat, & qualitas agendorum, in ulteriori prosecutione concilii & agendorum in eo procedere intendit ordinate, debite & mature, nec propterea supersedere aliqualiter in processu.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majori Basileæ, III. Idus Iulii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

Decretum de electionibus & confirmationibus episcoporum & prælatorum sub eadem duodecima sessione expeditum.

* Sacrosancta, &c. ad perpetuam rei memoriam, &c.

* Quemadmodum in construenda domo præcipua est architectoris cura, ut tale jaciat fundamentum, super quo firmum perduret ædificium, ita in generali ecclesiæ reformatione potissimum est hujus sanctæ synodi studium, ut tales ecclesiis præficiantur pastores, qui tamquam columnæ & bases ipsam ecclesiam doctrinæ & meritorum viribus firmiter sustentent. Quanta autem in eligendis prælatis diligentia adhibenda sit, officium eis injunctum evidenter ostendit. Ad regimen enim assumuntur animarum, pro quibus dominus noster Iesus Christus mortuus est, & sanguis ejus pretiosus effusus. Propterea sacri canones Spiritu Dei promulgati, provide statuerunt, ut unaquæque ecclesia ac collegium seu conventus sibi prælatum eligant. Quibus hæc sancta synodus eodem Spiritu congregata inhærens, statuit & diffinit, generalem reservationem omnium ecclesiarum metropolitanarum, cathedralium, collegiatarum, & monasteriorum, ac dignitatum electivarum, per Romanum pontificem de cetero fieri, aut facta uti non debere, reservationibus in corpore juris clausis, & his quas in terris Romanæ ecclesiæ ratione directi seu utilis dominii mediate vel immediate subjectis fieri contigerit, semper exceptis: sed quod per electiones & confirmationes canonicas, secundum juris communis dispositionem, prædictis metropolitanis, cathedralibus, monasteriis, & collegiatis ecclesiis ac dignitatibus electivis vacantibus, debite provideatur, non derogando propterea statutis, privilegiis & consuetudinibus rationabilibus, quibuscumque postulationibus in dispositione juris communis remanentibus. Decernitque hæc sancta synodus rationi fore consentaneum & reipublicæ accommodum, ut contra hoc salutare decretum Romanus pontifex nihil attentet, nisi ex magna rationabili ac evidenti causa, in literis apostolicis nominatim exprimenda. Et ut eo firmius hoc salubre decretum custodiatur, vult eadem sancta synodus, ut inter alia, quæ Romanus pontifex in sua assumptione profitebitur, juret decretum hoc inviolabiliter observare. Et quoniam tales (ut prædictum est) oportet esse prælatos, hi, ad quos jus pertinet eligendi, omnem curam adhibeãt, ut dignam coram Deo & hominibus electionem faciant, exactamque proinde apponant solicitudinem, ut tales eligant qui tanto officio valeant satisfacere. Scientes quod si vel dolose vel negligenter ac timore domini postposito in re tam gravi se gesserint, sicut auctores erunt & causa malorum pastorum, ita participes fient pœnarum, quas ipsi mali pastores in districto Dei judicio patientur. Et cum humanæ fragilitatis conatus nihil sine omnipotentis Dei suffragio queat efficere, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit, adveniente die electionis, hi, ad quos pontificis vel abbatis spectat electio, in ecclesia conveniant, magna cum devotione missam de Spiritu sancto audituri, quem humiliter exorabũt, ut eos ad dignum eligendum pastorem inspirare dignetur. Et ut eo facilius hanc gratiam obtinere mereantur, quo devotius ad actum electionis accedant, contriti & confessi sacramentum eucharistiæ reverenter suscipient. Ad locum vero electionis ingressi pro quocumque prælato, qui per electionem assumitur, jurabunt in manibus ejus qui capitulo præsidebit, & ipse præsidens in manibus eum immediate sequentis, sub hac forma: Ego N. juro & promitto omnipotenti Deo & tali sancto vel sanctæ, sub cujus vocabulo dedicata est ecclesia, eum eligere quem credam futurum ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus utiliorem, nec illi vocem dare quem verisimiliter scivero promissione aut datione alicujus rei temporalis, seu prece per se aut alium interposita, aut alias qualitercumque directe vel indirecte, pro se electionem procurare. Idem juramentum præstet, confiteaturque & communicet, qui constituit procuratorem ad eligendum certam personam. Nec non & procurator generaliter ad eligendum constitutus in casibus, in quibus secundũ juris communis dispositionem in hujusmodi electionis negotio procurator constitui potest*. Quod etiam juramentum præstetur ab his, in quos contingit super electione futuri prælati fieri compromissum, qui etiã confiteri & communicare teneantur. Quod si prædicta non fecerint, pro illa vice eligendi sint ipso jure potestate privati. Deinde eligant in præfatum prælatum virum ætatis legitimæ, moribus gravem, literatum scientia præditum, in sacris ordinibus constitutum, & alias idoneum, secundum canonicas sanctiones. Quod si aliter & de alia persona, quam ut prædictum est, aut per simoniacam pravitatem electionem fieri contigerit, electio sit ipso jure irrita & inanis. Et sic simoniace eligentes, præter alias pœnas, perpetuo sint ipso facto jure eligendi privati. Alii vero canonicis pœnis subjaceant. Simoniace autem electi, & qui hujusmodi simoniacæ electionis participes fuerint, taliterque eligentes & confirmati, in horrorem tanti criminis pœnam ipso facto excommunicationis incurrant, nec a tali reatu & excommunicatione electi & cõfirmati absolvi possint, nisi ecclesias & dignitates, ad quas turpiter assumpti sunt, libere resignaverint, & ad eas obtinendas, quas nefario ingressu adepti sunt, perpetuo reddantur inhabiles. Ad tollendam autem omnem ambitionis radicem, obsecrat per viscera misericordiæ Iesu Christi hæc sancta synodus, ac instantissime exhortatur reges & principes, communitates, & alios, cujuscumq; gradus & dignitatis existant, ecclesiasticæ vel mundanæ, ne electoribus literas scribant, aut preces porrigant pro eo qui per se vel per alium tales preces seu literas procurabit, multoque minus comminationes, impressiones, aut aliud faciant, quo minus libere ad electionem procedatur. Similiter in virtute sanctæ obedientiæ ipsis electoribus præcipitur, ne ad hujusmodi literas vel preces, comminationes vel impressiones (ut præmittitur) quemquam eligere præsumant*. Facta autem electione, & ei ad quem jus pertinet confirmandi præsentata, si appareat coelectus, vel se opponens electioni, nominatim vocetur, ad videndum discuti electionis negotium. Et nihilo minus generaliter edictum publicum in ecclesia, in qua facta est electio, proponatur justa constitutionem felicis recordationis Bonifacii VIII.

* simile juramentum jubeat, cõfiteatur atque communicet, ut præmittitur.

* vel acceptent.

SESSIO XII.

SESSIO XII.

* quæ incipit, &c.

* Comparentibus autem aliquibus vel non, nihilominus ipse confirmatot ex officio tamquam in negotio inquisitionis procedat, omnem adhibiturus diligentiam, ut tam forma electionis quam merita electi, & omnes circumstantiæ debite examinentut & discutiantut. Et si electio confirmanda sit vel infirmanda, judicialirer confirmetur vel infirmetur. Et ut omnia munde & sine labe ac labis suspicione procedant, non solum exigere aliquid quantumcumque parvum, sed etiam gratis oblata, confirmator ratione confirmationis sub nomine subjectionis, subsidii, grantudinis, aut alio colote, prætextu cujusvis consuetudinis aut privilegii, per se vel alium nullatenus tecipere præsumat. Notarius autem, & his qui scripserunt in hujusmodi causis, emolumentum aliquod modetate taxetur, habendo respectum ad laborem & operam scripturæ, non ad fructuum prælaturæ valorem. Si vero confirmatotes prædicti electiones, non servatis superius otdinatis, & de personis non idoneis (ut præmittitur) factas, vel alias per simoniacam pravitatem confirmaverint, eo ipso confirmationes hujusmodi sint nullæ. Confirmantes * autem alias personas, quam supra dictum est, pro ea vice: per simoniacam autem * labem, si eam commiserint, etiam sententiam excommunicationis incurrant eo ipso, a qua nisi per Romanum pontificem, prætetquam in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinete non possint. Summum vero pontificem hæc sancta synodus exhortatur, vt, cum speculum & notma omnis sanctitatis & munditiæ esse debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat aut recipiat: alioquin, si secus faciendo notorie & incorrigibiliter ex hoc ecclesiam scandalizet, futuro concilio deferatur. Pro oneribus autem quæ ipsum pro regimine universalis ecclesiæ subire oportet, proque sustentatione sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium & aliorum necessariorum officialium, hoc sacrum concilium ante sui dissolutionem omnino debite & congruenter provideat. Quod si contingat aliquam circa hęc provisionem non facere, tunc illæ ecclesię & beneficia, quæ usque nunc ex novi pręlati assumptione certam taxam solverint, deinceps medietatem hujusmodi * capere per annum post adeptam pacificam possessionem solvere in partibus teneantur, duratura hujusmodi provisione, donec prædictis papæ & sustentationi cardinalium fuerit aliter provisum. Per hæc eadem sancta synodus non intendit in aliquo præjudicare sanctæ Romanæ & universali ecclesiæ, nec alteri cuicumque.

* autem, jure confirmandi sint perpetuo privati: & nihilominus propter istam simoniacam labem, si

* labem, perpetuo (ipso facto) jure confirmandi sint privati: & nihilo minus propter istã simoniacam labem, si

*

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, die Lunæ decimatertia Iulii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

SESSIO XIII.

I.

Accusatio contumaciæ papæ facta per promotores sacri concilii in decimatertia dicti concilii sessione celebrata.

SESSIO XIII.

DIE Veneris 11. mensis Septembris, anno domini 1433. in ecclesia majori Basileensi fuit celebrata decimatertia hujus sacræ synodi Basileensis sessio hoc modo, scilicet, missa de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Matthæum episcopum Albinganensem Italicæ nationis celebrata, antiphonis, litaniis & suffragiis, ut in aliis sessionibus, dictis, lectoque euangelio secundum Matthæum, *In illo tempore, respiciens Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro: Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum,* &c. ac hymno, Veni creatot Spiritus, &c. decantato, cum versiculo & collecta, septem dominis cardinalibus & aliis dominis prælatis & patribus in eorum mitris planis & * pluvialibus existentibus in multitudine copiosa, assistente domino Guilielmo duce Bavariæ, sacri concili nomine serenissimi principis domini imperatoris protectore, promotores sacri concilii per organum venerabilis viri domini Stephani de Novaria legum doctoris, alterius promototum hujus sacri concilii, accusarunt contumaciam sanctissimi domini nostri Eugenii papæ IV. prout in quadam schedula, quam ipse magister Stephanus promotor in suis tenebat manibus, quamque de verbo ad verbum alta & intelligibili voce legit, latius continetur, cujus tenor sequitur, & est talis: Reverendissimi reverendique patres & ceteri domini metuendissimi, quia nuper de mense Iulii proxime præterito, & die decimatertia ejusdem, hæc sancta Basileensis synodus in publica sessione in præsenti ecclesia Basileensi celebrata, attente considerans sanctissimum dominum Eugenium papam IV. exhortationes, obsecrationes, requisitiones, citationes & monitiones per eamdem sacram synodum sibi repetitis vicibus factas, ut huic sacrosancto concilio adhæreret, & eidem favores (prout tenetur) impenderet, aure surda pertransire, nec ipsum aliquatenus ad vota (prout tamen ipsum sacra synodus sperabat) inclinari, & quamquam extunc ipsa sacra synodus propter ipsius domini Eugenii manifestam contumaciam ad hujusmodi contumaciæ declarationem contra ipsum procedere non immerito potuisset, quemadmodum etiam protunc per promotores & procuratores dicti sacrosancti cõcilii Basileensis, licet immerito debita fuit cum instantia postulatum, volens solita sua mansuetudine adversus eumdem dominum Eugenium uti, & iterato ipsum ex superabundanti caritative requirere & monere, certum decretum monitorium edidit & decrevit, quo idem dominus Eugenius exoratus, requisitus, monitus, & interpellatus, ac in virtute omnipotentis Dei sub certis pœnis, modis & qualitatibus eidem mandatum extitit, ut infra sexaginta dies, a dicta sessione habita computandos, pure, simpliciter & libere huic sacrosancto Basileensi concilio adhæreret, nec non prætensam dissolutionem ejusdem sacri concilii, per ipsum alias attentatam, revocaret, & alia in hujusmodi decreto contenta cum effectu adimpleret, alioquin pœnas in hujusmodi decreto contentas ipso facto incurreret, prout hæc in dicto decreto latius continentur: ad quod nos promotores prædicti nos referimus in hac parte, & hic pro repetito cum aliis omnibus actis sacri concilii ad causam facientibus haberi volumus & reperimus. Cum autem finis præfatorum sexaginta dierum instet de præsenti, & nec ipse dominus Eugenius per se, neque per alium, hanc sacram synodum de hujusmodi sua adhæsione pura, simplici & libera, ac revocatione dictæ prætensæ dissolutionis, aliorumque in dicto decreto contentorum adimpletione, aliquatenus certificaverit, nec de præsenti certificet, sed eidem decreto & contentis in eo contumaciter satisfacere contemnat, in non modicum universalis ecclesiæ damnum, Christi fidelium scandalum, atque hujus sacri concilii Basileensis universalem ecclesiam repræsentantis contemptum; idcirco nos promotores & procuratores antedicti, ex officio nobis incumbenti, coram hac sacrosancta synodo debita cum instantia humiliter requirimus,

quatenus

ANNO CHRISTI 1433.

ANNO CHRISTI 1433. quatenus eumdem dominum Eugenium contumacem (prout est) declarare, ipsumque pœnas in decreto contentas incidisse, decernere, ac, ipsius contumacia exigente, ad ulteriora (prout Spiritus sanctus dabit, & ordo juris & rationis exigit) procedere dignaretur, super hujusmodi requisitione, & contumaciæ accusatione, & aliis, requirentes per vos dominos notarios publica fieri instrumenta. Prædictis autem, ut præmittitur, factis, & contumacia accusata, illustris princeps dominus dux Guilhelmus per organum venerabilis fratris Petri ordinis canonicorum regularium, nomine & ex parte serenissimi domini imperatoris & suorum, & dominus Ioannes Offenburg nuntius præfati domini imperatoris, repetierunt illa quæ alias, videlicet die Lunæ proxime præterita, dixerant & promiserant in congregatione generali, pro dilatione & protogatione triginta dierum consequenda, eadem iterum dicentes, repetentes, & promittentes. Similiter magister civium, & nonnulli alii, nomine concilii & civitatis Basileensis, pro hujusmodi dilatione institerunt, & quod amplius pro ulteriori dilatione nunquam facerent instantiam sunt protestati; de quibus similiter petita sunt per promotores instrumenta publica.

Post hæc contumacia dicti domini nostri papæ in scriptis (ut præfertur) accusata, & deducta ad notitiam dominorum prætensorum archiepiscopi Spalatensis, & episcopi Cerviensis, ambasiatorum ejusdem domini nostri papæ, mox ipsi ad dictam congregationem accesserunt, & lecturam decretorũ, quam reverendus pater dominus Martinus episcopus Lectorensis Gallicanæ nationis de mandato sacri concilii jam inceperat, interruperunt, quique quædam verba intermiscentes duas bullas clausas sub bulla dicti domini nostri papæ Eugenii credentiam in effectu continentes exhibuerunt & obtulerunt; quibus apertis, & deinde lectis, ut moris est, præfati dominus noster archiepiscopus Spalatensis, & episcopus Cerviensis, proposuerunt in effectu quod ipsi ad istud sacrum concilium turbationis causa nullo modo accedebant, sed solum ex eo, quia ipsis relatum erat per aliquem ex suis commensalibus, quod in dicta generali sessione ipsius domini nostri papæ contumacia fuerat accusata, ac si contra præfatum dominum nostrum papam procederetur, vel procedi peteretur. Et quoniam (ut asserebant ipsi ambasiatores) terminus citationis decreti concilii, quem sexaginta dierum dicebant, hac die hodierna non cadebat, nec juxta illum terminum præfixum citationis dominus noster papa præfatus eadem die per se vel alium comparere tenebatur: ideo solum pro sui informatione, & ne contra præfatum dominum nostrum papam quoquomodo saltem * debite procederetur, illuc accesserant prout accedebant, protestantes de hujusmodi termino & nullitate processus antedicti, petentes de his a nobis notariis instrumenta. Quibus auditis, reverendissimus in Christo pater dominus cardinalis sancti Angeli legatus, & hujus sacri concilii generalis præsidens, verba supra dictorum archiepiscopi Spalatensis, & Cerviensis episcopi, in effectu resumens, eisdem nomine sacri concilii effectualiter respondit, qualiter sacrum concilium proposita per præfatum archiepiscopum Spalatensem, & episcopum Cerviensem, benigne & cum mansuetudine audivit: sed quia asserebant se audivisse sacrum concilium contra præfatum dominum nostrum papam procedere, ideo dixit se male informatos fuisse. Sed bene verum erat quod hodie terminus sexaginta dierum alias per decretum sacri concilii præfato domino nostro papæ præfixus, de adhærendo præfato concilio pure & simpliciter, prætensamque dissolutionem dicti concilii revocando, hodie instabat, ideo eo promotores sacri concilii volentes termino prædicto satisfacere, ipsius domini nostri papæ contumaciam accusaverunt, petendo, & requirendo, cum nullus pro domino papa adesset, volens decreto monitorio prædicto ipsius domini nostri papæ nomine satisfacere, quatenus eum contumacem & in pœnas in decreto contentas incidisse declararent, procederentque ad ulteriora, prout daret Spiritus sanctus, & dictaret ordo rationis. Quapropter petiit ipse dominus cardinalis legatus & præsidens nomine sacri concilii, quatenus si dictam adhæsionem ipsius domini papæ haberent, ipseque dominus papa præfato concilii decreto satisfecisset, aut ipsi ejus nomine debite satisfacere vellent, de præmissis adhæsione & satisfactione fidem facerent cum effectu. Nam sic faciendo, domini & patres de concilio illam adhæsionem cum magno gaudio, decantantes Te Deum laudamus, suscipierent. Alioquin venerabiles patres ipsius sacri concilii citius mortem eligerent, quam ecclesiam Dei prætextu talis dissolutionis periclitari permitterent, adjiciens quod bene verum erat, quod ad serenissimi principis domini imperatoris supplicationem & instantiam sacrum concilium præfatum sexaginta dictum terminum domino papæ præfixum usque ad triginta dies ab hac die computandos prorogandum duxerat, & prorogare intendebat sub * modis & formis in decreto primo contentis. Et nihilo minus, quia dictæ bullæ simplicem credentiam continebant, dixit idem dominus legatus, quod si aliquid exponere volebant, quod libenter a patribus concilii audirentur. De quibus ipse reverendissimus pater dominus cardinalis legatus & præsidens nomine sacri concilii petiit a nobis notariis instrumentum: hoc idem nomine sacri concilii petierunt promotores. Postque præfatus magister Stephanus alter ex promotoribus respondens his quæ prius dixerant dicti oratores papæ, dixit, quod quantum ad ipsum, & alios promotores, satis erat quod tunc contumaciam papæ accusarent, & alia facerent & peterent, ut in sua schedula suprascripta continetur, & quod prædicta facere poterant de jure, quia tunc expirabat terminus, cum tempus deberet de momento in momentum computari, & si ulterius expectarent, non haberent dominos congregatos, coram quibus facerent ea quæ essent necessaria facienda pro præmissis: & quantum ad ipsos promotores pertinebat, officium eorum erat ita facere, deliberano vero ad ipsam synodum pertinebat, petens de his omnibus publica instrumenta. Tandem cum non constaret de adhæsione prædicta, vel alias satisfactione efficaci ipsius domini Eugenii, ipsisque archiepiscopo Spalatensi, & Cerviensi episcopo, per illustrissimum dominum Vuilhelmum ducem Bavariæ, sacri concilii nomine dicti imperatoris protectorem & * vices gerentem, per organum discreti viri fratris Petri ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, gratiose requisitis, ut si adhæsionem hujusmodi haberent, illam sacro concilio offerrent, & ob hoc totus mundus lætaretur: alioquin sacrum concilium in suis agendis nullo modo perturbarent, & ad ulteriorem dictorum decretorum pronuntiationem & publicationem procedere permitterent, & tandem neque ad requisitionem præfati domini legati, neque ad requisitionem ipsius domini ducis præfati, ambasiatores papæ aliquam adhæsionem offerrent, sive aliquam credentiam exponere vellent, placuit dictis dominis ambasiatoribus ipsius domini nostri papæ

SESSIO XIII.

* indebite

* modo & forma

* vicegerentem.

SESSIO XIII.

papæ dicti decreti prorogatio. Quibus quidem sic peractis, & dictis ambasiatoribus a loco sessionis recedentibus, & se absentantibus, præfatus reverendissimus pater dominus episcopus Lectorensis, de mandato sacri concilii, publice alta & intelligibili voce, loco ad hoc deputato, hujusmodi decreta de verbo ad verbum legit & pronuntiavit sub his verbis :

II.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans.

Dudum siquidem hæc sancta synodus volens periculis & gravissimis scandalis, quæ ex prætensa hujus sacri concilii dissolutione per dominum Eugenium papam quartum facta universali ecclesiæ notorie imminebant, salubriter providere, postquam reiteratæ exhortationes ac requisitiones synodi præfatæ & multorum principum ac dominorum, specialiter carissimi ecclesiæ filii Sigismundi Romanorum imperatoris illustris, & ejusdem ecclesiæ advocati, ut dictam dissolutionem revocaret, & puram ac simplicem adhæsionem præfatæ synodo faceret, minime profuerunt : tandem justitiæ zelo compulsa, & ne morbus hujusmodi in exitium & scandalum intolerabile militantis ecclesiæ perduraret, die decimatertia mensis Iulii proxime præteriti, in solemni sessione decretum monitorium sub certis pœnis & aliis in eo contentis adversus dictum dominum Eugenium papam decrevit, cujus tenor de verbo ad verbum subjicitur, & est talis : Sacrosancta catholica ecclesia in sacro Constantiensi concilio, &c. ut supra est totaliter scriptum. Cum autem die termini advenientе solenniter in majori ecclesia Basileensi publicam tenentes sessionem sederemus, servatis servandis, ut si ipse dominus Eugenius aut alios pro parte ejusdem compărere, & sacrum concilium de paritione contentorum in decreto prædicto certificare vellet, facultatem haberet, dilecti ecclesiæ filii * Hugo * Barardi de Vercellis, & Stephanus de Novaria legum doctor, hujus sacri concilii promotores, præfati domini Eugenii papæ contumaciam, nec per se nec per alium, de adhæsione sua pura & simplici, nec non de paritione omnium & singulorum contentorum in dicto decreto, quæ facere tenebatur, accusarunt, & cum instantia postularunt, ut ad ulteriora adversum eum (prout exigeret justitia) procederemus. Cum autem circa processum hujusmodi intenderemus, dilecti ecclesiæ filii Vvilielmus Bavariæ dux, hujus sacri concilii protector, & Ioannes Offenburg miles & civis Basileensis, literas credentiales in eorum personis pro parte dicti carissimi ecclesiæ filii Sigismundi Romanorum imperatoris, huic sacræ synodo directas, alias in sacra generali congregatione exhibitas, & in vim * earum explicata repetierunt. Quorum expositionum tenor in effectu talis extitit : Reverendissimi in Christo patres & domini, mandat nobis illustrissimus & invictissimus Romanorum imperator, ut solitas recommendationes & oblationes sacratissimo huic cœtui exhibeamus sui parte, nec non perseverantiam animi sui circa adhæsionem continuo eidem concilio faciendam nuntiemus : quodque, licet notissimum sit suam serenitatem variis nuntiis & oratoribus ac literis continuo dictum dominum Eugenium papam super adhæsione plenaria sacri concilii sollicitasse & excitasse, etiam se ad ipsum personaliter transferendo, non sine maximis periculis, incommodis & expensis, tamen post habitam notitiam per literas sibi præsentatas sacri concilii, de decreto monitorio cum suspensionis pœna contra ipsum, eum summam fecisse diligentiam Romæ, dum ibi fuit, ut ad parendum injunctis per sacrum concilium inclinaret, significaremus : & cum speraret in ea re se posse proficere, cumque (ut asserit) immemores existere non debetis de his quæ in sacro Constantiensi concilio fecit pro unione ecclesiæ & de periculis & incommodis quæ subivit, & quæ etiam passus extitit patiturque pro isto, spem non mediocrem eum in vestra beneficentia recipere, debetis merito existimare. Nam exploratissimi sunt commeatus per eum facti ad Cathalauniam, & Gallias, Angliamque, pro dicta sanctissima ecclesiæ unione, & novissime ad Italiam pro istius sacratissimæ synodi felici progressu, unde hac fiducia fretus nobis injunxit, ut cum maxima instantia pro ejusdem parte easdem vestras reverendissimas dominationes rogaremus & deprecaremur, ut terminum alias sexaginta dierum domino Eugenio papæ præfixum, in proxima præcedenti sessione per triginta dies in eisdem modis & qualitatibus, prout est, prorogare ob suam contemplationem & singularem complacentiam dignaremini : quodque sacrum concilium certificaremus, quod de cetero nullam aliam circa processum papæ ipsius peteret dilationem, sed libere permitteret per sacrum concilium procedi, prout dictaverit & ordinaverit faciendum, & cunctis per sacrum concilium ordinatis & ordinandis acquiescet & obtemperabit, &, quantum poterit, inviolabiliter faciet observari. Et ut in majori robore hæc sancta synodus perseveret, indicamus suam existere intentionem, infra istos triginta dies quos petimus, ubi hujusmodi prorogatio concedatur, dictam suam serenitatem huc profecturam. Statimque habita notitia prorogationis ejusdem, omnes Alemaniæ principes convocaturum ad hunc locum, & cum eis efficaciter insistere, ut eidem concilio debeant adhærere. Et insuper, ne hujusmodi dilatio sacro concilio, vel ejus suppositis, aut ipsorum familiaribus, possit esse damnosa, contentatur idem imperator, quod durante hujusmodi triginta dierum prorogatione, si quid papa attentaverit contra aliquem prædictorum, exnunc illud & alia quæ antea attentaverit, per sacrum concilium irritentur & annullentur. Cum autem inter nostra pectora revolveremus ejusdem Sigismundi Romanorum imperatoris grandia obsequia universali ecclesiæ impensa, & quæ in futurum impendi non dubitamus, quamquam hujusmodi dilatio nonnullis ex multis causis universali ecclesiæ onerosa videatur, tamen dictorum obsequiorum intuitu, ac etiam a certo tenentes, quæ per dictos Vvilielmum ducem illustrem, & Ioannem Offenburg militem, pro dicti imperatoris parte exposita & oblata fuere, sincere observabuntur, petitioni hujusmodi annuendum decrevimus. Spiritus sancti ergo nomine invocato, cujus nutu dirigitur in agendis hæc sacra synodus, & per ejus gratiam sperat omnia feliciter producere ad optatum dictum terminum sexaginta dierum, alias dicto domino Eugenio papæ IV. in proxima (ut præmittitur) solenni sessione præcedenti assignatum, ad certificandum sacrum concilium de sua pura, simplici & libera adhæsione, & dictæ prætensæ dissolutionis concilii revocatione, & aliis quæ in dicto decreto continentur, cum omnibus qualitatibus, pœnis ac modis, & quibuscumq; aliis dependentibus ab eisdem, in eo insertis, ad triginta dies proxime futuros hæc sancta synodus prorogat, & hunc terminum prorogatum eamdem vim, executionem & modum, quem habebat terminus sexaginta dierum, recipere decernit,

Basileensis concilii sessione 12.

* Stephanus de Novaria legum doctor, & Hugo Barardi de Vercellis, * Berardi

* eorum explicato

ANNO CHRISTI 143.

ANNO CHRISTI 1433.

decernit, ordinat & declarat, ac exnunc statuens & decernens, quod si infra hoc spatium triginta dierum plenarie idem dominus Eugenius non adimpleverit omnia & singula in præfato decreto monitorio contenta (ut præmittitur) absque alia declaratione facienda super dicta non paritione, & alia quacumque solennitate requisita, ad ulteriora procedet, ut in dicto monitorio decreto continetur. Et proinde, omnibus super præfata suspensione, quam durare vult, quousque aliter per concilium fuerit ordinatum, & aliis in hujusmodi processibus contentis, literas opportunas sub bulla sacri concilii postulantibus, per dilectos ecclesiæ filios Iulianum sancti Angeli sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum cardinalem, apostolicæ sedis legatum, & hujus sacri concilii, nec non & alios sacrarum deputationum præsidentes, vel duos ex eis, esse tradendas, decernentes quod de cetero nulla alia dilatio ad cujuscumque instantiam concedatur.

Datum Basileæ in publica sessione ipsius sacræ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, tertio Idus Septembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

III.

Aliud decretum pro suppositorum tuitione.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Vt sacri concilii & suppositorum ejusdem indemnitati congrue provideatur, statuit & decernit hæc sancta synodus, quod quæcumque per dominum Eugenium papam IV. vel alium sua auctoritate in præjudicium, læsionem, derogationem seu injuriam sacri concilii vel incorporatorum seu incorporandorum eidem, per se vel per procuratorem, & familiarium ipsorum, seu in eorum servitiis ubicumque existentium, facta seu disposita fuerint, a die inchoationis concilii prælibati, fientque & disponentur forsitan in futurum, titulum vel possessionem quomodocumque tangentia, sive in cardinalatus & patriarchatus dignitatibus, aut in prælaturis etiam cathedralium & metropolitanarum ecclesiarum & etiam monasteriorum, vel aliis ecclesiasticis beneficiis, præstimoniis, commendis, unionibus, pensionibus, officiis & rebus ecclesiasticis vel temporalibus, & circa ipsa aut alias quomodocumq; & qualitercumque, etiamsi motu proprio directe vel indirecte, per se vel alium, sint ipso jure irrita & inania, & pro infectis penitus habeantur. Et exnunc hæc sancta synodus partes læsas in pristinum statum integre reponit, & mandat per quemlibet judicem competentem, audita querela partis læsæ, & probata, incorporatione & novitate prædictis ipso facto omni exceptione remota, strepitu & figura judicii cessantibus, omnia reponi in eum statum in quo fuerant ante dictam factam novitatem. Quod si dictus judex in tali repositione dolose vel alias perperam se habuerit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, a qua nisi per sacrum concilium, eo durante, non valeat absolutionis beneficium nisi in mortis articulo obtinere. Et ut pœnæ formidine arceantur, qui ambitiose seu temere aliorum prælaturas, dignitates & beneficia ecclesiastica, & uniones, commendas, præstimonia, vel pensiones seu officia, nec non bona & jura qualiacumque fuerint, occupare procurarunt & attentarunt, seu in futurum procurabunt & attentabunt; statuit & decernit dicta sancta synodus, quod quicumque clericus, sive laicus, qua-
A cumque dignitate ecclesiastica vel mundana, etiamsi cardinalatus præfulgeat, sive sit collegium, aut universitas, vel monasterium, ab eodem domino Eugenio sive alio sua auctoritate impetraverit seu obtinuerit, seu impetrabit & obtinebit, etiamsi motu proprio aliquid quod in præjudicium, læsionem, derogationem, seu injuriam, alicujus ex prædictis incorporatis, vel incorporandis, aut suorum familiarium, & in eorum servitiis ubicumque existentium, vel adhærentium huic sacro concilio, per se vel procuratorem, valeat redundare, si virtute hujusmodi concessionis ad aliquam occupationem deventum sit, nisi infra decem dies, elapsis sexaginta diebus a die publicationis decreti hujusmodi, vel postquam ipsius veram & indubitatam notitiam habuerit, &
B per partem fuerit requisitus, a tali occupatione & turbatione realiter & pure destiterit, & sive occupatio secuta fuerit, sive non, præfatæ concessioni & omnibus secutis ex ea coram notario & testibus renuntiaverit, & eam dimiserit cum effectu, & parti læsæ de perceptis post concessionem hujusmodi satisfecerit, omni jure, quod in dictis prælaturis, dignitatibus, beneficiis, ecclesiasticis officiis, pensionibus, præstimoniis, & commendis, bonis temporalibus & juribus, seu eorum altero, habere prætenderit, sit privatus, ac etiam aliis officiis & beneficiis quibuscomque, quæ tempore hujusmodi impetrationis obtinebat, & eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, a qua nisi per dictum sacrum con-
C cilium, eo durante, vel ejus auctoritate, nisi in mortis articulo, absolvi nequeat quoquo modo: & nihilo minus ad obtinenda prædicta & quæcumque alia beneficia seu officia perpetuo sit inhabilis. Talium etiam concessionum executores prædictis pœnis volumus subjacere. Vt autem fraudibus quæ excogitari possent obvietur, quia cum datarum anticipationibus in præjudicium aliorum literæ papales, vel aliorum ipsius papæ auctoritate, sub data ante dissolutionem hujus sacri concilii in præjudicium alicujus prædictorum tendentes, produci possent, nisi ante dictam concilii dissolutionem fuerint publicatæ, eis nulla fides debeat adhiberi, & pro nullis penitus habeantur.

D Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata tertio Idus Septembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

Quibus sic lectis & pronuntiatis, petitoque per eumdem dominum episcopum, an hujusmodi decreta præfatis dominis de concilio placerent, generaliter responsum extitit per verbum, Placet, nemine se ad hoc opponente vel reclamante: tunc præfati magister Stephanus, & alii promotores sacri concilii, de præmissis omnibus & singulis modo quo supra acta & facta sunt a reverendis patribus domini nostri sanctæ sedis apostolicæ protonotariis, & nobis notariis, & aliis in sessione præsentibus, ad perpe-
E tuam rei memoriam petierunt instrumentum, assistentes in testimonium præmissorum invocando.

Postremo vero præfatus dominus dux, protector nomine dicti domini imperatoris atque suo, de præfata termini prorogatione modo quo per decretum factum est, dominis de sacro concilio regratiatus est, & similiter magister civium, & nonnulli alii nomine concilii & civitatis Basileensis, asserens & affirmans idem dominus dux, quod de omnibus, quæ in ipsis decretis modo lectis continentur, contentissimus erat; & quod ex hujusmodi dilatione noviter data fecerat sacrum concilium maximam complacentiam domino nostro imperatori. De quibus etiam præfati magister Stephanus, & alii promo-

SESSIO XIII.

 tores,

Sessio XIII.

tores, similiter petierunt a nobis notariis publica instrumenta. Subsequenter vero bis peractis, instante supradicto magistro Stephano de Novaria promotore, Alexander præfati domini cardinalis legati & præsidentis ac sacri concilii cursor, hujusmodi decreta tam prorogationis termini, quam etiam pro monitione suppositorum ejusdem sacri concilii, sub bulla dicti sacri concilii confecta, in valvis ecclesiæ majoris Basileensis, cunctis intuentibus, more solito affixit, & per spatium unius horæ vel circa affixam dimisit. De quibus ipse magister Stephanus nomine promotorio a nobis notariis petiit instrumentum.

SESSIO XIV.

Decreta ejusdem sessionis celebrata in ecclesia Basileensi, assistente domino imperatore in habitu imperiali.

I.

Alia prorogatio monitionis papæ ad nonaginta dies.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans.

Sessio XIV. VIII. Idus Novembris

TERMINVM sexaginta dierum datum sanctissimo domino Eugenio papæ IV. juxta formam monitorii, citationis & suspensionis in sessione duodecima promulgati, ac deinde ad triginta dies, & postea pluribus vicibus usque in præsentem diem prorogatum, hæc sancta synodus volens erga ipsum dominum Eugenium omni mansuetudine & benignitate uti, tenore præsentium ad nonaginta dies ab hac die immediate sequentes, cum omnibus clausulis, qualitatibus & conditionibus in decretis tam monitorii sexaginta dierum, quam prorogationis ad triginta dies insertis, prorogat, & prorogatum esse statuit; ita tamen, quod si infra prædictos nonaginta dies omnia & singula contenta in quadam schedula, cujus tenor inferius describitur, realiter & cum effectu præfatus dominus Eugenius non adimpleverit, pœnæ in dictis decretis monitorii ac prorogationis contentæ eo ipso inflictæ sint & esse intelligantur. Tenor autem prædictæ schedulæ sequitur, & est talis:

II.

Eugenius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Formulæ adhæsionis Eugenio papæ a concilio præscriptæ.

Vt mentis nostræ integritas ac devotio, quam ad universalem ecclesiam & ad sacrum generale concilium Basileense gerimus, omnibus constet evidenter, ideo tres literas nostras, quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur, & alias quascumque, & quidquid per nos aut nostro nomine in præjudicium aut derogationem prædicti sacri Basileensis concilii, seu contra ejus auctoritatem, factum & attentatum seu assertum est, cassamus, revocamus, irritamus & annullamus, cassas, nullas & irritas fuisse & esse declaramus. Vel sic: Pridem tres nostras literas in palatio apostolico promulgari fecimus, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis: Verum cum ex * prædictis literis nonnulla scandala orta sint, & oriri possint, ideo ipsas & alias quascumque, ac quidquid per nos aut nostro nomine in præjudicium aut derogationem prædicti sacri Basileensis concilii, seu contra ejus auctoritatem, factum & attentatum seu assertum est, cassamus, revocamus, irritamus & annullamus, cassas, nullas & irritas fuisse & esse declaramus. Vel sic in fine literæ adhæsionis: Quapropter tres literas nostras pridem

* dictis nostris

Anno Christi 1433.

in palatio apostolico promulgatas, quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur, & alias quascumque, aut quidquid per nos aut nostro nomine in præjudicium aut derogationem prædicti sacri Basileensis concilii, seu contra ejus auctoritatem, factum & attentatum seu assertum est, cassamus, revocamus, irritamus & annullamus, cassas, nullas, & irritas fuisse & esse declaramus. Poterit præfatus dominus Eugenius eligere unam de prædictis formis quæ sibi magis placuerit.

III.

Forma adhæsionis.

Eugenius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Forma adhæsionis a concilio papæ præscripta.

Dudum sacrum generale concilium Basileense per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, approbationemque felicis recordationis Martini papæ V. ac nostram, pro extirpatione hæresum, ac generali reformatione ecclesiæ in capite & in membris, & pertinentibus ad ea, legitime inchoatum, ex certis causis in aliis nostris literis expressis de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio dissolvimus: verum cum ex dicta dissolutione ortæ sint graves dissensiones, & graviores oriri possent, nihilque magis optemus quam quod prædicta sancta opera suum debitum sortiantur effectum, decernimus præfatum generale concilium Basileense a tempore prædictæ inchoationis suæ legitime continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari ac prosecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset. Quinimo præfatam dissolutionem irritam & inanem declarantes, ipsum sacrum Basileense concilium pure, simpliciter & cum effectu ac omni devotione & favore prosequimur, & prosequi intendimus.

Item præfatus dominus Eugenius revocabit quoscumque processus quarumcumque censurarum, privationum & suspensionum factos contra supposita hujus sacri concilii Basileensis & adhærentes eidem, nec non omnia gesta & facta in præjudicium, læsionem & derogationem eorumdem, eis legitime non citatis, nec legitime defensis, de quibuscumque dignitatibus, beneficiis, commendis & officiis, etiamsi cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, abbatiæ, &c. existant juribus & bonis quibuscumque, & specialiter contra reverendissimos dominos cardinales de Cypro, sancti Sixti, & Firmanum, ac omnia in pristinum statum per suas literas reducet, ac si non emanassent cum clausulis opportunis, mandando sub pœnis formidabilibus omnibus, qui se de dictis dignitatibus, beneficiis, commendis & officiis, juribus & bonis intromisissent, vel ratione dictarum privationum seu suarum ordinationum quarumcumque se vellent intromittere, ut ab ipsa intromissione & omni molestia penitus desistant. Vtrum autem fuerit legitima citatio & defensio, stabitur judicio ipsius sacri concilii. Quodque deinceps a novitatibus & gravaminibus seu præjudiciis inferendis ipsi sacro concilio, vel suppositis ejus & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu desistet, ut sit vera caritas inter sacrum concilium & suam sanctitatem ad Dei honorem & utilitatem universalis ecclesiæ, ac sine aliquo rancore aut suspicione consistere valeat: & ut ipse dominus Eugenius possit agnoscere puram ac rectam sacri concilii intentionem, ac veram caritatem, quam erga ipsum habet, & habere in futurum intendit, oblationem alias factam in responsione data primis ambasiatoribus ipsius domini Eugenii, quæ incipit,

Cogi-

Anno Christi 1433

Cogitanti, &c. iterum hæc sancta synodus, etiam alia addendo, repetit in hunc modum: Ecce si quid culpæ commissum est attentando dissolutionem, aut in confectione & publicatione trium bullarum in revocatione per ipsum dominum Eugenium fienda contentarum, sacrum concilium penitus abolet, dummodo ipse dominus Eugenius omnia & singula superius contenta realiter & cum effectu adimpleverit, & infra terminum in præsenti decreto nostræ prorogationis statutum huic sacro concilio per suas authenticas literas significaverit. Quod si fecerit, nemo erit nostrum qui pedes ejus ut beati Petri non osculetur, qui ut vicarium Christi non honoret. Erit concilii caput: omnes ad eum respicient: omnes ei complacere, obsequi, & quantum cum Deo poterunt deservire curabunt. Offerimus etiam quidquid dici aut cogitari potest nos fidelissime facturos, quantum cum Deo fieri poterit pro omni honore & statu tam suæ sanctitatis quam omnium suorum.

Papa caput concilii.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, septimo Idus Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

SESSIO XV.

De conciliis provincialibus & synodalibus.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Sessio XV. Huic sessioni interfuit imperator cum insigniis.

PRIDEM hæc sancta synodus quoddam saluberrimum promulgavit decretum, pro stabilitate & robore generalium conciliorum, quorum frequens celebratio præcipua est agri dominici cultura. Verum cum ad eamdem culturam non dubium sit pertinere episcopales synodos, & concilia provincialia, prout veteres canones decreverunt frequentari: ideo eadem sancta synodus antiquos & laudabiles mores nostris cupiens temporibus observari, statuit atque præcipit synodum episcopalem in qualibet diœcesi post octavas dominicæ resurrectionis, vel alia die secundum consuetudinem diœcesum, ad minus semel in anno, ubi non est consuetudo bis, annuatim celebrari per diœcesanum propria in persona, nisi canonico impedimento fuerit præpeditus, & tunc per vicarium ad hoc idoneum. Quæ synodus saltem biduo vel triduo duret, vel prout necessarium episcopis visum fuerit.

Prima autem die convenientibus diœcesano & omnibus aliis qui hujusmodi synodo interesse tenentur, infra missarum solennia, vel post, diœcesanus vel alius ejus nomine verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores sectandum, abstinendum a vitiis, & ad ea quæ pertinent ad ecclesiasticam disciplinam & officia singulorum, & præsertim ut hi, quibus animarum cura commissa est, diebus dominicis & aliis solennitatibus plebem subjectam doctrinis & monitis salutaribus instruant. Postea legantur statuta provincialia & synodalia, & inter alia aliquis compendiosus tractatus, docens quomodo sacramenta ministrari debeant, & alia utilia pro instructione sacerdotum. Deinde ipse diœcesanus de vita & moribus subditorum solerter inquirat, labem simoniacæ pravitatis, contractus usurarios, concubinatum, fornicationem, & alia quævis crimina & excessus, debita correctione cohibeat. Alienationes rerum ecclesiasticarum a jure prohibitas revocet, clericorum abusus, & aliorum subjectorum, qui circa divinum officium & delationem debiti habitus defecerint, in melius reformet & emendet. Et quoniam multa scandala sæpe contingunt, eo quod constitutio Bonifacii papæ VIII. quæ incipit, Periculosa, edita super clausura monialium, non servatur, studeat ipse diœcesanus, ut omnino juxta ipsius constitutionis tenorem executioni demandetur: nec non ut quicumque religiosi diœcesano subjecti, regulas & constitutiones suarum religionum, præsertim ut ab eis omnis proprietas abdicetur, inviolabiliter observent. Ne etiam in receptione ipsorum ad religionem quidquam per simoniam exigatur. Præcipua autem in ipsa synodo episcopi cura sit, inquirere ac debitis remediis occurrere, ne aliquod dogma hæreticum, erroneum, aut scandalosum, seu piarum aurium offensivum, sortilegia, divinationes, incantationes, superstitiones, & quævis diabolica figmenta, diœcesim suam inficiant. Instituanturque præterea testes synodales, viri graves, providi & honesti, legis Dei zelum habentes, juxta diœcesim latitudinem in numero competenti, aut alii eorum potestatem habentes, ubi alii non sunt ad hoc instituti, qui si diœcesano minus idonei videantur, eos amovendo, alios (prout ei videbitur expedire) instituat. Hi autem in manibus ipsius diœcesani vel sui vicarii jurare teneantur, ut tradit canon, Episcopus in synodo: qui per anni circulum lustrantes ipsam diœcesim, quæ corrigenda vel reformanda viderint, his ad quos talia corrigere vel reformare pertinet, referant. Quæ nisi correcta vel reformata jam fuerint, ad synodum subsequentem perferant, in qua debitis remediis occurratur. Sed & præter illa quæ a testibus synodalibus, vel aliis eorum officia exercentibus, diœcesanus audierit, inquirat & ipse diligenter de cunctis subditorum suorum excessibus, & taliter in delinquentes insurgat correctionis debitæ disciplina, ut aliis malignari volentibus transeat in exemplum.

Sessio XV.

Libro 6.

De regularibus.

De hæresibus.

Celebretur quoque in singulis provinciis saltem infra biennium a fine concilii generalis, & deinde ad minus semel de triennio in triennium, provinciale concilium in loco tuto: in quo tam archiepiscopus quam suffraganei omnes, & alii qui in hujusmodi conciliis provincialibus interesse tenentur, debite vocati intersint. Quod si episcopus canonico fuerit impedimento detentus, procuratorem suum destinet, non solum ad excusandum & probandum absentiæ causas, sed etiam ipsius nomine concilio interessendum, suscipiendumque quidquid concilium duxerit statuendum. Alioquin ipse episcopus a perceptione medietatis fructuum unius anni suæ ecclesiæ, qui per personam in ipso concilio deputandam in ipsius ecclesiæ suæ fabricam effectualiter convertantur, eo ipso sit suspensus. Alii vero venire negligentes concilii arbitrio puniantur, aliis juris pœnis in suo robore duraturis. Concilio autem generali durante, & per sex menses ante, hujusmodi provincialia concilia non celebrentur. Porro in hujus inchoatione concilii ipse metropolitanus, vel alius ejus nomine, infra missarum solennia, vel post, exhortatorium sermonem faciat, ea quæ ad statum ecclesiasticum, & præcipue ad pontificale officium pertinent, seriose memorando, comminandoque singulis, quod juxta prophetæ sententiam, si eorum culpa cujusvis anima perierit, illius sanguis de manibus eorum a domino exigetur. Præcipue autem fiat tunc monitio exacta, ut dignis & bene meritis, quorum vita sufficienti testimonio nota sit, ordines & beneficia sine ulla simoniaca labe conferantur. Et super omnia, ut in animarum cura committenda, summa diligentia & matura inquisitio adhibeatur. Et ut bona ecclesiastica nullatenus ad usus illicitos, quinimo ad honorem Dei, ecclesiarum conservationem;

Ezech. 3.

SESSIO XV.

tionem, (habendo secundum sacros canones præcipuam curam pauperum & indigentium) laudabiliter conversentur, scientes quod de his omnibus apud tribunal æterni judicis usque ad minimum quadrantem rationem reddituri sunt. In quibus quidem conciliis de corrigendis excessibus, moribusque subditorum reformandis, & præcipue qualiter episcopi in conferendis beneficiis & confirmandis electionibus, ministrandis ordinibus, deputandis confessoribus, prædicando ad populum, & puniendo excessus subditorum, observationeque episcopalium synodorum, ceterisque ad officium episcopale ac jurisdictionem & administrationem eorum in spiritualibus & temporalibus quomodolibet spectantibus se gesserint, & præsertim an a simoniaca labe manus innoxias servent, diligens inquisitio secundum juris dispositionem fiat, ut omnes qui in præmissis deliquisse comperti fuerint, per ipsum concilium corrigantur & puniantur. Simili modo de ipso metropolitano circa omnia supradicta diligenter inquiratur, cujus excessus & defectus ipsum concilium eidem specialiter exprimat, ipsum admonendo & obsecrando, ut, cum aliorum pater vocetur & esse debeat, a talibus omnino desistat. Et nihilo minus inquisitionem de ipso habitam, in scriptis redactam, ad Romanum pontificem vel alium ejus superiorem, si quem habeat, sine mora transmittat, ut ab eo punitionem & reformationem suscipiat condecentem. Inter cetera, si quæ discordiæ, contentiones & inimicitiæ, inter quoscumque viguerint, quæ quietem & tranquillitatem provinciæ possent perturbare, curet omni studio sacrum concilium illa sedare, & more piorum patrum ad pacem concordiamque filiorum vigilanter intendat. Et si inter regna, provincias & principatus hujusmodi discordias suscitari contingat, mox sancti Dei antistites concilia provinciarum suarum simul congregari procurent, & sibi invicem consilium & auxilium impendentes cuncta discordiarum fomenta amputare studeant: neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant, sed ad Deum solum & salutem populi mentis oculos erigentes, ad sanctum pacis opus omni tepiditate semota invigilent.

Matth. 5.

Cogitentur insuper in provinciali synodo, quæ immediate generale concilium subsequens antecedit, omnia quæ in eodem generali concilio visa fuerint prosequenda, ad Dei gloriam & provinciæ commodum, salutemque Christiani populi. Ibidemque eligantur in numero competenti qui ad proximum generale concilium vice totius provinciæ debeant proficisci, quibus per subsidium vel alias provideatur, prout de jure & concilio provinciali fuerit visum expedire, ita tamen, quod illi qui ultra personas (ut prædictum est) deputatas ad ipsum concilium generale accedere voluerint, aut eorum cletus, nullatenus propterea graventur. Relegantur quoque in unoquoque provinciali concilio, quæ secundum canonicas sanctiones in eisdem legi præcipiuntur, ut ea & inviolabiliter observentur, & transgressoribus pœnæ debitæ inferantur. Quod si metropolitani vel diœcesani prædictis terminis in celebrandis provincialibus & episcopalibus synodis, cessante legitimo impedimento, fuerint negligentes, medietatem omnium fructuum & obventionum, rationæ suarum ecclesiarum ad eos pertinentium, fabricæ ipsarum ecclesiarum applicandam eo ipso amittant. Qui si in eadem negligentia per tres proximos menses perseveraverint, ab officiis & beneficiis sint ipso facto suspensi. Quibus transactis temporibus, sub antescriptis pœnis, antiquior in provincia ordinæ episcopus ipsius metropolitani episcopi, aut major in dignitate post pontificalem in sacris constitutus, nisi ad alios forsan de consuetudine vel privilegio pertineat, negligentiam in celebrandis prædictis provincialibus & episcopalibus synodis suppleteneantur. Jubet insuper hæc sancta synodus omnibus prælatis religionum & ordinum quorumcumque, ad quos celebrare capitula pertinet, quod illa statutis temporibus sub prædictis pœnis servent, & servari faciant, in quibus secundum canonicas sanctiones & religionum constitutiones, cum omni studio & diligentia ad veram singularum religionum & ordinum reformationem intendant, ita ut deinceps in singulis monasteriis juxta proprias regulas & constitutiones debite regularis vigeat observantia: & præcipue, ut tria substantialia professionis vota omnino observentur. Per præmissa autem hæc sancta synodus non intendit juribus quorumcumque quomodolibet derogare.

ANNO CHRISTI 1433.

A

B

Datum Basileæ in sessione publica celebrata in ecclesia majori Basileensi, sexto Kalendas Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

SESSIO XVI.

Per quam declarat papam Eugenium concilio adhærere, celebratis ceremoniis consuetis, & in ea incorporantur bullæ Eugenii.

C

I.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

LITTERIS sanctissimi domini Eugenii papæ quarti more curiæ Romanæ bullatis, ac per nonnullos sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales subscriptis, quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur, huic sacro concilio in generali congregatione per venerabiles Ioannem archiepiscopum Tarentinum & Christophorum Cerviensem episcopum oratores suos præsentatis, lectis, examinatis & diligenter inspectis, eadem sancta synodus decernit & declarat, præfatum dominum Eugenium per prædictas literas satisfecisse plenarie monitioni, citationi & requisitioni hujus sacri concilii, prout in decreto in decimaquarta sessione promulgato, & in schedula in eodem decreto inserta, continetur. Ipsasque literas approbat, acceptat, & admittit, ratasque habet & gratas, & sic ab omnibus haberi vult; mandans dictarum literarum transumpta sub bulla sacri concilii dari debere omnibus habere volentibus, quibus transumptis eamdem fidem dari decernit quæ ipsis literis originalibus daretur. Tenor vero dictarum literarum sequitur, & est talis:

SESSIO XVI.

ANNO CHRISTI 1434.

Huic sessioni interfuisse asseritur etiam imperator in habitu imperiali, & prælati nonaginta omnes sedentes cum mitris albis planis capitibus eorum superpositis.

D

E

II.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Dudum sacrum generale Basileense concilium, per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, ordinationesque felicis recordationis Martini papæ quinti ac nostras, pro extirpatione hæresum, pace populi Christiani, ac generali reformatione ecclesiæ in capite & in membris & pertinentibus ad ea, legitime inchoatum, ex certis causis in aliis nostris literis expressis, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio & assensu dissolvimus. Verum cum ex dicta dissolutione ortæ fiont graves dissensiones, & graviores oriri possent,

Literæ Eugenii pontificis.

ANNO CHRISTI 1434.

possent, nihilque magis optemus, quam quod prædicta sancta opera debitum sortiantur effectum, de consilio & assensu venerabilis fratris Iordani episcopi Sabinensis, & dilectorum filiorum nostrorum Antonii sancti Marcelli, Francisci sancti Clementis, Angeloti tituli sancti Marci presbyterorum, ac Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Ardecini sanctorum Cosmæ & Damiani diaconorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, decernimus & declaramus, præfatum generale concilium Basileense a tempore prædictæ inchoationis suæ legitime continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari, ac prosecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset. Quinimo præfatam dissolutionem irritam & inanem de consilio & assensu simili declarantes, ipsum sacrum generale concilium Basileense pure, simpliciter & cum effectu ac omni devotione & favore prosequimur, & prosequi intendimus. Præterea, ut mentis nostræ integritas ac devotio, quam ad universalem ecclesiam & sacrum generale concilium Basileense gerimus, omnibus constet evidenter; duas nostras literas pridem in palatio apostolico promulgatas, nam tertias, quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur, quæ dicuntur incipere, Deus novit, cum a nobis aut de scitu nostro nunquam emanarint, licet superfluum videatur quod non extat revocare, tamen quia petitum est, & ad cautelam, si ullo unquam tempore apparerent, & alias quascumque, & quidquid per nos aut nostro nomine in præjudicium aut derogationem prædicti sacri concilii Basileensis, seu contra ejus auctoritatem, factum & attentatum seu assertum est, cassamus, revocamus, irritamus, & annullamus, nullas & irritas fuisse & esse declaramus. Item revocamus quoscumque processus, quarumcumque censurarum, privationum & suspensionum, factos contra supposita hujus sacri concilii Basileensis, & adhærentes eidem, nec non omnia gesta & facta in præjudicium, læsionem & derogationem eorumdem, eis non legitime citatis nec legitime defensis, de quibuscumque dignitatibus, beneficiis, commendis & officiis, etiamsi cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, abbatiæ, *&c.* existant, juribus & bonis quibuscumque, & specialiter contra cardinales de Cypro, sancti Sixti & Firmanum, ac omnia in pristinum statum, perinde ac si non emanassent, cum clausulis opportunis. Mandantes sub pœnis formidabilibus omnibus, qui se dictis dignitatibus, beneficiis, commendis, officiis, juribus & bonis intromisissent, vel ratione dictarum privationum, seu nostrarum ordinationum quarumcumque se vellent intromittere, ut ab ipsa intromissione & omni molestia penitus desistant. Verum autem fuerit legitima citatio & defensio, stabitur judicio ipsius sacri concilii. Nos autem deinceps a novitatibus & gravaminibus seu præjudiciis inferendis ipsi sacro concilio, vel suppositis ejus & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu desistemus. Tenor vero præfatarum literarum sequitur, & est talis:

III.

Prima bulla revocata.

Eugenius episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

Inscrutabilis divinæ providentiæ altitudo ad hoc nos, maximę potestatis desuper plenitudine nobis

SESSIO XVI.

A tradita, super universum gregem dominicum in præsulem constituit, ut ad removendum atque extirpandum de agro dominico vepres, ex quibus possent ecclesiæ suæ sanctæ & Christianæ reipublicæ dissensiones & scandala provenire, cura assidua & pervigili intendamus. Sane cum dudum ex certis & rationabilibus causis concilium, quod nonnulli Basileæ congregatum esse dicebant, dissolventes, illud ad civitatem nostram Bononiensem duxerimus commutandum; postmodum, cessantibus dictis causis, præfatum concilium in ipsa civitate Basileensi decrevimus per nostros legatos, qui ibidem nostro nomine præsiderent, continuari debere, prout in diversis desuper confectis nostris literis plenius continetur. B Cum autem qui Basileæ congregati erant, prout sunt, etiam post dissolutionem & decretum hujusmodi, ac etiam ante adventum dictorum legatorum, non ad communem utilitatem, sed ad privatas passiones intenti, nullaque auctoritate sedis apostolicæ suffulti, multa & gravia, etiam pręter illa tria propter quæ fuerat ibi principaliter concilium a principio constitutum, tamquam haberent generalis synodi, nobis etiam contradicentibus, potestatem, disponere, ordinare, statuere, sancire, declarare, & mandare præsumpserint, in nostrum & sedis apostolicę ac venerabilium fratrum nostrorum cardinalium & aliorum nobis adhærentium grave præjudicium, præter & contra C sanctorum patrum decreta & canonicas sanctiones: Nos attendentes quod ea quæ per eos sic perperam statuta, facta & ordinata existunt, si sub dissimulatione & silentio præterirent, in magnum atque evidens præjudicium ecclesiæ atque apostolicæ sedis, & grave scandalum plurimorum verisimiliter redundare possent, cum non ad reformationem, sed ad deformationem, non ad unitatem, sed scissuram ecclesiæ, non ad hæreses tollendas, sed nutriendas, non ad pacem fidelium, sed discordiam seminandam spectare videantur: ac propterea volentes, prout ex debito pastoralis officii tenemur, quantum altissimus permiserit, futuris scan- D dalis celeri remedio providere, omnia & singula gesta, facta & ordinata, sancita, decreta & declarata per pręfatos Basileæ congregatos & existentes, videlicet citationes, processus & sententias, statuta & decreta, quæ de nobis seu contra nos, jura & libertatem nostram & sedis apostolicæ vel venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesię cardinales, seu ipsorum aliquem, aut pręlatos quoscumque, sive curiales, aut Romanam curiam sequentes, usque ad pręsentem diem facere, statuere, attentare, & ordinare nimium præsumpserunt, & quę usque ad accessum ipsorum legatorum ad suprascriptam civitatem Basileensem, & in ipso concilio præsidentium, quomolibet per eos in futurum fient, E agentur, ordinabuntur, sancientur, statuentur, attentabuntur, & mandabuntur, exceptis his in quibus eis per nostras literas facultatem concessimus, irrita esse & inania, nullumque effectum debuisse aut debere sortiri, auctoritate apostolica, de consilio & assensu pręfatorum fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, tenore pręsentium declaramus, decernimus, & pro infectis haberi volumus & mandamus. Ipsaque, & maxime legationes in terris ecclesię, creationes & ordinationes officialium, beneficiorum collationes, ac omnia & singula inde secuta, vel quæ in posterum sequi possent, exnunc præfata auctoritate cum de facto processerint, de apostolicę potestatis plenitudine cassamus, irritamus, & annullamus, ac nullius esse decernimus roboris vel momenti;

SESSIO XVI.

districtius inhibentes universis Christi fidelibus, ne decretis, ordinationibus, mandatis, factis & gestis hujusmodi aliquo modo pareant vel intendant, aut pro talibus reputent; declarantes omnes & singulos, cujuscumque status, gradus & præeminentiæ existant, etiamsi imperiali, regali, cardinalatus, sive quacumque alia ecclesiastica sive sæculari præfulgeant dignitate, nullo vinculo juramenti, promissionis, facti, aut conventionis prædictis factæ, quomodolibet se teneri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, constitutionis, voluntatis, mandati, cassationis, irritationis, annullationis & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri & Pauli ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, quarto Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

IV.

Secunda bulla revocata.

Eugenius episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

In arcano nostræ mentis sæpissime cogitantes, quod nisi superinvalescenti hominum malitiæ, qui ecclesiam Dei variis quæsitis coloribus perturbare conati sunt, auctoritas Romanorum pontificum restitisset, diversa in ecclesia Dei scandala emersissent; non solum debitum, sed etiam necessarium reputamus, ut nos quoque ea quæ in ecclesiæ scandalum, nostrumque & sedis apostolicæ contemptum & dedecus fieri conspicimus, debitis remediis comprimamus. Sane cum ad nostram notitiam nuper pervenisset, quoddam prætensum decretum datum tertio Idus Julii anno domini 1433. emanasse, in quo inter cetera contineri videtur, nos infra sexaginta dierum spatium dictis congregatis pure & simpliciter adhærere debere: venerabilibus autem fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, nec non quibuscumque in Romana curia existentibus, mandari dicebatur, ut post ipsum terminum lapsum, infra viginti dies proxime sequentes, sub pœna privationis omnium beneficiorum suorum, commendarum, pensionum, officiorum, & gratiarum quarumcumque, quam incurrerent ipso facto, Romanam curiam relinquerent: omnes insuper causas in ipsa curia pendentes ad se eo casu advocabant, prout hæc & nonnulla alia in ipso prætenso decreto dicuntur plenius contineri: nos ex incumbenti nobis cura officii pastoralis adstricti ad tuendam nostram sedisque apostolicæ auctoritatem, cardinalium quoque, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, prælatorum, officiariorum & aliorum curialium prædictorum, asserentium ipsius decreti * ex defectu potestatis condentium, ac in hac parte supplicantium, ut super præmissis providere vellemus, gravi querela commoti, auctoritate domini nostri Jesu Christi, qui nos suum in terris vicarium constituit, ac de potestatis nostræ plenitudine pronuntiamus, decernimus, ac etiam declaramus, præmissum assertum decretum, ac omnia & singula in eo contenta, nullum & inane penitus extitisse, & existere, nulliusque auctoritatis, valoris vel momenti: ipsumque & quæcumque in ea comprehensa eadem auctoritate revocamus, cassamus, irritamus, & pro infectis haberi volumus, & mandamus, decernentes insuper & etiam statuentes, processus omnium beneficiorum, officiorum, dignitatum, pensionum, commendarum seu titulorum quorumcumque collationes & dispositiones quascumque, in vim ejusdem decreti quomodocumque & qualitercumque factas & fiendas, & omnia inde secuta omnino, nullius extitisse vel existere firmitatis. Mandamus insuper omnibus & singulis Christi fidelibus, ecclesiasticis & sæcularibus, cujuscumque dignitatis, status seu conditionis existant, etiamsi imperiali, regali, reginali, cardinalatus, patriarchali, vel quavis alia præfulgeant dignitate, sub anathematis pœna, & privationis, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto, dignitatum, officiorum & beneficiorum suorum quorumcumque & inhabilitationis ad illa seu alia in posterum obtinenda, ne cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, prælatos, officiarios, clericos, seu alios Romanam curiam sequentes, in eorum personis, seu rebus ecclesiasticis, beneficialibus, spiritualibus, vel prufanis, occasione præfati decreti turbent quomodolibet vel molestent, nec ea facientibus præstent auxilium, consilium vel favorem. Pari quoque pœna illos, qui auctoritate seu occasione quacumque, ea aut eorum aliqua ausi fuerint attentare, volumus subjacere, inhabilitantes eos ad quascumque dignitates, honores, officia & beneficia in posterum obtinenda, supplentes ex eadem potestatis plenitudine omnes defectus, si qui forsan intervenerint in præmissis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ pronuntiationis, constitutionis, declarationis, revocationis, cassationis, irritationis, voluntatis, mandati, statuti, inhabilitationis & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

* forte deest defectum seu nullitatem.

Datum Romæ apud sanctum Laurentium in Damaso, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimotertio, Idibus Septembris, pontificatus nostri anno tertio.

ANN. CHRIST. 1434

V.

Tertia bulla revocata.

Eugenius episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus salutem & apostolicam benedictionem.

Deus novit secretorum omnium optimus perscrutator, quod usque adeo summopere atque diligenti studio procuravimus, ne sacrilegum schisma in Dei ecclesia nasceretur, quod pauci etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales Basileæ convenientes, ipsum possent verisimiliter (si ab inceptis non desisterent) inducere, nos etiam ad illa humiliando, ut scandala vitarentur, ac ipsis plurima permittendo, ad quæ de jure minime tenebamur, credentes ut exinde pacati, pax & tranquillitas inter nos & ipsos, imo verius in Christiana religione, oriretur. Sed non profuerunt, sive prodesse possunt, per nos pie, mansuete ac modeste cum ipsis dicta & gesta, ut potest notorie animadvertere Christicola quilibet orthodoxus, quin ipsi velint se a sancta sede apostolica scindere, & divinum corpus dominicum, id est sanctam matrem ecclesiam, Christi tunicam inconsutilem, lacerare, ac scissuram pestiferam in ipsa conficere, nosque Petri successorem legitimum, licet immeritum, pro posse confundere; quas res hactenus Christianæ religionis principibus patefacere non curavimus, sperantes nostra cum mansuetudine & pa-

Hanc bullam Eugenius pontifex negat se sciente confectam.

ANNO CHRISTI 1434.

& patientia omnia ad debitæ justitiæ semitas posse deducere, ac ipsos ab eorum conatibus & erroribus revocare. Sed, proh dolor, nimium iste morbus eorum cancerosus invaluit, & quotidie convalescit, quia nostra clementia & nimia benignitas ipsos contra nos quotidie reddit magis elatos. Et quamvis eorum desideriis condescendentes mandaverimus iterum debere Basileæ concilium celebrari, ipsi tamen, quoniam nobis oppido sunt infesti, & quos tolerasse, & ipsis suarum contra sedem apostolicam rebellionum indulgentiam obtulisse, non profuit, eorum tamen intentionem executioni gaudent & cupiunt præcipue demandare, nos falso de variis criminibus impetentes, ut valeant inhumaniter omni pontificali potestate nos proturbare: quorum callide dicta & gesta opus est refellere, ne falsis detractionibus de nobis confictis valeant Christianam circumvenire religionem, ac omnibus Christi fidelibus eorum gesta, dicta & facta horrenda sapere posse in futurum schisma & pestiferam hæresim ostendamus, nostris his literis singulariter eorum objectis respondentes. Objiciunt igitur primum, de nobis obloquentes quod scandali & perturbationis causa in ecclesia Dei introducendi perperam conati sumus sacrum Basileense dissolvere concilium, quodque ex hoc universalem ecclesiam conturbavimus, nec sine consensu concilii dissolutionem illam facere valuimus: quæ cuncta veritati juris & facti penitus sunt adversa: quoniam primum nostra nunquam fuit aut erit intentio sacrum dissolvendo exinanire concilium, ac nolle secundum Constantiensis & Senensis statuta conciliorum ipsam sacram synodum celebrari, in qua perfidæ hæreses evellerentur, & Deo militantium in ecclesia reformarentur mores improbi, ac alta pax & dulcis tranquillitas Christiano populo traderetur: quin potius hoc tam salubre negotium semper insedit & residet cordi nostro. Et his de rebus cupientes ut ipsum per apostolicæ nostræ solertiæ studium finem debitum consequeretur, in nostræ assumptionis principio ad summi apostolatus apicem, mandavimus per dilectum filium Iulianum sanctæ Romanæ ecclesiæ sancti Angeli diaconum cardinalem ibidem Basileæ sanctam synodum celebrari. Verum quoniam postmodum, ut aliis nostris literis curavimus Christicolis palam facere, justis de causis ex parte ipsius Iuliani & nonnullorum tunc Basileæ convenientium, per dilectum filium Ioannem Pulcripatris ipsorum oratorem, ad nos specialiter deputatum, nos informati veridica relatione percepimus, quod Basileæ pro tunc sine magno temporis intervallo ipsius sanctæ synodi celebratio non esset possibilis, concilium ipsum penitus non dissolvimus, ut ipsi non bene interpretati sunt, sed ad nostram Bononiensem civitatem commutavimus, sic quod ipsum in sua essentia consistere voluimus, ac a Basileensi civitate solum exolvimus. Quare nos indebite criminantur, quod scandala in ecclesia Dei introducendi causa concilium dissipavimus, cum ipsum a Basilea commutare, necessitatibus urgentibus, coacti fuerimus. Et quamvis nunc nobis ipsas causas per præfatum oratorem intimatas inficiari non vereantur, orbi tamen toti notissimum est, illas causas celebrandi concilii impeditivas extitisse veras. Nam fere octo menses effluxerant, postquam ipsa initiari debuit sancta synodus, nec adhuc Basileæ convenerant tres episcopi, aut alii in toto numero decem prælati, regumque & principum procuratores sive nuntii pauci sive nulli aderant, cum quibus de Christianorum pacatione sive concordia possent aliqua pertractari, ut in conciliis primum est decens inquirere. Doctorum & magistrorum fere nulli interetant, qui hæreticorum versutiis resistere possent, ac argumenta eorum sophistica scirent refellere & confutare. Locus etiam ipse Basileensis civitatis minime tutus videbatur, tum propter armatam finitimam hæresim Bohemorum, tum propter subortam guerram inter dilectos filios viros illustres Burgundiæ & Austriæ duces. His igitur & aliis justis & legitimis de causis, non scandalizandi clerum, sive errores studio conficiendi, de ipsorum cardinalium plurimorum consilio & assensu, qui nunc Basileæ conveniunt, & hanc commutationem damnant, illam fecimus, præsertim his etiam de causis moti, quia sperabamus quod in Italia consistente carissimo in Christo filio nostro Sigismundo, Romanorum tunc rege, nos facilius ambo potuissemus Bononiæ convenire, adessentque ibidem Bononiæ tunc celerius prælati & principes in numero copioso, sive ipsorum procuratores & nuntii, cum quibus melius & graviori maturitate singula in conciliis agenda expedirentur, & majori cum reverentia ab omnibus Christi fidelibus reciperentur, quam illa quæ per paucos Basileæ convenientes fieri forsitan contingissent. Nescimus ergo quomodo ipsam audent commutationem reprobare, cujus ipsi plurimi fuerunt auctores præcipui, damnant namque eorum gesta, non nostra, quia tunc eramus gravissima corporali infirmitate gravati, cum ipsi dissolutionem & translationem ipsam promovebant, suadebant, & efficere studuerant, nobis præcipue ad memoriam reducentes, & his rationibus compellentes, quod dum eramus in minoribus constituti, una cum ipsis & aliis fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, voto & juramento nos adstrinximus, quod illo in loco concilium teneremus, in quo majori parti cardinalium magis expediens videretur, cum Basileæ non speraretur posse concilium celebrari temporibus a jure decretis, jam fine temporis instante, & impedimentis subsistentibus antea enarratis, sicque ipsi mutationem sive translationem necessariam esse dicentes, & ut alio in loco transferremus sedulo requirentes. Tandem fuit causa finalis ut ipsam translationem sive commutationem faceremus, quam tamen & justam fuisse, & nobis soli cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus facere licuisse (prout egimus) etiam absque alterius consensu concilii, nemo sanæ mentis ambigere debet. Nam etsi canon Constantiensis concilii qui incipit, Frequens, ab ipso concilio editus, & a felicis recordationis Martino prædecessore nostro non improbatus, locum mutare, vel tempus inceptionis concilii prorogare nobis sine concilii consensu prohibere videatur, non tamen debet sic abusive interpretari, ut, causa imminente nobis etiam soli adempta fuerit circa loci mutationem, temporis prorogationem, dispensandi facultas, cum, etiamsi a Martino editus extitisset, illa non fuisset sive esse debuisset prohibentis intentio, quæ successoribus suis nullum potuit in hac parte præjudicium generare, pari post ipsum, quinimo eadem, potestate functuris, & infertur (prout est secundum omnia jura) in hac parte concilium inferius summo pontifice, papamque ipsis priorem nequeunt solvere vel ligare, sed nos in his concilio superiores ipsum possumus pro libitu regulare. Nam hoc de jure notissimum est, quod possumus quæcumque statuta, decreta, declarata sive sancita per quoscumque prædecessores nostros, vel per quæcumque concilia, dummodo in ipsis fidei fundamenta non existant, sive ex hoc universalis ecclesiæ bonum princi-

SESSIO XVI.

Constantiensis concilii sessione 39.

SESSIO XVI.

pailter noo turberur, ut vicarius Christi & irreprehensibiliter pro nostro amovere & corripere libitu volunratis & contra sentire non esset longævum ab hæresi. Velle ligare manus vicarii Iesu Christi & in terris Dei legati, sive ipsius gesta judicare vel improbare, quod sacrilegii crimen habet? Sed quæsumus, oobis dicant qui nobis detrahunt, quæ hæresis, quæ universalis ecclesiæ turbatio, ex hac translanone loci surgere poterat, si nos sanctam synodum Bononiæ commutavimus, ut ejus bonum non frustraretur ulterius, quod jam mensibus octo sine fructu aliquo extiterat prorogarum, & ipsius intuandi postmodum Basileæ vestigia commoda nulla videbantur? Profecto nullus per juris tramites ambulans, & non passione seductus, assereret quod ecclesiæ fecerimus perturbationem, sed salutem: oec celebrationem concilii frustravimus, sed id accelerare concupivimus. Taceant ergo hi qui sic nobis inhumaniter detrahunt; quoniam non ad Christianorum & ecclesiæ noxam commutationem fecimus, sed pro salute tutissima, ut citius quæ in concilio forent agenda finem debitum sortirentur. Fuit igitur a Basileensi civitate legitima piorunc oostra concilii dissolutio, ac ipsius ad Bononiam justissima translatio, & asserentes contra sunt penitus ab omni veritate ac fide catholica alieni. Nos insuper criminantur & diffamant, quod sacro concilio pure & simpliciter non adhæremus, sed quotidie magis & magis contemnimus & despicimus, quodque nos modeste & mansuete monere curaverint, ut scandalosam dissolutionem & ecclesiæ Christi perturbationem amovere deberemus, quas tes, iniquiunt, nos pertinaciter recusare, & has ob causas nos citare & monere non sunt veriti, & tandem, (quod est deterius) si eorum vota infra sexaginta dies non adimpleverimus, nos ab omni pontificali dignitate suspendisse profitentur: quæ quantum contra omnia sint divina jura pariter & humana, ac hæresim manifeste nutrientia, breviter ostendemus: nam dissolutionem, quam scandalosam & ecclesiam perturbantem esse dicunt, legitimis de causis & necessariis jure fecimus, ut ante retulimus. Quod igitur scandalum, quod juste, honeste & urgente necessitate factum exstitit, poruit generare? profecto nullum, cum omnia quæ ad salutem Christianæ religionis debuissent in Basileensi concilio expediri, & quæ protonc, cum ipsam sanctam synodum commutavimus, ibidem Basileæ fieri non poterant, melius, celerius & commodius in ipsa Bononiensi synodo perfici valuissent. Quam etiam ecclesiæ turbationem fecerunt, cum (ut paulo ante narravimus) illo in tempore quo concilium commutavimus fere nulli prælati convenerant: non poterant igitur perturbari qui non aderant; quia quod concilium Basileæ fieret non curabant. Nam si affectassent, ibidem in tempore coovenissent. Nec quoad illos qui convenerant, quia ita pauci numero erant, quod sine nostra auctoritate ecclesiam universalem repræsentare non poterant, quamvis ipsi eam repræsentare se dixerint. Concilio igitur ad ipsam Bononiensem civitatem legitime translato, ibidem postmodum Basileæ convenientes velut loenstæ acephali canonicum sine nostris præsidentibus non fecere concilium, cum auctoritate carerent apostolicæ sedis. Nec veræ sunt quas faciunt excusationes, quod Constantiensis Senensisque atque felicis recordationis Martini ac nostra auctoritate ipsorum conciliorum vires habuerit & habeat. Nam nos prædictis veris causis subsistentibus, & nostram & piæ memoriæ Martini, & ipsorum conciliorum auctoritates, ut jure fecimus, revocare potuimus, ut patule supra insinuavimus: quare post ipsam canonicam dissolutionem & auctoritatum prædictarum revocationem, absque olla apostolica auctoritate conveniebant sive conveniunt. Unde verum non est dicere eorum canonicum post nostram dissolutionem & sine nostris præsidentibus fuisse vel esse concilium, quoniam nulla rata est vel unquam erit synodus generalis, quæ summi pontificis non fuerit auctoritate suffulta. Nec etiam eorum Spiritus sanctus est caput, cum misericors Iesus Christus super omnia summum pontificem * ecclesiæ post transitum verbi ad patrem caput & principem ab ipso Christo & ecclesia constitutum ecclesiæ instituerit, nos videlicet qui locum retinemus ipsius vicarii Iesu Christi, quamvis immeriti. Sacrilegum igitur a nobis postulant & hæreticum, ut declarare velimus retroactis temporibus Basileæ continuo fuisse concilium, cum post nostram dissolutionem sine nostris præsidentibus regulare non facerent concilium; quia eorum dicta, gesta & facta omnia contra divina jura pariter & humana perperam sunt confecta, & quæ per nos nullatenus sont debita comprobari. Et in hoc est quod Christianam religionem circumvenire cupiunt, ut sub colore, quod continuo Basileæ concilium fuisse declaremus, omnia eorum gesta & facta comprobemus, quæ adeo sunt minus bene composita, ut, etiamsi ab habentibus potestatem promulgata fuissent, essent irritatione, annullatione, & revocatione dignissima. Nam, quod nunquam est lectum, ipsi in civitate nostra Avinionensi & contra oostram voluntatem constituere legatum ausi sunt, illam tyrannidi suius cardinalis nuper eum eis convenientis subjiciendo, ipreio vero legato de latere per nos & sedem apostolicam constituto: unde tot gnerrarum strages, tot rapinæ, tot homicidia, tot incendia suborta sunt. Sed tandem clementissimus Deus sua misericordia favit parti justiorem causam habenti, quia nostro vero domino, & sub nostro legato ipsa civitas est subjecta. Ipsi insuper de singulis Romanæ curiæ officiis inter se ipsos disponere non sunt veriti, præsidentes ad præsidendum in eorum generali concilio deputando, nostris penitus præsidentibus spretis, cum quibus potuissent ac debuisset canonicam synodum facere & firmare. Causarum etiam auditores a seipsis constituerunt, quod nusquam visum est, pontifice summo Romanam curiam tenente, dum ad ipsam extirpationem hæresum, reformationem morum, pacemque Christicolarum universam intenti esse deberent, singulorum causas particulares student potius ventilare. Exercitium etiam vicecancellariatus officii uni ex ipsis contra nostram voluntatem tribuere præsumpserunt ac etiam generalia sive publica consistoria celebrare, omniaque non attentare non formidant, quæ tantum sunt nobis & sedi apostolicæ specialiter reservata, periude ac si universæ carnis viam essemus ingressi, vel si omnis pontificalis summæ dignitatis potestas esset nobis adhuc viventibus & in Petri sede legitime constitutis apud ipsos devoluta: quod asseverare est hæreticum & profanum, cum potestas apud nos & ipsos, & sic duos, in solidum esse non possit: quia imaginari non possumus qua auctoritate, quo jure, nobis in sede apostolica cōsistentibus beneficia cooferant, nisi quod usurpant contra justitiam jura nostra: &, quod detestabilius est, illa quæ in nostris prædecessoribus malefacta damnant, monasteriorum religiosorū sæcularibus clericis administrationes concessas ipsi ad instantiam cujusdam principis sæcularis fecerunt. Nam officium generalis Humiliatorū, & illius ordinis principale monasterium, cuidā sæculari clerico

ANNO CHRISTI 1434

D. notat cardinalem sanct. Eustachii qui tibi postmodum in eodem concilio.

D. notat cardinalem Rothomagensem, qui fuit vicecancellarius tempore concilii.

ANNO CHRISTI 1434

clerico in commendam sive administrationem concesserunt: quam rem, exemplo veluti perniciosam, nos antea facere recusavimus. Ipsi vero ut episcopos habeant, continuo cognita contraria voluntate facere tentaverunt, & sub tali eorum colorato titulo clericus antedictus in dicta administratione intrusus est, ita ut dici possit quod fere centum monasteria regularia, quæ sub officio generalis dicti ordinis regulari debuissent, sub unius clerici sæcularis sunt administratione supposita: quæ quantum juri, quantum honestati, quantum bonis moribus conveniant, quisque prudens animadvertere potest. Postremo tandem ultra aliud, quod nos & plurimos fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales citare conati sunt, etiam postquam decrevimus iterum ibidem Basileæ debere concilium agitari, nos etiam ab administratione summi pontificatus suspendere freti sunt, ut ad ipsos possent saltem de facto ipsam nostram summi pontificis potestatem advocare, & ejus administrationem exercere, conferendo beneficia vel officia, & alia faciendo quæ nobis tantum sunt a jure concessa sive permissa. Istæ sunt ergo causæ quare continuo Basileæ fuisse concilium per nos declarari cupiunt. Isti sunt qui, quoniam eorum vota pati non volumus, de nobis tot mendacia confingunt. Istæ sunt hæreses quas extirpare cupiunt. Illæ sunt reformationes debitæ quas in ecclesia Dei introducunt, & pax & tranquillitas quas universis Christi fidelibus disponunt, quia inter seipsos potestatem nostram dividunt, & sibi ipsis adscribere cupiunt, ut quæ beneficia vel officia, sive honores, quos a nobis consequi non valuerunt, scindendo Dei ecclesiam consequantur. Absit igitur a nobis, absit, ut talem declarationem faciamus, & quod talia gesta comprobemus. Prius est enim ut non solum pontificatum vel partem ejus, sed animam tollant, quam fidem catholicam nobis auferant. De hoc autem vero ad ostendendam nostram sinceram & purissimam intentionem, quam habemus ut concilium fiat, & quod omnia ad finem debitum perducantur, contenti sumus & volumus pure & simpliciter continuo fuisse concilium, ita tamen, quod omnia gesta & attentata contra nos, sive sedis apostolicæ libertatem vel privilegia, sanctæque Romanæ ecclesiæ cardinales ac nobis adhærentes, prout de facto fecerunt, sic de facto ante omnia revocent, nostrosque legatos juxta juris regulas præsidentes admittant. Objiciunt etiam nobis, & admirari videntur, quod Basileæ jussimus sacram synodum celebrari, ac mandavimus cum concilii consilio agenda per præsidentes perfici. Dicimus, quod concilium dumtaxat potens est, ipsos autem præsidentes sequi necesse est: & ideo si concilium dictaret sive consuleret aliquid ecclesiæ expedire, præsidentibus vero non placeret, hoc ipsum minime fieri posset, sic quod de judice concilium consiliarius formaretur. Sed hi sic dicentes, si nulla jura vidissent, satis esset. Nam si * ipsi omnia mundi jura percontentur, omnia volunt quod quæ concilio statuuntur, declarantur, seu sanciuntur, a papa vel ejus legato constituantur atque promulgentur, facto concilio consulente, sive etiam approbante. Nam si papa vel legatus ejusdem nollet disponere aliqua, contra concilium affectaret, papæ sententia, vel ejus legati personam summi pontificis repræsentantis, non concilii voluntas sequenda foret, cum super omnia concilia habet potestatem papa, nisi forte quæ statuenda forent catholicam fidem respicerent, vel, si non fierent, statum universalis ecclesiæ principaliter perturbarent, quia tunc concilii sententia esset potius attendenda. Verba igitur

Locus obscurus.

* ipsa

SESSIO XVI.

A nostrarum literarum secundum juris formam interpretanda sunt, ut quæ ad solum concilium spectarent, quæ sunt numero plurima, cum concilio expediantur & fiant, alia vero juris tramitem imitentur. Et hoc est in quo potissime falluntur qui Basileæ conveniunt. Nam credunt in singulis agendis esse judices supra pontificem, quod eorum actiones demonstrant. Nam in singulis se nobis superiores reputant, quod tamen asseverare est hæreticum & profanum. Obmutescant igitur, & noscant quod etiam sic eum concilio fieri mandavit felicis recordationis Martinus noster proximus prædecessor, nec velint nostram puram intentionem in singulis lacerare, quam etiam cum aliis lacessere conantur, B asseverantes nostram ad summi apostolatus apicem non fuisse canonicam electionem. Sed, o misericors Deus, cur oculos tuæ piæ justitiæ contra præfatos non convertis? Nam plurimi ex his qui talia proferunt, sunt qui nos in Petri cathedram dirigentes inthronizaverunt, isti nos consecraverunt, isti nos coronaverunt, & aliqui ex eis, ut a vero Christi vicario pontificatus insignia susceperunt, alii vero ex eis fere omnes gratias sive beneficia plurima sunt adepti, & nos annis plurimis pro summo vero pontifice venerati sunt. Igitur imaginari non possumus qua fronte, qua audacia, quo colore, possint nostram catholicam electionem in dubium revocare, præsertim cum ipsorum allegent maximam turpitudinem. Quare, principes Christiani religiosissimi, C vosque alii Christicolæ orthodoxi, per viscera misericordiæ Iesu Christi præfatos Basileæ convenientes adhortemini, ut desistentes ab inceptis, velint nostros præsidentes admittere, ut canonicam synodum facientes, possint bona illa, propter quæ sacrum concilium est institutum, debitæ executioni demandare. Quod si secus (quod absit) fecerint, & Dei ecclesiam scindere (ut hactenus sunt conati) concupiverint, nec præsidentibus intendere reformationi ecclesiæ studuerint, tunc vos Christicolas principes iterum per ejusdem misericordiam obsecramus qui pro nobis mortem subiit temporalem, ut velitis eorum improbis conatibus pro posse resistere, D præsertim ne schisma nefandissimum in Dei ecclesia oriatur. Nam hoc ad principes pertinet sæculi Christianos, ut eorum temporibus pacatam velint esse matrem ecclesiam, unde sunt spiritualiter nati. Quod psalmographi verbum ostendit, cum inquit: *Et nunc reges intelligite, erudimini qui judicatis terram. Servite domino in timore, & exultate ei cum tremore,* &c. Sed quomodo serviunt principes in timore, nisi ea quæ contra sanctam matrem ecclesiam & jussa domini sunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Agite igitur, viriliter agite adversus Christi vineam & agrum dominicum devastare cupientes, nec permittere velitis quod sine auctoritate pontificis conciliabula, non concilia, fiant: quomodo in futurum posset esse exemplum E perniciosissimum, ut decem sive plures ad libitum sine sedis apostolicæ auctoritate aliquo in loco prælati convenirent, scandalizarentque populum Christianum orthodoxum, ac contra Christi vicarium pro libitu resilirent, ut resistentes malis actionibus, æternam gloriam mereamini. Datum Romæ apud sanctum Laurentium in Damaso, anno incarnationis dominicæ 1433. Idibus Septembris, pontificatus nostri anno tertio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, declarationis, prosecutionis, intentionis, cassationis, revocationis, irritationis, annullationis, voluntatis, reductionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-

Psal. 2.

 sumpserit,

SESSIO XVI. sumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1433. XVIII. Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno tertio.

Ego Iordanus episcopus Sabinensis manu propria subscripsi. Ego Antonius tituli sancti Marcelli manu propria subscripsi. Ego Lucidus cardinalis de † Comite manu propria subscripsi. Ioannes de Norsia. Poggius.

† de Comitibus Narniensibus. Iste fuit scriptor Eugenii. Poggius secretarius. Poggiusque nomen a tergo bullæ scriptum fuit.

Datum io sessione publica in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, Nonis Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

Die sabbati XXIV. Aprilis 1434. in congregatione generali domini legati sanctissimi domini nostri incorporati sunt sacro concilio nominibus privatis, ut sequitur, videlicet reverendissimi reverendique patres domini cardinalis sanctæ Crucis, archiepiscopus Tarentinus, episcopus Paduanus, & abbas sanctæ Iustinæ, &c.

Oratores sanctissimi domini Eugenii papæ quarti in eorum incorporatione jurabunt nominibus propriis fideliter laborare pro statu & honore hujus sacri concilii & ejus decreta defendere, & manutenere, & specialiter decretum sacri concilii Constantiensis, cujus tenor sequitur, & est talis: Primo, quod generalis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis, sive ordinationibus, aut præceptis hujus sanctæ synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Item jurabunt dare sanum & salubre consilium secundum Deum & conscientias suas, & non revelare vota singulorum, inquantum ex hujusmodi revelatione verisimiliter posset oriri aliquod odium vel scandalum, &c. Et non recedere a loco hujus sacri concilii, sine licentia obtenta a deputatis ejusdem.

Constantiensis concilii sessione 4.

SESSIO XVII.

Super admissione præsidentium in concilio nomine domini Eugenii papæ quarti.

SESSIO XVII. SACROSANCTA generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, dilectos ecclesiæ filios Nicolaum tituli sanctæ Crucis in Ierusalem presbyterum, Iulianum sancti Angeli diaconum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, & venerabiles Ioannem archiepiscopum Tarentinum, & Petrum episcopum Paduanum, ac dilectum ecclesiæ filium Lodovicum abbatem sanctæ Iustinæ Paduanæ, tantum admittit in præsidentes in hoc sacro concilio, nomine, vice & loco sanctissimi domini Eugenii papæ quarti, cum infrascriptis conditionibus & clausulis, plenissimum robur & effectum per omnia habituris, videlicet, sine * omni jurisdictione coactiva, salvo etiam modo procedendi in hoc sacro concilio hactenus observato, præsertim qui continetur in ordinationibus hujus sacri concilii, quæ incipiunt: Primo sint quatuor deputationes, sicut sunt, inter quas omnes de concilio distribuantur æqualiter, quantum fieri poterit, &c. Ordinat etiam quod præter feriam sextam, in qua ordinaria est congregatio generalis, non possit fieri alia, nisi fuerit conclusum prius per tres deputationes ad minus. Et tunc intimetur ipsis præsidentibus, vel alteri ex eis, quod ponat schedulas. Et si non fecerint, onus ex promotoribus concilii, vel unus ex deputationibus, quicumque sit, ponat schedulas. Et omnes de concilio veniant ad congregationem. Alias si non fuerit conclusum per tres deputationes, nullus ad ipsam congregationem accedat. Et quidquid ibi factum fuerit, nullius sit roboris. Et idem de sessione. Item, quod lectis in congregatione generali his quæ conclusa sunt per deputationes, primus inter præsidentes ibidem præsentes, etiam aliis vel alio ex eis absentibus, concludat juxta ordinationes sacri concilii. Quod si nolit ipse aut alius de præsidentibus ibidem præsentibus facere, tunc proximior prælatus subsequens in ordine consedendi concludat. Et ipso nolente, alius succedens faciat. Et si forte nullus ex præsidentibus veniat ad congregationem, vel ad sessionem generalis concilii, tunc * primus prælatus (ut præmittitur) pro illo die faciat officium præsidentis. Item, quod omnia acta hujus sacri concilii (sicut hactenus est observatum) fiant & expediantur sub nomine & bulla ipsius concilii.

* alias

Anno Christi 1434.

* proximus alias proximior

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ synodi in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, sexto Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

In hac 17. sessione tam solenniter celebrata interfuit Sigismundus Romanorum imperator, sedens coronatus cum aliis nobilibus sibi astantibus. Unus dux a dextro tenens ensem evaginatum in manu, juxta quem dux Vvilielmus Bavariæ, habens & tenens pomum rotundum deauratum cum cruce in signum mundi, & a sinistro dominus marchio Brandeborgensis, unus electorum imperii, habens seu tenens sceptrum regale deauratum, &c. & bene centum prælati sedentes cum mitris albis, ut moris est, &c.

SESSIO XVIII.

Super innovatione decreti concilii Constantiensis de auctoritate & potestate conciliorum generalium absentibus dominis legatis papæ.

Huic sessioni 18. ab interfuit imperator, jam ante Basilea digressus.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

AD magnam ecclesiæ catholicæ utilitatem pertinere dignoscitur, ut ipsius auctoritas (cui omnes subesse tenentur) in sacro olim Constantiensi concilio declarata, sæpius manifestetur, & ad omnium notitiam perducatur. Et quemadmodum nonnulla concilia præcedentium synodorum salubres institutiones & declarationes renovare consueverunt, ita & hæc sancta synodus necessariam illam declarationem de generalium conciliorum auctoritate, in dicto Constantiensi concilio promulgatam, sub eodem qui sequitur tenore innovat: Primo, quod generalis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ perti-

Constantiensis concilii sessione 4. Et supra in hoc Basileensi, sessione 16.

Constantiensis concilii sess. 5.

ANNO CHRISTI 1434.

nem ad fidem & extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis, sive ordinationibus, aut præceptis hujus sanctæ synodi, aut cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo.

Datum in sessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, sexto Kalendas Iulii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

SESSIO XIX.

In qua fuerunt pronuntiata decreta in materia Græcorum, nec non Iudæorum, & neophytorum.

I.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XIX.

SICVT pia mater pro filiorum salute semper anxia est, nec unquam quiescit, donec si qua inter ipsos dissensio sit, sopita fuerit; sic & multo amplius sancta mater ecclesia, quæ filios ad perpetuam vitam regenerat, omni conatu laborare consuevit, ut omnes, qui Christiano nomine censentur, sublato omni dissidio eamdem fidei unitatem, sine qua salus esse non potest, fraterna caritate custodiant. Quamobrem hujus sanctæ synodi ab initio suæ congregationis præcipua cura fuit, illud recens Bohemorum antiquumque Græcorum dissidium prorsus extinguere, & eos nobiscum in eodem fidei & caritatis vinculo perpetuo copulare. Bohemos igitur viciniores primo, deinde Græcos per nostras literas & oratores pro sancta unione facienda, cum omni caritate ad hoc sacrum concilium vocavimus. Et quamquam Bohemorum negotium multi ab initio non solum difficile, sed bene impossibile æstimarent, nostrosque tamquam supervacuos & inutiles indicarent labores, attamen dominus noster Iesus Christus, cui nihil impossibile est, sic salubriter rem ipsam usque ad hanc diem direxit, ut multo amplius hæc ipsa Bohemorum vocatio ecclesiæ sanctæ profuerit, quam multi potentissimi exercitus, qui sæpe Bohemiam armata manu ingressi sunt. Quæ res eo ampliorem spem nobis præbet, ut hanc Græcorum unionem cum omni fiducia & constantia prosequamur. Quod quidem eo libentius aggredimur, quo ipsos ad hanc unionem plurimum affectos conspicimus. Vt primum enim serenissimus Græcorum imperator & patriarcha Constantinopolitanus per nostros requisiti sunt oratores, mox tres insignes viros, de his qui apud eos magnæ videntur auctoritatis, (quorum primus ipsum imperatorem consanguinitate attinet) ad hanc sanctam synodum destinarunt, sufficienti ipsius imperatoris mandato cum bulla aurea & ejus manu propria subscripta, ac patriarchæ literis munitos, qui tam in generali congregatione, quam coram commissariis nostris serventissimum imperatoris & patriarchæ totiusque ecclesiæ orientalis ad hanc unionem desiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam sancti operis prosecutionem pulsant, ac quotidie excitant, duo inter alia firmiter constanterque asserentes, unionem ipsam nisi in synodo universali, in qua tam ecclesia occidentalis quam orientalis conveniat, fieri nullatenus posse: & in ea synodo si fiat, (ut infra conventum est) omnino ipsam unionem secuturam. His auditis, summa [illegible]is lætitia ac jucunditas nimirum accessit. Quid enim catholicæ ecclesiæ felicius gloriosiusque contingere unquam posset, quam quod tot orientales populi, qui numero hominum ab his qui nostræ fidei sunt non multum distare videntur, in eadem nobiscum fidei unitate conjungantur? Quid utilius aut fructuosius ab exordio nascentis ecclesiæ populus Christianus vidit vel audivit, quam quod tam diuturnum perniciosumque schisma penitus extirpetur? Vnde & aliam reipublicæ Christianæ, Deo propitio, utilitatem accrescere confidimus, quoniam ex hac unione, cum facta fuerit, plurimos ex nefanda Mahumeti secta ad fidem catholicam converti sperandum est. Quid igitur pro tam piis ac salutaribus rebus per Christi fideles tentandum faciendumque non esset? Quis catholicus pro tanto nominis Christiani & orthodoxæ fidei incremento non modo caducam hujus mundi substantiam, sed & corpus & animam exponere non deberet? Quocirca omnem cogitatum nostrum jactantes in Deum *qui facit mirabilia magna solus*, venerabiles sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, præsidentes sedis apostolicæ, patriarcham Antiochenum, archiepiscopos, episcopos, abbates, magistrosque & doctores in numero competenti deputavimus, ut una cum ipsis Græcorum ambasiatoribus rem istam tractare, & quo ordine ad executionem deducenda esset prospicere deberent. Qui tam inter se, quam cum ipsis oratoribus, sæpenumero convenientes, habito inter se digesto consilio, ad infrascripta cum ipsis devenerunt capitula, quæ postea secundum morem hujus sacri concilii per sacras deputationes mature deliberata, ac deinde per generalem congregationem conclusa firmataque solenniter extiterunt: quorum tenor una cum mandato ipsius domini imperatoris sub bulla aurea sequitur, & est talis:

Psal. 54.

Ambasiatores serenissimi domini imperatoris Græcorum, & domini patriarchæ Constantinopolitani, videlicet dominus Demetrius* protonostiarius, Palæologus Metochites, venerabilis Isidorus abbas monasterii sancti Demetrii, & dominus Ioannes* Dissipatus, ejusdem imperatoris familiaris, convenientes cum dominis deputatis sacri concilii, primo exposuerunt, quod si ecclesiæ occidentali placeret, ut hæc synodus Constantinopoli celebraretur, ecclesia orientalis propriis expensis ibidem conveniret, nec oporteret, ut ecclesia occidentalis prælatis orientalis aliquas expensas faceret. Quinimo ipse dominus imperator, in quibus posset, prælatis Latinis Constantinopolim venturis subveniret. Si autem placeret, ut prælati ecclesiæ orientalis ad terras Latinorum pro prædicta synodo accederent, necessarium fore propter legitimas causas, ut expensis ecclesiæ occidentalis subvenirent. Et cum dictis dominis deputatis videretur multis de causis hanc unionem commodius fieri posse in hac civitate Basileensi, ubi actu concilium congregatum est, sæpe ac multum apud ipsos dominos oratores institerunt, ut hic locus pro hac sancta unione eligeretur, offerentes impensas ad hoc necessarias. Sed ipsis oratoribus respondentibus, quod cum eorum instructiones limitatæ de certis locis per ipsos imperatorem & patriarcham eis datæ sint, non hunc locum eligere qui in ipsis instructionibus nominatus non esset, domini deputati sacri concilii cognoscentes sanctam ac perfectam ipsius concilii intentionem, quæ est ut pro honore Dei & profectu fidei catholicæ

* protovestiarius *forte* protospatharius,

* Dishypatus

SESSIO XIX.

licæ nullis parcatur laboribus & impensis, judicarunt non expedire, ut propter locum duntaxat tantum bonum negligeretur. Acceptarunt igitur, si placeat sacro concilio, unum de locis inferius nominandis, cum hoc, quod (sicut inferius est conventum) mittantur aliqui vel aliquis ad ipsum dominum imperatorem, patriarcham, & alios, quibus persuadeant per efficaces rationes, ut in hanc civitatem Basileensem velint assentire. Loca nominata sunt, Calabria, Ancona, vel alia terra maritima, Bononia, Mediolanum, vel alia civitas in Italia: extra Italiam, Buda in Hungaria, Vienna in Austria, & ad ultimum Sabaudia. Convenerunt tamen dicti domini deputati cum ipsis dominis ambasiatoribus in his quæ sequuntur, si sacro concilio placeant. B Primo dicti ambasiatores promiserunt quod ad hujusmodi synodum convenient imperator Græcorum & patriarcha Constantinopolitanus, & ceteri tres patriarchæ, & archiepiscopi, & episcopi, & alii ecclesiastici, qui commodè venire poterunt. Similiter quod venient ab omnibus regnis & dominiis quæ subjiciuntur ecclesiis Græcorum cum plena potestate & mandato vallato juramento & aliis clausulis opportunis, tam ex parte sæcularium dominorum quam prælatorum. Item, quod mittatur unus vel plures ambasiatores, ex parte sacri concilii cum octo millibus ducatorum, pro facienda congregatione prælatorum ecclesiæ orientalis ad Constantinopolim, quæ octo millia expedientur ab ipsis ambasiatoribus sacri concilii, prout ipsi domino imperatori, C aut ipsis ambasiatoribus sacri concilii, videbitur. Ita tamen, quod si dicti prælati nollent Constantinopolim venire, vel, postquam Constantinopolim venerint, nollent ad synodum prædictam accedere, tunc teneatur dictus imperator reddere dictis ambasiatoribus sacri concilii quidquid pro ea re expenderint. Item, quod ecclesia occidentalis solvat expensas quatuor galearum grossarum, quarum duæ sint de Constantinopoli, & duæ aliunde, pro conducendo, dum tempus erit, ad portum nostrum, & reducendo Constantinopolim dominum imperatorem, & patriarchas, & prælatos ecclesiæ orientalis cum suis, usque ad numerum septingentarum personarum. D Quibus ipsa occidentalis ecclesia impensas faciet hoc modo: Quia pro expensis ipsius imperatoris & ipsarum septingentarum personarum, a Constantinopoli usque ad portum nostrum ultimum, dabit ipsi imperatori quindecim millia ducatorum. A dicto autem ultimo portu usque ad locum dictæ synodi, & deinde, quamdiu manebunt in synodo, & usque ad reversionem ipsorum ad Constantinopolim, faciet dicto imperatori cum dictis septingentis personis impensas honestas. Item quod intra decem menses incipiendos a mense Novembris proxime sequenti, teneatur sacrum concilium mittere duas galeas grossas & duas subtiles versus Constantinopolim cum trecentis balistariis. E Super quibus galeis erunt ambasiatores sacri concilii, & dominus Demetrius * protonostiarius Palæologus, primus de ipsis ambasiatoribus domini imperatoris. Quiquidem ambasiatores sacri concilii habebunt secum quindecim millia ducatorum danda domino imperatori pro expensis suis & patriarcharum & prælatorum, ac aliorum venientium usque ad numerum septingentarum personarum, faciendis a Constantinopoli usque ad portum ultimum, ad quem debebunt applicare, ut supra. Item prædicti ambasiatores sacri concilii, ituri cum prædictis galeis, ordinabunt quod decem millia ducatorum erunt parata ad exponendum, si necessarium fuerit, pro custodia civitatis Constan-

* protovestiarius, *forte* protonotarius, *al.* protospatharius,

A tinopolitanæ, propter periculum quod posset intervenire a Turcis civitati tempore absentiæ dicti domini imperatoris, quæ pecuniæ exponentur per aliquem a dictis ambasiatoribus sacri concilii * deputandis, prout necessitas fuerit. Item ordinabunt prædicti ambasiatores sacri concilii, & expensis duarum galearum subtilium & trecentorum balistariorum pro custodia civitatis Constantinopolitanæ tempore absentiæ domini imperatoris, & quod gentes dictarum galearum & ipsi balistarii jurabunt in manibus imperatoris fideliter se habere. Et capitanei earum sint quos imperator instituerit. Item quod prædicti ambasiatores habeant expensas duarum galearum grossarum, tot quot expendi consueverunt in armando tales galeas. B Item quod hujusmodi ambasiatores sacri concilii ituri cum prædictis galeis Constantinopolim nominabunt domino imperatori portum, ad quem ultimo debebit applicare, & locum unum de prænominatis, in quo esse debeat dicta universalis synodus. Laborabunt tamen cum omni instantia, ut civitas ista Basileensis eligatur, prout sperandum est. Item quod hoc sacrum Basileense concilium interim stabit firmiter in Basilea, nec dissolvetur legitimo impedimento cessante, quo interveniente (quod Deus avertat) pro continuatione sui juxta dispositionem capituli, Frequens, ad aliam civitatem se transferet. Et in casu quod dominus imperator non contentaretur de isto loco, tunc infra mensem, postquam præfatus C dominus imperator applicuerit ad dictum portum ultimum, sacrum concilium se transferet ad unum de prædictis locis nominatis per ipsum sacrum concilium (ut supra dictum est) eligendum. Item quod in omnem eventum prædicta omnia utrinq; adimpleantur. Item quod prædicta omnia fient firmiori modo, & cum majori robore & securitate quo fieri possunt per sacrum concilium, videlicet per decretum & sub bulla. Item quod prædictis omnibus conclusis & concordatis, ac (ut præmittitur) firmiter roboratis, summus pontifex expressum præbeat assensum per suas patentes bullas. Et quod prædicta omnia & singula intelligi debeant bona fide, sine dolo & fraude, & absque impedimento legitimo & D manifesto. His omnibus adimpletis, dicunt supradicti ambasiatores Græcorum, & promittunt quod omnino venient, etiamsi bellum foret & instaret civitati. Et ob earum omnium rerum confirmationem tradent mandatum præfati imperatoris sub bulla aurea sacro concilio, & pro prædicto imperatore ipsi & alii jurabunt, scribendo & subscribendo propter firmam & veram fidem, quod fieri debeat cum Deo universalis sancta synodus, si mors imperatoris non intervenerit, aut impedimentum aliquod manifestum & verum, quod fugi vitarique non possit.

Postremo petitum est ab ipsis ambasiatoribus Græcorum, ut exponerent quædam nomina, in eorum instructionibus contenta. E Et primo quid intelligunt per verbum, synodus universalis: responderunt quod papa & patriarchæ sint in dicta synodo per se vel procuratores suos; similiter & alii prælati sint ibidem vere vel repræsentative, promittentes (ut supra) quod dominus imperator Græcorum & patriarcha Constantinopolitanus intererunt personaliter * liberi & inviolenti, hoc est, quod unicuique liceat libere dicere judicium suum sine cujusquam impedimento vel violentia: Sine contentione, hoc est sine contentione rixosa & contumeliosa: non tamen excluduntur disputationes & collationes necessariæ, pacificæ, honestæ, & caritativæ. Apostolica & canonica hæc omnia quomodo intelligi

Anno Christi 144[illegible]

* *forte* deputandum,

In Constantiensi concilio sessione 39. in principio hujus Basileensis.

* : Libera & inviolenta,

ANNO CHRISTI 1434. ligi debeant, & de modo procedendi in synodo, remittunt se ad ea quæ ipsa universalis synodus declarabit & ordinabit. Item quod imperator Græcorum & eorum ecclesia habeat honores suos, hoc est quos habebat tempore exorti præsentis schismatis, salvis semper juribus, honoribus, privilegiis & dignitatibus summi pontificis, & Romanæ ecclesiæ, & imperatoris Romanorum. Et quod si qua dubitatio oriatur, detur declarationi universalis concilii præfati.

SESSIO XIX.

II.

Sequitur tenor mandati dicti imperatoris sub bulla aurea de Græco in Latinum translati.

Quoniam missi fuerunt ad sacrosanctum concilium generale Basileense nostri & imperii nostri ambasiatores, familiaris noster * protonostiarius Demetrius Palæologus Mæotides, & honorandissimus in sacris monachis abbas sacri monasterii sancti Demetrii, & familiaris noster Ioannes Dissipatus, ad constitutionem a nobis solicitati generalis & œcumenici concilii, pro unione præmeditata ecclesiarum Christi, & dedimus eis ambasiatoribus perfectam & plenam potestatem & baylium super & in prædictis, mandat, diffinit & ordinat imperium nostrum per præsens chrysobulum suum, quod omnia & singula illa quæ ordinaverint, promiserint, juraverint, fecerint, & constituerint per scripturam sive scripturas super prædictis præfati nostri ambasiatores, reputentur a nostro imperio, & affirmata sint, tamquam si a persona nostra præsentialiter facta, ordinata, promissa & jurata forent. Et si contingeret impedimentum aliquod vel mors in aliquo dictorum ambasiatorum, tunc quod factum est, & promissum erit per duos ex eis, firmum & validum sit, tamquam si per omnes tres factum fuiret. Et in robur & firmitatem prædictorum, jurat imperium nostrum per juramentum debitum & condecens nobis, tamquam Christiano fideli imperatori, & per orationem & benedictionem sancti mei imperatoris domini & patris nostri felicis memoriæ, & per animam meam. Factumque est præsens chrysobulum imperii nostri a mundi creatione sexies millesimo nongentesimo quadragesimo secundo, & a domino nostri Iesu Christi nativitate millesimo quadringentesimo trigesimotertio, die undecimo Novembris Constantinopoli in palatio nostro imperiali. Et subscriptum literis rubeis manu nostra propria more imperiali, cum pendenti aurea bulla.

* protovestiarius

III.

Litera domini patriarchæ Constantinopolitani de Græco in Latinum translata sub bulla plumbea, & est talis:

Ioseph Dei gratia archiepiscopus Constantinopolitanus, nova Roma universalis patriarcha, reverendissimis cardinalibus Romana ecclesia & reverendis episcopis & omnibus aliis devotis congregatis in synodo Basileensi, condignam & condecentem mitto vobis omnibus ea qua teneor caritate & amicitia spirituali salutem.

Literas reverentiæ vestræ recepimus per reverendum Antonium episcopum Sudensem, & fratrem Albertum de Crispis, sacræ theologiæ magistrum, oratores vestros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum bene notavimus optimam dispositionem atque intentionem Deo amabilem, quam vestra reverentia pro tota Christianitate gerit, & specialiter pro nobis, id est pro unitate ecclesiæ sanctæ Christi. Et super hoc lætati fuimus maxime, quoniam hortamini nos pro illis, pro quibus & nos jamdiu hortati fuimus instanter ecclesiam Romanam. Multoties enim scripsimus, & misimus illuc pro unitate prædicta, ut omnibus patet. Tantis autem legationibus ex parte nostra factis, & tanta solicitudine ostensa, non permiserunt tamen circumstantiæ rerum ut finem acciperet nostra voluntas & tractatus. Ad præsens igitur de istis & eisdem, & consimili & eadem dispositione, vestræ reverentiæ scribimus, quærentes fieri concilium œcumenicum sub præsentia omnium personarum debentium necessario adesse, secundum antiquum ordinem & consuetudinem, & tale concilium fieri canonicum, liberum, inviolatum, & simpliciter secundum formas antiquorum œcumenicorum conciliorum: & illud omne, quod Deo dante in tali concilio unanimiter & concorditer conclusum fuerit, hoc firmum haberi indubitanter & sine contradictione & lite quacumque. Quæ omnia dicta fuerunt & concessa, & confirmata a sancta Romana ecclesia per plures legationes ad eam nostra parte factas. Impedita vero fuit istorum conclusio & effectus propter temporales circumstantias, ut supra dictum est. Sed quoniam vestra reverentia in præsenti tempore tantam promptitudinem super istis ostendit, per legationem specialem quam fecit pro istis, & hortata fuit nos literis & relationibus suorum oratorum, propter hoc & nos mittimus ambasiatores nostros familiarem imperii * protonostiarium Demetrium Palæologum Mæotidem, & honorandissimum in sacris monachis abbatem sacri monasterii sancti Demetrii Isidorum, & Ioannem Dissipatum, per quos petimus & rogamus vestram reverentiam, quod ad hoc Deo amabile opus unionis conferatis omnem curam & solicitudinem, ut fiat & concludatur dictum laudabile opus, vestris studio & diligentia nostris correspondentibus. Cum vero sint aliqua necessaria ad hoc & ejus operis executivis, commisimus de istis prædictis nostris ambasiatoribus, qui vestræ reverentiæ latius & clarius omnia referent & manifestabunt, placeatque vestræ reverentiæ eisdem plenam fidem adhibere.

* protovestiarium

Datum in urbe Constantinopoli, millesimo quadringentesimo trigesimotertio, die decimoquinto mensis Octobris.

IV.

Sequitur confirmatio supradictorum capitulorum.

Suprascripta igitur capitula & conventiones hæc sancta synodus auctoritate universalis ecclesiæ præsenti decreto approbat, ratificat & confirmat, statuitque ac decernit, & pollicetur ea & eorum quodlibet servare & inconcussa tenere, ut præmittitur. Quæ cum ad incrementum fidei orthodoxæ, utilitatemque ecclesiæ catholicæ, & totius populi Christiani pertinent, omnibus qui fidem Christi diligentibus, grata plurimum & accepta esse debent. Et quoniam (ut præscriptum est) ipsi Græci propter nonnullas causas postulant, ut sanctissimus dominus Eugenius papa quartus, dictis capitulis & conventionibus expresse consentiat, ne propter hoc tantum bonum negligatur, ipsum Eugenium hæc sancta synodus cum omni caritate obsecrat & deprecatur, ac per viscera misericordiæ Iesu Christi, cum quanta potest instantia exorat ac requirit, ut in favorem fidei & ecclesiasticæ unitatis præfatis capitulis & conventionibus synodali decreto approbatis & ratificatis per suas literas more Romanæ curiæ bullatas expressum assensum præbeat.

Datum in sessione publica, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, septimo Idus Septembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

SESSIO XIX.

ANNO CHRISTI 1434.

V.

Aliud decretum de Iudæis & neophytis in eadem sessione promulgatum.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

A

SALVATORIS nostri Iesu Christi sequens vestigia hæc sancta synodus illud gerit potissime in visceribus caritatis, ut omnes euangelicam veritatem agnoscant, & in ea, postquam agnoverint, fideliter perseverent. Proinde, ut Iudæi aliique infideles ad orthodoxam convertantur fidem, quique ad ipsam conversi fuerint in illa constanter permaneant, his salubribus institutis providere decernens, in primis statuit, ut omnes diœcesani quosdam in literis divinis bene eruditos aliquot vicibus annuatim deputent in locis ubi Iudæi aut alii infideles degunt, ad prædicandum & explanandum taliter catholicæ fidei veritatem, ut ipsi infideles qui audiunt, suos valeant errores recognoscere. Ad quam prædicationem sub pœnis tam commercii per fideles illis interdicendi, quam aliis ad hoc opportunis ipsos infideles cujuscumque sexus in annis discretionis constitutos accedere compellant. Ipsi autem diœcesani ac prædicantes ita se erga illos propitios ac caritate plenos exhibeant, ut non solum propalatione veritatis, sed & aliis humanis officiis ipsos Christo lucrifaciant. Christianos autem cujuscumque dignitatis aut status, quomodolibet impedientes, ne Iudæi ad hujusmodi prædicationem conveniant, aut arceantur, notam fautoriæ infidelitatis incurrere ipso facto decernit. Vt autem hæc prædicatio eo sit fructuosior, * quo prædicantes linguarum habuerint peritiam, omnibus modis servari præcipimus constitutionem editam in concilio Viennensi, de duobus docere debentibus in studiis ibidem expressis linguas Hebraicam, Arabicam, Græcam, & Chaldæam; quæ ut efficacius observetur, rectores ipsorum studiorum inter alia, quæ in assumptione rectoratus jurant, hoc etiam addi volumus, operam se pro ipsius constitutionis observatione daturos. In conciliis etiam illarum provinciarum, in quibus hujusmodi studia constituta sunt, omnino disponatur, ut hi, qui prædictas linguas docturi sunt, stipendia debita percipere valeant. Sacros insuper canones renovantes, præcipimus tam diœcesanis, quam potestatibus sæcularibus, ut modis omnibus prohibeant, ne Iudæi aut alii infideles, aut Christianos, aut Christianas in familiares, seu servientes, aut filiorum suorum nutrices, habeant, ac ne Christiani cum ipsis in eorum festivitatibus, nuptiis, & conviviis, aut balneis, seu nimia conversatione communicent, aut medicos, vel matrimoniorum proxenetas, seu aliorum contractuum mediatores de publico constitutos assumant, nec aliis publicis præponant officiis, aut ad gradus quoscumque scholasticos admittant, nec eis locentur prædia, vel alii reditus ecclesiastici. Prohibeantur etiam libros ecclesiasticos, calices, cruces, & alia ecclesiarum ornamenta, sub pœna perditionis rei emere, aut pignori sub pœna amissionis pecuniæ mutuatæ accipere. Sub gravibus quoque pœnis cogantur aliquem deferre habitum, per quem a Christianis evidenter discerni possint. Quorum ut evitetur nimia conversatio, in aliquibus civitatum & opidorum locis a Christianorum cohabitatione separatis habitare compellantur, & ab ecclesiis longius quantum fieri potest. Nec diebus dominicis & aliis solennibus festivitatibus apothecas apertas tenere, vel in publico laborare præsumant.

B C D E

* forte quo majorem

VI.

De his qui volunt ad fidem converti.

Si quis eorum ad fidem catholicam converti voluerit, bona sua, quæcumque habet mobilia & immobilia, ei intacta illæsaque permaneant. Quod si hujusmodi bona ex usura aut illicito quæstu fuerint acquisita, ac notæ sint personæ, quibus foret de jure restitutio facienda, (quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.) illis restitui omnino oportet. His vero personis non extantibus, quia talia per manus ecclesiæ in pios essent usus convertenda, hæc sancta synodus vicem gerens universalis ecclesiæ, in favorem concedit suscepti baptismatis tamquam in pium usum apud ipsos remanere debere, sub pœna divini anathematis tam ecclesiasticis quam sæcularibus interdicens, ut nullam super his, quovis quæsito colore, molestiam inferant aut inferri patiantur, sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint. Et quoniam (ut scriptum est) *qui habuerit substantiam mundi hujus, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in ipso?* Si ipsi conversionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, per viscera misericordiæ Dei nostri omnes tam ecclesiasticos quam sæculares hæc sancta synodus exhortatur, ut ipsis conversis manus porrigant adjutrices. Ipsi quoque diœcesani non solum Christianos ad subveniendum illis exhortentur, sed tam de reditibus ecclesiarum, prout poterunt, quam de his quæ ad pauperum usus per ipsos convertenda devolvuntur, hujusmodi neophytos sustentare non negligant, ipsosque a detractionibus, contumeliis, paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptismi cives sanctorum & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius sit regenerari spiritu, quam nasci carne, hac * edictali lege statuimus, ut civitatum & locorum, in quibus sacro baptismate regenerantur, privilegiis, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quæ ratione dumtaxat nativitatis & originis alii consequuntur. Curent insuper sacerdotes baptizantes, & hi qui de sacro fonte suscipiunt, tam ante baptismum quam post, illos in articulis fidei ac legis novæ præceptis, catholicæque ecclesiæ ritibus diligenter instruere. Et tam ipsi quam diœcesani operam dent, ne cum Iudæis seu infidelibus, saltem per longum tempus, penitus conversentur, ne, sicut noviter contingit ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam perditionem recidivos efficiat. Et quoniam, experientia teste, mutuam inter se neophytorum conversationem ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum officere compertum est, exhortatur hæc sancta synodus locorum ordinarios, ut quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent & studeant neophytos ipsos cum originariis Christianis matrimonio copulare. Prohibeatur & his neophytis sub gravibus pœnis, ne mortuos more Iudæorum sepeliant, aut sabbata aliasque solennitates & antiquæ sectæ ritus quoquo modo observent. Sed & ecclesias & prædicationes nostras, prout alii catholici, frequentent, & in omnibus se Christianorum moribus conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per sacerdotes in quorum parochiis siti sunt, aut alios ad quos de jure vel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, ac etiam per alios quoscumque, diœcesanis, seu inquisitoribus hæreticæ pravitatis deferantur: & invocato, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, per eos taliter puniantur, quod & aliis transeat in exemplum. De his omnibus in conciliis provincialibus & synodalibus

diligens

1. Ioan 3.

* edictali

ANNO CHRISTI 1434.

diligens fiat inquiſitio, & tam circa epiſcopos & ſacerdores in præmiſſis negligentes, quam ipſos neophytos & infideles prædictorum contemptores, opportunum adhibeatur remedium. Si quis autem, cujuſcumque gradus vel præeminentiæ, hujuſmodi neophytos, ne ad obſervationem ritus Chriſtiani, ſeu alicujus præmiſſorum compellantur, foveat atque defendat, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas incurrat. Neophyti vero ſi ſe corrigere poſt canonicam monitionem neglexerint, quin ad vomitum judaizantes redire comperti ſint, contra eos tamquam perfidos hæreticos ſecundum ſacrorum canonum inſtituta procedatur. Si qua vero ipſis Iudæis vel infidelibus indulta ſeu privilegia per quoſcumque eccleſiaſticos ſeu ſæculares cujuſcumque ſtatus ſeu dignitatis, etiamſi papalis vel imperialis exiſtant, conceſſa jam ſint, vel in futurum concedi contingat, vergentia quoquo modo in detrimentum catholicæ fidei, aut nominis Chriſtiani, ſeu quorumcumque præmiſſorum, hæc ſancta ſynodus caſſa & irrita eſſe decernit, decretis & conſtitutionibus apoſtolicis ac ſynodalibus, quæ ſuper præmiſſis condita ſunt, in ſuo robore duraturis. Et ut hujuſmodi ſanctæ conſtitutionis jugis memoria habeatur, & ne quiſquam ipſius ignorantiam prætendere poſſit, jubet hæc ſancta ſynodus, ut per ſingulas cathedrales & collegiatas eccleſias, aliaque pia loca, in quibus uberior eſt fidelium concurſus, ſemel in anno ad minus infra * divina promulgetur.

* diem

Datum in ſeſſione publica ipſius ſanctæ ſynodi, in eccleſia majori Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſeptimo Idus Septembris, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto.

ANNO CHRISTI 1435.

SESSIO XX.

I.

Decretum de concubinariis in ſeſſione vigeſima promulgatum.

Sacroſancta Baſileenſis generalis ſynodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XX.

TANTO ſumus ad concedendum petentibus laudabili per nos ordinatione ſtatuta & decreta ſub forma authentica proniores, quanto ex hoc ſtatutis & decretis hujuſmodi circa eorum obſervationem valeat fides certior adhiberi. Hinc eſt quod nos tenores conſtitutionum inferius deſcriptarum, per nos dudum editarum, & in ſeſſione publica per nos in majori eccleſia Baſileenſi undecimo Kalendas Februarii, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto celebrata publicatarum, & apud acta noſtra de mandato noſtro deſcriptarum, ad dilectorum eccleſiæ filiorum, *&c.* N. & N. qui tenores hujuſmodi ſe in judicio & extra aſſerunt indigere, ſupplicationis inſtrumentorum de actis ipſis extrahi & præſentibus annotari fecimus, quæ ſequuntur in hæc verba: Quicumque clericus, cujuſcumque ſtatus, conditionis, religionis, dignitatis, etiamſi pontificalis vel alterius præeminentiæ exiſtat, qui poſt hujus conſtitutionis notitiam, quam habere præſumatur, per duos menſes poſt publicationem ejuſdem in eccleſiis cathedralibus, quam ipſi diœceſani omnino facere teneantur, poſtquam eadem conſtitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubinarius, a perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam evidentem eccleſiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat: nec non & hujuſmodi publicum concubinarium, ut primum talem eſſe

A innotuerit, mox ſuus ſuperior monere teneatur, ut infra breviſſimum terminum concubinam dimittat. Quam ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliam publice reſumpſerit, jubet hæc ſancta ſynodus ut ipſum ſuis omnibus beneficiis omnino privet. Et nihilo minus hi publici concubinarii, uſquequo cum eis per ſuos ſuperiores, poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtamque vitæ emendationem, fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorumcumque bonorum, dignitatum, beneficiorum vel officiorum ſint inhabiles. Qui ſi poſt diſpenſationem recidivo vomitu ad hujuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicujus diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles. Quod ſi hi, ad quos ta-
B lium correctio pertinet, eos (ut prædictum eſt) punire neglexerint, eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu, quam in illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animadvertant. In conciliis etiam provincialibus & ſynodalibus adverſus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per ſuſpenſionem a collatione beneficiorum vel alia condigna pœna ſeveriter procedatur. Et ſi hi, quorum deſtitutio ad ſummum pontificem ſpectat, per concilia provincialia aut ſuos ſuperiores propter publicum concubinatum reperiantur privatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ipſi ſummo pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquiſitio in quibuſcumque capitulis generalibus & provincialibus quoad ſuos ſervetur,
C pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos concubinarios ſtatutis in ſuo robore permanſuris. Publici autem intelligendi ſunt non ſolum hi quorum concubinatus per ſententiam aut confeſſionem in jure factam, ſeu per rei evidentiam, quæ nulla poſſit tergiverſatione celari, notorius eſt, ſed qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorem admonitus ipſam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibuſdam regionibus nonnulli juriſdictionem eccleſiaſticam habentes, pecuniarios quæſtus a concubinariis percipere non erubeſcunt, patiendo eos in tali fœditate ſordeſcere: ſub pœna maledictionis æternæ præci-
D pit, ne deinceps ſub pacto, compoſitione, aut ſpe alicujus quæſtus, talia quovis modo tolerent aut diſſimulent: alioquin ultra præmiſſam negligentiæ pœnam, duplum ejus quod propterea acceperint, reſtituere ad pios uſus omnino teneantur & compellantur. Ipſas autem concubinas, ſeu mulieres ſuſpectas, prælati modis omnibus curent a ſuis ſubditis etiam per brachii ſæcularis auxilium, ſi opus fuerit, penitus arcere: qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios apud patres ſuos cohabitare non permittant. Iubet inſuper hæc ſancta ſynodus, ut etiam in prædictis ſynodis & capitulis hæc conſtitutio publicetur, & quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum concubinarum dimiſſionem moneat diligenter. Injungat præterea omnibus ſæcularibus viris, etiamſi
E regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualecumque inferant impedimentum, quocumque quæſito colore, prælatis qui ratione ſui officii adverſus ſuos ſubditos pro hujuſmodi concubinatu procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege divina prohibitum ſit, & ſub peccati mortalis pœna neceſſario evitandum, monet omnes laicos tam uxoratos quam ſolutos, ut ſimiliter a concubinatu abſtineant. Nimis enim reprehenſibilis eſt qui uxorem habet, & ad alienam mulierem accedit: *qui vero ſolutus eſt, ſi continere non vult*, juxta apoſtoli conſilium, *uxorem ducat*. 1. Cor. 7.
Pro hujus autem divini obſervatione præcepti, hi, ad quos pertinet, tam ſalutaribus monitis quam aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent.

SESSIO XX.

II.

De excommunicatis non vitandis certo modo non vocatis.

Ad vitandum scandala & multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis, statuit etiam quod nemo deinceps a communione alicujus in sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscumque divinis, vel extra, prætextu cujuscumque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis, ab homine vel a jure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura hujusmodi, fuerit in vel contra personam, collegium, universitatem, ecclesiam aut locum certum aut certam, a judice publicata vel denuntiata specialiter aut expresse: aut si aliquem ita notorie excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo modo juris suffragio excusari. Nam a communione illius abstineri vult juxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos, non intendit in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari.

III.

De interdictis non leviter ponendis.

Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consueverunt scandala evenire, statuit hæc sancta synodus, quod nulla civitas, opidum, castrum, villa, aut locus, ecclesiastico supponi possint interdicto, nisi ex causa, seu culpa ipsorum locorum aut domini seu rectorum vel officialium. Propter culpam autem, seu causam alterius cujuscumque privatæ personæ, hujusmodi loca interdici nequaquam possint auctoritate quacumque ordinaria vel delegata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denuntiata, seu in ecclesia publicata, ac domini seu rectores vel officiales ipsorum locorum, auctoritate judicis requisiti hujusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non ejecerint, aut ad satisfaciendum compulerint: qua etiam post biduum ejecta, recedente vel satisfaciente, mox divina resumi possint. Quod etiam in pendentibus locum habeat.

IV.

Contra frivole appellantes.

Ut lites citius terminentur, super eodem gravamine, aut super eadem interlocutoria vim diffinitivæ non habente, nullatenus liceat secundo appellare. Quodque ante diffinitivam frivole vel injuste appellans, ultra condemnationem expensarum, damnorum, & interesse, in quindecim florenis auri de camera parti appellatæ per appellationis judicem condemnetur.

Datum in sessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, undecimo Kalendas Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

V.

Requisitio.

Lectis & pronuntiatis suprascriptis decretis, de mandato sacri concilii per reverendum patrem dominum episcopum Lectorensem, inclytæ nationis Gallicanæ, ipse reverendus pater dominus Lectorensis episcopus requisivit, omnes dominos archiepiscopos & episcopos in concilio & sessione præ-dicta præsentes, ut prædicta decreta, præsertim de concubinatiis, mittant ad ecclesias suas, & faciant solenniter publicari. Item quod archiepiscopi hic existentes mittant suffraganeis suis absentibus, qui similiter publicent. Item prælati qui sunt de parte alicujus regni intiment prælatis absentibus. Item quod procuratores archiepiscoporum & episcoporum intiment ista suis dominis.

ANNO CHRISTI 1435.

SESSIO XXI.

I.

De annatis.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XXI.

In nomine Spiritus sancti paracleti statuit hæc sancta synodus, quod tam in curia Romana quam alibi, pro seu in confirmatione electionum, admissione postulationum, præsentationum provisione, collatione, dispositione, electione, postulatione, præsentatione, etiam a laicis facienda, institutione, installatione, & investitura, de ecclesiis etiam cathedralibus & metropolitanis, monasteriis, dignitatibus, beneficiis, officiisque ecclesiasticis quibuscumque, nec non ordinibus sacris & benedictione ac pallio, de cetero nihil penitus ante vel post exigatur ratione litterarum bullæ sigilli, annatarum communium, & minutorum servitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut sub quocumque alio titulo, colore, vel nomine, prætextu cujusvis consuetudinis, privilegii vel statuti, aut alia quavis causa vel occasione, directe vel indirecte, solum scriptoribus, abbreviatoribusque & registratoribus litterarum seu minutarum, pro ipsorum labore competenti salario solvendo. Huic autem sacro canoni si quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præsumpserit, pœnam incurrat adversus simoniacos inflictam, & in ipsis dignitatibus ac beneficiis taliter obtentis nullum jus ac titulum acquirat. Obligationes quoque, promissiones & censuræ ac mandata, & quidquid in præjudicium decreti hujus saluberrimi fieri continget, nullas obtinere vires atque irrita censeantur. Etsi (quod absit) Romanus pontifex, qui præ ceteris universalium conciliorum exequi & custodire canones debet, adversus hanc sanctionem aliquid faciendo ecclesiam scandalizet, generali concilio deferatur. Ceteri vero pro modo culpæ juxta canonicas sanctiones per suos superiores digna ultione puniantur.

II.

De pacificis possessoribus.

Quicumque non violentus, sed habens coloratum titulum, pacifice & sine lite prælaturam, dignitatem, beneficium, vel officium triennio proximo hactenus possedit, vel in futurum possidebit, non possit postea in petitorio vel possessorio a quoquam etiam ratione juris noviter impetrati, molestari, excepto hostilitatis casu, vel alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & juxta concilium Viennense illud intimare teneatur. Lis autem hoc casu quoad futuras controversias intelligatur, si ad executionem citationis, jurisque sui in judicio exhibitionem, ac terminorum omnium observationem, processum fuerit. Ordinarii autem diligenter inquirant, ne quis sine titulo beneficium possideat. Quod si talem quandocumque repererint, declarent jus illi non competere, vel huic (si sibi videatur) nisi sit intrusus, seu violentus, aut alias indignus, vel alteri idoneo provideant.

ANNO CHRISTI 1435.

III.

Quomodo divinum officium in ecclesia celebrandum sit.

Si quis principem sæculi rogaturus, habitu honesto, gesto decenti, prolatione non præcipiti, sed distincta, attenta quoque mente, se ipsum ac verba studet componere, quanto diligentius in sacro loco omnipotentem oraturus Deum, hæc omnino facere * curare debet? Statuit igitur sancta synodus, ut in cunctis cathedralibus ac collegiatis ecclesiis, horis debitis, signis congrua pulsatione præmissis, laudes divinæ per singulas horas non cursim ac festinanter, sed * asiatim ac tractim, & cum pausa decenti, præsertim in medio cujuslibet versiculi psalmorum, debitam faciendo inter solenne ac feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus persolvantur. Horas canonicas dicturi, cum tunica talari ac superpelliciis mundis ultra medias tibias longis, vel cappis, juxta temporum ac regionum diversitatem, ecclesias ingrediantur, non caputia, sed almucias vel birreta tenentes in capite. Qui cum in choro fuerint, gravitatem serveot, quam & locus & officium exigunt; non insimul aut cum aliis confabulantes seu colloquentes, aut literas seu scripturas alias legentes. Et cum psallendi gratia ibidem conveniant, junctæ ac clausa labia tenere non debent, sed omnes, præsertim qui majori funguntur honore, in psalmis, hymnis & canticis Deo alacriter modulentur. Cum dicitur, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, omnes consurgant. Cum nominatur gloriosum illud nomen Iesus, *in quo omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & infernorum*, omnes caput inclinent. Nemo ibidem, dum horæ in communi publice cantantur, legat vel dicat privatim officium: nam non solum obsequium, quo obnoxius est choro, subtrahit, sed alios psallentes perturbat. Super his debite observandis, aliisque ad divini officii prosecutionem ac chori disciplinam spectantibus, decanus, vel cui onus incumbit, diligenter invigilet, hincinde, ne quid inordinate fiat, circumspiciens. Horum autem transgressores, illius horæ in qua circa prædicta excesserint, vel alia majori, prout transgressionis gravitas exigit, plectantur pœna.

* curabit

* adeatim

* sedatim

Philip. 2.

B

C

D

IV.

Quo tempore quisque debet esse in choro.

Qui in matutinis ante finem psalmi, Venite exultemus, in aliis horis ante finem primi psalmi, in missa ante ultimum Kyrie eleison, usque in finem divino officio non interfuerit, nisi forte necessitate cogente ac petita & obtenta a præsidente chori licentia discedere oportet, pro illa hora absens censeatur, salvis ecclesiarum consuetudinibus, si quæ forte circa hoc arctiores existant. Idem in his observetur, qui a principio usque in finem in processionibus non permanserint. Pro cujus executione deputetur aliquis onus habens notandi personas singulas statuto tempore non convenientes, juramento adstrictus agere fideliter, & nulli parcere. Iubet etiam hæc sancta synodus, quod in illis ecclesiis, in quibus singulis horis certæ distributiones statutæ non sunt, omnino etiam de grossis fructibus (si opus sit) deputentur, ut juxta mensuram laboris plus minusve quisque capiat emolumenti, tollens prorsus abusum illum, quo in una dumtaxat hora præsens totius diei distributiones usurpat: & illum quo præpositi, vel decani, aut alii officiales, ex hoc solum quod officiales sunt, licet actualiter pro utilitate ecclesiæ non absint, quotidianas distributiones percipiunt.

E

SESSIO XXI.

V.

Qualiter hora canonica extra chorum dicenda sint.

Quoscumque etiam alibi beneficiatos, seu in sacris constitutos, cum ad horas canonicas teneantur, admonet hæc sancta synodus, si orationes suas Deo acceptas fore cupiunt, ut non in gutture, vel inter dentes, seu deglutiendo aut syncopando dictiones nec colloquia, vel risus intermiscendo, sed sive soli, sive associati, diurnum nocturnumque officium reverenter verbisque distinctis peragant: ac tali in loco, unde a devotione non retrahantur, ad quam se disponere & præparare debent, juxta id quod scriptum est: *Ante orationem prepara animam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum.* Eccles. 18.

VI.

De his qui tempore divinorum vagantur per ecclesiam.

Quicumque in ecclesia beneficiatus, præsertim de majoribus, divinorum tempore per ecclesiam vel foris circa ipsam deambulando, aut cum aliis colloquendo, vagari visus fuerit, non solum illius horæ, sed totius diei præsentiam ipso facto amittat. Qui si semel correctus non destiterit, per mensem distributionibus careat, vel graviori (si pertinacia exegerit) pœnæ subjaceat, ita ut tandem desistere cogatur. Prohibeatur etiam ne divina officia tumultuosi quorumcumque per ecclesiam discursus impediant aut perturbant. Regulares qui in conventualibus ecclesiis circa prædicta excesserint, gravi superioris arbitrio castigentur. De regularibus.

VII.

De tabula pendente in choro.

Vt cuncta in domo Dei ordinate procedant, & quilibet sciat quid sibi agendum immineat, statuatur tabella aliqua continue pendens in choro, in qua quid per unumquemque ex canonicis, vel aliis beneficiatis, in singulis horis per hebdomadam aut majus tempus, legendum cantandumve sit scribatur. Qui autem secundum quod sibi descriptum fuerit facere per se vel alium neglexerit, pro qualibet hora distributiones unius diei amittat.

VIII.

De his qui in missa non complent Credo, vel cantant cantilenas, vel nimis basse missam legunt, aut sine ministro.

Abusum aliquarum ecclesiarum, in quibus Credo in unum Deum, quod est symbolum & confessio fidei nostræ, non complete usque ad finem cantatur, aut præfatio seu oratio dominica obmittitur, vel in ecclesiis cantilenæ sæculares voce admiscentur, seu missa etiam privata sine ministro aut per secretas orationes ita submissa voce dicitur, quod a circumstantibus audiri non potest, abolentes, statuimus ut qui in his transgressor inventus fuerit a suo superiore debite castigetur.

IX.

De pignorantibus cultum divinum.

Abusum etiam illum cultui divino manifeste derogantem, quo nonnulli ecclesiarum canonici con-

SESSIO XXI.

trahentes debita, sic se creditoribos obligant, ot, nisi statuto tempore satisfaciant, a divinis cessetur officiis, abolenres, & obligationem hujusmodi, etiamsi jurejurando firmata sit, irritam decernentes, statuimus ot qui talem illicitum cootractum fecerint trium mensium fructus ipsi ecclesiæ applicandos ipso facto amittant. Et quamdiu divina oon resumpserint, nollos ex ipsa ecclesia proventus percipiant.

X.

De tenentibus capitula tempore missæ majoris.

Prohibet hæc sancta synodus, ut tempore missæ majoris, præsertim solennibus diebos, capitula seu actus capitulares, aut alii tractatus, per canonicos noo celebrentur, nisi forte urgens & evidens ingrueret oecessitas. Qui vero ad talem horam capitulum indixerit, a distributionibus quotidianis per hebdomadam sit suspensus, neque ipsi canonici pro hora illa distributiones ipsas lucrentur.

X I.

De spectaculis in ecclesia non faciendis.

Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum ecclesiis, quo certis anni celebritatibus nonnulli eum mitra, bacolo, ac vestibus pontificalibus more episcoporum benedicunt, alii ut reges ac doces induti, quod festum fatuorum vel innocentum, seu puerorum, in quibusdam regionibus nuncopatur, alii larvales & theatrales jocos, alii choreas & tripudia marium ac molierum facientes homines ad spectacula & cachinnationes movent, alii comessationes & convivia ibidem præparant: hæc sancta synodus detestans, statuit & jubet tam ordinariis, quàm ecclesiarum decanis & rectoribus, sub pœna suspensionis omnium proventuum ecclesiasticorum trium mensium spatio, ne hæc aut similia ludibria, neque etiam mercantias seu negotiationes nundinarum in ecclesia, quæ domus orationis esse debet, ac etiam cœmeterio exerceri amplius permittant, transgressoresque per censuram ecclesiasticam, aliaque juris remedia ponire non oegligant. Omnes autem consuetudines, statuta ac privilegia quæ bis non concordant circa hæc decretis, nisi forte majores adjicerent pœnas, irritas esse hæc sancta synodus decernit.

Datum in sessione poblica in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, * die Iovis nona mensis Iunii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

* quinto Idus

SESSIO XXII.

De condemnatione libelli fratris Augustini de Roma archiepiscopi Nazareni.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XXII.

CVM inter cetera pietatis opera ad conservandam fidei catholicæ veritatem, extirpandosque errores & hæreses, hæc sancta synodus potissime convenerit, nostræ solicitudinis præcipuum studium est, illico ut pullulare aliquid noverimus, quod fidei Christianæ puritatem offendere, & splendorem luminis in mentibus fidelium qoomodolibet obnubilare possit, penitus rescindere, agrumque dominicum a noxiis zizaniis & vepribus cum omni diligentia exporgare. Proinde libellum qoemdam editum a magistro Augustino, vulgariter dicto de Roma, archiepiscopo Nazareno, cujus primus tractatus de sacramento unitatis Iesu Christi & ecclesiæ, sive de Christo integro intitulatur, secundus de Christo capite, & ejus inclyto principatu, alius de caritate Christi circa electos, & ejus infinito amore, tamquam non sanam & erroneam in fide doctrinam continentem, cum suis defensoriis damnat & reprobat. Et potissime scandalosam illam assertionem, erroneam in fide, in ipso libello contentam, quam piæ fidelium aures sine horrore audire non possunt, videlicet: Christus quotidie peccat, & ex quo fuit Christus quotidie peccavit, quamvis * de capite ecclesiæ Christo Iesu salvatore nostro dicat se non intelligere, sed ad membra sua, quæ cum Christo capite unum esse Christum asseruit, intelligentiam ejus esse referendam dicat. Nec non & propositiones istas, & eis in sententia similes, quas in articulos damnatos in sacro Constantiensi concilio incidere declarat, videlicet: Non omnes fideles justificati sunt membra Christi, sed soli electi, finaliter in perpetuum regnaturi cum Christo. Secundum ineffabilem præscientiam Dei sumuntur membra Christi, ex quibus constat ecclesia, quæ tamen non constat nisi ex eis qui secundum propositum electionis vocati sunt. Non sufficit Christo uniri vinculo caritatis, ut aliqui efficiantur membra Christi, sed requiritur alia unio. Has etiam quæ sequuntur: Humana oatura in Christo vere est Christus. Humana natura in Christo, est persona Christi. Ratio suppositalis determinans humanam naturam in Christo non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata. Natura humana in Christo procul dubio est persona Verbi: & Verbum in Christo oatora assumpta, est realiter persona assumens. Natura humana assumpta a Verbo ex unione personali, est veraciter Deus naturalis & proprius. Christus secundum voluntatem creatam tantum diligit naturam humanam unitam personæ Verbi, quantum diligit naturam divinam. Sicut duæ personæ in divinis sunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Christo, humana & divina, sunt æqualiter diligibiles propter personam communem. Anima Christi videt Deum tam clare & intense, quantum clare & intense Deus videt seipsum. Quas quidem propositiones, & alias ex eadem radice procedentes, in prædicto libello contentas, tamquam erroneas in fide, damnat & reprobat hæc sancta synodus. Ne igitur per hujusmodi doctrinam in errorem quempiam fidelium prolabi contingat, districte præcipit ne quisquam præfati libelli doctrinam, & præsertim suprascriptas propositiones (ut præmittitur) damnatas & reprobatas, ac etiam ejus tractatus defensorios, docere, prædicare, defendere aut approbare præsumat. Eos autem qui secus egerint, tamquam hæreticos, & alias animadversione canonica puniendos decernit. In nullo autem per hæc derogare intendit dictis aut scriptis sanctorum doctorum in prænominatis materiis loqoentium, quinimo ea recipit & amplectitur juxta eorum veram intelligentiam per eos aut alios catholicos doctores in theologica schola communiter expositam & declaratam. Nec per hanc sententiam personæ præfati auctoris præjudicare iotendit hæc eadem sancta synodus: quia etsi debite vocatus fuerit, causas tamen absentiæ allegavit, & in aliquibus suis scriptis & alias doctrinam suam determinationi ecclesiæ submisit. Ceterom hæc sancta synodus mandat & præcipit omnibus archiepiscopis, episcopis, cancellariis universitatum, & inquisitoribus hæreticæ pra-

ANNO CHRISTI 1435.

* pro

Anno Christi 14·6.

cæ pravitatis, ad quorum ſpectat officium, quatenus diligentiam ſolertem adhibeant, & provideant, ne aliquis dictos librum & libellos defenſorios habeat, aut præſumat penes ſe conſervare, aut tenere, imo ipſos prædictis aſſignare habeat, ut de illis faciant prout jura diſponunt: alias contra tales canonica animadverſione procedatur.

Datum in ſeſſione publica in eccleſia majori Basileenſi ſolenniter celebrata Idibus Octobris, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

SESSIO XXIII.

I.

De electione ſummi pontificis.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Sessio XXIII
** per, &c. induſtriam*

QVONIAM ſalus populi paſtor bonus, merito hanc ſanctam ſynodum, quantum * pro humanæ legis fieri poteſt induſtria, niti decet ut Romanus pontifex, qui gregis dominici primus & ſummus eſt paſtor, talis fiat, taliſque perſeveret, qui cunctarum animarum ſaluti ac totius Chriſtiani orbis utilitati provideat, & tanto nffiein digne ſatisfaciat: proinde conſtitutiones tam ſacrorum conciliorum, quam ſummorum pontificum, ſuper Romani electione pontificis editas, innovans hæc ſancta ſynodus, & eis quædam ſalubria adjiciens, ſtatuit ut, quotieſcumque ſedem apoſtolicam vacare contigerit, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales præſentes in loco, quo ſummi pontificis electio celebranda eſt, decima die poſtquam ſedes vacaverit, omnes in capellam aliquam vel locum prope conclave conveniant. Inde præcedente cruce bini cum devotione cantando, Veni creator Spiritus, incedentes, locum conclavis ingrediantur: quo non niſi duos familiares neceſſarios quilibet introducat. Ceremoniarum autem gratia duo clerici, quorum ſaltem unus ſit notarius, etiam admitti poſſint. Camerarius vero cum his quibus conclavis cuſtodia commiſſa fuerit curet ne quis præter prædictos conclave ingrediatur. Ipſe autem poſt ingreſſum cardinalium, clauſis foribus, cum deputatis intret, & ſingulorum cardinalium cellas diligenter perquirat. Exceptiſque infirmorum aut debilium medicinalibus, ſi qua ibidem victualia vel confectiones reperiantur, amoveat. Exiens inde, claudenſque conclavis oſtium, cuſtodiam ſolicite obſervet, ac ſingulis diebus cibaria quæ cardinalibus deferuntur accurate perquirat, nec introferri permittat, niſi quod pro moderata refectione neceſſarium videatur, decretis hujus ſacri concilii, * quæ promulgantur in quarta & ſeptima ſeſſionibus, in ſuo robore firmiter permanſuris. Sequenti die cardinales omnes coram his qui in conclavi fuerint, audita miſſa de ſancto Spiritu, ſacram ſumant euchariſtiam. Et antequam ſcrutinium inchoent, antepoſitis ſanctis evangeliis, jurent ſuper hac forma: Egn N. talis cardinalis juro & promitto omnipotenti Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, ac beato Petro apoſtolorum principi, eum eligere in pontificem, quem credam eccleſiæ univerſali in ſpiritualibus & temporalibus utilem, & tantæ dignitati idoneum; nec illi vocem dare quem veriſimiliter ſcivero promiſſione aut datione alicujus rei temporalis, ſeu prece per ſe vel alium interpoſita, aut alias qualitercumque directe vel indirecte, pro ſe electionem procurare, electoque in pontificem non prius obedientiam facere, quam juret juxta formam decreti ſacri Baſileenſis concilii, ita me Deus adjuvet, cui in die tremendi judicii redditurus ſum de hoc juramento & cunctis operibus meis rationem.

** promulgatis in*

Sessio XXIII.

Poſt hæc quilibet eorum ſchedulam dabit, in qua ultra tres non nominet, inter quos ſi ultra unum nominaverit aliquis, ſit extra cardinalium collegium. Neque una die niſi unum fiat ſcrutinium, & immediate poſt miſſam. Lectis ſchedulis, niſi duarum partium in unum vota concurrant, mox comburantur. Ante autem ſea completa ſcrutinia, acceſſus ad quemquam fieri non poſſit. Recogitent eo tempore cardinales, & attenta mente conſiderent, quantum ſibiipſis meritum vel demeritum, quantumque populo Chriſtiano fructum vel præjudicium, bonum vel malum, eligendo pontificem, facturi ſunt. In nulla profecto re magis domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam vel iram aſſequi poſſunt, quam cum de vicario ejus ſuis præficiendo ovibus agitur, quas ita dilexit ut pro ipſis & mori & Crucis tormentum pati dignatus fuerit.

II.

De profeſſione ejuſdem ſummi pontificis.

** Statuit hæc*

* Decernit ſancta ſynodus, ut electus in papam electioni de ſe factæ per infra ſcripti modi expreſſionem conſentire teneatur. Quam expreſſionem ſi præſens in curia per cardinales, vel extra per eorum aliquem, vel alium ab ipſis ad hoc habentem mandatum, in præſentia notarii & decem ſaltem perſonarum fieri convenit, qui præſentata ſibi electione, requiſitus infra diem naturalem ab hora requiſitionis, ſi non fecerit, electio ſua pro infecta habeatur, & ad aliam in nomine domini cardinales procedere teneantur. Expreſſo autem (ut prædicitur) hujuſmodi conſenſu, cardinales eidem ut ſummo pontifici mox obedientiam debitam exhibeant. Poſtquam vero per cardinales obedientia præſtita fuerit, nulli de ejus pontificatu ambigere fas ſit.

III.

Forma conſenſus.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Ego N. electus in papam omnipotenti Deo, cujus eccleſiam ſuo præſidio regendam ſuſcipio, & beato Petro apoſtnlnrum principi, corde & ore confiteor & profiteor, quamdiu in hac fragili vita conſtitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem catholicam, ſecundum traditionam apoſtolorum, generalium conciliorum, & aliorum ſanctorum patrum, maxime autem ſanctorum octo conciliorum univerſalium, videlicet primi Nicæni, ſecundi Conſtantinopolitani, tertii Epheſini primi, & quarti Calchedonenſis, quinti & ſexti item Conſtantinopolitani, ſeptimi Nicæni, octavi quoque Conſtantinopolitani, nec non Lateranenſis, Lugdunenſis, Viennenſis, Conſtantienſis, & Baſileenſis generalium etiam conciliorum, & illam fidem uſque ad unum apicem immutilatam ſervare, & uſque ad animam & ſanguinem defendere & prædicare, ritumque pariter ſacramentorum eccleſiaſticorum eccleſiæ traditum omnimode proſequi & obſervare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholicæ, & extirpatione hæreſum & errorum, reformatione morum, ac pace in populo Chriſtiano. Iuro etiam proſequi celebrationem conciliorum generalium,

Sessio XXIII.

neralium, & confirmationem electionum, juxta de- (A) creta sacri Basileensis concilii. Hanc autem professionem mea manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi judicii redditurus sum de hoc & omnibus operibus meis rationem, pura mente super altare offero, quam in primo publico consistorio solenniter repetam.

Ne lapsu temporis hæc tam salubris institutio de memoria summi pontificis elabatur, singulis annis, die quo anniversarium celebratur electionis vel coronationis suæ, intra missarum solennia primus cardinalis, qui ibidem affuerit, publice & alta voce coram summo pontifice legat sic: Sanctissime pater, attendat sanctitas tua, & diligenter consideret promissionem hanc, quam die electionis tuæ Deo fecisti. (B) Postea eam legens, in fine dicat: Curet igitur sanctitas tua, pro honore Dei, & salute animæ tuæ, & utilitate universalis ecclesiæ, prædicta omnia pro viribus observare bona fide sine dolo & fraude. Recogites etiam cujus vicem geras in terris, illius videlicet qui animam suam pro ovibus suis posuit, qui ter, antequam oves suas beato Petro committeret, petiit an ipsum diligeret: quique sicut justus judex, & quem nullum latet secretum, rationem exiget a te de omnibus usque ad minimum quadrantem. Memineris quid beatus Petrus aliique sibi succedentes pontifices fecerunt, qui nihil aliud cogitabant, nisi honorem Dei, propagationem fidei, publicum ecclesiæ bonum, salutemque & utilitatem filiorum suorum: (C) & tandem imitantes magistrum & dominum, animas suas pro sibi commendatis ovibus exponere non dubitarunt. *Noli tibi aut tuis thesaurizare in terris, ubi tinea & ærugo demolitur, ubi fures & latrones effodiunt, sed thesauriza tibi in cælis.* (Matth. 6.) *Non sis acceptor personarum, nec sanguinis, nec patriæ, aut nationis.* Omnes filii Dei sunt, & tuæ curæ ac custodiæ pariter commissi. Dicas exemplo Christi: *Qui fecerit voluntatem Patris mei qui est in cælis, ille meus frater, mater & soror est.* (Matth. 12. Marc. 3.) In distribuendis dignitatibus & beneficiis, non carnem, non munera, non quid aliud temporale, sed solum Deum & virtutes atque hominum merita tibi proponas. In corrigendis excessibus ecclesiasticam exerce discipli- (D) nam, memor quam gratiam Phinees, quamve pœnam Heli, alter injurias Dei ulciscendo, alter dissimulando, meruerunt. Pauperes autem ac miserabiles personas defende, juva & sustenta. Ad omnes autem paternam habe caritatem.

Post expleta coronationis solennia, ac singulis annis post electionis anniversarium, cum fratribus suis octo saltem continuis diebus summus pontifex vigili cura pertractet exequi quod tam solenniter Deo pollicitus est. In primis igitur perscrutetur in qua orbis parte Christiana religio vexetur a Turcis, Sarracenis, Tartaris, & aliis infidelibus: in qua regione viget hæresis, schisma, vel quælibet superstitionis species; in quibus provinciis mores, & divi- (E) norum observantia mandatorum, rectaque vivendi norma, tam in statu ecclesiastico quam sæculari, dilabuntur: ubi etiam libertas ecclesiastica conculcatur: inter quos reges principesque & populos vigeant odia, vel bella, vel bellorum metus, & ubique sicut pius pater cum fratribus suis remediis opportunis diligenter providere studeat. His universalibus expeditis negotiis, ad ea quæ proximiora sunt manum apponens, suam domum, familiam, & curiam Romanam, ubi & prout necessarium fuerit exemplariter componere, veraciterque reformare incipiat, ut ab ejus oculata reformatione, quæ ceterarum est ecclesiarum caput, inferiores ecclesiæ morum hauriant puritatem, nec aliquibus calumniandi

Anno Christi 1436.

(A) ac maledicentiæ præstetur occasio: & tam circa magnos quam parvos inquirens vigilantissime, & inquiri faciens, quidquid emendatione dignum repererit corrigere nullatenus differat aut dissimulet; sciens duplex esse peccatum, unum quod ibi perpetratur, aliud longe gravius quod inde sequitur. Quidquid enim ibidem agitur, facile trahitur in exemplum. Unde fit ut languescente capite reliquum postea corpus morbus invadat. Pontificalis domus ac curia tamquam speculum mundum esse debet, in quo omnes prospicientes ad ejus exemplum se componant & vivant. Proinde ab ea penitus dissipet & evellat quidquid simoniacæ labis, quidquid concubinariæ sordis, quidquid denique vel Deum offendere, vel homines scandalizare po- (B) test. Curet ne officiales perperam officia sua administrent, ne quemquam gravent, nec per concussionem aut illicite quidquam extorqueant, & ut hi qui officialibus præpositi sunt, ipsorum excessus inultos non patiantur. Neminem permittant vestibus & coloribus per sacros canones prohibitis uti: clerum Romanum, qui sibi principaliter & immediate subjectus est, principaliter in omni ecclesiastica honestate instruat, monens non in vestimentorum pompis & nitore beneplacitum Dei, sed in humilitate, decentia, mentis puritate, simplicitate cordis, in morum castimonia, & reliquarum virtutum ornatu, quæ habentem Deo & hominibus commendant: sed reformet, & præsertim ut cultus divinus in ec- (C) clesiis Urbis cum ea qua decet veneratione & disciplina observetur. Populum quoque Urbis, quæ peculiaris ejus est parochia, doceat, instruat, & in via salutis dirigat. Imperet cardinalibus ut titulos ac parochias suas, prout eorum incumbit officio, visitent & reforment. Prælatum aliquem magnæ scientiæ, probatæque & exemplaris vitæ, in Urbe vicarium constituat, qui vice sua cleri & populi episcopalem curam gerat, de quo an operi suo diligenter incumbat sæpe perquirat. Post hæc cum eisdem fratribus de temporalitate ecclesiæ Romanæ bene salubriterque regenda accurate cogitans, provideat ut provinciæ, civitates, opida, ca- (D) stra, terræ ipsi ecclesiæ subjectæ, juste ac pacifice gubernentur, tali quidem moderamine, ut inter regimen ecclesiasticorum ac sæcularium principum sic distet, sicut inter patrem & dominum. Non quæstui, sed protectioni ac tutelæ intendat, & paterna caritate cunctos fovens, non tam subditos quam filios existimet. Et quoniam spiritualem temporalemque ipsorum curam habet, invigilet omnes partialitates ac seditiones inde amovere præsertim Guelforum & Gibellinorum, & quæcumque his similia perniciosa nomina, animas corporaque pariter perimentia, omnem det operam, pœnis spiritualibus & temporalibus, & quibuscumque potest modis, sublatis inde cunctis dissensionum (E) fomentis, eos unanimes ad defensionem ecclesiæ conservare. Ad regendum provincias ac civitates principales destinet cardinales, vel prælatos integræ & incorruptæ famæ, quos non inhiare pecuniis, sed justitiæ ac paci subditorum intendere verisimile sit: quorum legatio biennio, aut ad plus triennio elapso, expiret. Et quia dignum est ut quilibet suæ villicationis rationem reddat, deputetur expleta legatione aliquis, vel aliqui insignes viri, qui suæ administrationis rationem, nec non querelas ac petitiones provincialium audiant, & justitiam exhibeant, & quod ipsi commode facere nequeunt, papæ deferant, qui omnino gesta eorum scire studeat, & si quid illicite perpetrasse ipsos constiterit, nullatenus inultum dimittat, ut & successores sui quæ

non

Anno Christi 1436.

Sessio XXIII.

non licent suo exemplo facere formident. Et ne officiales manus forsitan ad illicita apponant, competens salarium, unde vivere honeste possint, eis constituatur. Sæpe etiam summus pontifex inquirat, quomodo tam legati gubernatores & commissarii, quam Romanæ ecclesiæ vicarii ac feudatarii, subditos regant, & an novis gabellis & exactionibus gravent. Quidquid autem austeritatis seu injusti oneris super cervices subditorum fieri cognoverit, nequaquam toleret. Pati enim impium est ut hi, quos papa per se paterne regeret, per alios tyrannice tractentur. Statuta & constitutiones antiquas, quibus provinciæ ac terræ salubriter regi consueverunt, inviolata servari faciat. Quod si qua postea irrationabiliter vel ad æmulationem seu partialiter edita sint, causa cognita, retractentur & reformentur. Infra annum ab electionis die Romanus pontifex ad se oratores seu procuratores provinciarũ ac principalium civitatum ecclesiæ Romanæ accersat, & ostendens erga eos paternæ caritatis affectum, ab ipsis de statu & conditione patriarum, & quemadmodum prædecessoris sui tempore tecti sunt, num etiam aliquo injusto gravētur onere, & quid pro salubri ipsorum regimine faciendum sit, perscrutetur: & tandem in omnibus utilitati & indemnitati ipsorum, ac bono publico, provisionis remedia tamquam filiis adhibeat. Hoc idem saltem de biennio in biennium repetere non pigeat. Inter cetera quæ feudatarii, capitanei, gubernatores, senator, castellani, aliique præcipui officiales urbis & terrarum ecclesiæ jurare solent, hoc etiam adjiciatur, ut in eorum institutione jurent, quod sede vacante, ad mandatum cardinalium civitates, terras, loca, arces, & castra, ac gentes nomine Romanæ ecclesiæ tenebunt ac tradent libere & sine contradictione. Ne summus pontifex carnalitatis trahi videa[tur] affectu, magis quam judicio rationis, atque ut scandalis obvietur, quæ (experientia teste) sæpe secuta sunt, nullum de cetero consanguineum vel affinem usque ad tertium gradum inclusive, ducem, marchionem, comitem, feudatarium, emphyteotam, vicarium, gubernatorem, officialem, castellanum alicujus provinciæ, civitatis, opidi, castri, fortalitii, aut loci Romanæ ecclesiæ, nec super his jurisdictionem seu potestatem aliquam habere, nec capitaneum, seu conductorem gentium * armorum faciat, aut esse permittat. Ipsi quoque cardinales summo pontifici secus agere volenti nequaquam assentiant: quodque succedens pontifex aliter facta prorsus retractet ac revocet. Iuxta Nicolai papæ IV. constitutionem statuit sancta synodus, ut ad sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales omnium fructuum, redituum, proventuum, mulctarum, condemnationum, ac censuum, de quibuscumque terris & locis Romanæ ecclesiæ subjectis provenientium, medietas pertineat, institutioque & destitutio omnium rectorum, gubernatorumque, & custodum, quocumque nomine censeantur, qui præerunt dictis terris & locis, ac etiam dictorum fructuum collectorum, de consilio & consensu ipsorum cardinalium fieri debeat. Ipsos igitur cardinales admonet sancta synodus, ut terras & subditos Romanæ ecclesiæ ab injuriis & oppressionibus protegant, de paceque ac salute & bono ipsorum regimine cogitantes, apud summum pontificem, &, ubi opus fuerit, ipsos omni favore promoveant. Etsi de omnibus Romanæ ecclesiæ terris magna cura summo pontifici ac cardinalibus esse debeat, ad urbem tamen Romanam mentis intuitum sedulo convertere, & ad ipsam tamquam peculiarem filiam & principalem eorum parochiam, in qua beatorum Petri & Pauli ac innumerabilium Christi martyrum & sanctorum sacra corpora requiescunt, ubi sedes est Romani pontificis, unde & ipse ac Romanum denominatur imperium, & ad quam omnes Christicolæ devotionis causa confluere solent, singularem quamdam caritatem & præcipuum affectum gerere tenentur, ut in pace, tranquillitate ac justitia gubernetur, in suisque ecclesiis, mœnibus, viis & securitate stratarum detrimentum non patiatur. Quocirca statuit hæc sancta synodus, ut de quibuscumque ipsius Vrbis reditibus & proventibus aliqua competens portio ad conservationem ecclesiarum, mœnium, viarum, pontium, securitatisque itinerum ipsius Vrbis & districtus, per aliquos viros probatæ famæ de consilio cardinalium eligendos re ipsa exponatur. Sicut servum servorum Dei summus pontifex se profitetur, ita opere comprobet; &, cum ad ipsum tamquam communem patrem undique homines confugiant, adiri se ab omnibus facile permittat. Vnam ergo saltem in hebdomada diem pro publica statuat audientia, in qua omnes, præsertim pauperes & oppressos, patienter & benigne audiat, & quantum cum Deo potest, exaudiat, cunctisque sicut pater filiis, prout cuique opus fuerit, juxta vires consilio & auxilio provideat benigne. Et si corporali necessitate impeditus fuerit, alicui vel cardinali vel alteri insigni viro omnia sibi relaturo committat, omnibusque curiæ officialibus jubeat, præsertim vicecancellario, pœnitentiario, & camerario, ut ipsos pauperes cito gratisque expediant, memor apostolicæ caritatis, qua Petrus & Paulus invicem dexteras dederunt, ut pauperum memores essent. Diebus vero dominicis & festivis ad missam exeat publicam, postquam aliquanto temporis spatio indigentibus audientiam præbeat. Singulis hebdomadis, vel saltem in mense bis, consistoria publica teneat, in quibus negotia ecclesiarum cathedralium ac monasteriorum seu principum ac universitatum, aliaque magni ponderis audiat. Lites autem & causas minores remittat ad vicecancellarium. Ipse autem quanto amplius potest, litigiis ac minoribus negotiis se eximat, ut majoribus intendat liberius. Quoniam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, pars corporis Romani pontificis esse censentur, reipublicæ admodum expediens est, ut juxta vetustum morem gravia & ardua negotia de ipsorum consilio, directione, causa quoque mature cognita, deinceps fiant, præsertim causarum fidei decisiones, sanctorum canonizationes, erectiones, seu suppressiones, divisiones, subjectiones, uniones ecclesiarum cathedralium & monasteriorum, promotiones cardinalium, confirmationes ac provisiones de ecclesiis cathedralibus & monasteriis, privationesque & translationes abbatum, episcoporum, & superiorum, leges, seu constitutiones, legationes de latere, seu vicariorum ac nuntiorum auctoritate legatorum de latere fungentium commissiones, novæ religionis institutio, exemptiones novæ ecclesiis, monasteriis, seu capellis, aut ipsarum jam factarum revocationes, salvo decreto sacri Constantiensis concilii, de prælatis non transferendis invitis.

Consanguinei quomodo papæ sunt habendi.

* forte, armatarum

Constantiensis concilii sessione 39.

IV.

De numero & qualitate cardinalium.

Cum summo pontifici sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales in dirigenda Christiana republica collaterales assistant, necesse est ut tales instituantur qui sicut nomine, ita re ipsa cardines sint, super quos ostia universalis versentur & sustententur ecclesiæ. Statuit igitur sancta synodus, ut deinceps eorum numerus adeo sit moderatus, quod nec sit gravis

ecclesiæ, (quæ nunc ob temporum malitiam plerisque gravibus affligitur incommodis) nec superflua numerositate vilescat. Qui de omnibus Christianitatis regionibus, quantum commode fieri poterit, assumantur, ut notitia rerum in ecclesia emergentium facilius haberi, & super his maturius deliberari possit, sic tamen, quod numerum viginti quatuor inter hos qui nunc sunt & assumendos non excedant, ita quod de una natione ultra tertiam partem respectu cardinalium pro tempore existentium, ac de una civitate & diœcesi ultra unum inde oriundum, & de ea natione quæ nunc ultra tertiam partem habet, usque ad ipsius tertiæ partis reductionem esse nequeant. Sint viri in scientia moribusque ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, magistri, doctores seu licentiati cum rigore examinis in jure divino vel humano. Sit saltem tertia vel quarta pars de magistris aut licentiatis in sacra scriptura. Inter hos autem viginti quatuor esse aliqui poterunt admodum pauci filii, fratres aut nepotes regum seu magnorum principum, in quibus cum circumspectione & maturitate morum competens literatura sufficiat.

Non fiant cardinales nepotes ex fratre vel sorore Romani pontificis, aut alicujus cardinalis viventis, non illegitime nati, non corpore vitiati, nec alicujus criminis aut infamiæ nota respersi. Prædicto autem numero viginti quatuor, pro magna ecclesiæ necessitate vel utilitate, duo alii in quibus vitæ sanctitas vel eximiæ virtutes refulgeant, quamquam memoratos gradus non habeant, ac de Græcis (cum Romanæ ecclesiæ uniti fuerint) insignes aliqui viri adjici poterunt.

Non fiat cardinalium electio solum per auricularia vota, sed illi solum assumi possint, in quos, facto vero scrutinio ac publicato, majorem partem cardinalium per subscriptionem manus propriæ constiterit collegialiter consensisse. Desuper etiam apostolicæ literæ cum subscriptione cardinalium conficiantur, decreto hujus sacri concilii in quarta sessione solenniter publicato, quod incipit: Item cum multiplicatio cardinalium, *&c.* in suo robore inviolabiliter permansuro. Cum recipient cardinales suæ dignitatis insignia, quorum significatio est, ut pro bono universalis ecclesiæ sanguinem proprium (si opus sit) non vereantur effundere, jurabunt in publico consistorio, si sint in curia; si vero absentes, in manibus alicujus episcopi, & publice, cui per literas apostolicas, in quibus forma juramenti inserta sit, commissum fuerit, in hunc modum:

Iuramentum cardinalis recens electi.

Ego N. nuper assumptus in sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, ab hac hora inantea ero fidelis beato Petro, universalique & Romanæ ecclesiæ, ac summo pontifici, ejusque successoribus canonice intrantibus: laborabo fideliter pro defensione fidei catholicæ, extirpationeque hæresum & errorum ac schismatum, reformatione morum, ac pace in populo Christiano. In alienationibus rerum & bonorum ecclesiæ Romanæ, aut aliarum ecclesiarum & beneficiorum quorumcumque, non consentiam, nisi in casibus a jure permissis, & pro alienatis ab ecclesia Romana recuperandis pro posse operam dabo. Non consulam quidquam summo pontifici, nec subscribam me, nisi secundum Deum & conscientiam meam. Quæ mihi per sedem apostolicam commissa fuerint fideliter exequar. Cultum divinum in ecclesia tituli mei, & ejus bona conservabo, sic me Deus adjuvet.

Pro conservandis cardinalium titulis, quorum aliquitam in divino cultu quam ædificiis nimium, proh dolor, in opprobrium sedis apostolicæ & ipsorum cardinalium collapsi sunt, statuit hæc sancta synodus, ut de redditibus seu proventibus terrarum Romanæ ecclesiæ, quorum medietas juxta constitutionem Nicolai papæ ad cardinales (ut prædictum est) pertineat, decima pars ejus quod spectat ad quemlibet cardinalium proprio titulo singulis annis applicetur. Et nihilo minus vel in vita vel in morte quilibet cardinalis tantum proprio titulo relinquat, unde communiter una persona sustentari possit. Quod si non fecerit, tam pro hoc, quam pro dicta decima parte, bona omnia ipsius cardinalis obligata sint usque ad debitam satisfactionem. Et ad executionem hujus, oneramus primum cardinalem illius ordinis de quo ille defunctus erat. Visitet per se quilibet cardinalis præsens in curia, absens vero per vicarium idoneum singulis annis titulum suum, clericosque & populum ecclesiarum subjectarum, & cum diligentia inquirat, & salubriter provideat, super cultu divino bonisque ipsarum ecclesiarum, ac vita & moribus clericorum & parochianorum, de quibus, cum suæ sint oves, in districto Dei judicio rationem redditurus est. Et tam quoad tempus visitandi, quam quoad alia, servet quæ instituta sunt in decreto nostro de conciliis synodalibus. Etsi quemlibet cardinalium tam ipsa dignitas quam propria perurgeat pollicitatio pro memoratis sanctis laborare operibus, nihilo minus ut eo efficacius res fiant, quo singulis quasi peculiariter distribuuntur, episcopi cardinales indagare curent, quæ regiones hæresibus, erroribus, superstitionibus novis aut veteribus infectæ sint: presbyteri, ubi mores & divinorum mandatorum observantia ac ecclesiastica disciplina deficiant: diaconi, qui reges & principes seu populi bellis agitentur, vel agitari timeantur: & tamquam apes argumentosæ tam apud summum pontificem, quam inter seipsos diligenter ac accurate negotia hæc sancta promoveant, operam dantes, ut ubi necessarium fuerit, salubri remedio provideatur. Ipse autem summus pontifex, tamquam communis omnium pater & pastor, non solum rogatus ac solicitatus, sed proprio motu ubique investiget investigarique faciat, & quam potest omnibus filiorum morbis salutarem conferat medicinam.

Cardinalibus quid maxime curandum.

Si quando papam (quod absit) negligentem aut remissum, seu agentem quæ statum illius non decent, ipsi cardinales inspexerint, filiali reverentia & caritate tamquam patrem obsecrent, ut officio pastorali honorique ac debito suo satisfaciat. Et primo quidem aliquis vel aliqui de per se, deinde si se non corrigat, omnes collegialiter accersitis quibusdam notabilibus prælatis, prædicentes quod si non abstinuerit proximo generali concilio deferent: nec pro salute ipsius summi pontificis & bono publico ejus odium vel quidquam aliud timeant, dum tamen reverenter & caritative id agant. Multo magis, si quem ex cardinalibus aliquid perperam seu reprehensione dignum facientem papa cognoverit, paterna semper caritate & juxta doctrinam evangelicam corrigat, ut sic alter in alterum, pater in filios, & filii in patrem caritatis opera exercentes, ecclesiam exemplari ac salubri moderamine gubernent. Prælatos & quoscumque alios, insignes præsertim viros ad curiam Romanam proficiscentes, cardinales benigne & honorifice tam publice quam private pertractent, & apud summum pontificem eorum negotia gratis ac liberaliter recommissa faciant. Et cum ei qui communis est omnium pater, cardinales assistant, personarum acceptatores fieri vel advocatus valde

indecens est. Propterea interdicit hæc sancta synodus, ut tamquam judicis collaterales partialitatem nullam accipiant; etiamsi de terra partiali originem ducant. Nec sint principum aut communitatum, seu aliorum contra quemquam, cum precio vel sine, partiales protectores, aut defensores; sed exuti omnem passionem, in sedandis concordia vel justitia litibus papæ assistant. Principum autem & quorumcumque, præsertim pauperum ac religiosorum, gratis & sine ullo quæstu promovere justa negotia, tamquam caritatis opus, persuadet sancta synodus, & commendat. Cum affabilitate & benignitate servent cardinales gravitatem ac modestiam quæ huic congruunt dignitati: pietatem autem, *quæ* (secundum apostolum) *ad omnia utilis est*, servent ad omnes. Affines suos, præsertim bene meritos ac pauperes, quamquam negligere non debeant, non tamen ita ipsos opum aut beneficiorum multitudine accumulent, ut alii inde scandalum patiantur. Caveant ne bona ab ecclesiis profecta, ultra quam necessitatis ratio postulat, in carnem & sanguinem effundant. Cum tales sic ambulare in magnis pontifex inspexerit, arguat atque obviet, ut decet, neque enim culpæ erit expers, si juxta officium suum corrigenda non corrigat. Familia, mensa, supellex rerum & equorum tam papæ quam cardinalium, nec numerositate, nec fastu, aut pompis, neque aliquo excessu reprehensibilis sit. Ita domum & quæ in domo sunt moderate componat, ut alii non scandalum, sed frugalitatis capere exemplum possint. Tam summus pontifex & cardinales, quam ceteri episcopi, constitutionem beati Gregorii in generali synodo editam servare studeant, cujus tenor hic est, quam hæc sancta synodus innovat:

1. Tim. 4.

Cum pastoris vita * exemplo debeat esse discipulis, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, quam tamen sæculares pueri sciunt: de qua re præsenti decreto statuimus, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi, in ministerio cubiculo pontificali obsequantur, ut is qui in loco regiminis est, tales habeat testes qui veram ejus in secreto conversationem videant, & ex sedula visione exemplum profectus sumant.

Habetur infra, cujus initium est: Regnante, &c in sancta hac. * exemplum

Paschalis etiam papæ verba advertant dicentis: Episcopi lectioni & orationi vacent, & semper presbyteros & diaconos, aut alios boni testimonii clericos habeant, ut secundum apostolum, & sanctorum patrum instituta, possint irreprehensibiles inveniri. Non expedit reipublicæ, ut cardinalibus, quos rebus arduis universalis ecclesiæ intentos fore oportet, aliæ causæ quam electionum ecclesiarum cathedralium, aut monasteriorum, vel principum, aut universitatum, seu similes, per papam aut * cancellariam delegentur. Minores igitur litigiosæ causæ in auditorio Rotæ, quod ad hoc institutum est, committantur. Neque papa, neque cardinales familiares suos, quasi munera accepturus, ad confirmatos vel provisos prælatos de cetero mittant, nec, quod per se facere non decet, per alios fieri patiantur. Quod aliquando factum est, ut pro annulo in assignatione tituli cardinalibus traditu post mortem ejus aliqua pecuniæ summa vel res alia de bonis suis arripiatur, de cetero non fiat, cum labores eorum pro republica impensi exequias, si pauperes forent, potius de publico mereantur.

1. Tim. 3.

* cancellarium

V.

De electionibus.

Licet dudum hæc sancta synodus, abolita per eam generali omnium ecclesiarum & dignitatum electivarum reservatione, provide decreverit, ut prædictis ecclesiis & dignitatibus per canonicas electiones & confirmationes provideri deberet, volens etiam speciales seu particulares ipsarum ecclesiarum & dignitatum electivarum prohibere reservationes, per quas libera in eisdem eligendi & confirmandi facultas impediri posset, quodque adversus hoc decretum Romanus pontifex nihil attentaret, nisi ex magna, rationabili & evidenti causa, in literis apostolicis nominatim exprimenda: quia tamen contra ipsius decreti mentem non pauca sine hujusmodi causa gesta sunt, unde gravia hactenus successerunt, & graviora in dies timentur scandala, cupiens hæc sacrosancta synodus his obviare, nolensque ut ipsius decreti mens, quæ fuit omne obstaculum a canonicis electionibus & confirmationibus tollere, suo frustretur effectu; statuit ut electiones in dictis ecclesiis sine impedimento aut obstaculo omnino fiant, quæ causa cognita juxta juris communis & dicti nostri decreti dispositionem confirmentur. Verumtamen si forte aliquando contingat electionem aliquam etiam alias canonicam fieri, quæ in perturbationem ecclesiæ aut patriæ vel boni publici vergere timeatur, summus pontifex, cum ad ipsum confirmatio delata fuerit, si talem urgentissimam causam adesse manifeste cognoverit, ea prius mature discussa, ac parte plene defensa, accedente postea Romanæ ecclesiæ, cardinalium, aut majoris partis subscriptione, hujusmodi causam veram sufficientemque fore attestantium, rejecta tali electione, ad capitulum vel conventum remittat, ut vel infra tempus juris vel aliud, juxta loci distantiam, ad aliam, ex qua evenire talia non formidentur, electionem procedant.

VI.

De reservationibus.

Et quia multiplices ecclesiarum & beneficiorum hactenus factæ per summos pontifices reservationes non parum ecclesiis onerosæ extiterunt, ipsas omnes tam generales quam speciales sive particulares, de quibuscumque ecclesiis & beneficiis, quibus tam per electionem, quam collationem, aut aliam dispositionem provideri solet, sive per extravagantes, Ad regimen, & Execrabilis, sive per regulas cancellariæ, aut alias apostolicas constitutiones introductas, hæc sancta synodus abolet, statuens ut de cetero nequaquam fiant, reservationibus in corpore juris expresse clausis, & his quas in terris Romanæ ecclesiæ, ratione directi seu utilis dominii, mediate vel immediate subjectis fieri contigerit, dumtaxat exceptis.

VII.

De Clementina literis.

Licet in apostolicis vel aliis literis quibuscumque aliquem dignitati, beneficio, aut juri cuicumque renuntiasse, aut privatum esse, seu aliquid egisse, per quod jus proprium auferatur, narratum sit, hujusmodi literæ in his non præjudicent, etiamsi super ipsis gratia vel intentio narrantis fundetur, nisi per testes aut alia legitima constiterit documenta.

Datum in sessione publica hujus sacræ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, octavo Kalendas Aprilis, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

SESSIO XXIV.

SESSIO XXIV.

De actis quibusdam cum Græcis, & de indulgentiis, &c.

I.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

QUIA ambasiatores nostri ad Constantinopolim transmissi, vice & nomine ejusdem sanctæ synodi serenissimo imperatori Romanorum, & reverendissimo domino patriarchæ Constantinopolitano, propter nonnullas causas promiserunt, capitula alias in hac sancta synodo super modo universalis & œcumenici & utriusque ecclesię concilii celebrandi hinc & inde conclusa & firmata dare, & cum effectu cahibere, sub consueta hujus sanctæ synodi bulla plumbea, data præsenti, & sub tenore de verbo ad verbum subsequenti, nolens hæc sancta synodus obmittere aliquid eorum quæ pro unione ecclesiarum Christi fieri possunt, dictam suorum ambasiatorum promissionem præsenti decreto acceptat, approbat, ratificat & confirmat, & præfata capitula de verbo ad verbum, prout per præfatos ambasiatores promissum est, præsentibus inserit, sub tenore qui sequitur:

II.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Cum inter cetera toti populo Christiano necessaria opera, propter quę hoc præsens sanctum concilium extitit congregatum, unio occidentalis & orientalis ecclesiarum Christi præcipuum & maximum sit, merito pro hac perficienda ab initio suæ congregationis omni conatu laboravit. Etenim D quamprimum potuit ad serenissimum imperatorem Gręcorum & reverendissimum patriarcham Constantinopolitanum cum literis suos transmisit ambasiatores, ad ipsos cum omni caritate & instantia exhortandum, quatenus & ipsi cum plena potestate mitterent aliquos qui nobiscum tractarent de modo dictam sanctam unionem consequendi: qui mox ut requisiti fuerunt, tres insignes viros de his qui apud eos magnæ videntur auctoritatis, quorum primus ipsum imperatorem consanguinitate attinet, ad hanc sanctam synodum destinarunt, sufficienti ipsius imperatoris mandato, cum bulla aurea & ejus propria manu subscripto, ac patriarchæ literis munitos, qui sam in generali congregatione, quam coram commissariis nostris ferventissimum ipsius E imperatoris & patriarchæ totiusque ecclesiæ orientalis ad hanc unionem desiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam sancti operis prosecutionem pulsant, ac quotidie excitant, duo inter alia firmiter constanterque asserantes, unionem ipsam nisi in synodo universali, in qua tam ecclesia occidentalis quam orientalis conveniat, fieri nullatenus posse, & in ea synodo (si fiat, ut infra conventum est) ipsam unionem securitam sperari. His auditis, summa nobis lætitia & jucunditas nimirum accessit. Quamobrem omnem cogitatum nostrum jactantes in Deum, qui facit mirabilia magna solus, venerabiles sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales præsidentes sedis apostolicæ, patriarcham Antiochenum, ar- A chiepiscopos, episcopos, abbates, magistrosque & doctores in numero competenti deputavimus, ut una cum ipsis Gręcorum ambasiatoribus rem istam tractarent, & quo ordine ad executionem deducenda esset prospicere deberent: qui tam inter se quam cum ipsis * ambasiatoribus sæpenumero convenientes, habito inter se maturo & digesto consilio, ad infra scripta cum ipsis devenerunt capitula, quæ postea secundum morem hujus sacri concilii per sacras deputationes mature deliberata, ac deinde per generalem congregationem conclusa firmataque solenniter extiterunt: quorum tenor una cum mandato ipsius domini imperatoris sub bulla aurea sequitur, & est talis: Ambasiatores serenissimi domini imperaB toris, &c. ut decreto concilii superius inserto latius continetur. Et quia tempus superius expressum, infra quod prædicta debebant adimpleri, effluxit, non propter defectum alicujus partium, sed quia ita contigit variis intervenientibus tractanbus; hæc sancta synodus tempus per præfatos serenissimum imperatorem Græcorum & reverendissimum patriarcham Constantinopolitanum parte ex una, & ambasiatores hujus sacræ synodi parte ex altera, statutum & firmatum, quod est a mense Majo immediate sequenti ad annum, ita quod per totum mensem Maii ad annum sequentem utraque partium sit parata ad exequendum suptadicta, quantum ad quamlibet partium attinet, acceptat & promittit se impleC turam, quantum ad ipsam pertinet, infra dictum tempus quidquid in supradictis capitulis continetur.

ANNO CHRISTI 1436.

* oratoribus

Sessione 19.

Datum Basileæ in sessione publica hujus sanctæ synodi, solenniter celebrata decimo octavo Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

III.

Salvus conductus Græcorum datus domino imperatori Græcorum & patriarchæ Constantinopolitano a sacro concilio Basileensi.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans.

Quia auctore Deo in regione nostra occidentali & obedientia ecclesiæ Romanæ est universalis & œcumenica synodus celebranda, in qua juxta concordata in hac sancta synodo, & in Constantinopoli de novo ratificata, tam occidentalis quam orientalis ecclesia conveniet, ut cunctis erga eamdem ecclesiam orientalem nostræ intentionis sinceritas pateat, & omnis suspicio quæ circa securitatem ac libertatem venientium oriri posset de medio auferatur, tenore præsentis decreti hæc sancta synodus Basileensis, nomine & vice totius ecclesiæ occidentalis, & omnium de eadem ecclesia cujuscumque status, etiamsi papali, imperiali, regali, pontificali vel quacumque alia inferiori spirituali vel sæculari præfulgeant dignitate, potestate vel officio, decernit, dat & concedit serenissimo imperatori Græcorum, reverendissimis patriarchis Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, ceterisque usque ad numerum septingentarum personarum, etiamsi imperiali, regali, archiepiscopali, & cujuscumque alterius status, dignitatis aut conditionis fuerint, ad prædictum universale & œcumenicum concilium in regione occidentali (ut præmittitur) celebrandum, venientibus aut venturis, plenum & liberum salvum conductum, omnesque prædictos & quemlibet ipsorum, tam in personis quam in honoribus & rebus quibuscumque, ipsorum nominibus, regnis, provinciis, dominiis,

ANNO CHRISTI 1436.

dominiis, territoriis, communitatibus, civitatibus, castris, opidis, villis, & omnibus locis obedientiæ nostræ ecclesiæ occidentalis, per quæ sive eundo, sive stando, sive etiam redeundo, transituri sunt, aut eos transire contigerit: in suam tutam securamque salviguardiam recepit & recipit per præsentes, promittens & concedens omnibus & singulis ex ipsis hoc præsenti edicto synodali, tutam & liberam facultatem accedendi & veniendi & ad civitatem seu locum, in qua vel in quo erit dictum sacrosanctum universale concilium celebrandum: ibique standi, morandi, residendi, habitandi, cum omnibus immunitatibus, libertatibus & securitatibus, quibus illi qui erunt de obedientia ecclesiæ Romanæ habitabunt: disputandi etiam & ratiocinandi, jura & auctoritates allegandi, & omnia alia libere & sine cujuscumque impedimento dicendi, faciendi, & tractandi, quæ pro unione ecclesiarum Christi eis expedira videbitur & opportunum. Inde etiam semel & pluries, & toties quoties eis & cuilibet eorum videbitur, & placebit, simul & separatim, & cum eorum bonis, rebus & pecuniis & sine, pro libitu recedendi & redeundi tute, libere & impune, omni impedimento reali & personali cessante, penitusque remoto, etiamsi talis unio (quod absit) non sequeretur, nec effectum haberet: quo casu, & in omnem alium eventum, præfati serenissimus imperator, domini patriarchæ, & alii supra nominati, nostris dumtaxat expensis & galeis, absque aliqua dilatione temporis, omnique remoto impedimento, cum eisdem honoribus, benevolentia & amicitia, quibus ad præfatum universale celebrandum concilium deducentur, etiam in & ad Constantinopolim reducentur, siva unio sequatur in dicta celebranda synodo œcumenica, sive non. Non obstantibus in prædictis vel aliquo prædictorum quibuscumque differentiis, discordiis & dissensionibus ad præsens vigentibus, & quæ in futurum oriri & vigere possent inter dictas ecclesias occidentalem & orientalem, seu inter ipsam ecclesiam Romanam & ei subjectos & aggregatos, & præfatum serenissimum imperatorem, & alios ecclesiæ Constantinopolitanæ aggregatos, & non obstantibus aliquibus sententiis, decretis, condemnationibus, juribus & decretalibus, quomodocumque & qualitercumque factis & prolatis seu faciendis: Et etiam non obstantibus aliquibus criminibus, excessibus, culpis & delictis, si quæ per prædictos vel alterum eorum quomodocumque & qualitercumque commissa & perpetrata forent: & generaliter non obstantibus quibuscumque aliis, etiamsi talis forent, de quibus necessarium esset specialem in præsentibus facere mentionem. Et si contingat aliquem vel aliquos ex nostris eis vel alicui ipsorum injuriari, (quod absit) vel aliquam molestiam inferre in persona, honore, rebus & aliis quibuscumque, taliter excedens judicabitur per nos aut nostros, usque ad condignam & rationabilem satisfactionem parti læsæ. Et e converso, si aliquis ipsorum alicui ex nostris aliquam (ut præmittitur) injuriam inferat, judicabitur per eos usque ad condignam & rationabilem satisfactionem ei qui injuriam passus est, secundum morem & consuetudinem utriusque partis. De aliis autem criminibus, excessibus & culpis quibuscumque, quælibet partium cognoscet & judicabit de suis.

Hortatur autem hæc sacrosancta synodus universos Christi fideles, & nihilo minus auctoritate universalis ecclesiæ in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ mandat & præcipit omnibus & singulis prælatis, regibus, ducibus, principibus, officialibus, communitatibus & aliis singularibus personis, *cujusvis status, conditionis & dignitatis existant, nostræ occidentali ecclesiæ aggregatis, quatenus prædicta omnia & singula inviolabiliter observent, &, quantum in eis est, observari faciant: dictosque serenissimum imperatorem, patriarchas, & alios omnes & singulos antedictos, ad dictum sacrum celebrandum concilium accedentes, & inde recedentes, simul & divisim favorabiliter & reverenter honorent & tractent, ac honorari & tractari faciant. Si qua vero dubitatio circa dictum salvumconductum & contenta in eo oriri contigerit, stabitur declarationi præfatæ universalis synodi celebrandæ. Vult autem hæc sancta synodus præsentem salvumconductum valere, & in suo robore permanere, quousque ad ultimum, dicti serenissimus imperator, patriarchæ, & alii supradicti, cum suis nobilibus & famulis, usque ad numerum (ut præmittitur) septingentarum personarum, aliisque rebus & bonis, sint reversi in & ad civitatem Constantinopolitanam. Si quis autem contra prædicta aut aliquod ipsorum aliquid facere quoquo modo tentaverit, indignationem omnipotentis Dei & dictæ sanctæ synodi se noverit incursurum.

Sessio XXIV.

Datum Basileæ in sessione publica hujus sanctæ synodi, solenniter celebrata decimo octavo Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

IV.

Aurea bulla domini imperatoris Græcorum lecta in sessione publica & congregatione generali.

Quoniam destinatæ fuerunt ab imperio *nostro (* meo) & sanctissimo domino œcumenico patriarcha ambasiatæ ad sacrosanctam ecclesiam Romanam, videlicet ad beatissimum papam dominum Martinum quintum, & ad modernum similiter sanctissimum papam dominum Eugenium quartum, similiter & ab ipsis transmissæ fuerunt multoties ad nos pro unione ecclesiarum Christi, & multis laboribus cum multa diligentia utrimque factis, tamen propter aliquas circumstantias temporaneas non pervenit ad finem tale bonum & sanctum opus unionis. Post hæc autem destinavit ad nos de hac ipsa re ambasiatoras suos sacra synodus in Basilea congregata, sacrosanctam ecclesiam Romanam repræsentans, propter quod & nos nostros ad eam destinavimus, videlicet familiarem imperii nostri Demetrium Palæologum Mæotidem, & honorandissimum in sacris monachis abbatem sacri monasterii sancti Demetrii Isidorum, & familiarem imperii *nostri (* mei) Ioannem Lascari Dissipatum, qui illuc accedentes ostenderunt, in ipsam quædam necessario ab eo tractari in præparationem & constitutionem universalis & œcumenici concilii, in quo necesse est tractari & celebrari & perfici (Deo duce) prædictam sanctam unionem, quæ quidem hæc ipsa synodus Basileensis acceptavit, & promisit illa adimplere. Unde & ambasiatores suos ad nos destinavit, fratrem Ioannem de Ragusio, ordinis prædicatorum professorem, & in sacra pagina magistrum, Henricum Manger decretorum doctorem, canonicum Constantiensem, & Simonem *Freron sacræ theologiæ baccalaureum, canonicum Aurelianensem, cum decreto ipsius generali, in quo de his continebatur particulariter in capitulis. Perlecto itaque tali decreto apud nos, quædam ex his quæ continebantur in eo non placuerunt nobis, ut in ipso jacebant, prooemium videlicet talis decreti, & capitulum in quo scribebatur de modo reversionis nostræ

 a loco

SESSIO XXIV.

a loco celebrandi concilii ad Constantinopolim, si, permitiente Deo (quod absit) non fieret unio ecclesiarum Christi in tali synodo, quia non exprimebatur in eo de hoc determinate & manifeste, prædicti autem ambasiatores videntes displicentiam & resistentiam nostram, nec aliter rem ipsam posse habere progressum, concesserunt & promiserunt curare in prædictis, videlicet quod dicta sancta synodus dabit & exhibebit nobis capitula in dicto decreto contenta, cum procemio, modo & forma, quibus in literis ipsorum promissoriis continetur. Et circa reversionem nostram de synodo in Cōstantinopolim, in casu quo non sequeretur dicta unio, (quod absit) facere & adimplere, prout habetur in forma salviconductus prædicti. His itaque sic progressis, & inter nos concordatis, petierunt & ipsi ambasiatores, ut promittamus & nos absque contradictione, ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) utrimque catholica & œcumenica synodus. Qui quidem locus esse debet unus ex nominatis in * decretis, quicumque ordinabitur per dictum sacrum concilium Basileense, sicut in supradicto decreto ipsius sacri concilii * continentur. Etiam quod exire debeamus hinc a Constantinopoli, in accedendo versus locum celebrandi œcumenici concilii, a principio sequentis Iunii, indictionis decimæquintæ, sicut conventum est inter nos & ipsos ambasiatores sacri concilii. Et quia etiam ad majorem cautelam & firmitatem horum omnium, petierunt fieri literam chrysobuli imperii * nostri, imperium * nostrum grato animo rationabili petitioni eorum annuens, præsens chrysobulum largitur & concedit: per quod acceptat, determinat, & promittit, quod si dicta sacra synodus Basileensis remedium apposuerit in prædictis, videlicet si prædicta capitula in supradicto decreto contenta, cum procemio in forma, sicut hic per ambasiatores ipsius synodi concordatum est, nobis direxerit, & compleverit omnia in eisdem capitulis scripta opportune, similiter & fecerit salvumconductum cum capitulis de modo reversionis nostræ ad Constantinopolim, ut prædicitur, reliqua etiam, ut ambasiatores ipsius nobis promiserunt, & nobiscum convenerunt: exibit & * imperium nostrum cum Deo sine contradictione Constantinopoli secundum prædictum tempus, cum præstantissimo domino œcomenico patriarcha Constantinopolitano, & ceteris debentibus interesse, ad accedendum ad locum ubi celebrabitur sanctum catholicum & œcumenicum concilium, absque impedimento rationabili, vero & manifesto, etiamsi bellum (quod absit) ab infidelibus foret & instaret civitati nostræ Constantinopolitanæ. Et in robur & confirmationem & conservationem inviolabilem suprascriptorum, jurat imperium * nostrum per debitum * nobis juramentum tamquam Christiano & fideli imperatori, & per orationem sancti mei domini & imperatoris patris imperii mei famosissimi & felicis memoriæ, & per animam meam: factumque est super istis præsens chrysobulum imperii * nostri, in anno sexmillesimo nongentesimo quadragesimoquarto, in mense Novembris, indictione decimaquarta, a nativitate vero domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, die vigesimosexto mensis Novembris.

* decreto,
* continetur.
* mei,
* meum
* ad imperiū meum
* meum
* mihi
* mei,

V.

Bulla plumbea domini patriarchæ Constantinopolitani missa sacro concilio Basileensi.

Quoniam destinatæ fuerunt ab humilitate nostra & potentissimo & sancto meo imperatore ambasiatæ ad sacrosanctam ecclesiam Romanam, videlicet ad beatissimum papam dominum Martinum quintum, & ad modernum similiter sanctissimum papam dominum Eugenium quartum, similiter & ab ipsis transmissæ fuerunt multories ad nos pro unione ecclesiarum Christi, & multis laboribus cum multa diligentia utrimque factis, tamen propter aliquas circumstantias temporaneas non pervenit ad finem tale bonum & sanctum opus unionis. Post hæc autem destinavit ad nos de hac ipsa re ambasiatores suos sacra synodus in Basilea congregata, sacrosanctam ecclesiam Romanam repræsentans: propter quod & nos nostros ad eam destinavimus, videlicet familiares potentissimi & sancti mei imperatoris, in Spiritu sancto dilectos filios nostræ humilitatis, videlicet Demetrium Palæologum Mæoridem, & honorandissimum in sacris monachis abbatem sacri monasterii sancti Demetrii Isidorum, & Ioannem Lascari Dissipatom, qui illuc accedentes, ostenderunt in ipsam quædam necessario ab ea tractari in præparationem & constitutionem universalis & œcumenici concilii, in quo necesse est tractari & celebrari & perfici (Deo duce) prædictam sanctam unionem. Quæ quidem hæc ipsa synodus Basileensis acceptavit, & illa promisit adimplere. Unde & ambasiatores suos ad nos destinavit, fratrem Ioannem de Ragusio, ordinis prædicatorum professorem, in sacra pagina magistrum, Henricum Menger decretorum doctorem canonicum Constantiensem, & Simonem Freron sacræ theologiæ baccalaureum canonicum Aurelianensem, cum decreto ipsius generali, in quo de his continebantur particulariter in capitulis. Perlecto itaque tali decreto apud nos, quædam ex his quæ continebantur in eo non placuerunt nobis, ut in ipso jacebant, procemium videlicet talis decreti, & capitulum in quo scribebatur de modo reversionis nostræ a loco celebrandi concilii ad Constantinopolim, si permitiente Deo (quod absit) non fieret unio ecclesiarum Christi in tali synodo, quia non exprimebatur in eo de hoc determinate & manifeste. Prædicti autem ambasiatores videntes displicentiam & resistentiam nostram, nec aliter rem ipsam posse habere progressum, concesserunt, & promisarunt curare in prædictis, videlicet quod dicta sancta synodus dabit & exhibebit nobis capitula in dicto decreto contenta, cum procemio, modo & forma, quibus in literis ipsorum promissoriis continetur. Et circa reversionem nostram de synodo in Constantinopolim, in casu quo non sequeretur dicta unio, (quod absit) facere & adimplere, prout habetur in forma salviconductus prædicti. His itaque sic progressis, & inter nos concordatis, petierunt & ipsi ambasiatores, ut & promittamus & nos absque contradictione ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) utrimque catholica & œcumenica synodus. Qui quidem locus esse debet unus ex nominatis in decreto, quicumque nominabitur per dictum sacrum concilium Basileense, sicut in supradicto decreto ipsius sacri concilii continetur. Etiam quod exire debeamus hinc a Constantinopoli, in accedendo versus locum celebrandi œcumenici concilii, a principio sequentis Iunii, indictionis decimæquintæ, sicut conventum est inter nos & ipsos ambasiatores sacri concilii. Et quia etiam ad majorem cautelam & firmitatem horum omnium petierunt fieri sigillum nostræ humilitatis, humilitas nostra grato animo rationabili petitioni eorum annuens, præsens sigillum largitur & concedit, per quod in Spiritu sancto disponit: quod si dicta sacra synodus Basileensis remedium apposuerit

ANNO CHRISTI 1436.

ANNO CHRISTI 1436. fuerit in prædictis, videlicet, si capitula in prædicto decreto contenta cum procemio, in forma sicut hic per ambasiatores ipsius synodi concordatum est, nobis direxerit, & compleverit omnia in eisdem capitulis scripta opportune, similiter & fecerit salvumconductum cum capitulo de modo reversionis nostræ ad Constantinopolim, ut prædicitur: reliqua etiam, ut ambasiatores ipsius nobis promiserunt & nobiscum convenerunt, exibit humilitas nostra cum potentissimo & sancto meo imperatore cum Deo sine contradictione a Constantinopoli secundum prædictum tempus, & cum ceteris debentibus interesse, ad accedendum ad locum ubi celebrabitur sanctum catholicum & œcumenicum concilium, absque impedimento rationabili, vero & manifesto, etiamsi bellum (quod absit) ab infidelibus foret & instaret civitati nostræ Constantinopolitanæ. Et in robur & confirmationem suptadictorum factum est præseos sigillum nostræ humilitatis in mense Novembris, indictionis decimæquartæ, anno ab Adam seu mundi constitutione * sexmillesimo nongentesimo quadragesimoquarto, a nativitate vero domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

* sexies

VI.

Bulla indulgentiarum remissionis omnium peccatorum semel in vita, & semel in morte, in favorem subsidii pro reductione Græcorum procurandi.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Vox illa jucunditatis & lætitiæ ad populum Israeliticum olim de cælo lapsa, eadem nunc per os hujus sanctæ synodi in auribus populi Christiani insonans, clamat: *Consolamini, consolamini, popule meus, dicit dominus Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, & advocate eam, quoniam completa est malitia ejus, & dimissa est iniquitas illius.* Merito lætari & consolari te debes, plebs Christiana, cum his novissimis diebus tanta lætitiæ causa offertur, quantum vix unquam experta es. Uno enim eodemque tempore plenariam omnium peccatorum veniam consequeris, & fratres tuos, quorum innumerabilis est multitudo, quingentis ferme annis a tuo consortio segregatos, tibi proxime reunire speras. O quanta erit ista jubilatio! O quam suave cordibus Christianorum orietur gaudium, cum primum homines Deo, & ipsi inter se fraterna caritate conciliabuntur! Quas igitur Christo nostro pro hac duplici lætitia, qua nulla major excogitari potest, gratias agemus? Quis domini misericordias ad plenum enarrabit, qui populum Christianum variis undique calamitatibus hoc tempore afflictum tanta gaudii novitate consolatur? Ecce, popule Dei, adest tibi annus jubilæus, annus remissionis omnium peccatorum, annus generalis unionis ecclesiæ. Proinde loquimini omnibus Christi fidelibus, qui in sancta habitant Ierusalem peregrinante in terris, ad eos eos consolando, & advocate eos ad hanc duplicem lætitiam, quoniam malitia tam diuturni schismatis, quod innumerabilia ecclesiæ sanctæ Dei mala intulit, auxiliante domino (ut confidimus) cito complebitur, & finem accipiet. Iniquitas quoque peccatorum, quæ hujus schismatis & iræ Dei causa fuit, divina clementia remittitur. *Consurge igitur, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ, Ierusalem civitas sancta.* Quam fortis & gloriosa eris tunc mater ecclesia, cum omnes qui Christum colunt, ab occidente in orientem eodem fidei & caritatis vinculo unitos conspicies? Ingemuisti hactenus nimio dolore afflicta, cum a sævissimis Turcis & Sarracenis, aliisque Christiani nominis inimicis, innumeras paterceris injurias, jacturas, persecutiones & opprobria, & nemo te consolari poterat: cum passim videres filios tuos omnis sexus, ætatis & dignitatis in servitutem trahi, & (quod servitute deterius est) plurimos ab uberibus tuis abstractos, ad impium Mahumeti cultum perduci. Harum autem calamitatum quid aliud, quam hoc diuturnum ac pestiferum schisma, causa extitit? Sed divino munere appropinquat jam tempus, ut unita penitus extincto dissidio unitas sancta fiat. Quæ cum impleta fuerit, atque hi magni populi occidentales & orientales fraternum fœdus simul inierint, nemo tuæ fortitudini tuæ resistere poterit. Tunc abjectis lugubribus, consurges regina ecclesia in vestitu deaurato, circumdata varietate: & qui te olim persequentes conculcabant, procident coram te; & venient ad te qui detrahebant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum. O vos omnes qui Christiano nomine censemini, expergiscimini jam talia audientes. Plaudite manibus, & jubilate Christo salutari nostro: *Ecce enim nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*: Ecce jam Pater misericordiarum & Deus totius consolationis visitat nos in abundantia gratiæ & felicitatis. Assurgite, & occurrite illi in humilitate spiritus, in orationibus atque eleemosynarum largitate, ut qui pro peccatis vestris juste iratus tamdiu hoc schisma durare passus est, & multis persecutionum flagellis ab his qui intus, & ab his qui foris sunt, vos cædi permisit, nunc purgatis & emendatis indulgens, sanctam inter vos unionem inspiret, unitisque non solum perdita restauret, sed & vobis vestros subjiciat inimicos. Audistis pridem solennes ambasiatores serenissimi imperatoris Græcorum, ac patriarchæ Constantinopolitani, ab hac sancta synodo accersitos Basileam advenisse, & tandem Deo propitio conclusisse nobiscum modum hujus sanctæ unionis perficiendæ, assensu sanctissimi domini Eugenii papæ accedente, ut videlicet ad locum synodi universalis tam nostri quam sui archiepiscopi & episcopi, ipseque imperator, & patriarcha Constantinopolitanus, aliique orientalis ecclesiæ patriarchæ accedant. Ut autem tantum opus certius firmaretur, tres nostros oratores postea Constantinopolim destinavimus, ut ab ipsis imperatore & patriarcha ratificationem eorum quæ hic sui concluserant ambasiatores obtinerent. Quæ omnia ipsi imperator & patriarcha, juxta nostri decreti capitula, ratificarunt & approbarunt, ac literas Latino Græcoque sermone scriptas, & eorum manibus subscriptas, bullisque aurea & plumbea munitas, per unum ex tribus nostris oratoribus ad nos nuper reversum transmiserunt. Et cum ad ipsam synodum propriis expensis tam procul de partibus orientalibus Græci proficisci nequeant, opus fuit ut expensas in veniendo standoque & redeundo necessarias, & quasdam alias pro tuitione civitatis Constantinopolitanæ, ne imperatore absente a Turcis forsitan expugnari posset polliceremur. Et quamquam hujusmodi impensæ nonnullis graves viderentur, nos tamen animadvertentes, quantus Dei honor & profectus ecclesiæ, quanta exaltatio fidei orthodoxæ, quantum incrementum nominis Christiani, quot millium animarum salus, quantaque utilitas, & innumerabilia bona populo Christiano hinc forent proventura, non solum ipsas impensas, sed & personas proprias fore exponendas, dignum esse judi-

Margin notes: Isa. 52. (at "Consolamini"); Isa. 52. (at "Consurge"); 2. Cor. 6. (at "Ecce enim nunc tempus"); SESSIO XXIV (right header).

Sessio XXV.

judicavimus, spem ponentes in domino cujus negotium agitur, & in caritate ac devotione fidelium, qui, dum talia intellexerint, subsidiis & auxiliis opportunis non deerunt. Si Christus Deus noster sanguinem suum toto pretiosiorem mundo pro nostra redemptione effudit: si ejus vestigia secuti apostoli, atque alii sancti viri, pro salute proximorum & incremento fidei corpora sua libenter morti subjecerunt, quid nos facere oportet, a quibus non nisi caduca hujus mundi substantia efflagitatur? Si reges & principes pro recuperandis expugnandisque civitatibus & opidis multo ampliorem summam exponere soliti sunt: si denique pro augendis facultatibus & vanitatibus sæculi, se & sua multis periculis homines subjiciunt, & ut exemplo utamur salvatoris, quærens aliquis pretiosam margaritam, cum invenerit ipsam, vendit omnia bona sua, & emit illam; nonne ecclesia Dei & universus populus Christianus facere hanc impensam poterit & debebit, ex qua nihil terrenum, nihil caducum, sed omnia quæ supra memoravimus bona, succedent? Si una dumtaxat anima Christo carior est quam totum mundi aurum: nos, ubi millia millium salvanda sunt, avari aut negligentes videbimur? Consuevit aliquando ecclesia ad liberandum de manibus infidelium terram sanctam, seu pro debellandis hæreticis, indicere generale passagium, convocareque reges & principes & alios bellatores, ut armis ista peragerent, nec non & pro aliis justis causis ab omnibus Christianis subsidium postulare, ad quæ ut promptiores efficeret, donis spiritualibus plenariæ remissionis peccatorum invitavit. Profecto si veterum revolvantur historiæ, nulla unquam adfuit causa justior quam ista est, nec pro qua Christicolæ omnes se & sua libentius exponere deberent. Hic enim non solum ad recuperandam terram intenditur, sed etiam millia millium animarum, pro quibus mediocre subsidium petitur, unde impensæ Græcis promissæ, sine quibus tam sanctum opus perfici nequit, inveniri possint. Quis igitur pro tanto universæ ecclesiæ bono, proque tanto animæ suæ merito portiunculam rerum suarum, quas dono Dei obtinet, denegare audebit? O felicem & pretiosam eleemosynam, quæ regnum cælorum promerebitur, & quæ tantam fidei catholicæ utilitatem dabit. O beatum illum hominem, quem dominus ad tam sanctum opus inspiraverit. *Hunc* quidem (sicut scriptum est) *in die mala liberabit dominus.* Licet autem ex debito Christianæ professionis quisque ad hoc sanctum negotium pro viribus contribuere ac subvenire obnoxius sit, nihilo minus, ut eo libentius omnes faciant, quo se hic & in futuro sæculo peramplius remunerandos fore intellexerint, decrevit hæc sancta synodus universalem ecclesiam repræsentans sponsam Christi, affluenter aperire spirituales thesauros, quos ipse salvator ascendens in cælum sibi reliquit. Omnibus igitur Christi fidelibus utriusque sexus, qui ad hoc sanctum opus tantum contribuerint, quantum quisque una integra hebdomada pro suæ personæ ac familiæ, si eam habuerit, refectione exponit, vel si de propriis viveret, exponeret, religiosis quoque pro quibus suus conventus, aut superior, vel alius juxta prædictam rationem erogaverit, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, auctoritate omnipotentis Dei & de ejus misericordia confisa, illam plenariam remissionem impartitur semel in vita, & semel in mortis articulo, quam ecclesia concedere solet omnibus euntibus Romam tempore Jubilei, vel cruce signatis ad recuperationem

Matth. 13

Psal. 40.

A terræ sanctæ tempore passagii generalis, & in retributione justorum salutis æternæ pollicetur augmentum. Ita tamen quod per annum integrum (si vixerint) singulis sextis feriis, impedimento cessante, aut si dictis sextis feriis ex præcepto ecclesiæ, regulari observantia, injuncta pœnitentia, voto vel alias jejunare teneantur, una alia die singularum septimanarum ejusdem anni, qua ad jejunandum non sint adstricti, jejunent, aut ad judicium sui confessoris in alia pietatis opera commutent. Ac etiam eadem die qua jejunabunt, vel (ut præmittitur) jejunare deberent, si sint clerici, septem psalmos, vel missam, si laici, septem Pater noster, & septies Ave Maria, dicere sint adstricti, vel alia pietatis opera judicio sui confessoris agant. Quod B si conventus tales sint, qui nihil in communi possideant, vel aliæ personæ victum vera mendicitate quærentes, seu alias contribuere non valentes, ne hujus spiritualis muneris sint expertes, si ultra jejunium (ut prædicitur) observandum singulis diebus unius anni prædictos psalmos & missas, si clerici; si laici, prædictas orationes, cessante legitimo impedimento, eo modo quo supra exprimitur supplendo dixerint, vel alia pietatis opera sui confessoris judicio (ut præmittitur) exercuerint, ac pro felici hujus negotii consummatione Deum suppliciter exoraverint, eamdem plenariam remissionem consequantur. Erogantibus autem ad idem opus quantum una die pro se suæque familiæ expensis C expenderent, vel si de propriis viverent exponerent, septem annos & totidem quadragenas de injunctis sibi pœnitentiis elargitur. Et ut hi omnes ad hujusmodi indulgentiæ gratiam aptiores existant, omnibus sacerdotibus sæcularibus & regularibus alias discretis, quos in confessores pro hujusmodi consequenda indulgentia elegerint, indulget, ut confessionibus eorum auditis, ipsos a quacumque excommunicationis, suspensionis & interdicti sententia, a jure vel constitutione, seu etiam non nominatim, sed generaliter ab homine lata, & a quibuscumque aliis propter quæ etiam sedes apostolica merito esset consulenda, imposita satisfactione & restitutione his quorum interest facienda, D salutarem injungant pœnitentiam, & debitæ absolutionis in foro pœnitentiali dumtaxat in forma ecclesiæ beneficium impendant. Quam satisfactionem ac restitutionem, si infra terminum a confessore statutum facere neglexerint, hujusmodi indulgentia in nullo suffragetur. At cum clericis super irregularitate occulta, alias, quam ex bigamiæ vel homicidii voluntaria causa contracta, dispensent. Super votis vero peregrinationis, seu abstinentiæ, aut aliis similibus, quæ ipsi fideles emiserint etiamsi ultramarina, aut alia loca, seu limina sanctorum Petri & Pauli ac Iacobi apostolorum, visitare voluerint, seu alias non impletis, dispensandi eisdem confessoribus etiam facultatem concedit: ita tamen E quod ipsi, cum quibus taliter dispensari continget, expensas quas ad loca hujusmodi vel pro aliis votis implendis juxta ipsorum confessorum taxationem fecissent, ad hanc causam contribuant. Et ut nulla cuiquam peccati rubigo remaneat, vult & indulget hæc sancta synodus, ut quicumque ex usurario vel non debito quæstu, seu qualitercumque illicite aut indebite aliquid percepisset, seu bona ablata aut quævis incerta possideat, si non extent vel ignorentur personæ quibus facienda esset restitutio, aut res quascumque tenentes, cujuscumque status aut religionis existant, in quorum detentione conscientiæ eorum gravantur, vel quæ de jure ad pias causas per ecclesiam deberent exponi, hujusmodi res

Anno Christi 1436.

& bona

ANNO CHRISTI 1436.

A & bona seu valorem, nec non & qui arma vel alia prohibita infidelibus seu hæreticis portaverint, lucrum quod inde perceperunt ad hoc opus juxta suam & sui confessoris conscientiam & æstimationem tradere teneantur. Jubet insuper eadem sancta synodus ut, habita hujus decreti notitia, omnes diœcesani in cathedralibus, collegiatis & parochialibus, in quibus eis visum fuerit, ac etiam generales ordinum mendicantium in conventualibus ecclesiis eis subjectis, mox disponant, quatenus verbum Dei per prædicatores idoneos ad populum annuntietur, prædictas indulgentias publicando, & fideliter exhortando ad subsidium in tam piissima causa impendendum, quibus prædicatoribus, & prædicationem audientibus, ac etiam om- B nibus aliis, qui circa prædictam æstimationem subsidium aliquod vel auxilium in hac re dederint, centum dies de injunctis pœnitentiis singulis vicibus in forma ecclesiæ relaxat. Ne autem in colligendis ac conservandis pecuniis fraus aliqua committatur, ordinat sancta synodus, quod in qualibet cathedrali, in civitatibus, in opidis vero & aliis locis in principali ecclesia unus cippus, truncus vel capsa ponatur, ubi tamquam in gazophylacio domini quilibet pecunias erogandas, ac incerta & ablata seu illicite quæsita reponere possit & debeat. Cujus sint tres claves, quarum unam teneat episcopus, vel cui voluerit ipse committere, pro quolibet trunco in omnibus locis civitatis & * diœce- C sibus, capitulum alium in cathedrali, prælatus seu rector in principali, tertiam timoratus aliquis vir, quem civitas, opidum, seu locus deputare voluerit, qui diebus per eos statuendis talem cippum, truncum vel capsam coram notario vel duobus fide dignis aperiant personis, & pecunias ad fidas manus deponant, eas sine fraude, diminutione vel contradictione illi vel illis assignaturi quas hæc sancta synodus ad hoc deputaverit. Quod si in campestribus locis vel alibi periculum seu detrimentum in conservatione pecuniarum per modum superius expressum verisimiliter timeretur, diœcesani, vel ad colligendum hujusmodi pecunias ab hoc concilio deputandi, (prout magis expediens visum fuerit) utiliter provideant. Quicumque au- D tem, etiamsi pontificali aut regali præfulgeat dignitate, fraudem, furtum, sive rapinam circa prædictas pecunias seu impedimentum ex proposito & malitiose in hoc sanctissimo opere fecerit, ultra indignationem omnipotentis Dei & reatum supremi sacrilegii sententiam excommunicationis incurrat, a qua, nisi prius plenaria facta restitutione & impedimento sublato, absolvi non possit. Vult autem hæc sancta synodus, quod elapso biennio a die præsentis decreti prædictæ indulgentiæ ac facultates nemini concedi valeant, præterquam in mortis articulo, quoad illos qui infra biennium (ut supra dictum est) contribuerint. Quodque personis illis quæ sub spe hujus gratiæ & indulgen- E tiæ aliquid commiserint, in nullo hujusmodi gratia ac specialis concessio suffragetur. Et quia difficile foret præsentes literas singulis exhibere, decernit hæc sancta synodus ut earum transumpto manu publica auctoritate archiepiscopi in tota provincia, & ordinarii in sua diœcesi, proprio sigillo munito, tamquam literis originalibus plena fides in omnibus adhibeatur.

* diœcesis,

Datum in sessione publica hujus sanctæ synodi solenniter celebrata in majori ecclesia Basileensi, decimooctavo Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

Concil. general. Tom. XII.

ANNO CHRISTI 1437.

SESSIO XXV.

I.

De locis futuri & œcumenici concilii pro Græcis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XXV.

NUPER hæc sacrosancta synodus inter varias solicitudines, quibus inscrutabilis divinæ altitudinis providentia, eam invocatione sui Spiritus paracleti, ad excolendum dominici gregis agrum adunari operarique dignata est, internæ mentis oculos more agricolæ pervigilis revolvens, & attente B prospiciens, quam deflenda diutine occidentalis & orientalis ecclesiarum in ejusdem fidei professione divisiu in Dei perstitit & duravit ecclesia, de clementissima ejus bonitate, apud quem nihil est impossibile, quique digne postulantibus affluenter dat & large, spem suscipiens & fiduciam, ad procurandam inter ipsas ecclesias catholicæ fidei unitatem, suæ diligentiæ curas tanto accuratius, non parcendo laboribus vel impensis, adhibere decrevit, quanto ex hoc, ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, uberiorem animarum salutem, majusque ipsius fidei incrementum provenire cognovit. Cupiensque propterea, suffragante Spiritus sancti gratia, tam saluberrimum unionis negotium aggredi & amplecti, ad C illud serenissimum Romanorum imperatorem & venerabilem patriarcham Constantinopolitanum, ceterosque prælatos & alium Græcorum populum per diversos oratores & literas duxit invitandos pariter & exhortandos. Qui quidem imperator & patriarcha & alii Græci, volente & eorum corda altissimo inflammante, exhortationes hujusmodi alacribus animis suscipientes, ipsumque unionis negotium aggredi sinceris affectibus perhibentes, suos solennes oratores & nuntios sufficienti mandato bulla aurea & propriæ manus subscriptione imperatoris, bullaque plumbea patriarchæ prædictorum munito suffultos, ferventissimum eorumdem ad hanc fidei unitatem zelum devotissime explicantes, ad eamdem sacrosanctam synodum duxerunt destinandos, D cum quibus ipsa sancta synodus diversis tractatibus & deliberationibus prævius, pro executione & consummatione felici tam salutaris operis, nonnulla decreta & capitula ad hoc summopere necessaria & utilia, superius inserta, & dudum in certa sessione ipsius sanctæ synodi in majori ecclesia Basileensi celebrata, publicata, animo concordi conclusit. Volensque deinde hæc sancta synodus decreta & capitulata hujusmodi viis & modis omnibus necessariis & opportunis prosequi, ac juxta illa ad electionem loci pro futuro œcumenico concilio, in quo imperator & patriarcha prædicti, aliique Græci, convenire possent & deberent, celebrando, mature procedere, habitisque super his & aliis hanc piam E rem concernentibus, in diversis ipsius sanctæ synodi deputationibus multiplicibus propositionibus & tractatibus, illisque cum votorum suppositorum eorumdem scrutinio diligenti recensitis, demum in generali congregatione ad hoc in majori ecclesia prædicta (ut moris est) indicta, & iterum votis singulorum in eadem scrutatis, repertoque duplo majorem partem & multo plus vota sua direxisse in Basileam, Avinionem, vel Sabaudiam, invocata Spiritus sancti gratia, post missarum solemnia conclusum fuit & conventum, quod apud imperatorem, patriarcham, & alios Græcos prædictos, diligens & debita fieret instantia, cum allegationibus & expositionibus plurimarum rationum quæ ad id allegari

SESSIO XXV.

& adduci possent, ut ex diversis bonis respectibus civitatem Basileensem acceptarent pro dicto œcumenico concilio ibidem celebrando: quam si eos omnino recusare contingeret, extunc civitas Avinionensis locus esset ipsius œcumenici concilii ibidem celebrandi. Si tamen illud in eadem celebrari non posset, extunc in Sabaudia concilium celebraretur antedictum. Ut igitur præmissa omnia & singula debitum & votivum sortiantur effectum, cum omni solennitate alias in hoc sacro Basileensi concilio in rebus arduis expediendis adhiberi solita, patribus in majori ecclesia Basileensi post missarum solennia considentibus, hæc sancta synodus decernit, vult, statuit, ordinat & declarat, futurum œcumenicum concilium in Basileensi, aut, illa recusata, in Avinionensi civitatibus, alioquin in Sabaudia, juxta conclusionem supradictam, debitis & convenientis temporibus debere celebrari. Quodque imperator & patriarcha & alii Græci prædicti, juxta capitulata & decretata hujusmodi, nec non omnes & singuli alii cujuscumque gradus, status, dignitatis vel præeminentiæ existant, qui generalibus conciliis de jure vel consuetudine interesse debent, etiamsi pontificali dignitate præfulgeant, ad illud debeant & teneantur, maxime pro consummatione tam salutaris operis, accedere, & etiam convenire. Et hanc præmissam nominationem & electionem vult, statuit & decernit hæc sancta synodus, ut sit firma, inconcussa & inviolabilis, quacumque alia modificatione, ordinatione, dispositione, nominatione, seu electione per ipsum sacrum concilium seu alium vel alios, quacumque auctoritate etiam papali fungentes, in contrarium facta seu factis, minime valitura seu valituris, quam seu quas hæc sancta synodus ex certa scientia exnunc irritat, cassat, revocat, & annullat, seu cassa, nulla & irrita nuntiat, & pro infectis illam seu illas habere vult, & præsentibus habet, quatenus in totum vel in partem præmissæ electioni obviant vel repugnant. Supplet etiam hæc sancta synodus ex certa scientia omnem defectum, si quis in præmissis vel aliquo præmissorum forsitan intervenerit. Et insuper cum res tam ardua, plurimum in Dei ecclesia fructum allatura, sine gravibus expensarum sarcinis consummari, & Græci prædicti adduci, adductique sustentari non valeant, dignumque & debitum existat, ut pro consummatione tam felicis operis Christi fideles universi, maxime ecclesiasticæ personæ, de commissi sibi patrimonii domini nostri Iesu Christi substantiis liberali dispensatione ministrent, hæc sancta synodus universis & singulis ecclesiasticis personis exemptis & non exemptis, sub quacumque verborum forma, etiam ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, cujuscumq; status, dignitatis, gradus, ordinis vel conditionis, existant, etiamsi cardinalatus vel pontificali præfulgeant dignitate, generalem omnium & singulorum suorum ecclesiasticorum fructuum & proventuum, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, decimam de suis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus & officiis, ceterisque ecclesiasticis beneficiis in sua generali congregatione jam impositam & conclusam, persolvendam & exigendam, decernit, statuit & declarat imponendam, eamque imponit per præsentes. Præterea dicta sancta synodus decernit, vult, ordinat & declarat, quod venerabiles Ioannes Lubicensis, Ludovicus Visensis, Delphinus Parmensis, Ludovicus Lausanensis, episcopi, ipsius sacrosanctæ synodi oratores, ad conducendum Græcos ad locum œcumenici concilii, eorumque major pars tunc præsens, portum Latinum locis supra electis & nominatis aptiorem & propinquiorem, ad quem dicti Græci ultimo debeant applicare, eligendi & nominandi plenam habeant potestatem, illamque eisdem concedit per præsentes, juxta formam aliarum literarum eis superinde datarum. Postremo eadem sancta synodus vult, ordinat & decernit, quod pro præmissorum & ea eis dependentium debita & votiva executione, dictorumque syndicorum & concilii securitate pleniori, ad omnem eorum, aut suorum procuratorum vel nuntiorum petitionem & instantiam, eis quævis aliæ literæ opportunæ, utiles & necessariæ, sub bulla ejusdem sanctæ synodi per ipsius cancellariam in forma debita & honesta concedantur, conficiantur, & etiam expediantur.

ANNO CHRISTI 1437.

Datum in sessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, Nonis Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

II.

Aliud decretum lectum in eadem sessione pro cautione Avinionensi.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Cum nuper dilecti ecclesiæ filii syndici & concilium civitatis Avinionensis, summam septuaginta millium florenorum auri de camera, pro conductione serenissimi * Græcorum imperatoris, & venerabilis patriarchæ Constantinopolitani aliorumque Græcorum ad œcumenicum concilium, dante Domino, venturorum juxta concordata & conclusa cum eorum ambasiatoribus, necessariam huic sacrosanctæ synodo & universali ecclesiæ liberaliter mutuare obtulerint, jamque ejus partem exolverint, ac restantem, expeditis nonnullis pro eorum cautione ab ipsa sancta synodo petitis, in pecunia numerata exolvere paratos se offerant; eadem sancta synodus cupiens (prout decens est & debitum) dictorum syndicorum & concilii, ne ex sua liberalitate damnum patiantur, indemnitati legaliter providere, omnes & singulas pecuniarum quantitates, quæ ex indulgentiis per ipsam sanctam synodum universis Christi fidelibus de bonis sibi a Deo collatis, pro prosecutione unionis occidentalis & orientalis ecclesiarum, ad eamdem Christianæ fidei professionem in dicto concilio, domino largiente, procurandæ & perficiendæ largientibus, per ejus literas ad diversas mundi partes directas, & jam in plerisque locis solenniter publicatas, concessas, nec non ex decima generali per eamdem sanctam synodum causam ob præmissam imposita & conclusa, hactenus provenerunt, ac provenient in futurum, syndicis & concilio præfatis usque ad summam supradictam exnunc obligando, hypothecando, & assignando, vult, statuit & decernit, quod iidem syndici & concilium in omnibus & singulis, quibus maluerint, & quæ eligenda duxerint, & præsertim Franciæ, Aragoniæ, Delphinatus, Britanniæ, Sabaudiæ & Burgundiæ regnis, ducatibus, terris, provinciis, civitatibus & diœcesibus, auctoritate ejusdem sanctæ synodi & universalis ecclesiæ, ad levandum, exigendum & recipiendū de pecuniis ex indulgentiis, & decima prædictis (ut præmittitur) provenientibus, usque ad summam prædictam, & quousq; illa eisdem integraliter fuerit persoluta, quascumq; personas idoneas ad hoc eis utiles & accommodas in suos collectores nominare, eligere, deputare & ordinare, quodque personæ ipsæ sic per eos nominatæ, electæ & deputatæ, de pecuniis hujusmodi usque ad

* Romanorum
* Romanorum

Anno Christi 1437.

ad summam prædictam nomine syndicorum & concilii prædictorum, petere, exigere & levare possint & debeant perinde ac si per ipsam sanctam synodum ad hoc deputatæ & nominatæ fuissent, nec non illos solventes quoscumque, debita assignata quitantia, a solutis sint liberi penitus & immunes. Promittit insuper & pollicetur hæc sancta synodus, quod ipsa collectores ipsos sic per dictos syndicos & concilium deputatos, quibusvis colore vel occasione captatis, directe vel indirecte, sine expressa syndicorum & concilii prædictorum voluntate atque consensu nullatenus revocabit, nec pecunias hujusmodi per alios in eligendis per dictos syndicos & concilium regnis, ducatibus, terris, provinciis, civitatibus & diœcesibus prædictis sine consensu simili exigi, colligi, vel levari faciet, aut eorum collectoribus hujusmodi, quo minus illas usque ad summam prædictam pro syndicis & concilio prædictis libere colligere & levare valeant, impedimentum aliquod præstabit, seu præstari patietur quoquo modo: quinimo regum, principum & aliorum dominorum, in quorum regnis, territoriis, & dominiis eosdem syndicos & concilium electionem antedictam facere contigerit, super libera exactione & collectione pecuniarum ex indulgentiis & decimis hujusmodi (ut præfertur) provenientium, favorem & consensum, coercitionem quoque (si opus fuerit) & brachii sæcularis auxilium procurabit & ordinabit, aliasque eosdem syndicos & concilium super integra & reali restitutione & satisfactione dictæ summæ omnino reddet indemnes. Præterea eadem sancta synodus vult, statuit & decernit, quod super exactione pecuniarum hujusmodi syndicis & concilio prædictis, quæcumque literæ & processus compulsoriales & pœnales, cum omnibus & singulis clausulis necessariis & opportunis concedantur, conficiantur, & etiam per ipsius cancellariam expediantur, aliis literis in præmissis & circa præmissa jam concessis, in suo robore duraturis.

Datum in sessione publica hujus sacræ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, Nonis Maii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

SESSIO XXVI.

Multa in hac synodo sparsim habentur quæ pontifici & ejus auctoritati derogant, quæ sunt caute legenda. Videatur de his bulla retractationum Pii II. pontificis maximi, quæ infra habetur.

Et est monitorium & citatio contra dominum Eugenium papam & cardinales.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Cum Christi ecclesia variis & acerrimis languoribus subjaceret, hominumque peccata & prævaricationes divinæ legis magis ac magis indies pernicioso crescerent augmento, dignatus est omnipotens Deus fidelium inspirare cordibus, ut in Basileam civitatem, profecto undique integerrimam, sacrosancta generalis synodus conveniret, quæ præsertim in reformandis moribus tam in capite quam in membris, & excitandis cordibus in observatione legis Dei, vigilantem impenderet operam, ut & divinus honor refloreret in terris, & repressis enormitatibus peccatorum ad procurandam animarum salutem efficacius converteretur hominum sollicitudo. Iam vero pluribus annis in ea re per ipsam synodum exhibiti sunt indefessi labores: commemorata frequentius extitit regnantium scelerum multitudo, quæ universam Christianitatem in multas clades mulraque discrimina adducere conspicitur. Ecclesia in Christi nomine congregata, cunctis palam curavit ingerere monita salutis, die ac nocte clamitans ut redirent prævaricatores ad cor, & observarent legem domini Dei sui. Denique salubria decreta & sacros canones instituit, quibus pulsis avaritia, simonia, ambitionis, & aliorum vitiorum; quæ multorum corda nimium incendebant, arcerentur a grege domini, & juxta præcepta Christi atque sanctorum patrum instituta, dignitates ecclesiasticæ atque beneficia dignis & idoneis pastoribus ac ministris gratuita collatione, justisque & canonicis electionibus ac institutionibus distribuerentur, quorum medio universus clerus & populus salubriter regeretur ac perduceretur in salutem. Sed, quod heu dolentissime referimus, ille qui primus hæc exequi debuerat, quemque & Christi præcepta & canones sacrorum conciliorum præ ceteris servare oportuerat, imo & ceteros ad horum observantiam efficaciter inducere, nulla unquam monitione, nulla exhortatione induci jam longo tempore potuit, ut aliquam morum emendationem Christo placentem, aut notissimorum abusuum correctionem in ecclesia sancta Dei efficere satageret. Quin potius conspicit universus orbis, sub ejus regimine majora semper scandala gravioraque exoriri, (sanctissimum dominum Eugenium papam IV. loquimur) quem frequentibus monitis hæc sancta synodus cum plurima caritate & benignitate, tum per ipsius synodi oratores, tum per literas, tum etiam per ejusdem domini Eugenii nuntios, inducere curavit, atque etiam per aliquorum regum & principum ambasiatores hortata est, ut pro Christi reverentia & animarum salute, salutari animarum gubernationi operam daret, electiones proborum pastorum fieri assentiret, beneficia a Christo gratis accepta gratis distribueret, ceteraque in ædificationem ecclesiæ ageret, quæ juxta canones sanctorum patrum eadem synodus pro animarum salute & universalis ecclesiæ ordinaverat, & quemadmodum sacrosanctum generale Constantiense concilium irrefragabili catholicæ veritatis declaratione diffinivit, in his rebus quæ ad reformationem universalis ecclesiæ in capite & in membris pertinent obediret. Pariter quoque notum sit quod sacra generalia concilia jurisdictione super papam uti possint, cum clamorosa insinuatione, vel alias ipse ut scandalizator ecclesiæ sacro concilio defertur. Monuit quoque hæc sancta synodus ipsum dominum Eugenium, quatenus dignaretur ambulare unanimiter cum consensu ejusdem in domo Dei, & adhæsionem, quam literarum suarum testimonio solenniter huic eidem synodo exhibuit, factis & operibus adimpleret, ut pax & tranquillitas salutaris per universam vigeret ecclesiam. Sed in adversum, proh dolor, electiones pontificum & pastorum sedulo perturbare visus est, translationes prælatorum, eis invitis, contra sanctorum patrum & sacrorum canonum atque sacri concilii Constantiensis statutorum formam & tenorem facere, divisiones, scandala & schismata per singulas fere vacantes ecclesias ingerere: ut plurimum enim unus eligitur, alteri vero per ipsum, suis reservationibus jam sublatis, innitentem providetur, ipsa electione rejecta; imo & adversus filios obedientiæ, qui decretis hujus sanctæ synodi obedire voluerunt, graves compertus est fulminasse sententias, ipsos pro libito voluntatis a beneficiis & dignitatibus maodando privari, inhabilitari, & excommunicari. In collatione præterea seu expeditione dignitatum & beneficiorum, & aliarum rerum dispensatione, etiam more insueto graves summas pecuniarum exigere, abusus pestiferos detestabili & horrenda specie simoniacæ labis respersos, adversum jura divina & humana in animarum perni-

Sessio XXVI.

Isa. 48.

Constantiensis concilii sess. 39.

Ibidem.

SESSIO XXVI.

perniciem & ecclesiarum orbis non mediocre præjudicium, ac provinciarum, regnorum & singularum patriarum depauperationem & exinanitionem, cum pluribus fovere incrementis, dignitatibus etiam seu vacantibus beneficiis providendo carnalitatis affectu, non judicio rationis, nec eos erigendo qui in ecclesiis proficere possunt, sed quorum vel precibus delinitus extitit, vel pro quibus quispiam majorum rogasse compertus est, aut, quod deterius est, qui ut beneficiati fierent muneribus impetrarunt, non advertens nihil esse quod ecclesiæ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum. Sententiis insuper synodalibus spretis, quas olim summi pontifices maxima cum veneratione prosequebantur, prætensas appellationes ab eisdem interpositas B admittit, sententias hujusmodi expresse revocando. Ipse insuper illos, quos hæc sancta synodus pro causis justissimis alligavit, solvere de facto conatus est, nulla satisfactione peracta. Ceterum cum deceat Romanum pontificem juxta sacrorum canonum & summorum pontificum instituta per fratres suos sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, qui sibi in executione sui officii coadjutores existunt, sua exercere consilia, ut ipsorum salubribus & prudentibus consultis status ecclesiæ tam in spiritualibus quam temporalibus rationabiliter dirigatur, ipse dominus Eugenius etiam in rebus gravissimis minime eorumdem consilia requirere fertur, qui sunt pars corpo- C ris sui, sed aliorum extraneorum consultationem sectatur, quod non ex rationis judicio, sed ex carnali affectu nonnunquam provenire videtur. Dispensatione quoque sibi credita abutitur, eam in dissipationem convertendo, & potestatem, sibi datam in ædificationem, vertendo in destructionem. Plura vero gravia nobis obmittentibus, novissima occurrunt consideratione miseranda. Audivimus quidem nuper civitatem Prænestinam, cujus episcopali titulo unus ex Romanæ ecclesiæ cardinalibus consuevit insigniri, per tolerantiam ejus & suorum domesticorum ac stipendiis Romanæ ecclesiæ militantium opera, in ruinam mirabiliter decidisse. Opida insuper plurima, in ejusdem sanctæ Romanæ D ecclesiæ patrimonio consistentia, aliquando prædæ exposita, ut opidum Butrii Bononiæ proximum, aliquando solo æquata. Et qui augmentum efficere debuerat, operarius est diminutionem, cum tamen ex dignitate summi pontificatus non peccandi licentiam, sed bene vivendi necessitatem assecutus esse noscatur. In operibus præterea fidem concernentibus, cum hoc tempore pro œcumenico concilio cum Græcis celebrando ecclesia indigeret, prout & de præsenti indiget, subventionibus fidelium populorum, ipse substantiam eorum aliorsum divertere satagens, & subsidia fidei catholicæ multipliciter impediens, indulgentias plenarias per loca diversa multiplicasse dicitur, absque causis urgentibus eas E disseminando, in gravem perturbationem sanctissimi operis pro ipsa fide orthodoxa per hanc synodum inchoati; aliaque plurima hucusque peregisse atque procurasse dicitur, quæ prosecutioni rerum ad bonum fidei orthodoxæ & ejus promotionem pertinentium magnum impedimentum & multam retardationem attulerunt. Illud quoque multa reprehensione in tanto pastore dignum est, quod juramentum in assumptione sui ad apostolatus apicem, super certis ordinationibus præstitum, ac deinde post ipsius assumptionem sub bulla sua solenniter confirmatum, minime servasse dicitur, sed, quod dolenter referimus, (ut a plurimis asseritur, & fama publica laborat) ipsum notorie transgressus est.

ANNO CHRISTI 1437.

A Denique cum ita agere conspicit universus orbis, (nam hæc quæ notoria esse dicuntur, ecclesiam universalem scandalizantia, recensemus) ut occasione sui universa ecclesia gravissimis turbationibus subjaceat: quibus nisi divina miseratio provideat, ruina prioribus inaudita sæculis Christiano populo prospiciatur imminere. Non autem solum in rerum spiritualium regimine hanc ipsam ruinam considerimus, sed & in gubernatione temporalium dominiorum sanctæ Romanæ ecclesiæ notorios defectus attendimus, quorum alienatores honorem perdere felicis recordationis Symmachus papa decrevit. Quantas enim terras ipse dominus Eugenius alienaverit, quantæque ejus incuria & insolerti regimine deperditæ & occupatæ sint, quantas strages B subditorum Romanæ ecclesiæ, quos etiam, ut Bononiensis civitas in suis suppositis attestari potest, peremptos audivimus, sine pœnitentiæ & eucharistiæ sacramentis, quam etiam miseranda vastatio suo tempore subsecuta fuerit, notoria facta testari videntur. Expectavit autem jam plurimis annis hæc sancta synodus cum multa patientia, ut hæc omnia ipse dominus Eugenius corrigeret, atque in melius emendaret, ac, veluti vices gerentem Christi & Petri successorem decet, totum orbem exemplo bonarum actionum in viam salutis dirigere studeret. Dum vero videmus cuncta jugiter in pejus ruere, & omnia magis conturbari, plurimis anxiamur doloribus, ac C vehementer gregi dominico compatimur, quem in totalem fere desolationem per incrementa scandalorum, divisionum ac vitiolarum deformitatum decidere formidamus, nisi debito regimini ecclesiæ Dei conveniens provisio apponatur, & consulatur publicæ saluti. Videns itaque hæc sancta synodus, quæ per summariam informationem ex abundanti factam ipsum dominum Eugenium in prædictis publice & notorie diffamatum comperit, necessitatem providendi debito regimini ecclesiæ imminere, ut, si concilium congregatum non esset, summe necessarium foret pro his rebus ipsum congregari: attendens præterea in judicio Dei oportere reddere rationem super tantorum dissimulatione malorum & scandalorum, quibus corrigendis pro salute to- D tius Christianæ plebis ex officio suo totis viribus incumbere tenetur, & ex potestate quam super cunctos fideles cujuscumque auctoritatis, etiamsi papalis existant, a Christo accepit, juxta supradictam declarationem in concilio Constantiensi habitam, & in hoc præsenti dudum renovatam, cum etiam coram Deo & hominibus gravissime reprehendenda veniret, si in hac urgentissima ecclesiæ necessitate suum officium (prout tenetur) etiam nemine postulante exequi negligeret: decernit, ut intra sexaginta dies a die præsentis sessionis & affixionis numerandos, quem terminum præfato domino Eugenio peremptorie præfigit, ut si qua interim coram E hac sancta synodo super præmissis & aliis proponendis, pro sui defensione aut excusatione, allegandа vel proponenda duxerit, per se vel alium ad hoc legitime deputatum coram eadem synodo Basileæ compareat. Dicto autem elapso termino, sive dictus dominus Eugenius per se vel alium comparuerit, sive non, hæc sancta synodus ad ulteriora procedet, cognoscendo & terminando prout ecclesiæ sanctæ Dei, Spiritu sancto dictante, conspexerit expedire. Universis insuper sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna alias præstiti huic sacro concilio per se vel alium nomine suo juramenti, & quoad eos qui juramentum non præstiterunt, sub pœna privationis fructuum suorum beneficiorum, mandat & præ-

In synodo V. cujus initiũ: Bene quidem fraternitas.

Constantiensis concilii sess. 4.

ANNO CHRISTI 1437. & præcipit, ut infra eumdem terminum in hac civitate Basileensi compareant, saluti sanctæ matris ecclesiæ cum ceteris in synodo congregatis consulturi & opportune provisuri, prout Spiritus sanctus dictaverit. Hoc ipsum quoque universis principibus & populis Christianis innotescere volumus, ut videntes sanctæ matris ecclesiæ & universæ Christianitatis angustias, in unam sententiam pro honore Dei creatoris nostri & animarum salute pariter conveniant, & quod toti orbi salutare fuerit communi consensu amplexentur. Decernit tandem hæc sancta synodus, hujus decreti publicationem in præsenti sessione factam, ejusque affixionem in valvis majoris ecclesiæ Basileensis, vim habere monitionis & citationis, quoad omnes & singulos actus in hac re fieri necessarios, usque ad finalem terminationem, etiam ad sententiam diffinitivam audiendum, & ejus executionem faciendum inclusive, & ita universos arctare, ac si personaliter apprehensi, & cis intimatum fuisset.

Datum Basileæ in nostra sessione publica, solenniter in ecclesia majori Basileensi celebrata, pridie Kalendas Augusti, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

SESSIO XXVII.

In qua cassatur nominatio & creatio cardinalium per dominum Eugenium papam IV. facta.

I.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

TANTAM reverentiam sacris canonibus generalium conciliorum sancti patres censuerunt adhibendam, ut violatores eorum voluntarios gravissime vindicarent, & unumquemque in suis ipsius destructione agere arbitrarentur ea destruere conantem quæ universali consensu fuerunt instituta. Gravis quoque exinde jactura toti ecclesiastico imminceret ordini, si decreta synodalia conciliorum generalium, quibus nervus regulæ ecclesiasticæ ac disciplinæ salutaris innititur, per cujuspiam voluntatem, & maxime sedente adhuc ipsa universali synodo, abrumpi sinerentur. Dudum autem hæc sancta synodus cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ assumendis, inter cetera duo salubria edidit decreta, quorum tenores ad luciditorem universorum informationem de verbo ad verbum hic inserere & innovare decrevimus.

Basileensis concilii sessione 4.

II.

Tenor primi decreti.

Ibidem. Item, cum multiplicatio cardinalium sit ecclesiæ dispendiosa & onerosa, propterea & ex aliis rationabilibus & legitimis causis eamdem sanctam synodum moventibus, statuit, ordinat, atque ea certa scientia hoc irrefragabili decreto decernit ipsa sancta synodus, quod, durante hoc sacro concilio, Romanus pontifex, a loco istius sacri concilii absens personaliter, non debeat neque possit aliquem vel aliquos, cujuscumque dignitatis, conditionis, gradus seu status existant, in sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem vel cardinales, quovis modo, aut quocumque quæsito colore vel causa assumere, pronuntiare secrete aut publice, aut pronuntiatos seu assumptos secrete publicare. Et si secus attentatum fuerit, exnunc inantea irritum sit & inane, nullius A que roboris vel momenti. Quod si forsan taliter de facto assumpti aut pronuntiati, se pro cardinalibus gerere, aut nominare præsumpserint, quibuscumque dignitatibus privati, & ad omnes & singulas futuras inhabiles. Et quicumque eos pro cardinalibus gerentes & reputantes, eatunc prout extunc sententia excommunicationis innodati sunt ipso facto, a qua, præterquam mortis articulo, nisi a præfata synodo absolutionis sive habilitationis beneficium obtinere non possint.

SESSIO XXVII.

III.

Tenor secundi decreti.

B Cum summo pontifici sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales in dirigenda Christiana republica collaterales assistant, necesse est ut tales instituantur, qui sicut nomine ita re ipsa cardines sint, super quos ostia universalis versentur & sustententur ecclesiæ. Statuit igitur sancta synodus, ut deinceps eorum numerus adeo sit moderatus, quod nec sit gravis ecclesiæ, nec superflua numerositate vilescat. Qui de omnibus Christianitatis regionibus, quantum fieri poterit commode, assumantur, ut notitia rerum in ecclesia emergentium facilius haberi, & super his maturius deliberari possit: sic tamen, quod numerum vigintiquatuor inter hos qui nunc sunt, & assumendos, non excedat: ita quod de una natione ultra tertiam partem respectu cardinalium pro tempore existentium, ac de una civitate & diœcesi ultra unum inde oriundum, & de ea natione quæ nunc ultra tertiam partem habet, usque ad ipsius tertiæ partis reductionem esse nequeant. Sint viri in scientia moribusque ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, magistri, doctores, seu licentiati, cum rigore examinis in jure divino vel humano. Sit saltem tertia vel quarta pars de magistris aut licentiatis in sacra scriptura. Inter hos autem vigintiquatuor esse aliqui poterunt admodum pauci, filii, fratres, aut nepotes regum seu magnorum principum, in quibus cum circumspectione & maturitate morum competens literatura sufficiat. Non fiant cardinales nepotes ex fratre vel sorore Romani pontificis, aut alicujus cardinalis viventis, nou illegitime nati, nou corpore vitiati, nec alicujus criminis aut infamiæ nota respersi. Prædicto autem numero vigintiquatuor, pro magna ecclesiæ necessitate vel utilitate duo alii, in quibus vitæ sanctitas vel eximiæ virtutes refulgeant, quamquam memoratos gradus non habeant, ac de Græcis, cum Romanæ ecclesiæ uniti fuerint, insignes aliqui viri adjici poterunt. Non fiat cardinalium electio solum per auricularia vota, sed illi soli assumi possint, in quos, facto vero scrutinio ac publicato, majorem partem cardinalium per subscriptionem manus propriæ constiterit collegialiter consensisse. Desuper etiam apostolicæ literæ cum subscriptione cardinalium conficiantur, decreto hujus sacri concilii in quarta sessione solenniter publicato, quod incipit: Item, cum multiplicatio cardinalium, &c. in suo robore inviolabiliter permansuro.

Basileensis concilii sessione 23.

C

D

E

Adversus autem præmissorum decretorum mentem & tenorem, nuper, non sine gravi dolore, comperimus venerabilem Ioannem patriarcham Alexandrinum, in sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem (licet de facto & nulliter) per dominum Eugenium papam fuisse assumptum, cum nec summus pontifex absens a loco hujus sacri concilii ipsum in cardinalem creare debuerat, contra primum decretum in sua adhæsione solenniter approbatum, neque proportionem singulis nationibus conve-

 nien-

Sessio XXVII.

nientem, & qualitates in secundo decreto descriptas omittere, sicut in promotione dicti patriarchæ factum esse comperitur. Et cum frustra hæc sancta synodus jura conderet, nisi sua auctoritate quam ex Christi dono immediate suscepit eadem tueretur: utque Gelasius papa profitetur, & nullum jam veraciter Christianum ignorare credit, uniuscujuscumque synodi constitutum, quod universalis ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exequi sedem, ac præ ceteris oportere, quam primam: necessitasque urgeat illis transgressoribus jurium occurrere, ex quibus complures illaqueationes animarum & gravia in futurum schismata provenire valerent, (nam & qui talem cardinalem reputant, juxta supradicti decreti tenorem, vinculo excommunicationis eo ipso innodantur) & in futuris electionibus Romanorum pontificum varia schismata poterunt enutriri, si prætensi cardinales, quorum irrita & inanis promotio decreta extiterit, hujusmodi electionibus se voluerint immiscere, ad obviandum itaque tantis discriminibus, admonet & exhortatur hæc sancta synodus præfatum dominum Eugenium, sub obtestatione divini judicii, & per viscera misericordiæ domini nostri Iesu Christi, & eidem ex parte Dei omnipotentis præcipit atque mandat, ut pro futurorum schismatum & scandalorum evitatione, prædictam & alias quascumque vocationes per eum factas ad cardinalatus honorem, contra prædictorum decretorum formam & tenorem, sicut de facto pro- C cesserunt, eas revocet, casset publice & annullet, nullasque fuisse & esse decernat, prout hæc sancta synodus hoc synodali decreto, sicut de facto processerunt, eas cassat, irritat & annullat, nullasque, cassas & irritas decernit atque declarat, ulteriusque a talibus vocationibus abstineat, alias providebit hæc sancta synodus, prout Spiritu sancto dictante utilitati ecclesiæ viderit expedire. Declarat insuper hæc sancta synodus, universos, qui præfatum Ioannem patriarcham, aut alios taliter de facto promotos, pro cardinalibus gesserint & reputaverint, pœnas in præfatis decretis annotatas eo ipso incurrere.

Datum in sessione nostra publica, in majori eccle- D sia Basileensi solenniter celebrata, sexto Kalendas Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

In epistola ad episcopos Dardaniæ, cujus initium est: Valde mirati sumus.

IV.

Decretum cassationis literarum falso bullatarum in eadem sessione lectum.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Cum dudum ex ordinatione nostra concorditer conclusa literæ sub bulla hujus sacri concilii super E nominatione locorum Basileæ, Avinionis, & Sabaudiæ, pro celebrando œcumenico concilio in adventu Græcorum fuerint expeditæ, & deinde ad notitiam nostram pervenerit quasdam alias literas, nominationem Florentiæ & Utini continentes, clandestine & contra ordinationem hujus sacri concilii fuisse bullatas, cupiens hæc sancta synodus unumquemque de his rebus veraciter informari; ne quempiam falsa pro veris recipiendo decipi contingat, decernit & declarat omnes literas continentes nominationem quorumcumque aliorum locorum pro antedicto concilio celebrando, præter jam dicta loca Basileæ, Avinionis, & Sabaudiæ, quibus bulla sacri concilii inveniretur appensa, fuisse falso bulla- A tas, & contra hujus sanctæ synodi ordinationem, nec literis talibus ullam fidem esse adhibendam, aut ipsis seu earum transumptis, quacumque auctoritate, etiamsi papali transumptæ fuerint, esse utendum: hujusmodi literas sic falso bullatas cassat, irritat & damnat, ac cassas & irritas esse decernit, inhibens omnibus & singulis, quavis dignitate præfulgeant, etiamsi legatione papali de latere, dispositione, mandato, vel quavis alia seu alio fungerentur, sub pœnis excommunicationis, quam ipso facto incurrant, ac inhabilitationis activæ & passivæ ad quascumque pontificales, aut alias dignitates ecclesiasticas vel sæculares, & ad beneficia obtenta & obtinenda, ne præfatis literis falso bullatis aut earum B transumptis utantur, aut utentibus auxilium consilium vel favorem in his præstare præsumant.

Anno Christi 1437.

Datum in sessione nostra publica in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, sexto Kalendas Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

V.

Aliud decretum in eadem sessione lectum, quod civitas Avinionensis non possit alienari, & recipientur in salvoguardiam concilii.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans ad futuram rei memoriam.

Cum nostra sollicitudo ad hæc inter alia jugiter aspiret, ut sancta præsertim Romana ecclesia feliciter in spiritualibus gubernetur, simul quoque cum virtutum ornatu, temporalium rerum obtineat ubertatem, sine quibus spiritualium administratio diu subsistere non valeret; prisci quoque patres hac consideratione permoti, largam prædiorum, dominiorum & possessionum amplitudinem ipsi ecclesiæ acquirere curaverunt, quorum alienationem sub gravibus pœnis censuerunt prohibendam, adeo ut Symmachus papa Spiritu Dei repletus in suo ca- D none decreverit, etiam papæ non licere prædia ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in usumfructum rura tradere, nisi tantummodo domus, quæ in quibusdam urbibus non modica impensa sustentantur, qua lege omnes custodes & prælatos adstringi voluit, ut donator, alienator, venditor, honorem perderent, & qui subscriberet cum eo qui reciperet, nisi restitueret, anathema foret. Licere etiam voluit quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata reposcere, quod non tantum in apostolica ecclesia servandum esse dixit, verumetiam universis ecclesiis per provincias arbitratus est convenire. Nos eorum vestigia imitando vigilanter curare convenit, ne quidquam terrarum & possessionum, quæ jam Deo & E ipsi Romanæ ecclesiæ in sustentationem summi pontificis & ministrorum suorum dedicatæ sunt, distrahi a quoquam vel alienari patiamur; illa præsertim loca insignia in quibus necessitatis tempore libere valeat Romanus pontifex cum sua curia commorari, ubi nullus sæcularis potestatis metus exterreat, nullus temporalis favor absorbeat, nullus terror immineat, nihil suam sanctitatem & venerabiles sanctæ Romæ ecclesiæ cardinales a vero & veri concilii soliditate removeat, cum non absque provisione divina ipsa loca apostolicæ sedi provenisse credantur. Ex his autem causis & aliis nos juste & merito moventibus provisione congrua occurrere duximus, ne inclyta civitas Avinionis; quæ se semper devotissimam & fidelissimam ecclesiæ exhibuit, & novissime

In III synodo Romana, cujus initium est: Flavio, &c. Bene quidem fraternitas.

ANNO CHRISTI 1437.

novissime in fidei catholicæ obsequium de suis facultatibus copiosissimam subventionem pro unione Græcorum cum Latinis prosequenda ministravit, quoquo pacto ab ipsius Romanæ ecclesiæ dominio alienetur, aut ad manus alienas transferatur, cum ex his & aliis ecclesiæ universali per ipsam inclytam civitatem impensis obsequiis non impeti, non damnificari, non in alios usus alienari, sed beneficiis attolli merito debeat. Ecclesiasticis enim utilitatibus insudantes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. Decernit igitur hæc sancta synodus ut nullus, cujuscumque dignitatis vel præeminentiæ fuerit, etiamsi papalis, civitatem prædictam & etiam comitatum Venaysini cum terris & dominiis sibi adjacentibus audeat vel præsumat quovis modo seu juris colore quæsito vendere, seu pignori obligare, aut in feudum vel censum dare, aut quovis modo alienare. Quod si secus per Romanum pontificem vel alium quemvis actum sit de præsenti, vel in futurum agi contingat, hæc sancta synodus totum id, & quidquid inde sequatur, exnunc prout extunc cassat, irritat & annullat, & omni carere decernit robore firmitatis. Atque etiam statuit, quod ipse Romanus pontifex, vel alius quivis, si quidquam contra hujusmodi decretum attentaverit, sacro generali concilio deferatur. Recipientes quoque, etiamsi cardinalatus, patriarchali, pontificali, imperiali, regali, ducali, vel alia quavis ecclesiastica vel sæculari præfulgeant dignitate, vel etiamsi communitas fuerit, decernit hæc sancta synodus pœnis excommunicationis, privationis cujuscumque dignitatis ecclesiasticæ vel sæcularis, etiam omnium feudorum, specialiter quæ a Romana vel alia tenent ecclesia, subjacere, nec non perpetuæ inhabilitationis ad quascumque dignitates ecclesiasticas vel sæculares & quæcumque beneficia & officia in posterum obtinenda. Communitas vero ecclesiastico interdicto, ultra pœnas supra expressas sibi convenientes, eo ipso subjaceat: quas pœnas singulariter singuli, qui aliquid prædictorum attentaverint, ipso facto incurrant. Insuper civitatem prædictam Avinionensem, quæ magnam mercedem ab universali promeretur ecclesia, cuique indignissimum esset pro ejus optimis meritis mala quævis per aliquem irrogari, præsertim cum multa contra ipsius civitatis statum in enervationem, disturbium & dissolutionem hujus sanctæ synodi & suorum sanctorum operum, attentari & machinari possent, quibus hæc sancta synodus non valeret ex post facto saltem commode & sine gravi damno providere, cumque jam ipsi civitati & civibus gravia comminata sint, veluti ex informatione summaria comperimus, eadem sancta synodus civitatem ipsam & supposita ejusdem in suam & ecclesiæ universalis, quam repræsentat, specialem protectionem & salvamguardiam suscipit, ac reponit; prohibens sub pœnis prædictis omnibus & singulis, quacumque dignitate vel præeminentia ecclesiastica vel sæculari, etiamsi cardinalatus, patriarchali, pontificali, imperiali, regali, ducali vel alia qualiber præfulgeant dignitate, vel etiamsi communitas fuerit, ne ipsi, aut ipsorum aliquis, directe vel indirecte civitatem prædictam diffidare, perturbare, invadere, vel inquietare temporaliter vel spiritualiter, aut ejus habitatores violenter capere, aut in personis vel bonis eorum damnificare atque molestare præsumant. Quod si quis fecerit, pœnas superius expressas ipso facto incurrat. Romanus vero pontifex si aliquid prædictorum attentaverit, sacro concilio deferatur, & ipsa attentata nullitati ipso facto subjaceant. Et quoniam id quoque pariter indignum esset, ut venerabilis Petrus episcopus Albanensis, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, de Fuxo vulgariter nuncupatus, & apostolicæ sedis legatus, qui ad ipsius civitatis Avinionensis & comitatus Venaysini prædicti gubernationem deputatus est, quique pro expeditione subsidiorum sanctæ matri ecclesiæ præstitorum in eadem civitate Avinionensi ad prosequendam unionem Græcorum fideliter & efficaciter laboravit, huic sanctæ synodo se obsequentissimum exhibendo, per quempiam vexaretur, inquietaretur, aut molestaretur, cujus etiam perturbatio & molestatio in magnum dispendium & in gravem calamitatem ipsius civitatis Avinionensis verisimiliter proveniret, idcirco sub eadem protectione ex præmissis causis recipit hæc sancta synodus eumdem venerabilem Petrum episcopum Albanensem, & suos familiares domesticos & continuos commensales, decernitque pariter prohibet eadem sancta synodus sub pœnis antedictis, ne quisquam cujuscumque dignitatis, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, pontificalis, imperialis, regalis, ducalis, aut alterius, vel etiam communitas, ipsum & suos prædictos invadere, diffidare, molestare, aut de facto in suis beneficiis, bonis & rebus quibuscumque perturbare præsumat, vel spiritualiter, vel temporaliter quoquo modo contra eumdem & eosdem procedere. Si vero Romanus pontifex aliquid prædictorum attentaverit, sacro concilio deferatur, similique nullitatis vitio in contrarium attentata eo ipso subjaceant. Quodque absolutio & relaxatio a prædictarum excommunicationum (præterquam in mortis articulo) ac interdicti & inhabilitationis & ceterarum pœnarum sententiis sacro generali concilio reservata intelligatur.

Datum in sessione nostra publica, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata sexto Kalendas Octobris, anno a nativitate domini MCCCCXXXVII.

SESSIO XXVII.

SESSIO XXVIII.

In qua accusatur contumacia papa, & declaratur contumax.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XXVIII.

Die Martis prima mensis Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo, in ecclesia majori Basileensi, in qua sessiones præsentis sacrosanctæ generalis synodi Basileensis celebrari solent, vigesimaoctava ipsius sanctæ synodi sessio hoc modo extitit celebrata, videlicet missa solemni de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Georgium episcopum Visensem nationis inclytæ Hispanicæ celebrata, & demum suffragiis, antiphona *Exaudi, &c.* litaniis, evangelio secundum Matthæum, *Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas major est in regno cælorum? Et advocans Iesus parvulum.* &c. ac hymno, Veni creator Spiritus, cum versiculo & collecta, & oratione, Deus qui corda, decantatis, præsidente in eadem sessione præfato reverendo patre domino episcopo Visensi ante majus altare, ubi dicta missa celebrata extitit, in pontificalibus cum mitra aurifabrata & pluviali, in cathedra & sede eminentiori, pluribusque aliis dominis prælatis cum mitris planis & pluvialibus, ut in talibus in eadem synodo fieri solitum est, superioribus & eminentioribus sedibus suis locis tam a dextris quam a sinistris considentibus in multitudine copiosa; compluribusque dominis ecclesiasticis, divini & humani juris magistris, Matth. 18.

Sessio XXVIII.

stris, doctoribus & scientificis viris principum spiritualium & temporalium, ac almarum universitatum stodiorum generalium, nuntiis & ambasiatoribus, ac aliis de diversis mundi patribus ibidem adstantibus in magno numero & multitudine copiosa, eamdem sanctam synodum universalem ecclesiam repræsentantem celebrantibus, constituti in jore coram eadem synodo pro tribunali sedente, venerabiles viri domioi prumotores & procurator fiscalis ejusdem sanctæ syoodi, per organum dicti promotoris fiscalis sua verba eidem synodo in personam dicti domioi episcopi Visensis præsideotis dirigeotes, audientiam publicam ibidem tunc sibi dari & concedi ad hanc horam humillime & instaoter petieruot, supplicarunt & postularunt, cui supplicationi eadem sancta synodus per orgaoum ipsius donuni præsidentis annuit. Tunc iidem domini promotores & procurator fiscalis decretum originale monitorii sive citatorii ab eadē sancta synodo emanatum cootra sanctissimum dominum nostrum papam Eugeoium quartum, ejus synodi vera bulla plumbea impendeoti bullatum, de quo in schedula infra scripta fit mentio, oec oon instrumentum publicum execotionis ejusdem per affixionem in valvis prædictæ ecclesiæ Basileeosis die datæ ipsius decreti facti, uoa com schedula accusationis contumaciæ ipsius domini oostri papæ, quam accusarunt, atque petierunt, ut in eadem per ipsum procuratorem alta & intelligibili voce lecta continetur, cujus schedulæ tenor sequitor in hæc verba:

Reverendissimi revereodique in Christo patres ac metoendi domini, ac ceteri universi domini oostri præstantissimi, hanc sacrosanctam geoeralem syoodum Basileensem, universalem ecclesiam repræsentantem, constituentes & celebrantes, cum jamdudum, videlicet pridie kalcodas Augusti anni præsentis millesimi quadringentesimi trigesimiseptimi, hæc sancta synodus considerans mala, deformitates, & scandala ac pericula qoę in ecclesia Dei hactenus viguerunt, proot adhuc vigent, quibus corrigendis pro salute totius Christianæ plebis ex officio suo totis viribus suis incumbere teoetur, etiam ex potestate quam super cunctos fideles cujuscumque auctoritatis, etiamsi papalis existant, a Christo accepit, contra sanctissimum dominum oostrum Eugenium papam quartom, quoddam citatorium per edictum, quateous per se, vel alium ad hoc legitime depotatum, coram eadem sancta synodo de & super contentis in dicto citatorii decreto & aliis proponendis, infra seaaginta dierum spatium pro sui defensione aut excusatiooe allegaoda vel propooeoda compareret, terminum peremptorium eidem statuendo (ut in eo latius continetur) decreverit: quod qoidem citatorium in præsenti civitate & in valvis hujus majoris ecclesiæ Basileensis, juxta illius formam & tenorem, per edictum executum fuerit, & debitæ execotioni demandatum, nos Bartholomæus de Fraxino & Ioannes * Slitzentode promotores, & ego Ioannes * Spasserii procurator fiscalis, ac officiarii hujus sacrosanctæ syoodi, bullam citatorii dictæ sanctæ synodi vera bulla plumbea bullatam, noa cum instrumento executionis ejusdem citatorii (ot præmittitur) factæ realiter, facto & in scriptis offerimus, repræsentamus, & producimos, ac præfati saoctissimi domini Eugenii per se aut alium cum sufficieoti mandato infra dictos sexaginta dies in ipso citatorio sibi præfixos, per se aut alium noo comparentis, neque comparere curantis (licet sæpissime ipsa sancta synodus quamplures celebraverit congregationes, in quibus aut ipsarum aliqua ipse dominus Eugenius comparere infra dictum termi-

* Sletzenrode
* Spaserii

Anno Christi 1437.

num potuisset, contumaciam accusamus, ipsumqoe cootumacem reputari, ac io contumacia & defectu poni & declarari per banc sanctam synodum, petimoa cum instantia, atque postulamus. Nec non eumdem dominom Eugenium alta voce ad valvas bujus majoris ecclesiæ Basileensis per duos revereodos in Christo pattes dominos episcopos, una cum notariis bujus sacri concilii, juata mores antiquus vocari, & relationem vocationis fieri instanter requirimus, de quibus omnibus per oos promotores & procoratorem fiscalem antedictos, propositis & requisitis, nomine quo sopra, a vobis revereodis patribus dominis protonotariis, ac etiam hojus sacri concilii ootariis & scribis, petimns ad futuram rei memoriam unom vel plura, publicum vel publica confici instrumenta. Ad qootum petitionem & maodatum ipsius sanctæ syoodi, lecto prius prædicto execotioois instrumeoto, & dicto mooitorii seu citatorii decreto, cum in eodem loco dum editum fuit emanatum, alias lectum foisset, habito pro lecto, revereodi in Christo patres & domini dominī Matthæus Albinganensis, & Aymo Gratianopolitanus episcopi, de mandato dictæ saoctæ synodi, per organum dicti domini pręsidentis cis facto, prędictum dominum oostrum papam primo super gradus ante dictum majus altare alta & intelligibili voce per organum ipsius domioi episcopi Albinganensis vocarunt, & proclamaruot clamorosa insinuatiooe, sub his verbis:

Ex parte sacrosanctæ synodi publice & solenniter requiritur sanctissimus dominns Eugeoius papa IV. quateous si vigore citationis cootra eum novissime per eamdem sanctani synodum decretæ duxerit se conspectui hujus sanctæ synodi præseotandum, ad se defendendum & eacusandum soper his, de quibus huic sanctæ synodo delatus est, compareat coram hac sancta synodo, ad hunc actum pro tribunali sedente, qoæ eidem pollicetur gratam & debitam audieotiam. Similiter ex parte ejusdem sanctæ synodi omnibus intimatur, quateous si quis sit, qoi mandatum habeat sufficieos ad comparendum pro eodem domino Eugenio, compareat coram eadem sedeote, ut supra. Hæc autem sancta synodus pollicetur cuilibet, exigente justitia, audientiam gratam, &c. Qui dominus ooster papa sic vocatus & proclamatus, nec aliquis pro eo comparuit, nec respondit. Vnde ipsi doo domini episcopi ante valvas seu portas ipsius ecclesiæ accesserunt, & iterum & cum pausata intermedia instantia, trioa vice alta & intelligibili voce & clamorosa insinuatiooe præfatum dominum nostrum papam vocaront & proclamarunt per organum cujus supra, sob eisdem verbis suprascriptis, prout etiam providi viri Arnoldus Amici, Ioaoues Kempener, & Gotfridus Dorsten, ipsius sanctę syoodi cursores, vocibus elevatis, reiteratis vicibus, vocarunt & proclamaruot. Qui dominus noster papa Eugenius oec aliquis pro eodem ibidem cumparuit neque respoodit. Quibos sic factis, ipsi duo domini episcopi ante conspectum ipsius sanctę synodi & io medium reversi, se prædictum dominum oostrum papam (ut supra scriptum est) vocasse & proclamasse, & per dictos cursores vocatum & proclamatum fuisse, quodque ipse oec aliquis pro eo comparuerat, neque responderat, eidem sanctę synodo retulerunt. Præterea præfati promotores & procurator fiscalis, per organum ipsius procuratoris contumaciam prænominati domini uostri papę iterato accusarunt, ipsumque super omnibus & singulis in dicto citatorii decreto contentis cootumacem reputari, & ad ulteriora procedi, & alias decerni & fieri, ut in quadam alia schedula

ANNO CHRISTI 1437.

dula per ipsum procuratorem etiam alta & intelligibili voce ibidem lecta continetur, cujus tenor talis est: Nos promotores & procurator fiscalis antedicti, quo supra nomine istam vocationem & relationem (ut præmittitur) factas, inter acta hujus causæ, & sacri concilii petimus registrari: dictamque citatorii bullam & instrumentum executionis (prout superius producta sunt) iterato repetimus, & reproducimus, & apud acta sacri concilii, & causæ hujusmodi inseri & registrari petimus. Et quia præfatus dominus Eugenius de & super contentis in dicto citatorii decreto legitime citatus, sufficienterq; expectatus, nec per se nec per alium infra dictos sexaginta dies curavit atque curat comparere, ipsius contumaciam accusamus: ipsumque super omnibus & singulis in * dicti citatorii decreto contentis, prout justitia suadet, & juris ordo postulat atque rationis, contumacem reputari, in causaque hujusmodi in ejus contumaciam, ejus absentia divina repleta præsentia, ut ipsi sanctæ synodo videbitur expedire, & universali ecclesiæ sanctæ Dei necessarium fuerit & utile, ad ulteriora procedi, ac processum per audientiam contradictarum, aut alias (prout videbitur) decerni per ipsam sanctam synodum instantissime postulamus: requirentes dominos protonotarios & notarios hujus sanctæ synodi, ut omnia in causa hujusmodi acta & producta ac ordinata, apud acta sacri concilii & causa hujusmodi registretis: nec non quo supra nomine a vobis dominis protonotariis & notariis petimus, ad futuram rei memoriam, unum, vel plura, publicum, vel publica confici instrumenta. Hujusmodique schedula sic lecta, & per eamdem sanctam synodum audita, ipsa sancta synodus per organum prædicti domini præsidentis præcepit & injunxit præfato domino episcopo Albinganensi, ut ambonem, in quo decreta ipsius sanctæ synodi per eamdem sanctam synodum pronuntiari & legi solent, dum eduntur, ascenderet, declarationemque contumaciæ prænominati domini nostri papæ alta & intelligibili voce, nomine ipsius sacrosanctæ synodi legeret & pronuntiaret, prout infra. Qui quidem dominus episcopus Albinganensis, mandatis ipsius synodi obediens, dictum ambonem ascendit, dictamque ipsius domini nostri papæ contumaciam, & processus ad ulteriora declarationem, in scriptis alta & intelligibili voce nomine ipsius sacrosanctæ synodi legit & pronuntiavit, ut in eadem schedula per eum lecta continetur. Cujus tenor sequitur sub his verbis: Hæc sancta synodus Basileensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, & ad hujusmodi actum legitime congregata, & pro tribunali sedens, audita petitione promotorum & procuratoris fiscalis ejusdem sanctæ synodi, & ex eorum relatione & productione instrumentorum visa ejusdem domini Eugenii papæ contumacia in parendo citatorio ejusdem sacri concilii, recepta etiam super hoc ad majorem cautelam per deputatos ejusdem synodi informatione tam de prædictis, quam de notitia ejusdem citatorii in Romana curia, decernit, declarat, & reputat dictum dominum Eugenium legitime citatum, sufficienterque expectatum, fuisse & esse contumacem, & ejus absentia non obstante, divina eamdem replente præsentia, contra eumdem dominum Eugenium papam ad ulteriora fore procedendum, prout sacro concilio videbitur, consideratis necessitatibus & utilitatibus universalis ecclesiæ. Qua siquidem contumaciæ declaratione & processus decreto sic lecto, præfatus dominus episcopus Albinganensis petiit eidem sacrosanctæ synodo, an hu-

* dicto

SESSIO XXVIII.

A jusmodi declarationis & decreti pronuntiatio per eum de mandato sanctæ synodi (ut præfertur) facta & lecta ipsi sanctæ synodo placeat. Quæ sacrosancta synodus alta voce respondit per verbum, Placet. De quibus omnibus & singulis præmissis præfati domini promotores nomine promotorio ejusdem petierunt a dominis sanctæ sedis apostolicæ protonotariis & nobis notariis & scribis ipsius synodi ad perpetuam rei memoriam fieri unum vel plura, publicum vel publica, instrumentũ vel instrumenta.* Celebrata si quidem solenniter extitit prædicta sessio, & acta fuerunt hæc omnia supradicta, ubi & prout supra scripta sunt. Et interfuerunt testes præsentes, venerabiles & circumspecti viri domini B & magistri Ægidius Camineti in medicina Parisiensis, & Ioannes de Segobia in theologia magistri Salamanticensis almarum universitatum studiorum generalium in dicta sancta synodo ambasiatores, Guilhelmus Kircher dictus de Constanna, & Ioannes de Cominibus archipresbyter Papiensis decretorum, & Stephanus de Novaria legum doctores, & Robertus Avelon licentiatus in decretis canonicus Cameracensis, cum pluribus aliis rogatis & requisitis.

* Acta sunt hæc Basileæ in ecclesia majori Basileensi, in sessione publica ejusdem synodi solenniter celebrata Kalẽdis Octobris, anno a nativitate domini 1437.

SESSIO XXIX.

De revocatione prætensa bulla papæ super translatione concilii facta.

C *Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans ad perpetuam rei memoriam.*

SESSIO XXIX.

COMPATIENS hæc sancta synodus miserabilibus ecclesiæ ruinis, & languoribus capitis atque membrorum ex intimis condolens visceribus, post editionem saluberrimorum decretorum in observationem legis domini & antiquorum canonum, post benignas & caritativas admonitiones summo pontifici per oratores plurimos directas, post annorum plurium expectationem cum multa patientia deductam, cum & decreta contemni, & admonitiones parvipendi, & inde scandala, divisiones & D schismata crescere videret, vitiaque & peccata majoribus adolescere incrementis, compulsa est tandem synodus ipsa regimini ecclesiastico provisionem quærere salutarem, & summum pontificem ad hoc vehementius excitare, ut ea quæ ad ipsius & universæ ecclesiæ salutem erant efficaciter agere curaret, cujus exemplum subditi facile imitantur. Et quoniam (ut Sapiens loquitur) *melior est manifesta correctio, quam amor absconditus: meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta blandientis oscula,* defectus aliquos debiti regiminis (qui ecclesiæ dicti fuerunt) flebili querela commemoravit, ut in melius emendarentur, nec ipsius summi pontificis aut aliorum valerent diutius obesse saluti. Et ut omnis E paternitas exhiberetur, nulla posita est pœnarum adjectio, sed tantum terminus conveniens præfixus extitit, ut infra illum aut per se aut per alium ipse in hac sancta synodo compareret, atque sic debito regimini ecclesiæ (prout publica necessitas maxime impellebat) opportune provideretur, veluti forma citationis editæ apertius indicavit, quod & maxime hæc sancta synodus agere urgebatur, dum potestatem habet immediate a Christo super universos Christi fideles, cujuscumque status, etiamsi papalis, existant, in his præsertim quæ ad reformationem pertinent. Denique ob ipsam causam reformationis congregata est, quæ nullatenus perfici potest, nisi summus pontifex ad eam reformationem

Prov. 27.

Sessio XXIX

cum effecto capessendam suum inclinaverit animum, cum etiam experientia docuerit ex editione decretorum, * ex qua salus effici debuerat, in locis pluribus turbationem fuisse subsecutam, dum ea per summum pontificem infringuntur, cujus auctoritate se tuentur qui hujusmodi decretis adversari volunt. Difficile quoque ceteri corriguntur, si regimen ipsius ac curiæ suæ non viderint emendatum, quod ab ipsis trahitur in exemplum. Verum summus ipse pontifex præfatam citationem pro tanta necessitate publicæ salutis emanatam, quæ etsi non placentia, tamen salubria continebat, aliquantulum molestius primo aspectu ferens quamdam ordinationis suæ paginam in adversum promulgasse dicitur. In qua primum de prosecutione * reductionis Græcorum varia recitans, ad impugnationem electionis loci pro œcumenico concilio per hanc sanctam synodum factæ, se convertit, solam Avinionensem civitatem commemorans, quæ rebus utique gerendis commodissima esse dignoscitur, omnique pace & securitate gaudere, tacita veritate de Basilea & Sabaudia in eadem electione conjunctis. Verum cum nostram illam electionem * & decreto cum Græcis edito plene satisfacere constet, atque loca rebus agendis commodissima, omni quoque nationi opportuna manifeste continere, non necesse est ut de hac re longiorem sermonem protrahamus: nec summus ipse pontifex laborem declinandi in alterum locorum illorum recusare debet, si bonum rei hujus tanto affectu desiderat, sicut in suis literis prædicavit. Refert prætterea divisionem in hujus electionis locorum negotio, proh dolor, suscitatam, quam & se confirmasse ostendit: quam utinam potius extinguere curasset. Nam & postquam galeæ & pecuniæ in Avinione pro locis per hanc sanctam synodum electis expeditæ fuerant, ipse alias galeas in Constantinopolim mittere curavit, divisionem Latinæ ecclesiæ coram Græcis ex duplici legationis missione demonstraturus: quæ quantum honori ecclesiæ Latinæ, quantum unioni Græcorum prosequendæ disconvenerant, nemo est qui non videat. Insuper justificare nititur, quod per venerabilem Ioannem archiepiscopum Tarentinum oratorem suum, in missione certarum literarum super hujusmodi divisione electionis transmissarum factum est, quod subticere honestius fuisset, ne nos pro tuenda nostra justitia rem illam magis aperire cogeremur. Nam & literas illas clandestine & falso bullatas fuisse jam notorium est. Et si summus pontifex de confessione ipsius archiepiscopi & aliis circumstantiis veram informationem acceperit, non impinget in hujus sacri concilii libertatem, quod ipse archiepiscopus in causam propter eam rem tractus sit, aut in domo propria arrestatus. Sed ad impugnandam eamdem libertatem, cujusdam procuratoris ipsius archiepiscopi captionem nobis objicit, quam jussu nostro constat nullatenus fuisse peractam, imo procuratorem ipsum jussu cujusdam prælati scandalosæ turbationi obviare volentis, quam procurator ipse per appellationem emittendam ab hoc sacro concilio, verisimiliter videbatur esse facturus, per publicum officialem captum hæc sancta synodus pro sua mansuetudine illico jussit expediri, qui & procurator adhuc nobiscum in plena libertate versetur. Nec præterea verum est per hoc sacrum concilium aut jussionem ipsius, aliquod spolium priori Futnensi (velut memoratæ literæ prætendunt) fuisse irrogatum, licet literæ aliquæ plurima scandalosa adversus hanc sanctam synodum & supposita ejusdem continentes, absque tamen nostro scitu, longe ab hac civitate eidem dicantur ereptæ. Nec tam leves colores ad impugnationem libertatis hujus sacri concilii quærere oportuit, cum & jam toti mundo constare possit tantæ libertatis & securitatis plenitudinem hic adesse, ut nullum locum uberiorem aut securiorem quam ipsam civitatem Basileensem sub imperiali protectione constitutam, & optima politia gubernatam, credamus inveniri. Ceterum adversus citationem emanatam plurima proferre conatur, quæ omnia ex superioribus rationibus evidentissime confutantur. Et sperandum est, ubi re ipsa plenius digesta summus pontifex effectum citationis hujusmodi animadverterit, in quærenda ipsius & aliorum salute versari, ut languor acerrimus a corpore mystico ecclesiæ depellatur, non adeo adversus citationem ipsam succensebit: quæ etsi aliquid amaritudinis more salubris medicinæ in primo gustu ferre videatur, eam tamen in novissimis jucundam & salutiferam esse (Deo aspirante) persentiet, nec eam bono publico aut caritati adversam, imo potius suæ saluti ac ecclesiæ necessitati accommodam fuisse cognoscet. Quod vero tale aliquid priora ignorasse sæcula commemorat, si rerum gestarum percurrat historias, non tantum summos pontifices de corrigendis defectibus fuisse admonitos conspiciet, sed etiam depositos a papatu, ac etiam nonnullis obedientiam ex multis causis fuisse subtractam. Sed si abusuum incrementa nunc vigentia, si longam & fortem adversus sanctam synodum & reformationem ecclesiæ resistentiam perseverantem, quæ priora sæcula ignorarunt, animadvertat, nihil admirabitur hujus citationis nunc repertum fuisse antidotum. Omittimus verba, quæ adversum nos gravia proferuntur, recensere, omnia mansuetis & mitibus animis sustinentes, dum salutem ecclesiæ prosequamur. Sed denique summus pontifex talibus qualibus supradictis coloribus suffultus, dum huic sanctæ synodo, in his præsertim quæ ad reformationem pertinent, obedire tenetur, & ad eamdem evocatus, aut super rebus propositis in eum excusationem afferre, aut cunctis in melius emendatis, regimini ecclesiastico dorsum salutem, ipse hanc sanctam synodum dissolvere ac in civitatem Ferrariensem transferre conatur, cum plurimum adjectione censurarum, si virtute præfati citatorii in aliquo processum fuerit aut adversus eum, seu sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, aut præsidentes oratores suos, qui in hoc concilio fuerunt, vel aliquem ipsorum, aliqua novitas illata fuerit, vel etiam quidquam a die citatorii factum, continuatum vel servatum extiterit. Estne hæc obedientia, quam conciliis generalibus per summos pontifices & alios quoscumque sacra Constantiensis synodus, in his præsertim quæ ad reformationem pertinent, declaravit exhibendam? memor verborum Christi, qui postquam Simoni Petro dixerat: *Si te non audierit, dic ecclesiæ: si ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam Ethnicus & publicanus*, continuo subjecit: *Amen dico vobis: Quæcumque ligaveritis super terram erunt ligata & in cælo* (Matth. 18.) quam & ecclesiæ auctoritatem a Christo donatam, esse etiam supra papam, si quis prius ambigeret, jam hoc ipsius magnæ synodi Constantiensis auctoritas aperte declaravit, cujus hæc verba sunt: Ipsa synodus in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem prædicti schismatis, ac generalem reformationem ecclesiæ Dei in capite & in membris. Item declarat, quod

Marginal notes: * quæ salutem afferre; * unionis; * de; Constantiensis concilii sess. 4. & 5.

Anno Christi 1437

Constantiensis concilii sessione 5.

quicumque cujuscumque status, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus hujus sanctæ synodi, & cujuslibet alterius legitime congregatæ, seu pertinentibus ad ea, factis & faciendis, contumaciter obedire contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia recurrendo. Quorum virtute decretorum subsecuta fuit felicis recordationis papæ Martini electio, cui ipse dominus Eugenius succedit, qui etiam ipsi Constantiensi concilio, cum esset in minoribus, præsens interfuit. Iam vero ipse non solum non obedit synodo generali, sed & super illam in reformationis proprio negotio se judicem constituere molitur, eam propria voluntate dissolvere volens, atque in alium locum suæ origini propinquum evocare, ubi (sicut verisimiliter creditur) ita dominari sperat, ut resisti suæ non possit voluntati. Sed nec eum decuit oblivisci quod jam altera vice dissolutionem synodi facere attentaverit, quam deinceps revocare & inanem atque irritam fateri opportuit. Scire insuper debuit, jamdudum in hac sancta synodo fuisse solenniter decretatum, assentientibus plurimis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, quorum aliqui adhuc de præsenti cum eo sunt, ut hoc concilium per papam sine expresso consensu duarum partium ejusdem concilii, votis singulorum per deputationes in generali congregatione scrutatis, postea solenni sessione subsecuta, dissolvi non possit, aut de loco ad locum transmutari, pœnis omnibus atque censuris ferendis in adversum extunc cassatis & irritatis. Formidare præterea debuit aliud concilium in Ferraria erigere, cum alio decreto perantea edito declaratum sit, omne concilium quod isto durante alibi contigerit eligi, non fore concilium, sed schismaticorum conventiculum. Intelligitur autem durare hoc concilium juxta præmissi decreti seriem, donec ex consensu duarum ejus partium fuerit dissolutum: quæ decreta ipsius domini Eugenii subsequenti adhæsione corroborata sunt, ac per suos oratores præsidentes saltem nominibus propriis jurata. Sed & antea in decreto concilii Constantiensis quod incipit, Frequens, fuerat ordinatum, ut locus futuri concilii cum consensu ipsius concilii congregati eligi deberet: & si concilio dissoluto locum illum mutari oporteret ex causis legitimis, tunc alius locus ejusdem nationis eligi deberet. Si vero causæ illæ totam nationem concernerent, locus vicinior assumeretur. Quod si locum futuri concilii alio tempore celebrandi sine consensu concilii actu congregati assignare, & nisi ad loca ibidem declarata mutare non potest, multo minus concilium congregatum incontinenti sine ipsius consensu ad locum alium sua voluntate transferre. Denique non debuit oblivisci decreti super conventione Græcorum per ipsum approbati, quo cavetur, concilium in Basilea firmiter esse permansurum, donec Græci ad portum per hanc sanctam synodum eis nominandum pervenerint. Quo pacto igitur, quove consilio nunc hujus concilii dissolutionem aut translationem efficere frustra conatur? Sed quis ille usus est plenitudinis suæ potestatis, dum si contra aliquem oratorum suorum, utpote archiepiscopum Tarentinum, (de quo mentionem feceras) quidquam agatur pro debito justitiæ, ob eam causam vult etiam concilium dissolvi? Denique unionem Bohemorum, quam tantis laboribus hæc sancta synodus perquisivit, dum pro ultimato ejus complemento instamus, conturbare nititur hujus prætensæ ordinationis series, quæ ultra triginta dies hanc sanctam synodum huic negotio prohibet intendere. O admiranda consilia, quæ ad enervationem auctoritatis ecclesiæ, & suiipsius destructionem summo pontifici suggeruntur! quæ si conniventibus oculis pertransiret hæc sancta synodus, tota confundi timeretur ecclesiæ auctoritas: & quis in papatum assumptus posset universam Christianitatem pro sua voluntate decolorare, nec ulla esset resistentia. Quinimo & accusatus de hæresi aut quovis crimine, confestim synodum accusantem & corripientem dissolvere tentaret, ne subiret judicium? Nunc quoque dolentissime ferendum est tale exemplum a domino Eugenio donari posteris, ut judicium subterfugiendo, ad detestabile refugium prætensæ dissolutionis concilii se convertat. Qui & non recte de auctoritate ecclesiæ sentire videtur, dum ipsius ecclesiæ congregatæ, cui (uti declaratum est) obedire tenetur, ipse se judicem constituit, & adversus tot decreta, tot sanctiones conciliorum, eam conatur dissolvere, qui tamen dudum in adhæsione sua, cum de revocatione literarum incipientium, Deus novit, mentio haberetur, ipse quidquid per eum aut suo nomine in præjudicium aut derogationem hujus Basileensis concilii, seu contra ejus auctoritatem factum, attentatum seu assertum erat, cassavit, irritavit & annullavit, nullaque & irrita fuisse & esse declaravit, & se deinceps a novitatibus & gravaminibus seu præjudiciis inferendis huic sacro concilio, aut suppositis ejus & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu desistere pollicitus est. Cum igitur talia in adversum perpetrata, quæ universis fidelibus detestanda & abhorrenda sunt, nullatenus sub dissimulatione pertransire valeamus, volens hæc sancta synodus (sicut tenetur) de opportunis remediis providere, declarat hujusmodi prætensam dissolutionem hujus concilii ac translationem in civitatem Ferrariensem per dominum Eugenium papam quartum factas, cum omnibus censuris, pœnis & aliis inde secutis, nullas esse, penitusque irritas & inanes, mandans, obsecrans & præcipiens eidem, ut hæc (sicut de facto processerunt) revocata habeat, & advertat ipse pœnas quæ dudum in decreto hujus sanctæ synodi, quod incipit, Quoniam frequens, etiam ante ipsius adhæsionem in undecima sessione promulgato, contra Romanum pontificem ad concilium generale quoquo modo dissolvendum, mutandum, prorogandum operam dantem, prolatæ fuerunt: ubi expresse cavetur, quod si Romanus pontifex talia agens infra quatuor menses cum reali satisfactione non resipuerit, extunc a papali administratione sit ipso facto suspensus; quæ quidem papalis administratio ad sacrum generale concilium ipso jure devolvatur. Quod si pœnam ipsam per duos menses post prædictos quatuor menses sustinuerit animo indurato, contra ipsum usque ad privationem inclusive per concilium generale procedatur: quas quidem pœnas hæc sancta synodus ipsum dominum Eugenium, nisi resipuerit, decernit & declarat incursurum, juxta terminos in prædicto decreto undecimæ sessionis præfixos, ad quarum pœnarum executionem, nisi resipuerit, (ut prælibatum est) merito procedemus.

Basileensis concilii sessione 11.

Ibidem.

Constantiensis concilii sessione 4. 5. & 39.

Basileensis concilii sessione 19.

Sessio XXIX.

Basileensis concilii sessione 16.

Basileensis concilii sessione 18.

Insuper hæc sancta synodus omnem nominationem, electionem, assumptionem loci Ferrariensis factam, tamquam decretis ipsius synodi repugnantem, sicut de facto processit, cassat & irritat, imo verius cassam & irritam esse declarat. Et casu, quo in eadem civitate aut alibi adversus præfatorum decretorum nostrorum tenorem summus ipse pontifex concilium erigere inceperit vel incipiet in futurum, mandat & præcipit hæc sancta synodus universis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis quibuscumque

SESSIO XXIX.

in curia dicti domini Eugenii existentibus, qui synodis generalibus de jure vel consuetudine interesse tenentur, ut ad hoc sacrum concilium Basileense, ceteri vero ad loca suorum beneficiorum vel alibi extra curiam se transferant, sub pœnis excommunicationis, privationis omnium beneficiorum, dignitatum & officiorum, & inhabilitationis perpetuæ, quas, si contra fecerint, ipso facto incurrant.

Inhibet præterea sub eisdem pœnis hæc sancta synodus, ne quisquam, cujusvis status & dignitatis, etiamsi cardinalis, patriarcha, archiepiscopus, vel episcopus fuerit, ab hac sancta synodo vigore seu prætextu dissolutionis aut translationis per ipsum dominum Eugenium factæ recedere audeat, vel ab actibus conciliaribus ullo pacto desistere, seu hujusmodi translationi vel dissolutioni quomodolibet obedire. Decernit quoque hæc sancta synodus, ut omnes & singuli ad hoc concilium libere accedere possint, ac si præfatæ dissolutio & translatio prætensæ nullatenus emanassent, nec quisquam venientes ad hoc sacrum concilium quovis modo habeat impedire. Universis quoque Christi fidelibus sub pœnis excommunicationis inhibet, quacumque dignitate ecclesiastica vel sæculari, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, pontificali, imperiali, regali, vel alia quacumque præfulgeant, ne ad tale pretensum concilium per ipsum dominum Eugenium (ut præmittitur) erectum vel erigendum, accedere vel mittere præsumant, neque etiam universitates, collegia, capitula, communitates ad tale prætensum concilium mittant. Quod si fecerint, ipso facto ecclesiastico subjaceant interdicto.

Denique, ne ipse dominus Eugenius jugiter graviora gravioribus addere præsumat, nova schismata & scandala suscitando, auctoritatemque universalis ecclesiæ vehementius impugnando, inhibet eidem hæc sancta synodus ne deinceps adversus ipsam quidquam innovet, eamdem vel ejus supposita & eidem adhærentes perturbando, vel molestando, seu jam attentata continuet, ac etiam universos qui beneficia, dignitates, personatus & officia suppositorum hujus sacri concilii, seu eidem concilio adhærentium impetraverint, seu obtinuerint, seu impetrare tentaverint vel obtinere, etiamsi motu proprio concessa fuerint, & omnes qui hujusmodi impetrationi vel provisioni beneficiorum, dignitatum, personatuum & officiorum quorumcumque, assensum, favorem, vel * auxilium dederint, quacumque præfulgeant dignitate (ut præmittitur) ecclesiastica vel sæculari, etiamsi universitates, communitates, collegia, vel capitula fuerint, aliquod seu aliqua suppositorum hujus concilii & eidem adhærentium, vigore seu prætextu prętensæ ordinationis per ipsum dominum Eugenium factæ, in suis beneficiis ac aliis rebus molestaverint vel perturbaverint, quacumque auctoritate ordinaria vel delegata. Decernit eadem sancta synodus, pœnis excommunicationis, privationis ab omnibus beneficiis, officiis & dignitatibus, ac inhabilitationis ad eadem, quantum ad singulares personas, etsi universitates, communitates, vel collegia, aut capitula fuerint, interdicto ecclesiastico ipso facto subjacere, decretis hujus sanctæ synodi quæ incipiunt, Ambitiosorum, &, Ut sacri, &, Cum Christi ecclesia, & aliis quibuscumque ipsius decretis & ordinationibus in suo robore duraturis. Insuper universis prælatis, etiam pontificali dignitate præfulgentibus, capitulis, universitatibus, communitatibus & collegiis, ac aliis quibuscumque personis ecclesiasticis, sub pœnis prædictis quoad singulares personas, & quoad communitates, universitates, collegia, capitula, sub pœnis cessationis a divinis & interdicti, quas, si contra fecerint, incurrant ipso facto. Prohibet hæc sancta synodus, ne aliquem qui præfata beneficia, dignitates, personatus, & officia suppositorum hujus sacri concilii & eidem adhærentium (sicut præmittitur) obtinuerit, recipere seu admittere ad possessionem vel investire quovis modo audeant: literis quoque, * provisionibus, & mandatis papalibus, vel aliis quibuscumque, quacumque auctoritate ordinaria vel delegata, sub quibuscumque censuris, vel pœnis emanatis, super hujusmodi privationibus ac præfatorum beneficiorum, dignitatum, personatuum, & officiorum collationibus, hæc sancta synodus decernit nullatenus fore obediendum, quodque adversus pœnas superius præmissas nullus restitui, etiam ad divinorum celebrationem rehabilitari, reintegrari, sed nec a sententia excommunicationis (excepto dumtaxat in mortis articulo) absolvi, vel etiam quoad communitates & capitula ac universitates & collegia interdicta relaxari, nisi per hanc sanctam synodum, possint. Ut autem nullus hujus nostræ ordinationis & decreti possit quovis modo prætendere ignorantiam, volumus & mandamus hanc præsentem paginam valvis hujus ecclesiæ cathedralis Basileensis sub nostra bulla affigi atque publicari, & per affixionem ipsam eidem domino Eugenio, ac universis & singulis intimari. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, decreti, mandati, cassationis, irritationis, inhibitionis, inhabilitationis, privationis, excommunicationis, interdicti, a divinis cessationis, declarationis, affixionis & intimationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesiæ se noverit incursurum.

Datum in sessione nostra publica, in ecclesia majori Basileensi quarto Idus Octobris celebrata, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

* consilium

* provisionum,

Basileensis concilii session 8. 13. & 26.

ANNO CHRISTI 1437

SESSIO XXX.

Super modo communionis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XXX.

Ut lucidius videatur pro declaratione catholicę veritatis, quid circa perceptionem sacrę eucharistiæ tenendum sit, & agendum pro utilitate & salute populi Christiani, post diligentem perscrutationem divinarum scripturarum, sacrorumque canonum & doctrinarum a sanctis patribus & doctoribus traditarum, in hac sancta synodo longis temporibus habitam, consideratisque omnibus quæ pro declaratione hujus rei consideranda fuerunt, decernit & declarat eadem sancta synodus, quod fideles laici sive clerici communicantes, & non conficientes, non adstringuntur ex præcepto domini ad suscipiendum sub utraque specie, panis scilicet & vini, sacrum eucharistię sacramentum. Sed ecclesia, quæ regitur Spiritu veritatis secum manente in æternum, & cum qua Christus manet usque ad consummationem sæculi, (sicut ait divina scriptura) ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reverentia ipsius sacramenti & salute fidelium videtur expedire. Sive autem

De sumptione corporis Christi sub una tantum specie.

Matth. 28.

ANNO CHRISTI 1437.

autem sub una specie, sive sub duplici quis communicet, secundum ordinationem seu observantiam ecclesiæ, proficit digne communicantibus ad salutem. Nec ullatenus ambigendum est, quod non sub specia panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integre totus Christus. Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicum populum sub una specie, ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutissime observata, & a doctoribus divinæ legis sacrarum scripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, jam a longævo tempore commendata, pro lege habenda est, nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate ecclesiæ ipsam immutare.

Datum Basileæ in nostra solenni & publica sessione, decimo Kalendas Ianuarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

ANNO CHRISTI 1438.

SESSIO XXXI.

I.

De causis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

SESSIO XXXI.

ECCLESIASTICÆ solicitudinis studium jugiter invigilare convenit, ut fraterna caritas in clero ac populo Christiano vigeat, nec quisquam per vexationes & afflictiones indebitas proximum suum opprimere permittatur: sicque justitia ordine debito cuilibet ministretur, ut & viris dolosis auferatur nocendi licentia, & quies ac tranquillitas rectorum non facile perturbetur. Inoleverunt autem hactenus intolerabilium vexationum abusus permulti, dum nimium frequenter a remotissimis etiam partibus ad Romanam curiam, & interdum pro parvis & minutis rebus ac negotiis quamplurimi citari & evocari consueverunt, atque ita expensis & laboribus fatigari, ut nonnunquam commodius arbitrarentur juri suo cedere, aut vexationem suam gravi damno redimere, quam in tam longinqua regione litium subire dispendia. Sic facile extitit calumniosis opprimere pauperes, sic beneficia ecclesiastica plerumque minus juste per litium anfractus obtenta sunt, dum justis possessoribus eorum, seu quibus illa de jure competebant, neque opes neque facultates ad illos sumptus sufficere poterant, quos longinqua profectio ad Romanam curiam, & litis agitatio in eadem deposcebant. Confunditur etiam exinde ordo ecclesiasticus, dum ordinariis judicibus sua jurisdictio minime servatur, pecuniæ & facultates regnorum ac provinciarum hoc pacto non parum diminutæ sunt. Et quod universo ecclesiastico ordini admodum nocere compertum est, hi, quos ad summa negotia Christianæ religionis sublimitas dignitatis evocabat, minus illis reddebantur intenti, dum ipsorum mentes nimium occupabat assidua causarum multitudo. Quæ attendens hæc sancta synodus, & pro reformatione ecclesiæ Dei in capite & in membris, juxta potestatem sibi a domino concessam evigilans, ut omnia deinceps ordine congruo peragantur, ad salutem animarum, & pacem ac quietem cunctorum, statuit & decernit, quod in partibus ultra quatuor diætas a Romana curia distantibus, omnes quæcumque causæ, exceptis majoribus in jure expresse enumeratis, & electionum ecclesiarum cathedralium, & monasteriorum, quas immediata subjectio ad sedem apostolicam devolvit, apud illos judices in partibus qui de

A jure aut consuetudine præscripta vel privilegio cognitionem habent terminentur & finiantur. Et ne sub umbra appellationum, quæ nimium leviter, & nonnunquam frivole hactenus interponi visæ sunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpe multiplicari, materia fovendis injustis vexationibus relinquatur, statuit eadem sancta synodus, quod si quis offensus coram suo judice habere non possit justitiæ complementum, ad immediatum superiorem per appellationem recursum habeat: nec ad quemcumque, etiam ad papam, obmisso medio, neque a gravamine in quacumque instantia ante diffinitivam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale gravamen extiterit quod in diffinitiva sententia reparari nequiret:

B quo casu, non alias, ad immediatum superiorem licet appellare. Si vero quispiam a sedis apostolicæ immediate subjecto ad ipsam sedem duxerit appellandum, causa per rescriptum usque ad finem litis inclusive in partibus committatur, nisi forte propter defectum justitiæ, aut justum metum, etiam in partibus convicinis, de quibus in commissione exprimendis legitimo prius documento, alias quam per juramentum summarie constiterit, apud ipsam sedem foret merito retinenda. Et quidquid in contrarium hujus saluberrimi decreti attentatum, factum vel obtentum fuerit, sit nullum ipso facto. Litigantes, qui contra fecerint, in expensas condemnentur: Romanæ vero ecclesiæ cardinales, vicecancellarium, camerarium, magnum pœnitentiarium, protonotarios, & alios sedis apostolicæ officiales, actu in Romana curia suis officiis insistentes, hoc decreto non intendimus comprehendi. Ne tamen in dissolutionem vel translationem præsentis concilii, aut erectionem conventiculi apud Ferrariam, val alibi sub nomine concilii generalis, quas dominus Eugenius papa quartus efficere conatus est, vel conaretur in futurum, causas illas, & maxime incorporatorum aut incorporandorum in hoc sacro concilio, quas hæc sancta synodus remitteret, aut non reciperet, in curiam ipsius domini Eugenii, aut præfatum conventiculum Ferrariense, vel aliud de facto trahi contingeret in fomentum dis-

D solutionis, translationis & erectionis prædictarum, voluit eadem sancta synodus, causas quascumque pendentes & commissas, aut etiam quascumque causas incorporatorum atque incorporandorum, atque alias per appellationem devolutas aut devolvendas, nec non illas quæ observationem decretorum ipsius sanctæ synodi concernunt, apud eamdem sanctam synodum, ipsa durante, seu donec aliter fuerit ordinatum, tractari, salvis etiam advocationibus causarum pendentium in Romana curia per quæcumque nostra decreta factis aut faciendis, decretis etiam aliis & ordinationibus ejusdem sanctæ synodi in suo robore remanentibus.

E Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, nono Kalendas Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimooctavo.

II.

Aliud decretum de collationibus beneficiorum in eadem sessione publicatum.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Placuit divinæ pietati hoc tempore animos hominum qui variis abusibus irretiti cœperant vehementius excitare, ut salus quæreretur cunctorum,

Sessio XXXI.

& per synodum universalem mores ecclesiæ in melius reformarentur, cum salutari directione capitis & membrorum in viam justitiæ & sanctitatis. Quod ut facilius atque ordinatius fieret, & ne sub prætextu variarum opinionum aut Romani pontifices, aut alii quicumque, non satis universalibus conciliis obedirent, prædisposuit eadem divina pietas in sacro Constantiensi concilio synodorum universalium jurisdictionem ita declarari, ut nulli relinqueretur ambigendi occasio, cum decreto solenni diffinitum extitit, universale concilium habere auctoritatem immediate a Christo, cui quilibet, cujuscumque status & dignitatis, etiamsi papalis fuerit, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & reformationem ecclesiæ Dei in capite & in membris ac pertinentibus ad ea. Dum autem hæc cura reformandæ ecclesiæ huic sanctæ universali synodo Basileensi incumbit, hoc unum singulari solicitudine prosequendum arbitratur, ut per singulas ecclesias ministri instituantur idonei, qui scientiis & virtutibus effulgeant, ad Christi gloriam & universi populi Christiani ædificationem salutarem, cui rei grave impedimentum hactenus afferre visa est gratiarum expectativarum multitudo, quæ gravem ordini & statui ecclesiastico perturbationem, variasque inordinationes ac plurima discrimina comperitur injecisse. Ex his enim frequentius dati sunt ecclesiis ministri non probati, nec cogniti, vacaturorumque beneficiorum expectatio, quæ, sicut antiqua jura testantur, occasionem desiderandæ mortis alienæ præstare solet, quod plurimum præjudicat animarum saluti; sed & insuper lites innumeræ & contentiones inter servos Dei excitantur, rancores & jurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fovetur ambitio, facultates ac pecuniæ regnorum & provinciarum mirum in modum exhauriuntur, pauperes discurrendo ad Romanam curiam innumerabiles vexationes subeunt, & inter viarum discrimina nonnunquam spoliantur, occiduntur, ac variis affliguntur pestibus: atque etiam suis patrimoniis ac parentum opibus exhaustis gravi egestati subjacere coguntur. Plurimi absque justo titulo beneficia sibi vendicant, & non quibus de jure debentur illa obtinent, sed nonnunquam hi, quibus aut circumveniendi proximum major astutia, aut ad litigandum facultas suppetit uberior: sub involutionibus quoque prærogativarum, antelationum, aliorumque hujusmodi gratias concomitantium, fraudes plurimas & deceptiones contingit inveniri. Iuvenibus etiam, qui studio literarum & virtuosis operibus intendere deberent, datur materia evagandi, qui sæpius per litium anfractus & varios discursus ratione gratiarum ipsarum turbantur & inquietantur. Ordinariis collatoribus suum ministerium subtrahitur, & confunditur ordo ecclesiasticus, dum unicuique sua jurisdictio non servatur. Romanique pontifices, dum officia inferiorum nimium sibi vendicant, a majoribus & magis fructuosis operibus universale bonum concernentibus retrahuntur, nec inferiorum directioni atque correctioni invigilant, sicuti publica utilitas exposcit. Quæ omnia gravem confusionem statui clericali & sacerdotali in dispendium divini cultus & præjudicium publicæ salutis afferunt, possentque graviorem in futurum afferre ruinam, rebus his in deteriora jugiter prolabentibus, nisi provideretur in adversum. Volens itaque hæc sancta synodus super his opportunum remedium adhibere, statuit & decernit, ut Romanus pontifex, qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias expectativas aut nominationes nullo modo nullave ex causa concedat,

A cum ipse præ ceteris, ne sit tantorum occasio malorum, abstinere debeat. Frustra enim inferioribus inhiberetur, si ipse, qui aliis debet esse omnium bonorum & virtutum exemplar, non abstineret. Vt enim ille sanctissimus & doctissimus Leo papa inquit, totius familiæ domini status & ordo mutabitur, si quod inquiritur in corpore non invenitur in capite. Integritas etiam præsidentium, salus dignoscitur esse inferiorum. Cessentque de cetero jam factæ: & tam ipsæ, quam etiam fiendæ, si quæ fiant, nullæ sint ipso facto, exceptis illis gratiis & nominationibus super quibus processus jam sunt expediti, quas ex certis rationabilibus causis in octo mensibus, quibus hactenus cursum consueverunt habere, tolerandas duximus, donec aliter
B fuerit ordinatum. Reservationes etiam particulares, quæcumque fuerint, beneficiorum vacaturorum, tam per Romanos pontifices, quam per legatos sedis apostolicæ, de cetero nullæ sint ipso facto. Non tamen intendit prohibere hæc sancta synodus hoc præsenti decreto, quo minus futuri Romani pontifices tempore pontificatus sui, modo honesto & convenienti, de uno beneficio ad collationem, in qua fuerint decem beneficia, & de duobus ubi fuerint quinquaginta, & ultra, disponant, ita tamen ut in eadem ecclesia cathedrali, vel collegiata, duas præbendas suo tempore non conferant, ut qualificationes graduatorum inferius designatæ in ipsis præbendis suum valeant sortiri
C effectum. Neque etiam collationes per præventionem fiendas intendit impedire; decreto nostro de reservationibus, quoad cetera, & aliis decretis hujus sanctæ synodi in suo robore duraturis. Vt vero ceteri ad quos beneficiorum, dignitatum, personatuum, officiorum, & administrationum collatio, seu quævis dispositio spectat, ad providendum literatis viris & scientia perornatis specialius adstringantur, voluit eadem sancta synodus certas qualitates virorum literatorum & graduatorum designari, quibus certo ordine debeat provideri, prout inferius annotatur; adjiciens quod si per prælatos & doctores alicujus nationis in hoc concilio consistentes, pro bonu suæ nationis aliter
D circa hujusmodi qualificationes disponendum videatur in futurum, quidquid per illos fuerit ordinatum, & in generali congregatione præsentis concilii conclusum, exnunc prout extunc ratum & firmum habeatur, & vim decreti habeat, ac si in præsenti decreto de verbo ad verbum expressum foret. Quod si quis cujuscumque status, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, pontificalis, aut alterius cujuslibet dignitatis, contra prædictum ordinem & qualificationes (ut præmittitur) designatas vel designandas, de ipsis beneficiis, dignitatibus, personatibus, officiis & administrationibus quovis modo disposuerit, eo ipso sit irritum & inane. Collatio-
E que hujusmodi ac provisio, seu quævis dispositio, ad superiorem proximum devolvatur, qui similiter habeat providere: quod si non fecerit, ad alium superiorem proximum devolvatur, gradatim usque ad summum pontificem ascendendo. Non volumus tamen ordinarios collatores, & eos ad quos præsentatio seu alia quævis dispositio beneficiorum spectat, in quatuor mensibus, quibus præfatæ gratiæ expectativæ vel nominationes cursum non habent, donec ipsæ gratiæ & nominationes ad eorum collationem, provisionem, præsentationem seu dispositionem concessæ cessaverint, ad qualificationes infrascriptas observandas adstringi.

Anno Christi 1438.

In epistola 65 ad Africanos episcopos, cujus initium est: Cum in ordinationibus.

Sequuntur

III.

Sequuntur qualificationes & ordo in conferendis beneficiis per ordinarios, de quibus supra tactum est.

Primo, cum per generalis concilii statuta sancte ordinatum existat, quod quælibet ecclesia metropolitica teneatur & debeat unum habere theologum, qui sua doctrina & prædicationibus fructum salutis afferat, ordinat hæc sancta synodus, quod extendatur etiam hujusmodi ordinatio ad ecclesias cathedrales, taliter videlicet, quod quilibet collator ipsarum præbendarum teneatur & debeat canonicatum & præbendam, quamprimum facultas se obtulerit, & inveniri poterit, uni magistro licentiato, vel in theologia baccalaureo formato conferre, qui per decennium in universitate privilegiata studuerit, & onus residentiæ ac lecturæ & prædicationis subire voluerit, quique bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas, cessante legitimo impedimento, legere habeat; &, quoties ipsum in hujusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium capituli in subtractione distributionum totius hebdomadæ puniri possit. Et si residentiam deseruerit, de alio provideatur. Verumtamen, ut liberius studio vacare possit, nihil perdat cum absens fuerit a divinis. Insuper quod in qualibet ecclesia cathedrali vel collegiata, ultra prædictam præbendam theologo (ut præmittitur) assignandam, tertia pars præbendarum conferatur graduatis alias idoneis modo & forma inscriptis, sic quod prima vacatura hujusmodi graduato, & deinde post alias duas sequens eo modo conferatur, & sic deinceps, videlicet magistris aut licentiatis seu baccalaureis formatis in theologia, qui per decennium in aliqua universitate privilegiata doctoribus seu licentiatis in altero jurium vel medicina, qui per septem annos in sua facultate studuerint in universitate, ut supra, magistris seu licentiatis in artibus, cum rigore examinis, qui per quinquennium in aliqua universitate a logicalibus inclusive & supra in artibus, vel in alia superiori facultate studuerint, nec non in theologia, qui per sex annos vel in utroque aut in altero jurium, baccalaureis qui per triennium, si nobiles ex utroque parente, & ex antiquo genere, alias autem per quinquennium consimiliter in aliqua universitate privilegiata ad minus suum studium fecerint, qui de prædictis gradibus, tempore & nobilitate supradictis fidem facere teneantur collatori per legitima documenta. Exhortamur tamen ordinarios collatores, quod in conferendis beneficiis hujusmodi, præsertim quoad dignitates, respectum habeant singulariter ad magistros, nec non licentiatos & baccalaureos formatos in theologia. In dignitatibus vero non electivis, personatibus, administrationibus & officiis dictarum ecclesiarum, idem ordo, modus & forma in omnibus observentur. Quod si quis ex dictis qualificatis, tempore vacationis præbendæ seu dignitatis hujusmodi alias duas obtineat præbendas, seu dignitates & præbendas, vel aliud seu alia beneficium aut beneficia, quod vel quæ, residendo in altero ipsorum, & horis divinis interessendo, valeret seu valerent usque ad summam seu æstimationem ducentorum florenorum cameræ, similiter quicumque duas præbendas cathedrales obtinuerit, nullatenus in ipsa tertia parte includi seu comprehendi censeatur. In ecclesiis autem parochialibus, quæ in civitatibus aut villis muratis existunt, instituantur personæ sic ut supra qualificatæ, aut ad minus qui per tres annos in theologia, vel in altero jurium, seu magistri in artibus, qui in aliqua universitate privilegiata studentes fuerint, & hujusmodi gradum adepti fuerint, si tales potuerint inveniri, qui voluerint hujusmodi beneficiis deservire. Et, ut facilius inveniri possint, statuit hæc sancta synodus, quod quolibet anno, durante tempore quadragesimæ, omnes & singuli hoc modo qualificati, de ipsa diœcesi & alii qui voluerint, habeant per se vel per procuratorem sua nomina exhibere illis ad quos beneficiorum curatorum collatio vel præsentatio spectat, seu eorum vicariis. Quod si non fecerint, collatio seu præsentatio vel dispositio aliter quam (ut præmittitur) facta non propter hoc irrita censeatur. Et similiter in collatione tertiæ partis præbendarum superius memorata intelligatur, si tot graduati seu qualificati modo præmisso poterint inveniri, teneanturque (ut præmittitur) ipsi graduati & qualificati sua nomina tempore prædicto ipsis ad quos beneficiorum dispositio spectat, seu eorum vicariis, exhibere per se vel per procuratorem. Quod si non fecerint, collatio seu præsentatio vel dispositio aliter quam (ut præmittitur) facta non propter hoc irrita censeatur. Si autem illi, ad quos beneficiorum quævis dispositio spectat, contra supradictarum qualificationum designationem & ordinem aliquod beneficium contulerint, seu ad ipsum præsentaverint, vel quomodolibet disposuerint, sit ipso facto irritum & inane, velut superius præmissum est. Et nihilo minus per concilia provincialia cum in his defecerint, aut etiam personis non idoneis quoquo modo providerint, juxta tenorem constitutionis concilii generalis, quæ incipit, Grave de præbendis, corrigantur & debite puniantur. Illi vero, ad quos beneficiorum regularium spectat collatio seu dispositio, prætermissis indignis, eadem religiosis idoneis conferant & assignent. Quod si aliter fecerint, per eorum superiores & capitula provincialia corrigantur, & debite puniantur.

Theologum in cathedralibus collegiis cui ad minus unum esse oporteat.

Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, nono Kalendas Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimooctavo.

IV.

Decretum tertium promulgatum in eadem sessione, de suspensione domini Eugenii papæ IV.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Audivit omnis ecclesia jam a plurimo tempore quo pacto hæc sancta synodus inter cetera ob reformationem ipsius ecclesiæ Dei in capite & in membris specialiter congregata, cum sua decreta salubria passim contemni prospiceret, abusuumque deformitatem continuari, atque etiam plus solito invalescere in divinæ majestatis offensam, & universi sacerdotii atque totius Christianæ religionis ruinam miserabilem, videretque periculosissimum schisma per erectionem alterius prætensi concilii, isto durante, & alia plurima scandala imminere populo Dei, & universo orbi perturbationem non modicam ex resistentia, quam adversus debitam reformationem ecclesiæ & salubria hujus sanctæ synodi opera dominus Eugenius papa IV. divisionem assiduam fovendo, & libitum propriæ voluntatis decretis & ordinationibus synodalibus præferendo, præstare videbatur; impulsa est post longam plurium annorum expectationem, super regimine ecclesiastico salubrem provisionem quærere, & ipsum dominum Eugenium inducere, ut ea quæ saluti suiipsius & universæ ecclesiæ congruebant in tantia

SESSIO XXXI.

tamque urgentibus necessitatibus agere curaret, cum hoc ipsum eidem sanctæ synodo maxime liceret atque incumberet ea ea auctoritate quam a Christo immediate accepit, cui universi fideles, cujuscumque status, etiamsi papalis existant, obedire tenentur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis & reformationem ecclesiæ in capite & in membris, veluti determinatio universalis ecclesiæ in sacris scripturis fundata, & in celeberrimo concilio Constantiensi promulgata, diffinivit, adjiciens quod quicumque contumaciter ipsi universali concilio obedire contempserit in prædictis & pertinentibus ad ea, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, ad alia juris remedia, si opus fuerit, recurrendo. Et tandem pridie Kalendas mensis Augusti novissime præteriti, decrevit hæc sancta synodus, terminum sexaginta dierum peremptorie præfigere, infra quem præfatus dominus Eugenius coram eadem synodo per se vel per alium compareret, si qua super prædictis ac aliis in dicto monitorio expressis, ceterisque in futurum proponendis, quæ tunc non sine rationabili causa tacebantur, pro sui excusatione vel defensione duceret proponenda. Quo termino elapso, sive dictus dominus Eugenius compareret, sive non, hæc sancta synodus ad ulteriora procedere decrevit, cognoscendo & terminando, prout ecclesiæ sanctæ Dei, Spiritu sancto dictante, videretur expedire. Sed (quod cum dolore referimus) ipse dominus Eugenius infra assignatum terminum neque per se neque per alium comparere voluit, aut minimam excusationem, si quam haberet, transmittere, imo correctionem effugere volens, dissolutionem & translationem concilii, quam de jure non poterat, de facto, pendente termino, attentavit: cum tamen jam altera vice dissolutionem hujus concilii per eum attentatam revocasset, declarans eam irritam & inanem, dicensque ipsum concilium pro reformatione ecclesiæ in capite & in membris legitime inchoatum, continuatum fuisse, & prosecutionem habere debere, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset. Quibus attentis, elapso dictæ citationis termino, suam contumaciam in publica sessione promotores & procurator fiscalis hujus sacri concilii accusarunt. Exigenteque justitia, hæc sancta synodus in eadem sessione contumaciam ipsam domini Eugenii sufficienter accusatam declaravit, ipsumque contumacem reputavit, decernens, ejus absentia non obstante, ad ulteriora procedendum fore, prout ipsi sanctæ synodo videretur, consideratis necessitatibus & utilitatibus universalis ecclesiæ. Et quamquam attenta contumaciæ magnitudine, eadem sancta synodus absque ulteriori expectatione in ea re procedere potuisset, volens tamen nihilo minus cum omni mansuetudine & benignitate procedere, ad instantiam inclytæ memoriæ Sigismundi Romanorum imperatoris, & venerabilium archiepiscoporum ceterorumque illustrium principum electorum sacri imperii, per sexaginta dies adhuc censuit differendum, ut per hujus sanctæ synodi patientiam probaretur, si ipsius domini Eugenii animus ad salutem sui ipsius & universalis ecclesiæ inclinari valeret. Confestim autem plenius innotuerunt ea quæ adversus hanc sanctam synodum & ejus supposita in prætensa dissolutione jam attentata ipse dominus Eugenius perpetraverat, transferendo hoc sacrum concilium in civitatem Ferrariensem, si contra ipsum aut aliquem oratorum suorum ulterius procederetur. Et præcipiendo sub pœnis & censuris gravissimis, quas tamen inferre non poterat, suppositis hujus sacri concilii, ut ab eo discederent: qua in re decreta sacræ

Constantiensis concilii sessione 4. & 5.

Basileensis concilii sessione 26.

Supra sessione 16.

Hæc & id genus alia hujus synodi caute legenda sunt.

A synodi Constantiensis & istius manifeste violabat, transferendo concilium pro libito voluntatis, præter consensum ipsius, ac etiam usurpando sibi auctoritatem supra sanctam synodum, de reformatione ecclesiæ in capite agentem, non recte sentiens (ut videbatur) de auctoritate sacrorum conciliorum & determinationibus ecclesiæ fidem concernentibus, tam in ipso Constantiensi concilio, quam in isto promulgatis super obedientia quam summi pontifices synodis universalibus exhibere tenentur, ac etiam schisma introducens, & aliud concilium isto durante erigens, quod non fore concilium, sed conventiculum schismaticorum, jam præcedentibus decretis fuerat declaratum, ad dissolutionem concilii B jam semel per ipsum revocatum iterum redeundo, & ex modo dissolutionis ac pœnarum adjectionis, supra concilium jurisdictionem in facto reformationis assumendo, se non concilio, sed concilium sibi obedire teneri, factis suis protestando. Merebaturque tantarum tamque gravium offensarum in ecclesiam Dei & scandalum ipsius jam pluries attentatum ac præjudicium fidei multitudo, ut illico in ipsum dominum Eugenium justi judicii sequeretur ultio pro ipsius & universalis ecclesiæ salute: sed non immemor hæc sancta syoodus maternæ pietatis, adhuc expectare voluit, si forte ipse dominus Eugenius a tanta inobedientia resipiscens converteretur ad cor, evidentissimisque juribus & rationibus declaravit hanc dissolutionem & translationem C nullas penitus esse, nulliusque roboris & momenti cum omnibus inde secutis. Intermissa quoque celeriori condignarum inflictione pœnarum, hæc sancta synodus eas dumtaxat pœnas adversus præfatum dominum Eugenium ex tunc promulgare duxit, quæ adversus Romanos pontifices sacra generalia concilia dissolvere & perturbare tentantes ordinatæ fuerant, ut videlicet, nisi infra quatuor menses a die dissolutionis & translationis per eum attentatarum resipisceret cum satisfactione reali, ab omni administratione papali esset ipso facto suspensus. Quæ quidem papalis administratio ad generale concilium devolveretur. Et si hanc pœnam per duos D menses sustineret animo indurato, post quatuor prædictos menses contra ipsum usque ad privationem inclusive per concilium generale procederetur, quas pœnas hæc sancta synodus ipsum dominum Eugenium, si non resipisceret cum satisfactione reali (ut præmittitur) declaravit, & non solum declaravit, sed etiam rapere decrevit incursurum. Cum vero jam & prior terminus sexaginta dierum indultorum post contumaciam accusatam, & alius quatuor mensium post diem prætensæ dissolutionis & translationis hujus concilii per ipsum dominum Eugenium attentatarum, elapsi sint, &, pendentibus ipsis dilationibus, nulla correctio aut emendatio conspiciatur provenisse, imo potius continuatio abusuum & deformitatum in offensam divinæ majestatis & interitum animarum, rebellioque & E inobedientia domini Eugenii adversus sanctam synodum universalem & decreta ipsius, procuratio insuper assidua erectionis illius prætensi concilii Ferrariensis per transmissionem literarum ad diversas regiones, & convocationem plurimorum ad idem concilium, quod fore conventiculum schismaticorum jam declaratum commemoravimus. Ex quibus & auctoritatis sanctorum conciliorum pessumdatio, & reformationis ecclesiæ Dei extinctio, & indictio schismatis inauditi per erectionem alterius prætensi concilii, isto durante concilio, ac denique determinationum ecclesiæ universalis parvipensio, in læsionem irreparabilem catholicæ fidei sequeretur, nisi divina

[illegible] suæ ecclesiæ in tantis languoribus subveniret. Urgetur tandem hæc sancta synodus, ne tanta mala dissimulando assensum illis præstare videatur, & ne facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi seu male agendi, cum leviora remedia non proficiunt, utiliorem & salubriorem adhibere medicinam, atque post varias expectationes tandem saluti universalis ecclesiæ providere, & ad suspensionem ipsius domini Eugenii ab administratione papali, quam pœnam sacra Constantiensis synodus Romanis pontificibus in variis casibus censuit inferendam, procedere, alias pœnas duriores adhuc pro sua mansuetudine differendo, ut saltem per compulsionem justitiæ cum temperamento misericordiæ, ipsius Romani pontificis animus ad ea quæ sunt salutis & pacis, in reformationem debitam ecclesiæ universalis & animæ suæ & totius populi Christiani salutiferam ædificationem, ipsiusque ecclesiæ futuris temporibus pacificationem gratissimam, & auctoritatis sacrorum conciliorum conservationem valeat inclinari. In virtute igitur omnipotentis Dei, in cujus nomine hæc sancta synodus congregata existit, & a quo immediate potestatem super universos fideles cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis existant, (ut præmissum est) accepit, eadem sancta synodus prædictum dominum Eugenium papam quartum, manifestum contumacem, & in aperta rebellione persistentem, ac notorie incorrigibiliterque ecclesiam Dei scandalizantem, omnibus præmissis tam conjunctim quam divisim attentis, ab omni administratione papatus in spiritualibus & temporalibus suspendit, ac suspensum esse declarat, processura tandem ad ulteriora usque ad sententiam finalem inclusive, si opus fuerit, ipso domino Eugenio amplius non vocato, prout utilitati & necessitati ecclesiæ, Spiritu sancto dictante, conspexerit expedire. Omnem autem ipsius papatus administrationem in his omnibus, quæ in spiritualibus & temporalibus ad solum papam & sedem apostolicam de jure pertinere noscuntur, eadem sancta synodus ad seipsam decernit, ac declarat esse devolutam, ne propter gubernationis defectum ecclesia interim varia discrimina pati possit, decernens irritum & inane quidquid durante hac suspensione per ipsum dominum Eugenium ratione papatus factum fuerit vel attentatum. Omnes quoque reges, principes, communitates & alios quoscumque, cujusvis status & dignitatis existant, hæc sancta synodus monet & requirit, & eisdem in virtute sanctæ obedientiæ & sub divini obtestatione judicii mandat, ecclesiasticis vero personis quacumque dignitate, etiamsi cardinalatus, patriarchali aut pontificali præfulgeant, sub pœnis quas ipso facto incurrant excommunicationis & suspensionis ab omnibus dignitatibus, beneficiis & officiis, quocumque nomine nuncupentur, etiamsi forent metropolitanæ aut cathedrales ecclesiæ, sive in titulum sive in commendam obtineant. Vicariis autem, gubernatoribus, vasallis, feudatariis & subditis Romanæ ecclesiæ, sub pœna privationis ipso facto omnium feudorum & aliorum quorumcumque jurium & privilegiorum quæ ab ipsa Romana ecclesia obtinent, districte præcipit, ut, durante hac suspensione, prætextu cujusvis juramenti, subjectionis aut promissæ fidelitatis eidem domino Eugenio nullatenus obediant. Ipsos quoque ad hujusmodi juramenta & promissiones, durante ipsa suspensione, nullatenus adstringi declaramus, sed ad hoc sacrum concilium in omnibus recurrant, pro quibus ad Romanum pontificem recurrere soliti sunt. Intendit enim hæc sancta synodus mundæ, juste ac sancte necessitatibus quorumcumque providere. Mandat præterea in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis, quam ipso facto incurrant, omnium suorum beneficiorum, dignitatum, officiorum, commendarum, pensionum, & gratiarum quarumcumque, etiam expectativarum, omnibus, & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, & aliarum ecclesiarum prælatis, officiariis curiæ, & clericis quibuscumque in Romana curia existentibus, cujusvis status & conditionis existant, quatenus infra quadraginta dies proxime sequentes post diem præsentis sessionis a Romana curia recedant. Et deinde cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, & alii ecclesiastici, prout de jure vel consuetudine ad generale concilium ire tenentur, sub pœnis juris iter suum sine fraude continuando, ad hoc sacrum concilium arripiant: reliqui vero, qui ad generale concilium non tenentur venire, ad residendum & Deo serviendum in propriis beneficiis, vel ad hoc sacrum generale concilium sine moræ dispendio & omni fraude cessante, se transferant, & accedant, decreto nostro quod incipit, Compatiens, & aliis quibuscumque hujus sanctæ synodi, in suo robore duraturis. Omnes autem causas tam ecclesiasticas spirituales, quam etiam profanas, civiles & criminales atque mixtas, inter quascumque personas, cujuscumque status aut conditionis existant, in Romana curia pendentes, ab ipsa Romana curia hæc sancta synodus in eo statu in quo sunt ad se advocat, & advocatas esse vult & declarat expresse, inhibens omnibus judicibus, auditoribus & commissariis quibuscumque prædictæ curiæ, etiamsi cardinalatus, patriarchali, pontificali, aut alia quavis dignitate præfulgeant, ne in præfatis causis procedere aut quidquam agere quovis modo præsumant. Quod si post notitiam hujus decreti nostri quidquam fecerint, pœnas excommunicationis ipso facto incurrant ab ipsius excommunicationis sententia huic sanctæ synodo dumtaxat, ipsa durante, absolutione reservata, aut cognitione justi impedimenti (si quod allegaretur) quare a Romana curia ad hanc sanctam synodum accedere debentes, non accesserunt, aut recedere debentes non recesserunt. Cujus quidem impedimenti allegatas causas intendit hæc sancta synodus diligenter cum benignitate scrutari. Quidquid autem contra hanc advocationem & inhibitionem attentari contigerit, ipso jure decernit irritum & inane. Et ut fraudibus quæ excogitari possent obvietur, quia cum datarum anticipationibus in præsentis * suspensionis ac hujus decreti nostri elusionem literæ papales vel aliorum, ipsius auctoritate sublata, ante ipsam suspensionem produci possent, nisi ante hujus decreti nostri promulgationem fuerint intimatæ & publicatæ, eis nulla fides adhibeatur, & pro nullis habeantur. Decernit tandem hæc sancta synodus, hujus decreti publicationem in præsenti sessione factam, ejusque affixionem in valvis majoris ecclesiæ Basileensis, vim habere monitionis, citationis & executionis, & ita universos arctare, ac si personaliter apprehensi, & eis intimatum fuisset.

Suspenditur Eugenius IV. a papatu

SESSIO XXXI

Basileensis concilii sessione 29.

* sessionis

Datum in sessione publica, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, nono Kalendas Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimooctavo.

Sessio XXXII.

SESSIO XXXII.

De cassatione prætensæ electionis loci a minori parte facti.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

PRIDEM in decreto vigesimænonæ sessionis hujus sanctæ synodi, quod incipit, Compatiens, lucide extitit declaratum, dissolutionem hujus sanctæ synodi & translationem ejus in civitatem Ferrariensem per dominum Eugenium papam quartum de facto attentatas, tam in eo casu quo contra ipsum virtute citatorii in nostra vigesimasexta sessione promulgati, aut contra quempiam præsidentium in concilio oratorum suorum in aliquo procederetur, quam (B) in eo casu quo Græcos contingeret advenire, nullas esse, penitusque irritas & inanes, hujusmodique dissolutionem ac translationem repugnare veritati declaratæ per sacram synodum Constantiensem, dicenti quod generale concilium universalem ecclesiam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque status & dignitatis fuerit, etiamsi papalis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris: quodque si in his & pertinentibus ad ea obedire contumaciter contempserit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur. Quæ veritas in verbis Christi fundata est dicentis Simoni Petro: (C) *Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo.* Et post pauca subdit: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Eademque sacrorum conciliorum auctoritas super Romanum pontificem & quemlibet alterum, in Actibus apostolorum, declarationibus universalium conciliorum, doctrinis sanctorum, multipliciter invenitur patefacta. Repugnabat quoque talis dissolutio & translatio veritati in hac sancta synodo dudum multipliciter declaratæ, quod papa concilium universale sine consensu ipsius dissolvere non potest, aut de loco ad locum transferre. (D) Cui dominus Eugenius post longam resistentiam, quam eidem veritati in prima prætensa dissolutione hujus concilii, & translatione in Bononiam olim factis, & per universum orbem publicatis, sub colore reductionis Græcorum, quam etiam veluti causam necessariam protunc allegabat, tandem assensit, revocans hujusmodi dissolutionem & translationem, & dicens, ea non obstante, concilium a tempore suæ inchoationis legitime continuatum fuisse, & decernens ac declarans irritam & inanem, ac etiam revocans, quidquid per eum aut suo nomine factum, attentatum seu assertum erat contra ipsum Basileense concilium seu ejus auctoritatem: & deinceps a gravaminibus eidem inferendis abstinere pollicitus est, prout per (E) quartamdecimam sessionem hujus sanctæ synodi, præsente sedis apostolicæ legato, & pluribus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus assentientibus, etiam inclytæ memoriæ Sigismundo Romanorum imperatore, sibi fuerat indictum. In qua sessione forma præfatæ revocationis & confessionis veritatis per ipsum dominum Eugenium faciendæ decreta fuerat. In hac quoque veritate conquievit universa catholica ecclesia, reputans ipsam dissolutionem per eum sine consensu concilii minime fieri potuisse. Nec ullatenus adversus veritatem repugnandi, & ad errorem semel dimissum redeundi causam assumere potuit ipse dominus Eugenius ex prædicto citatorio.

Constantiensis concilii sess. 4. & 5.

Matth. 18

Vide epistolam retractatoriam Pii II. Basileensis concilii sessione 12.

(A) In quo post plurimas admonitiones sibi factas, ut aliquam emendationem poneret efficacem in ecclesiastico regimine miserabiliter defluente, & decreta salubria per hanc sanctam synodum edita susciperet, aliisque exempla bonorum operum præstaret, se ipsum & ceteros dirigendo in viam salutis, cum ipse ex adverso in contemptum hujus sanctæ synodi & totius ecclesiæ desolationem, plurimarumque divisionum suscitationem, saluberrimæ reformationi ipsius corporis ecclesiæ longo tempore resisteret: universalis ecclesia congregata ipsum dominum Eugenium, sicut mater filium delinquentem, in viam salutis dirigere satagens; & sicut Paulus reprehendit Petrum coram omnibus, cum non ambularet ad veritatem evangelii, eumdem dominum Eugenium (B) arguens, atque ex auctoritate a Christo eidem ecclesiæ data corripiens, defectus notorios, in quibus animam suam & universam rempublicam nimium gravabat, commemoravit, vocans ipsum & alios convocans, ut in regimine ecclesiæ salutaris apponeretur provisio. Quod post longam tolerantiam tandem id agere * impulsa fuit hæc sancta synodus, dum post contemptum reformationis salutaris, ad suscitationem gravissimi schismatis & læsionem veritatis, ipsius matris ecclesiæ vulnerationem gravissimam idem dominus Eugenius realiter procedebat, cui per prædictum citatorium summe necessarium erat obviare, dum sub coloribus exquisitis eamdem sanctam synodum & ejus opera dissipare, atque (C) quoddam conventiculum in loco suæ voluntati dedito nulliter ac de facto erigere in scissuram ecclesiæ disposuerat, cujus rei perficiendæ gratia jam triremes & oratores in Græciam transmittebat, ad impediendum adventum Græcorum in locum per hanc sanctam synodum nominatum, & perturbandum effectum nostræ legationis in Constantinopolim transmissæ, atque rumpendum ea quæ inter ipsam synodum & Græcos concordata erant. In quibus etiam ipse dominus Eugenius expresse consenserat. Sed nec ullum colorem dissolvendi hoc sacrum Basileense concilium, & ipsum in Ferrariam transferendi, in casu adventus Græcorum præfatus dominus Eugenius potuit assumere ex schedula per (D) quamdam prætensam sessionem conventiculi Ferrariensis (ut dicitur) commemorata, quam schedulam illi conventionalem dixerunt super termino Avinionensibus præfixo in expeditione pecuniarum facienda, quam si non facerent, alium locum nominare seu eligere possemus, & teneremur, atque aliunde universali ecclesiæ providere. Vel ex quadam alia schedula, quam temerarie decretum appellant, incipiente, Hæc sacrosancta synodus inter suæ congregationis exordia, quod in vigesimaquinta hujus sanctæ synodi promulgatum allegarunt, cum ex rationabilibus & necessariis causis in ipsa nostra sessione vigesimaquinta nominationem trium locorum Basileæ, Avinionis, & Sabaudiæ, pro œcume(E)nico concilio celebrando, solenni decreto nostro incipiente, Nuper hæc sacrosancta synodus, publicaverimus, volentes eam inconcussam & inviolatam permanere, omnemque aliam nominationem seu electionem cujuscumque alterius loci decernentes irritam & inanem: universique facile conspiciunt dominum Eugenium ex his rebus nullum fundamentum erectionis præfati conventiculi assumere potuisse, qui veritatem gestorum considerant. Quamquam enim inter deputatos quosdam nostræ congregationis actum fuerit, ut nisi per Avinionenses infra præfixum terminum fieret pecuniæ expeditio, ad aliam nominationem procedendum foret, atque in nostra generali congre-

gatione

Galat. 2.

* c. impulsa

ANNO CHRISTI 1438.

gatione conclusum, non tamen dici potest hanc synodum per viam contractus cum aliquo convenisse: nullus enim tunc aderat cum quo contractum hujusmodi celebraret. Nec venit in dubium, quemquam cum seipso non posse contrahere, cum inter spondentem recipientemq; sponsionem debeat esse distinctio personarum. Ipsius autem nostrae conclusionis interpretatio, declaratio, moderano, mutatio, juxta causas occurrentes, atque omnimoda dispositio ad ipsum concilium pertinebat, maxime enim non ageretur de facto privato cujuscumque personae, sed de rebus statum universalis ecclesiae concernentibus, quarum dispositio ab universali concilio sub directione Spiritus paracleti constituto, per cujuscumq; aut quarumcumq; personarum arbitrium non tollitur. Supervenit autem protestatio legatorum sedis apostolicae adversus decretationem loci Avinionensis, qui pariter cum Basilea & Sabaudia in ipsa conclusione concorditer capta junctus erat. Quae protestatio non modicam occasionem retrahendi animos Avinionensium a praedicta expeditione pecuniarum praestabat: fueruntque ex alia parte per dominum Eugenium & suos, adversus hanc expeditionem, pendente termino assignato, gravia impedimenta in Avinione praestita. Idque accidit, ut oratoribus nostris in Avinionem venientibus, praecipui gubernatores civitatis tunc absentes essent, sine quibus res non poterant tractari. Quibus deinceps advenientibus, ita actum est, ut Avinionenses ipsi circa terminum praefixum capitaneum triremium nostrarum de triginta millibus & octingentis florenis auri de camera contentarent, & oratores nostros de residuo totius pecuniae expetitae cautos ac securos facerent, prout ipsi oratores nostri hoc idem suis literis nobis intimaverunt. Requirebant autem ipsi Avinionenses, ut decretationem electionis, seu nominationis loci per nos factae expediremus. Quae nos attentius considerantes, & intentioni hujus sanctae synodi satisfactum esse judicantes, per talem expeditionem pecuniarum, attentis maxime impedimentis interea appositis, (quoniam legitima impedimenta in omni conclusione rerum agendarum intelliguntur excepta) cum & per hunc modum longe melius providebatur universali ecclesiae, quam dimittendo omnia quae parata erant pro legatione mittenda in Graeciam, & intrando magnas difficultates electionis alterius loci in turbationem rerum agendarum, maxime quoniam urgebamur conventiones nostras cum capitaneo classis triremium ecclesiae initas servare, cui dilectus ecclesiae filius Julianus tituli sanctae Sabinae presbyter cardinalis, legatus sedis apostolicae, vexillum ecclesiae & baculum peregrinationis in nostra congregatione generali numine nostro tradiderat, cuique jam grandis summa pecuniae per Avinionenses assignata erat, conclusimus ad ipsam decretationem locorum prius electorum videlicet Basileae, Avinionis, & Sabaudiae, procedendum fore, & duae partes hujus sacri concilii & amplius in eamdem sententiam convenerunt, licet pauci de hoc non contenti alium locum pro celebratione oecumenici concilii nominare & deputare praesumpserunt, absque hoc quod talis potestas eis competere declarata fuisset. Quibus nec competebat de statu totius concilii & universalis ecclesiae, factisque fidei seu pertinentibus ad ea, contra consensum duarum partium concilii, & morem permaxime in generalibus conciliis a principio nascentis ecclesiae observatum, disponere, qui tamen adhuc in nominando loca non concordes extiterunt, paucissimique fuerunt, qui tandem in hoc resedisse dicuntur, quod nominationem face-

SESSIO XXXII.

A rent Utini & Florentiae, aut alterius loci qui tutus esset, ac papae & Graecis accommodus, quique galeas & pecunias primo expediret. In aliqua quoque nostrarum quatuor deputationum, in qua octoginta personae erant, unus solus formam talis nominationis velnti decretandam propria voluntate produxisse, solus deliberasse & conclusisse dicitur. In aliisque deputationibus valde pauci hoc idem egisse dicuntur adversus ordinationes hujus sanctae synodi. Et demum, cum sessionem nostram super decretatione locorum Basileae, Avinionis, & Sabaudiae, celebraremus, legeretutque nostrum decretum in ambone majoris ecclesiae Basileensis juxta morem consuetum, unus ex illis paucissimis in loco inferiori & insolito quamdam schedulam le-
B gere praesumpsit, a paucis vel nullis intellectam, quae nominationem locorum Utini & Florentiae aut alterius loci (ut praemittitur) per paucissimos factam continere dicebatur, qui etiam in ea synodum generalem contra consensum duarum partium concilii & amplius se (ut dicitur) appellare praesumebant, licet nulliter & de facto. Sed non propterea dimisimus decreti nostri praefati publicationem super nominatione Basileae, Avinionis, & Sabaudiae, continuare, quod aliam nominationem locorum irritam declaravit. Nam etsi ita permitteretur, ut longe minor pars in conciliis generalibus adversus partem multo majorem aliqua decretaret, sibique au-
C ctoritatem totius concilii assumeret, ingressus periculosissimus ad multas divisiones excitandas in futurum, & destructionem ipsorum conciliorum praeberetur. Neque literas super illo praetenso decreto, sic per nos irrito declarato, bulla hujus sanctae synodi bullari toleravimus, licet quidam falso & clandestine aliquas bullaverint, sicut eas falso bullatas fuisse declaravimus, per solenne decretum in vigesimaseptima sessione hujus sanctae synodi promulgatum. Sed nec ipsius praetensi decreti tenorem observavit dominus Eugenius, imo effectum ejusdem (si quis fuisset) evacuavit, dum Florentiam, quae in illo (ut dicitur) nominata erat, & pecunias atque galeas disponebat, per eum acceptatam rejecit, deinde Bononiam, sicut fertur, postremo Ferrariam pro li-
D bito suae voluntatis elegit, ac etiam, priusquam Graeci ad portum aliquem citramarinum applicuissent, conciliabulum in ipsa civitate Ferrariensi erexit. Neque ad ipsum arbitrari spectabat, quis locus tutus erat pro concilio celebrando, cum ipse talem locum tantum judicare poterat quem sancta synodus minime tutum reputasset. Nec asserere potest sibi facultatem per praefatum praetensum decretum attributam, ut nunc in uno loco, nunc in altero (prout vellet) concilium fieri ordinaret, ac de ejus securitate judicaret, quod nec illi pauci fecerunt, nec sub nomine generalis synodi adversus synodum ipsam & ejus libertatem atque auctoritatem tale aliquid
E faciendi, ipsamque voluntati papae subjiciendi, colorem aliquem habuerunt. Neque etiam in concilio unquam convenerunt ad judicandum, vel declarationem faciendum super securitate loci Ferrariensis, aut adimpletione primo facta ex parte loci illius in expeditione galearum & pecuniarum, de quibus in ipso praetenso decreto agi dicebatur. Denique nec per eos qui illud condidisse dicuntur hoc observatum est, ut firmiter in Basilea sterent, donec Graeci ad portum applicuissent. Quodque deinde infra mensem recesserint ad locum ipsis Graecis per oratores concilii nominatum, neque in hoc conventiones cum Graecis concordatas observarunt, sicque tamets praetensum illud decretum aliquam apparentiam prius habuisset, quam tamen veraciter

Concilium Ferrariense & Latina & Graeca ecclesia rec verenter agnoscit.

 non

SESSIO XXXII. non habuit, fuit ex consequentibus effectibus evacuatum: ipsumque cassum, nullum & irritum penitus esse & fuisse, nulliusque roboris & momenti, decernit & declarat hæc sancta synodus, inhibens ne quis quicumque dignitate, etiamsi papali præfulgeat, dictum prætensum decretum sub nomine legitimi & synodalis decreti audeat nominare, nec illius executioni favores quomodolibet impendere, sub pœnis & censuris contra violatores & turbatores unitatis ac pacis ecclesiasticæ a jure impositis, in quas decernit hæc sancta synodus eos incidere ipso facto, notum faciens universis suum verum decretum legitime conclusum, ex assensu duarum partium & amplius juxta decreta & ordinationes ipsius, & ex communi omnium suppositorum concilii concordia, nemine discrepante, vera ejus bulla plumbea bullatum, veraciter per eam fuisse observatum, & in executionem deductum, conventionesque initas cum Græcis ex parte sua, quantum in se fuit, adimpletas extitisse. Quæ quidem sancta synodus oratores suos venerabiles episcopos Visensem & Lausanensem ac Nicolaum de Mentone militem, cum galeis & pecuniis in Græciam misit, qui coram imperatore * Romanorum, & patriarcha Constantinopolitano omnia ex integro adimplere obtulerunt quæ ipsis promissa fuerant, sicuti sua relatio cum attestatione publicorum notariorum nobis facta indicavit, locumque œcumenici concilii celebrandi nominaverunt, quē antea per ipsos Græcos in suis conventionibus expresse acceptatus fuerat & concordatus. Portum etiam tali loco aptiorem assignaverunt, requirentes eosdem imperatorem & patriarcham, ut pariter sua promissa adimplerent. Qui se excusaverunt super non adventu eorum, allegantes tempus adimplendarum promissionum elapsum fuisse, prout per literas suas nobis rescripserunt, quamquam tamen huic responsioni fuerit plene satisfactum per oratores nostros, quoniam ipsi convenienti tempore, mense scilicet Februario, anno præterito ab hoc sacro concilio recesserant pro veniendo illuc ante terminum assignatum, si non fuissent multiplicia impedimenta sibi deinceps objecta, quæ notoria sunt: quoniam in conventionibus cum Græcis per nos initis expressis cautum erat, omnia intelligi debere bona fide, sine fraude & dolo & absque impedimento legitimo & manifesto. Sed ultra hæc etiam præfatus imperator alteri oratorum nostrorum Ioanni de Ragusio in sacra theologia magistro, ordinis prædicatorum apud eum existenti, dixerat se esse contentum, ut oratores ipsi & galeæ ante mensem Octobris in Constantinopolim non venirent. Plurimas vero practicas in Græcia factas accepimus per eos qui ex parte domini Eugenii transmissi fuerunt, ut adventum ipsorum Græcorum ad alterum locorum per nos nominatorum, impedirent, atque ipsos in locum, quem vellet dominus Eugenius, attraherent. Et in una triremi, in qua principalis oratorum suorum præsens erat, nuntius quidam, quem nostri oratores præmiserant cum literis hujus sacri concilii & plurium principum Christianorum, captus est, veluti per debitam informationem cognovimus, nec deinceps de vita ejus quidquam nobis aut nostris oratoribus compertum extitit. Domus quoque præfati Ioannis de Ragusio oratoris nostri in Constantinopoli invasione balistariorum fuit impetita: aliquaque ibidem facta sunt, quæ non est necessarium recitare per singula, ut sic ad fines suos pertingere possent, quos mistar dominus Eugenius, ita ut nostri oratores sine Græcis ipsis, protestatione tamen solemni contra eosdem prius facta, redire oportuerit. Quæ omnia prævalere non potuerunt adversus veritatem. Sic hæc sancta synodus cuncta cum Græcis concordata ex parte sua adimplevit, nec per ipsam remansit, quo minus concilii œcumenici celebratio cum Græcis in loco etiam per eos nominato habita fuerit, juxta ea quæ cum ipsis conventa erant, si illi promissa sua servassent, aut per alios non fuissent impediti seu retracti. Intenditque & proponit eadem sancta synodus, Deo adspirante, auctoritatem & veritatem catholicæ & universalis ecclesiæ, quam ipsa repræsentat, ac integritatem fidei orthodoxæ jugiter illæsas conservare, pro honore ipsius omnipotentis Dei & salute animarum: nec bono ipsius universalis ecclesiæ convenieus existimat, per quascumque practicas aut exquisitos colores, etiam sub spe dubia prosequendi, modis aliunde excogitatis, alia negotia, quorum eventus incerti sunt, auctoritatem conciliorum universalium conculcari, veritates declaratas per ecclesiam, & fidem orthodoxam concernentes, prosterni, viam aperiri Romanis pontificibus ad dissolvenda concilia generalia per varios modos sine ipsorum consensu, ex quo facile potestatem datam ad ædificationem in destructionem verti contingeret, reformationemque ecclesiastici status, pro qua jam tot sunt adhibiti labores, frustrari, atque ipsius ecclesiæ stabilitatem & decorem hoc modo deperire in perditionem animarum & totius populi Christiani lamentabile detrimentum. Sic enim possemus & illa bona maxima ex nunc perdere, & illa alia non acquirere, atque sic totam ecclesiam in confusione relinquere. Primum quidem nobis incumbit, ecclesiæ fidem, veritatem & auctoritatem conservare, & deinceps cunctos ad ejus unitatem redire volentes sincera caritate amplecti, prout & nos semper parati fuimus & erimus. Cum itaque ea nulla esse & penitus invalida, quæ dominus Eugenius adversus hanc sanctam synodum, in ipsius prætensa dissolutione & translatione in Ferrariam, notorie constet, ipsumque conventiculum Ferrariense non fore concilium, sed schismaticorum conventiculum, dudum præfato decreto vigesimænonæ sessionis hujus sanctæ synodi declaraverimus, meritoque pœnam suspensionis ab administratione papali in spiritualibus & temporalibus jamdudum contra Romanum pontificem, concilium universale sine ipsius consensu dissolvere aut transferre attentantem, ordinatam, in ipsum dominum Eugenium tulerit, & latam esse declaraverit hæc sancta synodus, ac etiam quascumque sententias, pœnas & censuras excommunicationis, privationis, inhabilitationis, interdicti, & alias contra hujus sanctæ synodi supposita & eidem adhærentes, per ipsum dominum Eugenium latas & ferendas, cassas & nullas fuisse & esse declaraverimus, non necesse arbitramur ut denuo ad ea cassandum & irritandum procedamus, quæcumque per ipsum dominum Eugenium aut præfatum Ferrariense conventiculum facta sunt adversus eamdem synodum, quæcumque ejus supposita, & quoscumque ipsis adhærentes, etiam ante ipsius domini Eugenii suspensionem ab administratione papali, & quæ durante ipsius suspensione aut præfato conventiculo, facta sunt, fiunt, aut fient in futurum, in quibuscumque per ipsum videlicet dominum Eugenium ratione papatus, aut ipsum conventiculum sub generalis aut œcumenici concilii nomine, qui etiam victualia, suppositis hujus sanctæ synodi auferri, & portantes ea spoliari, eorumque spolia primo capientium occupanti cedere * mandavit: quæ quam gravia sint adversus universalem ecclesiam, & quanta reprehensione digni sint qui talia agunt, cuncti conspicere possunt.

Marginalia: * Romanorum, — ANNO CHRISTI 1438. — Ferrariense concilium & Latini & Græci inter œcumenica numerant & venerantur. — * mandavit:

ANNO CHRISTI 1438.

possunt. Nos quoque omnibus & singulis manifestantes veritatem, declaramus omnia prædicta per ipsum dominum Eugenium, aut ipsum conventiculum facta & facienda, etiam contra dilectos ecclesiæ filios cives Basileenses & eorum civitatem, nulla penitus, cassa & irrita fuisse & esse, nec aliquem ipsius domini Eugenii præfatique conventiculi præceptis, mandatis aut prohibitionibus, etiam prætextu cujuscumque juramenti aut obligationis, in quibuslibet prædictis teneri obedire, imo potius ad non obediendum illis omnes & singulos catholicos ex præcepto domini & ecclesiæ sponsæ ejus quam ab omnibus audiri jubet, esse adstrictos. Requirimusque & monemus universos Christi fideles, ut ecclesiæ catholicæ (quæ a directore dirigitur sapientissimo & infallibili) per hanc sanctam synodum repræsentatæ firmiter adhæreant usque in finem, nec ullis tentationibus per voluntatem cujuscumque suscitatis aut suscitandis, ab ipsius ecclesię firmitate & veritate suos animos dimoveant confidentes in superno salvatoris nostri auxilio, qui ad ecclesiam suam

Matth. ult. dixit: *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi:* manentasque perseveranter in ipsa ecclesiæ domo, quæ, ut ait beatus Hieronymus, declarans sacræ scripturæ veritatem, dicitur ædifica-

Matth. 7. ri supra firmam petram, quæ unica columba appel-

Cant. 6. latur, quæ sponsa pulcra sine ruga & macula, quæ domus etiam claves accepit, & potestatem ligandi & solvendi. Hanc domus si quis corrigentem corri-

Matth 18. pientemque contempserit, *sit tibi* (inquit) *sicut Ethnicus & Publicanus*, soliditatemque fidei semper teneant, memorantes etiam dictum illud beati Cypriani: Alienus est, profanus est, hostis est, habere non potest Deum patrem, qui universalis ecclesiæ non tenet unitatem.

Insuper quoniam in supradicto decreto vigesimænonæ nostræ sessionis, pœnas & censuras justissimas promulgavit hęc sancta synodus adversus omnes qui ad præfatum conventiculum Ferrariense accederent, aut mitterent, pręcepitque sub eisdem pœnis & censuris omnibus & singulis in curia, quam dominus Eugenius quondam tenebat, aut etiam adhuc de facto tenet, existentibus, ut si conventiculum Ferrariense per eum erigi contingeret, ab ejus curia recederent, & deinceps declarata suspensione ipsius ab administratione papali, etiam sub pœnis & censuris in decreto nostræ vigesimænonæ sessionis contentis, mandavimus, ut infra quadraginta dierum spatium ab eadem curia recederent: ideo omnes & singulos in conventiculo Ferrariensi aut prætensa ipsius domini Eugenii curia existentes, & in prædictis nostris decretis comprehensos, qui eorumdem decretorum monitionibus non paruerunt, citat hæc sancta synodus, ut trigesimo die a data præsentis decreti computando, in nostra generali congregatione (si tunc eam celebrari contingat) alioquin in proxima subsequente, compareant coram eadem sancta synodo, visuri se declarari in pœnas prędictas incidisse, aut justas causas (si quas habeant) allegaturi: quem terminum ipsis peremptorie & una vice pro omnibus hęc sancta synodus duxit assignandum, & assignat, decernens ulterius contra eos procedendum fore, & declarandum, prout juris & rationis fuerit, quorum omnium nomina & cognomina haberi vult pro sufficienter expressis. Insuper cum in prima sessione hujus sanctæ synodi pœnæ excommunicationis, anathematizationis & interdicti decretæ fuerint adversus omnes & singulos, qui quascumque personas ecclesiasticas vel seculares, ad hoc sacrum concilium venientes, seu in eo stantes, aut ab eodem recedentes, temeritate propria

SESSIO XXXII.

per se vel alium seu alios arrestare, invadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, vel bonis suis spoliare, vel injuriis affligere, seu ipsos sic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet impedire, seu ea perpetrantium facta & commissa rata & grata habere, vel eis dare consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte præsumpserint vel præsument in futurum, quę pœnæ solenni decreto concilii Constantiensis adversus prędictos fuerunt ordinatæ, ultra easdem pœnas & censuras, quas omnes & singulos qui mandato præfati domini Eugenii, vel præfati conventiculi Ferrariensis, quidquam prædictorum fecerint aut facient in futurum, expresse incurrisse, & incursuros esse decernimus ac declaramus. Etiam contra eosdem, tamquam contra fautores schismatis, ad graviora procedendum fore decernit hæc sancta synodus, omnibus aliis decretis & ordinationibus ejusdem sanctæ synodi in suo robore duraturis. Decernit tandem hæc sancta synodus omnes & singulos supradictos per publicationem præsentis decreti in valvis majoris ecclesiæ Basileensis affigendi, perinde arctari ac arctatos intelligi, ac si dictæ citationis, ordinationis & declarationis executio ad eorum proprias personas facta fuisset.

Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, nono Kalendas Aprilis, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

SESSIO XXXIII.

De veritate fidei catholicæ per tres veritates.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

ANNO CHRISTI 1439.

SESSIO XXXIII.

1. Tim. 3.
Ephes. 4.

SICUT una est Christi ecclesia, *quæ* (ut ait apostolus) *est columna & firmamentum veritatis*, sic omnia ecclesiæ membra unitatem semper observare necesse est in professione catholicæ veritatis, atque fideliter & firmiter credere, quidquid per ipsam ecclesiam de veritate fidei fuerit declaratum, ut non sicut parvuli fluctuantes circumferantur omni vento doctrinæ, aut per repugnantium dogmatum varietatem in divisiones & schismata prolabantur. Dudum autem in sacra generali Constantiensi synodo conveniens catholica ecclesia veritatem de generalium conciliorum auctoritate solenniter declaravit. Deinde in hac sacra generali Basileensi synodo eamdem necessariam declarationem sub eodem qui sequitur tenore innovavit. Primo, quod generalis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque, cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis sive ordinationibus aut præceptis hujus sanctæ synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis seu ad ea pertinentibus factis vel fiendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Cumque (sicut præfertur) quilibet, cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis existat,

Constantiensis concilii sessione 4 & 5. & in hoc Basileensi sessione 2.

SESSIO XXXIII.

* prædictis

concilio generali in * premissis obedire teneatur; declaratum etiam fuit frequenter ac dilucide, quod ipsum generale concilium pro præmissis eaque concernentibus, aut aliquo præmissorum actu congregatum, sine ipsius consensu per nullum quavis auctoritate, etiamsi papali dignitate præfulgeat, dissolvi, transferri, aut ad aliud tempus prorogari potest. Et licet has esse veritates fidei catholicę satis constet ex pluribus declarationibus præcedentibus, tam in præfato Constantiensi concilio quam in hoc Basileensi factis, ad majorem tamen soliditatem & firmitatem omnium catholicorum in unanimi professione veritatum ipsarum, hæc sancta synodus definit, declarat, prout sequitur:

Quemadmodum has veritates damnarit Eugenius IV. vide infra sessione 38.

B Veritas de potestate concilii generalis, universalem ecclesiam repræsentantis, supra papam & quemlibet alterum, declarata per Constantiense & hoc Basileense generalia concilia, est veritas fidei catholicæ.

Veritas hæc, quod papa concilium generale universalem ecclesiam repræsentans, actu legitime congregatum super declaratis in prefata veritate, aut aliquo eorum, sine ejus consensu nullatenus auctoritative potest dissolvere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, est veritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans est censendus hæreticus.

C Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, decimoseptimo Kalendas Iunii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

SESSIO XXXIV.

De depositione Eugenii papæ quarti.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XXXIV. Nota quod est conciliabulum ac illegitimum, & ob id omnia sancita nullius esse valoris.

D PROSPEXIT dominus de excelso sancto suo, de cælo in terram aspexit, ut audiret gemitus plorantis ecclesiæ super perditionibus animarum precioso Iesu Christi sanguine redemptarum, & malis innumeris, quæ in religionem Christianam irruerunt. Et quoniam justus est ipse dominus, & justitias dilexit; in unum hominem, per quem scandalum venit universo orbi, & quo graviter peccante, atque correctionem spernente, ira super omnem populum venire videtur, judicium facere disposuit, per ministerium ecclesiæ suæ congregatæ in nomine ipsius Christi salvatoris omnium, qui ait: *Vbicumque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* & qui de peccatore nolente ecclesiam audire, dixit: *Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Ejusdem quoque divina providentia prævidens resistentias & oppugnationes, quas adversus reformationem ecclesiæ Dei & auctoritatem sacrorum generalium conciliorum ipsam ecclesiam repræsentantium, ac bonum publicum totius religionis Christianæ, suscitaturus erat in tempore suo Eugenius papa quartus, quantaque scandala, divisiones & schismata facturus in orbe, sacram synodum Constantiensem excitavit per Spiritum sanctum, ut declarationem veritatis fidei catholicæ toti orbi explicaret, dicentem quod concilium generale universalem ecclesiam repræsentans potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fi-

Matth. 18.

Ibidem.

E

Constantiensis concilii sessione 4. & 5. & Basileensis sessione 2.

A dem, extirpationem schismatis, & reformationem generalem ecclesiæ in capite & in membris. Item quod si quis, cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat; qui mandatis, statutis, sive ordinationibus, aut præceptis ipsius concilii generalis in prædictis & pertinentibus ad ea contumaciter obedire contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Qua siquidem declaratione viam paravit miserator dominus, per quam ecclesia Dei in præfatum Eugenium multiplices excessus, qui adeo notorii sunt, quod nulla tergiversatione celari possunt, perpetrantem & contumaciter ecclesiam audire, ac præceptis, statutis & ordinationibus synodalibus obe-

Anno Christi 1439.

B dire contemnentem, justum judicium ferre haberet, juxta cujus veritatis declaratæ dispositionem, hæc sancta synodus Basileensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, necessarium esse judicans, ut cui pia non prodest correctio, debita non parcat abscissio: postquam in multa longanimitate, patientia & mansuetudine post plures admonitiones expectavit eumdem Eugenium, ut salutarem emendationem & excessuum prædictorum correctionem efficeret, tandem cum amplius differri non possit, quo minus catholicæ fidei & saluti universæ Christianæ religionis sub auxilio Spiritus paracleti provideatur, ne ex ulteriori protelatione justitiæ sanguis pereuntium animarum

C de nostris manibus requiratur, sed cum diligentia salubre regimen gregi dominico præbeatur, ut postquam veritas de terra militantis ecclesiæ orta est, & justitia de cælo prospexit, Deus ipse donet benignitatem, & terra nostra proferat fructum salutarem, oriaturque simul nostris diebus justitia & abondantia pacis; eadem sancta synodus pro tribunali sedens, per hanc suam sententiam diffinitivam, quam fert in his scriptis, pronuntiat, decernit & declarat, Gabrielem prius nominatum Eugenium papam IV. fuisse & esse notorium & manifestum contumacem, mandatis seu præceptis ecclesię universalis inobedientem, & in aperta rebellione persistentem, vio-

* Psal. 84.

D latorem assiduum atque contemptorem sacrorum canonum synodalium, pacis & unitatis ecclesiæ Dei perturbatorem notorium, universalis ecclesię scandalizatorem notorium, simoniacum, perjurum, incorrigibilem, schismaticum, a fide devium, pertinacem hæreticum, dilapidatorem jurium & bonorum ecclesiæ, inutilem ac damnosum ad administrationem Romani pontificii, omni titulo, gradu, honore & dignitate se reddidisse indignum. Quem propterea eadem sancta synodus a papatu & Romano pontificio ipso jure privatum esse declarat & pronuntiat, ac ipsum ab eisdem amovet, deponit, privat & abjicit, decernendo nihilo minus contra eumdem, ad executionem etiam aliarum juris pœ-

Pius II. pontifex maximus Eugenium hunc vocat virum bonum & sanctum, & eum de multis falso accusatum dicit. Vide eius bullam retractationis.

E narum, ad quas hæc eadem sancta synodus hac eadem sua sententia ipsum condemnat, ulterius fore procedendum. Ac eidem inhibet, ne deinceps pro papa vel Romano pontifice se quovis modo nominet seu gerat. Omnesque Christicolas ab ipsius obedientia, fidelitate ac juramentis & obligationibus eidem quomodolibet præstitis, absolvit & absolutos esse declarat, ac omnibus & singulis Christi fidelibus inhibet, sub pœnis fautoriæ schismatis & hæresis ac privationis omnium beneficiorum, dignitatum, & honorum ecclesiasticorum & mundanorum, & aliis pœnis juris, etiamsi imperialis, regalis, cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, aut episcopalis dignitatis, aut etiamsi communitates, universitates, & collegia existant, qui si contra hanc inhibi-

inhibitionem fecerint, sint auctoritate hujus decreti ac sententiæ ipso facto privati, & alias juris incurrant pœnas, ne eidem Gabrieli notorio schismatico, perjuro, hæretico, scandalizatori, incorrigibili, pertinaci, privato, deposito, amoto, & taliter declarato, tanquam summo pontifici obediant, pareant, vel intendant, aut eum quovis modo sustineant vel receptent, aut sibi auxilium, consilium vel favorem præstent. Nec non pronuntiat, decernit, & declarat eadem sancta synodus, omnes & singulos processus, inhibitiones, sententias, censuras, constitutiones, ordinationes, & alia quæcumque per eum aut alios quoscumque factos & facta, quæ possent præmissis obviare, irritos & inanes, ac irrita & inania, nulliusque fuisse aut fore roboris vel momenti.

Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, septimo kalendas Julii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

SESSIO XXXV.

De stabilitate concilii Basileensis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Sessio XXXV

DILIGENTIUS Deum nihil in hoc sæculo tam grave videri debet, quam quod ab operibus caritatis in ejus gloriam & animarum salutem explendis animos eorum retrahat, cum & B. Paulus apostolus dixerit: *Neque mors, neque vita, poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* (Rom. 8.) Idcirco hæc sancta synodus in nomine ipsius Christi salvatoris congregata, non obstantibus quibuscumque impedimentis, opera sancta reformationis ecclesiæ sanctæ Dei & salutis universorum, quantum concesserit divina pietas, & constanter & perseveranter prosequi desiderans, atque jam semoto per justitiæ rectitudinem præcipuo obstaculo, quod per inutilem & damnosam administrationem Romani pontificis maxime obetat unitati, paci & debitæ gubernationi ipsius ecclesiæ, pacem cunctorum, quantum fieri potest, perquirere cupiens, cum in decreto undecimæ sessionis ejusdem sanctæ synodi statutum fuerit, quod hoc præsens Basileense concilium non possit dissolvi, nisi consentientibus duabus partibus ejusdem concilii, scrutatis votis singulorum, primo in singulis deputationibus, & deinde in congregatione generali, ac demum in sessione publica decretatione subsecuta, & deinceps super modo ponendi materiam dissolutionis concilii, in deliberatione per deputatos duodecim fuerit certa conclusio recepta, pridie Idus Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, statuit, decernit, & declarat, quod per recessum cujuscumque, aut quorumcumque, cujuscumque status, aut dignitatis, ab hac civitate Basileensi, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, aut pontificalis existant, non sit, neque censeatur concilium dissolutum, nisi juxta formam & modum prædictorum decreti & conclusionis processum fuerit. Et quoniam hac sodalitate stabilis permanentiæ concilii debite observata, res arduæ, quæ in manibus sunt, poterant maturius & ordinatius tractari, & præcipue circa electionem futuri summi pontificis, quæ majorem attentionem requirit, non intendit hæc sancta synodus ante terminum sexaginta dierum in decreto septimæ sessionis ejusdem super ipsa electione in hoc concilio fienda præfixum, computandorum a die depositionis Gabrielis, olim dicti Eugenii papæ quarti, quæ fuit septimo Kalendas Julii, ad hujusmodi electionem procedere. Effluxo autem hujusmodi termino, decernit ad eamdem electionem in sacro concilio fore procedendum modis & formis per ipsum concilium declarandis. Ut autem sub virtuoso & idoneo pastore, quem a domino dari speramus, fiat omnium Christianorum unio & abundantia pacis, volens hæc sancta synodus cum reali affectu cunctos, quantum in se est, invitare ad pacem, omnes & singulos sequentes curiam prætensam præfati Gabrielis, olim dicti Eugenii papæ, ac in eadem existentes, cujuscumque status, gradus, aut conditionis, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, episcopalis fuerint, qui ipsius Gabrielis olim Eugenii obedientiam & adhærentiam in totum dimiserint, huic sacro concilio realiter & cum effectu, infra terminum hujusmodi sexaginta dierum, a tempore prædictæ depositionis computandorum, adhæserint, atque de his etiam eodem concilio per se vel per alios legitime docuerint, infra terminum prædictum, intendit benigne amplecti & recipere, ac eorum statui & indemnitati convenienter providere.

Anno Christi 1439.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, sexto Idus Julii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, apostolica sede vacante.

SESSIO XXXVI.

De conceptione gloriosissimæ virginis Mariæ.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Sessio XXXVI.

ELUCIDANTIBUS divinæ gratiæ mysteria mercedem gloriosam repromisit æterna Dei Patris Sapientia, dum ait: *Qui elucidant me vitam æternam habebunt.* (Eccles. 24.) quod etiam de gloriosa Virgine, quæ ipsam Patris Sapientiam Dei Filium æternum in utero pertulit, ac mundo peperit, sacrosancta legit ecclesia. Nam quidquid de dignitate & sublimitate Virginis matris educitur in lucem, hoc non dubium est ad laudem & honorem Filii sui pertinere. Et qui honorificant gratiam & sanctitatem Matris, honorificant & elucidant gloriosum nomen Filii ejus, qui ipsam sanctificavit & replevit gratia. Unde si in ceteris rebus elucidatio veritatis, quæ a domino Deo est, præclara merita parturit, in ea re specialiter fructus uberrimos afferre speranda est, quæ sanctificationem & dedicationem templi illius concernit, in quo ante sæcula, antequam terra fieret, & ab æterno sibi mansionem ordinavit prima & æterna Veritas. Id quoque maxime congruit; ut pax habeatur in quæstionibus concernentibus sanctitatem illius, per quam pax diffusa est in terris. Hactenus vero difficilis quæstio in diversis partibus & coram hac sancta synodo super conceptione ipsius gloriosæ virginis Mariæ matris Dei & exordio sanctificationis ejus facta est, quibusdam dicentibus ipsam virginem & ejus animam per aliquod tempus aut instans temporis subjacuisse actualiter originali culpæ, aliis autem e converso dicentibus a principio creationis suæ Deum ipsam diligendo gratiam eidem contulisse, per quam a macula originali illam beatissimam personam liberans & præservans, sublimiori sanctificationis genere redemit, cum fundaret eam altissimus ipse, & ipsam fabricaret Filius Dei Patris, ut esset mater ejus in terris. Nos vero diligenter inspectis auctoritatibus & rationibus, quæ jam

Sessio XXXVI. jam a pluribus annis in publicis relationibus ex parte utriusque doctrinæ coram hac sancta synodo allegatæ sunt, aliisque etiam plurimis super hac re visis, & matura consideratione pensatis, doctrinam illam disserentem gloriosam virginem Dei genitricem Mariam, præveniente & operante divini numinis gratia singulari, nunquam actualiter subjacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, sanctamque & immaculatam, tamquam piam & consonam cultui ecclesiastico, fidei catholicæ, rectæ rationi, & sacræ scripturæ, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam, diffinimus & declaramus, nullique de cetero licitum esse in contrarium prædicare seu docere. Renovantes præterea institutionem de celebranda sancta ejus conceptione, quæ tam per Romanam, quam per alias ecclesias sexto Idus Decembris antiqua & laudabili consuetudine celebratur, statuimus & ordinamus eamdem celebritatem præfata die in omnibus ecclesiis, monasteriis, & conventibus Christianæ religionis, sub nomine conceptionis festivis laudibus colendam esse, cunctisque fidelibus vere pœnitentibus & confessis, ea die missarum solenniis centum, primis autem vel secundis vesperis totidem, sermoni vero verbi divini de ea festivitate interessentibus centum quinquaginta dies, concessione perpetuis temporibus duratura, de injunctis sibi pœnitentiis hæc sancta synodus elargitur.

Non celebratur festum conceptionis beatæ Mariæ ob hanc renovationem, cum esset conciliabulum, sed quia antea celebrabatur conservatur consuetudo illa.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, decimoquinto kalendas Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

SESSIO XXXVII.

I.

Revocatio protestationum, conventionum, juramentorum, obviantium electioni papæ fiendæ.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Sessio XXXVII. QUONIAM in opere necessario, quod favente superna gratia aggressuri sumus, in eligendo summum pontificem, & providendo saluti ecclesiæ, in gloriam omnipotentis Dei, non solum quærere oportet quæ ad ipsius operis consummationem promovent, verumetiam impedimenta tollere, quæ felici progressui rerum agendarum adversari, aut officere possunt, vel quomodolibet contraire: ut purius, sincerius & liberius ipsa electio summi pontificis fiat, omnes & singulas protestationes, quæ possunt puritati, sinceritati & libertati & efficaciæ ejusdem electionis & eligendi per sacrum concilium summo pontifici obedientiæ plenariæ obviare, necnon conventiones, pactiones, promissiones, obligationes, juramenta, condicta, intelligentias, & intendimenta, ubicumque, qualitercumque, & per quoscumque, cujuscumque status, gradus, conditionis, & præeminentiæ, etiamsi imperiali, regali, cardinalatus, archiepiscopali, ducali, aut alia quacumque ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, id adversum hujus electionis factas & facta, fiendas & fienda, ex abundanti damnat, reprobat, & annullat, prout etiam de seipsis nulla nulliusque roboris vel momenti existunt, mandans sub obtestatione divini judicii, & sub excommunicationis pœna, quam in contrarium facientes ipso facto incurrant, & præcipiens, ne quis talia facere, vel jam factis uti, aut eadem observare quovis modo præsumat. Omnesque & [illegible] promissionibus & obligationibus quibuscumque, etiam juramento vallatis, [illegible] synodus ad cautelam & ex abundanti absolvit & relaxat, & prout hæc de facto processerunt, & absolutos & relaxatos esse declarat.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata nono kalendas Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

II.

Aliud decretum ejusdem sessionis de modo eligendi summum pontificem, & numero.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Consolabitur dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas ejus, ait Isaias propheta, *& ponet desertum ejus quasi delicias, solitudinem ejus quasi hortum domini. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis*: quod jam, aspirante singulari gratia Spiritus paracleti, in ecclesia conspicere speramus, & videre pastorem bonum constituendum a domino super familiam suam, qui sapienti & fideli regimine relevet ipsam ecclesiam a languoribus suis, quos ex inutili & damnosa administratione hactenus perpessa est. Et licet diversis temporibus diversi modi super electione Romanorum pontificum observati sint, prout necessitas & utilitas ecclesiæ exposcebat, nunc tamen cura rei hujus sub directione omnipotentis Dei incumbit huic sanctæ synodo congregatæ pro reformatione ecclesiæ & salute omnium fidelium in nomine Christi salvatoris, qui ait: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* Et jam post editionem salubrium decretorum & sacrorum canonum, atque justam depositionem illius qui ipsos canones & decreta spernebat ac parvipendebat, sanctæ reformationi & restaurationi legis divinæ ac publicæ saluti vehementer obsistens, superest virum talem quærere a domino, & cum beneplacito suæ benignitatis eligere, per quem desiderata cunctis gentibus ipsa reformatio atque salutaris gubernatio ecclesiæ Dei in salutarem reducantur effectum. Nam & singulariter futuro pastori incumbet bene regendi necessitas, dum recens exemplum sui prædecessoris ob ejus damnosum regimen ejecti ante oculos positum habebit. Dudum quoque in quarta sessione hujus sanctæ synodi, celebrata duodecimo Kalendas Julii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo, statutum fuit de electione Romani pontificis, si sedem apostolicam hoc sedente concilio vacare contingeret, in hunc modum: Hæc sancta synodus decernit, statuit, atque diffinit, quod in eventum vacationis sedis apostolicæ, hoc sacro generali concilio durante, electio summi pontificis in loco istius sacri concilii fiat, & interdicit ne alibi celebretur. In contrarium attentata quavis auctoritate, etiamsi papali, non obstantibus quibuscumque constitutionibus editis vel edendis, aut aliis in contrarium facientibus, ac si de ipsis de verbo ad verbum esset facienda mentio specialis, aut juramento firmata existant, quibus ex certa scientia derogat, & decernit nulla & irrita esse & nullius roboris vel momenti ipso jure. Contrarium vero attentantes sint tam active quam passive, quoad electionem Romani pontificis & ad quascumque alias dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetuo privati, & infamiæ notam & etiam excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Quod si for-

Matth. 18.

Basileensis concilii sessione 4. cujus est initium, Attende quod ad.

Anno Christi 1439.

si forsitan aliqua de facto prætensa electio præsumeretur, tam electus prætensus, quam illi adhærentes & eum pro tali gerentes, supradictas pœnas incurrant. Absolutionem vero omnium & singulorum qui præmissas sententias aut aliquam earum incurrerint quoquo modo, dicta sancta synodus tantummodo, præterquam in mortis articulo, sibi reservat: decernens præsens decretum ligare, afficere, vim & effectum habere & sortiri, post quadraginta dies continuo proxime secuturos a die publicationis ejusdem.

Basileensis concilii sessione 7. quæ incipit: Dudum hæc sancta.

Deinceps autem in nostro decreto septimæ sessionis ordinarum fuit, quod in eventum prædictum vacationis sedis apostolicæ, hoc sedente generali concilio, ante sexagiota dies a tempore ipsius vacationis continue computandos, ad electionem Romani pontificis minime procederetur: quem terminum sexaginta dierum, postquam vacavit ipsa sedes per depositionem Gabrielis, olim Eugenii papæ IV. hæc sancta synodus duxit expectandum. Decrevitque, effluxo illo termino, electionem Romani pontificis in hoc sacro concilio esse fiendam, modis & formis per ipsum concilium declarandis, prout in decreto nostro trigesimæquintæ sessionis plenius continetur. Cum autem jam per ejusdem termini lapsum adhoc per plures dies ad electionem præfatam procedere distulerimus, ecclesiaque acerrimos dolores patiatur, dum protelatur sedis apostolicæ diuturna vacatio, & differtur novi pastoris electio, ipse quoque, qui justissime depositus est, variis artibus ecclesiam conturbare conatur, & apostolicæ sedis primatum nefanda præsumptione tenere & occupare, in grave scandalum ecclesiæ & magnum periculum fidei & religionis Christianæ, (qui pertinaciam suam indies magis ac magis hominibus manifestando mense Septembris proxime præterito horrendam invectivam adversus veritates fidei, in hanc sanctam synodum, ejusque fautores & defensores promulgavit, non correctionem seu emendationem proferens, sed omnem incorrigibilitatem & pertinaciam ostendens, atque proprius factis totimundo manifestans) necesse est ecclesiæ catholicæ de prudenti & fidei pastore providere, qui eam a persecutionibus tam reprobi hominis defendat, fidemque conservet, ac justitiam & veritatem tueatur, animasque pretioso Christi sanguine redemptas, quas præfatus Gabriel seducere nititur, dirigat in viam salutis. Nam, sicut res ipsa indicat, plura & majora scandala indies eveniunt, nisi per auxilium gratiæ Dei de remedio provideretur opportuno. Ad quod quærendum, & de idoneo pastore providendum, necessitas fidei maxime nos impellit. Volens itaque tandem hæc sancta synodus post maturam & longam expectationem exolvere debitum domino Deo suo, & saluti atque necessitati ipsius ecclesiæ (ut tenetur) providere, ad laudem & gloriam beatissimæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, statuit, decernit & declarat, electionem Romani pontificis fiendam & celebrandam esse pro hac vice per hoc sacrum concilium Basileense seu ejus auctoritate, modis & formis infra scriptis.

Iste cardinalis Arelatensis fuit Eugenio infensissimus: hinc istæ tot acerbitates, ut videtur.

Et primo, quod una cum dilectissimo ecclesiæ filio Ludovico tituli sanctæ Cæciliæ sanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, præsente & præsidente sacro concilio, & aliis ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, si qui ante consummatam electionem futuri summi pontificis advenerint, & adhærentes huic sacro concilio, eidem electioni interesse voluerint, alii tam de prælatis, quam ceteris honorabilibus ecclesiasticis viris, in sacerdotio aut saltem diaconatus ordine constituti, usque ad numerum triginta & duorum, per eamdem synodum ad prædictam electionem faciendam, in nostra generali congregatione ac in sessione publica nominandi & deputandi, potestatem habeant, prout secundum Deum & conscientias suas eisdem videbitur, hac vice libere eligendi summum pontificem auctoritate hujus sanctæ synodi, ita ut ille absque ulla exceptione ab universali ecclesia summus pontifex habeatur, qui ab omnibus prædictis sic debentibus pro hac vice eligere, aut saltem a duabus partibus ipsorum fuerit electus, & consensum (ut infra dicitur) præstiterit.

Sessio XXXVII.

Nec valeat electio, nisi duæ partes prædictorum in ipsum electum consenserint & convenerint. Qui omnes pro hac vice eligere debentes, tanto attentius sinceris mentibus & expurgatis conscientiis idoneum & perutilem pastorem eligere curent, quanto ecclesiam in majoribus necessitatibus positam conspiciunt, ad solum Deum oculos dirigentes, qui in districtissimo examine de tanto & tam arduo negotio (ex quo pendet salus universalis ecclesiæ) reddituri sunt rationem. Ordinat insuper, statuit & decernit hæc sancta synodus, quod supradicti eligere debentes, die sequente post nominationem eorum in congregatione generali, conveniant omnes in majori ecclesia Basileensi, in qua missa & sermo solennes celebrentur & fiant, (prout est de more fieri in die quando intratur conclave) tenebiturque eodem die publica sessio, & ibi omnes suscipiant eucharistiæ sacramentum, ac juramentum præstent quod in vigesima tertia sessione hujus sanctæ synodi extitit ordinatum. Quibus peractis, sine redeundo in domos suas, intrent conclave ad hoc ordinarum in domo hujus civitatis Basileensis, in qua sacra deputatio pro communibus teneri consuevit, ad electionem hujusmodi celebrandam, & consequenter præsentandum, ac intimandum, ceteraque faciendum, observandum & prosequendum, quę in præsenti decreto expressa sunt, & quæ in ceteris hic non expressis, & alia decreta hujus sanctæ synodi, nec non aliæ constitutiones & ordinationes, videlicet tam in corpore juris clausæ, quam extravagantes, (quæ hactenus observari consueverunt) de cardinalibus & aliis electoribus Romani pontificis statuunt & decernunt, quæ omnia, salvis expressis in prædicto decreto, volumus in suo robore permanere, & etiam in prædictis ad eligendum pro hac vice deputaris & deputandis locum habere, quemadmodum de cardinalibus in prędictis decretis, constitutionibus & ordinationibus statutum & ordinatum reperitur, sed nullum eisdem expressis quovis modo prȩjudicium generare.

Concilii Basileensis sessione 23. quæ incipit: Quoniam salus populi, §. cum summo pontifici.

Electus autem in papam, præsentata sibi electione, si præsens in hac civitate fuerit, per aliquos ex ipsis electoribus, etiamsi cardinales non fuerint, vel extra civitatem per aliquos ex ipsis, vel alios ad hoc habentes mandatum ab eis, in præsentia notarii & saltem decem personarum requisitus, teneatur infra diem naturalem ab hora requisitionis, consentire ac jurare modo & forma inferius descriptis, alioquin ejus electio pro infecta habeatur. Volumus autem, quod si contingeret ipsum electum hujusmodi electionem non acceptare, seu ei non consentire modo & forma & in tempore ordinatis, quod præfati ad eligendum ordinati ad alterius electionem procedant, priusquam exeant conclave, si præfatus electus in hac civitate fuerit. Si fuerit extra civitatem, eo casu infra triduum post notitiam habitam in concilio, & per ipsum concilium

SESSIO XXXVII.

in congregatione generali declaratam, de recusatione per electum facta, iterum intrent conclave pro electione alterius facienda omnibus modis & formis, sicut superius dictum est. Et si quis ipsorum electorum a tempore primi ingressus conclavis interea recederet a concilio, vel decederet, aut impedimentum haberet per quod non posset electioni interesse, vel etiam conclave intrare nollet, alius loco ejus subrogetur de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos, aut per majorem partem ipsorum; qui habebit communicare & jurare, prout præfati deputati aut major pars ipsorum ordinaverit. Duretque potestas omnium & singulorum prædictorum absque alia nova deputatione electorum, donec electio per eos facienda realiter per consensum electi sortita fuerit effectum. Hanc autem formam & modum electionis approbat, statuit, ordinat & decernit hæc sancta synodus pro hac vice. Et ad omnem scrupulum submovendum, omnes & singulos in eadem synodo præsentes & venturos, & qui ei adhærebunt, quantum ad hujusmodi electionis opus & totalem effectum, ab omnibus sententiis excommunicationis (si quas forsitan incurrerint) & quibuscumque censuris a jure vel ab homine generaliter vel specialiter, etiam a conciliis generalibus vel summis pontificibus, promulgatis, absolvit, ipsosque ad omnes actus in eadem synodo agendos active & passive, quatenus opus est, habilitat, & habiles esse declarat, volens etiam ut specialiter in omnibus ad eligendum deputatis aut deputandis (ut præmittitur) locum habeat constitutio Clementis V. quæ ordinat ut nullus ex cardinalibus cujuslibet excommunicationis, suspensionis & interdicti prætextu, a dicta electione repelli valeat, ceteris ejusdem concilii decretis in his quæ superius expressa non sunt semper salvis, supplens ex certa scientia & ex plenitudine potestatis omnes & singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in præmissis, ac etiam suspendens omnia jura positiva in conciliis generalibus & a summis pontificibus edita & statuta, & ordinationes, consuetudines & privilegia quibuscumque concessa, & pœnas contra quoscumque ordinatas, & eis derogans, inquantum effectum præsentis decreti impedire possent, quoquo modo in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Præterea cum necessitas rerum & circumstantiæ temporis id exposcant, ut hæc sacra synodus & ipse summus pontifex per Dei gratiam in proximo assumendus quam maxime unum sint eadem caritate & unanimi consensu, quampluribus ad hæc urgentibus rationibus ordinat & decernit, ut electus in summum pontificem, priusquam aliquid grave in his quæ pertinent ad administrationem papatus exerceat, insignia coronationis suæ assumere debeat in loco hujus sacri concilii, ad quem, si absens fuerit, infra terminum sibi assignandum per deputatos ad eligendum, vel majorem partem eorumdem, venire teneatur.

III.

Sequitur forma consensus, professionis & juramenti præstandi per ipsum electum in summum pontificem.

In nomine domini Amen. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ego N. electus in papam omnipotenti Deo, cujus ecclesiam suo præsidio regendam suscipio, & beato Petro apostolorum principi corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem catholicam, secundum traditionem apostolorum, generalium conciliorum, & aliorum sanctorum patrum, maxime autem sanctorum octo conciliorum universalium, videlicet primi Nicæni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini primi, & quarti Calchedonensis, quinti & sexti item Constantinopolitani, septimi item Nicæni, octavi quoque Constantinopolitani, nec non Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basileensis generaliũ conciliorum, & illam fidem usque ad unum apicem immutilatam servare, & usque ad animam & sanguinem confirmare, defensare & prædicare, ritumque pariter sacramentorum ecclesiasticorum ecclesiæ traditum, omnimode prosequi & observare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholicæ & extirpatione hæresum & errorum, reformatione morum, executione & observatione decretorum Constantiensis & Basileensis conciliorum, ac pace in populo Christiano. Iuro etiam prosequi celebrationem conciliorum generalium ac confirmationem electionum, juxta decreta sacri Basileensis concilii. Hanc autem professionem mea manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi judicii redditurus sum de hoc & aliis meis operibus rationem, puram meore super altare offero, quam in primo publico consistorio solenniter repetam: Datum ut supra.

ANNO CHRISTI 1439.

IV.

Decretum inhibitionis, ne bona electi & eligentium rapiantur.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, ad perpetuam rei memoriam.

Cum ea quæ laudabiliter pro reprimendo conatu malignantium ordinata sunt, nullatenus negligi deceat, sed potius diligenti servari studio, sacrum canonem, dudum in concilio Constantiensi editum adversus illos qui bona electorum, seu etiam eorum qui famabantur de novo electi in summos pontifices, rapere vellent, innovat hæc sancta synodus sub hujusmodi tenore: Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum, ad id præsertim ad quod cupiditatis & avaritiæ * stimulis incitatur. Fiunt autem & factæ sunt leges, ut earum metu humana refrenetur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & refrenetur nocendi facultas. Cum itaque nonnunquam evenisse comperimus, quod electo Romano pontifice, nonnulli sub prætextu prætensæ cujusdam abusivæ licentiæ, res & bona sic electi, quasi culmine divitiarum adepto, falso prætendentes occupanti concedi, nedum illius sic electi, imo aliquando nonnullorum quos electos esse mendaciter contingunt, domos, res & bona cardinalium, aut electorum Romani pontificis, & aliorum in loco conclavis existentium, etiam violenter invadunt, recipiunt, occupant & transportant, lucrifacta existimantes: ex quibus (si permitterentur) plura pericula, scandala, rapinæ furta, & nonnunquã homicidia sequerentur. Nos igitur tam sceleratæ temeritatis & audaciæ viam præcludere, & hujusmodi periculis & scandalis obviare volentes, præfatum damnantes sceleratum abusum, talia fieri hoc edicto prohibemus; statuentes quod quicumque, cujuscumque status aut conditionis existant, contra hoc præsumpserint attentare, aut ad hoc auxilium, consilium vel favorem præbere, pœnas quas in violentos raptores & occupatores hujusmodi jura atque apostolicæ & imperiales constitutiones statuunt, & eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, a qua nisi per hanc sanctam synodum, aut futurum Romanum pontificem, prætetquam in mortis articulo, &

Constantiensis concilii sessione 41.
* stimulo *

facta

ANNO CHRISTI 1439.

facta satisfactione, absolvi nequeant, & omni officio, beneficio, privilegiis ac dignitate ecclesiastica & mundana, feudisque & rebus aliis, si quæ aut quas in Romana vel aliis ecclesiis obtinebunt, sint privati, & intestabiles active & passive existant: civitas vero quæ in præmissis culpabilis fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto: hunc adjicientes sanctioni, ut domini temporales rectoresque & officiales civitatis vel loci, ubi electionem Romani pontificis contigerit celebrari, illa imminente, præmissa fieri sub gravibus pœnis publice & realiter prohibeant, & prohibitionem diligenter faciant observari, ceteris constitutionibus circa talia editis in suo robore duraturis. Et quia nunc imminet electio Romani pontificis, per hanc sanctam synodum seu ejus auctoritate celebranda, ubi observatione & executione præfatæ constitutionis opus est, nos omnia & singula prædicta agendi & exequendi illis personis tam ecclesiasticis quam sæcularibus, quæ postmodum in nostra cancellaria nominabuntur, plenam & liberam committimus & concedimus facultatem & potestatem, decernentes literas super hoc fieri cum censuris & aliis remediis juris, etiam cum invocatione brachii sæcularis & clausulis opportunis. Datum ut supra.

V.

Ne tempore electionis fiat audientia.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis ad futuram rei memoriam.

Ne variarum rerum occupatio actum salubrem electionis futuri pontificis impediat aut perturbet, decernit hæc sancta synodus, ut ad tam necessarium & tam salubre electionis negotium attentius procedatur, audientiam & omne causarum & litium exercitium in hoc sacro concilio, præter audientiam cameræ, a die quo deputati ad eligendum summum pontificem intrabunt conclave, & deinceps usque ad publicationem electionis ipsius summi pontificis inclusive, suspendenda esse, eademque hoc præsenti decreto suspendit & prohibet, irritum decernens & inane quidquid in contrarium fuerit attentatum. Datum ut supra.

SESSIO XXXVIII.

I.

Contra invectivam.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO XXXVIII.

3. Esd. 4.

In Esdra scriptum est: *Veritas magna & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem invocat: cælum etiam ipsam benedicit: veritas manet, & invalescit in æternum, & vivit & obtinet in sæcula sæculorum. Non est apud eam accipere personas, neque differentias: sed quæ justa sunt facit omnibus injustis.* Cujus quidem veritatis fortitudinem dum impugnare conatur Gabriel, quondam dictus Eugenius papa quartus, justo judicio a papatu depositus, seipsum magis dejicit & prosternit. Qui nuper apud Florentiam (prout per summariam informationem accepimus) libellum quemdam, qui incipit, Moses servus Dei, promulgavit, in quo prætensam translationem præfatam hujus sacri concilii in Ferrariam, quam erroneam in fide pluribus decretis & epistolis nostris lucidissime declaravimus, nec non erectionem schismaticam conventiculi Ferrariensis sub nomine generalis concilii, hoc sacro durante concilio, in vim præfatæ translationis attentatam, majori semper cum pertinacia defendere & approbare conatur, adjiciens quod a recta linea per anfractus erroris exorbitavimus, quodque concilium Constantiense in malignum sensum, & a sana doctrina penitus alienum pertraximus, in hoc quod declaravimus per sessionem nostram decimo septimo Kalendas Junii proxime præteriti celebratam, tres veritates, quarum tenor sequitur:

SESSIO XXXVIII.

Basileensis concilii sessione 33. quæ incipit, Sicut una est.

Veritas de potestate concilii generalis, universalem ecclesiam repræsentantis, super papam & quemlibet alterum, declarata per Constantiense & hoc Basileense generalia concilia, est veritas fidei catholicæ.

Constantiensis concilii sessione 4. & 5. & in hoc Basileensi sessione 2.

Veritas hæc, quod papa concilium generale universalem ecclesiam repræsentans, actu legitime congregatum, super declaratis in præfata veritate aut aliquo eorum, sine ejus consensu nullatenus auctoritative potest dissolvere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, est veritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans est censendus hæreticus.

Conatur quoque ipse Gabriel post prædicta per eum sic asserta, sub obscuritatibus verborum mundum involvere, dicens se damnare & reprobare veritates prædictas ad sensum Basileensem, quem, inquit, facto demonstravit, neque illum sensum explicans, nec in quo sensu eas approbare velit manifestans: quæ fortassis ideo subticet, quoniam manifeste videt verba dictarum veritatum ita clara esse & aperta, sicut sunt, quod de nulla obscuritate notari merito possunt, nec ad multiplices pertrahi sensus: & per consequens, quod ille primus sensus, juxta quem se dicit reprobare dictas veritates, nullatenus allegari potest. Hoc autem notum facimus universis catholicis, quod nullum sensum in his habet hæc sancta synodus, nec habere vult, nisi quem sacra synodus Constantiensis habuit in declarationibus suis, sensum verum & catholicum, quemque semper habuimus in declarationibus per nos factis, in secunda, undecima, duodecima, vigesimanona & aliis sessionibus nostris, ac epistolis synodalibus, pariter cum cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, oratoribus principum, abbatibus, doctoribus, qui in nostro cœtu adfuerunt, fideliter & unanimiter credentibus, quod concilium habet potestatem immediate a Christo, cui papa obedire tenetur, prout veritas præfata in concilio Constantiensi declarata, diffinivit, quodque hæc veritas est juris divini, quod papa ipse concilium generale universalem ecclesiam repræsentans legitime congregatum, eo modo quo frequenter declaratum est, sine ejus consensu dissolvere, aut de loco ad locum transferre non potest: neque adversus has veritates prævalere potuit Gabriel ipse, qui prætensam dissolutionem hujus sacri concilii sine ejus consensu prima vice per eumdem Gabrielem attentatam, hoc sacro concilio eidem ex parte Dei omnipotentis præcipiente atque mandante, judicialiter revocare compulsus est, ac in sua adhæsione eam declaravit nullam, irritam & inanem, ipsaque non obstante concilium legitime continuatum fuisse, & prosecutionem habuisse & habere debere, revocando etiam expresse literas incipientes, Deus novit, quæ suo nomine factæ dicebantur, & adversus hujus sacri concilii & aliorum conciliorum auctoritatem varios errores continebant: item duas literas suas incipientes, Inscrutabilis, &, In arcano, alias etiam quascumque,

Sed plerique cardinales ad Eugenium venia petita rediere, solo Arelatensi Basileæ manente.

Sessio XXXVIII

ac quidquid per ipsum aut suo nomine in præjudicium aut derogationem hujus sacri concilii Basileensis, seu contra ejus auctoritatem, factum & attentatum seu assertum erat. Ecclesia catholica tunc in pace conquievit, tenens firmiter esse verum & catholicum, quod papa absque consensu concilii ipsum dissolvere, aut transferre non potest: cognoveruntque cuncti fideles, quod acquiescere oportet judicio generalis concilii summum pontificem, cum post tam diuturnam resistentiam duorum annorum, quibus ipsam dissolutionem idem Gabriel justificare conabatur, acquievit judicio sacri generalis concilii, præsentans judicialiter coram eodem formam suæ confessionis, quemadmodum sacrum concilium ordinavit, revocando expresse (ut dictum est) quæcumque asserta per eum aut nomine suo in contrarium. Possuntque omnes catholici nunc videre, quanta plaga infertur ecclesiæ Dei, si revocatetur in dubium illa declaratio facta in concilio Constantiensi, vigore cujus & ineffabili ac inexpugnabili auctoritate depositio Ioannis vigesimitertii, & privatio Benedicti a jure papatus (si quod habebant) sic in suis obedientiis nuncupatorum, ac etiam electio Martini, cui successit olim Eugenius, factæ sunt, & a quibus consequuter omnes creationes cardinalium, & promotiones prælatorum & aliorum ordinum & graduum ecclesiasticorum factæ sunt, quantumque declarationis ejusdem & auctoritatis datæ a Christo conciliis generalibus vigor deperiret, si summi pontifices possent concilia, dum congregata essent, transferre de regione in regionem sine consensu ipsorum, & eisdem conciliis præcipere ut dissolverentur aut discederent, etiamsi nollent, quoties liberet ipsis pontificibus. Verum in hac reprobatione dictarum veritatum, quam idem Gabriel facit in præfato libello, intelligere possunt omnes fideles, quomodo jam id verificatur, quod a septem annis in sua duodecima sessione ipsius de ipso Gabriele prædixit hæc sancta synodus, cum ait: Et, quantum ex ejus verbis factisque colligi potest, nil aliud prætendere videtur, nisi ut ecclesiam pessumdet, jusque sibi & successoribus faciat, non solum abrogandi ritum sacrorum conciliorum, & ea pro libito dissolvendi, sed & ipsorum sacratissima decreta Spiritu Dei promulgata, a quibus status pendet universalis ecclesiæ, irritandi & abolendi, & præsertim declarationem illam, quod in his quæ ad fidem, extirpationem schismatis, & generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris pertinent, quilibet, etiam papalis dignitatis, decretis generalis concilii subjicitur. Hæc in præfata duodecima sessione habentur, quæ nunc idem Gabriel aperte manifestat. Vnde omnes intelligere possunt, quam juste hæc sancta synodus hucusque eidem restitit. Conspiciunt animum obduratum, quo auctoritati generalium conciliorum factis & verbis resistebat, contemnendo etiam & violando voluntarie sacros canones pro salute animarum editos. De quibus ait Damasus papa: Violatores canonum voluntarie a sanctis patribus graviter judicantur, & a Spiritu sancto, instinctu cujus ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare in Spiritum sanctum non incongrue videntur qui contra eosdem canones non necessitate compulsi, sed libenter (ut præmissum est) aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum. Reprobat insuper præfatus Gabriel, & damnat suam depositionem, ad quam hæc sancta synodus juxta dispositionem præfatæ veritatis in concilio Constantiensi declara-

Constantiensi concilii sessione 12.

Basileensis concilii sessione 12. unde colligi potest ... Sancta catholica ecclesia.

15 q. 1. Violatores. 10. q. 1. Hanc consuetudinem.

A tæ, post longam expectationem & maturam examinationem judicialiter processit, propter hæresim, schisma, simoniacam notoriam pravitatem, perjurium, & contemptum, ac violationem assiduam synodalium decretorum concernentium reformationem ecclesiæ generalem in capite & in membris, quibus incorrigibiliter scandalizabat ecclesiam Dei, a quibus quidem nequaquam se in præfato libello expurgat, sed convicia & maledicta in hoc sacrum concilium & suppositam ejus referre conatur, & sententiam in judicem ferre, a quo legitime condemnatus extitit. Et postquam per ecclesiam hæreticus judicatus est, veros catholicos doctrinam ipsius ecclesiæ invariabiliter tenentes hæreticos appellare B præsumit, sicut mos est condemnatorum de hæresi, ut suis judicibus maledicere, & hæresim objicere soleant, cum veritate fuerint manifestissima superati. Ad quæ omnia pleniorem responsionem fecimus in responsione synodali data in nostra generali congregatione Nonis hujus mensis Octobris. Renovat etiam pœnas, quas adversus suppositam hujus sanctæ synodi, eo quod suæ prætensæ & erroneæ translationi non parebant, jamdudum anno præterito in conventiculo Ferrariensi promulgavit. Cum itaque ex dicto libello omnibus constare possit, quomodo præfatus Gabriel in crimine hæresis & schismate, de quibus condemnatus est, se pertinacius obduratum reddebat, & magis se hæreticum comprobet, universis & singulis Christi fidelibus hæc sancta sy-C nodus præcipit atque mandat, ut juxta verbum Mosis servi Dei dicentis, *Recedite a tabernaculis hominum impiorum*, a tabernaculo & consortio ac omni adhærentia ipsius Gabrielis, tamquam a Core, Dathan & Abiron auctoribus schismatis, recedant cum effectu, illumque omnino devitent, juxta præceptum apostoli in epistola ad Titum, qua dicit: *Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.* Nam etiam juxta doctrinam Ioannis in secunda canonica sua, Non habenti doctrinam ecclesiæ nec est dicendum Ave. Omnesque huic divinæ sententiæ non acquiescentes merito pertimescere D habent, quoniam in districto examine divini judicii reddituri sunt rationem, si participationem, adhærentiam & favorem dicto Gabrieli, per generale concilium condemnato tamquam hæretico, præstent. Et quoniam (ut ait beatus Gregorius) illa capitula recipi non debent, quorum damnantur auctores, ne ex doctrina præfati libelli, quem in confirmationem suæ hæresis & schismatis dictus Gabriel post suam condemnationem effecisse dicitur, quempiam fidelium in hac re seduci contingat, hæc sancta synodus districtius inhibet, præcipit atque mandat omnibus & singulis Christi fidelibus, cujuscumque dignitatis, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, pontificalis, aut alterius cujuscumque ecclesiasticæ vel sæcularis, etiamsi universitates, communitates vel collegia fue-E rint, ne privatum libellum publicare, prædicare, approbare, seu defendere præsumant, seu eidem quovis modo assentire, credere, aut favere, vel eo uti, seu utentibus eo consilium, auxilium, vel favorem præstare, neque etiam prætensis censuris, seu sententiis innovationis, declarationis, damnationis, reprobationis, nuntiationis, confirmationis & dispositionis in eodem libello quomodolibet contentis, quas nullas ac nullius penitus roboris vel momenti esse decernimus & declaramus, obedire, attendere, seu eas observare, aut vigore earumdem seu aliorum quorumque mandatorum vel concessionum aut indultorum quorumcumque dignitates, etiamsi cardi-

Anno Christi 1439.

Num 16.

Tit. 3.

ANNO CHRISTI 1439.

cardinalatus, patriarchales, archiepiscopales, episcopales fuerint, vel beneficia, aut alis quæcumque bona suppositorum hujus sanctæ synodi & eidem adhærentium quovis modo impetrare, occupare aut detinere, etiamsi motu proprio eis concessa dicantur, vel ipsos sic impetrantes, occupantes, vel detinentes, ad possessionem eorumdem recipere vel admittere, seu eos in eisdem sustinere quovis modo præsumant, sub pœnis fautoriæ schismatis & hæresis, nec non aliis pœnis excommunicationis, privationis ab omnibus dignitatibus, etiamsi (ut præmittitur) cardinalatus, patriarchales, archiepiscopales, episcopales, aut pontificales fuerint, beneficiis & officiis, & inhabilitationibus ad easdem, & interdicti, dudum in octava, tertiadecima, & B vigesimanona, ac aliis sessionibus hujus sanctæ synodi, in talia * facientibus promulgatis, quas hæc sancta synodus innovat, & quas omnes & singuli prædicti ipso facto incurrant, nec ab alio quam ab hac sancta synodo, præterquam in mortis articulo, valeant de prædictis absolvi. Et si qui huic sacro concilio incorporati, aut ei adhærentes, vigore mandatorum præfati Gabrielis, olim Eugenii, post ejus suspensionem ab administratione papali emanatorum, suis dignitatibus aut beneficiis quibuscumque spoliati essent, aut spoliarentur in futurum, possint nihilominus sine aliæ causæ cognitione, aut requisitione alterius auctoritatis, possessiones hujusmodi dignitatum & beneficiorum per se vel per alios reintrare & recuperare, aliis pœnis contentis in decretis C nostris semper in suo robore duraturis.

* facientes

Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, tertio Kalendas Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, apostolica sede vacante.

II.

Aliud decretum de electionibus.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Magna nobis est solicitudo, ut electiones pastorum, quibus incumbit regere gregem dominicum, rite celebrentur, &, quantum possibile est, cuncta removeantur quæ ipsarum puritati obviare possunt. D Quia vero sæpius contigit hactenus, monasteriorum & ecclesiarum prælatis decedentibus, & eorum corporibus tumulatis, propter expectationem absentium vocandorum ex locis longinquis, ecclesias ipsas & monasteria vacantia interim dispendia plurima suscepisse, & propter diuturni interim expectati temporis spatium varia rogamina & precum subornationes factas fuisse, unde ecclesiis sæpius magnæ jacturæ provenisse noscuntur; statuit & ordinat hæc sancta synodus, quod de cetero ad electiones de personis ad ecclesiarum & monasteriorum regimina faciendas, ubi absentes hactenus vocari consueverunt, non teneantur illi de capitulo E vel conventu, in quo electio facienda fuerit, aliquos vocare absentes in locis ultra duas dietas ab ipsa ecclesia vel monasterio distantibus existentes, canonibus aliter disponentibus, non obstantibus quibuscumque. Et idem in electionibus ad quascumque dignitates faciendas intelligatur. Per hoc tamen privilegiis, statutis & consuetudinibus illarum ecclesiarum & monasteriorum, in quibus ad ipsas electiones faciendas prælati religiosi aut alii de aliis ecclesiis aut monasteriis vocandi sunt, non intendimus in aliquo derogare. Prædicta quoque in casu electionum dumtaxat volumus intelligi, aliis

SESSIO XXXVIII.

A casibus, in quibus absentes vocandi sunt, in dispositione juris communis remanentibus. Insuper quoniam in modo & forma eligendi ecclesiis & monasteriis prælatos, maxime cum in eorum electionibus per viam scrutinii proceditur, multa requiruntur a jure observanda, quorum omissio hujusmodi electiones nullas reddit vel saltem annullandas, unde dispendia & quamplurima discrimina eisdem ecclesiis & monasteriis hactenus sæpenumero evenerunt, & continuo in posterum evenire possent, ad obviandum eisdem discriminibus & dispendiis, statuit hæc sancta synodus, quod superiores, ad quos earumdem electionum spectat confirmatio, electiones quaslibet hujusmodi, dummodo illas alias a majori parte capitulorum seu conventuum, ecclesiarum & monasteriorum hujusmodi, prius tamen vocatis vocandis, & communione suscepta, & juramentis præstitis, primitus, juxta formam decreti nostri desuper editi de personis idoneis, celebratas cognoverint, super reliquis formam concernentibus, juxta traditionem canonum, absque tamen malitia & fraude omissis ad confirmationes hujusmodi electionum procedere, & cum taliter electis, cum ipsarum qualitas & ecclesiarum utilitas persuaserit, ut iidem in ecclesiis & monasteriis eisdem præesse, ipsasque in spiritualibus & temporalibus regere & gubernare ac dispensare possint & valeant. In postulationibus tamen quotumcumque nullatenus juramenta & communio, sicut nec in electionibus, obmittantur, constitutionibus eisdem in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Datum Basileæ in sessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata tertio Kalendas Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, apostolica sede vacante.

III.

Aliud decretum confirmationis nominatorum ad eligendum papam, & deputatorum in conclavi.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Nuper in decreto nostræ trigesimæseptimæ sessionis super electione Romani pontificis promulgato, inter cetera statuimus, quod una cum dilecto ecclesiæ filio Ludovico tituli sanctæ Cæciliæ cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, & aliis cardinalibus ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, si qui ante consummatam electionem advenirent, & ipsi electioni interesse vellent, alii triginta duo tam de prælatis, quam de ceteris honorabilibus ecclesiasticis viris assumerentur, qui pro hac vice auctoritate hujus sanctæ synodi ipsum Romanum pontificem eligere haberent, ita ut ille ab universali ecclesia summus pontifex habeatur, qui a duabus partibus omnium prædictorum fuerit electus, prout hæc omnia in prædicto decreto latius continentur, inter quos triginta duos nominavimus & elegimus dilectos ecclesiæ filios, Thomam abbatem de Dondraina, ordinis Cisterciensis, diœcesis Candidæ casæ, Ioannem de Segobia, archidiaconum de Villavisosa in ecclesia * Ovetensi, Thomam de Courcellis, canonicum Ambianensem, in sacra theologia magistros, committentes eisdem plenariam facultatem eligendi, si vellent, ac assumendi secum unum, duos aut tres alios (prout eis videretur) qui assumpti & electi similem & eamdem secum potestatem haberent & facultatem, mandato, vice, & auctoritate

Basileensis concilii sessione 17. quæ sic incipit, consolabitur dominus Sion.

* Ovetensi.

SESSIO XXXVIII

hujus sacri Basileensis concilii, nominandi & eligendi restantes electores ipsius futuri Romani pontificis, & etiam alios officiarios pro conclavi necessarios, ita quod nullus per eos eligendus aut nominandus censeretur esse electus & nominatus, nisi a majori parte prædictorum eligentium nominatus esset & electus. Quibus injunximus ut reciperent & nominarent ipsos restantes electores ex toto corpore concilii, habendo respectum ad nationes & deputationes in hoc sacro concilio existentes, quantum fieri posset. Recipimusque ab ipsis tribus prænominatis juramentum, quod eligerent viros timoratos & idoneos, quodque non revelarent electos per ipsos usque ad publicationem eorumdem in generali congregatione aut sessione, sed ipsam electionem sic per eos factam, clausam sub eorum sigillis, reponerent in aliquo loco tuto sub fida custodia, usque ad illam diem publicationis. Volentes autem tres prædicti deputati nostri commissionem sibi per nos factam exequi, coassumpto sibi dilecto ecclesiæ filio Christiano de Gretz reginæ in theologia magistro, præposito ecclesiæ sancti Petri in Bruna, Olomucensis diœcesis, die quinto Kalendas Novembris, in domo fratrum minorum Basileensium convenientes, elegerunt & nominarunt tam de prælatis, quam de ceteris usque ad complementum numeri trigintaduorum, ipsis in eodem numero ex nostra ordinatione comprehensis, quos in certa schedula descripserunt, & eamdem clausam sub sigillis eorum, in loco tuto sub fida custodia reposuerunt, usque ad diem publicationis fiendæ. Subsequenter vero die quarta Kalendas ejusdem mensis Novembris in nostra generali congregatione ad hoc specialiter indicta, præfatam schedulam aperientes, nominationem & electionem sic per eos factam publicaverunt, in qua personæ infrascriptæ nominatæ & deputatæ sunt ab eisdem pro electoribus futuri Romani pontificis, Ioannes archiepiscopus Tarentasiensis, Otto Detrusensis, Georgius Visensis, Franciscus Gebennensis, Ludovicus * Visensis, Bernardus Aquensis, Guilielmus Vercellensis, Georgius Augustensis, Ioannes Eporediensis, Fredericus Basileensis, Ludovicus Taurinensis ecclesiarum episcopi, * Aleranmus sancti Beoigni Fructuariensis ordinis sancti Benedicti Eporediensis diœcesis, Iacobus de Segusio ordinis sancti Benedicti Taurinensis diœcesis, Conradus de Lucella Cisterciensis ordinis Basileensis diœcesis, Raimundus Coochensis ordinis sancti Benedicti Ruthenensis diœcesis, Petrus sancti Cucufatis ejusdem ordinis Barcinonensis diœcesis, Thomas de Dondraina ordinis Cisterciensis Candidæ casæ diœcesis, Antonius Arularum ordinis sancti Benedicti Elnensis diœcesis monasteriorum abbates, Ioannes de Segobia archidiaconus de Villavisoza in Ovetensi, Christianus de Gretz reginæ præpositus sancti Petri in Bruna Olomucensis diœcesis, Nicolaus Thibout pœnitentiarius Constantiensis Rothomagensis provinciæ, Thomas de Courcellis canonicus Ambianensis, Ioannes de Valle rector parochialis ecclesiæ de Pleneor Leonensis diœcesis in theologia magistri, Guilielmus Hugonis archidiaconus Metensis legum doctor, fratres Ioannes de monte Canuto præceptor domus sancti Antonii de Renverso Taurinensis diœcesis, Derzelaus archidiaconus Cracoviensis, Bernardus de Bosco canonicus Ilerdensis, frater Bartholomæus de Provanis præceptor domus sancti Antonii de Clavasio Eporediensis diœcesis, Ioannes de Vuiler decanus ecclesiæ Basileensis, Raimundus Albioli canonicus Tutiassonensis decretorum, Henricus de Iudæis legum doctores, Iacobus de Saltzburga licentiatus in jure canonico canonicus Ratisponensis, omnes suprascripti sunt in sacerdotio constituti.

* forte Niciensis.

* Aleramus

ANNO CHRISTI 1439.

Nomina vero personarum quas in aliis officijs necessariis pro conclavi deputaverunt, sunt hæc: Ludovicus episcopus Lausanensis, pro locum tenente camerarii durante ipso conclavi.

Pro custodibus conclavis, Percevallus Bellicensis, Nicolaus Grossetanus episcopi, Ioannes sancti Michaelis de Clusa ordinis sancti Benedicti Taurinensis diœcesis, Franciscus Abundantiæ ordinis sancti Augustini Gebennensis diœcesis monasteriorum abbates, Franciscus de Fusce ordinis minorum magister in theologia, Vuilielmus de Constantia legum doctor, canonicus Spirensis, Ioannes de Turicella decanus Segobricensis, Theodoricus Nagel canonicus Rigensis.

Pro clericis ceremoniarum gratia, Æneas de Senis Tridentinensis, Michael Brumensis Belvacensis ecclesiarum canonici, notarii apostolici. Pro promotoribus, Hugo Barardi, Ioannes * Slitzenrode. Pro procuratore fiscali, Robertus * Maignani. Pro soldano, Petrus de Atrio. Deinceps autem loco Bernardi episcopi Aquensis, qui, allegatis per eum pluribus causis, ab ingressu conclavis & officio electionis, ad quod deputatus erat, se excusavit, habitis deliberationibus in sacris deputationibus, loco ejus in nostra generali congregatione nominavimus & deputavimus Ludovicum episcopum Massiliensem. Hanc itaque nominationem, electionem & deputationem tam debentium eligere summum pontificem, quam officiariorum necessariorum pro conclavi, præsenti decreto eadem sancta synodus approbat, & confirmat, eamque validam esse, atque in omnibus vim, robur & effectum habere decernit & declarat, supplens ex certa scientia & de plenitudine potestatis omnes & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in præmissis.

Æneas iste postea fit Pius II. & damnat acta contra Eugenium.

* Sietzenrode.

* Magnanæ.

Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, tertio Kalendas Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

SESSIO XXXIX.

Confirmatio electionis papæ electi.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

DEUS patrum nostrorum & dominus misericordiæ, qui fecit omnia verbo suo, etsi de omnibus a se creatis providentiam gerat, cuncta certo gubernans ordine, speciali tamen cura dilectam suam ecclesiam semper dirigit, pro qua Unigenitum suum dedit, consolans eam jugiter per Spiritum paraclerum, qui ipsam in afflictionibus adjuvat, in persecutionibus confortat, in tribulationibus lætificat, nec eam quibuslibet tentationibus sæculi hujus vinci aut superari permittit. In cujus glorioso nomine congregata hæc sancta synodus, auctoritate duorum præcedentium conciliorum & duorum Romanorum pontificum, dum restaurationem legis * divinæ, & sacrorum canonum, reformationemque morum solicito perquisivit studio, simul etiam extirpationem hæresum, pacificationemque Christianorum principum multis prosequens laboribus, varias adversitates pertulit, & propter veritatem & justitiam plurimas persecutiones perpessa est. Adjuvante tamen virtute Dei, sedulo perseveravit in prosecutione sanctæ reformationis ecclesiæ pro honore

* domini,

ANNO CHRISTI 1439.

nore Dei & salute omnium animarum. Cum autem hoc opus felices progressus habere non posset, propter adversitates & resistentias plurimas, quas Gabriel, olim dictus Eugenius papa IV. in contrarium opponebat, decreta salubria, & sacros canones contemnens & parvipendens, auctoritatemque sacrorum conciliorum verbis & factis conculcans, determinationes fidei catholicæ per ecclesiam factas pertinaciter impugnando, & abusibus variis atque criminibus ecclesiam Dei notorie & incorrigibiliter scandalizando, prout in processibus super hoc deductis latius continetur: ubi tandem apud eum nulla proficiebat admonitio, oportuit ad alia juris remedia recurrere, & a summo pontificio, quod nimium damnose & inutiliter administrabat, eumdem deponere. Post quam depositionem cum quatuor menses & amplius essent effluxi, considerantes quam gravibus sit * circumdata dispendiis, quot & quantis sit plena periculis ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, sicut exacta consideratio temporis edocet, ad electionem novi pontificis procedere duximus, repetitis prius in nostra publica sessione trigesimaseptima illis quæ dudum de electione summi pontificis in hoc concilio fienda, in eventum vacationis sedis apostolicæ ipso concilio durante, in quarta & septima sessionibus ejusdem sanctæ synodi statuta & ordinata fuerant. Et facta solenni declaratione, quod pro hac vice electio Romani pontificis fienda & celebranda erat per hoc sacrum Basileense concilium, seu ejus auctoritate, atque etiam ordinatione per decretum præfatæ trigesimæseptimæ sessionis, quod una cum dilectissimo ecclesiæ filio Ludovico, tituli sanctæ Cæciliæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, præsente & præsidente in hoc sacro concilio, & aliis ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, si qui ante consummatam electionem futuri Romani pontificis advenirent, & huic sacro concilio adhærentes, eidem electioni interesse vellent, alii tam de prælatis, quam de ceteris honorabilibus ecclesiasticis viris in sacerdotio, aut saltem in diaconatus ordine constituti usque ad numerum trigintaduorum, per eamdem sanctam synodum ad prædictam electionem faciendam, in generali sua congregatione ac in sessione publica nominandi & deputandi, potestatem haberent, prout secundum Deum & suas conscientias eisdem videretur, hac vice libere eligendi summum pontificem auctoritate hujus sanctæ synodi: ita ut ille absque ulla exceptione ab universali ecclesia summus pontifex haberetur, qui ab omnibus prædictis sic debentibus pro hac vice eligere, aut saltem a duabus partibus ipsorum esset electus, & consensum suum juxta formam in eodem decreto ordinatam præstaret, secundum cujus decreti dispositionem triginta duo archiepiscopali, episcopali, abbatiali dignitatibus, & graduum ac scientiarum titulis insigniti, nominati & deputati in nostra generali congregatione, ac demum in sessione publica, quorum nomina, dignitates, gradus & ordines hic haberi volumus pro sufficienter expressis, die tertio Kalendas hujus mensis Novembris, celebrata missa solenni per præfatum cardinalem Arelatensem, ac per singulos ipsorum suscepto divinæ eucharistiæ sacramento de manu ejusdem cardinalis, in præsentia totius cleri & populi, & juramentis solennibus præstitis, ipsi pariter cum eodem cardinali conclave intraverunt, in ea domo civitatis Basileensis, in qua depositum pro communibus teneri consuevit. Ubi cum magna devotione septem diebus insistentes, quinque scrutinia successive de mane diversis diebus celebrata missa, & in-

* onusta

Hic solus cardinalis Arelatensis Basileensium adjutor fuit contra Eugenium.

vocata Spiritus sancti gratia peregerunt. Et tandem facto quinto scrutinio ea hora, qua processio hujus sacri concilii domum præfatam circuibat, cantando hymnum, Veni creator, &c. compertum est, religiosum & nobilem virum Amedeum ducem Sabaudiæ in solitudine Ripaliæ Gebennensis diœcesis, jam a pluribus annis in virtute continentiæ honeste conversantem, & virtutum domino in spiritu humilitatis ac simplici & humili habitu deservientem, in summum pontificem universalis & Romanæ ecclesiæ esse electum, juxta præfati decreti nostri 37. sessionis dispositionem. Quæ quidem electio postmodum, aperta fenestra conclavis, fuit per prædictum dominum cardinalem Arelatensem publice nuntiata, decantatoque, Te Deum laudamus, per omnes supra dictos ad eligendum deputatos, concorditer super electione ipsa Deum glorificantes, & orationibus convenientibus subjunctis, ipsi a conclavi exierunt in pluvialibus & mitris, aliisque habitibus condecentibus, prout statui uniuscujusque competebat, concomitantibusque prælatis & aliis suppositis hujus sacri concilii, ac processionibus omnium collegiorum & conventuum hujus civitatis Basileensis, cum reliquiis & decentibus ornamentis, populique multitudine copiosa, ecclesiam majorem Basileensem adierunt, ubi ipsi prælati, & alii de sacro concilio unanimiter Deo gratias retulerunt. Iteratoque sæpedictus dominus cardinalis Arelatensis in ambone, præsentibus omnibus electuribus deputatis, & in hoc consentientibus, atque idipsum approbantibus, retulit, quomodo ipsa electio rite & canonice fuerat celebrata, notariis apostolicis qui in conclavi fuerant, etiam idem attestantibus. Quæ omnia considerans hæc sancta synodus, & spem magnam gerens in domino, quod præfatus Amedeus pro sapientia, experientia, justitia, clementia & ceteris virtutibus suis plurimos fructus salutis efficiet in populo Dei, fidem conservando, mores reformando, pacemque componendo inter principes Christianos atque populos, velut sanctitatis amator & pacis cultor, qui cum omnibus pacem, & cum nullo differentiam aut discordiam habere famatur, domui suæ bene & laudabiliter præpositus, grandiumque populorum prudentissimus gubernator, & in rebus ecclesiasticis & spiritualibus non mediocriter exercitatus, habita super hoc in quatuor deputationibus omnium suppositorum hujus sacri concilii concordi & unanimi deliberatione, & demum in generali congregatione conclusione subsecuta, ipsam electionem laudat, recipit, & approbat, & ex abundanti & ex certa scientia hoc præsenti decreto ratificat & confirmat, declarans eumdem Amedeum absque ulla exceptione ab universali ecclesia teneri, haberi & reputari debere, electū in verum & legitimum summum & Romanū pontificem. Et hoc ipsum per præsentis decreti publicationē ad notitiam volumus deduci cunctorum.

SESSIO XXXIX.

Hic Amedeus postea sponte se abdicavit pontificatu rogatus ab imperatore Friderico III.

Datum in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, decimoquinto Kalendas Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

SESSIO XL.

ANNO CHRISTI 1440.

I.

De consensu Felicis V. electi in papam, tunc ducis Sabaudiæ.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

CUM (sicut ait beatus Hilarius) proprium ecclesiæ esse soleat, ut tunc vincat, cum læditur,

tunc

SESSIO XL.

tunc intelligat, cum arguitur, tunc secura sit, cum superata videtur, arca enim per quam ecclesia designatur elevata est in sublime; confidit hæc sancta synodus, quod ille, qui post nubilum dat serenum, inclytam sponsam suam succedentibus turbationum fluctibus agitatam, oculo clementiori ex alto respiciet, non ferens eam in sui nominis injuriam diutius conculcari. Ipsa etenim synodus posuit in domino spem suam, & factus est protector ejus, nec misericordiam suam abstulit, qui variis adversitatum generibus congrua apposuit remedia, prementibus quidem gravibus calamitatibus, & irruentibus persecutionibus adversus ecclesiam ipsam & auctoritatem ejus, excitavit eamdem sanctam synodum Spiritus paracletus, ut ad electionem novi pastoris & Romani procederet pontificis, qui se opponeret murum pro domo Israel. Quæ quidem electio tandem cum solennitate congrua in eadem synodo rite & canonice celebrata extitit, de persona sanctissimi Felicis V. tunc Amedei ducis Sabaudiæ, ac decani militum in solitudine Ripaliæ Gebennensis diœcesis, in humilitatis spiritu domino famulantium, prout decreto 39. sessionis dictæ synodi super hoc confecto plenius continetur: cujus tenor talis est:

II.

Sacrosancta, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Deus patrum nostrorum, *&c.* Post cujus quidem decreti publicationem præfata synodus dilectissimum ecclesiæ filium Ludovicum, tituli sanctæ Cæciliæ presbyterum cardinalem, Arelatensem vulgariter nuncupatum, de latere, & alios legatos & oratores suos, videlicet plerosque episcopos, abbates, magistros & doctores juris divini & humani, nobilem virum Ioannem comitem in Tyerstein, protectoris dictæ synodi imperiali auctoritate deputati vicegerentem, & certos milites ad eumdem electum transmittendos duxit, ut ipsi electionem præfatam præsentarent, & consensum ejus exposcerent & requirerent, juxta formam in decreto 37. sessionis præfatæ synodi statutam & ordinatam. Quibus quidem legatis & oratoribus in præfati electi præsentia constitutis, ipsumque præsentato sibi die, videlicet Iovis, decimoseptimo mensis Decembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, decreto electionis prædictæ ex parte ejusdem synodi supplici precum instantia repetitis vicibus requirentibus, quatenus pro consolatione ecclesiæ Dei, in maximis his temporibus adversitatibus & tribulationibus constitutæ, electioni hujusmodi acquiescere, & consensum præstare, aliaque, ad quæ juxta decretum 37. sessionis hujusmodi tenebatur, facere & adimplere dignaretur, idem electus tunc in magna (ut cernebatur) spiritus anxietate constitutus, mœrore compressus, cum hinc desiderium quietis, cui sub suavi contemplatione, deposita temporalium negotiorum cura, vacare delegerat in solitudine prædicta, retraheret, & humanæ conditionis infirmitas oneris & laboris magnitudinem refugeret, hincque universalis ecclesiæ auctoritas & reipublicæ necessitas impelleret: & licet diutius trepidaverit, ignorans quid consultius ageret in præmissis, post multiplices seorsum cum gravibus personis habitas consultationes, metuens etiam (ut dicebat) ne ipsius sic ad universalis ecclesiæ & reipublicæ ministerium necessitate cogente vocati contradictionis reluctatio divinam contra se indignationem provocaret, & gravioris forsan dispendii in ecclesia Dei occasionem induceret, non honoris aut temporalium rerum cupidine ductus, sed obsequendi necessitate impulsus, & affectu publicæ salutis procurandæ, in humilitatis spiritu tanti oneris sarcinæ humeros supposuit, & se apostolicæ sollicitudinis jugo submisit, electionique de eo factæ genibus flexis, obortisque lacrymis, etiam infra statutum ad hoc in decreto 37. sessionis hujusmodi terminum, ad laudem Dei omnipotentis devote consensit, & humiliter acquievit, ac per dictum cardinalem quo vocari vellet nomine interrogatus, (prout moris est in Romanum pro tempore pontificem electo) Felix nomen duxit sibi eligendum, chlamyde & caputio, quibus tunc utebatur, depositis, etiam genibus flexis, professionem, juxta præfatæ 37. sessionis continentiam atque formam emisit, & propria manu subscripsit, die & anno superius expressis, cujus quidem professionis tenor talis est:

ANNO CHRISTI 1440.

Felix V.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus sancti, ego Felix electus in papam, omnipotenti Deo, cujus ecclesiam suo præsidio regendam suscipio, & beato Petro apostolorum principi, corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem catholicam secundum traditionem apostolorum, & generalium conciliorum, & aliorum sanctorum patrum, maxime autem sanctorum octo conciliorum universalium, videlicet primi Nicæni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini, quarti Calchedonensis, quinti & sexti item Constantinopolitani, septimi item Nicæni, octavi quoque Constantinopolitani, nec non Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basileensis generalium etiam conciliorum, & illam fidem usque ad unum apicem inviolatam servare, & usque ad animam & sanguinem confirmare, defensare & prædicare, ritumque pariter sacramentorum ecclesiasticorum ecclesiæ traditum omnimode prosequi & observare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholicæ, & extirpatione hæresum & errorum, reformatione morum, executione & observatione decretorum Constantiensis & Basileensis conciliorum, ac pace in populo Christiano. Iuro etiam prosequi celebrationem conciliorum generalium & confirmationem electionum, juxta decreta sacri Basileensis concilii. Hanc autem professionem mea manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi judicii redditurus sum de hoc & aliis meis operibus rationem, pura mente super altare offero, quam in primo publico consistorio solenniter repetam.

Quibus peractis, cardinalis aliique legati & oratores prædicti juxta commissionem & potestatem eis traditam, ipsum electum, depositis sibi indumentis consuetis, per traditionem vestis albi coloris & annuli de papatu investierunt, & alba, pluviali, ceterisque ornamentis papalibus congruentibus induerunt, & in cathedra posuerunt. Ipse cardinalis, aliique episcopi, prælati, principes, comites, barones, & nobiles reverentiam & obedientiam Romanis pontificibus exhiberi solitas sibi exhibentes, in processione solenni, cruce præcedente, more papali (ut decuit) ad ecclesiam monasterii sancti Mauricii ordinis sancti Augustini in dicta solitudine constitutam processerunt. Et dum ipse electus fuit ante altare prostratus diu oravit, & hymno, Te Deum laudamus, decantatione finita, & Pater noster, & aliis suffragiis & collecta consuetis per dictum cardinalem dictis, eumdem electum inthronizaverunt, ipsum super altare majus dictæ ecclesiæ elevantes. Demum ipse electus adstantibus ibidem solennem benedictionem dedit, & indulgentias concessit,

ANNO CHRISTI 1440.

concessit, in his omnibus decentibus & congruis A solennitatibus observatis. Quæ quidem præmissa omnia sex notarius publicis, & decem ad hoc specialiter requisitis testibus, plerisque prælatis, principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, magistris, doctoribus & aliis insignibus & notabilibus viris ibidem præsentibus, & ista attestantibus, gesta fuere, prout in instrumentis publicis, quorum tenores ipsa synodus præsenti decreto habet, & haberi vult pro sufficienter expressis, plenius continetur.

III.

Declaratio quod domino Felici sit obediendum.

Præfata igitur sacra synodus, quæ electionem Felicis, tunc Amedei, hujusmodi ejus solenni decreto B cunctis Christi fidelibus publicari curavit, consensum per eumdem electum dictæ electioni præstitum, ac summi apostolatus acceptationem hoc præsenti decreto publicat, & ad notitiam deducit, & deduci vult singulorum, ipsasque electionem, acceptationem, consensus præstationem, professionem, investituram, & inthronizationem gratas & ratas habens, auctoritate universalis ecclesiæ ex certa scientia approbat, roborat, & confirmat, decernens & declarans eidem electo tamquam unico, vero & indubitato ecclesiæ Romanæ pastori, ab omnibus Christi fidelibus de necessitate salutis obediendum fore & debere obediri, ac eisdem Christi fidelibus, quacumque, etiamsi imperiali, cardinalatus, patriar- C chali, regali, pontificali, abbatiali, seu alia quavis ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, aut principatus, ducatus, marchionatus, comitatus, seu cujusvis alterius dominii titulo potiantur, nec non civitatum communitatibus, opidorum, villarum, & locorum ac studiorum quorumcumque universitatibus, & ecclesiarum tam metropolitanarum & aliarum cathedralium, quam collegiatarum capitulis, & monasteriorum conventibus, nec non ordinum mendicantium generalibus ministris & provincialibus, ac quibuscumque aliis cujuscumque dignitatis, præeminentiæ, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, sub obtestatione divini judicii, nec non excommunicationis, suspensionis & interdicti, ac privationis omnium dignitatum, bono- D rum & officiorum ecclesiasticorum & temporalium, juriumque, feudorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque pœnis, quas & alias juris pœnas, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, generales ministri & provinciales magistri ac doctores, capitula, conventus, cæterique supranominati & alii ecclesiastici quicumque mandatis hujusmodi inobedientes, seu in aliquo contravenientes, ipso facto incurrant. Ad ipsas vero pœnas contra reges, principes, duces, marchiones, comites, barones, milites & alios dominos temporales & sæculares personas quascumque, quæ similiter inobedientes & rebelles fuerint, ipsa sancta synodus universalis ecclesiæ, seu ipse Felix sua E apostolica auctoritate procedere curabit, justitia mediante: Auctoritate Dei omnipotentis & ejusdem universalis ecclesiæ districte præcipit atque mandat, quatenus eidem electo, vero & indubitato dictæ Romanæ ecclesiæ pastori reverenter (ut tenentur) obediant & intendant. Et insuper omnia & singula indulta, literas, processus, sententias, censuras & mandata prætensa per Gabrielem, olim Eugenium papam IV. qui tamquam schismaticus, hæreticus & aliis diversis criminibus, quibus ecclesiam Dei incorrigibiliter scandalizabat, irretitus, ab omni gradu, honore & dignitate papali per præfatam synodum justo judicio depositus & amotus

SESSIO XL.

A extitit, seu ejus auctoritate quomodolibet concessa, promulgata de facto, quæ præmissis obviare possint, prout sunt, cassa, irrita & inania, nulliusque roboris vel momenti fore decernens pariter & declarans, universis Christi fidelibus supradictis sub prænominatis & aliis in decreto depositionis & admonitionis dicti Gabrielis, quod incipit: Prospexit dominus de excelso sancto suo, contentis, utpote fautoriæ schismatis & hæresis, & aliis etiam juris pœnis, quas contra facientes & rebelles ipso facto incurrant, inhibet ne præfato Gabrieli sic deposito & amoto, ejusque mandatis, nuntiis & literis, aut exinde secutis processibus, sententiis & censuris prætensis quomodolibet obediant, pareant, seu ea exe- B quantur, aut exequi faciant, seu procurent eidem Gabrieli seu nuntiis, mandatis, literis, & prætensis processibus, sententiis & censuris suis hujusmodi utentibus, vel ea exequentibus assistentiam, auxilium, consilium vel favorem præstare præsumant, decretis aliis ejusdem synodi in suo robore nihilominus duraturis.

Basileensis concilii sessione 34.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, quarto Kalendas Martii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

SESSIO XLI.

SESSIO XLI.

In qua condemnantur quidam libelli scandalosi, &c. per Gabrielem, olim Eugenium papam quartum, editi. C

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

LICET (ut sacrorum canonum aperte testatur auctoritas) condemnatis de hæresi & ab ecclesia Dei * sejunctis nulla super catholicos judicandi sit attributa vel permissa potestas, ac fidelibus christicolis quævis illorum communio sub gravissimis juris divini pariter & humani pœnis sit penitus interdicta: quia tamen, invalescente hominum malitia, ac humani generis inimico, omnium hæresum satore procurante, plerumque nonnulli taliter damnati sic suos obdurant animos, in sua pertinacia glo- D riantes, & universalem ecclesiam ac sibi devotos sub prætenso colore judicialis sententiæ libellis scandalis & contemptibus plenis, in universo afficere & perturbare non verentur: non solum debitum, sed & necessarium reputamus, ut contra damnabiles hujusmodi ausus debita ordinemus antidota, dignaque animadversione contra talium fautores arctius exurgamus. Nuper siquidem, dum Gabriel, olim Eugenius papa IV. nuncupatus, multiplicia & enormia crimina universalem ecclesiam Dei scandalizantia, quæ adeo notoria erant quod nulla tergiversatione celari poterant, perpetraverat, & ecclesiam audire, ac præceptis, statutis & ordinationibus synodalibus obedire contemneret, hæc sancta synodus necessa- E rium esse judicans, ut cui pia nō proderat correctio, debita non parceret abscisio, postquam in multa longanimitate, patientia & mansuetudine, post plurea admonitiones, expectaverat eumdem, ut salutarem emendationem & criminum prædictorū correctionem efficeret, tandem cum amplius differre non posset, quo minus fidei catholicæ & saluti universæ Christianæ religionis sub auxilio Spiritus paracleti provideretur, eadem sancta synodus in sessione publica Basileæ septimo Kalendas Iulii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono solenniter celebrata, per suam sententiā inter alia dictum Gabrielem fuisse & esse notorium & manifestum schismaticum & hæreticum, ac diversis aliis

* præcisis

SESSIO XLI.

criminibus universalem ecclesiam scandalizanti- A bus, irretitum, eumque propterea a papatu & Romano pontificio ipso jure privatum esse declaravit, pronuntiavit, ac ipsum ab eisdem amovit & depofuit, inhibendo singulis fidelibus sub gravibus pœnis tunc expressis, ne eidem Gabrieli sic privato & deposito tanquam summo pontifici obedirent, parerent, vel intenderent, aut eum quovis modo sustinerent, aut receptarent, aut auxilium, consilium, vel favorem præstarent, prout in sententia & decreto nostris desuper confectis plenius continetur. Cum autem (sicut accepimus) nuper quædam famosa scripta, scandalosa, injuriosa, schismatica, a fide devia, & hæretica, quam ipse sententiam diffinitivam appellat, quæ incipit: Quoniam sanctorum patrum B sententia, &c. per quam dictus Gabriel inter alia sanctissimo domino nostro Felici V. in Romanum pontificem electo, vero, unico & indubitato Christi vicario, & ejus Felicis V. electoribus, per hoc sacrum concilium cum debita maturitate & providentia circumspecta ad hoc tunc ordinatis, ac aliis qui conclave pro electione Romani pontificis in hac sancta synodo ingressi fuerunt, & in ea intervenerunt, eisque credentibus & adhærentibus convicia plurima & turbationes in suis personis, dignitatibus, beneficiis & rebus temere & calumniose inferre molitus est, decernendo & declarando eos fuisse & esse dignitatibus & beneficiis ac officiis suis privatos, & inhabiles ad eadem, licet de facto nomine ipsius Gabrielis emanaverit, & publicata fuerit in C universalis ecclesiæ & dicti Felicis V. ludibrium, dedecus & contemptum: nos attendentes quod illorum scripta recipi non debent, quorum damnantur auctores, & ne ex dicta scriptura prætensa, per quam idem Gabriel se pertinacius obduratum, ac magis & magis hæreticum, & omni crudelitate repletum comprobat, quempiam fidelium in hac re sedari ac turbari contingat, hæc sacrosancta synodus volens (ut tenetur) super hoc salubriter providere, prætensam scripturam, ac quidquid ex ea secutum est, declarat fuisse & esse omnino irrita & inania, nullumque debuisse ac debere sortiri effectum, seu nocumentum vel * damnum afferre cuiquam, vel quo- D modolibet attulisse, ipsaque quatenus processerunt de facto, & quæ in posterum sequi possent, in irritum revocat, cassat & annullat. Inhibet quoque, mandat, atque præcipit universis & singulis Christi fidelibus, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel conditionis fuerint, etiamsi imperiali, regali, ducali, cardinalatus, patriarchali, pontificali seu alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate præfulgeant, ac civitatibus, universitatibus, communitatibus, villis, opidis, castris & collegiis quibuscumque sub fautoriæ schismatis & hæresis ac excommunicationis, quoad singulares, interdicti vero quoad civitates, universitates, communitates, villas, opida, castra & collegia prædicta, nec non privationis omnium & singulorum dignitatum, beneficio- E rum, officiorum, privilegiorum, & bonorum ecclesiasticorum & mundanorum, ac inhabilitationis ad eadem, aliisque in dicto & ceteris nostris decretis contentis pœnis, quas contra facientes & rebelles ipso facto incurrere volumus, ne scripturam & in ea contenta hujusmodi acceptare, publicare, prædicare, approbare seu defendere, aut eisdem quovis modo consentire vel favere, nec eis obedire, seu ea attendere vel observare, seu aliarum quarumcumque prætensarum (privationum ac processuum inde secutorum, etiam quascumque censuras continentium, per ipsum Gabrielem damnatum factorum, aut forsan in posterum faciendorum) prætextu, dignitates, beneficia, personas, res & bona Felicis V. electorum, & aliorum in eadem prætensa scriptura quoquo modo comprehensorum, quovis modo impetrare, occupare, invadere, perturbare, vel detinere, aut ipsos impetrantes, invadentes, perturbantes, capiatores, vel detinentes ad possessionem eorumdem, seu alias recipere, admittere, seu eos in illis sustinere, aliasque ipsis ac dictæ scripturæ ac in eis contentis, aliisque præmissis assentientibus & illis utentibus, seu ea publicantibus & defendentibus, auxilium, consilium vel favorem præstare quoquo modo audeant vel præsumant, nec præmissa (quantum in eis est) executioni demandari permittant.

Sententia Eugenii IV. contra Felicem & ejus studiosos, &c.

* notam

ANNO CHRISTI 1440.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, decimo Kalendas Augusti, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

SESSIO XLII.

SESSIO XLII.

De provisione Felicis papæ V.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

INSCRUTABILI divinæ altitudinis providentia ad * extollendum & conservandum dominici gregis agrum, in invocatione Spiritus sancti adunatos, inter multiplices nobis incumbentes solicitudines, illa propensius nos angit & urget, ut quæ pro Christianæ religionis incremento & reipublicæ utilitate per nos summo studio edita sunt & decreta, votive dirigi & firmiter valeant adimpleri, & ut Romanus pontifex decretorum hujusmodi executor & conservator præcipuus, illa tanto amplius tantoque liberius exequi possit & manutenere, ac alias felici regimini ecclesiæ Dei ardentius intendere, quo congruæ provisionis auxilio juxta sui status exigentiam ab universali ecclesia suffultus, incumbentia sibi & suis onera expensarum gravissima commodius & facilius conspexerit posse supportare. Cum itaque sanctissimus dominus Felix papa V. ad summi apostolatus apicem assumptus, non mundanarum rerum cupidine ductus, cum patrimonium beati Petri & terras Romanæ ecclesiæ, proh dolor, per alias tyrannides cerneret occupatas, allectus, sed divinæ voluntati resistere non volens, & ecclesiæ Dei in tam gravi fluctuatione constitutæ, pie compatiens, jugum tanti oneris pro Dei reverentia, fidei conservatione, & universalis ecclesiæ consolatione suis humeris suscipiens, propriis derelictis, decreta hujusmodi cum omni humilitate susceperit, eaque & fidem catholicam observare, & manutenere pure & simpliciter juxta mentem & tenorem eorumdem professus fuerit, ad prosecutionem totius boni reipublicæ & religionis Christianæ, nec non ad defensionem auctoritatis generalium conciliorum & decretorum prædictorum affectibus sinceris anhelans, graviaque & importabilia expensarum onera in diversis & magnis ecclesiæ Dei urgentibus negotiis, præsertim pro executione illorum sanctorum operum, propter quæ eadem sancta synodus congregata est, cum de patrimonio beati Petri aut aliunde nullam adhuc subventionem habuerit, hactenus sobierit & pertulerit, ac graviora necessario deinde subire & perferre habeat, per quæ (ut confidimus & speramus) idem Felix papa patrimonium hujusmodi & terras ecclesiæ recuperare, pacemque ecclesiæ dare poterit, domino concedente: attendens itaque sancta synodus, quod spiritualia sine temporalibus diu subsistere nequeunt, præmissis & aliis diversis rationabilibus & evidentibus

* excolendum

Anno Christi 1440.

Sessio XLII.

tibus causis permota, volens etiam quod in decreto suæ sessionis duodecimæ III. Idus Iulii, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio celebratæ, quod incipit: Sicut in construenda domo, ordinatum est, laudabiliter adimplere, hoc irrefragabili decreto usque ad quinquennium a die datæ præsentium computandum, quintum, & deinde ad aliud quinquennium extunc proxime subsecuturum, decimum denarium veri valoris anoui secundum communem æstimationem quorumcumque fructuum, redituum & proventuum primi anni omnium & singulorum canonicatuum & præbendarum, dignitatum, personatuum, administrationum, præstimoniorum, præstimonialium portionum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, sæcularium & regularium, cujuscumque conditionis, ordinis aut religionis fuerint, & quocumque nomine censeantur, etiamsi dignitates ipsæ patriarchales, archiepiscopales, episcopales, abbatiales, prioratus, conventuales, ac in metropolitanis seu aliis cathedralibus majores post pontificales, aut in collegiatis ecclesiis principales & electivæ fuerint, a dicta die inantea, sive per obitum, aut liberam seu ex causa permutationis resignationem, vel alias quovis modo & qualitercumque, præterquam per privationem causa reformationis, aut resignationem simplicem in foro conscientiæ, seu per optionem præbendarum in ecclesiis, ubi illarum optiones fieri consueverunt, ubicumque in Romana curia vel extra, vacantium oneribus necessariis illis pro tempore incumbentibus deductis, & quotidianis distributionibus, nec non & xenodochiis pauperum, hospitalibus in quibus hospitalitas actu tenetur, leprosariis quoque, & aliis in titulum beneficii concedi non solitis, dumtaxat exceptis, a quibusvis capitulis, collegiis, conventibus & personis ecclesiasticis & sæcularibus, exemptis & non exemptis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis seu conditionis existant, illa pro tempore possidentibus, aut fructus, reditus & proventus hujusmodi ex statutis vel consuetudinibus, commendis, seu alias quovis modo percipientibus, pro una infra sex, & alia medietatibus infra alios sex menses ejusdem primi anni, sanctissimo domino Felici papæ V. suisque collectoribus & subcollectoribus per eum deputandis, realiter & cum effectu persolvendum, & per eos exigendum, levandum, colligendum & recipiendum, eidem domino Felici papæ pro sua ac cardinalium & officialium prædictorum provisione, auctoritate universalis ecclesiæ tenore præsentium reservat, constituit, deputat & assignat, statuens & decernens capitula, conventus, collegia & personas ipsas ad solutionem quinti & decimi denarii hujusmodi dicto domino Felici papæ, ejusque collectoribus & subcollectoribus modo præmisso faciendam, fore efficaciter obligatos. Quodque si infra unum mensem a die, quo collectores vel subcollectores hujusmodi in ecclesia cathedrali se quintum vel decimum denarium hujusmodi ab illius debitoribus recipere paratos obtulerint & publicaverint, quemlibet terminorum prædictorum sequentium in solutione hujusmodi, defecerint, negligentes seu remissi fuerint: singulares personæ, excommunicationis; capitula vero, conventus & collegia, hujusmodi suspensionis a divinis sententias eo ipso incurrant, a qua quidem excommunicationis sententia ab alio, quam a nobis aut dicto domino Felice papa, seu cui ille id duxerit committendum, præterquam in mortis articulo constituti, nisi prius de tunc debito (ut præmittitur) denario eidem domino Felici papæ V. ejusve collectoribus & subcollectoribus satisfecerint, aut desuper cum eis concordaverint, absolutionis beneficium nequeant obtinere: & si capitula, conventus, collegia & personæ prædictæ excommunicationis & suspensionis sententias hujusmodi per tres menses, dictum mensem immediate sequentes, animo (quod absit) sustinuerint indurato, extunc eorum ecclesiæ, monasteria & loca ecclesiastico sint supposita interdicto, tamdiu & quousque a sententiis (ut præfertur) absolvi, & interdictum hujusmodi meruerint relaxari, non obstantibus quibuscumque constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac statutis, usibus & consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, locorum & ordinum quorumcumque juramento, confirmatione apostolica vel quacumque alia firmitate vallatis, literis quoque, gratiis, privilegiis, libertatibus, exemptionibus, indultis & concessionibus, capitulis, conventibus & collegiis prædictis, eorumque ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus, locis & personis, in genere vel specie, sub quacumque verborum forma, universalis ecclesiæ apostolica vel alia quavis auctoritate factis & concessis, etiamsi de eis & eorum totis tenoribus in præsentibus specialis & expressa mentio fienda foret, & quæ, quoad hæc, eis nullatenus suffragari volumus, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si capitulis, conventibus, collegiis & personis prædictis communiter vel divisim, quomodolibet indultũ existat, aut interim indulgeri contingat, quod ad solutionem seu præstationem denarii hujusmodi, aut cujuscumq; alterius oneris aut subsidii non teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari, seu ipsi vel eorum loca interdici non possint, per literas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi eorumque ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, beneficiis, locis, personis & ordinibus propriis mentionem. Vult tamen & assentit hæc sancta synodus, quod si aliqua natio, regnum vel provincia modum provisionis hujusmodi sibi non convenire senserit, aut allegaverit onerosum, præfatus dominus Felix papa, auditis illius rationibus, & considerandis debite ponderatis, cum eadem natione aut ejus personis (prout rationabiliter expedire videbitur) convenire & cum eis concordare possit: & quidquid cum eo in hoc sit conventum, aut concordatum fuerit, id ipsa sancta synodus gratum & ratum perinde haberi decernit & declarat, ac si de hoc in præsenti decreto plena & expressa mentio haberetur. Quodque denarius prædictus, vacatione prædicta quotiescumque infra primum annum hujusmodi in quacumque natione occurrente, & eo durante, ultra semel nullatenus exigatur, nec quisquam ad illum solvendum amplius teneatur. Insuper vult & decernit hæc sancta synodus, quod si qua capitula, collegia & conventus, ac ecclesiasticæ sæculares sive personæ, cujuscumque dignitatis, status, ordinis seu conditionis existant, fructus, reditus & proventus primi anni hujusmodi, aut aliquam illorum quotam sive partem ex statutis, consuetudinibus seu privilegiis aut alias quovis modo levare & percipere consueverunt, per hoc præfato domino Felici papæ in exactione hujusmodi denarii nullatenus præjudicetur, districtius inhibendo capitulis, collegiis, conventibus & personis ipsis sub sententiis & pœnis supradictis, ne illos vel illam in præjudicium dicti denarii pro eo anno quoquo modo petere vel exigere audeant seu præsumant. Per hoc tamen hæc sancta synodus capitulis, collegiis, conventibus & personis prædictis, quo minus annis dictum primum vacationis annum sequentibus illos & illam pro ea parte,

SESSIO XLII.

quæ ob impositionem denarii hujusmodi ais defecerit, petere & exigere valeant, non vult nec intendit præjudicium generari. Præterea cum nonnulli nationis Germanicæ, apud nos constituti, nationem ipsam præ ceteris plus fore gravatam coram nobis allegaverint, si in ea denarius hujusmodi absque alia moderatione exigi deberet & levari; hæc sancta synodus his & aliis rationabilibus causis mota, beneficia quæcumque & qualiacumque infra dictam nationem consistentia, valorem quinque marcarum argenti secundum communem æstimationem eorum necessariis oneribus deductis non excedentia, hoc decreto nullatenus includi, nec de illorum fructibus, redditibus & proventibus denarium hujusmodi solvi levarique seu exigi debere, decernit & declarat; volens & statuens quod si de vero valore in præmissis quandoque hæsitari contigerit aut contendi, collectores & subcollectores hujusmodi unam, & is cui solutio denarii hujusmodi pro tempore incumbit aliam, personas pro discussione dubii & contentionis hujusmodi eligere: &, si illas discordare contingeret, loci ordinarius, aut ejusdem in spiritualibus vicarius, seu officialis generalis: si vero occasione metropolitanæ vel cathedralis ecclesiæ dubium aut contentio exorta fuerit, casu discordiæ hujusmodi capitulum cum altera personarum sic electarum dubium hujusmodi habeant terminare. Quarum quidem personarum, ac in casu discordiæ hujusmodi ordinarii seu ejus vicarii & capituli prædictorum, sententiæ & determinationi partes hinc inde stare & parere sine omni contradictione debeant & teneantur. Ceterum hæc sancta synodus collectoribus & subcollectoribus denarii præfacti pro tempore deputatis, sub obtestatione divini judicii & excommunicationis pœna, quam contra facientes incurrere vult ipso facto, districtius inhibet, ne quidquam ultra denarium hujusmodi a personis pro tempore solventibus & debentibus, præterquam schedulæ, quitantiæ seu liberationis per ipsum de eo quod sibi solutum fuerit factæ, petere vel exigere audeant seu præsumant: sed quod de competenti salario eis per cameram dicti domini Felicis papæ assignando contenti remanere debeant, decernit, vult & ordinat: quodque collectores & subcollectores ipsi sic in exigendo denarium hujusmodi modum observent, quod personæ de indebito gravamine non immerito querulari cogantur, ac propterea calices, libri, jocalia & alia ornamenta ecclesiastica nullatenus impignorentur, distrahantur, vel alienentur. Vult tamen & decernit eadem sancta synodus, ne personas sententiis prædictis pro tempore illaqueatas ultra modum in absolutione obtinenda, ad curiam veniendo, gravari contingat, quod præfatus dominus Felix papa V. collectoribus & subcollectoribus ipsis vel aliis (prout opus & expediens videbitur) personas sic ligatas a censuris hujusmodi absolvendi, & interdicta relaxandi & tollendi, plenam & liberam concedat facultatem. Teneanturque ipsi collectores & subcollectores, solutione dicti denarii facta, capitula, conventus & collegia, ac personas prædictas a sententiis & censuris prædictis gratis & sine aliqua difficultate absolvere, interdictumque forsan positum similiter tollere & relaxare. Pro cujus quidem absolutionis, sublationis & relaxationis literis etiam sigillatis, si prædicti eas habere voluerint, etiamsi per notarium fuerint subscriptæ, ad solvendum ultra sextam partem unius floreni de camera, nullatenus constringi valeant vel compelli. Eos autem qui contra fecerint, excommunicationis sententiam incurrere voluit ipso facto. Quodque post decennium a dicta die computandum assignatio provisionis hujusmodi cesset penitus & expiret, capitulaque, conventus, collegia & personæ prædictæ ad solutionem denarii hujusmodi ratione dignitatum & aliorum beneficiorum prædictorum, ex tunc in antea vacaturorum, de cetero nullatenus teneantur. Decernit quoque omnes & singulos processus, pœnas, sententias & censuras, quos & quas contra capitula, conventus, collegia & personas hujusmodi ob non solutionem ratione beneficiorum post decennium vacaturorum hujusmodi, per quemcumque, etiamsi papali dignitate præfulgeat, quavis auctoritate fieri, ferri & promulgari contigerit, irritos & irritas, ac irritum & inane quidquid in contrarium scienter vel ignoranter fuerit attentatum.

ANNO CHRISTI 1440.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, pridie Nonas Augusti, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

SESSIO XLIII.

ANNO CHRISTI 1441.

De visitatione beatæ Mariæ virginis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Inter assiduas militantis ecclesiæ turbationes & procellas, quibus ipsa dietim affligitur, illa singularis jucunditas & egregia exultatio communitati fidelium relicta est, ut dominum creatorem nostrum intimis præcordiis diligentes, eumdem in sanctis suis devote glorificent. Per hoc enim & ipse dominus, qui gratiam illis præstitit, digne collaudatus, & ipsorum sanctorum promptiora erga nos reddimus patrocinia. Quod quidem singulariter est agendum, cum calamitates irruunt, quæ absque demeritis hominum non contingunt, ut per ipsorum sanctorum preces & merita misericordia domini super peccatis hominum imploretur, & humanum genus ab imminentibus malis & innumeris periculis præservetur. Inter autem omnes qui cælestem Regem pro nobis interpellent, præcipue ad gloriosissimam illam & omni laude dignissimam Dei genitricem Mariam est recurrendum, quæ, quanto altior existit, tanto humilius ad nos respicit, omnes ad se trahere cupiens pro quibus in utero gestavit salvatorem. Hæc apud Deum quem ipsa peperit sedula pro nobis advocata nos juvat, nos tuetur, nos protegit, nos exaltat; hæc omnibus qui ad eam recurrunt promptissimum exhibet patrocinium. Huic igitur sanctissimæ Virgini etsi plures festivitates veneranda sanctorum patrum antiquitas consecravit, irruentibus tamen dietim majoribus mundi calamitatibus & angustiis, quæ ad expetenda ejusdem Virginis auxilia vehementius urgent, jucunditatem illam sibi cælitus datam non immerito convenit celebrari, dum Virgo eadem beatissima cælesti edocta nuntio, & Spiritu sancto duce, ascendens cum festinatione in montana, humilem Zachariæ domum intravit. Iesus enim qui in utero illius erat, festinabat adhuc in ventre matris Ioannem positum sanctificare. Et ipsa Virgo gloriosissima cognatam Elizabeth visitans, non minus illam suavi quam fructuoso salutavit alloquio. Maximam namque lætitiam fidelium mentibus debet ingerere excellens illud mysterium, quo matres illæ gloriosæ, totius salutis nostræ ferentes primordia, tam familiariter inter se exultarunt, cum Virgo excellentissima de stirpe David Maria & veneranda inter filias Aaron Elizabeth invicem colloquuntur: quarum altera creatorem omnium & salvatorem nostrum, altera præcursorem Ioannem gestat in utero: & sanctæ illæ miraculo matres effectæ

ANNO CHRISTI 1441.

effectæ divina inter se beneficia commemorant. Felix quidem illa conventio, & magnis divinæ gratiæ splendoribus illustrata, qua tales & tantæ in unum matres pariter adfuerunt; quarum altera Virgo ex Spiritu sancto, altera sterilis & in senectute conceperat, & utriusque partum cælestis angelus prænunciavit: qua Ioannes adhuc maternis reclusus claustris venientem ad se dominum in Mariæ utero veneratur: qua repleta Spiritu sancto Elisabeth conceptui Filii Dei & salvatoris hominum gratulatur; qua & ipsa prophetans beatissimam dixit Mariam quæ credidit, & revelata sibi mysteria pandit: qua denique repleta ineffabili gaudio mater domini Maria, omnia in corde suo conferens, quæ vel prius ab angelo, vel tunc ab Elisabeth perceperat, in canticum & laudem domini prorumpit. B Nunc admirabilem Dei potentiam, qui respexit humilitatem ancillæ suæ, collaudat; nunc magnitudinem operum ejus glorificat, nunc refert misericordiam, quæ a progenie in progenies super se timentes diffunditur; nunc justitiam, qua superbi dejiciuntur, & humiles exaltantur, magnificat; nunc promissionem Abrahæ & semini ejus factam, & jam tunc completam commemorat, ac quod se beatam omnes generationes usque ad consummationem sæculi dicerent divina inspiratione prophetavit. Eamdemque prophetiam sic manifeste videmus jugiter adimpleri, ut supervenientes generationes ipsam Virginem beatam & beatissimam magis ac magis merito dicere conentur. C Quis igitur tantam lætitiam satis poterit explicare? Quis tanta mysteria condignis laudibus prosequatur? Quis hæc gaudia sufficienter exponat, dum Ioannes nondum natus exultat, Elisabet adventu Virginis collætatur, Maria in mysteriis gaudet, clausus in utero salvator a suo recognoscitur præcursore, lætantur angeli, cælum & terra jucundantur, & tota Trinitas novis laudibus glorificatur? Hæc igitur gaudiorum magnitudo, specialibus est extollenda præconiis. Hæc singularibus solennitatibus celebranda, in qua & dominum qui gestatur in utero, & Virginem quæ portat, & sterilem quæ concepit, & præcursorem qui visitatur, condecentibus prosequi debemus honoribus. D In cujus commemoratione qui tribulati sunt Mariam implorant, quæ gaudiorum hujusmodi memor (ut sperandum est) non solum supplicantes exaudiet, sed sicuti ex sua clementia consuevit, etiam supplicare volentium preces præveniet. Quæ considerans hæc sancta synodus, cum in hoc tempore tota, proh dolor, Christianitas in laboribus & angustiis constituta cernatur, cumque fere ubique divisiones & bella per humani generis hostem introducta vigeant, & ipsa etiam ecclesia militans non mediocribus agitetur procellis, dignum esse judicavit, solennitatem hanc quæ congrue visitatio beatissimæ Virginis appellatur, in singulis Christianorum ecclesiis celebrari, ut honorata in hac celebritate per pias & devotas fidelium mentes mater gratiæ & omnis consolationis E sacerrima virgo Maria, benedictum Filium suum jam multis hominum peccatis offensum, sua intercessione concilians, pacem & unitatem fidelibus largiatur. Ideoque statuit & decernit eadem sancta synodus, ad honorem ipsius Virginis Dei genitricis, ut post explete resurrectionis dominicæ, pentecostes, gloriosæ Trinitatis, sacri corporis Christi, beatorum Ioannis Baptistæ, ac apostolorum Petri & Pauli solennia, in quibus ecclesia post solennitatem annuntiationis dominicæ, quam præfata visitatio temporis ordine confestim sequebatur, est occupata, per singulas Christianorum ecclesias, quolibet anno sexto nonas Iulii festum hujusmodi A visitationis gloriosæ Virginis celebretur. Hoc igitur solenne festum amplectantur Christi fideles, & omnes qui beatam Virginem singulari devotione prosequuntur, secum in hac solennitate suæ exultationis congaudeant. Quam ut eo libentius in divinis honorent officiis, quo magis spiritualibus fuerint excitati muneribus, ipsa sancta synodus omnibus Christi fidelibus, qui matutinis, processioni, sermoni, missarum solenniis, vel primis aut secundis vesperis hujus gloriosæ Virginis festivitatis interfuerint, pro unoquoque officiorum prædictorum centum dies de injunctis pœnitentiis misericorditer elargitur.

SESSIO XLIII.

Datum in sessione nostra publica, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, Kalendis Iulii, B anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

SESSIO XLIV.

De tuitione suppositorum hujus sacri concilii.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

SESSIO XLIV.

ANNO CHRISTI 1442.

CATHOLICÆ ecclesiæ sanctis operibus continue intenti, si cunctis fidelibus in ministranda justitia nos deceat esse favorabiles & benignos, illos non immerito, C qui pro fidei orthodoxæ atque generalium conciliorum auctoritatis defensione fideles labores impenderunt & impendunt, justitiæ favoribus attollere debemus & munire præsidiis, quibus per nos mature facta decreta insequendo, a * perversis ambitiosorum illatis sublevari, & inferendis molestationibus præservari valeant, & sic eorumdem decretorum transgressorum, illorum præsertim qui nobis incorporati & hujus sanctæ synodi decreta manutenere & defendere juraverunt, contemptum puniri facere, sicque erga singulos justitiam ordine debito exercere, ut alter in alterius injuriam non facile prosiliat: &, formidata in reprobis ultione, impiorum nocendi temeritas com- D pescatur, & inter eos tuta sit innocentium tranquillitas. Postquam dudum omnipotens dominus nimium afflictam ecclesiam suam sponsam pietatis oculo respicere, & fidelium cordibus inspirare dignatus fuerat, ut synodus universalis duorum etiam generalium conciliorum auctoritate, & duorum summorum pontificum successive approbatione pro errorum hæresumque extirpatione, ac generali ecclesiæ in capite & in membris reformatione, atque regum & principum, aliorumque catholicorum adinvicem dissidentium pacificatione, in hanc civitatem Basileensem conveniret: nos tunc occurrentia, quæ nonnulli adversus opera prædicta inferre conabantur, ac etiam futura quæ verisimiliter inferri possent, impedimenta circumspicientes, & ut illa, pro E quibus conveneramus, communem Christianorum salutem concernentia, ad fines optatos perduci, ac eis, per quæ directe & indirecte impediri, ipsique incorporati ab eis retrahi possent, obviare cupientes, per nulla salubria decreta statuendo diffinivimus: Primo, quod nullus eidem synodo per se vel procuratorem incorporatus aut incorporandus, etiam procurator ipse, a tempore arrepti itineris animo veniendi ad ipsam synodum sine fraude continuati, pro quacumque causa tunc mota, vel in antea movenda, aut alia quavis occasione, ad Romanam curiam, seu coram quocumque judice ordinario vel delegato, extra locum dictæ synodi ea durante invitus trahi seu evocari, aut contra eum

* præpensis

SESSIO XLIV.

invitum procedi poſſet; decernentes extunc irritum A & inane, nulliuſque roboris exiſtere vel momenti, quidquid in contrarium per quemcumque, etiam Romani pontificis auctoritate, attentari contigerit in futurum. Deinde vero, ut, ſi quis accleſiam cathedralem, dignitatem, beneficium, officium, penſionem, vel commendam alicujus ex incorporans vel incorpotandis, ſeu adhærentibus eidem ſynodo, a Romano pontifice vel quovis alio impetrare, aut etiam motu proprio concaſſum * acceptare attentaret, non ſolum jure, quod in tali eccleſia, dignitate, beneficio, ſeu officio habere prætenderet, ſed etiam omnibus beneficiis eſſet ipſo jure privatus, & ad obtinendum beneficia in futurum inhabilis. Et ſucceſſive, videlicet tertio Idus Septembris, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, decrevimus, B quod quicumque etiam per Romanum pontificem, vel ejus auctoritate, in præjudicium, læſionem vel derogatioonem, ſeu injuriam dictæ ſynodi, vel incorporatorum ſeu incorporandorum eidem per ſe vel procuratorem aut familiarium ſuorum, ſeu in eorum ſervitiis ubicumque exiſtentium, facta ſeu diſpoſita erant, fierentque & diſponerentur forſitan in futurum, titulum vel poſſeſſionem quomodocumque tangentia, ſive in cardinalatus & patriarchatus dignitatibus, aut in prælaturis cathedialium etiam metropolitanarum eccleſiarum, monaſteriis, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis, præſtimoniis, commendis, unionibus, penſionibus, officiis & rebus eccleſiaſticis vel tempora- C libus, & cires ipſa aut alias quomodocumque & qualitercumque, etiamſi motu proprio, directe vel indirecte, eſſent ipſo jure irrita & inania & pro infectis penitus haberentur, partes læſas extunc in priſtinum ſtatum reponendo, & per quemlibet judicem competentem reponi mandando: adjicientes, quod ſi prętextu talis conceſſionis ad aliquam occupationem deveniretur, niſi occupans infra decem dies, elapſis ſexaginta diebus a dicta die tertio Idus Septembris, ſi pęr partem læſam foret requiſitus, & a tali occupatione & turbatione realiter & pure deſiſteret, ac parti læſæ de perceptis poſt conceſſionem hujuſmodi ſatisfaceret, ultra pœnas prędictas ex- D communicationis ſententiam incurrat eo ipſo; talium etiam conceſſionum executores eiſdem pœnis ſubjaceare decernentes, prout in ipſis decretis, quorum tenores & effectus haberi volumus pro expreſſis, plenius continerur. Verum quia, ſicut clamoroſa dictotum ſuppoſitorum querela didicimus, plerique ambitioſi, quorum effrenara cupiditas modum habere neſcit, ad dignitates, beneficia & honores modis improbis adſpirantes, ac per exquiſitas vexationes dictorum incorporatorum, illos ab hujuſmodi ſanctis operibus retrahere ſatagentes, nonnullorũ ex eiſdem incorporatis & ſuppoſitis eccleſias parochiales, metropolitanas, epiſcopales atque monaſteria, aliaſque dignitates, commendas, penſiones, E canonicatus & prębendas, officia eccleſiaſtica, nec non juriſdictiones eiſdem incorporatis & ſuppoſitis ratione eccleſiarum, dignitatum & beneficiorum hujuſmodi competentes, ac alias res & bona contra definitiones & prædicta, ac alia decreta noſtra, quorum tenores & effectus ſimiliter haberi volumus pro expreſſis, in auctoritatis eccleſiæ & conciliorum prædictorum vilipendium, dictorumque ſuppoſitorum grave præjudicium, non ſine maniſeſta divinæ majeſtatis offenſa impetrare, extorquere, invadere, acceptare, aut occupare, ſeu in illis propria temeritate ſe intrudere, dictaque ſuppoſita illorum poſſeſſionibus & rebus ſpoliare & privare, ac proceſſus etiam pœnales contra eos facere, & fieri procurare,

* attentare præſumeret,

ANNO CHRISTI 1442

A penſiones etiam * nonnullis ex dictis incorporatis ſuper eccleſiis cathedralibus, aliiſque dignitatibus & beneficiis eccleſiaſticis aſſignatas, alioſque fructus beneficiorum quæ ipſi incorporati obtinebant & obtinent, retinere, ſubtrahere, uſurpare, & de illis ſatisfacere recuſare & denegare, aliiſque diverſis injuriis in perſonis, bonis ac rebus prædictis illos affligere, atque conceſſiones, impetrationes & acceptationes hujuſmodi in ſuarum perditionem animarum exequi non erubuerunt, prout adhuc non erubeſcunt; nos, quorum intereſt in præmiſſis opportunæ proviſionis remedia adhibere, volentes ſtatui univerſalis eccleſiæ & ſuppoſitorum prædictorum indemnitati & quieti ſalubriter providere, decretis & diffinitionibus prædictis inhærentes, illaque in- B novantes, ac eis adjicientes hoc perpetuo ſynodali decreto auctoritate univerſalis eccleſię decernimus & declaramus, impetrationes, electiones, collationes, & * diſpoſitiones quaſlibet de dictis eccleſiis cathedralibus, monaſteriis, dignitatibus, commendis, * penſionibus, officiis & beneficiis, juriſdictionibus, ceteriſque rebus & bonis prædictis, nec non proceſſus prætenſos omnes & ſingulos, quaſcumque etiam ſuſpenſionum, excommunicationum, interdicti, privationum, inhabilitationum, inhibitionum, aliaſve ſententias, cenſuras, & pœnas, ſeu proceſſus alios cujuſcumque qualitatis exiſtant, in ſe continentes, adverſus ipſa ſuppoſita ac in eorum præjudicium, læſionem vel derogationem aut odium, ac contra C prædicta & alia decreta noſtra quomodocumque & qualitercumque promulgatos & factos, ac omnia inde ſecuta, tamquam de facto attentata (prout ſunt) irrita, nulla & inania, nulliuſq; roboris vel momenti fuiſſe & exiſtere, ac pro infectis haberi debere: nullum quoque ex eiſdem ſuppoſitis, vel quemcumque alium illis innodatum fuiſſe, aut inantea innodari poſſe: impetrantes vero, ſeu detentores & occupatores, prætextu collationum, diſpoſitionum, etiam motu proprio factarum, aut detentionum vel occupationum, de hujuſmodi eccleſiis, dignitatibus, beneficiis, officiis, juriſdictionibus, & bonis, in illis in quibus ſeu ad quæ ipſa ſuppoſita ex noſtris vel D apoſtolicis aliiſve canonicis collationibus & proviſionibus, aut alias quomodolibet jus habuerunt, prout habent, quæ obſtantibus obedientiæ diverſitatibus, vel aliis legitimis impedimentis, contra ſuos adverſarios cauſas inchoare, ſeu proſequi commode non potuerunt, etiamſi eccleſiæ, dignitates, beneficia, vel res & bona hujuſmodi trium annorum, vel alterius cujuſvis longioris temporis ſpatio occupata fuerunt, aut coloratus prætendatur titulus prætextu etiam decreti noſtri de pacificis poſſeſſoribus, quod incipit: Quicumque non violentus, quod contra ipſa ſuppoſita in caſibus pręmiſſis locum habere non volumus, nullum titulum vel jus quodcumque acquiſiviſſe, ſeu acquirere: ipſos etiam in- E corporatos nullum jus, titulum vel poſſeſſionem perdidiſſe, aut aliquod in jure eis competenti præjudicium generari potuiſſe, quo minus ipſi, quotieſcumque opportunitas ad id ſe obtulerit, poſſeſſionem eccleſiarum cathedralium, dignitatum, beneficiorum, vel aliorum prædictorum, quibus ſpoliati extiterunt, per ſe vel alium ſeu alios abſque alia cauſæ cognitione, ſeu alterius auctoritatis requiſitione, continuare, eorum quoque, ſuper quibus ſententiam vel ſententias, quæ partibus per ſe vel procuratorem pręſentibus, & uſque ad finem ſe defendentibus, in rem tranſiverint judicatam, apud eos contra ſuos adverſarios obtinuerint, illorum & pręſentis decreti vigore poſſeſſionem adipiſci & intrare & ſuper illis, de quibus poſſeſſionem nondum habue-

* nonnullas

* diſpenſationes

* proviſionibus,

Baſileenſis concilii ſeſſione 21

ANNO CHRISTI 1442.

buerunt, & actionem intentare, & jus suum prosequi valeant. Spoliatos insuper aliorum & præsentis decretorum nostrorum auctoritate in illum statum pristinum, in quo ante spolium, occupationem seu novitatem hujusmodi erant, perinde ac si factæ non fuissent, repositos & restitutos esse. Impetrationes autem & concessiones etiam motu proprio de ecclesiis cathedralibus, monasteriis, dignitatibus, commendis, pensionibus, seu cujusvis qualitatis beneficiis, aut aliis rebus vel bonis (ut præfertur) factas, viribus vacuas: nec non illos qui eas acceptare præsumpserunt, cujuscumque status, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, aliave ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, jure quod in eis habere prætendebant, & aliis beneficiis omnibus, privatos, ac ad alia in posterum obtinenda inhabiles fore. Illos vero ex eis, qui prætextu talium concessionum & impetrationum ad aliquam occupationem processerunt, & ut ab hujusmodi occupationibus & perturbationibus desisterent, juxta tenorem decreti nostri quod incipit, Ve sacri, requisiti, talibus requisitionibus non paruerint, ultra prædictas, excommunicationis, nec non earumdem impetrationum & concessionum receptores & executores, quoad singulares personas, easdem sententias & pœnas: quo vero ad nobis incorporatos, qui (ut præfertur) huic sanctæ synodo juraverunt, & in præmissis auxilium, consilium vel favorem præbuerunt, perjurii reatum incurrisse & de beneficiis, quibus ratione præmissorum (ut præfertur) privati existunt, per eos, ad quos spectat, hujus decreti auctoritate libere disponi posse, similiter decernimus, & etiam declaramus. Et ut metus pœnæ meta sit præsumptionis, omnibus & singulis cujuscumque dignitatis (ut prædictum est) existant, qui aliquam ecclesiam cathedralem, etiam metropolitanam, aliamve prælaturam, dignitatem, commendam, pensionem, officium aut beneficium ecclesiasticum, seu etiam, ut supra designata, jurisdictionem, res & bona prædicta quæcumque, cujuscumque qualitatis existant, eorumdem incorporatorum & suppositorum, omnibus & singulis cujuscumque dignitatis (ut prædictum est) existant, qui occupant & detinent, seu etiam occupabunt & detinebunt forsitan in futurum, ultra prædictas & alias tam per nostra quam aliorum generalium conciliorum decreta, sanctionesque canonicas, inflictas (quas occasione præmissorum incurrisse noscuntur) pœnas, sub excommunicationis, nec non perpetuæ infamiæ pœnis, quas quemlibet contra facientem incurrere volumus ipso facto, præcipimus atque mandamus, ut infra duorum mensium a data præsentis decreti, vel etiam interim infra duodecim dierum spatium, a tempore quo illius notitiam habuerint computando, ab omnibus & singulis occupationibus & perturbationibus per eos sic factis penitus desistant, ac ecclesias, dignitates, commendas, pensiones, officia, beneficia, atque res & bona prædicta, quibus dicti incorporati spoliati fuerint, aut super quibus sententiam vel sententias, quæ partibus per se vel procuratorem præsentibus, & usque ad finem se defendentibus, in rem transiverunt judicatam, obtinuerint, illorum possessionem liberam & vacuam dimittant: nec non de perceptis, & qui durante occupatione hujusmodi percipi potuissent, fructibus, expensis, & interesse propterea passis, partibus læsis ac etiam de pensionibus (ut præfertur) assignatis, nec non beneficiorum eorumdem incorporatorum fructibus, ac aliis rebus & bonis prædictis integre & realiter satisfaciant, aut cum eis amicabiliter concordent. Quod si facere contempserint, ac pœnas prædictas damnabiliter incurrere, illisque per alium mensem, duobus mensibus lapsis, aut duodecim diebus prædictis insordescere non formidaverint, extunc ultimo mense hujusmodi lapso, (cum crescente contemptu crescere debeat & pœna, & ecclesia non habeat quid ulterius faciat) si singularis persona, decem; si vero universitas aut capitulum, aut aliud collegium seu communitas fuerit, triginta marcarum auri pro una cameræ apostolicæ, ac pro alia parti læsæ, & pro tertia æqualibus partibus mediato vel immediato domino civitatis vel loci, in qua seu quo ecclesia, dignitas, beneficium, commenda, officium, vel res hujusmodi, extiterit, si vices suas impendere voluerit, alioquin cuicumque alteri operam efficacem ad id præstanti pro labore applicandarum, pœnas incurrat eo ipso. Interim vero non minus patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, ceterique ordinarii seu collatores, etiamsi capitula, universitates vel collegia fuerint, aliæque personæ, ad quas ecclesiarum cathedralium electio, nec non dignitatum, beneficiorum, officiorum & aliorum prædictorum collatio, præsentatio, provisio, seu quævis alia dispositio, communiter vel divisim pertinet, infra simile duorum mensium vel duodecim dierum & unius alterius mensis a fine duorum mensium vel duodecim prædictorum dierum computandum spatium, postquam pro parte illorum quorum interest fuerint requisiti, sub omnibus & singulis superius designatis & pecuniariis pœnis, quas contra facientes & rebelles etiam ipso facto incurrere volumus, omnibus etiam majoris excommunicationis vel defectus tituli, aliisque exceptionibus, oppositionibus, & subterfugiis cessantibus & rejectis, & absque quarumcumque causarum cognitione, quam eis & aliis quibuscumque judicibus ecclesiasticis & sæcularibus sub eisdem pœnis & casibus præmissis penitus interdicimus, electiones, collationes, * præsentationes, & quasvis alias dispositiones modis præmissis præsumptas, præsentis decreti auctoritate, sicuti de facto processerunt, de facto retractent & annullent; impedimenta præstita submoveant, occupatores ab occupatis expellant, & de perceptis fructibus, & qui percipi potuissent, nec non expensis & interesse prædictis, etiam per incarcerationem personarum occupantium, si opus fuerit, satisfieri, ac partes læsas in eum statum, in quo ante occupationem seu factam novitatem hujusmodi fuerant, reponere & redintegrare procurent: vasalli insuper & quicumque debitores & subditi ecclesiarum cathedralium, dignitatum, beneficiorum, commendarum, & aliorum prædictorum, nullatenus occupatoribus prædictis, sed eisdem incorporatis & suppositis spoliatis, ut prius obediant & pareant in omnibus, ipsique debitores de fructibus, reditibus, proventibus, juribus, & obventionibus ecclesiarum, dignitatum, beneficiorum ac aliorum hujusmodi sub excommunicationis pœna, quam contra facientes incurrere volumus ipso facto, respondeant, & integre satisfaciant, vel cum eis amicabiliter concordent. Quod si facere neglexerint, & intrusis de fructibus & juribus hujusmodi respondere præsumpserint, tales a debito nullo modo liberatos fore, sed incorporatis (ut præfertur) spoliatis realiter teneri decernimus. Præterea si archiepiscopi ceterique prænominati præmissa non adimpleverint, eisque non paruerint cum effectu, extunc lapsis duobus mensibus vel duodecim diebus, & adhuc alio mense prædictis, ecclesiæ civitates, & alia loca, in quibus talia, ecclesiæ, dignitates, beneficia, aliaque prædicta, fuerint (ut præmittitur) occupata, tamdiu ecclesiastico subjaceant interdicto, quousque rebelles prædicti per ecclesiasticam

vel

SESSIO XLIV.

Basileensis concilii sessione 13.

* reservationes,

SESSIO XLIV.

vel sæcularem fuerint potentiam a civitate vel loco expulsi, aut mandatis nostris hujusmodi fuerit satisfactum, quibus expulsis, vel (ut præfertur) satisfacto, divina possint officia resumi & continuati. Quæ omnia & singula etiam in pendentibus per appellationem, vel alias locum habere volumus & decernimus. Porro in casu non paritionis, liceat interim dictis incorporatis & suppositis post lapsum duorum mensium aut duodecim dierum prædictorum, brachii sæcularis, nec non rectorum & officiariorum civitatis vel loci hujusmodi auxilium invocare, quos etiam in subsidium justitiæ præsentis decreti tenore invocamus, requirimus & monemus, ut ipsi post simile duodecim dierum spatium, a tempore requisitionis super hoc eis factæ computandorum, auxilium, consilium, potentiam & favores possibiles, sub excommunicationis & privationis privilegiorum quæ ab ecclesiis obtinent, pœnis, quas eos, nisi fecerint quæ mandamus, incurrere volumus ipso facto, præstare non postponant, quorum potentia & auxilio præfatis spoliatis ecclesiarum, dignitatum, beneficiorum, officiorum, rerum & bonorum prædictorum possessionem, tam ejusdem decreti quam propria auctoritate, ac etiam per potentiam intrandi & continuandi, ac intrusos suos expellendi, plenariam concedimus potestatem & facultatem. Omnes autem Christi fideles quacumque, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, vel alia ecclesiastica seu mundana præfulgeant dignitate, qui præsens decretum temere violare, aut illius executionem denegare, seu directe vel indirecte impedire, ac partibus adversis adhærere vel favere, seu eorum aliquem receptare, defendere, aut tueri præsumpserit, quoad singulares personas, excommunicationis, nec non trium: quo autem ad capitula, universitates & collegia, ecclesiastici interdicti & decem marcarum auri (ut supra dictum est) applicandarum, pœnas incurrere decernimus eo ipso. Ceterum, quia præterita nos commovent futuris cautius obviare periculis, præsentis decreti tenore sub intermninatione divini judicii, & sub excommunicationis, privationis, inhabilitationis, pecuniariis & aliis superius expressatis pœnis, quas ipso facto quemlibet contra facientem incurrere volumus, districtius inhibemus, ne aliquis, cujuscumque conditionis & excellentiæ fuerit, ecclesiasticæ vel mundanę, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, vel alia quacumque præfulgeat dignitate quasvis ecclesias, patriarchales, metropolitanas, vel alias cathedrales, monasteria, prælaturas, dignitates, officia, commendas, pensiones, jurisdictiones, vel alia cujuscumque qualitatis beneficia, sive res & bona quibuscumque nominibus censeantur, ad ipsos pro tempore incorporatos & incorporandos huic sacro Basileensi, aut alteri universali legitime congregando concilio, vel ipsorum familiares pertinentia, eodem concilio durante, & in eo * præsentialiter existentia, in præjudicium, læsionem, derogationem seu odium concilii, seu incorporatorum vel incorporandorum hujusmodi, a quocumque etiam Romano pontifice impetrare, vel motu proprio collata acceptare, aut in illis se intrudere, seu in eorumdem incorporatorum odium sive præjudicium suos consanguineos, procuratores aut fautores in personis vel bonis affligere seu molestare, vel eosdem incorporatos pro tempore invitos alibi quam in eodem concilio super re quacumque trahere, aut ad respondendum seu judicium subeundum compellere præsumat: quoscumque processus, etiam quascumque pœnas in se continentes, & quidquid in contrarium forsitan attentari contigerit, irritum & inane, nulliusque roboris vel momenti existere, exnunc prout extunc nuntiantes & decernentes. Non intendimus tamen aliquos ex incorporandis in futurum, qui ante eorum incorporationem super aliquibus criminibus apud suos superiores delati forent & legitime præventi, hoc decreto tueri, quin possit contra eos super criminibus hujusmodi etiam usque ad diffinitivam sententiam inclusive procedi: absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas sententias, censuras & pœnas, vel earum aliquam incurrerint quoquo modo, synodo pro tempore sedenti, & illa dissoluta, Romano pontifici tantummodo, præterquam in mortis articulo, reservamus. Postremo, ut nullus ipsius decreti ignorantiam prætendere valeat, decernimus illud per publicationem in præsenti sessione factam vim habere, & ita universos & singulos, lapsis duobus mensibus aut duodecim diebus prædictis, astringere & arctare, ac si eis personaliter apprehensis intimatum foret. Quocirca vobis venerabilibus patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, cantoribus, archidiaconis, ceterisque in dignitatibus quibuscumque constitutis, ac cathedralium ecclesiarum canonicis districte præcipiendo mandamus, quatenus vos aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, præmissa omnia & singula, ubi & quando expedire videritis, solenniter publicantes, si & postquam super præmissis vel aliquo eorum pro parte alicujus ex incorporatis & suppositis prædictis vel alterius promotorum negotiorum nostrorum, aut nostri vel Romani pontificis procuratoris fiscalis, quibus super his omnimodam atque plenariam concedimus potestatem, requisiti fueritis, vel fueris requisitus, & vobis quod aliquis vel aliqui ex perturbatoribus prædictis aliquam vel aliquas ex sententiis & pœnis superius expressatis incurrerit, fuerit facta fides, ad earumdem pœnarum declarationem contra eos procedentes, illos tamdiu in ecclesiis vestris ac aliis locis, dominicis aliisque festivis diebus easdem pœnas incurrisse publicetis, & publicari faciatis, ac ut tales evitetis, & ab aliis evitari faciatis, ac alias ad plenariam pœnarum prædictarum executionem procedere curetis, donec super his satisfactione prævia debite meruerint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilo minus legitimis super his per vos habendis, servatis processibus, eos, quoties opus fuerit, aggravare curetis, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Nos enim vobis & vestrum singulis, omnes & singulos qui sententias & pœnas hujusmodi, vel earum aliquam, incurrerint quoquo modo, in loco nostræ sacræ congregationis, ea durante, ipsa vero dissoluta, in loco Romanæ curiæ, & extra etiam ad partes: illos vero ex eis, ad quos tutus non patebit accessus, seu in locis in quibus libera mandatorum nostrorum executio fieri non poterit, super quo partis læsæ vel promotorum aut procuratoris prædictorum juramento stari volumus, in audientia literarum contradictarum, & in valvis majoris ecclesiæ civitatis vel loci, in qua vel in quo hanc aliam generalem synodum pro tempore sedere, vel ea dissoluta aut non sedente Romanum pontificem cum sua curia residere contigerit, si in ea vel apud nos: si vero extra super his procedi contigerit, in loco ecclesię, dignitatis vel rei, super qua vel quo agetur, aut alio viciniori, in quo partis læsæ commoditas se obtulerit, in valvis majoris ecclesiæ civitatis vel loci hujusmodi, ad instar edictorum publicorum monendi, requirendi & citandi, plenam & liberam auctori-

ANNO CHRISTI 1443.

* personaliter

Anno Christi 1442.

auctoritatem universalis ecclesiæ concedimus tenore præsentium facultatem, volentes & eadem auctoritate decernentes, monitiones, requisitiones & citationes sic factas, vim habere, ac eosdem sic monitos, requisitos & citatos arctare perinde, ac si eis personaliter apprehensis factæ forent. Non obstantibus nostris atque apostolicis constitutionibus & ordinationibus, quibus quoad præmissa derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, quinto Idus Augusti, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimosecundo.

SESSIO XLV.

SEU ULTIMA.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Sessio XLV.

DESIDERAVIT Ezechias rex ut fieret pax & veritas in diebus suis; & nos desiderio desideravimus ut pax & unio ecclesiæ in diebus nostris, hoc sacro durante Basileensi concilio, daretur. Verum cum ex plurimis impedimentis quæ dietim ingeruntur, & in futurum succrescere possent, formidetur ne pax & unio hujusmodi desideratæ in hac civitate Basileensi fieri, aut actus conciliares libere exerceri valeant; volentes propterea a casibus futuris providere, ac ut fides & auctoritas generalium conciliorum universalem ecclesiam repræsentantium illibatæ permaneant, quodque unio & pax vera ecclesiæ dentur, nec non ut continuetur celebratio generalium conciliorum, attento quod jam sanctissimus dominus Felix papa V. prævidens necessitatis casum, pro futuro concilio nominavit inclytam civitatem Lugdunensem in partibus Galliarum, in hocque satisfaciendo decretis sacrorum Constantiensis & Basileensis hujus generalium conciliorum, dictam civitatem Lugdunensem, quam, experientia docente generalium synodorum hactenus in ea celebratarum, accommodam & idoneam reputamus, tenore præsentium in nomine sanctæ & individuæ Trinitatis pro futuro proximo celebrando concilio nominavimus, deputamus & assignamus. Cumque immineant urgentissimæ causæ, ut brevi fiat alterius generalis concilii celebratio, propterea statuimus & ordinamus, ut infra triennium a datis præsentium computandum generale concilium in præfata civitate Lugdunensi celebretur; decernentes quod cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati, seu quicumque alii, qui ad generalia concilia de jure vel consuetudine convenire debent, in termino præmisso ad dictum locum accedere teneantur, dummodo post dissolutionem hujus concilii hoc vel alio in loco continuati, restet unus annus ante hujusmodi triennii finem. Volumus etiam, & specialiter concedimus, quod prædictum terminum futuri celebrandi concilii abbreviare valeat præfatus papa Felix. Per præmissa autem etsi recte inspicientibus aliud videri non debeat, ad majorem tamen veritatis manifestationem declaramus, quod non intendimus, neque volumus, hoc sacrum generale concilium Basileense dissolvere, aut dissolutum quomodolibet censendum esse, quinimo in hoc loco continuandum fore, & continuari debere, dum tamen integra & plena libertas atque securitas, nec non salvusconductus, per inclytam civitatem Basileensem nobis & eidem synodo concessi, serventur illæsi. Adjicientes, quod si aliquod fieret impedimentum, quo minus in hac civitate Basileensi juxta ritum consuetum actus conciliares libere exerceri possent, aut libertas seu securitas & salvusconductus hujusmodi non servarentur, quibus casibus seu eorum aliquo (quod Deus avertat) advenientibus, super quo stari volumus arbitrio seu attestationi dilectissimorum cardinalium & venerabilium episcoporum, aliorumque dilectorum ecclesiæ filiorum per nos hodie deputatorum, aut majoris partis eorum pro tempore præsentium, cum subscriptione eorum, inde super conficiendo publico instrumento & singulis eorumdem imminendo, extunc prout exnunc, & exnunc prout extunc, hanc sanctam synodum pro ipsius continuatione ab hac civitate Basileensi ad civitatem Lausanensem, utique provinciæ Bisuntinæ locum habilem, tutum & idoneum ad generalis concilii celebrationem, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti tenore præsentium transferimus, ac translatum esse decernimus, cum eisdem modis, formis, qualitatibus & ordinationibus, cum quibus in hoc loco Basileensi continuata fuit & stat de præsenti.

Datum Basileæ in nostra publica sessione, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, decimoseptimo Kalendas Iunii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimosecundo.

INDULGENTIÆ INCORPORATIS CONCESSÆ.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, &c. dilecto ecclesiæ filio, &c.

GRATA per te nobis & universali, quam in Spiritu sancto legitime congregatam repræsentamus, ecclesiæ hactenus impensa, & quæ adhuc impendere non desistis, condigne perstringentes obsequia, illis reddimur intenti non immerito, per quæ obsequia fructuosa tibi sint, & ad majus cedere valeant animæ salutis incrementum. Dudum siquidem omnibus & singulis, qui tantum nostræ congregationi incorporati fuerunt, & etiam usque ad festum assumptionis beatæ Mariæ virginis tunc futurum incorporarentur, ac nobiscum in vinea domini per sex menses laborarunt, & inantea laborarent, hujusmodi eorum labores & obsequia condignis salutarium retributionum præmiis compensare cupientes, literas nostras concessimus in hæc verba:

Sacrosancta generalis synodus Basileensis universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Benigna universalis ecclesiæ providentia thesauros spiritualium gratiarum a Christo sibi concessos laborantibus in vinea domini merito dispensare curat, quo magis labores ac solicita studia in prosecutione salutis animarum & publici boni Christianæ religionis & exaltationis fidei catholicæ conferant, ut sic fructuosis eorum operibus digna rependantur præmia, & ad uberiora meritorum incrementa ferventius excitentur. Virtuosum igitur atque laudabilem zelum suppositorum hujus sanctæ synodi, fidelia obsequia Christi ecclesiæ in suis necessitatibus & adversitatibus exhibentium, & pro inchoatis sanctis operibus communem Christianorum utilitatem concernentibus assidue laborantium, attenta consideratione pensantes, & laboribus eorum

digna salutarium retributionum munera elargiri cupientes, ut omnes & singuli qui huic sanctæ synodo incorporati tesident personaliter in eadem, & antea per sex menses resederont, ac etiam qui hucusqoe ad festum assumptionis Mariæ virginis eidem sanctæ synodo incorporati fueruut, postquam per totidem menses io eadem resederuut, nec non & illi qui in nostris & ipsius ecclesiæ negotiis eatra locum hujus sacti concilii per nos missi sunt, ac (ut præsertur) nobiscum per totidem menses laboraruut, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali præemineant dignitate, singulos confessores idoneos sæculares & regulares presbyteros eligere, qui toties, quoties opportunum fuerit, ipsorum singulorum confessionibus diligenter auditis, ipsis singulis in sinceritate fidei, unitate, obedientia & devotione sanctæ universalis & Romanę ecclesiæ atque nostram summi pontificis pro rempore legitimam administrationem papatus habentis persisteotibus, pro pœnis & censuris a juris constitutione oniversalis concilii vel apostolica, aut alia qoavis, vel ab homine geoeraliter promulgatis, omnibus debitam absolutionem impendere, atqoe injungere valeant pœniteotiam salutarem, nisi forsitan talia fuerint, propter quæ sedes apostolica fuerit merito consulenda, nec non etiam vota peregrinationis, abstinentiæ, & similia per eos emissa, exceptis tamen votis peregrinationis Romanæ, Hierosolymitanæ, & sancti Iacobi in Compostella, in alia pietatis opera commutare. Quodque præterea prædicti vel alii similes confessores per singulos eorum incorporatorum & incorporandorum eligendi siogulos semel in vita & semel in mortis articulo ipsorum singulorum similibus coofessionibus auditis, eis singulis præterquam in homicidii voluntarii casu, aliis pro peccatis omnibus, etiamsi talia fuerint, propter quæ sedes ipsa merito consulenda existeret, auctoritate universalis ecclesiæ & nostra debitæ absolotionis beneficiom impendere, ac pœnitentiam salutarem injungere, plenariam remissionem omnium peccatorum suorum concedentes, ipsosque & ipsorum quemlibet a quibusvis excommunicationum, suspensionom & interdictis singolis, aliisque ecclesiasticis censuris & pœnis a jure vel ab homine generaliter, etiam per legatorum vel delegatorum sedis prædictæ, aut universalium conciliorum vel apostolicæ sedis, aut provincialis, vel quaslibet synodales constitutiones, sive juxta regolaria quorumlibet ordinum instituta incurrisse quomodolibet censebuntur, etiamsi propterea ad sedem ipsam vel alium quemcumque specialis habendus foret recursus, si id humiliter petierint, injuncta eis inde pro modo culpæ simili pœniteutia, oec noo aliis quæ fuerint injungenda, auctoritate prædicta, etiam absque cujusvis alterius soper hoc requisita licentia, absolvere, atque etiam semel (ut præmittitur) in vita quæcumque vota peregrinationis, abstinentiæ, & similia, in alia pietatis opera commutare, etiamsi talia sint propter quæ sedes apostolica merito foret consulenda. Et cum eis & eorum qoolibet super irregularitate, si quam hojusmodi sententiis aut earum aliqua ligati, missas & alia divina officia, non tameo in cootemptum clavium, celebrando, vel se illis immiscendo, vel alias qualitercumqoe, præterquam in bigamia vel homicidio voluotario contraxerint, abolendo. Etiam omnem inhabilitationis, irregularitatis & infamiæ maculam sive notam, per ipsorum quemlibet præmissorum occasione contractam, eadem auctoritate dispensare, ipsosque & eorum quemlibet, ad

A quascumque dignitates, etiamsi cardioalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, episcopalis, & alias quascumque, nec noo personatus, administrationes, & officia & beneficia quæcumque ecclesiastica & curam animarum habentia, quæ indebite ac minus canonice, alias tameo colorato titulo, etiamsi per simoniæ labem, non tamen per violentiam aut prętextu literarum & instrumentorum falso fabricatorum adepti sunt & possident, ipsis tameo dignitatibus, beneficiis, officiis, in quorum adeptione labes simoniæ intervenerit, in suis manibus prædictorum confessorum libere resigoatis, rehabilitare, aliaqoe eis post rehabilitationem hujusmodi denuo absque alicujus juris præjudicio conferre, & de illis providere, & alias desuper ipsorum statui & indemnitaB tibus consulere, etiam ad alias quascumque dignitates (ut præmittitur) & beneficia illis canooice conferendas aut conferenda rehabilitando, ac in omnibus & per omnia libere & licite possint & valeant, prout Romanus pontifex pro rempore in legitima administratiooe papatus constitutus, quomodolibet facere posset. Ita tamen, quod ipsorum singuli de fructibus per eos ex dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis & beneficiis hujusmodi indebite perceptis, aliqualem portionem pro fabricis & ornamentis ecclesiarum, seu pro aliis usibus juxta voluntatem & discretionem confessorum prædictorum exponere debeant, ac etiam teneantur. Et quibus qaidem absolutionibus, abolitionibus, dispenC sationibus & provisionibus, etiam in judicio & extra (ubi opus fuerit) stari volumus personis incorporatis & incorporandis prędictis, auctoritate ipsius universalis concilii tenore presentium indulgemus. Volomus autem, qood confessores ipsi de his, quibus ratione præmissorum fuerit impendenda satisfactio, etiam similis incorporatis prædictis pro tempore confitentibus, per se, si supervixerint, vel per heredes suos, aut alios, si tunc forte transierint, faciendam injongant, quam ipsi absoluti vel heredes aut alii præmissa facere & adimplere teneantur, ut præfertur. Et ne (quod absit) aliqui propter hujusmodi gratiam reddantur prochviores ad illicita D in posterum committenda, volumus quod si ex confidētia remissionis hujusmodi aliquis vel aliqui incorporatorum prædictorum aliqua forte committeret, quoad illa, remissio eis nullatenus suffragetur: quoniam etiam ad eos qui a nobis recesserunt, & ad dissolutionem seu derogationem auctoritatis præsentis sacri concilii improbis ausibus machinati sunt, * volumus aliquatenus extendi. Nulli ergo hominum omoino liceat hanc paginam nostrę concessionis & voluntatis infringere, vel ei aosu temerario contraire. Si qois autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesię se noverit incursurum.

Datum Basileæ qointo Kalendas Iulii, anno a naE tivitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, apostolica sede vacante.

Nos igitur (ut tu qui ante datam literarum prædictarum nostrę congregationi incorporatus fuisti, & oobiscum ipsius ecclesię causis & negotiis prosequendis per sex menses & amplius solicitis studiis laborasti, literarum prædictarum pleno gaudeas effectu, & ne eumdem effectum super eo qood incorporatus fueris, & per hujusmodi menses oobiscum laboraveris, ut prefertur, cujusvis hæsitationis supersit scrupulus, tempore precedente te, ut præfertur, incorporatum fuisse, ac per hujusmodi menses nobiscum realiter & veraciter laborasse) harum serie literarum attestamur, & cunctis notum reliquimus, volētes & auctoritate universalis ecclesiæ decer-

* forte nolumus

decernentes, quod præsentes literæ ad probandum plene hujus rei seu facti existentiam sive certitudinem ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ attestationis, voluntatis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesiæ se noverit incursurum.

Datum Basileæ quinto Kalendas Iulii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, apostolica sede vacante.

DECRETVM QVINQVE CONCLVSIONVM.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, ad perpetuam rei memoriam.

SOLICITVDINEM generalium conciliorum, quorum frequens celebratio agri dominici præcipua cultura est, maxime fieri decet ut evellant & destruant vepres & tribulos errorum, ædificentque & plantent sanam doctrinam veritatis, per quam animæ hominum nutriantur in salutem. Quod attendens hæc sancta synodus, volensque errores varios adversus euangelicam veritatem & determinationes ecclesiæ pullulantes extinguere, tres catholicæ fidei veritates cordibus omnium Christianorum per solenne decretum suæ sessionis firmius inserere curavit, cujus decreti tenor talis est: Sacrosancta generalis synodus Basileensis, *&c.* ad perpetuam rei memoriam. Sicut una est Christi ecclesia, *&c.* ut habetur in tricesima tertia sessione. His autem sic præmissis, providendum insuper fuit ut ea resciderentur sarculo ecclesiasticæ solicitudinis quæ in adversum errata sunt. Et potissime dum error in illo deprehenditur qui animabus Christianorum gravius posset afferre nocumentum, aliosque ad errandum facilius inducere. Tanta enim nobis cura esse debet conservandæ Christianæ fidei, ut nec in minimo permittatur violari, quam pertinaciter offendentes in aliquo totam offendere censentur, dum doctrinam ecclesiæ catholicæ in his quæ fidei sunt, non sequuntur velut infallibilem regulam, sed judicium proprium in adversum obduratis animis sequi volunt. Verum præcipue cavendum est, ne is, qui aliorum doctor in via veritatis esse debet, alios in foveam & præcipitium erroris abducat, & potissime talis erroris, qui universalium conciliorum auctoritatem coercet, quorum judicium * summum est in terris in extirpatione errorum & conservatione rectæ fidei. Nec unquam aliquis peritorum dubitavit summum pontificem in his quæ fidem concernunt judicio eorumdem conciliorum universalium esse subjectum. Conquiescat autem Christiana religio in præmissa declaratione catholicæ fidei circa ipsorum conciliorum auctoritatem, explicata in sacra Constantiensi synodo. Et deinceps cum olim Eugenius papa quartus hanc synodum Basileensem sine ipsius consensu attentasset prima vice dissolvere, declaratum sibi fuit hoc ipsum præmissæ declarationi repugnare, quodque non poterat dissolvere, aut in alium locum transferre, vel in aliud tempus prorogare generale concilium universalem ecclesiam repræsentans, sine consensu ipsius: ac etiam quod hæc erat veritas juris divini, & articulus fidem concernens, quæ sine interitu salutis negligi non potest. Tandem post longam resistentiam, quam adversus veritatem fecerat, & multiplices admonitiones atque informationes sibi per hanc sanctam synodum

* supremum

Constantiensis concilii sessione 4. & 5.

factas, dissolutionem ipsam revocavit, illamque declaravit fuisse irritam & inanem, revocans etiam quidquid contra hujus sacri concilii Basileensis auctoritatem per ipsum aut suo nomine assertum erat. Sicque rursum universa ecclesia & Christiana religio in hac fidei veritate conquievit, firmiter credens non posse fieri dissolutionem concilii sine consensu ejus. Spes autem omnium erat, ipsum dominum Eugenium, attenta maxima adhæsione huic sanctæ synodo per eum solenniter præstita deinceps in unitate fidei cum tota ecclesia permanere, a qua iterum, proh dolor, se gravius per attentatam secundam dissolutionem hujus sacri concilii sine consensu ipsius separavit. Et cum fuisset iterum admonitus ut hoc ipsum revocaret, expectatoque diuturno tempore ut rursum errorem dimitteret, pertinacius in eo permansit, auctoritatem conciliorum generalium & veritates fidei circa eam declaratas assidue conculcans. Quod considerans hæc sancta synodus, & videns se nihil apud eum per admonitiones & expectationem proficere, omnibus Christianis rei hujus veritatem manifestare debuit, ne aliquos deinceps in suos errores attrahere possit, qui per ignorantiam laqueos perditionis incurrant, sed potius lumen doctrinæ ecclesiæ catholicæ jugiter sequentes faciant rectos gressus suos in acquisitione æternæ salutis, sitque omnium una fides, una societas spiritus in vinculo pacis. Et ut clarius rei series ipsius innotescat, possintque cuncti plenius veritatem ab errore, lumen a tenebris discernere, quinque conclusiones in sua congregatione generali conclusit hæc sancta synodus nono Kalendas Iulii proxime præterito, declarativas eorum quæ adversus duas veritates in decreto supra memorato positas præfatus Gabriel, dictus tunc Eugenius papa quartus, attentavit; quarum quidem conclusionum tenor talis est:

Pius II. scribit non sine ratione Eugenium voluisse in Italia concilium haberi.

Veritatibus duabus prædictis repugnat prima hujus sacri Basileensis concilii prætensa dissolutio seu translatio, per Eugenium papam modernum de plenitudine potestatis apostolicæ (ut asserit) attentata.

Basileensis concilii sessione 18. cujus initium est: In Esdra scriptum.

Veritatibus duabus prædictis repugnantes errores Eugenius papa modernus post primam prætensam dissolutionem sive translationem synodali monitus ac jussus sententia, & in forma sibi oblata, judicialiter revocavit.

Veritatibus duabus prædictis repugnans sacri hujus Basileensis concilii prætensa dissolutio sive translatio, per Eugenium modernum citatum super facto reformationis, attentata de plenitudine potestatis, ut asserit, casu quo contra ipsum aut aliquem de suis præsidentibus procederetur, inexcusabilem in fide contineret errorem.

Veritatibus duabus prædictis repugnans hujus sacri concilii Basileensis iterata dissolutio seu translatio prætensa, ipsum modernum Eugenium dissolventem seu transferentem in revocatum errorem probat iterum esse prolapsum.

Veritatibus duabus prædictis repugnans iterata dissolutio seu translatio, nec non ipsius Eugenii post ejus monitionem synodalem, ut ipsam dissolutionem seu translationem prætensam (ut præmittitur) factam revocaret, declarataque contumacia, ac in eadem longa permanentia, apertaque sua rebellio, & alterius congregationis in vim prætensæ dissolutionis sub nomine concilii generalis erectio, hoc sacro durante Basileensi concilio, sunt de ejusdem Eugenii pertinacia evidentia testimonia, quæ clamore accusatoris non indigent.

Quæ quidem omnia deduci voluit hæc sancta synodus in notitiam cunctorum per præsentes, ut evulsis erro-

erroribus de agro domini unitas fidei rafloreat, & omnibus amplexantibus veritatem ecclesia Dei consequatur salutem & pacem, quæ per hujusmodi dissolutiones & impugnationes per præfatum Gabrielem, tunc dictum Eugenium papam IV. adversus sanctam synodum suscitatas, quamplurima pericula & detrimenta hucusque sustinuisse dignoscitur. Et sicuti in errore suscitata scandala & schismata successerunt, sic ex agnitione veritatis pax & tranquillitas oriatur, ipsaque Christi ecclesia, destructis adversitatibus universis, securitate gaudeat & salute. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis & notificationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesiæ se noverit incursurum.

Datum Basileæ in sessione nostra publica sexto nonas Iulii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, apostolica sede vacante.

Bulla Nicolai papæ V. super approbatione actorum & gestorum in concilio Basileensi.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

ANNO CHRISTI 1449.

Ut pacis, qua nihil desiderabilius, in universali ecclesia amplissime diffundatur & perduret serenitas, & omnium corda, quæ exagitavit & defatigavit divisio, unitas integra ad cujuslibet status & honoris prosperitatem consolidet, libenter secundum nostræ & apostolicæ auctoritatis plenitudinem magnitudinemque voluntatis, omnia amplectimur, per quæ non solum super præsentibus & futuris, sed & super præteritis, ut illibata permaneant, debitæ provisionis adhibeatur remedium. Cum itaque post crebras variasque conturbationes, quibus multis ab annis sancta Dei subjacuit ecclesia, causantibus divisionibus, quæ inter felicis recordationis Eugenium papam IV. prædecessorem nostrum, & tunc Basileense concilium viguerunt, hoc in nostro tempore, & ex altissimi Dei providentia ineffabili interpositis, tractatuque oratorum carissimorum in Christo filiorum, Francorum, Angliæ & Renati Siciliæ regum, nec non Delphini Viennensis primogeniti Francorum regis illustris, pacem ecclesiæ redditam videbamus, dum percepimus venerabilem & carissimum fratrem nostrum Amedeum primum cardinalem episcopum Sabinensem, in nonnullis provinciis apostolicæ sedis legatum vicariumque perpetuum, Felicem papam V. tunc in sua obedientia nominatum, jure quod in papatu asserebat se habere, ad hujusmodi pacem ecclesiæ obtinendam, cessisse: eos vero qui Basileæ, postmodum Lausanæ, sub nomine generalis concilii hactenus congregati permanserunt, ordinasse & publicasse nobis tamquam unico ac indubitato summo pontifici obediendum esse a cunctis fidelibus, & præfatam Lausanensem dissolvisse congregationem. Desiderantes igitur toto affectu ea perficere quibus Christi fideles, suppressis & extinctis dissensionum & differentiarum seminariis, communi fruantur concordia, cujuslibet eorum status, honoris, reputationis & quietis stabilitate firmata, quascumque promotiones, electiones, confirmationes postulationes, admissiones, translationes, commendas, administrationes & provisiones ad quascumque patriarchales, metropolitanas & cathedrales ecclesias, nec non abbatiales dignitates, ac monasteriorum regimina quorumcumque exemptorum & non exemptorum: nec non quascumque collationes, provi-

Amedeus non papa, sed cardinalis.

Observa Basileenses tandem ad Nicolaum accessisse.

A siones, & dispositiones quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, regularium & sæcularium, de jure patronatus etiam laicorum, cum cura vel sine cura, etiamsi ecclesiæ parochiales fuerint, aut canonicatus & præbendæ, dignitates majores post pontificales in cathedralibus, vel principales in collegiatis existant, personatusque, perpetuæ administrationes vel officia, etiam curata vel electiva, in quibuscumque ecclesiis, prioratus conventuales, aut cujuscumque conditionis, qualitatis vel naturæ fuerint, etiam alterius generis, quam expressa, partis vel majoris, etiamsi ex quavis causa tunc dispositioni apostolicæ specialiter vel generaliter reservata, fuerint litigiosa, aut alias effecta, vel ad

B sedem apostolicam quomodolibet devoluta, in vim quorum, seu prætextu collationum, provisionum, reservationum, aut aliarum dispositionum hujusmodi, seu alicujus præmissorum, alias quam ex titulo privationis factarum, præmissarum occasionum, divisionum ipsarum ecclesiarum, beneficiorum, dignitatum, officiorum, personatuum, administrationum, canonicatuum & præbendarum habita seu adepta sit possessio, & possidentur de præsenti: admissiones etiam resignationum quorumcumque beneficiorum, dignitatum, ecclesiarum, simpliciter vel ex causa permutationis factarum, auctorizationum & institutionum, pensionum item quarumcumque super quorumcumque beneficio-

C rum ecclesiasticorum fructibus, reservationibus, & assignationibus, cum processibus & fulminationibus inde secutis, nec nonuniones, annexiones, incorporationes quarumcumque dignitatum & beneficiorum ecclesiasticorum, sæcularium & regularium, quibuscumque patriarchalibus, archiepiscopalibus, abbatialibus, vel capitularibus mensis, aut monasteriis, conventibus, dignitatibus, canonicatibus & præbendis vel beneficiis, seu adinvicem sub quibusvis verborum formis, dismembrationes etiam * ecclesiarum & beneficiorum quorumcumque, ecclesiarum quoque, monasteriorum, studiorumque generalium fundationes, erectiones, suppressiones

D & subjectiones, & quorumcumque beneficiorum creationes, exemptiones, item revocationes, pallii dationes, consecrationes, benedictiones, personarum de ordine ad ordinem translationes, infeudationes, institutiones, contractuum confirmationes, facultatis testandi concessiones, absolutiones, liberationes, quitantias super quibuscumque debitis ratione decimarum, semidecimarum, indulgentiarum, annatarum, communium & minutorum servitiorum, vel alias quomodolibet, dispensationes tam super ætatis quam natalium & aliarum inhabilitatum defectibus, super incompatibilibus in quocumque numero, etiamsi ad curas parochiales, matrimoniis, juramento, ordinibus & voto etiam transmarino, & rebus aliis quibuscumque, nec non

E absolutiones a quibuscumque excommunicationum, anathematizationum, & aliis censuris ecclesiasticis, interdictorum tam generalium quam specialium relaxationes, ac etiam illarum fulminationes & appositiones juramentorum, etiam fidelitatum relaxationes, rehabilitationes ab omni macula irregularitatis, aut alia inhabilitate undecumque processerit, restitutiones etiam ad famam & honores gratiarum, indultorum, indulgentiarum & privilegiorum, quascumque alias concessiones, ac omnia & singula, tam justitiam quam gratiam concernentia, sive in foro conscientiæ, aut contentioso, in personis aut locis quæ tempore concessionum & aliorum præmissorum obediverunt præfato venerabili ac carissimo fratri nostro Amedeo cardinali episco-

ANNO CHRISTI 1449.

* eed ecclesiarum

Anno Christi 1449.

episcopo, legato & vicario supradicto, tunc Felici papæ V. nominato, ac congregatis antedictis seu eorum alteri, tam per ipsum tunc Basileense concilium & Amedeum in sua obedientia Felicem V. nuncupatum, quam illos qui in Basileensi & Lausanensi civitatibus sub nomine generalis concilii congregati remanserunt, aut alium seu alios, sua aut alterius eorum auctoritate etiam de latere legatos, delegatos, sive alios quoscumque ab eis vel eorum altero potestatem habentes conjunctim vel divisim, qualitercumque facta, gesta, concessa, data, indulta, disposita & ordinata, etiamsi majora & graviora, aut alterius cujuscumque naturæ a præmissis existant, & specialem requirant expressionem, quæ volumus & decernimus pro expressis specifice haberi, cum omnibus & singulis inde secutis. Ac etiam omnia & singula per ordinarios in dictis locis facta, pro bono pacis & unionis ecclesiæ, motu proprio ex certa scientia & de apostolicæ potestatis plenitudine, de consilio & assensu venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, præsentium serie approbamus, ratificamus, & etiam confirmamus, rataque & firma haberi volumus. Nec non potiori pro cautela de personis patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum & abbatum, quibuscumque ecclesiis & monasteriis, quarum & quorum assecuti sunt possessiones, & possident de præsenti, nec non de dignitatibus, prioratibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, commendis & beneficiis quibuscumque, etiam sedi apostolicæ specialiter vel generaliter reservatis, devolutis, vel quomodolibet affectis, eorum possessoribus quibuslibet de novo providemus, ac ipsorum omnium fructus, reditus & proventus, nec non emolumenta singula in quibuscumque & ubicumque, etiam extra diœcesim, in quibus ecclesia, monasterium, prioratus, dignitas, seu beneficium hujusmodi fuerit, consistentia, ad eorum possessores spectare & pertinere. Et quod ipsi in suarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, dignitatum & beneficiorum, (prout eorum singulos concernit) possessionibus, pro hujusmodi bono pacis & unionis pacifici remaneant & quieti, decernimus & declaramus, gratis & absque solutione communium vel minutorum servitiorum, annatarum, aut vacantiæ tam nostræ cameræ, quam venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium collegio facienda, nomina & cognomina, valoresque ipsorum beneficiorum & dignitatum, ac non obstantias ipsorum possessorum pro expressis habentes, constitutionibus & ordinationibus apostolicis non obstantibus quibuscumque. Insuper quascumque obligationes seu debita de & super annatis seu communibus & minutis servitiis juxta curiæ nostræ consuetudinem, ceterisque juribus nobis & sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium collegio, ceterisque officialibus debitis, si quæ deberi dicerentur, occasione quarumcumque metropolitanarum & cathedralium ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, prioratuum, etiam conventualium beneficiorum & officiorum hujusmodi, usque ad præsentem diem possessoribus antedictis ex simili scientia remittimus & relaxamus, pariter & donamus: eosque qui hujusmodi debitis obligati essent, ab omni eorum solutione absolvimus & liberamus, & super illis dari quitantias petentibus sive volentibus demandamus in forma plena, debita & opportuna. Fructus etiam illos, quos durante hujusmodi divisione, ex dictis ecclesiis, dignitatibus, beneficiis & officiis perceperunt, etiamsi nobis & cameræ apostolicæ debiti essent, penitus ipsis & cuilibet ipsorum remittimus de dictæ sedis munificentia liberali, camerario, thesaurario, clericis cameræ, collectoribus & subcollectoribus nostris quibuscumque inhibentes sub excommunicationis sententia & aliis censuris ecclesiasticis atque pœnis, quas remissioni & inhibitioni nostris hujusmodi contravenientes incurrere volumus ipso facto, ne fructus prædictos occasione præmissa, dicta divisione durante perceptos, & per nos remissos, ut præfertur, a quoquam quomodolibet exigere seu extorquere præsumant. Dictorum rursus possessorum singulis adversariis super præfatis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus, officiis & beneficiis perpetuum silentium imponentes, quascumque promotiones, impetrationes, concessiones, provisiones, declarationes & literas desuper pro ipsis adversariis & aliis quibuscumque, in præjudicium ipsorum possessorum, vel derogationem hujusmodi per nos confirmatorum, quomodolibet, etiamsi motu proprio, ex certa scientia vel plenitudine potestatis, & de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio & assensu, tam per dictum nostrum prædecessorem, quam nos, sive alium quemcumque, illius aut nostra auctoritate, sive alia quacumque, factas, datas, concessas & habitas, etiamsi in vim earum ipsis aut alicui eorum in re vel ad rem jus quæsitum foret: nec non diffinitivas & alias etiam, quæ in rem transierunt judicatam, super ecclesiis & aliis præmissis in Romana curia, vel alias ubicumque contra dictos possessores promulgatas sententias, & quæcumque inde secuta, prædictis motu & scientia ac plenitudine pro bono pacis & unionis prædictarum cassamus, irritamus & annullamus, ac cassa, irrita, infecta, nullaque & inania ac viribus vacua declaramus & denuntiamus. Illas vero ex sententiis, quæ pro prædictis possessionibus super præmissis, ac etiam quascumque alias sententias & subrogationes, quæ pro quibusvis personis, partibus se defendentibus, illarum omnium nominibus & cognominibus pro expressis habentes, & quæ in rem transiverunt judicatam, in Basileensi seu Lausanensi civitatibus, seu in curia præfati venerabilis ac carissimi fratris nostri Amedei primi cardinalis, (ut præmittitur) legati vicariique perpetui, Felicis quinti in sua obedientia nominati, usque in hodiernum diem prolatæ, ac subrogationes pro altero ex collitigantibus mutuo se defendentibus factæ sunt, validas & ratas decernentes, nec non quascumque lites & causas desuper in nostra curia vel alibi contra ipsos possessores super prædictis ecclesiis, dignitatibus, beneficiis, officiis quomodolibet pendentibus, quorum omnium, etiamsi una vel duæ seu plures diffinitivæ vel aliæ sententiæ prolatæ sint, status præsentibus pro expressis habentes ad nos advocamus, & totaliter extinguimus. Et pro majori omnium & singulorum securitate & roboris validitate, quibuscumque personis tam ecclesiasticis quam sæcularibus, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis vel præeminentiæ existant, etiamsi cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopali, episcopali, aut alia quacumque præfulgeant dignitate, nec non quarumcumque tam cathedralium quam collegiatarum & aliarum ecclesiarum & monasteriorum capitulis, collegiis & conventibus, ac singularibus personis earumdem, illique vel illis, ad quem seu ad quos dictarum ecclesiarum, beneficiorum ecclesiasticorum & officiorum electio, collatio, provisio, præsentatio, seu quævis alia dispositio, communiter vel divisim pertinet, ac hujusmodi possessorum adversariis, quibus per nos ac nostrum prædecessorem seu

Anno Christi 1449.

A alium quemcumque factæ sunt concessiones & provisiones de hujusmodi ecclesiis, beneficiis & officiis possessis, omnibus & singulis aliis, quorum intererit vel intererit, quomodolibet in futurum, mandamus expresse inhibentes, videlicet patriarchis, archiepiscopis & episcopis sub suspensionis ab ingressu ecclesiæ, minoribus vero personis singularibus sub excommunicationis, nec non dictorum possessorum adversariis sub simili excommunicationis ac privationis omnium & singulorum beneficiorum suorum quæ obtinent, & inhabilitationis ad illa & ad alia in posterum obtinenda, perpetuæque infamiæ; collegiis vero, capitulis & conventibus sub suspensionis a divinis, pœnis, sententiis & censuris, quas contrafacientes & rebelles (prout quemlibet ipsorum B concernit) exnunc prout extunc & extunc prout exnunc incurrere volumus ipso facto, ne ipsi seu eorum alter publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæsito colore vel ingenio, contra declarationes, concessiones, approbationes, ratificationes, confirmationes, & alia prædicta vel eorum aliquod in præjudicium, damnum & gravamen dictorum possessorum & derogationem præmissorum per nos confirmatorum, aut alicujus eorum facere, dicere & attentare, seu ipsi prænominati, ad quos spectat hujusmodi electio, collatio, provisio, præsentatio, seu quævis alia dispositio, quemquam alium ad ecclesiasticas dignitates, beneficia & officia, seu alia præmissa, hactenus sic possessa recipere C & admittere, neque possessores hujusmodi super præmissis in aliquo vexare, perturbare, molestare, seu inquietare quomodolibet præsumant, aut præsumat, sed ea omnia & singula inviolabiliter & sine contradictione quacumque, quantum in eis est, manuteneant & observent, dictosque possessores in possessione sua hujusmodi teneant & defendant. Si quæ etiam (quod absit) per quempiam quacumque etiam auctoritate nostra contra præmissa seu eorum aliqua, aut in præjudicium dictorum possessorum seu alicujus eorum, novitates factæ fuerint seu fierent, illas ac quæcumque inde secuta exnunc prout extunc habemus & haberi volumus pro infectis. Et nihilo minus contravenientes & rebelles hujusmo- D di, sive patriarchæ, archiepiscopi, aut episcopi fuerint, ab ingressu ecclesiæ, minores vero personas singulares excommunicatos, nec non dictos adversarios & eis auxilium dantes, ultra excommunicationis pœnam, beneficiis & officiis suis privatos, inhabiles & infames, capitula vero, collegia & conventus, a divinis suspensos per quemlibet ordinarium loci, aut alterum in dignitate constitutum, sive canonicum alicujus ecclesiæ cathedralis, per quemcumque ex hujusmodi possessoribus eligendum & requirendum, seu executionem dandum super hujusmodi nostra voluntate in Romana curia sive extra, declarari & denuntiari volumus & mandamus. Super quibus omnibus & singulis, ipsis & eorum E quilibet auctoritate apostolica damus atque concedimus facultatem, rejectis in præmissis omnibus & singulis cautelis & appellationibus quibuscumque, in præjudicium præmissorum interpositis seu interponendis, quas tamquam frivolas & inanes cum inde secutis & secuturis extunc prout exnunc & exnunc prout extunc cassamus, irritamus, annullamus, & pro infectis haberi volumus: vicecancellario & quibusvis aliis officialibus nostris expresse inhibentes, ne ad cujusvis instantiam super causis prætensarum appellationum hujusmodi, aut alias via simplicis querelæ seu restitutionis in integrum aliquam commissionem signare, sive rescriptum etiam extra Romanam curiam concedere, nec auditores causarum palatii nostri, sive ordinarii loci, aut quicumque alii commissiones sive rescripta hujusmodi recipere, seu causas desuper motas & movendas audire præsumant, seu attentent. Adjicientes, quod si ullo unquam tempore appareret, de aliqua concessione seu declaratione per nos aut nostras seu dicti prædecessoris literas, quascumque clausulas, etiam derogatorias, generales vel speciales sub quacumque verborum forma in se continentes, licet in illis dicatur, non obstantibus clausulis dicentibus quod illis non derogetur, nisi de eis specialis mentio fiat, aut quod de verbo ad verbum, & cum toto tenore illarum inseri debeat, facta seu fienda, per quam dictos possessores seu eorum aliquem in hujusmodi suorum beneficiorum possessione seu alias turbari, vexari, molestari, seu inquietari, aut contra hujusmodi nostras concessiones, provisiones, & alia per nos approbata fieri atque contraveniri possit, etiamsi motu proprio, ex certa scientia, sive de plenitudine potestatis, & de ipsorum venerabilium fratrum nostrorum cardinalium consilio & assensu emanarent, seu emanassent, tales declarationes aut concessiones pro bono pacis & unionis ecclesiæ, nullatenus effectum sortiri, sed pro infectis exnunc prout extunc haberi volumus. Verum si in obedientia prædictorum tunc nuncupati Felicis, & illorum qui Basileæ & Lausanæ sub nomine generalis concilii tunc permanserunt, duo vel plures super uno vel pluribus beneficiis litigarent, possessio non possidenti non afferat præjudicium, sed cuilibet jus suum semper salvum conservetur, ac etiam unicuique maneat jus quod ante hujusmodi divisionem sibi quæsitum erat. Et si fuerint aliquæ ecclesiæ seu beneficia, quarum seu quorum caput in una obedientia, & membra in altera existant, membra reducantur ad caput. Salvo tamen, quod membrum obtinens in illius remaneat possessione, si jus eidem competebat ante hujusmodi divisionem. Ceterum quia difficile foret præsentes literas ad singula, in quibus eis forsitan fides facienda fuerit, loca deferre, dicta auctoritate apostolica decernimus, quod illarum transumpto manu publica & sigillo alicujus episcopi, aut illius vicarii, seu curiæ aut superioris ecclesiastici signato & munito, perinde ac si originales literæ hujusmodi exhiberentur, fides plenaria adhibeatur, & stetur. Mandantes nihilo minus literas in simili forma pro quibuscumque particularibus personis eas petentibus & habere volentibus, illorum nominibus & cognominibus specifice expressis, cum designatione ecclesiæ, dignitatis, beneficii sive beneficiorum, aliarumque concessionum superius designatarum, in cancellaria nostra, & alibi gratis & sine solutione alicujus taxæ, salvo moderato salario scriptorum, expediri, & irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis, provisionis, decreti, voluntatis, impositionis, cassationis, remissionis, relaxationis, donationis, absolutionis, liberationis, inhibitionis, impositionis, irritationis, annullationis, declarationis, denuntiationis, advocationis, extinctionis, voluntatis, mandati, dationis, concessionis, adjectionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Spoleti anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimonono, decimo-

decimoquarto Kalendas Iulii, pootificatus nostri anno tettio.

P. de Noxeto, Marcellus de Curia i registrata in camera apostolici consilii.

ANNO CHRISTI 1431.

EPISTOLÆ
ET RESPONSIONES SYNODALES
SACRI GENARALIS CONCILII BASILAENSIS.

I. *

* Numetos addidimus od faciliorem earumdem in posterum citationem.

EPISTOLA SYNODALIS
de convocatione Bohemorum ad concilium.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, universis viris ecclesiasticis, nobilibus, & toti populo regni Bohemiæ, unitatem & pacem in Christo Iesu domino nostro.

COMPVLIT nos caritas Christi egredi de terra nostra & cognatione nostra, & venire ad locum quem ostendit nobis dominus pro pace ecclesiæ & salote populi Christiani. Et quid mirum quod pro Christo in terra aliena peregrinari decrevimus, cum ipse dominus noster pro nobis durissimam usque ad mortem Crucis peregrinationem pati dignatus sit? Si Deus ita dilexis mundum, ot Filium suum unigenitum daret, & nos merito ita ipsum diligere debemus, ut pro ovibus suis, si oporteat, animas nostras libenter exponamus. Quod quidem, quantum divina gratia nos iospiravit, erga oinnes prompto animo facere parati sumus: & ob hoc ex omni natione ad sacrum generale concilium huc convenimus, ut expulsis de populo Christiano erroribus, sedatis bellis, & extinctis vitiorum illecebris, fidei unitas, animorum concordia, & sanctorum morom disciplina ubique serventur, & ipsa mater ecclesia toto orbe terrarum diffusa in pace sanctorum & unitate reflorear. Et quamquam plurima in hoc sacto concilio immioeaot quibus necessario providendum est, nihil tamen ante oculos nostros tam sedulo versatur, quam ot vos in eadem unitate nobiscum conjungamini. Si sciretis quanto affecto salutem & pacem vestram optamus, si corda nostra caritate erga vos ardentia intueremioi, omissis omnibus, sine mota hoc properaretis vos in ulnas nostras, confidentes quod a nobis, qui vos propter Christum ut nosmetipsos amamus, requiem animabus vestris invenire possetis. Et forsan dissidium nostrum aliqoamdiu in ecclesia Deus permisit, ut per experientiam cognoscentes quanta mala ex divisione fraterna oriuntur, postea alter alterum perfectius diligamus: & unitas, qua nihil inter homines reperitur melius, cautius deinceps custodiatur. Iesus Christus oravit, ot non solum apostoli, sed omnes qoi per verbum eorum credituri erant, unum essent, sicut ipsi sunt unum Pater & Filius: & io hoc dixit cognosci discipulos suos, si dilectionem invicem haberent. Si cupimus Christo placere, si ejus discipuli esse & videri volumus, laboremus pro viribus, ut unom simus, dilectionemque & concordiam, sicut Christi fideles decet, invicem habeamus. Ostendamus secundum primitias ecclesiæ multitudinis credentium, ut sit cor unum & anima una: sicut unus est nobis Deus, una fides, & unus baptismus, ita nos ejusdem Patris filii simus unanimes, & habitare unius moris nos dignos faciat in domo sua. Quam bonum & quam jucundum tunc erit, cum in eadem sanctæ matris ecclesiæ domu concorditer habitabunt fratres in unum? Quanta lætitia erit in cælis, si vos, qui aliqoamdiu a nobis divisi fuistis, iterum in caritate & unitate nobiscum reconciliemini. Ecce Spiritus sanctus ex omni natione congregat fratres, ut sicut ipse caritas est, ita in caritate vivant, & juxta promissionem Christi omnem doceant veritatem quæ ad salutem est necessaria. Scimus quia noster cælestis Paterfamilias bonum fidei semen in terra nostra seminaverat, sed venit inimicus homo, & superseminavit zizania. Putamus multum boni seminis adhuc superesse, nec radicem omnino aruisse. Speramus adhoc terram esse idoneam ad fructificandum in domo domini, dummodo patiamini infundi rorem Spiritus sancti, qoi illam fecundet, & herbas noxias exurat. Credimus admodum vobis molestum fore, tot strages, incendia, depopulationes, & infinita mala conspicere, quæ ex hujusmodi dissidio qootidie contingunt, vosque optare pacem patriæ ac quietem, & ot tandem fides catholica ubiqoe terrarum debite colatur. Iis ousquam melius provideri potest, quam in hoc sacro coocilio, ubi universalis convenit ecclesia. hic quidquid pertinet ad fidei veritatem, quidquid ad pacem & concordiam, quidquid ad vitæ puritatem & divinorum mandatorum observantiam, omni cum diligentia & libertate tractabitur. Licebit libere omnibus exponere, quidqnid Christianæ religioni expedire judicaverit: licebit consulere & procurare remedia. Aderit plane Spiritus sanctus, in cujus nomine congregata est hæc sancta synodus. Ipse erit dux & rector concilii, perfecte illuminaturus corda hominum, ut viam ambulent veritatis & pacis. Fiduciam in Christo habemus, quod si huc puro corde & bona intentione accesseritis, procul dubio læti & consolati io patriam redibitis, genti vestræ pacem, quietem gratiamque Dei & hominum vobiscum deferentes. Audivimus quod sæpe conquesti estis non esse vobis traditam, qualem voluissetis, liberam audientiam. Iam cessabit omnis querelæ occasio: ecce jam locus & facultas plenæ audientiæ præbetur: jam invitamini non coram paucis, sed universaliter audiemini, quantumlibet audiri volueritis. Ipse Spiritus sanctus adstabit medius judex & arbiter, quid in ecclesia tenendum & agendum sit. Erimus simul in oratione perseveratores, & tamdiu & tam ferventes suam pietatem gemitibus, jejuniis, precibus, obsecrationibus, ac sanctis operibus interpellabimus, osquequo ipse caritatis auctor & veritatis doctor corda universi populi illustrabit ad cognoscendam amplectendamque veritatis & unitatis semitam. Ob hoc potissime in ecclesia Spiritus sanctus introduxit concilia, ut, si qua circa fidem inter Christianos dissensio orta fuerit, omnibus in unum convenientibus, per invocationem nominis soi veritas evidenter appareat. Sæpenumero in Christiana religione pullularunt errores, opiniones & schismata; sed interventu ipsorum conciliorum Spiritus sanctus illa procul effugavit & penitus extinxit. Si veritatem fidei diligitis, si pacem optatis, si honor Christi penitus vobis curæ est, jam re ipsa ostendite: nullo unquam loco vel tempore efficacius & * accommodosius quam hic est modo, ista omnia fieri possunt. Proinde vos ex toto corde & tota anima per ipsum Spiritum sanctum hortamur, rogamus, & obsecramus, ut, postquam ostium ad tale ac tantum bonum apertum videbitis, non differatis introire, & ad hoc sacrosanctum concilium io nomine Iesu Christi confidenter accedere, ut unanimiter aodiamus verbum hoc quod Spiritus sanctus in ecclesia Dei facturus est. Et licet hunc locum securum & liberum omnibus venientibus statuerimus, oe tamen aliqua forsitan

* accommodatius

ANNO CHRISTI 1431.

ANNO CHRISTI 1431.

forsitan occasione retrahi possitis, nos paratos offerimus plenum ac sufficientem salvumconductum veniendi, standi, & redeundi, iis quos destinare volueritis, nomine universalis ecclesiæ concedere, ac omnia facere quæ pro tutela & securitate ipsorum expedire videbuntur. Rogamos autem vos, ut viros tales mittatis, super quos Spiritus domini requiescere speretur, mites, videlicet, timoratos, humiles corde, pacem optantes, & non quæ sua sunt quærentes, sed quæ Iesu Christi, qui nobis & vobis & toti populo Christiano hic pacem & in futuro sæculo vitam æternam donare dignetur, qui vivit benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Basileæ die decimaquinta mensis Octobris, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoprimo, indictione decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Eugenii divina provideotia papæ quarti anoo primo.

II.

ANNO CHRISTI 1432.

Quod patres intendunt manere in Basilea, & quod non credatur literis aut mandatis in contrarium.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

ZELVS domus Dei, quæ est ecclesia, extra quam non est salus, nos invitat atque caritative compellit, adversus hæreses vastatrices tunicæ inconsutilis Christi, quæ fides est orrbodoxa, viriliter insurgere, & non minus perversis motibus, qoibus, proh dolor, infectus est populus Christianus, & in dies io omni statu amplius inficitur, salubriter obviare, nec non bellicis cladibus pene ubique terrarum fidelem populum destrueotibus, & quasi ad oullitatem miserabiliter perducentibus, quantum vires nostræ gratia divina adjutæ valuerint, finem ac remedia opportuoa adhibere: pro quibus causis evidenter necessariis & maxime arduis hic in Spiritu sancto convenimus, tam generalium conciliorum Constantiensis & Senensis, quam expressis mandatis felicis recordationis domini Martini papæ quinti, nec noo & sanctissimi domini nostri moderni Eugenii quarti auctoritaobus expressis, & specialibus repetitis mandatis, reverendissimo in Christo patri domino Iuliaoo sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, atque hujus sacri concilii præsidenti. Verum antiqnus humani generis hostis, insidias more suo parare volens, tot tantisque bonis quæ ex boc sacro concilio provenire sperantur, famam (ut aodivimus) per diversa loca diffundere conatur, quod hæc sacrosancta synodus Christianæ religioni tam utilis & necessaria dissolvi aut prorogari, vel in aliquem alium locum transferri debeat, ex quo cum verisimiliter timeamus nonnullos hujusmodi rumoribus a sancto eorum proposito huc forsan venieodi retrahendos, ideo tenore præsentium significamus nos omnino decrevisse in boc sancto concilio firmiter permanere: & accedente gratia Spiritus sancti diligentissime laborare ad prædicta sancta opera, quæ incboavimus, perficienda: nec ulla ex causa vel occasiooe hinc recedere, antequam aliqood efficax remedium circa prædicta adhibitum fuerit, cum evidenter constare possit ex dissolutione bojus sacri concilii secotura fidei catholicæ status ecclesiastici & totius Christianæ religionis ruina. Speramus, & pro certo tenemus, atienta integritatis vitæ, & sanctitatis vitæ fama, qua bucusque oune vixit sanctissimus dominus noster Eugenius papa quartus, ipsum omnem favorem & auxilium daturum ad conservandum boc sacrum conciliom, quod auctoritate præcedentium conciliorum, & sui antecessoris & ipsius inchoatum ac stabilitum extitit: nec quisquam aliquo modo credat quibuscumque personis aut literis aliud asserentibus. Et ob hanc rem meotem nostram plenius explicandam, jam nostros solenoes deputavimus ad suam sanctitatem ambasiatores. Et si quid in contrarium aliquo modo fuisset vobis insinuatum, aut insinuari contingeret, id omni veritate carere credatis. Nec verisimile est, qood bene informatus dominus apostolicus vicarius Iesu Christi, ad quem principaliter peronet extirpare hæreses, reformare mores corruptos, & procurare pacem in populo Christiano, aliqoo modo cogitaret dissolvere hoc sacrum concilium, præsertim contra decreta concilii Constantiensis, per prædecessorem suum & eumdem approbata, & a tantis solennibus viris mature digesta, quo efficacius remediom ad hæc facienda reperiri non potest, ex cojus dissolutione certitudinaliter sequereotur hæresom, desormitatum, ac guerrarum & odiorum induratio, ac etiam multiplicatio. Nostræ quippe professionis est oos exponere morti pro domo Dei, ecclesiam ejus defensare adversus tam eminentia pericula, potissime tunc temporis quo ad dictam nostram sanctam synodum speramus Bobemos advenire, & in sacra fidei catholicæ unioore oobiscum reduci. Nam nostras literas, quibus ad idem eosdem monebamos salubriter & caritative, honeste ac revereoter susceptas intelleximus. Ceterum pax & concordia regum, principum ac communitatum, quibus super iis literas oostras direximus, per boc præsens sacrum concilium efficienda speratur, præcipue pax regni Franciæ, pro qua reverendissimo in Christo patri domino cardinali sanctæ Crucis, apostolicæ sedis legato in Francia, die noctuque ad boc tendenti & laboranti, oostras literas & nuntios speciales transmisimus. Qui qoidem dominus cardinalis locum cooventionis assignandæ partibus nobis notificandum rescripsit, quatenus una cum codem ad tam sanctum opus concorrere efficaciter valeamus, propter quæ saluberrima opera Spiritus sancti, qui bujus sacri concilii custos est & protector, adjutrice gratia perficienda, hic de omni regione convenimus, atque in publica sessiooe nostra, decimaquarta Decembris in majori hujus civitatis ecclesia celebrata, per nostra decreta hic tamdiu permanere congregari statuimos, quousque præfati oecessarii utique ac plorimi fructuosi effectus votivos fines sortiantur: quod fixe & inflexibiliter perficere, ut præmisimus, intendimus. Eapropter devoti viri, in Christo sincere dilecti, vos in domino obsecramus pro bujus sacræ nostræ synodi salubri directione devotius exorare, proque hujusmodi felici successo divinam clementiam humilius implorare: nec non & si quæ literæ, schedulæ, scripta, mandata, qubcumque oomine censeantur, a quibosvis personis inveneritis, aut receperitis, nostræ huic sanctæ intentioni obviantia, aut saluberrimos effectus præfatos quoquo modo impedientia, nobis indilate transmittere curetis: nec eisdem adhærere, aut a sinceritate, quam nostræ congregationi geritis, ullatenus recedere velitis, quocumque colore per quoscumque prætedso. Reverendos autem patres dominos prælatos & ceteros qui de jure vel consuetudine ad sacram generalem synodum venire tenentur, admonemus & mandamos sub pœnis juris ac sub debito juramenti, quatenus celerrime ad nostram congregationem accedant in propria persona;

Hic Iulianus postea relictis Basileensibus Eugenio adhæsit cum multis aliis.

ANNO CHRISTI 1432.

sona: aut, si fuerint, corporali impedimento detenti, honorabiles & doctos viros de suis ecclesiis bene instructos destinare non omittant. Sic autem facientes, Christo, cujus causam gerimus, maxime placebitis: ecclesiæ suæ sanctæ, imo & toti Christianitati dignum famulatum præbebitis: vos vere fideles Dei honorem ecclesiæ suæ meliorationem volentis & affectantis monstrabitis, atque gratiam in præsenti & gloriam in futuro possidebitis, quam vobis conferre dignetur præsenti synodo præsentialiter assistens Spiritus sanctus.

Datum Basileæ vigesimaprima Ianuarii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo, pontificatus dicti domini Eugenii papæ IV. anno primo, sub sigillo reverendi in Christo patris domini Philiberti episcopi Constantiensis, provinciæ Rothomagensis. De mandato dictæ synodi, V. Sapientiæ.

III.

RESPONSIO SYNODALIS DE *auctoritate cujuslibet concilii generalis supra papam, & quoslibet fideles, quodque sine ejus consensu non potuit dissolvere concilium Basileense dominus Eugenius papa IV.*

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Cogitanti huic sacræ generali synodo, in Spiritu sancto legitime congregatæ, quid vobis venerabilibus Ioanni & Andreæ Tarentinensi & Colossensi archiepiscopis, ac Bertrando episcopo Magalonensi, nec non dilecto ecclesiæ filio Antonio de sancto Vito, palatii apostolici causarum auditori, oratoribus sanctissimi domini Eugenii papæ IV. pro iis quæ suo nomine bis exposuistis, responsura sit, duo ipse Spiritus sanctus persuadet, primum, ut, secundum apostolum, non in sublimitate sermonis & doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus loquatur [1. Cor. 2.]: deinde, ut summum pontificem & vos & quoscumque huic sacro concilio adversantes sub iis verbis apostolicis admoneat, quibus beatus Paulus ad Ephesios usus est: *Nolite*, inquit, *contristare Spiritum sanctum.* [Ephes. 4.] Utinam non a tristitia dicendi exordium assumere possemus, & ab ea præsertim quæ in Spiritum sanctum committi dicitur. Duobus modis sacri doctores exponunt Spiritum sanctum contristari, vel cum boni dono Spiritus sancti & propter caritatem contristantur de his quæ non recte faciunt: vel cum Spiritus sanctus ab homine non recte faciente repellitur more humano, sicut enim homo de domo pulsus tristis recedit, ita Spiritus sanctus propter non recte facta hominum deserit eos, & ab his recedit; non ipse tristis, sed tristes dimittens quos deserit. Connectendo invicem utramque expositionem, obsecrat hæc sancta synodus cum omni mansuetudine, lenitate & modestia summum pontificem, & vos ejus oratores, ne Spiritum sanctum contristare velitis: tum propter nosipsos concilium celebrantes, ne tristitiam mœroremque patiamur, intuentes ipsum non recte agere, dum dissipare & evertere conatur hanc sanctam universalem synodum, pro salute populi Christiani congregatam: tum etiam propter ipsum dominum Eugenium, vosque & alios concilium impugnantes, ne sic agendo Spiritum sanctum e vobis repellatis. Ipse enim habitare non consuevit cum his, qui operibus adversantur caritatis. Inter nostram autem & vestram tristitiam hoc refert, sicut inter præsentem & futuram, meritoriamque & pœna dignam. Nos enim vehementer illa sentimus zelo domus Dei incensi. Gravissime quidem contristata est hæc sancta synodus, tacta dolore cordis intrinsecus, cum amaritudine & fletu volens congregare filios suos, sicut gallina pullos sub alis suis, & non permittitur: volens fidei & ecclesiæ periclitanti succurrere, & prohibetur. Et, quod causa majoris doloris est, ab eo prohibetur qui omnem animi conatum & studium ad tam sanctum & necessarium opus more prædecessorum suorum convertere deberet. Ipse autem summus pontifex, vosque & alii concilio contradicentes, tristitiam nunc non sentitis, nec animadvertitis quantum scandali ac perturbationis in ecclesia sic agendo seminatis: sed eo periculosior ac majori compassione dignus hic morbus est, quo non sentitur. sentiens autem postea, dum scandala nata esse videritis, & cum apud illud terribile Christi tribunal stabitis, de singulis usque ad minimum quadrantem rationem reddituri. Sed hoc nos in angustiis & tribulationibus consolatur, quod hujusmodi tristitia in gaudium atque præmium domini nobis convertetur; adversantibus autem, ad judicium: quod utinam per condignam pœnitentiam in misericordiam commutetur, quemadmodum optamus ac oramus pro vobis, & pro omnibus nos persequentibus & calumniantibus. Si David videns prævaricantes & non custodientes testimonia domini, tabescebat: si Christus dominus super unam civitatem ruituram lacrymatus est, quanto dolore affici debet mater ecclesia, videns per adversantes concilio tot populorum salutem impediri? Quis eas animas numerare posset, quas satanas errorum atque hæresum laqueis in plerisque mundi partibus alligatas tenet, quasque alligaturus est contagione pestifera, nisi celeriter per hoc sacrum concilium provideatur? Quæ autem Christianitatis portiuncula est, quæ domestico, civili, crudelique bello, & exitiali odio non agitetur, adeo quidem ut atrocius Christianus quam Saracenus? Quid attinet ultra ad dicendum, cum omnis & ecclesiasticæ & Christianæ vitæ disciplina ubique pene extincta videatur? Hæc omnia spes erat & expectatio gentium, per hoc sacrum concilium posse reparari: & jacta fundamenta jam erant, ita ut populus Christianus hac spe respirare videretur. Tam sancta igitur & necessaria opera si perturbari videamus, nonne maximo dolore contristari nos oportet, præsertim cum ab eo perturbatio hæc veniat qui primus pro suo officio ad succurrendum esse deberet? Quis catholicus hæc audiens se a lacrymis temperet? Quis ille est, cujus viscera ad compassionem moveri non debeant? Merito ergo summum pontificem exoramus, ne Spiritum sanctum contristare velit. Quam formidabile sit in Spiritum sanctum delinquere hinc cognoscite, quod, cum cetera peccata vel in Patrem vel in Filium commissa remittantur, solum peccatum in Spiritum sanctum Veritas attestatur nec in hoc nec in alio sæculo remittendum. [Matth. 12.] Quid magis in Spiritum sanctum committitur, quam perturbare sacra concilia quæ Spiritu sancto diriguntur, cujus existentia extirpantur hæreses, eliminantur schismata, damnantur errores, discordia in pacem vertitur, vitia ad mores sanctos commutantur? Quid boni ac sancti est in ecclesia Dei, sive ad fidem, sive ad mores, sive ad generalem ecclesiæ statum spectet, quod ex ipsorum conciliorum saluberrima doctrina non fluxerit? Merito igitur tam grave peccatum tam gravem meretur pœnam, præsertim cum non in unam personam aut gentem, sed in omnes homines & populos præsentes & futuros, & in totum Christi mysticum corpus perpetretur. Si scandalizanti unum de pusillis minimis [Matth. 18.]

ANNO CHRISTI 1432.

ecclesiæ tam terribile judicium minatur Deus, quid putatis illi fiet qui universalem scandalizat ecclesiam? Quo majori loco quis positus est, & major cura sibi commissa, eo transgressio damnabilior. Sanguis omnium pereuntium propter hæreses, bella, & morum deformitatem, ab ejus manibus exigetur, qui impedimento est ne illa tollantur. Sed & hoc auget tristitiam nostram, quod is qui percutit, aut se percutere non recognoscit, aut dissimulat. Quis non turbetur, si percussor percusso dicat: Cur me cædis; cum potius ad percussum id dicere pertineret? Venitis ad nos, & sub specie virtutis exhortando proponitis: *Non sit schisma in corpore.* Sanctum est hoc verbum, & omni acceptione dignum, sed rectius factum esset, si ad eum qui vos misit hujusmodi sermonem seriatim exposuissetis. Saltem, quod ab eo recedentes non fecistis, facite ad eum redeuntes. Ei enim permaxime opus * sit ut dicans: *Non sit schisma in corpore.* Nos enim nihil aliud quæsivimus nec quærimus: hoc cupimus, hoc oramus. Et ne sit schisma in corpore, quam pie, quam suppliciter per diversos oratores suam sanctitatem exoravimus, ut, sicut catholicum pontificem decet, velit ecclesiæ catholicæ se conjungere quam hoc sacrum concilium repræsentat. Quoties deprecati sumus ne sanctam synodum perturbet ac persequatur? quoties supplicavimus ne intolerabilium scandalorum, quæ suus dissolutionis prætensæ conatus parturire potest, velit esse occasio? Dicite nobis: Si duo ad certum tempus vel ad aliquod complendum opus societatem iniissent, & alter eorum ante tempus vel operis finem velit societatem dimittere, alter autem usque ad finem temporis vel operis perdurare, quis horum censendus est societatis scissor ac divisor? Si duobus servis mandat dominus ut laboratum in agrum vadant usque ad fructuum tempus, & alter in via retrocedit, alius autem in agro laborans usque ad messem perseveret, quis eorum alter alterum deserere, & quis domini mandatis obtemperare dicendus est? Et si recedens perseveranti dicat: Recede & tu, ne sit divisio inter nos, an debet ille recedere, & potius conservo quam domino parere? Nemo est tam hebetis sensus qui ista non dijudicet? Videamus ergo, si placet, quis scindit societatem aut fraternitatem ecclesiæ? quis ab alio se dividit? quis sanctæ matris ecclesiæ mandata contemnit? Convenit universalis ecclesiæ mysticum Christi corpus in celeberrimo Constantiensi concilio, ubi Spiritu sancto dictante unanimi consensu pro generali statu ecclesiæ conservando diffinitum est ut deinceps concilia certo tempore celebrentur & modo, ad colendum agrum dominicum, & inde evellendum vepres, spinas & tribulos hæresum, errorum, & schismatum & excessus, corrigendum, & deformata reformandum. Hujus statuti vigore felicis recordationis dominus Martinus papa V. per literas apostolicas locum proximi concilii ordinavit sub his verbis: Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes & volentes decreto hujusmodi generalis concilii Constantiensis satisfacere, inter alia disponenti quod omnino generalia concilia celebrentur in loco quem summus pontifex per mensem ante finem hujus concilii, approbante & consentiente concilio, deputare & assignare teneatur, pro loco dicti proximi celebrandi concilii, eodem consentiente & approbante concilio, civitatem Papiensem tenore præsentium deputamus. Postea cœptum est celebrari concilium Papiense, quod de consensu concilii translatum est ad civitatem Senensem, & ibi consentiente & approbante concilio per nuntios apostolicos electa est hæc civitas Basileensis pro loco proximi tunc sequentis concilii in septennium celebrandi. Advenit septennii tempus, congregatur hic concilium, non solum juxta decreta duorum generalium conciliorum, sed accedente expresso consensu ipsius Martini, & moderni domini Eugenii, destinantium ad hoc legatum suum. Ecce jussu Spiritus sancti universale concilium legitime congregatum est ad colendum agrum dominicum. Adest a principio summus pontifex per legatum suum, postea ante finitum tempus, & opere non completo, recedit, deseritque laborantes in agro domini. Nunc igitur qui habet oculos videat quis divisionem, scissuram, rixam, contentionem, novitatem ac scandalum faciat, quæ omnia ex schismate provenire commemorastis. Numquid nos propria auctoritate huc venimus? Si ecclesia bis congregata in duobus conciliis, si duo Romani pontifices ita statuerunt, si id agimus quod ipse Spiritus sanctus per organum ecclesiæ decrevit, cur nobis dicitur: *Non sit schisma in corpore?* Cum Christus dixisset: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis: multi ex discipulis audientes dixerunt: Durus est hic sermo, & murmurantes scandalizati sunt, & retro abierunt.* Et cum Iesus diceret duodecim discipulis: *Numquid & vos vultis abire? Respondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Quis horum se divisit? an recedentes, an remanentes cum eo a quo vocati fuerant? Sed ad viciniora veniamus exempla. Olim papa Ioannes vigesimustertius, congregato Constantiæ concilio, inde recessit, dans suo recessu, quantum in eo erat, occasionem dissolutionis prætensæ. Numquid qui Constantiæ remanserunt usque in finem dicendi sunt temerarii & præsumptuosi? Numquid ut sequerentur Ioannem, dicendum eis fuisset: Recedite hinc, ne sit schisma in corpore? An potius finaliter pronuntiatum fuit recessum suum fuisse illicitum & scandalosum? Et quis non videat plus esse expresse conari dissolvere, quam solum corporaliter ex concilio discedere? Igitur si hic pronuntiatum sit hujusmodi dissolutionem non valuisse, nihil novi factum est. Qui usque ad finem Constantiæ perseveraverunt, ab omnibus commendati & laudati sunt. Sic speramus in domino contingere his qui hic constanter perseverarunt. Desinite igitur propter sanctam perseverantiam nostram calumniari nos, & dicere: Non sit schisma in corpore: quasi, nisi hinc recesserimus, schisma fiet in corpore. Nos potius speramus, quod quemadmodum per alia concilia salubriter provisum est ecclesiæ variis calamitatibus afflictæ, ita & per hoc, Deo concedente, providebitur. Sed dicitis: Si manseritis hic, venient scandala: dolemus & contristamur, & propterea ipsum obsecramus, ne Spiritum sanctum contristet, nec sit causa scandalorum: quia etsi *necesse sit*, ut ait Veritas, *venire scandala, væ tamen illi per quem scandalum venit.* Is qui hujus est auctor scandali, cum unico verbo id tollere possit, cur differt? in manu sua est: sine ulla difficultate potest. Non opus est congregare pecunias, exercitus, aut naves, quemadmodum si Ierusalem (ut asseritis) recuperare velit. Revocet prætensam dissolutionem, & sublatum est omne scandalum. Reddet una & sibi & ecclesiæ pacem. Nec pudore aut quovis humano respectu ab hoc retrahatur, quoniam Romanus pontifex cum videt sibi aliquid falso suggestum, aut quod tendat ad noxam se fecisse cognoscit, statim revocare consuevit, quinimo plurimum gloriæ & honoris hinc sibi accedet. Omnes enim intelligent plus sibi esse curæ ecclesiasticam pacem quam propriam voluntatem.

Narratis

Marginal notes: 1. Cor. 1. — * forte est ut — 1. Cor. 1. — Ioan. 6. — Matth. 18.

Anno Christi 1432.

Narratis plurimas hæreses a principio nascentis ecclesiæ usque in hodiernum diem exortas, & per sanctos patres & concilia fuisse sublatas: verum id esse fatemur. Et cum peculiare sit & proprium conciliorum privilegium extirpandi hæreses, & a Spiritu sancto indultum, nullatenus ea impediri sed foveri oportet. Si ecclesiasticos annales relegamus, vix ullam hæresim, nisi per concilia, sublatam invenimus. Merito igitur cavendum est ne tam leviter dissolvatur, quod tantum Christianitati profectum facere consuevit. Dicitis duo genera esse hominum qui fidei catholicæ maxime adversantur, Græcos & Hussitas, de quibus provideri oportet. Fatemur his duabus gentibus reconciliandis intendendum fore, & hæc sunt studia nostra. Nec putetis Græcorum nos esse oblitos, sed cogitantes per literas & nuntios huc eos advocare. Postea in hanc sententiam venimus, summo pontifici deferre, ipsumque rogare, ut solennes oratores ad eos mitteret, quatenus huc reconciliationis causa accederent, daretque omnem operam ad hoc sanctum negotium. Ista per nuntios nostros dilectos ecclesiæ filios, primo magistrum Ioannem Pulcripatris, deinde Iacobum de Sirck scholasticum Trevirensem, & Thomam * Fiene officialem Parisiensem, suæ sanctitati nuntiavimus. Detulimus etiam suæ sanctitati pro honore sanctæ sedis apostolicæ in plerisque aliis, arbitrari ut (sicut ad officium ejus spectabat) hæc & alia necessaria exequeretur. Sed usque nunc spe nostra frustrati sumus. Nam dum in modestia & simplicitate procedimus, & calumnias & injurias patimur, & dum sacrum concilium suæ sanctitati honorem exhibet, ipse hanc sanctam synodum perimere laborat. Græcos autem maxime nobis cordi est sicut & alios, ecclesiæ reconciliare: pro qua re sancta & necessaria omnibus viribus laborare intendimus: & quidquid pro eorum reductione faciendum est prompto animo offerimus. Et ut omnibus nostra sincera innotescat intentio, te venerabilem archiepiscopum Colossensem, qui alias hoc negotium pertractasti, deprecamur, ut nomine nostro hanc legationem una cum collegis tibi per hanc sacram generalem synodum adjungendis ad illos velis suscipere, oblaturus eis pro parte nostra quidquid pro ipsis convertendis offerendum videtur. Tibi autem pro viagio tuo condignas expensas dare offerimus. † Sed cum quis hoc facile futurum, si schisma non fiet in corpore, jam paulo ante respondimus nos non futuros schismatis causam, cognoscere & ipsi & omnes potuerunt nos non contemptum ire summum pontificem, ut dicitis: imo illam reverentiam, quæ beati Petri successori debetur, sibi exhibere volumus, dummodo a corpore ecclesiæ, extra quam non est salus, se nolit segregare. Quod si fecerit, quod tamen non credimus, numquid & nos tamquam canes muti, non valentes latrare, tacebimus, & periclitantem ecclesiam clauso ore aspiciemus? Numquid non & Paulus restitit in faciem Cephæ in eo in quo reprehensibilis erat? Non propterea Græci ad unitatem ecclesiæ accedere, & propriam salutem, quæ sine veritatis catholicæ confessione haberi non potest, cognoscere negligent. Sed quomodo credendũ est Bononiam Græcos esse venturos, si tam facile concilia dissolvi videant? Quam igitur spem Græci concilio Bononiensi vel alibi celebrando habebunt, si tam solenne concilium per septennium expectatum, & per duos pontifices Romanos confirmatum, re infecta, in limine ipso evanescat? Græci majorum suorum in hoc vestigia imitantes sine celebratione concilii reductionem ipsorum fieri non posse arbitrantur. Nam ipsorum patres quidquid ad fidei veritatem pertinebat per concilia soliti sunt diffinire. Necessarium ergo est, ne spem conciliorum perdant, ut firmum & stabile hoc Basileense concilium perseveret: ad quod si venire decreverint, & Romanæ ecclesiæ reconciliari intendant, quidquid eis pro ipsorum adventu necessarium fuerit libenter offerimus: & omnia quæcumque habemus parati sumus usque ad nuditatem, imo usque ad animam, pro eorum reductione exponere. De loco autem non est quod causari possint. Nam si Bononiam usque perveniant, paululum plus laboris accipient huc proficiscendo. Et cum olim ad civitatem Lugdunensem remotiorem quam ista sit, ac deinde ad civitatem Constantiensem oratores miserint, non minus commode ad hanc venire poterunt. Accipiat igitur tua devotio hanc sanctam legationem pro nomine Iesu Christi & salute Græcorum, quorum certe majores ab ecclesia omnia meritos esse recognoscimus. Postea de crudelitatibus Hussitarum, & quam periculosa sit eorum hæresis, subjecistis. Non potestis in hoc tantum dicere, quin plura referenda essent; propterea maxime admiramur, cum illi nihil tantum odio habeant quam nomen & auctoritatem summi pontificis, quod totis viribus huic concilio adversetur, quod tam diligenter pro eorum conversione laborat. Quod autem hoc desit, culpa erit illius qui per diversam sententiam ab eo quod ecclesia in Constantia statuit se divisit, & hanc novitatem & dissidium induxit. Sed quæ spes reductionis esse poterit, si decreta concilii Constantiensis, in quo illa hæresis damnata est, infringantur? Quod autem prius studendum sit, ut prius novella zizania evellantur, videtis fere per annum nos ad hoc laborare cum omni patientia, modestia, & longanimitate, ut sacro concilio summus pontifex, prout tenetur, adhæreat. Sed speramus in domino, quod vel ipse dominus papa Eugenius tandem veritati & rationi acquiescet, vel mundus hujus sacri concilii justitiam recognoscens eidem adhærebit. Fatemini mores ecclesiasticorum corruptos indigere reformatione, pacemque postremo esse necessariam in populo Christiano, & hoc esse præcipuum sacerdotis officium pacis negotiis intendere. Sed hoc fieri non potest, si schisma sit in corpore. Supervacuum est iterum de eadem re rationem reddere, credimus Deo & hominibus constare nec voluntatem nec opera nostra ad schisma tendere. Multiplicatis precibus oramus ipsum dominum Eugenium ne seipsum a corpore abscindat, nec offendiculum tam sanctis operibus, ob quæ concilium congregatum est, & vos necessaria esse dicitis, velit gratis apponere. Olim summi pontifices summo studio ac cura fovebant sacra concilia, & ea summo cum honore prosequebantur: & quæ in illis fiebant, non ut ab hominibus, sed a Spiritu sancto dictata venerabantur. Si veteres relegantur historiæ, nullo tempore fuit tam necessarium celebrare concilium, quam modo, & in hoc loco: nullumque unquam fuisse concilium legitur tot auctoritatibus stabilitum, & nihilo minus a summo pontifice tam graviter & multipliciter impugnatum. Dicitis impossibile videri simul de principatu ecclesiæ & moribus disputare. Disputatio ista cur necessaria sit non intelligimus. Nos semper debitum suæ sanctitati reddimus: semper reddat & ipse quod debet universali ecclesiæ, recognoscendo auctoritatem concilii generalis, juxta decreta sacræ Constantiensis synodi. Et quoniam se offert ut reformatio ab ipso incipiat, si huic actioni debitus ordo servetur; utinam facta verbis compenset. Sed hoc primũ ab eo munus reformationis optamus, ut tollat ante omnia

* Fiene.

† Locus obscurus.

ANNO CHRISTI 1432.

dissolutionem prætensam, quæ juxta decreta concilii Constantiensis fieri non potuit, nec tolerari potest sine fidei & status ecclesiastici pernicie. De cetérisque per Dei gratiam facile concordabimus, si hoc dumtaxat fecerit. Quantum ad debitum ordinem quem servandum dicitis, hoc est quod optamus. Nullum autem magis debitum ordinem esse credimus, quam ut ille servetur quem patres nostri in concilio Constantiensi, in quo & ipse adfuit, instituerunt. Multa etiam de virtutibus ejus disseruistis. In hoc laudandus est Deus, a quo omne bonum. Rogandus etiam, ut quod illi deest pro sua clementia largiatur. Hoc illud est, ut ab universali ecclesia se non scindat, extra quam nulla est vera virtus. Hoc faciat, & ipsum condignis laudibus prosequemur. Et hæc ad ea quæ primo loco per venerabilem archiepiscopum Colonensem relata sunt, dixisse satis est. Nunc autem ad proposita per venerabilem archiepiscopum Tarentinum dicendum restat.

In primis late explicat jurisdictionem & potestatem summi pontificis, quod caput sit & primas ecclesiæ, vicarius Christi, & a Christo, non ab hominibus vel synodis, aliis prælatus & pastor Christianorum; & ei datæ sunt a domino claves, & uni dictum est: *Tu es Petrus*. & solus in plenitudinem potestatis vocatus sit, alii in partem sollicitudinis. & multa hujusmodi, quæ, cum vulgatissima sint, minime necessarium erat recensere. Ista plane fatemur & credimus, operamque in hoc sacro concilio dare intendimus ut omnes eamdem sententiam credant. Et nihilo minus ipsum Romanum pontificem dicimus obedire teneri mandatis, statutis, ordinationibus ac præceptis hujus sanctæ synodi Basileensis, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ Dei in capite & in membris, quemadmodum declaratum extitit per generale concilium Constantiense, catholicam repræsentans ecclesiam: cujus catholicæ ecclesiæ, quemadmodum & summi pontificis, æquum fuisset saltem paucissimis explicare potestatem. Quod cum non feceritis, dignum est ut nos, qui concilium celebramus, aliquid saltem perfunctorie referamus. In primis hoc nos meminisse decet, catholicam ecclesiam illam esse, cujus confessio in symbolo continetur: Sanctam ecclesiam catholicam. Hujus ecclesiæ catholicæ tanta auctoritas est, ut sola Christi euangelia illa dicantur quæ ecclesia recipit: plures enim de apostolis etiam scripsisse dicuntur euangelia. Sed quia tantum quatuor approbavit ecclesia, illa sola, & non alia, veneramur. Ideo beatus Augustinus in plerisque locis asserit: Euangelio non crederem, nisi me ecclesiæ auctoritas commoveret. Illa enim sacra scriptura dicitur, quam sacram declarat ecclesia. Hujus ecclesiæ determinationi catholici omnes suas merito sententias submittunt: &, nisi ab ipsa approbentur ecclesia, catholici esse non possunt. Hæc sancta ecclesia tanto privilegio a Christo salvatore nostro, qui eam sanguine suo fundavit, dotata est, ut eam errare non posse firmiter credamus. Hoc solum competit Deo natura; ecclesiæ vero privilegio. Præter autem ecclesiam nemini unquam tale munus communi lege datum esse legimus: non angelis, hi enim a principio errare potuerunt, & multi ex eis erraverunt: non primis parentibus, nam a diabolo decepti sunt: non hominibus, nam omnis homo mendax: non summis pontificibus, quorum nonnulli in hæreses & errores lapsi esse dicuntur & leguntur. Ecclesia sola sine ruga & sine macula ulla est, quæ errare non potest in his quæ ad salutem necessaria sunt. Utique Spiritus sanctus, qui mentiri non potest, se cum ea permansurum usque ad finem sæculi, & eam per Spiritum sanctum in omni veritate docendam esse pollicitus est. In ista regeneramur, roboramur, nutrimur & vivificamur. Extra istam nec salvi esse nec Deo placere possumus. Janua cæli est, per quam solum ad cælum iter est. Sponsa enim Christi dicitur, & unica, & pulcra, & sine macula, & sine ruga; soror, amica, columba, formosa, speciosa, perfecta, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, suavis, mitis, & decora, & quæ merito beatissima prædicatur: proque ejus fortitudine & firmitate terribilis dicitur ut castrorum acies ordinata. Hæc enim mater & magistra omnium fidelium, ac etiam corpus Christi mysticum nuncupatur, cujus caput ipse dominus Jesus Christus. Nec mirum, si errare non potest quæ caput habet Christum, doctorem Spiritum sanctum. hujus tanta est auctoritas, ut qui contumaciter ejus doctrinæ contradicere præsumpserit, hæreticus esse convincatur. Quæ domus etiam claves solvendi & ligandi accepit a domino. hanc domum si quis corripientem corrigentemque contempserit, *Sit tibi*, inquit dominus, *ut ethnicus & publicanus*. Decuit quidem tantam ecclesiæ conferri potestatem, ut, cum omnis homo obliquabilis sit & peccabilis, ipsa esset in terris, cujus judicio, quod errare non potest, quilibet subjiceretur. Nec solum ecclesiæ decreta & sententiæ authenticæ sunt, quibus & irrefragabiliter stari oportet, sed etiam ejus facta & consuetudines instar habent sanctarum scripturarum. Sacræ enim scripturæ & consuetudini ecclesiæ par ritus, & idem utrisque pietatis debetur affectus. Præteriistis etiam silentio sacrorum generalium conciliorum auctoritatem, quorum notitia cum omnibus fidelibus necessaria sit, ideo de potestate eorum pauca perstringere non erit inutile. Istorum conciliorum & ecclesiæ catholicæ eadem videtur esse potestas. Diffinitum enim est in concilio Constantiensi, quod synodus generalis in Spiritu sancto legitime congregata catholicam repræsentat ecclesiam, & potestatem a Christo immediate habet. Idem etiam Martinus papa in suis literis apostolicis, sententias quasdam concilii Constantiensis interserens, exprimit. Quæcumque igitur proxime dicta sunt de auctoritate ecclesiæ, trahi ad generale concilium, quod illam repræsentat, necesse est. Alioquin non recta esset repræsentatio, si eadem in repræsentante & repræsentato auctoritas non inesset. Et hoc solum satis foret ad probandum omnem concilii potestatem, nec alia probatione uti necessarium videretur: utique cum major probatio esse non possit, quam ipsius ecclesiæ quæ errare non potest. Nihilo minus propter ipsorum reverentiam aliquid amplius referamus. Audite quantæ auctoritatis sint ipsa concilia, quantamque reverentiam non solum privatæ personæ, sed & sancti summi pontifices ipsis conciliis habuerunt. Inquit beatus Cælestinus in epistola ad synodum Ephesinam transmissa, ut refert Isidorus in libro conciliorum, Spiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Certum est enim quod legimus, quia nec potest veritas ipsa mentiri, cujus in euangelio ista est sententia: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum*. Quod cum ita sit, (nam nec huic brevi numero Spiritus sanctus deest) quanto magis nunc interesse credamus in unum convenientium turbæ sanctorum? Sanctum namque concilium est pro debita veneratione collectum, in quo nunc apostolorum frequentissimæ illius (quam legimus) congregationis aspicienda reverentia est. Et idem Isidorus in eodem libro in gestis tertiæ synodi Toletanæ inquit: Unde valde

Marginal notes:

Matth. 16.

En quantum tribuant summo pontifici, cui tamen mox sese anteponunt.

Sed hujus ecclesiæ, ut paulo ante fassi sunt, caput & pastor est Romanus pontifex: ergo obedire illi debet ecclesia.

Matth. 18.

Matth. 18.

Act. 15.

ANNO CHRISTI 1432.

valde necessarium esse prospexi, vestram in unum convenire multitudinem, habens sententiæ divinæ fidem, quæ dicit: *Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum*. Credo enim beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sacro interesse concilio, & ita tamquam ante conspectum Dei in medio vestri fidem meam protuli. Ecce beatus papa Cælestinus eam reverentiam habendam esse dicit congregationi concilii, quæ debetur collegio apostolorum, utpote in cujus medio ipse Christus assistit, Spiritus sanctus, & ipsa Trinitas. Quodque Spiritus sanctus in conciliis judicet, & propterea concilia errare nequeant, testis est scriptura Actuum apostolorum, quæ dicit: *Visum est Spiritui sancto, & nobis*. Etiam beatus Hieronymus comparat concilii auctoritatem soli, ut sicut sol suo ardore humores rivulorum desiccat, ita concilium sua auctoritate omnem contrariam superat argumentationem. Inquit enim in fine disputationis contra Luciferianum: Poteram omnes disputationum tuarum rivulos hoc uno ecclesiæ sole siccare, de auctoritate concilii generalis loquens. Item concilii auctoritas auctoritati sacræ scripturæ comparatur: quia, ut ait beatus Augustinus de fide Christiana, catholica ecclesia per orbem diffusa tribus modis probatur existere: quidquid in ea tenetur, aut est auctoritas scripturarum, aut traditio universalis, aut certe propria & particularis instructio: sed auctoritate tota constringitur, universali traditione majorum nihilo minus tota. Ecce par auctoritas & scripturarum & universalis traditionis. Sed concilia generalia universali traditione & consensu fiunt & recipiuntur. Videntur etiam generalia concilia ut euangelia fore veneranda. Ratio enim propter quam beatus Gregorius quatuor prima concilia ut euangelia suscipit & veneratur, ista est, quia dum sunt universali consensu constituta, se & non illa destruit quisquis præsumpserit absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt. Sed hæc ratio eadem quæ in ceteris generalibus conciliis: universali enim consensu constituta sunt. Beatus etiam Augustinus ad Ianuarium, asserit generalium conciliorum saluberrimam in ecclesia auctoritatem esse: quæ si saluberrima est, salutem continet: qui ergo auctoritati concilii contradicit, contra salutem agit. Quantam devotionem reverentiamque Christi fideles conciliis habere debeant, hinc patet quod, antequam esset facultas in unum congregandi & celebrandi concilia, Christianitas in diversas hæreses scissa est: postquam autem cœpta sunt concilia celebrari, omnis hæresum atque errorum caligo, tamquam sole illustrante depulsa est. Quod etiam concilia statuendo non errant, hinc liquide constat, quia omni manent stabilita vigore, utique cum Spiritus sanctus illa dirigat & inspiret. Unde inquit beatus Isidorus, quod si qua sint alia concilia, quæ sancti patres Spiritu Dei pleni sanxerunt post istorum quatuor auctoritatem, omni manent stabilita vigore. Hinc etiam evidenter patet quod concilia errare non possunt: quoniam quilibet summus pontifex, qui est pastor & caput ecclesiæ, tenetur, prout in concilio Constantiensi statutum fuit, quam primum in summum pontificem electus est, profiteri coram suis electoribus fidem catholicam tenere secundum traditiones apostolorum, generalium conciliorum, & post nominationem aliquorum conciliorum, subjicitur etiam * generalium conciliorum, & illam fidem usque ad unum apicem immutilatam servare, & usque ad animam & sanguinem confirmare, defensare & prædicare. Et ita professus fuit felicis recordationis Martinus papa V. ita etiam creditur dominum Eugenium modernum professum esse. Quilibet ergo Christianus eamdem fidem tenere obligatur quam ecclesia catholica & apostolica tenet & approbat. Quod si errare possent concilia generalia in his quæ ad salutem sunt necessaria, profecto nimia vanum ac perniciosum esset, ad talem fidem populum Christianum adstringi. Quantæ etiam sint auctoritatis concilia generalia, hinc luculenter adverti potest, quod ab eorum potestate nemo eximitur, etiam summus pontifex, ut extat concilii Constantiensis decretum in hæc verba: Hæc sancta synodus Constantiensis, generale concilium faciens, *&c.* ordinat, statuit, diffinit, decernit & declarat, ut sequitur:

Matth. 18.

Sed huic concilio Cælestinus per suos præsidebat.

Act. 15.

* nec non Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis generalium etiam conciliorum,

Et primo, quod ipsa in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, catholicam militantem ecclesiam repræsentans, potestatem a Christo immediate habet: cui quilibet, cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & generalem reformationem ecclesiæ Dei in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis sive ordinationibus aut præceptis hujus sanctæ synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Nec quisquam illud dicere præsumat, quod aliquod generale concilium legitime congregatum invalidum sit, aut errare possit: quia, si hic perniciosus error admitteretur, tota fides catholica vacillaret, nec aliquid certi in ecclesia haberemus: quia qua ratione errare potest unum, possent errare & reliqua: quoniam, ut inquit beatus Augustinus, si ad scripturas sanctas admissa fuerint officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur, cujus pondere contentiosæ falsitatis obtrectetur improbitas? Quis jam de potestate conciliorum super omnes alias potestates ambigere poterit tot irrefragabilibus testimoniis comprobata? Ex his manifeste constat auctoritates, quas de summi potestate pontificis allegastis, non probare quominus ipse pontifex mandatis universalis ecclesiæ & concilii generalis obedire teneatur. Sed id dumtaxat probant, quod omnes singulares homines particularesque ecclesiæ, ipsi pontifici obedire debent, nisi in his quæ huic sacræ synodo, & cuilibet alteri legitime congregatæ, præjudicium generarent. Nam etsi sit caput ministeriale ecclesiæ, non tamen est major tota ecclesia. Alioquin errante pontifice, sicut sæpe contigit, & contingere potest, tota erraret ecclesia, quod esse non potest. Etsi caput sit & principalis prælatus hujus corporis mystici, est nihilo minus intra corpus. Nam si extra corpus esset, tunc non pertineret ad corpus, nec tunc caput esset. Corpus igitur hoc totum continet, & ipsum quod dicitur caput, & singula membra.

Constantiensis concilii sessione 4.

Et tamen synodus Calchedonensis amplissima penitus decreta a Leone papa confirmata: qui, ceteris probatis, decretum de episcopo Constantinopolitano rescidit.

Nec quis dicat quod ipsa pars principalis potentior est ac dignior reliquo toto corpore & ceteris membris, & per consequens illi potius obediendum: quia ratio, experientia & auctoritas dictant contrarium. Ratio, quia reliquum totum corpus, etiam non computato papa, secundum legem communem errare non potest in his quæ sunt fidei. Alioquin si errare posset, cum certum sit papam errare posse, tunc & papa & reliquo toto corpore errantibus tota erraret ecclesia, quod esse non potest. Experientia etiam demonstrat, quia sæpe experti sumus & le-

ANNO CHRISTI 1432.

gimus papam, licet caput & principalem partem, errasse: reliquum autem corpus, papa etiam errante, errasse nunquam legimus. Propterea reliquum sæpe totum corpus condemnavit atque deposuit papam tam ratione fidei quam morum. Sed nunquam papa condemnavit, aut excommunicavit, aut deposuit reliquum totum ecclesiæ corpus. Licet ergo tam papa quam ecclesia claves habeant ligandi atque solvendi, papa tamen nunquam in totam ecclesiam claves ligandi atque solvendi exercuit. Ecclesia autem sæpenumero in papam. Auctoritas etiam scripturę evangelicę idem probat. Nam quod dixit Christus: *Si peccaverit in te frater tuus, dic ecclesiæ: & si ecclesiam non audierit, sit tibi ut ethnicus & publicanus*, omnes homines comprehendit. Et quod Petrus & ejus successores illa auctoritate comprehendantur, ostendit Paulus, qui in faciem restitit Cephæ & coram omnibus. Ecclesiæ enim dixisse videtur qui coram omnibus dixit. Quod ad successores Petri, jam supra dictum est, qualiter sæpe peccata eorum dicta fuerint ecclesiæ, & ab ecclesia punita: & qui non audierunt ecclesiam fuerunt habiti ut ethnici & publicani, ut legitur de Anastasio & Liberio. Probat hoc etiam auctoritas universalis ecclesiæ, quæ non potest errare, ita diffinientis in concilio Constantiensi, quod peccata pontificum circa fidem, vel schisma, vel mores, possunt dici ecclesiæ, cujus præceptis & ordinationibus tenentur obedire: & si obedire contempserint, condignæ pœnitentiæ possunt subjici, & ad alia juris remedia recurri, & per consequens possunt excommunicari; quo facto, ut ethnici & publicani habebuntur. Hoc etiamsi pluribus aliis rationibus & auctoritatibus posset comprobari, satis est auctoritatem universalis ecclesiæ adducere. Ipsa enim errare non potest: & quidquid determinet scripto, aut consuetudine universaliter faciat, ejusdem reverentiæ & auctoritatis est cujus sacra scriptura. Unde si in evangelio reperiremus scriptum decretum illud Constantiensis concilii, quod papa tenetur obedire concilio, *&c.* hæreticum esset hoc revocare in dubium. Sic & hæreticum est, si quis illi decreto contumaciter contradicat. Et, quia ad alia nostra festinat oratio, omnes argumentationes quæ fieri possent in contrarium, hac unica auctoritate ecclesiæ veracissime confutamus. Ita beatus Hieronymus post longam disputationem confondit atque convincit Luciferianum, dicens: Poteram omnes tuarum propositionum rivulos hoc uno ecclesiæ sole siccare, de auctoritate concilii loquens. Qualecumque ergo nomen dignitatis aut potestatis de papa scriptum invenitur, ad particulares quoscumque homines & singulares ecclesiasticos referendum est, non supra universalem ecclesiam, ita ut potius papa ecclesiæ, quam ecclesia tota papæ obedire cogatur. Nam etsi papa major sit in ecclesia, non tamen major est tota ecclesia. Unum autem quare dictum est: *Tibi dabo claves regni cælorum*? sancti doctores exponunt, ut unitatem designaret ecclesiæ: & ideo ab unitate exordium proficiscitur, ut ecclesia Christi una esse demonstretur. Et Petrus quando claves accepit, ut dicit Augustinus, ecclesiam significavit. Nec putetis, * quin ecclesia claves habeat & imperium super omnes, quod ideo sunt multi principes, contra philosophicum dictum, Entia nolunt male disponi, pluralitas principantium mala: unus ergo princeps. Ipsa enim est unus princeps, & unitati fidelium, non singulis, hæc jurisdictio a domino conceditur, & ideo ab uno incipere voluit, ut perfectam unitatem atque unanimitatem designaret: quæ unitas ecclesiæ multo major est atque perfectior quam unitas unius regis aut

Matth. 18.

Galat. 2.

Matth. 16.

* forte quia, aut cum

A imperatoris terreni. Hic enim & errat, & in varias sententias atque contrarias sæpe scinditur. Ecclesia autem nec errat, nec sibiipsi contradicit. Nec comparandum est corpus ecclesiæ aliis politicis corporibus civitatum & universitatum: quia in medio hujus corporis est Christus, qui ipsum regit ne erret. Alia autem politica corpora humanis & variis voluntatibus gubernantur, neque in hac materia congruit allegare errorem illorum, secundum beatum Thomam, qui se subducere nituntur ab obedientia Petri, successorem ejus Romanum pontificem universalis ecclesiæ pastorem non recognoscentes: quoniam de singularibus ecclesiis & personis id intelligendum est, non de universali ecclesia, quæ sæpe obedientiam justis ex causis Romanis pontificibus

B subtraxit, ut Marcellino, Anastasio, Liberio, Ioanni XII. Benedicto IX. Benedicto XIII. Ioanni XXIII. Progredientes deinde ad materiam concilii, dicitis, quod sanctissimus dominus Eugenius ratus hæresibus, bellis ac deformitatibus sine sanctorum patrum & principum assistentia opportune obviari non posse, concilium Basileense ex domini Martini papæ felicis recordationis auctoritate per Senense concilium promulgatum, atque ejusdem Martini jussione stabilitum, post ipsius obitum & suæ sanctitatis assumptionem, robur habere voluit & prosecutionem, ratum & gratum per suas apostolicas bullas gerens, quidquid potestatis in ea

C re dilecto ecclesiæ filio Iuliano sancti Angeli diacono cardinali sanctæ sedis apostolicæ legato per prædecessorem suum collatum fuisset. Fatemini ergo, & bene, concilium hoc legitime congregatum, quia stabilitum fuisse dicitis auctoritate apostolica, & per concilium Senense, & roboratum per dominum Eugenium. Et quia facultas data præfato legato circa prosecutionem concilii ratificata extitit per ipsum dominum Eugenium modernum: optime; veritatem narrastis. Ita enim fuit, ut dicitis. Quo igitur pluribus auctoritatibus stabilitum fuit, & quo plures necessitates illud celebrari suadebant, eo minus debuit illud perturbare & conari dissolvere: & quidem pro tot necessitatibus non solum concilium alias in-

D dictum perseverare debeat, sed, si indictum non fuisset, de novo debuisset indici, propterea nemo est qui non vehementer admiretur, tam ex abrupto & sine causa hujusmodi dissolutionem esse attentatam. Sed excusatis hoc factum esse, quia non videbat amplificationem illius ut optabat: & per oratorem nostrum requisitus, ut ea faceret quæ novam convocationem prætendere videbantur, illud abinde dissolvit. Quænam ista excusatio est? Quinimo si amplificari non videbat, ad amplificandum operam dare pro suo officio debuisset, & idipsum petebat noster orator, obsecrans ut omnem favorem concilio præberet, & ad ipsius prosecutionem intendere dignaretur. Numquid si infirmus medico supplicet ut eum sanet; medicus ipsum interficere debet, ne in

E sanando laboret? Orator noster ad nos reversus, quid Romæ exposuerat, ut asseruit, hic publice retulit ex ejus dictis. Quicumque eum audivit, nihil aliud indicat, nisi quod cum omni instantia favorem per dominum Eugenium concilio præstandum, & ejus perseverantiam postulabat. Si nolebat summus pontifex exhortari prælatos, ut huc citius properarent, saltem ad actum dissolutionis prorumpere non debebat, sua enim sponte venissent prælati. Ut igitur necessitatibus ecclesiæ quæ moram non patiebantur citius fuisset provisum, supplicabatur, ut per suas literas exhortari vellet præsertim Italiæ prælatos, quos nos pro reverentia summi pontificis, cui propinqui sunt, citare pro tunc distulimus: imo etiam

ANNO CHRISTI 1432.

Certe Marcellinum ut alios omittamus, nemo episcoporum in concilio ausus fuit condemnare, nisi ille se prior condemnasset.

requi-

ANNO CHRISTI 1432.

requirebatur ut, si commode posset, sua sanctitas huc venire dignaretur. Sed & si prælatos Bononiam ad annum cum dimidio convocavit, quomodo non poterat eis scribere, præsertim prælatis Italiæ, quod statim huc venirent, ut necessitatibus præsentibus provideretur? Sed volebat ipse personaliter interesse. Ideo quia infirmus ad annum cum dimidio distulit, quid ipse sciebat, si interim moreretur, an & anno cum dimidio perfecte sanatus esset? Sed præsentia sua multum prodesse posset, fatemur. Sed si adesse propter infirmitatem non possit, an propter infirmitatem papæ infirmitas ecclesiæ tam periculosa negligetur? Magnæ fuerunt hæreses Arianorum, Nestorianorum, Manichæorum, Donatistarum: & multa alia gravissima pericula tunc temporis in ecclesia imminebant. Et nihilo minus jussit summus pontifex per suos legatos concilia celebrari. Dicitis cum magna & matura deliberatione dissolutionem factam esse. Si longa & matura deliberatione fuisset facta, debuisset mittere hinc ad sacrum concilium, & scire certius, an sic facere expediret. Quis melius in rebus agendis deliberat, an præsens, an absens? Facta concilii & harum partium magis innotescebant nobis quam aliis. Et propter reverentiam sacri concilii catholicam repræsentantis ecclesiam, ad maturam deliberationem habendam, concilium consuli oportebat, non alienos. Sed audivimus aliquos ex venerabilibus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus contradixisse, alios autem nunc dicere se male tunc fuisse circumventos, & jam melius de veritate informatos, aperte contradicere. Audivimus fuisse tunc & nunc multo majorem murmurationem in curia de hac dissolutione: quamplurimi, & fere omnes qui in curia nomen habent virorum bonorum, hujusmodi factam dissolutionem damnant omnes qui extra sunt; cardinales omnes quasi principes, & populi, & qui bonum ecclesiæ cupiunt, concilium laudant & dissolutionem reprobant. Causæ etiam in bulla dissolutionis expressæ (cum pace dictum sit) non sic se habent, prout per nostros ambasiatores suæ sanctitati nuntiavimus: qui etiam tot & tanta ex ipsa dissolutione, si effectum haberet, scandala sequi dixerunt, quod habentes etiam cor lapideum molliri debuissent. Sed ex quo nunc constat ipsas causas veras non esse, cur modo non mutat propositum? Cur pati perturbatur ecclesiæ? Dicitis hunc locum vicinum Bohemis. Distat iste locus a Praga per quindecim dietas, sunt civitates & principes intermedii potentissimi. Civitas ista fortissima flumine Rheno, & mœnibus, & viris catholicis munita, vicina ad tria milliaria linguæ Gallicanæ. In istis partibus ille metus est de exercitu Pragensium qui Romæ. Putat sua sanctitas nos esse ita improvidos, quod si hic locus esset jam vicinus Bohemis, quod merito timendum esset, hic mansissemus aut maneremus? Sed mira res, habuit sanctitas sua exercitum hostium in portis Romæ, nec timuit, nec recessit: & hic timet inimicos per quindecim dietas longinquos? Inter alias dissolutionis causas hanc esse dicitis, quod Bohemos vocavimus eo modo, quod sanctitas sua sustinere sine offensa non potuisset aut detractione damnationis in concilio Constantiensi factæ. Vocatio ista non potest sustineri sine offensa ac detractione concilii Constantiensis, sed dissolutio concilii bene potest sustineri. Concilium Constantiense mandat fieri concilium, (fieri autem cum effectu intelligitur) non prorogari tempus, non mutari locum, contra omnia ista fit, & nihil de hoc dicitur. Sed calumniamur, quia vocavimus Bohemos. Numquid in decretis concilii Constantiensis scriptum invenitis, quod ecclesia non debeat eos ad instruendum & informandum convocare? Non miramur, si ex dictis oratoris nostri occasio sumpta est ad dissipandum concilium, quandoquidem ex pussimis nostris literis id factum esse videmus. Utinam propter honorem summi pontificis hanc causam literis suis non inseruisset, videlicet quod hujusmodi vocatio fuerit in injuriam sedis apostolicæ sacrorumque conciliorum, & contra decreta sanctorum patrum, ac statuta legum imperialium. Sed valde mirandum est, quod in eisdem literis damnatur & approbatur. Si audientia concessa Bohemis reprobatur, cur Græcis conceditur, cum & hi & illi ab unitate ecclesiæ separentur? Si concilium Bononiæ propter illos indicitur, cur concilium Basileense propter Bohemos & multa alia necessaria jam indictum dissolvi procuratur? cum Bohemica hæresis periculosior sit, ad illam accuratius foret intendendum. Mirandum est, si verum sit: dicitur venerabili archiepiscopo Gneznensi concessam esse facultatem per summum pontificem audiendi Bohemos: singulari personæ conceditur quod universali ecclesiæ non permittitur? Si epistola nostra diligenter & non ex livore vel odio consideretur, plane constabit, non ad injuriam auctoritatis apostolicæ, nec conciliorum Constantiensis & Senensis, imo ad reverentiam & honorem eorum factam fuisse vocationem: vocavimus enim ut nobiscum in eadem unitate conjungantur: & ut qui a nobis aliquamdiu divisi fuerunt iterum in caritate & unitate nobiscum reconcilientur. Si hoc fieri poterit, ad quod nos laboramus, cedet procul dubio ad honorem sedis apostolicæ. Ipsam enim reverebuntur, quam usquenunc contempserunt: cedet ad gloriam conciliorum Constantiensis & Senensis, quia illam fidem & ritum, qui in his conciliis declaratus est, quem usquenunc non tenuerunt, amodo tenebunt. Cur ergo retorquetur ad injuriam quod quæritur ad honorem? nec contra decreta sanctorum patrum, nec contra leges canonicas aut civiles hujusmodi vocatio facta est, sive asserere velimus eos vocatos ad instruendum, sicut veritas est, sive ad disputandum. Si ad instruendum, nemini dubium est quin opus sit pium & meritorium, & prælatorum officio necessarium. Si ad disputandum, & ad hunc finem, ut errans instruatur & reducatur, cum eadem ratio sit, similiter erit opus pium & laudabile, ut inquit beatus Paulus ad Titum: *Oportet episcopum, &c.* Et subdit: *Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere*: imo pernimium periculosum fuisset denegare audientiam Bohemis, quam ubique locorum divulgabant se postulare, & eis non concedi, ob hanc causam, quia eorum articuli erant ita manifeste veri, quod nostri episcopi & sacerdotes non poterant eis respondere, nec cum ipsis conferre audebant: propter quod scrupulus non parvus in animis hominum, præsertim simplicium, ista audientium erat exortus. Omnis autem schola theologorum, canonistarum, & legistarum affirmat eam disputationem de fide, quæ non fit causa perfidiæ seu tumoltus, vel ut in dubium revocet, sed ad instruendum, vel clarius patefaciendum veritatem, vel convincendum, vel confundendū hæreticos seu infideles, vel confirmandum catholicos, fore licitam: imo beatus Thomas secunda secundæ dicit in casu simili, sicut est noster, quod quando simplices viri solicitati sunt aut pulsati ab infidelibus vel hæreticis, [a] corripere nitentibus in eis fidem, tunc necessarium est publice disputare de fide: per hoc enim simplices firmantur in fide, & infidelibus aufertur decipiendi facultas. Alioquin ipsa taciturnitas eorum qui resistere deberent pervertentibus fidei veritatem esset, erroris confir-

Tit. 1.

Idem faciti[?] & Lutherani, & alii.

[a] corrumpere

ANNO CHRISTI 1432.

confirmatio. Allegat beatum Gregorium, quod sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Constat autem Alemanos per libellos & epistolas Bohemorum solicitari ut eorum errores sequantur, allegando ad eorum perversum sensum multas auctoritates. Ergo, secundum beatum Thomam & beatum Gregorium, visi fuissemus confirmare errorea Bohemorum, nisi hoc casu dedissemus illis audientiam. Quid ad hoc respondebunt nostri calumniatores? hoc etiam sæpenumero actum fuisse per sacra concilia & sanctos patres legimus, cum hæreticis vel infidelibus, etiam prius damnatis. Silvester in concilio Romano publice disputavit cum duodecim scribis Judæorum, quibus & per Christum & apostolos per tot annos ante veritas Christianæ fidei prædicata fuerat, & in ea disputatione dari fuerunt judices duo gentiles Citithon & Zenophilus. Beatus Athanasius publice disputavit cum Ario, cujus error prius in celeberrimo concilio Nicæno damnatus fuerat. In qua disputatione sedit arbiter quidam, nomine Probus, gentilis homo. In synodo Calchedonensi orthodoxi disputarunt cum Nestorianis, dudum in concilio Ephesino damnatis. Et post multa inter eos fuit conventum, ut nostri orarent secundum fidem nostram, & illi secundum fidem suam. Et charta quædem, in qua & nostra fides & errores illorum describerentur, super corpus beatæ Euphemiæ poneretur, ut Deus veram fidem manifestaret; quod & factum est. Item licet error ille, qui asserit Christum unius dumtaxat fuisse naturæ, prius fuisset damnatus, tamen in synodo Constantinopolitana, in qua præsedit sanctus episcopus Flavianus, Eutyches qui hunc tenebat errorem, fuit ad synodum vocatus, & plene auditus, & secum disputatum, fuitque per acta præcedentium conciliorum convictus. Item licet error quem tenebat Luciferianus, fuisset ante damnatus, nihilo minus beatus Hieronymus disputavit cum ipso, & eum per acta præcedentis concilii convicit. Quamvis errores Donatistarum sequentium Arianos, olim in concilio Nicæno damnati fuissent, nihilo minus fuit congregata synodus Carthaginensis, & ad eam Donatistæ per nuntios concilii vocati sunt. Et inter alia, convocationis verba ista sunt: Hanc ergo pacificam & ex caritate venientem vocationem contemnere non debetis. Et si quid veritatis vos habere arbitremini, non dubitetis asserere, id est, ut congregato nostro concilio, deligatis ex vobis, quibus causam vestræ assertionis committatis: ut & nos possimus hæc facere, etiam de concilio nostro deligantur, qui cum eis quos delegeritis, constituto loco & tempore, quidquid est quod nostram a vobis separat communionem, cum pace discutiatur, ut tandem, adjuvante domino Deo nostro Iesu Christo, finem veternosus error accipiat. Beatus etiam Dominicus & duodecim abbates in partibus Tolosanis cum Albigensibus, quorum errores fuerant damnati, publice disputavit apud Fanum Iovis sub judicibus deputatis. Sed ideo calumniati videmini epistolam, quia non ad recognoscendum errorem, sed ad submittendum se pariter cum ecclesia veritatis investigationi sint vocati, quod Hussitis favorem & auctoritatem, fidelibus vero ambiguitatem & perplexitatem præstare videtur. Cur sicut partem epistolæ, ita non recitastis & totam? Cur etiam addidistis ubi eddendum non erat? aut sicut post verbum, Audietis & nos, addidistis, Respondentes, cur non addidistis, Instruentes & informantes? Circa principium epistolæ dicitur: Nihil tam ante oculos nostros versatur, quam ut vos in eadem unitate nobiscum conjungamini.

A Hinc satis innuitur, ex quo damus operam, ut nobiscum conjungantur in eadem unitate, quod unitatem dimiserint, & eam opus sit ut recuperent. Item & verbum illud, Et forsan dissidium nostrum aliquamdiu Deus in ecclesia permisit, Ac verbum illud, Quanta lætitia erit in cælis, si vos qui aliquamdiu divisi fuistis iterum in unitate & caritate nobiscum reconciliamini? hoc aperte indicavit, eis necessarium esse reconciliari nobiscum, ex quo necessario oportebat recognoscere errorem. Verbum etiam illud, *Scimus quia noster cælestis Paterfamilias bonum fidei semen seminaverat, sed venit inimicus homo, & superseminavit zizaniam*, hoc manifeste demonstravit eos a veritate errasse, ac necessarium fore ut superinfundatur eos gratiæ Spiritus sancti. Forte mo-

Matth. 13.

B lestum est vobis verbum illud: Ipse Spiritus sanctus astabit medius judex & arbiter quid in ecclesia Dei tenendum & agendum sit. Vel forte verbum illud: Aderit plane Spiritus sanctus, in cujus nomine congregata est hæc sancta synodus. Ipse erit dux & rector concilii, perfecte illuminaturus corda hominum, ut viam ambulent caritatis & pacis. Nobis autem est gratissimum & suavissimum, illum nobis judicem & ducem constitui, quem nobis Christus dedit, dicens: *Cum autem venerit Spiritus paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, ipse vos docebit & suggeret omnia quæ dixero vobis.* An Spiritum sanctum vos habere judicem indignamini? An potius hominem quam Deum velletis elegissemus ju-

Ioan. 15.

C dicem? Metiro in principio sermonis nostri dicere persuasimus, ne Spiritum sanctum contristaretis. Blasphemia esset, si quis negaret Spiritum sanctum dictare sententias, canones, & decreta conciliorum. In actibus apostolorum hoc expressum auditis, cum dixerint apostoli, judicantes non esse servanda legalia: *Visum est Spiritui sancto & nobis.* Leo papa inquit sacrorum patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia comprobatos. Et Isidorus: Et si qua sunt alia concilia, quæ sancti patres Spiritu Dei pleni sanxerunt. *Si spiritualis homo judicat omnia*, secundum apostolum, quanto magis ipse Spiritus sanctus, per quem homo accipit ut sit

Act. 15.

1. Cor. 2.

D spiritualis? Quid est dicere, Adstabit medius judex & arbiter, nisi quod ipsamet synodus erit illa quæ judicabit, & arbitrabitur? Non enim aliud judicare & arbitrari poterit, quam Spiritus sanctus suggeret. Quid iterum aliud est dicere, Adstabit judex, nisi quod judicebitur in hoc concilio, prout judicatum est in Constantia? Nam cum sententia illa condemnationis Hussitarum a Spiritu sancto dictata fuerit, & ipse nesciat variare sententiam veritatis, utique cum idem sit in omnibus conciliis, idipsum hic veraciter judicabit quod in illo. Si quis autem objicit, quomodo jam judicatum iterum judicabitur? dicendum est, quod cum fiat ad salutem proximorum, non est incongruum idem repetere. Professio enim fidei ca-

E tholicæ facta in concilio Nicæno, in pluribus sequentibus conciliis repetebatur. Quoties necesse est, toties mater ecclesia aperire debet os ad docendum & instruendum. Non omnes Spiritus sanctus eodem tempore illuminat, sed ubi vult, & quando vult, spirat. Qui in uno concilio illuminationem non acceperunt, dono Spiritus sancti forte accipient in alio. Ideo necesse est sæpe frequentari concilia, ut hæresis quæ in uno tolli non potest, tollatur in alio. Nec enim hæresis Ariana vel aliæ eodem tempore extinctæ sunt. Illuminabit ergo, ut speramus, Spiritus sanctus corda Bohemorum in hoc concilio, & ostendet ipsis quid tenere & agere debeant in ecclesia. Propter eos hoc verbum dictum est, & propter alios errantes, orabimus ut Spiritus sanctus illustret corda universi

Ioan. 3.

ANNO CHRISTI 1432.

universi populi ad cognoscendam amplectendamque veritatis & unitatis semitam. Non enim de populo Christiano, sicut sunt & ipsi Bohemi, & alii errantes, cognoverunt adhuc & amplexi sunt veritatem & unitatem. Cur nobis molesti estis, quod in ducem elegerimus Spiritum sanctum? Si beatus Silvester disputavit cum Iudæis sub duobus judicibus gentilibus: si Athanasius cum Ario sub uno judice pagano, si orthodoxi cum Nestorianis sub judicio corporis mortui sanctæ Euphemiæ: si Concilium Carthaginense requisivit Donatistas, ut illa controversia terminaretur per aliquos utrimque eligendos: si beatus Dominicus cum Albigensibus sub certis judicibus, cur nobis non licuit eligere in judicem Spiritum paracletum? Quod autem putatis non in Germania hujusmodi audientiam dandam, si danda esset, hoc (secundum beatum Thomam) nullo modo rationi congruit. Nam sicut in loco, ubi non est nota hæresis, disputare periculosum est, ita ubi nota est, & homines ab hæreticis infestantur, disputare ad declarationem necessariũ videtur. Quod vero dicitis, ex ista vocatione præstari fidelibus ambiguitatem vel perplexitatem: miramur unde hæ adinventiones proveniant, cum ex hoc non ambigui vel perplexi, sed certiores ac firmiores populi Alemaniæ facti sunt, videntes nostrã confidentiã & fidei firmitatem in vocandis illis, maximeq; exhilarati sunt, sperantes ex hoc illos ecclesiæ recõciliandos. Duo autẽ scelestissima capita hujus hæresis, quæ cõmemoratis, nonne tandẽ ultimo supplicio tradita sunt? Si omnes hæretici talem favorẽ haberent, paupauci fierent hæretici. Quæ autem sint illæ plures & graviores causæ, quæ præbuerunt occasionẽ dissolutioni, nescimus. Si personam sũmi pontificis tantum respiciũt, propter hoc non debet periclitari status ecclesiæ. Si autem ecclesiã, æquius fuisset intimare concilio, quod repræsentat ecclesiam, ut provideret. Hoc autem scimus, quod hic est plena & omnimoda securitas. Dolenter refertis, quod dissolutioni prætensæ non paruimus, & mandata apostolica per nos spreta sunt. Hoc ideo facimus, quia Deo plus quam hominibus parere oportet. Sancta mater ecclesia, cui quilibet parere debet, nos legitime congregavit, ut tollendis deformitatibus hæresum, bellorum ac vitiorum, quæ plurimæ sunt in populo Christiano, efficaciter intenderemus. Ne ecclesiam & Christum ecclesiæ principale caput contemneremus, perseverandum censuimus in opere nobis injuncto. Exposuissemus fidem orthodoxam, Christianam religionem, omnem denique ecclesiasticum statum periculo ruinæ & eversionis, si sic dissolutioni prætensæ paritum fuisset, quemadmodum oratores nostri novissime sanctitati suæ latissime exposuerunt. Scriptum est in sexta synodo Constantinopolitana: Cum læditur fides, parentum reverentia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresque vitatur. Ad postremum, etiam super ipsam vitam mors potius a piis patribus eligitur, ut meliorem resurrectionem consequantur. Potius autem nobis dolendum foret, sicut & mundus dolet, quod talia tentata sunt adversus hoc generale concilium, & contra universalis concilii Constantiensis ordinationem, cui cum summus pontifex obtemperare tenetur, his pœnis subjicitur, quas contra inobedientes statutas esse dicitis. Sed nec prætensæ dissolutioni paruimus, quia fieri non potuisse constabat. Nam etsi magna sit papæ potestas, id tamen sibi facere non licet juxta communem omnium sententiam, unde universalis ecclesiæ status turbetur, periclitetur aut decoloretur. Sed cum in judicio omnium ac nostro ecclesia nunc universali reformatione necessario indigeat,

A merito istud concilium, quod ad hoc institutum est, dissolvere non licuit. Impediretur enim hæresum extirpatio, pacificatio populi Christiani, & deformitatum correctio. Unde in prima sessione hujus concilii, facta ante dictam prætensam dissolutionem, diffinitum est, quod procurans hoc concilium impedire, dissolvere, prorogare, vel mutare, severiter puniatur, & procedatur contra eum tamquam communis pacis perturbatorem, cum ex hoc prædicta bona impediri videantur. Nec papæ fas est decretum illud Constantiense quod incipit, Frequens; abolere, vel taliter agere, quod dispositio sua reddatur inutilis, vel frustratoria; esset enim contra mentem ecclesiæ, quæ illud decretum edidit pro u-
B niversali ecclesiæ statu conservando, circa quod papa non dispensat. Statim autem tollere concilium jam inceptum, nihil aliud videtur, quam non celebrare: imo multo deterius, propter grave scandalum quod in ecclesia nascitur ex tali ludibrio. Quod autem pro universali ecclesiæ statu conservando ipsum decretum editum sit, ex præfatione ipsius liquet. Dicit enim: Frequens generalium conciliorum celebratio agri dominici præcipua cultura est, quæ vepres, spinas & tribulos hæresum, errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit: horum vero neglectus, præmissa disseminat atque fovet. Propterea nullo pacto eccle-
C sia tolerare debet, imo se usque ad animam & sanguinem opponere, ne tale ostium aperiatur, & tam utile toti Christianitati statutum evanescat. Ex mente etiam dicti decreti videtur dissolutionem prædictam non valuisse. Vult enim quod in fine cujuslibet concilii locus futuri concilii eligatur per mensem ante, approbante & consentiente concilio: & sic non debere dissolvi, nisi prius consentiente concilio, locus per mensem ante pro futuro concilio electus sit. Item cum prohibeatur in dicto decreto prorogatio, multo magis videtur prohibita dissolutio. Plus enim est auferre quam differre. Prorogatio dilationem inducit, dissolutio peremptionem. Et licet mu-
D tatio certo modo concedatur, dissolutio non: quod autem fecit papa, dissolutio expressa fuit, non loci mutatio. Item mutatio loci ex causa conceditur quoad concilium futurum: dicit enim textus decreti: Locum autem pro futuro concilio absque evidenti causa non mutet. Non autem concedit mutari posse sine consensu concilii locum concilii actu congregati: quia de seipso disponere ad ipsum concilium pertinet. Nam si ad concilium spectat facere reformationem supra caput & membra, ad ipsum etiam videtur spectare de his sine quibus reformatio fieri nõ potest, & an locus reformationis continuandus sit vel mutandus. Item si actu congregato concilio locus pro futuro cõcilio eligi debet consentiente concilio, quãto magis pro ipso concilio actu jã con-
E gregato continuãdo vel transferendo ad aliũ locum? cum enim certa forma per hoc decretũ indicatur, papa ipsã servare tenetur. Alioquin frustra ipsi lex indiceretur. Probatur ex alia ratione dissolutionem non valere, quia, ut prædictũ est, cum papa teneatur obedire statutis, ordinationibus & præceptis cujuscumq; concilii in his quæ pertinent ad fidem, schisma, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris, &, si non obedierit, puniri potest, constat ipsũ in his casibus fore inferiorem concilio, & concilium majus eo, cum possit reformare, statuere, mãdare & punire. Inferior autem legem superioris tollere non potest, nec ipsũ suum superiorẽ extinguere vel annihilare. Alioquin implicaret evidentem contradictionem; Tenetur obedire, & non tenetur, quia potest dissolvere:

ANNO CHRISTI 1432.

Cum ergo concilium congregatum sit propter prædictas causas, & inter alia statuerit sub magna pœna, ne quis procuraret dissolvi aut mutari ipsum: papa, cum illi obedire teneatur, nullatenus dissolvere potest. Alioquin, si potest dissolvere, non tenetur obedire. Ex quo necessario infertur, quod aut decretum prædictum non valet, aut dissolutio: quia sibi invicem contradicunt. Præterea ante tépus concilii Constantiensis nullum dubium erat, quod congregato concilio super facto fidei contra papam, papa illud dissolvere non poterat; quia, si potuisset dissolvere, potuisset non judicari: quod tamen sibi non licebat: quia in fide devius potest per concilium judicari. Ergo sicut in isto casu, ita dicendum est nunc congregato concilio super reformatione generali in capite B & in membris: quia isti tres casus fidei, schismatis & reformationis, sub eadem declaratione concilii Constantiensis continentur, quod non solum scripto declaravit concilium Constantiense, sed etiam facto: quia Benedictum propter schisma, Ioannem XXIII. propter deformitatem vitæ deposuit. Et si dicatur, Sicut papa potest congregare concilium propria auctoritate, ita eadem potest dissolvere; respondendum quod longe differt. Ante enim concilii congregationem concilium non est: sed ut primum congregatum est, statim potestas universalis ecclesiæ, quæ est immediate a Christo, & quam concilium repræsentat, transfunditur in ipsum concilium, vel potius continuatur in eo, & fit ipsum concilium super papam & C cunctos alios: quemadmodum si quis homo subjiciat se alicui, postquam subjectus est, non potest se ab illa subjectione eximere, nec potestatem sui superioris dissolvere sine sui superioris consensu: quia quod a principio fuit voluntarium, ex post fit necessarium. Et hoc modo intelligenda sunt jura dicentia, quod concilia per Romanæ ecclesiæ auctoritatem fiunt & robur accipiunt. Robur enim (ut communiter) accipiunt, ut congregentur, non ut congregata potestatem judicandi & statuendi a papa consequantur. Et si quis forte dixerit, In conciliis intelligitur excepta auctoritas papæ, ideo papa non subjicitur; respondetur illud esse verum, quando persona papæ specialiter non includitur: sed si specialiter includeretur, D non posset excipi, quia esset contradictio. Sed in decreto concilii Constantiensis specialiter dicitur, Quilibet etiam papalis dignitatis, obedire tenetur præceptis concilii. Quod autem prædicta dissolutio non valuerit, clare deducitur ex decreto tertiæ sessionis concilii Constantiensis, in qua fuit diffinitum, etiam ante processum inchoatum contra Ioannem, quod dominus Ioannes XXIII. Romanam curiam & officiarios de civitate Constantiensi ad alium locum non mutaret aut transferret, seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogeret sine licentia & auctoritate ipsius synodi: & hoc, quoad illos officiarios & illa officia, per quorum absentiam concilium verisimiliter dissolveretur vel læderetur. Et si contrarium fecisset vel faceret E in futurum, aut aliquos processus seu mandata contra dictos vel alios quoscumque illi sacro concilio adhærentes, & censuras ecclesiasticas aut alias pœnas ut ipsum sequerentur, fulminasset, seu fulminaret, aut fulminaverit, esse totum irritum & inane, nec eisdem processibus, censuris & pœnis tamquam irritis & inanibus, quomodolibet obediendum fore. Si ergo papa non potest privare concilium aliquibus suis suppositis, per quorum absentiam verisimiliter concilium dissolveretur, vel læderetur, multo minus potest privare ipsum concilium seipso, & ipsum annihilare. Si non potest facere aliquid, unde verisimiliter concilium dissolvatur, vel lædatur,

A multo minus potest ipsum concilium veraciter & expresse dissolvere vel lædere. Nihil videtur certi huic rationi posse responderi. Item concilium Constantiense declaravit in eadem sessione, quod si qua privatio vel translatio personatum existentium in ipso concilio vel adhærentium, facta fuisset in læsionem concilii per Ioannem a tempore inchoationis ejusdem concilii, esset irrita & inanis. Ecce quomodo declaratur nullum, quod fit in læsionem concilii. Et advertendum, quod hæc duo capitula, loquendo de pœnis inflictis & censuris fulminatis & privationibus factis in præteritum ante tempus sessionis, intelligi oportet per modum declarationis esse irritas, & eis tamquam irritis & inanibus non esse obediendum. Alioquin si valuissent, non fuisset B dictum hoc modo, nec fuissent annullatæ: quia secundum regulam juris factum legitime retractari non debet, etiamsi ad eum casum deveniat a quo incipere non posset. Item in decima sessione fuit pronuntiatum, recessum dicti Ioannis de Constantia fuisse illicitum, & ecclesiæ Dei & dicto concilio notorie scandalosum. Si ergo recessus qui verisimiliter & præsumptive tendebat ad dissolutionem, fuit declaratus illicitus, quanto magis apparet expressum actum dissolutionis esse illicitum? Iam ergo luce clarius constat dissolutionem non valuisse. Quocirca mirandum non est, si non paruimus, magis autem mirandum, quomodo statuta universalis ecclesiæ, C pro universali bono & cum tanta maturitate promulgata ita leviter infringantur. Utinam qui sedens in sede Petri, legerent aliquando acta prædecessorum, a talibus profecto abstinerent. Inquit beatus Gregorius: Si ea destruerem quæ antecessores mei statuerunt, non constructor sed eversor esse juste comprobarer. Item: Absit a me ut statuta majorum cum sacerdotibus meis infringam: quia mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo. Item Leo papa: Quæ ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla commutatione varientur: nec ad privatum trahantur commodum quæ ad bonum sunt commune præfixa. Item Gelasius papa: Confidimus quod nullus jam Christianus ignoret uniusD cujusque synodi constitutum, quod universalis ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exequi sedem præ ceteris, oportere, quam primam: quæ & unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, & continua moderatione custodit: custodire igitur habet, & non tollere. Item Urbanus papa: Sunt quidam dicentes Romano pontifici semper licuisse novas condere leges: quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quia inde novas leges condere potest, unde evangelistæ aliquid nequaquam dixerunt: ubi vero aperte dominus, vel ejus apostoli, & eos sequentes sancti patres, sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non novam legem Romanus pontifex dare potest, sed potius quod prædicatum est E usque ad animam & sanguinem confirmare debet. Item Zosimus papa: Contra statuta patrum aliquid vel mutare, ne hujus quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxerunt reverentiam. Item Leo papa: Ideo permittente domino pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri sive in sanctis canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus. Contra sanctorum patrum quippe agimus saluberrime instituta, si quod ipsi divino statuerunt consulto iotactum non conservamus. Item ex concilio Calchedonensi, a sanctis patribus in unaquaque synodo usque nunc perlatas regulas

ANNO CHRISTI 1432.

ANNO CHRISTI 1432.

gulas renere constituimus. Quod autem subjicitis, si de aliqua universali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendum de eo quod non intelligitur rationem, ad apostolicam sedem conveniendum esse, opus non fuisset narrare. Nam de Constantiensi synodo aut ejus decretis nulla est dubitatio. Synodus illa authentica est & catholica: decreta ejus authentica sunt, & ita clara & intelligibilia, ut nulla egeant declaratione. Ista autem synodus legitime inchoata est, & legitime continuatur. Si autem aliquo modo de intellectu gestorum illius synodi dubitatio oriretur, cum isto modo sit congregata, quæ catholicam repræsentat ecclesiam, ipsius judicium esset exquirendum. Beatus autem Gregorius, cujus est capitulum illud, Nec licuit, loquebatur aliquibus episcopis particularem synodum celebrantibus, qui volebant retractare statuta universalis synodi Constantinopolitanæ: quod si tunc temporis aliqua alia synodus universalis actu congregata fuisset, & de gestis prioris synodi aliqua ambiguitas fuisset orta, procul dubio ad illius universalis synodi determinationem recurrendum esse dixisset Gregorius, & suum judicium judicio synodi submisisset, qui prius dixerat, de conciliis loquens, quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumpserit absolvere quos ligant, & ligare quos absolvunt. Si ista, venerabiles viri, recte considerasetis, taceretis forsitan verbum illud, quod admiratione sit dignum nos præsumpsisse citare summum pontificem. Non est præsumptio, nec admiratione dignum, si quid juridice fit, nisi quis velit admirari tamquam constanter & virtuose factum. præsumptio fuit rem illicitam & scandalosam tentare. Et quia actus erat qui notorie scandalizabat & conturbabat ecclesiam, ideo auctoritate sacri concilii ipsum summum pontificem obsecravimus & monuimus, ut dissolutionem prætensam tolleret, & ab hac sancta synodo non alienum se faceret. Paulo superius audistis concilium Constantiense pronuntiasse recessum illum Ioannis fuisse illicitum & scandalosum. Optime nostis quod ecclesia potest & debet, ac sæpe consuevit, cum papa ipsam scandalizat, eum monere, & requirere ut desistat. Hoc certe quod egimus, non ad injuriam factum est, sed ad honorem utilitatemque ecclesiæ ac suæ sanctitatis, ut tollendo ab ecclesia scandalum, utrinsque honor atque utilitas conservaretur. Sed additis, quod nec ab Augusto, nec a populo, nec ab omni clero, judex judicabitur, allegando argumentationem glossæ, quod concilium non potest judicare papam: & si totus mundus sentiret in aliquo negotio contra papam, videtur quod papæ sententię standum sit. Sed illa glossa pro & contra allegat, & non se firmat. Sed in cap. Legimus quod allegatis, tenet quod statutum concilii præjudicat statuto papæ. Superius ad hoc dictum est, quod per quemcumque clerum particularem papa non judicatur, & ita textus loquitur, non tamen excludit ecclesiam universalem: quam qui corrigentem non audierit, *sit tibi* (inquit Christus) *ut ethnicus & publicanus*: quam eandem auctoritatem eadem glossa dicit etiam habere locum in papam, & istud dicit in cap. Si papa, dummodo sit tale crimen de quo possit accusari, ut puta cum scandalizaret ecclesiam: ubi etiam dicit nomine fratris quemlibet Christianum contineri. Glossa & doctores in hac materia ante concilium Constantiense, sæpe vacillabant: modo unum, modo aliud dicebant: & scholastice disputantes non se firmabant. Magnum oporteret explicare volumen, si singulorum dicta & argumenta in medium proferre vellemus. propterea ad amputandum curiosas & contentiosas verborum

Matth. 18.

concertationes, ecclesiæ universalis magistra omnium Constantiæ congregata diffinivit hunc passum. Itaque si auctoritas quæritur, quis non præferat universalem ecclesiam & omnes homines dictis unius doctoris aut decem, aut quorumcumque, cum auctoritas ecclesiæ & sacræ scripturæ, ut supradictum est, æquiparentur? Sacram autem scripturam quis nesciat præferri omnibus doctoribus, ut plana est undecima distinctio in decretis? Omnes autem doctores dicta sua ecclesię submittunt. Si rationem quæritis, nonne rationabilius est illius qui errare non potest præferri sententiam judicio illius qui errare potest? Iterum ergo hic respondeat beatus Hieronymus: Poteram omnes tuarum propositionum rivulos uno ecclesiæ sole exsiccare. Quantum vero ad dispensationem faciendam super capitulo, Frequens, breviter dicendum est, non posse in eo quemquam dispensare, in quo sibi imponitur lex, quam necesse servare habet. Si autem aliqui casus contingant rationabiles mutandi locum concilii, decretum illud optime providet. Vnde non est dicere quod alias inhumana esset constitutio illa. Addidistis etiam, indignum esse ad instantiam unius, quantacumque dignitate præditi, molestari decreto nostro summum pontificem, putamus, sentire vos de dilecto ecclesiæ filio Dominico cardinali, Firmano communiter nuncupato. Dolenter de re ista verbum facimus. Ipse gravissime in publica sessione ac generali sacra congregatione nostra questus est, quanta potuit cum honestate, intolerabilem sibi fuisse irrogatam injuriam, petens sibi per concilium ministrari justitiam, quam alibi consequi non potuit. Retulit quemadmodum a felicis recordationis Martino papa V. assumptus fuerat in sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum cardinalem: post cujus mortem accessit ad Vrbem, ut una cum aliis cardinalibus in electionem Romani pontificis ut cardinalis & elector interveniret. Et licet se ad electionem admitti instantissime peteret, nihilo minus (ut asseruit) eo spreto & contempto, fuit ad electionem summi pontificis processum, in magnam injuriam & damnum ipsius & suæ dignitatis cardinalatus, & in publicum scandalum totius ecclesiæ, contra bonos mores & sanctorum patrum instituta, quod hactenus nunquam auditum fuit. Asseruit etiam post electionem domini Eugenii plures sibi illatas injurias, cum omnium bonorum suorum & fructuum suæ ecclesiæ Firmanæ de facto expoliatione, & quod super prædictis nunquam potuerit obtinere justitiam, quam per medium nonnullorum venerabilium sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, pluries sibi fieri petiit & requisivit, maxime cum nec Romam possit sine evidenti mortis periculo (ut asseruit) accedere. Patres concilii advertentes prædicta, & recognoscentes quod negotium istud esset gravissimum, & merito per concilium non negligendum, maxime ut declaretur jus ipsius, an sit cardinalis vel non, ut in futura electione quando sedem vacare contingeret, sciatur an sit admittendus vel non, ne scandalum aliquod in ipsa electione vel post oriri possit, commiserunt causam istam judicibus concilii, in quantum concernit jus ipsius, dumtaxat cognoscendam. Et ut patribus concilii magis de jure suo constaret, legi fecit copiam cujusdam decreti felicis recordationis Martini papæ V. ut asseruit, cujus tenor sequitur & est talis: Anno a nativitate domini 1426. die Veneris nono Kalendas Iunii, Romæ in palatio sancti Petri, præsentibus omnibus cardinalibus qui erant in curia, excepto cardinali Aquileiensi, qui tunc infirmabatur, ad quem fuerunt missi duo cardi-

ANNO CHRISTI 1432.

Pius II. scribit cardinales qui Basileam venerunt, ob privatas inimicitias bono & sancto viro Eugenio notam inurere voluisse, & eosdem tamen postea ad eum rediisse, & veniam petiisse.

Anno Christi 1432.

nales, videlicet Placentinensis & de Comite, pro ejus voto sciendo, & ipsis consistorialiter congregatis, in forma consueta scrutinio præcedente secreto, publice creavimus, assumpsimus & publicavimus ultra cardinales eadem die assumptos & publicatos, Dominicum episcopum Ilerdensem in presbyterum, Prosperum de Columna, Dominicum de Crapanica, electum Firmanum, Julianum de Cæsarinis auditorem cameræ, diaconos sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, qui Ilerdēsis & Firmanus alias juxta morem consuetum creati fuerant, sed ea bonis causis tunc & nunc una cum aliis duobus noluimus publicari, sed dicto Ilerdensi reservavimus locum suum, licet publicatus non sit. Item volumus, statuimus & ordinamus, quod si contingat nos mori ante publicationem dictorum quatuor cardinalium, habeantur statim pro publicatis solenniter, etiam quoad electionem Romani pontificis & ad omnia alia, etiamsi tituli ipsis quatuor assignati non essent. Item volumus, statuimus, & de apostolicæ potestatis plenitudine decernimus & mandamus omnibus & singulis cardinalibus sub pœna excōmunicationis ipso facto & inhabilitationis omnis activæ & passivæ, quoad electionem Romani pontificis, quod in casu scilicet mortis nostræ ante publicationem dictorum quatuor cardinalium, quod ipsi alii cardinales teneantur & debeant immediate, scilicet infra diem naturalem, habita notitia mortis, publicare prædicta, dictosque quatuor cardinales recipiant pariter & admittant in omnibus, ac si publicati & admissi fuissent, sicut superius est expressum. Ita fuit, A. cardinalis Prænestinus Laudensis, propria manu. Ita fuit, A. cardinalis Bononiensis propria manu. Ita fuit, F. episcopus Sabinensis, cardinalis Venetiarum, propria manu. Ita fuit, A. cardinalis Aquileiensis, propria manu. Ita fuit, G. cardinalis Senensis, propria manu. Ita fuit, B. cardinalis Placentinensis, manu propria. Ita fuit, R. cardinalis de Brancaciis. Ita fuit, A. cardinalis sancti Eustachii, propria manu. Ita fuit, L. cardinalis de Comite. Asseruit autem prædicti decreti originalem schedulam, ejusdem domini Eugenii tunc cardinalis Senensis, manu propria conscriptam. Addens etiam, duos ex venerabilibus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus ante ingressum conclavis, de libere ipsum admittendo ad electionem, prout in dicto decreto continetur, protestatos fuisse: quorum duorum protestationem in publica forma in dicta sacra generali congregatione legi fecit, quæ omnia ingesserunt stuporem atque scrupulum magnum in animis cunctorum audientium, existimabatur autem a domino factum, ut isto tempore sacrum concilium celebretur ad providendum tam insolitis novitatibus. Quod autem post dissolutionem præsumpserimus multa statuere & edita promulgare, dolemus vehementer nos tam modicam justitiam sacri cōcilii & auctoritatem ecclesię animadvertere, quod ea quæ cum summa ratione facta sunt præsumptionem vocetis, nos autem æquo animo vestra non recte dicta toleramus, & potius pati injuriam quam reddere volumus: licet quæcumque agimus, ita evidenter justa sint & licita, ut probatione non indigeant, nihilo minus omni poscenti parati sumus rationem reddere. Magnum aliquid vos dixisse putatis, dum dicitis, quod qui Romanæ ecclesiæ privilegium detrahit, ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum, in hæresim labitur. Idem sentimus & nos, ac multo firmius. Dicimus enim summū pontificem esse caput ecclesiæ, & Romanam sedem principalem inter alias sedes. Sed numquid dum partem laudatis, obliti estis totius? Numquid dum unam ecclesiam extollitis, eam quæ universalis est prætermittitis? Si hæreticus est qui Romanę ecclesiæ primatum aufert, quanto major ille hęreticus erit, qui eam ecclesiam, in qua Romana continetur & præest, super omnes ecclesias & omnes homines potestatem habere negat? Item & hæreticum illum fateri debetis, qui putat concilium generale, & specialiter illud Constantiense, ecclesia catholicam non repræsentare, aut in his quæ ad fidem seu bonos mores pertinent posse errare. Hoc si non nobiscum credatis, omnis controversia facile soluta est. Si sedi apostolicæ credendum est & obediendum, crędite literis apostolicis Martini papæ V. in quibus ista continentur. Commemoratis nobis pœnę formidinem ac consciētiæ vermiculum, ecce advenit tempus quod prædixit propheta: *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Qui novitates inducunt, qui sanctorum patrum decreta infringunt, qui hæresum, bellorum ac vitiorum extirpationem impediunt, qui pacem perturbant ecclesiæ, hi loquuntur de conscientię vermiculo. Si rationi non creditis, saltem exemplis credite. Qui in concilio Constantiensi post recessum Ioannis papæ remanserunt, numquid contra conscientiam fecerunt? numquid non ab omnibus commendati sunt & commendantur? Nos idem facimus, nisi quod lentius procedimus, expectantes si forte mollescat cor summi pontificis. Hortamini nos ad pacem & unionem: utinam cor ori responderet. Ecce genibus flexis & plicatis manibus crudele bellum quod nobis & ecclesiæ infertur tolli exoramus, Sed quomodo vera pax esse potest, si gladium infixum in vulnere teneris? Clamamus, tolle gladium, & obliviscimur vulnerum: desinite percutere, & non recordamur injuriarum: pax & unio in manu pontificis est, quam sibi dari ecclesia postulat: non disgreget filios sub alis matris suæ congregatos: non dissipet oves quas sibi commisit dominus. Ecce si quid culpæ commissum est tentando dissolutionem prætensam, sacrum concilium penitus abolet, dummodo ipse pontifex a persequendo desistat, tollatque dissolutionem in perniciem ecclesiæ tendentem. Si dignabitur venire, nemo erit nostrum qui pedes ejus non osculetur ut Petri, qui ut vicarium Christi non honoret: erit concilii caput, omnes ad eum respicient, omnes ei complacere, obsequi, &, quantum cum Deo poterunt, deservire curabunt. Postremo concluditis in duobus esse dissensionem, in tempore & loco. Quoad tempus, dicitis placere summo pontifici ut non prorogetur ulterius: loci autem electionem dat nobis, dummodo sit in terris Italiæ ecclesię Romanæ subjectis, cum personaliter velit interesse, cujus dominio, durante concilio, se spoliare intendit. Reformationem autem cleri Germaniæ & reductionem Bohemorum committit præfato legato. Et ut nos ei adjumento simus, si hoc fructuosius, quam sine intervallo ad concilium proficisci * existimamus: quod si complementum totum hujusmodi per nos & prædictum legatum fieri non posset, reliquum quod ad perfectionem extabit supplebitur in concilio generali. Quantum ex his verbis intelligimus, dominus Eugenius non solum non reputat hoc concilium, sed nec quidem vult ullo pacto hic celebrari concilium, sed dat nobis electionem loci in Italia, in quo futurum celebretur concilium. Quod hoc sit legitimum concilium, evidenter ostendimus. Propterea necessarium esse arbitramur tam saluti animæ suæ quam utilitati ecclesiæ, ut sua sanctitas dissolutionem prætensam tollat, simpliciterq; recognoscat concilium, & illi tota mente adhæreat. Hoc enim nullatenus prætermitti potest: tum quia fieri non potuit, tum quia notorie scandalizat ecclesiam, tum ne futuris temporibus detur occasio

Isai. 5.

Sed tunc erant schismata in ecclesia, tribus sibi paparum vendicantibus, quod jam non est sub unico Eugenio.

ANNO CHRISTI 1432.

A sio abolendi capitulum, Frequens, quod ita est in ecclesia necessarium, sicut oculus in capite, sine Dei & totius ecclesiæ gravi offensa dissolutioni prætensæ consentire non possumus. Nam præter alia mala quæ prædicta sunt hoc inde sequeretur, quod fateremur ecclesiam errasse quæ hic judicavit dissolutionem fieri non potuisse. Abrogaremus etiam decretum Constantiensis concilii, non solum de modo celebrandi concilii, sed etiam de conciliorum potestate. Ex eo enim decreto, ut persæpe dictum est, papa concilio, non concilium papæ, subjicitur. Quo autem ad loci mutationem, majus quod allegatis est papæ debilitas, quæ prohibet ipsum huc accedere, & tamen interesse concilio necessarium reputat. Si B Bononiam accedere poterit, & Basileam poterit. Et si paululum plus temporis itinerando exponi oporteat, non est curæ. Alioquin futuris temporibus propter infirmitatem papæ oportebit concilium ad locum residentiæ papæ transferre. Plura concilia & de rebus gravissimis papa absente quam præsente celebrata sunt. Ipse dominus Martinus, licet gravissime esset infirmus tempore inchoationis concilii hujus, non tamen transferri Romam vel in Italiam mandavit. Et, quantum conjecturari potest, nihil est quod magis pontificem modernum ab hoc loco retrahere debeat, quam suum prædecessorem. Mundus hanc excusationem non capit, quod propter infirmitatem hoc fieri debeat, cum alii pontifices, non obstante ægritudine, legatos suos destinaverint. C Numquid mundana gloria animum suum pulsat, ut si quid gloriosum in concilio agendum sit, suæ præsentiæ tantum attribuatur? Sed absit hoc a vicario Christi, qui omnia ad gloriam Dei referre debet: quamquam quidquid in legatorum suorum præsentia factum fuerit, sibi adscribi poterit. Sed qua conscientia potest a nobis mutatio loci concedi vel peti, cum tanto tempore laboraverimus ut Bohemos huc traheremus, & ipsi cum nostris oratoribus in magnorum præsentia principum concluserint velle huc venire, & jam acceperunt tam nostrum quam multorum principum salvosconductus? Si hinc evanescat concilium, spes reconciliationis D Bohemorum perpetuo tolletur, animum reductionis, si quem habent, videntes se delusos indurarent magis quam unquam. Esset certe confundere ecclesiam, & periclitari fidem. Daremus enim multis populis occasionem ut Bohemis se conjungerent, putantes fidem nostram veram non fore, & nos aliquid non habere per quod possemus eos instruere. Quod si dixeritis: Manebit hic legatus & nos: hoc ergo est dicere, ut simus hic, non ut concilium. Sed * hoc fieri non potest, nam a concilio vocati sunt, & ad concilium venire concluserunt: &, nisi sit concilium, nullo modo venient, videtur non modicam spem tota Bohemia in concilium ponere. Dicent & ipsi Bohemi, principes atque populi Germaniæ, se a nobis deceptos, quod usquequnque dixerimus E hoc esse verum concilium. Si nunc consentiamus hic non esse concilium, quam fidem de cetero mundus habebit conciliis? Si hoc fecerimus, nihil aliud restat, nisi ut tamquam deceptores per principes & populos istos lapidemur, & trucidemur, vel in manibus Bohemorum tradamur. Vtramque enim gentem delusisse videbimur. Consultius nobis esset ut hinc fugeremus, quam amisso nomine & auctoritate concilii hic moraremur. Nec videmus quod profectum aliquem dominus legatus, quoad reformationem, facere posset, si hoc concilium extinguatur. Nam ita ubique mali mores inveterati sunt, quod nisi fiat generalis reformatio in ecclesia, nunquam fiet particularis alicujus provinciæ. Solent enim omnes dicere: Reformentur alii, & reformabimur nos. Illud etiam dicunt: Reformentur capita, reformabimur & nos. Vnde judicio omnium necessarium est auctoritate concilii generalis fieri generalem reformationem, in qua potius ad exequendum quam ad condendum novas leges intendendum videtur. Quantum vero ad loci mutationem in Italia, cur a nobis expectatis responsum, cum nobis optime constet, hoc tempore impossibile esse ibi celebrari concilium? Italia tota ardet guerris, omnis gleba suos habet armigeros & prædones, & vix simplices viatores secure transire possunt. * Quod varietates & mutationes statuum sint in terris ecclesiæ, vos melius nostis: est etiam in omnibus ecclesiæ terris penuria non modica. Si mente lustratis omnes Christianitatis regiones, vix ulla est ad celebrandum concilium accommodatior, securior ac fertilior hoc loco intus & in circuitu. Quod ante omnia est ponderandum, Bohemi ad Italiam nullatenus venirent, quos etiam ad veniendum huc potenti principum manu conduci oportebit. Non enim aliter concludi potuit adventus eorum, nisi magni quidam principes se obligaverint personaliter eos huc conducere; quod sine magnis expensis fieri non poterit. Ipsi etiam Bohemi oratoribus nostris in Egra expresse dixerunt, sentientes famam istius dissolutionis prætensæ, & novæ indictionis concilii Bononiensis, nullatenus se montes transituros. Etiam, ut inquit beatus Thomas, hujusmodi C materiam in alienis partibus, ubi hæresis nota non est, periculosum esse tractare. Est etiam & aliud, propter quod pati non debemus mutari locum; quia hoc destrueretur, nec aliud fieret concilium. Nullus enim veniret, nec se ad tam longum iter exponeret, ea præsertim ratione, quod quilibet existimabit, quod sicut factum est hic, ita futurum esse & multo magis in Italia. Et si dicatur: Promitteretur non dissolvere, nisi omnia completa sint, erunt qui replicabunt: Si duorum conciliorum & duorum pontificum auctoritas non valuit, quin prædicta dissolutio fieret, multo minus valebit simplex promissio. Dicetur etiam: Si dominus papa decederet, D successor faceret sicut nunc fecit dominus Eugenius. Nec putetis homines esse rudes, quod hujusmodi non cognoscant artes. Existimatur nihil aliud quæri per multas ac varias vias, nisi quemadmodum hoc concilium dissipetur. Tot angustias & molestias mentis & diversos labores qui sunt hic passi sunt pro sustentando concilio, quod si scirent mutandum esse locum, statim ad propria redirent, amplius non visuri concilium. Suspicantur multi quod non tam loci mutatio quam extinctio decretorum concilii Constantiensis quæratur: ex quo quanta mala in ecclesia nunc & in futuris temporibus sequerentur vix enarrari posset. Hæc igitur & multa alia arctant conscientias nostras, ut nullatenus dictæ dissolutioni prætensæ aut loci mutationi præbeamus assen- E sum. Quare obtestamur, obsecramus, & cum quanta possumus instantia requirimus præfatum sanctissimum dominum Eugenium per passionem domini nostri Iesu Christi & salutem animæ suæ, & per debitum quo obligatur ecclesiæ, ut cum omni favore huic sacro velit adhærere concilio. Obtulimus quæ supra audistis. Offerimus etiam omnium molestiarum, quas ex hujusmodi dissolutione perpessi sumus, velle oblivisci. Offerimus etiam quidquid dici aut cogitari potest nos fidelissime facturos, quantum cum Deo fieri poterit, pro omni honore & statu tam suæ sanctitatis, quam omnium suorum, dummodo integre ac simpliciter huic sanctæ synodo se conjungat. Quod si prout suam sanctitatem decet,

Xx iij ostender

Margin notes:

* hic

* Quot

Imo vero Ferrariæ & Florentiæ frequens admodum fuit synodus, & Basileæ vix unus tandem remansit cardinalis.

ANNO CHRISTI 1433. ostendet nolle schisma in corpore, nec spiritum contristabit, qui sibi & nobis & toti populo Christiano hic perfectam caritatem, & in futuro sæculo vitam æternam donare dignetur. Amen.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, tertio Nonas Septembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

IV.

Responsio synodalis ostensiva non esse acceptandas literas Eugenii papæ de sua prætensa dissolutione, quodque articulus de dissolutione est pertinens ad fidem.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

ANNO CHRISTI 1433. Speravit hactenus hæc sacra synodus per diuturnam patientiam suam posse summum pontificem ad ea quæ rationis & æquitatis sunt aliquando deflectere, cogitavit diu expectando efficere ut ipse summus pontifex cognita nostra mansuetudine hoc sacrum concilium universalem repræsentans ecclesiam veraciter recognosceret, & illi, quemadmodum tenetur, pure & simpliciter adhæreret : idque quod scandali ac perturbationis causa in ecclesia fuerat sine difficultate revocaret. Credebamus jam advenisse diem quo de ipso meliora concipere deberemus, ac dolorem, quem usquenunc ex sua scandalosa dissolutione perpessi fueramus, amodo ex sua humili adhærentia converteremus in gaudium: sed, quod non sine fletu referimus, spe nostra frustrati sumus, & quotidie major dolendi causa augetur: quoniam quem tolerando & differendo delinire curavimus, eum in suo proposito duriorem experimur. Præstolati sumus per annum integrum ac dimidium ut offensam illam dissolutionis gravissimam, quæ notorie universalem læsit ecclesiam, pœnitendo emendaret : & expectavimus ut dominus Eugenius pro nostra clementia & benignitate huic sanctæ synodo se penitus conformando nos omnes consolaretur. Sed quantum, proh dolor, aspicimus, majori indies amaritudine ac mœrore contristat. Quid enim acerbius ecclesiæ potest accidere, quam quod qui custos & caput illius esse deberet, & eam præ aliis fovere & honorare, ipsam nolit recognoscere, sed quotidie magis contemnat & despiciat? Heu quam magnam querelam habet de moderno pontifice sancta mater ecclesia, cujus auctoritatem omni studio opprimere satagit : & quo modestius ab eo admonetur & obsecratur, eo pertinacius illam audire negligit. Quam mansuete ac modeste erga eum hæc sancta synodus, licet graviter lacessita, se gesserit, nemo est qui jam ignoret. Postquam enim dominus Eugenius in notorium ecclesiæ scandalum & perturbationem Christianæ religionis hoc sacrum concilium tam solenniter institutum, dissolvere conatus est, destinavimus primo nostros oratores, ut per eos informatus de pluribus scandalis, quæ ex hujusmodi dissolutione secutura erant, ipsam penitus tolleret : & sacrum concilium, prout inchoatum erat ad honorem Dei & auctoritatem ecclesiæ, perfici pateretur : quod cum facere recusaret, ipsum citavimus & monuimus, ut infra quatuor menses ab ipsa dissolutione desisteret, ac sacro concilio adhæreret; quibus lapsis, licet per promotores ipsius sacri concilii ipsius domini Eugenii contumaciam accusantes requireremur ut ipsum, prout juris erat, declararemus contumacem, & adversus eum juris remediis procederemus, instantibus tamen ambasiatoribus ipsius domini Eugenii, & in publica sessione nos orantibus, ut in hujusmodi processu supersedere dignaremur protunc, & usque ad tres menses sequentes distulimus. Quibus transactis, licet merito ad suspensionem ipsius tamquam incorrigibilem & notorie scandalizantem ecclesiam, ab omni administratione papali procedere potuissemus, mitius tamen secum agentes, ipsum iterum monuimus ac citavimus, & ex parte omnipotentis Dei præcepimus, ut infra sexaginta dies prætensam dissolutionem omnino revocaret, & huic sacro concilio publice, pure ac simpliciter & cum effectu adhæreret. Quo adveniente termino, interim per promotores concilii ipsius domini Eugenii contumaciam fortius accusantes, instantius requisiti fuimus, ut amplius tam notoriæ contumaciæ non parcentes partes justitiæ exequeremur. Decrevimus nihilo minus aliquamdiu supersedere, expectantes si forte per tam exuberantem concilii mansuetudinem ad cor reverti & demum resipiscere vellet. Interim autem vos tres ac dominum episcopum * Servien-sem ad nos ambasiatores transmisit, cum quatuor diversarum facultatum bullatis literis, loco instructionum eis datarum, quæ cuique videnti non parvam adulandi occasionem præbuerunt, ita variis cautelis & involutionibus plenæ, non quasi res ecclesiastica inter ecclesiasticos, sed ut res profana inter mercatores tractaretur. Prima autem instructio erat, ut ad civitatem Bononiensem accederemus, quam si non acceptaremus, succedebat secunda, ut alium in Italia locum pro futuro concilio eligeremus: quod si nobis non placebat, offerebat tertiam ad arbitrium duodecim prælatorum ac ambasiatorum principum hic existentium, quibus an hujusmodi petitio justa foret committeretur, qui si declararent Christianitati concilium expedire in Alemania celebrari, fieret cum modis & conditionibus in sequenti instructione expressis. Quarta autem instructio erat, ut, si nihil prædictorum nobis placeret, facultatem haberemus eligendi unam de civitatibus Alemaniæ, Basilea tamen semper exclusa. Quod autem ex his non solum dissolutio sublata non sit, sed magis firmata, ac monitioni hujus sacri concilii nullatenus paritum, ita manifestum est, ut probatione alia non indigeat, quinimo & vosipsi ambasiatores conati estis nonnullis rationibus, quamquam frivolis, probare hoc concilium non fuisse rite inchoatum : & tamquam tempore decreto non inceptum lapsu temporis expirasse, atque, etiamsi rite congregatum fuisset, licuisse papæ sua potestate id dissolvere. Quibus nomine sacri concilii responsum est, & luce clarius probatum, sanctum hoc concilium legitime extitisse inchoatum, nec a Romano pontifice sine ipsius concilii consensu dissolvi potuisse: quodque cum honore Dei & ecclesiæ, prædictis bullis rem illicitam & valde absurdam permittentibus, nullatenus concilium posset annuere. Post hæc, fama publica referente, ad nostram pervenit notitiam, ipsum dominum Eugenium quasdam literas decimosexto Kalendas Martii, duobus videlicet diebus ante finem dictorum sexaginta dierum, in publico promulgasse consistorio, de quarum tenore postmodum certiores effecti fuimus per nuntios dominorum electorum sacri imperii, qui in publica congregatione nostra illas perlegi voluerunt. Harum literarum hic est effectus, quod ipse dominus Eugenius statuit ut * Basileæ concilium per suos legatos * quantocius transmittendos celebretur. Interim vero Basileæ convenientes, ad reductionem Bohemorum ad fidem catholicam, pacemque inter cunctos Christi fideles tractandum, vult esse intentos. In principio autem dictarum literarum

* Cervien-sem

* Bononiæ

* quantocius

literarum exprimitur, quemadmodum per felicis recordationis Martinum papam quintum, cardinalis sancti Angeli principaliter destinatus fuisset ad extirpandum hæresim Bohemorum cum potestate in Basileensi concilio præsidendi, si in tempore congruo & decreto, prælatorum ibi condecentem copiam reperiret, quod ipse cardinalis satis dilucide confutavit, asserens sine ulla conditione sibi injunctum fuisse, ut ipsi concilio præsideret, quemadmodum ea literis ipsius domini Martini evidenter apparet, nec aliud a dicto domino Martino in mandatis habuisse, nisi hoc solum, & bina vice repetitum, ut bene faceret. Quo vero ad tempus decretum, quia ipse dominus Eugenius intelligit necessarium fuisse, ut statim & immediate post septennium a fine concilii Senensis concilium Basileense inchoari debuerit, præfatus cardinalis explicavit, qualiter nec a jure communi hoc cautum est, nec mens papæ Martini, qui primo voluit intendendum fore ad expeditionem militarem congregandam contra Bohemos, quam ut Basileam ipse cardinalis pergeret, nec intentio istius domini Eugenii, qui multis post mensibus ipsi cardinali per suas literas injunxit, ut expedito negotio Bohemorum Basileam pro concilio celebrando accederet, fuitque statim post septennium concilium opus inchoari. Justificare etiam conatur præfatus dominus Eugenius causas, propter quas dissolutionem præfatam fecisse se asserit: quas non fuisse sufficientes, nec sic se habuisse, in responsione data primis ambasiatoribus clare continetur. Per has autem literas, nemini videtur aliquo modo satisfactum esse monitioni & requisitioni nostræ. Non enim recognoscit fuisse aut esse concilium, sed statuit ut celebretur per legatos quantocius transmittendos. Ante igitur quam legati veniant, & concilium inchoetur, secundum has literas concilium dici non poterit: quod ex illa clausula manifestius constat, quæ dicit: Interim enim Basileæ convenientes, ad reductionem hæreticorum & pacem volumus esse intentos. Si enim interim intelligeret esse concilium, non posset ipsum ad duos tantum casus restringere, cum & de reformatione & de quibuscumque negotiis totius ecclesiæ facultatem habeat concilium generale. Quod si interim (ut prædictum est) intelligit non fuisse concilium, subsequenter dicendum est non esse dissolutionem sublatam, neque impedimento est quod dicat: Volumus ut dicta dissolutione non obstante concilium per legatos transmittendos celebretur: quoniam ista clausula, Futuram dumtaxat, respicit concilii celebrationem per legatos faciendam, non autem concilium jam diu inchoatum: hic enim non reputat esse concilium. Unde clausula ista, Non obstante, non solum * vero tollit prædictam dissolutionem, sed firmat, sicut exceptio alicujus casus ab aliqua regula extra illum casum firmat regulam. Cum ergo non reputet esse concilium ante adventum legatorum, & celebrationem per ipsos faciendam, nec dissolutionem quoad præterita tollat, quis non judicet ipsum non parere mandatis concilii, quibus cavetur ut pure, simpliciter & cum effectu adhæreat? rei enim quæ secundum eum non est adhærere non potest. Sed & vos oratores, evidenter cognoscentes per has literas decreto concilii minime fore satisfactum, misistis, ut ipsi asseruistis in deputationibus hujus sacri concilii, præfatum dominum episcopum * Cerviensem supplicaturum papæ, ut decreto prædicto satisfaciat: Post cujus episcopi ab hinc recessum, per duos menses & amplius hoc sacrum concilium procedere distulit: nonnulli enim ex patribus sacri concilii sperabant perfectam

* vere

* Serviensem

adhærentiam, adveniente dicto domino episcopo Cerviensi, assecuturam. Sed nec propterea amplius factum esse cognoscimus, imo quotidie nobis manifestius innotescit dominum Eugenium in suæ dissolutionis proposito firmiter perdurare. Misit enim tandem nonnullas literas, & in quibusdam ex eis quatuor nominat designatos legatos cardinales superventuros ad præsidendum, in aliis quinque prælatos, in aliis præfatum dominum cardinalem sancti Angeli simul cum prædictis deputatis, & in omnibus his facultas data refertur ad literas datas decimosexto Kalendas Martii, in quibus non vetus approbatur concilium, sed novum per legatos indicendum expectatur. Scripsit præterea nobis, nominando sacrum concilium. O utinam recta id diceret intentione. quod quidem nos facile crederemus, si huic nominationi reliqua consonarent. Aperientes enim literas legimus tale principium: Postquam statuimus in civitate Basileensi debere concilium celebrari. de hoc statuto cautum est in literis decimosexto Kalendas Martii. sed in illis, ut prædictum est, novum expectatur concilium indicendum, nec nunc dicit quod jam statuerit, sed quod statuit debere celebrari, quæ verba futuram celebrationem expresse significant. In his etiam literis refert se ad facultatem datam legatis, & in hujusmodi facultate ad prædictas literas decimosexto Kalendas Martii se refert. Quidquid ergo in omnibus literis dicitur, intelligendum est de futuro concilio per legatos celebrando. Sed & non mediocriter facultas data legatis nos admirari compellit, in qua negotia quæque ecclesiæ universalis per dictos præsidentes expedienda mandantur cum consilio concilii: quæ verba juxta significationem propriam, aut regulas juris canonici & civilis, innuunt ut consilium concilii peti dumtaxat, non autem sequi oporteat. Igitur si concilium consuleret aut dictaverit aliquid ecclesiæ expedire, & præsidentibus non libeat fieri, secundum eum non licebit. Quid, si præsidentes nihil eorum quæ ad fidem vel ad generalem reformationem ecclesiæ pertinent, aut aliquid quod fidei vel bonis moribus contradicat, agere decreverint, concilium ergo prohibere non poterit? ergo de judice fiet consiliarius? Quid, si præsidentes totum concilium condemnare vel judicare deliberent, secundum hoc contradicere non poterit? ergo de judice fiet reus? delusorium esset ergo & falsum decretum illud, tanta maturitate a sanctis patribus & in concilio Constantiensi digestum, in quo cavetur, quod quilibet, cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis, statutis, mandatis, & decretis concilii generalis obedire teneatur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & universalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris: quod si non obedierit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Secundum hoc non solum præsidentes, sed & papa obnoxius est decretis & præceptis concilii. Ergo potius concilium cum consilio papæ vel præsidentium, quam econtra, negotia ecclesiæ concludere debet. Quod si in verbis memoratæ facultatis stare oporteret, ut quid hic convenissemus, acturi præcipue de reformatione capitis, a quo primum reddi rationem decet? cujus languor si curatus non fuerit, totum corpus, secundum beatum Gregorium, infici necesse est, & talem fuisse ipsius domini Eugenii mentem, in hoc videlicet concilio capitis non esse faciendam reformationem, verba illa satis innuunt in fine ipsius facultatis posita, videlicet agendi, tractandi, disponendi, statuendi, declarandi, decidendi, & concludendi, quæ in

præmissis

ANNO CHRISTI 1433.

præmissis & circa ea pro statu nostro & ejusdem ecclesiæ ac salute animarum fidelium, *&c.* nec non reformatione in omnibus membris suis noveritis expedire. Talibus enim literis ratio nulla assentire persuadet, nec dicere ullo pacto possumus ipsum satisfecisse monitioni nostræ. Alioquin fateremur hoc non fuisse concilium, & gesta in eo esse irrita: & communiter ecclesiam, quam hic esse omnes reputavimus & merito reputamus, non fuisse ecclesiam, & nos omnes extitisse schismaticos, quod si hoc concilium infringi pateremur, vacillaret profecto prætentorum conciliorum auctoritas, & præsertim Constantiensis, a quo istud dependet, & secundum cujus decreta hoc institutum est. Nam si fateamur aliquod concilium revocari in dubium, eadem ratione de ceteris hæsitari poterit. Quid ergo roboris B & firmitatis in ecclesia remanebit, si sacrorum conciliorum mutabitur auctoritas, per quam post sacra evangelia quidquid fidei habemus elucidatum est? Absit a nobis ut tale pestiferum vulnus ecclesiæ patiamur inferri. Præter hoc & aliud enorme præjudicium sequeretur, quod tam concilium illud quod noviter ipse Eugenius celebrari instituit, quam alia futura, Romanis pontificibus in ipso limine, nullo contradicente, dissolvere fas esset: ex quo quanta possunt mala succedere quis satis enarrabit? Si insurgant in ecclesia hæreses, errores, superstitiones, vitia, deformitates ac bella, & cetera omnia quæ Christianam religionem perturbare possint, & in præcipitium deducere, si papa velit ecclesiam incor- C rigibiliter ac notorie scandalizare ac devorare plebem domini sicut escam panis, & fidem catholicam tandem pervertere, concilium vel non congregabitur, papa prohibente: & congregatum eo mandante dissolvetur? Cassentur igitur concilium Constantiense, & decreta sanctorum patrum, quæ declarant in his quæ universalem statum ecclesiæ concernunt papam nihil posse immutare. Frustra enim membranas occupant, si unico verbo papa potest illa irritare: &, quod deterius est, auctoritate ecclesiæ talia posse videretur. Si post hujusmodi contradictionem inter concilium & papam ortam concilium quasi victum liti cederet, & ipsum & alios Romanos pontifices in possessione dissolvendi concilia D poneret, quæ tandem spes erit, quod præfatus dominus Eugenius decreta hujus sacri concilii servet, & servari faciat, si ipsum concilium speroat recognoscere? Quibos etiam remediis uti poterimus ut statutis hic promulgandis non contraveniat, si ipsum concilium per quod statuta fiunt irritari patiamur? Mori malumus, quam tanto errori per ignaviam cedere. Si majores nostri pro legibus patriis viriliter decertare & mori statuerunt, cur nos sic erimus degeneres, ut pro conservatione universalis ecclesiæ idipsum non faciamus? Si de privatis rebus ageretur, ac personalem pateremur injuriam, esset forte cedendum, & patienter propter Deum ferre laudabile foret. Injurias autem Dei impune tolerare, E juxta beati Chrysostomi sententiam, nimis impium foret. Hic articulus de quo disceptamus, fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius sanctam ecclesiam non audierit, quam hoc concilium repræsentat, oportebit tandem haberi ut ethnicum & publicanum. Si ecclesiam amplius offendere non vult, recognoscere necesse habet hoc verum fuisse & esse concilium, ipsumque dissolvere nequivisse, & illi pure & sine dissimulatione adhærere. Si vult ut de ipso bene concipiamus, definet tot bullis totque involutionibus & se & nos defatigare. Ista enim magis difficultates augent. Si declarasset hoc Basileense concilium

Talis non fuit Eugenius IV.

A lium per statuta generalium Constantiensis & Senensis conciliorum, ordinationemque domini Martini & suam inchoatum, verum semper & sine interruptione fuisse & esse concilium, & illi pure & simpliciter adhæsisset, dissolutionemque prætensam juxta decreti nostri tenorem revocasset, suo debito honori satisfecisset: reddidissetque se Deo & hominibus gratum, & quidquid cum Deo possemus, sicut alias oblatum est, libenter faceremus, sicut ei semper offerimus. Ex prædictis igitur justissimis causis admirandum non est, si vos in præsidentes non admittimus, paratos nos offerentes, cum præfatus dominus Eugenius suum debitum fecerit, cum omni modestia debitum nostrum facere. Alioquin si secus fieret, & Deum & ecclesiam & ipsam fidem B graviter offenderemus, multisque scandalis daremus & nunc & futuris temporibus occasionem. Iam omnibus constat justitia & veritas, quas nos defendimus, & quam mansuete & patienter tanta temporis prolixitate ipsas apud dominum Eugenium prosecuti sumus. Testis est Christianus orbis patientiæ & mansuetudinis nostræ. Nunquam in annalibus legitur Romanum pontificem notorie scandalizantem ecclesiam tam suppliciter obsecratum, tam instanter monitum & requisitum, & tamdiu sicque patienter ab ipsa ecclesia expectatum. Cogit nos amodo zelus domus Dei & catholicæ veritatis defensio vehementius insurgere, & acriora contra induratum morbum adhibere remedia. Oramus ta- C men omnipotentem Deum, ut cor præfati domini Eugenii emolliat ad consentiendum justis sanctæ matris ecclesiæ monitionibus, ne horrendum illud judicium incurrat, quod dominus scandalizanti unum de pusillis suis minimis comminatur.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, decimosexto Kalendas Iulii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

V.

Responsio synodalis, data a præsidente concilii, quam & seipso fecit viva voce in congregatione generali, & deinde redegit in scriptis, super acceptatione decretorum per papam facienda, primo quam eidem a concilio fiat provisio.

ANNO CHRISTI 1433.

D

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Hodie in nostra generali congregatione dilectus ecclesiæ filius Iulianus tituli sanctæ Sabinæ, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, apostolicæ sedis legatus, præsidens in hoc sacro generali Basileensi concilio, dilectis ecclesiæ filiis Ambrosio priori Camaldulensi, & Antonio de sancto Vito, palatii apostolici causarum auditori, oratoribus sanctissimi domini Eugenii papæ IV. infra scriptam responsionem dedit in modum qui sequitur: Deceret hujus sacri concilii dignitatem, ut cum sanctissimi domini nostri papæ oratoribus nunc respon- E dendum sit, tali viro hoc unus injungeretur, qui & sacro concilio & summo * puntifici dignam orationem faceret. Sed cum loco tantum, & non meritis, hoc respondendi mihi officium tribui hactenus solitum sit, excusabit consuetudo, si vestris ornatissimis orationibus par aut similis non reddatur oratio. Excusari & ego debeo jure, qui hunc primum locum non ambitu aliquo, sed superioris jussu, contraque meum instinctum consecutus sum: quem etiam non voluntas, sed necessitas ad respondendum coegit. Semper & familiariter ego, quemadmodum apud * nos domi soleo, nunc vobiscum colloquens magis quam perorans, principales vestrarum

Hic Iulianus postea relictis Basileensibus adhæsit Eugenio.

* pontifice

* vos

rum orationum partes assumam, quibus nomine sacri concilii respondebo, & a vobis initium dicendi faciens, venerabilis domine generalis, qui primum Lactantii aut Ciceronis stylo hic perorastis, quatuor ex vastra oratione principaliter colligo. Primo, hanc sanctam synodum ad caritatem pacemque & unitatem cum domino nostro conservandam exhortati estis. Secundo, sanctum piumque ejus propositum ac desiderium explicastis ad hæc tria opera quibus sacrum concilium intendit. Tertio, sedem potentem esse, & quod opibus abundare opus sit, ut oppressos relevet, & indigentibus subveniat. Postulastis demum, loco annatarum, quas decretum nostrum proxima editum abstulit, provisionem sedi apostolicæ sufficientem fieri. Vos autem, domine Antoni auditor, duo præcipue apud fratres minores atiam disertissime amplexi estis. Primo, quod hæ annatæ jura divino, naturali & humano, tolerari poterant. Secundo, quod aut suspendatur decretum, aut dabita sedi apostolicæ fiat provisio. Exhortatio, quam primo loco, domine generalis, ad pacem generalem caritatemque & unitatem fecistis, sancta quidem est & salubris, & omni acceptatione digna, quam quilibet Christianus utraque manu amplecti debet: quæ quam sit necessaria & utilis, in sa quilibet palam experitur; quantumlibet enim homo sit dives aut potens, omnis habens naturæ ac fortunæ bona, si pace & unitate cum proximis careat, nihil jucunditatis, nihil lætitiæ unquam sentira poterit; sed plurimas animo molestias atqua angustias secum ubique deferet. Nos etiam non passi sumus hoc munere pacis ab ipso summo pontifice præveniri. Nam & sæpenumero ac per nostros oratores novissime Florentiam dastinatos, idipsum suæ sanctitati nuntiavimus, optantes ut unum essemus caritate ipse & nos, sicut Christus orans pro discipulis suis, dicebat: *Oro Pater ut unum sint, sicut & nos unum sumus.* Ipsa igitur summus pontifex pacem & unitatem nobiscum habere desiderat, & nos secum. Ipse illam nobis nuntiat, & nos sibi. Quid argo restat, quod ipso & nobis pacem & unitatem optantibus, invicemque nuntiantibus, pax ipsa non sit? An quia sic alter alteri pacem optamus & nuntiamus, pacifici dicendi sumus? An etiam quia inter dissidentes, ut modo in Christianissimo regno Franciæ factum est, pacem componere satagimus, filii Dei vocabimur, si pacem inter nos invicem non habemus? non quidem, inquit beatus Hieronymus super Matthæum in verbo illo, *Beati pacifici*: Ille vero pacificus est, qui prius in seipsu, deinde inter alios pacem quærit. Ipse & nos unum corpus ecclesiæ sumus, qui regimur sub uno Christo capite nostro: ipse & nos civitas Dei sumus: ipsa & nos nsa domini sumus. Si in hoc corpore, si intra hujus ecclesiæ civitatis mœnia, si intra hujus domus domini parietes dissensionum, æmulationum, odiorum bella versentur, quis ipsum & nos pacificos recte nuncupabit, etiamsi in toto terrarum orbe pacem efficeremus? Quid ergo causæ est, cum uterque tam bonam & sinceram ad pacem se voluntatem habere dicat, quod inter ipsum & nos non mediocres dissensionum scintillæ appareot? quæ nisi caute extinguantur, verendum est quod ne in maximam erumpant flammam. Quid opus est indiciis aut conjecturis hujus discordiæ causas investigare? Audiamus quid in nobis loquatur dominus Deus noster, *qui loquetur pacem in plebem suam*, inquit Deus per os Psalmistæ: *Misericordia & veritas obviaverunt sibi, justitia & pax complexa sunt se.* Demonstrat profecto dominus Deus noster, quod pax sine justitia esse non possit, imo, ut illa sit, justitiam præcedere oportere. Cum ergo

B, C, D, E (margin letters of the left column at "domina Antoni", "angustias", "dissidentes", "Quid ergo")

Joan. 17. — Matth. 5. — Psal. 84.

A ita sit, aliter esse non potest, cum, sicut veritas attestatur, necessarium est, si dominus noster veram pacem & unitatem inter nos & ipsum fore desiderat, ut quæ ad justitiam spectant primo ipse præmittat: hoc est, ut ecclesiæ universali jus suum tribuat. Quod est illud ecclesiæ jus? quæ sunt illæ justitiæ partes, quæ veram pacem præcedere debent? Non certe aliæ, nisi, cum ecclesia universalis Spiritu sancto dirigatur, & eam universale concilium repræsentet, ut decreta synodalia diligenter & per alios suo exemplo & jussu servari faciat. Ita & sui antecessores sancti Romani pontifices, quorum vitam in testimonium sanctitatis etiam miraculis illustravit Deus, fecerunt, summa veneratione universalium conciliorum canones suscipientes, & per eos inviolabiliter servari facientes, qui sine maxima & urgentissima causa advarsus ea non disponebant quidquam, nec ab aliis aliter fieri patiebantur; inquit enim beatus Damasus: Absit a me ut sanctorum patrum canones absque inevitabili ratione transgrediar unquam: & magnus ille Gregorius, ut sancta euangelia, concilia generalia se venerari affirmat: & non solum quatuor illa primæva, sed & omnia, dum ea ratione utitur, quæ omnibus universalibus conciliis communis est. Beatus quoque Gelasius universalis ecclesiæ statuta asseverat nullam esse sedem, quam magis exequi oporteat, quam primam. Non mihi satis esset usque in crastinum, si singulos, tam summos pontifices, quam sanctos doctores, recensere pergam, qui saluberrimam conciliorum doctrinam super ceteris aliis efferebant, venerabantur & observabant: nec sic faciendo quidquam Romani pontificis auctoritati deperit aut detrahitur, imo adjicitur & accrescit. Quidquid enim in sacris statuitur conciliis, sua etiam auctoritate statuitur, quæ semper ibi refulget, ut prima & præcipua præ omnibus, caput & directrix. Et cum aut personaliter aut auctoritative semper in synodis universalibus intersit, ipseque ecclesiæ rector sit & pastor, decreta conciliorum, etiam sua & sedis apostolicæ non immerito dici possunt. Nos enim, ut dixi, unum ecclesiæ corpus sumus, & ipse hujus corporis caput sub capite Christo. Quidquid igitur fit ab hoc corpore ecclesiastico, etiamsi omnia membra in idem concurrant, sicut in corpore naturali accidit, magis tamen ac præcipua oratio quævis capiti appropriatur & adscribitur, ab ipsoque magis quam ab alio corporis membro procedere censetur. Itaque non secus synodalia decreta pro suo debito & honore exequi debet, ac per alios servari facere, quam si ab ore proprio dictata & promulgata essent. Dum enim ipse præsens est, ipse concludit, ipse statuit, & sub nomine suo ac persona ejus omnia decernuntur. Dum abest, sui præsidentes, qui vice ejus funguntur, locumque apostolicum tenent, & personam pontificis repræsentant, per sacrum concilium deliberata concludunt. Per concilium autem statuta, in nullo derogant suæ potestati, quin pro tempore, loco causisque & personis, utilitate vel necessitate suadente, moderari dispensarique possit, atque uti summi principis ἐξουσίᾳ, quæ ab eo auferri nequit. Hæc ergo sancta synodus non opes, non quid aliud ab eo postulat, sed hoc, ut quemadmodum dumtaxat sui egerunt antecessores circa decretorum synodalium observantiam, ita & ipse facere dignetur. Quod si feceris, prout putamus, & ex toto corde obsecramus, hinc præeunte justitia, mox læta fronte soror ejus jucundissima succedet pax, quæ sine justitia germana sua antiquiore incedere non consuevit. Quod si forsitan & ipse summus pontifex dicat, quemadmodum & vos in

B, C, D, E (margin letters of the right column at "inviolabiliter", "pergam", "corpore", "statuta")

Nota quantum hic tribuit pontifici.

ANNO CHRISTI 1435.

cordibus vestris nunc dicere suspicor, etiam ex parte A hujus sacri concilii præcedere oportere justitiam, sibique jus suum per nos tribui debere. Nemo nostrum ita irrationabilis est, aut etiam esse debet, quod alio jure in se, alio in aliis uti contendat: & ab alio sibi injuriam fieri petat, ipse alteri deneget. Videamus & inter nosmet caritate discutiamus, si quid est quo concilium jus sedis apostolicæ gravet, lædat, offendat, minuat: & ecce nulla erit, ut spero, difficultas, quin omnia ad justitiæ rectitudinem & regulæ normam redigantur. Sic igitur uterque faciendo, tunc rei evidentia animum utriusque ad unitatem paratum demonstrabit, & tunc vere pacifici erimus, ac filii Dei vocabimur. Et hinc ad secundam vestræ orationis partem se mihi compe- B tens responsum offert. Sic enim (ut prædictum est) faciendo, tunc evidenter cognoscemus, & ubique palam fatebimur sanctitatem suam ad hæc sancta opera, propter quæ convenimus, veram perfectamque voluntatem gerere: tunc nos super omnes præcipui laudatores ac præcones erimus. Tertio loco dicitis oportere sedem apostolicam abundare ac potentem esse, exemplo illorum Romanorum pontificum, qui beato Athanasio, beato Ioanni Chrysostomo, ac beato Thomæ Cantuariensi de sedibus propriis pulsis opem subsidiaque necessaria contulerunt: beati quoque Gregorii, qui usque in Ierusalem indigentibus vitæ necessaria ministrabat. Nos nec re nec verbo in hoc contradicimus: C imo non est illa sedes, nec etiam esse posset tam potens ac locuples, quin eam pro utilitate ecclesiæ locupletiorem potentioremque esse vellemus: quamquam affirmemus & in illa & in aliis episcopalibus sedibus desiderari magis copiam abundantiamque virtutum & meritorum, quam opum aut divitiarum. Nec certe fecimus aut facere quidquam intendimus, per quod illa sedes jacturam seu diminutionem aliquam auctoritatis aut facultatis pati possit. Quod si recte cuncta animadvertantur, atque omni passione sopita judicentur omnia, nemo asserere cum ratione poterit, quidquam per hoc nostrum decretum in diminutionem, derogationem seu præjudicium illius sedis fore attentatum. D Et quamquam multæ ad id suppetant rationes, tres nunc satis esse judico. Primo, cum nemo inficietur multos in exactione harum annatarum solitos fieri abusus, cum etiam hinc multis scandalum pateretur & scrupulum in conscientiis, ac modus ipse exigendi onerosus esset ecclesiæ, & apud multos speciem mali continere videretur: nos his omnibus hoc decreto providimus, sequentes doctrinam Christi, mandatis nemini incurrendum esse scandalum: & Apostoli præcipientis ab omni specie mali abstinendum: Regulas quoque canonicas ac legales, quæ nonnulla prohibent, licet in se non mala, ob hoc tantum quod vel speciem mali contineant, vel occasionem præbeant delinquendi. Nonne & E gratis offerre, & eleemosynam dare, pium est &

Canone 48. concilii Eliberitani.

caritatis opus? Sed quoniam tempore baptismi nummos projicere in concham, speciem prætendebat mali, emendari & aboleri talem consuetudinem jussit ecclesia. Nihil quidem novitatis per hoc decretum in ecclesia introductum est, sed præcepta & exempla Christi executi sumus, ac sanctorum patrum renovamus instituta. Quid fecimus? audite & considerate quæso diligenter: Statuimus quod beneficia & ordines ecclesiastici gratis conferantur. Numquid hoc est scelus aliquod aut sacrilegium? Nonne salvator noster hanc ipsam nobis necessitatem, imponit, dicens: *Gratis accepistis, gratis date?*

Matth. 10.

Quid fecimus? statuimus quod spiritualia pacto, conventione, seu contractu aut opera nummulariorum non distribuantur. Sed & Christus Deus noster in domo domini hoc fieri videns, flagello de funiculis facto, zelo justitiæ succensus, expulit inde omnes ementes & vendentes, & mensas nummulariorum evertit: & cum ipse cetera crimina verbo tantum detestatus sit, hoc vitium manu propria terribili punitione correxit. Quid fecimus? decrevimus quod res spirituales sine pecuniæ interventu ministrentur. Ac beatus Petrus primus Christi vicarius, mentem domini quotidiana conversatione intelligens, cum Simon magus pro gratia spirituali pecuniam offerret, eum abhorruit, maledixit, repulit, dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Nonne sacrorum conciliorum, Romanorum pontificum, probatorumque doctorum codices his prohibitionibus pleni sunt, ut videlicet pro rebus spiritualibus & ecclesiasticis nihil ante vel post ab invito exigatur? hoc fecimus, hoc statuimus. Conqueratur ergo qui vult, si tamen juste id possit, de illis, qui talem nobis legem dederunt, quorum decreta renovavimus, non nostra fecimus. Quis ergo jam dicere audebit, sedem apostolicam aut alias per hoc tam salubre & necessarium statutum depauperatas & læsas fore? imo rectius dicet, qui ratione utitur, honestatas expolitasque, & ad decorem pristinæ formæ redactas. Secundo vero ab omni calumnia nostrum decretum evidenter defenditur. Per ipsum enim non interdicitur, quin pro vitæ sustentatione, aliisque ecclesiæ necessitatibus, summus pontifex aliarumque ecclesiarum episcopi caritativum subsidium indicere, decimam seu aliam quotam imponere, fructusque aliquorum beneficiorum ad tempus reservare, vel alias subventionum species petere possint. Satis ista essent nisi & tertiam reddere promisissem. Quamquam autem sic decretum sit, & bene decretum, non tamen adhuc auditum est, quod hæc sancta synodus nolit sedi apostolicæ dignam & competentem facere provisionem: imo hoc per suos oratores jampridem nuntiavit & pollicita est, si tamen observantiæ decretorum synodalium, ut dignum est, rationem habuerit: & veluti in corpore naturali reliqua membra suo capiti necessaria providenti, ut vitæ & sustentationis influxus ab illo in ipsa descendant: sic quidem æquum est & rationi consonum, ut ecclesiæ per orbem diffusæ, summo pontifici suisque pastoribus indigentibus, ut ab his salubriter regantur & gubernentur, necessariam subventionem porrigant. Nihil autem ad bene regendam conservandamque ecclesiam æque utile & necessarium est, quam ut synodales canones, quos a Spiritu sancto dictatos credimus, non negligantur aut contemnantur. Illud autem silentio prætereundum non est, quod nec beato Athanasio, nec beato Ioanni Chrysostomo, nec beato Thomæ Cantuariensi per Romanos pontifices, nec pauperibus Hierosolymitanis per beatum Gregorium, de E his annatis subventum est. Neque enim adhuc hæc vocabula in ecclesia Dei audiebantur, neque etiam alii sancti episcopi præclara caritatis & pietatis opera de emolumentis sigillorum explere consueverant. Ex his facile responsum patet ad ea, quæ primo loco vos, domine Antoni, explicastis: quoniam etsi pro vitæ sustentatione & aliis justis necessitatibus, pastoribus ecclesiæ jus commune, naturale, divinumque & humanum, provisionem facere jubeant, modum tamen justum nec illum, saltem pro semper, non præcipiunt. Illud autem constat, quod quanto exactio aliqua plus habet abusus seu oneris aut scandali, vel majorem speciem mali, tanto amplius a jure naturali & divino discrepat,

ANNO CHRIST. 14..

Ioan. 2.

Act. 8.

quæ

ANNO CHRISTI 1435.

quæ huic diebus nostris usitato modo exigendi annatas, admixta esse nec vos nec quisquam amicus veritatis inficiari poterit. Quamquam autem modus exigendi usuranus sit in ecclesia, si tamen onerosus aut abusivus esse inciperat, nulli negare fas est, quin modum illum ecclesia possit in alium leviorem vel honestiorem convertere. Ea autem quæ pertinent ad vitæ sustentationem seu utilitatem aut necessitatem ecclesiæ, quæ quidem de jure naturali & divino esse fatemur, neque abstulimus, neque auferre licitum videtur: imo, ut plus dicam, etiam præter nonnullos sustentandi modos, qui in jure statuti sunt, hæc sancta synodus, ut prædictum est, summo pontifici provisionem facere obtulit, si & ipse circa synodalium decretorum observantiam animum, ut decet, inclinaverit. Quo vero ad suspensionem decreti postulastis, nulla ratione decere videtur, ut tam salubre decretum conformeque per omnia legi evangelicæ & sanctorum patrum institutis suspendi aut irritari debeat. Postremo utrumque vestrum provisionem sufficientem sedi apostolicæ faciendam poposcit. Ad quod sancta synodus respondet, circa hoc id deliberaturam, quod secundum Deum & rationem sanctum viderit expedire: taliterque facturam, quod nemo de ipsa synodo poterit cum ratione conqueri.

Datum Basileæ in nostra congregatione generali, tertio Nonas Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

VI.

Epistola ad Eugenium papam, quod pro unione Græcorum non decet in Constantinopoli synodum celebrare.

Sacrosancta, &c. sanctissimo domino Eugenio papæ quarto.

Veniens ad nos dilectus ecclesiæ filius Christophorus Garathonis orator vester, exposuit huic sanctæ synodo seriose ac discrete ea quæ apud Constantinopolim egerat, quibus per sacras ipsius sanctæ synodi deputationes plene maturequ; discussis, ac consideratis omnibus quæ in tanta re attendenda sunt, visum est honori hujus sacri concilii ac sanctitatis vestræ, imperatorisque & patriarchæ Constantinopolitani, ipsius quoque executioni multo magis expedire, ut capitula apud hanc sanctam synodum primo tam solenniter conclusa, nomine universalis ecclesiæ ipsiusq; imperatoris & patriarchæ per eorum ambasiatores plenum desuper habentes mandatum, quibus postea sanctitas vestra expressum præbuit assensum, amplecti potius, quam secunda apud Constantinopolim conventa debeamus, præsertim cum ipsi Græci tam primi quam secundi ambasiatores sæpenumero professi sint, sine universali synodo hanc unionem fieri nequaquam posse, nec factam diu durare posse. Quod si quisquam dixerit satis esse ipsos eam existimare futuram synodum universalem, licet nos particularem seu regionalem censeamus, judicet unusquisque quantum hoc expediat, & quem finem res habitura sit, si ad tollendas discordias præcedentes novam superinducamus discordiā: & de ipsa synodo, quæ fundamentum hujus rei est, varia atque diversa hincinde censeantur, neque illud visum est expedire, ut certitudo fidei catholicæ, qua nihil firmius atque certius apud ecclesiam esse potest, quasi per compromissum quoddam in legato vel legatis, & alius ex parte Græcorum convenientibus, remitti debeat, ut quod illi super differentiis, quæ inter nos & Græcos fidem ipsam tangentibus concorditer deliberaverint, id per totam ecclesiam ratum habeatur: nec etiam ullo pacto visum est universalem synodum hoc tempore apud Constantinopolim in faucibus Turcarum sitam, potius quam apud terras quæ Romanæ ecclesiæ unitatem tenent, celebrari debere. Super quibus tam ipse Christophorus, quam oratores nostri; mox ad sanctitatem vestram venturi, eamdem plenius & latius certificabunt.

Datum Basileæ tertio Nonas Maii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

VII.

ANNO CHRISTI 1436.

Responsio sacræ synodi, quod posset concilium concedere indulgentias plenarias pro unione Græcorum: quod oblatio papæ, quoad acceptationem decretorum, non est sufficiens: nec agendum esse modo de mutatione concilii.

Sacrosancta, &c. ad futuram rei memoriam.

Cuperet hæc sancta synodus vobis dilectissimis ecclesiæ filiis N. tituli sanctæ Crucis in Ierusalem, & Ioanni tituli sancti Petri ad Vincula, presbyteris cardinalibus, legatis sedis apostolicæ, tam jucundo animo responsum facere, quam læto vestrum præstolatur adventum: putat advenientibus vobis non dolendi aut conquerendi de sanctissimo domino Eugenio causam, sed gratias eidem agendi tribui debere. Sperabamus etenim tantæ dignitatis viros ea secum deferre quæ nos merito consolarentur, & talia vobis esse commissa, per quæ piis justisq; sacri concilii desideriis satisfacere possetis; præsertim cum tam crebro & instanter oratoribus atque literis nostris ipse sanctissimus dominus Eugenius requisitus extiterit, prout ipsi nostis, & eo potissime, cum non nisi sancta & rationabilia a sua sanctitate efflagitarentur. Ad quæ quidem non solum pro universalis ecclesiæ reverentia, cujus decretis & monitionibus quisque mortalium parere tenetur, sed & pro sua tam solenni pollicitatione in literis adhæsionis facta, flecti ultro debuisset. Quod etsi illorum sanctorum operum, propter quæ hoc concilium congregatum est, sua sanctitas prout in proœmio vestræ schedulæ nuper oblatæ exprimitis, felicem consummationem desiderat, cur verbis facta compensans decreta reformationis, pro qua præcipue hæc synodalis congregatio facta est, non servat; & ut servet, roties requisitus, tamdiu differt? Si verum est quod initium vestræ schedulæ continet, & in secundo articulo repetitur, cur ea quæ nos & ecclesiam conturbant de medio non tolluntur? Quamquam multa per ipsum facta sint, quæ nos merito contristant, videntes ex synodalium transgressione decretorum multa in ecclesia Dei orta esse, & graviora in dies scandala oritura, nihilo minus præteritorum libenter oblivisceremur, si jam post tot requisitiones & monitiones talia inspiceremus, per quæ & præterita repararentur, & in futurum spes foret bene summi pontificis intentionem aliquando opere compleri. Humana intentio, nisi per opera, hominibus constare non potest. Quomodo persuaderi rebus sic stantibus nobis potest, talem esse summi pontificis intentionem, cum quotidie opera dissimilia videamus? Nam post vestrum a sua sanctitate recessum nonnulla admodum gravia contra decreta & personas hujus sacri concilii ac sententias etiam conciliariter latas facta esse didicimus. Sed nec mediocriter miramur, quod cum non solum in decretis de electionibus & annatis consistat ecclesiæ reformatio, nec super his solū, sed super omnibus concernentibus capitis & membrorum ecclesiæ reformationem, suam sanctitatem sæpenumero mansuetissime exoraverimus & requisiverimus, ipse super his duobus dumtaxat responderit, nec super his qui-

ANNO CHRISTI 1436.

dem sufficienter. Nam circa decretum de electionibus, ambigue, circa vero decretum de confirmationibus & provisionibus dignitatum & beneficiorum & administratione rerum spiritualium sine exactione faciendis, conditionaliter respondet: & tali quidem conditione, quæ (sicut in vestræ literis facultatis continetur) tam difficilis est, ut pene impossibile judicetur. In decreto enim de electionibus offertis suam sanctitatem velle expectare electiones. quid si a proximo superiori ordinario confirmatio alicujus electionis juxta dispositionem juris communis petatur, numquid ordinarios suo jure libere uti permittet, sicut sacri canones statuunt? Quo vero ad decretum de annatis, decuisset magis suam sanctitatem decretum hoc libere observare ac servari facere, quam conditionem adjicere, juxta sanctorum patrum instituta ac decretum sacri concilii Constantiensis, diffiniens omnem hominem, etiam papalis dignitatis, decretis & mandatis conciliorum generalium parere debere in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, ac reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Et cum hujusmodi decratum de annatis conforme per omnia sit decretis sanctorum patrum, sancte faceret, si verbis uteretur beati Leonis, dicentis: Ideo permittente domino pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri sive in sacris canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedese minime debeamus. Contra sanctorum quippe saluberrima agimus statuta, si quod ipsi divino statuerunt consultu intactum non conservamus. Congruentius ergo fuisset decretum ipsum tam salubre suscipere, & postea ab ecclesia provisionem postulare, quam secundum indigentiam facere non recusamus, præsertim si suam sanctitatem ad observantiam reformationis videamus efficaciter dispositam. Quæ quidem provisio jam facta esset, nisi ex parte suæ sanctitatis ac suorum quædam contigissent, quæ hanc provisionem distulerunt. Illud autem quam difficile sit, quod per omnes nationes & provincias provisio hic decernenda, cum acceptetur juxta facultatum vestrarum tenorem, vosipsi judicetis. Nam si una minima provincia difficultatem in acceptando talem provisionem fecerit, tunc decretum hoc servare non volet. Quod quam absurdum sit & quam prolixum, habere omnium provinciarum mundi consensum, vosipsi optime recognoscitis. Cum ergo decretum hoc sanctum sit & rationabile, servari merito ab omnibus sine difficultate debet. Quod si quis postea provisioni per hoc sacrum concilium decernendæ obtemperare recusaverit, poterit sua sanctitas auctoritate apostolica & universalis ecclesiæ per juris remedia tales compescere. Sed si forte contingeret, quod non arbitramur, hujusmodi provisionem per concilium non decerni, nonne tam sua sanctitas, quam prælati per multos honestos modos in jure communi descriptos, a suis subditis in urgente necessitate subsidia obnoere poterunt? Quomodo * enim adinventionem annatarum & aliorum abusuum per decretum sublatorum, summi pontifices & prælati se sustentabant? Ea quæ in secundo articulo continentur, de intentione suæ sanctitatis in omnibus sanctis, justis & rationabilibus petitionibus, & sibi possibilibus, complacendi & satisfaciendi sacro concilio, magna laude & gratiarum actione digna sunt, si ex animo prodeunt, quod tunc recognoscemus, si ea quæ pro bonore Dei & bono publico sancta synodus ordinat, & ab eo servari postulat, sua sanctitas more prædecessorum suorum non infringat, imitando beatum papam Gelasium, dicentem, nullam magis quam primam sedem statuta universalis synodi exequi oportere. Meminisse suam sanctitatem cupimus eorum quæ in sua pollicitus est adhæsione, videlicet quod ipsum sacrum concilium Basileense cum omni devotione & favore prosequi intenderet, & deinceps a novitatibus & gravaminibus seu præjudiciis inferendis ipsi sacro concilio vel suppositis ejus & adhærentibus realiter & cum effectu desisteret. Sed, proh dolor, quotidie contraria fieri audivimus, & usquenunc cum patientia toleravimus, si forte toties rogatus & obsecratus desistat. Hæc certe non solum dum fiunt moleste ferimus, sed, cum necessitas referre nos compellit, dolore afficimur. Quis enim non doleat, quod summa ac saluberrima conciliorum auctoritas hoc tempore ita depereat & contemnatur? Quomodo & nos illud amplius tolerare possumus aut debemus, ut quos hæc sancta synodus justis ex causis excommunicat, ipse absolvat; & quod nos absolvimus, sua auctoritate excommunicentur? Non hoc sonant suæ adhæsionis literæ. Non ita agebat ille beatissimus papa Gregorius, cujus in explanandis scripturis Spiritus sanctus irradiabat intellectum. Is de universalibus conciliis inquit: Cunctas vero quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis præsumpserit absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt: quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Nos non aliud optamus, nisi ut sic agat, quod vera caritas inter hoc sacrum concilium & suam sanctitatem illibata servetur. Quomodocumque sperare possumus suam sanctitatem, finito concilio, ejus decreta inviolata servare, & ab aliis pro suo officio servari facere, nisi ante cum effectu reparet quæ contra decreta ac personas hujus sacri concilii gesta sunt? Nullatenus hæc sancta synodus contentari aut silentio prætetire, nec de ipso hujusmodi spem in futurum concipere poterit. Tertius vestræ schedulæ articulus duo continet: primum, ut de eligendo sine mora locum concilii pro adventu Græcorum, ad quem sua sanctitas commode accedere posset, cum necessaria sit ejus præsentia. Secundo, de transferendo concilium ad locum illum, & ibidem de pecuniis providere. Quoad primum, sacrum concilium negotium hoc ita mature disponet, quod in eligendo loco nihil committetur negligentiæ, nec incassum labi tempus permittet, tempore autem opportuno talis electio fiet, quod a nemine redargui poterit, ad quem quidem omnes de ecclesia Latina commode poterunt proficisci; præsentiam autem suæ sanctitatis ibidem nos etiam plurimum desideraremus. Et cum etiam ipse suam præsentiam necessariam fore cognoscat, speramus quod illam nulla ratione in tanta fidei causa, qua nulla potest esse major, subtrahere debebit. Quamobrem tempore debito & suam sanctitatem & alios ecclesiæ prælatos, ut in loco concilii eligendo adsint, cum omni diligentia rogabimus & convocabimus. Nec credendum est, quod quisquam illuc proficisci recusaturus sit, quo viderint Græcos tam procul & de tam ultramarinis partibus accedere, & præsertim patriarcham Constantinopolitanum senio & valetudine gravi confectum: qui videndæ unionis desiderio pollicitus est, etiamsi super humeros hominum deferri oporteat, ibidem convenire. Utinam ipse summus pontifex se taliter exhibuisset, & saltem nunc se exhiberet, quod circa bonum eligendum, etiam suæ sanctitati merito gratum, certius respondere possemus. Circa vero translationem reminisci vos volumus, quod solenni decreto obligati sumus usque ad certum tempus hic permanere, unde ante

* forte, enim ante

ANNO CHRISTI 1436.

ante illud sine nota ac periculo rupturæ tractatus Bohemorum, & interruptionis reformationis in qua laboramus, transferri non posset. Et cum in tempore translationis imperator & patriarcha in loco concilii conventuri sint, merito ante translationem pecunias reperiri necessitas compellit. Pro eo autem quod sua sanctitas, cum ibidem fuerimus, omnes pollicetur favores possibiles, merito suam sanctitatem commendamus. Et quidem nulla in re utilius bona ecclesiæ exponi possunt, quam in hac, ubi de salute agitur innumerabilium animarum, & de fide catholica augenda & conservanda. Optimus enim thesaurus est, qui operatur hoc quod sanguis Christi operatus est. Ad quartum articulum de indulgentiis alias nostri deputati plene vobiscum conferentes, probantesque hunc modum fore convenientem atque idoneum, & in ejusmodi rebus usitatum, vos nostro nomine cum caritate & humilitate magna deprecati sunt, ut nomine sedis apostolicæ juxta literas facultatum vestrarum in his promulgandis indulgentiis interesse & concurrere velletis, quatenus cunctis innotesceret omnia ecclesiæ negotia, & præsertim hujus reductionis Græcorum, concordi atque unanimi ecclesiæ consensu procedere: & ne quis dissidii rugam inter nos, qui alios ad unitatem reducere cupimus, esse suspicaretur. Vos autem tunc aliud non posse, quam quod in schedula ipsa continetur, respondistis, dicentes aliud in mandatis non habere. Quod quidem durum & triste fuit nobis audire. Interrogati etiam a prædictis deputatis, an literas apostolicas aliquarum indulgentiarum per eum modum, quem in schedula obtulistis, ipse summus pontifex vobis dedisset concilio præsentandas, respondistis nullas apud vos habere, sed opus esse ut ad papam denuo mitteremus. Nos animadvertentes summam & in promptu, ut ipsi fatemini, pro pecuniis reperiendis imminere necessitatem, & omnem dilationem admodum esse plenam discrimine, considerantesque quod per decem menses instanter super hoc papa exoratus & requisitus fuerit, requisitis tandem vobis, ut una nobiscum in tam sancto negotio (ut prædictum est) concurreretis, auctoritate universalis ecclesiæ, quæ in conciliis universalibus adesse non dubitatur, in nomine domini qui dixit: *Ubi duo vel tres conveniunt in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum*. &, *De quacumque re consenserint super terram, fiet illis a Patre meo qui est in cælis*: &, *Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo*, ad ipsas indulgentias promulgandas processimus. Ex parte igitur nostra quidquid modestiæ & honestatis, interposito magno temporis intervallo, adhibitis etiam multis precibus, fieri potuit, factum extitit: etiam nunc magnopere optaremus literas apostolicas super hujusmodi indulgentiis exhiberi, ut nihil discordiæ in ecclesia Latina notari posset: quas, si ipse summus pontifex illud haberet propositum satisfaciendi & complacendi sacro concilio, jam huc destinare deberet, cum tantum ab oblatione vestra temporis effluxerit, quod vel nunc vel infra paucos dies commode transmitti possent. Et quoniam in ipso articulo dicitis, quod modus indulgentiarum pro subsidio Græcorum reperiendo non videtur pluribus conveniens, opportunum fore arbitramur aliqua his scriptis adjicere, unde pateat modum hunc minime calumniari debere. In primis, quicumque illi sint, æquius agerent, si more sanctorum patrum deliberationi universalis ecclesiæ judicia sua submitterent. Hæc sancta synodus non repente, sed matura & digesta consultatione habita, hunc modum esse valde convenientem judicavit: de quo si quis hæsitet, ad ea quæ temporibus patrum nostrorum fieri consueverunt, respiciat. Nonne, cum passagium generale pro recuperatione terræ sanctæ indictum fuit, proque aliis magnis ecclesiæ necessitatibus, indulgentiæ generales concessæ sunt? Nonne ex proximis annis bis aut pluries pro extirpanda hæresi Wicleffistarum modis idoneis idipsum factum est? Si ergo pro illis hic indulgentiarum modus idoneus judicatus est, cur & nunc pro reductione Græcorum, qua nihil forte potest dici majus, non censebitur conveniens? Quod & si pro reparatione pontium ac villarum exustarum summi pontifices, & ipse modernus summus pontifex, etiam ad instantiam privatarum personarum, plenarias concesserunt, cur & nunc, instante ecclesia, fit tanta dilatio, nec solum ad reperiendum subsidium, sed pro salute innumerabilium animarum, quæ manus porrigentes adjutrices, vigore istarum indulgentiarum, Deo reconciliabuntur? Modus iste merito conveniens atque idoneus existimandus est. Objectio autem illa de guerris Christianitatis non videtur sufficiens, cum & aliis temporibus, vigentibus guerris & forte majoribus, concessas esse, & nunc concedi per suam sanctitatem manifestum sit. Nec modus iste cuiquam Christiano necessitatem imponit, sed allicit, ut spe præmii spiritualis de bonis a Deo collatis modicum aliquid contribuat tam moderate, quod nulli quidem difficile videri possit. Imo & tempore guerrarum quo pluribus criminibus irretiri homines solent, convenientior hic modus videtur, ut omnes homines de contritione & pœnitentia cogitantes, facilius a guerris ipsis desistant, neque his concedendis indulgentiis illud obstat, quod ad tantum opus sufficere non credantur. Ita enim dici posset de aliis modis, si opponerentur, sed excogitati sunt cum indulgentiis illis etiam & alii modi, quos tempore suo exequemur. Demum obtulistis, suam sanctitatem, ut videatur morem gerere huic sacro concilio, paratam esse auctoritate apostolica & juxta observantiam sanctorum patrum ac ritum in universali ecclesia hactenus observatum, plenarias indulgentias publicare, sacro approbante concilio. Certe decuisset, cum se ita paratum dicat, ut sua sanctitas quæ tamdiu super hoc fuerat requisita, tales literas vobis tradidisset huic sanctæ synodo præsentandas. Quantam autem admirationem nobis præbeat, imo & multis suspicionem, vos forsitan & audire potuistis. Primo ipse requiritur per oratores nostros: ipse respondet & nobis rescribit, quod per generalem Camaldulensem & dominum Antonium suos oratores super hoc intentionem suam sacro intimabit concilio. Hi duo offerunt, suam sanctitatem, cum erit certitudo adventus Græcorum, velle in indulgentiis vel in alio modo cum concilio convenire, & omnes favores possibiles præstare. Mittitur etiam postea dominus Leonardus ad dilectum ecclesiæ filium cardinalem sanctæ Sabinæ suum præsidentem, quod in negotiis concernentibus sacrum concilium intendit sequi suum consilium. Ipse cardinalis, hoc nobis intimato, remittit dominum Leonardum, consulens satisfacere suam sanctitatem debere sacro concilio in petitione indulgentiarum & aliis ad commune bonum spectantibus. Spectabatur ipsum dominum Leonardum infra mensem cum dimidio reverti debere, sed adhuc non comparet. Sed post sex menses destinavit vos, * legati. Venirunt nova & nuntii tam ad ipsum summum pontificem, quam ad nos de certitudine adventus Græcorum. Exoramus & requirimus vos, ut desiderio concilii

Matth. 18.
Ibidem.
Ibidem.

 circa

ANNO CHRISTI 1436.

A circa indulgentias satisfaciatis. Respondetis nos mittere debere iterum ad papam qui hoc faciet. Quid sibi velint tot dilationes ac circuitus, magis volumus admirari ac dolere, quam temere aliquid suspicari aut judicare, saltem ut prædictum est; vel jam vel infra paucos dies hujusmodi literas venire, & opere intentionem suam complere opus est, ut verum esse cognoscamus, de quo plurimum gaudebimus, ipsum morem velle sacro concilio gerere. Ad observantiam vero sanctorum patrum & rituum ecclesiæ, ipsi deputati alias responderunt, recte quidem. Nam in illis octo primis universalibus conciliis, & in reliquis, in quibus summus pontifex non per se sed per legatos interfuit, omnia quævis, sive decisionem fidei, sive condemnationes & anathematizationes B hæreticorum, sive ligandi & solvendi potestatem, sive reformationem ecclesiæ, sive alia quæcumque ecclesiastica, communia aut privata negotia concernentia, sub nomine synodi facta, sancita & promulgata sunt. Cur ergo alius modus in hac re modo observandus sit, nulla ratio dictat. Si sua sanctitas hic personaliter adesset, non diffitemur quin ipse loqueretur pro omnibus, quemadmodum fieri solitum est, ut unitas designetur ecclesiæ. Et ut ad recentiora veniamus, & ad hanc specialiter indulgentiarum causam proximum generale concilium Senense, quod in foribus Romanæ urbis erat, in quo felicis recordationis Martinus residebat, sub his verbis has plenarias indulgentias concessit: Sacrosancta generalis synodus Senensis, in Spiritu sancto legitime con- C gregata, universalem ecclesiam repræsentans, *&c.* statuit, quod quicumque capientes hæreticos, & in potestatem ordinariorum vel inquisitorum hæreticæ pravitatis effectualiter ponentes, vel ad eos quos retinere vel capere non possent, de eorum territoriis omnino expellentes, aut bannientes, seu etiam requisiti brachium sæculare contra tales præstantes, eam indulgentiam consequantur, quæ dari consuevit proficiscentibus in subsidium terræ sanctæ. Hanc autem, quæ in subsidium terræ sanctæ dari consuevit, plenariam fore nemo est qui nesciat. Nec quidem ex tali decernendi modo, quem universalia servant concilia absente papa, quidquam auctoritati sedis apostolicæ deperit. In omnibus enim synodalibus D sanctionibus, semper prima & potissima refulget illius sanctæ sedis auctoritas, ac deinde patriarcharum & antistitum, totiusque ecclesiæ universalis, quam generalia concilia legitime congregata repræsentant. Et est præterea omnibus consentientibus apostolicis præsidentibus hic synodaliter ordinatum, ut in hoc concilio, cum papa sit absens, omnia sub nomine & bulla hujus sacri concilii expediri debeant. Quod postremo dicitis de pecuniis ex indulgentiis colligendis, ut fideliter conserventur, & ad alium non exponantur usum, & gratissimum nobis est, & id ipsum huic sanctæ synodo cordi esse, ex modo qui in literis indulgentiarum atque instructionibus executoribus hujus negotii dandis continetur, satis evi- E denter conjicere potestis. Nihilo minus, si quem meliorem modum conceperitis, non renuimus: imo contenti sumus, ut vos una cum aliis sacri concilii deputatis curam præcipuam habeatis, quatenus pecuniæ hinc colligendæ ad hunc dumtaxat usum fideliter exponantur. Ut autem sincera hujus sacri concilii intentio tam vobis quam omnibus innotescat, offerimus ut hi qui alias fuerunt deputati, vel alii mox deputandi, conferant ac practicent vobiscum omnem honestam & rationabilem viam concordiæ.

Ex concilio Senensi sub Martino V.

Basileenses primam auctoritatem tribuunt Romanæ sedi.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, quinto Idus Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

A

VIII.

Epistola synodalis responsiva ad invectivam factam sub nomine Eugenii papa contra synodum Basileensem, super materia citatorii eam vocantis ad judicium synodale.

ANNO CHRISTI 1437.

Sacrosancta, &c. universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Ecclesiã suam Christus Deus noster tanta firmitate stabilire dignatus est, ut, etsi fluctibus ac turbationibus mundi hujus agitetur, nequaquam tamen dejiciatur aut vincatur: imo nec portæ inferi prævalebunt adversus eam. Fundata est quippe supra firmam petram: petra autem erat Christus, qui ait: *Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Potest B quidem homo particularis deficere & errare, atque in æternum condemnari, & nemo scit utrum odio dignus sit vel amore. Sed hoc certissimum est, ecclesiam nunquam deseri a Christo, nec ejus gratia aut dilectione privari, neque ipsum sanctum Spiritum deesse congregationi fidelium, quin aliquos semper amatores Dei constituat, cum Veritas dixerit: *Ego rogabo Patrem meum, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum.* Speciali autem quadam assistentia congregatos in nomine suo dignatur Christus dominus, qui ait: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* Quod maxime synodis universalibus convenire declaravit octava synodus Constantinopolitana, C dicens: Quis nesciat quod in medio sanctę hujus & universalis synodi fuerit Incomprehensibilis & incircumscriptus Christus dominus, qui dicit: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum?* Hinc est quod nascentibus hæresibus, crescentibus deformitatibus, ad conciliorum generalium soliditatem recursus habetur, ut inde & fidei determinatio, & omnis vitæ actionisque norma prodeat. Sed id quam maxime necessarium fore compertum est novissimis nostris temporibus, cum amplius diminutæ sunt veritates a filiis hominum, cum rarius inventi sunt viri sanctitate præstantes, quorum vita exemplaris toti gregi dominico sese formam exhiberet imitandam, cumque varia schismata D & deformitatum insolita magnitudo gregem dominicum acrius invaserunt, favente quoque divina miseratione, ad horum repressionem synodus Constantiensis coadunata extitit, quæ modum & seriem agendorum deinceps conciliorum præscripsit. Et ne fieret schisma ulterius in corpore, ne quis proprio sensu ductus, aut propriæ innitens prudentię, se ab illis segregaret quæ essent universali consensu constituta, essetque sic in ecclesia unitas & pax optima, omnibus idem sapientibus, declaravit eadem sancta synodus Constantiensis quemlibet fidelium, cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis existat, teneri obedire in his quæ in pertinentibus ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem ecclesiæ in E capite & membris, universalis synodus statuisset; sequens in hoc & Christi doctrinam: qui cum dixisset Simoni Petro: *Dic ecclesiæ: si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus,* subjunxit: *Amen dico vobis: Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo.* Exempla quoque beatissimorum apostolorum mutantur, qui quod communi consilio statutum erat & ordinatum, id observare & exequi cum omni promptitudine satagebant, sicuti de Petro & Ioanne missis a concilio primitivæ ecclesiæ, divina scriptura testatur. Et si qua super hac obedientia unanimiter a cunctis concilio præstanda quæstio versari videbatur, hujus rei dubietatem synodus ipsa Constantiensis amputavit. Quicumque

Matth. 28.

Ioan. 14.

Matth. 18.

Sed huic synodo non defuit auctoritas & assensus Romani pontificis.

Istud semper urgent Basileenses ut ipsis obediat pontifex, non ipsi pontifici obediant. Sed hæc specialiter dicta sunt ipsi Petro in alio loco.

Act. 8.

Anno Christi 1417.

cumque hanc fidei regulam sequuntur, pax super illos, unitasque ecclesiastica in ipsis conservatur veraciter. Sicuti autem in ipso Constantiensi concilio præfinitum erat, ac etiam Senensi, hæc sancta universalis synodus Basileensis tempore statuto congregata extitit: quæ salutem publicam indefessa prosequens solicitudine, primum de pacificando regno Bohemiæ tunc miserabilibus divisionibus agitato, quarum incendia in regiones non modo finitimas, sed & longinquas evadere timebantur, vigilantem impendit operam. De pacificandis quoque regnis ac provinciis, & moribus hominum reformandis, maximo studio tractare cœpit. Sed heu felicibus illis initiis quanta turbatio, quanta calamitas injecta sit, quis sine lacrymis & gemitu referre possit? quam & perpetuo nos optaremus contegere silentio, nisi quædam epistola sub nomine domini Eugenii papæ IV. nuper universis directa fidelibus, isthæc commemorans, nos compelleret infandū revocare dolorem, qui & processum hujus sanctæ synodi ab ejus primævis oppugnans exordiis, nos veritatem rerum gestarum in memoriam hominum reducere urget, & hanc sanctam synodum in manifestatione veritatis,

2. Cor. 4. velut apostolus loquitur, commendare ad omnem conscientiam hominum coram Deo, ut super omnia vincens veritas cunctis appareat, & coram omnibus viventibus luceat sincera nostra intentio in gloriam ejus, in cujus nomine congregati sumus. Siquidem synodum ipsam, prosequendæ unioni Bohemorum & aliis sanctis operibus multa cum diligentia incumbentem, vehementi flagello prætensæ dissolutionis dudum concutere cœpit dominus Eugenius, & sese ab ipsius ecclesiæ corpore & unitate dividere. Quæ quidem divisio radix fuit & origo malorum quæ ecclesiam Dei vexarunt, & nunc cum majoribus renovantur incrementis. Pro cujus dissolutionis reparatione quantos labores duobus annis & amplius pertulerimus, orbis ipse cognoscit. Sed & principes catholici tantum malum divisionis illius abhorrentes, instantissime laborarunt, ut ipse dominus Eugenius pure, simpliciter & cum effectu adhæreret; quod & fecit: dissolutionem ipsam irritam & inanem confitendo, declarans & decernens hoc Basileense concilium a tempore suæ inchoationis legitime continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari ac prosecutionem habere debere, ac si nulla dissolutio facta fuisset: deinceps quoque a novitatibus & gravaminibus seu præjudiciis inferendis ipsi sacro concilio, vel suppositis ejus & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu desistere se affirmans. Spetabat jam hæc sancta synodus de cetero cum pace cuncta peragere, nec ecclesiæ unitatem per recessum ab ipsius synodi obedien-

Vtinam! tia perturbari. Vnionem Bohemorum prosecuta extitit, regna & provincias ad pacem excitavit, laborumque suorum in his rebus Deus omnipotens dignatus est fructu reddere gloriosos, ita ut regnum Bohemiæ in ecclesiæ obedientia persistens, sub regimine carissimi ecclesiæ filii Sigismundi Romanorum imperatoris, felici tranquillitate lætetur: & principes plurimi, præsertim per Germaniam & Galliam, ad pacem & concordiam reducti sunt. Insuper eadem synodus pro æterna hominum salute, & vigentium deformitatum repressione, saluberrima decreta & perutiles ordinationes edidit, formam electionum canonicarum juxta sanctorum patrum instituta restaurans, quibus prælati singularum ecclesiarum assumi deberent, ut reprimeretur ambitio, nec se homines ad primatus capessendos ingererent, sed *assumerentur*, ut ait apostolus, *vocati a*

Hebr. 5. *domino tanquam Aaron*. Pariter quoque Romanis

A pontificibus de cetero eligendis modum aptissimum præscripsit, numerum & qualitatem creandorum cardinalium ordinans, atque salutares regulas adjiciens pro felici regimine ipsius Romani pontificis & suæ curiæ, ac etiam patrimonii terrarum & dominiorum Romanæ ecclesiæ pertinentium, quorum alienationem altero decreto fieri prohibuit. Ceterum decrevit, ne in collatione vel provisione beneficiorum prætextu vacantiarum, vel alio quolibet, quidquam exigeretur: pacificis beneficiorum possessoribus abstulit turbationum incentiva: circa divini cultus celebrationem, vitamque & honestatem ministrorum plurima salutifera disposuit: modum, tempus & ordinem celebrandorum conciliorum generalium, provincialium & synodalium ordinavit.

B In Græcis præterea convocandis ad celebrationem œcumenici concilii, & prosecutionem unionis eorum, labores innumeros & impensas maximas consumpsit: sed interea, dum hæc aguntur, ecce rursum multimoda per universam ecclesiam exoritur turbatio, dum ipse dominus Eugenius, proh dolor, factis & operibus ab hac sancta synodo iterum se disjungit: unus eligitur in vacante ecclesia: ipse alterum reservationibus inhærendo præficit: scandala, schismata, divisiones per ecclesias oriuntur. Vnde mirandum est quo pacto missa ejus capitula asserere audent ipsum nunquam contra electiones canonicas venisse, nisi cum inique celebratæ fuissent, sive de persona ad beneficia minus apta, aut

C ex qua posset verisimiliter scandalum exoriri. cum nimis notorium sit ipsum ecclesias, etiam priusquam prælati moriantur, reservare, & vigore reservationum ipsarum, non expectatis electionibus, ipsis ecclesiis præficere pastores: nec adhuc apparuit ipsum aliquam electionem expectatam, & debite examinatam, ex causa evidenti publicæ utilitatis vel necessitatis, sicut prætendere videtur, rejecisse. Confirmationes quoque electionum per metropolitanos & alios ordinarios factas aut fiendas multipliciter perturbat. Pecunia in beneficiorum & dignitatum collatione intervenire etiam more inconsueto audita est; ita ut plerumque beneficia ipsa & digni-

D tates non expediantur, nisi pecunia realiter fuerit exhibita. Sed nec excusare nititur a specie simoniacæ labis, quoniam vacantias asserit recipi licere, imo etiam oportere, in sustentationem Romani pontificis & sibi assistentium ordinum. Vt autem non contentionis gratia, sed veritatis & salutis, de hoc aliquid dicamus: si sana doctrina sapientum attentius perlegatur, ubi cum aliquo pactum initur ut pecuniam tradat, non aliter beneficium aut dignitatem habiturus, ibi species contractus non gratuiti conspicitur intervenire. Nec ita lavari potest aquis excusationum ista pactio, ut a specie simoniacæ labis reddatur aliena. Hinc enim evenit, ut plurimi qui & Deo gratiores, & saluti animarum procuran-

E dæ utiliores essent, qui pecunia carent, aut ipsam non afferunt, ad dignitates minime assumantur. Hinc plerumque accidit, ut & cupidi & ambitiosi, qui seipsos gradu ambito indignos reddunt, promoveantur facilius. Et ubi temporale commodum impellit animum ad deserendum dignos, promovendum indignos, quis illum a specie labis simoniacæ purum affirmabit? Sed & ex hoc contingere potest, ut Romani pontifices facilius inclinentur ad sibi attrahendum collationes dignitatum & beneficiorum, electiones perturbandum, jura infirmorum impediendum, canones super his editos sub umbra plenitudinis potestatis infringendum: quod fortasse non agerant, si non esset pecuniæ interventus, sed unicuique suum relinquerent officium, & ipsi desuper vigilarent,

Anno Christi 1417.

Certe Pius II. scribit Eugenium de multis falso accusatum, & plerosque ab eo veniam petiisse ob illatas injurias.

ANNO CHRISTI 1437.

gilarent, correcturi delinquentes, & majoribus intenturi. Sicque tunc ecclesia optime disponeretur, & adhuc nostris temporibus inolevit, ut, cum vacat una ecclesia, fiant translationes plurimæ, per quas plurimæ ecclesiæ vacare possint, ex quibus pecuniarum exactio magis & magis abundet: quæ quantum ecclesiis & saluti animarum noceant facile est videre. Quis non intelligit hoc promovendi genus per interventum pecuniæ ex radice avaritiæ adinventum plus fovendæ ambitioni quam animarum saluti esse accommodum? Qui enim dignitates ambiunt, illi pecunias conquirere laborant, quarum suffragio gradum assequantur honoris. Hinc sua vendunt patrimonia; hinc se feneratoribus obligant: quibus postea satisfacturi prædia, possessiones & castra ecclesiis B pertinentia, interdum alienare coguntur. Hinc regiones variæ depauperantur & evacuantur pecuniis. Hinc prælati per annos plurimos suspensi a divinis sæpenumero hac tempestate visi sunt. Neque hæc est primorum fructuum collectio, quæ beneficiis libere expeditis aliquando colligi solebat imo etsi nunquam fructus illos prælatus ipse sit collecturus, si etiam infra triduum moriturus sit, pecuniam ex patrimonio aut aliunde solvit, quæ nunquam deinceps restituitur. Non certe sic patres antiqui annatas exegerunt, vel potius pecunias sub nomine annatarum, licet fructus aliquos, absque hoc quod pecunia in collatione interveniret, reservandos pro necessitate temporis tunc instante duxerunt: non tamen ut perpetuo talis esset reservatio duratura. C Numquid ex hoc reprehendenda est hæc sancta synodus, quasi sedem apostolicam exinanire velit, dum modum illum exactionum reprobat, qui tantopere officit saluti animarum? Numquid illam epistolam adversus sanctam synodum proferre decuit, quod ipsa mendaciter se asserit in repressionem avaritiæ, simoniæ, ambitionum, & aliorum vitiorum, ordinationes & salubria decreta condidisse? Certe nemo inficiabitur formam decretorum nostrorum super electionibus rite celebrandis, super collationibus & confirmationibus libere expediendis, & aliis prius memoratis, ad expellendum illa genera peccatorum esse convenientissimam. D Nec ad contumeliam diximus, sed ad plurimam salutem efficiendam, abusus illos habentes speciem simoniacæ labis, per Romanum pontificem foveri, dum hæc tollere & perturbare, cum potest, obmittit: imo, si abusus tali labis specie respersi per ministros ejus committuntur, eos fovere dicitur, cum eos non perturbat: & vehementer pertimescere debet, ne dure propter illos corripiatur a domino, qui Heli summum sacerdotem durissime punivit, dum filios suos efficaciter corrigere negligebat. Sed nec in his quibus divina majestas offenditur, & salus impeditur animarum, continuare oportuit, prætendendo excusationem non adhibitæ alterius provisionis; cum timore perdendi temporale emolumentum, nimis E inconsultum sit regni cælestis hereditatem negligere, & animarum perpeti detrimentum. Sed & dictum erat per hanc sanctam synodum provisionem esse fiendam ipsi Romano pontifici juxta ejus indigentiam, si animum ejus ad observationem decretorum videret benigne inclinatum. Nec autem ipse aut suam indigentiam aperuit, nec decreta exequi compertus est. Videns itaque hæc sancta synodus jugiter animas hominum his abusibus illaqueari, decretaque sua pro repressionibus talium edita contemni, videns (ut præmittitur) divisiones in ecclesiis per canonicatum electionum manifestam conturbationem nimium adaugeri, videns & alia vigere schismata, dum illi qui per hanc sanctam synodum

A alligabantur, per Romanum solvebantur pontificem, ita ut jam in populo Christiano serperet illa divisio, ut quemadmodum quondam dividebantur Corinthii, & unus dicebat, *Ego sum Cephæ*. alter, *Ego sum Apollo*, sic & nunc unus aiebat, Ego sum papæ, alter, Ego sum concilii: dum Romanus pontifex hujus sanctæ universalis synodi in his operibus non tenebat unitatem, neque beatissimi papæ Damasi imitabatur exemplum, qui & de his nullatenus cognoscere volebat quæ sancta synodus diffinivisset. Attendens præterea hoc sacrum concilium prosecutionem reductionis Græcorum, quam tantis impensis & laboribus inchoaverat, multipliciter impediri, & denique universa quasi facta ecclesiæ B perturbari ex hac divisione, quam adversus synodum congregatam & salubria ejus opera, ipse dominus Eugenius confovebat, atque per minus debitum regimen ecclesiæ cuncta in pejus ruere, misertа est tandem synodus ipsa ecclesiæ Christi tanta ægritudine laborantis; & zelo domus Dei accensa eumdem dominum Eugenium citare decrevit, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales convocare, ut ipsis auxiliantibus conveniens & salutaris provisio ecclesiæ donaretur, priusquam deteriora contingerent. Commemoravit cum dolore, non sine informatione præcedenti, defectus aliquos, qui publice & notorie in præjudicium & scandalum gregis dominici super regimine ipsius ecclesiæ in spiritualibus C & temporalibus adesse ferebantur, ut, omnibus in melius emendatis, salus & pax redderetur populo Dei. Dolet quidem plurimum sancta synodus, quod talia commemorare oporteat: nec libellum famosum confecit, ut objicitur, sed tantum recitavit ea non animo diffamandi, sed corrigendi, prout ad eam pertinebat, quæ jam in publicum prodierant, dum pro debito officii a Christo suscepti negligere non potest, quo minus in hac urgentissima necessitate langnoribus universalis ecclesiæ medelam quærat donari salutarem, & pro ea instet vehementius, impleatque divini Apostoli præceptum scribentis Timotheo: *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina: erit enim tempus cum sanam* D *doctrinam non sustinebunt*. Rursumque ait idem apostolus: *Peccantem coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant*. Quod in peccatis publicis agi potest, maxime per eum cui reformatio & correctio pertinet aliorum. Sed & beatus Gregorius in suo pastorali, illos qui dum deficiunt se bene agere credunt, docet a pluribus oportere increpari. Verum citationem præfatam aliquanto asperius ferens Romanus pontifex aliqua in adversum per eorum (ut creditur) suasionem, qui magis loqui quærunt sibi placentia, quam ipsius æternam salutem & universalis ecclesiæ relevamen perquirere, plurima peragere conatus est, atque inter cetera memoratam universis Christi fidelibus direxisse dicitur epistolam: E in qua non correctio, non emendatio, proh dolor, affertur, sed quæ sibi objiciuntur, mendaciter prolata esse scribit per hanc sanctam synodum, quam utique honestioribus verbis alloqui decebat. Verum ipsa pro sua caritate omnia cum mansuetudine ferre decrevit, improperia etiam suaviter sustinens, dum arguendo & obsecrando in omni patientia & doctrina possit homines perducere in salutem. Sed debuit arbitrari Romanus pontifex populos non esse scriptis suis in factis propriis & personalibus credituros. Neque hunc modum convenientem existimabunt, ut ipse vocatus ad synodale judicium illud subterfugiat, & ad dispersos hincinde quærat seipsum propriis justificare sermonibus. Quis enim est qui epistolam conscribere non possit, & in ea quæ volet

ANNO CHRISTI 1437

Imo Damasi sententia est, nulla unquam concilia, quæ non essent fulta auctoritate apostolica, rata fuisse. Vide supra tomum 2. concil. epistola 3. Damasi.

1. Cor. 1.

2. Tim. 4.

1. Tim. 5.

Falso accusatum Eugenium testatur Pius II. qui diu Basileensibus adhæserat: sed postea ad Eugenium ret veritate comperta se transtulit.

ANNO CHRISTI 1437.

Leonem III. graviter accusatum, synodus quæ frequens Romæ convenerat, adeo non condemnavit, ut etiam palam coram Carolo Magno omnes episcopi dicerent, sedem apostolicam a nemine judicari debere.

volet asserere? Quod si propriis sermonibus seipsum quis hoc pacto justificare possit, pauci erunt qui se deficere fateantur. Quod si olim beati summi pontifices, Leo, Damasus, Sixtus, se in synodo expurgare curaverunt, ut scandalum a fidelium mentibus tollerent, multo amplius ipse dominus Eugenius comparere debuisset, qui in eo casu tenetur, ubi de defectibus notoriis & scandalizantibus ecclesiam delatus est, in quibus synodum universalem in papam jurisdictionem habere nemo ambigere juste potest. Honestius quippe fuerat per se vel alterum in synodo comparere; &, si non probarentur quæ de ipso dicta erant, eluceret coram omnibus justitia ejus. Si autem & vera probarentur, debita conversione omnia contegerentur, & in melius emendarentur: sicque per debitam conversionem honorem plurimum & benedictionem obtineret in populis: imo & exemplum pœnitentiæ cunctis præstaret, per quam efficaciter reformatio ecclesiæ & salus daretur universis. Nam & pœnitentibus ait dominus per prophetam: *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, tamquam nix dealbabuntur.* Jam enim adeo peccata nostra creverunt, ut justitias nostras proferre non oporteat, sed post naufragium vitiorum oportet super secundam tabulam pœnitentiæ pervenire in portum salutis. Cujus rei exemplum in beatissimo Petro apostolorum principe præclarum habemus, cui cum Paulus in faciem restitisset, & dixisset eum non recte ambulare ad veritatem evangelii, & non solum dixisset, sed & in epistola sua ad perpetuam rei memoriam scripsisset, non hoc moleste tulit beatissimus Petrus: imo expresse Pauli epistolas commendavit, in quibus hoc ipsum non ignorabat contineri, ut & hoc suis successoribus exemplum daret non moleste ferre, si eis per eorum coapostolos aliquid tale pro sua & universalis ecclesiæ salute diceretur. Sed unum in sua epistola summus ipse pontifex maxime prosequi videtur, quod hæc sancta synodus ab ejus exordio ipsum a papatu deponi affectavit: quod si rerum gestarum seriem in memoriam reduxerit, talia proferre desinet. Cum via adhuc esset in papatu constitutus, dum ipsa synodus inchoata extitit, quomodo adversus eum tunc convenerat synodus, quæ de gestis ejus nullam adhuc habebat notitiam? Quid tunc contra eum intentaverat, cum ipse cœpit eam dissolvere? Deinde quam benigne, quam patienter, etiam post dissolutionem resarcitam, hæc ipsa synodus præstitas contradictiones, impugnationes, & resistentias, variis modis in dissolutionem ipsius & operum ejus tendentes, hucusque pertulerit, satis manifestum est. Sed neque in hac novissima citatione quidquam aliud quæsitum est, quam ut in necessitate maxima conveniens provisio ecclesiæ donaretur. Nihil nobis gratius, nihil desiderabilius est, quam ut ipse ecclesiam Dei salubriter regat; non quidem ut pro libito voluntatis suæ cuncta peragere velit, spretis canonibus sacrorum conciliorum; sed juxta beatissimi Petri doctrinam sic regat, non ut dominans in clero, sed ut forma factus gregis, (Romanus enim pontifex est universalis ecclesiæ minister, non dominus) atque etiam schismata & scandala submoveat, quæ contingunt dum heu nimium propriam studet implere voluntatem. Dicit nos ejus sanctam intentionem perturbasse: sed nos latentem intentionem, nisi ex operibus & fructibus, cognoscere non possumus. Nos judicamus ea quæ patent, dominus autem intuetur cor. * Numquid prohiberi potest libera hominis voluntas, ne fructus bonorum operum ea se producat, ut defectuosum regimen abhorreat, ut pacem & unitatem conservet?

Isaiæ 1.

2. Petr. 3.

1. Petr. 5.

Est certe etiam pastor & caput.

1. Reg. 16.

* forte Nonne

A profecto longe melius suaderet animos hominum in approbationem justitiæ suæ, si bona opera se fecisse ostenderet, quam prædicando se habuisse bonam intentionem, quam homines non intueri nec dijudicare possunt. Quis enim impedivit, * nec hodie impedit, ut abusus curiæ suæ non abstulerit, nec de præsenti auferat? Sed mirandum valde est, quod dissolutionem per eum alias revocatam & annullatam iterum approbare conatur eadem epistola, & processum concilii tunc contra hanc dissolutionem deductum reprobare: cum tamen dissolutionem ipsam irritam esse & inanem aperte per literas suas confessus sit. Cui dissolutioni si patres B paruissent, maneret adhuc regni Bohemiæ desolatio, nec Bohemorum ipsorum unio facta fuisset: imo quamplurimæ patriarum & terrarum desolationes, erroresque hominum, & mala innumera verisimiliter perpetrata fuissent. Si illam dissolutionem destruxit, cur iterum eam sermonibus reædificat, cum dicat divinus apostolus: *Si ea quæ destruxi iterum ædifico, prævaricatorem me constituo?* Illud autem valde flebile est quod dicit, eo tunc concilium sine jurisdictione & justitia, super illius dissolutionis revocatione ipsum monendo, processisse; adjiciens iterum, quod patres in concilio existentes contra divinam voluntatem ipsum supprimere quæsierunt, sive angustare potestatem, & se supra eum constituere supremos. Numquid ipse jam abnegare volet jurisdictionem synodi universalis in C sacra scriptura fundatam, & determinationem universalis ecclesiæ declaratam; cui declarationi si quis pertinaciter contradiceret, incideret in hæresim? Sed nec potestas angustatur, dum ita dirigitur, ut non in destructionem, sed in ædificationem procedat. Caveat pro Dei reverentia, ne, dum nimora excusare nititur, & adversus salubres correctiones plus debito recalcitrare, in graviora corruat: qui & in epistolæ illius exordio dicere ausus est, patres in hoc concilio congregatos jam fere septem annis ab ipso Christi vicario & a suprema Romana apostolica sede, Christianorum matre & capite, segregatos. * Numquid in hoc damnabit universos D cardinales, patriarchas, episcopos, imperatorem, reges, principes, & ceteros, qui per se vel alios in hoc concilio fuerint; & denique ecclesiam per orbem dispersam, hoc concilium approbantem, ut dicat vel eos a capite & matre Christianorum fuisse segregatos, vel savisse segregatis? Dicendo quidem synodum a se fuisse segregatam, se potius a synodo segregatum affirmare videtur; quæ tamen universalem Dei ecclesiam repræsentat. Cum enim membrum a corpore disjungitur, non totum a parte se dicitur separare, sed pars a toto segregari. Debuit quidem synodo universali ut membrum ipsius in unitate Spiritus jugiter adhærere: & si relinqueret, non tamen ipsa a suo vero capite Christo re- E linquitur. Non enim est generale concilium ecclesiæ, sicut una particularis conventio consiliariorum alicujus principis, cui papa ipse tamquam præsidens & dominus præsideat: sed est universalis ecclesiæ catholicæ conventus, continens & includens virtualiter & auctoritative singulos gradus ecclesiæ, tam paparum quam ceteros, sicut membra ipsius ecclesiæ universalis: quam propterea ipsum concilium repræsentare dicitur, prout jam confitentur universi. Quæ si attentius consideraverit ipse dominus Eugenius, seipsum ea segregatione potius reprehendet, desinetque in talem synodum congregatam in nomine Christi & in universalem ecclesiam proferre injuriam. Denique nos dicit vehementer studuisse ut inconsutilem tunicam Christi

ANNO CHRISTI 1437.

* forte aut

Mire hoc dici de Bohemis.

Galat. 2.

Quæ est synodus sine capite?

* forte Nonne

Unus solus tandem Basileæ cardinalis mansit, Eugenii hostis.

ANNO CHRISTI 1437.

scinderemus: inveniet ipse nos pro uoltate oniversalis ecclesiæ & ejus salute sedulo desudasse: nec possumus a Romana ecclesia separari, dum universalis ecclesiæ retinemus unitatem, in qua tam ipsa Romana ecclesia, quam aliæ singulæ ecclesiæ includuntur. Et si auctoritas quæritur, inquit Hieronymus, orbis major est Urbe. Sed ipse primus scissuræ & divisionis auctor extitit, cum primus synodum dissolvere, & se ab ea segregare incepit, atque in hujusmodi segregatiooe & divisione longo tempore persistere voluit, & nunc dum post longam expectationem ac multam patientiam ejus emendatio & regiminis ecclesiæ Dei salutaris provisio quæritur, ipse loquitur grandia adversus sanctam synodum & ecclesiam Dei, ipse eamdem synodum dissolvere conatur, si de ipso judicium fiat, aut aliquo suorum præsidentium oratorum. Numquid ei conveniens est tale quærere diffugium, qui aliquando solebat per oratores suos circa hujus concilii eaordia se ante omnes reformandum offerre, quodque de vita ejus andaciter inquireretur? Numquid hoc jam tolerabile est, ut propter effugiendam correctiooem ipsius aut sui oratorum concilium dissolvere laboret: atque propter factum personæ suæ, quæ mortalis est, auctoritatem ecclesiæ immortalem confundere nitatur; sed ipsius adjutor est Christus, qui eam non deseret. Iam vero ad cetera dicamus, quæ citationi nostræ respondere volens, adversum nos retorquere nititur. Ipse alienationem terrarum eacusare prætendens, dicit Nicolaum de Fortibrachiis & comitem Franciscum de * Cotugualla contra eum fuisse incitatos, qui dicentes se esse capitaneos concilii, terras ecclesiæ invaserunt, unde strages secotæ sunt. Si autem veritas rerum aperiatur, nnnquam illi ab hoc sacro concilio invadere terras ecclesiæ jussi fuerant, neque res talis ullo tempore per concilium deliberata extitit. Verum videntes divisionem, quam ipse dominus Eugenius adversus concilium tunc fovebat, hanc acceperunt audaciam. Unde & qui divisionis hujus causa fuit, ipse etiam causa extitit malorum ac discriminum quæ exinde secuta sunt, quamobrem jam id diximus: illa prima dissolutio, per quam ab unitate hujus sanctæ syoodi dominus ipse Eugenius voluntarie recessit, causa fuit & origo malorum. Sed postquam dissolutionem sustulit, oumquid propterea terras ipsas ecclesiæ, quæ recuperari poterant, oportuit in alienas manus tradere, & titulum in eis alteri assignare, ut jam repeti non possent? & quo tunc vera alienatio patrata est? Quid præterea de alienatione aliarum deinceps terrarum facta, ut burgi sancti Sepulcri, & plurium, dicturus est, cum tamen aote adhæsionem ipsios jam per decretum hujus concilii specialiter terrarum omnium ecclesiæ alienatio sibi interdicta fuisset? Debuit quidem imitari beatum Ambrosium, qui imperatori quærenti hereditatem Christi respondit: Absit a me ut Christi hereditatem tradam: oon tradidit Naboth suam, sed proprio cruore defendit. Sic hæc jacula, quæ in sanctam synodum se excusando detorquere nititur, manifeste revertuntur in ipsum. Ceterum aliam eacusationem super impedimentis indulgentiarum afferens, dicit se nullas indulgentias plenarias de novo contulisse, sed solum antiquas renovasse. Verum si loca nominatim, qnones opus erit, designabimus quamplura, ubi pro causis exiguis, ut refectione materialium ædificiorum, plenariam concessit indulgentiam, tunc eo maxime cum ecclesia subsidiis Christiani populi pro exaltatione fidei catholicæ & reductione Græcorum indigebat, & in partibus Burgundiæ, Sabaudiæ, Franciæ, variisque regionibus novissimum habetur. Dum vero requisitus caritir, ut in concessione indulgentiarum plenariarum pro facto Græcorum expresse coocurreret, dixit se, ne claves ecclesiæ contemnerentur, aut ejus vilesceret auctoritas, maturius incedere voluisse. Non timuit hanc auctoritatem vilescere vel cootemni claves, si pro quibusdam ædificiis materialibus hæc indulgentia donaretur. Quod si, ut ipse allegat, incertus erat Græcorum adventus, numquid propterea non oportuit ecclesiam præparare quæ in hujus operis prosecutionem erant necessaria, ut promissa Græcis implerentur, & ea disponerentur, sine quibus ipsi Græci ad terras Latinorum conduci non poterant? In quibus præparandis jam hæc sancta synodus a civitate Avinionensi septuaginta millia ducatorum in mutuum accepit, & antea duodecim millia a patribus in concilio existentibus, dum priores nuntios ante biennium misit in Græciam, tres videlicet solennes oratores, quorum unus ad oos redit, alter vita functus, tertius usque in hodiernum diem pro conductione rerum permansit, plures quoque alias impensas fecit, super quibus omnibus nondum octo millia potuit colligere. Ecce quomodo patres hic existeotes se in his rebus ditare quærunt, quorum plures ultra proprias pecunias, quas in mutuum tradiderunt, etiam mobilia & * localia sua pignori obligarunt. Sed dicit, cum res clericorum principaliter agerentur, superfluum fuisse laicos onerare: neqoe certe oneravimus laicos ipsos, sed tam clericis quam laicis, qui sua liberalitate & pietate in subsidium hujus rei quidquam contribuere vellent, indulgentias concessimus. Numquid hoc est aliquem compellere, aliquem onerare? Numquid hoc est novum in ecclesia Dei, quod pro factis fidei catholicæ indulgeotiæ concedantur? Adjecit insuper, affectasse omnes gazas ecclesiæ ad tam pium opus protinus cahibere, sicut & opere se dicit adimplevisse, galeas, pecunias, & omnia, quæ pro Græcis ad Italiam transferendis necessaria erant, sua ea impensa transmittendo. Sed certe intelligimus ipsum hujus rei gratia eaactionem quamdam valde odiosam, etiam super laicos Booniæ constitutos, imposuisse. Fatetur autem hæc sancta synodus non auro & argento se esse hoc pacto fulcitam, sed sperans in adjutorio domini, qui eam hucusque confortavit & direxit, negotiis ecclesiæ & fidei catholicæ conducendis fidelem & sinceram impendit operam, non verita expetere subsidium catholicorum populorum, quorum incumbit procnrandæ saluti. Sed jam compellit ipse dominus Eugenius nos hujus rei aperire veritatem, quam libentius tacuissemus. Ipse diversis artibus hoc concilium dissolvere tentavit, aut in eum locum transferre, ubi liberius libitum suæ voluntatis impleret, & hujus sanctæ synodi reformationem subterfugeret, etiam priusquam de ciratorio * oovissime ulla mentio haberetur. Tandem cum idipsum complere noo posset, jam per medium Græcorum potiu sperat optatis. Hinc varia impedimenta & gravissimæ comminationes Avinionensibus datæ sunt, ne pecuniam præstarent. Hinc variæ promissiones beneficiorum & dignitatum, hinc plurimæ impensæ in legationibus ad diversas regiones transmittendis consumptæ, hinc labores inaumeri assumpti, ut aut concilium dissolveret, aut locum quem affectabat obtinere posset. Tandem cum jam pecuniæ & galeæ ex parte hujus sacri concilii in Avinione expeditæ fuissent, & antea octo millia florenorum pro Græcis cõgregandis in Constantinopolim transmissa, res quoque inchoatæ jam cum pace & tranquilla deductione deduci poterant. Nam & Græcorum oratores huc advenientes, quidquid dicerent, semper in hoc persistebant,

* Cotignola.

* localia.

ANNO CHRISTI 1438.

A bant, quod a decreto super conventione ipsorum edito nullatenus recederent. Cui decreto in electione locorum per nos facta, & omnium aliarum rerum expeditione satisfactum erat. His ita feliciter dispositis, ipse dominus Eugenius volens metere ubi non seminaverat, qui & præcedentibus temporibus magis opportunum fuerat arbitratus ut legati mitterentur in Constantinopolim, tractaturi cum Græcis, & non fieret ipsorum conductio ad concilium œcumenicum in his partibus occidentalibus celebrandum; videns ipse jam in loca citramontana eorum conductionem disponi, tunc pecunias invenit, galeas transmisit, quæ ipsos Græcos in aliquem locum Italiæ, quem vellet, deducerent: non parcens honori ecclesiæ Latinæ, in qua Græci jam, proh dolor, videbunt miserabilem divisionem, quam ipse adversus hanc sanctam synodum in prosecutione negotiorum fidei hujusmodi per eam inchoata exercet. Unde & maxima perturbatio rebus agendis affertur, & quæ prius pacato cursu deducebantur, nunc variis exponuntur fluctibus. Nonne sanctius fecisset prosecutionem inceptam in unitate confovere, quam pecuniam in fomentum divisionis & rerum turbationem consumere? Assentiat ipse, quæsumus, aliquando saltem in hoc tanto fidei negotio hujus sanctæ synodi tenere unitatem, quæ loca opportunissima in his partibus citramontanis elegit, ubi potentissimi principes Christiani & universitates studentium, præsertim in sacra theologia, pax quoque & securitas magis abundant: ubi ad honorem ecclesiæ Latinæ potest haberi conventus celebrior, & ad bonum fidei, ac ipsius unionis desideratæ efficacior. Nec ipse dominus Eugenius laborem veniendi ad hæc loca recusare debet, qui etiam in loca remotiora pro tanto bono proficisci deberet, ostendendo se fidelem Christi vicarium, qui pro salute gregis sui de cælo descendit, præsertim cum & ipse dominus Eugenius in hac epistola profiteatur se velle pati mortem pro reductione orientalis ecclesiæ, pro qua tamen (quod dolentes referimus) induci adhuc non potuit ut extra Italiam egredi vellet. quod si voluisset, poterat toti ecclesiæ dare pacem. Imo & nostri oratores ad eum missi obtinere non potuerunt ut pro Græcis conducendis ad loca per nos electa salvumconductum donaret, quem sæculares principes universi liberalissime concedebant. Non autem ipse conari debet Græcos ad locum non electum per hanc sanctam synodum evocare: quæ solum tria loca elegit, cum & Græci pepigerint in locum per nos eligendum advenire: nec pati debet hæc sancta synodus, ut adversus pacta inita & contra sanctorum decretorum suorum tenorem concilium hoc œcumenicum in alio loco sine suo consensu cum Græcis ipsis celebretur, ubi certa sequeretur Latinæ ecclesiæ confusio, & incertus esset unionis Græcorum adventus, possetque contingere & illam unionem non perfici, & Latinam ecclesiam in confusione ac deformatione manere, auctoritate synodali ipsius Latinæ universalis ecclesiæ miserabiliter conculcata & prostrata, quæ nullatenus permittere possumus, sed ecclesiæ retinebimus, Deo favente, firmitatem & auctoritatem, atque nihilo minus unionem Græcorum juxta conventa pro viribus prosequemur. Interserit autem præmissa epistola veluti pro relatione * criminis, quod in hac sancta synodo dispensationes, commutationes votorum, venduntur, ac beneficia. Sed nescimus unde hæc acceperit, nisi forsitan impugnare velit, quod in concessione indulgentiarum largientibus pia subsidia in opus Græcorum indultum est, ut commutationes votorum & dispensationes aliquas obtinere

Imo Græci cum Eugenio & ecclesia Romana sese amanter conjunxerunt.

Et tamen celebratum & quidem feliciter.

ANNO CHRISTI 1438.

possint. Numquid & hoc illicitum est, quod illi sua peccata eleemosynis redimant, quæ eleemosynæ in prosecutionem illius saluberrimæ unionis Græcorum manifeste convertuntur? Quomodo autem alias dispensationes, quæ hic conceduntur, vendi asserat, cum homines hic ad matrem suam ecclesiam congregatam pro dispensationibus obtinendis sæpe refugere notum sit, ne illas magnas exactiones pecuniarum subire cogantur, quæ in curia ipsius domini Eugenii palam constat exerceri? Signet nobis unum qui in hac synodo beneficium, aut dispensationem, vel aliquod tale vendiderit, & videbit nos protinus debitum justitię peragere. Dicit nos beneficiorum collationem, sibi plerumque adimendo illa, de facto conferre: sed si antiquarum synodorum acta perlegerit, quę episcopos sępenumero instituerunt, & destituerunt: imo etiam Nicæna synodus Eustathium episcopum de Nicęa Beroę in Antiochiam transtulit: si etiam Matthiam apostolum & primos septem diaconos per concilia primitivę ecclesię fuisse assumptos meminerit, non negabit in ipsis beneficiis per synodum universalem ministros justitię institui posse: quod tamen rarissime nos egimus, imo collationem beneficiorum per ipsum dominum Eugenium sustinuimus exerceri, licet multas inordinationes gratiarum expectativarum & nominationum agere conspiceretur: quibus mediantibus, in expugnationem ipsius sanctę synodi & universalis ecclesię, varios sibi conabatur exquirere favores: sed cupiebamus semper fovere unitatem & pacem. Verba plurima per hanc epistolam in nos gravia proferuntur, quæ etiam occulta cordium sine affectibus dijudicans, dicit quod creditur in cordibus nostris potissime inesse avaritiæ ardorem. Ecce dum substantias nostras consumimus, dum promotiones & beneficia non quærimus, & ad bonum universalis ecclesiæ nostra vertimus studia, avari vocamur. Protestatur hujus epistolæ principium nostra (ut inquit) sacrilegia juridice retundere, superstitiones & errores velle sopiri. Sed dum ipse dominus Eugenius justitiam suam proferre debuit, refugit judicium: dissolvit, quantum in se est, concilium. Et insuper quæ in ecclesiam Dei proferat, quo pacto excusationes in peccatis adducat, pręmissa testantur, quę certe dolenter proferimus. Nam ipsum & rectius sapere, & loqui veracius, atque honestius optaremus, nec ita coram mundo proprii animi efferre passionem. Sed cum omnia dixit quæcumque voluit, ubi sunt illa sacrilegia? ubi superstitiones? ubi errores quos nobis inesse dicebat, & quos sopire pollicebatur? Melius quidem fuisset verba tam injuriosa subticere, ubi nullam penitus in re ipsa apparentiam afferre potuit, nec Deo favente afferet in ęternum. Nec propter opprobriorum talium, aut quarumlibet detractionum disseminationem, prosecutionem boni communis & defensionem universalis ecclesię atque conciliorum generalium, quibus robur fidei catholicæ duce Christo innititur, eodem adjuvante deseremus. Paucitatem nobis & imperitiam objicit eadem epistola. Sed, si veritatem amplecti velit, nullam hujus sanctæ synodi conclusionem in omnibus his quę decreta fuerunt cœptam inveniet, in quam non longe major pars prælatorum, major pars doctorum, major denique pars omnium notabilium virorum consenserit; imo plus quam duę partes concilii in idipsum convenerunt, quod est copiose congregatum: & si omnium peritiam atque dona ex largitate sancti Spiritus distributa dividentis unicuique prout vult, consideratius examinasset, parcius talia loqueretur. Tandem illa subticendo

Act. 1. & 6.

ANNO CHRISTI 1437.

quæ in emanata citatione dicebantur, vos Christi fideles exhortatur, ut schismata impiissima & horrenda (ut inquit) scandala devitetis, nostrosque conatus, quos impiissimos dicit, reprimere studeatis: quæ jam omnia, etsi gravissimarum injuriarum plena sint, mansuete tolerare polliciti sumus, cum non nobis sit animus verbis contendere. sed totis conatibus perquirere, quid commodius, quid convenientius agendum sit pro ecclesiastica salute. sed dominus Eugenius schisma se abhorrere ostendit, & sub timore schismatis in hoc animos hominum perducere, ut adversus hanc sanctam synodum libere agere possit quæcumque volet, & divisionem quam ab exordio (ut præmissum est) inchoavit, ita conducare, ut confundatur synodalis auctoritas, & libitum suæ prævaleat voluntatis, atque sub velamine comminati schismatis ipse corrigi non valeat: quæ res etiam exemplum perniciosum afferret posteris, in magnam ecclesiæ desolationem. Nam quidquid summi pontifices vellent in futurum pro libito agere hoc possent, omni sublato timore, confidentes ob metum schismatis nunquam eorum correctionem per concilia generalia tentari posse. Insuper dum schisma dissuadet, ipse actu schisma perniciosissimum duorum conciliorum, quale nunquam auditum est, erigit, evocando aliud concilium in civitatem Ferrariensem, contra decreta concilii Constantiensis, & istius, ac etiam illa quæ sunt Græcis promissa, quæ ipse expresse approbavit. Nos autem, favente Christi gratia, nullum schisma facimus, imo veram ecclesiæ prosequimur unitatem, ut videlicet tam ipse Romanus pontifex, quam ceteri omnes unanimiter teneant unitatem ecclesiæ congregatæ, & non se separent ab his quæ universali consensu sunt constituta, soliditatem Petri teneant, quæ non in unius solius personæ voluntate consistit, quæ quotidie errare potest, cum & aliqui Romani pontifices in errorem lapsi sint, sed maxime residet in universalis ecclesiæ catholicæ conventu, quem Christus, caput verum ipsius, non deseret usque ad consummationem sæculi. Utque omnes idem sapiant cum ecclesia congregata, & cessent illa schismata, quę proh dolor, in oculis nostris jam vigere conspicimus, dum ipse dominus Eugenius in divisione inchoata nimium perseveret; qui etiam rursum ad dissolutionem semel revocatam revertitur, assidueque bonum universalis ecclesiæ conturbat: & nihilo minus adhuc expectamus, hoc maxime desiderantes, ut omnes prælati & principes Christiani, ac ceteri fideles, junctis animis & concordi sententia in his discriminibus consulant publicæ saluti ac regimini salutari totius ecclesiæ: nam res omnium agitur, hoc petimus & requirimus, ut ecclesiasticorum copiosus numerus ex omni regione huc affluat, sicut ad hanc synodum universi status ecclesiæ sunt legitime vocati, & pariter deliberent quid potius pro unitate conservanda, & omnibus rebus ecclesiæ feliciter ordinandis expedit. Universos quoque jam intelligere speramus, hoc non esse schisma quærere, sed potius velle schisma perpetuum devitare: quod contingeret, si summi pontifices nostri temporis a sacris conciliis, quorum instituta sui prædecessores maxime exequi curabant, se vellent pro libito voluntatis assidue disjungere, & eisdem repugnare: cognoscentque jam cuncti apertius, quanta sit necessitas pro soliditate fidei & ecclesiæ retinere conciliorum unitatem, quæ dum magis oppugnatur, tanto magis in animis hominum elucescit, hoc disponente omnipotenti Deo, qui mala esse non sineret, nisi potens esset bona etiam ex eis elicere. Ideo dilecti ecclesiæ filii principes Christiani & universi fideles, his rebus per Dei gratiam intellectis, cognoscetis ubi veritas & justitia residea, per quam ad pacem possimus pervenire salutarem. Vosipsi juvate & orate, ut dominus Eugenius Romanus pontifex meliori fretus concilio, & propria voluntate paululum inclinata, ad pacem, unitatem, & salutare regimen ecclesiarum & animarum, benignius se convertat, & illum in visceribus caritatis hæc sancta synodus paratis animis amplexabitur, totis viribus adjutura, ut ipse in omnibus bonis semper abundet: ad hanc quoque civitatem veniant universi, qui de jure vel consuetudine conciliis generalibus interesse tenentur. Mittant huc principes sæculi suos oratores, ut super cunctis quæ pro bono ecclesiæ agenda sunt, communi omnium consensu capiatur conclusio salutaris, & in omni pace ac tranquillitate cuncta disponantur ad gloriam nominis Christi, & salutem ecclesiæ suæ, qui est Deus benedictus in sæcula sæculorum.

Hoc Eugenius non fecit.

Sed æquum erat vos in te non mala potius a

propria voluntate discedere, & pontifici obtemperare.

Datum in nostra generali congregatione, in ecclesia majori Basileensi solenniter celebrata, decimoquarto Kalendas Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

IX.

Responsio synodalis facta oratoribus electorum imperii Romani, &c. instantibus ut supersederetur in processu papæ Eugenii.

Sacrosancta, &c. ad futuram rei memoriam.

ANNO CHRISTI 1438.

Audivit hæc sancta synodus affectionem devotissimam venerabilium archiepiscoporum, & ceterorum illustrium principum electorum sacri imperii, ad pacem & quietem ecclesiæ, quam vos egregii ipsorum oratores in nostra congregatione generali diserta oratione reserastis; vicissim quoque audierunt discretiones vestræ zelum sincerum, quem sancta eadem synodus ad ipsius ecclesiæ salutem & pacem semper gessit, veluti per venerabilem archiepiscopum Panormitanum ex ordinatione hujus sacri concilii fuit in eadem congregatione latius explicatum. Deinceps pro affectu quem ad pacem in cordibus nostris sedulo gerimus, ab eisdem discretionibus vestris inter deputatos hujus sacri concilii quæsitum est, ut media ad pacem ipsam opportuna velletis aperire. Nam hæc sancta synodus omnia media intendebat gratis animis amplexari, per quæ auctoritas ecclesię servaretur illæsa, & reformatio tantis expetita temporibus, & pro qua jam in conciliis Constantiensi, Senensi, & isto Basileensi tot sunt adhibiti labores, aliquem tandem fructuosum sortiretur effectum, ad Dei gloriam, & animarum salutem. Vos vero pacis inveniendæ spem habere dixistis, si suspenderetur processus adversus dominum Eugenium papam IV. inchoatus, & interim opera daretur per dominos vestros illustres, ut ipse dominus Eugenius dissolutionem prætensam concilii per eum attentatam revocaret, & ea quæ adversus hoc sacrum concilium egerat, de quibus atque etiam de justitia ipsius concilii dominos vestros * plane informatos esse commemorastis. Utque insuper idem dominus Eugenius decreta synodalia susciperet, & de congregando concilio pro Græcis se non intromitteret, sed fieret apud Græcos ipsos instantia, ut venirent ad aliquem trium locorum electorum per concilium. quod si obtineri non posset, videretur de aliquo tertio loco eligendo, qui & concilio & papę tutus & accommodus foret; adjicientes quod ad papam

* plene

ANNO CHRISTI 1438.

papam super his destinaremus oratores. Et tandem, si concordia aliter non posset inveniri, super ipsius tertii loci electione concilium &, papa in aliquos compromitterent. Quibus per vos ex optima intentione & zelo sincero (ut credimus) expressis, matura deliberatione præhabita, duximus hoc modo respondendum: Laudamus & commendamus plurimum devotionem venerabilium archipræsulum & ceterorum illustrium dominorum vestrorum atque vestram, quam simul & justitiam hujus sacri concilii attentius considerare, & pacis media invenire conari conspicimus, laboribusque ipsorum & vestris gratia est habenda. Nos quoque ea cupimus efficere, quæ ad pacem salutarem consequendam, & piorum vestrorum desideriorum consummationem efficaciora sint. Speramus autem, favente Christi clementia, pacem ipsam nobis & vobis pariter desideratam inveniri posse, si sororem pacis justitiam non prorsus abjecerimus. Nam ita justitia & pax osculatæ sunt, atque tali vinculo fœderatæ, ut quisquis unam sine altera quærit, neutram valeat amplecti. Si constantibus animis viam justitiæ & veritatis ingrediamur, auctoritatem ecclesiæ & determinationes fidei jam in pluribus conciliis promulgatas, atque per universalem ecclesiam approbatas, totis viribus defendamus, quæ concorditer acclamant, Romanum pontificem teneri obedire universalibus conciliis, in his quæ pertinent ad fidem, exstirpationem schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & membris, ac pertinentibus ad ea: ut quod veritas ipsa declarata sonat, opere impleatur, pacem optimam & nunc & in futurum universa ecclesia consequetur. Nec Romani pontifices pro libito suæ voluntatis implendæ adversus universales synodos tanta bella movebunt in continuam perturbationem ecclesiæ, sed benigne amplexabuntur, quæ universali consensu sunt instituta pro ædificatione ipsius ecclesiæ & animarum salute. Ipsi quoque hoc pacto a synodis universalibus omni favore & honore tractari merebuntur. Inducunt nos præterea existimare de futuris, dominum Eugenium papam IV. facilius ad hanc pacem inclinari posse pro salute animæ suæ, & totius ecclesiæ, si processus inchoatus per hanc sanctam synodum continuetur, quam si eodem processu suspenso nudis precibus de hoc interpellerur. Meministis, ut credimus, dum altera vice concilium dissolveret, neque precibus inclytæ memoriæ Sigismundi imperatoris Romanorum, nec archipræsulum, & ceterorum illustrium principum electorum sacri imperii, aut quorumlibet aliorum, ad hujusmodi revocandam dissolutionem induci potuisse, donec ad suspensionem ipsius ab administratione papali hæc sancta synodus procedere decrevit. Vbi vero nunc longe graviora, longe duriora peregit, & semel revocatam dissolutionem iterum attentavit, quid putandum est ex dilatione processus eventurum, nisi duriorem ipsius in cœpto proposito persistentiam? Iam semel post ejus accusatam contumaciam, dilationem sexaginta dierum ad instantiam præfati imperatoris ac illustrium dominorum vestrorum dedimus. Et post lapsum illorum adhuc aliis plurimis diebus expectavimus. Quid istæ dilationes profecerint vosipsi conspicitis: quoniam etiam dominos vestros illustres literas & nuntios ad eumdem dominum Eugenium misisse commemoratis. Et quamquam plurimum sit eorum diligentia commendanda, nihil tamen ad salutem ecclesiæ Dei obtentum est. Interim ipse dominus Eugenius literas & nuntios ad diversas regiones misit in hujus concilii expugnationem: interim plurimos ad adeundum prætensum Ferrariense concilium

Vide bullam retractationum Pii II. quæ infra habetur.

convocare studuit, in scissuram ecclesiæ: interim laboravit ut Græcos ad locum quem vellet posset adducere, ut sub umbra conventionis eorum correctionem effugere, & obedientiam, quam huic sanctæ synodo exhibere tenetur, eludere valeret. Cujus rei assequendæ gratia jam adversus honorem ecclesiæ Latinæ plurima scandala per ipsum dominum Eugenium atque suos, etiam in oculis Græcorum commissa sunt: & nunc in foribus est schisma inauditum duorum conciliorum, per erectionem ipsius prætensi concilii Ferrariensis. Iam in januis est speratæ reformationis extinctio, auctoritatis universalis ecclesiæ prostratio, si non [illegible] occurratur: neque aliud remedium nobis superest, quam ut per continuationem processus & justam suspensionem ab administratione papali ipse dominus Eugenius ad viam justitiæ & semitam veritatis reducatur, per quam pax gratissima non tantum in hoc tempore, sed & diebus futuris donetur populo Dei. Nec ista suspensio est ipsius depositio: adhuc illa differetur; nec ad eam nisi cum magna maturitate hæc sancta synodus procedere intendit. & interim illustrium dominorum vestrorum pia devotio apud ipsum dominum Eugenium laborare poterit, ut pacem ecclesiæ donet. Longe quoque facilius, Deo adjuvante, sua consequentur desideria, vehementiusque dominum ipsum ad pacis amplexus excitabunt, imminente depositione sua, si non assenserit precibus ipsorum, quam si suspenderetur processus: erit enim per Dei gratiam hæc suspensio non lethalis vulneratio, sed medicina salutaris, habebitisque in ulteriori dilatione, quod a nobis exposcitis, tempus prosequendi salubria media pacis, ad quorum cupitos amplexus hanc sanctam synodum semper paratam invenietis. Offert autem hæc sancta synodus venerabilibus archiepiscopis & ceteris illustribus dominis vestris plurimo honore dignissimis, quicquid ad pacem & prosperitatem sacri imperii & omnium prælatorum atque principum inclytæ Germaniæ efficere poterit, exhortans in domino devotiones eorum, ut saluti ecclesiæ ac paci semper intendant, benignosque favores semper & auxilia huic sanctæ synodo jugiter largiantur: & cum bona concordia atque diligentia debita talem futurum imperatorem eligere curent, qui languoribus universalis ecclesiæ sua advocatione subvenire possit, & universum populum Dei inter præsentium temporum calamitates consolari, ad ipsius omnipotentis Dei gloriam & honorem, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, decimosexto Kalendas Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo-octavo.

X.

Responsio synodalis ad fundamenta & rationes primæ & secundæ sessionum conventiculi Ferrariensis, ostendens quod papa erigendo ipsum conventiculum introduxit schisma in ecclesia Dei.

Ferrariensem synodum & Latini & Græci venerantur.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Vt inter varias fluctuum procellas, quibus navicula Petri (sacrosancta videlicet Christi ecclesia) agitatur, cuncti fideles portum veritatis conspiciant, in quo animæ ipsorum salubriter quiescere possint in acquisitionem æternæ salutis, nec timeant fluctus varios tribulationum, quæ adversus veritatem ipsam

ANNO CHRISTI 1438.

A

& ecclesiæ stabilitatem excitantur, sed usque in edventum domini stabiles atque firmi permaneant, apertissime coram omnibus viventibus declarate duxir hæc sancta synodus, quid in fevorem defendendæ veritatis, ad status ecclesiæ conservetionem, & divinæ legis observationem indefesse prosequitur.

Hæc reprobavit & damnavit Eugenius IV. ut habetur supra sessione 38.

Hæc enim veritas est, quod Romani pontifices concilia universalie actu cungregare dissolvere siue ipsorum consensu conciliorum non possunt, neque de loco ad locum mutete eur prorogare. Hæc iterum est veritas, quod concilium universale potestatem a Christo immediete habet, cui Romanus pontifee tenetur obedire, in bis præsertim quæ fidem concernunt, extirpationem schismatis, & reformationem generalem ecclesiæ in capite & in membris

B

ac pertinentibus ad ea. Hæc est etiam veritas, quod Romanus pontifex non potest ea immutare quæ concernunt universalem ecclesiæ statum: quæ quidem veritetes sibi mutuo cohærent. Si enim liceret Romano pontifici congregetum concilium dissolvere, prorogare, de loco ed locum transferre coutra ipsius consensum, & dum in uno concilio egerentur quæ sibi non placetent in secto fidei aut generalis reformetionis, aut schismetis, & talium hujusmodi, transferre ad alium locum placitum sibi, & ibi homines congregare; & si ibi iterum non fierer quod vellet, transmutare in locum elterum, sicque totam ecclesiam de loco ed locum ducere & redu-

Ephesina secunda synodus legitime coacta per Leonem papam damnata est, & illo volente alio translata.

C

cere: quis non intelligit, ex hoc obedientiam ipsius ed universale concilium, ecclesiam militantem repræsentans, posse frustrati? Quomodo enim concilium papam in facto fidei, generalis reformationis, & ceteris judicare poterit, si illico, ut judicare cœperit, valeat per papam dissolvi aut mutari? Quis intellectus hoc capit, ut concilio in papam jurisdictionem eeercere donetum sit a domino, & tamen concilium ipsum se in aliquo loco stabilire non possit, in quo jurisdictionem hujusmodi exercear, sed ee voluntate papæ totaliter dependeat ipsius muterio? Qualiter in his quæ sunt fidei obedier concilio, si concilium universale pro declaretionibus fidei & extirpationibus hæresum congregatum,

D

dum voluerit, in quemcumque locum citramarinum aut ultramarinum mutare possit contre consensum ipsius? Et jam dominus Eugenius pepa quartus pridem in Constantinopoli conventionem Latinorum cum Græcis habere volebat, quam ipsi Græci synodum universalem fore dicebenr, quod in effectum deduci non potuit, dum hoc sacrum Basileense concilium nequaquam consensit, arbitrans ex ea re gravia detrimenta posse Latinæ ecclesiæ imminere. Quomodo denique ecclesiam congregatem eudira compelletur Romanus pontifex, si ipsius congregationem, prour ei videbitur, valeat immutare? cujus ecclesiæ auctoritas, respectu cujuslibet fidelis, cujuscumque dignitatis, in ipsis verbis Iesu Christi salva-

E

toris nostri fundate est, dicenris Simoni Petro: *Si te non andierit, dic ecclesia. Si ecclesiam non andierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis: Quacumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in calo: & quacumque solveritis super terram, erunt soluta & in calis.* Subdeus post panca: *Ubi due vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum* Ee quibus divinis verbis auctoritatem esse attributam ecclesiæ congregatæ & universali concilio super quemcumque fidelem, cujuscumque dignitatis, ostenditor: ad cujus ecclesiæ judicium etiam Petrum, & in eo quemlibet successorem Romanum pontificem, Christus recurrere jubet, atque illius acquiescere judicio, quod &

Matth. 18.

Hæc nihil faciūt contra auctoritatem pontificis.

A

doctorum ac sanctorum doctrinæ declarationesque sacrorum conciliorum plene effirmant. Et dum his novissimis temporibus ex doctrinis male intellectis nonnulli ergumente & dubia edversus euctoritatem ipsorum universalium conciliorum afferre conebantur, freqnenter ea quæ de Romano pontifice erge singulos dispersos scripte erant, ad universalis concilii congregationem epplicantes, celeberrimum Constantiense concilium dubitationum talium hæsitationem a mentibus fidelium sustulit, & viem futuris præclusit erroribus. Sed neque e principio nascentis ecclesiæ usque in hoc tempus auditum est quempiam Rumanorum pontificum hoc attentare, ut concilium ecclesiæ quod universale reputaret contre consensum ipsius de loco ad locum ducere,

B

aut ipsum dissolvere præsumeret. Numquid beatissimus Petrus apostolorum & discipulorum domini congregationem, dum celebraretur, voluit eliquando ipsis invitis dissolvere, eut in aliam mutare regionem? Numqnid eliqnis eliorum idipsum egere visus est, usqneqno advenit ipse dominus Engenius, qui henc sanctam synodum Basileensem legitime congregatam in Spiritu sancto paulo post ejus prima exordia dissolvere, & in aliud tempus prorogare, etque in civitatem Bononiensem transferre tentavit; dicens se ob causam reductionis Græcorum id agere, sicuti ex tenore literetum suarum super hujusmodi dissolutione factarum epparuit? Sed conti-

C

nuo fuit ei declarata supradicta veritas, quod concilium congregetum dissolvere, prorogare, aut transferre non poteret sine consensu ipsius: & in secunda sessione ejusdem sanctæ synodi posite est eadem declaratio, ubi post recitationem duerum declaretionum Constantiensis concilii, hæc verba ponuntur: Præmissis igitur, & nonnullis elus Constentiensis concilii attentis, præsertim capituli quod incipit, Frequens, prælibete synodus Basileensis decernit & declaret, quod ipsa pro hæresum eetirpatione ec morum generali reformatione in capite & in membris, nec non pace inter Christianos procurenda, ut præmittitur, in Spiritu sancto legitime congregate, per nullum quevis euctoritete, etiamsi papali dignitete præfulgeet, dissolvi eut ad alium

D

locum transferri, seu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet eut potest, debebit aut poterit in futurum, ebsque ejusdem synodi Besileensis deliberatione & consensu. Hæc habentur in præfara sessione. Deinceps autem verbis illis utamur, quæ in decreto duodecimæ sessionis hujus sanctæ synodi, in qua etiam septem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales præsentes etent, legatusque sedis epostolicæ præsidebat, posita sunt: Dominus Eugenius ad nos quatuor oratores trensmisit, non ut emendarent, sed errate defenderent: nosque increpatent, quod moe suæ prætensæ non paruissemus dissolutioni. Quibus per responsiones hujus sacri concilii veritas tam juris divini & humani, quod si-

Sed ipse legatus & multi alii ad Eugenium redierunt, relictis Basileensibus.

E

ne consensu concilii ipsum dissolvere nequivetat, quam facti, quod causæ prætensæ dissolutionis veræ non suerent, eetitit luce clarius perefacta. Hæc illico tunc dieimus, commemorentes illam esse veritetem juris divini & humani, quod sine consensu concilii ipsum dissolvere nequiveret, prout latius in quadem responsione nostra, incipiente, Cogitanti, &c. fuetat declaratum. Sed & quentum nobis cordi esset hanc juris divini & humani veritetem, prout tenebamur, defendere, & errori contrario resistere, in eltera nostra responsione, quæ incipit, Speravit, &c. data oratoribus ipsius domini Eugenii in nostra congregatione generali, in qua & ipsi cardinales numero septem & legatus apostolicus præsentes aderant,

ANNO CHRISTI 1438.

aderant, aperte ostendimus; hæc verba inter cetera proferentes: Cassetur ergo concilium Constantiense, & decreta sanctorum patrum, quæ declarant in his quæ universalem ecclesiæ statum concernunt, papam nihil posse immutare. Frustra enim membranas occupant, si unico verbo papa potest illa mutare: &, quod deterius est, auctoritate ecclesiæ talia posse videretur, si post hujusmodi contradictionem, inter concilium & papam ortam, concilium quasi victum liti cederet, & ipsum & alios Romanos pontifices in possessionem dissolvendi concilia poneret. Et post pauca sequitur: Mori malumus, quam tanto errori per ignaviam cedere. Deinde subjungitur ibidem: Hic articulus, de quo disceptamus, fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius ecclesiam sanctam non audierit, quam hoc sacrum concilium repræsentat, oportebit tandem haberi ut ethnicum & publicanum. Si ecclesiam amplius offendere non vult, recognoscere necesse habet hoc verum fuisse & esse concilium, ipsumque dissolvere nequivisse. Hæc sunt verba responsionis illius, quæ hic inserenda duximus, malentes antiqua repetere, quam nova proferre. Insuper declaratum est in octava sessione, si Romanus pontifex aliud concilium erigeret, durante isto, non fore concilium, sed schismaticorum conventiculum. Deinde duodecima sessione generaliter adversus Romanos pontifices, concilia generalia dissolvere, prorogare, aut de loco ad locum mutare volentes sine consensu ipsorum conciliorum, pœnæ suspensionis & depositionis decretæ sunt. Demum autem cum jam ultra annum & dimidium ipse dominus Eugenius adversus præfatam veritatem repugnasset, præcepit sibi & mandavit hæc sancta synodus per præfatum decretum duodecimæ sessionis, ut dissolutionem per eum attentatam revocaret, & hoc sacrum Basileense concilium legitime inchoatum declararet, a tempore hujusmodi inchoationis continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuarique, ac prosecutionem habere debere: quod si non faceret, infra terminum 60. dierum, extunc adveniente termino, esset ab omni administratione papali suspensus. Tandem huic monitioni paruit, & in forma sibi per hoc sacrum concilium in decimaquarta sessione ipsius designata, revocationem fecit per suas literas more Romanæ curiæ bullatas, decernens & declarans de consilio & assensu cardinalium sibi tunc assistentium, generale Basileense concilium a tempore prædictæ inchoationis suæ legitime continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari & prosecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset: declarans etiam præfatam dissolutionem irritam & inanem, revocans insuper, cassans & irritans duas literas suas in palatio apostolico promulgatas, & tertias incipientes, Deus novit, & quidquid suo nomine in præjudicium aut derogationem prædicti sacri Basileensis concilii, seu contra ejus auctoritatem factum, attentatum seu assertum erat, eadem nulla & irrita fuisse declarando, addens quod a novitatibus & gravaminibus, seu præjudiciis inferendis ipsi sacro concilio, vel suppositis ejus & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu desisteret. Quibus per dominum Eugenium sic solenniter decretatis & declaratis, arbitrati sumus eumdem jam illi veritati mente integra, prout tenebatur, adhærere, quod concilium universale dissolvere non poterat sine consensu ipsius, dum illam dissolutionem quam ultra duos annos sustinuerat, & translationem in Bononiam, quamque per totum orbem publicaverat, quam etiam propter causam reductionis Græcorum factam esse dicebat, irritam & inanem esse decrevit, dicens, illa non obstante, sacrum Basileense concilium a tempore inchoationis suæ legitime continuatum fuisse: quod quidem nullatenus legitime continuatum esse poterat, si potestatem dissolvendi & transferendi sine consensu concilii ex causa quam necessariam arbitrabatur, habuerat. Sic jam illam veritatem juris divini & humani, illum articulum qui fidem concernit, ut præmisimus, etiam dominus ipse Eugenius approbavit, totaque ecclesia & populus Christianus in hac veritate conquievit. Sed, heu dolor vehementissimus rursum universam conturbat ecclesiam. Dum enim sacrum hoc Basileense concilium videns maximam esse desolationem, cujus reformationi & salutari gubernationi pro honore Dei & salute animarum jam multis quæsitæ laboribus, & toti populo Christiano desideratæ, ipse dominus Eugenius multis annis obstiterat, qui ceteris omnibus viam salutis debuerat ostendere; videns etiam gravissimam scissuram quam dominus Eugenius in ecclesia excitaverat, galeas & oratores in Græciam transmittendo adversus legationem hujus sanctæ synodi ibidem destinatam cum multa impensa facultatum nostratum, & earum quæ ex gratuitis subsidiis fidelium populorum collectæ sunt, atque illa perturbando quæ cum imperatore Romæorum & patriarcha Constantinopolitano eadem hæc sancta synodus concordaverat, quibus & ipsa ex integro satisfecit, ut sic ipse dominus Eugenius posset ad locum quem vellet, modis indebitis, universam perdocere ecclesiam, ubi posset dictare quæ sibi placerent, obedientiam hujus sanctæ synodi & reformationem subterfugiendo, decretaque concilii Constantiensis & istius ac veritates declaratas illudendo; qui & nunc Florentiam pro loco concilii habere volens, nunc illa relicta Bononiam aut Ferrariam vel locum alium pro libito suæ voluntatis pro ipso concilio assignare, jam ad id manifeste redibat, quod concilia universalia de loco ad locum ducere & mutare vellet, prout sibi videretur; videns sacrum concilium hæc & alia plurima per dominum Eugenium in offensam divinæ majestatis & totius ecclesiæ de facto attentari, voluit (prout tenebatur) remedium apponere, & regimini ipsius ecclesiæ Dei provisionem quærere salutarem. Tunc dominus Eugenius iterum de facto universale concilium sine consensu ejus dissolvere, & in civitatem Ferrariensem transferre * dixit, casu quo contra ipsum, aut aliquem oratorum suorum præsidentium in concilio, procederetur; asserens se hoc facere ex auctoritate apostolica, ex certa scientia & plenitudine potestatis: iterum veritatem tantopere declaratam vehementius oppugnare aggressus est, præfigens etiam terminum triginta dierum, ultra quos hanc sanctam synodum in facto Bohemorum quidquam agere prohibebat: & jurisdictionem supra concilium assumens in his quæ reformationem generalem ecclesiæ ac etiam fidem concernebant: atque illi veritati declaratæ expresse repugnans, quæ ipsum asserit teneri obedire universali concilio in istis & pertinentibus ad ea. Adjecitque ipse dominus Eugenius pœnas & censuras, si contra factum esset, totum decernens irritum & inane. Quis non videt hic veritatem conculcari, stabilitatem & firmitatem ecclesiæ prosterni, si non divina clementia ex alto provideret, atque servis suis in ejus nomine congregatis virtutem resistendi præstaret, opponendique se murum pro domo Israel, & ostendendi exemplo * scandalum in prælio in die domini? Quid ultra? dominus

Eugenius

Tota ecclesia aliter sentit de concilio Ferrariensi & Florentino.

Sed scribit Platina adeo tunc eum bellis undique fuisse vexatum, ut vix ei respirandi facultas daretur: itaque postea sententiam mutavit.

* forte se dixit;

* forte standum

ANNO CHRISTI 1438.

ANNO CHRISTI 1438.

Eugenius se æstimans exinde fieri fortiorem in hac expugnatione veritatis, conventiculum apud Ferrariam sub nomine concilii generalis erexit, schisma gravissimum realiter inducendo: quod quidem fore conventiculum schismaticorum aperte fuerat declaratum. Ex his omnibus evidentius constare potest, considerantibus veritatis illius claritatem apertissimam, quod papa universale concilium contra consensum ipsius concilii dissolvere non potest, aut de loco ad locum transmutare; quam omnes docti & indocti ex supradictis lucidissime conspicere possunt. Quid igitur necesse est ut fundamenta ipsorum Ferrariæ convenientium conentur eludere, quæ in prætensa sua prima sessione posuerunt, allegantes decretum nostrum 19. sessionis per papam approbatum, cui manifestissime illius conciliabuli erectio contradixit? Nam in eo decreto cavetur ut concilium Basileæ firmum remaneat, donec Græci ad portum applicuerint, qui portus similiter & locus futuri concilii non per papam, neque per aliquem alium, sed per concilium aut ejus oratores determinari debebant. Videant si hoc observaverint, & qualis tantæ fundamentalis suæ prætensæ sessionis fuerit advertant. Subjecerunt etiam de schedula, quam apud nos conclusam dicunt, & conventionalem appellant: quasi ex ea erectionis talis conciliabuli velint aliquam apparentiam assumere. Sed si omnes schedulas hujus sacri concilii ab ipsius exordio legant & relegant, nunquam invenient ex verbis aut scriptis aut intentione ejusdem concilii processisse, ut domino Eugenio concederetur, quod sub quocumque colore posset pro transmutatione concilii nunc Florentiam, nunc Bononiam, nunc Ferrariam assignare, aut ipsum quando sibi videretur dissolvere. Quod si de schedula ipsa loqui volunt, in qua concludebatur, certum terminum civibus Avinionensibus assignari, infra quem pecuniarum expeditionem pro legatione mittenda in Græciam facerent, & nobis intimarent: alioquin universali ecclesiæ per alterius loci electionem provideretur: non fuit illa conventio concilii cum aliquo, sed conclusio facta inter nos, ut Avinionenses ipsi eam expeditionem non nimium protelarent, cujus conclusionis interpretatio & declaratio juxta casus occurrentes, & omnimoda dispositio ad ipsum concilium pertinebat, nec potestatem circa hoc disponendi in aliquem vel aliquos idem concilium transtulit. Dum autem, pendente termino, supervenit protestatio per præsidentes apostolicos, facta adversus decretationem loci Avinionensis, in schedula ipsa cum aliis locis Basileæ & Avinionis positam, quæ non parvam occasionem retrahendi animos Avinionensium ab expeditione pecuniarum præstabat, dum plurima impedimenta per dominum Eugenium & suos in Avinione huic expeditioni interim præstita sunt. Dum etiam ita accidit, ut nostri oratores in Avinionem applicantes non invenirent præcipuos gubernatores civitatis, quorum durante absentia res expediri non poterat: quibus illuc redeuntibus, tandem talis diligentia apposita est, quod circa terminum assignatum cives ipsi fidelissimi nobis intimarunt se contentasse capitaneum galearum nostrarum de 30000. florenorum, & cautos ac securos fecisse oratores nostros de toto residuo petitæ pecuniæ, prout & ipsi oratores nostri eo tunc suis literis intimarunt. Requirebantque Avinionenses ipsi, ut ad decretationem electionis loci jam factæ procederet concilium. Visum est autem ipsi concilio quod, attentis omnibus prædictis, præfati Avinionenses intentioni ejusdem concilii satisfecerant, quodque præfata decretatio fieri debebat.

Licet Basileenses id non probarint, tamen papa fecit tota approbante ecclesia.

Nam & per hunc modum melius providebatur universali ecclesiæ pro expeditione legationis in Græciam, quam iterum intrando novas & magnas difficultates electionis alterius loci, dimittendo omnia quæ jam parata erant cum magnis sumptibus, & frangendo conventionem cum capitaneo galearum initam per totum concilium, cui & legatus apostolicus vexillum ecclesiæ & baculum peregrinationis manu propria tradiderat, cui etiam tanta summa pecuniæ jam fuerat assignata. Numquid ex hoc fuit data potestas alicui vel aliquibus, ut contra consensum duarum partium concilii & amplius possent se synodum generalem, repræsentantem universalem ecclesiam, nominare, & tradere totum concilium in manus papæ, ut ipsum in Florentia, & deinde in Bononia aut Ferraria poneret, vel in quocumque loco, quem ipse tutum & sibi atque Græcis accommodum judicaret, & pro quo galeas & pecunias faceret expediri? Numquid enim auditum est in aliquo legitimo universali concilio, quod minor pars, nominans se generale concilium, decretaret quæ ad universalis ecclesiæ statum pertinebant contra sententiam plurimorum. Et si hoc permitteretur, via periculosissima divisionum in conciliis universalibus futurarum & totalis destructionis ipsorum aperta videretur, utque exempli gratia hoc dicamus, non solum simplici conclusione, sed decreto solenni firmatum est in undecima nostra sessione, ut summi pontifices concilia universalia sine consensu ipsorum dissolventes, si infra quatuor menses non resipuerint, sint ipso facto suspensi. Et si suspensionem hanc per duos menses sustinuerint, ad eorum depositionem procedatur. Numquid in eo casu, si majori parti ex bonis causis videatur, non statim ad talem depositionem procedendum, minor pars sibi auctoritatem procedendi ad eamdem depositionem assumet? Denique quis sapiens existimabit hanc intentionem concilii unquam fuisse, ut paucis aliquibus potestatem dare vellet auferendi sibi libertatem electionis loci, & eam pro pecuniis & galeis habendis judicio domini Eugenii, attentis circumstantiis negotiorum ecclesiæ, subjicere; quam libertatem non sibi pro quacumque auri vel rei temporalis compensatione tradidisset ecclesia? Et, si Avinionenses defecissent, confidebat hæc sancta synodus in domino, quod aliunde suæ ecclesiæ bene providisset, auctoritatem universalium conciliorum conservando, veritates declaratas manutenendo, & reformationem ipsius ecclesiæ atque illa sancta opera inchoata confovendo. Conspiciant igitur illi qui Ferrariæ convenerunt veritatem rerum, & de ipsa melius se informent, ne suarum prætensarum sessionum in divisionem ecclesiæ tam inania jaciant fundamenta, quæ nec ullum colorem talia faciendi sibi afferre potuerunt. Præterea adjecerunt quod schisma venturum pertimescebant, & impedimentum unionis Græcorum. O mirandam allegationem! schisma se timere dicentes realiter schisma gravissimum perpetrarunt, aliud concilium contra istud erigere volentes, quasi altare contra altare ponentes; actu etiam perturbando quæcumque cum Græcis fuerant concordata. Sed quid trepidare debebant timore, ubi non erat timor, dum istud concilium videns ecclesiam undique turbari per ea quæ dominus Eugenius tam in Græcorum negotio quam in ceteris rebus (ut præmissum est) attentaverat, flebili querela plurimos suorum defectuum commemorans, vocabat ipsum dominum Eugenium, nec non etiam sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales convocabar, ut in hanc civitatem Basileensem omnibus securam cum aliis ecclesiæ filiis advenirent, saluti

Pius II scribit Eugenium non sine ratione in Italiam concilium advocasse: itaque in se non male obtemperandum illi erat.

ANNO CHRISTI 1438.

ecclesiæ in tanta necessitate consulturi, & super omnibus agendis tam in facto Græcorum, quam in aliis unanimiter provisuri? quod si factum fuisset, sicut sincera intentione desiderabat hæc sancta synodus, non jam tantis procellis agitaretur Christiana religio: omniaque sedari & pacificari potuissent, poteratque hoc modo vera unitas & tranquillitas ecclesiæ dari. Illi vero timeores, ad schisma perpetrandum proruperunt. Illique schisma faciunt, qui ab unitate ecclesiæ congregatæ se segregant. Sed quid ultra in respondendo illis quæ apud Ferrariam aguntur insistimus? Licet enim ibi convenientes tractent, loquantur adversus hanc sanctam synodum ejusque supposita, & eas quas appellant sessiones celebrare conentur, unico verbo omnia solvuntur, B omnia destruuntur, ac unica veritate declarata, velut uno sole lucente, omnes factorum illorum & dictorum rivuli exsiccantur: Papa concilium Basileense sine ipsius consensu dissolvere aut de loco ad locum mutare non potest. Hæc veritas fundata est supra firmam petram, adversus quam dominus Eugenius tantis temporibus decertavit, cui & jam semel cedere aperte compulsus est: hæc omnes fulminationes pœnarum, quæ adversus ipsum Basileense concilium, supposita ejus & adhærentes eidem promulgantur, irritas facit: hæc illud conventiculum in conspectu Dei & hominum prosternit: hæc cum ceteris aggravantibus ipsum dominum Eugenium suspensum esse fecit ab omni administra- C tione papali; ad cujus suspensionis declarationem quam juste post monitiones & dilationes congruas processerimus, ex aliis nostris decretis & epistolis evidentius constare potest: per quæ etiam omnibus satisfecimus quæ adversus hanc sanctam synodum & processus ipsius dominus Eugenius inducere conabatur. Verum adhuc ipse, postquam ab omni administratione papali suspensus est, supposita hujus sanctæ synodi gravibus pœnis, nec non etiam dilectos ecclesiæ filios cives Basileenses afficere nititur, si ipsam sanctam synodum diutius sustinuerint, victualiaque & alia necessaria ad usum hominum denegari jubet, quo ipsos viventes necare ausus est, ac denique aliqua portantes ad hoc concilium spoliari, D & eorum spolia primo capientium occupare concedit. Et quid hæc omnia valent, etiamsi multo adjicerentur grandiora, dum ab illo fiunt qui ab omni administratione papali suspensus est? ut quid frustra tam vehementes ictus illo gladio vibrare conatur, qui jam a suis manibus provide ereptus est. Post hæc tamen subjicit omnia relaxari & pro infectis haberi velle, quoad illos qui infra terminum per eum assignatum obedientes fuerint, omnia remitti vult, dummodo suæ voluntati hæc sancta synodus obediat. Fuissemus autem & nos parati suæ complacere voluntati, si non repugnasset veritati. Sed non potest eadem sancta synodus illum deserere, qui est via, veritas, & vita, ut hominis mortui impleat volun- E tatem: non potest consentire, ut solidam veritatem ecclesiæ in vacillationem adducat, ut stabilitas & firmitas veritatum, quas ipsa ecclesia declaravit, victa reddatur: quibus prostratis, nec pax, nec ordo, nec decor, in Christiana religione manerent. Et cum ante quadriennium adversus primam dissolutionem, præsentibus etiam hic (ut præmissum est) pluribus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus & sedis apostolicæ legato, diceremus: Malumus mori, quam tanto errori per ignaviam cedere; hic articulus, de quo disceptamus, fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest, non possumus nunc dicere: Faveamus errori, salutem nostram negligamus: non debemus esse homicidæ animarum nostrarum &

Vanam hoc in vos non quadret.

Non est ita.

Magnum periculum,

A aliorum fidelium, ut dominum Eugenium & successores suos ponamus in possessionem dissolvendi generalia concilia contra consensum ipsorum, & ipsis nullatenus obediendi. Nec id tolerandum est, ut sub umbra adducendi Græcos in Ferrariam & locum suæ voluntati deditum, aut per quascumque practicas, auctoritatem universalium conciliorum conculcet, veritatem ac stabilitatem ecclesiæ prosternat, & sub colore prosequendi modis excogitatis ea, quorum futuri eventus incerti sunt, extunc certam confusionem & gravissimam plagam universæ inducat ecclesiæ, fidem nostram lædat: reformatioque ipsius ecclesiæ, quam tantis laboribus pro honore Dei creatoris nostri & animarum salute B tamdiu quæsivimus, forsitan supprimeretur; cujus executioni si operam dare dominus Eugenius voluisset, nec in hoc tempus differre, neque locum alium pro benefaciendo, & deformitates abusuum cum effectu tollendo, expetere oportebat. Prosecuta est hæc sancta synodus, & prosequitur, ut electiones prælatorum per singulas ecclesias canonice celebrentur, juxta dispositionem sacrorum canonum, per quos grex dominicus dirigatur in salutem, ut dignitates ecclesiasticæ & beneficia sine interventu pecuniæ datæ vel promissæ conferantur, ut sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, virtutibus & scientiis præcellentes, de singulis regionibus proportionabiliter assumantur, qui toti orbi salubri- C ter consulere possint: electionesque summorum pontificum ad universæ ecclesiæ salutem debite celebrentur, beneficia idoneis ministris per eos ad quos pertinent assignentur. In causis & litibus movendis unicuique sua servetur jurisdictio, & non confundatur ordo ecclesiasticus. Non vexentur homines injuste, nec personæ destruantur. Non exhauriantur ultra modum regnorum & provinciarum pecuniæ, sed omnia ordine debito in ecclesia disponantur, ad honorem Dei & salutem animarum. Decretaque saluberrima super his & aliis plurimis rebus, super reformatione ecclesiæ Dei in capite & in membris, hæc sancta synodus edidit, quæ non potest sic permittere frustrari. Quantis vero exhortationibus & admonitionibus ipsum dominum D Eugenium jam multis annis ad hoc excitaverimus, ut se & alios in viam salutis dirigeret, quidquid super hoc egerit, rerum evidentia monstravit. Designat igitur aut nos allicere blanditiis, aut comminationibus deterrere, ut veritatem deseramus. Si sæviat quævis persecutio, orabimus omnipotentem Deum, qui sanctis patribus nostris virtutem inspiravit omnia tolerandi pro defensione catholicæ veritatis, ut & nobis fortitudinem præbeat, ad ipsius veritatis & ecclesiæ suæ sanctæ conservationem, & usque ad animam & sanguinem resistendum, in quem firmiter & sine ulla cordium hæsitatione omnem nostram projiciamus fiduciam. Desistat ipse dominus Eugenius pro reverentia Dei & integri- E tate fidei, quæ semper in Latina permansit ecclesia: desistat, sublatione perpetrati schismatis, ab intentatis conatibus: cui nec victualia nec necessaria tolli, nec quidquam quod suum sit eripi exquisivimus, sed ut acquiesceret veritati, & ecclesiam debite gubernari assentiret, & ea efficeret quæ essent pro ipsius & aliorum salute. Sed & omnes ac singulos qui Ferrariæ conveniunt cum omni caritate reddimus attentos, ut ab inceptis, quæ forsitan sinistre informati, aut non satis omnia advertentes, attentaverunt, celeriter desistant, & ad veritates fidei defendendas pariter nobiscum in unitate spiritus conjungantur, nec ita complacere quærant voluntati cujuscumque, ut velint offendere Deum creatorem

ANNO CHRISTI 1438.

Si in te non mala pontifici obtemperare recusaverim.

Anno Christi 1438.

cunctorum. Si qui vero in rebellione persisterint, coget nos Christi caritas & zelus justitiæ ultra pœnarum declarationem, adversus omnes illos convenientes & mittentes, quam dudum solenni decreto fecimus, etiam alia graviora in ipsos quæ digna fuerint exequi. Omnes tandem vos Christi fideles, quibus hujus sanctæ synodi sinceram intentionem pro defensione veritatis planis & simplicibus verbis aperire duximus, per viscera misericordiæ Iesu Christi requirimus, ut in conscientia pura & fide non ficta ecclesiam matrem cunctorum, quæ nos regeneravit in spem vivam hereditatis æternæ, adunare, & veritatem ipsius omni favore & auxilio defendere ac sustinere curetis, pro honore Dei & animarum vestrarum salute: ut vobis adjuvantibus, ipsa Petri navicula maturius in portum tranquillum perducatur: ut non solum adversus eam contrariæ tempestates prævalere non possint, prout eo adjuvante domino poterunt, sed nec diutius eam valeant conturbare, orantes sine intermissione patrem misericordiarum, ut gressus omnium dirigat in viam salutis, veritatis & pacis, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Basileæ in nostra generali congregatione, Idibus Martii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimooctavo.

X I.

Responsio synodalis ad schedulam protestationis contra processum papæ, facta per Franciscum de Barbavaria oratorem ducis Mediolani.

Sacrosancta, &c. *ad perpetuam rei memoriam.*

Legisti per hos dies coram deputationibus hujus sacri concilii schedulam quamdam, Francisce de Barbavariis orator illustris principis ducis Mediolani, quam ex auditu ipso satis omnes intellexerunt, ex scientia aut deliberatione ejusdem ducis, aut sui magnifici consilii, minime processisse, cum de quadam citatione valvis majoris ecclesiæ Basileensis affixa pridie Kalendas Septembris, immediate sequentes tantum tres dies effluxerunt, quibus de Basilea in Mediolanum, & rursum de Mediolano in Basileam proficisci nequaquam possibile fuit. Nec prætetea existimandum est, ipsum ducem illustrem, qui semper singulari devotione ac veneratione hanc sanctam synodum ac ejus auctoritatem colere curavit, omnia dici jussisse quæ in præfata schedula continentur. Ad ipsa tamen favente domino respondere, ac de actis in hac sancta synodo reddere rationem parati sumus. Commemoras in primis nos convenisse pro pace populi Christiani, pro tollendis hæresibus, & reformatione eorum quæ in orbe geruntur: verum quidem hoc est; & quos labores jam his rebus per plures annos impenderimus, tu ipse nosti, & totus orbis conspicere potuit. Quot enim legationes in Bohemiam, quot in Græciam transmiserimus, quanta legatio oratorum nostrorum ad pacificandos principes per Germaniam, Galliam, Italiam constitutos, transierit, quantos sumptus, quantas vexationes & * fatigas earum rerum gratia subierimus, non facile exprimi potest. Sed & quot salubria decreta, * quæ in orbe male geruntur, ediderimus, quantis instantiis laboraverimus, ut in executionem deducerentur, & præcipue apud Eugenium papam IV. qui primitus canones sacrorum conciliorum observare & exequi habebat, ac ceteros ad eorum observantiam inducere, sanctitatisque exemplum se cunctis ostendere, satis per orbem publicatum extitit: & si fructum optatum non adhuc adepti fuimus, satis omnes conspi-

* forte fatigationes

* forte de his quæ

A ciunt quis hominum præcipue huic rei impedimento sit. Subjicis prætetea, Francisce, velut dolendi deflendique casus graviorem querelam, dum ais non attendi preces principum petentium supersederi a processibus adversus Romanum pontificem & illos qui apud eum constituti sunt inchoatis, quinimo ipsos magis & magis indies urgeri. Ex quibus depositionem ipsius Romani pontificis & alterius electionem mox secuturas esse dicis, atque exinde schisma grave & plurima discrimina populo Christiano imminere. Attende in primis, quanta benignitate hæc sancta synodus precibus principum Christianorum in his negotiis hucusque condescenderit. Iam decimusquartus mensis ab eo die volvitur, quo citatio adversus ipsum pontificem decreta est, ut ecclesiæ

B Dei oppressæ maximis necessitatibus, propter reformationis contemptum, ac schismatis introductionem ex alterius prætensi concilii erectione per eumdem Romanum pontificem jam tunc disposita, provideretur; contemplatione inclytæ memoriæ Sigismundi imperatoris data fuit mense Octobris sexaginta dierum dilatio: quibus elapsis, rursum a processu per præfatam citationem inchoato, tempore multo supersessum est. Advenit deinde tempus, quo suspensio ipsius Romani pontificis ab omni administratione papali vigesimaquarta Ianuarii facta est, propter prætensam dissolutionem & translationem hujus sacri concilii Basileensis in Ferrariam

C (casu quo contra ipsum aut aliquem præsidentium oratorum suorum, qui in hoc concilio fuerant, procederetur, aut fieret aliqua novitas) per eumdem factam & declaratam decimaoctava mensis Septembris, adeo aperte & enormiter contra decreta concilii Constantiensis & istius attentatam, ut nulla possit tergiversatione excusari. Atque etiam propter illam erectionem alterius prætensi concilii contra omnem formam prædictorum decretorum de facto, nona die mensis Ianuarii inchoata, exigebat decretorum sanctio, ut si hanc suspensionem sustineret ipse dominus Eugenius animo indurato, ad depositionem ejus procederetur. Quid factum sit ab illo tempore contemplatione principum catholicorum, quanta dilatio habita sit in rebus, lucidissime con-

D stat. Deponendus veniebat dominus Eugenius post vigesimamquartam Martii, juxta decretorum sanctionem. Iam sex fere menses exinde lapsi sunt, & adhuc perdurat expectatio. Non potes inficiari, quin extunc deponi poterat: non opus erat ulteriori processu, non examinatione testium, ex eo solo capite quod suspensionem notorie sustinuerat per duos menses animo indurato. Ut quid putas hanc sanctam synodum tantis postea distulisse temporibus, nisi ut precibus principum catholicorum benigne faveret, ut etiam cuncti conspicerent, si pendentibus dilationibus dominus Eugenius reverteretur ad cor, si ad reformationem efficaciter capessendam, & in realem executionem tam in curia ejus

E quam alibi deducendam, propter honorem Dei & salutem animarum, si ad tollendum schisma introductum ex alterius prætensi concilii erectione, si ad recognoscendam ecclesiæ congregatæ & sacrorum universalium conciliorum auctoritatem suum inclinaret animum? Quid autem pendentibus istis dilationibus egerit attente considera, & merito dices quod principium tuæ schedulæ ferebat, o dolendum, o gravissimum, o deflendum casum. Quis enim non plorer, quis non amarissimos profundat gemitus, dum tuetur auctoritatem sacrorum generalium conciliorum, quæ nervus est conservationis unitatis fidei, sacrorumque canonum & ecclesiasticæ disciplinæ, nunc per cujuspiam mortalis hominis volun-

ANNO CHRISTI 1438.

voluntatem miserabiliter prosterni & conculcari? Sed quo pacto arguere poteris sanctam synodum, Francisce, si, dum eam Romanus pontifex acerrime impugnat, ipsa in sui defensionem suos processus justificat in manifestationem veritatis? Suggeruntur auribus principum & aliorum oratores ipsius Romani pontificis, falsas calumnias in citatione adversus eumdem decreta fuisse confictas. Examinari jubet testes sancta synodus plurimos super veritate & notorietate eorum quæ in ipsa citatione posita sunt in defensionem & justificationem sui. Numquid hoc reprehendere vis, & potius diligis ut eadem sancta synodus se ubique injuste infamari & de calumnia accusari permittat? Neque ea bis conqueri debes ad depositionem festinari: cum & si festinare voluisset eadem sancta synodus, sine his dudum depositionem illam (ut præmisimus) efficere potuisset. Quid vero mali est, si deputati hujus sanctæ synodi, aut major pars ipsorum, aut duo ex ipsis, sicut eis commissum est, dum in examinatione procedunt, quamdam citationem affixerunt ad recognoscendum sigilla & instrumenta, stylum in hoc judicialem servare volentes, quem minime servare tenebantur? Nosse etenim debes Romanum pontificem in citatione adversus eum jamdudum decreta fuisse citatum ad omnes & singulos actus, neque ulteriorem citationem esse necessariam. Quid reprehendis, si ex abundanti hanc novissimam citationem fecere deputati? Quid terminum brevem assignatum causaris, quasi in quolibet termino citationem in longinquam & diuturnam expectationem decernere opus esset, postquam ad omnes & singulos actus citatur? sicque omnes illæ objectiones facile evacuantur, quas adversus hanc novissimam citationem exaggerasti. Objicis etiam, in die feriato esse factam: sed, si recte advertas, altero die facta est, qui non feriatus erat. Sed affixio ejus ideirco die dominico facta est in valvis majoris ecclesiæ Basileensis, ut in plurimorum notitiam deveniret. Unde patuit etiam non fuisse clandestinam, sicut in objectione altera dicere videbaris, & ipsa scripta tua edocent satis ipsam in eorum notitiam devenisse qui contradicere voluerunt. Nec præterea illi tumori respondere convenit, quem apud multos dicis esse de deputatis, quod suspecti sunt Romano pontifici, cum ad eam rem viri probissimi electi sint, omni exceptione majores, adversus quos nulla justa causa suspicionis allegata est. Nec in levi rumore fundamentum facere debuisti, pro tali contradictione in synodum universalem suscitanda. Quomodo autem hanc materiam objicis non fuisse communicatam cum pluribus, qui scire potuisti longe ante pridie quam illa citatio fieret fuisse per omnes deputationes concilii concorditer conclusum, ut processus concernens Romanum pontificem ulterius continuaretur & perficeretur? Illa vero declaratio privationis existentium apud summum pontificem, quam allegasti, ea solum amplectebatur & prosequebatur, quantum ad privationem dignitatum & beneficiorum attinet, quæ dudum in aliis decretis hujus sanctæ synodi, & præsertim in decreto octavæ sessionis incipiente, Sicut unica, jam ante quinque annos promulgato, ordinata fuerant. Cujus decreti verba sunt hæc: Si qua vero persona ecclesiastica, etiamsi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, aut alia quæcumque, cujusvis status, gradus aut conditionis existat, Bononiam vel ad aliquem locum alium sub nomine generalis concilii isto durante, præsumat accedere, vel ibi manere, sententiam excommunicationis & privationis omnium dignitatum, beneficiorum & officiorum, ac inhabilitationis ad ipsa, incurrat ipso facto: & de dignitatibus, beneficiis & officiis talium, per eos, ad quos de jure spectat, libere disponatur. Hæc in decreto prædicto. Quid plus operata est declaratio generalis quoad dispositionem libere de beneficiis & officiis faciendam, quam ibi decretum fuerat? Sed mansuetudine semper utens hæc sancta synodus, dum multi hujusmodi beneficia impetrare conarentur, ordinavit ut a collatione talium usque ad quadraginta dies supersedeteur, quamquam jam longo tempore post varias admonitiones expectati sunt. Sed quæ tu ipse dicis attentius considera: subjungis in oratione tua, quod quidquid citra depositionem fecerimus, in debita veneratione & observatione semper habebitur. Quomodo igitur ea, quæ citra depositionem facta sunt & fiunt ita reprehendere conaris? Prædixisti insuper ventura esse inconvenientia plurima, si Romani pontificis depositio fiat. Quæ autem futura sint Deus ipse cognoscit: sed an fiet depositio, vel non fiet, de præsenti non agitur. processus continuatur, ut justitia hujus sanctæ synodi ad hominum constantiam manifestetur. Dudum, ut diximus, etiam absque ulteriori deductione processus poterat fieri depositio. Videmus mala plurima per conculcationem auctoritatis ecclesiæ & sacrorum conciliorum exoriri. errores insurgunt, & adversus determinationes universalis ecclesiæ in materiis fidei plures jam sua dogmata impune asserere audent: censuræ ecclesiasticæ contemnuntur; decreta & canones vilipenduntur, atque exinde vitia laxatis frenis per orbem debacchantur: discordiæ, divisiones, schismata, in immensum vigent. quælibet fere vacans ecclesia duos patronos habet. Unus eligitur: alteri per reservationem providetur. Omnis inobedientia, omnis transgressio, jam per orbem elevatur: quod sancta synodus ordinat, Romanus pontifex inficit: quod ipsa ligat, ille absolvit. Conscientiæ Christianorum in magnum labyrinthum præcipitiumque ducuntur. Et quasi ubique excommunicationum & censurarum vinculis jam animarum copiosa multitudo alligatur, judicialiaque detrimenta Christianitas universa sustinet. Et, dum nulla fit abusuum correctio, vitia dimittuntur impunita. Sed & omnipotentis Judicis ira, quam peccatorum multitudo concitavit, multis jam modis flagellare conspicitur populum suum, ut convertatur ad pœnitentiam. Et si hoc concilium tantis laboribus congregatum & continuatum absque aliarum rerum dispositione per resistentiam Romani pontificis aut quidquam aliud superveniens dissolvatur, quantam putas universæ ecclesiæ totique Christianitati desolationem & confusionem fore secuturam? Quid autem in hac perplexitate rerum agendum sit, quo pacto ecclesiæ providendum, non facile existimare potest humana consideratio: sed sperandum est in misericordia omnipotentis Dei, quod hanc sanctam synodum in suo nomine congregatam in eam partem diriget quæ magis placita erit suæ majestati: & quod synodus ipsa dictaverit, cujus notoria est auctoritas, id omnes amplexabuntur qui ecclesiæ filii obedientes esse volent. Quod si in ea re huic sanctæ synodo obediendum non arbitraris, quam tamen universalem ecclesiam repræsentare in ipsa schedula tua censes, sed unumquemque principem adversus synodale judicium proprio judicio putas inniti debere, & qui ex alia parte dicis omnem potestatem ademptam esse summo pontifici, & hoc tantum sibi relictum, quod nudum & inane pontificis nomen habet, ita ut verius imago ponti-

Nimis vor elevatis Romani pontificis auctoritatem, qui tonus ecclesiæ passus est.

Imo plurima mala peperit elevatio auctoritatis Romani pontificis, cui vos plus satis detrogatis.

ANNO CHRISTI 1438.

pontificis quam pontifex dici possit, adjiciens quod A omnis administratio ad hanc sanctam synodum devoluta est, obi jam obedientiam ecclesiæ positam putabis, si nec syodo judicanti nec Romano pontifici obediendum arbitraris ? Quæ deinceps etic sacrotum conciliorum auctoritas, si unusquisque illorum judicus in reformatione capitis & membrorum obediat quando velit, qnando non velit non obediat, aut priusquam aliquid judicatum sit de non obediendo protestetur, nisi eo modo synodus & eo tempore judicet, quo ipsa convenire arbitrabitur præsens judicium suum judicio universalis ecclesiæ in tantis tamque arduis rebus ? Hæc quidem, Francisce, valde periculosa sunt in Chtistiana religione & ecclesia Dei, & quid in se importeot B alio rempore poterit latius aperiri. Nec credimus illustrem dominum tuum, qui ecclesiæ devotissimus & obedientissimus semper esse speratur, talia sun oomine dici ant fieri jubere. Potius te, o Francisce, bumilitet, sicut decet ecclesiæ filium, consilia tua & auxilia subministrare decet, & sine intermissione orare cum ceteris fidelibus, ut Christus hanc sanctam syoodum & ecclesiam soam dirigat in agendis, quam adversus synodale judicium protestari, quod an futurom sit, vel quale futurum sit, ignoras: atque præfigere modos universali concilio ex tua sententia, qui si non observentut ut vis aot sentis, omnia injusta, invalida & nulla esse etiam protestaris, & impingis huic sanctæ synodo impetnosam Romani pontificis depositiotiem: quæ an ad C depositionem procedet, vel qualiter & quando nondom ipse cognoscis. Ad pacem nos invitas, quam ntinam post longævam adeo expectationem vel tna devotio vel alius quilibet attulisset. At etiam impræsentiarum videmns impugnationem continuam hujus sacri concilii, & universæ ecclesiæ turbationem gravissimam, schismatisque continuationem in alterius prætensi concilii perduratione; pacem vero minime conspicimus, quam summopere desideramus, & pro cojus assecutione sperata hucusque distulimus & differimus eam proferre sententiam, quam, velut superius præmissum est, ferre poteramus. Sed neque dilationibus continuis in D magnnm gravamen universæ Christianitatis res istæ duci semper poterunt, sicut per dispendiosas missiones processuum ad principes hincinde dispersos & longinquas eapectationes agendum tua insinuat nratio; quæ intra se repugnantiam quamdam gerere videtnr, dum quærit processus hujus sanctæ synodi ad universos principes mitti, & nihilo minus ipsos completi aut ulterius deduci non vult. Et quomodo fieret ut mitterentur, si oon prius complerentur & perficerentur, ut in coovenienti forma ostendi possent ? Vt itaque finem nostra responsio accipiat, neque pacem tecusamus, neque de depositiooe fienda quidquam adhuc certum determinavimns, neque ullareous protestationem tuam per te factam aut similes ob superiores ratiooes admit- E tere possomus, nec admittimus; quinimo si in hac forma proreftationis persistere voles, quod non speramus, oporteret nos pro defensione ecclesiæ Dei & auctoritatis ejus ad alia juris remedia recurrere. In tebns antem agendis sic favente Christi gratia procedet hæc sancta syncdus, ot nec illostris princeps tuus, nec quisquam fidelium, possit cum ratione conqoeri.

Datum in congregatiooe nostra generali decimotertio Kalendas Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimooctavo.

ANNO CHRISTI 1439.

XII.

Responsio synodalis ad schedulam presentatam in deputationibus per oratores principum super mutatione concilii in alterum ex tribus locis, etiamsi papa & Græci non consentirent.

Sacrosancta generalis, &c. ad futuram rei memoriam.

Andiat vestra caritas, venerabiles & circumspecti viri oratores serenissimorum regum Romanorum & Francorum atque etiam ceterorum regum & principum, qui per hos dies huic sanctæ synodo Basileensi præsentes adfuistis, ea quæ super rebus per vos propositis zelus domus domini nos in auxilio B ipsius divinæ pietatis confidentes respondere urget atque compellit. Commendamos quidem in primis & ipsorum principum vestrorom piam devotionem, & vestram ad booum nniversalis ecclesiæ, in quod pariter universa nostra vota & desideria sednlo adspirant. Quid enim aliud hæc sancta synodus tantis tamque assiduis labotibos jam per octo fere aonos continuatos efficere cupit, nisi ut ecclesia Christi & salubri dispositione regatur, & optima pace & tranquillitate refloreat ? Sed ut nos & vos auxiliante pacis & salutis auctore Christo Iesu tandem id consequi valeamus, qood omnes communi consensu optamus, non supervacuum erit de necessitatibus & periculis, in quibus ipsa versator ecclesia, quidquam dicere: quæ etsi aliis oostris decretis & epi- C stolis magna ea parte commemorata sint, tamen, his jam ad memoriam cunctorum recenter dednctis & pleoius intellectis, salutaria remedia facilius inveniri poterunt, & efficacius præstari. Non latet discretiones vestras quanto conato jam tribus conciliis generalibus, Constantiensi, Senensi, & hoc præsenti Basileensi elaboratum sit pro pacifico & ordinato regimine ecclesiæ sub lege domini & canonicis regulis disponendo, ut non per varios abusus assidue increscentes ipse status ecclesiasticus decoloraretur & in deteriora ruere sineretur, in offensam divinæ majestatis & periclitationem, confusionem atque turbationem maximam universæ Christianæ D religionis. Neque inficiari possumus id esse beneplacitum divinæ voluntatis, ut hæc restauratio decoris domus Dei, & reformatio salutaris ageretur, pro qua efficienda jam hæc tria generalia concilia in Spiritu sancto legitime congregata fueruot, prout ipsi summi pontifices & universi ecclesiæ ministri, atque etiam reges & principes Christiani professi sunt, & omnis plebs catholica cognovit. Et ut dolorum præsentium originem aperto sermone dicamus, pro hac una causa reformationis ecclesiæ in capite & in membris, quam cum aliis operibus exstirpationem hæresum & pacificationem Christianorum principum concernentibus hæc sancta synodus multa solicitudine & vehementi instan- E tia prosequi cœpit, tot & tanta perturbationum genera quæ conspicitis adversus eam excitata sunt. Cum enim decreta salobria super celebrandis electionibus prælatorum, tollendisque exactionibus, quæ sub prætextu annatarum in collatiooe dignitatum & beneficiorum ac ecclesiarnm provisione intervenire solebant, atqoe insuper de prælatis non transfereodis invitis, de terris ecclesiæ Romanæ non alienandis, & alia quædam edidisset, sperans dominum Eugenium papam IV. non solum ea amplecti & maxime exequi, verum etiam ceteros verbo & exemplo ad observantiam sacrorum canonum inducere, præsertim visa adhæsione quam huic sacro concilio præstiterat, ubi expresse affirmabat ipsum concilium debere continuari & progressum habere

ad

Anno Christi 1439.

ad reformationem ecclesiæ in capite & in membris, ac pertinentia ad ea: idemque concilium pure, simpliciter, & cum effectu ac omni devotione prosequebatur, ut dicebat & intendebat prosequi, sicut in literis suis patentibus more Romanæ curiæ bullatis, & per cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ tunc apud eum consistentes subscriptis, atque in nostra synodali sessione solenniter præsentatis & publicatis, latius continetur. Vidit autem deinceps hæc sancta synodus, quod quasi passim electionibus obsistebat, reservationibus contrariis utendo: exactionesque pecuniarum in collationibus beneficiorum & dignitatum magis in dies crescebant in illaqueationem animarum, depauperationem regnorum & provinciarum, violationem voluntatiam sacrorum canonum, & parvipensionem auctoritatis concilii generalis, a quo canones ipsi editi erant, unde futurorum generalium conciliorum parvipensio & gravis contemptus imminere videbantur. Nec sic tamen cessavit sancta synodus a prosecutione inchoati sanctissimi operis reformationis ecclesiæ, ut voluntati domini Dei sui pro viribus obsequeretur. Promulgati sunt canones de numero & qualitate cardinalium, de restringendis supervacuis reservationibus beneficiorum, de sublatione multitudinis gratiarum expectativarum, & causis in partibus ubi oriuntur ordinate tractandis. Nec non & alia plura salutem & tranquillitatem totius ecclesiæ concernentia, multoque ampliora & in breviori tempore pro publica salute edita fuissent, si non gravissima impedimenta obstitissent, quæ huic sanctæ synodo quasi assidue procurata fuerunt. Quantum vero & canones ipsos & auctoritatem condentis reveritus fuerit ipse dominus Eugenius, facta, proh dolor, nimis in adversum multiplicata testantur. Admonitus est pluribus vicibus cum omni caritate ut animum suum ad eorum observationem inflecteret quæ pro salute gregis dominici statuta erant, nec potestatem sibi in ædificationem ecclesiæ datam verteret in destructionem. Et ne in quibusdam super minus sufficienti provisione temporalium aliquam prætenderet excusationem, obtulit ei sancta synodus, si indigeret, convenientem provisionem exhibere, dum animum suum ad observationem decretorum synodalium videret benigne inclinatum. Ipse autem, quod dolenter referimus, nimium dure in adversum obstitit. solvebatque insuper quos ligabat sancta synodus, & ligabat ipse quos hæc solvebat. Quibus ex rebus plurima scandala, divisiones & schismata tum in ecclesiis particularibus, tum in generali facto universalis ecclesiæ exorta sunt. Visusque est in hoc unum vehementer aspirare, ut hoc concilium sic reformationi intentum abrumpere & aliud in ea parte Italiæ quæ sibi magis placeret eligere posset, ut omnia magis ad suum libitum tractarentur: quod nec beneplacito divinæ voluntatis consentaneum, nec saluti dominici gregis, nec conservandæ auctoritati sacrorum conciliorum accommodum, attentis præfati domini Eugenii actibus, hæc sancta synodus existimavit. Cum vero suum in ea re desiderium explere aliter non posset ipse dominus Eugenius, cogitavit sub umbra Græcorum hoc tandem assequi. Qui quidem antea voluerat ut cum eisdem Græcis in Constantinopoli conventio fieret. Iamque orator suus cum imperatore Romæorum ita fiendum esse convenerat, si hoc sanctæ synodo placuisset. Verum ipsa ex hoc grave periculum fidei catholicæ judicavit posse imminere, si in eo loco tam remoto ab ecclesia Latina in faucibus Turcarum constituto res illæ concludi & tractari haberent. Sed dum eadem sancta synodus in eo proposito perseveravit, ut Græcorum ipsorum in regiones istas occidentales procuraretur adventus, locumque nominavit, in quo juxta conventiones cum ipsis habitas de ipsorum ageretur unione. Nam & singulariter pro unione Græcorum & orientalium prosequenda eadem sancta synodus inter cetera fuit a principio congregata, ac insuper pro expensis necessariis subsidia exquisivit, tum ab universis populis fidelibus per indulgentiarum largitionem, tum singulariter a civibus Avinionensibus per mutuationem pecuniæ. Novit Deus quanta impedimenta ex parte ipsius domini Eugenii & suorum in his præstita sunt, ut tandem, deficientibus pecuniis & subsidiis sacro concilio, in eam partem Italiæ, quam idem dominus Eugenius desiderabat, transire cogeretur; sicque per medium auri & argenti, in quo prævalere sperabat, facta concilii & ecclesiæ in suam redigeret voluntatem. Sed cum divina miseratio nec in his necessitatibus concilium desereret, subsidiaque tum ex mutuo Avinionensium, cum ex devotione populorum suppeterent; quorum ope sancta synodus suam legationem in Constantinopolim pro conductione Græcorum transmittebat: nec sic, proh dolor, cessavit idem dominus Eugenius aliud concilium, prout ei libitum erat, velle erigere, & Græcos perduci facere in locum qui sibi placebat nullatenus electum per hanc sanctam synodum, sicut ex conventionibus inter ipsam & eosdem Græcos habitis & per ipsum dominum Eugenium expresse approbatis eligi & nominari debebat. Quodque singulariter advertendum est, non solum conventioni habendæ in loco per concilium nominato obsistebat, imo & eum locum qui per suos præsidentes inter alia loca, licet nulliter & de facto, sicut in aliis nostris decretis & epistolis lucide ostendimus, nominatus erat, quique pecunias & galeas protunc parare conabatur, rejecit ac recusavit. Vidit autem hæc sancta synodus ex ea re schisma gravissimum jam parturiri per alterius prætensi concilii contra hoc verum concilium, & altaris contra altare dispositam erectionem, ad quam perficiendam ipse dominus Eugenius jam de facto alias galeas aliosque oratores in Græciam transmittebat, in contrarium illorum qui ex parte concilii missi erant. Unde periculosissima gregi dominico vastatio parabatur & perplexitas animarum, irreparabilisque jactura auctoritatis sacrorum conciliorum & canonum synodalium imminebat, dum sic aut ecclesiam scindere, aut ipsius ecclesiæ facta in suæ libitum voluntatis redigere dominus ipse Eugenius conari videbatur. Non potuit dissimulare synodus, quæ multum patienter facta ejusdem domini Eugenii adversus ejus decreta & bonum regimen ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus longo tempore sustinuerat, quo minus ad ejus evocationem & citationem procederet; recepta etiam prius informatione summaria super his quæ de abusibus speciem simoniacæ labis habentibus, alienatione & destructione plurium terrarum Romanæ ecclesiæ, perjurio, ac aliis in nostro citatorio synodali plenius designatis, fama publica ferebat, ut, priusquam vulnera illata ecclesiæ cunctorum matri validioribus incrementis aggravarentur, super ipsius ecclesiæ regimine opportuna quæreretur provisio. Quid autem egerit vocatus ad synodum, pro Deo attendite: non solum non venit, imo nec minimum servulum mittere dignatus est: neque non mittere contentus fuit, verum insuper synodum ipsam auctoritate apostolica, ex plenitudine potestatis ac ex certa scientia in Ferrariam se transferre dixit, casu quo virtute citatorii synodalis in aliquo procederetur, aut fieret aliqua novitas contra eum & sacrosanctæ

Videat lector bullam retractationum Pii II. qua Eugenius gravissime defenditur.

Et cur non liceat pontifici ex justa causa &c.

Romanæ

ANNO CHRISTI 1439.

lio transferre synodum?

Romanæ ecclesiæ cardinales, aut contra aliquem A præsidentium oratorum suorum, qui in concilio fuerant, excepta causa Bohemorum, per triginta dies dumtaxat Basileæ tractanda, cum alter suorum præsidentium protunc archiepiscopus Tarentinus, quem in literis præmissæ translationis nominavit, ad judicium synodale vocatus esset, occasione certarum literarum super quodam prætenso decreto confectarum, de quo in eadem translatione mentio habita est, quas tamen literas falso & clandestine bullatas fuisse constitit, prout in decreto vigesimæseptimæ sessionis hujus sanctæ synodi, extitit declaratum. Cognoscebat ipse dominus Eugenius esse verum & legitimum concilium in Basilea, & expresse tam ipse quam sui præsidentes ipsum in eodem loco firmum persistere debere condixerant & firmaverant, B saltem usque ad adventum imperatoris & patriarchæ Græcorum in ultimum portum cittamarinum. Et, si interim aliqua necessitas mutandi locum supervenisset, mutari debebat concilium in locum propinquiorem ejusdem nationis juxta decretum concilii Constantiensis, quod incipit, Frequens, sicut in conventionibus firmatis cum Græcis expresse cautum erat. Sciebatque multipliciter fuisse declaratum per hanc sanctam synodum, etiam ex tempore primæ dissolutionis per eum attentatæ, quod concilium per neminem cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis, dissolvi, aut de loco ad locum mutari, sine ipsius consensu poterat: quam esse veritatem juris C divini, & articulum qui fidem concernit, frequentius synodus ipsa ostenderat. Unde nullarenus tolerare potuit eadem synodus hanc translationem prætensam, quam ipse dominus Eugenius, non obstantibus quibuscumque decretis concilii Constantiensis & istius Basileensis, & conventionibus habitis cum Græcis, per ipsumque approbatis, & declarationibus factis in materia fidei, attentasse comperiebatur, quibus omnibus derogatum esse velle videtur ex eo solo capite, si procederetur contra aliquem suorum præsidentium oratorum. Minusque poteft tantus error in summo pontifice quam in quocumque viventium tolerari, quanto magis ipsum in fide orthodoxa eruditum esse, & recte sapere convenit, D ne (quod absit) totum corpus gravis morbus invadat, si languor non fuerit curatus in capite. Viderequé possunt clarissime omnes intellectus hominum, auctoritatem sacrorum generalium conciliorum aut nullam aut minimam deinceps haberi respectu summorum pontificum, si permitteretur ut concilium auctoritate apostolica transferrent, casu quo procederetur contra ipsos aut aliquem suorum. Dicit veritas fidei in sacro Constantiensi concilio declarata, quod concilium generale universalem ecclesiam repræsentans potestatem a Christo immediate habet, cui etiam summus pontifex obedire tenetur in his quæ pertinent ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Ecce citatur ipse dominus Eugenius super non observantia decretorum E synodalium concernentium ipsam generalem reformationem capitis & membrorum, aliisque ad eamdem pertinentibus. Ipse autem præcipit concilio ne ulterius in his procedat: alioquin ipsum extunc transfert in Ferrariam: pœnas & censuras, licet tamen nulliter & de facto, in omnes qui post actus conciliares Basileæ exercuerint fulminat. Addidit etiam, ut factum Bohemorum, pro quo tot millia hominum interierant, eo casu ultra triginta dies non tractaretur in Basilea, ubi oratores regni Bohemiæ eo tunc constituti erant, cum quibus sancta synodus super declaratione articuli de communione sub utraque specie gravibus & maturis disputationibus ac discriminibus laborabat. Poteftne, o venerabiles oratores, hanc taliter attentatam dissolutionem & translationem hæc sancta synodus tolerare, aut sub dissimulatione transire, ubi per eam, dum prima ejus dissolutio longe minus gravis quam hæc secunda fuerat perpetrata, responsum extitit oratoribus ipsius summi pontificis in responsione synodali, in qua septem cardinales aderant, & legatus apostolicus præsidebat: Hic articulus fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest, malumus mori, quam tanto errori perignaviam cedere. Hæc verba iisdem dicta fuerunt, quæ nunc multo magis dicenda veniunt, ubi post declarationes super hoc factas per ecclesiam, post promissiones ipsius domini Eugenii quod abstineret in futurum a gravaminibus B inferendis concilio & suppositis ejus. Hæc prætensa novissima translatio sub talibus conditionibus, quæ nulla ratione colorari possunt, & tali tempore facta est, quod si oportuit, ut primam dissolutionem, sine consensu ipsius concilii attentatam, declararet ipse dominus Eugenius nullam, irritam, & inanem, quanto magis de hac iterum attentata prætensa translatione hoc agere necesse est? Sed ulteriora prosequamur. In vim hujus translationis novissimæ idem dominus Eugenius aliam congregationem sub nomine generalis concilii apud Ferrariam erexit, etiam ante adventum imperatoris & patriarchæ Græcorum, declaratione præmissa, quod conditio posita in C præfata translatione jam erat adimpleta, eo quod sua contumacia fuerat per synodum declarata, dum ad synodum ipsam (ut præfertur) nec unum servulum mittere dignatus est. Ecce fundamentum erectionis alterius prætensi concilii & altaris contra altare, imo contra universalem ecclesiam: non solum adversus decreta Constantiensis & hujus Basileensis conciliorum, verum etiam expresse contra ea quæ per suos præsidentes in prætensa decretatione sua nominationis locorum ordinata fuerant, & quæ in conventionibus Græcorum approbatis (ut præfertur) per eumdem dominum Eugenium habebantur. Considerate in vero judicio, qualiter hoc factum a schismate excusari possit, præsertim ubi jam- D dudum in octava sessione hujus sanctæ synodi, præsidente sedis apostolicæ legato, etiam ante ipsius domini Eugenii adhæsionem, fuerat solenniter declaratum, quod sicut unica est Christi ecclesia, sic non potest esse nisi unicum generale concilium ipsam repræsentans. Et quod si contingeret aliam congregationem sub nomine generalis concilii, durante isto, erigi per quemcumque cujuscumque dignitatis, etiamsi papalis, non foret concilium ecclesiæ catholicæ, sed schismaticorum conventiculum. Hæc verba ibidem habentur. Conspicite pro Dei reverentia, si post horum perpetrationem causam legitimam, imo urgentissimam, habuit hæc sancta synodus decernendi & declarandi ipsum dominum Eugenium papam fuisse suspensum ab omni administratione E papali, lapsis quatuor mensibus a die prætensæ dissolutionis seu translationis per eum (ut præfertur) attentatæ, præmissa monitione per solenne decretum, ut infra illud tempus quatuor mensium ipsam translationem revocare haberet, sub pœna ipsius suspensionis ab administratione papali ipso facto incurrendæ, juxta formam quæ dudum in decreto undecimæ sessionis hujus sanctæ synodi ordinata fuerat. Poteftne aliquis huic suspensioni contradicere, quæ facta est a legitimo generali concilio universalem ecclesiam repræsentante, & ex tam urgentissimis causis, post tantum contemptum decretorum synodalium, continuationemque abusuum & deformitatum; post tam gravem læsionem auctoritatis generalium

ANNO CHRISTI 1439.

Cardinales plerique & legatus ipse veniam postea ab Eugenio petierunt.

ANNO CHRISTI 1439.

neralium conciliorum; quam fidem tenemus ex determinatione universalis ecclesiæ nobis tradita, quá quilibet Christianorum tenetur usque ad animam & sanguinem defensare: post schisma perpetratum, propter quod merito sibi obedientia subtrahenda erat, dum (ut verbis dicamus beati Cypriani) se separabat a collegio sacerdotum & vinculo ecclesiæ, quo casu de Novatiano dicit idem Cyprianus, quod episcopi potestatem non potest habere nec honorem, qui episcopatus nec habere voluit unitatem nec pacem: post manifestam contumaciam & apertam rebellionem, dum sic ipse dominus Eugenius notorie & incorrigibiliter ecclesiam Dei scandalizabat? Quæ etiam suspensio decreta & declarata fuit ante adventum imperatoris & patriarchæ Græcorum ad ultimum portum citramarinum. Nam supradictus terminus quatuor mensium effluxerat, quo tempore concilium ipsum adhuc durare in Basilea nullus, quovis quæsito colore, ambigere poterat. Quid autem post ipsorum Græcorum adventum in erectione cujuslibet congregationis sub nomine generalis concilii efficere potuerit, sive apud Ferrariam, sive ad quemlibet locum alterum, cum jam ab administratione papali legitime suspensus esset, vos præclari oratores lucide conspicere potestis, etiam absque aliis necessariis rationibus, quas latius in aliis decretis & epistolis nostris deduximus. Et ut adhuc parumper de hac suspensionis evidentia summatim loquamur, determinationes præcedentes universalis ecclesiæ in hoc advertite. Olim Constantiense concilium in eo maxime decreto quod incipit, Frequens, pluribus in casibus decrevit summos pontifices suspensioni ab administratione papali subjacere debere, propter bonum universalis ecclesiæ: & in ea sessione, quam super auctoritate conciliorum generalium celebravit, expresse statuit & declaravit, quod si quis, etiam summus pontifex, mandatis, statutis, sive ordinationibus, aut præceptis cujuslibet concilii generalis universalem ecclesiam repræsentantis obedire contumaciter contempserit in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, ad alia juris remedia, si opus fuerit, recurrendo. Deinde in undecima sessione hujus sanctæ synodi statutum fuit, quod si summus pontifex in futurum attentaret concilia generalia actu congregata dissolvere, aut de loco ad locum mutare sine consensu ipsorum, nisi resipisceret infra quatuor menses, suspensionem ab administratione papali incurreret ipso facto. Et si hanc sustineret per duos menses animo indurato, ad depositionem ipsius procederetur. Subsequenter in duodecima sessione fuit monitus ipse præsens summus pontifex, ut dissolutionem concilii per eum tunc attentatam revocaret infra sexaginta dies: alioquin extunc prout exnunc esset suspensus ab omni administratione papali. Postquam hæc omnia præcesserant, ipse dominus Eugenius adhæsit huic sacro concilio, dicens ipsum legitime ab initio sui fuisse continuatum, non obstante præmissa dissolutione, quam expresse declaravit nullam, irritam & inanem. Exinde oratores sui, ad præsidendum in concilio deputati, juraverunt expresse suis nominibus decreta concilii Constantiensis super auctoritate generalium conciliorum edita, atque insuper decreta concilii Basileensis manutenere & defendere. Quis post tanta tamque solida universalis ecclesiæ testimonia ambigere aut in dubium revocare potest, si præfata suspensio per hanc sanctam synodum decerni ac declarari potuerit ac debuerit quod non solum clarissime conspicitur, verum etiam illud irrefragabile est, quod postquam suspensionem ipsam dominus Eugenius sustinuerat per duos menses animo indurato, ad ejus depositionem procedere incumbebat synodali judicio. Sed quantam in ea re mansuetudinem observaverit sancta synodus, quam benigne supplicationibus vestrorum serenissimorum principum condescenderit, vos venerabiles oratores pro Deo attendite. Iam eamdem suspensionem summus pontifex per annum integrum sustinuit animo indurato, & ecce depositionem ejus distulimus usque ad hoc tempus, processusque adversus eum inchoatos tardiori gressu deduci & continuari fecimus, expectantes si forsan ad preces vestrorum principum, aut aliunde quomodolibet excitatus, reverteretur ad cor, & ad ea quæ sunt salutis, unionis, pacis & boni regiminis ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus efficaciter converteretur, si tandem ecclesiam monentem & corripientem audiret, ne ipsum oporteret haberi, juxta verbum Christi, sicut ethnicum & publicanum. Quantas vero interim persecutiones adversus hanc sanctam synodum pro salute ipsius laborantem excitavit, considerate: quantum in se erat, licet tamen nulliter & de facto, omnia supposita ipsius sanctæ synodi excommunicare, privare, inhabilitare conatus est, nisi suæ prætensæ dissolutioni parerent. Interdictum in civitate Basileensi servandum statuit, nisi cives Basileenses concilium ipsum a civitate sua ejicerent. Victualia ad nos deferri prohibuit, & portantes eadem spoliari concessit, atque ipsorum spolia cedere occupantibus. Insuper quoque literas suas more Romanæ curiæ bullatas mandavit, ut in ipsa supposita concilii fieret persecutio tamquam in hostes fidei Christianæ, appellans hanc sanctam synodum perfidam iniquorum synagogam. Postque venerabilis episcopus Visensis, & dilecti ecclesiæ filii Ludovicus de Vrbe sedis apostolicæ protonotarius, Dionysius de Sabentayz sacræ theologiæ professor, & Stephanus Ploneru decretorum doctor, oratores nostri, realiter capti fuerunt, sumpta occasione per captivantes, uti accepimus, ex mandatis domini Eugenii. Sed dominus in his omnibus nobis adjutor fuit, pro cujus ecclesia persecutiones pati non refugimus, scientes quoniam ipse dominus ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Et quamvis plurima temporalia damna, dispendia & pericula nobis afferat in hoc loco tam longi temporis expectatio, cum innumeris sumptibus & laboribus, tamen non possumus hanc in Deum nostrum offensam committere, ut ecclesiam ejus ruere, inceptamque restaurationem sanctissimæ legis suæ in cordibus hominum, & necessariam reformationem Christianæ religionis * deferri atque abjici, nec veritatem & justitiam in diebus nostris miserabiliter conculcari patiamur: sed misericordiam salvatoris nostri jugiter exorabimus, ut ipsam ecclesiam suam adversus persecutiones suscitatas assidue tueatur, nobisque in eo proposito perseverare donet, ut nullus adversitatis impetus, nulla persecutionum magnitudo nostros animos dimoveat, quo minus sancta opera, propter quæ hæc universalis ecclesiæ synodus congregata est, in realem effectum deduci procuremus, & auctoritatem universalium conciliorum, per quam fidei integritas, & ecclesiasticæ disciplinæ vigor, omnisque regula Christianæ vitæ conservari habet, sustineamus illibatam, non quærentes in ea re quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi & salutis animarum. Alia quoque plura specialia de gestis tam per summum pontificem, quam etiam per suos qui ad diversas regiones missi fuerunt, nequaquam per singula commemorata

Eugenius, certe non sine insigni contumelia potest Novatiano comparari.

Sessione 4.

Certe Gregorius dicit etiam non justam pastoris sententiam esse formidandam.

Matth. 5.

* forte deseri

Sed hæc contra ecclesiæ pastorem pertinacia a multis reprehenditur: & fuit certe exempli non boni; præsertim vix uno cardinale Basileæ manente, ceteris episcopis tibus.

ANNO CHRISTI 1439.

ANNO CHRISTI 1439.

* forte tacendam putamus in

tare de præsenti volumus. Sed illam gravissimam offensam Dei nostri & ecclesiæ suæ, atque etiam humanæ naturæ, nequaquam * tacenda est in personam Heraldi illustris principis Pedemontium perpetratam: quem ad Græciam præmiserant legati nostri, qui super una galea oratorum summi pontificis captivatus, & torturæ expositus, nusquam comparet: & in mare projectum demersum fuisse accepimus. Verum divinam exoramus clementiam, quatenus cor ipsius summi pontificis ita convertere dignetur in viam veritatis, salutis & pacis, ut non ampliora de his loqui, aut scribere necesse sit, sed omnibus emendatis, ecclesia cunctorum mater de ipsius probis actibus in domino gaudeat. Iam vero clarissimi oratores ad ea venimus, quæ super mutatione loci pro celebratione concilii nomine vestrorum principum postulastis. Opportunum quidem fore proposuerunt discretiones vestræ, ut locus alius huic sacro concilio tutus & accommodus eligeretur, in quo cum Græcis haberetur conventio, servata ex integro auctoritate generalium conciliorum, & hujus præsentis Basileensis concilii, quod universalem ecclesiam repræsentare devotis & fidelibus animis profitemini. Nos quoque pacis & unitatis amantissimi, ipsorum principum vestrorum votis, quantum cum Deo possumus, condescendere cupientes, aures benignas cunctis in ea re per vos proponendis accommodavimus. Petierunt autem deputati hujus sanctæ synodi, inter quos cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates & doctores insignes erant, ut media aperire velletis, quibus res istæ perfici possent. Vos ad hæc respondistis ut illi potius ea aperirent, qui de auctoritate conciliorum generalium & rebus eam concernentibus amplius informati erant, atque in his ultra jam per septennium occupati. Ipsi vero suasioni vestræ morem gerentes huic negotio operam dederunt. Et cum plurima in ea re pericula cernerent subversionis ejusdem auctoritatis conciliorum generalium, atque deperditionis inchoatorum operum, reformationem ecclesiæ in capite & in membris concernentium, certa capitula conceperunt, per quæ his periculis obviare pro sua fidelitate conabantur. Et si vere eadem capitula, dum a vobis audita fuerint, non a justitia & sanctitate deviare arbitremini, tamen quoniam difficile fore existimabatis, summum pontificem ad hæc inducere, alia capitula concepistis, quibus completis, hanc fieri posse loci mutationem. Vos autem majorem partem vestrum * advisasse dicebatis: super ipsis quoque per vos avisatis deinceps nostri deputati nonnulla quæ addenda videbantur, & quædam etiam subtrahenda, exinde annotaverunt: circa quæ deinceps mutuam collationem habuistis.

Solus Arelatensis cardinalis mansit Basileæ, Eugenio infensissimus.

* avisasse

Hæc autem sancta synodus omnia maturo examine ponderans, quæ tam per deputatos suos, quam per devotiones vestras librata fuerunt, jam impræsentiarum grandia pericula vestris devotionibus exponere duxit ex hac mutatione sibi ac toti ecclesiæ evidenter imminentia: quibus non satis cautum esse per capitula quæ a vobis concepta sunt vestræ discretiones facile possunt advertere. Primum quidem, de nullitate dissolutionis ac translationis prætensæ hujus sacri concilii in Ferrariam per summum pontificem recognoscenda, nullam fecistis mentionem: quam nullatenus per ecclesiam tolerari posse superiores rationes ostenderunt: neque sola cessatio congregationis Ferrariensis, de qua fecistis mentionem, grave vulnus in hoc illatum ecclesiæ quoquomodo sanaret. Secundo, tria loca per synodum nominanda proposuistis, ita ut alterius ipsorum oportio per dominum papam & Græcos fieri haberet, cum tamen venerabiles & discreti oratores serenissimi regis Romanorum, & venerabilium ac illustrium principum electorum sacri Romani imperii, tam in propositionibus per vos factis, quam in petitionibus scripto tenus præsentatis, a principio duntaxat locum alterum pro œcumenico concilio celebrando quæsieritis, & posset concilio periculum imminere, dum illum locum qui minus accommodus & securus nobis esset, papa cum Græcis fortasse assumeret. Tertio, non expressistis quod dominus Eugenius in talem locum consentiret, tamquam auctoritate hujus sacri concilii universalem ecclesiam repræsentantis nominatum: neque aliquod verbum in vestris avisamentis percepimus, per quod ipse hoc Basileense concilium legitime continuatum recognoscere haberet: quod tamen necesse est, si summus ipse pontifex cum hac sancta synodo, atque etiam cum religiosis principibus vestris unum sentiet, & pacem & unitatem confovere velit, ac futuris quæstionibus & controversiis obviare, quæ in altero loco exoriri possent. Quarto, de observatione synodalium decretorum & reformationis executione, pro qua hæc sancta synodus gravissimos labores tanto tempore sustinuit, & quæ intantum divinæ legi beneplacita, salutique dominici gregis necessaria judicata est, nullam mentionem expressam fecisse videmini: neque etiam super observatione gestorum in materia justitiæ, gratiæ, seu indulti, in hac sancta synodo, per ipsa avisamenta vestra habetur provisio aut securitas, ex qua re quamplurimæ turbationes in diversis regionibus provenirent, nisi opportune provideretur. Quinto, de modo transferendi concilium ad locum alterum, & qualiter procedetur in illo loco, saltem ab initio nihil avisamenta vestra dixerunt, nisi tantum quod modus ille observabitur quem concilium ibi existens determinabit. Dum vero ibi deventum esset, dicerent forsan aliqui solos pontifices vocem diffinitivam habere, & a votis illorum concludere vellent: alii, abbates, doctores & priores, & capitulorum procuratores, aliterque debite qualificatos insignes viros, non excludi debere, & a majori parte omnium conclusiones habendas arbitrarentur. Rursum quidam per deputationes, alii per nationes procedere conarentur: facileque esset concilium inter has dissensiones dissolvi, maxime attento conatu quem præsens summus pontifex ad ipsam dissolutionem hactenus exercere visus est: sicque tandem posset contingere, ut parvipensis decretis synodalibus, & quodammodo sepulta auctoritate generalium conciliorum, summi pontifices pro libito voluntatis agere possent quidquid eis videretur, dum adversus hoc concilium, cui incorporati fuerunt omnes reges Christiani, & quod tanta auctoritate fundatum extitit, in ipsius tali dissolutione & elusione post tanta certamina prævaleret moderni domini Eugenii voluntas: quod quam esset perniciosum & damnosum toti ecclesiæ atque Christiano populo, vosipsi considerate. Quare necesse est, si concilium transferri debet, ut cum magna cautela his periculis obvietur, & de modo incipiendi progressum ipsius concilii in loco altero firma & stabilis conclusio ante translationem habeatur. Cum vero ibi solidatum & stabilitum fuerit concilium, si alios modos tenere voluerit, hoc in sua libertate manebit. Sexto, suspensionem summi pontificis ab administratione papali mox sublatam intelligi profertis, cum canones Constantiensis concilii professus erit, & in locum nominatum consenserit: quod nullatenus fieri posse, manentibus causis propter quas suspensio ipsa decretata est, vestræ discretiones clarissime conspicere possunt: quæ etiam ubi

Et tamen ecclesia reverenter agnoscit synodum Ferrariensem.

Imo nihil ecclesiæ perniciosius quam contemptus pastoris ecclesiæ. Vide Cypriani epistolas.

Anno Christi 1439.

ubi expurgatæ essent, & spes bona in spiritualibus & temporalibus io administratioue posset concipi, talem sublationem cum magna consideratione per solenne decretum effici coveniret: neque de admissione præsidentium ex parte ipsius summi pontificis, de qua in vestris avisamentis agitatur, mentio est habenda, priusquam ipsa suspensio aoferatur. Quod vero de censuris hinc & inde tollendis additum est, sciris ea quæ adversus hoc legitimum generale concilium in his facta sunt nulla prorsus esse, irrita & inania, sicut etiam dudum in decreto duodecimæ sessionis hujus sanctæ synodi extitit declaratum: & cum unica sit ecclesia, unicum est etiam generale concilium ipsam repræsentans, cui quilibet, cujuscumque status & dignitatis, etiamsi papalis, obedire tenetur. Nec in ecclesia contrariæ sunt potestates, a quibus contrariæ censuræ veraciter procedere possint, sicut & vos optime intelligere non dubitamus. Septimo, locum mutari quæritis, esto quod nec papa neque Græci venirent ad illom alterum locum, aut in eum consentirent. Quæ autem necessitas vel quæ utilitas id agere soadet, non aperuistis. Nec videtur quo pacto dominus Eugenius ibidem audiri haberet, sicut tangere videmini, dum neque in illum locum consentire, neque ad ipsum mittere vellet. Idipsum vero nequaquam conveniens esset, synodum io loco securo ac quieto & pacifico consistentem periculosæ translationi exponere sine fructu aut spe alicujus utilitatis, vel urgente necessitate. Octavo, quoniam non dixistis quid agendum erit, si dominus Eugenius ea quæ petuntur facere noluerit: poterimosne semper in talibus dilationibus, io his fluctuationibus ecclesiam periclitari permittere, & non sibi de aliquo providere remedio? Videtis quantæ dilationes concessæ sunt quæ nullom fructum attulerunt: imo pendentibus illis, ipse dominus Eugenius quamplurima in præjudicium ecclesiæ innovavit. Pendente quidem dilatione sexaginta dierum, post citationem ejus concilium dissolvere & transferre attentavit. Subseqoenter dilatione quatuor mensium, post dissolutionem ipsam congregationem Ferrariensem erexit. Deinde sub tertia dilatione duorum mensium, post suspensionem ipsius ab administratione papali, nos prædæ & spoliationi, aliisque persecutionibus antedictis exposuit, & Græcos ad se pro sui munimento attraxit. Longioribus deinde dilationibus ad rogamina principum per nos observatis, ipse interim nuntios per orbem transmisit, qoi suaderent corda multorum in viam ejus. Rursum, dom his diebus super tractatibus pacis * nobiscum occuparemur, ipse neqoe nobis neque vobis consultis prætensam translationem in civitatem Floreotinam fecit: & cum vos, venerabiles oratores, locum alterom in Germania expeteretis, ubi omnes convenire possent, ipse ad longiores regiones non parum accessu difficiliores se transtulit. Videtis quod inter has dilationes scandala continue crescunt: vilescit synodalis auctoritas: totus fere grex dominicus ob defectum pastoris provide regentis in præcipitium malorum dilabitur, & in his nullam medelam profertis, nullam securitatem remediorom datis, si summus pontifex huic sanctæ synodo & vestris desideriis condescendere recusaverit. Tandem designastis quod, dum sic ad alterum locum deventum fuerit, civibus Avinionensibus creditoribus ecclesiæ satisfiet. Nullatenus autem possumus aut debemus usque in id tempus sub eventu incerto satisfactionem eis debitam differre & prolongare, cum & pecuniæ jam collectæ pro ecclesia in diversis locis habeantur, quæ nullatenus nobis denegari juste possunt, tenemurque pro viribus agere ut quantocius sine mora quod debet sancta synodus restituat. Hæc itaque, clarissimi oratores, ponderare velint vestræ prudentiæ, & pro reverentia Christi salvatoris nostri efficacem operam impendere, ut res universalis ecclesiæ ad honorem Dei, salutem animarum, & veram pacem cunctorum, feliciter disponi possit. Vos omnes uno animo cum hac sancta synodo saluti ecclesiæ sanctæ Dei consolere curetis, & eam in suis necessitatibus efficaciter adjuvare. Nos vero, si in præmissis quæ necessaria sunt convenienter provisum fuerit, pro bono pacis & contemplatione serenissimorum principom vestrorum, atque singulariter pro unione Græcorum prosequenda, quam semper multo desiderio expetivimus, ad translationem hujus sanctæ universalis synodi in alterum locum securum, & rebus universalis ecclesiæ gerendis accommodum, condescendere parati erimus. Interim tamen non omissuri ea, quæ ad progressum hujus sacri concilii & operum per ipsum inchoatorum, tam in reformatione ecclesiæ in capite & in membris, quam in ceteris rebus, pertinere videbuntur, pro honore Dei & salute universalis ecclesiæ. Et nihilo minus totis viribus semper operam dabimus ut pax optima & beata tranquillitas per omnem ecclesiam vigeat, ad laudem & gloriam Spiritus paracleti, qui cum Patre & Filio unus est Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, decimo Kalendas Martii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimooono.

* forte nobiscum

Festis Ferrariæ sæviens cogit Eugenium trāsferre synodum.

XIII.

Responsio synodi ad schedulam oratorum principum de mutatione concilii in alium ex tribus locis, ubi inchoandum esset omnino concilium ad sex menses cum dimidio, nec interim contra papam procedendum.

Sacrosancta, &c. ad futuram rei memoriam.

Rem gravissimam, quam ab hac sancta synodo quæritis venerabiles ac circumspecti oratores, attentis considerantes animis, Deom nostrum, qui sua potenti dextera ecclesiam plantavit in terris, supplices oravimus & oramus, ut ea nobis loqui ac respondere donet, quæ sint ad suæ majestatis honorem & salutem omnium credentium, qui apostolis suis & discipulis, ut in tempore necessitatis loquendi fiduciam haberent, dixit: *Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Mutationem hujus sacri concilii in locum alterum, superiori tempore per vos expetitam, iterum postulatis. Spem quoque pacis ecclesiæ ex ea re concipere videmini: quam profecto pacem si per hoc medium possemus adipisci, jamdudum ipsam mutationem avidis animis quæsivissemus, qoooiam summo desiderio cupimus cū beatis pacificis filiationem Dei promerentibus operari ad pacem, non quidem illam pacem appellantes, qua, conciliorum auctoritate contempta, quispiam summus pontifex posset de tota ecclesia & animabus redemptis sanguine Christi agere quidquid sibi libitum foret, abjectaque salutifera reformatione, spretis sacris canonibus & decretis, vitia & abusus pestiferi pacifice regnare permitterentur: aut, quod omnibus gravius est, fide læsa & vulnerata, quisquis fidem ipsā impugnans pacifice opprimeret ecclesiam, & illi tacere cogerentur qui fidem ipsam sustinerent. Non quidem hoc esset pacem agere, sed turbationem gravissimam. non hoc esset mederi languoribus præsentibus ecclesiæ;

Matth. 10.

Non hoc voluit Eugenius, cui vos multum detrahitis.

ANNO CHRISTI 1439.

ſed eam in miſerabile diſcrimen adducere. Quod quidem non eſſe noſtræ intentionis credimus. Sed zelus domus Dei cogit nos in extremis eccleſiæ periculis non tacere veritatem, ne tandem dicere oporteat in Dei judicio: *Væ mihi, quia tacui.* Sciunt diſcretiones veſtræ vitam eccleſiæ in fide & probis moribus præcipue conſiſtere, quibus capiti ſuo & fonti vitæ Chriſto conjungitur, ac cum eo pacem habet, caritatem & gaudium, quæ ſunt fructus Spiritus: ut & vos ipſi ex apoſtolo allegaſtis. Quam * vero pacem quærunt beati pacifici, qui recipiunt adoptionem filiorum Dei. Hæc eſt enim pax Chriſti, de qua ipſe ait: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.*

Galat. 6.
Galat. 5.
* vere
Joan. 14.

B Cum autem his noviſſimis temporibus deformitates, ſchiſmata & errores plus ſolito cœpiſſent inſurgere, congregata in Spiritu ſancto ſacra Conſtantienſis ſynodus nobis fidem explicavit de poteſtate immediate data ab ipſo fidei auctore Chriſto conciliis generalibus repræſentantibus catholicam militantem eccleſiam, quibus & ſummus pontifex, & quilibet alius, obedire tenetur: ut Chriſtiani intelligerent, quod ipſis erroribus, ſchiſmatibus & deformitatibus obviare oporteret per conciliorum generalium auctoritatem, ſicut Chriſtus ipſe Deus noſter ordinavit, ut ſic frequens conciliorum celebratio, quæ præcipua agri dominici cultura eſt, vepres & tribulos prædictorum malorum evellat, prout in eadem Conſtantienſi ſynodo declaratum extitit, C & pax optima cum ſanctitate & juſtitia omnibus diebus vigeant in terris. Unde vero languores, unde morbi, unde turbationes pacis & vexationes eccleſiæ jam nunc potiſſime invaleſcunt, niſi ex eo quod obedientia, quam Chriſtus ipſe imperavit, quam eccleſia declaravit, quam fides edocet, non data eſt concilio generali (quod dolenter referimus) a domino Eugenio papa moderno? imo graviſſime contempta, & durisſime factis, verbis & ſcriptis uſque in hodiernum diem impugnata; ſicut magna ex parte in alia noſtra reſponſione ſynodali præterito menſe Februarii ad veſtras priores petitiones ſuper mutatione hujus ſacri concilii porrectas explicavimus: unde diviſiones & ſchiſmata in D eccleſiis particularibus, unde principum & prælatorum, atque etiam populorum per orbem diſperſorum, graviſſima perturbatio. Nam, quemadmodum ſæpe audiſtis, primitus hoc ſacrum concilium congregatum auctoritate duorum præcedentium conciliorum, & duorum ſummorum pontificum, pro extirpatione hæreſum & reformatione eccleſiæ in capite & in membris, quaſi ab exordio attentavit dominus Eugenius, licet nulliter & de facto diſſolvere ſine ipſius concilii conſenſu. Deinceps cum plurima decreta ſalubria edita fuiſſent pro reformatione eccleſiæ in capite & in membris, & per legationes plures, * per plures oratores admonitus eſſet, ut animum ſuum ad eorum obſervationem E redderet benigne inclinatum; ita, proh dolor, ea parvipendit, ita contempſit, ut quaſi in nullo debitam obedientiam ipſi concilio adhibere compertus ſit: ex quo graviſſimo contemptu non parva ſuſpicio adverſus eum exorta eſt, quod de declaratione catholicæ fidei facta in concilio Conſtantienſi non recte ſentiret, quodque non crederet ſe teneri obedire concilio, prout ipſa fidei veritas aſſerit. Quid amplius? Cum ſuper hoc gravi contemptu citaretur, mentem ſuam plenius adverſus ipſam veritatem declaravit, diſſolvendo auctoritative hoc ſacrum concilium de facto ſine conſenſu ipſius, caſu quo virtute decreti citatorii procederetur, aut fieret aliqua novitas contra ipſum, aut contra aliquem

Petro dictū eſt, *Paſce oves meas* illi ergo vos obedire debuiſtis.

* *forte* ac per

A ſuorum oratorum præſidentium, qui in concilio fuerant, prohibendo etiam auctoritative, ne in eo caſu factum Bohemorum, quod actu tractabat hæc ſancta ſynodus, ultra triginta dies ageretur: ubi non ſolum jam obedientiam denegavit, ſed ſe judicem ſuper concilium conſtituit, non ei obediens, ſed imperans in his, in quibus eumdem teneri obedire concilio ex Chriſti ordinatione aſſerit ipſa traditio fidei. Si vero jam hoc ſacrum concilium diſſolvatur, quod fidem eccleſiæ defendit: dimittaturque ille ſupra eccleſiam pro libito ſuæ voluntatis imperare, qui tanto tempore tam graviter ipſam factis, operibus & verbis impugnat, imo auctoritate & poteſtate conatur opprimere: numquidnon ipſius eccleſiæ imminet deſolatio? Numquidnon timendum eſt, B potius præſumendum, quod concilio diſſoluto volet ſingulos per orbem diſperſos cogere ut idem ſentiant quod ipſe? Numquidnon, ſi abſque debita correctione ſic dimittatur, cunctis ſive eccleſiaſticis, ſive ſæcularibus, ſive prælatis, ſive principibus aut aliis quibuſcumque imminebit perſecutio, qui fidem in ſacro Conſtantienſi concilio explicatam voluerint profiteri? Quid vero de illis faciet, qui decreta ſynodalia ſervare volent? quod cum in præſentia videamus adhuc ſedente concilio, quomodo tales in pluribus eccleſiis faciat tractari. An vero hæc erit appellanda pax & tranquillitas eccleſiæ, vos præclari oratores, pro Deo conſiderate. C Quot erunt deinceps, qui pro conciliorum auctoritate, pro declarationibus per eccleſiam factis in explicatione fidei certabunt, ſi eas deprimi & hoc concilium in earum defenſionem de facto viderit ſuccumbere? Quis hæreticus non audentius (quod cum amariſſimo gemitu dicimus) cornua eriget adverſus ſponſam Chriſti, ſi ipſa concilia generalia, quibus ſupremum judicium in materiis fidei decretum eſt, viderit conculcari? Sed quis, o præclari oratores, jam in alio concilio, quod futurum dicitis, ad reſiſtendum ſummo pontifici pro defenſione rectæ fidei veniret, dum ipſe pontifex hoc ſacrum concilium de facto ſuppreſſiſſe, & in nihilum redegiſſe conſpiceretur? Quale D præterea exemplum relinqueretur ſummis pontificibus, ſi perperam agere volent, ſchiſmata faciendi, concilium generale impugnandi & diſſolvendi; ut quoties de ipſorum correctione in fide aut in moribus agetur, perturbent, ſcindant & dividant concilium, atque in aliud concilium deveniri poſtulent? Et ſi in illo non fieret quod voluerint, iterum aliud quærant: ſicque fiet tranſmigratio de concilio in concilium, & judicia univerſalis eccleſiæ ſic ſemper in incerto vagabuntur, dum præſens ſummus pontifex, poſtquam decretis, præceptis & ordinationibus ſynodalibus tanta obduratione obſiſtit, poſtquam ipſum bis auctoritative ſine ejus conſenſu diſſolvere attentavit, & ſciſſuram in eccleſia gravem jam perpetravit, tandem E nulla ſuſcepta pœnitentia, nulla penitus emendatione facta, obtineret ut concilium mutari cogeretur: imo veriſimiliter in totum diſpergeretur per hanc viam mutationum & dilationum, quas afferri concipimus, perſeverante ipſo moderno pontifice in aſſidua ejuſdem concilii & toties declaratæ veritatis impugnatione. Hoc equidem non eſſet ſchiſmati obviare, ſed ſchiſmata fovere & nutrire, dum pontifici volenti ſchiſma facere, ut formidare videmini, ſi concilium ad ejus correctionem procederet, talis favor præberetur, ut ejus contemplatione ipſum concilium tali modo mutaretur. unde poſteris ad ſchiſmata facienda major pararetur audacia, ut conciliorum enervaretur auctoritas, per quorum ſupre-

ANNO CHRISTI 1439.

Certe Eugenio Latini & Græci in ſynodo Florentina aſſeriunt.

Quis hoc unquam pontifex fecit?

ANNO CHRISTI 1439.

supremum judicium in terris schismata extirpari convenit: imo secundum hoc, quia ecclesiam lacerare & scindere vellet, ipsa sibi tota opprimenda relinqueretur. Et ne partem gregis ad se traheret, totus in suis manibus dimitteretur. Unde forsan volendo auferre ab eis fidem, quam in catholica ecclesia de auctoritate conciliorum didicerunt, & contemnendo leges pro salute omnium datas, ipse omnes in damnationem ducere moliretur. Non hic agitur, præclari oratores, de tali schismate, in quo duæ personæ contendunt de papatu, & in dubium vertitur cui eorum jus competat, ubi uterque contendentium in judicium concilii generalis venire habet sententiam auditurus: sed agitur de pontifice, qui se voluntarie a concilio volente ipsum corripere separavit, quod reputabat legitimum universalis ecclesiæ concilium, & ecclesiæ pacem turbavit, schisma fecit, scandala suscitavit, dissolvendo concilium auctoritative, ut præmissum est, casu quo procederetur contra ipsum aut aliquem oratorum suorum præsidentium. Et altare contra altare erexit, ut sic correctionem judicis effugeret. Quomodo autem res illa locum sibi vendicare poterit sine enervatione auctoritatis conciliorum? ut post prædicta oporteat pontificem manere in possessione dissolvendi taliter concilium. Et quia sancta synodus * dum vero jam requiritur, ut post ista concilium, quia officium judicis egit pro exercitio justitiæ sibi divinitus commisso, cogatur loco judicii cedere & mutari, suaque judicia differre, ac deserere, ac per talem mutari, ut sibi præfigantur tempora, loca, modi procedendi, & alia quæ nunc requiruntur a nobis, quasi non sit libertas in concilio generali ad faciendum, quod pro republica expedientius judicabitur sub directione ipsius Spiritus sancti, de cujus auxilio confidendum est, quod sive oporteat concilium manere in hoc loco, sive mutari, sive conveniat procedere, sive quidquam aliud agere, & de modo, forma & tempore omnia peragendi suggeret ipsi concilio quod pro salute universalis ecclesiæ fuerit necessarium. Sed dicitis quod concilium in alio loco præter sui consensum indissolubile permaneat: verum si papa hoc privilegium habeat dissolvendi concilium sine ejus consensu, quomodo vultis illud ab ipso tollere? Si autem non habeat, in hoc notorie erravit: quomodo id fieri quæritur per quod in hac errandi possessione permaneat, & de mutatione concilii tali modo per ipsum dominum Eugenium facta possessio haberetur, quæ trahatur ad consequentiam? Et si in talibus consentiret hæc sancta synodus, jam auctoritate ecclesiæ, talia fieri posse viderentur, quod nullatenus quæri aut effici debet. Dicitis præterea ipsum concilium mutari habere in alterum trium locorum in quem papa aut Græci venire consenserint. Et esto, quod nec ipse nec illi consentiant, nihilo minus mutetur. In primo casu non est nobis facile existimare, attentis præteritis operibus, quod papa veniat in illum locum personaliter, in quo speret se correctionem accepturum. In secundo casu, cum Græci advenient: & fiet novum concilium ex Latinis & Græcis, dantur induciæ correctionis & emendationis domini Eugenii, donec per ipsos Græcos fuerit judicatus: imo secundum hoc agitur, ut Græci ipsi de actis synodalibus hujus sacri concilii, catholicam ecclesiam repræsentantis, & de operibus papæ judicare habeant, priusquam papa ipse corrigatur: quodque omnes quæstiones juris & facti agitatæ in concilio erga dominum Eugenium, quarum etiam aliquæ jus divinum & fidem concernunt, haberent in judicium ipsorum Græcorum devenire, relicto hujus sanctæ synodi catholico judicio: & quod ea, quæ per ecclesiam in concernentibus fidem determinata sunt, in dubium revocentur, quasi notaretur ipsa ecclesia in his quę fidei sunt errare potuisse. Dicitur, quod ibidem dominus Eugenius legatos suos mittat, quod jurisdictionis est, ac si ipse ab administratione papali non esset suspensus, cum tamen ipsam suspensionem ex causis tam necessariis & tam urgentissimis, quas in alia responsione synodali exposuimus, constat esse factam. In tertio casu, si hoc sacrum concilium mutetur, quod fundatum est auctoritate duorum conciliorum præcedentium, & duorum summorum pontificum, cui fere omnes majores ecclesiæ prælati, cardinales, archiepiscopi, episcopi, omnesque reges orbis catholici, incorporati sunt: esto quod nec papa nec Græci consentiant, id sequetur, quod ubi concilium existens in hoc loco fortiter impugnat dominus Eugenius, ipsum translatum in alium locum sine ejus consensu fortius impugnare posse videatur septem mensium, vel eo circa, dilationem obtineat, quibus nihil pro ejus correctione agatur, quibus nullatenus fidei & saluti ecclesiæ provideatur, sed potius supposita hujus concilii per attædiationem, aut alia incommoda dispergantur, & tandem nulli vel paucissimi ad illum alium locum accedendi habeant voluntatem, dum viderint hujus concilii Basileensis tam miserabilem exitum, quod tantis laboribus congregatum, tot annis adversus impugnationes domini Eugenii conservatum fuit. Quid aliud ad hæc respondere possumus, venerabiles oratores, nisi amarissimos edere gemitus super flebili ruina ecclesiæ, si res ita procedant, & plorare die ac nocte super illa generalium conciliorum auctoritate tamdiu per nos defensata, quam in interitum perduci conspicimus, nisi Deus noster provideat? De qua auctoritate parum prodest verbo dicere, quod conservari habeat, si tale factum agatur, unde ipsa miserabiliter prosternatur. Quis vero dabit capitibus nostris fontem lacrymarum, ut in mœroribus & doloribus digne lugeamus læsionem fidei, contemptum synodorum & sacrorum canonum? Quibus conculcatis, omnia scelera, omnia vitia, omnium abusuum & deformitatum incrementa liberius regnabunt: pariter quoque amare flebunt diebus futuris principes & nationes orbis, dum quispiam Romanus pontifex eos injuste opprimere volet. Nam frustra deinceps ad concilia generalia recurrent, quorum erit sic prostrata auctoritas. Si enim concilium generale aliquid vellet de ipso Romano pontifice judicare, illud dissolver ac transferet, aliudque concilium fieri quærer, ubi possit suum libitum consequi, sicque nulla stabilitas, nulla firmitas in judiciis ipsorum conciliorum haberi poterit. Invalescet præterea ille perniciosissimus error in populum Dei, ut unus homo ad summum pontificium assumptus possit de tota ecclesia & Christianitate agere ad suæ libitum voluntatis, sicque per generale concilium universalis ecclesiæ non valeat corrigi aut reformari. Sed & videmus non solum statum ecclesiasticum & salutem animarum ex ea re detrimenta pati, imo omnem statum, omnem politiam, omne regimen in spiritualibus & temporalibus perturbari. Nam ecce postquam generale concilium ecclesiam catholicam repræsentans, immediate habens potestatem a Christo, cui summus pontifex & quilibet alius obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris, cœpit suum exercere judicium in dominum Eugenium pro correptione ipsius, contumaciter obedire contempsit: jam via introducitur, ut qui concilio in his tenentur obedi-

Imo concilium habebat voluntas, sed in Italia, neque perit sine causa.

Nimium vobis insumitis in pontificem.

Sed tandem paucissimi Basileensibus adhæ erūt.

Certe Eugenius synodos non cōtempsit.

Sed illi uni homini dictum est: Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua.

ANNO CHRISTI 1439.

re, non ipsum concilium reputent ut judicem, sed ut partem cum domino Eugenio contendentem, & velint ipsum judicem directe aut indirecte arctare vel compellere, loca & tempora eidem præfigere, ut sua judicia nequaquam proferat, imo ad instantiam ejus qui reus est judicium suum mutare cogatur. Quod si hoc fit de summo judice potestatem habente immediate a Christo, numquid non ex hoc datur exemplum subditis quorumcumque judicantium, ut ipsos judices temporales ac spirituales per mutuas intelligentias compellerent, ut illi a judicando desistant? sicque peribit justitia in terris, & eveniet quod ait gloriosus Hieronymus: Dum uni parcunt, universæ ecclesiæ moliuntur interitum. Quæ est, inquit, ista misericordia uni parcere, & B universos in discrimen adducere? Cumque pax (ut ait beatus Augustinus) sit tranquillitas ordinis, jam abrupto ordine judiciorum, omnis pax & hominum ad Deum, & hominum inter se, turbabitur, dum via conveniens ad pacem non quæritur, dum justitia abjicitur, & veritas prosternitur: quas cum pace ipsa divina doctrina nobis ostendit oportere copulari: ait enim scriptura quæ mentiri non po-
Psal. 84. test: *Misericordia & veritas obviaverunt sibi: justi-*
Zach. 8. *tia & pax osculatæ sunt.* Et dominus per prophetam inquit: *Pacem & veritatem diligite.* Rex quoque
4 Reg. 20. Ezechias dicebat: *Sit pax & veritas in diebus meis.* Quid igitur potius in tanta rerum difficultate agendum est huic sanctæ synodo? an quod recedat, mala & omnia supradicta permittat prævalere, an quod C ex officio sibi commisso a Christo, sub confidentia ipsius divini auxilii, per defensionem veritatis & exercitium justitiæ in repellendis tantis malis debitum suum agere curet coram Deo & hominibus, ad-
Eccles. 4. implens illud quod per Sapientem dictum est: *Certa pro justitia usque ad mortem?* Clarissime videre potestis, venerabiles oratores, quod ecclesiam matrem omnium Christianorum in tanta desolatione deserere non possumus, sed nobis & toti populo Christiano gravissima imminet damnatio, si saluti ipsius ecclesiæ & vitæ suæ, quæ ex fide est, providere negligamus. Expectavimus jam plurimis annis, si præfatus dominus Eugenius viam veritatis recognosceret, & D contemplatione Christianorum principum, dilationes plurimas benignissime observavit hæc sancta synodus, ambasiatoresque suos ad diversas regiones transmisit, veritatem & justitiam hujus sacri concilii, ac necessitatem urgentissimam providendi publicæ saluti ecclesiæ aperientes, ad duas quoque conventiones in Nuremberga successive habitas profecti sunt, & novissime in civitate Moguntinensi non defuerunt sufficienti potestate suffulti, ubi oratores summi pontificis per triginta dies expectati nullatenus comparere voluerunt, nisi post recessum oratorum hujus sanctæ synodi, qui cum bona licentia oratorum principum ibidem existentium per plures antea dies abscesserant. In omnibus autem bis nun- E quam ex parte summi pontificis aliquid emendationis vel correctionis oblatum audivimus, ut per hoc paci ecclesiæ consuleretur, quam ita turbavit. & ne (quod absit) totum corpus invaderet morbus, & langnor non esset curatus in capite, atque etiam ut divina majestas per ipsum gravissime offensa placari posset: imo dumtaxat petita est semper hujus concilii mutatio, & talis mutatio, quæ ipsum concilium reformationem ecclesiæ quærens enervaret, & dominum Eugenium durissime resistentem in sua contumacia roboraret. Neque audivimus quod vos aut alii oratores principum in his rebus a papa impetraveritis, ut contemplatione ecclesiæ & populi Christiani quidquam emendationis aut

A meliorationis efficiat. Iam vero justissimam hujus sacri concilii prosecutionem totus orbis conspicere potuit, nec non patientiam ac mansuetudinem nostram atque longissimam expectationem in hoc loco, in quo non nos mundana solatia aut terrena affectio detinent; imo relictis propriis regionibus, domibus, & beneficiis, in quibus quiescere poteramus, varias hic persecutiones, injurias, damna, opprobria passi sumus, & assidue patimur, libenter omnia sufferentes pro votiva consecutione reformationis ecclesiæ Dei, pro qua jam tribus generalibus conciliis diuturno tempore laboratum est, pro defensione fidei orthodoxæ, quam in oculis nostris videmus multipliciter impugnari. Et intantum præfatis catholicis principibus expectando quæsivimus complacere, ut post victualium penuriam & alias clades quas pertulimus, etiam graviora pericula immineant, atque per varia rerum discrimina hujus concilii dispersio, & post tot annorum susceptos labores extrema ecclesiæ desolatio in foribus esse videantur, non celeriter occurratur. Unde jam aperte conspicere possunt principes Christiani, nos maxima necessitate compulsos, ut seclusa ampliori dilatione pro honore Dei creatoris cunctorum, regis regum, domini dominantium, & pro salvatione animarũ omnium, communi saluti ipsius ecclesiæ providere curemus. Et ne in tanta rerum necessitate de gravi negligentia coram omnipotentis Dei judicio arguamur, omnem nostram fiduciam projicientes in salvatorem no- C strum Iesum, in cujus nomine congregati sumus, favente ipsius gratia, ita intendimus agere, ut coram omnibus principibus atque populis clarissima justitia & veritas hujus sanctæ synodi reluceant, cum justitia autem veniat intra ecclesiam soror ejus pax, & sibi invicem gratissimo copulabuntur osculo, nec quidquam aliud petimus, nisi ut in his turbationibus rerum det nobis id agere quod beneplacitum fuerit suæ divinæ majestati, & speramus per manum ejus omnes Christianos in viam veritatis & prosecutione publicæ salutis unionem & pacem bonam amplecti: quod & nos maxime desideramus, ac laboribus cunctis prosequi volumus, ut omnes unanimiter in amo- D re fraternitatis Deo serviant, & sint unum in veritate: nec aliquem de veritate hujus sanctæ synodi informatum credimus velle tandem huic favere errori, ut unus mortalis homo, qui ordinatus est ut sit fidelis minister in domo Dei, possit (ut præmissum est) ad libitum voluntatis suæ de tota ecclesia agere, & neque generalia concilia repræsentantia ecclesiam universalem, neque canones synodales, neque postremo ipsas declarationes fidei per ecclesiam catholicam factas attendens, possit totum gregem domini cum tanto precio redemptum in præcipitium damnationis inducere: nec uni personæ mortali quis intantum humano favore affectus putari debet, ut propter illius temporale desiderium, quod sicut E umbra pertransit, velit universalem ecclesiam destrui: neque formidari nimium oportet, si justum ecclesiæ judicium in correptionem domini Eugenii proferetur in futurum pro necessitate totius ecclesiæ: & ipse, quod absit, rebellando in adversum velit schisma facere, alios attrahendo, ut ab unitate ecclesiæ se separent, quod princeps aliquis catholicus, aut notabilium prælatorum quispiam, velit suo favore schismati, præsertim in læsionem catholicæ fidei & auctoritatis ecclesiæ. Numquid notorium non est, quanti principes orbis tam per se quam per suos concilio Constantiensi interfuerunt, ubi explicata fuit declaratio fidei de auctoritate conciliorum generalium super papam & quemlibet alterum, & in omnibus observata, nemine reclamante,

Illo tempore schisma erat, & tres simul pontifices, quod non fuit in Basileensi synodo.

nemine

ANNO CHRISTI 1439.

nemine reprobante? Sed ubi dominus Eugenius jam bina vice voluit sua auctoritate hoc Basileense concilium sine ejus consensu dissolvere, scitis quomodo principes orbis fere omnes, aut primæ, aut secundæ dissolutionis tempore, suos oratores in hoc sacro concilio tenuerunt, firmiter credentes papam non posse dissolvere ipsum sacrum concilium, quod pro extirpatione hæresum & reformatione ecclesiæ in capite & in membris legitime congregatum erat, sine consensu ejus: cum ipse concilio non haberet in his imperare, sed teneretur obedire. Quid de prælatis ecclesiæ dicemus? Numquid non in sacro Constantiensi concilio cardinales, archiepiscopi, episcopi, & ceteri de omni regione fuerunt? Nec illi defuit felicis recordationis papa Martinus, qui etiam circa finem ipsius concilii per patentes literas mandavit, eodem approbante concilio, universis archiepiscopis, episcopis, & inquisitoribus, ut singulos de hæresi Vvikleffistarum suspectos diligenter interrogarent, utrum crederent quod illud, quod sacrum concilium Constantiense universalem ecclesiam repræsentans approbavit & approbat in favorem fidei & ad salutem animarum, ab universis Christi fidelibus esset approbandum & tenendum; cum non ignoraret papa ipse Martinus declarationem de auctoritate conciliorum data immediate a Christo antea per ipsum concilium factam fuisse; qui etiam in eisdem literis posuit, quod error est dicere, non esse de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter ecclesias; si per Romanam ecclesiam intelligatur universalis ecclesia, aut concilium generale, aut etiam pro quanto negaret primatum summi pontificis respectu ecclesiarum particularium. In hoc præterea Basileensi concilio, tempore attentatæ primæ dissolutionis, fuerunt septem de præstantioribus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, videlicet Iulianus tituli sancti Angeli sedis apostolicæ legatus A. Bononiensis, P. Portuensis vulgariter dictus Placentinus, cardinales episcopi, Ioannes sancti Laurentii in Lucina, dictus Rothomagensis, Ioannes sancti Petri ad Vincula, A. sancti Eustachii, & Dominicus sanctæ Mariæ in Via lata, dictus Firmanus, etiam cardinales, doctrinam ipsam catholicam & apostolicam de auctoritate conciliorum in Constantia declaratam virtuose defendentes, atque ostendentes, propter illam non potuisse neque in futurum posse fieri dissolutionem hujus concilii sine ipsius consensu, plurimaque solennia super hoc decreta cum ceteris patribus condiderunt, & toti mundo publicaverunt: qui de hac re in responsione quadam synodali cum toto concilio magna auctoritate oratoribus domini Eugenii, dissolutionem ipsam manutenere volentis, responderunt: Malumus mori, quam tanto errori per ignaviam cedere. Hic articulus, de quo disceptamus, fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius ecclesiam audire non vult, oportebit eum tandem haberi sicut ethnicum & publicanum. Hæc sunt verba concilii, in quo tunc illi præsentes adfuerunt. Audistis & vos sæpius quomodo alii plures cardinales se subscripserunt, dum dominus Eugenius ad mandatum concilii illam prætensam dissolutionem irritam & inanem declaravit: & ea non obstante dixit concilium legitime fuisse continuatum. Sed numquid non præterea omnes viderunt quam multi prælati, doctores divini & humani juris, ac ceteri ecclesiastici viri, ex diversis nationibus, regnis & provinciis successive, tam tempore primæ dissolutionis quam secundæ, in hac sancta synodo comparuerunt, dum ipse dominus Eugenius eam dissolutam reputabat, credentes hoc factum ejusdem domini Eugenii adversus ipsius concilii auctoritatem nullatenus potuisse prævalere? Quomodo igitur putandum est, vel suspicandum, ut catholicus orbis fidem quam accepit, vellet propter quamcumque personam deserere, aut cuivis personæ in adversum repugnanti & schisma facere volenti favorem præstare? & quod ab hoc sacro concilio, quod fidem ipsorum prælatorum, fidem principum, atque omnium nationum orbis defendit, se separent, ut illi adhæreant, qui ipsam impugnat evellit? Credendum est potius, quod omnes providere volent, ne in futurum quisquam pontificum possit rebellando conciliis generalibus, immediate a Christo potestatem super eos habentibus, schisma facere, & pro sua voluntate, aut libidine dominandi, universum orbem hoc modo conturbare. Intelligentque tandem omnes unanimiter, illum pro pontifice haberi non debere, quem concilium universalis ecclesiæ pro non pontifice habendum judicaverit: ut sic non necesse sit jam deinceps principes orbis hoc modo cum variis legationibus & magnis expensis in ea re vexari, simulque pax in ecclesia vigere possit, & auctoritas conciliorum illibata servari, quæ (ut ait B. Augustinus) in ipsa ecclesia saluberrima est. Nam oportet universos Christianos idipsum sentire & sapere, si una fides & pax vera conservanda est, quod summi pontifices per concilium generale catholicam ecclesiam repræsentans corrigi possunt, sicut veritas catholica diffinivit: quodque ecclesia Dei in Spiritu sancto congregata non habet existimari sicut una profana communitas, cui papa ipse velut princeps sæcularis dominetur. Sic itaque cum Dei gratia per constantem fidei nostræ confessionem & ipsius probationem in opere pax optima & salutaris gubernatio ecclesiæ reflorebit in terris. Summi pontifices, cognoscentes se posse corrigi (ut præfertur) per concilium universalis ecclesiæ, curabunt vigilantius salutem gregis dominici quærere, & in ministerio sibi credito opera Christo placentia agere, ipsamque sedem apostolicam salutari gubernatione & decore virtutum reflorere facient in oculis omnium populorum, atque omnium bonorum ubertate abundare, sicut prius illa solebat, cum bono & salutari regimine gubernaretur: cujus quidem sedis auctoritatem & honorem hæc sancta synodus semper conservare curabit, ipsamque dignis honoribus per debitum sanctitatis cultum magis intendit amplificare & exaltare in futurum. Breviorque erit deinceps conciliorum generalium duratio, dum illis debita præstabitur obedientia: & temporibus statutis omnes diligenter confluent, expedituri celerius quæ pro salute Christianæ religionis agenda videbuntur. Concilia provincialia & synodalia frequentabuntur; sacri canones pacifice observabuntur: sic erit pax & tranquillitas ecclesiarum, sanctitas morum, utilitas regnorum & provinciarum. Sic efficaciter desiderium principum vestrorum complebitur, præclari oratores, qui pacem & salutem ecclesiæ desiderant. Per ea vero quæ in Moguntia concepistis, licet bona intentione vos fecisse sperandum sit, non assequerentur principes ipsi bonum veræ pacis quod optant, ut ex superioribus satis liquere potest. Nos autem, favente domino, per viam salutarem & rectum ordinem a Christo datum, pacem ipsam prosequemur: &, quantum sine Dei offensa poterimus, curabimus semper religiosissimis vestris principibus complacere, qui etiam (ut credendum est) divinæ ordinationi obsequi volent: neque aliud agent, nisi quod cum Deo poterunt, quod juri divino consonum

Sed postea Eugenio se reddiderunt.

ANNO CHRISTI 1439.

erit: & cum fideliter credant quod de jure divino A teneantur obedire concilio, in his in quibus habet potestatem immediate a Christo, non subtraheant ab eodem concilio debitum obedientiæ suæ propter exercitium justitiæ. Dum autem ipsi unanimiter in ipsa obedientia, quam debent sanctæ synodo, & ipsi Christo, qui ei potestatem dedit, perseveraverint, amplectendo concorditer justitiam & veritatem, ipsi animas suas salvabunt, ipsi auctoritatem concilio-rum sibi & toti orbi necessariam servabunt illibatam, saluteque & pacem bonam in Christiana religione vigere facient. Si autem obedientiam debitam subtraherent concilio per aliquam neutralitatem, aut alias quovis modo, plura mala contingerent in adversum, quæ vos præclari oratores ipsis B orthodoxis principibus diligenter ac fideliter remonstrare habetis, quantum vos diligitis eorum salutem & totius ecclesiæ. Et non dubitamus, quod, cum erunt debite informati, debitum suum erga Deum & ecclesiam semper facient. Et intellectis rationibus ac motivis hujus sanctæ synodi, devotiones eorum apertissime conspicient, intentionem ipsi dirigi, sicut beatis pacificis convenit, ad quærendas vias veræ pacis, tranquillitatis & salutis ecclesiæ ac totius orbis nunc & in futurum. Quod autem ad factum Græcorum attinet, scitis quanto desiderio unionem eorum semper optaverimus & optemus, quantosque labores & sumptus in ejus rei prosecutionem impenderimus, & qualia nobis impedimenta objecta sint: dudum quoque loca convenientia, C videlicet Basileam, Avinionem, & Sabaudiam, pro ipsa tractanda unione, nominavimus: & adhuc, ut omnes conspiciant nostram perseverantem intentionem ad hujus unionis prosecutionem, si imperator Romæorum & patriarcha Constantinopolitanus, qui pro tempore fuerint, & ceteri ecclesiam orientalem repræsentantes, cessante omni dolo & fraude, in aliquem locum securum, quem hæc sancta synodus eliget, advenire voluerint, hæc sancta synodus illum eliget & in ipsum se transferre non recusabit: talemque locum eliget, postquam intentionem Græcorum ipsorum plene cognoverit, de quo ipsi vestri principes & totus orbis merito de- D bebont contentari. Interim vero curabit eadem sancta synodus quærere diligenter quæ ecclesiæ Dei prosunt: & ita res ipsius nostræ catholicæ ecclesiæ disponere, ut salotifera gubernatione regantur, per quam Deus propitietur populo suo, & placata ira ejus, quam peccata regnantia concitarunt, unionem ipsorum Græcorum & bonam pacem omnium Christianorum reflorere videamus in terris: ad laudem & gloriam Spiritus paracleti, qui est Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Sibi volunt licere locū mutare, non pontifici.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, Idibus Iunii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

XIV.

Sententia synodalis in congregatione generali, declarans sequentes curiam papæ Eugenii pœnas contentas in decretis synodalibus incidisse.

Sacrosancta generalis, &c. ad futuram rei memoriam.

Eugenius non sine ratione postea concilium alio transferre voluit.

Quoniam dudum in decreto nostro octavæ sessionis, quod dominus Eugenius papa IV. in sua solenni adhæsione approbasse dignoscitur, inter cetera decrevimus, quod si aliqua persona ecclesiastica, etiamsi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, aut alia quæcumque, cujusvis status, gradus aut conditionis existat, Bononiam, vel ad aliquem alium locum, sub nomine generalis concilii, isto durante, A præsumeret accedere, vel ibi manere, sententiam excommunicationis & privationis omnium dignitatum, beneficiorum & officiorum, ac inhabilitationis ad ipsa, incurreret ipso facto: & de dignitatibus, beneficiis & officiis talium, ipse eos ad quos de jure spectat, etiamsi cathedrales, aut metropolitanæ ecclesiæ forent, libere disponatur. Et consequenter in alio decreto nostro vigesimæquintæ sessionis, præcepit hæc sancta synodus sub eisdem pœnis & censuris, quas contrafacientes incurrerent ipso facto, universis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis quibuscumque in curia dicti Eugenii papæ IV. existentibus, eo casu quo ipse dominus Eugenius in B civitate Ferrariensi, sicuti præparare videbatur, vel alibi concilium isto durante erigere incepisset vel inciperet in futurum, ab ejusdem curia recedere, & qui synodis generalibus de jure vel consuetudine interesse tenebantur, ad hoc sacrum concilium Basileense, ceteri vero ad loca beneficiorum, vel alibi extra curiam ipsam se transferrent, deinde vero illo conventiculo Ferrariæ erecto, & declarata suspensione præfati Eugenii ab administratione papatus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis, quam ipso facto suo similiter incurrerent omnium suorum beneficiorum, dignitatum, officiorum, commendarum, pensionum, & gratiarum quarumcumque, etiam expectativarum, per decretum nostrum trigesimæ primæ sessionis mandavit eadem C sancta synodus omnibus & singulis ecclesiasticis personis, ut supra qualificatis, etiam apostolicæ sedis & curiæ Romanæ officialibus, quatenus infra quadraginta dies extunc immediate secututos post diem datæ ejusdem nostræ sessionis, ab illa curia, quam dictus Eugenius de facto tenebat & tenet, recederent, & ad hoc sacrum concilium vel alia loca, prout in prædicta trigesimaprima sessione fuerunt admoniti, accederent. Deinceps quoque per aliud decretum nostrum 32. sessionis, omnes & singulos in eodem conventiculo Ferrariensi aut dicta prætensa Eugenii curia existentes, ac etiam eodem conventiculo memoratis decretis nostris compre- D hensos, qui eorumdem decretorum monitionibus non paruissent, citavit, ut trigesima die exinde immediate sequente in congregatione nostra generali, si protunc eam celebrari contingeret, alioquin in proxima sequenti, compareret coram eadem sancta synodo, visuri se in pœnas prædictas incidisse declarari, aut justas causas, si quas haberent, allegaturi. Quo quidem termino adveniente, quamquam nonnulli per se, alii vero per procuratores, coram nobis aut deputatis nostris comparuerint, licet tamen ipsis peremptorie & una vice pro omnibus duxisset ipsa sancta synodus assignandum, & assignasset, decernens nihilo minus contra non parentes ipsos procedendum & declarandum, prout juris & rationis esset, sola nihilo minus pro observatione E hujusmodi termini contumacia non satisfacientium accusata, ipsisque contumacibus reputatis, nonnullos præstantes patres deputavimus ad audiendum & examinandum quascumque causas & excusationes pro parte prædictorum citatorum, qui se repræsentabant, si quas adduci & allegari contingeret: & ideo longanimi mansuetudine patienter expectavimus, ut vinceremus in bono malum, & illi veritatem agnoscerent, seque converterent in viam salutis. Nec vero hujusmodi vulneri gravissimo, tanquam vetusto aut neglecto, callus obducatur, & eo insanabile quo insensibile fiat, sicque facilitate pestiferæ vetustæ prædictorum non parentium indurentur corda, & peramplius firmetur periculosissimum hujusmodi

Anno Christi 1439.

modi schisma, in conculcationem fidei nostræ catholicæ, auctoritatis ecclesiæ universalis manifestam læsionem, & eversionem totius ecclesiasticæ disciplinæ, nec non somentum abusuum & perditionem animarum, declarat præfata sancta synodus omnes & singulas personas ecclesiasticas, de quibus supra fit mentio, cujusvis status, gradus aut conditionis existant, quæ Ferrariam sub nomine generalis concilii accedere, vel ibi manere præsumpserunt, aut illuc vel ad aliquem alium locum simili prætextu, isto durante, præsumpserint in futurum, & quæ post dictorum decretorum nostrorum promulgationem, infra terminos successive sibi (ut præmittitur) assignatos, a dicta prætensa curia præfati Eugenii non recesserint, nec ad hoc sacrum concilium vel alia loca, prout eis præcipiebat hæc sancta synodus, se transtulerint, quasque citatas, & prædictorum decretorum nostrorum monitionibus non parentes, contumaces teputavimus, ut præfertur, & pro quibus causæ justæ & rationabiles non extiterunt legitime coram deputatis nostris allegatæ, in pœnas prædictas incidisse, &, si forsan contrafceerint, incidere, ita ut de dignitatibus, beneficiis & officiis eorumdem, per eos ad quos de jure spectat, etiamsi metropolitanæ aut aliæ cathedrales ecclesiæ fuerint, possit de cetero libere disponi, ipsosque & eorum quemlibet ut tales denuntiat, ac haberi, teneri & denuntiari, nec non ab universis Christi fidelibus evitari vult & mandat: quorum omnium nomina & cognomina habet & haberi vult pro sufficienter expressis. Decernit autem hæc sancta synodus affixionem præsentium in valvis ecclesiæ majoris Basileensis vim habere legitimæ denuntiationis, & perinde ad evitationem & alia præmissa arctari, & arctatos intelligi universos, ac si eædem præsentes ad personas singulorum executæ & particulariter intimatæ fuissent. Pollicetur tamen sacra synodus, quæ solitæ mansuetudinis sanctæ matris ecclesiæ quam repræsentat oblivisci nunquam potest, indemnitati status illorum ex prædictis, qui infra quadraginta dies a datis præsentium immediate computandos prædictum conventiculum abjuraverint, & ad hoc sacrum concilium se sine fraude contulerint, gratiose consulere, & benigne providere; decernens exnunc, quod de dignitatibus, beneficiis & officiis talium interim non debeat per quempiam disponi.

Et tamen revera Ferrariæ erat legitima synodus, cui Basileenses ponus obtemperare debuiant.

Datum in generali congregatione nostra in ecclesia majori Basileensi publice celebrata, sexto Idus Augusti, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

XV.

Responsio synodalis ad invectivam Gabrielis quondam papa Eugenii, publicatam in quadam dissensione conventiculi Florentini.

Aliter sentit de Eugenio & Florentino concilio ecclesia.

Sacrosancta, &c. ad futuram rei memoriam.

Beatus Hieronymus, cum lumen veritatis salubri doctrina diffunderet, cogebatur frequenter adversantium maledictis respondere: & dum studeret depravata corrigere, errores auferre, reprobabatur a malignis, qui adversum se (ut inquit) ore rabido desæviebant, sicut ipse in pluribus prologis suis in divinæ scripturæ libros ostendit. Sic hæc sancta synodus defendendo veritatem catholicæ fidei de auctoritate sanctæ matris ecclesiæ, & generalium conciliorum, adversus impugnationes Gabrielis olim dicti Eugenii papæ IV. & prosequendo constanter reformationem ecclesiæ in capite & in membris pro honore Dei & animarum salute, varias injurias, persecutiones, maledicta, opprobria sustinet ab ipso impugnatore veritatis: qui postquam longo tempore ipsorum conciliorum auctoritatem operibus, verbis & scriptis persecutus est, tandem in profundum malorum deductus, quod dolentissime dicimus, ad hoc devenit, ut in quadam horrenda invectiva per eum post depositionem ejus Florentiæ promulgata, defensores præfatæ auctoritatis & veritatis in celeberrimo Constantiensi concilio declaratæ, ac etiam aliarum veritatum ex ea necessario dependentium, vocaverit hæreticos, cum ignorare non posset universam ecclesiam catholicam, omnes prælatos orbis, omnes reges & principes orthodoxos, qui tam in præfato concilio Constantiensi quam in hoc Basileensi per se aut suos adfuerunt, in eadem via veritatis, quam ille reprobat, resedisse. Sed permissum credimus a domino, quod hoc faceret Gabriel ipse, ut se coram omnibus manifestaret hæreticum, qui universam conatur ecclesiam hæreticare: & intelligerent cuncti, quam necessarium fuerit talem hominem a papatu deponere, priusquam hæc sancta synodus dissolveretur, ne mundum inficeret erroribus, & post ejusdem synodi dissolutionem ubique catholicos persequeretur, qui auctoritatem conciliorum defenderent. Cujus rei futuræ magna dudum præsumptio habita est, postquam in factis suis præfatus Gabriel ita passim contemnere videbatur decreta synodalia. Postquam insuper jam ante tres annos in hoc concilio auditum erat quod aliud concilium fieret, ubi hæreticarentur decreta concilii Constantiensis & hujus Basileensis, ob quam causam maxime restitit hæc sancta synodus, ne Gabriel in alio loco pro sua voluntate concilium erigeret, sicut ipse tam sub umbra Græcorum quam aliis modis laboravit erigere. Et tandem cum hoc legitime facere non posset, nec obtinere consensum ecclesiæ, divina providentia repugnantis malo jam præmeditato, ipse in schismate & divisione aliam congregationem sub nomine generalis concilii primo Ferrariæ, deinde Florentiæ erexit: in qua tunc per præfatam invectivam suos errores, suumque obduratum animum in persecutionem ecclesiæ patefecit. Quomodo autem veritates ipsas fidei impugnet, audiamus, & deinde ad cetera omnia respondeamus, ut omnes Christi fideles in hoc turbulento tempore lumen aspiciant veritatis, per quod in portum salutis perducantur. Enervare quidem conatur veritatem in Constantiensi concilio declaratam, dicens eam declarationem ab una tantum obedientia Ioannis XXIII. fuisse factam. Sed numquid negare vult, pro eo tempore verum fuisse concilium, & declarationes in eo factas validas esse? Quid autem contradicere vult de obedientiis aliis? reclamavitne aliqua contra hujus veritatis declarationem? Numquidnon omnes unanimiter & depositionem Ioannis laudaverunt, & in privationem Benedicti ab omni jure, si quod habebat in papatu, consenserunt; quæ vigore auctoritatis synodalis declaratæ per præfatam veritatem facta sunt? Numquidnon omnes ad electionem felicis recordationis Martini papæ V. processerunt eadem synodali auctoritate? Qui quidem Martinus deinceps, approbante concilio, diffinivit errorem esse, si quis diceret non esse de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter ecclesias, si per Romanam ecclesiam intelligatur universalis ecclesia, aut concilium generale. Item ordinavit, eodem approbante concilio, ut quilibet de hæresi Vvicleffistarum suspectus interrogaretur an credat, teneat, & asserat, quod quodlibet concilium generale, & etiam Constantiense, catholicam ecclesiam repræsentet. Item, utrum credat quod quidquid ipsum

Anno Christi 1439.

Cum unus est indubitatus pontifex, nisi sit hæreticus, qualis non fuit Eugenius, a concilio nec judicari nec deponi potest.

Imo reclamavit & ipse Ioannes XXIII. & multi ejus cardinales, prælati, & doctores, ut ait Rodericus episcopus Caesaraugustanus.

ANNO CHRISTI 1439.

ipsum concilium Constantiense diffinivit & approbavit in favorem fidei & salutem animarum, quod hoc sit ab omnibus fidelibus reoendum & approbandum: cum rameo non ignoraret prædictam declaratiooem in eodem conciliu factam esse. Deiode vero hoc in Basileeosi concilio eadem declaratio innovata fuit in publica sessiooe, obi de nulla obedientiarum differentia fermo erat; obi etiam quamplures cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, ceterique prælati & doctores insignes in multitudine copiosa præseotes erant, & legatus apostolicus præsidentiam exercebat. Vt quid ergo ounc allegatur quod hæc declaratio ab una tantum obedientia in concilio Constantiensi facta fuit? Sed audiamus quomodo in probatione veritatum declaratarum conatur Gabriel mundum involvere. Dicit eas se reprobare ad sensum Basileensem, quem, ioquit, facto demonstrant: & non aperit quis ille sensus sit, nec etiam in quo sensu apptobare velit ipsas: & super boc pro voluntate sua, postquam per hæresim probatam & lucide manifestam judicialiter post maturam examinationem depositus est, nos appellat hæreticos, qui doctrinam ecclesiæ patefecimus, & veritates clarissimas sine ruga, sioe duplicitate, sine quacumque involutione verborum, decrero synodali aperuimus ad ædificationem populi Christiani. Nam & verba veritatum ipsarum plana & aperta sunt, nec oporter nunc has involutiones quætere ad deceptiouem simplicium, ut dicat se reprobare veritates ad aliquem sensum, quem nequaqoam explicat. Sic enim dudum orarotibus suis super hac materia responsum fuit in ea respoosione quæ incipit, Cogitanti quod decreta Constantiensis synodi authenrica sont, & ita clara & intelligibilia, ut nulla egeant declaratione. Noo quærit profecto veritas fidei tales angulos, non tales involutiones affectat: sed quem sensum habuit, quem facto monstravit in his veritatibus Constantiense concilium, cum Ioannem propter simoniam & alia crimina ab administratioue papali suspeudit atque deposuit, & Benedictum (ut præmissum est) a jure, si quod sibi competebat, privavit: quem sensum habuit concilium Constantiense, cum in capitolo, Frequens, statuit, ut dum plures essent conteodentes de papatu, qoilibet ad concilium venire teneretur sub pœna cadendi a jure papatus, si quod haberet: quodque uterque contendentium esset suspensus ab administratione papali, donec causa eorum esset definita per concilium. Revocare autem nunc in dubium ipsa decreta concilii Constantiensis quid aliud esset, quam io dubitationem vertere depositionem prædictorum, electiooem prædicti papæ Martini, & consequeoter ipsius olim Eugenii, creationesq; cardinalium, promotiones patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum & aliorum, ceteraque facta ecclesiæ in horrendam confusionem deducere? Quem sensum præterea in his habueruot patres in hac sancta syuodo constituti, legatus apostolicus, & alii sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, dum pariter cum universo concilio in undecima sessiooe hujus sanctæ syuodi statueruot decreto perpetuo, quod si summus pontifex in futurum dissolveret concilium generale sine ejus consensu, nisi resipisceret infra quatuor menses, pœnam suspeusionis ab administratione papali ipso facto incurreret: & deinde ad depositionem ejus procederetur, si illam per duos menses sustineret animo indurato. Quem sensum etiam haboerunt, dum dixerunt in duodecima sessione hanc esse veritatem juris divini & bumani, quod papa concilium sine consensu ejus dissolvere nequiverat, & ipsum admonuerunt ut dissolutionem per eum attentatam revocaret infra sexaginta dies. Alioquin suspensionem auctoritate synodali decernebant esse faciendam, qui & in responsione synodali, quæ incipit, Speravit, dixerunt de prædicta dissolutione, quam dictus Gabriel, tunc Eugenius, sustinere volebat: Malumus mori, quam tanto errori per ignaviam cedere. Hic articulus fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi noo potest. Si dominus Eugenius ecclesiam audire ooo vult, quam hoc sacrum concilium repræsentat, oportebit eum tandem haberi sicut ethnicum & publicanum. Hæc ibidem dicta suot. Non profecto alium seosum nunc habere voluit nec vult in his veritatibus sancta synodus, nisi quem ipsa tunc habuit, cum illi adessent. An dicet eos qui in concilio Constantiensi erant fuisse hæreticos, cum qoibus ipse Gabriel se univit & conjunxit? An dicet legatum suum, cardinales, & alios, qui in hoc Basileensi concilio prædicta egeruot, fuisse hæreticos? Sed quid de ipso dicerut qui eis adhæsit, & post monitionem synodalem confessus est dissolutionem illam quam fecerat, & multo tempore defensaverat, oullam fuisse; imo ea oon obstante concilium legitimo fuisse continuatum; revocans etiam literas, incipieotes, Deus novit, & alias quascumque, & quidquid per ipsum aut suo nomine in præjudicium aut derogationem hujus sacri concilii Basileensis, seu contra ejus auctoritatem factum & attentatum seu assertum erat? Recognovitque errorem suum, quem in dissolvendo concilium sine conseosu ejus habuerat, fueruntque super hoc lectæ literæ ejus solenniter io sessione publica, præsentibus inclytæ memoriæ Sigismundo imperatore & præfatis cardinalibus, oratoribus regis Franciæ, & aliorum quamplurium principum, prælatis & aliis egregiis viris io multitudine copiosa. An dicet qood tota ecclesia cum eo in errore fuit, dum pariter omnes huic suæ revocationi assenserunt? Quomodo audet nuoc vocare existentes in hac sancta syuodo hæreticos, qoi io eadem veritate, in eadem doctrina ecclesiæ de auctoritate conciliorum generalium fideliter & coostanter perseverant? Ipse qui in errorem semel revocatum atque dimissum multo gravius per præteosam translationem in Ferrariam reincidit, ac deinceps adversus doctrinam ecclesiæ & veritates fidei declaratas, qoibus tunc resistere noo potuit, magis se per induratam pertinaciam & hæresim obfirmavit. Qualiter aorem hæc doctrina ecclesiæ de auctoritate conciliorum fuodata sit, & in sacris scripturis, & in doctrinis sanctorum, sæpenumero fuit dilucide declaratum, & in respoosione synodali quæ incipit, Cogitanti, & in aliis multis scripturis, orationibus & sermonibus, quibus ocque ipse Gabriel, neque sui, tam in hoc concilio quam in coospectu regum & principum, resistere potueruot. Iotellexeruntque Christiani, quanta esset ecclesiæ ruioa, si spretis conciliis generalibus, abjectis sacris canonibus & debitis regulis, unus homo peccator posset de omnibus rebus ipsius ecclesiæ pro libito suæ voluntatis agere: & dum congregatum esset coocilium pro reformatione ejus & aliorum, posset illud in quemcumque locum vellet, ac in regiooem quamcumque transferre sine ejus consensu. Manifeste quoque constat, quantum illud falsum sit quod confingit ipse Gabriel, nos per declarationem veritatum prædictarum voluisse priocipes devotos sedis apostolicæ judicare hæreticos. Notum est enim quomodo principes orbis bas veritates semper tenuerint & defensaverint, qui oratores suos in hoc concilio tenuerunt, & ipsum verum & legitimum coocilium reputaverunt illis temporibus

Hic fatentur Eugenium legitime electum: non ergo fuit schisma, sed ipsi Felicem eligendo schisma fecerunt.

ANNO CHRISTI 1438.

Sed ii ab Eugenio veniam postea petierunt.

Sed tandem & ecclesiastici & seculares proceres fere omnes, vobis relictis Eugenio adhæserunt.

ANNO CHRISTI 1439.

ribus quibus idem Gabriel ipsum dissolutum esse affirmabat. Sed & quomodo in hac sancta synodo perseverantes, schismaticos appellare audet, qui in unitate * qua a principio fuerant sine variatione permanserunt, dum ipse manifeste se ab eadem unitate separavit, & schisma perniciosissimum perpetravit, erigens aliam congregationem sub nomine generalis concilii, primo apud Ferrariam, deinde apud Florentiam, adversus hanc sanctam synodum, & altare sacrilegum contra altare legitimum, unde universum orbem in turbationem adduxit, & maledictionem in Core, Dathan & Abiron divinitus latam, atque pœnas contra schismaticos a jure inditas promeruit, juxta declarationem jam a septem annis factam in octava sessione hujus sanctæ synodi, qua dicitur: Quicumque, hoc sacro durante concilio, aliam congregationem sub nomine generalis concilii erigere aut facere præsumpserit, non catholicæ ecclesiæ concilium, sed schismaticorum conventiculum facere convincitur. Idcirco hæc sancta synodus omnes Christi fideles, cujuscumque status aut dignitatis, etiamsi papalis, imperialis aut regalis existant, sub obtestatione divini judicii, quod in Core, Dathan & Abiron auctoribus schismatis scriptura sacra commemorat, admonet & hortatur, & in virtute sanctæ obedientiæ, & pœnis contra schismaticos a jure indictis, districte præcipit atque mandat, ne, hoc sacro durante concilio, aliam congregationem sub nomine generalis concilii, quod revera non esset concilium, facere aut congregare, nec ad ipsum tamquam ad generale concilium, etiam prætextu cujusvis promissionis aut juramenti, accedere, aut interesse, vel recurrere quoquo modo, neque pro concilio generali habere, reputare, aut etiam nominare præsumat. Hæc in præfata sessione habentur. Ex quibus clarissime patet, quomodo maledictio illa schismaticorum super ipsum Gabrielem revertitur, quam in nos per præfatam invectivam adducere conabatur: ita ut proprie de tabernaculo suo omnes admoneat recedere illa Moysis servi Dei locutio, quæ dicit: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum.* Et dum cum schismate hæresim adjunxit, in qua post plures correptiones & admonitiones obdurato magis semper animo perdurat, recte admonetur unusquisque Christianus ipsum evitare, per illam apostoli Pauli saluberrimam doctrinam, qua dicit ad Titum: *Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, & delinquit proprio judicio condemnatus.* Certissime enim se proprio judicio condemnavit per illam invectivam, dum obdurationem animi sui in schismate & hæresi adversus doctrinam ecclesiæ & veritates fidei declaratas ostendit, ut jam omnes Christiani intelligant talem veritatis, justitiæ, fidei & ecclesiæ persecutorem nullatenus posse tolerari, sed in eo proprie verificari sententiam Cypriani in epistola ad Antonium, qua dicit de Novatiano contendente super episcopatu urbis Romæ: Episcopatum tenere non posset, etiamsi prius episcopus factus, a coepiscoporum suorum corpore & ab ecclesiæ unitate discederet. Et infra: Qui ergo nec unitatem Spiritus, nec conjunctionem pacis observat, & se ab ecclesiæ vinculo atque a sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere nec honorem, qui episcopatus nec unitatem voluit habere nec pacem. Quæ sententia ita clare verificatur in Gabriele, ut clarius dici non possit, dum manifeste & per erectionem conventiculorum contra generale concilium, & per impugnationem auctoritatis conciliorum in factis, verbis & scriptis, quam coepiscopi sui & universum collegium sacerdotum tam in concilio Constantiensi, quam in isto Basileensi tenuerunt, & dispersa per orbem profitetur ecclesia, se a coepiscoporum corpore, ab unitate ecclesiæ separavit, & totum orbem in turbatione ac divisione posuit. Sic itaque dum depositionem suam enervare quærit, magis eam approbat & confirmat: dumque alios hæreticos & schismaticos voluntarie appellat, quantum juste pro schismate & hæresi depositus fuerit ipse demonstrat. De simonia autem, perjurio, dilapidatione, violatione assidua & contemptu canonum ac decretorum synodalium, scandalizatione ecclesiæ, & notoria incorrigibilitate, pro quibus pariter depositus est, nullam in prædicta invectiva expurgationem adduxit, sed penitus obticuit. Verum, sicut rei & incorrigibiles facere solent in judicem suum, convicia & contumelias in hanc sanctam synodum exaggerat, & relationem criminum agere conatur, dum sui ipsius justificationem proferre non potest. Dicit hanc sanctam synodum fuisse versam in tyrannidem, in qua semper omnibus summa libertas patuit, & hodie patet. Dicit plura supposita hujus sanctæ synodi, antequam ad ejus dissolutionem procederes, fuisse diversis sceleribus irretita, de quibus nullam unquam probationem judicialem coram hac sancta synodo protulit, sed omnes qui se a corpore ecclesiæ separant ita se solent dicere justos, & ceteros peccatores; atque in ipsa ecclesia multa atque innumera mala fieri: & non advertunt quot in eadem bona fiunt, & quot sunt in ea meliores ipsis. Hi (ut inquit Augustinus) sunt falsi justificatores, & veri præcisores. Et alio loco ipse ait: Hæc consilia separationis inania sunt, perniciosa, sacrilega, impia & superba: & longe graviores sunt trabes schismatis quas in oculis tales gerunt, quam peccata manentium in unitate ecclesiæ; quæ ipsi schismati comparata sicut festucæ in oculis fratrum reputantur. Peccata quidem si in aliis erant, illa eis, & forsan aliis paucis, nocebant; peccatum autem Gabrielis & ejus incorrigibilitas mundo nocuit universo. Unde nullam causam habuit se separandi Gabriel ab hoc sacro concilio, neque a tot episcopis, oratoribus principum, doctoribus, & ceteris bonis viris, qui pro majori parte concilii * duplo unanimes erant in his quæ per ipsum sacrum concilium decernebantur. Nec debuit aliam congregationem erigere in conturbationem universi orbis adversus synodalem sententiam. Dicit monopolia, conjurationes, conspirationes protunc factas fuisse. Quomodo autem vocare potest conspirationes & conjurationes illa quæ palam a duabus partibus concilii & amplius facta sunt in deputationibus, congregationibus generalibus, & sessionibus publicis? Illa autem, quæ per factionem paucorum acta sunt, pro erigendo conciliabulum contra istud legitimum concilium, qui inter se conclusiones suas conspirabant, qui illam divisionem conflaverunt, ex quibus nunc totus orbis tanta patitur discrimina, reputat esse justa, appellans malum bonum, & bonum malum. Sed & ea non commemorat, quæ per aliquos ex suis facta sunt pro perveniendo ad erectionem illius conventiculi contra hoc concilium, in falsificatione litterarum sub nomine hujus sanctæ synodi, in captione & cruciatibus Ioannis Heraldi principis Pedemontium, quem nostri oratores ad Græciam præmiserant, & in persecutione venerabilis Ioannis de Ragusio, nunc episcopi Argentinensis, ad Constantinopolim. Imputat autem superbiam manentibus in synodo, pro eo quod maxima necessitate compulsi, pro honore Dei & animarum salute veritatem, justitiam, fidem

Margin notes (left column): * forte in qua. — Absit. — Num. 16. — Tit. 3. — Aliter de Eugenio sensit ecclesia.

fidem & ecclesiam sustinent, quos ipse per superbiam ejus semper ascendentem ita dire oppugnat: & filios appellat degeneres, qui sanctam matrem ecclesiam fideliter defenderunt, quam ille perditioni suo inutili & damnoso regimine exponere moliebatur. Dicit se pati persecutionem a vocatis Christianis, qui veros Christianos prædæ & gravissimis persecutionibus exposuit, dum fidelissime hoc concilium & ipsius atque aliorum conciliorum auctoritatem defenderunt, quæ ipse destruere volebat. Commemorat insuper idolum abominationis nos velle erigere in templo Dei, eum potius omnis intentio hujus sanctæ synodi fuerit ad illa idola abjicienda ex ipso templo, de quibus apostolus loquitur, dicens quod avaritia est idolorum servitus: & quæ abominatus est dominus, cum, facto flagello de funiculis, ejecit vendentes & ementes de templo. Nam ad hoc tendunt hujus sanctæ synodi decreta & labor summus, ut simonia repellatur a templo domini, fiantque omnia in collationibus dignitatum & beneficiorum, ac etiam ceteris rebus, prout lex divina & sanctorum patrum decreta instituerunt, ad salutem animarum, non ad exhaustum pecuniarum. Nam, ut inquit apostolus, *radix omnium malorum cupiditas*, quam quidam appetentes erraverunt a fide, & inseruerunt se dolotibus multis, sicut in Gabriele nunc impletum esse conspicitur. Et dicit nos reformationem abhorruisse, qui omnibus laboribus semper enitimur, omniaque pericula sustinemus, & vitam nostram & bona exponimus, ut ipsa reformatio realem & efficacem sortiatur executionem: quæ hucusque impedimentum maximum ex eo habuit, quod ille, qui primus in ecclesia canones exequi habebat, & se omnibus præbere exemplum virtutis & sanctitatis, agebat in contrarium. Iam non quæritur idolum, sed pastor bonus, qui virtute, prudentia & bonitate se exhibeat formam gregis, pascatque subditos verbo ac exemplo, utens potestate a Christo concessa in ædificationem ecclesiæ, non in destructionem: & ejiciatur idolum ipsum cum abominationibus suis, quod contra justitiam & voluntatem domini sedere conatur. Sed conqueritur deinde Gabriel citatorium contra eum factum fuisse, quod in perturbationem facti Græcorum cedebat, ut dicit. Verum si bene attendat, non illud fuit ad perturbandum factum Græcorum, sed ad consulendum & providendum saluti ecclesiæ nostræ catholicæ, quam impio schismate vulnerabat Gabriel ipse, qui post execrandam illam divisionem in hoc sacro concilio per suos excitatam illicite & nefarie, sicut in pluribus decretis & epistolis ostendimus, omnino determinaverat conventiculum erigere sub nomine alterius concilii generalis contra hanc sanctam synodum, in loco pro libito suæ voluntatis assumendo, & jam galeas contra galeas ejusdem sanctæ synodi propter hanc causam mittebat in Constantinopolim. Considerabantur scandala, quæ ex hoc schismate concilii prætensi contra verum concilium imminebant, & quæ jam, proh dolor, in oculis omnium conspiciuntur, fuit ille citatus, per quem tantum scandalum exoriebatur, qui & reformationis, ac legis domini, & decretorum hujus sanctæ synodi contemptor erat, imo jam persequebatur illos qui decreta ipsa servare volebant, atque eamdem synodum & gesta ejus per erectionem illius prætensi concilii confundere conabatur: ut priusquam illud grande scandalum eveniret, priusquam electio illius conventiculi contra concilium, illa horrenda divisio, quæ jam parturiebatur, actualiter formata esset, provideretur ecclesiæ, & ejus scissuræ periculosissimæ obviaretur. Quod si tunc factum esset, jam nunc non sentiret ecclesia dolores acerrimos, quos per collisionem fratrum in utero suo ipsa præsentit. Numquidnon omnis amator unitatis, omnis vetus filius ecclesiæ, debebat totis viribus insistere, ne hoc vulnus matri suæ inferretur, sed in tempore provideretur, quod maxime capetebat præfatum citatorium? Et nihilo minus sancta synodus omnem suam possibilitatem pro Græcorum conductione impendebat, mittens oratores suos & galeas in Constantinopolim, ut Græcos adducerent, obtulitque ipsis Græcis per suos oratores complere omnia quæ eis promissa fuerant, si advenire voluissent, nec in aliquo defecit ipsa sancta synodus, sperans semper ipsos Græcos venire debere ad locum nominatum per eamdem synodum, sicut eum eis conventum erat. Nec dubium esse debet cuiquam Christiano, quod si juvare voluisset Gabriel, tunc dictus Eugenius, ut venissent, sicut ipse restitit & impedivit, quod fuisset adductum. Sed maluit ecclesiam scindere, quam in hoc consentire, ut sub umbra illa reformationem evitare posset, & facta ipsius ecclesiæ in suam tyrannidem redigere. Dum vero citatus est, scidit extunc ecclesiam, quantum in ipso fuit; imo & contra determinationem catholicæ fidei concilium hoc Basileense, licet nulliter, transtulit & tunc in Ferrariam, caso quo procederetur contra ipsum aut aliquem oratorum suorum præsidentium, qui in concilio fuerant; quorum unus de crimine falsi erat accusatus, de quo fuit postmodum justo judicio condemnatus. Et jam dicit se hoc fecisse propter Græcos, quod propter se & præsidentem suum fecit. Nam & contentus erat, non obstantibus omnibus, ut concilium Basileæ permaneret usque ad adventum Græcorum, dummodo ab ulterioribus processibus contra ipsum & præfatum præsidentem suum supersederetur. Addit autem de venerabilibus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, contra quos tamen nihil concilium agebat, nisi quod eos evocabat ad providendum ecclesiæ in tanto periculo. Sed quid attinet ad factum Græcorum, quod oporteret dissolvi hoc concilium, si procederetur contra unum de præsidentibus ipsius Gabrielis, olim Eugenii, ut propter hoc sibi liceret transferre concilium in Ferrariam, impediendo ex hoc solo capite factum Bohemorum, quod tunc actu in Basilea tractabatur cum oratoribus regni Bohemiæ, & mandando ne illud ultra triginta dies ageretur in casu prædicto, excommunicandoque, privando, inhabilitando omnes qui postea in Basilea actus conciliares exercerent, tam in facto fidei quam reformationis generalis, in quibus ipse juxta veritatem fidei catholicæ tenebatur obedire concilio? Quis tam subtilis, quis tam acutus, qui hoc factum ab errore, a schismate excusare posset, dum propter evitandam justam punitionem unius falsarii, etiam omnibus aliis cessantibus, ipse olim Eugenius omnia hæc scandala perpetrabat? Dicit autem suspensionem ejus ab administratione papali fuisse factam, cum instaret adventus Græcorum. Notorium vero est, quomodo post illam adeo scandalosam dissolutionem & translationem in Ferrariam monitus fuit ut eam revocaret sub pœna suspensionis post 4. menses, nisi resipisceret, incurrendæ: quod dum facere noluit, per propriam contumaciam hujusmodi suspensionem incurrit. Neque adventus Græcorum, qui diu post ipsam suspensionem in portum Venetiarum advenerunt, in hoc aliquid causavit. Adjungit quod ad depositionem ejus processum est, cum immineret eorumdem Græcorum reductio. Sed scit totus orbis, quod licet ad depositionem ejus procedere licite potuisset sancta synodus juxta decreta ipsius, postquam præfatus

Coloss. 3.

Joan. 2.

1. Tim. 6.

Sed quo jure vos pauci citatis pastorem ecclesiæ?

ANNO CHRISTI 1439.

præfatus Gabriel suspensionem ipsam sustinuerat A post duos menses animo indurato, tamen maxima utens patientia & mansuetudine, adhuc postea per quindecim menses hanc depositionem distulit, donec gravissimis periculis imminentibus hoc sacrum concilium in periculo totalis dispersionis positum erat, post depositionem autem ipsius per aliquot dies publicavit quod Græci unionem acceperant. Sed numquid idcirco in suis criminibus prævalere debet adversus catholicam ecclesiam, & eam ac judicia ejus justa confundere, auctoritatem conciliorum generalium prosternere, quia dicit se reduxisse Græcos, & omnia mala facta sua sub hoc pallio cooperire laborat? Videant pro Deo Christiani quomodo in ea re processerit: jamdudum anno domini 1434. dum B venissent ad hanc sanctam synodum ejus expensis oratores ipsorum Græcorum, cum quibus tractabatur, ut anno sequenti imperator Romæorum & patriarcha Constantinopolitanus cum ceteris ex oriente venirent ad aliquem locum per hanc sanctam synodum nominandum, præfatus Gabriel misit Christophorum Garathonum ad Constantinopolim, ut ibidem fieret conventio Latinorum & Græcorum, & non venirent citra mare. Unde multa retardatio in facto unionis Græcorum, quam hæc sancta synodus prosequebatur, subsecuta fuit. Tandem ipse olim Eugenius consensum præbuit, ut eadem sancta synodus prosequeretur conventa cum præfatis oratoribus Græcorum per eum modum quo cum eisdem ipsa concluserat. Et nihilo minus, dum post C consensum prædictum oratores nostros ad prædicta exequendum misissemus in Græciam, qui pecunias pro congregandis orientalibus dederunt, ipse Gabriel iterum misit præfatum Garathonum, qui in contrarium ipsorum oratorum nostrorum laborabat. Cum vero res conclusa fuit, ut Græci ipsi citra mare venirent ad locum nominandum per hanc sanctam synodum, Deus novit quantis artibus Gabriel ipse impedivit, & impediri fecit, tam in Avinione quam alibi, ne hæc sancta synodus haberet pecunias pro conductione Græcorum: quantis modis laboravit, ut ipsos ad se traheret, ut sub umbra Græcorum sua compleret desideria: qui etiam suum salvum- D conductum pro eisdem Græcis conducendis huic sanctæ synodo requirenti dare recusavit, dum Sigismundus imperator Romanorum, & Albertus tunc dux Austriæ, & nunc rex Romanorum, rex Francorum, atque alii reges, per quorum dominia venturi erant Græci præfati, nec non alii duces & principes, atque etiam Venetorum, Ianuensium, Florentinorum, ac Senensium communitates suos salvosconductus liberaliter concesserunt. Ea res quidem perpetuis est deploranda sæculis: poterat fieri Græcorum unio cum bona pace, cum unione ecclesiæ nostræ in vero universali concilio, ubi prælati orbis, ubi omnes principes catholici aut oratores eorum convenissent, ubi multo celerius, multo stabilius atque firmius fuisset, favente domino, ipsa unio expleta. E Maluit ipse Gabriel ecclesiam nostram catholicam scindere, factum ipsorum Græcorum perturbare, & eos ad conventiculum Ferrariense, ac deinde Florentinense perducere, ubi reges catholici videntes schisma ejus & illicitam erectionem altaris sacrilegi contra verum altare, videlicet hoc sacrum universalis ecclesiæ concilium, abhorruerunt illuc suos mittere oratores. Si vero Græci ipsi aliquam professionem veritatis fecerint, in qua persistant, aut si quid boni in hoc facto repertum fuerit, rerum veritate comperta, gratias agemus divinæ pietati, quæ non sineret mala esse, nisi potens esset ex illis elicere bona: & unionem ipsorum Græcorum semper optavimus, & optabimus. Sed non propter hoc mala ipsius Gabrielis sub hoc pallio cooperiri possunt. Quid enim sibi prodesset ceteros ad fidem convertere, si ipse in schismate & hæresi permanere vellet; si ceteros vellet unire, & se ab ecclesia catholica separare, qui etiamsi montes transferret, & caritatem non haberet erga ipsam catholicam ecclesiam, sicut nec habere potest, quamdiu schisma & hæresim obdorato animo retinet, nihil sibi prodest. Et licet laboret ut sub hoc colore Græcorum fideles Christiani suum conciliabulum Florentinum in schismate erectum approbent, eumdemque Gabrielem depositum, privatum, condemnatum, & reprobatum, pro vero & summo pontifice venerentur, tamen B Deus illis dedit intellectum ad discernendum bonum a malo, cognoscendum justitiam ac veritatem. Et frustra tale rete jacitur ante oculos pennatorum. Alii enim pontifices in veris conciliis generalibus, ut Innocentius III. in concilio Lateranensi, in quo duo patriarchæ orientales personaliter adfuerunt, & Gregorius X. in concilio Lugdunensi, Græcos reduxerunt longe citra quingentos annos; imo etiam ipse Gregorius ibidem baptizari fecit oratores Tartarorum. Et nihilo minus si ecclesiam scandalizare voluissent illi pontifices, atque mala perpetrare quæ fecit olim ipse Eugenius, nequaquam hoc eis sub tali colore permisisset ecclesia. Deinde præfatus Gabriel comparat se beato Leoni, contra quem Dioscorus sententiam tulisse refertur in secunda Ephesi- C na synodo, cui hanc sanctam synodum Basileensem assimilat. Longe certe est differentia inter Leonem sanctum & Gabrielem tot vitiis & criminibus irretitum, atque etiam inter hanc sanctam legitimam synodum in plena libertate semper constitutam, & illam reprobam Ephesinam, in qua viri armati gladios tenentes in manibus compellebant homines ad diffiniendum quod placebat Dioscoro. Tandem ipse Gabriel depositionem damnat & reprobat, quod certe omnibus malis & perversis juste condemnatis accidere solet, ut semper sententiam in eos latam injustam esse reputent. Sed in causa propria non mirum si non recte judicat, qui in verbis D injuriosis atque inflatis per totam suam invectivam respersis plene ostendit loqui se ex passione animi exacerbati, non ex judicio rationis, dum audet dicere dæmonia totius orbis in latrocinium Basileense confluxisse videri: & alia horribilia verba, quæ nemo prudens, nemo justus, nemo diceret honestus. Sed dixerunt etiam Iudæi Christo quod dæmonium habebat, & multoties ecclesia catholica a diversis hæreticis, ut Donatistis, Arianis, & aliis permultis, graves injurias audire solita est: qui, dum lepra hæresis infecti erant, alios omnes qui aliter ab eis sentiebant hæreticos reputabant, & ab ecclesia præcisos & schismaticos, sicut nunc Gabriel ab unitate ecclesiæ præcisus de his judicat qui in unitate permanserunt, qui doctrinæ catholicæ & apo- E stolicæ adhæserunt, & constantissimis animis semper adhærent, tam in concilio Constantiensi declaratæ, quam dudum in hoc Basileensi, etiam pro eo tempore, sicut prædictum est, quo ipse Gabriel hoc sacrum concilium legitimum generale concilium esse recognovit, & quo legatus suus eidem præsedit. Prospiciebatur etiam quanta desolatio ecclesiæ sequeretur, si deinceps conculcatis conciliis generalibus, spretis canonibus, abjectis determinationibus catholicæ fidei, unus mortalis homo posset negotia ecclesiæ pro libito voluntatis agere. Quod vero longam patientiam habuit sancta synodus in tolerando Gabrielem & facta ejus, ipse hoc impingere conatur, tamquam pro habendo papatum facta sit

Non absque singulari nominis favore Eugenius Græcos ab errore revocavit.

Græci redire ad unionem, & imperator Fridericus III. cum tota Germania, imo tota ecclesia Eugenio assensit.

Utinam hæc in vos non quadrarent!

ANNO CHRISTI 1439.

A tam longa protractio, cum e contrario manifestum sit, quod si hoc quæsivisset sancta synodus, jamdudum ad depositionem ejus processisset, attentis scandalis, schismatibus, & malis fere innumeris quæ per ejus damnosum & inutile regimen accidebant. Sed expectavit benigne hæc sancta synodus ejus emendationem in multa patientia, & ipse per resistentias quas præstitit, per varia impedimenta quæ præbuit tam tempore primæ prætensæ dissolutionis, quam secundæ, quam alio medio tempore, fuit causa tam diuturnæ protractionis. Manifeste autem jam omnes conspiciunt obduratam Gabrielis pertinaciam per supradictam invectivam, & quomodo confundere conatur ecclesiam catholicam, veritatemque & justitiam, ut jam omnes clarissime intelligere possint, B quomodo sine ulteriori quacumque protelatione ipsum evitare, ejusque venenatum consortium fugere, & quoslibet Christi fideles ab eodem efficaciter recedere necesse sit, atque in doctrina ecclesiæ catholicæ permanere: dolere quidem omnes debent, quod Gabriel ipse, qui benigne ab assentiendo ecclesiæ, & ambulando unanimiter cum consensu in domo Dei, poterat fructus uberrimos in ecclesia efficere, & omnibus bonis spiritualibus & temporalibus abundare, nunc superba separatione in tanta mala se præcipitaverit, & ecclesiam ipsam tantis perturbationibus afflixerit, ut conculcata conciliorum auctoritate ipsam suæ voluntati subjiceret. Iam vero ad talia verba ipsius Gabrielis, in quibus C finis non invenitetur, nequaquam ulterius attendere necesse est. Sed orandus est Deus omnipotens, ut animam illius humiliare dignetur, & non ipsum in damnationem perpetuam corruere permittat; dandaque est opera, sicut necessitas exposcit, ut ecclesiæ provideatur de bono & salutifero regimine ad conservationem fidei, & salutem Christianorum, in gloriam Dei omnipotentis, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, Nonis Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimonono.

ANNO CHRISTI 1440.

XVI.

Epistola synodalis ad universos Christi fideles, de obediendo conciliis generalibus, & cavendo ipsis inobedientes.

Sacrosancta, &c. *universis Christi fidelibus omnipotentis Dei benedictionem.*

Eadem usque ad nauseam non sine magno scandalo toties repetuntur: atque utinam cautius egissent Basileenses.

Grande periculum ac desolationem inauditam, quæ jam ecclesiæ Dei & vobisipsis imminet, o Christi fideles, attendite, & antiqui hostis jacula conspicite, quibus gregem dominicum magno precio redemptum perimere conatur, ut devotioribus animis auxilium divinæ gratiæ imploretis. Et, quemadmodum exhortatur apostolus, *accipiatis armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo; in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela hostis nequissimi ignea extinguere* E qui jam vehementi tentatione fundamenta ecclesiæ & religionis Christianæ concutere quærit, volens conciliorum generalium auctoritatem evertere, per quæ fides orthodoxa, & omnis vitæ atque actionis norma tradita est, & quorum vigore eadem fides atque regula disciplinæ Christianæ sustentari habent in terris, ut illis prostratis, mala innumera super populum Christianum inducere possit. Sed ut eam rem lucidius prospiciatis, & non permittatis vosipsos miserabiliter deperire, ecclesiamque matrem vestram tantis subjici ruinis, primum vos considerare decet, quanta desolatio in foribus est, quantaque periclitatio ani-

Ephes. 6.

A marum imminet, si nunc ruat & prosternatur conciliorum auctoritas. Deinde aperiemus quomodo ipsa gravissime ruit, si illi favor & obedientia præstatur, qui eamdem conciliorum auctoritatem factis, verbis & scriptis jam a multo tempore conculcare non cessat. Postmodum objectiones contra illius justissimam suspensionem ab administratione papali, & subsequentem depositionem, nullius esse momenti clarissime ostendemus: ut veritate plene comperta quisque Christianus intelligat quid sibi agendum est de necessitate salutis. Advertite in primis, o Christicolæ, & ante oculos vestros ponite miserandum & flebilem statum Christianæ religionis, si eo redacta fuerit, ut quisque in summo pon- B tificio positus jam assecuratus sit quod nullam correctionem a conciliis generalibus deinceps habeat pertimescere, quantumcumque ecclesiam scandalizet, & ejus statum perturbet ac decoloret: ita ut si omnes dignitates ecclesiasticas & beneficia venderet, si prælatos quosque invitos transferret, & expelleret injuste pro libito voluntatis, etiam notorie ac injuste reges & principes dejiceret, moribus perniciosis animas hominum passim perimere laboraret, crudelitates perpetraret horrendas, legem Dei confunderet, quæque salubria instituta everteret, temporalia ecclesiæ Romanæ & ceterarum particularium ecclesiarum dissiparet atque alienaret, aliaque innumera flagitia, scelera & crimina notoria C perpetraret, ac se incorrigibilem redderet, omnis ecclesia in unum congregata nullatenus illum a talibus coercere posset: quinimo liberum esset ei quamlibet synodum eum reprimere volentem illico transferre vel dissolvere, persistentes in synodo contra voluntatem ejus persequi, excommunicare, privare, inhabilitare, contumeliis ac injuriis afficere, invasiones corporales adversus eos excitare; ac deinde quidquid synodus statueret, præciperet, dictaret, ordinaret, penitus contemnere, abjicere & reprobare. Conspicite pro Dei reverentia, qualis ex hac re daretur introitus inimico humani generis ad subvertendum religionem Christianam, dum seducendo unum hominem posset Christianitatem in desolationem maximam dejicere, mores perver- D tere, canones & regulas quasque dissipare ecclesiasticas, regna & provincias conturbare, ac bonis spiritualibus & temporalibus spoliare, vitiorumque immanitatem inducere. Aperite oculos, & videte qualis ex hoc daretur ingressus Antichristo. Sed & considerate quomodo ea res fidem catholicam confunderet atque violaret, quæ est primum fundamentum ecclesiastici ædificii, quo everso, omnia corruunt, sine qua fide impossibile est placere Deo, aut aliquam salutem consequi. Notum est enim, quomodo sacra Constantiensis synodus ad extirpationem errorum tanta pericula universæ ecclesiæ afferentium diffinivit & declaravit, innitendo sacris scripturis, & doctrinis antiquorum conciliorum, at- E que sanctorum doctorum, quod concilium generale universalem ecclesiam repræsentans potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque status & dignitatis, etiamsi papalis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris: quodque si quis statutis & mandatis cujuslibet concilii generalis legitime congregati obedire contumaciter contempserit in prædictis & pertinentibus ad ea, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, ad alia etiam juris remedia, si opus fuerit, recurrendo. Deinceps felicis recordationis Martinus papa V. approbante toto Constantiensi concilio, literas suas universis episcopis & inqui-

ANNO CHRISTI 1440.

Semper illi vicarium Christi, contemptum vocant uni hominem, cum Christus dicat: *Qui vos audit, me audit*, &c.

ANNO CHRISTI 1440.

Sed talis concilii caput est Romanus pontifex, cujus auctoritate confirmentur oportet.

inquisitoribus mandavit, continentes, Quod est de necessitate salutis, credere generale concilium habere supremam auctoritatem in ecclesia, quodque quodlibet concilium generale, & etiam ipsum Constantiense, repræsentat universalem ecclesiam: & quidquid approbavit & approbat in favorem fidei & salutis animarum, est ab universis fidelibus approbandum & tenendum: & quidquid condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, ab universis fidelibus pro condemnato tenendum & asserendum: loquens etiam de illis quæ circa principium ipsius concilii Constantiensis diffinita & approbata sunt, sicut suæ præfatæ literæ indicant, quæ expressam mentionem faciunt de declaratione facta circa principium ipsius concilii super communione divinæ eucharistiæ sub utraque specie, & de condemnatione errorum & personarum eorumdem Ioannis Vvicleff, & Ioannis Hus. Fuit autem deinceps præmissa determinatio de conciliorum auctoritate in hoc sacro Basileensi concilio in pluribus sessionibus repetita, dum olim Eugenius concilium ipsum prima vice dissolvere attentaverat, atque in responsionibus synodalibus multipliciter declarata, & in universum orbem per epistolas aliasque literas & synodales nuntios publicata. Ipse tunc Eugenius huic sacro concilio doctrinam hanc notorie senenti, prædicanti & publicanti, adhæsit: & ipsum fuisse legitimum, ac legitime a principio sui continuatum, professus est; confitens dissolutionem per eum factam irritam & inanem; quam tamen primo ex justis & necessariis causis factam esse publicaverat: ac etiam duas literas suas in apostolico palatio contra hoc sacrum concilium & ejus decreta promulgatas, in quarum una dicebat quod ante adventum legatorum suorum existentium in synodo nulla erant sedis apostolicæ auctoritate suffulti: atque etiam designabat, quod ipso contradicente, generalis synodi non habebant potestatem: quodque multa & gravia disponere & statuere præsumpserant contra decreta sanctorum patrum in apostolicæ sedis grave præjudicium: tertiasque, incipientes, Deus novit, suo omnino factas, in quibus quamplura contra auctoritatem conciliorum asserebantur: & quidquid per eum aut suo nomine in præjudicium aut derogationem sacri hujus concilii Basileensis, seu contra ejus auctoritatem, factum, attentatum, seu assertum erat, cassans, irritans & annullans, nullasque & irritas fuisse & esse declarans; adjiciens, quod de cetero a gravaminibus ipsi concilio inferendis, abstineret. Deinceps quoque post ipsius adhæsionem in sessione publica, præsidente legato apostolico, assistentibus octo sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, oratoribus regum & principum, prælatorumque & doctorum juris divini & humani copiosa multitudine, eadem declaratio Constantiensis concilii renovata extitit. Vbi autem hæc veritas concernens manifeste fidem & jus divinum, sicut olim lucide in celebri responsione incipiente, Cogitanti, & aliis pluribus ostensum fuit, expresse disserens de auctoritate data immediate a Christo ecclesiæ congregatæ & conciliis generalibus, toties & tam solenniter per universam ecclesiam declarata est, & per concilia generalia, quæ summi pontifices consistorialiter declaraverunt legitima, etiam pro eo tempore, quo hujusmodi declarationes ediderunt. Si nunc post hæc omnia ipsæ declarationes fidei & juris divini abjiciantur, ac veluti erroneæ dejiciantur & conculcentur, impingaturque toti ecclesiæ error quæ talia declaravit, quis non videt alias hæreses per ecclesiam sopitas resuscitari, & novis suscitandis frena laxari, dum ex hoc via paratur, ut conciliis generalibus in declarationibus fidei & divini juris amplius non credatur: sed in qualibet regione, in quolibet loco, possint homines sectas & hæreses & quaslibet malas doctrinas excitare, amplius non timentes suas adinventiones per generalium conciliorum auctoritatem confutari? Vnde totus orbis in conturbationem maximam deveniret, & periclitabitur Christianitas, quæ & olim ante tempora Constantini, sicut testatur Isidorus, fervente persecutione, in varias hæreses scissa est: quia non erat episcopis licentia conveniendi in unum, nisi tempore supradicti imperatoris: quod si tunc, non obstante quod essent summi pontifices vita & sanctitate præclari, propter defectum congregationis conciliorum generalium, hæreses ipsæ pullulabant, quanta nunc insurget hæresum vorago, si amplius conciliorum generalium diffinitionibus non credatur nec acquiescatur, atque illorum sic miserabiliter prosternatur auctoritas? O quanta Christianitatis destructio! O quanta fidei desolatio! O quanta omnis religionis & pietatis abjectio! quanta eversio rerum publicarum, regnorum, & provinciarum; quantum naufragium animarum! Plorate jam & ingemiscite omnes invocantes nomen domini, majores cum minoribus, & apertis oculis inspicite turbationem venturam universo orbi, ruinamque vestram & desolationem prævidete, si sic frangatur necessaria illa conciliorum auctoritas. Sed & flete super vos, si sic prosternatur, quod omnium Christianorum prælatorumque, religiosorum ac ceterorum Christianorum erat supremum refugium in terris: ad eorumdem nempe auxilium sæpenumero confugerunt summi pontifices, dum a tyrannis persecutionem patiebantur, quæ jam amplius nulli venerabuntur aut reverebuntur tyranni, si hoc tempore corruerint. Per ipsa concilia sedes apostolica robur suæ dignitatis & auctoritatis conservabat, dum per eorumdem conciliorum sententias cunctis hominibus formidandas, & venerandos canones, omnes adversarios fidei & sanæ doctrinæ atque bonorum morum corruptores arcebant & reprimebant. Ipsi quoque pontifices per eadem concilia dirigebantur, ut ambularent ad veritatem euangelii, & potestate sibi data ad ædificationem uterentur. Vnde qui ipsorum conciliorum auctoritatem enervare quærunt, illi decorem, dignitatem, robur & auxilium apostolicæ dignitatis, fidemque, salutem, & bonas actiones summorum pontificum manifeste confundere moliuntur, atque in illam destructionem adducere, de qua loquitur beatus Gregorius, dum post enumerata universalia concilia, subdit: Cunctas quas veneranda concilia præfata personas respuunt respuo; quas venerantur amplector: quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis præsumit absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt: quibus verbis idem Gregorius immediate subjungit: Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Vt vero de ceteris prælatis ecclesiasticis & principibus sæcularibus, qui ad concilia refugium habuerunt, dicere omittamus, quoniam nimium prolixum esset singula enarrare, saltem illud homines conspiciant, quod per hujus sacri concilii labores regnum inclytum Bohemiæ Sigismondo Romanorum regi restitutum fuit, quodque adversus nonnullos, qui temporalia cunctis ecclesiis eripere, religiosesque tam mendicantium quam aliorum destruere conabantur, singulare præsidium tam in dicto Constantiensi, quam in hoc sacro concilio inventum est. Quid de schismatibus tollendis dicemus, si amplius conciliis generalibus non

Has Eugenius negat esse suas.

Concilia generalia semper Romani pontificis auctoritatem præcipuam agnoverunt, & ab eo tamquam maiori cōfirmari petierunt.

ANNO CHRISTI 1440.

ANNO CHRISTI 1440.

A obediatur? si plures contenderint de papatu, quilibet, qui se verum papam putabit, dicet se superiorem concilio, quomodo poterunt judicari, quomodo coerceri aut reprimi, si viderint hoc modo prostratam ipsorum conciliorum auctoritatem? Quod si omnia inconvenientia enumerare vellemus, quæ secum afferret hujus auctoritatis ruptura, non multis posset describi codicibus. Sed jam ad secundum explicandum transeamus, quomodo hæc prosternitur auctoritas; quomodo ruina gravissima ecclesiæ, & malorum ac turbationum inenarrabilis multitudo paratur, si ille sustineatur & foveatur qui hujus auctoritatis se contemptorem, impugnatorem, & notorium persecutorem ostendit. Quis negare potest, o Christiani, quod reformationi ecclesiæ in ca-

B pite & in membris, quam totus orbis desiderabat, & pro qua jam plura concilia generalia congregata fuerunt, durissime restiterit (de quo omnis anima dolere debet) ille qui primus homines ad viam salutis inducere debuerat, olim Eugenius papa IV. nunc Gabriel nuncupatus, quodque illa quæ pro ipsa reformatione decreta & instituta erant per hanc sanctam synodum a se abjecerit & contempserit, ita ut nunquam unum canonem synodalem concernentem reformationem ipsam in executionem efficacem deducere compertus sit, qui nullam penitus emendationem in regimine curiæ suæ propter quamcumque admonitionem aut correctionem ef-

C fecit, sed assidue graviores abusus adauxit, in perditionem animarum & detestabilis simoniacæ pestis fomentum? Quis negare potest quod, quantum in se est, auctoritatem omnium conciliorum generalium conculcavit, dum evocatus ad synodale judicium, diffinivit quod ex certa sua scientia, auctoritate apostolica, & ex plenitudine potestatis, transferebat hoc sacrum concilium, casu quo procederetur contra ipsum aut aliquem suorum oratorum præsidentium qui in concilio fuerant, cum tamen eo tunc tempore ipsorum concilium generale verum ac legitimum reputaret? Quis dissimulare potest, quod etiam ipsi concilio auctoritative prohibuit, ne ultra dies triginta causam fidei, quæ cum Bohemis age-

D batur, tractaret; adjiciens quod omnes excommunicabat, privabat beneficiis, & inhabilitabat ad eadem, qui deinceps post terminum, quem ipse tunc præfixit, actus conciliares Basileæ exercerent; volens etiam ex ea causa esse derogatum quibuscumque declarationibus, etiam sub nomine generalis concilii factis, & aliis in contrarium facientibus? Ex his prosternens & abnegans manifeste supradictam declarationem catholicæ fidei, tam per sacrum Constantiense concilium factam, quam per hoc Basileense, ut præmittitur, dudum renovatam, & se superiorem in his omnibus concilio designans: vigore cujus prætensæ dissolutionis schisma horrendum & gravissimam divisionem consequenter in orbe posuit,

E erigens congregationem Ferrariensem sub nomine alterius generalis concilii contra hanc sanctam synodum, postquam declaraverat conditiones in præfata dissolutione positas purificatas fuisse, studens hoc pacto inconsutilem tunicam Christi, & ecclesiam, quam in unitate repererat, gladio sævissimo divisionis & schismatis scindens; quod certe omnes debuerant abhorrere Christiani, quibus simile schisma nunquam compertum fuerat. Sed nec his contentus in hanc sanctam synodum varias persecutiones excitavit, mandans civibus Basileensibus ut eamdem a sua civitate expellerent. Alioquin se in civitatem interdictum, & in gubernatores ejus excommunicationem, proferre dicebat, inhibendo ne quis victualia deportaret ad eamdem: & si qui portarent,

A spoliarentur, cederentque spolia occupantibus. Scripsit præterea ut in eos de concilio fieret persecutio, tamquam in hostes Christianæ fidei; vocans ipsam synodum iniquorum perfidam synagogam: quæ mandata adeo gravia fuerunt, ut vix filius perditionis adveniens graviora adversus ecclesiam mandata ferre posset, si eam sentiret pro sustinenda fide & lege domini in aliquo loco congregatam. Quæ vero & quanta scripserit diversis principibus, blasphemando eamdem synodum, & decreta ejus, longum esset enarrare. Sed & quomodo patrimoniū, terras, & dominia ecclesiæ, quæ in summa pace & prosperitate repererat, ipse tractaverit, quas alienationes fecerit, quas guerras commoverit, partialitates ac-

B ceperit, quantæque crudelitates sub regimine suo in loca & subditos ecclesiæ perpetratæ sint, quomodo juramenta sua solenniter in conclavi & post conclave præstita infregerit, flebile est dicere. Et præterea quæ unquam major incorrigibilitas, quæ major pertinacia in aliquo pontifice vel ministro ecclesiastico apparuit, qui non solum in prædictis suis excessibus, quibus divinam majestatem & legem ejus ac fidem catholicam tam notorie offendit, & ecclesiam Christi in spiritualibus & temporalibus sic conturbavit, afflixit, damnificavit, divisit, & supra modum scandalizavit, obdurato permansit animo; verum etiam vult, his non obstantibus, ab hominibus innocens & justus reputari, nulla unquam

C emendatione, nulla correctione ostensa, quasi tantam cæcitatem jam in populo Dei excidisse credat, ut tam gravia vitia velint pro veritatibus venerari? Videns autem hæc sancta synodus ad ipsius emendationem nec dulces admonitiones sæpius & per plures legatos & oratores transmissas, nec longam patientiam & benignam expectationem, nec citationem juridicam, nec suspensionis ab administratione papali sententiam justissimam proficere, tandem expectatis decem & septem mensibus post suspensionem prædictam, necesse habuit super depositione ipsius a papatu justum proferre judicium, prout eidem ex auctoritate data a Christo incumbebat.

D Nunc vero advertite, o Christi fideles, quæ deinceps erit in orbe conciliorum auctoritas, si post hæc omnia fovetur & sustinetur, qui non solum in tantis malis se incorrigibilem præbuit, verum etiam eamdem conciliorum auctoritatem prosternere laboravit, & laborare non cessat, ut deinceps nec ipse, nec aliquis successorum suorum; per judicium ecclesiæ corrigi valeat, sed possint pro libito voluntatis omnia agere absque ullo timore correctionis fiendæ super terram: qui & adhuc post suam depositionem graviora gravioribus addens tres declarationes catholicæ fidei de auctoritate conciliorum condemnare ausus est, cujus oratores jam per orbem adversus eamdem auctoritatem aperte prædicant: & tam ipsi quam nonnulli sibi faventes, disseminant

E libellos ac tractatus ad hujus hæresis divulgationem, & suppressionem declarationum catholicæ fidei quas universa tenuit ecclesia. Potestis autem, o cuncti Christiani hunc ignem, priusquam amplius accendatur, extinguere, & fidei catholicæ ac universæ ecclesiæ pacem reddere, si sententiis justissimis hujus sanctæ synodi, quam repræsentare universalem ecclesiam recognovistis, debitam præstiteritis obedientiam, & viam veritatis ac justitiæ efficaciter amplexari curetis, in favorem fidei & salutis ecclesiæ universæ. Si vero id non fiat, sed diutius præstetur obedientia ei qui omnium horum malorum caput est, si repulso ecclesiæ judicio ille sustineatur qui juste condemnatus est, si impugnatori notorio fidei & auctoritatis conciliorum faveatur, si mani-

ANNO CHRISTI 1440.

Pius II. longe aliter scribit de hoc Eugenio, palam revocans, quod olim senserat vobiscū contra Eugenium.

Florentinum concilium definivit Romanū pontificem plenā a Christo habere potestatem universalis ecclesiæ gubernandæ.

Anno Christi 1440.

manifestus persecutor congregationis synodalis sustineatur, si mandata, statuta & præcepta concilii generalis abjiciantur, & rebellanti atque contumaci & incorrigibili adhæreatur, illeque post sententiam depositionis in eum latam pro capite ecclesiæ reputetur, qui se ab ipsius ecclesiæ unitate & corpore per fidei læsionem, per schismatis in erectione prætensi alterius concilii perpetrationem separavit, & cui jam nullus color, nullus titulus papatus competere potest: si denique non auditur ecclesia judicans, & libellis illius qui condemnatus est, blasphemias & enormes injurias in sanctam synodum & existentes in ea continentibus, aures præbentur, quis non videt dies illos malos, horrendamque turbationem totius ecclesiæ, de qua superius disseruimus, in proximo adesse? Quanti reperientur qui deinceps in conciliis generalibus ad defensionem fidei, ad extirpationem hæresum, ad reformationem morum, ad tuitionem justitiæ & veritatis, persistere vellent, si videant sibi privationes beneficiorum, persecutiones corporum, injurias, opprobria, prætensas censuras, & quascumque adversitates imminere, illi autem, qui hæc adversus synodum hanc perpetraverit, obedientiam & favorem finaliter dari? Sepelitur profecto, conculcatur & prosternitur, si res ita procedant, ipsa conciliorum auctoritas, & gravissimus dolor imminet omnibus Christianis. Verum confidimus in domino, quod non sic ecclesiam suam in interitum ruere permittet: quinimo excitabit corda servorum suorum, ut misereantur ipsius ecclesiæ & animarum suarum, nec fidem catholicam, veritatem & justitiam sic opprimi patiantur. Sed neque hoc sustineri potest, quod quidam obedientiæ neutralitatem consulunt observandam, & sicut ei qui juste per synodale judicium condemnatus est nequaquam obediendum est, sic concilio judicanti obedientiam subtrahendam putant. Quomodo enim potest quisquis Christianus excusari, ut ab omni judicio ecclesiæ se subtrahat, cum de necessitate salutis ecclesiam audire teneatur, sicut evangelica doctrina & omnis sanctorum traditio testatur? quod liceret, si quisquam se a judicio unius concilii subtrahere posset, similiter & alteri concilio denegare obedientiam, nec in eorum sententiis, sive pro fide, sive pro quibuscumque rebus animarum salutem aut ecclesiæ statum concernentibus, ulla stabilitas ullave efficacia haberetur. Quilibet acta conciliorum examinare vellet, ac de illis, prout ei videretur, judicare: aut post judicium unius concilii aliud petere; nullum interim obedientiæ debitum reddens: sicque frustraretur conciliorum auctoritas, & tandem neque ipsis neque summis pontificibus legitimam administrationem habentibus obediretur. Unde in totum confunderentur ecclesiastica judicia, periclitareturque Christiana religio: nec deinceps concilia generalia quæcumque mala reprimere laborarent, si eorum sententiis non obediri conspicerent. Neque locus est suspensioni animorum in tam clara justitia, in tanta obediendi necessitate, dum per defectum obedientiæ præstandæ, fidei læsio & veritatis oppressio assidue succrescunt, periclitantur animæ innumeræ, & exemplum datur omnibus, ut deinceps nullis sententiis prælatorum suorum, sicuti nec synodorum obediant, sed animos suos per plura tempora suspendere velint, unde omnis jurisdictio perire poterit, dum auctoritatem supremam ecclesiæ obmitti & negligi videbunt. Si itaque communi bono ecclesiæ Dei consulere quæritis, o Christi fideles, si præsentibus malis finem imponere, si pacem consequi, & felicem statum totius Christianitatis intueri, date operam ut cuncti unanimiter viam veritatis sequantur, ut conciliis generalibus sua reddatur auctoritas, ut nullus eam deneget synodo universali obedientiam, ad quam tenetur de necessitate salutis, in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris, & pertinentibus ad ea. Sic cessabunt schismata, sic hæreses extinguentur, mores reformabuntur, vigebunt concilia, sedes apostolica & virtutum dignitate & honore plurimo reflorebit, repellentur conatus antiqui hostis, breviabuntur dies mali, & malorum grandium repelletur incursus; quæ, si secus fiat, super omnes Christianos jam imminere conspicitis. Superest jam ut eas objectiones nullius ostendamus esse momenti, quæ ad illaqueationem animarum & obfuscationem veritatis ac justitiæ hujus sanctæ synodi, per nonnullos afferuntur. Allegant quidam hoc sacrum concilium de suo consensu fuisse translatum, pro eo quod concordaverat cum Græcis se transferre infra mensem, postquam advenissent ad ultimum portum citramarinum, eisdem in Constantinopoli per oratores concilii nominandum pro celebrando œcumenico concilio, in eo loco quem hoc sacrum Basileense concilium elegisset. Verum quanto rejicienda sit hæc objectio vos Christi fideles advertite. Manifesta quidem nimis est veritas, quod Græci, prævalentibus practicis olim Eugenii persequentis synodum, non ad portum per oratores concilii eis nominatum venerunt, neque ad locum per concilium electum, sicut ipsi promiserant, venire voluerunt: imo scripserunt concilio per oratores ejus in Constantinopolim missos, se propterea cum eis & eorum galeis non advenisse, quia tempus mittendarum ipsarum galearum transactum erat, sic absolventes se ab omni obligatione mutua, quæ inter concilium & ipsos contracta erat, licet tamen alteri oratorum prius dixissent se de ulteriori expectatione contentos esse, impedimentaque concilio præstita essent manifesta, cum in conventionibus initis cum eisdem expresse caveretur, omnia debere intelligi sine fraude & dolo, ac legitimo impedimento cessante. Quod si ad requestam ipsius olim Eugenii deinceps ire voluerunt Ferrariam contra consensum concilii, quis ratione utens dicere possit concilium ex ea re ad se transferendum fuisse obligatum? Dum vero quidam ulterius objiciunt, quod concilium quadam vice conclusit, casu quo Avinionenses certam pecuniæ summam infra mensem non traderent in pecunia numerata, & de hoc infra duodecim dies sequentes non certificaretur concilium, quod tunc teneretur ipsum concilium ad electionem alterius loci procedere, & universali ecclesiæ aliunde providere: quod dum adveniente tempore non fieret, præsidentes apostolici, & alii quidam secum minorem partem concilii facientes, tamquam ad ipsos devoluta potestate concilii, alium locum aliumque portum nominaverunt, & oratores ad Græcos miserunt. Sæpe ad hujusmodi objectiones per decreta & epistolas nostras responsionem fecimus, ostendimusque illas esse penitus inanes. Manifestum est enim, quod concilium in ea conclusione cum nullo contractum fecerat conventionem, nullusque aderat cum quo hujusmodi contractum celebraret: nulli quoque dubium est quemquam cum seipso contrahere non posse, cum inter spondentem recipientemque sponsionem debeat esse distinctio personarum. Unde illarum omnium objectionum corruit fundamentum. Sed tantum illam conclusionem intra se cepit concilium, quam & interpretari & mutare poterat juxta casus occurrentes, si pro salute ecclesiæ sibi ita agendum videbatur. Nec aliquis sibi legem imponit, a qua recedere non

possit:

Hoc aliquamdiu Germani fecerunt, sed postea ad Eugenium se contulerunt.

ANNO CHRISTI 1440.

[A] possit: neque dicebatur in conclusione ipsa, quod in casu prædicto minor pars haberet alium locum eligere, sed concilium. Et si aliquod dubium erat, quod interpretandum veniret, aut si quid in hoc agendum vel deliberandum aut mutandum, nullatenus judicio minoris partis standum erat, sed plurimorum sententiæ acquiescendum, sicut mos antiquorum conciliorum & omnia patrum instituta edocent. Vnde & ex eo in universum orbem turbatio gravissima excitata olim fuit, dum aliqui episcopi minorem partem concilii Nicæni facientes, illis contradixerunt quæ major pars concluserat. Sed quid amplius illimet præsidentes apostolici, qui sub prætextu conclusionis illius alium locum eligere voluerunt, eidem conclusioni, cum fieri deberet, contradixerunt, [B] protestantes se non consentire in decretatione loci Avinionensis, de quo expresse agebat dicta conclusio? Et ulterius, pendente termino præfixo, oratores olim Eugenii archiepiscopus Cæretensis & Iacobus de Rachaneto impediebant ne illæ pecuniæ darentur in Avinione, de quibus hæc conclusio agebat. Scripserunt præterea Avinionenses, quomodo abbas Bonæ vallis & Raimundus Taloni decretorum doctor, ad eos missi ex parte concilii, composuerant cum eis ex potestate eis data a toto concilio, quod haberent decretationem loci Avinionensis & impositionis decimarum, priusquam pecunias suas exolverent. Mandaveruntque ipsi Avinionenses quod, illis habitis pro cautione [C] eorum pecunias expedirent, de quibus oratores concilii missos ad eosdem cautos & securos fecerunt. Iudicavit concilium quod rationabiliter petebant, quodque attentis prædictis, quæ supervenerunt ad notitiam ipsius concilii, & aliis pluribus ipsum * monentibus, non erat procedendum ad electionem alterius loci, nec expediebat saluti ecclesiæ & bono rerum agendarum. Quod autem aliqui pauci ad electionem alterius loci temerarie procedere præsumpserunt, se dicentes decretum agere contra duplo majorem partem concilii & amplius, scindentes & dividentes, quantum in se fuit, ecclesiæ unitatem, hoc prorsus illicitum & perniciosum fuit, sicut per solenne decretum sessionis nostræ trigesimæ [D] secundæ demonstravimus. Vnde & conatibus eorum extunc resistens hæc sancta synodus, decretationem fecit in sessione publica super electione loci Avinionensis & aliorum sibi adjunctorum, omnem aliam electionem seu nominationem loci per quoscumque factam irritans. Deinceps quoque subsecuta est communis omnium nullo discrepante concordia, quod tres domini, inter quos erat unus & primus legatorum apostolicorum, haberent sigillare literas de quibus agebatur, sine præjudicio alicujus, & oratores mittere. Ipsi autem sigillaverunt decretum concilii, mittentes ipsum per oratores in Avinionem, illo prætenso rejecto, quod per minorem partem factum fuerat. Cumque sit omnino a veritate alienum, quod duo decreta [E] contrarii tenoris, imo & sibi invicem contradicentia expresse, uno & eodem tempore similia synodali judicio emanaverint, quia Spiritus sanctus per os generalis synodi contrarie loqui non potest, eo ipso quod decretum concilii super electione de Basilea, Avinione & Sabaudia, consentientibus omnibus patribus qui in concilio erant, & ipsis legatis apostolicis, vera bulla plumbea synodali rite plumbatum est, manifestum est dictam schedulam legatorum nullatenus vim decreti habere potuisse. Dum vero quidam literas, super eo quod per minorem partem factum fuerat, clandestine bulla sacri concilii de nocte surrepta sigillaverunt, declaratum est

* moventibus,

[A] illas falso bullatas esse, & quod archiepiscopus olim Tarentinus, præsidens & orator ipsius olim Eugenii, qui se in hoc operam cum effectu dedisse confessus erat, tamquam falsatius juste condemnatus extitit. Sic igitur in ea re nullus hæsitationis scrupulus est, quod penitus nullius momenti fuerit, quod per illos paucos contra judicium concilii actum est. Sed nec de his disputare necesse est, cum etiam illud quod per illos paucos factum fuerat abruperit ipse olim Eugenius: qui, cum omnes patres existentes in concilio, tam sui legati quam alii, dictitassent ut concilium firmiter maneret Basileæ usque ad adventum imperatoris & patriarchæ Græcorum ad ultimum portum, nihilo minus ipse longe ante adventum prædictorum Græcorum plus quam per quatuor [B] menses hoc concilium, quantum in se fuit, abrupit & dissolvit, ex eo capite quod procederetur contra ipsum aut aliquem suorum, negans jurisdictionem immediate a Christo conciliis datam, & se (ut antea præmissum est) supra concilium erigens in facto reformationis & fidei. Quam prætensam dissolutionem cum non revocasset infra quatuor menses, imo aliam congregationem sub nomine generalis concilii interim apud Ferrariam fecisset, gravissimum schisma perpetrans, suspensus fuit ab administratione papali ante adventum prædictorum Græcorum, eo tempore quo etiam illi de minori parte prædictum concilium permanere debere in [C] Basilea dixerunt. Postquam vero legitime suspensus fuit per concilium, quis Christianorum dubitat quoscumque actus per ipsum in administratione papali expletos, nullos, irritos & inanes extitisse? Sic itaque volentibus quærere occasionem discedendi a sancta synodo nullus color cujuscumque translationis potest ullatenus suffragari. quod satis intellexerunt prælati, principes, universitates, ac ceteri majoris partis orbis, qui numquam ad conventionem Ferrariensem vel Florentinensem, jam fere a tribus annis erectam, accedere vel mittere voluerunt, sed illa reprobata, sanctam synodum Basileensem velut repræsentantem universalem ecclesiam, verbis & scriptis cognoverunt. Et cum dictam congregatio[D]nem Ferrariensem erectam sub nomine generalis concilii, hoc durante concilio, non generale concilium, sed schismaticorum fuisse conventiculum, ex decreto nostræ vigesimænonæ sessionis manifestissime constet, ipseque Gabriel, quia caput illius schismaticæ conventionis, & quia a papatu legitime suspensus erat, jurisdictionem papalem non poterat exercere, per accessum ipsorum Græcorum, qui jam a plurimis annis ab ecclesia catholica divisi erant, nullatenus dicta Ferrariensis conventio legitima facta est. Neque veraciter dici potuit ipsam esse generale concilium vel œcumenicum, prout ipse illam intitulavit. Objiciunt deinde alii, quod in sancta synodo permanentes, pauci numero fuerunt ad exercendos actus juridicos suspensionis ab administra[E]tione papali & depositionis olim Eugenii, ac subsequentis electionis sanctissimi domini Felicis papæ V. Quæ quidem objectio si illi debeat suffragari qui synodum persecutus est, qui omnibus modis homines ab ea subtrahere & separare laboraverit, & adversus illos militet qui tempore persecutionis permanserunt, qui omnes de orbe ad succurrendum & providendum ecclesiæ Dei per epistolas & oratores vocare integro fere biennio non cessaverunt, quis non videt ex hoc conciliorum auctoritatem prosterni & confundi? Nam semper summus pontifex, dum synodum rumpere volet, aliquos exinde abstrahere poterit. Si autem alii permaneant, objicietur eis paucitas: sicque videntes se nihil proficere posse, synodum

Imo vero concilium Florentinum & Latini & Græci venerantur, & fere omnes a Basileensibus discesserunt.

Fatentur paucitatem suam.

Christus aliter promisit Petro.

ANNO CHRISTI 1440.

synodum in totum deserent, permitteturque agere A cuilibet summo pontifici quidquid libuerit. Nec possibile erit, si quisquam eorum fidem offendat, schisma faciat, aut quibuscumque malis ecclesiam scandalizet, remedium per generale concilium exhiberi. Sed numquid illi qui non fugerunt, qui non deseruerunt synodum in necessitate, qui non fidem, veritatem & justitiam conculcari permiserunt, quique pro his sustinendis tribulationes & dolores, pestem, guerram, penuriam, & ceteras adversitates subierunt, propterea culpandi sunt? Numquid apostoli, qui in numero pauci cum Christo permanserunt in tentationibus suis, aliis discedentibus, ideo male egerunt? Nonne satis elucidatum fuit in supradicta synodali responsione, quæ incipit, Cogitanti, consentiente in hoc & cooperante tunc legato apostolico, B quomodo illi qui permanerent in synodo usque ad finem operis sui commendandi essent: non autem illi qui discederent, aut qui se ab ea dividerent? Allegatumque quomodo, dum Christus dixisset, *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, non pauci qui remanserunt cum Christo, sed illi qui recesserunt, reprehensionem meruerunt. Ibi quoque non obmissum est, quomodo recedente Ioanne XXIII. a Constantiensi synodo, non illi defecerunt, sed commendati sunt qui cum ipso concilio perstiterunt usque in finem. Nec tamen ita pauci fuerunt in hac sancta synodo, ut quidam existimant, C cum in decreto suspensionis ipsius olim Eugenii ab administratione papali valde multi adessent, & inter eos plures regum & principum ambasiatores. Decreta quoque de causis & de collatione beneficiorum in eadem sessione promulgata sunt, quæ major pars recepit tamquam a generali synodo universalem ecclesiam repræsentante. Vnde nullus color, nulla excusatio aut tergiversatio potest cuiquam in divino judicio suffragari, quare illi suspensioni resistat, aut cur post eam illi qui suspensus fuit velit ex certo proposito in administratione papali obedire, & actus ejus tamquam non suspensi legitimos reputare. In actu quoque depositionis fere trecenti fuerunt. Et tempore subsequentis electionis grandis adhuc numerus erat, D nec usque in hodiernum diem divina providentia hanc sanctam synodum deseruit, quin competentem numerum prælatorum, doctorum, & aliorum notabilium virorum habuerit, & adhuc hodie habeat. Sed præterea hæc quæstio dudum diffinita & determinata est, tam per synodum quam per summum pontificem tunc existentem, consentientibus in hoc cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ, & omnibus Christianis. Nam cum tempore primæ dissolutionis prætensæ pauci prælati essent in concilio, non numerum quatuordecim excedentes, neque medietas numeri omnium suppositorum in concilio haberetur, quæ præmissis actibus interfuit, ipse quoque tunc summus pontifex objiciebat eidem concilio numeri paucitatem per literas suas divulgatas in orbem. E Et nihilo minus determinatum est per omnes quod, hoc non obstante, fuit protunc legitimum concilium & legitime continuatum. Quod si in tali numero legitimum est concilium ex diffinitione catholica & apostolica, omnesque de necessitate salutis legitimo concilio obedire tenentur, tamquam habenti potestatem immediate a Christo, ut præmissum est, in pertinentibus ad fidem, extirpationem schismatum, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris, quis potest jam sub colore paucitatis, vel alio quocumque, occasionem quærere non obediendi concilio in actibus præfatis? Quod si deinceps liberum sit unicuique de actis synodalibus recipere quæ volet, quæ nolet abjicere; reputare concilium velut habens potestatem, cum placuerit; cum non placuerit, non reputare; non audire ecclesiam, nisi quando & quomodo voluerit; quis dubitat ex hoc omnem conciliorum auctoritatem prosterni, omnemque obedientiam illis debitam frustrari? Clarum est itaque has objectiones nulli Christiano suffragari, quo minus justis sententiis, per hanc sanctam synodum pro necessitate fidei & universæ salutis ecclesiæ promulgatis, plene obedire debeat. quæ fideliter dicimus, veritatem manifestantes ad omnem conscientiam hominum, ut videntes horrenda pericula, & cunctis sæculis inaudita, quæ ex conculcatione auctoritatis conciliorum & discessione a fide jam imminent, viam veritatis efficaciter amplectantur, fidem ipsam tueantur, & constantibus animis justitiæ adhæreant, per quam impugnatores inimici repellantur, & omnia in pacem, quietem, ac salutarem dispositionem reduci valeant. Obsecramus itaque, vos Christi fideles, per misericordiam Dei, ut dum adhuc tempus est, consulatis publicæ saluti: & sicut adhæsistis huic sanctæ synodo, ejusque auctoritatem recognovistis, & insuper veritatem fidei, quam defendi sustinuistis, dum ille, qui & nunc eam persequitur, tentavit prima vice dissolvere, tenentes quod hoc facere non poterat, sic & vos permaneatis, & cum veritate stetis usque in finem: sicque agatis, ut is qui tantis laboribus auctoritatem omnium conciliorum prosternere molitur, tandem ab his desistat, & suæ saluti consulat. Nec tale exemplum posteritati relinquatis, ut concilium repræsentans universalem ecclesiam, per vos tanto tempore recognitum, & cui de necessitate salutis tenemini obedire, patiamini in diebus vestris confundi & conculcari. Verum quoque pastorem ecclesiæ catholicæ per eamdem synodum canonice electum colite & veneramini: cujus assumptionem ad apostolatum fuisse necessariam satis indicat adversitatum magnitudo, quæ adversus ecclesiam ita succreverunt, ut vix alius inventus fuisset qui hoc tempore pondus hujus ministerii sufferre valeret: sed eum donavit dominus, qui nunquam ecclesiam derelinquit, ut ejus prudentia, patientia, & multiplici virtute cum auxilio hujus sanctæ synodi, fides defendatur, auctoritas conciliorum conservetur, justitia vigeat, pax & tranquillitas ac bona omnis dispositio in statu ecclesiastico & Christiana religione subsequantur. Pro quibus, favente altissimi gratia, omnes labores nostros usque in finem impendemus, multa adversitatum genera nobis assidue irrogata patienter pro nomine Christi sustinentes qui majora pro ecclesiæ suæ plantatione subire dignatus est: pro qua & discipuli ejus gravissimas persecutiones pertulerunt, omnemque operam nobis possibilem, de superno confisi auxilio, dabimus, ne sic ecclesia, quam tanto precio Christus ipse Deus noster acquisivit, diebus nostris confundatur, ne in opprobrium & desolationem Christianæ religionis veritas fidei per Christianos ipsos agnita, recepta & defensata, sic miserabiliter relinquatur & prosternatur in terram, sed potius illibata servetur: utque hæc sancta synodus tam solenniter inchoata, tantisque continuata laboribus felicem exitum accipiat, ad salutem universorum & gloriam Iesu Christi salvatoris nostri, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Ioan. 6.

Alia fuit tunc ratio propter schisma.

Sed non exprimunt quæ illorum trecentorum fuerit auctoritas.

Non dicit voluit Eugenius.

Datum in congregatione nostra generali in ecclesia majori Basileensi celebrata, sexto Idus Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

ANNO CHRISTI 1442.

XVII.

Responsio synodalis facta oratoribus regis Romanorum ac principum electorum de transferendo concilio.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Petitionem vestram audivit hæc sancta synodus, quam nomine carissimi ecclesiæ filii Friderici regis Romanorum illustris, & venerabilium archiepiscoporum ac nobilium virorum principum electorum sacri Romani imperii, vos venerabilis Silvester episcope Chiemensis, & dilecti ejusdem ecclesiæ filii Erharde de Zelking baro, Thoma de Haselbach in theologia magister, Ioannes de Lisura decretorum doctor, præposite ecclesiæ beatæ Mariæ ad gradus Moguntinensis, Ioannes de Francfordia officialis Confluentiæ, Henrice de Herpel præposite sancti Severini Coloniensis, Ioannes de Lemberg etiam in theologia magister, præmissis disertis orationibus porrexistis. Cujus quidem petitionis tenor talis est: Dignentur vestræ reverendissimæ paternitates ad exhortationem & devotam postulationem serenissimi domini nostri Romanorum regis, *&c.* nec non suorum principum electorum, sua vota conferre, quatenus modis congruis ad generalis concilii ab omnibus indubitati congregationem, infra unius anni spatium, perveniatur loco suæ majestati & suis principibus electoribus grato, & rebus gerendis accommodo. Vestras autem dominationes latere non putamus, quantum necesse sit, ut conciliorum generalium judicia, quæ pro fide orthodoxa & salute animarum proferuntur, firma & stabilia permaneant: quodque jactura ipsius fidei & ecclesiasticæ disciplinæ immineat, si illa nutare & vacillare, nec robur & stabilitatem habere permittantur. Hinc enim assiduæ perturbationi pacis datur occasio, hinc detrimenta salutis afferuntur innumera, hinc ad malorum audacem perpetrationem ingressus præbetur, hinc subterfugiis perfidorum aditus aperitur. Sic quippe inducerentur perversi, ut nullatenus synodo judicanti aut statuenti vel mandanti obedirent, sed illico aliam synodum fieri expeterent, cum & mos sit malorum litigatorum, sicut præclare beatus Augustinus ad Glorium, Eleusinum & alios Donatistas scripsit, ut dicant se malos judices fuisse perpessos, licet etiam firmiter manifestissima veritate superati: neque coercere posset cervices superborum & ecclesiasticam pacem perturbantium synodalis auctoritas, si celebrato concilio mox ipsum transferri, aut ad aliud oporteret deveniri. Quod papa Gelasius luculenter advertens, in epistola directa episcopis Dardaniæ ajebat: Quæ majores nostri divina inspiratione cernentes, necessario præcaverunt, ut quod contra unamquamque hæresim coacta semel synodus pro fide, communione ac veritate promulgasset, non finerent posthac novis retractationibus mutilari, ne pravis occasio præberetur. Et subdit eadem epistola: Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non finit. Martianus quoque & Valentinianus imperatores firmum habere voluerunt quod per synodum Calchedonensem fuerat definitum, causam illam subjungentes: Nam injuriam facit judicio religiosissimæ synodi, si quis semel judicata ac recte disposita revolvere & publice disputare contendit: quod si permitteretur, nihil ferme in diffinitionibus fidei & judiciis ecclesiæ apud mortales stabile haberetur, facileque rueret omnium futurorum conciliorum vigor, si hæc sancta synodus auctoritate duorum præcedentium conciliorum & duorum Romanorum pontificum congregata, cui etiam summus pontifex pro tempore existens cum omnibus cardinalibus, cunctique prælati ecclesiastici inhæserunt, cui omnes reges terræ, omnesque fere magni principes orbis incorporati sunt, & solennia per suos oratores præstiterunt juramenta conculcaretur, aut in suis judiciis, statutis, declarationibus & decretis contemneretur, & haberetur ludibrio. Non parvum itaque imminet periculum, si in alium locum synodus congreganda decernatur, quin robur ecclesiasticæ auctoritatis aliquid læsionis atque detrimenti patiatur. Vbi tamen jam pluribus annis diligentiam nostram pro illibata stabilitate ipsius auctoritatis conciliorum conservanda, domino auxiliante, impendimus, & pro pace ecclesiæ præmissam petitionem postulatis adimpleri, quam si rejiceremus, plurima discrimina graviorque ipsius ecclesiæ Dei læsio sequi posset; nos de benigno Christi adjutorio assidue sperantes, qui ad ipsam ecclesiam ait, *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*, simulque de probitate serenitatis regiæ & inclytorum principum vos mittentium confidentes, quod magnis viribus laborabunt, ut, sive hic continuata fuerit, sive in alium locum translata concio synodalis, firmiterque inconcusse teneantur ab omnibus veritates in sacro Constantiensi concilio declaratæ, & per hanc sanctam synodum renovatæ, sicque stabilis & firma deinceps conciliorum generalium habeatur auctoritas, per quam fidei catholicæ robur ac nervus ecclesiasticę disciplinæ & status Christianorum conservetur in terris: sic eorumdem conciliorum statuta, ordinationes & judicia pro ipsa fide, pro lege domini, & ędificatione animarum, ac bono regimine status universalis ecclesiæ, cuncti revereantur, quod nullus in adversum rebellio aut pertinax contradictio vel scandalosa dissensio prevalere permittatur; ut sic cum vigore justitiæ mala reprimi, & bona cum tranquillitate valeant promoveri, unanimitasque obedientię ubilibet reflorere possit. Pręfatæ vestrę petitioni respondendum duximus juxta seriem articulorum sequentium sub hac forma: Primo, sancta synodus commendat devotionem, & sinceram intentionem quam præfati serenissimus Romanorum rex & illustres principes ad unionem & pacificationem ecclesiæ sanctæ Dei habent, & pridem per vos prędictos solennes nuntios & oratores suos, cum eorum literis ad hoc sacrum concilium destinatos, in congregatione generali facunde & prudenter explicarunt. Secundo, vobis præfatis oratoribus commemorat, quomodo in hac civitate Basileensi hactenus fuerit & hodie sit generale concilium universalem ecclesiam repræsentans, quod merito apud omnes Christicolas multiplici ratione debet dici & reputari indubitatum & unicum, & quod sine maximis periculis, incommoditatibus, laboribus, sumptibus & difficultatibus, abhinc ad alium locum mutatio hujus sacri concilii fieri non poterit, prout res hęc seipsam cunctis diligenter intuentibus indicat, & hęc ipsa sancta synodus sæpius per oratores suos in diversis ambasiatis, ac in isto loco verbo & scriptis oratoribus regum & principum sęculi multifarie ostendit. Vnde pręmissis aliisque pluribus attente consideratis, videretur huic sanctæ synodo, quod hæc insignis civitas Basileensis, cujus idoneitas multiplici experientia diuturne comprobata extitit, esset locus aptus & to-

Margin notes: Synodus Calchedonensis vel maxime agnovit primatū Romani pontificis auctoritatem, petens a Leone sua decreta cōfirmari, & ejus sententiam diu expectans. — Matth. 28.

ANNO CHRISTI 1442.

& rebus gerendis accommodus, ad quem, cooperantibus præfatis dominis serenissimo Romanorum rege & electoribus, non solum ea inclyta natione Germanica, sed ea omni fidelium natione quæ sub cælo est, convenire possent omnes, qui generalibus conciliis interesse debent & consueverunt, ut una cum patribus, qui in hoc concilio constanter hactenus perseveraverunt, pax & unio ecclesiæ desiderata dari posset: præcipue cum hoc sacrum concilium inter alia sancta opera specialiter extitit congregatum ad pacem omnium Christianorum. Nihilo minus his non obstantibus, ut prædicti serenissimus rex & principes electores, ceterique reges & principes, ac cuncti fideles clare percipiant rectam & puram intentionem, quam habet hoc sacrum concilium ad unitatem & pacem ecclesiæ, & hactenus semper habuit, quodque patres in eo perseverantes parati sunt reddere rationem omni poscenti de ea quæ in ipsis est fide, utque præfati serenissimus rex & sui principes electores evidenter cognoscant, quod sacrum concilium cupit votis eorumdem complacere pro pacificatione universalis ecclesiæ, divina favente clementia, consequenda, ipsa sancta synodus in hac Basileensi civitate inclytæ nationis Germanicæ in Spiritu sancto congregata, & usque in præsentem diem legitime continuata, universalem ecclesiam repræsentans, offert se paratam in tempore, de quo infra fit mentio, ad locum ejusdem nationis rebus gerendis accommodum, & regiæ celsitudini gratum, sua propria auctoritate modis congruis seipsam ferre, securitatibus tamen ante hujusmodi translationem decretandam & fiendam, in talibus præstari solitis, & aliis necessariis datis & præstitis. Obsecrat autem præfata sancta synodus eamdem regiam celsitudinem, quatenus dignetur rem hanc aliis regibus & principibus intimare, eos toto ingenio & nisu inducendo, ut illam ipsi amplectantur, veniantque personaliter, aut suos solennes oratores mittant, ac prælatos & alios qui in generalibus conciliis de jure vel consuetudine debent interesse ditionis eorumdem, etiam ad veniendum inducant, ut pax & unio ecclesiæ sanctæ Dei dari possit. Securitates vero, & alia quæ necessaria esse reputat & intendit hæc sancta synodus, sunt ea quæ sequuntur: Primo, quod serenissimus ipse rex præstet suum & sacri Romani imperii salvumconductum ipsi sacro concilio ad alium locum transferendo, pro omnibus accedentibus ad ipsum, stantibus & recedentibus in plena forma. Detque operam ut locus eligendus etiam habeat plenissimam securitatem & salvumconductum cum libertatibus circa jurisdictionem, ac etiam super habitationibus, victualibus, & aliis requisitis. Similiterque dabit operam, quod principes ecclesiastici & sæculares, ac loca ipsi concilio vicina, dent suus salvosconductus, quodque prædicti salviconductus serenissimi domini regis, loci concilii, aliorumque dominorum & locorum, sint irrevocabiles, durentque continue usque ad quatuor menses post finitum concilium. Exhortatur autem sancta synodus regiam celsitudinem, si quæ guerræ aut discordiæ graves tunc inter illos aut illa essent, dignetur se interponere pro treuga aut pace inter illos componenda. Item petit sancta synodus, quod serenissimus ipse dominus rex Romanorum ipsi concilio intersit personaliter, cessante legitimo impedimento: quo adveniente, aliquem potentem & magnæ auctoritatis principem, sacro concilio gratum, in ejus protectorem instituere habeat; polliceaturque sub verbo regio per suas literas patentes, quod non faciet, nec fieri permittet, Deo auctore, quantum in eo fuerit, quod sit vel esse possit directe vel indirecte contra ipsius concilii auctoritatem & libertatem. Item ne inanis & frustratoria reddatur hujusmodi sacri concilii translatio, quæ sine magnis periculis & difficultatibus fieri non potest, videtur permaxime necessarium, cum, juxta declarationem sanctæ & magnæ synodi Constantiensis, quicumque fidelis teneatur obedire mandatis, statutis, ordinationibus aut præceptis cujuslibet generalis concilii, quod domini rex & electores præfati per suas literas patentes hoc sacrum concilium Basileense, ante ipsius translationem decretandam, certificent; quod concilium, dum in illo loco fuerit, recognoscent pro vero generali concilio & indubitato, eique adhærebunt cum effectu inconcusse, quamdiu durabit & continuatum fuerit; statutisque, ordinationibus, decretis & mandatis per illud inibi fiendis acquiescent & obtemperabunt, &, quantum in eis erit, inviolabiliter facient observari, etiamsi adversarii ad illud non venerint. Loca vero quæ prædictæ translationi & rebus gerendis videntur accommoda, & regiæ celsitudini grata, nominabit sacrum concilium quando ipsius serenitati videbitur expedire: quorum alterum, pro majori gratitudine, contentatur sacrum concilium quod ipse dominus rex auctoritate hujus sacri concilii eligat & assignet. Postquam autem dictæ securitates sacro huic concilio fuerint præstitæ cum effectu, ac per regiam serenitatem unus ex locis eidem specificandis pro translatione concilii nominatus, & de his aliisque præmissis sacrum concilium per suas literas regias patentes fuerit certificatum, hæc sancta synodus suam translationem in illum locum publice ac in solenni sessione decretabit fiendam ad tempus quod eidem synodo ac dictæ regiæ majestati, consideratis temporum circumstantiis & necessitate ecclesiæ, videbitur expedire. Videtis præclari oratores, quantum pacem ecclesiæ hæc sancta synodus exoptet, quanta liberalitate desideriis regiæ serenitatis & aliorum illustrium dominorum vos mittentium satisfacere desideret, nihil aliud quærens, nisi ut publicæ saluti ecclesiæ convenienter & efficaciter consulatur. Vestrum erit jam eorumdem principum animos inducere, ut matrem suam ecclesiam, ex qua spiritualiter regenerati sunt, virtuosis adjuvent auxiliis, quatenus eorum ope sacri concilii Constantiensis, & hujus Basileensis, ac universitatum almarum universalium synodorum illæsa servetur auctoritas, fides vigeat, sacris canonibus reverentia debita exhibeatur, procuretur animarum salus, ad quæ semper summe hujus sanctæ synodi aspiravit intentio: quæ & si per impletionem vestræ postulationis obmitti aut negligi contingeret, grave judicium a domino super ipsos principes inclytos & super vos pertimescendum foret. Sed ita illorum piam devotionem & vestram in cunctis agere speramus, ut ex laboribus fructuosis a domino promereamini præmia gloriosa.

En quibus hactenus noluerunt Eugenium sequi, jam in gratiam Cæsaris parati sunt alio se transferre.

Et cur non estis secuti pastorem ecclesiæ Eugenium?

Datum Basileæ in nostra generali congregatione secundo nonas Octobris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimosecundo.

XVIII.

*Copia literarum missarum papæ ex parte regis Angliæ, super facto concilii per dominum episcopum * Landensem, & dominum Rasallum præceptorem ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, & magistrum Guidonem priorem prædicatorum, &c.*

* Laudensem.

Beatissime pater, humillima recommendatione præmissa, vestræ beatitudinis literis, quas nuper per manus egregii viri domini Petri de Mella nuntii aposto-

lici

literis ea qua decuit reverentia suscepimus, una cum credentia per eumdem nobis desuper seriose exposita, intelleximus eamdem sanctitatem vestram, certis ex causis vos moventibus, concilium Basileense dissolvendum fore decrevisse, ac aliud concilium Bononiæ exnunc ad annum cum dimidio celebrandum indixisse, nos tam in eisdem literis, quam in ejusdem sanctitatis vestræ nuntii viva voce exhortando, ut cum tempus postulaverit, ad ipsam Bononiensem synodum nostros oratores transmittere placeret, qui circa Christianæ religionis & sedis apostolicæ statum & honorem ea proponant & operentur quæ lege catholico digna sint. His itaque, pater beatissime, intellectis, non abs re mente turbata, eo permaxime fuimus stupefacti, quod nullum convenientius præsidium inveniri putavimus, B quo sancta mater ecclesia sese ab extremis horrendisque periculis jam undique imminentibus tueretur, quo celerius hæreticorum conatus opprimi, aut catholicorum mores in melius reformari valerent, quam ut per præfixum concilii generalis cœtum adunatum, præmissis & aliis instantibus periculis sine ulterioris prorogationis dispendio succurratur. Certomus quippe de præsenti, & ante hæc tempora animo perspicaci intuebamur, nedum progenitorum nostrorum, sed & nostris, heu, quomodo temporibus fides catholica statusque ecclesiasticus & laicalis ubique jam fluctuet, & procellis magnis agitetur, C adeo quod reparandis reformandisque præter præmissa exorbitantiis quamplurimis, quas ad gregis Christi turbationem non modicam in dies intuemur conspicimus, mora nociva existit, & multa gignit dilatio pericula, quæ nihilo minus fidelium animarum saluti, cui celerius succurrendum est, periculosiora (proh dolor) comminantur. His propterea, pater beatissime, aliisque motivis incitati, Basileensis civitatis locum pro universali synodo celebranda, auctoritate sufficienti alias limitatum, tamquam in Christiani orbis medio positum, ab hæreticis Bohemisque, per Dei gratiam ad sanctæ matris ecclesiæ unitatem reducendis, haud longe distantem, satis commodum & congruum reputantes, ad sanctissimæ memoriæ Martinum papam V. prædecessorem D vestrum nostros oratores, dum in humanis agebat, pro anticipatione ipsius concilii Basileensis destinasse meminimus. Cujus reverentia sicut & tunc, sic & nunc pro procrastinatione favores impendere regios nos debere, Dei ecclesiæ, cujus in ipso negotia prosperari speramus, expediens fore non credimus: quinimo considerantes, ut veraciter informamur, quod multi de notabilioribus Christianæ religionis principibus ad prælibatum concilium Basileense jam suos ambasiatores destinarunt, ipsumque concilium tam prælatorum quam doctorum ac aliorum probatissimorum illuc assidue confluentium numero non modico in dies excrescit, in his quæ fidelium pacem, fidei nutrimentum, & ecclesiæ statum & honorem, ac animarum salutem respiciunt, & aliis quæ in ipsa sacra synodo generali tractari E & expediri debeant, nos eis conformare intendimus, prout decet. Vestram itaque beatitudinem filiali affectione attentius exoramus & adhortamur in domino Iesu Christo, quatenus præmissis attentus, ad dicti concilii, quod universalis ecclesiæ profectibus tam necessarium tamque opportunum arbitramur, progressionem, & ipsius usque ad finale complementum tractandorum in eodem continuationem, paternos favores & assistentiam benignam adhibere dignemini, firmissime (si placet vestræ sanctitati) in mente tenentes, quod si non omnia in concilio apud Basileam congregato expediri A queant, quæ pro bono universalis ecclesiæ occurrerint, concilio apud Bononiam seu alibi congregando (si opus fuerit) nostros illuc oratores, cum postulaverit, ad vestræ sanctitatis complacentiam animo paratissimo transmittemus. Ceterum, pater beatissime, corde sincero supplicamus, quatenus memorati circumspecti viri domini Petri vestræ sanctitatis nuntius moram in regno nostro Angliæ diuturniorem excusatam habere dignetur vestræ beatitudinis clementia, quod non sui desidia, sed vatus circa progressum seu non progressum dicti concilii Basileensis occurrentibus novis, secundum varietatem occurrentium, novas desuper deliberationes haberi, & nova opportuit consilia præparari. Beatitudinem vestram, &c. Datum, &c.

XIX.

Litera regis Angliæ illustris, directa concilio per eosdem ambasiatores.

Sacrosanctæ generali synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentanti, Henricus Dei gratia rex Angliæ & Franciæ ac dominus Hiberniæ, sui ipsius recommendationem, & ad universalis ecclesiæ bonum feliciter prosperari.

Vestræ sacratissimæ congregationis literis nobis jam vice gemina præsentatis, primis videlicet ante adventum reverendi patris domini domini episcopi Laudensis nobilisque & magnifici militis domini Rafalli de Auro de Bononia, præceptoris S. Ioannis Hierosolymitani Ianuensis, nec non egregii viri fratris Guidonis prioris conventus Chambericensis de Sabaudia ordinis prædicatorum, sacræ paginæ professoris, legatorum vestrorum, ad nostram præsentiam transmissorum: secundis vero, per eosdem in ipsorum ad nos accessu, credentiaq; pro parte nobis per ipsos in conspectu trium statuum regni nostri disertissimo sermone seriosius exposita, postquam prissimum sanctæ vestræ congregationis propositum ad hoc tendens, ut tam fidei orthodoxæ, hæreticorum versutiis & variis erroribus nunc temporis multipliciter impugnatæ, celerius succurratur, quam ut depravati mores omnium statuum in melius, quatenus altissimus concesserit, reformentur, discordiæque regum & principum, quibus Christianitas miserabiliter attenuatur, postea tenus sopiantur, nobis elegantissime declaratum est pro parte celeberrimæ congregationis vestræ, quæ sequuntur a vobis concepimus postulari. Quorum primo, videlicet ut nostri oratores & legati ad præfatam synodum destinentur, annuimus animo perlibenti, ipsorumq; Dei opitulante gratia, adventum modo possibiliori maturabimus, ut optatur. In secundo autem per oratores eosdem a nobis postulato, quod videlicet pacem inter nos & adversarios nostros, præsertim in regno nostro Franciæ concernit, ineondam, scire dignetur vestra concio sacrosancta, quod in hoc pacis negotio instantiis & hortamentis reverendissimi patris domini cardinalis sanctæ Crucis condescendimus firmo cum proposito, per quascumque vias rationabiles, ipsius tractatui pacis cum ipsis adversariis nostris efficaciter intendendi, sperantes in domino, quod dicti reverendissimi patris labor in ea parte frustrari non debeat, sed fructuosu & gratu sortietur effectum. Verumtamen si ex suorum laborum & meditationis industria fructus in ea parte speratus (quod absit) non sequatur, ambasiatores nostri ad vestrum cœtum destinandi circa ipsius pacis ineundæ progressum ulteriorem venient sic instructi, ut cunctis per eos luculentius appareto

apparere debeat, quod ab omni tempore fuimus, A sumus, & erimus, favente altissimo, dispositi & inclinati ad ipsius pacis bonum per quæcumque media rationabilia & convenientia intendere, prout congruit principi Christiano. Ceterum in Spiritu sancto adunata synodus gloriosa literas securitatis & salviconductus, quæ per concilium generale volentibus adire per vestros oratores prædictos petebantur, animo libenti concessimus, exhortationemque prælatorum regni nostri de accedendo ad concilium memoratum per nos fiendam, ut vestri etiam pro parte est petitum libenter exequentes, quos tamen ad opus hoc aggrediendum urgere non oportet, ad quod pro viribus absque stimulo voluntarie se disponunt. Ceterum vestrum sacrosanctum B cœtum ad operis inchoati consummationem felicissimam tueri dirigereque dignetur sensatorum cogitatuum piissimus inspirator. Scriptum sub privato sigillo nostro, apud palatium nostrum Vvestmonasteriense, vicesimo die Iulii mensis, anno regni nostri decimo.

X X.

Epistola Sigismundi Cæsaris ex Italia ad patres in concilio Basilea congregatos missa.

Reverendissimi in Christo patres ac venerabiles, grate & sincere nobis dilecti, translapsis diebus, geminatis nostris literis vestris paternitatibus notificavimus concordiam inter sanctissimum dominum nostrum papam ac majestatem nostram secutam, C quemadmodum, non ambigimus, jam limpide cognoscere potuistis. Et ecce, propter rerum agendarum progressum, modo ad hanc civitatem Viterbiensem intravimus, continuaturi iter nostrum versus urbem Romanam, ad visitandum sanctitatem ipsius domini nostri, quam septimana proxima fine dilatione annuente domino convenire speramus. Et quoniam præter bullam admissionum sacri Basileensis concilii, quam, ut certi reddimur, dudum habuistis per legatos & oratores suæ sanctitatis, reperimus eamdem benè dispositam ad favores sacri concilii, & eorum maxime, pro quibus ipsum sacrum concilium congregatum existit; & nos quoque una cum sanctitate sua illa & alia bona opera favorizare D intendimus. Quæ sanctitas sua jam suos præsidentes & legatos misisset dudum apromptuatos, nisi legitima impedimenta, prout percepimus, obstitissent. Intendit autem sua sanctitas, prout nobis dici fecit, illos quantocius expedire. Nihilo minus ne sacrum concilium ex hujus modica dilatione patiatur discrimen, eadem sanctitas sua pronunciavit nonnullos alios præsidentes, prout ex bullis suis apostolicis clarius colligere poteritis. Adhortamur igitur vestras paternitates majori affectione qua possumus, quatenus eosdem benigne velitis suscipere, nilque interim admittere quod possit cedere in perturbationem sanctitatis suæ & pacis universalis ecclesiæ; quoniam nobis convenientibus brevissimis (ut prædiximus) his diebus una cum sanctitate sua, solen- E nes nostros oratores super singulis ad vestras paternitates mittemus, sperantes in domino, quod omnia pro bono reipublicæ Christianæ bene manebunt composita, & ad id omni studio intendemus, qui scandala in ecclesia Dei (ipse novit) moleste ferremus.

Datum Viterbii die nona mensis Maii, regnorum nostrorum anno Hungariæ, *&c.* quadragesimoseptimo, Romanorum vigesimotertio, Bohemiæ vero decimotertio, *&c.*

Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, ac Hungariæ Bohemorumque, &c. rex.

Ad mandatum domini regis Caspar Slick.

A

VARIARUM RERUM, EPISTOLARUM; ACTIONUM, SENTENTIARUM, DECRETORUM, orationumque diversarum, ad concilium Basileense seu ejus materiam spectantium,

FARRAGO sive APPENDIX.

Articuli quidam seu statuta, deliberata seu acta, pronuntiata seu definita concilii Basileensis seorsim hic congesta, & secundum datas ipsorum, quantum ex ipsis conjici potuit, digesta: insertis avisamentis cleri Gallicani in Gallia pro synodo Basileensi factis, & articulis Bohemorum ipso concilio Basileensi oblatis.

B

I.*

Articuli de modo procedendi in sacro concilio legitimi & approbati seu conclusi in generali congregatione die Veneris 26. Septembris 1430.

* In hac editione numeros adscripsimus, ut in posterum facilius queant allegari.

PRIMO sint quatuor deputationes, sicuti sunt, inter quas omnes de concilio distribuantur æqualiter, quantum commode fieri poterit. Et sint in qualibet deputatione de quolibet statu, scilicet dominorum cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, abbatum, doctorum, religiosorum, exemptorum, & non exemptorum, & aliorum, & in qualibet de omnibus nationibus distribuantur in quatuor æquales partes supposita singularum nationum. Et ad distribuendum supposita concilii, eligantur quatuor, scilicet unus ex qualibet deputatione: qui quidem quatuor mensibus singulis eligantur de novo. C

Item in qualibet deputatione eligatur unus præsidens singulis mensibus per vota singulorum. Et in qualibet earum deputetur unus promotor, notarius, & unus cursor.

Item omnes deputationes congregabuntur ter in septimana regulariter, videlicet die Lunæ, die Mercurii, & die sabbati de mane hora consueta. Et si in prædictis diebus festum aliquod occurrerit præcipuum, poterunt in sequenti die congregari, vel in die præcedenti, si per præsidentem fuerit intimatum. D

Item quod nulla deputatio adstringat se quibuscumque juramentis ad tenendum secrete materias quæ tractabuntur in eadem: sed sit licitum singulis suppositis deputationum conferre cum singulis de concilio, tantum de rebus de quibus agetur.

Item quolibet mense deputentur tres de qualibet deputatione, qui duodecim pari modo ter in septimana vel pluries, prout eis videbitur expedire, certis horis & loco, non tamen illis horis quibus deputationes congregantur, convenient ad videndum materias eis datas deputationibus distribuendas ad tractandum. Sic tamen, quod in fine cujuslibet mensis eligendo novos deputatos, de qualibet deputatione maneat unus de præcedentibus deputatis, ille videlicet quem ipsi duodecim elegerint: sic tamen quod ille qui eligetur pro mense secundo; non eligatur pro mense tertio: qui quatuor habeant de novo venientes informare de agitatis in illo mense finito. Et sic successive de singulis mensibus. Et illi duodecim eligant unum ex eis pro præsidente, qui pro toto mense sit eorum præsidens, ad cujus mandatum ceteri deputati tenebuntur in loco per eos eligendo convenire. E

Item si aliqua deputatio vel aliqua particularis persona habeat aliquam materiam præ manibus, quod illam possit eisdem deputatis proponere, qui sub juramento præstito tradentem (nisi sibi placuerit) non revelabunt.

Item quod deputationes, præcipue in rebus arduis, & maxime si non exigant celeritatem, non statim super propositis, dum primo proponuntur, deliberabunt: sed ad sequentem congregationem different proposita, ut unusquisque habeat tempus cogitandi & mature deliberandi super propositis. Et si res proposita gravis fuerit, poterit bis vel ter secundum exigentiam suæ gravitatis super ea deliberari, ut maturius concludatur quod fuerit multiplici deliberatione recensitum: sic tamen quod quilibet, juxta proposita per præsidentem, respondeat pertinenter, & non per materias extravagantes, ita quod non inducat aliam materiam, quam illam quæ per præsidentem fuerit introducta. Et si contingeret aliquem vel aliquos introducere materias alias, dominus præsidens non * faciat super illis deliberare protunc, sed in alia prima congregatione, nisi forte materia talis fuerit, quæ urgentem exigat celeritatem.

Item quando in una deputatione aliqua materia fuerit agitata & deliberata, si in una sententia omnes conveniant, appunctuamentum suum per duos ad alias deputationes deferant cum motivis & persuasionibus ejusdem deputationis. Si vero non fuerit omnium concors sententia, & quantumcumque una pars numero excedat aliam, nihilo minus de qualibet parte sumatur unus, & ambo ad alias deputationes transmittantur, ut diversitas cum motivis & rationibus utriusque sententiæ omnibus innotescat, & sic aliæ deputationes, perceptis rationibus & motivis, clarius valeant deliberare.

Item quælibet deputatio in deferendo votum suum seu appunctuamentum ad alias deputationes servabit ordinem rerum de quibus agitur, utpote si res ad fidem pertineat, primo ad deputationem fidei deferatur, & deinde ad alias. Et similiter, si res exigat celerem expeditionem, indilate deferatur ad communem deputationem, & similiter in aliis. Communis vero deputatio tenebit eumdem ordinem in deferendo communia ad alias deputationes.

Item prædicti duodecim deputati semper in die præcedenti ad congregationem generalem conveniant cum præsidente concilii, cum appunctuamentis & avisamentis & agitatis deputationum, ut præsidens concilii sit plene informatus de singulis quæ habebit in generali congregatione proponere cum motivis & rationibus. Nihil autem ardui proponat præsidens in congregatione generali ad deliberandum seu concludendum, nisi prius fuerit propositum in singulis deputationibus, & agitatum: nisi casus esset repentinus & talis, cujus mora esset nociva, tunc posset proponi. Quæcumque vero in deputationibus agitata fuerint, sive omnes convenerint, sive non, proponet, dummodo saltem per duas deputationes ad proponendum fuerit requisitus.

Item si in feria sexta festum aliquod vel aliud impedimentum occurrerit, quod in die sabbati fiat congregatio generalis, non in die Iovis, nisi per præsidentem aliter intimatum fuerit. Et ita fiat, quod nunquam in septimana generalis congregatio omittatur.

Item quod dominus præsidens in qualibet congregatione habeat rotulum suum, in quo ponantur materiæ proponendæ. Et literis missivis lectis, semper incipiat a gravioribus: ita tamen quod omnia puncta, super quibus est protunc declarandum, in principio explicentur.

Item exhortentur supposita deputationum, & etiam in congregatione generali per præsidentem, quod si in deputationibus vel congregationibus sint duæ vel tres opiniones, quicumque voluerint ad-

A hærere alicui illarum, non debeant reiterare quod jam dictum fuerit, nisi velint aliquid addere vel diminuere: sed poterunt illam quam voluerint partem brevi verbo eligere, vel novam dicere, juxta eorum voluntatem.

Item si in deputationibus fiat supposita non deliberantia propter arduitatem materiarum, & dicant se velle cum libris vel alias deliberare, non concludatur, donec in sequenti deputatione, in qua, si dicere velint, audiantur.

Item ne tempus inutiliter occupetur & labatur in vanum, ordinetur quod deinceps super causis & rebus tractandis & exponendis in hoc sacro concilio, ac in generali congregatione per dominum præsidentem ipsi concilio proponendis, proprius singu-
B larum deputationum præsidens, vel notarii referant avisata, deliberata, seu conclusa in eisdem. Et si contingat majorem partem, hoc est tres deputationes esse concordes, illico quarta deputatio, imo quodlibet suppositum hujus sacri concilii, diligenter & ad plenum audiatur benigne cum suis rationibus & motivis: quæ si forsan hæsitationem aliquam seu difficultatem afferant, remittatur articulus, super quo difficultas fuerit exorta, ad deputationes singulas latius & maturius digerendus. Si vero rationes talium & motiva dubietatem probabilem sufficientemque non adducant, concludatur quod approbatum extiterit & mature digestum per tres deputationes.

C Item quod omnes incorporati, & qui in posterum incorporabuntur ipsi concilio, prout sunt deputati, singulis diebus ordinatis intrent ipsas deputationes ad avisandum & practicandum causas & materias occurrentes, ne quis prætendere possit ignorantiam de proponendis in generali congregatione, & quod per vota omnium singula expediantur. Et qui non intraverint absque rationabili causa, seu qui non significaverint hora debita se non posse intrare, & qui ante dissolutionem recesserint sine licentia præsidentis, ipsius præsidentis arbitrio puniantur.

Item omnia supposita concilii teneantur venire & stare in congregatione generali in sessionibus, in missis solennibus & processionibus, quemadmodum
D supradictum est de deputationibus.

Item antequam dissolvatur congregatio generalis, aut singularum deputationum, per notarios congregationis generalis, & etiam singularum deputationum, legantur appunctuata & ordinata in eisdem, ut si per dictos notarios aliquis defectus in scribendo fuerit commissus, corrigatur.

Item de qualibet deputatione eligatur unus, qui quatuor provideant de sermonibus ad clerum singulis diebus solennibus fiendis, quos ipsi personis idoneis ad hoc distribuant: & antequam sermo hujusmodi per eum cui assignatus est publicetur, prius per eosdem quatuor, vel alterum ipsorum, videatur
E ne error contingat, aut scandalum aliquod exinde oriri. Et iste ordo a festo sancti Michaelis inantea semper continuetur.

Item ad expediendum aliquid, dentur aliqui deputati: qui dum conveniunt, ille qui dignior & primus est, inter eos proponat materiam tractandam, & dirigat illam, & vota aliorum exquirat. Et si aliquis vel aliqui de concilio, non deputati, volunt interesse ad avisandum super materia de qua est tractandum, possint avisare deputatos de motivis suis, & si placet deputatis quod intersint, poterunt remanere.

Nomina quatuor deputationum in concilio, videlicet,
- Pro communibus,
- Reformatorii,
- Fidei,
- & Pacis.

Sequuntur

II.

Sequuntur instructiones deferendæ ambasiatoribus concilii, continentes modos, quibus se debent habere cum ambasiatoribus domini nostri papæ.

ET primo dicti ambasiatores sacri concilii deputati cum uno ex parte domini protectoris, ibunt obviam præfatis dominis oratoribus, & suscipient eos benigne & graciose, ut inter alia dicant eis qualiter dominus Petrus * Ponitetn requisivit dominum cardinalem legatum ex parte ipsorum, ut procuraret eis tres salvosconductus: & cum ipse dominus legatus inferret dominis de concilio, valde ipsi sunt admirati de hujusmodi petitione salviconductus, nec non & proprias causas in salvoconductu expressas.

Item exhortentur eos qui velint libere huc venire sine salvoconductu, quia revera non est opus, & super his dicam quantum eis videtur, inducendo eos ut desistant, nec curent de hujusmodi salvisconductibus. Si tamen omnino ipsi instent habere, tunc dicant nostri ambasiatores, qualiter prædictus dominus Petrus porrexit dicto domino legato certam formam, & curent scire ab eis, utrum illam dederint. Et si dicant quod sic, tunc ambasiatores nostri requirant notarios & testes, & dicant quod licet non esset necessarium eis dare salvumconductum nostrũ, nihilo minus ad satisfaciendum eis ostendant eis salvumconductum nostrum, qui conceptus est in plena forma, *&c.* Et si causarentur de aliquibus clausulis omissis, videlicet de eundo ulterius, & de mittendis & recipiendis nuntiis, & quod * trahatur data salviconductus ratio, exprimant justas causas. Prædicta verba sunt omissa, prout circumspectiones ipsorum scient eis clare declarare secundum mentem sacri concilii. Et curent ipsi ambasiatores nostri, quod in prædictis omnibus adsint notarii & testes, & etiam cives vel opidani majores loci, ubi dictos ambasiatores reperient. Si autem nollent dicti oratores esse contenti de salvoconductu nostro, tunc ambasiatores nostri protestentur coram notariis & testibus, *&c.* quod per sacrum concilium non staret, quin ipsi veniant vel possint venire: admoneant etiam eos, quod in redeundo non dicant vel faciant aliquid, quod sit in derogationem vel læsionem concilii, quia timent, ne forte alii ægre ferentes hoc facerent sibi aliquam displicentiam: & etiam admoneant quod propter suspicionem exortam non remaneant in Alemania, sed quam citius possint revertantur. Si forte nostri ambasiatores senserint eos aliquid commisisse verbo vel facto contra honorem sacri concilii, tunc ambasiatores nostri dicant, quod secundum decreta sacri concilii posset procedi contra eos; nihilo minus ob reverentiam sedis apostolicæ, & quia concilium vult procedere cum omni mansuetudine & pietate, sunt contenti nostri ambasiatores, quod ipsi in pace possint recedere, sed caveant de futuro. Et de hoc avisetur ille qui mittetur nomine domini ducis protectoris.

* tradatur

III.

Declaratio salviconductus.

LICET salvusconductus per vos petitus ad hanc civitatem Basileensem veniendi non necessarius fuisset, ex causis in aliis literis nostris & per oratores nostros expressis, nihilo minus nos volentes vestræ postulationi, quantum cum Deo & honestate fieri potuit, satisfacere, ipsum salvumconductum in forma plena & sufficienti per dictos oratores ad vos transmisimus. Verum quia dubitare videmini, ubi dubitandum non est, & in re clara scrupulum quæritis, difficultatem in aliquibus clausulis non necessariam facientes, ideo ut cognoscatis hanc sanctam synodum in spiritu lenitatis & mansuetudinis procedere, & ne vester accessus conventui fructuosus sic impediri ex parte ipsius synodi videatur, prædictas clausulas dicti nostri salviconductus hoc modo ex superabundanti duximus declarandas, videlicet ut privata collocutio quoad res familiares & privatas, & non concernentes negotia hujus sacri generalis concilii Basileensis in læsionem ipsius sacri concilii, nullatenus interdicta vobis intelligatur: quodque verba illa, Vult etiam hæc sancta synodus, ut postquam ad vestra proposita & explicata responsum dederit, vel vos requisierit, *&c.* intelligantur, ut terminus octo dierum referatur ita ad responsum dandum, sicut ad requisitionem fiendam. Item quod verbum illud, Per viam rectam, intelligatur, per eam qua venistis, vel aliam vobis gratam & securam, versus partes Italiæ sine dolo & fraude tendendo, *&c.*

IV.

Reformationes de suppositis hujus sacri concilii.

ADMONET hæc sancta synodus omnes sacrum concilium celebrantes, ut omnem gravitatem & honestatem, quæ viros ecclesiasticos decent, diligenter observent, vitam & conversationem exemplarem ducant: & cum ad dandam toti * orbi convenerint, ipsi prius in se legem suscepisse demonstrent. Sint eorum mores sine macula & ruga. Exhibeant se tamquam speculum mundum, in quo alii speculantes normam & exemplum sanctimoniæ accipiant. Meminerint se esse sal terræ, in quo opus est ut nunc sanetur mundus. Sint tales, juxta præceptum domini, ut lumen eorum luceat coram hominibus, ut videant bona opera ipsorum, & glorificent Patrem nostrum qui in cælis est. Ipsis inquit apostolus in persona Timothei: *Esto exem[...]m fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate.* * Intima & bona conscientia propter seipsos, bona fama propter proximos.

* forte orbi legem

Matth. 5.

1. Tim. 4.

* forte Necessaria

Et quantum ad conscientiam attinet, unusquisque eam sæpe examinet & mundet, quantum fieri potest, ab his omnibus quę divinam majestatem offendunt. Qui sacerdotes sunt sæpe celebrent, alii vero sæpe confiteantur: hoc plurimum valebit ad gratiam domini impetrandam. Alioquin si iniquitatem conspexerit in cordibus eorum, non exaudiet dominus, & oratio peccatoris fiet ei in peccatum.

Psal. 65.

Et quoniam opera quæ hoc sacrum concilium consequitur nimis grandia sunt, quæ quidem viribus humanis nullatenus effici possunt, necessario ad dominum recurrendum orationibus, eleemosynis, jejuniis. Quilibet igitur de concilio, singulis diebus aliquam saltem brevem orationem ad Deum porrigat pro successu hujus sacri concilii. Mandat etiam hæc sancta synodus, ut singulis feriis quintis, quamdiu durat tractatus Bohemorum, in majori ecclesia celebretur missa de Spiritu sancto cum orationibus ad hoc institutis. In qua omnes de concilio intersint. Ea autem die, nec non diebus dominicis, & aliis diebus solennibus, quibus præsente concilio missæ celebrantur, quilibet de concilio offerat in gazophylacio saltem unum nummum, hoc modo, quod duo cursores cum pyxidibus, unus ab uno latere chori, alius ab alio, intra missarum solennia recipiant quidquid a suppositis concilii offertur. Post missam promotores concilii distribuant hujusmodi oblationes pauperibus, de quibus ipsis videbitur. Eamdem missam de Spiritu sancto, quinta feria,

sancta synodus mandat solenniter celebrari in qualibet ecclesia collegiata & conventuali hujus civitatis. A

Mandat etiam tam suppositis concilii celebrantibus, quam aliis sacerdotibus in hac civitate existentibus, ut in missis suis dicant aliquam orationem pro pace & unitate ecclesiæ.

Vt negotia quæ in deputationibus concilii aguntur, Deus oculo pietatis aspiciat, & prosperari faciat, expedit ut hi qui illa tractant, ad ipsas deputationes devoti accedant: propterea quælibet deputatio, antequam negotiari incipiat, audiat in communi missam in loco quem ordinaverit prope ipsam deputationem. Ibidem omnes de deputatione curent interesse, nisi forsan aliqui sint per se cele- B brantes.

Tempore divinorum non fiant invicem collocutiones. Sed quilibet vel oret, vel contempletur quæ aguntur vel dicuntur in missa.

Tob. 12. Et quoniam (ut inquit Tobias) *bona est oratio cum eleemosyna & jejunio*, quilibet semel in hebdomada feria sexta vel alia jejunet. Deut. 9. Et sicut Moses antequam legem mereretur sumere jejunavit, ita & nos legem reformationis a domino accepturi, & tradituri mundo, facere curemus: qui autem jejunare non potest, det eleemosynam.

His autem diebus quilibet in mensa sua servet moderationem sobrietatemque ciborum. etiamsi hospites adsint, non multitudine ac reprehensibili va- C rietate ferculorum, sed modesta & competenti refectione honorentur.

Prælati in mensis suis studeant servare decretum Toletanum, quod tale est: Pro reverentia Dei & sacerdotum id universa constituit synodus. Et quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali convivio divinarum scripturarum lectio misceatur: per hæc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Quilibet etiam ecclesiastica persona, antequam cibum sumat, benedicat: & post refectionem orationes ab ecclesia institutas dicere non negligat.

Caveant supposita concilii, ad tollendas tentationes & murmurationes, ne convivia vel suspecta D commercia cum mulieribus habeant.

Supposita concilii a verbis detractoriis, contentiosis, vel scurrilibus & male ædificantibus quibuslibet accurare caveant, ne factis aut verbis proximum scandalizent.

In via quilibet incedat pudicis oculis cum modestia & gravitate: ad loca minus honesta non vadat, nec ad spectacula publica, choreas, ludos, hastiludia, torneamenta, & alia hujusmodi. Vestimentis utantur, prout sacri canones statuerunt: abstineant a coloribus rubeis & viridibus excessive: vestimenta deferant talia, & tam retro quam a lateribus & ante clausa, & sine manicis ad cubitum pendentibus, & absque foderaturis ultra oras excedentibus & E * infixuris. (* forte in fissuris.) Nullus portet annulum, nisi cui competit ex officio dignitatis, & unum dumtaxat: nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes, nec caligas * solatas, nec mitras, * sinceas aut birreta (* forte sericeas,) longa, sed parva aut honesta caputia: tonsuras deferant suis ordinibus congruentes, & capillos ita tonsos, quod aures pateant.

Non portent in frenis, sellis, aut pectoralibus equorum, aurum, vel argentum, aut ornamenta metalli depicti, aut figurati, aut mappas sericeas, seu alia hujusmodi superfluitatum: & quod hujusmodi ornamenta equorum sint unius coloris, non rubei vel viridis: nec calcaribus deauratis utantur.

A Vt prælati non in multitudine sed honestate familiæ gloriari videantur, incedendo per viam pedites, aut equites, quanto pauciores possunt præmittent familiares: cardinales decem, patriarchæ octo, archiepiscopi sex ante se.

Et quia qualis paterfamilias, tales & domestici ejus; curandum est ut non solum patres de concilio, sed & eorum familiares decentem honestatem servent. Quilibet igitur familiares suos sæpe admoneat, ne quid reprehensibile aut scandalosum publice vel occulte perpetrare audeant: hujusmodi familiarum vestes non sint breviores genu, nec diversorum colorum, nec cum scissuris, frappis, vel * brodaturis, vel alia ornamenta aurea vel argentea, (* forte bordaturis,) B nec cincturas excessive sumptuosas. Sint eorum caligæ unius coloris, similiter & caputia, nec dagas seu cultellos ultra longitudinem unius palmæ deferant.

Nemo de suppositis concilii ludat, aut familiares suos ad taxillos vel alios ludos inhonestos ludere patiatur. Non permittant a familiaribus suis per civitatem cum avibus se associari.

Familiares dominorum de concilio, beneficiarii, vel in sacris constituti, taliter incedant, & non laicaliter tamquam scutiferi.

Omnes religiosi existentes in hoc loco sacri concilii portent habitus suarum religionum in colore, valore, longitudine, amplitudine. Cum incedunt C per civitatem, vestes deferant superiores, juxta institutiones suorum ordinum: & canonici regulares pro veste superiori portent * croceam, mantellum, vel redividellum. (* forte roccum,)

Ne in hoc loco sacri concilii religiosi sine causa vagari præsumant, teneantur statim post primam diem adventus sui præsentare se superioribus suis, vel eorum vicariis aut procuratoribus: & qui hic non habuerint superiores vel eorum vicarios, repræsentent se generali præsidenti: & si sine legitima causa huc advenerunt, revertantur ad monasteria eorum: quod si, ut prædictum est, repræsentare se aut ad monasteria reverti contempserint, de mandato prædictorum superiorum suorum vel præsidentis per soldanum carceri mancipentur.

D In congregatione generali deputationum servetur debita modestia. In loquendo nullus alium maledictis aut contumeliis lacessat. Vnusquisque de alio reverenter & honeste loquatur, præsertim minores de majoribus. Nemo alium loquentem interrumpat. Vno loquente, ceteri silentium servent. Quilibet proferat libere votum suum, ad neminem nisi solum Deum respectum habens. Nemo humana affectione seu passione moveatur.

Animadvertant patres de concilio verba illa quæ scribuntur in Paralipomenon: *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed domini & quodcumque judicaveritis, in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite.* (2. Par. 19.) E Meminerit ergo quilibet juramenti in receptione sua ad sacrum concilium præstiti, videlicet quod salubre consilium dabit secundum Deum & conscientiam suam. In hoc loco, ubi de communi totius Christiani populi salute agitur, omnis minima culpa maxima est in districto Dei judicio severitate plectenda. Studeant supposita concilii pacem & unitatem, quam mundo & ecclesiæ dare procurant, inter se prius custodire. Sint unum in domino, idipsum sentientes omnes. Non sint inter eos schismata, contentiones & æmulationes. Servent super omnia fraternam concordiam, quia, ut inquit dominus, *omne regnum in se divisum desolabitur, & domus supra domum ruet.* (Matth. 12.) Nemo eorum suscitet

odiorum

odiorum & rancorum fomenta, quin potius extinguat. Alter alteri, si forte se offensum putat, ignoscat: & hoc est alterum alterius onera portare, & adimplere legem Christi. Nemo juxta juramentum suum vota singulorum reveler, unde nemini verisimiliter odium sequi possit.

Hujusmodi ordinationes & exhortationes quilibet præsidens per supposita suæ deputationis observari faciat, inquirendo diligenter, an quisquam transgrediatur. Transgressorem autem caritative corrigat, & si se non emendet, adhibeat cum consilio aliquorum de majoribus suæ deputationis efficax & opportunum remedium: promotores etiam concilii solicite hujusmodi transgressores inquirant, & suæ deputationis deferant præsidenti.

Quilibet præsidens deputationum in principio suæ præsidentiæ prædicta in sua deputatione legi faciat, ut supervenientibus innotescant.

Præsidens autem concilii deputet aliquos qui solicitent cives, ut ea quæ pro honestate civitatis instituta sunt executioni demandentur, & debite custodiantur.

Admoneantur Basileensis episcopus & officialis suus, ut prædicta clero suo intiment, & inviolabiliter observari faciant.

V.

Articuli oblati concilio ex parte regni Bohemiæ & marchionatus Moraviæ, &c. anno domini 1433. in festo sancti Tiburtii, post Laurentii.

Hæretico-rum sunt hæc.

HOS articulos paternitatibus vestris offerimus, quatenus intuitu optandæ cunctis mortalibus pacis & unitatis, velitis ipsis in hac forma subscripta vestrum præbere consensum, ut libere teneantur, doceantur, & irrevocabiliter observentur in regno Bohemiæ & marchionatu Moraviæ, ac locis eis adhærentibus in hac parte.

Primo, ut communio divinissimæ eucharistiæ utilis & salubris sub utraq; specie, scilicet panis & vini, universis Christi fidelibus in regno Bohem. marchionatu Moraviæ, ac locis eis in hac parte adhærentibus constitutis, per sacerdotes libere ministretur.

Secundo, ut omnia peccata mortalia, & præsertim publica, per eos, quorum interest, rationabiliter & secundum legem Dei cohibeantur, corripiantur, & eliminentur.

Tertio, ut verbum Dei a sacerdotibus domini & Levitis idoneis libere ac fideliter prædicetur.

Quarto, quod non liceat clero tempore legis gratiæ super bonis temporalibus sæculariter dominari.

Ipsius autem, quam utrimque diutine optavimus, unionis tenorem offerimus in hac forma: Parati sumus uniri & esse unum, modo quo omnes Christiani fideles uniri secundum legem Dei obligantur, & adhærere & obedire quibuscumque nobis * legitime * perfectis in omnibus ecclesiasticis, quæcumque nobis secundum legem Dei mandaverint: quod si quidquam concilium, papa aut prælati, quod a domino prohibitum est, determinaverint faciendum, aut facere jusserint, vel quod in canone biblæ scriptum est præterierint, aut præterire mandaverint, cum canones tales dicant execrabiles, & anathema obedire, non obligabimur, nec obediemus. Hæc vobis offerimus inter nos & vos, ut supponimus, concludenda, expeditis nostris quatuor articulis secundum judicem parte ex utraque concordatum, cujus sententiam & judicium etiam in futuris emergentibus volumus ab omnibus acceptari.

f. præfectis

Scilicet hæreticorum est de conciliis, pontificibus & prælatis sive sententiam.

Præterea istud per ambasiatores nostros tandem pro finali unione facienda mittendos, volumus exigente & urgente æquitate, propter observationem & confirmationem pacis & unitatis obtinere, ut, unione facta, concilium suis patentibus literis præcipiat omnibus primatibus, archiepiscopis, episcopis, regibus, & principibus, & universis utriusque status sibi subjectis, quatenus nos & nobis in hac parte adhærentes, & adhærere volentes, amplius palam vel occulte hæreticare, aut quovis modo infamare, aut etiam hostiliter invadere non præsumant, propter aliquem prædictorum articulorum, & præsertim propter primum, quem asserimus & asserere proponimus, dominico cadere sub præcepto, usque ad discussionem finalem, mutuam & concordem, per concilium ad nos secundum sententiam judicis in Egra condictati, circa difficultates prædictorum articulorum, si quæ occurrerint, fiendam. Nam illius æquissimi judicis legibus & decretis optamus, in domini dispositione, in concilio sedentes incorporari fideliter ad reformationem totius ecclesiæ in capitibus, artubus & membris. Quam quidem sententiam, ut veridico didicimus relatu, uti proposuit concilium circa reformationem ecclesiæ atque spopondit, &c.

Insuper, ut litium & jurgiorum inter nos & coincolas nostros materia radicitus evellatur, circa unionem inter nos & concilium celebrandam, istud volumus per nuntios nostros ad concilium mittendos obtinere, ut, facta unione, ipsum concilium modis & hortamentis congruis scribat, inducat, & efficiat, quantum in eo est, quatenus omnes & singuli sacerdotes, cujuscumque præeminentiæ aut dignitatis existant, in eisdem regno & marchionatu, præsertim qui ipsos articulos nondum in effectu observarunt, queant cum honoris sui conservatione, & valeant libere ac fideliter exequi & amabiliter observare & docere. Nam sic in sancta veritate uniti erimus, nunc gratiæ divinæ participes, & in futuro visionis ipsius jucundæ consortes. Amen.

VI.

Instrumentum facta pacis inter regem Franciæ & ducem Burgundiæ per legatos concilii.

In nomine domini. Amen.

TANORA præsentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter, & sit notum, quod anno a nativitate ejusdem 1435. indictione XIII. die vero sabbati quinta mensis Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Eugenii divina providentia papæ IV. anno quinto, reverendissimis in Christo patribus ac dominis dominis Iuliano tituli sanctæ Sabinæ, sanctæ sedis apostolicæ in Germania legato, Ludovico tituli sanctæ Cæciliæ Arelatensi presbyteris, Prospero sancti Georgii Ad * velum aureum diacono de Columna, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus vulgariter nuncupatis, Ioanne archiepiscopo Tarentino, Petro episcopo Paduano, Ioanne Antiocheno, Ludovico Aquileiensi patriarchis, Amedeo Lugdunensi, Henrico Bituricensi Franciæ, reverendis patribus dominis Bernardo Aquensi Angliæ, Alvaro Conchensi, Alphonso Burgensi Castellæ & Legionis, Nicolao Vexionensi Daciæ, &c. Petro Diguensi Siciliæ, &c. venerabili viro domino Nicolao præposito Cracoviensi Poloniæ regum serenissimorum, dominis Ioanne Nivernensi Burgundiæ, Matthæo Albinganensi episcopis Mediolani ducum illustrissimorum, Ioanne Cisterciensi, Alexandro Virzibacensi, ordinis sancti Benedicti Cabilonansis & Æduensis

* vellum

Æduensis diœcescoo monasteriorum abbatibus, Ioanne Pulcripatris, Dionysio Sambreoays in sacra pagina doctoribus almæ uoiversitatis studii Parisiensis, in sacro Basileensi concilio ountus & aoibasiatoribos, aliisqoe reverendissimis & revereodis patribns & dominis dominis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, doctoribus, & magistris in magna multitudine & numero copioso sactum Basileeose coocilium repræsentantibus & celebrantibus, in genetali congregatiooe de mane in majori ecclesia Basileeosi more solito congregatis præfatis reverendissimis patribus dominis, cardioali legato, archiepiscopo Tareotino, & episcopo Paduano, pro & nomine sanctissimi domioi oostri papæ præsidentibus io eadem, io dominornm, testinm, & oostrorum notariorum publicorum infrascriptorum præsentia, lectis primitus deliberationibus sacrarum deputationnm pro dicta genetali congregatione hac die de mane celebranda, ad audiendum reverendissimi patris domini Hugonis episcopi Prænestini cardinalis de Cypro, legati cum potestate de latere, ac reverendorum patrum & venerabilium virorum dominotum Nicolai Vexionensis, Matthæi Albingaoensis, episcoporum, Nicolai præpositi Cracovieosis, & Gulielmi Hugonis archidiacooi Meteosis, sacri coocilii ambasiatorum, missorum ad cooveotionem Atrebatensem, pro pace Christianissimi regni Franciæ tractanda, & de cadem conventiooe redeuntium, de gestis per eos circa hujosmodi pacem relationem faciendam. CoocInsoqne per reverendissimum dominum cardinalem legatom, alterom dictorum præsideotium, nomine & auctoritate sacri concilii super hojusmodi generali congregatione celebraoda, præfati domini legatus & ambasiatores accesserunt ad dictam generalem congregatiooem pro hojusmodi sua relatione facienda. Et sedentibus ipsis dominis legato & ambasiatoribus in altiori bancha, in qua reverendissimi patres domini cardinales & præsideores sanctissimi domini oostri papæ in generalibus congregationibus sedere consuevetunt, requisitisque & exhortatis dominis & patribus de sacro concilio per eumdem reverendissimum dominum cardinalem de Cypro legatum, ut ipsi haberent eumdem domioum cardinalem & alios dominos ambasiatores io hujusmodi sua relatione facienda patienter & benigne audire. Deinde facta prius per dictum dominum episcopum Vexionensem solenni collatione sub rhemate, *Gaudium & lætitia invenientur in ea, gratiarum actio & vox laudis,* &c. præfatus veoerabilis & circumspectus vir dominus archidiaconus Metensis dixit eorum instroctiones fuisse tripartitas. Primo instruebantur episcopi partes cootendentes exhortari tam in genere quam in specie ad pacem & concordiam per omnia media possibilia. Secundo eis committebatur pacis & coocordiæ præfatæ specialis prosecutio facto & opere. Tertio eis dabatur facultas singula bene gesta interpretandi, roborandi, ac pœnis & censuris validari, dicebatqoe quod ex harum instructiooum directione, quantum fieri potuit, eis commissa fideliter peregerunt: ipsaque gesta per eos secuodum ordinem instructionnm suarum, specifice & articulatim recitavit: Primo juxta primam partem earum declaravit, qualiter post adventum partium in civitate Atrebatensi coram illustrissimo domioo Burgundiæ proposuit solenniter dominus Nicolaus de Polonia, persuadendo sibi pacem & concordiam. Deinde ad idem coram ambasiatoribus Christianissimi domini regis Franciæ dominus episcopus Albinganensis: postremo domious Vexionensis coram ambasiatoribus serenissimi domini regis Aogliæ, ipsos ad pacem mediis & viis possibilibus inducendo. Recitavit ulterius dictus domious archidiaconus quomodo tractatum ipsius pacis & concordiæ specialiter fuerunt prosecuti. Ioxta secundam partem suarum instructionum, aperiendo & declarando articulatim & successive omnes oblationes factas hincinde inter Gallicos & Aoglicos, quarum ultimæ finales, & io quibus partes ipsæ immutabiliter persistebant, fuerunt hæ: Pro parte ambasiatotum Christianissimi regis Franciæ oblatum est Anglicis omoe domioium quod tenent & occupant in ducatu Aquitaniæ, nec non totus ducatus Nortmanniæ, modo & furma cooteotis in quadam litera sigillis omnium dictorũ ambasiatorum sigillata, & illustrissimo domino duci Burgundiæ tradita. Pro parte Anglicorum fuit oblatum regi Christianissimo Franciæ totum id quod tenet & possidet in Francia tam citra Ligerim quam ultra: hoc adjecto, quod terræ, domioia & opida unius obedientiæ, inclusæ seu inclusa in dominiis alterius obedientiæ, commutabuntur ad alias terras & alia opida, sita seu inclavata inter dominia alterius obedientiæ, secundũ commodiosiotem usum alterutrius partinm. Item hoc mediante, offerebant matrimonium sui regis sioe alio onere dotis, etiam liberationem domini ducis Aorelianensis mediante finantia competenti. Narravit postmodnm, quod finaliter legati & oratores sacri concilii & sedis apostolicæ, dixeruot dominis ambasiatoribus Angliæ, attento qnod pater moderni regis Franciæ Christianissimi, avus, proavus, & alii sui prædecessores, a tanto tempore, & per tantum tempus, cujus principii memoria ooo existit, fueruot io possessione quieta & pacifica coronæ Franciæ, & tales habiti, ac etiam per sacra concilia geoeralia, summos pontifices, imperatores, & alios omnes principes orbis sic oominati verbo & literis. Certe propterea eis videbator, quod ipsius regis oblationes erant rationabiles pro pace & concordia, & nullo modo per Anglicos refutandæ, sed omnino acceptandæ. Et casu quo eas noo acceptarent, volebant adire præfatum dominom ducem Burgundiæ, ipsum exhortando, ot regoo Franciæ, quantum io eo erat, daret pacem & tranquillitatem, pacem cum rege faciendo, prout etiam in mandatis haberent. Deinde dixit idem dominus archidiaconus, qnod quia ipsi domini ambasiatores Angliæ recesserant absque conclusiooe vel acceptatione oblationum Gallicorum, quæ (ut supra) eisdem domiois legatis rationabiles quamplurimum videbantur, adiverunt realiter præfatum domioum ducem Burgundiæ, ipsumque tam aoctoritate sacri concilii, quam sanctissimi domini oostri papæ exhortati sunt, & requisierunt omoibus melioribus modis & viis quibus potuetuor, ad hujusmodi pacem & concordiam eum Christianissimo domino rege Franciæ, de qua domo ipse dominos dux & sui progeoitores traxerunt originem, insendam & faciendam. Tandem datis & oblatis per dominos ambasiatores domini Francorum regis certis oblationibus, quæ justæ & rationabiles videbantur, dicto domino duci Burgundiæ pro suo interesse, ipse dominus dux volens parere exbortationibus, requisitionibus, imo verius mandatis sacri concilii & sanctissimi domini nostri papæ, declarato prius per præfatos dominos legatos & ambasiatores, auctoritate qua supra, quod licite & sine nota seo jactura honoris ipsius domini ducis præfatus illustrissimus dominus dux, non obstantibus prætensis cooventionibus, per eumdem dominum ducem, alias divæ memoriæ progenitori moderni regis Angliæ, & regi Angliæ moderno initis

Isai. 51.

initis & factis, poterat & debebat pacem & concordiam cum rege Franciæ facere & inire. Respondit se velle parere & obedire. De qua quidem declaratione & aliis præmissis prælibati domini legati & ambasiatores, auctoritate qua supra, literas opportunas eorum sigillis sigillatas præfato illustrissimo domino duci illas postulanti dederunt & obtulerunt. Qua quidem relatione sic (ut præfertur) facta, præfati domini legatus & ambasiatores per organum ipsius domini archidiaconi petierunt & requisierunt a sacro concilio, quatenus dignaretur omnia acta & gesta per eos circa hujusmodi tractatum pacis habere rata & grata, ac illa approbare, defectusque, si in hujusmodi tractatu intervenissent, supplere. Hoc idem venerabiles viri magistri Aimarus de Roussillione, Hugo Barardi, & Bartholomæus de Fraxino, promotores sacri concilii, nomine promotorio ejusdem petierunt & requisierunt, & quilibet eorum petiit & requisivit. Super quo per sacrum concilium & dominos & patres ipsius sacri concilii, nemine discrepante, responsum extitit per verbum, Placet. Quibus sic actis, reverendissimus pater dominus cardinalis legatus & præsidens nomine & auctoritate sacri concilii, de hujusmodi sanctissima pace inter præfatos dominos regem Franciæ & ducem Burgundiæ reformata, dedit laudes sanctissimæ Trinitati, regratiando sanctissimo domino nostro summo pontifici, præfatis dominis legatis & ambasiatoribus, de laboribus per eos in hujusmodi sancto negotio assumptis. Exhortatusque est dominos de sacro concilio, ut hujusmodi paci generali velint operam dare usque ad consummationem ejusdem. Adjiciens contra detrahentes sacro concilio, quod si concilium durasset per viginti annos, & non fuisset aliud agitatum, nisi de illa benedicta pace Franciæ, adhuc non deberent sacrum concilium diffamare, imo illud laudare & benedicere. De & super quibus omnibus singulis præmissis præfati domini promotores, nomine promotorio quo supra, petierunt, & quilibet eorum petiit a nobis notariis publicis & dicti sacri concilii scribis infrascriptis, sibi & omnibus quorum interest fieri atque tradi unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Basileæ in dicta generali congregatione, sub anno, indictione, die, mense & pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem venerabilibus & circumspectis viris dominis & magistris Ioannis Pulcripatris, Dionysio Sambreoays, Radulpho de Porta, in sacra pagina doctoribus, & Guidone de Vercellis magistro in artibus Parisiensi, una cum pluribus aliis testibus ad præmissa adstantibus.

VII.

Copia tractatus Atrebatensis celebrati inter regem Franciæ & ducem Burgundiæ.

PRIMO rex dicet, vel per suos sufficienti potestate fulcitos dicere faciet duci Burgundiæ, quod mors quondam sui patris, cui Deus parcat, fuit iniqua & malitiose facta per illos qui perpetrarunt dictum scelus, & ex malo consilio, & semper sibi displicuit, & de præsenti displicet ex toto corde suo: & si scivisset dictum casum, & fuisset in tali ætate & discretione intellectus, in quo est de præsenti, ipse obviasset toto suo posse. Sed ipse erat bene juvenis, & habebat illo tempore parvam notitiam, & non fuit ita advisatus, quod in hoc provideret: & rogabit dictum dominum Burgundiæ, quod omnem rancorem & odium, quæ potest habere contra ipsum occasione præmissorum, tollat de corde suo, & quod inter eos sit bona pax & dilectio, & de hoc fiat expressa mentio in literis quæ fient de concordia & tractatu ipsorum.

Item quod omnes illi qui perpetrarunt dictum scelus, & consentientes fuerunt, rex ponet perditioni, & faciet diligentiam possibilem capiendi & apprehendendi ipsos, in quocumque loco reperiri poterunt, ad puniendum eos in corpore & in bonis: & si apprehendi non poterunt, eosdem bannier, & banniri faciet sine gratia seu revocatione de regno & Delphinatu, eorum omnia bona confiscando, & remanebunt extra omnem concordiam.

Item non patietur rex aliquem eorum recipi, aut sibi aliquem favorem dari in suo dominio: imo faciet proclamari per omnia loca regni & Delphinatus, quod nullus eos recepter, aut favoriaet, sub pœna confiscationis corporis & bonorum.

Item incontinenti post concordiam dictus dux Burgundiæ nominabit eos, de quibus est vel erit informatus, ipsos perpetrasse dictum scelus, vel consensum præbuisse, ut incontinenti diligenter procedatur contra eos. Sed quia dictus dux Burgundiæ nondum potuit habere veram notitiam de omnibus illis qui perpetrarunt dictum scelus, aut consentientes fuerunt, omni tempore quo debite fuerit informatus de aliquibus aliis, eos poterit nominare & significare per suas literas patentes aut alias sufficienter regi, qui in hoc casu tenebitur procedere contra eosdem statim modo supra designato.

Item pro anima defuncti ducis Burgundiæ, & defuncti Archambaut de Foys domini de Novalia secum interfecti, & omnium aliorum interfectorum occasione dictarum guerrarum istius regni, fiet in ecclesia de Montereau, in qua fuit præsepultum funus dicti defuncti ducis Burgundiæ, & ante plateam, in qua fuit sepultus, fundabitur una capellania perpetua unius bassæ missæ de requiem singulis diebus, quæ redituabitur ad summam sexaginta librarum Parisiensium annuatim, & aptabitur calicibus & ornamentis ad expensas regis, & collatio spectabit ad ducem Burgundiæ & successores in perpetuum.

Item in dicta villa de Montereau, vel propinquiori loco, construetur per regem & suis expensis unum monasterium duodecim Carthusiensium cum uno priore, una cum claustro de illis, & ceteris monachis, qui dotabuntur per regem octingentarum librarum Parisiensium redituallium, juxta ordinationem cardinalis sanctæ Crucis.

Item in loco ubi fuit perpetratum dictum scelus ædificabitur una Crux expensis regis, talis facturæ, prout advisabitur per dictum cardinalem sanctæ Crucis.

Item in ecclesia Carthusiensi prope Divionem, in qua requiescit corpus defuncti ducis Burgundiæ, fundabitur expensis regis una missa alta de requiem, singulis diebus in perpetuum dicenda in magno altari, quod fundabitur de centum libris Parisiensibus redituallibus, & munietur calicibus, ornamentis, &c. ut supra.

Item dictæ missæ inchoabuntur incontinenti post concordiam habitam, & ædificia agenda in villa de Montereau incohabuntur statim infra menses tres, postquam eadem villa fuerit reducta ad obedientiam regis, & infra quinque annos erunt omnia expedita sine intermissione operis. Et quoad fundationem, statim post concordiam factam, fiet & expedietur fundatio altæ missæ celebrandæ a Carthusiensibus cum omnibus appendentiis. Et ibidem expensis regis celebrabitur missa bassa, quæ debet fundari in ecclesia de Montereau, donec villa de Montereau reducta fuerit ad obedientiam regis.

Et quantom ad fundationem & ædificia quæ debent fieri in dicta villa de Montereau, postquam reducta fuerit ad obedientiam, deponatur in manibus ducis Burgundiæ certa summa pecuniæ, ad complendum reditus dictarum octingentarum propinquius, de loco Montereao quod fieri poterit, ooo comprehendendo illas centum libras reditualés, quæ debent assignari pro fundatione dictæ missæ altæ in Carthusia Divionensi celebrandæ.

Item in recompensationem jocalium, & cæterorum mobilium, quæ habebat defunctus dux tempore sui obitus, quæ tunc capta & perdita fuerunt, rex solvet duci Burgundiæ summam quinquaginta millium veterum scutorum, sexaginta quatuor pro marca, & viginti trium caratz cum dimidio, aut aliam monetam consimilem in tali valore. Et ona cum hoc reservabitur duci Burgundiæ actio, quam prætendit pro pulchro collari defuncti patris sui, contra omnes qui illud habent vel habuerunt. B

Item pro parte regis transportabitur dicto duci Burgundiæ pro se & suis heredibus in recta linea, sive masculi sive feminæ fuerint, civitas & comitatus Matisconensis, una cum omnibus villis, villagiis, terris, censibus, reditibus, & emolumentis quibuscumque spectantibus ad regem & coronam Franciæ, & per baillivatum regalem Matisconensem & sancti Gengulphi, & in metis suis, una cum omnibus pertinentiis comitatus Matisconensis, & aliis dominiis quæ tenet & tenere debet rex per totum baillivatum Matisconensem, & sancti Gengulphi, in omnibus feudorum & vassallorum juribus, confiscationibus, patronagiis ecclesiasticis, collationibus beneficiorum, & aliis juribus & emolumentis quibuscumque, sine quacumque reservatione pro parte regis facienda de illo quod concernere potest dominium & jurisdictionem ordinariam comitatus & locorum supradictorum. Est tamen reservatum regi feudum & homagium bonorum & jurium prædictorum, ressortum, & supremum dominium, una cum custodia & supremitate ecclesiarum, & subditorum ipsarum, quæ sunt de fundatione regali, sitarum in metis dictorum baillivatuum & inclavatorum in eisdem. Salvo etiam jure regali, ubi locum habere potest, & etiam aliis juribus regalibus ab antiquo spectantibus ad coronam Franciæ in prædictis baillivatibus, de quo comitatu gaudebit præfatus dux & sui heredes in feudum & homagium a rege, sicut pares Franciæ sub sorte regis & curiæ parlamenti, sicut ceteri pares regis Franciæ.

Item pro parte regis transportabuntur dicto duci Burgundiæ, & illi de suis heredibus legitimis, de suo corpore procreatis, cui dimittet custoditum suum dictum comitatum Matisconensem, omnes utilitates & emolumenta supremi dominii spectantis ad regem in dictis baillivatibus, sive hoc sit occasione gardiæ & supremitatis ecclesiarum, quæ sunt de fundatione regali, & subjectorum jurium regalium, aut alias quovis modo, & etiam in confiscationibus pro quocumque casu, pœnis & emendis & exercitio justitiæ, commoditas & emolumentum monetæ cum aliis utilitatibus quibuscumque, de quibus omnibus gaudebit dictus dominus dux & suus heres ad vitam superviventis tantum, modo & forma quæ sequuntur, videlicet quod ad nominationem dicti domini Burgundiæ & sui heredis post eum, rex committet illum, qui erat baillivus pro dicto domino Burgundiæ, judicem regalem, & commissarium sui ex parta, ad cognoscendum de omnibus casibus regalibus & aliis occurrentibus in dictis patriis, locis & inclavaturis supradictis & formis, quibus consueverunt baillivi regales Matisconenses,

A qui temporibus præteritis ibidem fuerunt, & simili modo committentur per regem ad nominationem dicti ducis & sui heredis, omnes alii officiarii necessarii pro exercitio jurisdictionum & jurium regalium, sive sint castellani, præpositi, clientes, receptores, &c.

Item similiter transportabuntur dicto domino Burgundiæ & suo heredi post eum omnes utilitates subsidiorum granariorum pro sale, gabella vinorum venditorum ad debitolium, pedagium, seu vectigale omnium mercantiarum, talliæ, foagia, & quæcumque subventiones impositæ & imponendæ in partibus Matisconensi, Cabilonensi, Æduensi, & Lingonensi, quantum ad dicta territoria se extendere possunt per ducatum Burgundiæ, comitatum ad Charolois, & comitatum ad patriam Matisconensem, & in villis ac terris quibuscumque inclavatis in dictis ducatu, comitatu & aliis locis: & ad dictum ducem & suum heredem spectabit nominatio officiariorum ad præmissa necessariorum, & institutio ad regem, ut supra.

Item per regem transportabitur dicto domino Burgundiæ in perpetuum pro se & suis heredibus, sive masculis sive feminis, in directa linea procreatis, civitas & comitatus Autissiodorensis una cum omnibus & singulis pertinentiis in justitia regali feudorum, sub feudis, patronagiis ecclesiarum, collationibus beneficiorum, sive alias quovis modo ad tenendum illa a rege sub fide, homagio & paritate C Franciæ, sub ressortu regis & curiæ parlamenti sine medio sicut alii pares.

Item transportabuntur per regem dicto domino Burgundiæ, & illi de suis heredibus, cui dimittet post obitum dictum comitatum, omnia & singula emolumenta quæ eveniunt in dictis civitate & comitatu, & in omnibus villis inclavatis in dicto comitatu, quæ tamen non sunt de eodem, sive spectent ecclesiis, aut aliis ad causam jurium regalium etiam quocumque modo & regalibus confiscationibus, pœnis & emendis ac exercitus justitiæ, aut alias quomodolibet, quibus dominus dux & suus heres pro tempore, vita alterius superviventis dumtaxat D durante, gaudebunt, & per modum supra declaratum, videlicet quod ad nominationem, &c.

Item ulterius pro parte regis erunt transportati dicto domino duci & suo heredi omnes profectus subventionis granariorum, salis, gabellæ, vinorum venditorum, & cetera, ut supra, pro se & suo herede, &c.

Item per regem transportabuntur præfato domino duci Burgundiæ & suis heredibus in recta linea, sive masculis sive feminis, castrum, villæ & castellaria de Barro super Sequanam, cum omnibus appenditiis vel regimine, justitia, feudo, patronatu, collatione beneficiorum, tenendo in fide homagio & paritate, ut supra.

E Item transportabuntur præfato duci & suo heredi omnes profectus granariorum, salis, gabellæ, & cetera, ut supra.

Item transportabitur a rege ipso duci pro se & suis heredibus comitibus Burgundiæ perpetuæ & hereditariæ gardia, custodia, seu protectio abbatiæ de * Lexu, ac omnia jura, profectus & emolumenta quæcumque attinentia gardiæ prædictæ, quam rex ad causam comitatus Campaniæ dicit sibi attinere, quamvis comites Burgundiæ inantea prætenderunt & querulaverunt in contrarium, pro eo quod illa abbatia erat extra regnum. * Luxovil.

Item per regem transportabuntur dicto domino duci, pro se & suis heredibus in recta linea masculis tantum, castra, villæ, castellaniæ, præpositura forenses

ses Peronæ, Mont-didier, & Roye, cum omnibus suis attinentiis, &c. patronatu, & collatione beneficiorum, tenendo in homagio & paritate, resorto, ut supra. A

Item transportabit rex dicto domino duci & suo heredi masculo, cui post suum decessum deputabit dictas villas Peronæ, Moot-didier, & Roye, omnia emolumenta ea illis villis, castellaniis & præposituris forensibus, & in villis, terris subjectis, & resortis ipsis villis, castellaniis & præposituris, causa jurium regalium qoomodocumque fuerit, tam in confiscationibus, emendis, exercitus justitiæ, quam aliter, ad gaudendum per ipsum ducem & suum heredem dumtaxat per modum supra declaratum, scilicet quod ad monitionem ducis, vel sui heredis, rex iostituet, &c. B

Item transportabontur eidem duci & suo heredi omnes proventus subventionis granariorum, salis, gabellæ, &c. ut supra.

Item a parte regis dimittetur dicto duci, & illi de suis heredibus cui dimittet comitatum Atthesii, compositiones aradarum dicti comitatus, resortita & inclavamenta, ascendentia pronunc ad trigintaquatuor millia annuatim vel circiter, sine boc qood ipse vel sui heredes sint adstricti inde habendi aliod donum vel oblationem. Et nominabunt dictus doa & suus heres tales officiarios, &c. qoos rex terris instituet, &c. & ipsios super hoc faciet deliberare.

Item rex transportabit domino Burgundiæ pro se, suis beredibus, & habentibus causam seu interesse C perpetuo omnes civitates, villas; fortalicia, terras & dominia attinentia cbronæ Franciæ, de & super fluvio de Somme, de uno latere, & de alio sicot sanctus Quintinus, Corbia, Ambianis, Abbatis villa, & aliæ pariter totius comitatus de Pontieu, citra & ultra dictum flumen de Somne, Dourlens, sanctus Richarius, Crepicordium, Meox, Mortaigne, cum suis attinentiis & appendiciis quibuscumque, & omnes alias terras, quæ possunt pertinere coronæ Franciæ circa flumen de Somme inclusive versus Arthesiam, Flandriam & Hannoniam, tam de regno qoam de imperio, comprehendendo etiam in respectu villarum sitarum supra dictum flumen de Somme, de latese versus Franciam; baillivatus & scabinatus ipsarum villarom possidendos per dictum dominum D Burgundiæ, dictos suos heredes, & habentes causam perpetoo de dictis villis, civitatibus, fortalitiis, terris & dominiis, io omoibus cōmodis redituum * tam inordinatorum pro guerris, & etiam talliarum, & aliorum emolumentorum quorumcumque, & non retinendo ex parte regis, præterquam homagium, resortum & supremitatem: quæ transportatio fiet per regem, mediante reemptione summæ quadringentorum millium scutorum aureorum antiquorum, sexaginta quatuor in marca de octo unciis pro marca, & d'aloy ad viginti quatuor caratz I. arīt de remede, vel alterius monetæ aureæ currentis ad valorem: de qua reemptiooa per dominum Burgun- E diæ tradentur bonæ literæ & sufficientes, pes quas ipse promittet pro se & suis: & toties placebit regi vel suis facere dictam reemptionem, dominus Burgundiæ & sui tenebuntur, recipiendo dictam summam auream, reddère regi vel suis omnes dictas civitates, villas, fortalitia, terras & dominia comprehensa in isto articulo tantum, & * sive tangendo aliquas alias, de quibus supra facta est mentio, & * alterius cootentabitur dictus dua Burgundiæ recipere solutionem dictorū quadringentorum millium scutorum ad duas vices, scilicet qualiber vice medietatem, proviso qood non tenebitur dictas civitates, villas, fortalitia, terras, & dominia, nec aliquas ipsarum, quousque tota solotio sit completa, & tempore pendente faciet dominus Burgundiæ fructus suos omnium dictarum civitatum, villarum, &c. * de domanio, qoain de * aidiis sine ulla dedoctione principalis summæ.

* f. jam vel etiam ordinatorum

* sine

* alterius

* forte tam de

Et est sciendum, quod in isto transportu oon comprebendetur civitas Tornacensis, neque baillivatus Tornacesii & sancti Amandi, sed remanebunt in manibus regis, excepto Mortaigne, quæ remanebit domino Borgundiæ: nihilo minus est reservatum domino Burgundiæ, pecunia sibi concordata ab illis de civitate Tornacensi pro certo tractatu, quem habet cum ipsis durante osque ad certum tempus, quam pecuniam Tornacenses solvent integræ domino Burgundiæ. Et est sciendum de omnibus officiariis, qui erunt respectu dominii, quod dominus Burgundiæ constituet eos: & respectu jurium regalium, aydarum & talliarum, nominatio spectabit ad dominum ducem, & institutio ad regem.

Item quia dominus Burgundiæ prætendit jus in comitatu Verdoniensi supra mare, quem tenet & possidet, ille sibi remanebit pro se & suis heredibus masculis ea suo corpore tantum, & tenebitur rex pacificare illos, qui jus prætendunt in illo comitatu, taliter quod nullam babeant querelam adversus dictum dominum Burgundiæ.

Item castrum, villa & comitatus * Gycmyr supra Ligerim, quæ dicuntur transportata cum comitatu Stampiæ & Dordani per ducem Bitoricensem, defuncto Ioanne duce Burgundiæ, ponentur ea parte regis in manibus ducis Borbonii statim post passatam concordiam, tenenda per spatium unius anni, infra quod tempus Ioannes Burgundiæ, nunc comes Stamparum, vel dux Burgundiæ pro eo monstrabit regi & suo consilio literas doni facti Ioanni defuncto duci per dominum ducem Bituricensem: quæ si visæ fuerint sufficientes & validæ, dua Borbonii tenebitur tradere præfato comiti absque boc, quod ex parte regis possit allegari antiqua præscriptio, aut lapsus temporis. Quodsi qui sunt alii qui prætendant jus, illis remanebit actio contra comitem.

* Gienensis

Item per regem restituetur comitibus Niveroensi & Stamparum summa trigiota duorum millium octingentorum scotorum aureorum, quæ quondam rex Carolus ultimo defunctus, fecit deprehēdi in ecclesia Rothomagensi, ubi fuerant deposita pro matrimonio donnæ Bonæ Arthesii matris ipsorum comitum, casu quo probabunt quod ista summa fuit in computo & profectu dicti regis Caroli ad solvendum illam summam 32800. ad tales terminos, qui erant advisati post solutionem factam & completam qoinquaginta millium domino Burgundiæ, de quibus supra. Et respectu debitorum quæ dominus Burgundiæ dicit sibi deberi per quondam regem Carolum, tam causa donorum & pensionum, quam aliter, ascendentium ad magnas summas, suum jus quod habet & debet habere pro recoperatione ipsorum debitorum, sibi remanebit salvum.

Item quod dictus dominus Burgundiæ non tenebitur facere aliquod homagium vel servitium regi de terris & dominiis quæ de præsenti tenet in regno; nec de illis quæ deberet habere per præsentem tractatum, nec de illis quæ sibi evenire potuerint per successionem, sed remanebit exemptus in sua persona in omnibus casibus subjectionis, resorti, supremitatis, & aliorum, durante vita ipsius. Sed post ipsius regis obitum, dominus Burgundiæ faciet filio suo & successori in corona bomagia, fidelitatem & servitia quæ requirentur. Et etiamsi dictus dux Burgundiæ decederet ante regem, beredes sui, & causam habentes, facient regi dicta bomagia, &c.

Item in respectu feudatariotum & subjectorum ducis Burgundiæ, quæ habet & debet habere per præsentem tractatum, & quæ sibi potuetint evenire per successionem duranre vita regis & sua, ipsi non erunt adstricti se armare ad mandatum regis & suorum officiatiorum, supposito quod teneant cum boe a tege aliquas terras vel dominia. Sed est rex coutentus, quod omni vice qua placebit domino Burgundiæ maudare suos subditos seu feudatarins & subjectos prn suis guerris, sive in regno sive extra, ipsi tenebuntur & constringentnt ibidem & illuc ire, sine posse aut debere venire ad mandatum regis, si etiam rex mandaret. Et similiter fiet respectu servitotum ducis Burgundiæ, qui sunt sui familiares & de sua domo, supposito quod non sint sui subjecti.

Item si eveniat quod Anglici aut sui confœderati faciant in posterum guerram domino Burgundiæ, aut suis pueris, sive per mare sive per terram, occasione præsentis tractatus, vel alias, rex tenebitur juvare, sicut in facto prnprio.

Item qnod dominus Burgundiæ & sui feudatarii & subjecti, & alii, qui ptius portaverunt in armis crucem sancti Andreæ, non adstringentur portare aliud intersignium iu quacumque armata in regno vel extra, & in præsentia regis aut suorum connestabiliorum aur marescallorum, prout sint suis stipendiis vel alias.

Item & quod rex faciet restitui, & sine damno de suis perditis rationabilibus, & etiam de suis * caneotibus illis qui fuerint capti in die mortis quondam ducis Ioannis, & illis qui ibi perdiderunt sua bona, & fuerunt positi ad magnam redemptionem.

Item & quod de ceteris abolitio generalis fit facta de omnibus casibus, eventis, & de omnibus causis, rebus, dictis, factis & passatis occasione divisiouis istius regni: excepto respectu illorum qui perpetrarunt dictum malum casum, vel fuerint consentientes de morte quondam ducis Burgundiæ; qui erunt & remanebunt extra omnem concordiæ tractatum: & quod de ceteris quilibet de uno & alio latere revertatur, scil cet ecclesiastici ad suas ecclesias & beneficia, & sæculates ad suas terras, reditus, & hereditagia, possessiones, & bona immobilia, in statu in quo erunt, reservato respectu terratum & dominiorum existentium in comitatu Burgundiæ, quas dux Burgundiæ & quondam suus pater habuerunt & retinuerunt, vel aliis dederunt tamquam confiscatas sibi cansa dictarum guerrarum, quæ erunt & remanebunt, non obstante dicta abolitione & concordia, illis qui ipsas tenent & possident. Sed alibi ubique * quilibet redibit ad suas possessiones & terras, & hereditagia, sine hoc quod pro demolitione, deteriorationecustodiatum, locorum, aut reparatione qualicumqne aliquid possit exigere unus ab alio: & quilibet tenebitur convictus omnium redituum eventorum de tempore quo non possidebat suas terras & hereditagia. Sed in respectu mobilium captorum ant babitorum de uno latere aut de alio, nunquam poterit fieri aliqua querela, aut actin de uno aut de alio.

Item per istum tractatum extingnantur & aboleantur omnes injuriæ, rancores tam verborum & factorum, quam aliter eventnrum perantea occasione dictarum divisionum, partialitatum, *&c.* tam de una parte quam de alia: absque hnc quod aliquis possit exigere vel facere qnæstionem, vel prosecutionem, vel processus, vel aliter reprobari vel scandalizari de tenendo aliquam partem. Et dicentes vel facientes contrarium punientur sicut transgressores pacis secundum exigentiam delicti.

Item in isto tractatu comprehendentur expresse ex parte ducis Burgundiæ omnes partes ecclesiasticæ, villæ nnbiles, & alii, cujuscumque status sunt, qui tenuerunt suam partem, & quondam sui patris, tam in regno, quam in Delphinatu, proviso quod acceptabunt præsentem tractatum, & inde voluut gaudere.

Item renuntiabit rex confœderationi quam fecit cum imperatore contra ducem Burgundiæ, & omnibus aliis confœderationibus per ipsum factis cum quibuscumqne personis, principibus, aut dominis in contrarium dicti ducis. Proviso qund dominus dux faciet similiter, & promittet rex dicto duci ipsum sustinere & adjuvare cnntra omnes qui vellent ipsum gravare, vel damnum impendere per guerram, & aliter. Et similiter promittet dux, salva semper exemptione suæ personæ ad vitam.

Item tradet rex suas literas: qnod si contingat in posterum quod ex sua parte infringatur iste tractatus, sui vassalli, feudales, subjecti, & servitores, præsentes & futuri, non tenebuntur sibi plus obedire nec servire; sed tenebuntur extunc servire domino Burgundiæ & suis successoribus contra ipsum, & quod in dicto casu omnes sui fendales, subjecti, & servitores, sint absoluti & quieti de omnibus juramentis, fidelitatibus, promissionibus, obligationibus servitiorum, in quibus ipsi possent teneri perantea versus regem, absque hoc quod in tempore futuro ipsis possit imputari ad onus aut opprobrium, ant qnod ab ipsis possit inde aliquid exigi. Et qund ex nunc, prout extunc, rex præcipiat ipsis ita facere, & quitet & exoneret ab omnibus obligationibus, & juramentis in casu prædicto, & quod similiter fiat & cousentiatur de latere ducis Burgundiæ respectu suorum vassallorum, feudatariorum, & subjectorum, & servitorum.

Item quod ex parte regis fient promissiones, obligationes, & submissiones tangentes intentionem præsentis tractatus in manibus cardinalis sanctæ Crucis legati papæ, & de Cypro legati concilii, ampliores quæ potuerint advisari, & sub pœnis excommunicationis, aggrauationis, reaggravationis, interdicti in terris suis & dominiis, & aliter ulteriores, ad quas censuræ ecclesiasticæ se poterint extendere, secundum potestatem quam habent dicti dnmini a papa & concilio, proviso quod similiter faciat ex parte sua dua Burgundiæ.

Item & cum hoc faciet rex cum suo sigillo tradi dicto duci Burgundiæ sigilla principum & dominorum sui sanguinis & obedientiæ, scilicet ducis Andegavensium, Caroli sui fratris, ducis Borbonii, ducis Alenconii, comitis Richemondiæ, comitis Vindomiæ, comitis de Fuxo, comitis Armignaci, comitis Perdiaci, & aliorum qui advisabuntur, in * quibus sigillis incorporabitnt sigillum regis, & promittent tenere ex sua parte contenta sigillatorum. Et si infringerentur ex parte regis, deberent in isto casu adjuvare & confortare dictum ducem Burgundiæ & suos contra regem. Et similiter fiet ex parte ducis Burgundiæ.

* [illegible] quorum

Item & quod similter rex faciet tradi sigilla virorum ecclesiasticnrum, & alinrum nobilium, & villarum de regnn de sua obedientia, quos dictus dux voluerit nnminare, cum securitatibus pœnarum cnrporalium & pecuniariarum, & aliarum securitatum, qnas dicti cardinales & alii prælati huc missi ex parte papæ & concilii advisabunt pertinere.

VIII.

Advisamenta prolocuta per dominos prælatos, & alios, clerum regni Franciæ & Delphinatus repræsentantes, qui Biturıs convenerunt ad mandatum domini nostri regis, die XXVI. Februarii, MCCCCXXXI. præfati domini nostri regis & sui magni concilii beneplacito, voluntate & correctione in omnibus semper salvis.

In primis, quod attentis hæresibus Bohemorum & eorum insultationibus, guerrarum calamitatibus, & morum in clero & populo undique deformitatibus, conventioneque Basileæ triplici auctoritate apostolica legitime facta, quæ per annum duravit & ultra, & ad quam de universis fere mundi partibus plures convenerunt, Spiritu sancto duce meliora & viciniora saluti sperantes, & mandati sunt iidem Bohemi, qui sæpius per universa mundi climata divulgarunt se a catholicis non potuisse audiri, & generalis concilii determinationi stare velle: quibus nihil omnino respondere utile non esse videtur, ne forte existiment catholicos responsionis penuria declinare certamen, & fides lædatur non intelligentium mentes ipsorum: nonque pastorum, sed mercenariorum personas gerere videantur prælati majores & minores, terga silentio præbendo, qui libere veritatem pronuntiare, & eamdem populi defendere tenentur, ubi honor Deo debitus & proximorum salus adimitur, eaireque cito, & oberrantes introducere infra ecclesias jubentur. Ideo nedum honestum & utile, sed & necessarium est concilium Basileense celebrari, & pro posse ad Dei laudem & intentos fines stabilitum exaltari.

Item quia naturaliter homo homini subesse aut tributa solvere abhorret, & cum error Bohemorum spiritualem & temporalem præsidentiam, aut tributa decimarum, oblationum, & quævis alia ecclesiastica, nec non & temporalia aboleat & execretur, ideo hic cancer lenius serpit: Si enim ex Alexandria Arii scintilla, nihil naturale habens, in magnam excreverit orbis flammam, quanto magis hic error per meatus naturales veniens, & avaritiæ se commiscens, facilius multos inflammabit? Vindex est enim error iste dissimulantium, aut conniventium eum, tam ecclesiasticorum quam sæcularium: quia enim ecclesiastici, qui pastorum more se pro ovibus & veritate opponere debebant, & non fugere ante faciem, fidem persequentis dissimularunt; ideo ubique in Bohemia templa Dei incendiarunt, sacerdotes Dei spoliarunt, & variis cruciatibus trucidarunt, novis & inauditis tormentorum generibus adinventis, sacramenta ecclesiastica pro nihilo reputarunt, & in tam varios errores deciderunt, ut catholicæ ecclesiæ doctrina, ibi in paucissimis & latentibus hominibus consistens, in nullo ab aliis audiatur. Et idcirco nedum honestum aut utile, sed & necessarium est generale concilium absque dilatione celebrari: quia non est expectandus Antiochus, qui templum Dei totaliter spoliet, vasa argentea auferat pariter & aurea, coinquinet sancta, fideles occidat, infidelis & incircumcisus trucidet circumcisos: sed præveniendum est, ne videamus mala gentis nostræ & sanctorum.

Item quia rex Bohemiæ, & alii principes & nobiles qui gladium portant ad laudem bonorum vindictamque malorum, patientius tolerarunt fidem vacillari, templa & personas ecclesiasticas (ut præmittitur) laniari, illum postea seminarunt errorem, dominum temporalem in peccato publico mortali non posse populo præesse, & quodlibet peccatum publicum & mortale pro suo arbitrio reputantes, fugarunt regem, principes & nobiles: & quos habere potuerunt, membratim conciderunt, suis uxoribus & filiabus, virginibus, sanctimonialibus, & aliis quibuscumque sine reverentia violatis, castella ipsorum diruerunt, & omne dominium a se penitus abjecerunt sine alia cognitione judiciaria: nec fuit possibile, ecclesia jacente, & demum fugata, nobilibus resistere: populus enim multus est, & dominus unus suis subditis præpositus, nec facile est unum dominum adversari populo multo.

Item præfati Bohemi venenum per epistolas plurimas divulgarunt per universas mundi partes, & plurimos infecerunt. & ut Bohemiam prætereamus remotam, domini nostri regis infectas partes non sileamus. Nonne in baillivia Matisconensi & comitatu Forensi visus est a paucis annis citra populus in nobiles dominos suos insurgere, & impias manus in eos injicere, non nobilitati, non sexui, non ætati aut conditioni parcentes, libros censuales sive terreria concremantes, castella invadentes, & dominos suos suis mobilibus spoliantes? ausique sunt dicere, quod in tota patria sufficerent duo sacerdotes, & quod omnes nobiles ad laborem proprium manuum tenebantur, ea sententia divina in genus humanum & personam Adæ, *In sudore* videlicet *vultus tui vesceris pane tuo*, prolata. Ex quo inferebant tributa dominis temporalibus non debere solvi. & quantum deviet, aut conjungatur error iste Bohemis, judicet sapiens quisque. Et nisi exterminatus fuisset providentia domini baillivi regii Matisconensis una cum nobilibus patriæ dum nasceretur error ille, multorum suppliciis & patibulis, jam divulgabatur in plurimos populos.

Genes. 3.

Principiis obsta.

Item nonne etiam in Delphinatu est quædam portio inter montes inclusa, quæ erroribus adhærens prędictis Bohemorum, jam tributum imposuit, levavit & misit eisdem Bohemis, in quibus fautoria manifesta hæresis prædictæ debet judicari? & novit Deus si multorum popularium latentia corda leviter detegerentur, sublevata amplius Bohemorum malitia, & ab eisdem seminaretur, concilium generale aufugisse, non valens respondere rationibus Bohemorum prædictorum, hoc præsertim in tempore, cum populus ex guerrarum malitiis lacessitus, depauperatum se sæpius vidit, & in partibus multis videtur furere, & ex popularibus multi docti sunt ad pręlia. Expropter cito, imo citissime, obviandum est per dominum nostrum regem, nec non & per ecclesiam catholicam; quæ tamen alias occurrere non potest, nisi principum & nobilium fortitudine, vel jurium & clericorum ratione.

Item si principum & nobilium fortitudine occurrendum est, quod licet, cum ferro abjicienda sint vulnera quæ medelam non sentiunt: quia enim gens illa numerosa valde & indomita, ac in suis erroribus indurata, vinci non potest, nisi maxima catholicorum ad hoc unitorum multitudine, & cum expensarum grandi mole, principum autem & catholicorum multitudo hos hæreticos expugnantium haberi non potest sine pacificatione regum & principum adinvicem ubique terrarum contendentium; & ideo moris fuit ecclesiæ catholicæ volentis principes in subsidium terræ sanctæ aut contra infideles commovere, prius ipsos per media conciliorum pacificare, aut saltem longas & fidas treugas inter ipsos inire, & fideliter in facie ecclesiæ firmare, ac uno agmine ad fidem defendendam inducere: & ad hunc finem Basileense concilium convocatum est. nec ecclesiæ, quæ in fide defendenda a facultatum contributione se excusare non debent, vel possunt, con-

tributio

tributio imponi alias potest: nec pateretur se tributariam fieri, quam ex ordinatione concilii generalis, ut patet ex constitutione Constantiensi, nec obeditum est domino Martino, contra Bohemos subsidia imponere volenti. Ex quibus infertur, necessario concilium generale celebrandum, cum principum & nobilium juvamine postulandum vel onus ecclesiæ imponendum fuerit, sine quibus hac in re ad bella procedi non potest.

Item si occurrendum est jurium & clericorum ratione, quæ via videtur accommoda, quia Spiritus sanctus in unum congregatos in nomine ejus dirigit, & per generalia concilia frequentius hæreses sunt extinctæ, sicut hæc hæresis Bohemica speratur extingui in concilio Basileensi, ad quod vocati sunt dicti Bohemi cum magna caritate, & qui literas ejusdem concilii acceperunt. Et si venerint ad concilium generale præfatum, expedit ecclesiam catholicam in unum convenire: quia quod a pluribus quæritur, facilius invenitur: salubriusque fit fidei, & papæ consultius, causam fidei unitati committere, quam uni: & sic omnino assistendum est & sublevandum generale concilium, & non differendum, maxime cum ubique universitates studiorum ob guerras & terram inopias sint multum depopulatæ, nec sit expectandum, ut ex toto senescat vel morte pereat literatorum antiquorum copia. Si vero Bohemi non venerint ad concilium sic solenniter mandati, tunc hæc sua obmutescet * guerrula, quod non potuerint audiri: tunc convocata erit ecclesia universa; & principes, & Christi fideles poterunt ad pugnam animari: tunc ecclesiæ tributa & subventiones juste imponi; imo gratius & benignius ferent sibi sua voluntate imposita, & in posterum hac de causa imponenda.

f. querulo seu querela aut querelula,

Item licet juste indici possit bellum contra hæreticos damnatos, sæpius tamen reprobata videtur in hac causa a Deo, qui aufert corda principum, fortitudo; cum catholici iteratis vicibus fugerint, nemine persequente: inscrutabiliaque Dei judicia, licet nullus hominum valeat discernere aut judicare. Suaderi tamen potest, quod monstruosos mores in clero & populo voluit purgari, sicut contra hostes fidei congredi, ne cæcus cæco ducatum præberet, aut gestans trabem in oculo, festucam de oculo proximi erueret. Ne etiam divisi principes, hæreticos ab ecclesia divisos exterminare conentur: quibus pacem consulendo prius suadendum est: *Medice cura te ipsum.* Quis enim nesciat a Viennensi concilio anno 1312. celebrato, circa morum deformitatem nullum fuisse celebratum generale concilium, & varii in varios ea verosta corruptela, quam pro jure consuetudinis vendicant, deciderunt deformitatum mores? Quis nesciat confictas causas & diffugia, post assignata generalia concilia, ne celebrentur eadem, adinventa? Et meminisse divinam sententiam decet: *Jerusalem, Jerusalem, quoties volui te congregare, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Visitat quoque jam fere ubique terrarum dominus plebem suam in gladio, fame & peste, & si dictos corruptos mores, quibus vehementer Deus offenditur, insequi & ulcisci differimus, ad iracundiam ultique divinam iratis patientiam provocamus. Nec tamen dicti corrupti mores extra concilium generale, cum de omni statu agatur, honeste vel breviter possunt emendari, aut reges & principes ad pacem & treugam induci.

Luc. 4.

Matth 23.

Item ponderandum est, quod post tempora apostolorum, cum persecutiones contra ecclesiam fervescerent, non habuit facultatem ecclesia conveniendi in unum usque ad tempora Constantini magni. Si igitur multiplicatis vitiis in clero & populo, multiplicet & dominus flagella contra religionem Christianam, se adversus Deum rebellantem, & Pharaonis more indurantem; non est credibile quod ecclesia tunc ad Deum confugiens leviter audiatur ad conventionem conciliorum, sed redibit ad prædicta persecutionum tempora, libertatem non habens congregandi. Hoc ipse dominus regio ore professus est: *Multiplicatæ sunt*, inquit, *infirmitates eorum, postea accelerverunt. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Psal. 15.

Item quod visis sanctissimi domini nostri Eugenii papæ dissolutionis ejusdem concilii causis, nec non & rationibus contrariis in quibusdam instructionibus per sacrum concilium generale Basileense ad eumdem dominum nostrum papam directis, ut dissidia cessent, quæ sator zizaniæ ingerere posset, per clerum ecclesiæ Gallicanæ consulendum est, & consulit, humiliusque supplicat domino nostro regi, ut progenitorum suorum more schismata extinguentium, & ecclesiam depressam sublevantium, his occurrat, ut prius extinctum quam natum malum hujusmodi inextinguibile videatur: per hæc enim Deum sibi placabit, ecclesiam peramplius obligabit, vestigiis prædecessorum innitetur, & fama ejus in omnem terram divulgabitur.

Item quod præfatus dominus noster rex, re & titulo Christianissimus, a paternis non declinando traditionibus, & vestigiis præmissis, assurgens pro se & ecclesia Gallicana, notabilem dirigat ad præfatum sanctissimum dominum nostrum papam ambasiatam, exorando ut pro fidei necessitate, proque religionis Christianæ universali utilitate, mandet continuari & celebrari idem generale concilium Basileense, obstruendo ora in fidem orthodoxam suamque sanctitatem clementissimam malignantium.

Item quod præfati ambasiatores instent apud reverendissimos patres dominos cardinales & sacrum collegium, de præmissis eos reddentes solertius attentos, ut ecclesiæ incommoda præcaventes, devotius exorent eumdem dominum nostrum, & in singulari, & per modum collegii, ut celebrationi concilii, quæ suæ sanctitatis honori accedit, & ecclesiæ plurimæ utilitati, intendere velit, mandando continuari idem concilium, & prælatos absentes, quatenus opus est, arctius convocando.

Item hoc sacrum concilium, pro extirpatione hæresum aliisque causis adiu assignatum, non debet dici cum Bohemis jam damnatis inhibitum, sed pro eorum totali extirpatione, & fidei defensione, superque dictis causis legitime convocatum; licet & in eodem concilio, si dicti Bohemi venerint, possint doceri, & caritative instrui & tractari, nec non, si possibile est, reduci. Sicque attenta multitudine, quæ fere domari sine sanguinis humani multa effusione non potest, severitati disciplinæ detrahi valet & potest: & ubi reperientur contumaces, catholici in concilio præsentes, & divulgata fama absentes, audentiores & firmiores reddentur. Imo sperandum est de Dei misericordia, quod Deus pugnabit pro illis, quia veritas vincit.

Item quod placeat domino nostro regi suas dirigere literas imperatori, & dominis ducibus Sabaudiæ & Mediolanensi, quod velint suo more cum caritate plena favere concilio ipsius imperatoris grandi instantia & in ejus ditione convocato. Faveant etiam omnibus euntibus, stantibus & redeuntibus ad idem, & in singulari prælatis, & aliis quibuscumque de regno Franciæ domino nostro regi subditis.

ditis. Nihilque a quibuscumque permittant attentari contra sanctissimum dominum nostrum papam, curiam Romanam, urbem vel patrimonium eorumdem, unde papa & collegium occasionem indignationis, dilationis, suspensionis aut mutationis concilii assumant: quia exinde fructus speratus concilii deperderetur, hæreses augmentarentur, & mores sordidi inamplius sordescerent in Dei offensam & populi Christiani corruptelem.

Item quod clerus regni Franciæ in concilio Bituricensi ad mandatum domini nostri regis (ut præmittitur) congregatus pro præfata ambasiata dirigenda ad sanctitatem domini nostri papæ, elegit concorditer reverendissimum in Christo patrem dominum archiepiscopum Lugdunensem ex parte ecclesiæ Gallicanæ ambasiatorem & legatum, tanquam virum in quo est zelus domus Dei, & in jure eximium professorem, qui licet totis viribus renitendo præfatam ambasiatam omnimode recusaret, precibus tamen victus, licet invitus, onus præfatæ ambasiatæ pro necessitate pariter & honore ecclesiæ suscepit: quem si dominus noster rex pro se & ex parte sua dirigat ad præfatum dominum nostrum papam ambasiatorem & legatum, sancta ut una fiat ambasiata ex parte dicti domini nostri regis & ecclesiæ Gallicanæ, ambasiata erit majoris auctoritatis, efficaciæ & virtutis, quoniam funiculus duplex non æque facile rumpitur ut simplex, fietque ambasiata cum minori expensa. Et ut ita fiat, humiliter clerus supplicat domino nostro regi.

Item ne tædio affectum ex longa mora & pluri expensa sacrum generale concilium videatur, ut assumant pennas, volent, & non deficiant; utque præfatus dominus noster rex alios præveniat in benedictionibus hujus dulcedinis, quod ad dictum concilium aliquos suos prænuntiat oratores, nuntiantes intentionem regiam, & ecclesiæ Gallicanæ sanctam, pro qua missa est solennis ambasiata ad papam: patiaturque prælatos sub censuris ecclesiasticis & religione juramenti adstrictos, & ab eodem concilio auctoritate apostolica vocatos, ut ad idem concilium vadant, prout suis conscientiis attenta vocatione & rei necessitate videbitur expedire.

Item quod pro expensis præmissorum, & in usus præfatos convertendorum, & non alias, vel alio modo, consentiunt levari quartam partem unius decimæ super clero regni & Delphinatus: ita tamen, quod cum de jure communi, etiam ex beneficio concilii Constantiensis, papæ non liceat imponere decimam aut partem ejusdem clero universaliter vel particulariter, nisi sacro generali approbante concilio, aut de consensu cleri ejusdem, quod dominus noster rex non patiatur clerum regni aut Delphinatus gravari auctoritate apostolica alia decima aut parte ejusdem, maxime cum clerus sit oppressus ex guerris & moneta, & amplius gravabuntur prælati ex accessu ad concilium generale.

IX.

Copia mandati nuntiorum concilii existentium in Nuremberga ad tractandum cum Bohemis.

SACROSANCTA generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiã repræsentans, pacem & unitatem Christi fidelium & ecclesiæ * propioq ...... eo modo quo præmittitur, congregari voluit, procurare, integritatemque pacis inchoare, præsertim cum regni Bohemiæ incolis, prosequi, & ad optatum usque finem perducere desiderans, volensque ipsorum procuratoribus, nuntiis, & ambasiatoribus propterea hucusque destinandis, de plena securitate pro suo accessu, mora & recessu usque ad propria sua loca, & salvoconductu petito & oblato providere, & alia quæ dictę pacis & unitatis uberiori ac celeriori* prosecutione deserviant, cum ipsi præcederent, pertractare: eadem sancta synodus meliori modo & forma, via & jure, quibus efficacius potuit & debuit, potest & debet, fecit, constituit & ordinavit, ac facit, constituit, & solenniter ordinat suos veros & legitimos ac indubitatos procuratores, negotiorum suorum gestores, ac nuntios speciales & ambasiatores, videlicet venerabiles & egregios viros dominum Henricum abbatem sancti Ægidii in Nuremberga, & fratrem Ioannem Nider sacræ theologiæ professorem, & priorem domus prædicatorum Basileensium, dominum Henricum canonicum Magdeburgensem, & in sacra pagina professorem, dominum Fredericum de Parsperch decanum Ratisponensem, licentiatum in decretis, magistrum Albertum plebanum sancti Sebaldi in Nuremberga, & fratrem Ioannem monachum Cisterciensis ordinis monasterii de Mulenbrun, & ex illis quoslibet duos in solidum, ita tamen quod duorum occupantium non sit melior conditio: sed quod duo ex eis inceperint, omnes prænominati, aut saltem duo ex eisdem, prosequi valeant & finire. Dans & concèdens præmissis omnibus, & singulis duobus, plenam, liberam ac omnîmodam potestaté cum procuratoribus seu nuntiis dictorum incolarum regni Bohemiæ in Egra vel alibi, ubicumque necesse fuerit, conveniendi, colloquendi, avisandi, nec non de salvisconductibus opportune eis præstandis, dandis, procurandis & ordinandis, ac modo seu modis ac forma & tempore accessus & recessus ipsorum, & numero accedere volentium, tractandi, concordandi, concludendi, pactisque quibuslibet, promissionibus, & obligationibus, etiam juramento, si opus fuerit, per ipsos utrimque concorditer concludendi, firmandi & roborandi; & nihilo minus quoscumque episcopos, prælatos, principes, comites, nobiles, nec non civitates, magistratus, scabinos, consules, ac quasvis alias personas ecclesiasticas ac sæculares, quovis nomine nuncupentur, de quibus videbitur, & communitates, quatenus huic sacro concilio dictisque procuratoribus in hac parte suo nomine favorem, consilium & auxilium, ac assistentiam, supradictisque procuratoribus, nuntiis & ambasiatoribus huc accedere volentibus salvosconductus dent, præstent & impendant, petendi, rogandi, exhortandi, & requirendi, ubi & quoties procuratoribus prædictis videbitur opportunum; omniaque alia & singula faciendi, agendi, exercendi, & ordinandi, quæ pro præmissis necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiamsi majora forent superius expressis, ac mandatum exigerent magis speciale: promittens se ratum, gratum & firmum perpetuo habiturum, quidquid per nominatos suos procuratores omnes, aut duos ex ipsis, actum, gestum, seu procuratum fuerit quomodolibet in præmissis, seu a quolibet pręmissorum. Acta fuerunt hæc in congregatione nostra generali, pręsentibus dictæ nostræ sanctæ synodi Basileensis notariis & scribis infrascriptis, sub sigillo reverendi in Christo patris domini episcopi Constantiensis, provinciæ Rothomagensis, quo ad præsens utimur, die Veneris 28. mensis Martii, anno domini a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

X.

TAXATIO NOTARIORUM IN CONcilio Basileensi facta & limitata, anno nativitatis domini 1432. die 24. mensis Octobris.

Ita habetur in protocollo magistri Petri Brunetti notarii concilii Basileensis.

Pro citatione ad partes in causis beneficialibus simplicibus, & aliis causis civilibus, si cum inhibitione, solvetur medius florenus Rhenensis.

Si vero sine inhibitione, 8. blappard.

Item in causis ecclesiarum cathedralium, flor. 1.

Item pro inhibitione simplici sine citatione, 8. blappard.

Item pro compulsoria, 8. blappard.

Item pro monitorio cum citatione, flor. 1.

Item pro sequestratione fructuum, flor. 1.

Item pro simplicibus mandatis contra præsentes, 1. blappard.

Item pro folio regum, dummodo sint in qualibet parte folii 30. lineæ, & in qualibet linea 8. dictiones, 15. folia pro uno flor. Rhenensi.

Blappard nummi argentei æquivalentis fere alborotato aut stufero Brabantico species est, Basileensis & vicinis eorum maxime familiaris.

Item pro 30. foliis copiæ de simili forma scripturæ, 1. flor.

Item pro examine testium, ubi est numerus articulorum infra decem, quarta pars flor.

Si ultra quantumcumque, semper pro decem addatur & solvatur quarta pars flor.

Item pro nota sententiæ, 2. flor.

Item pro instrumento sententiæ, 2. flor.

Item pro executione sententiæ sub sigillo judicum, prout supra de monitorio: tamen inspiciendum est, si est magna quantitas scripturæ, tunc superaddatur alter dimidius florenus.

Item pro instrumento privato alicujus actus concilii, 8. blappard.

Si vero scriptura duplicabitur, etiam duplicabitur salarium: aut alias ad quantitatem scripturæ habeatur respectus.

Item a pauperibus non valentibus solvere, recepto prius ab eis juramento, nil recipiatur.

Item cursor præsentans supplicationem, sive commissionem, non recipiat ultra duos blappard.

Item pro actu citationis, 1. blappard.

Item pro executione citationis in valvis, 1. blappard, &c.

X.

QUODDAM CONCESSUM CONCILII extra sessionem publicam pro suppositis ipsius concilii sequitur. factum anno domini MCCCCXXXIII. octava Maii, in concilio Basileensi.

Pro incremento hujus sacri concilii, & tuitione personarum ad illud confluentium, & ut decreta ipsius inconcusse observentur, & stabilita permaneant, vult hæc sancta synodus, statuitque pariter & ordinat & declarat, quod omnes & singulæ antelationum prærogativæ, per sanctissimum dominum Eugenium papam IV. sub quacumque verborum forma familiaribus suis, continuis commensalibus, ipsiusque & sedis apostolicæ officialibus, nec non curtisanis Romanam curiam sequentibus, concessæ & concedendæ, quoad assecutionem beneficiorum ecclesiasticorum, canonicatuum, præbendarum, ac dignitatum, personatuum, administrationum vel officiorum, quæ vigore gratiarum expectativarum expectabant, expectant, ac inantea expectabunt, tam quoad præsentes in hoc sacro concilio, quam familiares, officiales & præsentes in dicta curia, ac quoslibet alios a tempore publicationis decreti, quo curiales & officiales dictæ curiæ monebuntur a Romana curia recedere, ad jus commune censeantur reductæ: nullusque ex familiaribus, & officialibus & aliis prædictis vigore quarumcumque prærogativarum in assecutione beneficiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum, personatuum, administrationum, vel beneficiorum alteri præferatur, sed jus commune inter ipsos hinc inde servetur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

XII.

Juramentum ambasiatorum domini papæ, quod præstiterunt in plena congregatione habita in uno die sabbati, & die Lunæ immediate sequenti celebrabatur.

SESSIO XVII.

Anno domini 1434. octava mensis Aprilis, videlicet die sabbati, in plena congregatione sacri concilii, ambasiatores sanctissimi domini nostri papæ moderni fuerunt recepti in sacro concilio, & juraverunt secundum scedulam quæ sequitur, propriis nominibus, scilicet fideliter laborare pro statu & honore concilii Basileensis, & ejus decreta defendere & manutenere, & specialiter decretum concilii Constantiensis, cujus tenor sequitur, & est talis: Primo, quod generalis synodus Constantiensis, nec non quæcumque alia synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque status & dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem dicti schismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ Dei capite & in membris.

Vide definitionem concilii Florentini, & bullam retractationum Pii II.

Item declarat, quod quicumque, cujuscumque, status & dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus, aut præceptis hujus sanctæ synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo.

Antiquitus ecclesia docuit & sensit primam sedem a nemine judicari.

Item dare sanum & salubre consilium secundum Deum & conscientias suas, & non revelare vota singulorum, inquantum ex hujusmodi revelatione verisimiliter possit oriri aliquod odium vel scandalum, & non recedere a loco hujus concilii sine licentia obtenta a deputatis ejusdem.

XIII.

Concordata deputationum.

Concordant tres deputationes, quod omnes appellationes ab hoc sacro concilio emanatæ, & quæcumque inde secutæ & sequenda, cassentur, irritentur, & annullentur. Et tam judices, quam commissarii, partes, procuratores & notarii, qui circa præmissa culpabiles reperti fuerint, moneantur etiam per edictum, & debite puniantur. Et ad hoc dati sunt executores in deputatione reformatorum, vicarius Frisingensis; in deputatione pro communibus, magister Guilielmus de Constantia; in deputatione pacis dominus episcopus Lectorensis, quarta vero de fide concordat cum eisdem deputationibus, dum tamen excipiatur persona domini ducis Sabaudiæ,

&

& pro eadem deputatione fidei datus deputatus dominus præpositus Gueznensis. Quodque ex parte sacri concilii scribatur eidem duci super materia hujusmodi Lausanensis. Quodque concilium paratum est sibi & cuicumque de suppositis concilii querulanti justitiam ministrare. Et, si opus sit, eidem transmittentur viri notabiles pro tractatu hujusmodi.

Item concordant quatuor deputationes, quod contra appellantes ab hoc sacro concilio, seu a judicibus & commissariis ab eodem concilio deputatis extra hoc sacrum concilium intimantes hujusmodi appellationes, ac illis deferentes, ac notarios inde instrumenta recipientes, nec non contra illos qui literas quascumque tam a Romana curia quam aliunde extra locum sacri concilii emanatas contra incorporatos huic sacro concilio exequuntur, & procurant exequi. Et ad procedendum contra hujusmodi appellantes, intimantes, & alios prædictos, qui fuerunt deputati pro deputatione pacis, dominus episcopus Lectorensis; pro deputatione reformatorii, vicarius Frisingensis; pro deputatione fidei, præpositus Gneznensis; pro deputatione de communibus, dominus patriarcha Aquilegiensis, qui contra prędictos procedant cum potestate citandi in loco hujus sacri concilii, extra & ad partes etiam personaliter & per edictum, illosque puniendi & castigandi usque ad privationem officiorum & beneficiorum, atque ad in futurum obtinenda inhabilitandi, prout justitia & criminis qualitas postulant & requirunt, ac eis videbitur expedire: ita tamen quod coram altero ex eis in causis hujusmodi possit procedi usque ad sententiam exclusive, quæ tunc consensu majoris partis intervenientis possit promulgari, & procedendi simpliciter, summarie, & de plano, sine strepitu & figura judicii, omni juris & styli solennitate atque terminorum observatione semotis, sola tamen facti veritate inspecta.

Ita concordarunt domini de duodecim, die Iovis decimoquinto Septembris, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

Die Veneris decimosexto mensis Septembris, anno millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, in generali congregatione, præsidente in eadem reverendissimo domino cardinali legato, lectis concordatis dominorum de duodecim, inter quæ concordata supradicta fuerunt, reverendissimus dominus cardinalis legatus nomine & auctoritate sacri concilii juxta concordata dictorum dominorum de duodecim, more solito conclusit.

XIV.

Prærogativa graduatorum incorporatorum in sacro concilio Basileensi expedita 11. Decembris MCCCCXXXV.

Sacrosancta, &c. ad futuram rei memoriam.

PLASMATORIS omnium, qui gradus & formas humani generis per hæc spiritualia & temporalia bona disponens, quosdam divini sui muneris beneficio ad præfugandas ignorantiæ tenebras perspicuæ veritatis arcanarum rerum sic illuminat dogmatibus, ut velut splendor firmamenti, & stellæ in perpetuas æternitates, in ecclesia Dei fulgentes, tam publica quam privata eruditionis & justitiæ assidue commoda procurent, quantum possumus, & permittit, insequendo vestigia, ipsorum præsertim qui vineam domini sedulo colunt, peculiaribus favoribus digno compensationis munere duximus confovere. Sane dudum dominus Eugenius papa IV. nonnullos Romanam curiam pro tempore sequentes, & quosdam alios specialibus favoribus & variis antelationum gratiarum prosequens prærogativis, quibus eos voluit anteferri dilectis ecclesiæ filiis in theologia magistris, & in altero jurium doctoribus, ac cum rigore examinis, licentiatis, & in theologia, ac altero jurium hujusmodi baccalaureis, in vinea domini nobiscum quotidie laborantibus, in assecutione beneficiorum, quæ vigore gratiarum expectativarum eis per dictum dominum Eugenium concessarum expectant, grave præjudicium generavit. Nos itaque licet dudum, quod dictæ antelationes prærogativæ nostræ congregationi incorporatis, sive eorum familiaribus obsequiis ipsorum insistentibus, nullum præjudicium generare possent aut deberent, sub cunctis modo & forma statuissemus atque ordinassemus: tamen circa statum & commodum dictorum magistrorum, licentiatorum, & baccalaureorum prędictorum, qui pro tractandis universalis ecclesiæ negotiis pervigiles in vinea domini nobiscum solicitudines impendunt, ne ipsi denario ex dicta vinea fraudarentur, uberius providere cupientes, æqua librata consideratione hujusmodi promotorum, auctoritate universalis ecclesiæ tenore præsentium statuimus, decernimus, volumus, atque ordinamus, quod doctores, licentiati & baccalaurei supradicti, illi videlicet, qui nobiscum pro universalis ecclesiæ negotiis exequendis per annum in eadem vinea laboraverunt, in assecutione beneficiorum suorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus & præbendæ, dignitates, personatus, vel officia, integræ vel dimidiæ portiones, præstimoniæ, & præstimoniales portiones, seu administrationes, in metropolitanis aut cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint, quæ exnunc vacantia & inantea vacatura, vigore earumdem gratiarum rite acceptaverint, & de illis sibi provideri fecerint, omnibus & singulis aliis doctoribus similibus, magistris, licentiatis & baccalaureis ac aliis quibuscumque antelationum gratiarum hujusmodi pręrogativis, aut quibusvis aliis gratiis eis a domino Eugenio etiam motu proprio, seu quacumque alia verborum forma etiam priore datis & concessis, hujusmodi beneficia expectantibus, etiamsi vigore dictarum gratiarum in canonicos sint recepti, & diligentiores in processibus existant, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus & veris sine fraude receptis familiaribus, continuis commensalibus ejusdem Eugenii papæ, & dictis incorporatis doctoribus, magistris, licentiatis & baccalaureis æqualiter graduatis, & similibus apostolicæ sedis officialibus, & his qui earumdem gratiarum prætextu beneficia prædicta assecuti existunt dumtaxat exceptis, in assecutione beneficiorum hujusmodi præferantur. Et insuper inter graduatos incorporatos prædictos talem ordinem volumus observari, quod magis graduatus minus graduato in assecutione beneficiorum prædictorum præferatur, & inter ęquales eorumdem jus commune conservetur, non obstantibus omnibus supradictis, ac voluntate, statuto, atque decreto Eugenii papæ: quę quoad incorporatos graduatos per annum nobiscum laborantes, hujusmodi, ut præfertur, volumus haberi pro infectis, nulliusque existere roboris vel momenti, ac constitutionibus, ordinationibus, indultis, nominationibus, facultatibus & concessionibus apostolicis quibuscumque, regibus, principibus, ducibus, prælatis, personis & universitatibus concessis, aut in posterum quomodolibet concedendis, atque nostris, de quibus eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda esset in nostris literis mentio specialis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo, &c.

Datum Basileæ tertio Nnuas Augusti, anno 1435. &c.

XV.

Responsio facta ambasiatoribus domini imperatoris super factis Bohemorum in generali congregatione, die sabbati XXIX. Octobris MCCCCXXXV.

Hæc sancta synodus, matrem universorum Christi fidelium, sanctam videlicet universam ecclesiam repræsentans, materna pietate solicita, nptans multis animarum & cnrporum periculis obviare, atqoe regnum Bohemiæ & marchionatum Moraviæ ad pacis tranquillitatem & ecclesiasticam unitatem, sine quibus nec salus est animarum, nec prosperitas terum, tedncere; imperialis etiam serenitas, quæ tam per illustrem principem Guilielmum ducem Bavariæ, cujus anima Den vivat, qoæ protectoris ejusdem syoodi officium ipsius vice gerebat, quam per alios ntatnres plutibus vicibus eamdem syoodum deprecata est, quatenus prnpter effectos prædictos, quaotum salva fide & ecclesiæ honestate fieri posset, hæc sancta synodus benigoe condesceodere dignaretur; cum multa benignitate & pietate materoa condescendit ad boc, quod ipsis Bnbemis & Moravis suscipientibos ecclesiasticam unitatem & pacem tealiter & eum effectu, * in omnibus aliis, quam io usu communinnis ntriusque speciei, fidei & ritui universalis ecclesiæ cnnformibus, illi & illæ qui talem habent, communicarent sub utraque specie, &c. prout in capitulis super pace & unitate, ioter hujus sacræ synndi legatos & generalem coogregationem dictorum tegni & marchionatus cnncordatis & formatis, latius continetur. Per quæ quidem capitula sic concordata & formata sperabatur, assistente divina gratia, perfici pax & ecclesiastica unitas perpptata, si ipsa capitula fuissent ad debitam execotionem deducta, prout hnc sacrum concilium per se promprum exhibuir, & ipsns Bobcmos repetitis vicibus requisivit. Sed pro parte ipsnrum Bnhemotum osqoe ad præsens stetit a tempore concnrdiæ & reformationis dictorum capitulorum fere biennio, adjicientibus his qui pro ipsis Bohemis negotia gerunt difficultates plurimas, & petentibus plurima quę nedum sint ultra compactata, sed eisdem compactatis sanc & sincere intellectis adversa. Et ounc nnvissime in diæta Brunuæ habita, postquam ab ambasiatoribus hujus sacri cnncilii nonnulla postulaverant mious cnngrua, etiam ab impetiali serenitate petietunt, quod sua serenitas personaliter cum eis in pereeptione communionis sub utraque specie cooveoiret, ac cappellanos haberet qui sic populo ministrarent. Et quod nullus esset in cnnsilio ejusdem & negntiis dicti regni, qui sic oon enmmunicatet. Et quod religiosi monachi & mooiales sioe consensu archiepiscopi & dnmini commonis loci ooo admittantur. Et qund ipsi babeant sibi eligere archiepiscopum, qui sic electus habeat confirmare: & nonnulla alia, quæ non solum vergunt in derngarionem ecclesiastici nrdinis & auctoritatis, sed etiam cnntra sinceram intelligenriam dictorum compactarorum, indultum libertationis & communinois sub ntraqne specie, in cnactionem convertendo, & declinando a conformitate, qoam in reliquis habere dcbenr cum reliquo populo Christiann. Et talia & taliter locutis qui pro eis loquebaotur, noo videbatur moltum sperandum de stabili reductione ipsorum. Vnde licet existimetur hæc oon procedere de communi voluntate barooum, nnbilium & procerum, sed immitti vel submitti ab aliquibus contra pacem publicam propter privata commoda machinantibus, ne tamen his n[...]llis tractatus inutiliter differatur, hæc sancta synodus cupiens non tegere vulnus, sed sanare, ante nmnia vult certificari, an dicti Bohemi velint stare pure & simpliciter in compactatis, & ea sine ulteriori dilatione ad executionem deducere, & a prædictis petitionibus & aliis hujusmodi penitus abstinere, & certa effici, quod cesset omnis species prædicta vel alia similia, quæ ad ecclesiæ dispositionem pertinent, ab aliqua sæculari potestate ipsos posse obtinere, & quod ad communionem sub utraque specie nullus modo aliquo directe vel indirecte compellatur.

* forte tam in

Si autem de his, quæ ad ecclesiæ dispositionem pertinent, pro utilitate dictorum regni & marchionatus aliqua voluerint postulare, quæ compactatis non obvient supradictis, ab hac sacra synodo possunt postulare, quæ tamquam pia mater, quantum pro salute & utilitate ipsorum judicaverit expedire, providebit. Et quantum ad difficultatem illam, quę orta est super ultima particula quarti articuli, ubi sic scriptum erat: In declaratione ab hac sacra syoodo facta, * ipsam bnna ecclesiæ ab aliis quam ab his quibus administratin canonice est commissa, usurpari sine sacrilegii reatn oon possunt, licet hanc veritatem, quam non nunc noviter hæc sancta synodus protulit, sed sancti doctores, Ambrosius, Hiernnymus, Augustinus, Gregorius, & alii plures sancti doctnres, & antiquorum sanctorum conciliorum & sanctorum patruni instituta repetitis vicibus protulernot, credendum non sit qund ipsi Bnhemi tespuere velint. Quia tamen dicunt cum ambasiatoribus hujus sacri cnncilii super mutatione verborum aliter convenisse, legatis hujus sacri concilii certum mndum pnneotibus, & ipsis Bohemis vel suis alias assereotibus, hæc sancta synodus ambasiatoribus suis cootulit potestatem, quod habita certificatione de præmissis, propter hæc aut tupturę tractatuum, aut dilatinnis occasio nulla erit.

* ipsaque

Originale, ex quo hac excerpta sunt, nihil amplius habuit.

XVI.

Sententia domini patriarchæ Aquilegiensis.

Christi nomine invocato, de cujus vultu omne procedit judicium, per hanc nostram sententiam, quam pro tribunali sedentes ferimus io his scriptis, prooantiamus, decernimus, & declaramus dictos ducem, consiliarios, procutatores, advocatos, nobiles, culpabiles, locatcneotes, & quoscumque alios, qunmodolibet obnoxios anathematis & excommunicationis, communitatemque interdicti, contentas pœnas, & senteorias incidisse, pro & ex eo quod civitatem, castrum, terras, villas, loca, jura, jurisdictiones & dominia, ac alia spoliata, & occupata & deteota, ad ecclesiam Aquilegiensem (ut pręfertur) spectantia, juxta mnnitnrii tenorem, dicto Ludovico patriarchæ non restituerint, oeque causam seu causas rationabiles, cur monitorio nostro parere non deberent, allegantes docuerint, & pro talibus habendos, denuntiandos, reputandos, vitandos, & tractandos fore, tamdiu & quousque dux, communitas, consiliarii, procuratores, advocati, nnbiles, locateoentes, & alii obnoxii prædicti, civitatem, castrum, terras, villas, loca, jura, jurisdictiones, & dominia, ac alia spoliata, occupata seu detenta, ad ipsam ecclesiam Aquilegiensem (ut prædicitur) spectantia, præfato Ludovico patriarchæ absque

absque dolo & fraude, seu alicujus excusationis in- A terventione, omnino una cum fructibus perceptis & qui percipi potuerint, restituerint libere cum effectu. Ipsumque Ludovicum patriarcham integre restitutum ecclesiæ Aquilegiensi in spiritualibus & temporalibus pacifica sinant possessione gaudere, & ad gremium sanctæ matris ecclesiæ revertentes, absolutionis mereantur beneficium obtinere: nec non ipsos ducem, communitatem, consiliarios, procuratores, advocatos, nobiles, locatenentes, & alios obnoxios prædictos, in expensis in ipsa causa factis condemnandos fore, & condemnamus; ipsarum expensarum taxationem nobis in posterum reservantes, supplentes omnes defectus qui in hujusmodi intervenissent processu.

B Datum Basileæ in congregatione generali, vigesimosecundo die mensis Decembris anno 1435.

XVII.

MCCCCXXXVI DIE MARTIS TERTIA Iulii ferebatur præsens sententia diffinitiva.

SACROSANCTA generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, invocato Christi nomine, de cujus vultu omne judicium procedit, ex actis, habitis, & processibus factis, in causa Trajectensis ecclesiæ, per hanc sententiam diffinitivam in his scriptis diffinit, decernit & declarat, Rodulpho de C Diepholt nullum jus in ecclesia Trajectensi præfata vel ad eam competiisse, neque competere, postulationemque de persona nobilis viri Vualrami de Mursa factam ad dictam ecclesiam Trajectensem auctoritate universalis ecclesiæ admittit & recipit, supplendo ex certa scientia omnes defectus, si qui forsan circa eamdem aut processum causæ quomodolibet intervenissent, vel intervenisse allegari potuissent: mandando eumdem Vualramum in possessionem dictæ Trajectensis ecclesiæ juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem induci, recipi & mitti, ac inducit, recipit & admittit, ipsum eidem ecclesiæ Trajectensi præficiendo in episcopum & pastorem, dictumque Rodulphum de Diepholt ab occupatione & detentione eorumdem amovendo, D quem per præsentes amovet sub censuris & aliis quibuscomque pœnis, processus desuper decerni mandando opportunos.

XVIII.

MCCCCXXVI DIE SABBATI TERTIA Novembris, fuerunt in congregatione generali publicata maxime infrascripta.

CONCORDANT tres deputationes, quia a nonnullis asseritur, quod dominus noster papa concessit prærogativas in præjudicium incorporatorum seu incorporandorum, enervativas prærogativarum eisdem incorporatis & incorporandis con- E cessarum ad manutentionem & defensionem suppositorum concilii, quod tales, si quæ per papam factæ sint aut fuerint in futurum contra incorporatos, cassentur & annullentur cum clausulis opportunis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Deputatio de communibus requisita, non deliberavit.

A

EPISTOLÆ CONCILII BASILEENSIS SEORSIM HIC COLLECTÆ, ET SECUNDUM datas earum, quantum licuit, ordinatæ.

XIX.

Epistola sacri concilii Basileensis missa ad Bohemos.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, militantem ecclesiam repræsentans, universis & singulis sacerdotibus, nobilibus, consulibus, clientibus, ceterisque regni Bohemiæ incolis, unionem, concordiam, caritatem, & pacem in domino nostro Iesu Christo.

B DUM eminentissimam redemptoris nostri dilectionem, qua pro nostra salute non dubitavit manibus tradi nocentium, & ignominiosissimæ mortis subire tormentum, (qui præcepit nobis alterum alterius onera portare, ac mutuam ante omnia caritatem habere) attentius consideramus, cum maxima cordium nostrorum amaritudine vestram a nobis conspicimus dissensionem. Quamobrem ex intimis affectionibus nostris cupimus, tam gravem & noxiam divisionem ad concordiam revocare, ut omnium nostrum sub uno pastore Christo, quemadmodum paulo ante fuerat, sit eadem credulitas & caritativa dilectio, & ejusdem spiritualibus pabulis C in caulis refici mereamur dominicis, prout latius ex epistola nostra, a vobis reverenter, ut certificati sumus, recepta, lucide potuistis agnoscere. Quod & confirmaverunt oratores nostri Nurembergæ consistentes suis literis vestris discretionibus noviter transmissis. Ex quibus grandem mutuæ unionis spem concepimus. Testificamur enim coram Deo magnam tristitiam & dolorem assiduum cordibus nostris inesse de tam diuturna & merito deflenda divisione: super omnia autem pacem, concordiam, & in credendis salubrem unionem, ex intimis affectionibus desideramus, quantum Deus annuerit, perficere. Nec ab hac synodali congregatione quovis modo intendimus discedere, donec omnia nobis possibilia pro votiva & optata nostrum adinvicem D unione peregerimus; in domino sperantes, qui præsto adest omnibus invocantibus se in veritate, quique neminem vult perire, sed omnes viam veritatis agnoscere, quod piorum intercessionibus exoratus, & diligentiis humanis ad hoc, ut decet, adhibitis, Spiritus sancti illustrati gratia, mutuam concordiam & affectuosissime hujusmodi desideratam unionem consequemur. In hoc autem amplius confidimus, quod potissima medicina, talibus dissensionibus subvenire solita, parata est, sacra scilicet præsens synodus, cujus director est Spiritus sanctus, eam deficere aut quoquo modo deviare non permittens, in his præsertim quæ salutem animarum concernunt. Neque enim fieri potuit quod Christi oratio, qua E Patrem exoravit ut ecclesiæ fides non deficeret, non fuerit exaudita. Est itaque certa regula, indeficiens mensura, cunctos fideles rectissime regulans, quæ credenda aut agenda sint saluberrime demonstrans. Adhortamur igitur vos in visceribus Christi, & in illa salute quam a justo judice Christo speratis, quatenus omnes vestros conatus ad tam sanctum & divinum unionis & concordiæ opus apponentes, viros timoratos in lege Christi exercitatos, communem salutem & pacem non particularia commoda affectantes, de quibus vobis alias scripsimus, ad hoc sacrum concilium placeat quantocius destinare, quibus plenam & omnimodam securitatem accedendi, standi & redeundi, promptis & non fictis dabimus

animis, atque apud quoscumque, de quibus necessarium fuerit, seu etiam opportunum, procurare non omittemus, nec in aliquo deficiemus (quantum vires nostræ suppeterent) tam salutiferæ & Deo gratæ operationi. Super autem salviscondultibus ad hoc necessariis, scribimus illustribus principibus, dominis marchioni Brandeburgensi, Alberto Austriæ, & Ioanni Bavariæ, ducibus, nobili baroni Vlrico de Rosemberg, ac etiam consulibus Nurembergensibus & Egrensibus, nec non ambasiatoribus nostris in locis vobis vicinis persistentibus. Accingimini itaque sacro fidei baptismate insigniti operas vestras efficaces apponere ad regni vestri cum ceteris firmam pacem, concordiam & unionem. Tædeat vos, quæsumus, cladium bellicarum, & hincinde tam horridorum flagitiorum perpetratorum, ac viribus B totis communem animarum & corporum salutem procurare satagite. In his siquidem, Deo auctore, vobis coassistemus fideles cooperatores: hoc tamen quantocius fieri rogitamus, quatenus morum omnium statuum emendationi latius & efficacius intendere valeamus ad Dei honorem, & suæ immaculatæ sponsæ ecclesiæ. Pax autem Christi exuperans omnem sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras, vosque ad divitias gloriæ & agnitionem veritatis deificæ perducere dignetur.

X X.

Copia salvicondultus collati a concilio Bohemis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, universis viris ecclesiasticis, nobilibus, & toti populo regni Bohemiæ, unitatem & pacem in Christo Iesu domino nostro.

DVDVM hæc sancta synodus, inter alia sanctitatis opera, quæ proposuit & proponit, hoc principaliter cordi gerens, ut præclarum Bohemiæ regnum in eadem unitate cum aliis Christi fidelibus conjungatur, vos per suas literas sincera caritate requisivit, ut ad sacrum concilium nuntios destinaretis, liberam eis offerens audientiam salvumque conductum: quod sanctum opus ut eo maturius expediretur, D venerabiles & religiosos viros fratres Ioannem Nider, priorem domus prædicatorum Basileensium in sacra pagina professorem, & Ioannem monachum Cisterciensis ordinis conventus de Mulenbrun, nuntios pro hac re solicitanda ad civitatem Nurembergensem destinavit. Qui (ut nobis pridie rescripserunt) literis exhortatoriis ad vos super hoc transmissis, vestras postmodum a vobis oblatæ pacis desideria amplectentibus acceperunt, in quibus inter alia continetur, ut prædicti nostri nuntii ad Egram pro finali conclusione adventus vestri se transferant. In primis creatori nostro gratias agimus, qui taliter hujus rei disponit initia, ut finis optatus verisimiliter sequi speretur. Deinde, E ut res ista, quæ divino potius quam humano consilio cœpta esse videtur, debitum sortiatur effectum. Et ut tam regnum vestrum, quam totus mundus, evidenter agnoscat sincerum purumque hujus sanctæ synodi desiderium, ecce quod polliciti sumus per primas literas jam nunc efficaciter exequi properamus. Omnibus igitur illis personis, cujuscumque dignitatis, præeminentiæ, conditionis vel status existant, ecclesiastici vel secularis, quas ad hoc sacrum concilium destinare volueritis in eo numero, & pro eo tempore, & sub his modis & conditionibus, tam in stando, veniendo & redeundo, quam in audientia præbenda, de quibus prædicti nostri ambasiatores vobiscum aut vestris nuntiis in Egra

A vel alibi convenerint, tenore præsentium plenissimum ac liberrimum salvumconductum, verissimamque securitatem veniendi ad hanc civitatem Basileensem, ibidemque manendi, & deinde ad præfatum regnum Bohemiæ redeundi, pura fide & integro corde concedimus, & veraciter impartimur. In hocque salvoconductu omnes quascumque clausulas includi & contineri volumus, quæ pro plena & efficaci securitate eorum in veniendo, stando & redeundo, necessariæ sunt & opportunæ, & quæ de jure vel consuetudine in salviscondultibus apponi debent aut solitæ sunt. Vniversos autem & singulos Christi fideles, reverendos patres, archiepiscopos, episcopos, abbates, prælatos & clericos, nec non illustres principes, reges, duces, marchiones, comites, B barones, nobiles, milites, universitates, ac communitates civitatum, castrorum & villarum, earumque consules, scabinos & officiales, & alios cujuscumque conditionis & status, ecclesiastici vel secularis, quocumque nomine censeantur, per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamus & obsecramus, eisque nihilo minus in virtute sanctæ obedientiæ auctoritate a Deo universali ecclesiæ concessa districte præcipiendo mandamus, quatenus prædictos nuntios & ambasiatores regni Bohemiæ huc venturos cum omni caritate, benignitate & mansuetudine, veniendo, stando, & redeundo pertractent: nec eis vel familiaribus eorum inferant, nec per aliquem inferri quoquo modo permittant, quamcumque offensam, C læsionem, aut injuriam: alioquin adversus contrarium facientes, tamquam turbatores pacis & unitatis, ad debitas pœnas, tam per censuram ecclesiasticam, quam brachium seculare, severiter procedetur. Ceterum quod in primis literis vos rogavimus, nunc ad memoriam vestram reducimus, ut tales viros mittere huc velitis, super quos Spiritus domini requiescere speretur, mites videlicet, timoratos, humiles corde, pacem optantes, & non quæ sua sunt quærentes, sed quæ Iesu Christi; qui nobis, vobis, & toti populo Christiano hic pacem, & in futuro seculo vitam æternam donare dignetur; qui vivit benedictus in secula. Amen.

D Acta fuerunt hæc in congregatione generali nostra, præsentibus dictæ nostræ sanctæ synodi Basileensis notariis & scribis subscriptis, sub sigillo reverendi in Christo patris domini episcopi Constantiensis provinciæ Rothomagensis, quo ad præsens utimur, die Veneris vigesimaoctava mensis Martii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

X X I.

Litera missa regi Franciæ.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, &c. Christianissimo principi & serenissimo domino domino regi Franciæ salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

PRO quam piis & populo Christiano necessariis causis hoc sacrum concilium congregatum sit, jamdiu literis ac nuntiis vestræ serenitati significavimus: aliud enim hæc sancta synodus non intendit, quam ut hæreses, bella, ac vitia de populo Christiano extirpentur: & quamquam in omnibus regnis ac provinciis, ubi bella vigent, pacem & concordiam firmare desideremus, ad vestrum tamen præclarissimum regnum pacificandum propensius oculos nostros dirigimus. Hæ igitur tam sanctæ causæ, ac memoria eorum quæ vestri præclarissimi majores pro exaltatione fidei, & conservatione ecclesiæ catholicæ, semper egerunt, firmam nobis spem

spem præbent, quod serenitas vestra huic sacro concilio, ex quo tot bona provenire sperantur, omnem favorem & auxilium impendet, atque omnia faciet, per quæ hæc sancta opera quæ proponimus optatum consequentur effectum. Sed & hanc nostram spem, quam de vestra serenitate concepimus, jam ad effectum Dei gratia perduci videmus. Audivimus enim ecclesiæ Gallicanæ prælatos in civitate Bituricensi opera vestra convenisse, ibique Spiritu sancto illuminatos conclusisse sacrum hoc concilium Basileense fore non solum legitime congregatum, quinimo hoc tempore permaxime necessarium, ut in hoc loco, ubi cœptum est, sine dilatione aut mutatione continuetur atque compleatur: & pro subveniendo universalis ecclesiæ necessitatibus, expedit ut ad id omnes, præsertim regni Franciæ, proficiscantur: hinc equidem magnam lætitiam non immerito suscepimus, tum quod Spiritus sanctus non patitur veritatis lumen latere sub modio; tum quod ex ea deliberatione fidei & ecclesiæ magna incrementa successiva speramus: pro quare ipsi Spiritui sancto in primis, cujus dono hoc factum est, deinde vestræ serenitati gratias agimus, & eam dignis laudibus commendamus, quæ ad tam sanctum opus diligentiam præbuit. Ampliusque ipsam commendaturi sumus, cum hanc saluberrimam conclusionem executioni mandari sentiemus. Quapropter eamdem serenitatem, quanto efficacius possumus, deprecamur & obsecramus, ut quemadmodum inter reges Christianos antecessores vestri semper primi fuerunt ad auxilium fidei & ecclesiæ, propter quod Christianissimi vocari meruerunt, ita majorum vestrorum imitando vestigia, idipsum pro viribus & omni studio agere dignemini, omnemque operam dare, ut prædicta deliberatio tam laudabilis, & vestræ serenitati ac regno vestro honorifica, per celerem adventum prælatorum vestrorum simul cum insigni vestra ambasiata ad hoc sacrum concilium per rei executionem toti mundo illucescat. Ex quo & apud omnipotentem Deum meritum immortale, & apud homines summam laudem ubique consequemini, & ipsam tandem universalem ecclesiam vobis quidem, carissime princeps, agendorum urgens necessitas omnem dilationem expostulat amputari, eo permaxime, quoniam, ut ab ambasiatoribus nostris ad hæc tractanda transmissis, nobis insinuatum est, adventus Bohemorum ad hoc concilium de proximo præstolatur: qua in re regnum vestrum inter ceteras Christianitatis partes magna literatura resulgeat, ipsorumque prælatorum vestræque ambasiatæ presentia, dante altissimo, sit fructuosa.

Datum Basileę die nono Maii, millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

XXII.

Ad consiliarios regis Franciæ.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, &c. reverendis in Christo patribus, & illustribus ac magnificis dominis consiliariis Christianissimi regis Franciæ salutem, &c.

DESTINAMUS præfato Christianissimo regi Francię literas infrascripti tenoris.

Hic inserta fuisse intelligatur epistola præcedens ad regem Franciæ missa, eamque bis eodem describi hoc volumen transcriptoribus fuisse visum: atque ideo omissam in fine.

Cum autem hęc omnium Christianorum negotia communia sint, & vestra sicut nostra intersit, ut saluti Christianę reipublicę consulatur, vestras paternitates & dominationes rogamus & exhortamur,

A ut pro honore & debito vestro apud præfatum Christianissimum principem efficaciter laborare velitis, quatenus tam prælati Gallicanę ecclesię, quam ipsius Christianissimi regis insignis ambasiata, prout tantum principem decet, huc ad communem Christianę religionis utilitatem sine mora accedant.

Datum Basileæ, ut supra.

XXIII.

Ad magnificum dominum de Tremollia, &c.

Sacrosancta, &c. magnifico domino N. de Tremollia, &c.

B CUM divino munere vobis concessum sit, ut gratiam in oculis Christianissimi regis Francię inveniatis, & apud eum locum & auctoritatem inter primos habeatis, merito die nocteque cogitare debetis, ut ipse Deus hanc gratiam vobis conservet & ampliet. Quod nullo modo melius consequi potestis, quam si fidei & ecclesię defensionem totis viribus procuretis. Certi sumus ad notitiam vestram diu pervenisse, quemadmodum pro hæresibus, bellis ac vitiis ex populo Christiano extirpandis hoc sacrum generale concilium apud Basileam congregatum legitime sit, quibus rebus cum nihil Deo gratius & Christianitati utilius fieri possit, merito sperare poteritis gratiam Dei & hominum vobis-C cum permansuram, si huic sacro concilio favorem vobis possibilem præstiteritis. Itaque curare, quantum in vobis est, debetis, ut hoc concilium a Spiritu sancto inceptum vestra opera & diligentia crescat, & humana obstacula, quæ illud quoquo modo impedire possent, pro viribus tollere & amovere. Qui enim adversus hoc concilium aliquid agit, causa esse videtur ut hæreses, bella & peccata in Christianitate perdurent. Qui vero illi favet, est protector fidei, procurator pacis ac sanctæ reformationis. Audimus prælatos ecclesiæ Gallicanæ apud civitatem Bituricensem convenientes inter se conclusisse ad hoc sacrum concilium proficisci: quæ res non solum præfato Christianissimo regi ac regno suo honorem & utilitatem maximam allatura est, sed D toti Christianitati profectum; propterea vos efficaciter rogamus & hortamur, ut apud ipsum dominum regem diligenter intercedere velitis, ut prædicta conclusio per adventum prælatorum ad ipsum concilium simul cum ambasiata executioni demandetur. Ex quo (ut prædiximus) procul dubio gratiam Dei & hominum vobis & vestræ posteritati comparabit, & universalem ecclesiam ad omnia vestrum statum & honorem concernentia, exinde obligatam efficietis. Basileæ ut supra.

XXIV.

Ad archiepiscopum Rhemensem cancellarium Franciæ.

E *Sacrosancta &c. reverendo in Christo patri domino archiepiscopo Rhemensi, &c.*

RESCRIPSIT nobis venerabilis vir prior conventus Chamberiaci ordinis Prædicatorum, ambasiator noster, quanto zelo huic sacro concilio afficiamini, ejusque profectum desideretis, & cum diligentia quæratis: pro qua re, quia causa Dei agitis, ipse vobis in hoc & in alio sæculo digne retribuat. Ecclesia vero pro hujusmodi favore, quem sibi impenditis, suarum orationum & meritorum apud Deum participem faciet, & ad omnia vestrum honorem & statum concernentia obligatam se vobis merito profitetur. In hac re, quæ vestram paternitatem tanquam Christianum & antistitem non

minus

minus tangit quam nos, nil aliud dicendum videtur, nisi ut solita diligentia opus hoc divinum prosequamini, ex quo, cum extirpatio hæresum, pacificatio populi Christiani, eradicatio vitiorum sequi speretur, quantum apud Deum meritum, & apud homines laudem accepturi sitis, optime intelligitis. Scribimus Christianissimo regi Franciæ, & suo consilio, & quibusdam particularibus apud eum potentibus, prout idem prior ex vestro concilio nos advisavit, & literarum copias hic interclusas mittimus. Si quid illud ad prosecutionem istius rei, nec non ad pacem præclarissimi regni Franciæ, ad quam toto corde aspiramus, faciendum videtur, vos maxime deprecamur ut nobis significare velitis. A

B

XXV.

Ad archiepiscopum Lugdunensem.

Sacrosancta, &c. reverendo in Christo patri domino archiepiscopo Lugdunensi salutem, &c.

CUM magna jucunditate & exultatione andivimus literas quas ad nos & reverendum in Christo fratrem dominum episcopum Lausanensem cum advisamentis ecclesiæ Gallicanæ destinastis. Intelleximus ex his & aliorum relatu, quanta prudentia & solicitudine in congregatione prælatorum apud Bituris in favorem hujus sanctæ synodi, imo totius Christianitatis, laboraveritis, & quid per medium vestræ sapientiæ ac diligentiæ Spiritus sanctus ibidem concludi fecerit. Hinc luce clarius perpendimus hoc sacrum concilium ita stabilitum, ut jam modicum de humanis obstaculis timeri possit. Hoc tam magnum ac felix novum quilibet vestræ adscribit circumspectioni, & quod ibi conclusum est, vestra opera contigisse existimat. Pro qua re ipse omnipotens Deus, cujus causam tam laboriose viriliterque defendistis, reddet vobis in cælis præmiorum mensuram bonam, confertam, coagitatam, & supereffluentem. Nos omnes quicumque in hoc sacro concilio sumus, auditis his literis, mira in vos ferimur dilectione, & nomen vestrum ac laudes in ore omnium passim resonant: vos patrem, defensorem ac protectorem sacri concilii omnes appellant. Agite igitur, optime antistes, quemadmodum cœpistis, & opus tam laudabile, vestra virtute in ecclesia Gallicana inchoatum, enitimini ad finem perducere, & conclusio illa per celerem adventum prælatorum re ipsa compleatur; præsertim ut paternitas vestra, sicut auctrix fuit hujusmodi deliberationis, ita prima sit in exequendo. Nam cum alii vos huc proficisci viderint, mox sequentur. Adventus vester ad nos judicio omnium multo utilior reputatur, quam progressus ad Vrbem. Timemus ne absentia vestra aut diuturna mora sacro concilio sit damnosa, & accessus ad Vrbem in nihilo fructuosus. Ex his quæ a fide dignis percepimus, qui concilio adversantur ita fixi in sua opinione videntur, ut in persuasionibus humanis modica spes haberi possit. Spiritui sancto & nobis visum est, ut omisso accessu ad Vrbem, ad hanc sacram synodum, quam a Spiritu sancto regi non dubitamus, quanto citius properetis: verum si in congregatione prælatorum apud Lugdunum putaveritis aliquamdiu pro utilitate concilii immorandum, hoc vestræ sapientiæ committimus. Valete feliciter. Scriptum Basileæ, ut supra, & datum.

XXVI.

Ad regem Poloniæ & alios.

Sacrosancta, &c. congregata, serenissimo domino principi domino Vladislao Poloniæ regi, &c. regiæ dignitatis prosperum augmentum, ac omnipotentis Dei benedictionem.

NON ambigimus satis diuque divulgatum esse apud vestram serenitatem, sacrosanctam hanc synodum in hac civitate Basileensi rite congregatam existere, pro rebus ecclesiæ & omnium orthodoxorum promovendis & bene gerendis, pro veprium hæreticarum de finibus fidelium extirpatione, morum deformium in cunctis statibus emendatione, proque bellicarum cladium, quæ, proh dolor, his temporibus populum Dei circumdant, sedatione: quibus nil dignius, & fideli populo salubrius sub cælo valet afferri. Vnde si quis zelum Dei in corde gerat, si quispiam principum salutem subjectorum atque communem profectum & utilitatem, prout ad hoc tenetur, quærat, mox sacrum hoc concilium dignificare, favorizare & promovere tenetur, ejus sanctissimis determinationibus firmiter inhærendo. Contraria vero & præjudicialia sibi possetenus impedire, & ut auferantur de medio, totis viribus in Dei obsequium debet aspirare. Quamobrem vestram dominationem ac regiam celsitudinem, ut principem catholicum, & fidei Christi fidelem propugnatorem, obsecramus & exhortamur per viscera misericordiæ Dei nostri, quatenus ad tam necessarium & accommodum opus expediendum, & Deo duce perficiendum in populo fideli, placeat aliquos doctos & peritos, divinarum & humanarum rerum experientia imbutos, ad hanc nostram congregationem quantocius destinare: nec non reverendos patres archiepiscopos, episcopos, abbates, ceterosque, qui de jure vel consuetudine sacris conciliis generalibus interesse tenentur, sub vestræ dignitatis jurisdictione & protectione temporaliter constitutos, per literas vestræ serenitatis solicitare, & modis aliis congruis inducere, ut non postponant ad conveniendum illico nobiscum: & prout præclara fama de vestra celsitudine volat per orbem universum, qualiter, ut principem catholicum decet, contra perfidos brachia potentiæ vestræ viriliter expandistis; sic exhortamur vestram serenitatem & devotionem, ut in exaltationem sacræ fidei ferventi animositate, ad eorumdem inimicorum reductionem in unionem fidei catholicæ, operam continuo dare velitis, Christi fideles ad hoc viis ac modis convenientibus inducendo & confortando, &, si opus fuerit, etiam manu armata pugnando & resistendo, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, fidei catholicæ incrementum, & ecclesiæ sacrosanctæ continuam prosperitatem; quod utique ad principatus vestri honoris titulum cedit pariter & decorem. Nec moveat vestram dominationem rumor de dissolutione hujus sacri concilii, si quis ad præsentiam vestræ serenitatis forsan delatus est, qui ex levitate & sinistra suggestione haud dubium processit. Quoniam nostræ intentionis est ad conservationem fidei catholicæ, & cunctorum fidelium consolationem, in laudem creatoris nostri firmiter perseverare, cunctis Christicolis nobis assistentibus in vinculo caritatis, usque ad ejusdem sacri concilii felicem consummationem, ne increduli dicant in cordibus suis: *Trepidaverunt timore ubi non erat timor*, & glorientur in malitia sua, putantes nos sacræ fidei certamen declinasse. *Psal. 13.* Confidimus etenim, quod considerata in hac sanctissima re nostra rectissima

ſima intentione, celſitudo veſtra ardenti deſiderio nobiſcum in unum concurrat. Pro quibus omnibus plenius explicandis reverendum in Chriſto patrem fratrem Ægidium epiſcopum * Roſenſem, ordinis fratrum Carmelitarum, exhibitorem præſentium, ad veſtram ſerenitatem curavimus deſtinare, cujus relatibus in præmiſſis placeat fidem credulam propenſius adhibere. Spiritus ſanctus ſacri concilii auctor dirigat veſtram illuſtrem celſitudinem in cunctis agendis ad utilitatem eccleſiæ ſanctæ cum votiva proſperitate.

Datum Baſileæ, &c.

XXVII.

Copia ſalviconductus conceſſi per concilium ambaſiatoribus domini noſtri papæ.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, venerabilibus Joanni & Andreæ Tarentino & Coloſſenſi archiepiſcopis, ac Bertrando epiſcopo Magalonenſi, nec non dilecto eccleſiæ filio Antonio de ſancto Vito utriuſque juris doctori, & apoſtolici palatii cauſarum auditori, aſſertis ſanctiſſimi domini Eugenii papæ ambaſiatoribus, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

QUAMVIS pleniſſima libertas & ſecuritas omnibus ad hanc ſacram ſynodum venientibus, & ſtantibus in ea, & ab eadem recedentibus, juxta ipſius ſynodi decreta alias publicata, & ſalvoſconductus pleniſſimos cariſſimi eccleſiæ filii Sigiſmundi Romanorum regis ſemper auguſti, ac civium civitatis Baſileenſis, notorie vigeant, & propterea non opus eſſet vobis ad hunc locum proficiſci volentibus ſalvumconductum petere, præcipue cum pro utilitate & neceſſitate univerſalis eccleſiæ, ac pro honore ſanctæ ſedis apoſtolicæ hoc ſacrum concilium ſit congregatum: nihilo minus eadem ſancta ſynodus veſtræ poſtulationi, quantum cum Deo & honeſtate poteſt, ſatisfacere volens, tenore præſentium dat & concedit vobis, & veſtrum cuilibet, cum omnibus & ſingulis familiaribus, ac equis, & rebus omnibus veſtris, liberum, plenum ac ſufficientem ſalvumconductum, veramque ſecuritatem ad hanc civitatem Baſileenſem veniendi, ibidemque ſtandi & morandi, & ad ſanctiſſimum dominum Eugenium papam IV. redeundi, & ſpecialiter in publica congregatione hujus ſacri concilii, ſeu privatim coram ad hoc deputatis vel deputandis ab eodem concilio, omnia quæcumque & qualiacumque nomine & ex parte ipſius ſanctiſſimi domini Eugenii papæ proponendi, explicandi, loquendi, ac tractandi, & conferendi, ceteraque agendi, mediandi, & finiendi, quæ veri oratores ſeu ambaſiatores dicere & agere de jure vel conſuetudine poſſunt & debent. Vultque ipſa ſancta ſynodus hunc ſalvumconductum eſſe plenum ac pleniſſimum, in eoque includi omnes clauſulas neceſſarias & opportunas, quæ de jure vel conſuetudine in ſalviſconductibus apponi ſeu intelligi conſueverunt, ac eaſdem pro incluſis haberi & apponi, ita ut plena ſecuritate & libertate tam vos, quam veſtri familiares, in perſonis & rebus uti poſſitis, ſine ullo gravamine aut offenſione, damno vel injuria, tam perſonali, quam reali, & etiam verbali, in veniendo, ſtando, & ad prædictum ſanctiſſimum dominum papam redeundo; cum hac tamen conditione adjecta, quod nec hic nec extra aliquid attentetis conjunctim vel diviſim, per viam executionis aliquorum proceſſuum, literarum vel mandatorum, per vos vel alios, in læſionem hujus ſacri concilii, aut ſuppoſitorum ejus: nec hoc accipiatis, quaſi aliquid hujuſmodi de jure fieri poſſe hæc ſancta ſynodus hæſitet, cum veritas ſit, & in ſecunda ſeſſione declaratum exiſtat, quidquid in præjudicium hujus ſacri concilii attentetur, id fore nullius roboris vel momenti. Sed ad evitandum ſcandala quæ contra talia tentantes contingere poſſent, vult etiam hæc ſancta ſynodus, ut poſtquam ad veſtra propoſita & explicata reſponſum dederit, vel vos requiſierit, ut ad præfatum ſanctiſſimum dominum papam, relaturi quæ vidiſtis & audiſtis, revertamini a dicta civitate infra octo dies a die requiſitionis computandos, in nomine domini iter veſtrum verſus ipſum ſanctiſſimum dominum papam per viam rectam arripere debeatis, ipſum ſaltem uſque ad metas Italiæ incluſive ſine fraude & dolo continuando. Exhortatur inſuper eadem ſancta ſynodus omnes & ſingulos Chriſti fideles, cujuſcumque dignitatis, gradus, ſtatus aut præeminentiæ exiſtant, ſpirituales & temporales, etiamſi regali, ducali, archiepiſcopali, epiſcopali, vel alia quavis præfulgeant dignitate, univerſitates, & communitates, ceteroſque quibus præſentes literæ exhibitæ fuerint, eiſdemque in virtute ſanctæ obedientiæ mandat, ut ſi per eorum dominia, terras, territoria, civitates, opida, caſtra, ſtratas, villas, caſtella, aut alia loca vos & quemlibet veſtrum tranſire contingat, ſub pœnis, ſententiis, & cenſuris tam in Conſtantienſi & Senenſi, quam hujus ſanctæ ſynodi ſacris decretis contentis & fulminatis, diſtricte injungendo, quatenus vos & veſtrum quemlibet cum comitiva hujuſmodi ſecuros, liberos & tutos, cum rebus & bonis veſtris univerſis ire, ſtare, & redire, ſine moleſtia & impedimento permittant, de ſecuritate & conductu a nobis requiſiti, quoties opus fuerit, favorabiliter providendo.

Datum Baſileæ in congregatione generali dictæ ſanctæ ſynodi, die Veneris decimooctavo menſis Julii, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

XXVIII.

Bulla per concilium Baſileenſe miſſa ad ſacri imperii electores.

Sacroſancta, &c. venerabilibus archiepiſcopis, & dilectis eccleſiæ filiis nobilibus viris, ducibus illuſtribus, ſacri Romani imperii electoribus, ſalutem, &c.

DEUS pius & miſericors reges & principes in terra conſtituit, ut ſanctuaria templaque ſua defenderent, & veluti quadrigæ quædam arcam eccleſiæ ſanctiſſimam deportarent. Sunt ergo agri dominici cuſtodes, paſtores, arces, & divinæ humanæque legis vehicula atque portus: quamobrem ſi commiſſam eis curam intelligerent, nihil magis ſe debere exiſtimabunt, quam ut eccleſiam ſanctam, pro qua Chriſtus ne periret in cruce oravit, tueantur. Quod ubi fecerint, tunc recte reges ſeu principes appellari poterunt, & Dei, qui eos ſupra homines conſtituit, judicia miniſtrabunt. Porro in eo nunc tempore ſumus, ut ipſorum ſuffragia & auxilia eamdem eccleſiam implorare oporteat, ut ſuam pietatem oſtendere neceſſe ſit, cujus favoribus freti huc convenimus, dum remedium nullum melius viſum ſit ad hujuſmodi flagitia ſubmovenda, quam ut ſacræ ſynodi generalis accerſitio haberetur, per cujus auctoritatem diſſidia abuſuſq; abſciſſi tolli poſſent: talis enim ſacer cœtus ſæpe antiquum humani generis hoſtem devicit, & deformitates eccleſiæ ſuſtulit. Teſtes ſunt Ariani, Neſtoriani, Sabelliani, aliique hæreſiarchæ, qui cum philoſophorum ſcholis expugnari non potuere, ſacrorum conciliorum ſententia

A eversi sunt. Denique quanta semper fuit ipsorum sacrorum generalium conciliorum auctoritas, canonica scriptura, quam universalis recipit & dogmatizat ecclesia, demonstrat, dum quatuor synodos ut sacra evangelia recipi docet, veluti quæ columnæ & bases quædam sint in firmamentum Christianæ religionis positæ: per eas enim catholica fides quadam claritate coruscat, & hæreticorum impietas conculcatur. Alias etiam synodos sacris titulis & legibus sacerdotum radiantes ut candelabra & specula militantis ecclesiæ coli amplectiq; suadet. Quamobrem dudum catholici principes, cernentes populum Christianum variis occursibus indies magis ac magis deprimi & labefactari, præterita tempora, quibus evenerunt similia recolentes, summopere ad B celebrationem generalis concilii intenderunt. Itaque sacra Constantiensis synodus inde profecta est, qua consultissime sancitum fuit, ut de cetero generalia concilia certis statutis temporibus tenerentur, quasi ea præcipua semita videretur, per quam ad mores reformandos & pacem recuperandam esset ascensus. Denique & ad hoc devenimus, etiam auctoritate domini Eugenii papæ moderni, ut tandem extirpatis hæresibus, flagitiis & deformitatibus submotis, ac animis pacis dulcedine recreatis, quandoque sacer ordo refloreat, & leges ac mores diu perditi reviviscant: eaque acta jam feliciter exivissent, nisi dicti domini Eugenii papæ impedimenta notoria obstitissent. Nihil enim adeo vacavit, quam ut C prætensa sua dissolutio hujus synodi effectui mandaretur, nunc nuntiis, nunc literis figmentis variis refertis, cunctorum animos excitando, ut rei tam execrabili annueretur. Sed veritas, quæ dum plene defenditur raro vincitur, invicta remansit; atque amotis errorum * nucibus eam indies prosperaturam minime dubitamus. Proinde ingenti admiratione detinemur, cur tam animi vestri eripi tantoque ardore obscurari videntur, cum obsecrare exhortarique non desinatis, ut in processu adversus eumdem dominum Eugenium incepto supersedere; imo id stupendum magis exstitit, ut monitorium suspensionis pœnam continens relaxare ac alterare deberemus. An non cogitatis, quid idem dominus Euge- D nius patravit, quid indies indurato animo molitur, jactata scilicet fundamenta recuperandæ quandoq; pacis, & morum reformationis evertere, dum sacratissimum hoc concilium tam legitime inchoatum nititur annullare? An non videtis, si suæ sententiæ pareatur, ut non solum hanc synodum evanescere oporteat, sed ne de cetero aliæ fiant facile eventurum? Profecto in id sua pergere videtur intentio, ut quod pro totius orbis salute vestris & aliorum principum consiliis auxiliisque effectum est, momento excidat aboleaturque. Arbitramini ergo, quantum, quale, quid ex humeris nostris pendeat, quid sit insuper quod rogatur, & a quibus id tam enixe rogatum sit: nempe Christianus populus, pacem esuriens, disciplinamque perditam repetens, ex nobis E justitiam expectat, si quis talia damnabiliter impedire vellet. Nos autem universalis constituit ecclesia judicaturos malignantium impietatem, vindicaturosque eamdem in dextera virtutis suæ; quod ergo nostrum non est, a nobis non expetite, carissimi filii. Id pium est rogare quod decet, & licet rogatos facere. Nostra siquidem cura ea præcipua esse debet, ne universalis ecclesiæ auctoritas contemnatur; atque ut potestas, quæ sibi a Deo tributa est, illibata permaneat; quam violare idem dominus Eugenius notorie visus est, dum hanc synodum præcipiti zelo dissolvere tentavit: &, quod est gravius, obstinate perseverare non desinit. Quomodo

A ergo rem hanc tam ecclesiæ periculosam dissimulare postergareque possumus, nisi tanti excessus participes esse velimus? Denique, si impunis & inexpugnatus excessus hujusmodi relinquatur, quis unquam Romano pontifici, quamquam improbissimo, contradicet? Quis in generalis concilii auctoritate confidet? Cedat ergo uni hominum * unus homo? cunctane ejus arbitrio committantur? obliviscamur Christum sæpe (ut evangelica doctrina testatur) potestatem clavium apostolis, in quibus repræsentabatur ecclesia, tradidisse: & non in fide, quæ omnes catholicos complectitur, sed in solo Petro, ecclesiam fundavisse fateamur? Etiam Constantiense concilium illuxisse hominibus confiteamur, dum synodum generalem immediate a Christo potestatem B habuisse, etiam supra papam, in his quæ pertinent ad extirpationem hæresum, ac generalem reformationem in capite & in membris, declaravit, non hæc sunt quæ conniventibus oculis transire debeamus, sed securitate opus est dum levia argumenta non prosunt, debuissemus quidem citius his rebus præscribere, & hujusmodi domini Eugenii jacula refellere. Sed nunc dum ulterior expectatio onusta undique est periculis, * mutandum non erit. Quod ergo pridem vestræ literæ in generali sacra nostra congregatione recitatæ requirebant, ut ab ulteriori processu adversus papam abstinere, & monitorium decretum relaxare dignaremur, libenter implere- C mus, nisi in ea re paratum discrimen universalis ecclesiæ appareret. Toties enim dilationes repetitas fomenta malorum, & præcipue contemptum ecclesiæ peperisse, exploratissimum est. Ignorasse autem vos videmus, dum eas literas decrevistis, novissime instantissimis precibus carissimi ecclesiæ filii Sigismundi Romanorum imperatoris illustrissimi, & ejusdem ecclesiæ advocati, nos ad dies triginta eidem domino Eugenio terminum prorogasse: præfato enim Sigismundo ob tam ingentia merita inexplicabilesque labores, quos hactenus pro universali sustinuit ecclesia, nuncque impræsentiarum sustinet, id negare minime potuimus. Sed cum nullam de cetero dilationem expetere, & decretis nostris libere acquiescere pollicitus solenniter exstiterit, prout in D prorogationis decreto insertum est, & diximus & constituimus solenni in sessione, nullum alium de cetero ad cujuscumque instantiam terminum præbituros. Minime autem dubitamus, si hæc vobis innotuissent, quod preces hujusmodi porrectæ non fuissent. Neque ambigui sitis, si quid sit quod sine Christiani populi discrimine & animarum periculo fieri possit, non obliti ingentium meritorum vestrorum, & nec ignari quanta & qualia in universalis ecclesiæ commoda indies efficere valeatis, quam libenter vestram in complacentiam ageremus, faciemusque Deo dante, dum ad talia se facultas obtulerit. Sinite ergo, carissimi filii, nos in justitiæ dex- E tera hujusmodi excessus propellere, & vineam domini sub veritatis clypeo reformare. Imitamini, obsecramus, Christianissimum ac potentissimum illum Romanorum imperatorem Carolum Magnum, qui cum Romæ synodo congregata, ut adversus Symmachum papam accusatores audiri deberent, interrogaretur quam in partem judicium suum penderet, Deo inspirante, respondit, synodalis esse arbitrii in tanto negotio sequenda præscribere & statuere, nec aliquid ad se præter reverentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere. Id quidem si facietis, ut certissimi pene sumus, apud Deum immortalem gratiam & apud homines laudes amplissimas consequemini.

Datum Basileæ, &c.

Vide bullam Pii II. qua defenditur Eugenius.

* nubibus

* forte omnia

Certe Petro soli dictum est. Pasce oves meas Matth. 18. Joan. 10.

* mutiendum

In hac synodo episcopi omnes dixerunt Carolo sedem apostolicam a nemine judicari debere: agebatur autem non de Symmacho, sed de Leone III.

Laurentia

XXIX.

Licentia exercendi officium procurationis causarum sacro Basileensi durante concilio.

Sacrosancta, &c. dilecto ecclesiæ filio magistro Ioanni Creye rectori parochialis ecclesiæ sanctæ Columbæ Coloniensis ac literarum apostolicarum scriptori & abbreviatori salutem, &c.

VITÆ ac morum honestas, aliaque virtutis opera, quibus splendere dignosceris, nos inducunt ut te specialibus favoribus & gratiis prosequamur. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, tecum qui in sacerdotio constitutus ac rector ecclesiæ parochialis sanctæ Columbæ Coloniensis, nec non literarum apostolicarum scriptor & abbreviator, ac huic sacro concilio incorporatus existis, ut B in quibuscumque causis beneficialibus, profanis, civilibus, matrimonialibus, criminalibus, civiliter intentatis, seu mixtis, durante hoc sacro concilio, seu quousque ipsum sacrum concilium super hoc aliter duxerit ordinandum seu providendum, inibi officium procurationis causarum, quemadmodum in Romana curia auctoritate apostolica, ac in sacro Pisano & Constantiensi conciliis hactenus exercere consuevisti, libere & licite exercere & procurare in eisdem causis valeas, felicis recordationis Ioannis XXIII. & Martini V. ac aliorum Romanorum pontificum constitutionibus & ordinationibus, C etiam juramentis per te super hoc forsan præstitis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate nostra tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus. Volumus autem quod ecclesia hujusmodi & alia beneficia ecclesiastica, quæ obtines, propterea non fraudentur eorum debitis obsequiis, sed animarum cura in ecclesia, & onera in beneficiis ipsis incumbentia congrue exerceantur: decernentes insuper irritum & inane, si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Basileæ Nonis Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

XXX.

D *Executoria presbyteri Lyrensis super sententia diffinitiva in curia Romana dudum cum invocatione auxilii brachii sacularis.*

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, venerabili episcopo Adriensi in hoc sacro generali concilio ad præsens commoranti, & dilectis ecclesiæ filiis sancti Petri Turnoutensis & sancti Petri Anderlechtensis Cameracensis diœcesis ecclesiarum decanis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

E SUA nobis dilectus ecclesiæ filius Arnoldus Multoris, rector parochialis sancti Gummari Lyrensis, plebanus nuncupatus, Cameracensis diœcesis, petitione monstravit, quod olim orta inter ipsum ex una, & dilectum ecclesiæ filium Davidem Pyers de Lyra presbyterum dictæ diœcesis super eadem parochiali ecclesia, & ejus occasione partibus ex altera, coram certo palatii apostolici causarum auditore ex commissione apostolica materia quæstionis, idem auditor rite & juris ordine servato procedens, diffinitivam (per quam inter cetera dictum Arnoldum ab impetitione ipsius Davidis absolvit, ac ipsum Davidem in expensis coram eo factis condemnavit, expensarum earumdem taxatione sibi

A in posterum reservata) sententiam promulgavit: quæ quidem sententia, nulla provocatione suspensa, in rem transivit judicatam. Idem vero auditor expensas ipsas ad certam florenorum auri summam taxavit, procuratoris ipsius Arnoldi juramento, ut moris est, subsecuto. Quare pro parte dicti Arnoldi nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus super executione dictæ sententiæ, & alias sibi in præmissis opportune providere de benignitate singulari dignaremur. Nos de præmissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per hæc nostra scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos vel alium, seu alios, si ita est, sententiam ipsam, sicut rite & canonice lata est, debitæ executioni per censu- B ram ecclesiasticam & alia juris remedia demandetis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis; contradictores per censuram solennem, appellatione postposita, compescendo.

Datum Basileæ a v i. Kalendas Decembris, anno a nativitate domini 1433.

Die 21. sabbati Novembris dicti anni fuit decretus processus per dominum Iacobum episcopum Adriensem, rogato ad hæc G. Martini de Turnout notario.

XXXI.

Carolina sub latiori forma.

C *Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans,* venerabili episcopo Adriensi & dilectis ecclesiæ filiis sancti Livini Zierixensis, ac sancti Servatii Trajectensis supra Mosam, Trajectensis & Leodiensis diœcesis ecclesiarum decanis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.*

* *Dilectis ecclesiæ abbatibus monasterii sancti Bavonis Gandensis & Cameracensis ac sancti Petri Lovaniensis ecclesiarum decanis. Tornacensis & Leodiensis diœcesium, salutem.*

AD compescendos conatus nefarios perversorum, qui personas & loca ecclesiastica super bonis & juribus suis offendere, ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis per nos decet generale concilium de opportuno remedio providere, quanto per amplius turbationes hu- D jusmodi & molestiæ in divinæ majestatis offensam, nec non ecclesiasticæ libertatis dispendium, redundare dignoscuntur. Dudum siquidem cum in diversis mundi partibus consules civitatum, & rectores, nec non alii, qui potestatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videretur, quam sub Pharaone fuisset qui legis divinæ notitiam non habebat, quique, omnibus aliis servituti subactis, sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministravit. In concilio Lateranensi ecclesiæ immunitati providendo sub anathematis districtione prohibitum extitit, ne consules, rectores, aut alii præ- E dicti, ecclesias & viros ecclesiasticos talliis, seu collectis, aut exactionibus aliis aggravare præsumerent, transgressores & fautores eorum præcipiendo anathematis sententiæ subjacere, donec satisfactionem impenderent competentem. Et etiam deinde in generali concilio edictum fuit, quod si episcopi forte simul cum clericis, etiamsi tantam necessitatem vel utilitatem inspicerent, ut absque ulla coactione ad revelandas communes utilitates vel necessitates, ubi laicorum non suppeterent facultates, subsidia per ecclesias laicis ducerent concedenda, minime super hoc consulto Romano pontifice, concessiones & sententiæ, quæ a talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatæ, essent irritæ & inanes, nullo unquam tempore valituræ. Ac etiam in ipso

generali concilio decretum exstitit, illum, qui infra tempus sui regiminis, propter fractionem constitutionum vel sanctionum, hujusmodi sustineret anathema, tamquam post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus, nec non ipsius successorem, qui non satisfaceret infra mensem, manere ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter, cum succederet in onere, qui substitueretur in honore. Postmodum vero felicis recordationis Honorius papa III. attente considerans, quod quondam Fridericus II. olim Romanorum imperator, tunc sub obedientia & devotione sanctæ Romanæ ecclesiæ persistens, ad laudem ejusdem ecclesiæ, & sacri decus Romani imperii, cupiens ut, expurgatis quorumdam erroribus & iniquis statutis penitus destitutis, de cetero ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ plena vigerent quiete, ac secura libertate gauderent: ac pie & juste attendens, quod quorumdam perversorum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam & sacros canones statuta sua confingere adversus ecclesiasticas personas & ecclesiasticam libertatem edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita nuntiari; & omnia statuta & consuetudines, quæ civitates & loca, potestates & consules, aut quæcumque aliæ personæ, contra libertatem ecclesiæ, vel personas ecclesiasticas, ac bona hujusmodi, edere aut servare tentarent, contra canonicas vel imperiales sanctiones, de ipsorum capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus aboleri facerent; & si de cetero talia attentarent, illa ipso jure decrevit esse nulla, & eos sua jurisdictione privatos. Nec non locum, ubi talia deinceps præsumpta fuissent, banno mille marcarum auri, fisco imperiali præceperat subjacere. Potestates vero, consules, statutarii, & scriptores statutorum prædictorum, nec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memorata judicarent, extunc essent ipso jure infames, quorum sententias & actus legitimos statuerat aliqualiter non tenere. Quodque si per annum præfatarum constitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum imperium mandavit impune ab omnibus occupari, salvis nihilo minus aliis pœnis, contra tales in eisdem generalibus conciliis promulgatis. Et insuper voluit idem tunc imperator, quod nulla communitas vel persona publica vel privata, collectas, seu exactiones, angarias, vel perangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis hujusmodi imponere, seu invadere ecclesiastica bona præsumerent: quod si secus facerent, & requisiti ab ecclesia vel imperio hujusmodi emendare contemnerent, tripliciter refunderent: & nihilo minus banno imperiali subjacerent, quod sine satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat insuper, quod quæcumque communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ violatam persisteret, ipso jure similiter dicto banno imperiali subjaceret, a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinaverat, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel civili ad judicium sæculare trahere præsumeret, contra easdem canonicas sanctiones & constitutiones imperiales: quod si secus faceret, actor a suo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret extunc judicandi auctoritate privatus: quodque judices temporales, qui clericis & personis ecclesiasticis justitiam denegare præsumerent, tertio requisiti suam jurisdictionem amitterent, constitutio-

A nem ipsam, de consilio etiam fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, qui tunc erant, auctoritate apostolica approbans & confirmans, ipsam mandavit inviolabiliter observari: nec non statutarios & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nuntiari. Et deinde ad audientiam divæ memoriæ Caroli IV. etiam Romanorum imperatoris semper Augusti deducto, quod nonnullæ sæculares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ, videlicet duces, marchiones, comites, barones, & alii domini temporales, nec non consules civitatum, opidorum, villarum, & locorum rectores, in diversis provinciis ejusdem imperii, Dei timore postposito, statuta

B singularia & iniquas ordinationes motu proprio de facto contra ipsas personas ecclesiasticas, & ecclesiarum libertates, ac eorum privilegia condiderant, illisque de facto & publice utebantur contra canonicas & legitimas sanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in potestatem ecclesiasticam transferrentur, & ne clerici in sacris ordinibus constituti ad agendum & testificandum in civilibus, & maxime in piis causis, aliquatenus admitterentur: quodque excommunicati laici, & publice denuntiati, in civili foro minime repellerentur. Et insuper prædicti domini temporales, consules & rectores, qui per sæcularem potestatem bona clericorum occuparent, arrestarent, & oblationes Christi fidelium minuerent atque restringerent, exactiones &

C tallias indebitas de bonis & reditibus ecclesiarum exigerent & extorquerent, possessiones ecclesiarum & personarum earumdem devastarent incendiis & rapinis: contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros civitatum, villarum, & locorum prædictorum, inscribere & sigillare recusarent, donataque & legata ad fabricas ecclesiarum & structuras, contra prælatorum voluntatem & aliorum quorum intererat, temere usurpare præsumerent, ac in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus eorumdem clericorum, quæ non causa negotiationum, sed & pro eorum propriis usibus per eorum terras ducebant seu duci faciebant, telonium

D exigere & recipere non verebantur: & confugientes ad ecclesiam & eorum cœmeteria, deinde extrahere contra canonicas & imperiales sanctiones hujusmodi præsumpserant & præsumebant. Idem Carolus imperator, tamquam Christianissimus princeps, volens in præmissis providere de remedio salutari, etiam de quorumdam ducum, principum, comitum, baronum, militum, fideliumque aliorum sacri imperii sæpedicti consilio, auctoritate imperiali, quæcumque statuta & consuetudines prędicta, tamquam per canonicas & civiles sanctiones expresse reprobata, cassavit, irritavit & annullavit, ac cassa & irrita, nulliusque esse voluit roboris vel momenti; præcipiens sub imperialis banni pœna universis & singulis principibus & dominis temporalibus,

E consulibus, potestatibus, & aliis in officiis publicis in eodem imperio constitutis, quatenus extunc eorum statuta & ordinationes, sicut in præjudicium ecclesiasticæ libertatis edita fuerant, omnino revocarent, & de luce tollerent: quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias dictarent, aut de eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro se & contra eamdem ecclesiasticam libertatem poterentur. Pronuntiavit insuper & eadem decrevit auctoritate, quod quicumque laicus cujuscumque status aut conditionis existeret, ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia sacerdotem aut clericum sęcularem vel religiosum diffidaret, proscriberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret, aut

in

in carcere detineret, vel hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret, vel eis favorem præstaret, præter pœnas a sacris canonibus & legalibus sanctionibus in tales inflictas, eo ipso redderetur infamis, & omni honore privatus, nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur quovis modo, hortans insuper in domino & requirens ecclesiasticos prælatos, in illis partibus in quibus committerentur talia constitutos, ut legem imperialem hujusmodi per eorum ecclesias & synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi per simulatam ignorantiam, suam valerent in hac parte malitiam excusare, prout in constitutionibus & sanctionibus conciliorum & Honorii prædictorum ac imperialibus præfatis plenius continetur.

Cum autem, sicut lamentabili querela dilectorum ecclesiæ filiorum abbatis & conventus monasterii sanctorum Cornelii & Cypriani * Ninivensis, Præmonstratensis ordinis, Cameracensis diœcesis, decani & provisoris, singulorumque beneficiatorum cum cura & sine cura, decanatus ruralis Vvalacriæ Trajectensis diœcesis, nuper accepimus, quod nonnulli principes, duces, comites, barones, milites, communitates, & alii sæculares potestates, earumdem constitutionum, & sanctionum canonicarum & legalium forsan ignari, contra ipsas a decano & provisore singulisque beneficiatis prædictis, ab abbate, monachis & conventu monasterii prædicti, eorumdemque subditis, communiter vel divisim, C forsan tallias & gabellas, ac alias exactiones illicitas hactenus extorserunt, & adhuc extorquere nituntur, ac etiam bona ipsorum communiter vel divisim decani vel provisoris, singulorumque beneficiatorum prædictorum invaserint, arrestaverint, occupaverint, detinuerint, & suis usibus applicuerint, nec non occupare, invadere, arrestare, detinere, ac etiam eisdem suis usibus applicare similiter de facto præsumant in animarum suarum periculum, nec non decani & provisoris, singulorumque beneficiatorum prædictorum, abbatis & conventus monasterii prædicti, eorumdemque subditorum hujusmodi conjunctim & divisim, non modicum præjudicium atque damnum: D nos in præmissis decano & provisori, singulisque beneficiatis prædictis, abbati, monachis & conventui monasterii prædicti, eorumdemque subditis, præsentibus & futuris communiter & divisim, de opportuno remedio providere volentes, discretioni vestræ tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus vos vel duo vel unus vestrum per vos vel alium seu alios, decano & provisori, singulisque beneficiatis prædictis, abbati, monachis & conventui monasterii prædicti, eorumdemque subditis prædictis, contra quoscumque transgressores & violatores constitutionum & sanctionum earumdem, cujuscumque status, dignitatis & excellentiæ fuerint, efficacis defensionis auxilio assistentes, non permit- E tatis eos contra canonicas & legales sanctiones & constitutiones hujusmodi indebite molestari. Nec non easdem constitutiones & sanctiones, ubi & quando expedire videritis, solenniter publicantes, faciatis transgressores & violatores hujusmodi, prout justum fuerit, ac ubi & quoties expedierit, tamdiu execratos & anathematizatos publice nuntiari, donec ab earumdem talliarum, collectarum, impositionum, & quarumlibet extorsionum, nec non bonorum decani & provisoris, singulorumque beneficiatorum prædictorum, abbatis, monachorum, & conventus monasterii prædicti, ac eorum subditorum invasione, arrestatione, occupatione, detentione & applicatione omnino desistant. Nec non etiam A efficaciter restituant eisdem decano & provisori, singulisque beneficiatis prædictis, abbati, monachis & conventui, eorumque subditis monasterii prædicti occasione præmissorum per eos communiter vel divisim læsis seu gravatis, tallias, gabellas, & exactiones ipsas, ac etiam bona ipsorum decani & provisoris, singulorumque beneficiatorum prædictorum arrestata, occupata, detenta & applicata, communiter & divisim: ipsis autem quæ per se vel alios illo prætextu quomodolibet receperint, imo verius temere & illicite usurpaverint, a se libere omnino relaxent, ac in manibus vestris juraverint quod de cetero talia non committent, & ea committentibus non præstent auxilium, consilium vel favorem, con- B tradictores per censuram ecclesiasticam & alia juris opportuna remedia compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Ceterum si forsan hujusmodi transgressorum, aut violatorum, vel ea fieri mandantium, ipsisque consentientium seu dantium in illis per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, præsentia præmonitionibus & requisitionibus per vos de ipsis fiendis tute, secure vel commode haberi nequiret, nos vobis monitiones & requisitiones hujusmodi ac citationes quaslibet per edicta publica in locis affigenda publicis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam dictorum citatorum & monitorum hujusmodi pervenire C valeant, faciendi plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem: volentes quod monitiones, requisitiones & citationes hujusmodi perinde ipsos citatos, requisitos & monitos (ut præmittitur) * arctent, ac si eis factæ insinuatæ præsentialiter & personaliter extitissent: non obstantibus statutis piæ memoriæ Bonifacii papæ VIII. quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diætam a fine suæ diœcesis ad judicium evocetur: seu ne judices extra civitatem & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel aliis vices suas committere, seu aliquos ultra unam diætam a fine diœcesis eorum- D dem trahere præsumant: dummodo ultra duas diætas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, ac de personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, quam aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat: quod interdici, suspendi, vel execrari, vel extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Basileæ * duodecimo Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

Locus obscurus, quales supra & infra plures.

* arceant.

* xvi. Kalendas Julii.

XXXII.

Bulla prærogativarum concessarum incorporatis concilio, expedita pro domino archidiacono Metensi.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

QVANTO personæ ecclesiasticæ universali ecclesiæ servitutem exhibent, tanto pluribus eos convenit sermonibus & præsidiis communire, ut per hoc ab indemnitatibus & oppressionibus expediti, ad ea quæ ad ipsius ecclesiæ salutem & felicem statum complectendum pertractanda habentur, nobis-

 cum

cum animos valeant liberius applicare. Vnde illis, A per quæ status ipsorum postergari simul & perturbari posset, ope nostra est consultus occurrendum. Sane dudum sanctissimus dominus Eugenius papa IV. intendens Romanam curiam pro tempore sequentes specialibus favoribus & antelationum prosequi prærogativis, voluit, statuit atque decrevit, quod omnes & singuli, qui tempore vacationis beneficiorum sub expectativis, quas eis ipse dominus Eugenius papa concessit, gratiis comprehensorum in dicta curia præsentes & antea per sex proxime præteritos menses illam continuo secuti forent, in assecutione quorumlibet hujusmodi beneficiorum, quæ tunc vacantia rite acceptarent, & de quibus provideri eis facerent, omnibus, cujuscumque dignitatis, status, gradus, vel ordinis, etiamsi in processibus desuper habitis diligentiores & in canonicos recepti essent, sub pari vel minori data gratias B expectativas habentibus, & tunc a dicta curia absentibus, præterquam præfati domini Eugenii papæ familiaribus, continuis commensalibus, in cancellaria apostolica descriptis omnino præferrentur, & alia diversis privilegia & antelationum clausulas concessit, gratias expectativas ab eo obtinentibus. Nos itaque ad multiplicia labores & studia eorum qui nobiscum in vinea domini pro hæresibus extirpandis, pace procuranda fidelibus, ac reformatione ecclesiastici status soliciti obsequio fortiuntur & perferunt, nostræ considerationis convertentes intuitum, dignumque censentes ex hoc personas ipsorum, meritis fructuosisque laboribus pensatis æquo libramine, condignis fore favoribus prosequendas, horum consideratione inducti, volumus & auctoritate universalis ecclesiæ præsentium tenore statuimus, decernimus pariter & ordinamus, quod præfati soliciti, & nostræ congregationi incorporati, nec non ipsorum familiares, eorumdem obsequus insistentes, quamdiu corporati nobiscum actualiter, & familiares in obsequiis hujusmodi perstiterint, in assecutione beneficiorum quorumcumque, quæ ipsi expectativarum eis a sede apostolica concessarum gratiarum vigore legitime acceptaverint, & de quibus sibi provideri fecerint, omnibus & singulis, ac illis similibus antelationibus & prærogativis, quibus prædicti in eadem curia præsentes, illamque sequentes, ut præfertur, adminiculantibus eis voluntate atque ipsius domini Eugenii statuto & decreto prædictis, quomodolibet potiuntur & gaudent, uti valeant pariter & gaudere: quodque etiam interim soliciris, incorporatis, & familiaribus præfatis nullum prorsus per hujusmodi voluntatem, statutum atque decretum dicti domini Eugenii papæ, ut præfertur, edita, nec non privilegia seu antelationum clausulas quibusvis, præterquam suis familiaribus continuis commensalibus concessa, præjudicium generari possit, aut debeat, quo minus ipsi juris communis insecuto tramite, beneficia ipsa dictarum suarum vigore gratiarum assequi possint, & etiam obtinere. Super quo juris ejusdem in judicio & extra volumus stari judicio & dictamini, illudque inter solicitos, incorporatos, & familiares, nec non præsentes & sequentes prædictos, & quoscumque alios hincinde penitus observari, non obstantibus prædictis & aliis voluntate, statuto, privilegiis, clausulis, atque decreto ipsius domini Eugenii papæ, etiamsi de illis præsentibus habenda foret mentio specialis, quæ quoad solicitos, incorporatos & eorum familiares, ac alios prædictos, quoadusque perstiterint, ut præfertur, volumus haberi pro factis, nulliusque roboris vel momenti, ac constitutionibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, decreti, & ordinationis hujusmodi infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesiæ se noverit incursurum.

Datum Basileæ, decimo octavo Kalendas Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

B. Bunscheten.

XXXIII.

Epistola synodalis concilii, qua instituuntur indulgentia in venerationem sacramenti corporis Christi.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans.

PLASMATORI omnium simul & redemptori Deo omnipotenti laudes debitas, & pro immensis ipsius singulis impensis beneficiis gratiarum actiones a suis fidelibus tunc digne illi exigere credimus, si vota relinquamus eisdem, quæ ad ipsorum concessa sunt salutem animarum, ut exinde fideles ipsi & corde & animo exultantes, ipsorumque in humilitatis spiritu mentibus præparatis, participes fieri mereantur æternæ felicitatis. Hinc est, quod nos quarumdam literarum per sanctissimum dominum Eu- C genium papam IV. super veneratione sanctissimi corporis domini nostri Iesu Christi, & adjectione dierum totidem diebus fidelibus cunctis de injunctis eis pœnitentiis per felicis recordationis Martinum papam V. prædecessorem ipsius sub certis modo & forma relaxatis concessarum, tenorem ad dilecti ecclesiæ filii, &c. supplicantis instantiam, de originalibus ipsius Eugenii literis transsumi, & præsentibus annotari fecimus, qui sequitur in hæc verba:

Eugenius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

D Excellentissimum corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi sacramentum, quod, appropinquante passionis ejus hora, dominus ipse signo præcipui, quo nos dilexit, amoris salubriter instituit, ejusque commemorationem sacratissimam jugi mentis exultatione contemplantes, ad hoc inter singulos hujusmodi mercatos sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus, ut illi condignis assurgentes laudibus sua frequentius ad ipsius venerationem sacramenti corda dirigant, & eo quo habetur corporalis præsentia salvatoris viatico, fructus vitæ complectentes æternæ, cælestia conscendant, ipsum, qui se nobis in edulium tribuit, perpetuo conspecturi. Sane dudum piæ memoriæ Vrbanus papa IV. E prædecessor noster, ad orthodoxæ fidei corroborationem & exaltationem digne & laudabiliter statuens, ut de tanto sacramento, præter illam quæ dietim in ecclesia fieret, annuatim memoria solenniot & specialior haberetur, & ad celebrandum ejus tam excelsum tamque gloriosum festum, quintam post octavam pentecostes feriam designans, ac Christi fideles quoslibet ad colendum illud donis spiritualibus animare volens, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui in matutinali officio festi ejusdem in ecclesia, in qua illud celebraretur, interessent, centum; qui vero missæ, totidem; & qui in primis ipsius festi vesperis, similiter centum; qui autem in secundis, totidem; illis vero qui primæ, tertiæ,

tertiæ, sextæ, nonæ, & completorii horarum officiis, pro qualibet ipsarum, quadraginta; eis autem qui per octavas ipsius festi matutinalibus, vespertinis, missæ, ac prædictarum horarum officiis interessent, singulis octavarum ipsarum diebus similiter centum. Et subsequenter felicis recordationis Martinus papa quintus etiam prædecessor noster, fideles eosdem ad impertienda pro veneratione sacramenti hujusmodi potiora reverentiæ & devotionis exercitia firmare cupiens, singulis ex eis vere pœnitentibus & confessis, qui & quoties in ipsius sacramenti profesto jejunium, vel loco illius aliud pium juxta suorum consilia confessorum opus facerent, etiam centum: & qui præmissis in ecclesiis, in quibus illa celebrari contingeret, officiis interessent; nec non episcopis, & aliis prælatis superioribus, qui dictis officiis libenter interessent, sed quo minus eis in ipsis ecclesiis interesse possent, pro conservandis suarum dignitatum juribus, & alias tunc legitime impeditis, pro matutinali ducentos, & pro missæ officiis totidem, ac pro qualibet vesperarum etiam ducentos, reliquarum vero videlicet primæ, tertiæ, sextæ, nonæ & completorii festi, octoginta: rursus autem in quibuslibet octavarum diebus pro singulis matutinalium, missarum, & vesperarum, similiter centum; nec non reliquarum horarum officiorum hujusmodi, quadraginta: illis præterea, qui processiones, in quibus ipsum vivificum sacramentum dicto festo juxta præfatarum ritus ecclesiarum deferretur, continuo secuti forent, ac quibuslibet in festo & octavarum diebus hujusmodi pro pace & tranquillitate ecclesiæ missas devote celebrantibus, pro singulis ipsarum, nec non aliis in eodem festo eucharistiæ sacramentum devote sumentibus, etiam centum singulis annis. Profecto vice qualibet eis, qui dum corpus dominicum, communicandis deferretur infirmis, illud cum incenso luminari præcedendo vel sequendo veneratentur, similiter centum. Et qui tunc illud alias devote secuti forent, quinquaginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxarunt. Ac etiam ipse Martinus prædecessor, quod in festo & diebus octavarum hujusmodi in terris & locis ecclesiastico quavis auctoritate suppositis interdicto pulsatis campanis, januis apertis, & alta voce excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis, ut citius reconciliari studerent, admissis, & illis qui causam vel occasionem hujusmodi interdicto dedissent altari tunc nullatenus appropinquantibus, missæ & officia præmissa licite celebrari possent, auctoritate apostolica duxit concedendum. Nos vero, quos interim ad summi apostolatus apicem divina clementia provexit, etiam pro frequentiori veneratione sacramenti, summis gestientes affectibus nostri partes ministerii salubriter impartiri, nec non relaxationes & concessiones prædictas apostolici robore muniminis notioni ipsorum fidelium committentes, præmissis per eundem Martinum prædecessorem, ut præfertur, relaxatis diebus, alios totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus consequendos adjicimus per præsentes. Et insuper universos patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & alios ecclesiarum prælatos monemus & exhortamur in domino, ac eis per apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, & in remissionem peccaminum injungimus, ut per se vel alios eorum subditos per singulas suarum civitatum & diœcesum ecclesias in dominica festum & festum prædicta proxime præcedente, salutaribus ad venerationem potissime sacramenti hujusmodi monitis & exhortationibus præsentium, quarum etiam tenor inter matutinales festi, nec non dierum octavarum hujusmodi lectiones recitetur, literarum continentiam & effectum publicare & insinuare procurent, ut ejusdem sacramenti suffragante mysterio subditi & fideles ipsi spiritualium gratiarum uberiori fulciantur augmento, & ab illo, qui se pro ipsis immolavit hostiam, post hujus vitæ cursum ad gloriam perducantur æternam. Verum, quia difficile foret hujusmodi literas singulis exhiberi, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumpto, manu publica & sigillo alicujus episcopalis vel superioris ecclesiasticæ curiæ munito, tamquam præfatis (si originales exhiberentur) literis plena fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si originales literæ forent exhibitæ vel ostensę.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, septimo Kalendas Junii, pontificatus nostri anno tertio.

Nos igitur volumus, & auctoritate universalis ecclesiæ decernimus, quod tenori hujusmodi, ubicumque exhibitus fuerit vel ostensus, & præsentibus in omnibus stetur firmiter, & adhibeatur plena fides, sicut eisdem literis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ notificationis & commotionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesiæ se noverit incursurum.

Datum Basileæ quinto Nonas Iulii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

XXXIV.

Contra collectores cameræ apostolicæ.

Sacrosancta, &c. dilectis ecclesiæ filiis, universis & singulis collectoribus & subcollectoribus fructuum & proventuum cameræ apostolicæ, aut universalis ecclesiæ debitorum per Germanicam nationem, sive apostolica sive nostra auctoritatibus hincinde constitutis, tam præsentibus quam præteritis & futuris, conjunctim & divisim, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

QUONIAM ab initio congregationis nostræ præcipua nobis cura est recens, proh dolor, illud Bohemorum antiquumque Græcorum dissidium prorsus extinguere; (qua autem ordine ad utraque hęc tamquam fortissima efficaces manus jam misérimus, liquido constat universis) sed cum ad ea Spiritus sancti gratia salubriter peragenda diversa & inevitabilia subire oporteat onera expensarum, quę procul dubio ærarii nostri jam fere evacuatis facultatibus soli supportare nequimus, hinc desuper maturę considerationis intuentes scrutinio, nedum aurum quodcumque habet ecclesia, sed & cujuslibet catholici corpus & animam pro tanto reductionis bono censuimus exponenda. Cum itaque pridem inter alia synodica nostra decreta salubriter statuerimus, de cetero occasione annatarum communium, & minutorum servitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut sub quocumque alio titulo, colore vel nomine tam in Romana curia quam alibi, pro ecclesiarum, dignitatum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque assecutione, ante vel post, exigi nihil penitus debere aut promitti, quemadmodum in nostro decreto desuper confecto plenius continetur: & nunc solum superest, ut hactenus dicta occasione exacta ad Dei laudem pro ecclesię universalis supportandis expensis

sis & oneribus prædictis utiliter expendantur. Idcirco vobis omnibus & singulis conjunctim & divisim in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis sententiæ pœna, quam, nisi mandatis nostris hujusmodi parueritis, ferimus in his scriptis, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra viginti dies post præsentationem præsentium vobis conjunctim & divisim, publice vel occulte factam, immediate sequentes, quilibet vestrum ita per se vel alium ad hoc specialiter constitutum ad nos veniendi iter arripiat, & inceptum continuet sine fraude cum quaterno quem de gestis, receptis & expositis per eum in suæ collecturæ aut subcollecturæ officio, toto ejusdem officii tempore conscripserit, dilectis ecclesiæ filiis deputatis nutu nostro desuper per nationem Germanicam calculum, computum & rationem de gestis, receptis & expositis hujusmodi redditurus, soluturusque & præsentaturus fideliter cum effectu eisdem deputatis pecuniam omnem tempore præsentationis præsentium collectam & restantem in hujusmodi officio: & deinde congruentibus terminis apud eosdem acceptandis in eodem officio colligendam pecuniam, de qua a jam obligatis colligenda etiam sub dicta pœna disponat per se vel alios nihilo minus diligenter. Ut autem in his exequendis vobis collectoribus & subcollectoribus prædictis conjunctim & divisim nulli prorsus præstetur impedimentum, universis & singulis personis spiritualibus & sæcularibus, cujuscumque, etiamsi regalis, cardinalatus, vel pontificalis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, sub dicta excommunicationis latæ sententiæ, collegiis vero & universitatibus quibuscumque, sub interdicti ecclesiastici, quod etiam in contrafacientes ferimus in his scriptis, pœnis, districte præcipiendo mandamus, quatenus omnem pecuniam pro dicta cameræ apostolicæ aut domino papa sive nobis collectam, apud eos aut eorum alterum seu alios sui mandato forsan depositam, vel alias quomodolibet existentem & deponendam, postquam deposita fuerit, vel alias apud eos exstiterit, quam, si quævis etiam apostolica sive dicti domini papæ auctoritate apud eos aut vos sive aliquem vestrum forsan nunc aut in futurum de jure vel de facto arrestata foret, præsentibus omnia & singula mandata, inhibitiones & processus, quascumque censuras sive pœnas ecclesiasticas aut sæculares continentia, in contrarium forsan facta vel fienda, cassando, tollendo, irritando & revocando, dearrestamus: vobis collectoribus & subcollectoribus, conjunctim & divisim, intra trium dierum spatium a tempore notitiæ præsentium immediate sequentium, tradant & assignent, ac ad nos per dictos deputatos, ut præmittitur, fideliter deferri permittant & adjuvent, nec impedimentum quodcumque sive qualecumque circa hoc, vel etiam ut nondum collecta pecunia hujusmodi colligatur, & ut præmittitur, deferatur, quomodolibet præstent, aut præstari procurent, quovis quæsito colore, directe vel indirecte, publice vel occulte. At vero si (quod absit) vos aut quisquam prædictorum hujusmodi nostris mandatis non parueritis, vel non paruerit cum effectu, hunc & omnes in contrarium facientes præsentium tenore peremptorie citamus, & absque alterius adminiculo executionis citatum habere volumus, quatenus quadragesima die post notificationem præsentium sibi publice vel occulte factam, de qua ad hoc jurati nuntii nostri relatione simplici stari debere decrevimus, si dies ipsa juridica fuerit: alioquin prima juridica extunc immediate sequenti coram auditore curiæ cameræ nostræ ante ejus locumtenente, cui desuper & etiam contra obligatos, & non solventes, exemptos & non exemptos, quoscumque, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis, ut præmittitur, existant, specialem præsentibus tradimus potestatem, Basileæ in judicio compareant, ad videndum & audiendum se pœnas supradictas incidisse, per eumdem auditorem vel ejus locumtenentem declarari, & alias contra se ad fiscalis procuratoris nostri instantiam, ad graviores pœnas & censuras, etiam usque ad privationem beneficiorum & privilegiorum omnium, quæ forsan conjunctim vel divisim obtinent, inclusive absque citatione procedi, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, VIII. Idus Augusti, anno a nativitate domini 1435.

AMBASIATORUM CONCILII BASILEENSIS EPISTOLÆ AD DIVERSOS SCRIPTÆ, tractatusque cum Bohemis ac Græcis habiti.

XXXV.

Epistola missa Bohemis per ambasiatores seu legates concilii.

Universis viris ecclesiasticis & toti populo regni Bohemiæ frater Ioannes Nider, prior domus Prædicatorum Basileensium, & frater Ioannes de Mulbrun, ordinis Cisterciensis, sanctæ synodi Basileensis pro certis suis & præsertim infra scriptis negotiis humiles nuntii, pacem quam secundum Deum optatis.

ETSI cupitæ rei quæque expectatio aliquid ex mora pœnæ contineat, differentius tamen, & potissimum in ea quæ in periculo versatur salutis, multum anxietatis habere videtur admixtum. Cum igitur dicta sancta & inclyta congregatio exortum inter nos dissidium in noxam animarum Christi sanguine redemptarum vergere dolenter conspiciat, & tantam jacturam cum innumeris aliis inde provenientibus damnis & incommodis velut pia mater deplangat, salutemque vestram omni ardenti desiderio (prout ex ipsius digito Dei compositis literis perpendere potestis) expetat & expectet, modicum sibi hactenus fecisse videtur, eo quod universitati vestræ trinas ejusdem continentiæ literas transmisit, nisi quadruplicatis eisdem nos binos cum eis nuntios pro rerum gerendarum expeditiori prosecutione, ne quod tam avide desiderat præter spem longius protrahatur, emitteret. Oblatam ergo a tam piis & pacificis mentibus viam & gratiam, futuri mox in Christo carissimi, ne parvipendatis, sed tamquam ab angelo pacis cælitus annuntiatam reverenter cum præsentibus (quæsumus) accipiatis, & ad componendum ea quæ unitatis & pacis sunt ocius oratores instruite, nuntios confestim dirigite ad nos bona & pura fide. Iuxta commissum ac etiam consilium, auxilium, & favorem eorum, de quibus indubiam gerere potestis fidem, vestris mittendis de tam sufficienti & rationabili securitate veniendi, standi, redeundi, & singula sibi a vobis rationabiliter imposita agendi & prosequendi, nomine & mandato dicti sacri concilii providebimus, quod merito poteritis & debebitis manere hac parte contenti. Et si adhuc cautius & citius providendum ac provide tractandum mittere ad nos huc aliquos decreveritis, cum eis super hoc more pacificorum in omni mansuetudine & securitate agemus,

agemus, & ipsorum adventum (si nos de hoc citius certificare curaveritis, usquequo dicti patres & domini nostri de concilio indulgebunt) libenter præstolabimur. Rogamus tamen affectione qua possumus, & hortamur in domino, quatenus pro vestrorum cavenda securitate, pro nostra adinvicem redintegranda in benevolentia societate, tales & tam rationabiles vias & modos concipere & offerre, & hujusmodi ex adverso oblatos recipere & admittere studeatis, ut evidenter appareat quod ea quæ veritatis sunt bono & decenti ordine quæritis. Absit ut, cum de concordia fidei & simplici intentione intendimus, quocumque * involuto aut contextu verborum quæ juste & rationabiliter expeti, aut secundum honestatem reddi de facili non possint, exigere, aut pacem simulare, bonaque & sanguinem nostrorum aliquatenus smodo sitire, videamur. sed rationabilibus & parabilibus in lenitate contenti ad inveniendum & dandum requiem animabus mutuo conveniamus. Quantocius etiam fieri poterit, mittite quos missuri estis, ne pro nimia dilatione sanctum & necessarium reformationis opus, de quo inter reliqua principaliter & efficaciter missa ad aratrum manu nunc agitur, aliquatenus retardetur. Melius enim est, & haud dubium salubrius, viriliter se in communi contra vitia, quibus expugnamur, erigere, fœdus cum virtutibus & proximis pacisci, quam sanguinem fundentes, & animas periclitantes, crudeliter se in alterum armare. Exurgamus adhuc, & quæ retro sunt, quantum cum domino possumus, injuriarum & offensarum obliti, Deo reconciliari in ea quæ antea sunt pacis fœdera toto nisu conemur: nec vos, nec quemquam decet ad res caducas inordinata quæque affectio, aut deterreat ex præteritis, qualitercumque gestis, inflicta forsan & non * parata passio. Si ipsi condicenda inter nos pacta bona fide servaveritis, non erit qui ex vobis quemquam injuste aliquatenus offendat, cum omnes, qui in Christianismo sunt, securitatem, quam in verbo præfati concilii pollicentur, indubitanter præstabunt. Confidentes ergo venite in domino, nihil hæsitantes, confidimus, quoniam si secundum depositionem, qua concilium sumpsit in rectis & simplicibus viris, & ordinato procedendi modo, exordium, vestra cooperatione, si opportune vocetis (tel·dis sive concordatis teliquis, quibus a nobis unumque discrepare videmini) formationem disciplinæ ac morum, in nimium, proh dolor, in populo Dei collapsorum, cum bonæ voluntatis hominibus, pota & simplici intentione promovere curaveritis, mundus de fructu gloriosorum hujusmodi laborum Lætabundus prosperabitur, & votivum in virtutibus & donis gratiæ sumet incrementum, ac in pace tandem bona pectoris & temporis, æternæ pacis auctorem cocinent & jubila voce laudabit: quia malis pœnalibus, quibus nos, ne flamma vitiorum exuberet & exuperet, clementer hucusque pungi permisit, & profectum nostrum, sicut novit, diganter promovit, ac cum tentatione proventum salutarem effecit, ut seminantes in lacrymis, meritorum manipulos proferentes, præmia gloriæ in patria metamus gaudentes. Præstet homo natus & datus nobis parvulus Iesus Christus dominus noster, qui et nos unanimes & gloriosos in domo sua efficeret, seipsum usque ad infima carnis nostræ & ignominiam crucis exinanivit, suaque tanta & inaudita a sæculis humilitate nomen, quod est super omne nomen, in quo & nos salvos fieri oportet, promeruit. Humiliemus & nos, mins præceptoris vestigia imitantes, animas nostras, non alta sapientes, sed simplicibus consentientes, ac ea, quæ recta,

* involucro

* pacata

A quæque vera & facta sunt, sine invidia alter alteri communicemus, & jucundam procul dubio (prout in via datur) vitam agemus, quam vitæ jucunditatem nulla usquam petituræ rei quamlibet lata possessio poterit recompensare. Speramus, sicut oramus & optamus, quia novus agnus, imo novus ipse omnis laudatæ novitatis promotor, novum vobis spiritum, pro sua laude, vestra salute, & fidelis populi nova de vestra ad se in pace accessione lætitia, misericorditer inspirabit, ut sic bonis & donis ejus exhilarati & infusi, gratum nobis super præmissis, sicut desideramus, & anheli expectamus, responsum pro vestra urbanitate quantocius demanderetis.

Datum Nurembergis, sub impressione sigilli nostri fratris Ioannis prioris memorati, quo & ego frater Ioannes Mulbrun in testimonium præmissorum
B secum utor ad præsens, die quinta Ianuarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

XXXVI.

Epistola legatorum concilii Basileensis in Nurenberga existentium ad Bohemos directa.

AMPLIOREM, spectabiles viri, redintegrandæ inter nos pacis spem vestris e literis concepimus; supplices proinde dominum rogantes, quatenus quod salubre in vobis utrimque pro sua laude, & nostra adinvicem renovanda in sinceritate fidei
C dilectionis unanimitate, incepit, ipse, qui vinculum est & osculum pacis, perficiat, perfectumque insolubiliter firmet. Erat flagranti, qui in nobis est hac parte, affectui qualicumque pro viribus effectu respondeamus, parati sumus (ut repetitis) caritativum vestrum & finale (ut verbis vestris utamur) in destinatum diem non modo patienter, sed & gaudenter præstolari responsum; nihil dubitantes quin & hæc sacrosancta Basileensis synodus, digesto vestrorum scriptorum auditu tenore, laudabit & probabit eum, vestramque excusationem, tamquam rationabilem, favorabiliter admittet, & promissum responsum æquanimiter expectabit. De procuranda vero vestrarum literarum bajulis ac nunniis securitate circum-
D spectis & providis viris consulatus Egrensis, tamquam viris reconciliatoriis, & fidis hac parte mediatoribus, confidenter pro parte dicti sacri concilii scripsimus, supplicantes, quatenus hujusmodi singulares & simplices vestros ad nos dirigendos nuntios eo quo requisierint, aut opus fuerit loco favorabiliter & pacifice recipiant, & salvos ad nos usque perducant. Nobiscum autem, quamdiu commissa negotia flagitabunt, inoffensi manere poterunt, & licentiati deinde ad vos salvi, ut indubitanter speramus, redire. Si quid amplius hujusmodi portitorum assecuratio deposcat, apud dictos dominos de Egra requirat. Et credimus quod in hoc vestræ providentiæ ac vestris non deficient, etiamsi in se onus
E ad literas vestras præsentandas ipsi assumere non deberent. Postquam autem insignes & celebriores ad dictum concilium ad nos mittere decreveritis oratores, tunc juxta consilium & auxilium potentum & principum, qui se ad hoc hactenus nobis, ex parte memorati concilii requirentibus, benevolos & obsequiosos obtulerunt, & amodo (ut confidimus) exhibebunt, taliter providere conabimur, ut secundum condicenda inter nos pacta, & humanam conjecturam, merito remanere debeatis hac parte contenti: hoc solum caritate non ficta nec subdola suasione commonentes, ut salutis acceptabile tempus fructuosis mutuo & expeditis tractatibus redimamus. Sicque nos ad alterutrum

non fronte minaci vultuque torvo, sed placatis & A placidis animis calubeamus, ut non in vanum nobis hoc sero (quod absit) plangamus dilapsum.

Datum Nurenbergis, XII. Februarii, anno 1432.

XXXVII.

Sequuntur certæ promissiones factæ per ambasiatores sacri concilii.

Nos, &c. sacrosanctæ generalis synodi Basileensis in Spiritu sancto legitime congregatæ, universalem ecclesiam repræsentantis, ad serenissimum imperatorem Romæorum & reverendissimum patriarcham Constantinopolitanum ambasiatores & nuntii, ad ea quæ in dicta sancta synodo pro unione ecclesiarum Christi perficienda conclusa sunt B exequendum specialiter destinati, ejusdem sanctæ synodi ad ea quæ pacis sunt & unitatis, firmum propositum cognoscendum vice & nomine ejusdem, tenore præsentium literarum, promittimus dare & cum effectu exhibere, quam citius fieri poterit, vel saltem per galeas, quæ venturæ sunt, pro recipiendo ad concilium venientes serenissimum imperatorem & reverendissimum patriarcham, præfata capitula, quæ in eadem Basileensi synodo pro pace & unione ecclesiarum Christi hincinde conclusa sunt & firmata sub bulla plumbea consueta dictæ sanctæ synodi, & sub tenore de verbo ad verbum, qui sequitur & est talis: Sacrosancta, &c. Quia ambasia- C tores nostri, &c.

Item promittimus nomine ut supra dare præfatis serenissimo imperatori & reverendissimo patriarchæ quam citius poterimus, vel saltem per præfatos galeas salvumconductum sub bulla (ut præmittitur) & sub tenore de verbo ad verbum, qui sequitur: Sacrosancta, &c. Quia auctore domino, &c.

Item promittimus, quod dicta sancta synodus procurabit salvosconductus similiter per galeas destinando præfatis serenissimo imperatori & reverendissimo patriarchæ a dominis civitatis & patriæ, in quibus futura universalis & œcumenica synodus Deo auctore celebrabitur. Et similiter ab omnibus dominiis & territoriis obedientiæ eccle- D siæ nostræ occidentalis, per quæ sive eundo sive redeundo transituri sunt, munitos & roboratos modo consueto patriarum & dominiorum, firmiori modo quo fieri poterit, tenoris qui sequitur, & est talis, &c.

Item promittimus, quod dicta sancta synodus Basileensis sub bulla sive in bulla salviconductus, dandi (ut præmittitur) per eamdem sanctam synodum, declarabit decem capitulis contentum in decreto, ubi dicitur, Item quod in omnem eventum prædicta omnia utique adimpleantur, debere intelligi, vel intelligendum fore, sive unio sequatur, sive non, in dicta sancta synodo œcumenica, &c. In quorum omnium, &c.

Datum Constantinopoli in monasterio sancti E Georgii protunc habitatione nostra, XXV. Novembris, anno a nativitate domini 1435.

XXXVIII.

Copia promissionis eorumdem ambasiatorum.

Nos frater Ioannes de Ragusio, ordinis fratrum prædicatorum, professor, & in sacra pagina magister, Henricus Menger decretorum doctor, canonicus Constantiensis unus ex ambasiatoribus sacrosancti generalis concilii Basileensis, & Simon Fierun in sacra theologia baccalaureus, canonicus Aurelianensis, circa proœmium dicimus, quod nunquam A fuit de intentione sacri concilii per aliqua verba in dicto proœmio posita diminuere honorem ecclesiæ orientalis aliquo modo: nec ex aliquibus verbis in eo positis debet aliquis scandalizari. Dicimus ulterius, quod si ambasiatores ipsorum vel ante promulgationem decreti vel post, aut in recessu eorum fecissent aliquam mentionem de dicto proœmio, vel de aliquibus in eo contentis, per sacrum concilium debitum fuisset appositum remedium. Verumtamen quia non placuit dictum proœmium, nec placet dominis ecclesiæ orientalis, nos cognoscentes ferventissimum desiderium & promptissimam voluntatem, sanctamque intentionem dictæ sanctæ synodi ad unionem & pacem ecclesiarum B Christi, contenti sumus & promittimus, capitula in eadem sancta synodo conclusa dare & exhibere sub bulla plumbea sacri concilii, & sub tenore, prout in literis nostræ promissionis continetur.

Ego Ioannes de Ragusio. &c. subscripsi me manu propria, &c.

Ego Henricus Menger, &c. subscripsi me manu propria, &c.

Ego Simon [a] *Freiron, &c. subscripsi me manu propria, &c.*

[a] *Supra scribitur Fieron*

XXXIX.

Propositio ambasiatorum concilii Basileensis facta Constantinopoli coram serenissimo imperatore Græcorum. C

PRIMA PARS.

Maiestas vestra, serenissime imperator, licet omnium virtutum officiis dedita sit, & totius honestatis moribus adornata, nihil tamen regali dignitati vestræ decentius est, nihil imperiali vestræ majestati amplius convenit, quam procurare pacem ecclesiæ sanctæ catholicæ. Neque enim (ut egregius doctor Augustinus ait) Christianos reges vel imperatores felices esse dicimus, quia diutius imperant, vel quia filios suos regnantes & imperantes placida morte relinquunt, vel quia hostes reipublicæ D potenter domant; quoniam hæc & alia hujus vitæ ærumnosæ munera sive solatia gentiles & infideles principes a Deo frequenter obtinent, qui tamen non pertinent ad regnum Dei, quo tendere debent principes catholici. Sed felices reges & imperatores Christianos esse dicimus, si juste imperant, si Deum timent, si Deum colunt, si Deum diligunt, si potestatem eis a Deo datam ad dilatandum cultum Dei divinæ majestati servire faciunt. Felicem vero non immerito dixerim animam genitoris vestri piæ & recolendæ memoriæ, qui pro fide catholica & pace ecclesiæ diebus suis plurimum laboravit, Italiam, Franciam, Angliam, & plurima alia Christianitatis regna pro sancta unione ecclesiæ occidentalis & orientalis laboriosissime peragravit. Et li- E cet diebus suis illam videre non potuit, tamen desideriorum suorum meritum laborum præmium suorum non perdidit apud Deum. Felix etiam non immerito dici potest majestas vestra imperialis, felix (inquam) nunc spe futuræ beatitudinis, postea per gratiam Dei re ipsa futura, pro eo quod zelum Dei habet ad pacem ecclesiæ Dei catholicæ. Scimus enim quod majestas vestra summos pontifices nostros, præsertim dominum Martinum bonæ memoriæ, nec non sanctissimum dominum modernum solicitavit, & per plures ambasiatas requisivit, ut hoc nefandum schisma inter ecclesiam occidentalem & orientalem de medio tollerent, per quod fides catholica tantam jacturam patitur, quod infideles

totam

totam pene terram Christianorum occupare videntur. Sedubi fructus laborum vestrorum, serenissime imperator? Cur carissimus genitor vester pacem ecclesiæ videre non potuit, qui pro ea (sicut prædictum est) tot labores sustinuit? Certe ratio fundamentalis omnium per nos dicendorum hæc est, quoniam materia dissidii inter Græcos & Latinos non potest tolli, nisi per viam generalis & universalis concilii. Et quoniam summi pontifices nostri tollere illud ex seipsis sine concilio generali conati sunt, ideo ad pacem ecclesiæ proficere non potuerunt. Petierunt ob hanc causam prudentissime & quasi Spiritu Dei loquentes in sacro concilio Basileensi oratores insignes majestatis vestræ, videlicet dominus Demetrius, Isidorus abbas monasterii sancti Demetrii, & Joannes Dissipatus, fieri concilium œcumenicum, id est universale, ex utraque ecclesia occidentali & orientali congregatum, duo coram patribus præfati concilii confirmantes et affirmantes: Primum, quod absque tali concilio œcumenico non posset tolli dissidium. Secundum, quod si fieret, ipsa unio, ut sperabant, votivum sortiretur effectum. Quoniam quidquid per utramque ecclesiam ibidem congregatam esset Deo inspirante diffinitum, firmiter crederetur, & usque in futura semper sæcula integre & inviolabiliter teneretur. Narraverunt etiam devotionem grandem, quam majestas vestra imperialis semper habuit ad pacem ecclesiæ. Retulerunt etiam ferventissimum zelum, quem reverendissimus in Christo pater dominus patriarcha Constantinopolitanus gerit pro sancta unione; cujus devotionis non parva indicia dedistis, quando rogati per dominum episcopum Sudensem & magistrum Albertum de Crispis ambasiatores sacri concilii, ut oratores vestros ad præfatum destinaretis concilium, libenter assentientes, vos viros insignes ad hoc sanctum opus unionis conficiendum designastis, quibus honorifice receptis, *&c.* & in concilio auditis, pro eo quod hæc sancta unio fine practica fieri non poterat, statim per sacrum concilium deputati sunt ex majoribus cardinales præfidentes sedis apostolicæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, doctores & magistri in numero competenti, qui una cum prædictis oratoribus multis diebus convenientes, & rem istam mature tractantes, devenerunt ad certa capitula, quæ secundum morem ipsius præfati concilii Basileensis fuerunt per quatuor deputationes concordata, postea in generali congregatione conclusa, deinde in solenni & publica sessione, missa de Spiritu sancto in majori ecclesia celebrata, statuto sive decreto ad perpetuam rei memoriam roborata & firmata: ibique coram altari, in præsentia totius concilii, propositis sacris evangeliis & Cruce dominica, ipso domino Isidoro cum stola jurante, eadem capitula per ipsos oratores vestros jurejurando fuerunt approbata. O felix dies in qua arrham futuræ unionis & vobis dedimus, & a vobis suscepimus! Decrevit enim sacrum concilium, juxta desiderium vestrum, inter cetera capitula fieri concilium œcumenicum, id est ex utraque ecclesia congregatum, in quo unio & pax votivum sortiri possit effectum. Susceperunt etiam patres sacri Basileensis concilii loca nominata per oratores vestros pro celebratione hujusmodi concilii œcumenici, ita tamen ut optio loci ex illis nominatis maneat in beneplacito præfati concilii Basileensis, sicut patet clare & dilucide ex lege & tenore decreti. Porro intelligitur summus pontifex implicite decretis sacri concilii consentire, quando sacro concilio adhæsit, & ipsum auctoritate apostolica approbavit. Sed non fuit contentum concilium sacrum, nisi juxta petitionem ambasiatorum vestrorum ipse sanctissimus dominus noster explicitum præberet suæ sanctitatis assensum, licet insuper præsidentes sedis apostolicæ sessioni interfuerint, in qua hoc saluberrimum decretum fuit publicatum, decretationique consenserint, vigore quoque mandati sui, quidquid ipsi egerunt, actum censeri debeat ab ipso summo pontifice. Nihilo minus, prout in decreto fuerat præmissum, superaddidit sacrum concilium dominum Simonem Freiron consocium nostrum transmittere ad ipsum summum pontificem, & offerre suæ sanctitati decretum, & petere suæ sanctitatis consensum, quatenus res cum majori concordia fieret, & ad pacem, quam nos & vos desideramus, magis proficeret. Utinam, serenissime imperator, ipsum sanctissimum dominum nostrum æque digne possemus commendare, quo totum commendabilis est pro sua devotione quam gerit erga pacem ecclesiæ. Videns enim quod sacrum concilium manua apponeret efficaces ad hoc sanctum negotium, audiens etiam per organum domini Simonis, quid in se contineret decretum, ignorans quid orator suus dominus Christophorus in Constantinopoli concluderet, & quid etiam conclusisset, determinationi sacri concilii subjiciens approbavit decretum, de consensu reverendissimorum patrum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium. Reversus est itaque dominus Simon cum benedictione apostolica, deportans ad sacrum concilium literas apostolicas, expressum summi pontificis continentes assensum. Et ecce quæ facta sunt inter concilium sacrum ex una parte, & oratores vestros ex altera, circa decretum & in materia decreti. Et hæc est prima pars orationis. Dominus Heoticus mediabit.

Hic iam laudatur Eugenius.

Secunda pars dictæ propositionis.

AUDIVISTIS, serenissime imperator, per organum domini mei præloquentis, quod materia dissidii inter ecclesiam occidentalem & orientalem non potest tolli nisi per viam sacri & universalis concilii: sicut etiam majestas vestra insignis, oratores vestros insignes petivisse semper œcumenicum fieri concilium, in quo pax ecclesiæ votivum sortiretur effectum. Nunc igitur habeo declarare imperiali majestati vestræ, quare sacrum concilium viam secundam, quæ hic in Constantinopoli fuerat conclusa, noluit acceptare. Certe ratio fundamentalis hæc est, quoniam concilium œcumenicum non indicitur per capitula in illa via practicata, sed solum particulare & regionale. Dicitur enim in illis capitulis inter cetera: Fiat synodus generalis ex parte ecclesiæ orientalis ex omnibus nationibus ipsi ecclesiæ orientali adhærentibus & subjectis. Item secundum practicam illius viæ legatus sedis apostolicæ venturus erat Constantinopolim, disputaturus de differentia Latinorum & Græcorum. Manifestum est autem quod unus legatus sedis apostolicæ non potest repræsentare synodum œcumenicam ex latere ecclesiæ orientalis. Quare practica illius viæ excludit œcumenicum & universale concilium nostrum. Tamen (ut prædictum est) pro perficienda sancta unione amplius illa via secunda, si habuisset locum, & novæ divisionis erat fomentum, & majoris discordiæ præbuisset incentivum. Putasseut Græci synodum quæ per ista indicebatur capitula universalem fore debuisse, nos vero particularem & regionalem. Quis fructus sequi poterat unionis quam optamus, si de ipsa synodo, quæ fundamentum pacis & unionis esse debuerat, varia & diversa sentiamus? Certe non modo non sequebatur pax &

 unio

& unio, sed major quam unquam fuerat surgebat scissura atque divisio. Græci octavam synodum particularem & regionalem esse dicunt, nos illam quasi universalem reputamus. Quid opus est discordiam discordiæ addere, & scissuram novam antiquis divisionibus accumulare? Non sit inter nos discordia de synodo futura: si ad unionem tendimus, in fundamento concordemus. Si pacem quærimus, opus est ut fundamentum pacis iaciamus. Hæc omnia intelligentes ambasiatores majestatis vestræ, tam primi quam secundi, dimissa secunda via, acquieverunt primæ viæ, requirentes instanter sacrum concilium, ut, postquam secunda via non placebat, primam persequeretur, & decretum ad executionem deduceret. Et quoniam sacrum concilium dubitavit, an propter conclusa hic in Constantinopoli majestas vestra vellet primæ viæ acquiescere, præfati ambasiatores exhibuerunt quoddam breve imperialis majestatis vestræ, per quod majestas vestra plenam eis concessit potestatem. Quod si prædictam viam non possent a sacro concilio obtinere, insisterent totaliter primæ viæ. Asseruitque publice dominus Georgius reverendissimum dominum patriarcham Constantinopolitanum sibi dixisse inter cetera, quod si sacrum concilium nollet secundæ viæ, quæ hic fuerat conclusa, annuere, mallet persistere in prima via conclusa in Basilea; si opus esset, faceret se deferri in humeris, & propter mandatum datum primis ambasiatoribus, & jusiurandum, non discederet a promissis & conclusis. Sed & dominus Christophorus Garatonus orator sanctissimi domini nostri, qui illis diebus Basileam venerat, deportavit literas apostolicas ad sacrum concilium, in quibus sanctissimus dominus noster totum hoc sacrum negotium concilio remittebat, cujus optioni commisit; ut quam vellet viam eligeret, vel conclusam primo in Basilea, vel aliam hic in Constantinopoli conclusam: & quidquid in his per sacrum concilium deliberaretur ipse approbaret. Tandem igitur ipsum sacrum concilium, & ipsi oratores majestatis vestræ primam viam iterum firmaverunt, & determinaverunt illam prosequi, donec, Deo auctore pacis largiente, per istam viam pax reddatur ecclesiæ sanctæ. O felix hora, qua dici poterit Græcorum & Latinorum ecclesia una! O beatos oculos, quibus dominus dabit statim videre unionem! Spectant patres in sacro Basileensi concilio congregati diebus suis videre pacem ecclesiæ, pro qua orant sine intermissione. Quoniam vos & nos magnum zelum pacis habuisse ostendimus, quid superest, nisi ut bonam voluntatem per operis evidentiam ad consummationem usquequaque perducamus? Majus quod in hac re sit bona voluntas est; hanc utraque pars se habere asserit, & signis evidentibus comprobavit. Apponamus jam manus ad executionem operis. Intentio enim sacri concilii Basileensis est, ut ex parte sua non pereat unus apex vel unum jota de lege sui decreti. Quare etiam majestas vestra debet manus apponere ad hoc opus sanctissimum perficiendum, cum jam tempus habet opportunum: *ne forte*, juxta verbum salvatoris, *veniat nox, in qua nemo possit operari.* Joan. 9. Timendum est enim valde quod, si noluerimus hoc bonum operari dum tempus habemus & possumus, illud alio tempore non possimus cum voluerimus, Turcis, Tartaris, Saracenis, & aliis infidelibus justo Dei judicio occulte Christianos ita prementibus, ut etiam ad inchoandum hoc opus aspirare fas non sit. Ex quibus omnibus majestas vestra imperialis potest perpendere, quod ex justa causa & rationabili sacrum concilium dimisit secundam viam quæ fuerat conclusa hic in Constantinopoli, intenditque primam viam prosequi ad honorem omnipotentis Dei. Et hæc est secunda pars orationis nostræ. Dominus Simon consummabit.

Tertia pars ejusdem propositionis.

Meministis, (ut opinor) serenissime imperator, verbi quod ex ore imperiali processit. Promisistis in animam genitoris vestri bonæ memoriæ, & in animam vestram, nec non per fidem, quam princeps catholicus tenere debet & servare, gratum ratumque habere quidquid oratores vestri pro sancta unione ecclesiarum Christi cum sacro Basileensi concilio concluderent, sicut patet ex tenore chrysobuli vestri. Quapropter vestram exhortamur in domino imperialem majestatem, & petimus, quatenus majestas vestra, & etiam reverendissimus dominus patriarcha, velitis in personis propriis jurejurando & per bullas auream & plumbeam more solito ratificare, &c. quantum in vobis est, executioni demandare ea omnia quæ per oratores vestros plenissimo mandato suffultos in publica sessione cum ipsa sancta synodo unanimiter vosipsi conclusistis, & in altari celebrata missa de Spiritu sancto, super sanctis evangeliis solenniter firmastis. Secundo petimus, cum tempus in decreto statutum effluxerit, ne circumstantiæ rerum impediant hoc tam sanctissimum negotium, quatenus debitum tempus statuatur pro executione conclusorum, in quo majestas vestra possit exequi quod juravit, & ecclesia nostra operari quod promisit, præsertim quia, si tempus effluxerit, culpa vestra nulla fuit. Quoniam firmiter credimus, quod si vestra majestas notitiam habuisset eorum quæ in Basilea facta fuerunt, nullo modo aliam viam attentasset. Et ex alio capite majestas vestra totaliter immunis est a culpa, quia putavit quod sacrum concilium consentiret in secunda via. Similiter neque fuit culpa sanctissimi domini nostri, quia licet sanctitas sua misisset huc dominum Christophorum ad tractandum pacem occidentalis & orientalis ecclesiarum, tamen hoc totum negotium remisit ad sacrum concilium. Sed nec ipsa sacra synodus peccavit, quia ad exequendum decretum suum semper parata est, & erit. Pro cujus etiam executione nos oratores suos huc transmisit. Quid ergo? Zelus domus Dei hoc fecit, ut eodem tempore plures concurrerent sequentes doctrinam evangelicam: *Simile est regnum cælorum homini quærenti bonas margaritas: inventa autem una preciosa, vendidit omnia quæ possidet, & comparavit eam.* Matth. 13. Postremo, serenissime imperator, sicut in mandatis habemus, petimus locum opportunum ad celebrandum concilium œcumenicum, in quo pax ecclesiæ votivum sortiatur effectum. Et dicimus quod secundum dispositionem Christianitatis, prout his diebus, proh dolor, disposita esse cernitur, non est locus aptior ad celebrandum hujusmodi concilium œcumenicum, quam civitas Basileensis. Utinam rationes congruentiæ possem majestati vestræ lingua Græca exprimere, quoniam apud vos melius resonarent, quam in Latino sermone. Sed lingua deficit, regio vetat, parentes minime docuerunt: verum si lingua deficit, caritas magis inardescit. Quemadmodum enim sol, cum nube tegitur, exterius non lucet super terram, sed interius ardet in cælo; sic cum majori loquimur caritate, quanto magis lingua nescit uti Græco idiomate. Ceterum plures occurrere possent circa materiam loci opportunitates, quas longum esset enarrare: sed ex multis quinque colligimus, quas imperiali majestati vestræ proponere volumus. Prima sumitur ex quiete loci, quoniam illa regio est

est pacifica, quieta & tranquilla, & per consequens aptissima ad tractandam pacem ecclesiæ, sicut scri- Psal. 75. ptum est, *In pace factus est locus ejus*, propterea concilium œcumenicum, cui Spiritum sanctum oportet assistere, omnino fieri in hujusmodi loco tranquillitatis & pacis. De ceteris vero partibus Christianitatis, quod dolenter referimus, omnes fere guerris lacerantur, atque etiam consumuntur, *&c.* Sola illa civitas & regiones circumstantes, quæ super Rhenum fluvium protenduntur, tranquillitate gaudent & pace: quare civitas illa locus est aptissimus ad celebrandum concilium œcumenicum pro consequenda unione ecclesiæ. Secunda ratio fundatur in libertate, quæ debet in concilio œcumenico esse: petiistis per oratores vestros ut concilium vestrum futurum sit liberum, ita quod unicuique liceat dicere vetum suum sine rixosa contentione. Quanta autem ibi sit libertas loquendi, consulendi, deliberandi, concludendi, sciunt ambasiatores majestatis vestræ, qui in civitate Basileensi longo tempore steterunt, si civitas illa est civium concordia & unitas. Basilea enim inter ceteras civitates civitas proprie appellatur, quia a se regitur, & cives nulla partialitate dividuntur. Amicitia principis ibidem dominantis neminem allicit, neminem opprimit timore, tantaque est ibi libertas, quod etiam inimici ecclesiæ, quando ibi accesserunt, maximam potiti sunt libertatem. Accedit tertia ratio, quoniam congruum est ut, ubi hoc sanctissimum negotium accepit initium, ibi perficiatur: exhibitio enim rerum præteritarum indicium est futurarum. Et ideo si in loco illo fiet concilium œcumenicum ubi tractatus pacis habuerunt exordium, sparandum est magis quod unio ecclesiarum Christi votivum sortietur effectum. Quarta ratio respicit fertilitatem patriæ; quoniam ubicumque celebrabitur concilium œcumenicum oportet ibidem maximam multitudinem gentium convenire: convenient enim ibi summus pontifex, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, & prælati ceteri ecclesiæ nostræ occidentalis; convenient reges, & principes, & ambasiatores absentium principum; conveniat etiam serenitas vestra cum patriarchis & prælatis, regibus & principibus ecclesiæ orientalis. Quomodo posset hæc multitudo vivere, nisi locus abundaret maxima fertilitate? Tanta est autem fertilitas patriæ & Basileensis regionis, quod concilium generale ex latere totius ecclesiæ nostræ jam per quinquennium sustinuit. Unde sicut Basilea est in medio totius obedientiæ nostræ, sic vere præ ceteris fertilior locus est de se, & ad illum tamquam ad centrum confluunt bona undique ab omni alia regione.

Ultimo amœnitas loci non parum videtur ad rem pertinere, quoniam in præfata civitate Basileensi tanta est serenitas aeris, quod nunquam aut raro subiicitur pestilentiæ. Quæ cum sit contagiosa infirmitas, solet concilia generalia & regionalia sine fructu dissolvere. Petimus igitur, serenissime imperator, quatenus majestas vestra illum velit eligere locum, ut absque omni impedimento celebrari possit concilium œcumenicum. Et ecce nos offerimus pro parte sacri concilii ad executionem decreti, donec, largiente domino, pax reddatur ecclesiæ Dei, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Prœmium decreti, quod non placuit imperatori dicto.

SICUT pia mater pro filiorum salute semper anxia est, nec unquam quiescit, donec, si qua inter ipsos dissensio sit, sopita fuerit: sic multo amplius sancta mater ecclesia, quæ filios ad perpetuam vitam regenerat, omni conatu laborare consuevit, ut omnes qui Christiano nomine censentur, sublato omni dissidio, eamdem fidei unitatem, sine qua salus esse non potest, fraterna caritate custodiant. Quamobrem hujus sanctæ synodi ab initio suæ congregationis præcipua cura fuit recens illud Bohemorum antiquumque Græcorum dissidium prorsus extinguere, & eos nobiscum in eodem fidei & caritatis vinculo perpetuo copulare.

Articuli ambasiatorum concilii Basileensis.

PRIMUS punctus est de ratificatione eorum quæ gesta sunt, quod videlicet serenissimus imperator & reverendissimus dominus patriarcha velint propriis in personis jurejurando, & per bullas auream & plumbeam, more solito ratificare solenniter, & executioni demandare, quantum in ipsis est, ea quæ ipsi in sancta synodo Basileensi per suos solennes oratores plenissimo mandato fulcitos in publica sessione cum ipsa sancta synodo unanimiter concluserunt, & in altari, celebrata missa de Spiritu sancto, super sanctis euangelus & Cruce dominica jurejurando solenniter firmaverunt.

Secundus punctus est de tempore: quia cum tempus in decreto statutum & expressum, non defectu sacri concilii, aut ipsorum dominorum imperatoris & patriarchæ, seu ambasiatorum eorumdem, sed aliis ex causis jam effluxerit, necesse est ut pro executione conclusorum tempus debitum & competens per utramque partem statuatur.

Tertius punctus est de loco Basileensi, quod videlicet præfati serenissimus imperator & reverendissimus patriarcha multis ex causis dignentur & velint assentire, quod concilium universale & œcumenicum, quod condictum est celebrari, in civitate Basileensi celebretur.

Quartus punctus est de executione decreti, quod videlicet missi sumus ad præsentandum præfatis serenissimo imperatori & reverendissimo patriarchæ decretum conclusorum in publica forma cum plumbea bulla præfati sacri concilii Basileensis, & quantum attinet ad dictum sacrum concilium, ad inchoandum executionem decreti ejusdem, & conclusorum contentorum in eodem decreto.

Alii articuli imperatoris Constantinopolitani.

PRIMO dicimus & volumus ut prœmium decreti alias lectum & intellectum totaliter tollatur, vel ad minus corrigatur tali modo, ut possimus remanere in hoc contenti, & omnis mala & scandalosa suspicio removeatur, quæ poterit per illud prœmium in animis quorumdam exoriri.

Secnndo, si (quod absit) unio & concordia ecclesiarum Christi non sortiatur effectum, sed recedamus ex illis partibus discordes & divisi, sicut nunc sumus, quod non afferatur nobis propter hoc aliquod impedimentum, damnum, vel aliquod hostile quovis modo ex parte sanctæ Romanæ ecclesiæ, imo ut fiat reditus noster ad has partes cum iisdem honoribus, dispositionibus, favoribus, cum quibus illuc accessuri sumus. Et faciat nobis pars sanctæ Romanæ ecclesiæ omnia quæ pertinent ad reversionem nostram in tali etiam casu, sicut si fieremus contordea & uniti, ut in Deo speramus.

Tertio, si contigerit aliquos dominos reges & principes non adfuisse tali synodo, nec vere nec repræsentative, propter aliquas causas, tam ex partibus nostris quam occidentalibus, quod hoc non intelligatur, nec habeatur pro defectu aut reversione conventorum & conclusorum, vel ipsius rei, & sollicitandæ sanctissimæ unionis.

Quarto, quod in civitate vel regione, in quibus debeat, Deo auctore, dictum œcumenicum concilium celebrari, & in aliis civitatibus ac regionibus Romanæ ecclesiæ subjectis, veniendo, stando, redeundo, nos & omnes nostri nullum habeamus impedimentum, gravamen, nocumentum, vel quodcumque malum ab aliqua persona, tam ecclesiastica, quam sæculari, proprie vel communiter, palam vel occulte ex quacumque occasione.

Quinto & ultimo, quod si aliquis vel aliqui de quacumque natione, & cujuscumque fortunæ & qualitatis, ex illis qui ex parte nostræ ecclesiæ ibidem accessuri sunt, in aliquo peccaret, judicium illius peccati spectet ad nos & nostram partem: & pœna etiam illius determinetur nostra discretione; & non habeat super hoc, nec possit aliquid facere pars occidentalis ecclesiæ subjectorum nostrorum.

Alii articuli responsorum ambasiatorum concilii.

Ad primum dicimus, quod nunquam fuit de intentione per prooemium decreti injuriari aliquo modo ecclesiæ orientali, nec ex ipso sane intellecto (ut declaratum est) potest vel debet aliquis juste scandalizari.

Item dicimus, quod si ambasiatores ipsorum vel ante promulgationem decreti, vel post, aut in recessu ipsorum fecissent aliquam difficultatem de dicto prooemio, per sacrum concilium debitum fuisset appositum remedium.

Dicimus ulterius, quod non est in potestate nostra, dictum prooemium tollere, aut corrigere, sive mutare, aut aliud facere, tum quia non habemus sigillum aut plumbum concilii, tum quia illius est tollere, corrigere sive mutare, cujus est condere. Postremo, quoad hunc primum articulum dicimus, quod propter prædictum prooemium nullo modo tantum bonum est omittendum, aut aliquo modo differendum. Et offerimus nos ad omnia remedia rationabilia nobis possibilia.

Ad secundum dicimus, quod si loquatur articulus de expensis honestis, clarum est ex tertio & decimo capitulis ipsius decreti. Et si ampliori declaratione indiget, parati sumus ad declarandum, *&c.* Si autem de securitate loquatur, providebitur per salvumconductum.

Ad tertium, quod de regibus, principibus ac dominis, & principalibus ecclesiæ prælatis, consentire non possumus, quin saltem intersint repræsentative, ut patet ex primo capitulo decreti, & ex declaratione: Quid est synodus universalis & œcumenica. Nam inter alia dicitur in primo capitulo: Similiter venient ex omnibus regnis & dominiis, quæ subjiciuntur ecclesiæ Græcorum, cum plena potestate & mandato vallato juramento & aliis clausulis opportunis, tam ex parte sæcularium dominorum, quam prælatorum.

ORATIONES ALIQVOT IN, SEV PRO IPSA BASILEENSI SYNODO, contraque, vel ad ipsam habitæ.

XL.

Collatio eximii decretorum doctoris magistri Ioannis de Bachenstein facta coram domino nostro sanctissimo in Florentia.

BEATISSIME pater, exigeret præsentia vestræ beatitudinis in primo dicendorum alloquio orationem ornate compositam matureque digestam, quæ sanctitatis vestræ dignitatem, clementiam, aliasque virtutes & dotes summas in medium adduceret, & rem ipsam Deo gratissimam, & hominibus salutiferam, de qua paulo post dicturus sum, perornaret. Quis autem eloquentiæ princeps aut Tullianæ sapientiæ præsulatum supremi vicarii Iesu Christi modico & inculto sermone ad plenum explicare poterit? Profecto mearum virium, sed & sublimioris ingenii, transcendit facultatem. Rem insuper illico subjiciendam veritatis nitori submissam video, ratusque non sum eam verborum lenocinio indigere. Canon mihi locupletissimus testis est, eum supervacuis laborare impendiis qui solem certat facibus adjuvare. Quoniam igitur gratiæ plenitudo adjectione non indiget, nec ulla requirit commendationis argumenta, immorari in ea reverborum fucatis coloribus amplius non putamus. Ne autem usque ad fastidii necessitatem mea se extendat præfatio, ad conceptam materiam orationem converto, non tamen de propria virtute, sed de munere largitoris illius qui dat omnibus affluenter, & non improperat, confidens. Verum, pater beatissime, cum parens noster ille solus & unus Deus gloriosus fingeret animal rationale, ipsum ex humo sublevatum ad contemplationem sui artificis erexit, & solus homo est qui res cælestes accepit spectare cum Deus cælum voluit, ut religionem ibi quærat. Apparet non esse rationis humanæ, postpositis divinis ac humanis præceptis, opes terrenas, quæ plerumque curvant animal rationale, venerari. Cum autem, pater beatissime, gloriosissimi pontifices antecessores vestræ beatitudinis magni, justi, in cælestibus rebus experti, summa religione Deum adorabant, justitiæ cultum colebant, in omnibus Deum præsentem esse putabant, decreta sacrorum conciliorum in summa reverentia ac veneratione habere solebant, & a subditis observari faciebant; adeo etiam ut beatus Gregorius tantæ beatitudinis ac scientiæ pontifex quatuor concilia generalia universalia sicut quatuor libros evangelii professus fuerit, scilicet Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Calchedonense. Ratio: Quia in his, velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit, & cujuslibet vitæ atque communis actionis norma existit. Et cum universali sint consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumpserit absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt. Clarum autem est, juxta Gelasii papæ sententiam, quod eadem venerationе & decreta aliorum conciliorum custodienda & recipienda sunt. Nedum autem dicta quatuor generalia concilia, cum suis sequentibus, solummodo quoad fidem beatus Gregorius se venerari fatetur, sed etiam quoad reformationem, quando subjungit, dicens: Quia in his cujuslibet vitæ atque communis actionis norma existit. Constat autem, & luce clarius apparere potest, quod juxta sacri concilii Constantiensis decretum, quemlibet, etiamsi papali præfulgeat dignitate, decretis sacrorum conciliorum obedire debere in his quæ pertinent ad fidem, schismatis extirpationem, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris, & pertinentium ad ea. Et si gloriosissimi pontifices ea destruere, quæ antecessores sui statuerunt, erubuerunt; multo magis decet & expedit, quinimo necessarium foret, sanctitatem vestram eorum vestigiis inhærendo, decreta sacrorum conciliorum summa cum veneratione observare, & observari facere, & custodire. Sicque, pater beatissime, si priscorum sacrorum pontificum magnifica opera sanctitas vestra attendit, summo studio conabitur gloriam suam triumphalem suis posteris & universo orbi relinquere profuturam. Neque sanctitatem vestram retrahat levis occasio: quinimo divinæ necessitudini

tudini ſatiſfaciet, ſi grato ſtudio ſuo adminicula miſericorditer peremda eccleſiæ Dei feliciter condonabit. Noo injuſtum petimus, noo ſanctitatem veſtram maximis prælus & certaminibus confligere rogamus, non inſuperabiles montes tranſitutam, non ampla terrarum ſpatia vaſti orbis luſtrare, ſed ut ſancta catholica eccleſia ſavoribus benignis participata, booos felicitatis ſuæ conventus in perpetuum memoriales conquirat glorioſe. Nunc autem, pater beatiſſima, de veſtræ ſanctitatis benedictione ad rem ſpecialius deſcendam, alia injuncta poſteris temporibus explicaturus.

Conſiderans itaque ſancta catholica eccleſia, per ſacram ſynodum Baſileenſem repræſentata, reformationem eccleſiæ Dei in capite & in membris universo orbi ſumme eſſe neceſſariam, & ad eam perficiendam creberrimis literis ſanctitatem veſtram magna cum caritate & ſolertia propulſatam fuiſſe, in nomine Spiritus ſancti paracleti, magois ac variis impedimentis intervenientibus, ſua ſalubertima promulgavit decreta. Cum autem, pater beatiſſime, ob eorumdem tranſgreſſionem magna ſcandala in eccleſia Dei præteritis temporibus exorta ſint, &, niſi accuratius provideatur, timendum foret majora ſcandala intolerabilia ac ſchiſmata graviora ſuboriri, maxime autem propter non obſervationem decreti de electionibus, ob quam tranſgreſſionem paucis temporibos elapſis ſequi poterit pernicioſiſſimum ſchiſma in eccleſia Dei, periculoſius quidem quam fuerit aliud noviter extinctum. Illud namqoe dividebat eccleſiam in duas partes. Sed ſi ſanctitas veſtra non ſervatet decretum de electionibus per ſacrum concilium promolgatum, timendum foret quod infra decem aut quindecim annos ſancta eccleſia catholica diviſa reperiatur in tot partes, quot ſunt diœceſes. Proximis inſuper diebus, cum ambaſiatores ſacri concilii Francfordiæ in ſolenni conventione ſacri Romani imperii principum Alemanniæ & electorom eſſent conſtitoti, audiverunt graviſſimas qoerelas maximaqoe ſcandala exinde evenire. At ſtatim vero expoſt Colonienſis & Moguntinenſis archiepiſcopi queruloſas literas de novo ſacro concilio tranſmiſerunt, poſtulantes humiliter & devote, quatenus ſacrum concilium ſuper obſervantiis decreti de electionibus ante ſui diſſolutionem dignaretur apponere remedium opportunū. Quamvis autem, pater beatiſſime, ſuperioribus temporibus ſacrum concilium per honorabilem dominum abbatem ſanctæ Iuſtinæ, & demum per dnos reverendiſſimos ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, pro obſervandis decretis editis & edendis ſanctitatem veſtram requiſiveront, nunc vero per doos humiles dictæ ſacroſanctæ ſynodi oratores rogat, petit, hortatur, & per viſcera domini noſtri Ieſu Chriſti obſecrat & amplios requirit, quatenus ſanctitas veſtra deinceps cum effecto ſervare & ſervari facere velit decreta edita & edenda per ſacrum concilium Baſileenſe, & in contrarium attentata revocare. Alioquin, pater ſanctiſſime, dicta ſacra ſynodus multiplicibus jurgiorum ac ſcandalorum crebris propulſata opprobrus intendit dare operam efficacem, per quam decreta ſua ab omnibus inviolabiliter obſerventur, etiam quacumque præfulgeant dignitate, prout poſſibile erit. Vnde jam tot ſcandala & ſchiſmata in populo Chriſtiano ſuborta exiſtunt, & peramplius ſequi veriſimiliter timentur; quod ſacro concilio non expedit conniventibus oculis pertranſire. Et ſi ſacrum conciliom non foret congregatum ad obviandum dictis ſcandalis, de novo deberet congregari. Nunquam autem ſacrum concilium patietur ſe diſſolvi, niſi primitus adhibito ſufficienti

A remedio modo poſſibili pro obſervandis decretis ejuſdem. Quid namque prodeſſet condere decreta & leges, ſi non manutenerentur? Qualis inſuper futuris temporibus ſpes generalia concilia congregandi haberi poterit, ſi decreta ſacri concilii Baſileenſis tot laboribus & expenſis condita & promulgata, tam de facili violari, ac etiam retractari & irritari a quocomque tolerarentur? Et profecto, niſi diligentius provideatur ſoper obſervantia decretorum, paocis temporibus elapſis, omnis auctoritas ſacrorum conciliorum enervabitur, & diſciplina eccleſiaſtica peribit. Vulgaris namque inolevit vox popoli, ſi durante concilio hæc fiunt in viridi, quid eo diſſoluto ſperandum foret in arido? Præterea, pater beatiſſime, ad dictam obſervantiam decretorum ex
B ſuſcepti regiminis officio ſanctitas veſtra adſtricta eſt. Vnde, juxta [a] Iuliani papæ ſententiam, officii noſtri conſiderationem noo eſt oobis diſſimulare, non eſt tacere libertas, quibos major cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit; & per conſeqoens ferventiori deſiderio ea quæ ſunt Chriſtianæ religioois decreta Romaoos pontifices ſervare oportet. Neqoe aliquam aliam ſedem, ſecundom Gelaſium, uniuſcujuſque ſynodi conſtitutum, quod univerſalis eccleſiæ probavit aſſenſus, magis exequi præ ceteris oportet quam primam, quæ unamquamque ſynodum ſua auctoritate confirmat, & cootinua moderatione cuſtodit. Nedum autem verbo & ſcripto ea amplecti, ſed etiam uſque ad animam & ſanguinem
C ea quæ Spiritu ſancto dictante patres diffiniveruot præcipua virtute defenſare & ſervare, ab aliiſque obſervari facere & cuſtodire: qood ſi ſanctitas veſtra fecerit, conſeqoetur profecto ſancta eccleſia catholica immenſam gloriam, honoremqoe ſuſcipiet pariter & decorem: ſacrum quoque concilium Baſileenſe io Spiritu ſancto legitime coogregatum, & ſanctitas veſtra vinculo caritatis indiſſolubili erunt unum, ſicut & nos unum ſumus.

[a] Iuliani novimus, Iulianum papam noſcimus.

Inſuper, pater beatiſſime, quot & qualia ſcandala præteritis temporibus provenerint, ex eo quod ſententiæ etiam tres conformes latæ in ſacro concilio, io curia Romana refutantur, retractantur & revo-
D cantur, ad plene explicandum non ſufficeret dies neque menſis. Patres autem ſacri concilii, & etiam cuncti principes ſæculi, de hac re non ſolum admirantor, ſed & graviſſime ſcandalizantur, cum hoc cedat in maximum ſcandalum & perturbationem eccleſiæ univerſalis: fiunt namque diverſi proceſſus in diverſis partibos: onus excommunicat, alius vero abſolvit; unus obedit, alter contemnit. Quanta autem mala & contemptus eccleſiaſtici ſtatus hinc proveniant, lingua noſtra mortalis ad plenom explicare non poterit. Et, quod gravius eſt, fiunt proceſſus in curia Romana, per quos moventur ſuppoſita coocilii, ſignanter aorem ſcriptores & abbreviatores; cum tamen ita neceſſaria negotia ibidem tra-
E ctentur, quod noo ſolum deberent vocari, quinimo & alii mitti. Eapropter, pater beatiſſime, dicta ſacra ſynodus ſanctitatem veſtram rogat, petit, hortatur, & inſuper per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti obſecrat & requirit, quatenus ſanctitas veſtra deinceps taliter velit obedire, qood iſta aut conſimilia de cetero non fiant. Et præſertim mandare domino patriarchæ Hieroſolymitano, a quo dicitur illud monitorium emanatum, ut illud revocet, & de cetero conſimilia oon attentet.

Peramplius aotem ſanctitas veſtra dignetur favere & habere recommiſſa ſuppoſita ſacri concilii, prout in decreto adhæſionis pollicita fuit ſanctitas veſtra facere velle. In omnibus autem ſanctitas veſtra velit ſic agere, quatenus patres in ſacro concilio conci-
pere

pere valeant sanctitatem vestram manutenere sacrum concilium, & non per indirectum dissolvere. Quod si sanctitas vestra fecerit, * totus insuper orbis universus exinde magnam suscipiet consolationem & quietem: sacrum insuper concilium & sanctitas vestra erunt unum, sicut & nos unum sumus.

* totius orbis universitas

Postremo, pater beatissime, sacrum concilium volens ea significare sanctitati vestræ quæ proximis diebus in sacrosancto opere reformationis dudum universo orbi per suas literas promisso fecit & ordinavit, impræsentiarum, in signum participationum tot & tantorum bonorum operum, transmittit sanctitati vestræ decretum de annatis, vacantiis, & communibus servitiis tollendis, prout in ipso decreto statim præsentando clarius continetur. Et dicta sacra synodus hortatur & requirit sanctitatem vestram quatenus velit ipsum decretum in sua curia servari, & alibi observari facere & custodire, quoniam ipsum est conforme legi divinæ & canonibus sanctorum patrum: & dignetur ipsum benigne suscipere, tamquam opus quod principaliter reformandum erat. Quamvis autem, pater beatissime, istæ annatæ introductæ fuerunt ex causa passagii terræ sanctæ, nunc autem cessante causa cessare poterit & effectus. Etiam dictæ annatæ hactenus sublevatæ non sunt conversæ in eum usum & finem, propter quem annatæ adinventæ fuerunt. Maxime autem quoniam superioribus temporibus in sublevationem dictarum annatarum tantus rigor, tantæque exorbitantiæ, & tot insuper destructiones & orbationes insignium ecclesiarum provenerunt, adeo etiam quod in multis ecclesiis cultus divinus nedum diminutus, sed etiam in totum in collapsum reductus existit. Multi enim notabiles prælati, ob non solutionem annatarum, innodati censuris ecclesiasticis, multis annis a divinis abstinentes, & tandem plurimi in ipsis sic mortui, in terra profana inhumati sunt. Alii vero coacti sunt vendere libros, calices, capsas reliquiarum, & ornamenta ecclesiarum. Alia autem innumerabilia mala, quæ exinde subsecuta sunt, in longum enarrare de præsenti supersedeo. Quibus singulis attentis, peramplius non expediebat sacro concilio conniventibus oculis pertransire. Unde, pater beatissime, si Alexander sanctæ Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedis episcopus, scribens Lucensi ecclesiæ, constituerit & decreverit, quod nullus, cujuscumque gradus, clericus pro ecclesiastico beneficio audeat aliquid conferre, etiamsi fabricæ ecclesiæ vel in denariis seu etiam in usus pauperum donatum tribuendum foret, multo magis decuit sacrum concilium, quod est speculum & norma cujuslibet vitæ atque communis actionis, decretare & ordinare, quatenus peramplius in collatione beneficiorum, confirmationum, electionum, admissionum, postulationum, tam in curia Romana, quam alibi, nil penitus ante vel post exigatur, directe vel indirecte, prætextu etiam cujuscumque consuetudinis, privilegii vel statuti, aut alias quacumque recepta occasione. Sacrum namque concilium nil novi fecisse videtur, sed antiquissima jura sanctorum Romanorum pontificum innovavit. Nihilo minus, pater beatissime, sacrum concilium omnino dispositum est, & jam laborat per aliquem alium modum honestiorem sanctitati vestræ & dominis cardinalibus talem facere provisionem, de qua sanctitas vestra dominique cardinales merito poterunt contentari. Præsertim autem si sacrum concilium informatum fuerit realiter & cum effectu, sanctitatem vestram decreta sacri concilii Basileensis servare, & ab aliis observari facere & custodire, prout & sanctitas vestra in bulla suæ adhæsionis pollicita est ea servare.

Has preces, pater beatissime, pro hac vice nos humiles & tantilli dictæ sacrosanctæ synodi oratores, sanctitati vestræ magna cum instantia offerimus, rogantes sanctitatem vestram humiliter & devote, quod si nobis injuncta non tam mature aut eleganti stylo quo debuissemus exposuerimus, id non sacro concilio, sed nostræ impetitiæ sanctitas vestra adscribere dignetur. Finaliter, pater beatissime, optat ipsa sacra synodus, ut Deus gloriosus vota & agenda sanctitatis vestræ feliciter dirigat, & cælesti dono prosequatur, ut per hæc & alia, quæ, domino inspirante, sanctitas vestra in posterum fecerit, immarcescibilem vitæ æternæ coronam & triumphalem gloriam consequi mereatur, quam sanctitatis vestræ & nobis omnibus concedat Iesus Christus benedictus in sæcula. Amen.

XLI.

Responsio domini Eugenii papæ ad prædicta proposita per ambasiatores concilii.

SANCTISSIMUS dominus noster papa venerabilibus viris oratoribus sacri Basileensis concilii super propositis & petitis per eos responsum requirentibus hoc modo respondit:

Quod mens & intentio ac omne studium suum semper fuit, intendere & vigilare ad ea quæ honorem Dei, salutem animarum, ac bonum totius ecclesiæ ac reipublicæ Christianæ concernerent, signanter ad extirpationem hæresum, reformationem morum, ac pacem populi Christiani; & specialiter ad reductionem Græcorum & ecclesiæ orientalis ad veram & catholicam fidem. In qua re quantum laboraverit, primum Constantiæ, deinde Romæ tempore felicis recordationis domini Martini papæ V. prædecessoris sui, dum esset in minoribus, postremo postquam ad apicem apostolatus assumptus fuit, fere omnibus notum est, ita ut non otiose existimet quod, si in ea re sibi credulitas fuisset adhibita, jam ad optimum finem perventum fuisset, aut saltem hujusmodi reductio magnum principium haberet.

Quantum autem ad negotium indulgentiarum, electionum, annatarum, causarum, & vocationum, scriptorum & abbreviatorum Romanæ curiæ, respondit: Quia materiæ grandes sunt, & discussione ac declaratione indigent, se una cum fratribus suis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus decrevisse respondere per suos * sacro concilio: quod quamptimum facere intendit, sperans responsiones suas tales esse debere, quæ justitiæ & honestati conveniant, ipsique sacro concilio & omnibus pie sentientibus ad Dei honorem, caritatem & pacem, ac bonum universalis ecclesiæ, gratæ ac acceptæ merito sint futuræ.

POGGIUS.

Ego Poggius, domini nostri papæ secretarius, suprascriptam responsionem de mandato suæ sanctitatis scripsi manu propria & subscripsi.

Auscultatum cum originali scripto in schedula papyrea. Et concordat. Et interfui, quando duodecimo die mensis Augusti millesimo quadringentesimo tricesimo-quinto præfatus Poggius in camera sanctissimi domini nostri papæ coram multitudine prælatorum, doctorum, & aliorum virorum, respondit dictam schedulam scripsisse, & dominis Ioanni de Bachenstein decretorum doctori, & Matthæo Mesnaige in sacra pagina baccalaureo, oratoribus sacri Basileensis concilii præfatis, ex parte ipsius sanctissimi domini nostri papæ præsentasse.

Ita est. D. Barard. notarius publicus.

C. Rousselli.

Sequuntur

XLII.

Sequuntur responsiones factæ per dominum Antonium auditorem nomine fratris Ambrosii prioris generalis & suo, pro parte sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Eugenii divina providentia papæ IV. in generali congregatione ad petitiones factas per oratores sacri concilii MCCCCXXXV. *die* VII. *Octobris.*

NUNTII & oratores a sacro hoc generali destinati concilio ad sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum dominum Eugenium divina providentia papam quartum, venerabiles scilicet & doctissimi viri magistri Matthæus Nevartze, sacræ professor theologiæ, & Ioannes Bachenstein decretorum doctor, injunctum eis prosequentes officium, reverendissimi reverendique in Christo patres & domini, ceterique vos patres & viri electissimi, plura diversis orationibus ipsius domini nostri beatitudini exposuerunt, eorumque * adplacuit corroborantes exhortatorias suas petitiones auctoritatibus, tum rationibus, tum quoque persuasionibus, ornate sane atque discrete: quæ cum omnia reverendissimis patribus & dominationibus vestris nota fore conspicimus, ad uniuscujusque exhortatutic petiti responsionem descendere congruentius judicamus, quam eorumdem dominorum oratorum singula repetamus proposita, verum non declinantes ab ordine per eos ipsos egregie custodito, vice & nomine ipsius sanctissimi domini nostri, cujus sumus nuntii & oratores immeriti, frater Ambrosius prior generalis, & ego Antonius auditor, respondebimus singulis eorum petitionibus, conclusive tamen, ne verbis immorari videamur. Ex qua tamen responsione satis aperte colligi poterit, quid eorum quisque dixerit petieritve.

* *forte* adeo placuit oratio corroborantium

Ad primum igitur, reverendissimi patres, vosque viri elegantissimi, per ipsum magistrum Matthæum primo propositum atque petitum, dicimus quod sanctissimus dominus noster inter omnes alias res, quantumcumque graves, reductionem Græcorum & ecclesiæ orientalis ad veram & catholicam fidem, semper sibi præcipuam fecit. In qua quidem re, quantum laboris curæve sumpserit, primum Constantiæ, deinde Romæ tempore felicis recordationis domini Martini papæ V. postremo postquam ad apicem apostolatus assumptus fuit, multis notum est, præsertim plerisque ex vobis, reverendissimi reverendique patres: sicque materiam illam omni quo melius potest studio una cum hoc ipso sacro concilio paratus est prosequi, gaudetque plurimum quod hæc Græcorum reductio vobis patribus & dominis reverendissimis facilis videatur; quam quidem primum per sanctitatem suam promotam aliqui phylacteriam antiquam & cantilenam vocabant. Et hæc quoad primum.

Quo vero ad secundum, hoc est ad materiam indulgentiarum, sic breviter respondemus: Modus iste habendi pecunias, reverendissimi patres, gravis est, eo quod ex quæstu proveniat, qui in similibus superiori tempore multa mala attulit exempla Christiano populo. Item adventus Græcorum, cujus gratia hoc quæritur, omnino incertus est, quamquam eorum oratores aliquid certi conclusisse videantur. Nam & alias multa polliciti sunt, quæ tamen aut rerum vel temporis necessitate vel alia causa usitato consilio non servarunt. Nemo in rem incertam aliquid conferre disponet, sed suspicabitur potius gratia turpis quæstus & lucri id fieri. Regnum Cypri & insula Rhodi, terrarum Christianorum fortissima propugnacula, ex hoc & scandalum & jacturam gravem patientur: similiter & multa pia opera, quæ ad indulgentias hujusmodi promoventur, si contingat hos Græcos non venire, tum & plane arbitrabitur quispiam nos illusisse, & prædam quamdam hac fictione quæsivisse, & dicet: Ecce qui in multitudine divitiarum gloriantur, & prævalere voluerunt in vanitate sua: sicque quod proprietate quæsitum erit ad impietatem adscribetur; quod omnino cavendum videtur, apud eos maxime qui ad sancta opera convenisse se profitentur. Quare concludimus, reverendissimi patres, quod omnino ante omnia expectandum sit imperatoris & patriarchæ finale responsum, & habenda certitudo de adventu eorum; qua habita, sive per viam indulgentiarum, sive alio modo qui melior & convenientior forsitan esse videatur, sanctissimus dominus noster se paratum offert ad concurrendum cum hoc sacro concilio, & omnes possibiles favores impendendum. Et hæc quoad secundum.

Ad tertium brevissime dicimus, Quod ipse sanctissimus dominus noster tunc etiam paratus est cardinales & prælatos, & alias literatas personas, ad tam pium opus & locum electum mittere: imo & si contingat eligi locum, ad quem sanctitas sua commode possit accedere, personaliter interesse curabit. Interim autem deputabit viros aliquos doctissimos, qui super differentiis Latinorum & Græcorum plene conferant & disputent, quamquam ista materia reperiatur plene discussa. Et hæc quoad proposita per venerabilem virum magistrum Matthæum.

Accedimus modo ad petitiones venerabilis decretorum doctoris domini Ioannis de Bachenstein. Et primo, quoad conservantiam decretorum hujus sacri concilii, sic brevissime respondemus, Quod sanctissimus dominus noster quantum potuit decreta hujus sacri concilii amplexus est, & servari voluit, & in futurum se paratissimum offert: & si in præteritum aliquo particulari casu aliter factum esse videatur, id ex justis & necessariis causis, si diligenter res investigetur, factum fuisse comperietur: & idem in decreto de electionibus servatum esse videbitur. Quo vero ad articulum causarum, hoc damus responsum, Quod sanctissimus dominus noster non intendit ex causis quæ in curia recipiuntur scandalum aliquod facere; sed cum mos sedis apostolicæ sit, ut norunt dominationes vestræ, unicuique ministrare justitiam, non est mirum si ad se concurrentes suscepit, eisque justitiam per viros doctissimos & in talibus valde expertos ministrari jussit. Neque semper constat a principio, cum causa committitur, de omni circumstantia judicis, a quo ad curiam introducatur, videlicet qua auctoritate judex processerit. Curavit autem sanctissimus dominus noster materiam litium pro viribus excidere, & quandoque requisitus, causas etiam ad hoc sacrum generale remittere concilium. Sed mirantur multi, & non dolere non possunt, quod sacrum hoc generale concilium, quod pro rebus maximis & universale bonum concernentibus congregatum se esse profitetur, ad innumerabiles privatarum & minimarum rerum causas occupetur, & quotquot pro ea re venientes indifferenter admittat, & causas in curia Romana cœptas ad se retrahat. Quo fit ut multi se incorporari procurent, non ut communi utilitati consulant, sed privatis eorum commodis, & sæpe cum alterius partis gravamine, & signanter officialium curiæ Romanæ, qui sub eo prætextu huc sæpe trahuntur: quod plurimi ex vobis reverendissimi reverendique patres circumspicientes dixerunt pluries, & proclamarunt.

hujusmodi particulares causas, & alia privata negotia, per sacrum hoc concilium non esse admittenda; & magister Simon Freron, alias orator hujus sacrosanctæ synodi, ad ipsum sanctissimum dominum nostrum accedens, dixit sacrum concilium ad ea velle providere, & a se omnino abdicare. Et hoc quoad articulum causarum.

Quo autem ad scriptores & abbreviatores, qui de hoc sacro concilio dicuntur ad curiam vocati, dicimus illos, qui tempora mandati in hoc sacro generali concilio erant incorporati, fuisse in ipso mandato & esse exceptos: sicque ex eo mandato nihil contra hujus sacri concilii supposita esse innovatum. Si qui autem postea & jam mandato præventi in fraudem & illusionem mandati se incorporari curaverunt, existiment reverendissimæ paternitates vestræ ao jure fecerint. Et hoc brevissime quoad scriptores & abbreviatores.

Quo vero ad decretum annatarum, *&c.* licet alias per me multa dicta sint, tamen utile & non superfluum fore putavimus, si iterum ad id pauca quædam subjiciamus, ut in omnibus satisfecisse videamur uno sermone. Brevissime itaque sic respondemus, quod nemo satis admiratur, quod in ea tam grandi, irrequisitis & insciis sanctissimo domino nostro atque sacro collegio, & aliis quorum interest, tam cito & insperate conclusum fuerit: quod si unquam faciendum fuit, hoc præcipue tempore omittendum videbatur, quo Romana ecclesia & multæ aliæ pro malignitate temporis innumerabilia damna sunt passæ. Si qui in his prætendebantur abusus, his providendum erat sina privatione substantiæ: aut saltem provisio debita simul facienda erat, ut sic justitia & pax obviarent sibi. Unde, reverendissimi patres dominique præstantissimi, interim vivent qui hactenus inde vitæ sustentationem ducebant? unde ecclesiarum suarum onera supportabunt, cum præter Romanam ecclesiam multi prælati sint, qui ex possessionibus aut decimis parum vel nihil recipiant? Unde sedes apostolica impensas faciet, providando necessitatibus & utilitati universalis ecclesiæ pro his quæ pertinent ad pacem & extirpationem hæresum & errorum, & ad alia concernentia bonum publicum totius populi Christiani? Iure igitur, reverendissimi patres, manutenenda erant ista, saltem donec aliter fieret sufficiens provisio: de qua provisione sufficienti facienda per sacrum hoc concilium sanctissimus dominus noster vult esse bene contentus, juxta desiderium bujus sacri concilii, provisio quod taliter fiat, quod stabilis & firma permaneat. Et hæc quoad ultimum, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

XLIII.

Oratio Gerardi Landriani episcopi Laudensis oratoris Basileensis concilii ad regem Angliæ & reliquos patres conscriptos regni.

FACITE quod Dei est, & ipse faciet quod vestrum est, ex sacris literis apud Gregorium epistola octava. Paucis his antea proxime more institutoque majorum præmissis, credimus, serenissime & Christianissime rex, reverendissimi patres, & illustres domini, vos jamjam pro summa prudentia vestra plane intelligere debuisse, omnia nos justa, utilia, & nimirum toti orbi necessaria, hodierno dia serenissimam majestatem vestram nomine sacri Basileensis concilii rogaturos fore. Quapropter si qui nunc sunt hoc in sanctissimo ac celeberrimo patrum & procerum ordine, quos forte offendi contingeret, qui cum apud maximum & gloriosissimum omnium regem, totque sapientissimos & præstantissimos viros verba facimus, non eam dicendi artem aut elegantiam afferamus, quam eloquentissimi ipsi viri vel expectassent, vel pro summo splendore hujusce loci dignam fore judicassent: Hoc tales oramus & obsecramus, ut potius rationem & summam æquitatem causæ, de qua paulo post agemus, considerare velint, quam tarditatem aliquam in dicendo nostram accusare; neque tantum quo ornatu verborum, quam quid & qua fide dicatur, advertant; diximus enim in principio orationis nostræ: Facite quod Dei est. Quis unquam ullo tempore pro justiore aut sanctiore causa quemquam in orbe regem aut principem adivit? Quis pro tam salubri & honesto negotio nuntius ad regem, regiis præcipue virtutibus insignem, nulla etiam elegantia adhibita, non ea quæ exoptet omnia impetrare posse confidat? Animadvertite diligenter (quæso) ipsam missionis nostræ causam, non minus certe necessariam quam honestam. Missi sumus a sanctissimo Basileensi concilio ad regem, & quidem in toto orbe terrarum fidelissimum & catholicum, ne fides ipsa, quam fluxam satis & quassam habemus, turpiter pereat, præsidium advocatur. Missi sumus ad Christianissimum regem, ne rempublicam Christianam, misere quidem afflictam, vitiis pravisque moribus debilitatam & deformem, ac nunc quidem in summo discrimine positam, cum subvenire maxime possitis, periclitari non patiamini. Missi sumus ad regem natura mitem, justum, mansuetum, pacis amatorem, ut per ipsum pacem, otium, tranquillitatem, concordiam ipsi, suis omnibus, & universo orbi terrarum pariamus. Missi sumus tandem ad regem clarissimum animo atque genere illustri præter ceteros natum, ut ad tam præclara & salubria Dei opera comitem se & participem ad sacrosanctam synodum jungere velit: synodum dico in Spiritu sancto & in omni bono opere legitime congregatam, universalem summi & immortalis Dei ecclesiam repræsentantem, ac non minori stabilitati juris firmatam, quam in omnium rerum necessitate vocatam. Quæritis in ea ædificationis & ordinationis suæ solenne ac legitimum exordium? At hæc in celeberrimo omnium Constantiensi concilio decreta & constituta fuit, in quo certe divinarum humanarumque literarum ex omni parte nobis sapientissimi homines convenerant, in quo inclyta hæc, hæc inquam doctissima natio vestra summo honore interfuit: in quo sapientiæ lumina & cuncta ferme mundi ornamenta collecta fuerunt. Quæritis summam in ea auctoritatem? At hæc eadem synodus patrum, sacerdotum, regum, principum, ducum, nationum, & communi omnium consensu, tanta frequentia hominum, quantam unquam fuisse constat, una voce, uno ore decreta, statuta, diffinita, declarata, promulgata fuit. Quæritis in ea summorum pontificum consensum? At hæc sanctissimorum quondam Martini, & nunc domini nostri Eugenii plurimis literarum monumentis obfirmata, stabilita est & convocata, & adjicit ad hæc omnia simul non mediocrem concilium Senense auctoritatem. Nonne omnes in eo patres hoc Basileense concilium pro statu sanctæ ecclesiæ Dei, pro communi omnium salute, ad hoc tempus necessario celebrandum esse censuerunt? Itaque si diligenter omnia in unum colligere volumus, nullum unquam concilium tot decretorum monumentis, tot diversis (ut ita dicam) auctoritatibus ædificatum, vallatum, congregatumque, vel vidisse, vel audisse, vel etiam legisse fatebimur. At quam nunc hæc sacrosancta synodus non opportuna modo, sed

&, si

&, si nullo unquam tempore statuta fuisset, maxime A necessaria sit, paucis attendite, & recognoscite sanctissimæ fidei & reipublicæ Christianæ vulnera. Primum, an dissimulare possumus, nisi fœdissime quidem, & non mediocri etiam totius nominis Christiani periculo, in omni ferme regione orbis exortas atque excrescentes indies magis nefarias & hæreticas factiones, venenatamque illam in primis & pestiferam Bohemorum luem? Bone Iesu, quam longe lateque jam fines extendit! Quis enim non acerbe doleat, clarissimum olim populi Christiani regnum alienum, aversumque a fide & religione nostra factum? Quis præterea non miserebitur, tot innumerabiles animas, illorum falsa pestiferaque doctrina pellectas, igni & suppliciis æternis quotidie B deperire? Neque est animus nunc commemorare hoc loco, quantas strages, cædes & incendia populo Christiano hæc pestis hominum attulerit, quod sanctissima Dei templa, aras, reliquias martyrum pollutis sacrilegisque manibus profanarit, non enim omnia singulariter sine lacrymis, Christianis præcipue hominibus, enumerari possunt. Sed nec his se finibus continet hæc contagiosa pestis. Serpit enim indies magis & magis hoc exitiale malum: atque sceleratissimæ ac superstitiosæ gentis vesanæ temeritati parum facinoris in eo esse videtur, dum turpia & teterrima omnia in ecclesiam Dei, in religionem, in fidem, disciplinam sanctorum patrum flagitiosissime moliuntur, nisi civilem etiam universi orbis C politiam funditus evertant: tantumque illis superest odii & hostilitatis in rempublicam Christianam, ut non solum adversus christos domini, sed etiam adversus reges & principes, divino utique jure constitutos, plebis & multitudinis imperitæ tumultuaria odia concitare conentur; pro concione publica prædicantes omnes homines inter se pares esse, neque alium alio superiorem fore, negantes præterea vectigalia & tributa principibus dari oportere: quo fit ut multi non modo homines, sed populi, ut rerum novarum semper cupidi sunt, cum a vera & catholica ecclesia, tum a principibus etiam suis, aut re ipsa & animis & voluntate certe deficiant. Itaque hodierno tempore cum hoc su- D perstitiosum & maleficum genus hominum, magna nunc reductionis eorum oblata spe, ad sacrum concilium venire obtulerit, si hæc res neglectui forte haberi volet, vel si cum ipsos armis vincere non potuimus, turpiter esset * cogitati a facie eorum cædem, extollent se insolenter, & conflagrabit profecto intantum incendium & vis morbi, ut frustra postea desperatæ rei subvenire cupiamus: operemur igitur (ab apostolo instituti) bonum, dum tempus habemus, nec tanti ac tam sperati boni occasionem nobis oblatam præterire sinamus.

Locus obscurus.

Gal. 6.

Atque ut intelligatis ex omni parte orbis congregandi concilii summam imminere necessitatem, convertite nunc oculos ad sanctam ecclesiam Dei E jacentem & afflictam, ac longa perturbationum assiduitate pene profligatam. Bone Deus, quantum ab antiquis honoribus, & a prisca majorum nostrorum dignitate, * quibus Christianæ reipublicæ status diutina sacrorum conciliorum intermissione decidit! Videtisne, dum discordiis nimium pertinaciter inter nos decertamus, quidquid opum, opulentiarum, splendoris, ornamenti ac sanctimoniæ in florentissimo olim populo Christiano a majoribus nostris summa industria & vigilantia partum fuit, id omne nos dissensionibus & simultatibus nostris totum ferme perdidisse? Videtis propterea universum ferme orbem ardere bello, inter principes populosque Christianos teterrima concitata odia. O cæcitatem incredibilem, omnia effundi, omnia exhauriri, ad arma, ad funestissimos exercitus, in strages non hæreticorum (ut debuit) comparandos, sed in perniciem totius populi Christiani! Recogitate nunc tot nobilissimos exercitus, tot illustres proceres cæsos, tantum sparsum sanguinis Christiani, tot florentissimas urbes eversas, tot pulcherrimas patrias igni ferroque absumptas, ut nulla certe pro his tantis malis satis unquam digna inveniri præmia possent. Recogitate nullam ferme plagam orbis calamitatum vel dissensionum vacuam esse, nullam vacare bello. Quid igitur? hisne, inquam, turbulentissimis temporibus nostris, frigescente indies magis caritate, hujus concilii celebrationem supervacuam, an summopere nobis necessariam fore putabimus; solam certe viam & unicam spem calamitatum nostrarum opportune medendarum? Etenim cum multa a majoribus nostris divinitus instituta sint, salubria quidem & utilia, nihil tamen gravius, nihil commodius, quam quod sacra concilia in orbe Christiano celebrari voluerunt: quibus solis fidem Christianam, pacem, otium, tranquillitatem, concordiam sapientissimi illi homines vel dari vel posse conservari crediderunt, facileque ubi hæc fieri desierint, in adversum omnia ire & præcipitari putarunt, atque ita esse, longo usu, non sine tamen ingenti jactura rerum nostrarum, experti sumus: quidquid enim hæresum, quidquid bellorum, quidquid discordiarum, dissensionum, calamitatum, quibus misere nimium nunc populus Christianus premitur, omnia, inquam, per intermissionem conciliorum exorta sunt. Atque olim sancti patres, ut quiddam parum honeste, parum verecunde, parum moderate fieri conspiciebant, concilia statim, nullo intervallo facto, cogebant in unum, neque morbos per negligentiam aut desidiam excrescere sinebant, nullo sane alio sanctiori instituto aut documento utilius communi omnium saluti atque posteritati suæ consulere posse putantes. Nos igitur tantorum patrum soboles, sedendo stantes & otiosi adspicere poterimus tam exitiosa & indies magis excrescentia mala gentis nostræ, præsertim cum ita saluberrimum ad omnes morbos medicamentum nobis relictum sit, quo nihil certe convenientius, nihil prudentius, nihil ad omnes gentes communius fieri potest? Est enim concilium omnium patrum, regum, principum, gentium, & publicum totius orbis concilium; in quo ex omni parte sacri humanique juris doctissimi viri conveniunt: in quo Spiritus sanctus assistit, & idem Spiritus paracletus, qui nos docebit omnia, qui nos complexus est, nec errare, nec decipi, nec falli sinit: quæ omnia ideo brevioribus verbis prosequimur, quoniam pro summa prudentia & zelo religionis qui in vobis est a sanctissima majestate regia & a vobis sapientissimis viris jamdiu profecta & cognita fuerunt. Memini enim paucis ante annis exactis majestatem vestram, ut summe quidem omnium Christianissima est, honorificam omni dignitate legationem ad sanctissimum quondam Martinum pontificem destinasse, ut pro summis necessitatibus & periculis reipublicæ Christianæ, quæ invalescentibus quotidie malis in summo discrimine esset, diem futuri tunc concilii anticipare vellet; tantum fidei & populo Christiano majestas religiosissima vestra subventum iri cupiebat. Itaque, serenissime rex, illustres principes, & amplissimi domini, jamjam exoptata & tantopere vobis expectata dies illuxit, jam sanctissimis patribus frequens congregatum omni jure & firmitate concilium est, & idipsum jam sanctissimis patribus frequens. Illa, inquam, dies illuxit, in

* *forte & a quibus*

qua justissimæ voluntati & divino ardori vestro fidei & reipublicæ subvenire cupienti satisfacere possitis: in qua quantum virtutis, quantum regii animi, quantum benevolentiæ erga sanctissimam religionem & publicam salutem habuistis habetisque, tantum hodierno die in universo populo Christiano declarare queatis: non enim agitur nunc de ceremoniis, de solenniis, de diebus profestis, de ornatu templorum, de splendore urbium: sed cum res Christiana discordiis, bellis de hæreticis factionibus jamdiu multiplicata sit & labores, agitur de salute religionis & sacratissimæ legis Iesu Christi: agitur de conservatione regum, principum, totiusque populi Christiani: agitur, ne unica humanæ salutis institutio, a majoribus nostris nobis relicta, omnia scilicet in futurum sacra concilia penitus sublata perpetuo dispereant. Agitur consequenter, ne orbis terrarum, ne nos omnes perpetuo pereamus. Itaque, serenissime rex, præstantissimi patres, & illustres domini, ut pro ingenio vestro & antiqua consuetudine sacris institutis & religioni Dei nostri deditı estis, sequimini veterem impetum animi & diutini desiderii * nostri. Sequimini sanctum & antiquum morem clarissimæ & religiosissimæ patriæ vestræ, & ecclesiæ ac reipublicæ a nobis auxilium deprecantibus subvenire non tardetis. Etenim cum præcipuo quodam loco dignitatis, summa etiam gloria inter omnes orbis reges evecti sitis, cum vel virtute, vel religione, vel genere, vel claritate patriæ, vel gloria rerum nemini cedatis: cum hæc inclyta nunc tanta frequentia prudentissimorum eloquentissimorumque virorum affluat: ita ut antiquiori fama palma sapientiæ tam divinarum quam humanarum literarum sine controversia apud vos sit; nihil sanctissima majestas vestra regio nomine dignius vel sanctissimorum majorum vestrorum virtute propius facere potest, quam quod pacem Christianam (ut rex & viri certe natura vestra pacifici estis) & dare omnibus & suscipere velitis: neque ulla alia de virtutibus vestris, etsi innumerabiles & maximæ sunt, magis proximos aut similes Deo vos facere potest. Fateor summas esse laudes, & vere regias, aliquid fortiter, juste, clementer, magnifice, liberaliter agere: aut patrocinium divinæ legis sanctissimæ pacis recipere; ne fides, ne religio, ne res sacræ, ne status Christianus, ne hæc omnia funditus pereant, viribus atque animo fortiter incumbere: quis pro hoc tam illustri negotio, non divinos magis honores, quam humanos decernendos esse putaverit? Sed nimis multa de his ad vos honestæ laudis & certæ veræque gloriæ cupidos: haud enim clarissima virtus vestra suasore ad bene recteque operandum egere videtur. Ut igitur finem faciam, cum hoc sacrosanctum concilium rite fundatum, congregatum, & rebus nostris necessarium sit, sacram majestatem vestram deprecatur & orat, imo potius Spiritus sanctus paracletus in eo existens, cujus felicissimis auspiciis oleo lætitiæ præ consortibus vestris unctus rex estis & consecratus: primum ut vestris ex præclarissimis regnis lectissimos quosdam & sapientissimos viros, quorum magna sane & infinita pene apud vos multitudo est, deligatis, & pro summa dignitate regiæ majestatis ac celeberrima in toto orbe terrarum catholici nominis fama, qua semper sanctissimi majores vestri ac vos præclari fuistis, legationem omnium auctoritate insignem atque dignissimam ad sacrosanctum Basileense concilium mittatis, & cum ceteris principibus Christianis, quorum magna sane pars egregias jam & magnificas legationes pro hoc communi incendio extinguendo ad idem concilium misit, & ceteri quoque missuri videntur, de extirpatione hæresum, de virtute, de conservanda religione, de pace, de sanctimoniis moribus in melius constituenda, honestissimo certamine contendatis. Proximum est, quod omnibus animi sensibus a sacra majestate vestra sacrum idem concilium petit, ut cum hostibus vestris, ad quos nomine sacri concilii hisce de causis decreta legatio est, pacem, caritatem, concordiam, opus certe a natura vestra non abhorrens, inire velitis: pace confecta, tamquam salutis universæ jactis fundamentis, non dubitamus omnem populum Christianum, jacentem diu quidem & oppressum, ad pristinæ dignitatis suæ recuperandæ spem erigere se, & reviviscere debere. Agite igitur, oramus, omnes per sanctissimam memoriam passionis Iesu Christi quæ pacis sunt: condonate immortali Deo ac creatori vestro acceptas injurias: excutite odia, quærite pacem, fruimini tam singulari & excellenti bono, quod nobis Redemptor noster ultimo testamento reliquit, cum excessurus ex hac vita mortali dixit: *Pacem meam relinquo vobis*: dulce enim nomen est pacis: res vero ipsa cum jucunda, tum salutaris: nam nec sacram legem, nec fidem, nec societatem humanam, nec rempublicam caram habere videtur, quem discordiæ, quem bella delectant. Nostis illud tritum quod dici solet: Concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Nos igitur auctoritate & nomine sacri Basileensis concilii, si quid huic tam salutiferæ & necessariæ rei a nobis præstari posse videritis, omnia non solum forti animo, sed & libenti animo subire præsto sumus: omnia patiemur, nihil subterfugiemus, modo hinc omnibus mortalibus summe desideratæ paci, dirigente Deo nostro, vel satisfacere vel prodesse possimus. Postremum est, ut ex ditione regnorum vestrorum reverendissimos reverendosque patres, qui ad sacrum concilium juxta sanctiones antiquas venire tenentur, id ut faciant adhortari velitis: ut ecclesiæ & communi omnium saluti, præstandi prudentia & auctoritate, quemadmodum in concilio olim Constantiensi ingenti præter ceteros scientiæ ac religionis laude fecerunt, consulere & prodesse queant: quæ omnia sicut optamus & confidimus a vobis confecta erunt, facietis certe, ut primo dictum est, quod Dei est, & ipse altissimus & immortalis omnium pater, dignitatem, gloriam ac amplitudinem nominis vestri augendo, faciet quod vestrum est: & tandem in numero beatorum relati certum & diffinitum in cælo locum obtinebitis, ad laudem & gloriam omnipotentis æterni Dei, & totius curiæ triumphantis. Amen.

Locus corruptus. (margin, beside "templorum, de splendore urbium")

** forte vestri* (margin, beside "desiderii * nostri")

Ioan. 14. (margin, beside "Pacem meam relinquo vobis")

XLIV.

Oratio magistri Andreæ de Petra archiepiscopi Colossensis, quarti ambasiatoris domini Eugenii papæ, facta in congregatione generali XXII. Augusti MCCCCXXXII.

MAXIMAM mihi dicendi fiduciam præstat, reverendissimi patres, ceterique vos viri lectissimi, hic vester conventus amplissimus ac spectatissimus. Cum enim plurimos apud vos istic videam, quorum singularissima sapientia atque humanitas longa mihi familiaritate perspecta & cognita sit, alios vero omnium virtute & optimis artibus ornatos esse confidam, omnes autem vos ad Christianæ religionis conservationem & amplitudinem comparandam adventasse intelligam, dubitare non possum, quo minus pro sapientia æquo animo me dicentem audiatis; præsertim cum illud a me dicendum sit, quod ad omnium vestrum salutem & immortalem gloriam attinet: omnibus enim hominibus natura insitum est, ut ea quæ ad se pertinent libenter audiant: &

cum

cum hanc vestram curam & studium ad hoc solum contulisse videamini, ut sævientes hæreses extinguantur, ecclesiastica jura & ceremoniæ repetantur, Christiani fines paci restituantur; pro quibus omnibus apud vos mihi sermo habendus est, non major debet esse in me cura dicendi, quam in vobis audiendi voluptas. Sed antequam ad eam disputationem veniamus, necessarium fore existimo, ut quid doctor gentium Paulus dicat audiamus. *Non sit*, inquit, *schisma in corpore*. Ita enim quondam idem veritatis constantissimus prædicator Corinthiis dissidentibus dixerat, sicut primæ epistolæ 12. cap. scriptum est. Hujus apostolicæ præceptionis intelligentia, patres, cognitu facilis fiet, si prius ille Spiritus, qui quondam igneo splendore descendens rudium illorum & trepidantium hominum animos & glutino caritatis conjunxit, & summa sapientia illustravit, suo ardore corda nostra inflammet: quod ut facere dignetur, ad ipsum mentes nostras cogitationesque vertamus. Hoc modo ejus suffragio postulato, ad propositæ jussionis perceptionem revertamur.

Inter ea dissidentiæ genera, patres optimi, quæ membra corporis mystici agitant atque perturbant, nullum eo deterius quod schisma nominatur, est enim totius discordiæ caput atque principium, adimitque corporis ecclesiastici unitatem, cujus perniciem idem doctor prospiciens, in capite prædictæ epistolæ eosdem Corinthios summa obtestatione precatus est ut illam pestem diffugerent. *Obsecro*, inquit, *vos, fratres, per nomen domini Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia.* Quid autem nomine schismatis intelligi debeat, patres doctissimi, neminem vestrum dubitare existimo. Græcus enim, a quo in primis illi voci significatio data est, per illud nomen scissuram quamdam ac divisionem intelligit, non illam certe qua quisque peccator a Deo dividitur, de qua olim Isaias loquens dixerat: *Peccata vestra diviserunt inter vos & Deum.* Nec rursus illam divisionem intelligo, qua ab unitate fidei quispiam segregatur. Illa enim in aliud impietatis genus transcendit, quod idem Græcus rectius hæresim nominavit. Sed de illa scissura nobis præsens disputatio est, cum quis eodem religionis cultu servato ecclesiæ præcipienti parere contemnit. Cujus diffinitionem, licet aliis verbis, eadem tamen sententia, beatissimus pater Augustinus, cum adversus Faustum scriberet, aperte ostendit. Schisma, inquit, est eadem opinantem, atque eodem ritu colentem quo ceteri, solo congregationis delectari dissidio. Ex quo & illud sequi necesse est, ut ab unitate quam Spiritus sanctus in Dei ecclesiam inducit & servat, voluntarie recedatur, sicut beato doctori 2. 2. q. 39. art. 1. visum est. Plurima dissidiorum genera membris ecclesiastici corporis accedunt, discordia scilicet, contentio, rixa, seditio, bellum, hæresis, & omnis animi indignatio, quam beatus Paulus Galatis scribens enumerat. Ex his omnibus, patres reverendissimi, nihil est quod tantam perniciem corpori mystico inferat, quemadmodum dissidentia schismatis. Cetera namque animorum adversa studia, aliis atque aliis proprietatibus; hoc detestabile facinus sub unitati ecclesiasticæ objectatur. Nam & si discordia concordiæ opponatur, cum quis suam alterius sententiæ præferat, id tamen eo modo fieri potest, ut discordantium quilibet bonum dicat & cupiat, quamquam in modo rei conficiendæ dissentiat, sicut de Paulo & Barnaba in assumptione Marci discipuli legimus, ut est actuum 15. Contentio etiam, licet ex ipso dicendi modo animorum contrarietatem significet, honeste tamen fieri

Isaia 59.

Galat. 5.

potest, cum aliquis pro dignitate hominis atque negotii acrimonia debita usus, ad veritatis defensionem accedit. Unde & catholici adversus fidei hostes contentiones commovent, ubi prius ad certamen vocantur, sicut glossa testatur 1. Reg. 4. cap. Rixa insuper, etsi a peccato immunis esse non possit, ut B. doctor diffinit, (nam qui rixatur, & ad contradicendum paratus est, ut placet Isidoro, & de ipsa contentione lætatur, alios quoque ad contradicendum inducit) privatum nihilo minus malum est; & inter paucos accidit, habet enim privati belli naturam, nulla publica auctoritate firmati: seditionem vero esse aliquod crimen & ipsa ratio persuadet, & beatus Paulus testis est: qui cum quædam peccata gravia prohibuisset Corinthiis, seditionem etiam enumeraverat, sicut secundæ epistolæ duodecimo capitulo legitur. Est enim malum, quod soli societati civium adversatur. Per ipsum autem bellum etsi maximas urbes diruptas, plurimas respublicas eversas, florentissima regna depopulata legamus, nonnulla tamen bella juste fieri posse nemo sapiens dubitabit. Cujus sententiæ B. Augustinus testis est in eo sermone, quem pro puero Centurionis habuerat. Et hæc quidem animorum adversitas illi unitati objicitur, quæ ad mysticorum membrorum conjunctionem attinet. Quod si ad ordinem illum animum verteris, qui ad caput hujus ecclesiastici corporis spectat, aliquid quoddam pestiferum divisionis genus invenies: quod etiam bipartitum B. Thomas intelligit, si quidem ea sentiri ac prædicari a quoquam contigerit cum omni dura & improba pertinacia, quæ fidei veritatem & majestatem offendat; is, quisquis fuerit ille, hæreticorum numero aggregatur. quod aliis accommodatioribus verbis beatissimus doctor Augustinus adversus Manichæos declarat. Qui in ecclesia, inquit, Christi morbidum aliquid pravumque quid sapiunt, si correcti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, hæretici sunt. Hoc infidelitatis genere inter scissuras ecclesiasticas esse quidquam deterius nullus doctorum affirmat: jacta enim fidei fundamenta sua opinione evertit, tenditque ad primæ veritatis injuriam. Quanta autem Christianæ religioni publica damna intulerit, facile sciet qui volet, si a Simone Samaritano, a quo omnis hæresis initium sumpsit, usque ad Ioannem Hus, nostræ ætatis eximium hæresiarcham, annales ecclesiæ repetere statuet. Ultimum contendentium genus scissuræ nomen accepit, quod accommodatius Græco vocabulo vos patres Latini schisma nominatis. Hoc intestinum malum etsi majestati ac veritati mystici capitis non adversetur, cum in primis neque insolitum dogma prædicet, nec veterem corruptelam defenset: habet tamen quamdam proprietatem pestiferam, quæ Christianæ paci & unitati vehementissima officit. Qui enim ecclesiæ principi subesse renuit, & membris ecclesiæ ipsi subjectis communicare recusat, quemadmodum beatus doctor ostendit, is in unitate mystici corporis manere non potest. Unde & schismaticus jure nominatur: ex ipso etiam, tamquam ex fonte quodam iniquitatis, omnes illæ superiores animi indignationes facile fluunt. Schismaticus enim absque discordia esse non potest, cum se meliora & sanctiora dicere & profiteri glorietur. Contentiones etiam in ipso schismate nutriri necesse est, cum ea quæ prave schismatici senserunt improba temeritate defensent. Rixæ schismatico minime desunt; est enim ad contradicendum semper paratus, ne minus recte fecisse judicetur. Seditiones populi Christiani ex ipso schismate maxime accidunt. Scinditur

enim in adversa studia vulgus, & populus velut grex post terga pastorum sequitur, & quia ratione vulgo constare non potest, quod prave semel acceperat, id ferro & sanguine probare molitur, unde & bella publicæ surgunt. Quod si paulo longius schisma perstiterit, hæresim parit: contingit enim aliquam sibi hæresim schismaticus, ut recte ab ecclesia recessisse videatur, sicut beatus Hieronymus dixit. Cumque ex contemptu illius qui auctoritatem & locum mystici capitis tenet hoc detestabile malum proficisci videatur, idcirco schismaticus ecclesiasticum ordinem non mediocriter turbat: & quia reliquorum membrorum communionem respuit, Spiritum Dei non habet, sicut Pelagius papæ testatur, ut est 24. dist. quæst. 1. Schisma insuper, quia schismaticus in unitate unum non est, sicut idem pontifex dicit, quantum ex ipso suo maleficio ecclesiasticam unitatem & pacem penitus dirimit, pro qua instituendæ & conservanda Filius Dei paulo minus minoratus ab angelis in terram descenderat, pro qua summam inediam variosque labores perpessus est, sanguinem proprium fudit, mortem subiit, nihilque eorum abhorruit quæ suæ majestati adversarentur, si modo illud ad constitutionem hujus sacratissimi corporis conducere videretur. Cum itaque tantorum præclarissimorum atque admirabilium operum munus, hoc unum perniciosissimum schismatis facinus adimit atque corrumpit, justissime veritatis doctor ipsum a Christiana religione depellit, dicens: *Non sit schisma in corpore.* 1. Cor. 15.

Non sit schisma in corpore, patres, si cupitis hæresum zizania extirpare. Non sit schisma in corpore, si quæritis vitam ecclesiasticam reformare. Non sit schisma in corpore, si desideratis infensos animos principum mitigare.

Quantum igitur ad primum attinet, patres, etsi Spiritus sanctus istam corporis ecclesiastici magnitudinem dirigat atque informet, totosque (ut sic dixerim) infusus per artus hanc agitet molem, & magno se corpori misceat, sicut ille poeta dixit, id tamen huic corpori accidere videmus, quod & naturali evenire physici dicunt, ut anima scilicet incorrupta & integra, membra sæpe aliquo morbo laborent. Quod ex triplici ægritudinum genere accidere medici disputant. Omnis enim humani corporis languor aut est membrorum consimilium, aut officialium, aut ex utrisque constitutorum. Constare autem cuilibet vestrum arbitror, patres doctissimi, quid nomine consimilium aut officialium membrorum intelligi debeat. Illa consimilia membra sunt, in quibus toti & partibus eadem denominatio datur, ut si quis carnem, nervum, os, & hujusmodi dixerit. In officialibus autem, toti & partibus una eademque denominatio specialis non competit: ut oculus, pes, manus, & eorum similia. Ægritudinem itaque consimilium membrorum illam dicunt medici esse, cum variata proportione calidi, frigidi, sicci, & humidi qualitatum primarum, adversa dispositio inducitur. Cum vero officialibus membris languor aliquis accidit, hunc aut in forma, aut in numero, quantitate, aut impositione evenisse contendunt. Ex his quæ diximus, quid & de membris mixtis intelligi debeat, non erit difficile cognitu. Hinc omnia translata quadam significatione mystico corpori convenire invenio. Habuit corpus hoc membra consimilia, habuit officialia, habet ex utrisque composita. Eo enim tempore quo Dei ecclesia prima rudimenta Christianæ religionis acceperat, consimilium membrorum formam præferebat, cum esset credentium cor unum & anima una in domino: nec diceretur eis aliquid proprium, sed essent eis omnia communia, sicut actorum quarto capitulo scribitur. Officialia vero membra tunc ecclesia habuit, cum auctoritate & operibus crescere cœperat, aut cum potestatis, ordinis & jurisdictionis usum auctoritate publica receptaverat, quod a Silvestro ad posteros quosque Romanos pontifices processit, sicut historiæ produnt, & in canone ponitur, 23. dist. quæst. 8. Tributum. His mysticis membris varia diversaque morborum genera contigerunt. Morbum autem hic non aliud, juxta beati Augustini sententiam, quam hæreticam pravitatem intelligo. Idem etiam beatus Hieronymus sensisse videtur, qui hæreticum hominem putridæ carni comparavit. Enumerare autem, propriisque nominibus omnia illa vobis, patres, exponere, esset quidem jucundum, si ratio temporis non haberetur. Beatus Augustinus in libro quem de hæresibus accuratissime scripsit, nec a se, nec ab alio quoquam numerum omnis hæreseos satis exploratum fuisse existimat, quamquam Philaster Brixiensis episcopus centum & viginti octo genera hæresum usque ad illam suam ætatem contigisse commemoret. Cogitare itaque facile potestis, patres reverendissimi, quot errorum genera in agro dominico disseminata postea fuerint, si Philaster centum & vigintiocto hæresum nomina recensuerit, quem beatus Augustinus sequens librum de hæresibus scripserat. Hæc immensa, ut sic dixerim, errorum silva, etsi a beatis apostolis sanctisque patribus ac sacris conciliis conculcata dissipataque dicatur, penitus tamen succidi non potuit. Nam beatus Isidorus, posteaquam quinquaginta & septem hæresum capita numeraverat, illas omnes dicit a sanctis apostolis sanctisque patribus ac sacris conciliis fuisse condemnatas. Quod qui volet, facile sciet, si rerum temporumque successiones & ordinem repetat. Nam Menandrini ac Saturnini, magni diaboli laquei, cum Simone mago principe illius hæreseôs a beatissimo Petro apostolo condemnati sunt, qui eumdem Simonem & ejus pecuniam in perditionem abjecerat. Qui vero humanitatis officio satisfactum iri arbitrantur, si quisque rem solam privatam curaret, quod a dictis hæreticis attribuitur, hi Ananiæ & Sapphiræ horrendo interitu condemnantur, quos ambos idem Petrus subita morte mulctaverat, sicut actuum quinto capite scriptum est. Nicolaitarum vero impudentem lasciviam Ioannes in Apocalypsi, cum ad Ephesinam ecclesiam scriberet, reprobavit. Nam etsi priorem caritatem in illa ecclesia amissam conqueratur, in hoc tamen illam dignam commendatione duxerat, quod Nicolaitarum impudicitiam fugerit. *Hoc habes*, inquit, *quod odisti facta Nicolaitarum*. Apoc. 2. Illi vero qui connubiis detrahunt, & omnem legitimum torum turpitudinem putant, qui etiam apostolicos se vocare præsumpserant, beati Pauli apostoli sententia condemnantur, qui ad Colossenses scribens, præcepta, quibus conjuges omni reprehensione carerent, tradiderat. *Mulieres*, inquit, *viris subditæ estote, sicut oportet in domino.* Et alibi: Ephes. 5. *Viri, diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam.* Et hæc quidem in prima ætate ecclesiæ contigisse invenio. Cum autem eadem membra officialia esse cœperunt, alius pestilens morbus irrepsit. Arius siquidem Alexandrinus, cum de forma ecclesiastici capitis, hoc est de plena essentia Filii Dei (secundum Augustinum) inique sanxerat & prædicaverat, dicens eum esse alterius naturæ a Patre, maximam ubique pestem effudit. Macedonius vero de numero divinitatis iniquam sententiam ferens, dicensque Spiritum sanctum servum Patris ac Filii, multos corruperat. Nestorius quantitatem majesta-

majestatemque hujus mystici capitis vehementer opinione prava minuit, cum salvatorem nostrum summum quidem virum & Deo dignum esse affirmasset, sed eumdem Deum omnino negaverat. Eutyches vero atque Dioscorus ipsam positionem humanitatis Christi inique transtulerat affirmans eamdem divinitatis * potentiam exhaustam fuisse atque absorptam, propterea & perpetuum morbum in membra mystica sparsit. Contra quos velut adversus publicam pestem erecti quondam Romani pontifices synodos sacras convocarunt. Nam & Silvester natione & dignitate Romanus, trecentorum & octodecim patrum consensu, quos in Nicæna congregaverat, Arium hæreticum declaravit. Damasus vero vita & eloquentia clarus, in secunda synodo centum & quinquaginta patrum conventu Constantinopoli coacto, Macedonium blasphemum dejecit. Nestorianam vero hæresim Cælestinus Romanus ducentorum patrum in Epheso convenientium auctoritate reprobavit. Ita & Leone pontifice præcipiente Calchedonensis synodus * quingentorum & triginta patrum præsentia Eutyches atque Dioscorus anathemati æterno subjecti sunt. Sic & aliæ universales synodi auctoritate Romanorum pontificum congregatæ ad morbum aliquem depellendum convenerant; licet illæ priores, quas paulo ante enumeravi, dignitate quadam ceteris aliis præstare videantur, quemadmodum distinctione decimaquinta canonum positum est. Ipsæ enim totam fidem Christianam complexæ, quemadmodum Gregorius dixit, quasi quatuor paradisi fluvii totum orbem irrigaverant. Quod vero sanctorum patrum doctrina errores depulerit, testes sunt * Anastasius, Basilius, Cyrillus, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Christianæ religionis clarissima lumina, qui adversus omnis hæresis genus invictissime scripserant. Sed nec apostolorum summa in terris potestas, nec sacrorum conciliorum auctoritas, nec sanctorum patrum admirabilis illa & pene divina sapientia efficere potuerunt, quo minus multiplex hæresum pestis, quæ semel insederat per totum orbem effusa, infinitam hominum multitudinem ad infernum deducat, qui de orbis dimensionibus disputent, præter eam participationem quam in septem climata dividunt, aliam quamdam vulgatiorem addunt, qua totum, quod ab homine colitur, in Orientalem, Occidentalem, Septemtrionalem, Meridionalemque plagam distinguunt. Primam partem in decem provincias dividi dicunt; in Indiam scilicet, Isauriam, Sidonis Phœniciam, Syriam, Palæstinam, & reliquas, quas a quadraginta & tribus gentibus habitatas affirmant. Occidentalis portio in sex & triginta provincias distincta est, quæ quinquaginta & quatuor gentium homines continet. Septemtrionalis autem regio in duodecim provincias porrigitur, quarum gentes triginta unam esse affirmant. Meridionalis & ipsa in duodecim partes distincta est, quarum gentes ob interjacentia deserti spatia certo numero comprehendi non possunt. Per has igitur vastissimas regiones ac varios gentium mores, omnia illa hæresum genera, quæ vel ab Epiphanio Cyprio, aut Philastrio, aut Augustino, sive Isidoro numerantur, respersa atque effusa sunt. Nec est quod si veterum hæresum principes de medio sublati fuerint, desinant qui eorum errores & sapiant & defensent. Primam habitantium regionem Ariana hæresis vehementer invasit. Macedoniani facile numerari non possunt. Ii quos Armenos appellamus, gens certe amplissima, & frugalitate præcipua, Eutychis atque Dioscori perversam eruditionem sequuntur. In Hesperia vero plaga Sadducæos, qui

* potentia

* sexcentorum

* Athanasius

A resurrectionem negant, & animas cum corporibus simul interire affirmant, plures invenies Cerdonianos, qui duo principia ponunt; Tertullianos, qui animas per traductionem esse accipere arbitrantur; Cataphryges, qui sacramenta ecclesiastica negant; sufficere tamen ad humanam salutem ajunt, si infantis annieuli sanguis, quem immanibus punctionibus (ut Augustinus ait) a corpore innocentis extorquent, mixtus farinæ, panem a se sumendum conficiat. Pars insuper, quæ Septemtrioni subjecta est, plurimos habet qui catholicæ fidei adversantur. Sunt qui negant Romanam sedem esse matrem ac principem reliquarum, quod an hæresim sapiat, testis est Nicolaus papa 22. distinctione, cap. Omnes. Præ-

B terea sunt nonnulli, qui ajunt animas exutas corporibus nondum ad sua loca receptas. Alii purgatorii pœnas figmenta existimant. Sinistra autem orbis positio, quam Meridionalem dicunt, hæresibus plena est. Illic Nestorianorum nomen & genus amplissime patet, Sabellianorum hæresis latissime prædicatur, Valentiniani, Apellitæ, † Archotiani, Carmiani, Ebionitæ, numero facile comprehendi non possunt. Nequeo, patres reverendissimi, vobis enumerare infinitam, ut sic dixerim, hæresum multitudinem, quæ tot gentium animos dudum corruperat: quod unde proveniat, aut quo auctore procedat, dignoscere certe facile non est, nisi (ut placet sanctis doctoribus) ideo illud Deus fieri passus est, ut cre-

C dentium fides probetur, & ne fidelium ingenia tranquilla credulitate contorpeant. Fieri etiam potest, Deum tot hostes suæ fidei esse pati, ut tirones Christianæ religionis habeant quos vincere possint. Tantam igitur zizaniorum varietatem ab agro dominico non solum divellere, sed nec excerpere quidem humana ingenia suppetunt. Satis igitur est, si de his dumtaxat potestas ecclesiastica propensius curet, quibus vel beneficium reddendum est, aut si tales sint hostes, aut religioni magis ac magis officiant. Sunt autem (ni fallor) duo genera hominum, qui fidei catholicæ adversantur, Græci scilicet atque Hussitæ, de quibus provideri oportet: Et illis qui-

D dem, ut pro susceptis beneficiis gratiæ dignæ reddantur: istis vero, ne contagione pestifera totum corpus ecclesiasticum lædant. Neminem vestrum patres præterire arbitror, Græcorum gentem sic optimis artibus floruisse, ut omnium gentium nationes incredibili quadam virtute superaverit. Taceo de variis disciplinis, quas omnes a fontibus Græcorum profectas, omnes uno ore fatentur; quidquid Dei ecclesia docet & prædicat, idipsum etiam suis nominibus a Græcis in Latinum traductum est. Quod si parentibus maximum debeamus, quia genuerunt ac educaverunt: si præceptoribus plurimum, quod erudierint: certe satis aperte significari non potest; quantum vos patres Latini Græcorum generi debeatis, a quibus illud vobis collatum est, quo nihil

E præstantius ab homine conferri potest. Hi ergo, quos memoro, Græci ad unionem ecclesiæ venire contendunt, non eo pacto quo quidam eos fallendi gratia dicunt accedere, sed aperte & absque aliqua simulatione. Pontifex siquidem maximus Martinus felicis memoriæ papa V. sic sua sapientia atque humanitate Græcos ad opus unionis attraxit, ut de tanta opinionum & postulationum diversitate ad unam & solam differentiam concesserint, quis scilicet locus ille sit, qui pro convocanda synodo utriusque generis patres apte suscipere posset. Habeo hujus rei testes gravissimos, qui huic vestræ clarissimæ spectationi adsunt, & quæ duo in præsenti audiunt: nec audita vobis patres pronuntio, sed quæ vidi, & quæ præcepto ejusdem præsulis ipse con-

† Archonticos ac Carpocratianos intelligit.

contrectavi, & publica stipulatione concluseram. A Quorum Græcorum propositum & tu, Eugeni papa sanctissime, pro tua religione eximia & animi amplitudine, nuper ampliora & certiora te ipsis facturum spondendo confirmasti. Nec credi potest ut Christianorum quispiam his tuis sanctissimis desideriis atque conatibus contraire posset. Ad hoc enim opus tam salutiferum nemo Christianorum quidquam suorum excipere debet. Non enim parum fructus habet ad fidei catholicæ incrementum Græcorum conversio. Illa siquidem Constantinopolitana sedes habet in Asia, Africa, & Europa vastissimas provincias atque amplissima regna, plurima genera hominum linguis & moribus longe dispa- B ria, qui omnes ad fidei catholicæ obedientiam atque religionem convolarent, si præsul Constantinopolitanus, ut quondam facere solebat, honorem & debita jura Romano pontifici redderet. Illud autem, patres optimi, facile fiet, si non sit schisma in corpore. In novam enim ecclesiæ scissuram dilabi, & inveteratos schismaticos ad unionem ecclesiæ reducere velle, illud quo pacto fieri possit non satis intelligo. Quomodo enim Græcus tantum in hoc nostro ecclesiastico corpore dissidium audiens, eidem se conjungere vellet? Aut cum Romanum pontificem tam facile a suis contemni viderit, eidem honores debitos reddat? Nonne ridebit? Nonne utrosque leves & longe a Christiana caritate sejunctos judicabit? Nonne postulanti ut ad gre- C mium ecclesiæ redeat, mox euangelicam respondebit sententiam: *Frater, vade, erue prius trabem de oculo tuo, & tunc videbis eruere festucam de oculo fratris tui.* Cum superiori tempore nullus indubitatus pontifex haberetur, neminem Græcorum aliquis audivit qui de unione ecclesiæ tractaret: at ubi omnium dissidentium vota ad unum pastorem convenerant, mox legati Græcorum pontificem adierunt, & coram gloriosissimo ac invictissimo Romanorum rege domino Sigismondo semper Augusto, pro unionis negotio, imperatoris & patriarchæ Constantinopolitani voluntatem & vota trigintasex articulis patefecerunt. Scio quod verum loquor, & quod hæ manus literas illas obsigna- D tas explicuerunt, & quæ illic continebantur ex Græcis Latina feceram. Unde cum honestissimæ Græcorum petitiones principibus nostræ religionis visæ fuerant, mox dominus Joannes episcopus cardinalis tituli sancti Sixti, vir omnium suæ ætatis religione & sapientia spectatissimus, legatus in Græciam declaratus est: quem illuc properantem si mors e medio non sustulisset, plurimi nunc populi ac nationes ritu & religione essent vobis simillimi, quorum nullum impræsentiarum habetis. Nec certe credendum est Græcos ab illa sua honesta opinione recessisse. Eadem est gentis illius ad reconciliationis opus intentio, idem omnino desiderium, eadem postulatio; nisi quod filius, qui nuper imperio successit, ad unionis negotium longe ardentior E sit, quam unquam fuerit pater: quo fit ut ad reconciliandam gentem illam catholicæ fidei via paratior modo sit. Quod si locus aliquis ad convocandum utramque gentem opportunus daretur, videretis: patres reverendissimi, plurima de Græcis facta fuisse judicia, quæ omnino stare non possent. Hos igitur fructus uberrimos de Græcis vos, patres præstantissimi, referetis, si non sit schisma in corpore. Alterum perditissimorum hominum genus, de quibus ob summam perniciem generali omnium patrum institutione consulendum est, Hussitas intelligo, gens profecto pestilentissima, & velut exitiale virus per corpus ecclesiasticum repens. Nec unum, sed multi- A plex ac atrocissimum malum, hujus hæreseos morbus est. Nam si quis illorum hominum perversas sententias, quas gravissimis Christianorum cladibus amplificare voluerunt, recensere voluerit, veterum hæresum irritamenta quædam fuisse fatebitur. Coguanti enim hanc novellam corruptionem, evestigio Nicolaitæ, Gnostici, Cerdoniani, atque Marcionitæ occurrent, * Aditæ quoque, Catharitæ, ac Apostolici, huic hæresi non defuerunt, & Achardıtæ, Ariani, atque Joviniani quamplurimi, quos omnes Epiphanius Cyprius, vir omnium orientalium patrum sapientia & sanctitate insignis, inter nominatissimos hæreticos scripsit: nec solum multiplex hæresis hæc, sed & funestissima Christiano populo extat. Plurima damna ab Arianis, Ne- B storianis, Monothelitis, Iconomachis, ecclesia Dei perpessa est, sed nulla fuit tanta hæretica pestis quæ huic cladi comparari posset. Hæc enim omnia jura humana atque divina pervertens, nulla pietate in ætatem vel sexum, amplissimas & opulentissimas patrias igni & ferro subjecit. Patent ejus immanissimæ strages in Bohemia, Moravia, Silesia, Marchia, Austria, Hungaria, ac ceteris circumfinitimis adjacentibus nationibus. Quod si hoc captiosissimum ac fallacissimum hominum genus ab illa sua immani consuetudine ac funestissima rabie contempuerit, velitque iter salutis & reconciliationis ingredi, nulla sit mora, patres præstantissimi, * quo C pontifex maximus ac tota concio patrum operam suam ac studium conferant, ut lupos rabidos in oves convertant. Nihil hoc opere salubrius, nihil certe utilius. Sed cum inter vos patres ecclesiasticos sint adversæ sententiæ, hoc fieri minime poterit. Nam totum Hussitarum studium in eo positum est, ut clericorum insolentias, voluptates, avaritiam, superbiam atque ambitionem, quibus hunc vestrum statum ecclesiasticum & amplitudinem dejiciant atque prosternant, vulgo continuo prædicent. Illud autem quantum quibusdam maximis viris placeat, & populis rationi consentaneum videatur, aperte ostenderem, si hæc omnia vobis clarius non paterent. Igitur qui cupit Hussitas ad unionem ec- D clesiasticam revocare, illud prius efficere studeat, ut novella zizania evellantur, ut nulla mentis affectio, nulla in rebus gerendis perturbatio, sed timor Dei, caritas proximi, zelus ecclesiasticæ pacis, opera vestra proficiat. Illud etiam summo studio agendum est, ut debitus honor ac reverentia pontifici maximo, quem unicum loco Dei in terris suspicimus, tribuatur. Quod omnino faciendum quisque hominum judicabit, si de hujus patris sanctissimi ac beatissimi vitæ integritate & innocentia noverit. Ad hæresum extirpationem ac fidelium expugnationem nemo Christianorum illo flagrantior. Taceo alia ipsius sanctissimi præsulis ornamenta virtutum: illa enim aliud tempus desiderant. Cum privatis negotiis operam daret, contra infidelium E ac hæreticorum errores & impetus plurima egregia & memoratu digna cogitaverat atque instituerat, reverendissimorum patrum cardinalium numero aggregatus, mox quæ privatim excogitaverat publica auctoritate perficere conatus est. Propterea & legationem in Epirum, Macedoniam, Thraciam, Propontidem, Asiam, Ciliciam, Syriam, atque Ægyptum, ubi veræ fidei jura & dignitas in spretum maximum venitunt, paratissimo animo suscepisset. Propterea & conscribi jusserat, quibus artibus illæ nationes potestati ecclesiæ addi possent. Quod si ipsi pro magnitudine animi & zelo fidei parem potestatem & auctoritatem consiteri contigisset, nihil est quod vexillum sanctissimæ crucis in-

Matth. 7.

* forte Adamitæ, Anarchitæ, al. Taschitæ, forte, Tetraditæ.

* forte quo minus

cis inter remotissimas gentes cum summa gloria nostræ religionis non figeretur. Adscitus sanctissimi Romani pontificis dignitati, quæ jam tot labentibus annis excogitaverat in effectum omnino deduxisset, si intestinæ discordiæ atque vicina bella sancto ejus proposito impedimento non extitissent: non tamen destitit, quo minus adversus Hussitarum rabiem extinguendam diversis studiis vigilaret: quod aperta ratione probabitur, cum necessitas postulaverit. Secretarium imperatoris Græcorum nuper ad se venientem ita grate remisit, ut idem imperator statuerit legationem amplissimam ad summum pontificem dare, ut de loco aliquo idoneo pro congreganda synodo videatur. Hoc jam factum fuisse credendum est, nisi aliquis inexpectatus vel alias insperatus casus impedimento fuisset. Sub tali igitur nostræ religionis patre & præsule & veterum & recentium hæresum respersa zizania facile evellentur, si vos reliqui patres ejus præcepta justissima tamquam devotissimi filii suscipere statuatis. Ad quod pium & necessarium opus, & totius ecclesiæ diuturna consuetudo, & veterum conciliorum auctoritas, & sanctorum patrum sententiæ vos hortantur. Quare, patres, per immortalem Deum, per intemeratam fidem, cujus vos defensionem suscepisse videmini, per illud districtum horrendumque judicium, ad quod nos omnes volentes nolentes detrahemur, in hac rerum maximarum consultatione & moderatione animi uti velitis, ne, cum exterarum gentium hæreses purgare quæritis, novellos errores domi nutriatis. Sed de hæresum extirpatione hactenus dixisse sufficiat: amodo de reformatione pauca dicam. Hoc mysticum corpus, de quo hactenus memoriam feci, alia etiam appellatione domus nomen accepit, sententia illius qui ad Hebræos scribens dixerat: *Christus tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos.* In hoc sanctissimo templo nemo aliud fundamentum ponere potest, præter illud quod positum est, Christus scilicet Iesus, sicut primæ ad Corinthios tertio capite dicitur: Hanc structuram mirabilem ille sapientissimus architectus, non simplici, sed varia quadam compositione erexit. *Ipse enim dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi*, sicut quarto ad Ephesios scribitur. Hæc est illa varietas, quam in Spiritu David quondam prospiciens dixerat: *Adstitit*, inquit, *regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Varietatem autem non illam intelligo, qua ex ebore, auro, variorumque colorum genere parietes in regiis principum ornari solent, sed apostolorum doctrinam, confessionem martyrum, ut glossa testatur, puritatem virginum, lamenta pœnitentium. Id autem optima ratione fuisse facile quisque judicabit, si hujus corporis mystici aut domus ecclesiasticæ naturam ordinemque perspexerit. Nam cum gratia hujus fundamenti vel capitis plene tota in partibus extare non possit, ut dicit doctor beatus, ideo vario modo singulis distributa est. Propterea & quidam apostoli, alii vero prophetæ dari dicuntur. Cumque id fieri nequeat, patres reverendissimi, ut quispiam se solo æque officiis pluribus satisfacere possit, unde & membra corporis singulis actionibus occupantur, idcirco ecclesia circumamicta varietate describitur. Et quia officium sponsæ simul & nomen accepit, ideo ipsam decorari ornatamque prodire oportet, quod in varietate maxime constat, sicut sapientibus placet, & ipso experimento ostenditur. Nam & regina Saba, præter illam admirabilem sapientiam quam argumento in Salomone cognoverat, perspecto servorum habitaculo & ordine ministrantium, maxime admirata, spiritu ipso defecerat, sicut 3. Regum 10. capite scribitur. Hujus itaque structuræ mirificæ etsi fundamentum solidum inconcussumque persistat, ornatus tamen ac ceterarum partium ordo labefactari judicantur. Nam loco apostolorum eos hodie cernimus de quibus Paulus Corinthiis scripserat: *Pseudoapostoli*, inquit, *operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.* Nec alios puto, patres optimi, hodiernos prophetas existere, nisi eos dumtaxat de quibus Ezechiel in Spiritu videns dixerat: *Væ*, inquit, *prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident: Quasi vulpes in desertis prophetæ tui Israel.* Nequeo, patres reverendissimi, crimina & casus gravissimos eorum hominum vobis exponere, qui dignitate & auctoritate velut in quadam specula constituti, magistri debent esse publicæ disciplinæ. Omnes enim declinaverunt, & ab officio recedentes inutiles facti sunt, sicut propheta testatur. Aptissime descripsit Isaias clericorum ignominiam, socordiam, lasciviam, segnitiem, immunditiam, turpitudinem, ambitionem, avaritiam. *Speculatores ejus*, inquit, *cæci omnes, nescierunt universi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia: canes impudentissimi, nescierunt saturitatem; ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam: omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam usque ad novissimum.* Cum igitur ex eorum criminibus ac vitæ corruptione, qui virtutem ac disciplinam professi sunt, hujus mystici templi structura gravissimum lapsum atque ruinam minetur, optime ecclesiasticæ saluti consulitis, patres, ut redintegratio fiat, quam vos vulgo reformationem nominatis. Ceterorum vero hominum vitia, privatam; clericorum vero scelera, publicam perniciem inferunt. Nam cum populi omnes in sacerdotem atque pontificem, tamquam in præceptorem virtutum, suspiciant, id indubitata fide putant a se factum iri, quod ipse faciendum delegerit. Sed hanc rem perdifficilem plenamque laboris ea ratione efficere poteritis, si non sit schisma in corpore. Nam cum in ipsa spirituali structura sit unitatis multiplicitas, tamen inter ceteras illa præcipua judicatur, quam ille cælestis ac individuus Spiritus efficit. Hæc autem omnia dixit Apostolus: *Operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult*, sicut 1. ad Corinthios 12. cap. scribitur. Fieri autem minime potest, ut hi qui adversa de bonis moribus sentiunt, & qui manifestam ruinam ecclesiæ parant, Spiritu Dei ducantur. Eo etiam evenit ut præceptis majorum ad vitæ innocentiam atque religionem velle quempiam ducere, perdifficile sit, nisi eum Spiritus Dei prius induxerit. Pleni sunt libri omnes Christianorum sanctissimis exhortationibus, pleni præceptis saluberrimis, pleni exemplis admirabilibus. Quidquid de vita & honestate clericorum decerni & præcipi potest, id totum amplissimis literis & maximis codicibus continetur: *& tamen nemo facit legem*, sicut dicit salvator. Prius itaque Spiritus ille rogandus est, ut doceat & inspiret quo pacto impleri debeant suæ justificationes, sicut propheta precatur. Ceterum impossibile quidem videtur de principatu ecclesiæ ac de moribus disputare simul atque decernere. Nam cum de capite ac principe senatus ecclesiasticus occupatur, ornatui publicæ honestatis satis apte vacare non potest. Extant gentilium atque Christianorum monumenta amplissima, quæ huic rei gravissimum testimonium afferunt. Unum solum impræsentiarum sufficiat. Cum per Oniam pontificem

Hebr. 3. — Psal. 44. — 2. Cor. 11. — Ezech. 13. — Psal. 13. — Isaia 56.

solum res Iudæorum agitarentur, civitas sancta in
omni pace habitabatur, lesgesque optime custodie-
bantur, sicut 2. Machabæor. 3. cap. scribitur. Sed
posteaquam per ambitionem Iasonis fratris collatio
summi pontificii ad Antiochum translata est, mox
gymnasia & ephebiæ in civitate Dei fuerant institu-
2. Mach. 4. tæ, horrendum certe scelus, & omnibus sæculis in-
auditum facinus. Confracto itaque atque collisso ec-
clesiastico corpore, integritas honestatis atque reli-
gionis constare minime potest. Præterea quem vos
patres ecclesiasticis institutis coercere poteritis, qui
mox alios quæsiturus non sit, a quibus grate susce-
ptus, prioris vitæ corruptelam non teneat? Et inde
huc venientem nemo corripere audebit, ne suo ex-
emplo alii secuturi teneantur. Itaque, patres sapien-
tissimi, mores ecclesiasticos ea ratione potestis com-
ponere, si non sit schisma in corpore. Hortatur vos
ad hoc opus pernecessarium dignitas beatissimi pa-
tris nostri Eugenii pontificis maximi, qui Petri se-
dem tenet & fidem, sine cujus auctoritate nulla lex
aut decreta satis roboris habere possunt, ut est dist.
22. Sacrosancta. Cujus sententiæ beatus Thomas se-
cunda secundæ quæst. 1. artic. 10. fidelissimus testis
est. Hortatur vos ad hanc ecclesiasticam discipli-
nam hujus sanctissimi patris integritas, qui cum a
puero usque ad hanc confectam ætatem vitam præ-
clarissimis virtutum muneribus exornaverit, adeo ut
in ipso corrigendum abradendumque nihil omnino
videatur, tamen ut optimi præsulis morem gerat,
hanc quam vos patres reformationem nominatis a
seipso incipere cupit, sic huic publicæ actioni de-
bitus ordo tribuatur. O vere pontificem, o pasto-
rem gregis dominici meritissimum! Quem superio-
rum pontificum, obsecro patres, vestra teneris me-
moria qui ista protulerit, qui in tanta rerum tempe-
state infracto animo manserit? Ite igitur, patres le-
ctissimi, & hujus piissimi patris atque pontificis me-
ritissimi justissima vota & desideria impleatis, si vul-
tis mores ecclesiasticos integritati pristinæ restitue-
re. Sed de reformatione quid sentiam, jam patres
audistis: amodo & de pace pro extrema orationis
particula paucissimis utar. Cum plurima sint exer-
citationum genera, patres lectissimi, quæ ad sacer-
dotis atque pontificis officium attinent, tamen illud
præcipuum est quod in conciliandis pacandisque
populis constat: siquidem sacerdotis propria actio
dicitur, cum inter Deum hominemque medius qua-
si conciliator accedit, ut placet sancto Thomæ 3.
parte q. 25. art. 1. Propterea & sacerdos a Deo le-
gem & sacramenta recipit, quo populis volunta-
tem divinam significet, conciliarique volentibus
paramenta debita tribuat. Et rursus acceptas ab ho-
minibus oblationes & sacrificia domino offert, ut
divinam majestatem hominis vitio vehementer in-
fensam placet atque conciliet. Hoc acute prospexit
qui ait: *Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro
hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut
offerat dona & sacrificia pro peccatis*, ad Hebræos 5.
cap. Hæc autem munera tunc placationis efficaciam
habent, cum homines, excussis odiis ac simultati-
bus, ad offensarum remissionem revocantur. Quod
quanto studio agendum sit, salvatoris præcepto
ostenditur. *Si offers*, inquit, *munus tuum ad altare,*
Matth. 5. *& ibi recordatus fueris quod frater tuus habet ali-*
Matth. 6. *quid adversus te*, &c. Et iterum: *Si non dimiseritis
fratribus vestris*. In quibus omnibus ostenditur hu-
manas oblationes & munera nullam prorsus habere
efficaciam, nisi homo se prius inimico conciliet. Hoc
autem inter cædes & bella fieri posse non video.
Quomodo enim inter eos vis caritatis & amicitiæ
aut servari aut incipere poterit, qui mutuis irruptio-

A nibus exuvias & spolia quærunt, quorum alter in al-
terius effundendum sanguinem jurat, qui liberos a
parentum evulsos amplexibus impudice abducit?
Quæ omnia cum in bellorum congressibus fieri vi-
deamus, difficillimum est humanitatis, caritatis ac
pietatis quidpiam in illis hominibus reperiri qui
bella sequuntur. Præcipuum itaque sacerdotum at-
que pontificum officium agitis, patres reverendissi-
mi, si inflatos atque tumentes animos principum
placare curatis, eo præsertim tempore quo nullum
Christianorum regnum, nulla provincia, nulla pror-
sus natio sit quæ ferro & sanguine vacet. Sed illud
prius summa cura agendum est, patres reverendissi-
mi, ut non sit schisma in corpore. Quis enim ad alie-
B nas discordias sopiendas sufficiet, qui ad maxima &
intestina bella parari cogetur? aut quis aliquem me-
dicorum vel etiam peritissimum summo morbo la-
borantem vidit, qui aliis ægrotis pharmaca porri-
gat? Oportet igitur prius domesticam pestem pur-
gare, & inde aliorum languores extinguere. Quod
optime facturi estis, patres sapientissimi, si pacis, qua
nihil utilius desiderari potest, vim & naturam serva-
bitis. Pacis enim bonum non in eo solo consistit,
quod unionem diversa optantium faciat; hoc enim
& concordiæ datur: imo, ut sancto doctori videtur,
id concordiæ proprium est: sed id maximum pacis
officium est, ut renitentem varium appetitum in
unum consensum debito ordine adigat. Propterea
C & B. August. cum 19. de civitate Dei multa genera
pacis enumerasset, id tanquam proprium pacis ad-
jecit, quod sit scilicet tranquillitas ordinis, qui in pa-
rium disparium que rerum ac hominum debita di-
stributione consistit. Hoc & si vos, patres reveren-
dissimi, ad pontificem maximum patrem & præsu-
lem omnium servare curabitis, naviculam Petri a de-
hiscentibus fluctibus tranquillam reddetis, princi-
pum animos cædes spirantes pacabitis, hæreticos re-
luctantes ad jugum ecclesiasticum subducetis, infide-
lium impetus, qui tota rabie dietim Christiano san-
guine debacchantur, invictissima potestate depri-
metis. Illud etiam cum summa omnium vestrum glo-
D ria fiet, ut apertissima ratione probetur, nulla um-
quam ambitione, nulla iniquitate, sed solius religio-
nis amplificandæ gratia hos varios & diuturnos la-
bores vos constantissime suscepisse. Quod nobis om-
nibus ille concedat qui sine fine vivit & regnat in
sæcula sæculorum. Amen.

XLV.

*Alia oratio archiepiscopi Tarentini habita ad patres
concilii Basileensis pro Eugenio quarto.*

In nomine Iesu Christi. Amen.

HUMANISSIMAM & sanctissimam domini
nostri dignissimi summi pontificis domini Eu-
genii papæ IV. intentionem, quam ex injuncto lega-
E tionis officio, communi horum patrum & domino-
rum meorum consensu & jussione, impræsentiarum
explicaturus sum vobis, reverendissimi in Christo
patres & domini, si quanta decet dignitates vestras
caritate & animorum moderatione intellexeritis,
populo Christi sanguine redempto unionem, pa-
cem & vitæ novitatem, vestris vero animabus sa-
lutem, & multarum curarum requiem allaturam
esse, in Spiritu paracleto, & hujus tam pii pro-
positi motore & directore, plene confidimus. Sed
ut stabilius & certius in hujusce rei narratione fun-
damentum constituamus, exordiendum in primis
præcincta editione arbitramur ab ipsius apostoli-
ci supremæ potestatis & jurisdictionis origine & de-
rivatione. Deus igitur ideo magnus dominus & rex
magnus

magnus super omnes deos spiritu habitus est prophetico, reuerendissimi patres, quoniam curam habens facturæ suæ, non repellit dominus plebem suam: habere certe diuinitatem ab excelso solio suo pervigilem humani generis curam, omnis ferme, & quæ bene instituta humanitatis, & quæ desursum mentibus illabitur, disciplina testatur. Hinc gaudere eam optimo eique cognatissimo viro in ethicis Aristoteles arbitratur: & quod divinom est in nobis, hoc est intellectum diligentes, & honorantes rebeneficiare. Hinc illud ad Timotheum apostoli dogma, quo eos, quibus quarumcumque publicarum rerum rutela committntur, divino nutu adhujusmodi officii functionem assumptos edocet, emanavisse putat puta & omni diuinitatis essentia totius entis perfectione abunde respersa, quæ omnium entium esse per prius atque perfectius in se complectitur. Quamobrem eam, quæ tantarum formarum capax extat naturam communi omnium vocabulo Deum quandoque veteres nuncupaverunt, quandoque omnium entium primum, quandoque archetypum, quasi rerum omnium exemplare similatium. Cumque ex eius perfectionis & bonitatis redundantia, atque omnipotentia interminata & inessabili, nulla exteriore violentia coarctante, nulla impellente necessitate, sed mera ac libera volútate, eius esse existentiæ vniversa creatura secundum accommodatas specierum perfectiones sortita sit, operatorium principium Plato, primam causam Aristoteles, dominum dominantium scriptura, magnum dominum (tamquam omnium a voluntate proficiscentium libera dominus opifex constituatur) naturam illam appellavit propheta. Sed cum splendor inæstimabilis provideotiæ eius inter mundi semina, interque vanas rerum species, & vnius & eiusdem rei potentias, atque dispares rerum cultus, ordo quidam regiminis atque lex & ritus naturalis innascatur, rectorem olympi gentiles, regem regum scriptura, magnum regem super omnes deos, hoc ast angelicos spiritus, seu motrices orbium intelligentias, illam ipsam nuncupavit propheta David. Ex illa itaque divinæ naturæ bonitate & omnipotentia tantarum illa rerum apud Genesim conscripta emanatio effluxit. Inde rerum inter se tanta tamque admirabilis propagatio excrevit. Ex hac vero ad humanum genus caritate, providentia, studio atque cura, illa legis traditio & tabularum digito Dei conscriptio ortum traxere. Hinc morum, sacrificiorum, ceremoniarumque directio: hinc illa ineffabilis coæterni & coessentialis Patri & Spiritui sancto Verbi incarnatio; hinc passio; hinc resurrectio; hinc apostolorum missio: &, cum esset mundum præsentia sua corporali incarnatum illud Verbum relicturum, illa mirabilis sacramenti constitutio, atque vicarii eius electio, illiusque cum suprema auctoritate & potestate sublimatio & inthronizatio, cui data est super vniverso populo Christiano plena potestas atque jurisdictio. Quamquam enim populus ipse per diversas diœceses sit distinctus, tamen sicut una est ecclesia ab unico fundatore & capite Christo Iesu, ita unum oportet constituere populum Christianum: & velut in uno speciali populo unius ecclesiæ, unius antistitus præsidentia exigitur, qui sit totius illius ecclesiæ caput, sic & in universali populo Christiano expedit unum esse totius ecclesię universalis caput. Hæc est ratio beati doctoris Thomæ atque sententia, quarto contra gentiles, capitulo septuagesimosexto: & canonum sacrorum instituta concordant caput hujusmodi episcopum almæ Vrbis esse & Petri successorem, & principatum ecclesiæ universalis in ecclesia

1. Tim. 1.

Psal. 94.

A Romana præsidere, 11. dist. cap. Nolite. Et hæc potestas, & præsulatus auctoritas, Petro tributa fuit, non ab hominibus, sed ab ipso redemptore & salvatore nostro, & ab apostolis cum maxima veneratione custodita: non enim quælibet terrena sententia, vt est textus 22. dist. cap. Omnis. sed illud Verbum, quo construçtum est cælum & terra, per quod condita sunt omnia elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Idem expressius innuitur 21. dist. cap. In novo, & cap. sequenti, cuius initium est: Quamvis universæ per orbem catholicæ ecclesiæ constitutæ unus Christi thalamus sint, sancta tamen Romana ecclesia nullis synodicis constitutionibus ceteris ecclesiis prelata est, sed euangelica voce domini & salvatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es*, inquit, *Petrus*, &c. Et paulo infra concludit: Ita in his omnibus quanto celsior gradus, tanto maior auctoritas invenitur: in maioribus siquidem regendi & iubendi est potestas, in minoribus obsequendi necessitas. Congruum etiam est & expediens ad ecclesiæ unitatem, ut fideles in fide conveniant: cumque contingat frequenter circa illa quæ fidei sunt quæstiones moveri, & dissonas sententias promulgari, ex quibus scissura in ecclesia sæpenumero exorta, expediebat (vt beatus doctor concludit) quod in unitate per unius viri sententiam ecclesia conservaretur. Cum igitur caput & fundator ecclesiæ Christus in necessariis non defecerit, quam ita dilexit, ut pro ea sanguinem suum foderit cum etiam de synagoga ab Isaia dicatur: *Quid potui facere vineæ meæ, & non feci?* non est dubitandum, quin & Christus ordinatione unius toti & universali ecclesiæ presit, cujus judicio atque sententia dissensiones circa fidem & gravissimę quæstiones tollantur & terminentur: quod clare innuitur 17. dist. cap. Multis. ubi ad literam ita dicitur: Majores vero & difficiliores quæstiones, ut sancta synodus statuit, & ut beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur. Hujus beatus doctor egregiam loco superiori rationem assignat. Quoniam cum pax & unitas sit finis regentis & gubernantis, & unitatis congruentior causa sit unus quam multi, videtur quod omnes subditorum diversitates ab uno in bene disposita politia debeant extirpari. Propterea Aristoteles in politicis monarchiam democratiæ & aristocratiæ præferre videtur. Id etiam regiminis genus universę mundi partes naturali quodam desiderio appetere videntur. Quamobrem in extrema physicorum Aristotelis parte scriptum est: Entia nolunt male disponi, unicus ergo princeps. Christum igitur, per quem reges regnant, & legum conditores justa decernunt, optimum dedisse ecclesię suę regimen nusquam est ambigendum; quod quidem adinstar regiminis triumphantis ecclesię ordinavit. Hinc Ioannes in Apocalypsi ajebat: *Vidi °dominum descendentem de cælo.* & alibi: *Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de cælo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* & Moysi dictum est, quod omnia faceret quemadmodum sibi in monte monstratum fuerat. & Ioelis primo dictum est: *Congregabuntur filii Iuda, & filii Israel pariter, & ponent sibi caput unum.* & dominus dixit: *Fiat unum ovile & unus pastor*, cui soli potestatem plenissimam & absolutam tradidit ad omnia fidei mysteria exequendum, ut ad eum principaliter de gregis salute & directione, ac fidei unitate ac integritate, dispositio, judicium ac sententia spectarent, & ut per eum ad alios hujusmodi mysteriorum usus & auctoritas diffunderetur. Hinc primo pastori ante ascensionem suam dominus dixit: *Pasce oves meas.* & ante passionem suam: *Tu iterum conversus confirma fratres tuos.* & illi soli pro-

Matth. 16.

Isai. 5.

Prov. 8.

Apoc. 18. ° Angelum

Apoc. 21.

Exod. 25.

Ioan. 10.

Ioan. 21.

Luc. 22.

misit, *Tibi dabo claves regni cælorum*, ut ostenderetur (ut inquit beatus doctor) quod potestas clavium per eum esset ad alios diffundendaufque ad sæculi finem, juxta illud Isaiæ: *Super solium David, & super regnum ejus sedebit, ut confirmet istud & corroboret in judicio & justitia amodo & usque in sempiternum.* & Matthæi ultimo dominus aiebat: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*: nec obstat quod plerique dicunt verba illa dicta fuisse Petro in persona totius ecclesiæ: textus enim illud declarat. IX. quæstione 3. Aliorum hominum. versiculo illo, Replicabo, Vni dictum est: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & quacumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis.* Hęc magna ex parte ex dictis beati doctoris loco superiore habentur, qui in fine hujus capituli ita concludit ad literam: Et per hoc excluditur quorumdam præsumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia & subjectione Petri, successorem ejus Romanum pontificem universalis ecclesiæ pastorem non recognoscentes. Secundum tamen canonica decreta de ipsius summi pontificis supremæ potestatis amplitudine certissima doctrina traditur. Hinc enim dicitur quod solus in plenitudinem potestatis vocatus est, alii autem in partem solicitudinis, in cap. Ad honorem, de auctoritate & usu pallii; & solus sedet in illa sede quam dominus in persona beati Petri sibi specialiter elegit. ut in cap. Per venerabilem. §. Sane qui filii sunt legitimi, & solus judicat & disponit, ut sibi placet IX. quæst. 3. cap. Cuncta per mundum. Ipse enim habet arbitrium cæleste, codice de summa Trinitate, leg. 1. & ei concessa sunt jura cælestis & terreni imperii a domino redemptore nostro, 22. dist. cap. Omnis. ubi est textus ad literam. Illam vero solus ipse fundavit, de Romana ecclesia loquens, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clavigero terreni simul & cælestis imperii jura commisit. Facit ad idem capitulum sequens, Sacrosancta: & principes ac omnes homines ei obedire tenentur, de majoritate & obedientia cap. Omnes principes, & cap. Solitæ, cui nec quisquam dicere poteft: Cur ita facis? 19. dist. cap. In memoriam: ac ei fit pro ratione voluntas, & quod ei placet legis habet auctoritatem, instit. de jure naturali, §. Sed & quod principi. Per hujus auctoritatis vires frequenter emergentibus mundo difformitatibus atque dissidiis opportune divina providentia occurrit. Sed cum nimium collapsa esset novissimis temporibus, ac per devia præceps rueret libertas humana, misericors & miserator dominus, qui non est usquequaque, juxta præassumptam prophetæ sententiam, plebem suam relicturus, virum optimum, omnium decore virtutum, justitia, prudentia, temperantia, modestia, sanctimonia, atque, quod præsentium temporum acerbitati, tempestatique, & tantis Petri naviculæ fluctibus accommodatissimum videtur, magno animo, robore, patientia, constantia & longanimitate redimitum, clementem tamen, pium, caritate, & omni heroica virtute refertum, in ea ipsa sede locavit, quo præsentium temporum horrendis ecclesiæ suæ scandalis, aliisque universi populi sui malis, succurreret atque obviaret. Hujus igitur auctoritatis nos, unius hujus potestatis, hujus sanctimoniæ nuntii & oratores, quamquam immeriti, ad vos sumus missi, patres optimi.

Isaia 9.

Nunc autem ad institutam domini nostri intentionis explanationem proficiscamur. Si prius tamen pauca ad rem ipsam pertinentia de gestis præteritorum temporum ad memoriam reduxerimus, plurimum causæ nostræ favoris ac vestræ intelligentiæ commoditatis conferemus. Sanctissimus dominus noster dignissimus summus pontifex, verus, indubitatus atque unicus Dei & domini nostri Iesu Christi vicarius, cui soli convenit in altum rete ducere, hoc est, in profundum disputationum & difficultatum sese immiscere, 14. quæst. 1. Non turbatur, ratus hæresibus inveteratis, & iis quæ impræsentiarum incrementa videbantur habere, ac intestinis per totam Christianitatem odiis, dissensionibus, & hostilibus armis, amisso etiam & ferme extincto totius ecclesiasticæ libertatis privilegio, ac multiformibus cleri & Christiani populi deformitatibus, sine sanctorum patrum atque illustrissimorum principum assistentia, favore, ope & opera facile & opportune obviare non posse, concilium Basileæ ex bonæ & recolendæ memoriæ domini Martini papæ V. auctoritate per Senense concilium promulgatum, atque ejusdem domini Martini jussione stabilitum, post ipsius obitum & sanctitatis suæ assumptionem, robur habere voluit & prosecutionem, ratum & gratum per apostolicas suas bullas gerens, quidquid potestatis in ea reverendissimo in Christo patri & domino domino nostro singularissimo, dignissimo cardinali sancti Angeli, apostolicæ sedis legato, per prædecessorem suum collatum fuisset. Cumque amplificationem illius synodi, ut optasset, & rerum magnitudini expedivisset, non intueretur; quin etiam per orationem eorum paucorum prælatorum, qui tunc Basileæ præsentes erant, de ipsius concilii debilitate & parvitate certitudinem accepisset, essetque eum instantia requisitus, ut talia faceret quæ novam convocationem prætendere videbantur, illud abinde dissolvit, & ad civitatem Bononiensem una cum literis dissolutionis convocavit, per interjectionem tam modici temporis, ut non nisi continuasse dici possit, ita ut illa dissolutio nil aliud in effectu, nec ex suæ sanctitatis mente, voto & intentione, quam loci mutationem importare videretur. Quod sane, patres reverendissimi, non absque gravitate summa, atque multa circumspectione, ac sincera ad Deum & ecclesiam sanctam suam caritate factum esse existimare debetis. Intuebatur etenim ille pontifex sanctissimus tantarum rerum expeditionem non esse finem optatum habituram, nisi sua sanctitas concilio adesset atque præesset, & cum reverendissimorum patrum & dominorum meorum sacri collegii, aliorumque magnorum principum, & totius Christianitatis orthodoxorum præsulum consultatione, favore atque præsidio, tanta tamque ardua negotia dirigeret atque disponeret: quod in hac ipsa civitate propter notoriam sanctitatis suæ invaletudinem, & quoniam plerique illustrissimi principes ad eum locum convenire denegabant, nullatenus fieri potuisset. Accedebat insuper ad hoc, quod locus iste nimium vicinus videbatur potentiæ Hussitarum: & magnæ imprudentiæ tributum fuisset, maxime post agnitionem periculi, quod non parum formidabile esse orator ipse referebat, universalem ecclesiam tanto supponere discrimini: quin insuper neque eo quo facta est modo hæreticorum vocationem sine offensa, vel saltem tacita detractione damnationis de ea hæresi in sacro concilio Constantiensi factæ, sua sanctitas sustinere potuisset, cum per vocationem illam, non ad disputationem solum, sed ad Spiritus sancti commune judicium, ecclesia nostra & hæretici æqualiter invitarentur. Illius etiam vocationis verba, ut cum pace veritate dicam, hæc fuit: Ecce jam locus ac facultas plenæ audientię præbetur, jam invitamini: non coram paucis, sed universis audie-

Eugenius hæc egregie & graviter defenditur.

A audiemini quantum libet; audietis & nosipsos respondentes; sanctus adstabit medius Spiritus judex & arbiter quid in ecclesia tenendum & agendum sit. Erimus simul in oratione perseverantes, & tamdiu ferventer suam pietatem jejuniis, gemitibus, precibus, obsecrationibus ac sanctis operibus interpellabimus, usquequo ipse caritatis auctor & veritatis doctor corda universi populi illustrabit ad cognoscendam amplectendamque veritatis & unitatis sententiam. Ecce quod per hæc verba non ad recognoscendum damnatum errorem Hussitæ vocantur, sed ad submittendum se pariter cum ecclesia catholica investigationi veritatis, quod certe Hussitis favorem & auctoritatem majorem, fidelibus vero ambiguitatem & perplexitatem præstare videbatur. B Sed quando illis fuisset, ut convincerentur, & ad recognoscendum damnatum errorem, audientia præstanda, locus ipse ad id deputati non debuisset, attento quod secundum relationem oratoris illius certæ civitates circumadjacentes illo pestifero morbo labefactari cœperant. Itaque de hujusmodi hæresibus non erat tutum neque securum in Germania publice tractatum facere: tum quia per hujusmodi contentiones corruptis major commoditas & occasio tributa fuisset alios corrumpendi, tum quia Bohemis ipsis majorem favorem præstari quam alibi suspicari poterat, sicut in duobus tantum hujus hæresis scelestissimis capitibus initio nascentis mali experientia visum est. C Quid igitur censeodum putatis, patres optimi, si in tanta multitudine adaucta infectione, & post tributas nobis nescio quo occulto Dei judicio tantas strages, ibidem & publice reciperentur? Non erat etiam ille locus Græcis ad unionem tam pie tamque ferventer adspirantibus accommodatus: plures etiam aliæ causæ, & multo graviores, illius commutationis deliberationem auxerunt: quarum expressio posset majora quam sint scandala excitare, & quarum investigationem facile ingredi posset, quisquis præteritorum temporum non nimis vetustam habet memoriam, & præsentium dispositiones libero animo & absque passione metitur, hujusmodi sanctitatis suæ deliberationem, ac Bononiensis concilii novam convocationem omnibus mundi præsulibus atque principibus intimaD vit: intimavit etiam illis ex vobis, patres optimi, qui pro tempore hic residebant; optima spe fretus, ne hujusmodi sanctitatis suæ mandatis * orthodoxis quisquam vestrum contraiter. Sed heu, reverendissimi patres, ocdum mandata sanctitatis suæ spreta sunt, sed quidam ex vobis, qui ante dissolutionem segnes & ad veniendum remissi videbantur, post dissolutionem solertissimi atque perpetes facti sunt. Quidam, qui hic aderant cum aliqua displicentia, post dissolutionem læti & immobiles permanserunt: quod certe nisi ex impressione aut timore, qui caderet in constantes viros, factum sit, quam sit ab obedientia & humanitate vestra alienum, vos ipsi dijudicate. E Spectat etiam ad summum Romanum pontificem, non solum generales synodos convocare, sed & sua sententia roborare concilia convocata: alias in irritum labitur quidquid præter ejus auctoritatem statuitur: & non proprie concilia, sed conciliabula nuncupantur, textus est eadem dist. c. Multis. Insuper quoties aliqua de universali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo quod non intelligitur rationem, aut sponte hi qui salutem animæ suæ desiderant, ad apostolicam sedem pro percipienda ratione conveniant, aut si forte, sicut de talibus scriptum est, *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit*, ita obstinati & contumaces extiterint, ut doceri non ve-

* orthodoxus

Prov. 18.

A lint, eos ab eisdem sedibus apostolicis aut attrahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut, ne aliorum perditio possint esse, secundum canones per * singulares opprimi convenit potestates, textus est eadem dist. c. Nec licuit. Quam sit igitur periculosum in hac ipsa re mandata transgredi apostolica, cap. illud inspicite, patres optimi, Nulli fas est, ix. dist. cujus ego seriem, ne aures & dignitates vestras tam graviter offenderem, sub silentio prætereundam esse statui. Grave quidem igitur & periculosum esse ab omnibus censetur, reverendissimi patres, hoc quod paulo ante diximus: sed majori est cum admiratione dignum existimatum, quod Romanum pontificem citare præsumpseritis, cum dist. B 9. quæst. 3. scriptum sit: Nemo judex judicabit primam sedem, justitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judex judicabitur; & glossa super verbo, Omni clero, habet ita argumentum: Quod concilium non potest papam judicare, ut extravag. de electionibus, Significasti: unde si totus mundus * sententiaret in aliquo negotio contra papam, videtur quod papæ sententiæ standum esset, ut 24. quæst. 1. Hæc est fides. Nec obstat argumentum glossæ in contrarium: Quod orbis major est Urbe, 39. dist. Legimus; quia illud intelligitur, cum papa dissentiret a tota ecclesia in articulis fidei, 15. dist. Sic sancti: ubi est glossa ad hoc notaC bilissima super verbo, Præsumpserit, & illa glossa satis sufficienter solvit objectionem quæ fieri posset per cap. Illud frequens, editum in sacro concilio Constantiensi: quod certe non ita arctat papam, quin possit ex suprema sua auctoritate super loco & tempore celebrandi concilii dispensare. Quam quidem auctoritatem nimis impia vult præsumptione violare, quisquis ejus potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, & id quod accepit a veteribus non sequendo, ut est textus, 19. dist. Ita dominus. Moraliter etiam hujusmodi legum circumstantiæ semper in auctoritate & prudentia principis reservatæ sunt: mutatis enim illis, frequenter non solum dispensationem, sed abrogationem leges passæ sunt. Elici possunt hæc ex sententiis Aristotelis D in fine 10. ethicorum, alias esset nimis inhumana hujusmodi constitutio. Posset enim locus ad concilium deputatus funditus infra illud decennium everti, in quo nullo unquam tempore prælatorum congregatio fieri posset, neque alibi, si soli summo pontifici constitutionis illius dispensatio non tribueretur. Posset etiam constitutio illa ex tempore, nisi in talibus dispensatio locum haberet, effici inutilis & captiosa; quod ab omni lege alienum esse debet, 4. dist. Erit enim lex. Formale enim legis est causas, personas, loca & tempora metiri, dist. 28. Sciendum, & cap. Necesse. Neque propterea cap. Illud frequens, & alia edita in sacro concilio Constantiensi, cassa & invalida reputari debent: quotiE die enim in positivis, etiam sine causa, nedum cum gravis causa insit, ut est doctorum communis sententia, papa dispensat, eaque ipsa penitus tollit, legibus in sua soliditate remanentibus. Illud prætereo, patres optimi, quam sit ab omni Christiana religione alienum domini nostri Iesu Christi vicarium ad instantiam & pro interesse unius viri, etiam quantacumque dignitate præditi, vestro decreto impeti & molestari. Scio quoniam scitis, reverendissimi patres, & frequentius me vidistis cap. illud, Aliorum hominum, cujus ego superius mentionem feci; illius tamen recentem memoriam vobis ingeram: Inquit: Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari; sed sedis istius præsulem suo sine

* seculares

* sentiret

9. quæst. 3. Aliorum hominum.

quæstione reservavit arbitrio. Voluit B. Petri apostoli successores cælo tantam debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inviolatam habere conscientiam. Nolite æstimare eas animas inquisitionis non habere formidinem, quas Deus præ ceteris suo reservavit examini. Scitis insuper, patres, quanta cum humanitate Marcellinum episcopum almæ Vrbis, suo ore etiam de idololatria convictum, concilium rite congregatum colligere in sinu suo causam suam exhortatum est, tamquam non liceret a quoquam primam sedem judicari, 21. distinctione, Nunc autem. Facit ad hoc cap. Sequens, & cap. In tantum. Illud insuper silentio prætereundum esse statui, patres reverendissimi, quam fuerit a vestra sapientia & caritate remotum, post illam loci mutationem, contra libertatem, auctoritatem & potestatem summi Romani pontificis conatos vos esse, imo verius præsumpsisse, pluries statuere & edita promulgare: nostis quam formidabiles esse hujusmodi transgressiones sanctorum patrum decreta declarent. Vnde non dubium est, ut est textus 22. distinctione, capitulo, Omnes, quod pluries allegavimus: quia quisquis cujuslibet ecclesiæ jus suum detrahit, injustitiam facit: qui autem Romanæ ecclesiæ privilegium detrahit, ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur: & cum ille vocetur injustus, hic est dicendus hæreticus: fidem quippe violat, qui adversus illam agit quæ mater est fidei: & ille contumax invenitur, qui eam cunctis ecclesiis non prætulisse cognoscitur. Sed si neque pœnæ formido, neque conscientiæ vermiculus, reprimere vos potuit, patres optimi, saltem commune quod habeot membra cum capite depresso discrimen continere vos debuit: finis enim illius capituli: Aliorum hominum, cujus toties mentionem fecimus, talis est: Rursus patet sanctorum voce pontificum, dignitatem sedis ejus factam esse toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur: de hoc enim per prophetam dictum videtur: Si hoc humiliatur, *ad cujus confugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam vestram?* Multa ad hæc reprimenda longe lateque in toto juris & canonum ambitu conscripta sunt, quæ prætereunda esse censemus, ut celerius ad legationis nostræ fructum ingrediamur. Nemo profecto est, patres optimi, qui de rebus gravibus æquo & moderato animo judicet, qui non plurimum admiretur hujusmodi progressus vestros, opinetur que gravia illos, & graviora quam sint scandala, in ecclesia Dei partoros; quibus, quantum ex alto permittitur, & quanta cum clementia & caritate potest, sanctissimus dominus noster summus pontifex obviare proponens, caritates vestras humanissime deprecatur, hortatur, monet, requirit, & obtestatur, per eam qua sedi apostolicæ obligamini obedientiam, per integritatem fidei vestræ, per salutem animarum vestrarum, per unionem ecclesiastici corporis Christi sanguine complantati, per ipsum Iesum Christum Deum & dominum nostrum, ut ab hujusmodi progressibus abstinentes ad pacem & unionem, ad reformationem cleri & fidelium, ac intermissæ libertatis ecclesiasticæ instaurationem, modo quo potestis meliori cum sanctitate sua conveniatis. Et quoniam concilii desiderium sanctitati suæ & vobis commune esse videtur, suum tamen tanto ferventius, quanto plus sua interest, utpote qui in eo præesse habet, debet, & vult, decrevit, & deliberavit, & vult ut omnino concilium generale celebretur, in quo sua sanctitas non solum adesse & præesse vult, sed ut membra condignam reformationem humili & mansueto animo toleret, statuit ut in primis reformatio a persona suæ sanctitatis inchoetur, non solum a tempore quo ad summum apostolatus apicem assumptus est, sed teneræ juventutis, protendaturque ad reliqua totius Romanæ curiæ membra: deinde alios mundi principes atque prælatos secundum gradus tangat & pungat, quo totus Christianæ professionis populus correptionis fructum salutemque percipiat. statuens sacrum illud concilium ita protegere, ut nullo unquam tempore illud dissolvi patiatur, nisi prius (quantum possibile Deus permiserit) vepres, hæreses & discrimina ab agro dominico procul pellantur, quo Christi populus unus & pacificus factus, atque euangelicæ vitæ puritate renovatus, ac Christi caritate & devotione accensus, Christi Crucem, atque Christiani populi sanguine madefactos mucrones, in hostes Crucis, domus & terræ sanctæ occupatores, convertere possit. Quam diem si Deus dederit ut oculis propriis sua sanctitas intueatur, nihil in hac vita fructuosius, nihil desideratius, nihil jucundius sese consecuturam speraret. Hic erit, Deo rem & causam suam promovente & protegente, patres optimi, sacri illius concilii finis, hic terminus, hic fructus. Vult igitur sua sanctitas concilium, vult omne bonum. Duabus igitur tantum in rebus seu circumstantiis a sanctitatis suæ decreto dissentire videmini. Altera deputatum per sanctitatem suam locum detestatur, altera interpositi temporis dilationem: utrique pro pace & consolatione vestra, & ne membra a capite separentur, ex innata humanitate sua sanctitas providere dignatur. Ad primam enim dissensionem tollendam, quemcumque alium in Italia ecclesiæ immediate subjectum locum offert: cujus dominio pro tempore celebrandi concilii sese expoliare decrevit, & sub concilii potestate ponere, cum conditione, quod post finem concilii, ecclesiæ & suæ sanctitati restituatur. Ad secundam, illam temporis dilationem tollere, & sese ad locum per vos eligendum & deputandum modo prædicto personaliter & absque intermedio conferre. Ad quem primo congressu magnam prælatorum multitudinem secum ducet, alios cum celeritate ex omnibus mundi partibus venire compellet. Ad quem etiam locum plerosque mundi principes venturos, plerosque solennes ambasiatores & procuratores missuros certo confidit. Nos etiam jussu suæ sanctitatis vobiscum illuc, si nunc venire placet, ne quidquam temporis interponatur, properare spondemus, & vobis, & cuilibet vestrum, omnium præteritorum perpetuis temporibus valituram plenariam remissionem pollicentes, ac omnimodam libertatem & securitatem. Quod si forsan Germaniæ reformationem reductionemque Bohemorum commodius in Germania fieri arbitraremini, sua sanctitas est alterius longe sententiæ, ut præmissum est, præsertim quia auctoritas præsentiæ sanctitatis suæ ad tantarum rerum expeditionem plurimum necessaria videtur, & an ultra Italiæ limites sese, propter notoriam invalitudinem, conferre possit, qui etiam quinquaginta passuum progressu lassatur, vosipsi dijudicate: neque existimare debetis, patres optimi, Bohemos, si eorum intentio pia & recta foret, ab eorum salute, ab unione fidelium, ab amœnissima pace, propter loci distantiam retardari: neque propter ipsorum hæreticorum reductionem, quam tamen credere, consideratis multis, mens refugit, postponenda est orientalis ecclesiæ revocatio, quæ tantis patribus incredibili sapientia & sanctimonia refertis abundavit, unde sibi doctrinæ fidei gloria merito est tributa, cujus inclinationem

Isaia 10.

En hic Eugenius sponte se submittit concilio: tantum abest, ut contempserit concilia; quod illi objecerunt non semel Basileenses.

tionem nusquam hactenus promptiorem vidimus, neque stricto & justo Dei judicio eis magis necessariam, neque a tam pio & catholico principe oblatam: pereunt sane in tarditate reductionis decedentium Hussitarum animæ, pereunt orientalium schismaticorum, & absque dubio longe plurium. Modus est igitur, ut absque intermedio utrique inveniatur, ne cum illis simul pereamus & nos, & ut, si illi obstinatione ad gehennam ædificent, liberemur & nos. Possunt certe uno eodemque consessu ad unitatem ecclesiæ hi duo populi revocari, possunt & debent, maxime cum ab altero invitemur & nos. Tamen si in ea opinione vestra persistitis, placet suæ sanctitati, ne propterea ab ejus unitate recedatis, quod in ambarum harum rerum expeditionem reverendissimus dominus meus legatus intendat. Placet insuper quod vos eidem adjumento sitis, si hoc fructuosius, quam sine intermedio ad concilium proficisci, existimatis. Quod si complementum rerum hujusmodi per dominum legatum & vos fieri non possit, reliquum, quod ad perfectionem extabit, supplebitur in concilio generali. Germaniæ tamen reformatio plus antiquorum canonum observatione, in qua modesta coactio necessaria esse videtur, quam novarum constitutionum editione indiget. Qua in re per dominum legatum potestate & favore circumfultum dari poterit aptissimus modus, præsertim cum clerus hujus patriæ hactenus Deo devotissimus extiterit, & ad obedientiam fere ex natura paratissimus: facile itaque ad decorem pristinum reducentur. Hæc est sanctissimi domini nostri pia intentio, patres, hoc desiderium, hoc votum atque decretum. Suscipiatis igitur, reverendissimi patres, insitum vobis verbum quanta cum oportet caritate & humilitate, ne qui videmini pacis, unionis & reformationis amatores, novorum schismatum, dissensionum & deformitatum capita reputemini. Amplectamini amore Iesu Christi caritatem non fictam: ea est de qua apostolus ad Corinthios ait: *Caritas patiens est, benigna est; caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* Ea quæ summopere appetere videmini, patres optimi, profecto magna & ardua sunt, & frontem præ se honesti & boni ferunt, quorum tamen appetitus humilitatis freno continendus est: cogitans enim magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, ut Aurelius ille Augustinus ait. Efficiendum est igitur, prout ille noster Arpinas (gentilis tamen, sed moralissimus) Cicero in officiis inquit: Ut appetitus rationi obediant, eam neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignaviam deserant, sintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant: ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio: nam qui appetitus longius evagantur, & tamquam exultantes, sive cupiendo, sive fugiendo, non satis a ratione retinentur, sine dubio finem & modum transeunt, & relinquunt, atque abjiciunt obedientiam, cui subjecti sunt lege naturæ. Bene igitur Augustinus aiebat quod mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est. Bonum est igitur quærere dignos justitiæ fructus, patres, si tamen humilitatis frena non relaxetis: quod Chrysostomus ille Græcus inquit: Si justitiæ conjunxeris humilitatem, quo non ibit? Assistet ipsi tribunali divino in medio angelorum. Pensata igitur rerum, quas agitis, magnitudine, patres, commensurate dignitates vestras, & ita omnia ponderate, ut opera vestra divinæ voluntati conformentur. *Hæc est igitur voluntas Dei,* ut cum apostolo concludamus, *ab omni specie mali abstinere vos. Ipse autem dominus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in adventu domini Iesu Christi servetur. Amen.*

2. Cor. 3. (margin)

1. Thess. 5. (margin)

Ego Iacobus Adserricus presbyter Tarentinus, publicus apostolica auctoritate notarius, & reverendissimi in Christo patris domini Ioannis archiepiscopi Tarentini, *&c.*

XLVI.

Oratio luculenta præsidentis, habita in concilio Basileensi nomine ecclesiæ catholicæ ad convertendum Bohemos.

Hac tamen Bohemi placati non fuerint oratione, nam deinceps etiam in ridicula proruperint, videntes se eloquentia impares, ut testatur Nauclerus.

Iesus Christus. Amen.

LOCUTURUS pro publica populi Christiani utilitate, opus mihi esse arbitror ut personam privatam exuam, & induam publicam; & tam publicam; ut omnes comprehendant, & nemo ab ejus jurisdictione eximatur. Hæc est illa sancta catholica ecclesia, sponsa Christi, & Christianorum omnium mater. Hæc, inquam, quæ nos omnes ad hunc locum divinæ benedictionis vocavit, & ad nuptiale invitavit convivium, antequam ea pro quibus convenimus tractare incipiamus, pauca nobiscum ex visceribus caritatis loqui decrevit. Itaque jam non me quasi meipsum loquentem audiatis, sed tamquam matrem & alumnam communem sanctam Dei ecclesiam. Ego dumtaxat ministerium præbeo, & rudem linguam, qua ut instrumento utatur, & tantum accommodo. Ipsa autem est quæ concipit, dictatque sententias. Nec vos admiratio teneat, quod hæc tam grandis & circumspecta domina, ex hac magna congregatione, in qua plurimi sunt & sancti & literati viri, me solum elegerit indoctum & peccatorem. Habet enim apud Deum nescio quid privilegii officium publicum, quo divina potentia virtutes suas crebro exercere consuevit. Cum itaque præsidens sim temporis hujus in hoc sacro concilio, quamquam supra modum indignus, elegit me sponsa Christi, non vitæ merito, sed auctoritate officii, per quem animi sui conceptum explicaret. Quod si forsitan (uti vereor) ex ore meo aliquid ineptum effluxerit, non imputetis quæso huic sapientissimæ mulieri, quæ in nulla re errare consuevit, sed tantum incircumcisis pollutisque labiis meis; quemadmodum nec imputandum foret magistro in arte musica peritissimo, si instrumentum rubiginosum aut confractum, in quo psallit, raucam & non bene sonoram emittat vocem. Vos autem obsecro, ut interim, me loquente, tacite in cordibus vestris oretis, quatenus pro honore sanctæ matris ecclesiæ ac nostra ædificatione Spiritus sanctus igniculo illo, quo labia Isaiæ purificavit, saltem per horam purificare dignetur & mea. Deinceps igitur magna cum devotione & reverentia matrem nostram loquentem audiamus omnes, & attente consideremus divina exordii verba quibus nos allocutura est, quæ sumpta sunt ex beato apostolo Paulo ad Philippenses: *Si qua consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum: ut idem sapiatis, eamdem caritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate.* In primis nolo existimetis ad aliquos tantum ex vobis me verbum facere. Ad universos, prout cuique opus est, meus sermo dirigitur: totam ego hanc congregationem, non partem, alloquor; omnium enim vestrum æqualis mihi cura

Philip. 2. (margin)

est:

est: nam omnes filii mei estis, & in utero meo non fine magno labore concepi. Ego enim sum sponsa ejus, in quo secundum apostolum ad Colossenses,
Coloss. 3. *Non est masculus & femina, Gentilis & Judaeus, circumcisio & praeputium, barbarus & Scytha, servus & liber, sed omnia in omnibus Christus.* Auscultate igitur diligenter omnes qui hic adestis, & in cordibus vestris recondite in Spiritu lenitatis quae dictura sum, & pro viribus enitimini implere gaudium meum. Naturali jure & divina lege, filioli mei, constringimini credere consiliis meis, & praeceptis meis obtemperare. Natura ipsa filio suadet, cum se matre genitum esse sciat, & ab ea super omnes* se amari cognoscat, ut eam similiter diligat, honoret & consoletur, & ejus omnibus acquiescat consiliis. Ita Tobias senior moriens admonebat filium suum:
Tob. 4. *Honorem exhibebis matri tuae omnibus diebus vitae tuae: memor enim esse debes quae & quanta pericula*
Exod. 20. *passa sit propter te in utero suo.* Les etiam digito Dei scripta, inter praecepta quae ad humanam societatem pertinent, hoc primum jubet ut parentes a filiis honorentur, propter quod apostolus instruit Colos-
Coloss. 3. senses: *Filii, obedite parentibus per omnia, hoc enim beneplacitum est domino.* Quantum meriti filius honorando matrem, quantumve supplicii eam contemnendo expectet, scriptura divina insinuat, di-
Prov. 1. cens: *Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorat matrem:* & rursus: *Fili mi, ne dimittas legem matris*
Eccles. 3. *tuae, ut addatur gratia capiti tuo.* Econtra: *Maledictus a Deo qui exasperat matrem.* Accedit praeterea quod consiliis meis sine ulla haesitatione parere debetis, quia non sum sicut una de stultis mulieribus hujus saeculi, sed in omni virtute & sapientia ab omnipotente Deo plenissime imbuta: propter quod certi esse debetis, praecepta mea, tamquam ex sapientiae fonte manantia, non posse esse nisi salubria: nec illud omittendum est, quod quidquid vobis consuleto ac jusseto, facillimum est, & supra modum delectabile. Quae cura mihi sit de salute vestra, hinc facile perspicere potestis, quod gaudium meum impleri non potest, nisi & vobis bene sit. Gaudium meum ex vestra pendet utilitate: non possum esse laeta, nisi & vos laetos atque unanimes intuear. Carpuntur viscera mea, si quem de filiis meis vel modicum laedi videro. Crucior tota, si quid accidat eis infortunii. Madescunt tunc praesertim genae meae lacrymis, cum inter filios meos dissidii aliquid ortum sensio. Et licet aliquae interdum matres repertae sint, quae dimissis filiis ad novos maritos seu procos se transtulerunt, & voluptatibus propriis satisfacere cupientes, filiorum suorum obli-
* forte tamen tae sunt; ego * autem de numero illarum computari debeo, prout experientia manifestat, de quibus
Isaia 49. Isaias scribit: *Numquid oblivisci potest mater infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui?* Quamquam etiam quidam sint patres aut domini, qui filiorum culpis miseriisque non moventur, dicentes: Satis mihi est quod bene ago, & mihi bene sit: de cetero neque iniquitas mea, neque delictum meum. Ego autem non sic: licet enim nihil mihi conscia sim, hoc me non consolatur, nisi & idem filios meis adesse videam. Nec mihi satis est semel admonuisse, nisi iterum atque iterum & sine intermissione usque in finem sedulo eos commonefaciam. Dilectissimi mei, ita vos omnes affectu quodam inexplicabili diligo, ut nulla tam gravia esse possint discrimina, quibus libens pro salute vestra me ultro non objicerem. Quot martyria, tormenta, persecutiones a saevis imperatoribus & tyrannis in primitiva adolescentiae meae aetate pertulerim pro salute eorum qui tunc erant filiorum, & qui postea successerunt &

A successuri sunt, quis unquam posset enarrare? Inundaverunt plateae civitatum sanguine membrorum meorum, ut fides catholica in filiis meis illibata persisteret. Ita quidem vos omnes in praecordiis meis infixi estis, ut non nisi de vestris commodis cogitare queam, pro quibus non solum alligari, sed & mori in membris meis pro unoquoque vestrum omni tempore parata sum. Sequor in hoc vestigia sponsi mei, qui ita me & corpus meum dilexit, ut pro ea animam suam ponere non dubitaverit. Vidi ipsum saepenumero lacrymantem ac dolentem pro membris meis. Audivi ipsum inter maximos cruciatus clamantem: *Pater ignosce illis:* licet undique dilectus Luc 23.
manaret sanguine, & atrocissimis tormentis undique agitaretur, nihil tamen aliud quam salutem filiorum meorum sitiebat.
B Sic & me sponsam ac discipulam suam facere decet, & memoriam continuam vestri habere, ac die noctuque gemitibus inenarrabilibus clamare & interpellare ad Deum pro vobis, ut nemo pereat ex his quos tradidit mihi. Propterea sic anxia ac sollicita postulo ut impleatis gaudium meum. Quanto mentis affectu, quantaque anxietate & vehementia deprecationem hanc meam ad vos porrigam, ex verbis apostolicis modo propositis animadvertite: *Si qua consolatio est in* Philip. 2.
Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas Spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum. Quid est dicere, *Si qua consolatio est in Chri-*
C *sto*, nisi quia maxima est? quam si habere vultis, opus est ut impleatis desiderium meum. Immoremur, si placet, paululum in hoc Christi nomine; non enim decet memoriam sponsi mei sic perfunctorie transire. *Ejus quippe amore langueo, & liquefacta* Cant. 2. & 5.
est anima, ut primum nomen dilecti mei insonuit auribus meis. Quid (quaeso) majus dici potest quam consolatio in Christo, *qui est Pater misericordia-* 2. Cor. 1.
rum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra? Fallitur qui putat alias in rebus consolationem posse repetire. Ad ipsum dumtaxat pro consolatione accedere oportet, quo-
niam *per Christum*, ut inquit apostolus, *abundat con-* Ibidem.
solatio nostra. Ipse solus est qui dicit: *Venite ad me* Matth. 11.
D *omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos; & invenietis requiem animabus vestris:* & rursus: *Qui sitit, veniat ad me, & bibat.* Possidere quod Joan 7.
vultis, aurum, argentum, regna, civitates, scientiam, & eloquentiam, & quidquid sub caelo est, sine Christo molestiam potius quam consolationem experiemini. Solus Christus est consolatio, pax, quies & tranquillitas: quod & ipse, transiturus ex hoc mundo, discipulis suis praedixit: *In mundo pressu-* Joan. 16.
ram habebitis, in me autem pacem. Si igitur, filii mei, consolationem in Christo obtinere speratis, necesse est ut impleatis gaudium. Non enim aliter dominus meus vos consolabitur, nisi & vos unicam sponsam suam consolemini, quam ut animam suam & pupil-
E lam oculi sui diligit. Sequitur: *Si quod solatium ca-* Philip. 2.
ritatis, hoc est, si caritatem habere vultis, & ex caritate solatium, *implete desiderium meum.* Caritas dilectio est, ubi dilectio, ibi delectatio; ubi delectatio, ibi solatium & gaudium, ubi caritas est, ibi Deus est, quia *Deus caritas est.* Econtra ubi caritas non 1. Joan. 4.
est, ibi nec Deus, nec quidem boni aliquid esse potest. Si igitur caritatem, & Deum, & omne bonum cum Deo desideratis, votis meis satisfacere vos oportet. Si praeceptum primum causa caritatis est, ut diligatis Deum, diligendo me, diligitis profecto Deum, quia Christus Deus & ego una mystica persona sumus, cujus ipse est caput; duo enim sumus in carne una: & hoc est illud magnum sacramentum de quo inquit apostolus, *In Christo & ecclesia.* Si

recto

Ephes. 5. recte ea caritate diligendus est proximus, quis vobis proximior est quam ego mater vestra, & talis mater, quæ non semel, ut aliæ matres, sed & præter sacri baptismi generationem, continue in verbo prædicationis & exhortationis vos pario? Ita in persona
Gal. 4. mea inquit apostolus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.* Iterum & tertio:
Philip. 2. *Si qua societas Spiritus sancti, implete gaudium meum.* Quid hoc significat, nisi quod si vultis habere unionem quam facit Spiritus sanctus in omnibus fidelibus, si vultis esse participes Spiritus sancti, & ejus societatem habere; si vultis ut Spiritus sanctus habitet in vobis, lætificate matrem vestram ecclesiam. O vehemens admirationis genus, quam ignitus est hic sermo & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad compagem animæ, spiritus, ac medullarum! Sed non tam propere Spiritus sancti memoriam percurramus. Nam ineffabile quoddam in ore meo, dum ipsum recenseo, sentio suavitatis nectar. Et quia multa hic Spiritus paracletus mihi beneficia contulit, mulrum equidem, ne ingrata sim, diligere ipsum debeo: suæ enim custodiæ dimissa sum, ne videat orphana. Ipse me protegit, ne portæ inferi prævaleant adversus me. Ipse me fovet, dirigit, & gubernat. Ipse primum induit me adolescentulam virtutem ex alto, & in me resedit per ignem, in caritate ardere: & in lingua, ut linguis omnium loquens omnes docere possem. Ipse adstat semper auribus meis, & quidquid dixerit Christus, ipse suggerit mihi, docetque mihi omnem veritatem Spiritus ipse veritatis, nec me unquam errare passus est, neque, ut spero, usque ad consummationem seculi patietur. Hic mihi abunde largitus est septem ejus sacratissima munera, Spiritum videlicet sapientiæ & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiæ, pietatis & timoris: dona ipsius Spiritus sancti habeo, ut per sapientiam sim matura, per intellectum provida, per consilium cauta, per fortitudinem animosa, per scientiam discreta, per pietatem misericors, per timorem humilis. Multa nimis de Spiritu sancto dicenda forent: sed quis ad lucem quam inhabitat inaccessibilem accedere poterit? Nunc autem dno hæc de doctore meo referre satis sit, ut unusquisque Christianus cognoscat quantum amare & revereri ipsum debeat. Spiritus paracletus hic est, de quo conceptus & incarnatus est Redemptor generis humani Iesus Christus Deus meus & Deus vester, dominus meus & dominus vester. Ipse
1. Cor. 12. etiam est, *de quo*, inquit apostolus, *nemo potest dicere. Christus Iesus, nisi in Spiritu sancto.* Si igitur hujus Spiritus sancti, qui tam mirabilium est patrator operum, societatem habere vultis, implete gaudium meum. Tandem & quarto vos obsecro per viscera miserationis, si qua in vobis sunt, ut impleatis gaudium meum. Omnis summa Christianæ disciplinæ in pietate & misericordia consistit. Quantum misericordiæ & pietatis opus Deo sit cordi, hinc constat, quod in extremo mundi judicio de
1. Tim. 4. misericordia solum ratio exigetur. *Pietas seu misericordia ad omnia est utilis, promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ*, secundum apostolum: hic enim divitias & gloriam, in futuro vitam æternam consequitur. De hac dictum esse videtur quod scri-
Prov. 3. bitur in libro Sapientiæ: *In dextera ejus anni vitæ, in sinistra ejus divitiæ & honor.* Si ergo promissionem hujus vitæ & æternæ optatis, misereamini matris vestræ, quæ tamdiu de filiorum suorum dissidio vehementer affligitur, per viscera misericordiæ Dei nostri vos oro, ut in vestra me unitate consolemini. Non violentum aliquid a vobis exigo, sed ipsum naturalem affectum, qui ad misericordiam vos move-

A to inclinare debet, tum ad omnes homines, tum præsertim ad matrem vestram & membra vestra. Inquit apostolus: *In idipsum solicita sunt membra; & si* 1. Cor. 12.
quid patitur unum membrum, compatiuntur & cetera. Cum sitis membra corporis mei, naturali pietate tam matris vestræ, quam ceterorum membrorum ex vestro dissidio se affligentium, misereri ac compati debetis. Si ut primum Ioseph vidit Beniamin fra- Gen. 45.
trem suum parvulum in Ægyptum deductum, commota sunt viscera ejus, nec se cohibere poterat, quin lacrymæ ex oculis erumperent, quanto magis viscera vestra commoveri debent ad pietatem, & oculi erumpere ad lacrymas, visa matre vestra & genitrice tot fratrum vestrorum diuturno mœrore tabefacta?
B Sic igitur, filioli mei, contestor & adjuro vos per consolationem Christi, per solatium caritatis, per societatem Spiritus sancti, per viscera miserationis, ut gaudium, quod de vobis concepi, hoc in loco compleatur. Intelligitis, puto, cur dixerim, Implete gaudium meum; hoc significat aliquid gaudii cœptum esse, aliquid autem restare ut impleatur. Cœptum est gaudium in corde meo, cum tempus hujus sacri concilii celebrandi advenit, per quod spes mihi non parva erat, ut filii mei undique collecti infirmitatibus corporis mei, quæ, proh dolor, gravissimæ sunt, opportune providerent, & fidem orthodoxam, quam ipsa profiteor, viriliter ab impugnantibus tuerentur, pacemque ubique exulantem intra fines meos reducerent, ac virtutes multis in locis ac personis
C fere extinctas resuscitarent, quemadmodum hæc omnia in aliis sacris generalibus conciliis per Spiritus sancti gratiam sæpenumero facta sunt, hujusmodi autem gaudium tunc auctum est, cum per pussimas hujus sacri concilii literas Bohemiæ populus ad hanc sanctam synodum magna cum caritate convocatus est, & ei libera audientia oblata. Sed tunc præsertim exultavit animus meus, cum convenientibus hujus sacri concilii & Bohemorum ambasiatoribus in oppido Egræ, unanimiter conclusum est, ut vos Bohemi ad hunc locum proficisceremini: quod, Deo disponente, jam oculis meis factum video. Nunc autem spes futuri gaudii magis ac ma-
D gis appropinquat, quando filios meos ante hæc tempora invidia diaboli inter se divisos, nec se respicere audentes, nunc insimul modeste considere, pacifice loqui, & mansuete invicem conversari aspicio. Et quo magis corpora conjunguntur, eo major spes est conciliandorum animorum. Multum quidem effluxit temporis, quo lætiorem diem quam istum experta non sum, quandoquidem verisimilia futuræ unionis fundamenta ex tam felici initio inter filios meos jacta esse videntur. Agite igitur, filii mei, implete gaudium meum, date operam ut quod tam laudabiliter inchoastis optato fine terminetis. Gaudium cœptum est, restat ut consummetur. In manu vestra est consummare illud & con-
E solari matrem vestram, atque omnem exhilarare populum Christianum, qui magno cum desiderio finem conventionis vestræ præstolatur. Facite, obsecro, ne frustra huc venisse videamini. Sic agite, ut tot labores jam ultra annum incassum non dispereant, & gentes tam grandi de vobis spe concepta non frustrentur. Quis tam duri cordis filius est, qui tam vehementer obsecratus audiet contrarie maternis precibus? Quis tam inhumanus atque impius reperiri potest, qui sic efficaciter a matre adjuratus mox non acquiescat, & cum Salomone dicat: *Peta* 3. Reg. 2.
mater mea, neque enim fas est ut avertam faciem tuam. Sub hac igitur spe, filioli mei, explicabo vobis desiderium meum, & confidenter aperiam quod illud sit gaudium, quod tantopere per vos impleri efflagito.

efflagito: Sed hoc, filii mei, scitote, nihil difficile aut laboriosum me petituram. Dnlcissimum erit & utilissimum, & quo magis contrectabitur, eo dulcius atque utilius fiet. Hoc est, inquam, gaudium, quod impleri postulo: Primum, ut idem sapiatis omnes: deinde, ut eamdem caritatem habeatis. Qnid de hac duplici petitinncula vobis videtur, filii? Nnmquid præcipio vobis ut transfretetis maria, per orbem peregrinemini, cum hostibus pugnetis? Non jubeo ut contemnatis divitias, ut corpora vestra maceretis jejuniis, ut martyria & tormenta subeatis. Nihil horum, ut audistis: quamquam etsi ista præciperem, contemnenda non essent. Nam & fratres vestri, qui vos præcesserunt, jussu meo hæc & majora forti animo sæpenumero factitarunt. Sed hoc dumtaxat horror, hoc moneo, ut idipsum credatis, & alter alterum diligat. Credere facillimum est, amare dulcissimum, utrumque vero utilissimum. His duobus præceptis conficiendis te nulla extrinsecus opus est. Credite, & amate invicem in cordibus vestris, & satisfecistis desiderio meo. In momento, in ictu oculi hoc agere potestis. Velitis, & factum est. Primum est igitur, ut idem sapiatis. Quid est, idem sapiatis, nisi ut non diversa alter ab altero de fide domini nostri Iesu Christi sentiatis? A fide incepi, quoniam fides Christianæ religionis & omnis salutis janua est. Hæc est fundamentum & radix omnis ædificationis quæ crescit in domo mea. *Aliud autem fundamentum*, secundum [1. Cor. 3.] apostolum, *nemo potest ponere, quam quod positum est, quod est Christus Iesus*: Hoc autem fidei fundamentum quam firmiter sustentet ædificium qood superimponitur, quantaque illud virtute ac gratia communiat, & hæc radix quam saluberrimos suavissimosqoe ex se producat fructus, qoo alio probationis genere uti opus est, nisi hoc solo testimonio, quod Christus Iesus, per quem facta sunt omnia, hujus ædificii basis ac fundamentum fieri dignatus est? Huic ergo tam stabili fundamento si quis corde puro & conscientia non ficta inhæserit, primnm ab immonditiis, si quas habet, purificabitur, ut in Actibus apostolorum scriptum est: [Act. 15.] *Fide purificans corda eorum*, purificatus vero mox in domino justificabitur, ut inquit apostolus: [Rom. 3.] *Arbitramur hominem justificari per fidem*. Sic autem anima per fidem purificata ac justificata merebitur desponsari a domino, ut ipse per Oseam inquit: [Osea 2.] *Desponsabo te mihi in fide*. Quicumque vero sic desponsatus fuerit, fortis fiet, ut illi magno adversario nostro leoni rugienti possit resistere: [1. Petr. 5.] *cui* (inqnit Petrus) *resistite fortes in fide*. Huic qui resistere potuerit, ejusdem fidei virtute facillime vincet & superabit mundum. [1. Ioan. 5.] *Hæc est victoria*, inquit Ioannes, *quæ vincit mundum, fides nostra*. Mundo autem devicto, benedictionem accipiet per eamdem fidem a domino: quia [Galat. 3.] *qui ex fide sunt*, secundum apostolum, *benedicentur a domino cum filiis Abraham*. Sed & hæc amplius, quia Christus in corde fidelis animæ habitaculum faciet. [Ephes. 3.] *Habitare*, inquit apostolus, *Christum per fidem in cordibus vestris*: nec solum habitabit, quinimo per fidem in filiú adoptivum assumet. [Galat. 3.] *Omnes enim*, inqoit apostolus, *filii Dei estis per fidem*, postquam autem fidei merito tantum muneris a domino consecuti fueritis, ut ejus filii efficiamini, confidenter, a Patre nostro omnia postulare poteritis, & respondebit vobis sicut olim centurioni: [Matth. 8.] *Fiat tibi sicut credidisti*: & quemadmodú Chananææ: [Matth. 15.] *Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis*. Tam preciosa est hujus fidei radix & semen ejus, qnod si modicum quid ex ea habueritis, (quid autem minus dici potest quam granum sinapis?) [Matth. 21.] *dicetis huic monti: Transfer te, & transferet se*. Quamquam autem non semper eo modo, quo verba petentis sonant, quis exaudiatur, obtinetur tamen per fidem id quod magis petenti prodest, ad vitam præsertim æternam, in qoa omne desiderium includitur: cujus vitæ æternæ per fidem hic promissionem consequimur. Inquit Tobias: [Tob. 2.] *Filii sanctorum sumus, & vitam expectamus quam Deus daturus est his qui nunquam mutant fidem*. Quid plura? Sine hac ambulare non potestis, quia *per fidem ambulamus*, inquit apostolus. [2. Cor. 5.] Sine hac nec etiam vivere, quia *justus ex fide vivit*. [Rom. 1.] Sine hac, ut idem attestatur apostolus, *impossibile est placere Deo*. [Hebr. 11.] Sine hac quilibet in abyssum errorú mergitur, sicut in profundum maris mergi incipiebat Petrus, cui dictum est a domino: *Modica fidei cur dubitasti?* [Matth. 14.] Videat igitur unusquisque, quantum stabilitatis ac firmamenti ex hoc fundamento, quam preciosos fructus ex hac radice, quantaque cælestia bona ex hac fidei professione assequi possit. Quid ergo illa preciosius? Recte inquit Petrus: *Probatio fidei preciosior est auro quod per ignem probatur*. [1. Pet. 1.] Sed ad veram adipiscendam fidem, filioli mei, primum nosse oportet sub qua domo hujusmodi (quod ante dixi) fundamentum jactum sit, & quemadmodum ad eam perveniatur. Super hoc fundamento domus mea a domino ædificata est, ipso dicente: *Super hanc petram*, videlicet fidei, *ædificabo ecclesiam meam*. [Matth. 16.] Videte quis est hic ædificator & architector. Is cujus manu facti sunt cæli & terra, & cujus ordinatione perseverant dies, & omnia serviunt sibi. Hic noster fabricator tam solide huic fundamento domum meam superimposuit, ut quamquam potestas satanæ tanta sit, ut, secundú Iob, nulla sit ei similis in terris, quem ipsa Veritas [Iob. 41.] principé hujus mundi appellat, [Ioan. 12.] tamen adversus hanc meam domú privilegio Christi nihil prævalere possit. Scrutamini scripturas, & nullam domum sic fundatam, nec tale ei munus indultum invenietis. Hanc domum perflare venti possunt, concutere non possunt, fulguraque ac turbines aerii illam tangere, sed non evertere, quia hæc est domus domini firmiter ædificata, bene fundata super firmam petram: non super arenam, aut trabes putridas, seu saxa mortua, fundata est hæc sacrosancta mea domus, sed super lapides preciosos jaspidis & sapphiri & aliorum decé, quos in apocalypsi nominatim Ioannes ennmerat: [Apoc. 21.] sed, quod omnibus preciosis lapidibus preciosius est, super petram Christi vivam. Nec etiam mortali manu hominum facta est, sed nova descendit de cælo a Deo parata, sicut sponsa ornata viro suo. Nemini, ut hanc domum demoliatur, ingredi fas est, quam 12. angeli (ut in eadem apocalypsi scribitur) in portis [Ibidem] custodiunt. Sed qualem intus putatis hanc esse domum? an caliginosam, an forte ad depellendum tenebras lumen ibi esse ex oleo aut cera compositum: aut, quod plus est, Solem aut Lunam in illa lucere? Majus aliquid habet, & longe majus. Sed quod illud esse potest Sole & Luna majus lumen? Audite Ioannem in apocalypsi dicentem: *Et civitas* (quam paulo superius novam descendentem de cælo, & uxorem agni dixerat) [Ibidem] *non eget Sole neque Luna, ut luceant in ea*. Nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna ejus est agnus, & ambulabunt gentes in lumine ejus. Et ut supremum omnium testimonium adducamus, Christus, qui mentiri non potest, pollicitus est manere cum ea usque ad consummationem sæculi. [Matth. 28.] Si qui in hac domo in nomine Iesu Christi congregantur, ibi ipse est in medio eorum, & Spiritus sanctus lumine suæ claritatis totam replet, ubi filii mei manent in unitate sedentes. [Matth. 18.] Sed & hoc memoriæ perpetuo fixum tenete, qnod Apostolus ad Timotheum scribit: *Hæc tibi scribo, fili mi Timothee, sperans me ad te venire cito. Si autem tardavero, ut scias* [1. Tim. 3.]

quomodo

quomodo oportet te in domo Dei conversari, quæ est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. Intret igitur omnis homo securus tam lucidam, & tam firmiter constructam domum, quæ nec obtenebrari potest, talem ac tantam Dei Patris & agni & Spiritus paracleti fulgorem habens, nec corruere, talibus superinnixa basibus. Et qui ingreditur, maneat, & nunquam exeat; & qui exivit, redire non differat, redeuntem autem neminem ejicio. Extra hanc domum omnia sunt caligo & tenebræ. Extra istam nec est nec esse potest vera fides nec salus hominibus. Et velut qui in arca Noe reperti non sunt diluvium aquarum absorbuit, ita & qui in hac sacra æde non permanserint, caligine errorum obiri & tandem perire necesse est. Sed nec ad hanc domum iter cuiquam patere potest, nisi illud ipsa docuero: quam nisi a me doctrinam fidei accipiatis, nec fidem rectam nec ecclesiæ unitatem habere potestis. *Fides,* Rom. 10
ut scitis, *ex auditu est.* Quomodo audietis sine prædicante? Sed prædicari quid potest in quo sit salus, nisi euangelium Christi? Quod autem verum foret Christi euangelium quomodo scire possetis, nisi illud vobis patefecissem? Audistis nonnullos etiam ex apostolis scripsisse euangelia: sed quoniam quatuor duntaxat approbavi, illa ut euangelia venerantur, alia respuuntur. Neque etiam, posteaquam ad hanc domum iter vobis ostensum fuerit, ingredi poteritis, nisi ego, cui claves hujus domus a domino traditæ sunt, meis manibus adaperiam, vosque introducam. Sine his clavibus ad secretos thesauros cælestis regis sponsi mei in domo mea reclusos nemini licet introire. Et si alienis clavibus intrare contenderit, poterit videri intrare, sed non recte intrare. Restat igitur, & jam liquido intellexistis, quod pervenire ad fidem & perseverare in ea, nisi per me & mecum non potestis. Quamobrem sine mora, relictis omnibus, me unusquisque sequatur, & mecum habitet, & veritas fidei habitet cum eo. Liber, in quo fides catholica descripta est, non incongrue illi libro comparari posset signato septem signaculis, quem, ut apocalypsis Ioannis testatur,
Apoc. 5. *nemo neque in cælo, neque in terra, neque sub terra, solvere potest, nisi solus agnus qui occisus est.* Ita quidem & hunc librum fidei ac doctrinam ejus, nulli creaturæ neque in cælo, neque in terra, neque sub terra aliter intelligere fas est, quam ego catholica ecclesia intelligo, ipsius veri agni vera sponsa, cui ipse sponsus, ut ex euangelio Ioannis sæpe legi audistis, omnia quæ audivit a Patre nota fecit. Neque enim angelis, aut hominibus, quantacumque præditis potestate, contra meam doctrinam quidquam credendum foret. Ita ad Galatas scribit apostolus, per cujus os loquebatur Christus: *Licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizavimus, anathema sit.* Hoc nihil aliud significare videtur, nisi quod angelos de cælo contra veritatem euangelii quidquam dicere impossibile est, me vero adhuc impossibilius. De hominibus autem quis gloriari potest, ut sibi contra ecclesiæ auctoritatem credatur, cum apostolus seipsum velit esse anathema, si aliud euangelizet, quam quod prius secundum ecclesiæ doctrinam euangelizaverat. His autem, qui sub terra sunt nihil quoquomodo fore credendum quis dubitet, cum satanas & angeli ejus in veritate non steterint, sed mendaces sint, & mendacii patres? Si Arius, Manichæus, Nestorius, Faustus, Donatus, & cetera hujusmodi monstra, meis tantum clavibus, & non propriis & adulterinis, hunc fidei librum aperire voluissent, nunc in inferno cum patre mendacii non cruciarentur. Si hi pertinaces & obstinati homines meis paruissent præceptis, multarum gentium catervas ad locum sulfuris & ignis perpetui secum non præcipitassent. Initium salutis hominis est nolle propriæ inniti prudentiæ: sed seipsum ad suscipiendam majorum suorum disciplinam accommodare, illorum scilicet, quos diutina approbatio authenticos fecit, quorumque doctrinæ, sanctitas vitæ, ac manifesta miracula, certum perhibent veritatis testimonium. Quis nos sanctos patres ac doctores per multa sæcula a me ubique approbatos, quorum tanta fuit integritas & veritatis zelus, ut prius mortem & omnia supplicia pati voluissent, quam levissimum proferre mendacium, potius quam seipsum, rudis forte ingenii seu non exercitati, merito sequi debeat? Quis interpretationi excellentissimorum pene innumerabilium doctorum, ex omnibus mundi partibus in eadem convenientium sententia, qui ita in sacris scripturis studiosi fuerunt, ut omne vitæ tempus in his exposuerint, non potius acquiescat, quam duobus aut tribus, seu paucissimis hominibus, noviter scripturas legentibus, nullo fretis doctore, nisi proprio ingenio? Quis non advertat quam sit ecclesiæ Dei perniciosus hic morbus nullo pacto ferendus? Si enim cuique fas est suo sensu exponere & interpretari scripturas, nihil certi erit: omnia confusa & invicem adversa fient; novum redibit chaos; erunt tot sententiæ quot capita. Quis ille erit ita hebes, cui non suppetat audacia novam fabricare interpretationem? Melius ergo leges humanas conditas esse fateri oportebit. Ipsæ postquam vel a principe vel communitate latæ sunt, nemini fas est contraire. quod si forte aliquid ambiguitatis contineant, privatis non licet interpretari personis, sed ad legislatorem, seu illum qui judicando præest, habetur recursus. Si forsitan vestrum aliquis ratione non movetur, exemplo populi Dei moveatur. Scriptum est in Nebemia, quod *congregati sunt principes familiarum, universi populi,* Nehem. 8.
sacerdotes & Levitæ ad Esdram scribam, ut interpretaretur verba legis. Et quia vitio naturæ corruptæ homines frequenter errant, frequenterque inter se discrepant, necessario dominus noster Iesus Christus fidelibus suis providit, me sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam in terris relinquens, atque assistentia sua ac Spiritus sancti usque ad consummationem sæculi & in æternum corroborans, ut in his quæ ad salutem pertinent errare non possem, & ad me omnes tamquam ad infallibilem regulam aspicerent. Si una sancta catholica & apostolica ecclesia toto orbe terrarum semper vocata & credita sum, nemo ab unitate mea se scindat: nemo quod sanctum est erroneum putet: nullus judicium proprium aut paucorum universali determinationi anteponat. Catholicum enim Græcum est, quod Latine universale interpretatur. Si apostolica vocor, ut certe sum, credat unusquisque indubius, quod sicut apostoli Spiritu sancto inspirati locuti sunt, ita loquor & ego. Neque enim solum pro tempore apostolorum Christus per se & per Spiritum sanctum assistere promisit, sed, quod sæpe pro vestro profectu repetendum est, usque ad consummationem sæculi, & in æternum: nec pro illis tantum oravit dominus, sed dixit in euangelio: *Sanctifica* Ioan 17.
eos in veritate: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et ego pro eis sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me; ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint, & mundus credat quod tu me misisti. Et ego claritatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus.

Hinc aperte cognosci potest, quod sicut Pater & Filius in unitate & veritate non discordant, sed unum sunt: ita omnis ecclesia & apostolorum, & eorum qui per eos credituri sunt usque in finem, unius est caritatis & unitatis. *Apoc. 21.* Hinc est quod in apocalypsi dicitur, murum civitatis descendentis de cælo, quæ est ecclesia, habere fundamenta duodecim apostolorum & agni. & apostolus inquit: *Iam non estis hospites & advenæ, sed cives sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum.* *Ephes. 2.* Quis jam non videat quam turpiter seipsum confundit, tot habens divinæ veritatis testimonia, qui de mea doctrina ac fide aliquatenus dubitaverit? Stultum prorsus se comprobat, ut inquit in proverbiis Salomon, *qui despicit matrem.* *Prov. 15.* Iam igitur qui me audit, Christum se audire credat: & qui me spernit, Christum spernere non dubitet, ut ipse attestatur. *Luc. 10.* Sacrilegus est, ac nomine Christiano indignus. Christum enim mendacem facit, qui in mea doctrina aliquid suspicatur falsitatis. Cavete ergo, filii mei, ne unquam in hanc incidatis tentationem, ut scripturas proprio sensu aut aliter intelligere velitis quam ego intelligam. Nolite usurpare privilegium hoc quod mihi soli concessit dominus. Vos, cum errare possitis, judicium vestrum humiliter more patrum vestrorum semper mihi submittite, quam experientia teste constat errare non posse. me dispensatricem mysteriorum suorum reliquit dominus, constituitque super omnem familiam suam, ut dem in tempore tritici mensuram. Multa in scripturis sacris esse fatemur quæ expositione indigent: quæ si cortice tenus intelligantur, facile in errorem legentes pertrahent. Si quid in eis legere vos contingat, quod non tam plane, ut velletis, intelligitis, agite instar discipulorum Christi, qui parabolam a domino dictam, non intelligentes, ipsum domi interrogant: *Domine edissere nobis parabolam zizaniorum.* *Matth. 13.* Discipuli parabolam domini non tentarunt proprio sensu intelligere, neque ad scribas & pharisæos, ut eis exponerent, sed ad magistrum veritatis profecti sunt. Vos ergo ad alium nolite accedere, pergite ad me discipulam Christi matrem & magistram vestram. aperiam vobis & luce clarius manifestabo sensus & arcana scripturarum: & incipiens a Moyse & omnibus prophetis, interpretabor vobis in omnibus scripturis quæ de Christo sunt. Venite filii, audite me, & instruam vos in via hac qua gradiamini. Nullus per me unquam deceptus est, neque in æternum decipietur. An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus? Ipse caput meum, & Spiritus sanctus doctor meus, quomodo me quemquam fallere permitterent? Vultis, filioli mei, viam vobis ostendam infallibilem, qua si recto calle incedatis, nunquam errare poteritis? Respicite semper ad me, considerate vestigia mea, & pedetentim me sequimini, non declinantes neque ad dexteram neque ad sinistram. Et si forsitan strictum callem aut durum iter, seu asperum monticulum, offenderitis, clamate ad me, & porrigam vobis dexteram, & sustentans vos, convertam aspera in vias planas, vosque illæsos & sine labore ad montem qui Christus est perducam. Recurrite ad me audacter ac confidenter, & nunquam vobis in necessitate deero. Non sum superba, nec fastidiosa mater, benigna sum & pia sum, & caritate ardeo; omnes sive venientes sive redeuntes ad me hilaris in gremio suscipio; omnes doceo, instruo & consolor: & vena aquarum viventium de ventre meo fluit in audientium ora. Memoriale hoc perenne superponite, filii mei, in frontibus, alligate in digitis, & super limina domorū affigite. Credite videlicet quod ego credo, profitemini quod ipsa profiteor: & tunc nulla caligo erroris, nullæque tenebræ falsitatis vobis appropinquare poterunt. O sanctum documentum, o felicem semitam, o omni tempore imitanda vestigia! Quid certius ac securius viatoribus hujus sæculi reliqui poterat, quam quod talis via exhiberetur, qua incedentes deficere nullatenus possent? *Nolite abduci variis ac peregrinis doctrinis, nec sequimini magistros prurientes auribus:* *Hebr. 13.* omnem doctrinæ cibum, qui de mensa mea non propinatur, suspectum habetote: venenosus enim est, virus habens aspidis insanabile: interpretationum & expositionum novitates cavete, sensus insolitos singularesque sententias fugite, doctores, qui in mea schola probati non sunt, tamquam serpentes declinate. Nam, ut inquit apostolus, *si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres, nam in Iesu Christo per evangelium ego vos genui. Estote ergo mei imitatores, sicut & ego Christi.* *1. Cor. 4.* Nec filii mei, oportet omnium quæ a me audieritis postulare ex humano ingenio rationem. Fides enim non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. A Christo fides est, quam per me vobis insinuat. Certiores de fide & doctrina mea estote, quam si quid propriis conspiciatis oculis. Humani enim oculi, tam licet propinquam videntes, nonnunquam falluntur, putantes aliud esse quam sit. Deus autem nec falli a quoquam, nec fallere quemquam potest. Doctrina autem mea non est mea, sed ejus qui desponsavit me. Sustinete igitur paululum, si forte omnia capere non potestis, usquequo ad locum, ubi ego in cælis triumpho, vos perduxerim: ubi sine ullo velamine rationem, quam modo fide creditis, oculis intuebimini, manibusque palpabitis: nunc videtis per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Exposui vobis, filioli mei, quid sit idem sapere. Cetera quæ sequuntur ad caritatem pertinent: & quoniam fides sola ad salutem non sufficit, nisi vestita sit & comitata caritate; nam, ut inquit apostolus: *Etsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum:* *1. Cor. 13.* ideo post fidem præceptum caritatis traditum est. Non expectetis ut ego omnes laudes caritatis hoc uno sermone complectar: ipsa quidem tam magna est, ut si linguis hominum loquar & angelorum, vix mediocriter eam explicare possem, utique cum tantæ dignitatis sit, ut inter virtutes ipsa sola Deus appelletur: *Deus enim caritas est.* *1. Ioan. 4.* Tantæ etiam est auctoritatis, ut (cum gaudio referam, more humano loquens) de omnipotente Deo triumphare visa sit, dum eum de cælo solo amore traxit ad terram, & in cruce pro salute nostra affixit, & usque ad ima terræ pro redemptione filiorum Israel migrare coegit. Quid digne de hac virtute dici unquam poterit, quæ in cælo & in terra dominatur & regnat, & cum vult usque ad abyssum penetrat? Hæc est illa excellentior via quam demonstrat apostolus. *1. Cor. 12.* Nam & prophetare, dæmonia ejicere, virtutes ac miracula facere, sine caritate neminem gratum Deo efficiunt: talia enim facientibus tandem Christus dicturus est: *Recedite a me operarii iniquitatis, non novi vos.* *Luc. 13.* Et habentibus scientiam dominus improperat: *Vos clavem scientiæ habetis, sed nec intratis in regnum cælorum, nec alios intrare sinitis.* *Luc. 11.* Dare omnia sua pauperibus, & seipsum martyrio, sine hac nihil prodesse affirmat apostolus. Caritas præceptum præceptorum est, in quo omne præceptum concluditur. Nam, ut inquit apostolus, *finis præcepti est caritas.* *1. Tim. 1.* Et rursus: *Plenitudo legis dilectio.* *Rom. 13.* *Caritas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt,* *1. Cor. 13.* & cetera omnia continet quæ (ut scitis)

B. Paulus

A B. Paulus late commemorat. Caritas fons est proprius & singularis honor, cui non communicat alienus: quæ ut oleum non potest premi in imo, sed superexilit. Si desit, frustra habentur cetera: si adsit, cetera non desunt. Sine hac omnis virtus, etiam ipsa fides, ut inquit B. Iacobus, mortua est. (Iacob. 2.) Ipsa etiam nominis appellatio rem quamdam caram esse demonstrat. Amplectimini igitur, filii mei, hanc tam excellentem & divinam virtutem: apprehendite tam singulare Spiritus sancti munus: per ipsum enim, ut inquit apostolus, caritas in cordibus nostris diffunditur. (Rom. 5.) Induimini hanc vestem nuptialem; qua induti, secure discumbetis in mensa regia: nec timebitis ut dicatur vobis: Cur huc intrastis, non habentes vestem nuptialem? Hac veste induti, pelletis a vobis B frigus quo frigebat Petrus calefaciens se ad prunas Caiphæ: hac veste circumdati, quæ omni armatura est fortior, intrepidi & illæsi cuneos hostium pertransibitis. Et, ut uno verbo omnia complectar, si vultis perfecti esse, super omnia caritatem habete, quæ secundum apostolum vinculum est perfectionis. Sed quemadmodum pauloante documentum tradidi quo ad rectam fidei regulam perveniri possit, ita & nunc vos erudiam quam faciliter a caritate nunquam excidatis. Respicite semper ad me, considerantes me esse matrem, & vos filios. Recogitate in visceribus meis vos esse conceptos, & eodem lacte nutritos: tunc fratres vos esse invicem recognoscetis: & ex eadem carne eamdem carnem vos inficiari C non poteritis. Quis ergo unquam carnem suam odio habere potuit? Attendite etiam quam tenerrime vos semper dilexerim, & quantam unicuique filiorum meorum caritatem exhibeam, quotque labores & angustias in omni mea ætate pro vobis ubique terrarum perpessa sim, & a me exemplum capientes diligatis vos invicem sicut dilexi vos. Sed & si partem superiorem digninremque mei corporis, caput videlicet, aspexeritis, quod est Christus, efficacius caritatis magisterium cordibus vestris intimetur. Cogitantes namque quod, cum mundus nihil meruerit, imo propter sua facinora morte dignus esset, ipse Iesus Christus sola caritate tot tantaque in corpore suo pro salute hominum tormenta per- D tulit, totque beneficia conferre dignatus est, quot lingua humana exprimere nunquam posset: mox omnem compellemini rancorem deponere, & indissolubili caritatis vinculo confœderari, in fraternumque amorem redire. Dicite mihi, numquid vos extraneos aut alienigenas esse putatis, filii mei? Si hoc putatis, mihi injuriam facitis. Nonne in hoc vos utero tanto cum labore concepi & portavi? Nonne his lactavi uberibus, & his manibus cibum potumque tanto tempore præbui? Cum ergo fratres germani sitis, ex eadem carne geniti, & talia exempla dilectionis a capite & toto meo corpore habeatis, debetis alter alterum fraterna caritate diligere, & cum omni sinceritate invicem reconciliari. O ossa de ossibus meis, o membra de membris meis, o viscera de E visceribus meis! Quis vos abinvicem separavit? Quis inimicus homo inter vos seminavit zizaniam? Quis seductor ille antiquus, accusator fratrum suorum, vos ad tantas inimicitias perduxit? Solebatis idem sapere, invicem vos amare, fovere concordiam, insimul cum pace & caritate conversari. Nunc mutatus est per omnia color optimus: nam unitas in dissensionem, caritas in odium, pax in bellum, fraternitas in hostilitatem, perversa sunt. Cur sic inhumaniter filii mei confligunt? cur gladiis & igne decertant? cur tam crudeli bello & odio tam detestabili alter alterum persequitur? Suntne ista jura fraternitatis? Suntne hæc cognationis & proximitatis indicia?

A Erubesco referens; vix barbari & infideles hæc inter se tam atrociter facere auderent. Convertite jam gladios in vaginas: *quia omnis qui gladio ferit, gladio peribit*. (Matth. 26.) Remittite truces vultus, abjicite minas, deponite arma, projice tela manu sanguis meus. Abolete penitus ex cordibus vestris omnia discordiarum odiorumque fomenta. Osculamini, obsecro, vos in præsentia matris vestræ osculo pacis. Amplectimini vos tenerrime: date invicem dextras. Congratulamini simul, epulamini in mensa mea cibos delitiarum mearum, pacis & caritatis. Celebrate solenniter hunc diem festum, consolamini, consolamini, filii mei, matrem vestram, quæ hunc diem tanto cum desiderio præstolata est. Amate vos invicem, ut fratres decet, & contenta sum, impletum est gaudium meum, B & nihil amplius postulo. Sequitur in verbis apostoli: *Unanimes, idipsum sentientes*: hoc est, ut in diversis corporibus idem sit animus eademque voluntas. (Philip. 2.) Sit hic populus meus quasi vir unus. Non scindamini in varias sententias: sed quod voluerit unus in Christo, alter similiter velit. Imitatores estote patrum vestrorum, quorum in primitiva ætate cor erat unum & anima una. Nihil unitate præstantius: quæ quam sit Christianis necessaria, Christus ipse ostendit, qui pro eis oravit, non ut efficerentur divites aut sapientes hujus sæculi, sed ut unum essent, sicut sunt ipse Pater & Filius. Quid utilius reipublicæ Christianorum esse potest quam unitas? Hoc modo Chri- C stiana crevit religio, & ego propter unanimitatem filiorum meorum toto orbe terrarum diffusa fui. Cavete modis omnibus discordias, & timete quod comminatur dominus: *Omne regnum in se divisum desolabitur, & domus supra domum ruet*. (Matth 12.) Scitis vulgare illud dictum: Concordia res parvæ crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur. Si vultis pertinere ad Christum, pacem inter vos perpetuam contrahite, qua nihil este Deo acceptabilius hominibusque expedientius: ex hoc facile intelligetis, si memineritis Christum de cælo descendentem in terram pacem per angelos suos annuntiasse hominibus, de terraque in cælum redeuntem eamdem pacem dumtaxat discipulis in testamento reliquisse. *Sentite id-* (Luc. 2.) D *ipsum inter vos*, hoc est, ut bona malaque singulorum per caritatem sint omnium. (Ioan 14.) Hoc proprium caritatis est flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus. Nisi membra invicem conjungantur, & suo ordine connexa persistant, & unum alteri opem in necessitate præbeat, deficere corpus necesse est. *Unum enim corpus sumus in Christo; singuli autem alter alterius membra in Christo Iesu domino nostro*, ut inquit apostolus. (Rom. 12.) Subdit deinde apostolus: *Nihil per contentionem & inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes*. (Philip. 2.) Superioribus consentanea sunt hæc & valde accommoda: cum enim ad hunc locum causa fidei & caritatis veneritis, non decet ut tam sanctum opus contentiosis verbis agatis, sed cum omni potius mansuetudine & lenitate. Con- E tentio animos irritat, mentem perturbat, & odia accendit. Non possum pati in domo mea & inter filios meos fieri quæstiones pugnasque verborum: *ex his enim*, inquit apostolus ad Timotheum, *oriuntur invidia, contentiones, blasphemiæ, & suspiciones*. (1. Tim. 6.) & rursus: *His qui sunt ex contentione, & non acquiescunt veritati, ira, indignatio, tribulatio & angustia*. (Rom. 2.) Cum contentiosis & per contentionem nihil tractare unquam consuevi. Ita de me inquit apostolus. *Si quis autem videtur contentiosus esse; nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei*. (1. Cor. 11.) Sed nec per inanem gloriam in hoc sacro loco quidquam agitetis. Inanis gloria cujusqua boni operis fermentum est, insidiatrixque virtutum, ut fructum, quem bene

A operando acquirerent, per elationem evacuet. Inane est captare hominum laudes, qui, cum secundum oculos judicent, sæpe falluntur. Momentanea est ista gloria ex fastu & cupiditate procedens: & quia inanis est, constat esse vanam ac vacuam, meritoque contemnendam. Ea eo quod inane est quem fructum referre poteritis? Quinimo satagite placere Patri vestro cælesti, qui videt in abscondito: hoc est quærere non inanem, sed æternam gloriam. Quidquid facitis, in gloriam Dei facite. Nolite fieri similes scribis & Pharisæis, qui (ut inquit dominus)
Matth. 23. *omnia sua faciunt ut videantur ab hominibus, & vocentur rabbi.* Imitamini potius illa sancta quatuor Ezechielis animalia, habentia facies extentas desuper, & pennas extentas desuper; hoc est cogitatio- B nes vestras, quæ significantur per pennas, & actiones, quæ significantur per facies, ad Deum semper referte. Si quis inter vos sapiens esse videtur, *Non*
Ierem. 9. *glorietur* (ut inquit Ieremias) *in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum*
Psal. 52. *dominus.* Veremini quod minatur psalmista: *dominus*
Galat. 6. *dissipat ossa eorum qui hominibus placent. Absit vobis*
2. Cor. 1. *gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Si gloriari vultis, in domino gloriemini, & hæc sit gloria vestra, testimonium conscientiæ vestræ.* Hujusmodi inanis gloriæ appetitus in intelligendis scripturis sacris supra modum obest. Dum enim humanis laudibus C aucupandis animus intentus est, primo sensus insolitos novasque opiniones quærit: deinde quæ ipse adinvenerit nimis tenaciter defendit. Vnde fit, ut cum redigere intellectum in captivitatem recuset, quod necessarium est secundum apostolum, aliter scripturas intelligat, quam Spiritus sanctus efflagitet: & dum de singularitate sententiæ gloriatur, seipsum nolens corrigere, in errore perseveret. Et quia inanis gloria filia est superbiæ, quæ non considerans imbecillitatem ingenii humani, effert se supra se, & apostatare hominem facit a Deo, sicut & olim multos ex angelis: ideo confestim apostolus in remedium hujus vitii subjicit humilitatis virtutem. *Hor-*
Philip. 2. *tor ergo vos, filii mei, ut res vestras in humilitate agatis.* Nihil, dilectissimi mei, citius ad eamdem fidei D unitatem & caritatem adducere vos poterit, quam humilitatis spiritus: nihil vero magis dirimere, quam superbiæ tumor. Nam sicut nutrix est dilectionis humilitas, ita mater odii superbia. Si gratiam Dei ap-
Iacob. 4. petitis, humiles estote: quia *Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam.* Et ne forsitan humilitatis persuasio gravis cuiquam videatur, beatus Paulus, post-
Philip. 2. quam prædixit, *Nihil per contentionem & inanem gloriam, sed in humilitate,* &c. continuo subdit: *Hoc enim sentite in vobis quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*: quod majus humilitatis exemplum tradi aut cogitari potuisset, quam quod dominus & crea- E tor omnium se exinaniverit, & servilem conditionem acceperit? Quis tam elatus esse potest, qui ista cogitans non compellatur fieri humillimus? Hujusmodi exinanitio, & servilis formæ acceptio, etsi satis foret ad persuadendum omne genus humilitatis, quia tamen acta sponsi mei omnis mihi suave est recensere, ideo morem mihi in auscultando gerite. Nonne tota ejus vita summam redolet humilitatem? Nascitur ex humillima matre, humili nutricio commendatur, in humili tugurio & inter humilia animalia reponitur, humiles piscatores in discipulos eligit, humiles parvulos amplexatur, prædicando nihil sibi attribuit, sed dicit: *Sermonem quem audi-*
Ioan. 14. *stis, non est meus.* & rursus: *Doctrina mea non est*
Ioan. 7.
A *mea, sed ejus qui misit me.* Faciendo miracula, dicit discipulis: *Videte nemini dixeritis visionem hanc.* Matth. 17.
Leproso mundato: *Vide nemini dixeris.* Abluit, in Matth. 8.
documentum humilitatis, pedes discipulorum, & ut impleat omnem humilitatem, permittit se a servo baptizari: humiliter omnes audit, humiliterque respondet, etiam cæcus. Taceo quam humiliter passionem & crucem tulerit, ne forte fluvius lacrymarum me reliqua dicere & vos audire impediat. Deficeret me quippe dies, si omnia Christi humilitatis gesta & documenta referre vellem. Quid ergo intumescis, o homo? O pellis morticina, quid tenderis? O sanies fœtida, quid inflaris? Princeps tuus humilis, & tu superbus: caput humile, & membrum B superbum. Discite igitur filii a Christo, quia mitis est & humilis corde. Sed si vultis, filioli mei, in hoc sancto unitatis negotio, quod tractaturi estis, vitare contentionem, inanem gloriam, & omnia in humilitate agere, si vultis celeriter & sine difficultate idipsum sapere, & caritatem mutuam habere, accipite hoc salutare præceptum quod vobis trado, quo nihil consultius, nihil efficacius esse potest. In omni controversia sedanda primum quæritur judex peritus, & qui non sit acceptor personarum (nam sine judice litigantes raro inter se convenire consueverunt) ecce hujusmodi vobis demonstro judicem. Ipsa ego sum, sancta Dei ecclesia mater vestra. Com- C promittite in me: eligite me judicem & arbitram. De sapientia mea cui relinquitur dubitandi locus, cum Spiritus sanctus omnem me doceat veritatem? Si evangelia & omnis sacra scriptura a me fidei auctoritatem susceperunt, si nihil catholicum dici potest quod per me non fuerit approbatum, si omnes doctores ac magistri suas sententias meo semper judicio submiserunt, dicentes: Non crederemus evangelio, nisi ecclesiæ catholicæ auctoritas nos commoveret; quis de cetero ambigat, an cujuslibet controversiæ diffiniendæ competens ego judex sim? De acceptione personarum supervacuum est quidquam dicere, cum leges humanæ prohibeant patres a filiis, in quibus par constat affectus, judicem recusari. Quis major vobis honor contingere potest, quam quod D sponsa Christi & regina adstans a dextris ejus judicet inter vos? Quæ major certitudo veritatis, quam quod discipula Spiritus sancti sententiam pronuntiet? Quem unquam fideliorem judicem invenire poteritis, quam amantissimam matrem vestram? Nolite ergo disputando laborare, nec contendendo verbis alter alterum lacessere. Quid vos multitudine librorum oneratis? cur diversorum magistrorum sententias in medium affertis? Cur intelligentias vestras humanis inquisitionibus ac subtilitatibus defatigatis? Ecce in medio vestri adest magistra vestra, cui Spiritus domini sensus mysteria & arcana aperit scripturarum. Non mihi opus est judicando ut legisperitos advocem, aut bibliothecas perscruter. Nullius E hominis consilio opus habeo, cui consulit Deus. Claritas domini meum semper intellectum illustrat, & agnus meus Iesus Christus ante me lucernam defert, ne errem, ut paulo ante ex apocalypsi Ioannis reci- Apoc. 21.
tatum audistis. Et quia ego, cum sim toto orbe terrarum diffusa, in uno loco tota esse non possum, soleo pro necessitatibus Christianæ religionis nonnunquam urbem aliquam insignem eligere, & ad eam ex omnibus finibus meæ ditionis episcopos & sacerdotes, & alios Levitici generis, & quos voluero de populo Christiano advocare, quibus in Spiritu sancto legitime congregatis ego ipsa repræsentor, & ibi tribunal meum erigens, quidquid per hujusmodi congregationem, quam universalem synodum seu generale concilium voco, judicatum statutumque fuerit,

fuerit, perinde ratum habeo, ac si ego ipsa ore proprio judicassem ac statuissem: idque ab omnibus jubeo sub anathemate ubique observari. Hoc autem tempore nusquam melius quam in hac civitate Basileensi hujusmodi generalem synodum visum est posse * indicere. Huic ergo sacro concilio, quod in Spiritu sancto legitime congregatum fateor, omnem meam auctoritatem potestatemque impartior, & ambas scientiæ & potestatis cælestes claves mihi a domino traditas veraciter consigno: ut quidquid in terris claudere & aperire, solvere & ligare voluerit, juxta pollicitationem Christi, indubitanter clausum & apertum, solutum & ligatum reputetur in cælis. Itaque non aliter nec minus reverenter hoc concilium quam meipsam existimare debetis. Quamobrem ut vestra fidelis advocata vobis suadeo, ut pia mater consulo, ut sponsa Christi & regina Christiani populi impero, ut in omnibus vosipsos huic sacro concilio penitus committatis, & ab ejus sanctionibus nullatenus declinetis. Si nonnulli aliquando de fide contendentes unum vel duos aut paucos elegerunt homines, quorũ judicio stare voluerunt, quanto magis & vos hanc tam celebrem ex toto Christiano populo collectam synodum pro dirimenda vestra contentione in judicem acceptare debetis? Deus in veteri testamento populo suo mandavit dicens: *Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, inter causam & causam, inter lepram & lepram, & judicum intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum quem elegit dominus Deus tuus: venies que ad sacerdotes Levitici generis, & ad judicem qui fuerit in illo tempore. quæresque ab eis qui indicabunt tibi judicii veritatem: & facies quæcumque dixerint qui præsunt in loco quem elegit dominus, & docuerint te juxta legem ejus, sequerisque sententiam eorum: non declinabis ad dexteram vel ad sinistram.* Sed & hoc generale concilium locus est, quem elegit Dominus, in quo sponsa sua sanctum tribunal erexit. Et hi qui in eo congregantur, in locum sacerdotii Levitici generis successerunt, imo & plusquam Levitæ sunt, majoremque procul dubio scientiæ potestatisque copiam a domino perceperunt: utique cum illi umbræ ministri fuerint, hi vero sint veritatis: illi sanguinis & carnis judices, hi autem spiritus & animæ. Merito ergo ad verbum hujus concilii vestrum omne negotium pendeat: & quidquid sanctum aut profanum judicaverit, id sine hæsitatione sanctum profanumque habetote; ne veniat super vos judicium mortis, quod inobedientibus comminatur dominus. In hoc apparebit humilitas & obedientia vestra, si quemadmodum Christus venit facere voluntatem Patris, & ita vos veneritis facere voluntatem matris vestræ. Acquiescite tandem, obsecro, monitionibus meis, neque innitamini prudentiæ vestræ. Accipite jussu Dei & meo in judicem hanc sanctam synodum: de cujus gremio quilibet esse potest, qui ejus judicio stare voluerit. Polliceor vobis quod non aliud judicabit, quam Spiritus sanctus dux & rector illius dictaverit. Ipse adstabit medius judex & arbiter, perfecte illuminaturus corda omnium, ut viam ambulent veritatis & pacis. Sed ut ipse Spiritus paracletus in cordibus vestris efficacius habitet, & idipsum sapere, & eamdem caritatem vobis largiri dignetur, cui humilium & mansuetorum semper deprecatio placuit, sitis in oratione perseverantes, & tamdiu ac tam ferventer suam pietatem jejuniis, gemitibus, obsecrationibus, ac sanctis operibus interpellabitis, usquequo ipse veritatis doctor & caritatis auctor corda universi populi per sententiam hujus sacri concilii illustrabit ad cognoscendam amplectendamque veritatis & unitatis semitam. Hora exigit ut jam finem dicendi faciam. Audistis ergo, dilectissimi mei, consilia & præcepta mea, quam sancta & utilia sunt: ostendi tandem viam qua hoc facillime exequi possitis. Apprehendite quæso illam, qua certe nulla salubrior inveniri potest. * Moneat vos honor Dei, qui supra modum ex vestra dissensione læditur. Fides etiam catholica ab infidelibus blasphematur, inhonoratur, & irridetur: nec veram esse credunt, quam per tot sectas hincinde lacerari inspiciunt. Moneat vos honor matris vestræ, quam hostes nominis Christiani propter dissidia vestra ubique contemnunt. Moneant vos acerbissimæ lacrymæ, quas pro vobis quotidie fundo, & assiduus dolor, qui me pro vestra discordia excruciat. Vere dicere illud possum quod scribitur in Canticis: *Invenerunt me custodes, qui circuierunt civitatem; percusserunt me, & vulneraverunt me: tulerunt mihi pallium meum custodes murorum.* Nisi velitis ab omni humanitatis & gratitudinis vestigio declinare, misereri vos decet tot ærumnarum ac calamitatum mearum. Siccate, cum possitis, filii, lacrymas meas: sanate vulnera, restituite mihi pallium meum, quod abstulerunt mihi custodes murorum, idololatræ videlicet & gentiles; & qui in rebus mortuis hujus sæculi spem ponunt. Induite me vestem deauratam, circumdatam varietate; deauratam quidem caritate membrorum, variatam autem copiosa filiorum multitudine. Sed & publica movere vos debet calamitas. Circumspicite undique quomodo plebs Christiana a Turcis, Saracenis, Tartaris ac barbaris conculcatur ac devoratur. Cur non compatimini tot millibus fratrum vestrorum, qui singulis annis in durissimam infidelium servitutem rediguntur. O si audiretis, cum raptores prędam dividunt Christianorum, quanta sunt illa lamenta ac suspiria, cum uxor cedit in sortem uni, vir alteri; uni pater, alii filius; uni frater, alii alius! Quanti sunt illi gemitus, quantique singultus miserabilium filiorum meorum, cum invicem disjunguntur, nunquam se amplius revisuri! Quis tunc vestrum abstinere posset a lacrymis? Desineretis tunc forsitan bellis invicem decertare. Sed quod lacrymabilius est, quam multi ex his qui captivi ducuntur, non valentes tam diram ferre servitutem, fidem catholicam abnegant, & ad nefandam Mahometi sectam pervertuntur. Quot deinde regna, provinciæ, urbes, opida, quotidie capiuntur & depopulantur? Iam vos pene ad angulum occidentis reduxerunt. Modicum restat ut tandem de finibus terræ vos ejiciant. Heu mihi, cur tantam matris vestræ fratrumque vestrorum afflictionem non recogitatis? Cur ista audientes in vosipsos bellum tam crudele convertitis, & Christianum ac fraternum sanguinem sine ulla misericordia gratis effunditis? Harum omnium calamitatum dissidia Christianorum sunt causa. Si idem saperent, eamdemque caritatem haberent, hujusmodi persecutio mox finem acciperet: neque enim ullo pacto ferre possent adversarios meos sanctuarium domini polluere, & in populum catholicum amplius desævire: imo quæ infideles nunc catholicis faciunt, facere possent hæc eadem catholici infidelibus. Moveat denique vos regni Bohemiæ ac regionum finitimarum miseranda calamitas. Quanta in his partibus sanguinis Christiani effusio, quot strages, cædes, conflictus, bella, ruinæ, incendia, devastationes, depopulationes, quantaque in personis & rebus desolatio ex hoc recenti dissidio jamdudum secutæ sint, sequique verisimiliter formidetur in dies; nisi vera unitas inter vos fiat, proh dolor, toti orbi plusquam manifestum

Deut. 17.

* Moveat

Cant. 5.

stum est. Profecto lacrymandum potius super hoc quam loquendum foret. Vix inter Christianos alicujus scissuræ memoria est, unde ecclesia Dei tantam jacturam perpessa sit, & tanto cruore respersa. Sed si meo acquieveritis consilio, quemadmodum spero, idipsum sapientes, & mutuam caritatem habentes, hæc omnia repente cessabunt. Novus tunc Sol super vos quietis & tranquillitatis orietur. Reflorebit in pace vestra catholicus populus Christianus: orbis totus renovati videbitur. Implebitis cælum terramque, angelos & homines, inenarrabili lætitia, jubilo & exultatione. Tanto deinde inter vos benevolentiæ nexu conjungemini, quod præteritorum penitus obliviscentes, vosipsos sicut fratres amabitis, & invicem pro amore certantes, alter alterum caritate superare studebitis. Benedicetis semper diem istum, & innumeras Deo omnipotenti gratias referetis, qui in eadem vos unitate & caritate devinxit. Quid plura? Succedet tandem vobis, quemadmodum successit & Christo, quantum tamen humana conditio capere potest. Postquam enim beatus Paulus superius commemoravit quod Christus exinanivit se, formam servi accipiens, humiliavitque se, factus obediens usque ad mortem, in præmium hujus humiliationis & obedientiæ subdit: *Propter quod exaltavit illum Deus, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & inferorum: & omnis lingua confiteatur quia Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Sic quidem si vos humiliaveritis, & mihi obedientes fueritis, exaltabit vos Deus super terram, & magnificabit super filios hominum, & dabit vobis nomen quod est super omne nomen, hoc est nomen regium Christianum, quo nullum inter gentes est gloriosius. Tunc enim digne Christiani eritis & vocabimini. Nam hoc nomen nisi caritatem habentibus non recte congruit. Atque in hoc vestro Christianitatis nomine, si vere Christianum fuerit, id est, si spiritualem caritatis unctionem habueritis, omne genu flectatur. Nam inferi videntes vos eadem fide & caritate unitos, vobis subjicientur, & tamquam victi & genuflexi contremiscentes, nihil adversus vos prævalere poterunt. Homines vos reverebuntur, & meo Christiano populo, si unanimis fuerit totus orbis quasi genuflexus servire cogetur. Angeli vero & cives cælestes genua caritatis flectentes vos honorificabunt, & una nobiscum genuflexi præsentabunt vos cum jubilo coram Iesu Christo sponso meo, ut in æterna beatitudine vivatis, & regnetis cum ipso. Tunc omnis lingua confitebitur quia meus populus catholicus in gloria est Dei Patris: ad quam gloriam ipse Iesus Christus vos omnes & alios filios meos ubique existentes perducere dignetur; qui vivit cum Deo Patre & Spiritu sancto benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Philip. 2.

XLVII.

OPVSCVLVM

IOANNIS PATRIARCHÆ ANTIOCHENI,

De superioritate inter concilium & papam.

In sequens opusculum notatiuncula.

Præsens opusculum compositum extitit per reverendum patrem dominum Ioannem patriarcham Antiochenum in concilio Basileensi anno domini 1434. ac fecit præsens opusculum omnibus scribere volentibus publice pronuntiari in conventu Fratrum minorum in quadam magna stufa, videlicet immediate post festum epiphaniæ domini vel circiter, tractans de dignitate vel superioritate inter concilium generale legitime congregatum, &c. & papam, videlicet, utrum concilium, &c. sit supra papam, vel etiam quis eorum dignior, &c. Lege & considera.

Adsit omnipotens, &c.

*Sacrosanctæ generali synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentanti, vester devotus humilis Ioannes patriarcha Antiochenus seipsum ad vestrorum devotissimorum operum efficacem continuationem, cum omni devotione, reverentia & honore * obsequialem.*

Videat lector bullam retractationum Pii II. qui diu adhæsit Basileensibus contra Eugenium, sed tandem melius instructus, relictis Basileensibus, adhæsit Eugenio cum multis aliis.

QVIA nonnulli os suum aperientes in cælum, potestatem Romani pontificis supra potestatem sacrorum generalium conciliorum contra juris divini & humani veritatem a sanctis patribus alias declaratam exaltare nituntur, & ob hoc, quod dominus Eugenius papa quartus vestram sacratissimam synodum ad extirpationem hæresum, reformationem ecclesiæ in capite & in membris, ac pacem in populo Christiano procurandam, legitime congregatam, sine consensu ipsius sacri synodi dissolvere potuerit, asserere publice non verentur; ego honorem ipsius sacræ synodi procurare ac illius decreta defendere juramento adstrictus, ne errori hujusmodi, si ei non contradicerem, assentire viderer, opusculum præsens, per me contra errorem hujusmodi* compositum, sanctitati vestræ cum humilitate duxi præsentandum, corrigendum, emendandum, &, si necesse fuerit, cassandum: non intendens tenere circa contenta in eo aliud, quam hoc quod tenet sacrosancta mater ecclesia catholica, & vestra sacra synodus illam repræsentans. Et licet, teste Hieronymo, sciam quod qui scribit multos sumit judices, nec ignorem in scripturis irreprehensibile omne nimis, sive sit longitudini sive brevitati connexum, cum primum sensus legentium oneret, & secundum præscindat studiorum desiderium, ut ait Hieronymus super Ieremiam libro secundo in principio; tamen & hoc scio, ipso testante super Ioelem quinto, quod oris aperio est in Dei non hominis potestate: per quod constet me non plus potuisse quam ingenioli a Deo largiti paterentur angustiæ, ut de se Hieronymus asserit super Michæam quinto. Quibus attentis, supplico ut circa hujus opusculi defectus sanctitas vestra me dignetur habere supportatum.

In nomine domini Iesu Christi. Amen.

AD ostendendum quod concilium generale, in Spiritu sancto legitime congregatum, sit supra papam, ex eo quod universalem ecclesiam repræsentat, & consequenter quod papa illud dissolvere non possit sine consensu ipsius concilii, possunt considerari sequentia.

Et primo, quod una est fidelium universalis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur: in qua non papa, sed Christus est sacerdos & sacrificium, teste Innocentio III. in cap. Firmiter, de summa Trinitate. Vnde inquantum papa aut alius quicumque non salvatur extra ecclesiam universalem, patet quod ecclesia universalis est major & dignior papa, & quocumque alio membro ipsius ecclesiæ: & per consequens supra papam, arguendo a dignitate salvatoris ad dignitatem inferioris salvati, sicut argui potest a dignitate creatoris ad dignitatem creaturæ, quæ * major est dignitatis ipsius creatoris. Ad cujus sententiæ robur diffinivit sacrum concilium Africanum, quod primæ sedis episcopus non appelletur summus sacerdos, nec princeps sacerdotum, ut habetur in cap. Primæ sedis, 99. dist. Qua de re Gregorius Eulogio patriarchæ in cap. Ecce, eadem dist. sic scribebat: Ecce in præfatione epistolæ, quam ad meipsum

* minor

Concilium Calchedonense longe aliter appellavit.

Romanum pontificem, æcumenicum seu universalis ecclesiæ episcopum.

meipsum qui prohibui direxistis, superbæ appellationis verbum, universalem me papam dicens, imprimere curavistis, quod peto mihi dulcissima sanctitas vestra ulterius non faciat: quia vobis subtrahitur quod alteri plusquam ratio exigit præbetur. Et sequitur ibidem paulo post: Si universalem me papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur universum. Sed absit hoc. Et glossa ibi verba illa, Negat se hoc esse, exponit, id esse de universitate, cum tamen ecclesia Romana non sit universa, sed sit de universitate. Gelasiusque in cap. Quamvis, 21. dist. ad propositum dicebat, quod quamvis universæ ecclesiæ Christi thalamus sunt, Romana ceteris prælata est: quasi dicat, quod licet universæ ecclesiæ (includendo Romanam) sint thalamus Christi, etiam ecclesia universalis, Romana prælata est ceteris, sed non Christi thalamo, qui est ecclesia universalis. Et quod dictum est de ecclesia universali, dici potest & debet de concilio generali in Spiritu sancto legitime congregato, ecclesiam universalem repræsentante; attento quod honor & præeminentia, qui debentur repræsentato, debentur repræsentanti illius vices gerenti, cap. fin. 93. dist. Ubi dicitur quod diaconus ante presbyterum sedere non debet, nisi locum habuerit proprii patriarchæ, aut metropolitani sui. & concordat cap. Primum, 94. dist. Ubi dum dicebat Symmachus papa, & ubi nos præsentes esse non possumus, nostra per eum cui præcipimus repræsentetur auctoritas, facit cap. Sane, quia de officio. ff. de officio ejus cui mandata est jurisdictio, l. Etsi prætor, &c. In novo, 21. dist. Et quod concilium generale repræsentet universalem ecclesiam, patet in decreto generalis concilii Constantiensis infra inserto, & per hoc quod apostoli usum conciliorum generalium invenerunt. Et per illa concilia fierent vice & nomine ecclesiæ universalis, illa congregata, quæ per eam fieri possent ipsa congregata, ut patet per actus apostolorum, Actuum 1. 6. 8. & 15.

Locus obscurus.

Secundo hoc patet, quoniam quando Petrus apostolus primus papa post Christum, appropinquante tempore suæ passionis, sibi elegit in sede apostolica successorem Clementem, concilium generale apostolorum ecclesiam universalem repræsentans, considerans ad bonam politiam ecclesiæ non convenire electionem per Petrum de persona Clementis factam per modum reformationis reprobavit, & Linum & postea Cletum Petri successores in administratione papatus ordinavit, ut patet in chronicis Clementis, & aliorum prædicatorum: hocque universalis ecclesia approbavit & toleravit: quod non fecisset, si concilium generale non esset supra papam. Nec obstat cap. Si Petrus, 8. quæst. 9. quoniam verba illius textus intellecta secundum glossam non faciunt contra. Nec obstat quod ibi dicit glossa de Clemente, quod renuntiavit: quoniam ideo renuntiavit, quia concilium generale apostolorum, electionem per Petrum factam, tamquam non convenientem statui ecclesiæ, reprobavit, & deinde Linum & Cletum ordine successivo in Romanos pontifices elegit: quod non fecisset, si super Petrum potestatem non habuisset; considerato quod si non habuisset potestatem reprobandi dictam electionem, eadem ratione nec habuisset potestatem eligendi Linum, nec subsequenter Cletum. Nec obstat quod aliqui dicunt in dict. cap. Si Petrus, quod ecclesia tunc non erat congregata: quoniam licet tunc publice non congregaretur propter metum infidelium, secrete tamen congregabatur, ut patet in epistola, in qua dicitur quod oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo, Act. 12. cap. Et facit pro præmissa sententia, quod quando Samaria recepit verbum Dei, Actor. 8. capite, concilium generale apostolorum misit ad eos Petrum & Ioannem. In quo denotatur quod concilium generale apostolorum erat supra Petrum, arguendo a majoritate mittentis ad minoritatem missi, de quo habetur Lucæ 7. ibi dum dicitur: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic: Vade; & vadit: & alii: Veni; & venit: & servo meo, Fac hoc; & facit.* secundum sententiam magistri sententiarum in dist. 11. & 15. ubi dicit: In mittente notari auctoritatem, & in misso subauctoritatem. Nec obstat quod aliqui dicunt, Petrum ibi missum potius consilio, quam auctoritate: quoniam inquantum Petrus non fuit missus solus, non fundatur illorum intentio, & communis sententia theologorum est contra eos in hoc passu.

Quis unquam hoc dixit?

Quando & ubi habitum est hoc concilium?

Ecce qualia afferunt qui ecclesiæ pastorem oppugnant.

Tertio hoc etiam probatur per Ambrosium in capite Quæ dignior, 24. quæst. 9. ibi dum dicebat, quod non est dignior domus apostolicæ prædicationis ingressu, quam sancta ecclesia. Igitur ecclesia est dignior, & consequenter major papa, & quocumque alio, ut sonat illud verbum, Dignior.

Quarto hoc etiam probatur, quoniam papa est minister Christi & ecclesiæ sponsæ suæ, ut patet per Augustinum in capite, Quodcumque, 24. quæst. 7. ibi dum dicebat, quod quando Christus Petro tradidit claves, Petrus ecclesiam sanctam significavit: quod verbum exponit ibi Archidiaconus in Rosario sic dicens: Significavit, id est, sub signo & nomine ecclesiæ accepit. Unde inquantum Petrus claves recepit ut minister Christi & ecclesiæ, & sub signo & nomine ecclesiæ, patet quod ecclesia ut domina major est Petro, ut ministro suo, secundum jura vulgata, dicentia dominum esse majorem ministro suo. Hoc etiam Christus attestabatur, dum dicebat illum qui recumbebat, etiam majorem eo qui ministrabat Luc. 22. Et ex quo ecclesia est domina recumbens, & papa est ejus minister, sequitur quod quando papa male ministrat in offensam Christi & ecclesiæ suæ sponsæ, ecclesia, tamquam domina major ministro suo, illum compescere potest, & per modum reformationis corrigere & punire, secundum jura dicentia, majorem ministrum inferiorem, quando male agit, corrigere posse & punire, & maxime quia potestas data fuit Petro ad ædificationem, & non ad dissipationem, cap. Remittuntur, 23. quæst. 5. cum ibi notatis per Archidiaconum in Rosario, ibi dum dicit, quod illa verba, *Quodcumque ligaveris*, exponuntur frequentius sic, scilicet juste, clave non errante: & quod ecclesia a Christo claves acceperit ac potestatem ligandi & solvendi, patet secundum Hieronymum in cap. Omnibus, 24. qu. 7.

Ergo apostoli erant majores Christo, qui se ministrum vocat.

Matth. 16.

Item pro hac parte facit sententia Gregorii in capite Sicut sancti, 15. dist. ubi dicit, venerari sacra illa concilia generalia sicut evangelium, quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis præsumit absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt.

Hæc Concilia Romani pontificis præcipuam auctoritatem agnoscunt.

Item facit etiam cap. Si duo contra fas, 25. dist. cap. Ubique, quod si sint duo contendentes de papatu, diffinitio pertinebit ad concilium generale, secundum glossam ibidem, & hoc etiam aperit textus, cum dicit, quod si duo contra fas fuerint electi, nullus eorum debet recipi, sed ille quem universalis consensus elegit.

Item ad hoc propositum dicit Ioannes Andreæ in cap. de renuntiatione lib. 6. in Novella, quod si papa in consistorio secreto coram cardinalibus renuntiet papatui, sine præsentia aliorum testium, & postea dicat se non renuntiasse, concilium generale erit ju-

dex; quod non esset, si non esset supra papam.

Item nota glossam in cap. Si papa, 40. dist. quod nedum in causa hæresis, sed etiam in quocumque alio casu, in quo papa committit excessum ecclesiam scandalizantem, si sit incorrigibilis, potest accusari & puniri: quod est intelligendum per concilium generale, juxta jam dicta supra.

Item quod concilium generale sit supra papam patet, quia papa peccare potest, 21. dist. Nunc autem: ecclesia autem universalis per concilium repræsentata peccare non potest, ut patet in cap. A recta, 24. quæst. 1. cum ibi notatis per glossam & doctores: & notant Ostiensis & Ioannes Andreæ in cap. A nobis in magno, de sententia excommunicationis super verbo Ecclesiæ, quod illud, quod dicitur de ecclesia universali, dici debet de concilio generali illam repræsentante, argnendo a natura seu qualitate repræsentantis & repræsentati, de qua in præcedentibus dictum est.

Præterea hoc etiam probatur arguendo ab absurditate vitanda, & per exemplum similitudinis, quo Christus utebatur inter suos discipulos, dicendo similitudinem hanc. Veniat igitur primo argumentum ab absurditate vitanda, & ponamus quod aliquis papa per sua mala opera dissipatet generalem statum ecclesiæ, & ipsam ecclesiam & populum Christianum notorie scandalizaret: si dicamus concilium generale non habere potestatem compescendi eum, esset in potestate unius hominis destruere ecclesiam sine remedio, quod esset absurdum: sed quod exemplum similitudinis ponamus, quod aliquis dominus rex volens ire ad sanctum Sepulcrum, dat potestatem gubernandi regnum in ejus absentia dominæ reginæ sponsæ suæ, adjiciens quod, quia non convenit honestati suæ muliebri discurrere per regnum quotidie, quando casus necessitatis occurrerint, ordinat sibi unum ministrum generalem, qui nomine ipsius regis & dictæ reginæ habeat potestatem gubernandi dictum regnum: quo facto, vadit rex ad viagium suum.

Pontifex non ab homine est institutus, sed a Christo qui non deserit ecclesiam suam. Deinde iste gubernat in absentia regis ita male justitiam & facta regis, quod cedit in scandalum, aut præjudicium, seu offensam regis & reginæ, ac totius regni, & non est in regno qui sibi dicere possit: Tu male facis. Quæritur, nunquid regina in isto casu poterit uti potestate sibi data a rege, & illum compescere ac punire, & de alio bono gubernatore providere usque ad regressum regis? Videtur quod non, quia licet rex dederit potestatem prædictam reginæ, nihilo minus dedit potestatem dicto gubernatori gubernandi regnum, ut non oporteret reginam discurrere per regnum: & sic videtur voluisse, quod gubernator uteretur exercitio dictæ potestatis, & non regina. Contrarium tamen est de veritate juris dicendum, ad evitandam absurditatem quæ ex contrario sequeretur, & etiam quia non est verisimile regem regnum suum in tali casu sine remedio voluisse dimittere; & in tali casu debemus in dubio amplecti. Hic potest verisimilius regula inspici de regulis juris libro 6. cum aliis concordantiis ad hoc vulgatis: & ita videmus in simili, quod quando Christus dedit claves Petro, est verisimile quod sub nomine Petri intellexerit successores, licet de illis in datione clavium nullam mentionem fecerit, quia non est verisimile, quod mortuo Petro, Christus voluerit ecclesiam esse sine Petri successore, secundum ea quæ habentur in cap. Pro humani. de homicidio libro 6. cum ibi notatis per Ioannem Andreæ in glossa super verbo, Desereret, quæ pro tanto possunt ad propositum applicari, quoniam quando Christus ascensurus ad cælos dedit potestatem Petro & successoribus, & ministris ejus, & ecclesiæ sponsæ suæ, non est verisimile intellexisse quod in casu, in quo aliquis ex successoribus Petri male regendo scandalizaret ecclesiam sponsam suam, ipsa non deberet uti potestate clavium contra talem, sed sine remedio ruinam fidei catholicæ & bonæ politiæ ipsius ecclesiæ haberet tolerare, quod est absurdum: & sic arguendo ab evitatione absurditatis, & a simili, est concludendum ecclesiam in tali casu contra papam potestatem habere, & pro ista parte facit decretum generalis concilii Constantiensis, tenoris qui sequitur:

Locus obscurus.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Hæc sancta synodus Constantiensis, generale concilium faciens, pro extirpatione schismatis, ac unione & reformatione ecclesiæ Dei in capite & in membris fienda ad laudem, &c. (In pro quinta sessione.)

Et primo declarat, quod ipsa in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti schismatis, & reformationem dictæ ecclesiæ in capite & in membris.

Item declarat, quod quicumque, cujuscumque conditionis, status, dignitatis, etiamsi papalis existat, qui mandatis, statutis, ordinationibus, seu præceptis hujus sacræ synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo.

Nunc autem restat respondere ad ea quæ in contrarium allegantur.

Et primo, ad primum dum dicitur, quod inquantum concilia generalia recipiunt auctoritatem a papa, & non econtra, ut habetur in capitulo, Significasti, de electionibus, apparet quod papa est supra concilia generalia, & non econtra. Respondetur quod textus ille debeat intelligi de auctoritate relata ad hoc, quod concilia generalia non possint esse legitime congregata sine papæ auctoritate, nisi quando immineret necessitas congregandi illud pro interesse universalis ecclesiæ, & papa nollet congregare, de qua auctoritate habetur 17. dist. Porratum. Sed postquam concilia generalia auctoritate papæ, vel alias legitime sunt congregata, potestas eorum non procedit a papa, sed a Christo immediate, ut patet in decreto concilii Constantiensis, & per jam dicta supra. Et cum objicieodo quæritur, quomodo stabunt potestas ecclesiæ & potestas Petri, cum ambæ a Christo immediate procedant; & sic tamquam pares, una non videtur habere vim super aliam, cap. Innotuit, de electione. Respondetur quod inquantum potestas clavium est situata in Petro, ut in ministro ecclesiæ, sicut supra deductum est, sequitur quod potestas Petri, ut ministri, subjicitur potestati ecclesiæ, tamquam potestati dominæ. Et licet ab eodem fonte procedant, diversimode tamen diversitates qualitatum ministri & dominæ procedunt. Et sic etiam videmus, quod licet potestas presbyteri & potestas diaconi ab eodem procedant, quia tamen potestas diaconi inferior est ut ministri presbyteri, est potestas ipsius presbyteri major,

Ergo etiam Christus qui venit ministrare sub ictur: eccos a

major, & poteſtas diaconi inferior, ſecundum ea quæ habentur in cap. fi. 93. diſt. Et ad hujus ſententiæ propoſitum dicebat ſanctus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſt. 4. articulo 1. quod ſicut obtinet in naturalibus, ut ſuperiora moveant inferiora ad ſuas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ divinitus, ſic oportet in rebus humanis quod ſuperiores moveant inferiores per ſuam voluntatem ex vi auctoritatis divinitus collatæ.

Paſtor ergo regit oves, id eſt pontifex eccleſiam.

Item objiciebatur de his quæ habentur in cap. Licet de vitanda, de electione in fine. Sed reſpondetur quod Alexander III. ibi loquitur habendo reſpectum ad tempus, in quo vacante eccleſia Romana, concilium generale non erat congregatum, nec ſperabatur congregari: alias illo congregato poſſet ad illud haberi recurſus ſuper difficultatibus emergentibus erga electionem Romani pontificis, argumento capituli Si duo, 69. diſt. cum ibi notatis in gloſſa, & per Ioannem Andreæ in cap. 1. de renuntiatione, lib. 6. in Novella.

Item dicebatur quod ex quo dominus noſter Ieſus Christus munus poteſtatis clavium ita ad omnium apoſtolorum officium pertinere voluit, ut in beatiſſimo Petro apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, ut ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne infunderet, ut habetur in cap. Ita dominus, 19. diſt. apparet quod nec concilium generale, nec quæcumque perſona aliquid poteſt habere de juriſdictione eccleſiaſtica, niſi inquantum a papa ſibi conceditur: & per conſequens, quod papa eſt ſupra concilium generale, & non econtra. Ad quod reſpondetur, quod licet poteſtas juriſdictionis a Chriſto tradita fuerit beato Petro, ut miniſtro Chriſti, & eccleſiæ per concilium repræſentatæ, conſiderato quod in traditione hujuſmodi per Petrum eccleſia fuit deſignata, quodque ipſe ſub ſigno & nomine eccleſiæ poteſtatem recipit ſecundum Auguſtinum in dict. cap. Quodcumque, 24. diſt. quæſt. 1. cum ibi notatis per Archidiaconum; & ad ædificationem membrorum eccleſiæ, & non ad diſſipationem, cap. Sunt quidam 24. quæſt. 1. & ſic cum onere quod Petrus & ejus ſucceſſores ut miniſtri eccleſiæ illi ſubjicientur, quando male regendo eccleſiam ſcandalizarent, & quantum in eis eſſet diſſiparent, ut patet per jam dicta.

Dictum eſt Petro: Paſce, id eſt rege, &c. oves meas.

Quibus attentis, conſtat verba dicti cap. Ita dominus, non fundare papam non eſſe ſubmiſſum poteſtati eccleſiæ per concilium generale repræſentatæ. Et cum ſubjicitur, quomodo poteſt hoc eſſe, cum concilium generale nihil poſſit habere de juriſdictione eccleſiaſtica, niſi inquantum ſibi concedatur a papa, ut in argumento dicebatur. Reſpondetur, quod ſi traditio clavium Petro tantum facta fuiſſet, & nomine ſuo, militaret argumentum. Sed quidquid dicat Leo papa in dict. cap. Ita dominus, veritas eſt quod in traditione clavium per Petrum eccleſia fuit deſignata. Et Petrus claves recepit ſub ſigno & nomine eccleſiæ, ut ſupra dictum eſt, & ſic cum onere quod, quando non ædificaret, ſed diſſiparet, corrigi poſſet per eccleſiam, ut patet per jam dicta. Nec legitur quod Petrus receperit poteſtatem ſupra eccleſiam univerſalem, nec per conſequens ſupra concilium generale illam repræſentans, ſed ſupra ſingularia membra eccleſiæ, ſecundum communem theologorum opinionem. Et probatur per Gelaſium in cap. Quamvis, 21. diſt. & per Gregorium in cap. Ecce, 99. diſtinctione.

Ecce re licit Leonis ſanctiſſimi ſententiam, quia premit eum.

Iſti pontifices aliter loquuntur.

Quibus attentis, conſtat verba dicti cap. Ita dominus, non fundare papam non eſſe ſubmiſſum poteſtati eccleſiæ. Poſſuntque præmiſſa ratione naturali fortificari, quoniam ſupponendo quod papa ſit caput miniſteriale eccleſiæ, & membrorum ſingularium ipſius eccleſiæ, videmus quod licet caput in corpore humano ſit ordinatum ad directionem & gubernationem membrorum, ſitque non licitum membra a capite (id eſt ab obedientia capitis) recedere, cap. Cum non liceat, de præſcriptionibus; ſi tamen caput in corpore humano efficiatur languidum ſeu infirmum, licitum erit membris illud ligare & cauterizare, ne totum (quod abſit) corpus morbus invadat, ſi languor non fuerit curatus, in cap. Sic, inquit, 2. quæſt. 3. Sicque etiam videmus, quod ſi papa efficeretur furioſus & habens enſem in manu, exiens palatium quos ſibi obviam reperiret occideret; utique liceret ſubditis inferioribus eum capere & ligare: & ſi hoc liceret pro ſalvatione corporis, multo magis licere debet concilio generali eccleſiam repræſentanti pro ſalute animarum, quando papa male regendo, & eccleſiam ipſam ſcandalizando, animas ſubditorum ad viam damnationis induceret. Nec obſtat præmiſſis cap. Si papa, 40. diſt. ibi dum dicitur, quod etiamſi animas ſubditorum catervatim ad inferos deduceret, nullus mortalium poſſet eum judicare, niſi deprehendatur a fide devius, *&c.* quoniam ſecundum Laodunum in ſacramentali de baptiſmo textus ille debet intelligi de peccatis papæ occultis quæ Dei judicio relinquuntur, 6. quæſt. 1. Si omnia, & etiam de publicis, quando papa eſt corrigibilis. Ego autem dico quod textus ibi dicit, mortalium nullus, denegando judicium ſingulis mortalium; non autem eccleſiæ univerſali, nec concilio generali illam repræſentanti.

O argumentum!

Item opponebatur de his quę habentur in cap. Nemo, 9. quæſt. 3. Ubi dicitur, quod nemo judicabit primam ſedem. Et ſequitur ibidem: Neque enim ab Auguſto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo, judex judicabitur. Sed reſpondetur illud eſſe intelligendum, quando ſedes prima, id eſt papa, in illa ſedens bona opera facit, ut ſonant verba ibi poſita, Iuſtitiam temperare deſiderantem. Sed quando papa facit opera mala eccleſiam notorie ſcandalizantia, eſt ſecus, quoniam tunc poteſt judicari, & puniri per concilium univerſalem eccleſiam repræſentans, ſi ſit incorrigibilis, ut patet per jam dicta ſupra. Et ad hoc propoſitum dicebat gloſſa in dict. cap. Nemo, ſuper verbo Nemo, quod cum papa peccat, poteſt peccatum ejus eccleſiæ denuntiari, ſecundum admonitionem evangelii. Adjiciens quod hoc determinavit in cap. Si papa, 40. diſt. Nec obſtant præmiſſis notata per Oſtienſem in cap. Propoſui, de conceſſione prębendæ, ubi videtur dicere, quod etiam procedendo ſecundum admonitionem evangelicam, eccleſia non poteſt judicare papam, quoniam, ſalva ſui pace, mandatum illud evangelii, *Si peccaverit*, omnibus fuit directum, & contra omnes peccantes, etiam contra papam, ſicut contra alios, quando papa peccat notorie in ſcandalum univerſalis eccleſiæ, ut patet per jam dicta ſupra, ſicque practicatum fuit in concilio generali Conſtantienſi contra dominum Ioannem papam XXIII. & ſimili modo poteſt reſponderi ad cap. Aliorum, & ad capitulum, Facta, 9. quæſt. 3. & ad omnia alia jura, dicentia facta papæ non poſſe judicari ab alio quam a Deo. & facit pro auctoritate conciliorum quod habetur 17. diſt. Hinc etiam ibi dum dicitur, Scientes quia ejus ſedi primum Petri apoſtoli meritum, deinde, ſecuta juſſione domini, conciliorum venerandorum auctoritas, ſingularem in eccleſiis tradidit poteſtatem: quamvis gloſſa

Matth. 18.

Hic jura omnia quæ faciunt apertiſſime pro pontifice, ut vult interpretator.

glossa ibidem hoc dictum moderetur, dicens quod ecclesia Romana potestatem principaliter habeat a domino, & secundario a conciliis: cujus sententiæ concordat glossa in cap. Dudum, 3. quæst. 6. Sed quamvis ita sit, hoc non infert papam non subjici concilio quando notorie ecclesiam scandalizaret, considerato quod Petrus potestatem recepit a Christo, ut minister Christi & ecclesiæ, & sic eum onere quod esset submissius potestati ecclesiæ dominæ suæ, quando notorie illam scandalizaret, ut supra ostensum est. Et si dicatur quod iste casus scandali notorii non est de expressis in decreto concilii Constantiensis; respondetur quod quando papa notorie scandalizat ecclesiam, casus iste est de pertinentibus ad casum generalis reformationis ecclesiæ, qui est expressus in dicto decreto concilii Constantiensis.

Ut pastor & doctor ecclesiæ, dicente Christo: Confirma fratres tuos.

Item opponebatur de his quæ habentur in glossa dicti cap. Nemo, super verbo, Ab omni clero, ibi dum dicitur quod concilium non potest judicare papam, cap. Significasti, de electione. Sed ad dictum caput fuit in præcedentibus responsum, & sequitur in eadem glossa, Quod si totus mundus sentiret in aliquo contra papam, videtur quod sententiæ papæ standum esset, 24. quæst. 1. Hæc est fides. Sed ad dictum cap. Hæc est fides, respondetur, quod loquitur, quando agitur de fide, & in casu in quo concilium generale ecclesiam universalem repræsentans nec est congregatum, nec in aliquo casu fidei haberet opinionem determinatam contra papam, nec papa contra concilium. Præterea glossa ibi loquitur argumentative, & non decisive, arguens ibi pro & contra, sine decidendo: & quidquid in hoc passu hactenus per glossas & doctores interdum affirmative & interdum negative fuerit opinatum, standum est hodie diffinitioni factæ per concilium generale Constantiense, quoad casus in decreto illius expressos, videlicet cum agitur de fide, & de extirpatione schismatis, & de generali reformatione ecclesiæ in capite & in membris, & de pertinentibus ad casus præmissos: & si quis in contrarium potestatem dicti concilii in præmissis negans assereret pertinaciter, absque dubio hæreticus esset censendus, argumento eorum quæ habentur in cap. Omnes, 22. dist. Imo potest ultra præmissa considerari, quod licet Christus potestatem tradiderit Petro supra singularia membra ecclesiæ, juxta illud, *Pasce oves meas*, non legitur tamen quod potestatem sibi tradiderit supra universalem ecclesiam, cujus Christus caput est, nec supra concilium generale illam repræsentans; imo potius de contrario, ut patet per jam dicta supra in principio, & per consequens, ecclesia, cujus nomine Petrus potestatem recepit, & concilium generale illam repræsentans, potestatem habent supra papam, ut supra ministrum & membrum suum, nedum in casibus in dicto decreto Constantiensi expressis, sed etiam in omnibus aliis, arguendo a plenitudine potestatis, quam Petrus nomine ecclesiæ recepit.

Joan 21.

O ineptum argumentum!

Paulo ante dixit decretum intelligi de expressis in illo.

Nec obstant præmissis notata per Ioannem Andreæ in dicto cap. Nemo, 9. quæst. 3. ibi dum dicit, Quod licet orbis sit major Urbe, quantum ad circuitum, non tamen quantum ad auctoritatem: quoniam si sumamus orbem pro universali ecclesia in toto orbe consistente, sicut Hieronymus in cap. Legimus, 93. dist. sumebat, dicta glossa Ioannis modicum imo nihil facit ad propositum suum.

Item opponebatur contra potestatem concilii de his quæ habentur in cap. Nunc autem, 21. dist. ibi dum dicitur declaratum fuisse per concilium se non habere potestatem proferendi sententiam contra Marcellinum papam, de hæresi, quia thurificaverat idolis, impetitum, quamvis idem Marcellinus thurificationem hujusmodi confiteretur: sed ad hoc respondetur, quod verba ibi posita non sunt verba concilii, sed Nicolai papæ ad Michaelem imperatorem: & quidquid ibi dicat dictus Nicolaus, veritas est quod concilium non omisit ibi condemnare Marcellinum de hæresi propter defectum potestatis, sed quia idem Marcellinus per metum coactus fuerat thurificare idolis, & erat corrigibilis, & per consequens non debebat deponi, 24. qu. 3. Dicit apost. ut glossa in dicto capitulo Nunc autem, dicit. Et quod contra papam de hæresi possit agi, patet in dicto cap. Si papa, ibi dum dicit: Nisi deprehendatur a fide devius. Et quod isto caso, videlicet quando agitur de hæresi contra papam, concilium generale sit judex, patet ex notatis per Ioannem Andreæ & Archidiaconum in cap. In fidei, de hæreticis lib. 6. imo potest etiam considerari quod, inquantum Petrus potestatem recepit a Christo tantum supra singularia membra ecclesiæ, juxta illud, *Pasce oves meas*, & non supra corpus universalis ecclesiæ, cujus Christus caput est, quandocumque ecclesia est legitime congregata, seu concilium generale illam repræsentans, Petrus illi concilio, de quocumque casu in eodem agatur, auctoritative præsidere non potest; quia non decet subditum superiori suo præsidere, 21. dist. per totum cap. Cum inferior, de majoritate & obedientia.

En ... probatur. ... ed ideo ... con... papa ... hæreticus est, ... esse ...

Joan. 21.

Nec obstant notata per Ioannem Andreæ in cap. Grave, de præbendis, super verbo, Nonciando. Quoniam loquitur secundum tempora, in quibus ipse & alii doctores in terris ecclesiæ Romanæ residentes respiciebant ad potestatem papæ cum duobus oculis, & ad potestatem ecclesiæ & generalium conciliorum cum uno oculo tantum. Nec obstant jura per eumdem ibidem allegata, quia ad illa patet responsio per jam dicta.

Item opponebatur de hoc quod apostoli voluerunt Petrum esse principem eorum, ut habetur in dicto cap. In novo. Sed respondetur, quod apostoli non intendebant sibi dare novam potestatem, sed datam sibi a Christo approbare, ut patet ex notatis per glossam in dicto §. Hinc etiam, 17. dist. cujus glossæ sententia communiter approbatur per doctores. Sed non legitur quod Christus dederit Petro potestatem supra universalem ecclesiam, sed supra singularia membra ejusdem. Igitur dicta apostolorum voluntas, de qua habetur in dicto cap. In novo, relata ad potestatem quam Christus dedit Petro, non probat apostolos dedisse potestatem Petro supra universalem ecclesiam, nec per consequens supra concilium generale illam repræsentans.

Qui dixit, Pasce oves meas, neminem ut... que excepit Christianum.

Item opponebatur de juribus, dicentibus quod papa est caput ecclesiæ, ut habetur in capite Fundamenta, de electione lib. 6. cum aliis concordantiis. Sed respondetur, quod illa jura debent intelligi de capite ministeriali, quod non recepit potestatem supra universalem ecclesiam, cujus Christus caput est: nec etiam supra concilium generale illam repræsentans, sed supra singularia membra ipsius ecclesiæ.

Item opponebatur, quod papa habuit præsidentiam in multis conciliis generalibus, ut patet in cap. In nomine domini, 24. dist. & in pluribus aliis juribus, & maxime in cap. Ad apostolicæ, de re judicata, lib. 6. cum ibi notatis per Ioannem Andreæ in glossa 1. Sed ad hoc respondetur, quod in pluribus antiquis conciliis papa non fuit præsidens, ut patet in illis in quibus Romani pontifices non faciebant diffinitiones, sed concilium, dicendo, Placuit concilio. de quibus habetur in cap. Quæ recipiunt, Placuit, quæ habentur de consecratione dist. 5. & in

Quænam illa concilia?

pluribus

pluribus aliis. Ad cujus sententiæ robur, notandum quod concilium apostolorum, de quo Actuum 6. Petrus solus non congregavit, sed duodecim apostoli simul, ut patet ibi, dum dicitur quod convocaverunt duodecim multitudinem discipulorum.

Actor. 6.

Item est etiam notandum, quod in illo concilio, de quo habetur Actor. 15. Petrus, licet ibi fuerit præsens, sententiam * tamen pronuntiavit, sed Jacobus sub his verbis, *Placuit apostolis & senioribus & omni ecclesiæ*, & ibi decretalem epistolam ordinaverunt, non Petri nomine, sed apostolorum & seniorum, & declarando istum passum, potest considerari, quod inquantum Petrus non recepit potestatem supra ecclesiam universalem, nec per consequens supra concilium generale illam repræsentans, ut supra dictum est, constat papam non posse habere præsidentiam auctoritativam in conciliis generalibus, nisi inquantum illa per concilium, in quo esset, sibi concederetur: quo casu non haberet usum hujusmodi potestatis nomine & auctoritate sua, sed dicti concilii. Nec obstant jura probantia quod Romani pontifices aliam præsidentiam habuerunt in conciliis generalibus: quoniam illa jura sunt intelligenda de honoraria ad beneplacitum conciliorum in eis data. Facit dictum cap. In nomine domini, 23. dist. ibi dum dicebat Nicolaus papa, Si placet fraternitati vestræ. Et si dicatur quod papa habuit præsidentiam in conciliis generalibus, ut in dicto cap. Ad apostolicæ, &c. respondetur illud fuisse ex concessione dictorum conciliorum, seu ex permissione illorum habentium vim dictæ concessionis, aut ex tolerantia patientiæ: & multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta essent in judicio, non tolerarentur; de præbendis, Cum jam dudum. Quibus attentis, constat papam in concilio generali non habere præsidentiam auctoritativam, neque honorariam, nisi inquantum a concilio sibi concederetur aut permitteretur.

* forte tamen non

Actor. 15.

A Christo est auctoritas Petri.

Item opponebatur de cap. Non debet, de consanguinitate & affinitate, ubi papa prohibitionem concilii generalis reducit ad quartum gradum. Sed respondetur id fieri per papam in concilio generali ex permissione ipsius concilii, ut ibi patet. Quo attento, non probat ille textus quod papa sit supra concilium, nec quod dissolvere possit illud sine consensu ipsius concilii.

Item opponebatur dictum cap. Statutum, de rescripto, lib. 6. ubi papa constitutionem concilii generalis de duabus diætis reducit ad unam diætam. Sed respondetur quod papa illud fecit pro bono communis justitiæ, ut minister ecclesiæ, ipsiusque auctoritate, & non sua, & in casu quo concilium generale ecclesiam repræsentans non erat congregatum. * Nec est prohibitus id facere sine consensu ipsius concilii, ut patet in constitutione concilii generalis Constantiensis, quæ incipit, Frequens. Quibus attentis, patet illud cap. Statutum non probare papam esse supra concilium; nec quod concilium dissolvere possit sine consensu ipsius concilii, maxime contra prohibitionem sibi factam per concilium generale in dicta constitutione, Frequens. Nec dubiorum per ipsum erga dictam constitutionem, Frequens, motorum allegatio ipsum relevat, quoad facta per ipsum supposita, quoniam notorie dicuntur illa super veritate non fundari: & declaratio dictorum dubiorum, concilio congregato, ad ipsum concilium generale pertinet, & non ad ipsum, secundum jura dicentia quod illius est interpretari cujus est condere: nec decet, præsente superiore, quod inferior dubia erga constitutionem superioris mota habeat declarare seu interpretari, 21. dist. per totum

* forte Sed ipse

cap. Inferior, de majoritate & obedientia, cap. Ne Romani, de electione, in Clementinis.

Item opponebatur de verbis dicti cap. Significasti, temporibus, quod in statutis conciliorum generalium aperte intelligitur auctoritas Romanæ ecclesiæ excepta. Sed respondetur, quod ex quo auctoritas universalis ecclesiæ, & consequenter conciliorum, est major, & auctoritas Romanæ ecclesiæ minor, ut supra in præcedentibus est ostensum, necessarium est dicere quod auctoritas ecclesiæ Romanæ, de qua habetur in dicto cap. Significasti, ministerialis est ecclesiæ universalis, quoad ecclesias particulares, sicut de Petro dicitur, quod est minister ecclesiæ sponsæ Christi, respectu ecclesiarum particularium, quibus ecclesia Romana prælata est, 21. dist. Quamvis; quodque ipsa auctoritas, ut ministerialis ecclesiæ universalis, auctoritate illius ecclesiæ Romanæ in statutis conciliorum generalium intelligitur excepta, ad declarandum, interpretandum & moderandum dicta statuta secundum varietatem temporum pro bono reipublicæ, quandocumque conciliis generalibus non congregatis ecclesiæ Romanæ pro bono reipublicæ videtur faciendum: & vocatur dicta ecclesiæ Romanæ auctoritas excepta apud doctores & magistros [illegible]. Quibus attentis, constat verba dicti cap. Significasti, non fundare auctoritatem ecclesiæ Romanæ esse majorem auctoritate ecclesiæ universalis, nec per consequens conciliorum generalium ipsam repræsentantium. Et per præmissa patet responsio ad cap. Statutum, &c. constitutio, de elect. lib. 6. In quibus Romanus pontifex sine concilio generali interpretatur & declarat statuta conciliorum generalium: & ad cap. Dudum, 3. quæst. 6. & ad alia jura similia, dicentia ecclesiam Romanam esse caput aliarum ecclesiarum.

Imo & Gerson fatetur Romanum pontificem ecclesiasticæ hierarchiæ esse principem & monarcham.

Et si dicatur, quod ex quo dicta [illegible] concessa est papæ auctoritate ecclesiæ universalis, & consequenter conciliorum generalium, potuit papa vigore dictæ concessionis derogare dictæ constitutioni, Frequens, & illam interpretari ac moderari, ac concilium dissolvere, & ad alium locum mutare: respondetur, quod præmissa per papam fieri non potuerunt vigore concessionis dictæ [illegible], attento quod in concessione illius auctoritas prohibitiva ecclesiæ universalis, & consequenter conciliorum generalium, tamquam auctoritas superioris, fuit excepta: & non est licitum inferiori adversus prohibitionem superioris, maxime pro bono universalis ecclesiæ, ut in casu dictæ constitutionis, Frequens, factam venire: alias si contrarium diceremus, sequeretur absurdum, videlicet quod vigore dictæ [illegible] esset in potestate papæ derogare omnibus constitutionibus sacrorum generalium conciliorum, & omnem bonam politiam ecclesiæ evertere, absque eo quod sibi posset dici: Tu male facis; quod non est dicendum.

Vide sanct. Thomam in tractatu contra impugnantes religionem, ubi ait, quæ jura possit fieri, si bene dispositioni papæ, &c.

Nec obstat præmissis illa quorumdam assertio, habens quod papa est caput & pastor, non dum ecclesiarum particularium, sed etiam ecclesiæ universalis: quoniam si papa esset caput & pastor universalis ecclesiæ, universalis esset, episcopusque universalis ecclesiæ appellari posset, ut patet ad sensum. Sed nec est universalis, nec episcopus universalis ecclesiæ appellari debet, ut patet per beatum Gregorium in cap. Ecce, 99. dist. supra in principio allegato. Igitur dicta assertio est falsa.

Sic est vocatus a synodo Calchedonensi.

Præterea si papa esset pastor & caput ecclesiæ universalis, sequeretur absurdum, videlicet quod ipse esset caput & pastor corporis mystici ecclesiæ, secundum quod caput in corpore humano est caput & rector illius: quod non est, nec esse potest. cum

Christus fundamentum est, & 12. apostoli fundamenta sunt.

Christus sit caput, gubernator & rector ecclesiæ universalis, ut corporis mystici consideratæ: essoque duo capita in eodem corpore, monstrum existat: igitur arguendo ab absurditate evitanda, constat dictam assertionem esse falsam.

Item ecclesia Romana non est universa, sed est de universitate corporis mystici ecclesiæ, & sic est membrum dicti corporis mystici, ut patet per beatum Gregorium in dicto cap. Ecce, cum ibi notatis per glossam. Igitur ex quo est membrum dicti corporis, non est nec esse potest caput illius, cum differentia sit inter caput & membra, cap. Cum non liceat, de præscriptionibus.

Item si papa esset papa ecclesiæ universalis, sequeretur absurdum, videlicet quod Petrus homo peccabilis recepisset potestatem ligandi & solvendi supra sponsam Christi, id est corpus mysticum ecclesiæ, quod nunquam peccavit, nec peccare potest, secundum ea quæ habentur in cap. A recta, 24. quæst. 1. cum ibi notatis in glossa; quod non est dicendum.

Item si papa esset caput universalis ecclesiæ, esset prælatus a Christo universis catholicis ecclesiis per orbem institutis, quæ, inclusa ecclesia Romana, unus thalamus Christi sunt, teste Gelasio in cap. Quamvis universæ, 2. dist. Sed non est sic, quia non fuit prælatus nisi ceteris ecclesiis a Romana distinctis, ut patet in dicto cap. Quamvis.

Item Petrus potestatem ligandi & solvendi recepit, non nomine suo, sed nomine ecclesiæ, ut minister illius. Patet per Augustinum in cap. Quodcumque, 24. quæst. 1. cum ibi notatis per Archidiaconum in Rosario. Igitur ex quo ut minister hanc potestatem recepit, non est nec esse potest caput dominæ suæ, sicut videmus in corpore cujusvis ecclesiæ, quod licet œconomus vel † syndicus gerat vices dicti corporis, & in hoc sit ejus minister, non est per hoc ille caput dicti corporis. Et si dicatur quod licet Petrus non sit caput principale ecclesiæ, nec esse possit, est tamen caput ministeriale. Respondetur id esse falsum, considerato quod esse caput denotat præeminentiam & superioritatem, quam minister non habet, nec habere potest supra dominum & dominam, cum sit sub eis, & sit inferior: & in hoc confutatur opinio illorum qui dicunt Petrum fuisse caput ministeriale ecclesiæ universalis: quoniam inquantum præeminentiam non habuit nec superioritatem supra ecclesiam universalem, ut corpus mysticum consideratum, non potest ratione ministerii sibi commissi supra ecclesias particulares a Romana distinctas dici caput ministeriale ipsius corporis mystici, licet respectu ecclesiarum particularium, quæ sunt membra dicti corporis mystici, ecclesia Romana & papa possunt dici caput ministeriale illarum, eo quod ratione ministerii Petro commissi ipse præeminentiam & superioritatem habuerit circa ipsas ecclesias particulares, ut attestatur Gelasius papa in cap. Quamvis universæ, 21. dist. ibi dum dicebat, quod quamvis universæ per orbem catholicæ ecclesiæ institutæ unus thalamus Christi sint, tamen sancta Romana ecclesia catholica & apostolica nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis prælata est. In quo est notandum, quod non dicit quod ecclesia Romana sit prælata universali ecclesiæ, quæ est Christi thalamus, sed ceteris ecclesiis particulariter consideratis, ab eadem Romana distinctis.

† Id est procurator.

Ergo Christus, qui se ministrum vocat, non est supra ecclesiam.

Adde quod ibi sequitur: Sed evangelica voce Salvatoris nostri primatum obtinuit.

Nunc restat respondere ad jura prædicta pro dicta falsa assertione allegata: & primo allegatur Gregorius in cap. Considerandum, 1. dist. ibi dum dicitur de Petro, quod Christus eum cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat. Sed respondetur illa verba debere exponi, id est, cunctis ecclesiis particularibus, quoniam illis tantum Christus Petrum prætulit, & non ecclesiæ universali, ut denotat verbum, Ceteris, positum in dicto cap. Quamvis. Estque dicta expositio necessaria propter dictum verbum, Ceteris, & etiam propter ea quæ habentur secundum Gregorium in dicto cap. Ecce: & ut verba in sensu, in quo valere possint, & non perire, recipiantur, cap. Abbate, de verborum significatione, cum aliis concordantiis.

Cunctis, particularibus, scilicet.

Item allegatur pro dicta falsa assertione cap. præcedens dictum cap. Considerandum, quod incipit, Hi qui. Sed, salva pace allegantis, in dicto cap. nihil est quod faciat ad propositum suum, §. Tamen. sed exceptio præcedens dictum cap. Considerandum, bene habet quod Petrus, post trinam Christi negationem, non solum in gradu sui episcopatus remansit, verum etiam in pastorem totius ecclesiæ, exponi debent, id est omnium ecclesiarum particularium, exordium ab ipso habentium, & a Romana distinctarum: quibus tantum Romana prælata est, ut patet in dicto cap. Quamvis. ut verba ipsa in sensu in quo valere possunt, & non perire, recipiantur, juxta dicta supra in responsione facta ad cap. Considerandum.

Sed omnes ecclesiæ particulares faciunt unam universalem.

Item allegatur pro dicta falsa assertione cap. Petrus, 2. quæst. 7. ubi dicitur quod Petrus potestatem regni acceperat. Sed respondetur id verum esse quoad particulares ecclesias, non autem quoad corpus universalis ecclesiæ, quæ est corpus mysticum, cujus Christus caput est. Et quod non receperit potestatem regni supra corpus universalis ecclesiæ, patet per Gelasium in dicto cap. Quamvis, & per Gregorium in dicto cap. Ecce, ut supra in præcedentibus fuit ostensum.

Nec obstant notata per Ioannem Andreæ in Clementina Ad nostram, de hæreticis, & ibi dum dicit, quod sicut in ecclesia triumphante est unum caput supremum, ita in ecclesia militante est unum caput, scilicet papa: quoniam illud quod ibi dicit Ioannes Andreæ de papa, intelligi debet respectu ecclesiarum particularium, non autem respectu universalis ecclesiæ, ut supra ostensum est.

Isti nihil obstat, quia omnia interpretatur ut vult.

Item allegatur capitulum Fidejussor, 50. dist. ubi dicit Ambrosius, quod Petrus tamquam bonus pastor tuendum gregem accepit, postquam fidem perdidisse defleverat: quodque ipse Petrus pastor factus erat, ut ceteros fidei stabilitate fundaret. Et subdit ibi, quod Petrus, pro soliditate devotionis, ecclesiæ petra dicitur, sicut ait dominus, *Tu es Petrus*, &c. Ad quæ respondetur, quod ibi non dicitur Petrus dici petra, ad denotandum quod ecclesia fuerit fundata super eum, quoniam fundata fuit supra Christum, juxta illud: *Petra autem erat Christus*. Sed fuit Petrus dictus petra, ad denotandum quod primus in nationibus fidei fundamenta per suam prædicationem posuerit, ut in eodem textu dicitur: & sic præmissa ex dicto textu allegata sunt referenda ad regimen & gubernationem ecclesiarum particularium, non autem ad regimen ecclesiæ universalis, quæ est corpus mysticum ecclesiæ: quod nunquam indiguit neque indiget officio pastorali Petri, cum illud sit impeccabile, non habens maculam neque rugam, secundum ea quæ habentur in dicto cap. A recta, 24. quæst. 1. cum ibi notatis in glossa. Et ad hujus sententiæ propositum dicebant Ostiensis & Ioannes Andreæ in cap. A nobis 10 magno, de sententia excommunicationis, super verbo ecclesiæ, quod ille textus debet intelligi de ecclesia militante speciali, vel Romana, quoniam generalis militans congre-

Matth. 16.

1. Cor. 10.

Frustra ergo Christus Petro commisit oves suas.

congregata non potest errare, 24. quæst. 1. A recta fide.

Nec obstant alia verba ibi in fine posita, videlicet: Et tanquam saxum immobile totius corporis Christiani compagem molemque obtineat: quoniam illa verba sunt referenda ad effectum prædicationis, quæ in Petro fuit fundamentum fidei in nationibus, ut ibi dicitur: estque necessarium dicta verba sic intelligere, ut recipiantur in sensu, in quo valere possunt, & non perire: & nisi sic intelligantur, perirent, propter ea quæ habentur in dicto cap. Ecce, & in cap. Quamvis universæ, supra allegatis.

Contrarium Gerson dicit papam esse monarcham & principem ecclesiasticæ hierarchiæ.

Item allegatur cap. Beati, 2. quæst. 7. ubi dicitur quod meritis apostolorum Petri & Pauli Roma principatum & caput obtinuit nationum. Ad quod respondetur, quod si Roma ibi sumatur pro Romana ecclesia, respondetur quod illud, quod ibi dicitur de principatu & capite nationum, referri debet ad ecclesias particulares in toto orbe constitutas, non autem ad ecclesiam universalem, quæ est corpus mysticum ecclesiæ, supra quod ecclesia Romana nullum unquam obtinuit principatum, ut patet per jam dicta supra.

Item allegatur cap. Est aliud, 24. quæst. 1. ubi dicitur, Est aliud apostolicum piscandi genus; quo genere solum Petrum piscari dominus jubet, dicens: *Mitte hamum, & eum piscem qui primo ascendit tolle.* Ad quod respondetur, quod verba illius textus referri debent ad piscaturam faciendam supra ceteras ecclesias, supra quas Romana fuit prælata. Non autem ad piscaturam faciendam supra ecclesiam universalem, prout est corpus mysticum: quoniam illud est sine peccato, & sic non indiget piscatura Petri.

Matth. 17.

Item allegatur cap. Puto, 2 quæst. 7. ubi dicitur quod Petrus & Cyprianus fuerunt pares meritis. Sed Petrus fuit in potestate major illo, & quocumque alio episcopo, eo quod sua potestas per statuta universalis ecclesiæ est firmata. Sed respondetur ut supra, quod illa, quæ ibi dicuntur de potestate Petri, referri debent quoad ecclesias particulares, non autem quoad ecclesiam universalem: ut verba illius capituli recipiantur in eo sensu, in quo valere possunt, & non perire, sicut supra in præcedentibus dictum est. Et licet textus ibi habeat, quod potestas Petri sit firmata per statuta universalis ecclesiæ, per hoc tamen non habetur ex illo, quod Petrus habuerit potestatem supra corpus universalis ecclesiæ, quæ est corpus mysticum, cujus Christus caput est.

Item allegatur cap. Hæc est fides, 24. quæst. 1. ubi dicitur quod papa tenet & fidem & sedem Petri. Ad quod respondetur, quod qui impugnat professionem fidei quam papa comprobavit, non catholicum sed hæreticum se comprobabit: quodque sancta Romana ecclesia, quæ semper immaculata permansit, domino providente, *&c.* in futuro manebit sine ulla hæreticorum insultatione, atque firma & immobilis omni tempore persistit. Sed respondetur, quod illud quod ibi dicitur de ecclesia Romana, quod semper immaculata permansit & permanebit, intelligi debet verum, quamdiu ligabit & solvet juste, clave non errante, ut supra in præcedentibus est dictum: & sic intelligendo, non probant illa verba, nec etiam alia ibi posita, quod ecclesia Romana sit universalis ecclesia, quæ est corpus mysticum, cujus Christus caput est. faciunt notata per glossam in dicto cap. A recta, 24. quæst. 1. nec quod ecclesia Romana receperit potestatem supra corpus universalis ecclesiæ: nec etiam quod papa ratione Romanæ ecclesiæ possit dici caput & pastor universalis ecclesiæ.

Ecce glossam: Id Petro dictum est, *Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua.*

Item allegatur cap. In istis, 80. dist. ubi dicitur quod inter ipsos apostolos non fuit par institutio, sed unus præfuit omnibus. Sed respondetur quod illa verba, Unus præfuit omnibus, debent intelligi referendo ad ministerium ecclesiarum particularium, non autem ad universalem ecclesiam, quæ est corpus mysticum, cujus Christus caput, est ut patet per jam dicta supra.

Item ad probandum quod ecclesia Romana est caput universalis ecclesiæ, allegatur capitulum, Non licet, 12. dist. ibi dum dicitur, Et sicut Filius venit facere voluntatem Patris, sic & vos voluntatem implere vestræ matris, quæ est ecclesia, cujus caput (ut prædictum est) Romana existit ecclesia. Sed respondetur, quod ad illud verbum, Cujus, addi debet supplendo verbum Membrorum: & tunc est sensus, quod illi episcopi implere debent voluntatem matris ecclesiæ, cujus membrorum Romana ecclesia caput existit: & sic supplendo & intelligendo, non probat ille textus, quod ecclesia Romana sit caput universalis ecclesiæ. Et notandum quod Callistus auctor dicti cap. Non licet, dicit ecclesiam Romanam esse matrem aliarum ecclesiarum ab eadem distinctarum, ad denotandum quod non est mater universalis ecclesiæ, secundum Gregorium in cap. Ecce, 99. dist. Et patet etiam per Gelasium in cap. Quamvis, 21. dist. ibi dum dicebat, quod quamvis universæ ecclesiæ Christi thalamus sint, tamen sancta Romana ecclesia ceteris prælata est, & non dicit, quod Christi thalamo, id est universali ecclesiæ, prælata sit: debentque verba hujusmodi ad hunc sensum applicari, quia in alio sumpta inducerent absurditatem, ut patet per jam dicta supra. Et notandum quod Archidiaconus in Rosario in dicto cap. Non decet, recitando Bernardum ad Eugenium, circa finem 4. libri dicit, quod licet ecclesia Romana sit mater ecclesiarum, non tamen dominat quodque papa non est dominus episcoporum, sed unus ex ipsis: quodque papa debet se considerare fratrem diligentium Deum, & participem eorum. & subdit ibi Archidiaconus, quod est optimum argumentum. In cap. Inventiones, in principio, quod papa non sit dominus aliorum episcoporum.

Aliquando ponitur etiam, Decet: quod idem est.

Hi pontifices aliter scribunt.

Et quare Petrus dictus est princeps apostolorum?

Item allegatur cap. Præceptis, in eadem dist. 12. Ubi dicitur quod præceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ a sancta Romana ecclesia & apostolica auctoritate jussa sunt salutifere impleantur, si ejusdem sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Et sequitur ibidem: Cujus auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui noluerint ab apostolicæ petræ, supra quam Christus universalem fundavit ecclesiam, soliditate divelli. Ad quæ respondetur, quod textus in dicto cap. non probat id ad quod allegatur. Nec obstant illa verba, Si ejusdem sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est caput omnium vestrum: quoniam illa verba, Si ejusdem sanctæ Dei ecclesiæ, relationem faciunt ad ecclesiam Romanam, de qua in præcedentibus verbis facta erat mentio. Nec obstant etiam verba, Qui noluerint, *&c.* Quoniam textus ibi dicit, Ab apostolicæ petræ, non autem Petri: & veritas est quod Christus fundavit ecclesiam supra petram, quæ Christus erat, & non supra Petrum, secundum communem doctorum opinionem.

O interpretem!

Gregorius ibi de apostolica sede expresse loquitur.

Item dicunt illi in dicto cap. Non decet, & in sequenti dicitur, quod ecclesia Romana est caput universalis ecclesiæ & omnium ecclesiarum. Sed salva pace sic dicentium hoc, quod ecclesia Romana sit caput universalis ecclesiæ in dicto cap. Non habetur, consi-

Imo dicitur caput ecclesiæ, quæ ubique una est, nec potest alia

ter quam de universa accipi.

considerato quod illa verba, A matre ipsorum, quæ est ecclesia, posita in dicto cap. Noo decet, legi debent & exponi, ut in responsione ad dictum cap. Non decet, supra dictum est. Nec verba cap. sequentis, qood incipit Præceptis, hoc etiam habeor sane intellecta, ut in responsione facta ad illud cap. ostensum est.

Item dicuot illi in dictis cap. Non decet, & sequenti, haberi, quod ecclesia universalis est fundata super apostolicam petram, id est supra Petrom & successores. Sed hoc ibidem non probatur, ut patet per dicta in responsionibus factis ad illa capitula.

Item allegatur cap. Quis nesciat, 11. dist. Ad quod respondetur, qood facit contra allegantem, in qoo aorum habet quod Petrus instituit ecclesias particulares per universum orbem: & non dicit quod ecclesia Romana sit caput oniversalis ecclesiæ. Nec obstat quod in eodem cap. dicitur, quod aliæ ecclesiæ habuerunt initium a Romana: quoniam per hoc non infertur quod ecclesia Romana sit caput universalis ecclesiæ, licet possit dici caput aliarum ecclesiarum particularium ratione potestatis traditæ Petro ut ministro ecclesiæ super dictis ecclesiis particularibus.

Item allegant isti glossam dicti cap. Quis nesciat, quæ habet qood Petrus tribuit potestatem Paulo prædicandi. Sed respondetur illod non inferre quod Petrus esset caput universalis ecclesiæ ut corpus mysticum, cujus Christus caput est, considerate: & per hoc patet responsio ad notata per Archidiaconum in cap. Ita dominus, 19. dist. ibi dum dicebat Petrum aliis apostolis dedisse potestatem prædicandi.

Item mandant illi videri capitulum, Bene quidem, 96. dist. quod non facit ad propositum eorum, nisi respectum haberent ad illa verba ibi posita prope principium, quæ sunt ista: Nec adjectione indiget plenitudo: quasi vellent dicere, quod ex qoo Petrus habuit plenitudinem potestatis, cap. Significasti, de electione, non potest habere aliqoam potestatem supra se, nisi Deum. · Et ad hoc respondetur, quod Petrus ooo habuit dictam potestatis plenitudioem nomine suo, sed vice & nomine ecclesiæ universalis, cujus minister est, ut patet per Aogustinum in cap. Quodcumqoe, 24. qoæst. 1. cum ibi ootatis per Archidiaconum in Rosario, de quo supra in præcedentibus dictum est.

Item etsi forsan habuerint respectum ad alia verba dicti cap. quæ habent, quod præsul ecclesiæ Romanæ merito beati Petri apostoli per uoiversum orbem primatum obtinet sacerdotii: respondetur hoc esse intelligendum quoad ecclesias particulares per universum orbem constitotas, quas ipsa Romana ecclesia instituit, ut habetur in cap. Quis nesciat, 11. dist. non autem quoad ecclesiam universalem; cui papa tamquam illios minister subjicitur, ut supra in præcedentibus deductum est. Nec obstant etiam alia verba dicti cap. Bene quidem, quæ habent quod papa statutis synodalibus coosuevit tribuere firmitatem: quoniam si illa verba recipiantur pro statutis syoodalibus conciliorum generalium, est hoc intelligendum per approbationem reverentialem, de qua habetur in cap. Sicut sancti, 15. dist. per qoem textum satis videtor coofutari opinio prædictorum: quoniam si auctoritas papæ sic esset sopra concilia generalia legitime congregata, quod illorum statota non possent habere firmitatem sine papæ auctoritate, Gregorius oon fuisset locutus in dicto cap. Sicut sancti, de conciliis generalibus cum tanta reverentia, cum qoanta locutus est ibidem.

Certe Damasus ait, nulla unquam concilia rata legi, quæ non fuerunt fulta apostolica auctoritate.

Item allegant cap. Rogamus, 24. quæst. 1. ibi dum dicitur quod Petrus est caput totius ecclesiæ. Sed respondetur illud esse exponendum, id est omnium ecclesiarom quæ ab ipso exordium haboerunt, cap. Quis nesciat, 11. dist. quoniam qoamvis universæ per orbem catholicæ ecclesiæ institutæ unus thalamus Christi sint, tamen ecclesia Romana nullis synodicis ceteris ecclesiis prælata est, teste Gelasio papa III. cap. Quamvis universæ, 21. dist. Et notandum, qood non dicit quod sit prælata thalamo Christi, nec ecclesiæ universali, quæ est Christi thalamus, ut ibi: sed dicit, Ceteris ecclesiis prælata est; ad denotandum quod omnes aliæ ecclesiæ a Romana distinctæ non faciunt thalamum Christi; sed Romana & omnes aliæ cum ea faciunt Christi thalamum, & sic ecclesiam universalem. Vnde inquantum ceteræ ecclesiæ non faciunt ecclesiam oniversalem, & Romana non est prælata nisi ceteris ab ea distinctis, patet quod non est prælata ecclesiæ universali, & per consequens quod non est universa, sed de universitate corporis mystici ecclesiæ, ut dicebat Gregorius in dicto cap. Ecce, 99. dist.

Sed Petrus est pastor Romanæ ecclesiæ, & omnium aliarum, ergo universæ ecclesiæ.

Item allegaot cap. Cum beatissimos, 24. quæst. 1. ubi dicitur quod beatus Petrus a domino recepit principatum. Sed respondetur, illud intelligendum quoad ceteras ecclesias, quæ a Romana habuerunt exordium, sed non quoad uoiversalem ecclesiam, quæ Christi thalamus est, ut patet per proxime dicta.

Hæc modo facile omnes eodem solvetur.

Item allegant cap. Si Petrus, eadem causa, & 9. ubi habetur quod Petrus, & non alius ex apostolis, abscidit aurem Malchi ad denotandum quod ipse præ aliis habiturus erat potestatem ligandi & solvendi. Sed respondetur hoc esse intelligendum quoad particulares ecclesias, quæ a Romana habuerunt exordium: non autem quoad ecclesiam universalem, ut patet per jam dicta supra.

Item allegant cap. De Constaotinopolitana, 22. dist. ubi dicitur: Si qua culpa in episcopis invenitur, nescio quis non sit papæ subjectus. Sed respondetur, illud non probare quod universalis ecclesia sit subjecta papæ, attento quod ibi non fit sermo de universali ecclesia, sed de culpis singulorum episcoporum ecclesiarum particularium, a Romana distinctarom, qui non faciunt ecclesiam universalem.

Item allegant cap. Antiqua, de privilegiis, ubi dicitur quod Romana ecclesia est mater universorum Christi fidelium. Sed respondetur illud esse intelligendom verum respectu ceterarum ecclesiarum, quibus Romana prælata est: oon autem respectu universalis ecclesiæ, cui Romana non est prælata, ut patet per jam dicta supra.

Si prælata est omnibus particularibus, quomodo non etiam universæ?

Item allegant cap. primum de renuntiatione, lib. 6. ubi dicuot * haberi potestatem regere universalem ecclesiam, & illi præsidere. Sed respondetur, quod illa verba non sunt ibi dispositive posita, sed narrative, narrando verba quæ illi curiosi ultra modum dicebant in quæstione, An esset illicitum papæ renuntiare papatui, quando agnoscebat se insufficientem ad regendam universalem ecclesiam. Et sic cum non sint dispositiva, noo fundant intentionem allegantium.

* forte haberi eam habere

Item allegant cap. primum, 22. dist. ubi habetur quod ecclesia Romana est fidei mater. Sed respondetur, illud esse intelligendum ratione prædicationis, quam Petrus primus post Christum in popolis exercuit, & ecclesia Romana alias ecclesias instituit, 11. dist. Quis nesciat. Et sic illud non inferte quod ecclesia Romana sit universa: nec quod ecclesia

Romana

Romana fuerit prælata universali ecclesiæ. Et per A hoc etiam respondetur ad dictum Ambrosii, in eodem cap. dicentis quod ipse professus est se velle in cunctis sequi sanctam Romanam ecclesiam, quoniam istud non probat ecclesiam Romanam fuisse prælatam universali ecclesiæ.

Item allegaor quod Christus fundavit ecclesiam supra Petrum. Sed respondetur hoc esse falsum, quoniam illa verba, *Et super hanc petram*, non referuntur ad Petrum, sed ad Christum, juxta id r *Petra autem erat Christus*.

Matth. 16.
1. Cor. 10.

Item allegant cap. Ita dominus, 19. dist. cujus verba etiam ponuntur in cap. Fundamenta, de electione lib. 6. Sed ad illud fuit responsum in primis responsionibus suprascriptis.

B

Item allegant verba per Christum dicta Petro. Sed respondetur, quod per illa Petrus non fuit prælatus universali ecclesiæ, sed particularibus ecclesiis, ut supra fuit ostensum secundum Gregorium & Gelasium.

Gregorius & Gelasius sunt contra vos.

Item allegant glossam cap. In novo, 21. dist. quæ habet, quod apostoli fuerunt pares in conseeratione & ordine, non autem in administratione. Sed respondetur, quod licet Petrus fuerit aliis major in administratione, hoc non infert: quod Petrus fuerit prælatus ecclesiæ universali, ut patet per jam dicta supra.

Item allegant, quod apostoli voluerunt Petrum esse principem eorum. Ad quod respondetur, non C reperiri, quod ipsum voluerunt esse principem ecclesiæ universalis. Nec unquam talem principatum habuit a Christo, ut patet per jam dicta supra, secundum Gregorium & Gelasium.

Notâ acumen!

Item allegant cap. Sacrosancta, 22. dist. Sed ad illud patet responsio per jam dicta supra.

Item allegant glossas & textus dicentes quod papa non habet superiorem in terris. Sed respondetur hoc esse verum, salvo jure thalami Christi, quando concilium generale non est congregatum. Sed quando est legitime congregatum, superioritatem habet in papam, ut supra in primis responsionibus ostensum est. Et isto modo respondetur ad notata per Guilielmum in Speculo, titulo de legatis, §. Nunc ostendendum, versu 99. & per Baldum in leg. re- D scripta, &c.

Item allegant papam impune posse tollere constitutionem concilii generalis, contra prohibitionem ipsius concilii generalis, supponentes papam esse pastorem universalis ecclesiæ. Sed ipsorum suppositum est falsum, & consequenter ipsorum assertio super illo fundata est falsa, ut patet per jam dicta supra.

Nihil certius quam papam universæ ecclesiæ esse pastorem

Item allegant cap. Vbi majus, de electione lib. 6. in §. Ceterum, ubi dicitur quod papa est rector universalis ecclesiæ. Sed respondetur quod illa verba, Vniversalis ecclesiæ, exponi debent, id est omnium ecclesiarum particularium, membra universalis ecclesiæ existentium, ut patet ex his quæ habentur in E cap. Ecce, 99. dist. & in cap. Quamvis, 21. dist. Estque dicta expositio necessaria, ut patet per jam dicta supra. Præterea notandum quod Gregorius X. dicta verba protulit tempore quo concilia generalia non frequentabantur, & ad potestatem ecclesiæ universalis pauci respiciebant: & isto modo potest responderi ad illa jura, si quæ allegentur ad probandum, quod papa præsit ecclesiæ universali: quoniam exponenda sunt taliter, quod veritati declaratæ per beatum Gregorium, in dicto cap. Ecce, & per Gelasium in dicto cap. Quamvis, non obvient, id est contradicant.

Isti pontifices nihil faciunt pro vobis.

Item allegant dicta Augustini, Gregorii, sancti A Thomæ, Cyrilli & Rabani, & quorumdam aliorum. Sed respondetur, quod fundantur super verbis dictis Petro a Christo, quæ sane intellecta juxta jam dicta supra, non fundant papam præsidentiam habere supra corpus universalis ecclesiæ. Nec obstant illa verba, *Pasce oves meas*: quæ si intelligantur de pascuo spirituali, illud est comprehensum sub potestate ligandi & solvendi, quæ data est ecclesiæ principaliter, ut supra ostensum; attento quod nullus debet prædicare, nisi mittatur ab ecclesia, vel a Petro nomine ecclesiæ. Si autem intelligantur de pascuo corporali, tunc, cum illud pertineat ad ecclesiam universalem, ut patet in Actibus apostolorum, ubi distribuebatur unicuique prout sibi B opus erat, non censetur per hoc Petro amplior potestas data quam ecclesiæ universali, & sic cessat argumentum.

Ioan. 21.
Petrus Christi est vicarius.
Actor. 4.

Nec obstat, si pro eis dicatur quod papa præsidet ecclesiæ Romanæ, cap. Licet, de constitutionibus, lib. 6. & ceteris ecclesiis, quæ faciunt universalem, ut in dicto cap. Quamvis; quoniam respondetur, quod ad hoc quod papa præsideret universali ecclesiæ, requireretur quod ipse præsideret capitibus & membris omnium ecclesiarum per orbem institutarum, ut patet in dicto cap. Quamvis, ibi dum dicitur, Vniversæ. Sed papa non præsidet capiti ecclesiæ Romanæ, quia sibi ipsi præsidere non potest. Igitur non præsidet universis ecclesiis universalem C facientibus.

Ecce ad quas ineptias dilabimur, dum veritatem oppugnamus.

Item allegant cap. Si summus, de sententia excommunicationis in Clementinis, ubi papa dicitur summus pontifex. Sed respondetur, quod non debemus respicere quid papa ibi fecit, sed quid facere debuit: & constat quod non debet se appellare summum, ut supra in principio fuit probatum. Igitur, &c. Et eodem modo potest responderi ad cap. Vbi majus, de electione, lib. 6. ubi papa nominatur rector universalis ecclesiæ: & supposito, sine præjudicio veritatis, quod posset se appellare summum, hoc esset referendum respectu ecclesiarum particularium, non autem respectu ecclesiæ universalis, cui non præsidet, ut patet per jam dicta supra. Et de potestate ecclesiæ dicit apostolus ad Ephesios, D quod ecclesia est corpus Christi & plenitudo ejus. Et Augustinus lib. de symbolo, tract. 4. dicit quod ecclesia est sponsa Christi, quodque totum possidet, & a viro suo accepit in dotem.

Ecce negat papam esse summum pontificem. Sed hæc merces est temeritatis.
Ephes. 1.

Quibus attentis, constat papam non esse supra ecclesiam universalem, nec per consequens supra concilium generale ipsam repræsentans; quodque, præmissis attentis, non potuit dominus Eugenius IV. neque potest dissolvere hoc concilium generale sine consensu ipsius concilii; sed ei, juxta decretum concilii generalis Constantiensis & alia supradicta obedire tenetur.

Et hic est finis, atque sufficit.

E

NOTA SEVERINI BINII.

Nullum concilium, ex quantacumque episcoporum multitudine constatum, et, quem constat esse pontificem Romanum, præesse, aut judicium legitimum in illum (extra causam hæresis) exercere posse; ex eoque Basileense concilium quod papam Eugenium deponere conatum est, illegitimum merito judicandum esse, prater cardinalem de Turrecremata lib. 2. summæ de ecclesia, & alios multos, probat luculenter Nicolaus Sanderus lib. 7. de visibili monarchia ecclesiæ.

EPISTOLÆ EVGENII PAPÆ IV.

AD VEL CONTRA SYNODVM BASILEENSEM HIC SEORSIM CONGESTÆ, & juxta datas ipsarum, quantum ex ipsis divinari licuit, digestæ.

XLVIII.

BVLLA MISSA A DOMINO NOSTRO papa domino archiepiscopo Coloniensi.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri archiepiscopo Coloniensi salutem & apostolicam benedictionem.

QVONIAM ex multorum relatione sentimus murmurare nonnullos, audita dissolutione concilii, si quod esse congregatum videbatur in civitate Basileensi, opinantes forsitan nos subterfugere velle concilium, quod semper optavimus fieri & optamus, nos fraternitatem tuam avisatam facimus per præsentes, quod illa fecimus cum maturo consilio & deliberatione, justis ex causis in literis nostris expressis, quæ non fuerunt fictæ, ut aliqui garriunt, sed veræ & efficaces fuerunt etiam. Et sunt aliæ causæ, quas nolumus specifice exprimere, quia manifestari non poterant sine quorumdam principum nota. Sed si omnes aliæ causæ defuissent, una potissima fuit per se omnibus nota, infirma scilicet nostri corporis valetudo. Nos enim, qui in minoribus constituti in Constantiensi concilio reformari ecclesiam cupiebamus, jam in pontificatu nostro desiderium illud nostrum perficere, & in tam pio opere laborare personaliter plurimum affectamus. Ideo concilium indiximus in civitate Bononiensi. Neque enim cum agendum sit de reformatione universalis ecclesiæ, cujus directio & cura principaliter ad nos pertinet, & de nonnullis aliis gravissimis rebus concernentibus statum reipublicæ Christianæ, nobis conveniens visum est tantam rem fieri debere per legatum sine nostra præsentia & venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium. Sed, sicut ei placuit cujus inscrutabilia consilia sunt, gravissima personæ nostræ supervenit infirmitas: a qua licet paulatim convalescere incipiamus, tamen non omnino liberati sumus, ita ut possimus sine certissimo mortis periculo ad remotiores partes accedere. Igitur in loco magis vicino concilium celebrare, & in eo præsidere decrevimus. Quare nemo juste succensere nobis potest, si ex omni voluntate Dei, quam ostendit in nobis, illud elicimus, quod ei gratum & utile ecclesiæ suæ fore non dubitamus. Miramur itaque, venerabilis frater, de quibusdam, qui magis quærentes evertere & deformare, quam stabilire & reformare ecclesiam, hæreses fovere & bella suscitare, prout hactenus notorie fecerunt, quam præmissa extirpare, & in dulcedine pacis reducere, obloquuntur & student contra voluntatem & decretum nostrum episcopos & prælatos in Basilea sub nomine concilii congregare, non ut ibi per eos reformetur, sed ut penitus obruatur status ecclesiæ, & fides catholica confundatur. Licet archiepiscopi & episcopi, quoad reformationem in vita & moribus, diffinitivas voces habeant in concilio generali, tamen ea juramento prius præstito parere & obedire mandatis apostolicis sunt adstricti: nec remanere Basileæ, qui erant, nec de novo accedere, sed potius ad veniendum Bononiam se præparare debuissent, postquam decreti nostri notitiam habuerunt. Plerique stare & accedere sunt coacti, in quibus nec vis nec auctoritas concilii generalis consistit, quorum voces & deliberationes minime liberæ sunt, cum ab eorum qui compulerunt voluntate dependeant. Itaque digni non sunt, neque habiles, qui dent legem ecclesiæ, neque aliis nationibus, neque religioni Christianæ. Nos enim in concilio proxime celebrando Bononiæ in tempore constituto, vel citius, quamprimum sufficiens numerus prælatorum aderit, videbimus & judicabimus cum consilio in talibus opportuno super causa eorum qui Basileæ remanserunt, vel illuc noviter accesserunt, & inspirante nos domino, qui inspirat justa & sancta consilia, in his ad quæ concilium Basileæ fuit principaliter ordinatum, salubriter providere conabimur. Quare, venerabilis frater, cum tibi etiam, qui in ecclesia Dei notabile membrum existis, solers immineat cura præmissorum, qui de veritate rerum & statu personæ nostræ es plenius informatus, qui vides in hoc turbine fluctuantium voluntatum sub hac informitate asserti concilii rem ecclesiæ periculose committi, quæ majoribus consiliis indigeret, quibus utinam omnes debito in tempore sufficere possemus, & sentire potes, non per universalem Christianorum voluntatem, sed per aliquos conspiratores, ad perniciem ecclesiæ, prælatos fictis rationibus coloratisque argumentis induci, & nonnullos exquisitis modis & comminationibus impelli ut ad id assertum concilium vadant, quod & lapsu temporis & nostra auctoritate est dissolutum, fraternitatem tuam in domino exhortamur, quatenus per nuntios & literas tuas, quomodocumque noveris aptius convenire, retrahere procures prælatos circumstantes, & temporales dominos exhortari, ut ipsos retrahant a dicto asserto concilio Basileensi. Et si qui jam ivissent, hos penitus revocare; in quam majori numero fieri potest ipsos inducendo, ut ad indictum per nos Bononiense concilium supradictum, ut tenentur, debito tempore, quantocitius poterunt, venire procurent: & temporales domini suos oratores ad dictum Bononiense concilium mittant, qui suis honoribus adsint, negotia dirigant, & justis deliberationibus foveant, sicut de Christiana eorum devotione speramus: quo in tempore tu etiam ad ipsum Bononiense concilium debeas advenire. Qua in re omnem tuæ virtutis consuetum vigorem excitamus in hac justa causa ecclesiæ Dei, ut omnis mundus intelligat sancto operi sanctas te atque ferventes operas posuisse, & nos ad meritos tuos honores ferventius animemur, nobis de tempore in tempus notificando, quantum (ut speramus) virtus tua profecerit, & prosecuta fuerit in prædictis.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo primo, III. Idus Februarii, pontificatus nostri anno primo.

XLIX.

INFORMATIO MISSA PER DOMINVM nostrum papam ad regem Romanorum per dominum Iacobum archiepiscopum Ebredunensem, deliberata circa modum se habendi per dominos prælatos & alios Basileæ congregatos.

QVIA impossibile est sine fide placere Deo, & sanctissimus dominus noster sub continuata religionis Christianæ institutione a puero vacaverit fidei observationi, nihilque amplius desideret, post animæ salutem, quam ipsius fidei observationem & incrementum, placet [contentatur] ejusdem sanctitati, quod existentes in loco prædicto Basileensi, & qui erunt, auctoritate per dominum nostrum eis concedenda, & præsidentibus nuntiis sive legatis per sancti-

A sanctitatem suam deputandis, intendere possint & valcant hæreſium extirpationi vigentium in partibus ultramontanis, & potiſſime Bohemorum nunc urgenti, tam per inſtructionem, quam per reductionem eorum ad ſacroſanctam fidem catholicam, & aliis viis debitis, licitis & honeſtis: proviſo tamen, quod ſi oriantur dubia notabilia, ſeu magna, ejuſdem domini noſtri cum conſilio concilii & dominorum cardinalium ſit deciſio auctoritative, vel remittantur ad concilium aliud futurum, ubi dominus noſter perſonaliter intereſſe poſſit, ſi prædicti Baſileenſes maluerint.

Item placuit [contentabiturque] domino noſtro, quod prædicti circa reformationem morum in omni ſtatu eccleſiaſtico invigilare habeant & aviſare particulariter, B prout Spiritus ſanctus miniſtrabit unicuique; proviſo quod eorum aviſamenta per oratores ſuos ipſi domino noſtro tranſmittant, qui correcto & addito quod ſuæ ſanctitati videbitur, communicatione facta correctoribus & additoribus exiſtentibus in Baſilea, firmitatem obtineant, prout domino noſtro videbitur, approbantibus dictis in Baſilea congregatis: & ſi non concordaverit ſanctitas domini noſtri cum prædictis, remittantur ad futurum aliud concilium, in quo dominus noſter intereſſe poſſit, ut per hæc & alia debitus honor ſedi apoſtolicæ ſervetur, & ei deferatur.

Item quia pacis bonum inter omnia deſiderabile eſt, cum non niſi pacis in tempore bene colatur pacis C auctor, placuit [contentatur] domino noſtro, quod prædictis omnibus ad aviſandum ſe de pacis procuratione interponant, media ad eam quærant, & idem efficaciter intendant; ſalva ſemper in omnibus prædictis ſanctæ ſedis apoſtolicæ auctoritate, cui devote obſecundare tenentur qui Chriſtiano nomine gloriantur. Et propterea remittenda eſt ei deciſio ſaltem, ut ſuperiori capitulo continetur.

Item quod omnia & ſingula, requiſitiones, exhortationes, monitiones, citationes, dictum appoſitiones, & proceſſus incepti, & qui inciperentur poſt præſentium conceſſionem per Baſileæ congregatos, contra quaſcumque perſonas, cujuſcumque dignitatis aut conditionis exiſtant, ſive ſtatus, & omnia D per quæ, ſive quorum medio, ſive auctoritate ad ipſos vel ipſas ventura eſt, pro non factis habeantur, perindeque ſit ac ſi nullo unquam tempore facta, facti, ſeu ſactæ extitiſſent: ita quod omnia remaneant in ſtatu in quo erant ante dictam congregationem Baſileæ: & etiam omnes monitiones, citationes & proceſſus incepti in audientia contradictarum & alibi auctoritate apoſtolica, & qui inciperentur poſt præſentium conceſſionem contra dictos Baſileæ congregatos, ſeu ſingulares eorumdem qui ibidem erant, exiſtant, aut fuerint, habeantur pro non factis, ac ſi nunquam eveniſſent, ſive facti, aut ſactæ extitiſſent; ita quod in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in vera pace, caritate non E ficta, & bona unione animarum, modo & forma præinſertis, & non aliter, nec in aliis, cum maturitate debita procedatur, una cum legatis domini noſtri papæ deputandis.

Item paratus eſt dominus noſter abbreviare tempus concilii proxime futuri Bononiæ, & etiam locum mutare, dummodo fiat in terris eccleſiæ immediate ſubjectis in Italia, ubi dominus noſter cum ſacro collegio poſſit perſonaliter præſidere, juxta concilium in Baſilea exiſtens; & ibidem poterunt convenire & papa & dominus rex perſonaliter in concilio, ubi multa bona fieri poterunt, quæ fieri non poſſent ſine papæ ad minus præſentia.

L.

TENOR LITERARVM APOSTOLICArum de poteſtate legati papæ moderni præſidente concilio.

Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Iuliano ſancti Angeli diacono cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QVAMPRIMVM ſuimus divina favente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, venit nobis in mentem, quantum mundo utilis & neceſſaria eccleſiæ legatio tua, cum qua fuiſti per ſedem apoſtolicam deſtinatus ad Alemaniæ & nonnullas alias partes pro cauſa fidei & ordinatione B concilii generalis, & aliis commiſſionibus ſpecialibus de rebus magnis & arduis datis circumſpectioni tuæ. Propterea placet nobis, & volumus ut legationem hujuſmodi pro cauſa fidei & aliis ſpecialibus commiſſionibus tibi factis, quantum tibi gratia divina conceſſerit, continues atque perficias, cum illis modo & forma, poteſtate & facultatibus tibi datis atque conceſſis per felicis recordationis Martinum papam V. prædeceſſorem noſtrum, prout in ejus literis plenius continetur. Circa vero negotium concilii generalis, quia in pluribus mutationem eſſe factam ſentimus, omnia quæ emerſerint, vel ad notitiam tuam pervenerint, celeriter nobis ſcribas, cum C conſilio tuo, qualiter in talibus providendum & agendum eſſe videatur; ſignificando nobis omnem illarum rerum ſtatum particulariter & diſtincte.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum IV. Idus Martii, pontificatus noſtri anno primo.

LI.

BVLLA REVOCATIONIS PER commiſſionem factam domino cardinali legato, de concilio cum cauſis inibi expreſſis.

Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Iuliano ſancti Angeli diacono cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

D POSTQVAM divina clementia ad apicem ſummi apoſtolatus, licet immeriti, aſſumpti ſumus, nihil dignitati noſtræ & amplitudini ſedis apoſtolicæ magis convenire putavimus, quam omni ſtudio & diligentia proſequi ut perſonæ eccleſiaſticæ, quantum humanæ fragilitati cælitus permiſſum eſt, per ſemitam Ieſu Chriſti incedentes, abjectis illecebris cum ſinceritate religionis & fidei vitam honeſtam ducerent, & Deo, prout profeſſi ſunt, ſeipſos veris effectibus dedicarent. Quod conſiderantes, & in animo noſtro ſæpius repetentes, ac ea quæ per felicis recordationis Martinum papam V. prædeceſſorem noſtrum circa celebrationem Baſileenſis concilii juxta ordinationem Conſtantienſis ſynodi inſtituta fuerunt, qui tibi in dicto Baſileenſi concilio E præſidendi, & hujuſmodi concilium, ſi & quando prudentiæ tuæ videretur, diſſolvendi, & pro alio concilio, juxta ſtatuta præfatæ ſynodi, in decennio celebrando, alium locum aſſignandi, plenam per varias ſuas literas dedit facultatem, Deo propitio, abſolvere & perficere intendentes; de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio, circumſpectioni tuæ, ex quo in ingreſſu tuo ad Alemaniæ partes nulli prælati in Baſilea pro celebratione concilii erant congregati, dedimus in mandatis, ut interea circa expeditionem contra Bohemos hæreticos tibi etiam commiſſam vacares, & deinde ad civitatem Baſileenſem dicti concilii locum accederes, & ibidem noſtro & eccleſiæ nomine præſideres;

Procemium pro reformatione ceti.

 Verum

Commendatio legati.

Verum licet ad opprimendam dictorum hæreticorum perfidiam omnia a te prudenter & ſolicite geſta ſint, & nihil ad hoc ſanctum opus pertinens prætermiſſum eſt, tamen occulto Dei judicio permiſſum eſt, ut infelix ac turpis illa catholicorum fuga ſequeretur, poſteaquam, præmiſſis dilectis filiis magiſtro Ioanne Polemar palatii apoſtolici cauſarum auditore, ac Ioanne de Raguſio in theologia magiſtro & ordinis fratrum Prædicatorum procuratore, ad dictam civitatem profectus es, & omnia juxta deſiderium cordis noſtri circa reformationem cleri, extirpationem hæreſum, pacem & ſalutem Chriſtianorum, quantum in te fuit, efficere procuraſti.

Narrat inconvenientias.

Tandem, cum poſt longam tuam moram, requiſitis inſuper a tua circumſpectione prælatis & aliis, parva ibidem congregatio facta fuit, de conſenſu eorum qui in dicta civitate exiſtunt, dilectum filium Ioannem Pulcripatris in theologia magiſtrum canonicum Biſuntinum pro plena informatione diſpoſitionis concilii ac belli & turbationis illarum partium ad nos & dictos fratres noſtros deſtinaſti, quem una cum dictis fratribus, noſtris, licet infirmitate gravati, libenter audivimus, & omnia per ipſum tam nobis una cum præfatis fratribus, quam commiſſariis noſtris ad eum audiendum per nos poſtea deputatis, facunde & prudenter explicata plene intelleximus. Qui enarravit inter cetera, quod in partibus Alemaniæ ſpecialiter clerus multipliciter deformatus erat, quodque peſtis illa Bohemica ad multas Alemaniæ partes ſerpens venenum ſuum effuderat, & partes illas tam deteſtabili labe inquinaverat. Quodque etiam exinde in partibus Baſileæ infinita ſcandala ſuborta erant, cum nonnulli opidani ſectam Bohemorum imitantes clerum perſequerentur, & crudeliter trucidarent. Addidit præterea alias difficultates & pericula, quæ ex bello inter dilectos nobiles viros Philippum Burgundiæ & Fridericum Auſtriæ duces proveniebant. Nam hi armis decertantes, terras dictæ civitati propinquas habentes, aſſerunt tranſitum ad Baſileam ſine formidine & periculo fieri non poſſe.

Cauſæ concilii prorogati.

Præterea celebrationem concilii & reformationem eccleſiæ plurimum opportunam eſſe aſſerebat. Quæ omnia ac plura alia ſatis nota, quæ honeſtatis gratia prætereunda & * ſubjicienda ſunt, conſiderantes, quamvis antea variis nuntiis ac literis cognita nobis eſſent, ac exiſtimantes ob tot difficultates & pericula prælatos forſitan tanto tempore expectantes Baſileam non veniſſe, ſeptenniumq; in quo congregari debebant elapſum eſſe, & ſi de novo vocarentur, pericula & difficultates prædictas allegarent, nec ad ſubeunda hujuſmodi pericula honeſte cogi poſſent: ac etiam verſantes in animo noſtro, quod cum tot facultatibus, impedimentis & periculis, hiems etiam inſtat, & nova vocatio ad concilium celebrandum, quam idem Ioannes Pulcripatris affectare videbatur, fruſtra fieret, niſi aliquod conveniens temporum ſpatium interponeretur. Cumque etiam his proximis diebus cariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Palæologus imperator Conſtantinopolitanus nuncupatus, oratorem ſuum ad nos & præfatos fratres noſtros deſtinaverit, qui exponendo nos requiſivit, ut juxta ordinationem dicti prædeceſſoris pro unione orientalis eccleſiæ cum Romana & occidentali eccleſia concilium celebraretur: noſque conventiones & ordinationem dicti prædeceſſoris etiam cum conſilio dictorum fratrum noſtrorum approbantes, ipſiſque Græcis poſtulantibus, juxta conventiones dicti prædeceſſoris, expenſas galearum eos ad concilium conducere, & ipſo finito, ad partes ſuas reducere debentium, & alias expenſas opportunas & neceſſarias obtulerimus: multaque etiam loca Italiæ, cum alibi pro Græcis commode fieri non poſſet, pro celebratione dicti concilii, eorumque reductione, ad ritum Romanæ eccleſiæ per nos oblata fuerint, dictuſque orator nos certos effecerit, imperatorem & patriarcham præfatos alios ſuos oratores cum plena poteſtate tranſmiſſuros eſſe, qui ex oblatis in Italia locis aliquem, præſertim cum plena poteſtate Bononiam, acceptabunt, prout ad præfatum prædeceſſorem ante ſui obitus notitiam tranſmittebant. Cumque ſi nova prælatorum vocatio, ut præmittitur, fieret, hæc duo concilia uno prope tempore concurrere viderentur; & ſi ea disjuncta fieri & celebrari contingeret, unum ex altero debilius & minoris efficeretur auctoritatis: hæc inſuper una cum dictis fratribus noſtris animo noſtro contemplantes, cum in univerſa republica Chriſtianorum nihil deſiderabilius contingere poſſet, quam videre Græcos tanto temporis intervallo a dicta Romana eccleſia disjunctos, ſub ritu ipſius eccleſiæ & veritate catholicæ fidei reductos eſſe, & illam Græciæ nationem, quæ tot ſanctos patres & viros egregios & ſapientes genuit, qui humano generi tam ſacratarum quam ſæcularium literarum ſeminarium dederunt, Romanæ eccleſiæ unitam, & ſub ipſius unico ovili reductam; his & aliis rationabilibus cauſis inducti, tam reformationi cleri & eccleſiæ ac extirpationi hæreſum, ac paci & tranquillitati Chriſtianorum, quam etiam Græcorum reductioni, quæ omnia ſummis deſideramus affectibus, providere perſonaliter valeamus, circumſpectioni tuæ ipſum concilium, ſi quod adhuc pendere videatur, diſſolvendi, & nihilo minus ante diſſolutionem hujuſmodi in civitate noſtra Bononienſi, ubi Deo auctore perſonaliter intendimus præſidere, uſque ad annum cum dimidio a die diſſolutionis hujuſmodi computandum, novum concilium indicendi, aliudque pro tempore decennii juxta ordinationem dictæ Conſtantienſis ſynodi in loco, ubi tibi cum conſilio eorum qui in Baſilea pro concilii cauſa exiſtunt videbitur, ſimiliter indicendi, ac omnia alia in præmiſſis agendi, diſponendi, ſtatuendi, exequendi & concludendi, quæ pro ſtatu & honore noſtro, & dictæ Romanæ eccleſiæ, ac pace & tranquillitate reipublicæ Chriſtianę, noveris profutura, plenam & liberam de ipſorum fratrum, videlicet Iordani Sabinenſis, Antonii Oſtienſis, & * Velletenſis, Hugonis Pręneſtinenſis, epiſcoporum, & dilectorum filiorum noſtrorum Ioannis tituli ſancti Laurentii in Lucina, Antonii tituli ſancti Marcelli, Ioannis tituli ſancti Sixti, Franciſci ſancti Clementis, Angelotti tituli ſancti Marci, presbyterorum, Lucidi ſanctę Marię in Coſmedin, & Ardecini ſanctorum Coſmę & Damiani, ſanctę Romanę eccleſię diaconorum cardinalium, conſilio, auctoritate apoſtolica, tenore pręſentium concedimus facultatem pariter ac poteſtatem, ratum & gratum habituri quidquid per te ſuper pręmiſſis propoſitum, deliberatum, ordinatum, ſtatutum ac decretum & conſultum fuerit, idque faciemus, auctore domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

* forte ſubticenda

* Ardecini

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis dominicę milleſimo quadringenteſimo trigeſimoprimo, II. Idus Februarii, pontificatus noſtri anno primo.

Ego Iordanus epiſcopus Sabinenſis domino noſtro pręfato aliqualiter impedito, ac de ejus mandato, præſentibus pręſcriptis dominis cardinalibus, manu propria ſubſcripſi.

Ego Iordanus epiſcopus Sabinenſis nomine meo proprio ſubſcripſi.

Ego

Ego Antonius episcopus Ostiensis manu propria A subscripsi.

Ego Hugo episcopus Prænestinensis, nomine meo proprio subscripsi.

Ego Ioannes tituli sancti Laurentii subscripsi.

Ego Antonius tituli sancti Marcelli subscripsi.

Ego Ioannes tituli sancti Sixti presbyter cardinalis me subscripsi.

Ego Franciscus tituli sancti Clementis presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Angelottus tituli sancti Marci presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Lucidus cardinalis de Comitibus sanctæ Mariæ in Cosmedin subscripsi.

Ego Ardecinus sanctorum Cosmæ & Damiani B diaconus cardinalis subscripsi.

LII.

LITERA REVOCATIONIS CONCILII publicata Romæ, & alibi.

Eugenius, &c. ad futuram rei memoriam, universis singulis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, salutem & apostolicam benedictionem.

QUONIAM alto & incomprehensibili domino reddere constituimus vota nostra in conspectu omnis populi, & in atriis sanctis ejus, postquam claves domini suscepimus, & beati Petri naviculam gu- C bernamus, suppressi magno pondere, inter procellosos mundi motus esse videmur constituti. Contuemur enim subortam ista tempestate profanam hæresim Bohemorum quasi venenum inficere præcordia fidelium, inque dies mortali contagio serpere, laxareque animos titubantium populorum, & Græcorum errores, ad quorum extirpationem salubribus experimentis providebatur, propter emergentia incommoda perdurare, hostes adorandæ Crucis ab Asia & Africa inter Europam vasta cæde atque calamitate invalescere contra populum Christianum, & per ipsos principes populosque fidelium inter se concertantes desævire, & clerum in diversis mundi partibus reformatione plurima indigere. His igitur pro- D fanis malis afflictati, clamare cogimur ad dominum:
Psalm. 71. *Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos. Deus converte nos: ostende faciem tuam, & salvi erimus: Domine Deus virtutum converte nos.* His & aliis cogitationibus laniantibus mentem nostram, alta
* forte quomodo nos cura sollicitat, * quod tot malis obstare & Christianæ saluti providere possimus. Et dum affectionem nostram flagrantissimam attendimus, vehementissime concitamur: dum vero gerendarum rerum magnitudinem, loca & tempora mensuramus, necessitatem conditionis humanæ recordamur, quoniam res tam arduas tamque difficiles lustrare brevi spatio non valemus; attento maxime, quod dum felicis recordationis Martinus papa V. prædecessor noster, E dilectum filium nostrum Iulianum sancti Angeli diaconum cardinalem, pro celebratione Basileensis concilii ad ipsam civitatem Basileensem destinasset, dum nulla adhuc ibi congregatio prælatorum facta foret, ipse cardinalis, ne interim tempus vacuum deduceret, versus Bohemiam se transtulit, sicut habuerat in mandatis, sicuti demum facta occulto Dei judicio catholicorum fuga, præmissis ad ipsam civitatem Basileensem dilectis filiis Ioanne Polemar, palatii apostolici causarum auditore, & Ioanne de Ragusio in theologia magistro ordinis Prædicatorum procuratore, cardinalis profectus ad ipsam civitatem, requisitisque prælatis patrium diversarum, parvaque ibidem cleri congregatione secuta, de con- A sensu eorum qui in dicta civitate existunt, dilectum filium Ioannem Pulcripatris in theologia magistrum canonicum Bisuntinum ad nos & dictos fratres nostros transmisit, qui nobis inter cetera facunde & prudenter explicavit, significavitque deformationem cleri in partibus illis, & nefandam ipsius hæresis pestem pullulare in dies, & jam usque ad partes Basileæ proximas advenisse, secutis inde scandalis & cladibus abominandis: nam hæresis prædictę imitatores clerum insequentes aliquos turpiter expulerunt, & nonnullos inhumaniter trucidarunt. Addidit etiam discrimina principatus guerrę inter dilectos filios nobiles viros Philippum Burgundiæ & Fridericum Austriæ duces, aliasque difficulta- B tes; ex quibus tamen novam prelatorum vocationem ad Basileam affectare videbatur. Nos quidem examinantes conditionem mundi, temporum & locorum, quod instat tempus hiemis, quodque loca circumstantia Basileam, potissime versus Austriam & Burgundiam, minus esse transitu secura ferebantur, unde verisimile fuit prælatos in Basilea diutius expectatos non venisse. qui etiam consideratis difficultatibus, temporum ineptitudine, periculo bellorum, non veniendi rationes allegare possent: & si qui pauci venissent, tractandis rebus multis & magnis non sufficerent: quodque præterit tempus septennii, in quo secundum statuta Constantiensis concilii sine alia vocatione debebant congre- C gari: super hęc omnia quę animo nostro versabamus quia propter certas cōventiones unionis & reductionis Grecę orientalis ecclesiæ in Romana & universali ecclesia initas & tractatas inter ipsū prędecessorem nostrum & sanctæ Romanę ecclesię cardinales, de quorum numero eramus, & oratores in Christo Ioannis Palęologi imperatoris Constantinopolitani illustris, & venerabilis fratris nostri Ioseph apud Grecos Constantinopolit. sui patriarchę, ipsi imperator & patriarcha his diebus suos ad nos & præfatos fratres nostros oratores transmiserunt, requirentes ex tractatis eisdem pro unione & reductione prędictis, quod sicuti cum prædecessore nostro & D fratribus eisdem convenerant, dignaremur exequi, & in loco eis apto generale concilium facere convocari: requirentes etiam præmissas expensas, & alias ibi secundum dictas conventiones promissa: unde ops & oblationes propter executionem tanti boni, pro adventuris prelatis & oratoribus eorum ad Italiam, pro mansione, & pro suo reditu ad Greciam, pro galeis & aliis necessariis obtulimus impensas opportunas. Cum quibus Grecis dum nominatę fuissent Roma, Ancona & Bononia, & alia Italiæ loca, demum licet Roma nobis & fratribus nostris commodior extitisset, in Bononiam putamus aptius convenire, quæ propter habilitatem navigationis eorum, & propter aditum viciniorem ultramontanorum ad Italiam, capacitatem loci, & alias condi- E tiones, idonea reputatur: quo prefati patriarcha & imperator solennes suos oratores ad nos transmittere promiserunt, sicut ante notitiam obitus præfati nostri prædecessoris transmittebant. Considerantes itaque prędicta, & quod in tota republica Christianorum nihil sanctius & optabilius esse posset, quam Græcam ecclesiam, olim tot sanctis & viris ecclesiasticis clarissimis illustrem, dimissis erroribus, reductam videri ad ritum Romanæ & universalis ecclesiæ; comprehendimus necessarium esse ad conveniens spatium temporis in Bononiam generale concilium convocari. Nam si prælati Basileam de novo vocarentur, qui convenire non possent sine temporis intervallo, utrumque concilium fere uno tempore concurreret, & sic utrumque minoris auctori-

 tatis

tatis haberetur, nec prælati in utroque possent interesse, nec posset utrumque generale concilium nominari. Vnde pro ipsorum commoditate, ne bis habeant convenire, & causis superius declaratis, & aliis magnis & urgentibus suis loco & tempore declarandis, majus bonum minori præponentes, nos de consilio & assensu venerabilium fratrum nostrorum Iordani Sabinensis, Antonii Ostiensis, Hugonis Præoestinensis, episcoporum, Ioannis tituli sancti Laurentii in Lucina, Antonii sancti Marcelli, Ioannis tituli sancti Sixti, Francisci tituli sancti Clementis, Angelotti tituli sancti Marci, presbyterorum, Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Ardecini sanctorum Cosmæ & Damiani, diaconorum ejusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, per literas nostras directas ipsi cardinali sancti Angeli legato, ut supra alias, concilium, si quod in Basilea congregatum videretur, ex causis prædictis dissolvendum, & aliud (ut prædicitur) in anno cum dimidio a die publicationis earumdem literarum in præfata civitate Bononia celebrandum, indicendum & publicandum & sequens aliud concilium in decennio a die dissolutionis ipsius Basileensis concilii, juxta ordinationem Constantiensis synodi, in civitate Avinionensi enuntiandum & statuendum decrevimus. Et quia post transmissionem præfatarum nostrarum literarum ad notitiam nostram pervenit, ultra ea quæ superius continentur, præfatos Bohemos hæreticos in Constantiensi concilio tam mature atque solenniter condemnatos, & in Senensi concilio ac per diversos processus sedis apostolicæ & legatorum ejus subsequenter aggravatos & reaggravatos, cum invocatione etiam auxilii brachii sæcularis, & publici belli indictione multiplici, quousque toti orbi plusquam notissimum est, catholicæ fidei esse notorios hostes & perfidos inimicos armatos, hæreses pertinacissime & inflexibiliter defendentes, fuisse invitatus Basileam ad disputandum & contendendum super articulis in præfatis conciliis generalibus, & per processus apostolicos tam solenniter (ut præfertur) condemnatos, in injuriam auctoritatis apostolicæ sacrorumque conciliorum prædictorum contra decreta sanctorum patrum, & statuta legum imperialium, civilibus audientiam expresse denegantium, & alia diversa scandala & pericula imminere, ut eo citius ad terminum currant & veniant ipsorum conciliorum, quo citius præmissa fuerint publicata: exnunc tenore præsentium de ipsorum nostrorum fratrum cardinalium consilio & assensu, concilium, si quod (ut præmittitur) Basileæ congregatum videatur, de apostolicæ potestatis nostræ plenitudine dissolvimus & totaliter liberamus, aliudque concilium in anno cum dimidio a die datæ præsentium computando, in præfata civitate Bononiensi, quam ad hoc cognovimus aptam quamplurimum, ut præfertur, indicimus, publicamus, & tenore præsentium declaramus: in quo cum præfatis fratribus nostris, dante domino, intendimus interesse & personaliter præsidere. Et nihilominus in decennio aliud simile concilium, juxta statuta Constantiensis synodi, de eorumdem fratrum nostrorum consilio & assensu, in civitate Avinionensi similiter extunc indicimus, publicamus & declaramus in nomine Iesu Christi filii Dei, cujus preciosissimo sanguine salvati sumus, & cujus * populi salutem totis affectibus aspiramus, vobis universis & singulis patriarchis & archiepiscopis, episcopis, prælatis & clericis, quorum interest, ubicumque constitutis, dissolutiones & indictiones hujusmodi notificamus, vosque & vestrum quemlibet requirimus & monemus per viscera misericordiæ Iesu Christi, & in vim juramenti præstiti in consecrationibus vestris, & in virtute sanctæ obedientiæ, ac etiam apostolica auctoritate nostra vobis præcipimus & mandamus sub pœna excommunicationis & aliis pœnis juris, quatenus in anno uno cum dimidio a datis præsentium (ut præmittitur) computando, ad præfatam civitatem Bononiensem pro hoc sacrosancto concilio celebrando, & subsequenter in decennio prædicto in civitate Avinionensi debeatis personaliter convenire: quos omnes præsentis scripti instantia atque decreto intendimus esse monitos, peremptorieque citatos, ac si vestrum singulis directæ fuissent nostræ monitoriæ literæ speciales. Nulli ergo liceat, &c. nostræ dissolutionis, liberationis & citationis infringere. Datum Romæ apud sanctum Petrum xv. Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

Sic etiam Leo I. noluit semel definita rursus in disputationem revocari. Vide ejus aliquot epistolas.

* forte quomodo

LIII.

LITERA APOSTOLICA AD REGEM super concilii dissolutione.

Eugenius episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ regi illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Cum pastorali officio, cui disponente domino præsidemus, & sedis apostolicę auctoritati nihil magis convenire putaremus, quam tota mente incumbere, & efficaciter prosequi, ut personæ ecclesiasticæ per semitam Iesu Christi incedentes, abjectis illecebris, cum sinceritate religionis & fidei vitam honestam ducerent, & Deo, prout professi sunt, seipsos veris effectibus dedicarent; dilecto filio nostro Iuliano sancti Angeli diacono cardinali, sedis apostolicę legato, de venerabilium fratrum nostrorum consilio, per nostras certi tenoris literas dedimus in mandatis, ut ad civitatem Basileensem accederet, & ibidem, si prælatorum congregatio facta esset, nostro & Romanæ ecclesiæ nomine præsideret, & quantum in eo esset, reformationem cleri, hæresum extirpationem, ac pacem & salutem fidelium procuraret. Verum licet in proposito constantes simus, & putemus concilii celebrationem necessariam esse, tamen certis rationabilibus causis inducti, in schedula præsentibus interclusa denotatis, de eorumdem fratrum consilio hujusmodi concilium, si quod congregatum esse videatur, dissolvendum esse mandavimus, & juxta tenorem dictæ schedulæ dissolvimus, & in civitate nostra Bononiensi, usque ad annum cum dimidio a die dissolutionis hujusmodi computandum, celebrandum esse decrevimus. Quæ tibi præcipue significare voluimus, quia ante omnes principes fidei defensores, & fidelium pacem, ac statum ecclesiæ, & conservationem auctoritatis nostræ & sedis apostolicæ procurare debes; serenitatem tuam rogantes, ut si pro ardore tuæ regiæ devotionis, & pro tua sapientia, aliqua avisamenta excogitasti, & interea etiam cogitaturus es, ad pacem fidelium & Christianæ religionis statum & honorem ecclesiæ pertinentia, ea suo tempore per tuos oratores exponere placeat. Et quia inter cetera in dicto concilio agitanda, Græcorum reductio tractanda est, precamur ex corde clementiam & serenitatem tuam, ut carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Romæorum imperatorem illustrem, & venerabilem fratrem Ioseph a Græcis patriarcham Constantinopolitanum nuncupatum, per literas & oratores tuos incitare velis, ut quemadmodum suis literis & nuntiis nobis promiserunt, oratores suos cum plena potestate ad concilium hujusmodi transmittant. Super quibus

quibus & certis aliis, ardua nostra & Romanę ecclesiæ negotia concernentibus, ad sublimitatem tuam solennem ambasiatam destinavimus, quæ de omnibus, præsertim de ardenti desiderio nostro circa fidelium pacem procurandam, eamdem tuam sublimitatem nostro nomine certius & particularius informabit. Quod autem ad nos attinet, fili carissime, ita nostras cogitationes nostrosque conatus in hoc sanctissimum opus, Deo auctore, personaliter conferemus, ut nihil in nostro pontificatu huic Dei causæ præposuisse videamur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicę millesimo quadringentesimo trigesimo primo, decimoquinto Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

LIV.

LITERA DOMINI NOSTRI PAPÆ, præsentata sacro concilio per ambasiatores dominorum electorum imperii missos ad papam.

Eugenius, &c. ad futuram rei memoriam.

An sanctam Petri sedem divina disponente clementia evocati, salutem, tranquillitatem & pacem totius gregis dominici, nobis ex alto crediti, juxta pastoralis officii debitum, indefessis studiis affectantes, ad ea maxime dirigimus aciem mentis nostræ, per quæ, licet diversis consiliis, prout rerum & temporum varietas persuadet, ad eumdem tamen salutis optatæ finem, hoc est, ad unitatis ecclesiæ præservationem, extirpationes hæresum, ejusdemque reformationem, pacem & salutem Christi fidelium ac Christianæ reipublicæ valeamus, sublatis dissensionum fomentis, auctore altissimo, pervenire. Sane licet in septennium per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, ordinationesque felicis recordationis Martini papæ V. prædecessoris nostri, Basileense concilium absque alia vocatione congregari debuisset, & nullatenus prorogari, ac dilectus filius noster Iulianus sancti Angeli diaconus cardinalis, per ipsum prædecessorem ad extirpandam perfidam hæresim Bohemorum principaliter destinatus extitisset, cum potestate ipsi Basileensi concilio præsidendi, si in tempore congruo & decreto prælatorum ibi condecentem copiam reperiret, ac subsequenter per nos, post nostram ad apostolatus apicem assumptionem, ad prædicta peragenda confirmatus fuisset, tamen pluribus exactis mensibus, etiam post septennium antedictum, pauci tamen tam prælati quam doctores & magistri in dicta Basileensi civitate convenerant, prout percepimus ex relatu dilectissimi filii Ioannis Pulcripatris ad nos & venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales per dictum cardinalem & eosdem prælatos doctores & magistros destinati, asserentisque ipsos, propter numeri parvitatem, tot tantarumque agendarum moli insufficientes penitus videri, & inhabiles ad versutias hæreticorum & eorum fallacia argumenta refellenda: quodque non erant ibidem regum atque principum oratores, cum quibus in conciliis de eorum pacificatione tractaretur; locum etiam Basileensis civitatis minime tutum videri propter plura loca ei vicina, quæ Bohemorum hæretica labe infecta erant; insuper ad ipsam civitatem Basileensem dicebat tutum non patere accessum, propter subortum bellum inter dilectos filios nobiles viros Burgundiæ atque Austriæ duces. Quare præfatus Ioannes dictorum cardinalis & congregatorum nomine nobis supplicavit, ut cum verisimiliter propter causas prædictas prælati eo minime convenissent, ipsos vocare, & eis præcipere, reges vero & principes ac etiam Græcos hortari vellemus & invitare, ut Basileam accederent, vel idoneos mitterent oratores, per quos posset hæresis Bohemorum, quæ armata dicebatur, extirpari, reductio Græcorum fieri, & pax ac tranquillitas Christiani populi pertractari. Præterea quia, dum eramus in minoribus in conclavi pro celebranda futuri pontificis electione una cum eisdem fratribus constituti, nos voto adstrinximus illo in loco concilium celebrare, sive celebrari facere, in quo majori parti ipsorum fratrum magis utile expediensque & opportunum videretur, ut dictis fratribus visum fuerit melius, concilium prædictum ad civitatem Bononiensem commutari: idcirco ex prædictis causis & aliis, quas honestatis gratia tacuimus, commoti, ne tantum bonum amplius differretur, ac ut in ipso concilio possemus personaliter interesse, de fratrum prędictorum consilio & assensu, cum Basileæ nulla viderentur præparamenta ad celebrandum concilium opportuna, sed potius impedimenta subesse, concilium hujusmodi ad præfatam civitatem Bononiensem commutavimus, sperantes quod ad eam nobiscum præfatis fratribus & nostra curia, ac carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Romanorum rege illustri, cum in Italia esset, prout nunc est, facilior esset accessus: quodque convenientibus ibidem nobis ambobus, esset in prædicto concilio prælatorum & principum numerus copiosus, ac etiam doctores & magistri ad tantum pondus idonei, quibus Romana curia & ipsa Bononiensis civitas plurimum sunt refertæ, statusque Romanæ ecclesiæ, qui propter absentiam nostram longinquam utique in periclitatione quoad temporalia procul dubio extitisset, facilius posse conservari videbatur. Gręci insuper, quos ipsi Basileæ existentes nos ut vocaremus ad concilium sunt hortati, commodius Bononiam accedere potuissent, quam Basileam, tum propter maris propinquitatem, tum quia cum ipsis Græcis conventum erat de loco concilii in Italia eligendo; tum etiam, quoniam nobis & ecclesiæ facilior eorum sustentatio extitisset, cum præfatus prædecessor & nos etiam perantea expensas ipsis pro eorum accessu & recessu ad concilium obtulerimus. Verum quia, ut ex plurimorum fidelium relatione percepimus, plurima, quæ tunc Basileæ concilii celebrationem impediebant, nunc cessaverunt, (nam primum domino concedente, ipsorum ducum bella sublata sunt, & aliqui pro parte Bohemorum Basileam venisse dicuntur, quod nobis est gratissimum, si contingat eos ad catholicam fidem reverti: quodque etiam ibidem nunc est prælatorum ac magistrorum major solito numerus) & nobis per Romanorum regem præfatum ac venerabiles fratres & dilectos filios nobiles viros electores sacri Romani imperii extitit supplicatum, ut consentire vellemus Basileæ generale concilium celebrari, pro bono universalis ecclesię militantis: nos judicantes non esse reprehensibile, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, ne bonum, quod Basileæ fieri posset, aliquatenus impediatur, dicta dissolutione concilii jam facta non obstante, statuimus, volumus & mandamus de eorumdem fratrum consilio, quod Basileæ sacrum generale concilium per nostros legatos illuc quantocius transmittendos, & qui nomine nostro ibidem præsideant, celebretur. Et cum præfati electores obtulerint circa libertatem & securitatem concilii se taliter curaturos, quod & nos & per nos mittendi, & alii ad ipsum concilium conventuri, poterimus merito contentari, committimus eisdem, & tenore præsentium

sentium mandamus, ut ipsi curam, diligentiam & sollicitudinem securitatis & libertatis prædictarum, ac custodiam tam loci Basileensis quam concilii, & maxime legatorum nostrorum, & aliorum prælatorum, quos illuc proficisci contigerit, in se suscipiant, præstent, & ita circa illos vacent & intendant, ac vacari & intendi faciant & procurent, ut tutus & liber ad præfatam civitatem Basileensem omnibus accessus pateat residentibus pariter & recessus. Interim vero Basileæ convenientes, ad extirpandam hæresim Bohemorum, ac ipsos ad sanctam fidem catholicam reducendos, pacemque & concordiam inter cunctos Christi fideles tractandum, intentos existere volumus & mandamus. Hæc autem omnia volumus ad omnium deduci notitiam, & valvis palatii nostri apostolici ac basilicæ principis apostolorum Vrbis affigi, & ad diversas mundi partes etiam destinari, ad prædictorum notitiam pleniorem: mandantes omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & dilectis filiis abbatibus, prioribus, ceterisque ecclesiarum & monasteriorum prælatis, ac omnibus & singulis aliis, qui ad concilia generalia venire tenentur, ut in dicto Basileensi concilio infra trium mensium spatium a die datæ præsentium computandum debeant convenire. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno dominicæ incarnationis millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, decimosexto Kalendas Martii, pontificatus nostri anno secundo.

LV.

LITERA PAPÆ AD IMPERAROREM responsiva super factis concilii.

Eugenius, &c. carissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum, Hungariæ, &c. salutem, &c.

RECEPIMUS literas tuas de manu equitatoris tui, præsente dilecto filio, &c. Goisvvino literarum apostolicarum scriptore, familiare nostro & capellano tuo. In quibus ex ardenti zelo fidei & devotionis tuæ erga religionem Christianam & ecclesiam Dei, cujus advocatus & defensor existis, & ex sincero benevolentiæ filialis affectu, quem erga personam nostram geris, serenitas tua videtur plurimum perturbata, & plena esse solicitudinis & timoris propter dissolutionem concilii, si quod videbatur esse congregatum in civitate Basileensi. Ad quam dissolutionem, & indictionem alterius per nos factam, nos cum consilio & assensu venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium ex justis & rationabilibus causis cum magna deliberatione & maturitate processimus, consideratis omnibus quæ in re tanta consideranda fuerunt: de quibus, cum ad Vrbem veneritis, per viva colloquia nos & præfati cardinales clarius informabimus & certificabimus sublimitatem tuam: non dubitantes pro tua sapientia singulari te nobis auditis de prædictis fore bene contentum: & domino nostros animos inspirante, nos tecum & te nobiscum concordes in optima & salutari sententia permansuros. Adventus autem tuus ad Italiam & ad Vrbem, de quo fuimus ante per plures tuas literas certiorati, dudum desideratus & gratus est nobis, dum tamen ad has Italiæ partes ipsum adventum pacificum facias, sicut hucusque fecisti. Speravimus sane, sicut de Nurenberga nobis scripsisti, te tuos perantea oratores destinare debuisse, quos summopere advenisse voluissemus, ad hoc ut tam de persona tua honoranda, in ejus prævia coronatione, quam de pacifico tuo adventu, paternum cum eis tractatum potuissemus habere, qui super hac materia & reformationis concibi, quam semper optavimus, & super nonnullis aliis negotiis & arduis concernentibus honorem Dei, pacem fidelium, & universum statum reipublicæ Christianæ, cum serenitate tua cupimus communicare consilia nostra, & dispositi cum omni sincera benevolentia & caritate recipere & honorare personam tuam; quam, dum essemus in minoribus constituti, præcipua affectione dileximus. Nec eam veterem benevolentiam in nobis diuturnitate temporis, nec dignitatis mutatione cognoscis esse mutatam, nec aliqualiter diminutam. Ceterum ad præsentiam tuam aliquem de nostris ante non misimus, expectantes, sicut prædiximus, ut per oratores tuos nuntiares nobis aliquid de dispositione & adventu tuo. Cum vero oratores tui venerint, videbimus & audiemus eos libenter, & ad te continuo transmittemus nostros oratores solennes, qui celsitudinem tuam de optima voluntate nostra certius vivis relatibus informabunt.

Data Romæ VI. Kalendas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

LVI.

BVLLA CAPITVLORVM INITORVM & conclusorum inter dominum nostrum papam & serenissimum dominum regem Romanorum.

Eugenius, &c. ad futuram rei memoriam.

QUONIAM dominus Dei filius de cælis ad terram descendens ad salvandum genus humanum, inter cetera divina præclarissima documenta, tamquam pacis mediator, pacem discipulis suis reliquit, cujus sanctum fructum quasi substantiam vitæ eeroimus conservare humanam societatem, unde fides augetur, spes sublevatur, & caritas ampliatur, cum sit directissima justitiæ, regnorum, principatuum, omnisque spiritualis & temporalis status valida & robustissima conservatrix; nos moniti ipsius Dei Filii salutaribus documentis, pacem tamquam bonorum omnium productricem semper optavimus & optamus pro universali bono sanctæ ecclesiæ Dei, totiusque populi Christiani. Vt itaque omnis mundus intelligat sinceritatem nostræ affectionis ad tranquillitatem & quietem reipublicæ Christianæ continuis meditationibus & affectibus aspirare, deductis inter nos & carissimum in Christo filium Sigismundum Romanorū, Hungariæ & Bohemiæ regem illustrem, certis tractatibus multa bona concernentibus, demum cum dilectis filiis nobilibus viris Matikone comite Recomeosi, & capitaneo Nandetalbensi, & Gaspare Slik regio vicecancellario, & terrarum Egræ capitaneo, ejusdem regis oratoribus, habentibus ab ipso rege sufficiens mandatum, infra scripta capitula, & omnia in ipsis contenta servabimus, quæ de verbo ad verbum fecimus hic inscribi, quorum tenor sequitur & est talis:

In Dei nomine. Amen.

INFRA scripta sunt capitula, conventiones & pacta, inita & firmata inter sanctissimum dominum nostrum Eugenium papam IV. ex parte una, & magnificos viros consiliarios, procuratores, legatos, ac ambasiatores serenissimi principis & domini Sigismundi Romanorum regis semper Augusti, ex parte altera: de quorum mandato publico plene constat per literas regias, suo pendente sigillo sigillatas, videlicet magnificos Matikonem comitem Recomensem

mensem & capitaneum Nanderalbensem, ac Gasparem Slik vicecancellarium dicti domini regis, & capitaneum terratum Egræ, anno domini 1433. die 8. mensis Aprilis, indictione 11. pontificatus sanctissimi domini nostri prædicti domini Eugenii papæ IV. anno tertio.

In primis dictus comes Matiko & Gaspar prædicti procuratores, & procuratorio nomine dicti domini regis Sigismundi, promiserunt dicto domino nostro Eugenio, stipulanti & recipienti tam suo nomine quam ecclesiæ, quod ipse serenissimus rex Sigismundus per totum præsentem mensem Aprilis veniet Viterbium, ubi ipse inveniet sanctissimum dominum nostrum Eugenium, & ut vetus ejus spiritualis filius dicto tempore ibidem ipsum visitabit.

Item promiserunt procuratores procuratorio nomine quo supra ipsi sanctissimo domino nostro Eugenio, stipulanti & recipienti ut supra, quod ipse dominus rex præstabit personaliter papæ omnia illa juramenta, & alia faciet ad quæ tenetur tam de consuetudine quam de jure, sive etiam ejus legato aut legatis, per suam sanctitatem specialiter destinandis.

Item promiserunt dicti procuratores, quod ipsum juramentum per ipsos procuratores hodie in generali consistorio præstitum, in propria persona & personaliter iterum ipse rex præstabit sanctissimo domino nostro Eugenio, vel ejus legato, seu legatis, specialiter destinando, seu destinandis, non obstante dicta præstatione juramenti per procuratores ipsos ante facta.

Item promiserunt dicto nomine quo supra, quod dominus rex veniet ad visitandum sanctitatem domini nostri Viterbium, vel ad Urbem solum, & duntaxat cum comitiva & familia sua, quam in præsenti habet in Senis, dummodo nullum scienter ducat hostem vel inimicum ecclesiæ, vel domini nostri Eugenii papæ quarti, vel rebellem Romani populi. Et si ex inadvertentia aliquem secum duxerit, vel aliquos, illos sua majestas ad inquisitionem domini nostri papæ illico licentiet & remittat.

NOTA SEVERINI BINII.

Hoc loco subjungi oportuisset Eugenii IV. de venerabili sacramento epistolam. Verum cum epistola ista superius inter appendicias concilii præsentis epistolas sub numero XXXIII. ep. Stolio cuidam synodi Basileensis alumno excepto inserta* sit, eamdem hic repetere necessarium visum non est. * Vide supra hujus tomi pag 244. D.

LVII.

Eugenius, &c. ad futuram rei memoriam.

Die Lunæ 6. Octobris fuit præsens bulla præsentata per dominum imperatorē certis deputatis cōcilii 1433.

DUDUM sacrum generale Basileense concilium pro reformatione morum, extirpatione hæresum, & pace populi Christiani, per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, ordinationemque felicis recordationis Martini papæ V. prædecessoris nostri, ac nostram, inchoatum, ex certis causis in literis nostris tunc expressis, ad civitatem Bononiensem, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio & assensu, cum subscriptione commutavimus. Verum cum ea dicta commutatione nonnullæ dissensiones subortæ videantur, ac nonnullas ex dictis causis, quibus ad hujusmodi commotationem seu dissolutionem faciendam principaliter moti fuimus, aliter jam se habere cognoscamus, nihilque aliud optemus, quam ut sublata omni materia dissensionis, ad hæreses, bella, & morum deformitates de populo Christiano extirpandas salubriter intendatur, ad consilium etiam & ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Romanorum imperatoris semper Augusti, ac Hungariæ, Bohemiæ, &c. regis illustris, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio, volumus & contentamur, præfatum generale Basileense concilium a tempore inchoationis suæ continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse & continuari, prosecutionemque ad prædicta habere debere, perinde ac si nulla commutatio, translatio, seu dissolutio facta fuisset: quinimo præfatam commutationem, translationem, seu dissolutionem revocantes, ipsum concilium Basileense pure, simpliciter, cum effectu ac omni caritate amplectimur, pro viribusque illud promovere ac omni favore prosequi intendimus: ita tamen quod præsidentes nostri ad præfati concilii præsidentiam admittantur cum effectu, ac omnia singula contra personam, auctoritatem ac libertatem nostram & sedis apostolicæ ac venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, & aliorum quorumcumque nobis adhærentium, in dicto concilio facta & gesta, per dictum concilium prius omnino tollantur, & in pristinum statum reducantur. Sicque una mente & uno spiritu cum caritate & puritate ad ea quæ præmissa sunt in dicto concilio procedatur. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, &c. Kalend. Augusti, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

Ego Antonius tituli sancti Marcelli manu propria subscripsi.

Ego Iordanus episcopus Sabinensis ad fidem manu propria subscripsi.

Ego Lucidus sanctæ Mariæ in Cosmedio diaconus cardinalis subscripsi.

LVIII.

Eugenius, &c. venerabilibus fratribus Bartholomæo archiepiscopo Spalatensi, Christophoro episcopo Cerviensi, ac dilecto filio Nicolao sanctæ Mariæ de Moniatis Montis Regalis diœcesis monasterii abbati, salutem, &c.

CUM vos ad petendum quæcumque in Basileensi concilio contra personam, auctoritatem ac libertatem nostram, & apostolicæ sedis, ac venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, & aliorum quorumcumque nobis adhærentium facta & gesta, per dictum concilium revocari, & in pristinum statum reduci per literas nostras deputaverimus; idcirco ad tollendum omnem dissensionis scrupulum, vobis in eventum revocationis prædictæ omnia & singula, quæ per nos seu auctoritate nostra contra dictum concilium, seu singulares personas dicti concilii, cujuscumque status, præeminentiæ seu conditionis existant, etiamsi sint dictæ ecclesiæ cardinales, quovis modo facta & gesta essent, etiamsi de eis vel eorum aliquo habenda esset in literis nostris mentio specialis, revocandi pariter, & in statum pristinum reducendi auctoritate apostolica, de prædictorum fratrum nostrorum consilio, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem: volentes quod in executione prædictorum duo ex vobis, tertio absente, vel alias quomodolibet impedito, seu non interessente, procedere valeatis; ratum & gratum habituri quidquid in præmissis & circa præmissa per vos, seu duos ex vobis, ut præmittitur, fieri & exequi contigerit: idque faciemus usque ad satisfactionem condignam, auctore domino, inviolabiliter observari.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimotertio, Idibus Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Ego Antonius tituli sancti Marcelli manu propria subscripsi.

Ego Iordanus episcopus Sabinensis ad fidem manu propria subscripsi.

Ego Lucidus sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconus cardinalis subscripsi.

LIX.

BVLLÆ PRÆSIDENTIVM.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Iordano Sabinensi, & Petro Albanensi, episcopis, ac dilectis filiis Nicolao tituli sanctæ Crucis in Ierusalem, & Angelotto tituli sancti Marci, presbyteris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, apostolicæ sedis legatis, salutem & apostolicam benedictionem.

ALTA nos cura solicitat, dum unicæ sedis, cui divina voluntate præsumus, ponderosum anxiæ servitutis officium cogitamus, & dum pro necessitate gerendarum rerum his quæ præsentiam nostram exigunt non possumus personaliter interesse, humanæ carnis infirmitatem advertentes, his rebus adducimus promptum spiritum, ut quantum in nobis est grata domino servitia conferamus. Dudum siquidem sacrum generale Basileense concilium pro reformatione ecclesiæ, extirpatione hæresum, & pace populi Christiani, juxta generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, ordinationemque felicis recordationis Martini papæ V. prædecessoris nostri, celebrari mandavimus. Cumque nihil magis optemus quam ipsum concilium felicem habere progressum, & ad debitum finem perduci, nosque propter debilitatem corporis nostri ad civitatem Basileensem per tanta terrarum spatia impræsentiarum transferre non possimus, vos fide, bonitate, vitæ integritate & sapientia præclaros, consilii magnitudine conspicuos, ac in maximis nostris & ecclesiæ præfatæ negotiis diuturna experientia comprobatos, prout etiam ante decreveramus, legatos nostros & sedis apostolicæ cum plena & omnimoda potestate legatorum de latere, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus & ordinamus, vosque ad præfatam civitatem Basileensem ad præsidendum in dicto concilio tamquam pacis angelos prævidimus destinandos. Idcirco vobis & illis, seu illi ex vobis, quos vel quem in dicto Basileensi concilio pro tempore contigerit interesse, nostro & sedis apostolicæ nomine & auctoritate in dicto concilio præsidendi, nec non omnia & singula, quę ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris & pertinentibus ad ea, extirpationem hæresum, pacem & concordiam principum & totius populi Christiani noveritis pertinere, promovendi, proponendi, atque cum consensu, deliberatione & approbatione præfati Basileensis concilii tractandi, ordinandi, deliberandi, concludendi, statuendi, disponendi, terminandi, decernendi, decidendi, declarandi & exequendi. Insuper contradictores omnes & rebelles, cujuscumque status, gradus, præeminentiæ vel conditionis existant, & quavis ecclesiastica vel mundana, etiamsi regali, cardinalatus vel pontificali præfulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia, appellatione postposita, compescendo: & super his auxilium brachii sæcularis invocandi, præsertim carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Romanorum imperatoris semper Augusti ac Hungariæ & Bohemiæ regis illustris, qui tam ex dignitatis suæ debito, quam juramenti nobis præstiti, ad hoc noscitur obligatus. Nec non omnia alia & singula cum consensu, deliberatione & approbatione dicti concilii, ut præmittitur, agendi, gerendi & faciendi, quæ in præmissis & circa præmissa, & tam circa modum & ordinationem celebrationis præfati Basileensis concilii, & omnium & singulorum in eo agendorum, quam eorum decisionem, perfectionem & executionem videritis necessaria fore, aut quomodolibet opportuna. Et quæ Romani pontificis & sedis apostolicæ nomine in generalibus conciliis præsidentes, in prædictis seu circa prædicta per omnia gerere & facere consueverunt, & possunt, de prædictorum fratrum nostrorum consilio, auctoritate prædicta plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem; ratum & gratum habituri quidquid super præmissis per vos, seu illos vel illum ex vobis, quos vel quem in præfato concilio (ut præmittitur) interesse contigerit, una cum eodem generali Basileensi cõcilio deliberatum, ordinatum, conclusum, statutum, dispositum & decretum fuerit. Idque faciemus usque ad satisfactionem condignam, auctore domino, inviolabiliter observari. Quocirca circumspectioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus injunctum vobis ministerium laboris hujusmodi pro Dei ac nostra & sedis apostolicæ reverentia suscipientes, illud juxta datam vobis a domino prudentiam exequamini, quod fructus optati veniant, quos speramus: vosque illam, quæ pias causas agentibus superna retributione impenditur, gloriam consequamini felicitatis æternæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, decimo octavo Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno tertio.

LX.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Ioanni archiepiscopo Tarentino, & Petro episcopo Paduano, ac dilecto filio Ludovico abbati monasterii S. Iustinæ Paduanæ, salutem & apostolicam benedictionem.

CVM sacrum generale Basileense concilium, juxta Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, celebrari mandaverimus, dilectum filium Iulianum sancti Angeli, sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum cardinalem, eidem concilio nostro & sedis apostolicæ nomine, prout etiam per felicis recordationis Martinum papam V. prædecessorem nostrum ad id deputatus fuerat, pręsidere mandavimus. Postmodum vero venerabiles fratres nostros Iordanum Sabinensem, & Petrum Albanensem, nec non dilectos filios Nicolaum tituli S. Crucis in Ierusalem, & Angelottum tituli S. Marci, sanctæ Romanæ ecclesiæ episcopos & presbyteros cardinales, ad hujusmodi concilii præsidentiam etiam deputavimus, prout in literis nostris superinde confectis plenius continetur. Cumque aliqui ex post deputati, ex nonnullis rationabilibus & honestis causis adhuc occupati, ad dictum concilium necdum iter arripientes forsitan venire tardarent, nolentes prosecutionem dicti concilii aliquatenus impediri vel etiam differri, vos, seu illos ex vobis quos in dicto concilio pro tempore contigerit interesse, fide, bonitate & prudentia præclaros, ac in magnis nostris & præfatę ecclesię negotiis longa experientia comprobatos, ad præsidentiam dicti concilii nostro & apostolicæ

sedis

fedis nomine loco dictorum cardinalium, & in ipsorum vel aliquorum aut alicujus ex ipsis absentia de fratrum nostrorum consilio deputamus, cum omnimoda potestate dictum concilium una cum illis, qui pro tempore præsentes fuerint, continuandi, nec non omnia & singula gerendi, agendi, & disponendi, de quibus in literis nostris super præsidentia & facultate præfatis cardinalibus concessa seu concessis, &, quemadmodum ipsis cardinalibus dedimus in mandatis plenius continetur, ratum & gratum habituri quidquid super præmissis & circa præmissa, per vos seu illos, quos ex vobis in dicto concilio pro tempore contigerit interesse, juxta facultatem prædictam ordinatum, deliberatum, statutum, decretum & dispositum fuerit. Idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Quocirca circumspectioni vestræ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus injunctum vobis ministerium hujusmodi pro Dei ac nostra & sedis apostolicæ reverentia suscipientes, illud in omnibus & singulis supradictis, juxta datam vobis a domino prudentiam, omni studio & industria exequamini, quo fructus optati veniant, quos speramus; vosque illam quæ pias causas agentibus superna retributione impenditur gloriam consequamini felicitatis æternæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimotertio, decimoseptimo Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno tertio.

LXI.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Juliano sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem.

AUCTORITATE præsentium tibi injungimus, quatenus præsidentiam in sacro generali Basileensi concilio, ad quam felicis recordationis Martini papæ V. prædecessoris nostri & nostra auctoritatibus deputatus extitisti, una cum aliis legatis & præsidentibus ac eorum substitutis per nos postmodum deputatis, seu in futurum deputandis, juxta facultatem per nos eis concessam, nostro & sedis apostolicæ nomine continues, ac secundum tibi datam a Deo prudentiam cum præfatis (ut præmittitur) ad debitum & felicem finem cum Dei honore & utilitate reipublicæ Christianæ perducere studeas.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1433. decimosexto Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno tertio.

LXII.

Epistola domini papæ missa concilio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, & dilectis filiis in sacro Basileensi concilio congregatis, salutem & apostolicam benedictionem.

MITTIMUS illuc dilectum filium Christophorum Garatonum magistrum in artibus, secretarium & familiarem nostrum, quem anno præterito circa sanctissimæ unionis materiam inter occidentalem & orientalem ecclesias Constantinopolim misimus. Rediit autem, & circa materiam prædictam plene de omnibus informatus est. Quamobrem fraternitates & devotiones vestræ in tam sancto & divino opere illum audire velint, sibique in re-

A lationibus suis plenam & credulam fidem adhibere.

Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, decimo Kalendas Martii, pontificatus nostri anno quarto.

R. de Valentia. A. de Florentia.

LXIII.

EPISTOLA EUGENII PAPÆ IV. *ad concilium Basileense.*

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus & dilectis filiis in sacro generali Basileensi concilio congregatis salutem & apostolicam benedictionem.

B EXISTIMARENT forsitan aliqui, ex his quæ superiori tempore præcesserunt, mentes nostras non usquequaque sine nubilo existere: sed si quæcumque per oratores nostros, præsertim hoc ultimo loco, vobis offerri jussimus, recte intueri voluerit, serenitatem pectoris nostri (ut de nobis loquamur) satis intelliget. Neque id efficere difficile nobis fuetat, qui vobiscum in eumdem finem semper processimus: solum in loco celebrandi concilii, salva semper pietate, dissensimus. Nec mirum, cum Paulus & Barnabas propter Joannem cognomento Marcum, invicem dissentientes separati sint, quos tamen Christi evangelium copulabat. Optavimus pacem, optavimus ecclesiæ reformationem: ob hanc rem non solum cessimus vobis, sed etiam per literas nostras decreto vestro, quemadmodum dictastis, annuimus.

C Post hæc majorem in modum (ut præfati sumus) aperuimus cor nostrum. Iterum replicamus: Hoc nostrum propositum est, hic noster affectus, vos amare ut filios, observare ut fratres, & in benedictionibus dulcedinis una nobis præcipua caritate constringi. Sic etiam de vobis confidimus, ut non aliter apud vos sitis, sed pro ipsius apostolicæ sedis reverentia fideles & devotos animos ad nos habeatis. Cujus siquidem confidentiæ signa perspeximus. Primo, quod ex nostro consensu ad sacrum generale Basileense concilium plurimum lætati estis. Iterum, quod præsidentes nostros affectu & opere amodo sic vobis conjunctos, ut pene unum invicem esse videamini, audimus.

D Ex his congratulamur plurimum devotionibus vestris, congratulamur ecclesiæ sanctæ, cui profectum evenire speramus. Congratulamur & ipsi apostolicæ sedi, quæ diu, non quidem defectu nostro, sed (ut ita dicamus) temporis malignitate afflicta & angustiata, consolari & honorari a vobis expectat, ut enim vetera velut diu vulgata prætereamus, quis sine dolore & lacrymis transeat quæ his diebus Romæ passi sumus? Non enim incognitum est, quid conspirationis in nos actum sit, quid in venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, quid de-

E nique in nostros & curiales omnes, quo etiam consilio, quibus mediis, quo auctore, aut quo fine omnia ista processerint. Quid ultra hæc in aliis terris ecclesiæ Romanæ quotidie machinetur, satis perspicuum est. Christus pro sua pietate eos omnes ad frugem melioris vitæ convertat. Ob has & alias justas causas censuimus malignitati esse cedendum. Itaque ex Urbe profecti, cum galeis & aliis navigiis Deo propitio, in portum Pisanum devenimus. Deinde sani & incolumes, ipso Deo juvante, hodie huc applicuimus. In quem locum maximo honore, reverentia, & devotione suscepti sumus. Superest ut eo affectu, quo cœpistis, in Deum quotidie succrescentes, ad generalem ecclesiæ reformationem sine ulteriori mora vigiles sitis. Sic de-

votiones vestras exhortamur in domino. Nostis A enim quantum ea indigeat religio Christiana: quia (ut ait propheta) a planta pedis usque ad verticem non est in ea sanitas. Non multa disputatione opus est, sed observatione & exemplo. Quibus veluti quodam optimo rectore ea quæ a sanctis patribus divino spiritu constituta sunt dirigantur, suumque attingant effectum. Horum sanctorum patrum imitatores estote, sicut veri condiscipuli & filii Dei carissimi. *Si qua igitur pietas, si qua consolatio in Christo, implete desiderium & gaudium nostrum*, imo & bonorum omnium. Non deerit vobis gratia divina, neque bonorum subsidia, sic in domino confidimus. Quantum autem ad nos pertinet, omnes operas nostras pro his rebus libenter offerimus, nihil pro nostro B officio prætermittentes, quo gloriam Deo, pacem & salutem populo Christiano ea his sanctis operibus vindicemus.

Esai. 1.

Philipp. 2.

Datum Florentiæ anno dominicæ incarnationis millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, nono Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno quarto.

LXIV.

EPISTOLA EVGENII PAPÆ IV. ad legatos suos concilio præsidentes.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Nicolao tituli sanctæ crucis in Ierusalem, Ioanni tituli sancti Petri ad Vincula, & Iuliano tituli sanctæ Sabinæ, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteris cardinalibus, apostolicæ sedis legatis, ac venerabilibus fratribus Ioanni archiepiscopo Tarentino, & Petro episcopo Paduano, pro nobis in sacro Basileensi concilio præsidentibus, salutem & apostolicam benedictionem. C

NON est insolitum inimico hominis supersemimare zizaniam, ut etiam inter eos qui pari pietate contendunt, ut in unum finem conveniant, ex ipsis procedendi mediis, qui pro diversitate humanorum sensuum in semet differentes redduntur, nonnunquam varia dissidia, quæ mutuam caritatem vulnerent, oriantur. Hoc autem inter nos & nonnullos D ex venerabilibus fratribus & dilectis filiis sacri generalis Basileensis concilii superiori tempore evenisse conspeximus. Quod tamen, divina annuente clementia, tandem concordiæ locum & pacis invenit. Postmodum vero quasi inter nos & ipsos nova emergeret differentia, per novos oratores ejus generalis concilii de servanda eorum conclusione cum Græcis, de dandis indulgentiis, de causis suppositorum dicti concilii non admittendis, de officialibus nostris ad curiam nostram non vocandis, de electionibus expectandis, aut etiam confirmandis, de annatis, de serviitis communibus, & similibus non recipiendis fuimus requisiti. Ad quæ omnia per nostros oratores plene respondimus. Et licet ex illis responsioni- E bus eidem sacro concilio satisfecisse speremus, perspeximus tamen non esse inconsultum, si quid difficultatis vel scrupuli, aut suspicionis forsitan superesse contingeret, abundantius providere, & desiderium nostrum ad unitatem & pacem amplius aperire, ita ut etiam vel parvo nubilo sublato de medio, ad ea, quæ honorem Dei ac bonum reipublicæ Christianæ concernunt ante divinæ claritatis faciem vivis ac serenis animis intendamus. His igitur diligenter attentis vestris circumspectionibus, de quibus plurimam in domino fiduciam obtinemus, omnes & singulas differentias, difficultates & suspiciones, si quas prædictorum occasione (ut prædiximus) superesse, aut in futurum emergere forte contingeret, concordandi, tollendi, sedandi, & sopiendi, sufficienti tamen provisione quoad annatas, communia servitia, & alia in quadam ipsius generalis concilii ordinatione contenta, prius facta, ac per nationes & provincias approbata & recepta, nec non alia in præmissis & circa præmissa faciendi, per quæ ad veram & perfectam caritatem, unanimem concordiam inter nos & præfatos fratres & filios nostros pro Dei gloria, exaltatione orthodoxæ fidei Christianæ, ac conservatione honoris & dignitatis apostolicæ sedis pervenire posse videritis, de consilio venerabilium fratrum nostrorum Iordani Sabinensis, Brandæ Portuensis, episcoporum, Ioannis tituli sancti Laurentii in Lucina, Antonii tituli sancti Marcelli, Ioannis tituli sancti Sixti, Francisci tituli sancti Clementis, Angelotti tituli sancti Marci presbyterorum, Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin, Prosperi sancti Georgii ad Velum aureum, & Dominici sanctæ Mariæ in Via lata, diaconorum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem, ratum & gratum habituri quidquid per vos in præmissis ordinatum, concordatum fuerit, & conclusum. Idque faciemus auctore domino inviolabiliter observari.

Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, decimotertio Kalendas Martii, pontificatus nostri anno quinto.

Ego Iordanus episcopus Sabinensis subscripsi.
Ego Branda episcopus Portuensis subscripsi, *&c.*

A. de Florentia.
F. de * Laude.

LXV.

*COPIA BVLLÆ TRANSLATIONIS Basileensis ad civitatem Ferrariensem, missa per dominum Vualterum de * Herke canonicum ecclesiæ sancti Martini Leodiensis, ex Bononia.*

** Herle*

Eugenius episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

D DOCTORES gentium admoniti saluberrima suavissimaque doctrina: *&c. Vide reliquum infra tomo XIII.*

EPISTOLÆ

SIGISMVNDI IMPERATORIS

AD CONCILIVM BASILEENSE VEL PRO ipso ad alios scriptæ, hic separatim congestæ, & juxta datas earum, quantum ea ipsis conjici potuit, ordinatæ.

LXVI.

E *Supplicatio ad papam pro credentia primorum ambasiatorum domini regis.*

BEATISSIME pater & domine reverendissime, intelleximus venerabiles & egregios viros Iacobum de * Syrck scholasticum Trevirensem & Thomam Fyme decretorum doctorem, officialem Parisiensem, oratores sacri Basileensis concilii, nobis directos ex ipsorum relatu. Qui quod de continuatione ipsius concilii, quo in republica Christiana nil utilius, nilque perfectius, personabant, permaxime commendamus. Et quia ea de re etiam vestræ sanctitati accedunt, rogamus affectu devotissimo, quatenus ipsos velitis nostri intuitu & reverentia dicti concilii recommissos suscipere, benigne audire, &

re, & juxta petita pro honore Dei & commodo Christianismi clementer & * celeriter adhibendo operam, quæ utique sanctitati vestræ incumbit, ut sacrum concilium nullatenus inducietur seu muretur: sed ex directione ejusdem sanctitatis fomenta & incrementa optata suscipiat, prout ejus sanctitas ab oratoribus ipsis percipiet; quibus nostro nomine velit adhibere credentiæ plenam fidem: & ultra ea accuratissime deprecamur, ut eadem sanctitas personas præfatorum oratorum commendatas velit habere pro complacentia & gratia nobis acceptissima. Cujus personam conservare dignetur, &c.

* forte cititer expedire: adhibendo

LXVII.

Epistola regis ad papam super facto concilii.

Copia literarum regiæ majestatis ad dominum nostrum papam per oratores concilii Basileensis destinatarum.

BEATISSIME pater & domine reverendissime, nobis fuit indignum quod vestra sanctitas recessum & scripturam fidelium de Bohemia gessit molestam, prout ex bulla ejusdem sanctitatis, quæ nobis hodie præsentata exstitit, clare percepimus. Nam & nos tantam mentis amaritudinem eamde concepimus, ut revera ad plenum rescribere nequeamus. Non expediebat * eum hos cunctos contrarios ad vestræ sanctitatis auditum ita præcipitanter deducere; quia ipsorum significatio erat horribilis, & potius his committenda qui ipsis rebus consilio adfuerunt, viderunt, & eas corporaliter tetigerunt. Ad provisionem autem tanti casus, tantumque opprobrium gentis fidelium abstergendum, palpebras nostras non contraximus; imo vigilando solerter post reversionem exercitus, mox in præsentia reverendissimi domini cardinalis legati, electorum, & principum aliorum, omnia remedia exquisivimus, quæ tanta celeritate fieri poterant: & tandem diætam in civitate nostra Franckfordensi reunctis indiximus in festo sancti Galli nunc præterito, ad providendum his rebus salubriter, & ut hæc ignominia catholicorum auferri, & hæreticorum superbia posset contundi. In qua tamen diæta, quamvis solennes oratores nostros prælatos & alios haberemus, nil peractum est; quia quasi nullus comparuit. Nec jam aliqua salubria sperantur in re ista remedia, quam hoc sacrum Basileense concilium, quod Deus omnipotens hoc tempore tribulationis ab alto concessit, & in quo omnis virtus contra hanc pestem hæreticam, omnisque salus & spes omnium consistit. Neque alibi exquirendæ sunt particulares viæ in rebus tam arduis, nisi ubi generalia & summa Christianorum ingenia, Spiritu sancto duce feliciter convenerunt. Ad quod quidem concilium manutenendum, protegendum & conservandum, antequam montes transiremus, tales promissiones fecimus, prout nuntii dicti concilii a nobis petere voluerunt. Et nihilo minus illustrem principem nostrum Wilhelmum ducem Bavariæ, & cum eo certos episcopos, abbates & viros notabiles, tunc promptos fecimus, illuc nostro nomine accedendo. Quos jam ibidem * sine fallo statutos confidimus. Et speramus in clemente Deo nostro, quod ibidem ad provisionem hujus tam piæ & sanctæ rei dabitur provisio salubris & optata. Quamobrem vestram sanctitatem, cui ea summi apostolatus officii non minus quam nobis res illæ incumbunt, obsecramus in Deo, quatenus ipsum sacrum concilium vestra sanctitas dignetur consovere & augere, sicque providere, ut illud nec dissolvatur, nec nullatenus protrahatur: quoniam ejus turbatio indubie esset totius reipublicæ Christianæ destructio, hæresumque auctio; ex adverso, ipsius fomentum & confortatio profecto catholicæ fidei & toti Christianismo pariet remedia ad optata. Et dum Deo dante cum vestra sanctitate erimus, prout Deo largiente in brevi speramus, multa ardua super re ipsa cum eadem conferemus, quæ non minus erunt utilia, &, prout confidimus, sanctitati vestræ accepta. Cujus personam conservare dignetur altissimus feliciter & longævo regimini ecclesiæ suæ sanctæ. Datum, &c.

* forte hos eventus contrarios

* forte si non fallor.

LXVIII.

Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, & Hungariæ, Bohemiæ, &c. rex reverendissimo in Christo patri domino Juliano cardinali tituli sancti Angeli præsidenti, venerandisque patribus prælatis, & ceteris in sacro generali Basileensi concilio congregatis, amicis nostris carissimis, & sincere grateque dilectis.

REVERENDISSIMI ac venerandi in Christo patres, amici carissimi, sinceri, & grati, nobis dilecti, venientes ad nos venerandos & egregios Jacobum de Sirck scholasticum Treverensem, & Thomam Fyme decretorum doctorem officialem Parisiensem, oratores vestros, nobis gratissimos, lætanter suscepimus: qui, habita diserta per ipsos coram nobis tam sincere quam eleganter oratione, ex imposita ipsis legatione, inter cetera retulerunt, deliberatum esse pro sessione futura tractandum de sufficienti stabilimento sacræ synodi Basileensis, & de continuatione ejusdem: quæ omnia nedum honesta, imo verius divina esse censuimus, & repulsis penitus turbationibus, & animi nostri procellis, consolati fuimus, & refecti gaudio singulari, reddentes in primis gratias domino Deo nostro, cum ipsa sacra synodus ita congregata existat, ut nullum convenientius præsidium excogitari possit, quo navicula Petri sese ab extremis horrendisque fluctibus jam undique insultantibus tueri, neque labes hæretica commodius deprimi, mores Christianorum in præstantius reformari, aut res universæ orthodoxæ fidei possint in melius commutari. Mox atque præfatis vestris oratoribus recommendatitias nostras ad dominum nostrum summum pontificem dedimus, suæque sanctitati res ipsius concilii commissas fecimus: quos etiam ambasiatores nostri solennes super ea intentione e vestigio subsequentur, certificantes paternitates vestras, quod quemadmodum prius omnem facultatem regnorum nostrorum, personamque regiam usque ad effusionem sanguinis & mortis passionem obtulimus, ita semper, Deo cooperante, ea intentione invicta, quoad vixerimus, reperiemur, & sic nos offerimus pro ecclesia sancta Dei, significantes paternitatibus vestris, quod ipso festo sanctæ Catharinæ virginis proxime præterito hic Mediolani in domicilio sancti Ambrosii, majorum nostrorum imitando vestigia, regium diadema assumpsimus, auctore domino Jesu Christo, cum solennitate & celebritate semper digna memoria, & in rebus secundis illius gratia feliciter prosperamur, accincti septimana instante ad conventionem cum filio nostro carissimo duce Mediolani in Placentia pro transitu nostro versus Romam celebrandam, prout vobis quidquid ibidem conclusum fuerit illico descripturi sumus. In singulis autem quæ per oratores vestros petita sunt, ita nos apud sanctitatem domini nostri, dum secum fuerimus, prout in brevi speramus, & alios quoscumque & ubicumque pure & fideliter exhibebimus, quod sancta mater ecclesia, quam devote ve-

neramur, & semper venerabimur, in nobis sentiet integerrimum advocatum & filium, & ipsius concilii, quod eamdem repræsentat ecclesiam, defensorem & ultroneum protectorem. Obsecrantes paternitates vestras in visceribus Iesu Christi, ut in hoc sancto velitis perseverare proposito. Et si qui æmulorum Dei & Christianismi impune debacchantium fortassis ad protractionem seu dissolutionem ipsius concilii conarentur intendere, illos velitis tamquam membra putrida præcidere, ne corpus inficiant: ad hocque solerter eniti, ut ipsum concilium omnino solidetur, & accuratissime foveatur. Nam ex ejus dissolutione aut induciis, quas Deus avertat, non videmus nisi ecclesiam Dei in totalem interitum & conditionem pessimam ruituram: quibus omnibus per hoc sacrum concilium, quod Deus hoc tempore tribulationis ab alto concessit, & in quo omnis virtus omnisque spes Christianorum ad extirpandas hæreses, repellendaque vitia, & omnes rugas ecclesiæ abstergendas plene consistit, fiet provisio adoptata: ad quod etiam, Deo dante, cito & feliciter reverti speramus, desiderio magno incensi, ut sicut in Constantiensi concilio vidimus gregem dominicum antea misere dispersum in unius pastoris obedientiam convenire, ita in præsenti Basileensi concilio ipsius unici gregis reformationem videre possimus: oramus ut nobis velit concedere Rex æternus.

Datum Mediolani die 11. mensis Decembris, regnorum nostrorum anno Hungariæ 45. Romani 22. & Bohemiæ 12.

Ad mandatum domini regis.
Gaspar Slick.

LXIX.

Litera regis ad papam super facto eodem.

BEATISSIME pater & domine reverendissime, hodie recepimus bullam vestræ sanctitatis de manibus E. V. sanctitatis, notificantem nobis dissolutionem sacri Basileensis concilii, quam eadem sanctitas fecit per suas bullas hincinde publicari: de qua quidem re nobis nedum terribili, sed infausta nimium, nedum amarissime perturbati, imo tanto vehementius stupefacti sumus, quanto aperte videmus calamitates innumeras, discriminosa pericula atque scandala toti Christianismo exinde successura, & fidem catholicam per hoc indubie fundamentaliter enervari. Et quamvis plurima & infanda mala quæ stylo describi non possunt, ex dissolutione tali secutura sunt, tamen nos, accensi zelo quem gerimus ad religionem fidei, & affectu filiali, quem habemus ad vestram sanctitatem, ad satisfaciendum quoque debito nostro, quod nobis tamquam Romanorum regi advocato & defensori ecclesiæ incumbit, præmittimus vestræ sanctitati hic inclusa certa avisamenta, & repentine quidem ac festinantissime: quoniam arduitas & magnitudo rei ipsius oratoris missionem propter moram pati non potuit: in quibus eadem sanctitas versando colligere poterit pericula in quæ ecclesia Dei ruitura est, si concilium dissolvatur: quod absit. Videbit etiam sanctitas vestra in avisamentis præfatis mentem nostram super rationibus quæ vestram sanctitatem ad hujusmodi dissolutionis materiam permoverunt; quæ utinam tantum facerent in hac Christianorum extremitate, quantum sine fructu prolongant. Rogantes, obsecrantes, ac affectu majori quo possumus requirentes vestram sanctitatem in domino nostro Iesu Christo, cujus res agitur, quatenus, pensata totius Christianæ religionis subversione, mox

A remediare dignemini, scribere & mandare reverendissimo præsidenti & sacro concilio, ut nullatenus dissolvantur, sed in nomine Spiritus sancti, in quo congregati sunt, incepta feliciter perficiant. Et si quæ vestra sanctitas in contrarium scripserit seu nuntiaverit, illa, respectibus præmissis legitimis pensatis, protinus revocet, eidemque concilio favores & omnes promotiones impendat, ut necessitas summa requirit. Avisata enim esse debet eadem sanctitas, quod nisi hoc celeriter fiat, ecclesia Dei in deterrimas conditiones prolapsura est, potissime in Germaniæ partibus, quæ jam, proh dolor, indubioso vacillant discrimine. In quo profecto sanctitas vestra, quæ hucusque tamquam innocens sine macula tenta est, non modicæ (quod dolenter describimus)

B suspicionis notæ subjacebit. Quam quidem remedio salutari vestra sanctitas tollere velit, & hanc adhortationem nostram, ad quam nos extrema unctio, quam ecclesia Dei modo expectat, ac conscientia nostra, ac filialis erga sanctitatem vestram urget affectus, paterne & benigne suscipere, & sic providere ut grex dominicus non tam misere dispergatur; sed boni pastoris regimine ad ejusdem & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ obedientiam, cum tempus adsit gratiæ, feliciter conducatur. Personam vestræ sanctitatis sanam & incolumem conservare dignetur altissimus feliciter & longæve regimini ecclesiæ.

Optat imperator ut ecclesia ad pontificis obedientiam reducatur: cui utinam Basileenses obtemperassent.

Datum Placentiæ die 9. mensis Ianuarii, regnorum nostrorum anno, Hungariæ, &c. 45. Romanorum 22. & Bohemiæ 12.

C

LXX.

AVISAMENTA AD DOMINUM

summum pontificem transmissa ex parte domini Romanorum, &c. regis, super facto Basileensis concilii.

PRIMO, quemadmodum vestra sanctitas in bulla nobis transmissa notificat nobis, primo dissolutionem sacri Basileensis concilii, &c. ita perlecto diligenter tenore ejusdem, non videmus aliam penitus causam dissolutionis, propter quam fiat, contineri, nisi propter reductionem Græcorum ad unum

D Romanæ ac universalis ecclesiæ. Et quemadmodum eadem sanctitas nos rogat, ut si aliqua avisamenta excogitatum simus, ad pacem fidelium, religionis Christianæ, ac statum & honorem ecclesiæ facientia, vestræ sanctitati velimus exponere, &c. ita requisitione vestræ sanctitatis promoti & inducti, etiam devotione sincera quam ad bonum ecclesiæ & statum universæ reipublicæ Christianæ gerimus, rubore deposito, & confidenter dicimus, quod hæc causa Græcorum nullatenus sufficere potest ad dissolutionem ipsius sacri concilii, quamvis bene esset res sancta, & multum optabilis, ipsos Græcos reductos videre; nec prætermittendum est suo tempore

E ad illa intendere. Sed non potest nec debebit ipsa reductio, quæ tot centenis annorum sic perstitit, & dubiosa quidem est, rebus tam arduis, quæ subversionem totius nostræ fidei tangunt, quoquo modo præponi: quia utique res illa moram pati non potest, quæ hucusque tanto tempore perduravit sine læsione Romanæ ecclesiæ, cum a Græcis & suis concredentibus hucusque Christianitas nihil violenti pertulerit. Sed istæ res videntur nobis debere illico ad manus recipi, tamquam magis bonæ & arduæ, quæ facere possunt ad extirpationem hæresum, quæ hodie tanta enormia mala in populo fideli patrant, nec cessant, sed igne & gladio trucidant, non parcentes sexui nec ætati. Nunquam enim credibile esse poterit, Græcos ritui nostro conformari velle,

Sævitia Hussitarum.

videntes

videntes nos in tanta strage, dissensione, & deformitate morum & vitiorum, nec unquam aliquam correctionem adhiberi, sed de die in diem nos in viliora & magis inordinata corruere, & ritum nostrum ad obedientiam Christicolarum quasi penitus extingui dicent ipsi aperte.

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

Sed si nos videant esse compositos & reformatos, & intendere ad extirpationem hæresum & pacem fidelium, profecto indubii sumus, quod se deflectent. Sed hoc iterum per alios & alios modos, Deo dante, faciles & bene convenientes, prout a nobis enucleatius & clarius informabitur sanctitas vestra. Secundo sacrum Basileense concilium misit nobis certas literas, Bohemis Hussitisque sonantes, eosque ad Basileam pro reductione ipsorum vocantes, quas illico eisdem transmisimus, adjunctis nostris opportunis & adhortatoriis literis, tenorem literarum sacri concilii continentibus. Super quibus Pragenses, qui inter eos potiores sunt, in Praga diætam *, prout in copia hic annexa sanctitas vestra ediscere poterit: & ut nos aliunde informamur; speratur omnino de comparitione ipsorum coram concilio, & verisimiliter etiam multo magis ad hoc stringuntur, quanto jam in regno Hungariæ conflicti sunt, & magnam partem sui exercitus, equestrium & pedestrium, ac instrumentorum & curruum, auxiliante domino, perdiderunt, & etiam per illustrem filium nostrum ducem Austriæ, æstate præterita in Moravia potenter de campo depressi, & in fugam conversi, ac novissime in ducatu Austriæ, notabiliter sunt prostrati. Insuper etiam, quia ipsum concilium ipsis magnum terrorem inducit, cum audiunt illud ad extirpationem hæresum esse potissime congregatum, quibus comparentibus, sperabamus ipsos per sacrum concilium ita informari, quod contenti recederent, & hæc pestis, Deo dante, cessaret; nec intentio concilii & nostra unquam fuit, neque est, ut super articulis ipsorum prius damnatis debeat fieri disputatio, prout tangit sanctitas vestra, sed solum informatio & instructio per sacras scripturas, ut se errare cognoscant, & resipiscant, prout dominus noster papa Martinus prædecessor vester nobis & regi Poloniæ in pluribus suis bullis faciendum imposuit & persuasit. Et in casu quo nil perficeret, tamen videns sacrum concilium ipsorum pertinaciam, ferventius ad eorum suppressionem intenderet, & super his ex omnibus regnorum finibus provideret, quoniam hoc onus solis est importabile Alemannis. Insuper quia locus Basileensis præfatis Hussitis est deputatus, & sacrum concilium omnque securitatem illuc conducendi illis plene obtulimus, & per literas nostras affirmavimus: quid dicent ipsi hæretici, scientes dissolutionem concilii, nisi quod nos fugiamus eos, & ecclesiam contra eorum rationes quodammodo succubuisse? & sic confortabunt suos, & fideles populos, ad quos jam, ut audivimus, errores suos & articulos cum insertionibus sacrarum scripturarum miserunt, mortali contagione inficient, in quo cunctus populus spem suam defixit: nec illud tantam moram perferre quomodolibet poterit, quanta esset hujusmodi protractio concilii: quia revera in tanto tempore & ipsi quasi totam Germaniam possent surripere, prout circumquaque in magna parte de facto fecerunt, nec resistentia aliqua pararetur, nec parari posset, propter dissolutionem ipsius concilii, uti clatet. Tertio, quia ubique famatur, sacrum concilium pro reformatione morum in populo catholico & etiam statu ecclesiastico congregatum fore, &c. modo si dissolutum maneret concilium; revera timendum est quod laici, qui multimode contra clericos debacchantur, capiant occasionem irruendi contra ipsos, dicentes in congregandis & dissolvendis conciliis sine fructu illusiones fieri, prout prius etiam factum est, prout manifeste clamant, quod non expectant nisi finem hujus concilii. Et ut principium hujus mali ostendamus: Ecce civitas metropolitana Magdeburgensis, expulso suo archiepiscopo atque clero, jam per terras ipsius ecclesiæ in fortitudine curruum Hussitarum more divagatur, quibus in subsidio sunt quasi omnes civitates Saxoniæ maritimæ & majorem (ut timendum est) habebunt sequelam, si non celerrima fiet provisio. Insuper, ut avisamur, Pataviensis, civitas suo episcopo rebellavit, & se parat ad expugnandum castra sua. Deonum civitas Bambergensis, quæ propter mutationem quam fecit contra hæreticos ex indulto nostro per clerum infestatur, in magna est vacillatione. Et quia prædicta loca omnia Bohemis sunt vicina, timendum est quod per dissolutionem concilii, quod pro sopiendis talibus nuntios suos transmisit, illa loca talia cum hæreticis in spem subsidii partita capient, quæ nullis vel saltem gravissimis erunt recuperanda laboribus. Quarto, quamvis multi principes, nobiles, & civitates circumquaque Bohemiam, post rupturam exercitus cum hæreticis treugas inierunt, tamen major pars adhuc contra eos se sustentat, ponendo spem suam totalem in ipso concilio pro liberatione sua: ad quos dictum concilium & nos dudum pro eo misimus. Qui audientes concilium debere dissolvi, totaliter se avertent, & treugas etiam inient ad redimendas vexationes, & quid in longum sequetur, nisi illius pravitatis adhæsio? Quinto, quemadmodum ipsum sacrum concilium pro componenda pace inter cetera congregatum existit, & jam inter quamplures reges, principes & alios sint præparamenta & initia facta ad dandum modos pro pace ista, ipsi audientes dissolutionem concilii, convertent se ad gladium, & erit error novissimus pejor priore: nec postea erit aptitudo id faciendi, cum principes fuerint exhausti, terræ per clades, cædes & sanguinis effusionem desertæ, & in periculum innumerabilium animarum & corporum, quæ infra has prorogationes & inducias, proh dolor, corruent: cessabunt etiam multæ provisiones, quæ in eodem concilio pro republica Christiana fieri possent, & innumera provenient scandala, in destructionem totius religionis Christianæ vergentia, quæ vestra sanctitas clarius quam possunt describi prospicere valet. Idcirco nos petimus, invocamus, &, quanto efficacius possumus, requirimus vestram sanctitatem, quatenus eadem vestra sanctitas incontinenti ad præfatum dominum præsidentem & sacrum concilium scribat & mittat, ut nullatenus dissolvantur, sed in nomine domini, in quo congregati sunt, incepta feliciter perficiant. Et si quæ vestra sanctitas in contrarium scripserit, seu nuntiaverit, illa protinus revocet & annullet. Avisando vestram sanctitatem, quod, nisi hoc fiat, hæreses istæ armatæ multimode augebuntur, & ecclesia Dei indubie in pessimas conditiones ruitura est; quibus postmodum nulla potentia, nullo consilio, nullave arte seu ingenio succurri poterit. Et revera tamen hi, qui vestræ sanctitati dederunt consilium, non intellexerunt forsitan tanta ventura mala. Utinam saperent & intelligerent, ac novissima providerent: mora enim in hoc negotio periculosa est, & nullatenus sufferenda. Et si quipiam fortassis pertimescerent aliqua contra statum ecclesiasticum per laicos debere tractari, non timeant: quia laici falcem suam non habebunt in messem illam immittere,

Magdeburgensis & urbes maritimæ favent Hussitis.

rere, imo profecto inducie protractionis, quæ quæruntur, laicos facient contra clerum & ecclesiam insanire: quod tamen per istud concilium ordinare tolletur de medio, dum laici videbunt clerum omni bono intendere.

Item considerandum est vestræ sanctitati, quod sacrum concilium (ut putatur) ad hujusmodi dissolutionem nullatenus consentiet, cum quo etiam major pars regum, principum, prælatorum & communitatum concurret, & vestra sanctitas quæ hucusque in ecclesia Dei sine ruga & macula tenta est, per hujusmodi opera poterit sibi suspicionem & rubiginem facere, ac innocentiam suam, per hoc quod facili & quasi nulla legitima ratione subsistit dissolutionis negotium, fermentare: quia dici poterit B quod vestra sanctitas hac occasione foveat hæreses, cædes & clades inter Christicolas, & perseverantiam deformitatum & vitiorum in populo: & timendum est de inobedientia, scandalo ac scissura in ecclesia Dei; quoniam objicient contra vestram sanctitatem subito illam maretiam dissolutionis promptam & paratam; & timendum est quod habebunt sequelam multorum. Item si vestra sanctitas vellet concilio personaliter interesse, esset bonum & salubre, si posset. Sed si non potest, festinanter & cito demandet illud exequi, prout est inceptum, quia res illæ, quæ usque ad sanguinem tangunt, nullatenus volunt moram, nisi cum dispendio totius Christianitatis. Et si vestra sanctitas postea voluerit perso- C naliter interesse super facto Græcorum, seu aliis quæ non requirunt tantam festinantiam, poterit congregare aliud concilium, quod fieri cum gratitudine & majori aptitudine, quam nunc hæc mora tolerari posset: nam, isto dissoluto, nescimus si per annum cum dimidio aliqui congregari possent propter dispendia quæ interim evenirent. Hæc omnia sanctitas vestra velit diligentissime considerare, & providere ut istud concilium mox restauretur: suscipiatque hanc exhortationem nostram paterne & benigne, quam facimus fideliter, urgente ad eadem conscientia, & extremitatibus in quibus ecclesia Dei constituta est, & etiam quia majestas nostra valde invite perciperet quod sanctitati vestræ exinde aliqua inter Christicolas deberet sinistra suspicio D suboriri, quemadmodum nos vestræ sanctitati, dum cum eadem constituemur, prout in brevi speramus, clarius communicabimus.

LXXI.

Instructio dominorum euntium ex parte Cæsareæ majestatis ad dominum summum pontificem.

PRIMO exponatur qualiter ad aures regias pervenerit, quod sanctitas domini nostri gentes suas armigeras miserit contra majestatem regiam, & subditos suos, ac terras sibi & imperio subjectas, absque culpa regia, & nulla offensa & rationabili causa præcedente. Et quamvis hucusque nunquam E crediderit sanctitatem suam erga majestatem regiam aliquam indignationem velle aut posse concipere, seu facere, licet Nicolaus de Tolentino, qui se per expressum capitaneum generalem ecclesiæ scripsit, alias veniens cum Florentinensibus gentibus inanre Lucam, gentibus regiis, ut debitum erat, papam defendentibus publice clamari fecerit: Vivat ecclesia: tamen jam habetur certius, qualiter Nicolaus de Fortebrachiis contra terras imperio subjectas noviter insultaverit, & illas nomine suæ sanctitatis *f. populaverit: & ecclesiæ * postulaverit: qualiter etiam memoratus Nicolaus de Tolentino in Maticim Senensem pridem patraverit, eadem sanctitas persentier in schedula cum præsentibus ostendenda: quæ [...] majestas sua a dicta sanctitate minime sper[...] talia nunquam demeruerit, sed semper [...] omni solicitudine suæ sanctitati & sedi apo[stolicæ] summa devotione & filialiter complacere: nec a[...] eounquam compertum est contrarium. Non pot[est] non mirari quis sanctitatem suam contra suum a[d]vocatum & filium sine causa commoveat: et si [sub]diti suæ majestatis & imperii sacri eamdem sanctitatem aut suos in aliquo molestassent, fas fuisset eam ante avisare: & ipsa fuisset quamparata, nedum eidem sanctitati, sed & cuique de subditis suis justitiam ministrare: quod profecto in adversum paternalius & clementius actum fuisset, quam tal[i] indignatione prorumpere, cum continuo eadem sanctitas suæ majestati scripserit, ac latissime nuntiaverit, ac novissime per venerabilem Iacobum archiepiscopum Ebredunensem, * principum Tristameriarum suum dici fecerit, se erga eamdem majestatem optime esse dispositam, eamque multum amare, [n]e aliud unquam speravit, & adhuc quod sua sanctitas clementius & paternalius cogitabit & aget, ut in eadem sperat.

Item regia majestas suscepit reverenter, & vidit, ac audivit diligenter bullas suæ sanctitatis per do[mi]num archiepiscopum allatas: sed quia negotia illa magni sunt ponderis, & extra potestatem regiam, non posset super illo suæ sanctitati eadem majestas efficaciter respondere, cum illa potius pertineant ad sacrum Basileense concilium, prout alias oratoribus apostolicis in Parma constitutis clare dixit eadem majestas, tales res concilium tangentes ibidem quæri debere. Et sic denuo ibidem dicet, & adhuc cooperabitur omni posse, ut res illæ bene cedant: verumtamen rogat, petit & obsecrat eamdem sanctitatem filialiter devote in domino Iesu Christo, quatenus eædem limitationes & modificationes capitulorum in bulla expressorum, defendendo illud concilium ad laudem Dei, ad salutem suæ sanctæ ecclesiæ, dignetur simpliciter & indistincte manutenere & fovere, ut super articulis & rebus, pro quibus congregatum est, procedat libere juxta formas & modos in retro generalibus conciliis tentos. Quod si eadem sanctitas faceret, ut sperat eadem majestas, providebit indubie saluberrime honori & dignitatibus suis, & extolletur ad æthera, & sub ejus regimine ejusque præsidio in ecclesia Dei, nunc undique impugnata, tot bona secutura sunt, scilicet reductio hæreticorum, atque hæresum extirpatio, quæ in foribus est, & sine generali concilio nullatenus fieri potuit, & alia bona innumera: habeb[itque] majestatem regiam devotum semper & obedientem filium in omnibus suæ sanctitati gratum & ecclesiæ Dei accommodum: nam profecto si id non fiet, prout eadem majestas sæpius scripsit & dixit ac protestata est, indicibilia scandala exinde, proh dolor, sunt eventura. Item regratiatur summopere sanctitati suæ de paterna affectione & clem[e]nti oblatione sanctitatis suæ erga majestatem eamdem, quemadmodum in schedula parva contentum est: quoniam majestas sua * quia dominus archiepiscopus Ebredunensis conclusit cum reverendissimis * f. [...] dominis cardinalibus deputans per sanctitatem domini nostri ad facta illorum qui sunt in Basilea. Idem dominus noster vult habere literas a domino Romanorum rege attentius cum sigillo majestatis & subscriptione propriæ manus suæ: quod si illi non consentirent, & postea in aliquo contrafecerint, idem dominus rex promittit & jurat sub fide regia prosequi eos, tamquam homines turbatores pacis & quietis ecclesiæ & totius religionis Christianæ,

ad

ad simplicem requisitionem ipsius domini nostri, sicut ipse per juramentum est obligatus: & adhærebit suæ sanctitati tam in concilio per eamdem suam sanctitatem tenendo, quam alibi. Item quod idem dominus Ebredunensis asserit præfatum dominum regem affectare accedere ad urbem Romanam & præfatum dominum visitare, quem semper præcipua caritate dilexit: & sperat quod per communicationem ipsorum adinvicem multa poterunt fieri congruentia concernentia fidem ipsorum & ecclesiam & totam Christianitatem. Item dominus noster contentatur de accessu suo, cum ipsum a tempore concilii Constantiensis, quo cognovit eum, semper fuerit magna dilectione & affectione prosecutus, dummodo ejus adventus pacificus sit, id est cum aliis de domo sua tantum, ut alias tactum fuit: & certificatus de tempore adventus sui, mittet obviam sibi usque ad confinia terrarum ecclesiæ duos ex reverendissimis dominis cardinalibus & alios prælatos & clericos ad ipsum associandum honorifice, & ipsum secure conducent, & recipiet, per Dei gratiam, & remittet cum honore, pace & benedictione domini nostri Jesu Christi, & sanctorum apostolorum ejus Petri & Pauli, ac sua. Et si voluerit in comitiva sua habere de gentibus armigeris præfati domini nostri, tam in veniendo quam in revertendo; & si petierit quod dictæ gentes faciant conveniens prædictæ materiæ, contentatur dominus noster, quod fuit hoc declaratum, quod antequam intret terras ecclesiæ, præstabit juramentum, quod de jure præstare tenebatur antequam intraret Italiam, juxta formam Clementinæ.

Item ad ostendendum caritatem, amorem & benevolentiam erga personam domini regis, consideratis magnis expensis habitis per futurum dominum regem, dominus est paratus subvenire eidem domino regi, postquam intraverit terras ecclesiæ, & eum illa paternali caritate amplecti, qua pater bonus filium optimum complecti debet, prout per oratores suos alias oblatum fuit. Et super hoc dominus noster paratus est deputare aliquos, qui habeant tractare cum deputandis per dominum regem: & infallenter sperat quod erunt in bona concordia cum Dei adjutorio.

LXXII.

LITERA REGIS DE CONCORDIA cum papa, [illegible] a die 2. Maii, anno domini MCCCCXXXIII.

Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, &c. rex, reverendissimis in Christo patribus ac venerabilibus dominis sacrosanctæ generalis Basileensis synodo, in Spiritu sancto legitime congregatæ, universalem ecclesiam repræsentanti, amicis nostris carissimis, ac grate & sincere nobis dilectis.

REVERENDISSIMI in Christo patres & domini ac venerabiles & egregii, sincere grateque dilecti, ad requisitionem & continuatam instantiam vestrarum paternitatum, ut ad sacrum concilium nos quantocius transferremus, sane conflavimus operas nostras atque studium, ut consiliis vestris nos conformare possemus, quemadmodum profecto ipsi concilio & rebus peragendis per præsentiam nostram non modicum commodi eventurum speravimus. Sicque res nostras aptavimus, ut sive per terram sive per mare disponeremus recedere, omnibus periculis & discriminibus parvipensis. Verumtamen, approbante domino summo pontifice sacro concilio, ad persuasionem nonnullorum notabilium virorum, & etiam oratorum nostrorum, & impetu sacri principum electorum, qui nobis hujusmodi bullas exhibebant, nobisque recessum nostrum sine imperialibus infulis penitus dissuadebant, cum sanctitate sua remansimus concordes in deificis licitis & honestis. Sicque per totum istum mensem Aprilis cum sanctitate sua in Viterbio constituemur, & usque medium Junii vel prius in urbe Romana a sanctitate sua coronabimur, præstabimusque & innovabimus sibi illa juramenta quæ nostri prædecessores Romanis pontificibus præstiterunt. Istudque adjecimus, quod ipsum manutenebimus, quantum cum Deo poterimus: quoniam nos usquequaque ad alia obligati non permisimus, nec permittemus. [illegible] hæc vestris paternitatibus ideo describimus, [illegible] hanc concordiam sinistre imitari, forsi[illegible] tari vellet, illud a vestris paternitati[illegible] tur: quoniam hæc concordia honis re p[illegible] est, dispositique sumus semper ipsi concili[illegible] bullam per nos traditam, in prosecutione ille[illegible] pro quibus ipsa synodus est congregata, plena ac severe, & constanter adhærere. Certificantes vos, quod nisi sanctitas sua sæpe dictum concilium approbasset, indubie sine nostris coronis, quas propter facta ipsius concilii tanto tempore prætermisimus, ad propria reduxissemus: quemadmodum de his omnibus illustris princeps & locumtenens noster dux Wilhelmus vestras paternitates poterit clarius informare, cui in dicendis velitis credere tamquam nobis.

Datum Senis die decimoquinto mensis Aprilis regnorum nostrorum anno Hungariæ, &c. quadragesimo octavo, Romanorum vigesimotertio, & Bohemiæ decimotertio.

LXXIII.

Reverendissimis, reverendis ac venerabilibus in Christo patribus & dominis sacrosanctæ generalis synodi Basileensis, &c. Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, &c. rex.

REVERENDISSIMI, reverendique patres, amici carissimi, ac venerabiles & egregii, devoti sincere grateque dilecti, audito pridem quod paternitates vestræ super controversia sessionis inter illustres archiprincipes sacri Romani imperii electores & ducem Burgundiæ quamdam provisionem fecerint, quæ per ambasiatores utriusque partis ambasiatorio nomine * gratificata sit, de vestrarum paternitatum solertia, & ipsorum ambasiatorum industria confisi, spemque firmam assumentes, quod hujusmodi provisio nostro & ipsius sacri Romani imperii ac ipsorum archiprincipum honori expediat, sumus admodum gavisi. Sed intellecto ad præsens, quod quidam procuratores illustris Erici ducis Lauwenburgensis, qui se nominat Saxoniæ ducem, ac ipsius sacri imperii electorem & archimarescallum, hujusmodi provisionis occasione * se de loco illustri Friderico duci Saxoniæ, sacri Romani imperii archimarescallo, lantgravio Thuringiæ, ac marchioni Misnensi, & ambasiatoribus ejus debito intromiserint, seque immiscerint in eodem: satis illud nobis visum est alienum. Et quia genitorem præfati Friderici, ac deinde ipsum Fridericum de ipso ducatu Saxoniæ ac jure eligendi Romanorum principem, ac etiam ipsi archimarescallatus officio investivimus, cujus investituræ vigore, primum genitor, ac deinde Fridericus natus ejus, possessionem principatus Saxoniæ nacti sunt, & deinde per illustres sacri Romani imperii electores ad jus & exercitium dignitatis & officii principis electoris & archimarescalli similiter recepti

 sunt

sunt & admissi : non immerito mansimus admirati de supradicti ducis Erici, quinimo suorum ambasiatorum præsumptione, qua possessionem juris & dignitatis apud alium constitutorum ante eventum judicialis arbitrii violenter invadere præsumpserunt. Licet itaque credamus vestras paternitates nostros & imperii nostri principes vestra dispositissima domo, quantum ad sessionem, incessum, vel aliam exhibitionis reverentiam non aliter honorare, quam a nobis & imperii nostri principibus honorantur, sicut & nos ecclesiasticos prælatos secundum gradus ecclesiasticarum dignitatum in nostra curia reveremus : ne tamen in posterum oriatur discordiarum materia, præmissa, quamvis undique notoria, vestris paternitatibus duximus intimanda, quatenus prælibata, Friderico & ejus oratoribus honorem archiprincipis & electoris juxta vestræ provisionis normam impendendum exhibere velitis, prout nos, imperii nostri principes & universi proceres sibi impendunt. In quo nobis vestræ paternitates facient complacentiam multum gratam.

Datum Vlmæ Constantiensis diœcesis, die 19. Iulii, regnorum nostrorum anno Hungariæ 48. *&c.*

LXXIV.

EPISTOLA IMPERATORIS ROMANORUM, qua concilium certius facit de victoria Bohemorum adversus Taboritas.

Reverendissimis ac venerabilibus in Christo patribus ac dominis, sacrosancta generali synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, ecclesiam universalem repræsentanti, amicis nostris carissimis, ac grate & sincere nobis dilectis, Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, &c. ac Hungariæ, Bohemiæ, &c. rex.

REVERENDISSIMI in Christo patres & domini amici carissimi & reverendi, grate sincereque dilecti, hodie hora Vesperarum confluxerunt ad nos nuntii, qui in tribus diebus & citius de Bohemia volantissime applicuerunt, afferentes nobis jucundissima & felicissima nova de victoria nostrorum, & conflictu Taboritarum, & illorum qui alias in obsidione civitatis Pilznensis erant : qui per Dei gratiam, a quo omnis procedit victoria, in planitie inter civitatem Gursium & monasterium Slialitz fortı bello cum modico damno nostrorum victoriose prostrati sunt : quarum literarum aliquas originales vestris reverendissimis paternitatibus mittimus præsentibus interclusas. Hæc, reverendissimi patres, volumus vestris paternitatibus pro singularissimo gaudio cunctis Christi fidelibus optatissime nuntiare, rogantes cordintime, quatenus altissimo domino Iesu Christo infinitas agentes gratias, cum processionibus & aliis solennitatibus, ad bonum & felicem progressum tam felicis principii, imo verius medii, omni opera atque cura vigilare velitis, quoniam & nos similiter de agendis nil prætermitremus. Et quæcumque in futurum habuerimus, vestris paternitatibus die noctuque intimare curabimus.

Datum Vlmæ die 3. Iunii.

LXXV.

EPISTOLA IMPERATORIS ROMANI ad concilium.

REVERENDISSIMI, reverendique in Christo patres, ac domini, ac venerabiles & egregii, sincere grateque dilecti, confirmat continuo Deus noster magnam misericordiam suam super nos infelici prosecutione rerum Bohemiæ, quæ, Christo di-

A sponente, qui [illegible] gubernat, in dies consolabilius [illegible] Scribunt enim nobis [illegible] nostri, quos in proxima diæta Pragen[illegible] quomodo omnes Bohemi in unam [illegible] unamque voluntatem tracti sunt in mat[illegible] lorum fidei : & quod [illegible] aliquis ad v[illegible] Ratisponam [illegible] in fest[illegible] o assumpti[illegible] ginis gloriosæ. Talisque datur spes, ut nil [illegible] possit superaddi. Quarum literarum copias [illegible] hemico in Latinum translatas vestris paternitatibus mittimus præsentibus interclusas. V[illegible], reverendissimi patres, quia ipsi Bohemi multum [illegible] videntur in hujusmodi diæta Ratisponensi præs[illegible] tiam venerabilis Constantiensis episcopi, [illegible]

B ditoris & magistri Martini, & aliorum qui [illegible] bus ipsorum prius adfuerunt, nos [illegible] opinioni [illegible]orum & desideriis concurrentes, illud nedum u[illegible]le, [illegible]rum etiam pro bona conclusione & salubri con[illegible] tione omnium tractatorum necessariorum ar[illegible] tes, vos attentissime adhortamur, quatenus paternitates vestræ velint dare ordinem ut præfat[illegible] p[illegible]tres & magistri in hujusmodi diæta omnino intersint [illegible] etiam [illegible] qui alii superaddendi fuerint, & [illegible]lud exi[illegible] limus atque laudamus, ut & desideriis ipsorum Bohemorum satisfiat, & ipsi patres nobis & nos [illegible] mutuis peragendis possimus assistere atque conf[illegible]er[illegible] Hæc itaque, reverendissimi patres, vobis pro con[illegible] latione statuimus scribere, ut nil nos [illegible]tear [illegible] quæ ad notitiam * vestram in tam arduis rebus d[illegible]

C veniunt. Et quidquid in processu temporis habu[illegible]rimus, vestris paternitatibus significabimus, exorantes altissimum, ut succedant talia, quæ vestr[illegible] paternitatibus cum immensa jucunditate significar[illegible] possimus.

Datum Vlmæ Constantiensis diœcesis, die 13. Iul[illegible] regnorum, *&c.*

LXXVI.

*LITERA DOMINI REGIS ROMANORUM patens, per quam promittit inconcusse adhærere concilio, lecta in congregatione general[illegible] Luna * decimonono Ianuarii, anno MCCCXXXIII*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitat[illegible]. Amen.

D *Sigismundus Dei gratia Romanorum rex sempe[illegible] Augustus, ac Hu[illegible] Bohemiæ Dalm[illegible], Croatiæ, &c. rex, ad perpetuam rei memoriam.*

NOTUM facimus tenore præsentiu[illegible] uni[illegible] tis quod cum inter alios orbis principatus [illegible] Romanum imperium divinitus institutum o[illegible] ceat principatum, cui Deo auctore præsidemus, & [illegible] dua pulsemur sollicitudine, ut ea quæ concernu[illegible] religionem Christianam & bonum ecclesiæ [illegible] Dei, quorum advocatus & protector c[illegible] offi[illegible] nobis incumbenti sumus & esse debemus, procur[illegible] que habeamus stabilitatem & felicem progressum eorumdem: sane cum ex factorum generalium Con-

E stantiensis & Senensis conciliorum decreti constitutione suscepta, & felicis recordationis Martini papæ V. & deinde sanctissimi domini Eugenii papæ [illegible] successoris immediati auctoritativa approbatione sacrum Basileense concilium initiatum fuerit, roburque & auctoritatem sumpserit, & progressum habeat, & successive idem sacrum concilium Basileense, & Romanos patres in eodem existentes, & illud celebrantea, cum instantia fuerimus requisiti, ut tamquam advocatus ecclesiæ sanctæ Dei & defensor, protectionem ipsius in nobis assumer[illegible] mus, prout ad nos pertinere dignoscitur : quod persoualiter exequi non valentes, * vocati, invitati primo per dominum Martinum & ipso sublato per dominum Eugenium, summos pontifices prædictos transfe[illegible] ad

* forte vocat &.

ad Italiam, prout tranſivimus: & propterea loco noſtri, protectionem in nobis aſſumendo, prout tenebamur, in eodem ſacro concilio protectorem dimiſerimus illuſtrem principem Vvilhelmum comitem Palatinum Rheni & ducem Bavariæ avunculum noſtrum cariſſimum, deputamuſque & inſtituimus cum plena auctoritate & omnimoda poteſtate, prout in noſtris ſuper hoc confectis literis plenius continetur. Et quia (ut percepimus) nonnulli vaniloquentes, non recte ſentientes, ipſum ſacrum * perſuadere ac turbare per exquiſitas vias * molientes, ut de noſtra pura mente, interpretationeque ejuſdem & voluntate, cunctis appareat evidenter, ad confutationem iniqua perverſe loquentium, volentes reverendiſſimæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, patriarchas, archiepiſcopus & epiſcopos Deo amabiles, nec non venerabiles abbates, prælatos, & omnes alios in civitate noſtra Baſileenſi congregatos, & congregandos, ſacrum generale concilium facientes, illud celebrare intendentes, ſacroſanctamque univerſalem eccleſiam repræſentantes, & eidem adhærentes, & adhærere volentes, & quoſcumque alios de eadem noſtra intentione & voluntate claros reddere & ſecuros, ad ipſius ſacri concilii corroborationem firmiorem & auctorizationem, prout ad nos poteſt quovis modo pertinere, animo deliberato ex certa noſtra ſcientia motuque proprio in verbo noſtro regio dicimus, ac tenore præſentium atteſtamur, quod nos ab initio præſati ſacri concilii Baſileenſis ſemper abſque omni dubio ſimpliciter atque pure eidem adhæſimus, adhæremuſque firmiter, & quamdiu duraverit, & continuatum fuerit, adhærebimus inconcuſſe; nec faciemus, neque fieri permittemus, Deo auctore, quantum in nobis fuerit, quod ſit vel eſſe poſſit directe vel indirecte contra ipſius ſacri concilii auctoritatem & libertatem, ſeu in præjudicium actorum in eodem vel agendorum in futurum, quoad ea propter quæ eſt convocatum & etiam congregatum; præſentium ſub noſtræ majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum.

Datum Senis anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo, die 22. menſis Novembris, regnorum noſtrorum anno Hungariæ, &c. 46. Romanorum 23. Bohemiæ vero 13.

Ad mandatum domini regis Petrus Kelde canonicus.

LXXVII.

MANDATUM MISSUM SANCTISSIMO domino noſtro papa per ſereniſſimum dominum regem Romanorum, per ſuos oratores, & lectum in conſiſtorio publico die VIII. Aprilis MCCCCXXXIII. domini papæ Eugenii anno tertio, & in eodem conſiſtorio oratores imperatoris juramentum papæ præſtiterunt.

Sigiſmundus Dei gratia imperator Romanorum ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex.

NOTUM ſacimus tenore præſentium univerſis, quod quamvis inter ſanctitatem beatiſſimi domini noſtri papæ Eugenii atque majeſtatem noſtram fuerit ſemper & ſit per Dei gratiam bona concordia & perfecta ſinceritas animorum, nihilo minus quia per multos aliquando quamplurima inconſulta hincinde relata ſunt, ſicut plerique mortalium prompti ſunt ad zizaniam inter principes ſeminandam, & imprimendas ſuſpiciones, quo nihil periculoſius eſſe poteſt; ne forte de claritate mentium utriuſque dubium, quod hucuſque volavit, amplius perſeveret, conſiderantes etiam ex noſtra integra conjunctione bonum publicum ſecuturum, deliberavimus de proximo viſitare ſanctitatem præfati domini noſtri & urbem Romam, pro ſuſcipiendis imperialibus noſtris coronis, & aliis rebus perarduis, tangentibus rempublicam Chriſtianam, & pacem Italiæ, pertractandis: quæ ut perfectius & plenius pertractari poſſint, mittimus ad ſanctitatem præfati domini noſtri papæ Eugenii dilectos conſiliarios & ambaſiatores noſtros magnificos Matikonem comitem Recomenſem & capitaneum Nanderalbenſem, & Gaſparem Slick vicecancellarium noſtrum & capitaneum terrarum Egræ, conſtituentes, creantes, ordinantes, & facientes ipſos tenore præſentium ac auctoritate regia noſtros veros & legitimos procuratores & factores & nuntios ſpeciales, & quidquid melius eſſe & dici poteſt: dantes que eiſdem plenariam & omnimodam poteſtatem, plenam licentiam & facultatem exponendi ſuæ ſanctitati pro nobis devotionem & reverentiam filialem, quam ad ſuam ſanctitatem & Romanam eccleſiam ſincero affectu gerimus: nec non petendi & impetrandi a ſua ſanctitate favorem & gratiam conſuetos: offerendo quoque eidem ſuæ ſanctitati fidelitatis & cujuſlibet alterius generis juramentum ſimul vel ſucceſſive: & nihilo minus petendi a ſua ſanctitate nobis per manus ſuas impendendam unctionem, conſecrationem, & Romani imperii diadema, ac promittendi quod illa, dum apud ſanctitatem ſuam fuerimus in propria perſona, ſi opus fuerit, innovabimus: ac omnia & ſingula alia peragendi & concludendi, promittendi & ſpondendi, quæ mutuam unionem, caritatem & concordiam * vitæ, ſanctitatem ſuam & majeſtatem noſtram & ſupereminentiæ & dignitatis principea, qui ſuper alios a domino conſtituti ſumus, facere & conſervare poſſunt; ut etiam a ſanctitate ſua, ſi opus fuerit, obligationes quaſcumque acceptandi, ceteraque omnia faciendi, finiendi, & concludendi quæ nos facere poſſemus, ſi perſonaliter adeſſemus: ratum & gratum habentes, & habere promittentes verbo noſtro regio, quidquid per præfatos oratores & procuratores noſtros actum, factum ſive geſtum fuerit, ac ſi illud in perſona propria feciſſemus: volentes illa omnia noſtris regiis literis, & ſigillis, ſi opus fuerit, denuo roborare præſentium ſub noſtræ majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum.

Datum Senis anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, die 16. menſis Martii, regnorum noſtrorum anno Hungariæ, &c. 46. Romanorum 23. Bohemiæ vero 13.

LXXVIII.

SEQUITUR FORMA JURAMENTI facti in conſiſtorio publico per dictos ambaſiatores, tactis ſanctis evangeliis & ſacris crucibus cum reliquiis: & lectum alta voce per Gaſparem Slick vicecancellarium regis Romanorum coram domino noſtro papa præſente & acceptante. & iſtud juramentum fuit ſcriptum in membrana cum duobus ſigillis pendentibus recognitis eſſe dictorum oratorum.

NOS Matiko de Colloum comes Recomenſis & capitaneus Nanderalbenſis, & Gaſpar Slick vicecancellarius & capitaneus terrarum Egræ, ambaſiatores & procuratores invictiſſimi principis & domini Sigiſmundi Romanorum regis ſemper Auguſti, ac Hungariæ, Bohemiæ, &c. regis glorioſiſſimi, ad ſanctiſſimum & clementiſſimum dominum noſtrum papam Eugenium quartum deſtinati, recognoſcimus tenore præſentium univerſis, quod nos de mandato & licentia præfati ſereniſſimi domini

* forte diſſuadere

* forte moliuntur, ut

* forte, inter ſ. ſ. & m. n.

nostri regis, cujus pleno & sufficienti mandato fulciti sumus, quodque sigillatoin in manus ipsius sanctissimi domini nostri deposuimos, hodie datæ literę nostræ præsentis in consistorio apostolico generali in manus suæ sanctitatis juramentum præstitimus in forma quæ est talis: Nos comes Matiko, & Gaspar Slick vicecancellarius, procuratorio nomine quo supra, promittimus, & tactis sacrosanctis euangeliis juramentum firmamus sanctitati præfati domini nostri, suo & ecclesiæ nomine hujusmodi juramentum accipienti, quod ipse serenissimus dominus rex Sigismundus ecclesiam & fidem catholicam pura fide totisque viribus conservabit reverenter, & etiam defendet, omnemque hæresim, schisma & hæreticos quoslibet, fautores, & receptatores, & defensores eorum exterminabit pro posse, ac nunquam cum Saraceno, Pagano, schismatico, seu alio quolibet communionem catholicę fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ ecclesiæ inimico vel rebelli, seu eidem manifeste suspecto, unionem quamlibet, parentelam, aut confœderationem inibit: sed tam nostram, quam successorum nostrorum personas, honorem & statum manutenebit, & defendet ac conservabit contra omnes homines, cujuscumque existerent præeminentiæ, dignitatis, aut status: eidem adjicientes juramento, quod eadem majestas manutenebit semper atque servabit privilegia omnia, quæ per prædecessores suos reges ac imperatores Romanos præfatæ Romanæ ecclesiæ aut aliis quibuslibet ecclesiis quocumque concessa tempore, & continentiæ cujuscumque, ipsaque omnia, & specialiter ac præcipue præclaræ memoriæ Constantinum, Carolum, Henricum, Ottonem quartum, Fridericum secundum, atque Rudolphum prædecessores ipsius, præsertim super concessione, requisitione, advocatione, quitatione, ac libera dimissione terrarum & provinciarum Romanæ ecclesiæ ubilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit, sedi apostolicæ Romanisque pontificibus sub quocumque tenore concessa, recognoscet, confirmabit, & ex certa scientia innovabit, ac etiam de novo concedet, & terras ipsas atque provincias recognoscet ad jus & proprietatem ipsius ecclesiæ plenissime pertinere, easque nihilo minus ex abundanti de novo sæpe dictæ ecclesiæ donabit: sub prædicto se obligans juramento, quod ipsas vel aliquam ipsarum partem nullo unquam tempore occupabit, seu, quantum in eo erit, permittet occupari: nec in eis aut aliqua parte ipsarum jura aliqua, possessiones, aut tenutas habebit, seu quomodolibet possidebit: nec in eis etiam ptecariæ, seu cujusvis capitaneæ officium, aut jurisdictionem quamcumque per se vel alium exercebit: quodque, ut princeps catholicus sæpe dictæ ecclesiæ advocatus atque defensor, ipsam juvabit, & consiliis & auxiliis illi assistet opportunis, contra quoscumque inobedientes & rebelles eidem, & præcipue contra occupantes & turbantes terras prædictas, seu provincias, vel partem quamlibet earumdem. Sub eodem juramento etiam permittimus, quod tam ipsam Romanam quam alias ecclesias, libertatem ecclesiasticam, bona, jura, prælatos & ministros ecclesiarum ipsarum ipse dominus rex manutenebit, conservabit ac defendet suo posse: & quod ecclesiæ Romanæ vassallos contra justitiam nullatenus offendet, devotos & fideles etiam in imperio constitutos benigne tractabit, nec eos opprimet contra justitiam, aut, quantum in eo erit, per alium opprimi sustinebit, sed in suis potius juribus & justitiis conservabit. Sic eum Deus adjuvet, & sancta Dei euangelia. Et sic nos procuratores procuratorio

A nomine præfato recognoscimus, confirmamus, innovamus, concedimus, donamus, & cetera facimus secundum tenorem qui superius continetur. Promittentes insuper, quod præfatus serenissimus dominus noster rex hoc quoque juramentum per nos (ut præmittitur) præstitum, in manus suæ sanctitatis vel legatorum ejusdem sanctitatis, si illos præmittere decreverit, personaliter innovabit, suas regias patentes literas & sigilla consueta sub illo tradendo. In cujus rei testimonium sigilla nostra propria præsentibus sunt appensa.

Datum Romæ anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, die septimo mensis Aprilis.

B

LXXIX.

EPISTOLA SIGISMVNDI Imperatoris ad idem concilium.

Reverendissimis, reverendis ac venerabilibus in Christo patribus & dominis sacrosanctæ generalis Basileensis synodi, in Spiritu sancto legitime congregatæ, universalem ecclesiam repræsentantis, amicis nostris carissimis, ac grate & sincere nobis dilectis.

REVERENDI patres, insinuatione literarum vestrarum, ac relatione illustris Friderici ducis Saxoniæ sacri nostri imperii archimarescalli, lantgravii Turingiæ, ac marchionis Misnensis, aliorumque

C plurimorum fidelium nostrorum nuper accepimus, quod illustris Ericus dux Lauvenburgensis, qui se nominat Saxoniæ ducem, & ipsius imperii archimarescallum, eumdem Fridericum coram synodo vestra, seu judicibus ab ea deputatis, super ducatu, officio & jure supradictis trahere nititur in causam, non erubescens de nostra majestate publicas proponere querelas, quod sibi scilicet crebre postulanti justitiam in foro nostro denegaverimus, seu ministrare neglexerimus. Unde perpendentes in primis auctoritati nostræ derogari, pro eo quod causas ad examen nostræ imperialis majestatis & procerum nostrorum immediate spectantes ad alienum forum producere conatur, nostram insuper honorificentiam detractari ex eo quod dicimur ju-

D stitiæ neglectores; quorum utrique debitis & aptis ad hoc remediis occurrendo, nuper in aula nostra Cæsarea super his habita diligenti episcoporum, abbatum, archiprincipum, principum, comitum, baronum, & aliorum procerum, & ducum sacri nostri palatii examinatione, tandem in ipsorum & omnium oratorum, ambasiatorum, & quorumlibet aliorum, qui tunc in nostri conspectus constituti fuerunt præsentia, palam solemniter protestati sumus, quod cum archiprincipatus, archimarescallatus, & jus eligendi Romanum principem a nobis & sacro Romano imperio immediate descendant, ac in feudum dependeant, * eum autem juxta formam juris, ac stylum, & observantiam sacri nostri * cumque juxta

E imperii, feudales quæstiones coram dominis feudorum, etiamsi minores valvassores essent, ac paribus curiarum suarum, respectu feudi de quo agitur, decernendæ sint: quod etiam jus in nostra Cæsarea majestate & sacro imperio nostro & paribus curiæ nostræ respectu feudi talismodi merito debeat illæsum conservari, consequens esse causam prælibatam ad forum nostrum pertinere. Certificantes præterea omnes & singulos, quorum interesse poterit, quod nos præfato Erico justitiam nullo unquam tempore denegabimus legitime postulanti, nec in futurum Deo propitio denegabimus unquam rite petenti. Quinimo quandocumque ipse vel alius justitiam poposcerit, parati sumus pares curiæ evocare, &

causam

causam juxta stylum imperii nostri diffinire. Quate vestras paternitates requirimus & hortamur, ac etiam arteote togamus, quatenus causam ipsam ad forum nostrum remittatis more solito & consuetudine imperii nostri & parium curiæ nostræ terminandam, sic enim justitiæ debitum videtur requirere, & officia nostra in sacrum concilium merito postulare.

Datum in Vlma feria quarta post Iacobi, anno millesimo quadringentesimo trigesimo quarto.

Ad mandatum domini imperatoris
Gaspar Slick miles, *&c.* cancell.

LXXX.

EPISTOLA IMPERATORIS ROMANOrum ad concilium, qua petit causam, cujus cognitio ad se pertinebat, ad concilium appellatam & vocatam, remittet: alioqui protestatur contra concilium.

Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex, vobis reverendis, venerabilibus, illustrissimis, magnificis, spectabilibus, generosis, nobilibus, strenuis, providis & circumspectis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, principibus, comitibus, baronibus, militibus, oratoribus, ambasiatoribus, & nuntiis, ac omnibus & singulis proceribus sacri palatii nostri, qui in nostra majestatis conspectu in maxima copia constituti estis.

NOTUM facimus, ac per præsentem nostram insinuationem ac ulteriorem relationem, quam vobis omnibus & singulis sub debito fidelitatis injungimus, cunctis nostro subjectis imperio publicari jubemus, quod ad nostræ majestatis notitiam pervenit, qualiter illustrissimus Ericus dux Lauvenburgensis illustrissimum Fridericum Saxoniæ ducem, sacri nostri imperii archimarescallum, lantgravium Turingiæ, ac marchionem Misnensem, coram sacro Basileensi concilio super ducatu Saxoniæ & archimarescallatu prædictis, ac jure eligendi Romanum principem, trahere nititur in causam, prætendens principatum, officium & jus supradicta sibi tam hereditario quam etiam infeudationis per nos sibi factæ jure deberi. Et insuper, quod nos super impetitionibus sibi promissorum occasione contra præfatum Fridericum competentibus justitiam ministrare denegaverimus, querelas in publicum proferre minime veretur. Per quorum alterum nostræ majestatis auctoritati derogatur, per alterum autem honorificentiæ nostræ detrahitur. Nostram itaque decet solertiam in primis quædam imperii nostri jura servare, quinimo juxta possibilitatem nostræ facultatis adaugere, prout ex debito sacramenti sumus adstricti. Quod recte facere conspicimur, si causas ad * examen imperialis culminis pertinentes sub nostra jurisdictione conservemus. Cum itaque principatus officium ac jus supradicta a nobis & imperio nostro in feudum immediate descendant, ac secundum juris communis dispositionem, nec non usum, morem, stylum & consuetudinem sacri Romani imperii, feudalis contentio per dominum feudi ac pares curiæ terminanda sit, liquet hanc quæstionem, si qua prætendi poterit, ad nostrum & illustrium archiprincipum nostrorum sacri Romani imperii electorum pertinere notionem. Expedit insuper de neglectu justitiæ nostram * solicitudinem excusare. Et quidem meminimus, quod post per investituram per nos dudum in Fridericum tunc marchionem Misnensem genitorem ipsius Friderici (de quo nunc agitur) de ducatu, officio, & jure prædictis gratiose collatam, illustres archiprincipes electores, ante ipsius Friderici assumptionem, ac in collegium & consortium suum aggregationem, causam hujusmodi perpensis maturisque consiliis biennio fere digesserunt: tandem ipsum in collegium & senatum suum acceptarunt, etiam Erico prælibato renitente, ac successionem & investituram similiter prætendente. Quamquam autem ipse dux Ericus apud nos plurimum institerit pro justitia sibi contra eumdem Fridericum ministranda, foret quoque satis durum causam & contentionem tam perpenso digestam consilio rursus in dubium revocare; quia tamen quæstio ipsa non erat in figura judicii trutinata, nos eidem Erico semper ultroneos præbuimus justitiæ complementum ministrare legitime. Quod aliter expendi nequit, nisi parium nostræ curiæ arbitrio, respectu feudi memorati. Quos utique pares, legitime requisiti, prompti sumus more imperatoriæ majestatis intra fines Alemaniæ vocare, ubi de causis & quæstionibus principum Alemaniæ ex stylo imperii nostri nos convenit judicare. Ex quibus aperte colligitur, nos eidem Erico justitiæ complementum in præteritum minime denegasse. * Itaque & impræsentiarum nos in hujusmodi causa præbemus justitiæ ministrum, quinimo, Deo propitio, præbebimus semper in futurum, quamdiu nos suo terreno imperio præesse voluerit. Quæ omnia & singula mentibus vestris firmiter inculcari volumus, & in thesauro memoriæ vestræ reponi tenacius, & nihilo minus per organa vestra in omni orbe diffundi, quo liquidius cunctis innotescere queat causam hujuscemodi ad nostram & parium nostræ curiæ, respectu ipsius feudi, examen pertinere, nosque justitiam in ea nunquam denegasse; nec modo, postquam divina præordinante clementia solium Cæsareæ dignitatis conscendimus, futuris unquam temporibus denegabimus. De quo publice & solenniter protestamur. Quam insuper protestationem sacræ Basileensi synodo intimare curabimus, ac ipsam requirere, quatenus causam ipsam a se penitus abdicet, & ad forum nostrum remittat, more, stylo, & consuetudine imperii nostri & parium curiæ nostræ terminandam. In hoc actu protestationis nostræ præsentes fuerunt venerabiles Guntherus archiepiscopus Magdeburgensis, Alexander Tridentinus, & Petrus Augustensis, episcopi, abbas Campidonensis, illustris Fridericus marchio Brandeburgensis archicamerarius sacri imperii, Guilielmus comes Palatinus Rheni & dux Bavariæ, Albertus marchio Brandeburgensis & burgravius Nurembergensis, Ludovicus comes de Vvirtenberg, venerabilis Eberardus magister ordinis beatæ Mariæ Teutonicorum per Alemaniam & Italiam, Henricus Russe de Melbingensi præceptor, Marquardus de Kunigsel, & alii commendatores ordinis præfati, Henricus de Furstenburg, Vvilielmus senior, Henricus & Vvilielmus junior de Monteforti, Ioannes de Nevvemburg, Eberardus de Kyrcberg, comites, & maxima copia nobilium, militum, & clientium, & ambasiatorum principum & civitatum sacri imperii. In quorum omnium & singulorum fidem, robur, & evidens testimonium has nostras patentes literas fieri, & nostræ majestatis sigillo jussimus communiri.

Datum Vlmæ, Constantiensis diœcesis, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, die vigesimo octavo mensis Iulii, regnorum Hungariæ, *&c.* quadragesimo octavo, Romanorum vigesimoquarto, Bohemiæ decimoquinto, imperii vero secundo.

Ad mandatum domini imperatoris
Gaspar Slick miles, *&c.* cancell.

* iura
* nostram
* Atque

LXXXI.

SALVUS CONDUCTUS DOMINI IMPERATORIS missus sacro concilio, & lectus in generali congregatione die sabbati 23. mensis Julii, MCCCCXXXV.

Sigismundus Dei gratia imperator Romanorum semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex.

NOTUM facimus tenore præsentium universis, quod licet pridem, dum sacrosanctum generale Basileense concilium exordium sumeret, & ea institutione præcedentium sacrorum conciliorum nos omnibus & singulis ecclesiasticis & sæcularibus personis illuc venientibus, ibidem stantibus, & abinde recedentibus, nostrum salvum & securum conductum dederimus & concesserimus, quemadmodum nobis tamquam advocato & primo protectori sanctæ Romanæ ecclesiæ & sacrorum conciliorum digne conveniebat, easdem etiam personas, cujuscumque dignitatis seu conditionis existerent, in nostram specialem protectionem assumentes; tamen intellecto quod nonnulli, licet supervacue, dubitent, ne propter diffidationem, quam Philippo duci Burgundiæ fecimus, hujusmodi nostra concessa libertas posset lædi seu infringi, quod tamen nostræ intentionis nunquam fuit, neque est, cum ipsam diffidationem solum pro recuperatione jurium sacri Romani imperii, & nullius perturbationem fecerimus, statuimus securitan ipsius sacri concilii (cujus felicem & desideratum progressum semper concupivimus) cum non mediocri nostra exhibita opera salubriter providere, & mentem nostram sinceram declarare, ne quisquam nobis imputare habeat, nos aliquid intentasse quod quomodolibet esse possit ad perturbationem ipsius, seu venientium, stantium, seu recedentium. Idcirco animo deliberato, & ex certa nostra scientia iterum de novo ac ex superabundanti (licet profecto opus non sit) cum intentio nostra ad indemnitatem & libertatem ipsius sacri concilii semper illæsa & integra fuerit atque sit, universos & singulos prælatos, principes, doctores, magistros, ambasiatores, nobiles, & quascumque ecclesiasticas & sæculares personas, cujuscumque status, gradus, seu conditionis existant, ut sacrum concilium feliciter super his, pro quibus congregatum est, continuari possit ad reverentiam Dei, relevationem orthodoxorum, & honorem universalis ecclesiæ in nostram specialem salvamgardiam, tuitionem & protectionem grato & devotissimo animo recipimus per præsentes: volentes & ordinantes auctoritate Cæsarea præsentium per tenorem, quod omnes & singuli ad dictum concilium accedentes, in eodem permanentes, & ab eodem recedentes, in nostra imperiali custodia, non obstante diffidatione præmissa, quodque ab aliquo non molestentur, inquietentur, vel aliquam injuriam seu molestiam patiantur: mandantes universis & singulis principibus ecclesiasticis, & sæcularibus ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, magnatibus, proceribus, militibus, clientibus, capitaneis, potestatibus, gubernatoribus, rectoribus, burgraviis, castellanis, officialibus, judicibus, telonearus, boletariis passuum, custodibus civitatum, villarum, & quorumcumque locorum communitatibus, & rectoribus eorumdem, ceterisque nostris & imperii sacri subditis & fidelibus, firmiter & districte, eosdem seriosissime requirentes, quatenus universis & singulis prælatis, principibus, nobilibus, & magistris, & ambasiatoribus quorumcumque regum, prælatorum, principum, & communitatum, universitatumque totius Christianitatis, qui ad præfatum concilium, auxiliante domino, accessuri sunt, ibidem steterint, vel recesserint, cujuscumque status, gradus, dignitatis, seu conditionis existant, nostro & imperii sacri nomine favorabilem & benignam debeatis impendere voluntatem, eosdemque cum gentibus & familiaribus suis ac bonis & rebus eorum quibuscumque faciatis plenissima libertate gaudere, ipsosque favorabiliter pertractetis: ac eosdem & eorum quemlibet cum bonis prædictis tute & secure per territoria, civitates, castra, castella, opida, villas, itinera, passus, portus, pontes & terras, ac ditionis vestræ loca, nobisque subjecta, ire, transire, stare & morari, eundo ad dictum concilium, & redeundo ab eodem permittatis: imo eisdem amore sanctæ matris ecclesiæ, ob reverentiamque sacri concilii, ac nostram & sacri imperii benevolentiam singularem, dum & quoties requisiti fueritis in his quæ securitatem & celeritatem ipsorum concernunt itineris, promotivam & gratuitam ipsis ostendere realiter & exhibere velitis & debeatis voluntatem, nec non eisdem & cuilibet ipsorum de victualibus, domibus, expensis ipsorum competentibus, & conductis petitis & requisitis, pro rationabilibus salariis providendo. Sic enim fieri volumus, & in favorem præfati concilii concessimus & concedimus per præsentes, quibuscumque literis in contrarium factis seu fiendis non obstantibus. Quicumque enim aliquem prædictum concilium visitantem modo quocumque lædere præsumpserit, sciat se nostram & imperii sacri indignationem gravissimam incurrisse. Et e contrario, quicumque visitantibus, undecumque sint, nostri amore favores impenderit, certum se reddat, quod eidem singula beneficia impendemus gratia singulari, præsentium sub nostræ imperialis majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum * Tervaniæ Strigoniensis diœcesis, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, die vigesimaquarta mensis Maii, regnorum nostrorum anno Hungariæ, &c. quadragesimonono, Romanorum vigesimoquinto, Bohemiæ decimoquinto, imperii vero secundo.

* Troanæ f. Tyrnaviæ

LXXXII.

EPISTOLA IMPERATORIS ROMANI, qua spondet & promittit se confirmaturum certa capitula concilii.

Sigismundus divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex.

NOTUM facimus tenore præsentium universis, quod ab alto nobis commissum officium tunc recte indubitanter exequimur, cum in his quæ ad fidem catholicam pertinent, sanctæ matri ecclesiæ ipsisque ordinationibus inhærentes, pro earum observantia & executione partes nostræ solicitudinis adhibemus. Cum itaque inter legatos sacri generalis concilii, quod Basileæ in Spiritu sancto legitime celebratur, nomine & auctoritate ipsius sacri concilii, & generalem congregationem regni nostri Bohemiæ, pro unitate & pace quædam capitula concordata fuerunt, & manuum stipulatione firmata, debeantque sigillorum munimine roborari, & ad executionem deduci, juxta formam in nostri præsentia * Brunæ concordatam, & nunc noviter coram nobis a patribus recognitam & confessatam, nos rei tam utili ac salutari officii nostri partes volentes auctore domino impertiri, Deoque & fidei catholicæ obsequium reddere, omnipotenti Deo & sanctæ matri

* Brunæ

mar[illegible] lesiæ promittimus & vovemus, quod postquam [illegible] compactata fuerint (ut præmittitur) robor[illegible], n[illegible] ea firmabimus & roborabimus, & servari faciemus pure, simpliciter & [illegible], juxta sapiunt & [illegible] intellectum eorum, nec permittemus ea in [illegible], vel eis abuti, nec permittemus aliquem ad commun[illegible] sub utraque specie c[illegible]ctari vel compelli quoquo modo in præjudicium compactatorum. In cujus rei testimonium sigillum majestatis nostræ præsentibus est appensum.

Datum in Alba [illegible] Vesprimensis diœcesis, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, die octava Ianuarii, regnorum nostrorum anno Hungariæ, [illegible] quadragesimonono, Romanorum vigesimosexto, Bohemiæ decimosexto, imperii vero tertio.

EPISTOLÆ DIVERSORVM VEL REGVM [illegible] PRINCI[illegible]VM VEL MAGNA[illegible]VM ad synodum Basil[illegible]sem.

LXXXIII.

EPISTOLA DVCIS BVRGVNDIÆ MISSA concil[illegible] super facto sancti Petri de Lutzenburgo, lecta, &c. Martii die 9. anno domini MCCCCXXXVI.

Reve[r]endissimis reverendisque in Christo patribus, ceteris que Christi fidelibus in sacro generali concilio Basileensi in Spiritu sancto legitime congregatis amicis meis præcarissimis, devotus ecclesiæ filius Philippus dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, comes Flandriæ, Arthesiæ, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Namurci, vester amicus.

REVERE[NDI]SSIMI, rev[er]endique patres, ceteri quoque Christi fideles, in Spiritu sancto congregati amici præcarissimi, jam hora est, & nunc tempus idoneum venit, ut negotium diu desideratum super canonizatione & elevatione dignæ per sæcula memoriæ domini Petri de Lutzenburgo, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ quondam cardinalis, meique consanguinei, ad extremam manum & operam, si duxeritis intendendum, deducatur. Hoc etenim [illegible] in conciliis generalibus ecclesiæ temporibus retroactis fuit inc[illegible]: sed quibus mediis vel [illegible], ign[illegible]o, v[illegible] interruptum vel alias quomodo[illegible] imperfectum semper remansit, & ita remansit, & [illegible] remansurum quod [illegible], nisi divina super hoc providentia vestr[illegible] in id ipsum animos [illegible], quæ v[illegible] (ut arbitr[illegible]) ta[illegible] in decus & laudis titulum specialiter reservavit [illegible]. Imo tum [illegible] Constanti[illegible] concilio fuit (ut audivi) olim reservata canonizatio quorundam [illegible]torum apud * Saymit tunc temporis [illegible] ven[illegible]torum, & aliorum insignium memorabilium factorum in quibusdam aliis conciliis generalibus. Sic [illegible] Deus hujusmodi concilia celebrantibus sua (ut vult) secreta revelat, distribuit, & reservat. Quid vestro cœtui, o veri pugiles, veræque bases [illegible], plus honoris & gloriæ [illegible]cedere p[illegible], quam ad canonizationem & elevationem prædictam procedere, & eum, quem suis ex meritis gloriosis, & tot miraculis velut inauditis, quibus quotidie [illegible]scat, al[illegible] Christi confessorum col[illegible] aggregati, ac cum his palam & publice ado[r]andum elevare, ipsique in catalogo sanctorum inscribendis ad perpetuam ejus laudem & memoriam apponere? Quas ob res vestrarum paternitatum reverendissimarum amicitias præc[ar]issimas obnixe deprecor & [illegible], quatenus oculum interioris intelligentiæ ad præmissorum considerationem erigentes, placeat ea pro Dei & sui confessoris (cujus res agitur) reverentia & honore quo videritis oportere modo prosequi & tractare; ut quo studiosius in facto, quod maximopere cordi habeo, processeritis, eo peramplius Deo placituri gratum sibi obsequium impendatis. Reverendissimi, reverendique patres, & ceteri supradicti amici præcarissimi, Spiritus sanctus, sub quo duce vestro multis ab annis in vinea domini laboratis, vestri laboris faciat finem votivũ & felicem. Ex villa mea Bruxellensi, die penultima Ianuarii.

LXXXIV.

LITERA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS domini ducis Burgundiæ, &c. missa concilio, & lecta in generali congregatione die sabbati 26. Martii MCCCCX[illegible].

Sacrosanctæ generali synodo, Basileæ in Spiritu sancto congregatæ, ecclesiæ sanctæ devotus filius Philippus dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, &c. promptum & sincerum ecclesiæ sanctæ devotionis affectum.

REVERENDISSIMI, reverendique in Christo patres, ac spectabiles & commendatissimi viri, sacrosanctæ vestræ in Spiritu sancto congregatæ conventionis intentum animum ceteris cum sanctissimis operibus paci & concordiæ principum Christianorum, regni potissime Franciæ, quod Christianæ religionis pars est non minima, firmiter existimans, paternitatibus vestris, quas in unum congregat unioni & pacis amator & auctor, ea dignum duxi proposito significati devotiori, quæ regni ipsius pacis assequendæ media contingunt. Nuper igitur, reverẽdique in Christo patres & recolendi viri, cum certorum appunctuamentorum & tractatuum inter carissimum fratrem meum ducem Borbonii & Arverniæ, & me in villa pontificali actorum firmationis & conclusionis gratia in civitate Nivernensi nostris in personis ipse frater meus sororque mea sua conthoralis essemus, ad eamdem civitatem applicuerunt carissimus frater meus comes Richmundiæ, reverendissimus in Christo pater archiepiscopus Rhemensis, Christophorus de Harcourt, & quidam alii pro parte adversarii domini mei regis, & mei ambasiatores ad me destinati. Quibus tandem per aliquos dies auditis, aperta est inter nos & advisata certa diæta tenenda in civitate mea Attrebatensi [illegible] Iulii proxime futura, & in effectum generalis pacis in regno tractando, vacandum & [illegible]derdum. Cujus diætæ [illegible] nos prolocutione per eosdem fratres meos dicto adversario significata de ipsius adversarii super ejusdem diætæ acceptione deliberata voluntate se polliciti sunt quantocius opportuno tempore me reddere certiorem. Quod etiam nunc usque paternitatibus vestris incertum ea ratione significare distuli, responsum eorum expectans, quo certum quid super hujusmodi negotio possem celebri vestro cœtui referre. Unde & nunc habito a dicto fratre meo comite Richmundiæ certo responso, quo dictum adversarium refert diætam ipsam acceptasse, ad eamque plures principes consanguineos suos, & alios sui consilii cum eisdem ad agendorum expeditionem pro dictæ generalis pacis effectu sufficienti * concedente potestate transmittere conclusum, vestris paternitatibus idipsum impr[æ]sentiarum duxi significandum, easdem in sanctæ caritatis visceribus obnixo deprecans affectu, quatenus ob reverentiam altissimi, suæque sanctæ orthodoxæ fidei (cujus ipsum Franciæ regnum inter cetera

forte m de[illegible]nte

cetera specialissimam colturam exercuit) exaltationem & augmentum, & totius reipublicæ Christianorum profectum, dignentur & velint serenissimum dominum meum regem, dictumque suum & meum adversarium literatorie aut per nuntios solennes citantve monere & inducere, ut ad dictam ipsam suos infallenter destinet oratores & deputatos, ac commissos certos ambasiatores cum sufficienti (sicut res ipsa requirit) eis tributa potestate. Ego enim ex toto animo pacis ipsius optans videre dies, in persona mea me disponu ad dictam ipsam memoratæ pacis generalis, quantum in me possibiliter erit, agendæ causa compar tutum. Dignentur insuper eædem paternitates ad tantum pacis bonum, quo rebus in terrenis atque mortalibus nihil solet gratius audiri, nihilque delectabilius concupisci, ex sacra vestra congregatione, quæ de diversis orbis partibus electissimos viros adonavit, aliquos ex reverendissimis in Christo patribus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, ac aliis ipsios vestræ sanctæ synodi venerabilibos suppositis, ad dictam ipsam solennes transmittere deputatos, viros pacis amatores, & divisionis exosos: quos pro tantæ rei tamdiu requisito clamatoque felici successu melius duxerint transmittendos, cum eisdem a sacrosancta vestra synodo plena concessa potestate dictum serenissimum dominum meum regem adversarium prædictum & me in omnipotentis Dei ecclesiæque virtutem & nomen hortandi, inducendi, informandi & requirendi, ut ad pacis ipsius generalis consequendæ effectum nos & nostras vires & animos disponamus. Tractatus etiam concordias & appunctuamenta ad ipsius effectum & pacem ipsam, si (quod concedat auctor ipse pacis) advenerit, ecclesiæ sanctæ generalis auctoritate roborandi, confirmandi & approbandi, censuras ecclesiasticas ad ipsarum integrationem opportunas fulminandi & promulgandi, ceteraque omnia & singula pro negotii bono & votivo complemento necessaria, congrua, vel opportuna faciendi, sicut agendorum inibi series expostulabit; quatenus Dei suffragante gratia, & ipsorum opportuno directorio, regnum ipsum Franciæ mœroris & tristitiæ, proh dolor, jacens humi, post tam diu continuatos guerrarum anxios dolores & miras angustias, a funere suo resurgat, & sibi ac toti catholicæ religioni tam propina tranquillitas, divinæ pietatis operante clementia, tribuatur. Super præsentium vero literarum mearum receptione, quas (ut res ipsa bene requirit) per præsentium latorem proprium nuntium vestris paternitatibus destinare decrevi, & vestro super earumdem tenore deliberato responso, per eumdem nuntium quantocius exoro per easdem paternitates vestras fieri certiorem per eumdem quæ me ad ecclesiæ sanctæ felicia vota facturom voluerint intimandum, ad quæ me reperient ex animo paratum. Sit ejusdem ecclesiæ sanctæ sponsus altissimus, qui paternitates vestras ad ipsius suæ ecclesiæ laudabilem directionem feliciter & prospere conservare dignetur in longævum. Scriptum in villa mea Divioocnsi, die decimosexto Martii.

LXXXV.

LITERA REGIS FRANCIÆ CAROLI missa sacro concilio, lecta in generali congregatione die sabbati 23. Aprilis MCCCCXXXV.

Sacrosancta synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, devotus ecclesiæ filius Francorum rex Carolus salutem, atque rerum gerendarum felicem successum.

NIHIL quidquam apud rempublicam, regna potissimum, erga Christicolas omnes felicius &

A accommodatius [illegible] quam [illegible] ta pace atque be[illegible] [illegible]. [illegible] tione perm[illegible] be[illegible] quæ [illegible] tinent maxime regni nostri & [illegible] rum, caritate sincera oper[illegible] re, sicuti ex animo hucusque omni sol[illegible] cura, prout legis præcepto inducimur, [illegible] fecto nil sanctius ipsa aut beatius nobis fu[illegible] superiori tempore pia atque devota sup[illegible] carissimi & dilecti amici no[illegible] cardinalis [illegible] eis res ipsa non modica discept[illegible] tionibus agitata fuerit, quoniam labori pe[illegible] que expensis minime ipse pepercit, usque in p[illegible] & salutis finem non p[illegible], post [illegible] his diebus Christo pacis auctore [illegible] ut pie [illegible]

B sa[illegible], novissima celebrata est in m[illegible] nendæ pacis [illegible] duce Burgundiæ apud c[illegible] Nivernensem conventio, & ad eamdem [illegible] parte com decenti & sufficienti potestate [illegible] & dilectissimos consanguineos nostros [illegible] boni & Arverniæ, & comitem Rich[illegible] stabularium nostrum, & dilectos & fid[illegible] tios nostros archiepiscopum Rhemensem [illegible] ium nostrum, & Christophorum de Haricuria co[illegible] sanguineum nostrum, transmisimus. Et enim [illegible] post longam disceptationem optimam ad [illegible] eis sunt dispositionem habuit, cupiente[illegible] partes eodem & unanimi consensu ac favore pacis & omnaris præstantius agere, in alt[illegible] dictæ &

C conventionem apud civitatem nostram Atrebatesem ad primam diem mensis Iulii proxime [illegible] concordarunt. Consentientes etiam ut [illegible] efficaciam habeat ampliorem & certiorem, [illegible] te sanctissimi patris nostri cardinales sanctæ C[illegible] & Arelarensis, & a sacro Basileensi [illegible] les de Cypro consanguineus noster & sancti P[illegible] Ad vincula, ad ipsam assignationem & locum tr[illegible] mittantur. Quamobrem amicitiam ve[illegible] m majorem in modum oramus & deprecam[illegible], [illegible] tam sacra atque fidei orthodoxæ tan[illegible] & necessaria vobis curæ & solicitudini, & ad [illegible] dictam præfatos cardinales de Cypro & [illegible] Petri transmittere vestri ex parte velitis. C[illegible] ut

D tantorum patrum præsentia & singul[illegible], atque virtutum magnitudine, differ[illegible] e medio tolletur, absolutaque sit. Proinde [illegible] missis, atque reconfecta, non parvam no[illegible] nus percepturi lætitiam, ac gratiam vobis habi[illegible].

Datum in civitate nostra Turonensi, di[illegible] gesim[illegible] quarto mensis Martii.

LXXXVI.

LITERA MISSA PER DOMINOS ambasiatores concilii existentes in Bohemia sacro concilio, lecta in generali congregatione die sabbati 23. Aprilis, anno MCCCCXXXV.

E *Sacrosancta generali Basileensi synodo in S[illegible] sancto legitime congregata, univer[illegible] alem ec[illegible] am repræse[illegible] tanti, earumdem reverendissimarum paternitatum vestrarum humiles oratores Phi[illegible] ertus episcopus Constantiensis, & ceteri sui collegæ.*

REVERENDISSIMI in Christo patres & domini, quod reverendissimis paternitatibus vestris usque [illegible]d præsens non scripsimus, causa fuit, quoniam scribendi materia non suberat. Negotia e[illegible] pro quibus destinati sumus insperatam [illegible] peru[illegible] dilationem. Cujus causam esse ferunt nimiam te[illegible] poris acerbitatem, propter quam viis omnibus n[illegible] facta congregatio Pragæ pro eligendis ambas[illegible] [illegible] ri[illegible]us,

tibus, & prægendis ante carnisprivii tempus haberi non potuit. Nos quidem qui austeritatem temporis & viarum discrimina sumus experti, moram ipsam satis habemus rationabiliter excusatam. Venerunt igitur pridem illc nuntius serenissimi imperatoris, qui fuit apud paternitates vestras & Wenzelaus presbyter de Karlesteyn, & cum eis nuntii Bohemorum, ad excusandum moras & literas salviconductus recipiendi pro decem baronibus, decem nobilibus, clientibus electis & nominatis, atque pro oratoribus fere omnium civitatum * Tabor. & paucis tantum exceptis. Arte solita factum est, quod a domino imperatore postulatum est, ut daret eis intelligere mentionem sacri concilii per nos missam. Dominus autem imperator misit pro nobis ut iremus ad ejus majestatem apud Posonium. Quod fecimus indilate. Cumque Posonium navigio venissemus, ab ejus * consiliis in litore suscepti sumus, & ad hospitium ducti. Eis a nobis recedentibus, morula interjecta, ipse serenissimus dominus imperator hospitium nostrum intravit, adventum nostrum jucunde suscipiens, & sacro concilio de nostri destinatione gratias magnas agens. Post hæc quæ per Bohemorum nuntios sibi dicta & illata fuerant non distulit referre. Nobis quidem visum est diætam, quam jam ad dominicam in albis posuerunt, refutandam non esse, præsertim cum ea bonis causis facta esse dicatur. Quoad aliud diximus, quod supplicabamus suæ majestati, ut non indigne ferret, sed nos dignaretur supportatos habere, quoniam cum essemus a sacro concilio destinati, ut non in conventione cum ipsis Bohemis coram ejus majestate mentem sacri concilii aperire deberemus: nec deceret, nec forsitan expediret, ante locum & tempus, & per internuntios talia reserare. Quod ejus imperialis apex benigne suscepit, & nuntiis Bohemorum suum dedit responsum. Et sic illi receptis literis salviconductus, Bohemiam revertuntur. Nos vero Viennæ tempus conventionis præstolabimur. Existimavimus, reverendissimi patres, grate paternitates vestras suscipere, quod hanc prorogationem conventionis non refutavimus, sicut nec erat aliquo modo refutanda. Quod hæc negotia difficultates & dilationes suscipiant, paternitates vestras (quæ magna sapientia pollent) credimus non mirari. Sed & speramus confidenter paternitates vestras illis insistere, & finem rerum intendere, in quibus tanta & tam mira Dei beneficia cognoverunt: opus enim est quod sacrum concilium a prosecutione incepti operis non desistat. Illi siquidem perditi homines qui cœpta bona turbare & dirumpere satagunt, in dissolutionem concilii spem figunt: & exinde spondent suis satellitibus respiramen. Unde oportet econtra, ut paternitates vestræ hoc sacrificium omnipotenti Deo offerant, ne susceptorum beneficiorum videantur ingratæ: atque ignis, qui minutim extinctioni propinquat, per incuriam vires resumens, in flammam (quod absit) vehementer exardescat: & quod, patres reverendissimi, huic rei valde accommodum foret sanctæ reformationis opus urgere, * sed ex multis aliis respectibus est necessarium. Utinam omnes qui sunt in concilio audirent & intelligerent quæ nos qui extra processimus. Profecto etsi tam avidi sint tanti boni, avidiores & ferventiores fieri minime dubitamus. Alia scribenda non instant, nisi quod nos ad paternitates vestras humillime commendamus, cum omni promptitudine obsequendi; quas dignetur altissimus ad bonum universalis ecclesiæ dirigere, ac feliciter conservare. Scriptum Viennæ, t. die mensis Aprilis.

* Taboren

* consiliariis

* & ex

LXXXVII.

LITERA ARCHIEPISCOPI LUGDUNENSIS missa concilio.

Reverendissimis in Christo patribus & dominis præsidenti, prælatis, & ceteris generale Basileense concilium celebrantibus, dominis suis tota veneratione colendis & honorandissimis.

REVERENDISSIMI patres ac domini mei honorandissimi, humillima recommendatione præmissa, post longam concertationem dominorum prælatorum Gallicanam ecclesiam Bituris repræsentantium, quam pro confirmatione suarum mentium diutius protraxerunt, omnibus præsentibus, neminenque discrepante, conclusum est, conventionem vestram multiplici legitimo funiculo convocatam, ab omnibus & præsertim ipsa ecclesia Gallicana sequendam, & cum vestro debere convenire concilio universo, devotasque Deo gratias omnes exsolvere, qui in hujus pestilentis temporis cursu easdem vestras dominationes primas hujus concilii gemmas, grandiaque & electa virtutum vasa sibi servavit, & in Basilea, quæ basis firma, in basi sive petra Christo, Liaque, quæ more Liæ mollros in utero proprio gestans patriarchas, vos hujus concilii celebres patres in caritatis vinculo priores firmavit. Sed quia conclusorum ibidem executio in aliquas moras differtur, & accelero deliberatorum consummationem ad posse, invitus a me exigo absentiam vestræ sacratissimæ concionis. In qua inter suprema desideria cupio adesse, & adero quamprimum rerum gerendarum opportunitas aderit, supplicans ut interim habear excusatus. Fere enim per trimestre ad nihil aliud desudavi, & specto perfectionem agendorum: abundantius autem omnes die ac nocte orant, ut videamus facies vestras, & compleamus quæ desunt fidei nostræ. Ipse autem Deus pater noster & dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos: vos autem multiplicet, & abundare faciat caritatem vestram in invicem, & in omnes, ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante Deum: mihique suo humili & devoto eædem vestræ dominationes præcipiant & mandent quæque grata, & parebo ad posse. Petræscissæ, die vigesimo octavo Aprilis.

Vester humilis & ad vos devotus
A. archiepiscopus Lugdunensis.

LXXXVIII.

EPISTOLA AMBASIATORUM CONCILII existentium in Bohemia.

Sacrosancta generali synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentanti.

EXULTA & jubila, synode sacrosancta, altisonas deprome gratiarum actiones & laudes rerum omnium conditori. Nuntia in omnibus finibus terræ diem festivitatis & gaudii; universos ecclesiæ filios ad congratulandum & gratias peragendum gratulabundis admonitionibus exhortare. Laudent tecum magna opera Dei, & exultent ingenti lætitia Christiani orbis provinciæ universæ. Siquidem desideratus ecce dies advenit, quo iam tuorum laborum messi sunt fructus, & seminum tuorum in horrea dominica plenos manipulos reportasti. Hodie namque, imperiali majestate imperialibus insulis decorata in publico foro hujus civitatis numerosa populi multitudine

assistente, coram nobis tuæ beatitudinis nuntiis, gubernator, barones, nobiles civitatum, ambasiatores regni Bohemiæ, primum nobis compactata obtulerunt, literis authenticis communita. Deinde pro ipsorum executione de tuenda, observanda & defendenda unitate ecclesiastica & pace, literas alias secundum formam Brunnæ condictam. Post hæc quatuor ad hoc deputati cum pleno & authentico mandato, nomine omnium tam ecclesiasticorum, quam sæcularium, reverentiam & obedientiam canonicam præstiterunt. Nos quoque juxta tuę sanctissimæ concionis injunctam unitatem ecclesiasticam per eos factam & acceptam, pacemque, nec non reverentiam & obedientiam exhibitas acceptavimus, & pacem pronuntiavimus eis servandam per universũ populum Christianum. Quod, o sacrosancta synode, styli officium posset sufficienter exprimere exuberantiam gaudii quod assistentium corda replevit. Vultuum amœna serenitas, lacrymæ præ ubertate lætitiæ ab oculis erumpentes, cantus & applausus internæ lætitiæ testes erant, aut certe melius indicia dici possent. Quoniam nulla extrinseca signa immensitatem æterni gaudii proportionabili possent ostensione testari. Sed etiam nos ipsius beatissimæ congregationis & universi populi Christiani gaudia meditantes nova iterum exultatione replemur. Quo tandem fine hanc nostram claudemus epistolam, & ne, si pro modo affectus prodiret, oratio metas epistolares excederet, nisi ut cum David eximio prophetarum

Psal. 91. dicamus: *Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo, altissime. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio; cum cantico, in cithara. Quia delectasti me, domine, in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.*

Luc. 1. Ipse quidem *fecit nobis magna qui potens est, & sanctum nomen ejus*: cujus clementiam suppliciter exoramus, ut quod operatus est confirmare dignetur, & ipsam sacrosanctam synodum tueri, regere & gubernare ad perficienda sancta opera, pro quibus est in ejus nomine congregata.

Scriptum Iglaviæ, quinto mensis Iulii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto.

Ejusdem sacrosanctæ synodi perhumiles oratores & nuntii, Philibertus episcopus Constantiensis, Ioannes de Polmar sacri palatii apostolici auditor, Martinus Berruerii decanus Turonensis, & Thomas de Haselbach sacræ theologiæ professor.

LXXXIX.

EPISTOLA MISSA CONCILIO AB ejusdem ambasiatoribus existentibus in Nurenberga, præsentata & lecta in congregatione generali, die Veneris ultima Februarii.

Sacrosanctæ & venerabili synodo Basileensi, patribus & dominis omni nobis veneratione & amore colendissimis, inclytarum dominationum vestrarum obedientiam fratres Ioannes Nyder prior, & Ioannes Mulenbrun.

REVERENDISSIMI & indulgentissimi patres & domini, viri sapientia clari, virtute præstantes, & laudata constantia ubique colendi, a diebus quibus vos Deus congregavit in unum, & præsertim postquam sub titulo sacrosanctæ vestræ synodi ad regnum Bohemiæ eulogia pacis manarunt, corda multorum tristitia prope absorpta in spem consolationis respirarunt, exultantibus animis dominum, tamquam auxilium eis desuper venisset, laudantes, quod tantæ miserationis oleo corda vestra perfudit, ut vobis de fratribus qui in pressura sunt tanta cura fuisset: firmiter tenentes, quod citius & cumulatius & laudatius inimicos nostros in spiritu lenitatis & verbo Dei, quam flatu furoris & ore gladii reduceretis, argumentum sumentes ex retroactis infaustis nostris successibus. Ex quibus plerique in tantam deciderunt pusillanimitatem, ut de pace temporali, qualibuscumque, nisi vestra solicitudo prævenisset, cogitabant providere remediis. Audito autem postea, quod congregatio vestra, in qua spem (ut præfertur) conceperunt, mandata fuisset dissolvi, geminata tristitia obriguerunt, tamquam quo se converterent, aut quid facerent, nescirent. Et ad nos venientes sive mittentes, sciscitari sunt quomodo se factum haberet, aut quid amodo facere deberent, cum nunc sua fiducia se frustratos viderent. Nos, licet non minori essemus secundum audita, visa & lecta, mœrore perculsi, ipsos, ut poteramus, animantes, consortavimus in eo potissimum, quod perseveranter, tamquam de vestra constantia hæsitantes, nobis commissa prosecuti sumus: nam nihil scripti aut nuntii a vestris paternitatibus usque nunc recepimus. Nobis autem & reliquis, quos ad plenum consolari non potuimus, in qualicumque turbatione consistentibus, sperantibus autem quod de propinquo nobis aliquid consolationis mandaretur, supervenit desideratus admodum de Egra nuntius, deferens nobis literas consulatus Egrensis, continentes quod literas sacræ congregationis vestræ & nostras, quas nobis cum suis destinarent, attulisset. Quas cum recepissemus, gaudio multo refecti sumus. Dubii tamen adhuc quid vestræ esset voluntatis, aut quid de vobis ageretur, utrimque mœsti & soliciti mansimus. Super scripta eadem nihilo minus, juxta consilia fidelium & prudentum respondentes, missum vobis nuntium cum gratiarum actione remisimus. Et eodem expedito, mox vestra lata & clara scripta supervenerunt. * Et literis nobis a Bohemia primum, & a vobis deinde ad universos directis, in vulgare nostrum intelligibiliter translatis, consulatui Nurembergensi devotis vestris, data sibi ad petitionem copia, insinuavimus, qui in pristinam sibi videntur constituti spei consolationem. Deinde alter ex nobis, qui hæc scripsit, reliquo utilius occupato, illustrem principem & dominum dominum marchionem Brandeburgensem tunc adiit ad quinque milliaria distantem, & sibi præmissa omnia per ordinem exposuit. Qui cum avide & magno gaudio singula audivisset, copias narratorum & lectorum petiit & recepit. Et postquam de consilio & auxilio invocatus fuisset, magnifice & ex animo (ut videbatur) respondit, se longo nunquam tempore meliora percepisse nova, & quasi de somno cordialis mœstitiæ evigilasse. Et in summa, præsentibus reverendo patre domino episcopo Giscerensi, & quampluribus nobilibus & notabilibus personis, respõdit: Ego scio, quia interfui, quod secundum decretum sacri concilii Constantiensis isti sancti & venerabiles patres congregaverunt concilium sicut jure potuerunt. Et suspicari non possum, quod aliud quam mere honorem Dei, consolationem & salutem totius Christiani, qui in tristitia est, populi quærunt: quia longe sunt ab insultibus eorum qui nos de propinquo tam hostiliter impugnant, damna inferunt, & offendunt. Et quamlibet ab eisdem in suis regnis securi sunt, adhuc ex caritate de nobis soliciti pacem nobis procurare satagunt. Quare sicuti tu ipsorum nomine petis & requiris, ego cum omnibus mihi subditis ecclesiasticis & sæcularibus firmiter & constanter adhærebo. Et hujus rei gratia, sicut tu nomine quo supra petis,

* quibus per[illegible] & intellectis ad plenum consulat & confortatis, eos qui in tristitia manebant plenius confortavimus. Et ceteris.

tis, quamcitius fieri poterit, & præſertim cum reverendus pater dominus Herbipolenſis, qui ab infirmitate, quam de proximo incidit, notabiliter reſpiravit, modico fortior effectus fuerit, quia vir boni & acuti conſilii eſt, & bene affectatus ad concilium, rogabo quos potero principes, ut mecum in Nuremberga conveniant, ad deliberandum quomodo nuntiis mittendis de Bohemia ad concilium, vel Nurembergam, aut alibi, de ſecuritate provideatur: ad confortandum etiam hoc ſacrum concilium in ſua, ſicut cœpit, proſecutione ad ſibi adhærendum, ac etiam prælatos, doctores & nobiles viros mittendum, *&c.* Et ad ſtatim commiſit ut ſuis ſingulis officialibus ſerioſe ſcriberetur, ut nuntios de Bohemia ad concilium vel ad nos mittendos ſalvos conducerent, & ire per ſuas terras & dominia, nulla prorſus illata injuria, permitterent. Commiſit etiam ut literæ ſibi allatæ multiplicarentur, & ad ſingulos principes, prælatos, dominos & communitates vicinas, cum ſuis ſcriptis in ipſorum confortationem mitterentur. Et cum ego, qui ad ipſum veni, quærerem an hæc per ipſum taliter dicta & reperta veſtris paternitatibus ſcribere poſſem, reſpondit, quod audacter affirmarem & ſcriberem, quia ita indubitanter facere proponeret. Ac taliter & tam conſolabiliter locutus eſt, ut firmiter teneamus, quod magnam cum ſuis amicis & ſubditis conſolationem vobis quantocius afferet. In quo nobis valde expedire videretur, quod ſcripta favorabilia in genere ſive ſpecie a ſereniſſimo rege Romanorum obtinerentur: quibus ſingulis hujuſmodi ſuis principibus, communitatibus & ſubditis mandaretur, quatenus vobis adhærerent & faverent. Ac etiam voſipſi ad principes electores, & ſpecialiter ad ſupremum dominum marchionem & ducem Saxoniæ ſpecialiter ſcriberetis, gratias primum agentes de ſuo bono propoſito, fideli aſſiſtentia & favore. Et quod mitterent ſuos prælatos & ambaſiatores, *&c.* Et ita ad conſulatum Nurembergenſem, qui optimi ſunt & fideles in hoc negotio cooperatores. Memoratus vero dominus Giſtetenſis ſatis favorabiliter ſuper mea requiſitione reſpondit: ſed efficax & finale reſponſum uſque ad conſultationem ſuorum ſuſpendit: & ſperamus, ſicut optamus, quod aliqui partium noſtrarum prælati, de ſuſpicione, quæ contra ſe eſt, tamquam non faveant veſtræ congregationi, & vocationi Bohemorum adverſentur, contrario actu favorabiles, ſcilicet oratores mittendo ſe citius purgabunt. Quod ſi non fecerint, ſed eatenus ſuam voluntatem proſecuti fuerint, & veſtrum (quod abſit) conventum diſſolvant, vel fructu ſperato evacuent, tunc nos, qui ſalutem ipſorum in omnium jugi precamur inſtantia, aliud ex his quæ videmus & audimus in verbo veritatis conjicere non poſſumus, quam quod eorumdem & omnium ſibi faventium inſtabit periculum majus quam omnium reliquorum. Quod inde ſyllogizamus. Nam ipſi, quos proſequimur, Bohemi vicinis ſibi latiſſimis regnis, ac ipſi Alemaniæ graviſſima hactenus damna intulerunt, ut vix aut nuſquam alia via reſtet reſiſtendi vel occurrendi, quam per medium & ſuccurſum univerſalis eccleſiæ in virtute ſynodi generalis congregatæ: quæ interpellante tempore ſe colligens, viam tantis malis occurrendi in ſpiritu manſuetudinis exurſa eſt, eos, de quibus agitur, vocans. Unde ſpem tantam & conſolationem innumerabiles (ut præfertur) ceperunt, & ipſi ſe in Bohemia utcumque reſolvere, & propius accedere, ut ſperatur, ut ipſi ex ſcriptis præſentibus inductis conjicere poteritis, cœperunt. Quid nobis ſperandum erit, ſi cujuſcumque facto vel cauſa vocatos non legitime expectaveritis, & reliquos

A ſpe ſua fruſtraveritis, quam quod utrimque provocati in eos qui ſibi deluſerunt fortius ſe & atrocius armabunt? Ergo, dilectiſſimi & gratiſſimi patres, undecumque & qualiumcumque opinionum ſitis, in eo quod ſemel conſilio unanimi omnium, qui tunc præſentes eratis, & ſufficienter & ardenter abſentium adventum deſideraſtis & expectaſtis, mature concluſum eſt, & nomine univerſalis eccleſiæ rite emanavit, & ab innumeris (ut præmittitur) laudatum eſt, & hodie laudatur, convenientes & concordes invitatorum præſentiam (prout de congruo decet) expectetis, ſed & expectatis, omnemque poſſibilem diligentiam pro ipſorum reductione adhibeatis; & honorem a Deo & hominibus B incunctanter habebitis. Si ſecus (quod abſit) feceritis, indelebilem eccleſiæ ignominiam inferetis. Quod per extenſum tam oculatis & perſpicacibus viris declarare ſuperfluum putamus. Nec videmus cur velut inermes & myſteriorum Dei expertes fugere debeamus, cum omnium noſtrum una ſit & firma ſententia, quod in dubium vocari non debent quæ ſolenniter & digeſte a ſacris conciliis ſancita ſunt, aut fide ſanctorum probata. Admittantur ergo, illibato fidei noſtræ tenore manente, qui vocati ſunt, & audiantur. Non quod ſolidiores hi tanquam dubii fiant, quibus datum eſt divina noſſe myſteria: ſed certe, ut iidem ipſi qui denſis errorum involuti ſunt tenebris, catholicis noſtris fide firmis doctoribus, errorum neC bulas ratione & arte diſcutientibus, in claram probatæ fidei noſtræ cognitionem, ſi dominus annuerit, revocentur. Similiter & illi qui hujuſcemodi non modo ſubdole ſerpentibus, ſed & paſſim nunc palam volantibus, ſeque infirmis animis infigentibus, hæreſum jaculis pernicioſe vulnerati ſunt, ocius ſanentur. Quod niſi factum & citius factum fuerit, videbitis patres quod lugebitis. Sed ne, quod veremur, accidat, nos, quibus aliquid veſtræ ea parte ſolicitudinis impoſuiſtis, quique rem tamquam ſub proſpectu noſtro non ſine mœrore cadentem acrius, ſed & amarius pleriſque metimur, cum reverentia ſupplices rogamus. Et quia expedire, & vix aliter abſque graviſſimo D ſcandalo & irremediabili fieri poſſe putamus, bona fide conſulimus ne irrita faciatis, aut, quantum in vobis eſt, fieri permittatis, etiam ſub periculo corporalis ſalutis, cum pro domo Dei ſecundum profeſſionem noſtram (ut rationabiliter ſcribitis) nos murum, qui periculis aut impulſibus uſque dum ruat non cedit, ponere debeamus: ea ſcilicet quæ Spiritu ſancto dictante non modo ſemel aut altera, ſed & tertia, ut ipſi (de quibus agitur) ſuis ad nos ſcriptis teſtantur, imo & quarta vice de ore veſtro proceſſerunt. Sed eos quos tam ſolenniter vocatis, quia ardenter eorum (ut oportet) ſalutem optatis, quamlibet longius abiiſſe videantur, ſi venire voluerint, ut magnam nobis & multis ſpem ſcriptis ſuis dederunt, expanſo læti ſinu recipere benigne, & patienter audire, in E viam ſalutis & veritatis miſericorditer & manſuete dirigere, &, ſi redire reſipiſcentes cupierint, in communionem fraternæ admittere, aliaque conſtanter & perſeveranter facere velitis, quæ pro ipſorum reductione & eccleſiæ pace & reformatione apud vos ſalubriter ſtatuiſtis. Unde fidelium mentes, quæ a jucunditate, quam veſtris (ut præfertur) ſalutari conventione, ordinato in agendis proceſſu, devotaque & ſimplici converſatione longius vivificum ſuum odorem in ædificationem fidelium ſpargentibus conceperunt, ſtupefacti nimis, & velut amentes ceciderunt, geminata continuandaque lætitia erigetis. Hæc ad qualemcumque veſtram conſolationem amore, qui reverentiam neſcit, ſcripſiſſe volumus, petentes nos de incuria & ruſticitate haberi miſe-

misericorditer excusatos: quia bona & simplici fide vobiscum, velut cum patribus nostris & præceptoribus indulgentissimis, agimus. Neque cultius, emendatius, aut mundius propter temporis angustiam, quæ posita sunt, rescribere curavimus, de vestra benigna supportatione confisi. Ceterum, si vobis videatur, deputentur venerabiles patres domini Ebracensis & de Laughen ordinis Cisterciensis harum partium de vicino abbates, aut alii, prout vobis videbitur, qui frequentius nobis vestro nomine de occurrentibus novis & bonis in consolationē nostram & aliorum scribant per occurrentes opportune nuntios. Mittimus dominationibus vestris copias literarum communitatis Nuembergensis ac nobis a Pragensibus directarum, & nostrarum ad eosdem. Ersicut Pragenses Nurembergensibus, pariformiter & Egrensibus scripserunt, qui optimi mediatores in Curiensi nostro negotio existunt. Etiam recepimus ab amicis ecclesiæ quosdam professionis articulos, in quos dicuntur sub magno apud nos satis silentio doctores & clerus civitatis Pragensis veteris & novæ convenisse. Quos si in congregatione audire volueritis, nulli tamen copia decernatur, quousque plenius quod expectamus responsum habuerimus, ne forsan ipsi in instanti sua & plena totius regni congregatione melius & aliter deliberent. Committatur tamen aliquibus doctoribus sacræ paginæ & aliarum facultatum, sicut videbitur, ut diligēter videant & examinent, quatenus opportuno tempore quid agendum sit ea parte proferant. Verum hujusmodi articuli in lingua & scriptis Bohemicis ad nos pervenerunt, & in Latinum quidam doctor satis celebris in medicina, alter vero in idioma nostrum Alemanicum transtulerunt. Mittimus utrumque, ut, collatione adinvicem habita, clarius intelligere ipsorum intentionem possitis, & de occurrendo eis cogitare salubrius erit, & (ut confidimus) facilius ipsos literali congressu devincere, quam hostili campo cum eis sub periculo cladis aut fugæ nostrorum confligere. Quod expediet, unctio vos Spiritus, qui velut hospes beneficus corda vestra inhabitat, docebit, ut optamus, & jugiter orabimus. Nostri memores in domino valete.

Scriptum Nurembergæ, decimosexto Februarii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

XC.

IMPERATORIS CONSTANTINOPOLITANI litera missa sacro concilio Basileensi.

Ioannes in Christo Deo fidelis imperator & moderator Romæorum Palæologus semper Augustus sacrosanctæ generali synodo Basileensi salutem in eo qui omnium est vera salus.

LITERAS vestrarum reverentiarum recepimus per reverendum Antonium episcopum Sudensem, & fratrem Albertum de Crispis sacræ theologiæ magistrum, oratores vestros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum bene notavimus optimam dispositionem atque intentionem Deo amabilem, quas vestræ reverentiæ pro tota Christianitate gerunt, & specialiter pro nobis, id est pro unitate ecclesiæ sanctæ Christi. Et super hæc lætati sumus maxime, quoniam hortantini nos pro illis, pro quibus & nos jamdiu hortati fuimus instanter ecclesiam Romanam. Multoties enim scripsimus, & misimus illuc pro unitate prædicta, ut omnibus patet. Tantis autem legationibus factis ex parte nostra, & tanta solicitudine ostensa, non permiserunt causam circumstantiæ eorum, ut finem acciperet nostra voluntas & tractatus. Ad præsens igitur de eisdem his, & cum simili & eadem dispositione vestris reverentiis scribimus, quærentes fieri concilium œcumenicum sub præsentia omnium personarum necessario debentium interesse secundum antiquum ordinem & consuetudinem; & tale concilium fieri canonicum, liberum, inviolatum, & simpliciter secundum formas antiquorum œcumenicorum conciliorum. Et omne illud, quod, Deo dante, in tali concilio unanimiter & concorditer conclusum fuerit, hoc firmum haberi indubitanter & sine contradictione & lite quæcumque, quæ omnia dicta fuerunt & concessa, & confirmata a sancta Romana ecclesia per plures legationes ad eam nostra parte factas. Impedita autem fuit istorum conclusio & effectus propter temporales circumstantias, ut supra dictum est. Sed quoniam vestræ reverentiæ in præsenti tempore tantam promptitudinem super istis ostenderunt, quod legationem specialem fecerint pro istis, & hortatæ nos fuerint literis & relationibus suorum oratorum, propter hoc & nos mittimus ambasiatores nostros, familiarem imperii nostri . . . . . . abbarem scilicet monasterii sancti Demetrii Isidorum, & familiarem nostrum Ioannem Dishyparum, ... per quos petimus & rogamus vestras reverentias, quod ad hoc Deo amabile opus unionis conferatis omnem curam & solicitudinem, ut fiat & concludatur dictum laudabile opus vestris studio & diligentia nostris correspondentibus, cum nota fiat aliqua necessaria ad hoc & ejus operis executionem, commisimus de istis prædictis nostris ambasiatoribus, qui vestris reverentiis latius & clarius omnia referent & manifestabunt, placeatque vestris reverentiis eisdem dare plenam fidem.

Datum in urbe nostra Constantinopolitana anno domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio, die decimoquinto Octobris.

XCI.

LITERA REGIS DACIÆ MISSA sacrosancto concilio in favorem ordinis sanctæ Brigittæ, lecta in generali congregatione die Veneris, 26. mensis Martii anno MCCCCXXXV.

*Reverendissimis in Christo patribus ac dominis præstantissimis, honore præcipuo venerandis, pro concilio generali celebrando in Spiritu sancto Basileæ legitime congregatis, Ericus Dei gratia Sueciæ, Norvegiæ, Sclavorum Gothorumque rex, & dux * Pomeriæ, salutem & sinceram nostri in domino recommendationem.*

* *Pomeraniæ.*

REVERENDISSIMI patres & domini, regalia præeminentiæ requirit dignitas & officium, illudque præcipuum in sui pectoris armariolo jugiter versare debet, ut post divinæ cultum majestatis, modis & mediis quibus poterit in effectum * producat, quod subjectus sibi populus pacis tranquillitate frui & gaudere valeat, & præsertim hi qui, spretis curis & vanitatibus labentis sæculi, Deo inhærere (cum sibi servire regnare sit) toris desideriis inardescunt; cujusmodi sunt utriusque sexus homines religiosi, & præsertim ordo ille devotissimus beatæ Brigittæ, sancti salvatoris nūcupatus, qui in loco Vvadzsteyn regni nostri Sueciæ, Dei dispensatione (ut pie creditur) laudabile sumpsit initium, & postmodum per diversas mundi partes, in salutem multorum a via rectitudinis aberrantium, commendabile susceperat incrementum. Ipsius nempe beatæ Brigittæ sanctissima vita, virtutum præclara merita, nec non magnifica & stupenda quæ gloriosus & mirabilis Deus in sanctis

* *educat.*

sanctis suis per illam fecerat & sine intermissione in his terræ finibus facit opera, mentes hominum ad credendum attrahunt, hunc ordinem cum suis vivendi regula & constitutionibus a Deo specialiter processisse. Apparet hoc idem de devota & irreprehensibili vita personarum in eo degentium, exemplis sanctimoniæ & doctrina saluberrima: quibus innumerabilis populus divinitus illustratus, latam & lubricam deserens viam, quæ ducit ad mortem, arctam cælestis patriæ semitam ambulat confidenter. Sed heu, venerandissimi patres & domini, accepimus nuper, quod dolenter referimus, ex illius non dubitamus instinctu, cujus invidia mors introivit in orbem terrarum, surrepsisse videlicet in ordine prædicto nobis dilecto periculosas quasdam scissuras & contentiones, ob quas generales confessores, & aliæ dicti ordinis personæ, de monasteriis regnorum nostrorum ad reverendarum paternitatum vestrarum præsentiam, sacrosanctam scilicet generalem Basileensem synodum, sunt citati. Etiam, ut asseritur, ad respondendum nonnullis articulis contra libros revelationum prænominatæ sanctæ dominæ patronæ nostræ * conscriptos: qui revelationum libri in salutem indubie multorum in via fidei & morum titubantium hic & alibi sparsim per mundum publicati fuerant, & solenniter prædicati. Quamobrem, reverendissimi patres, vestrarum paternitatum & dominationum congregationem sacratissimam, universalem ecclesiam repræsentantem, devotioribus & efficacioribus quibus possumus precibus aggredimur, instantius exorandam, quatenus ex parte Dei omnipotentis, & ejus intuitu, cujus in hac parte vices geritis, nostrarumque ob devotarum precum instantiam, personarum & locorum sæpedicti ordinis hujusmodi periculosas discordias ad Deo placentem concordiam revocare velitis, nec non obloquentium ora sic obstruere, quod stare & vivere deinceps poterunt in Dei servitio, suaque regulari observantia, sicut hactenus in monasteriis regnorum nostrorum laudabiliter steterant atque vixerant sub dicta sancti salvatoris regula, secundum ipsius institutionem primitivam. Insuper quod illa doctrina sanctissima revevelationum beatæ Brigittæ, sicut in præsens in ecclesia Dei ad ipsius laudem & gloriam, ad purgationem criminum, bonorumque morum introductionem prædicatæ & publicatæ fuerant, sic & amodo publicari & prædicari valeant & teneri. Alioquin exinde * sanabuntur corda simplicium, scandalizabuntur plurimi, & formidandum erit finaliter Christianæ fidei non minimum detrimentum. Spiritus ille veritatis, qui procedens de thalamo divinæ majestatis apostolorum pectora invisibili gratia penetravit, dignetur illustrare corda vestra ad faciendum pacem & tranquillitatem in ecclesia sua sancta.

* adscriptos:

Datum in castro nostro Vvordlingborg, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, tertia die mensis Iulii, nostro sub secreto, *&c.*

XCII.

ALIA LITERA CERTORUM episcoporum missa in favorem dicti ordinis, & lecta in congregatione eodem die.

*Reverendissimis in Christo patribus ac dominis præstantissimis, pro concilio celebrando in Spiritu sancto Basilea legitime congregatis, Petrus Lundensis, Aslatus Nidrosiensis, Dei & apostolicæ sedis gratia archiepiscopi, Nassuo Othoniensis, Ioannes Roskildensis, Ioannes Hasloensis, Siggo Scarensis, Andoenus Stavangrensis, Thomas * Strengenensis, Hermannus Vvibergensis, Petrus * Hamarensis, Gerardus Binglavensis, & Severinus Farensis, eadem gratia ecclesiarum episcopi, cum omni humilitate & reverentia debita obsequia, vobisque ac mandatis vestris in omnibus devote & fideliter obedire.*

* Strengnensis,

* Hammensis, al. Hamnensis,

GRATIAS agimus Patri misericordiarum, & Deo totius consolationis, qui senescentis mundi miseriis ineffabili sua misericordia, & miseris, ne in barathrum desperationis prolabantur, salutaribus remediis subvenit & succurrit. Hinc est, patres reverendissimi, quod Deus inter alia miserationis suæ opera magnifica & gloriosa, quæ ad laudem & gloriam nominis sui fieri voluit, in his ultimis finibus terræ pro consequenda remissione peccatorum, ad dirigendos pedes oberrantium in viam patriæ cælestis, beatam Brigittam de regno * Sueciæ progenitam, quasi venam fontis vivi sponsam suam, & canale gratiæ suæ tantis gratiarum aquis abundare fecit: & non solum regno prædicto, verumetiam quasi toti orbi terrarum per eam misericors dominus, cujus misericordiæ non est numerus, salutis & gratiæ melliflua pocula dignatus est misericorditer propinare. Et cujus quidem beatæ Brigittæ meritis & sanctitate, primum in regno Sueciæ, videlicet Vvadstesteyn, ordo ille præclarissimus, sancti Salvatoris nuncupatus, inolevit, ac gloriosum suscepit exordium. Deinde successu brevissimi temporis, & hoc satis miraculose, in diversis regnis & mundi partibus, ex inflammatione utique Spiritus sancti regibus & dominis terrarum atque prælatis divinitus facta, plura sunt innovata & multiplicata monasteria, in quibus sororum & fratrum conventualium fervens & affectuosa viget devotio & vitæ regularis observantia secundum ordinem instituta perfectissime observatur, tam per continuas prædicationes, quam per divinæ majestatis cultum & obsequium, videlicet missarum solennia, & divinarum horarum jugiter psalmodiam. Vnde quasi infiniti peccatores de die in diem divinitus inspirati convertuntur, conversique in brevi proficiunt, magna virtutum accumulantes incrementa, & spirituales effecti, calcatis sæculi curis, sentientes se corruptibile pondus cum mœrore portare, quibus nil agere libeat, nisi solius Dei desiderio & amori jugiter inhærere. Vnde, reverendissimi patres, nos una cum principibus & prælatis, & magnatibus, militibus, & militaribus, nobilibus, primis ac proceribus regnorum pro quieto statu regnorum eorumdem in magno parlamento, in castro & oppido Vvordlingborg regni Daciæ congregati, nunc accepimus, qualiter confessores totius ordinis prælibati ad sacrosanctam synodum Basileensem pro statu salubri, reformatione laudabili, ac incremento felici locorum & personarum utriusque sexus in eodem ordine sparsim per mundum degentium sunt citati. Eapropter, patres & domini reverendissimi, dominationes vestras cum humili & devota subjectione aggredimur implorandas, quatenus, si qua in hoc sacro concilio usque in præsens literis, processibus, articulis, quæstionibus vel querelis contra dictum ordinem, cujus privilegia, regulam, constitutiones seu instituta regularia, jamdudum per sacram sedem apostolicam approbata & confirmata, ac etiam contra libros revelationum dictæ sanctæ Brigittæ dominæ divinitus (ut creditur) ostensarum, quomodolibet fuerint attentata, ob nostrarum petitionum humillimam instantiam faciatis revocari. Si qua vero in eisdem revelationum libris examinanda & discutienda fortasse videantur, tam caute & moderato reformationis sarculo cum lenitatis moderamine emendentur,

ne piarum aurium in posterum offensiva fiant ea, quæ de his libris revelationum coram populo, nedum in partibus istis & regnis, sed & alibi per mundum publice prædicata fuerant in Christianæ fidei fulcimentum. Alioquin si (quod absit) ex hujusmodi controversiis, litibus & contentionibus sic (ut præmittitur) motis & attentatis, insurgeret aliqua ordinis præfati diffamatio, vel a sui primitivi regularis status vigore discessio, extunc (prout verisimiliter formidamus) ubique & præsertim in partibus istis tam in clero quam in populo fiet maxima confusio, & devotionis fidelium fervor ad Deum, & ad illam sanctam, quæ tot, tantis & tam manifestis claruerat miraculis & virtutum meritis, vertetur in torporem. Quod utique cedet in fidei catholicæ turbationem & diminutionem, in scandalum multorum & ecclesiæ, saltem in his orbis finibus, sub hoc periculoso tempore non modicum detrimentum. De modo autem cohabitationis sororum & fratrum in monasteriis ordinis prædicti, quæ situata sunt in regnis istis, quam alii quidam pacis æmuli & tranquillitatis calumniati conantur, nulla datur hic cuiquam Christi fidelium suspicionis occasio, quod eorum habitacula adeo firmis altisque muris & ædificiis distincta ac divisa sunt, prout fere nos omnes, præcipue autem, qui monasteriorum & locorum eorumdem visitatores sumus *. quod secure & absque conscientiarum scrupulo juxta primariam ordinis institutionem, quam adeo pie credimus factam esse, sorores & fratres sicut cohabitant, honeste & licite poterunt commorari. Valeat & in Deo proficiat vestræ sanctissimæ devotionis venerabile collegium a Deo cælitus inspiratum, ab æterno prævisum & præordinatum, & jam in hoc occidui mundi ærumnoso tempore in Spiritu sancto legitime congregatum.

* *videtur deesse* vidimus, *aut aliquid ejusmodi.*

Datum in opido Vvordlingborg Roskildensis diœcesis, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, die tertio mensis Iulii, nostris sub secretis, *&c.*

XCIII.

EPISTOLA ROTHOMAGENSIUM ad concilium.

Reverendissimis & honoratissimis ac metuendissimis patribus sacrosanctam synodum ecclesiam universalem repræsentantem Basilea tenentibus, humiles vestri filiali subjectione subditi consules & cives civitatis Rothomagensis.

Reverendissimi ac honoratissimi ac in timore domini sancto reverendissimi patres, considerantes apud nos nihil esse quod adeo indignationem provocet altissimi sicut ingratitudo; ipsa enim est provocatio malorum, beneficiorum exinanitio, & extinctio meritorum: quapropter miserationum, quas in ecclesia sancti Audoeni Rothomagensis per literas vestras magnificastis, pro qua vicibus repetitis ausi fuimus sanctitati vestræ congregationis dudum rescribere, jugem habentes firmamque memoriam, nolentes insuper illud Iudaicum in nobis notari opprobrium: *Non fuerunt* (inquit) *memores beneficiorum ejus, & mirabilium quæ ostendit eis*, per præsentes literas nostras, & pro modulo nostro benedicimus Deum cæli, qui per ministerium vestrum faciens misericordiam, de pulvere tribulationis & sordibus litigiosæ captivitatis erigit egenum, ut cum principibus ecclesiæ suæ sedeat, & solium gloriæ inter vos, reverendissimi patres, rejecta omni confusione teneat. Quinimo eædem literæ vestræ ab ingenti diuturnaque & difficili narratu præfatæ ecclesiæ sancti Audoeni ruina, quam pro discordia & concussu guerrarum æstimamus possime contigisse, resurgendi primitias præstant non modicas. Namque lapsos erigunt, vagos congregant, & revocant aberrantes. Quamobrem non quas debemus sanctitati vestræ congregationis, sed quas valemus & scimus, gratiarum referimus actiones; nosipsos, & quæque nostra sunt, in obsequium vestrarum paternitatum filialiter offerentes. Cumque novella sit hujusmodi plantatio pacis in dicta ecclesia, & quietis; plantæ vero quæ nondum se terræ radicibus adhæserunt, suspectam habeant tyrannidem, ac * borealem, & ventorum fortiores nequeant tolerare excussus, sic ut paci & quieti præfatæ ecclesiæ vigilantius oporteat provideri: idcirco, reverendissimi ac metuendissimi patres, humilius, quam possumus, vestris reverendissimis paternitatibus supplicamus, quatenus hujus ecclesiæ pacem & quietem, jam per vos plusquam ad medium perductam, dignemini, rejecta omni æmulorum dissensione, ad perfectum usque perducere, auxiliante vobis sanctitatis vestræ congregationis auctore & conservatore Spiritu sancto, qui cum Patre & Filio vivit unus Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. 77.

* *forte* borealium ventorum

Datum Rothomagi die decimooctavo mensis Iulii, millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

XCIV.

LITERA IMPERATORIS ROMÆORUM ad idem concilium.

Sacrosancta generali synodo Basileensi, &c. Ioannes in Christo Deo fidelis imperator & moderator Romæorum Palaeologus semper Augustus, salutem in omnium redemptore.

Ad legationem nobis prius factam per vestras reverentias responsum dedimus per nostros ambasiatores ad vos transmissos, adhortantes easdem vestras reverentias ad sanctissimum opus unionis ecclesiarum Christi diu tractatum cum beatissimo domino papa Eugenio & prædecessore suo, & volentes quod tale divinum opus ad finem optatum perducatur. Interea vero præfatus dominus papa misit ad nos nuntium suum & secretarium venerabilem Christophorum Garatonum, concedens pro tali proposito, & permittens quæ nos prius petebamus & desiderabamus, videlicet quod fiat synodus pro dicta materia unionis in hac urbe Constantinopolitana: quem nuntium libentissime vidimus, atque vidimus & acceptavimus illud membrum, quia nobis videtur maxime tendere ad perfectionem dictæ sanctissimæ rei propter causas vestris reverentiis relatas & manifestatas per nostros ambasiatores. Et multo magis libenter acceptavimus, quia certificavit nos dictus nuntius, dictum dominum papam & vestras reverentias tam in hac re, quam singulis aliis, esse ejusdem voluntatis; quod nobis gratissimum est. Quare cum dicto nuntio prædictis nominibus nonnulla conclusimus super dicta unionis materia. Et pro ultima conclusione & confirmatione omnium gestorum cum nuntio antedicto & pro complemento aliorum, &, ut dictum sanctum opus Deo auctore incipiat, mittimus ad præfatum sanctissimum dominum Eugenium & ad vestras reverentias ambasiatores nostros nobiles viros Georgium Dishypatum, & Manuelem Dishypatum, ejus fratrem, familiares & dilectos nostros, quibus in relatibus super præmissis placeat dare plenam fidem.

Datum Constantinopoli millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, die duodecima Novembris.

LITERA

XCV.

LITERA DUCIS SABAUDIÆ missa sacro concilio in læsionem domini Ludovici episcopi Lausanensis, lecta in generali congregatione die sabbati xiv. Maii MCCCCXXXV.

Sacrosanctæ synodo generali Basileensi humilis & devotus ecclesiæ filius Amedeus dux Sabaudiæ.

HUMILI devotaque recommendatione præmissa, adversario & hoste meo notorio domino Ludovico de Palude & suis fautoribus contra me dumtaxat exceptis, quibus me recommitto, licet ex generali doctrinæ sacræ consilio injuriæ veniant ab injuriatis æquanimiter tolerandæ. Attamen non improvide talis in hoc modestia servanda est, ut injuriantibus ad corrigendum attentata postmodum injuria innotescat, quos forsan prius impetuositas a tramite mansuetudinis deviarat. Confisus itaque de vestrarum reverendissimarum paternitatum benigna supportatione, conqueri compellor apud eas, hostibus seclusis, super eo quod nuperrime dilecto fideli scutifero oratore & procuratore meo ad hoc deputato Ioanne Championis in conspectu vestro in ecclesia majori Basileensi; ubi (ut credo) debebat & debet sibi & omnibus servari totalis immunitas, & plena securitas, personaliter constituto, post intimatam eisdem paternitatibus & parti adversæ, videlicet dicto domino Ludovico adversario & hosti meo ibidem tunc præsenti, appellationem justam a quadam prætensa sententia generaliter (ut fertur) in causa ecclesiæ Lausanensis, sicut placuit in favorem dicti adversarii contra reverendum in Christo patrem dominum Ioannem de Pringuio episcopum Lausanensem nuper lata, (quæ utinam pro honore sacri concilii sine alio prævio moderamine, & causæ maturiori justificatione, nunquam fuisset promulgata!) statim insurrexerunt quidam ex promotoribus, nec non procurator fiscalis, ac etiam procurator fidei, (qui tamen ut prudens, fuit aliis magis temperatus, licet urgeretur) & cum clamore valido petierunt, quatenus idem scutifer & procurator meus caperetur, detineretur, & graviter puniretur, eo quod hujusmodi appellationem intimaverat. Surrexerunt etiam innumerabiles alii cum clamore & strepitu pariter acclamantes: Capiatur, Incarceretur. Nec defuit aliud verbum violentum, nisi Ut crucifigeretur. Hostis insuper prædictus particulariter debitum suum hostilitatis, hoc idem vociferando, persolvit; in quo mihi quamplurimum complacuit, quia qualis erat & est apud me inimicum publicum meum se palam declaravit. Quod tanto moleste fero, quanto ipse prodiit ex vassallis meis: quorum meritis prætentis ex hoc & aliis operibus suis reddidit se indignum perpetuum. Unde super hoc quod in præsentia vestra clamitat se ex parentibus magnis (quorum aliqui defuncti sunt in parentum meorum obsequio) traxisse originem, fateor verum esse hoc quod dicit, quia ex bonis & fidelibus parentibus ortus est, qui tam erga me, quam inclytos progenitores meos, debitum fidelitatis firmiter exercuerunt. Utinam non fuisset nec esset idem adversarius degener, contra me & justitiam meam attentando: in quo cum divino & dominorum amicorum meorum auxilio non poterunt ipse & sui prævalere: scio enim remedia mea, quibus utar loco & tempore contra ipsos. In hoc autem quod allegat magnitudinem parentum, allegat veritatem: sed non credat aliquis me non habere sine comparatione potiores se. Habeo enim per Dei gratiam vassallos & subditos insignes in bono numero, ducali, marchionali, principali, comitali, baronali, & banneretali dignitatibus insignitos ultra valvassores. Cujus fallaciis, asserentis me ea quæ gesta sunt in prædicta causa Lausanensi ignora[illegible] sed ea ex suggestione aliquorum servitorum meorum processisse, credere non debuissetis, nec debetis. Habetis enim de contrario argumenta notoria, videlicet literas meas manu propria sigillatas & subscriptas, ac frequenter oratores meos fideles, quos non oporteret in aliquo vacillare, heraldum tunica armorum meorum vestitum, deinde reverendum in Christo patrem episcopum Veaionensem, ac venerabilem doctorem scholasticum Andegavensem, per vos ad me nuper deputatos, qui sciverunt ex meo immediato oraculo mentem meam in hac parte. Et nunc habetis efficacissimum meæ voluntatis indicium in hoc, quod non per procuratorem, sed in propria persona coram authenticis personis appellavi. Miror qualiter & quomodo vestræ reverendissimæ paternitates tot vicibus permiserunt & permittunt se a prædicto adversario & ejus fistulis dulce canentibus sic decipi. Sed omnibus consideratis, non admiror; quia facies dealbatæ multos fefellerunt, atque fallunt. Non credebam tamen, quod ad complacendum uni monacho, justitiam justis injuste auferre satagerent, maxime ex actu ordinatissimæ justitiæ, videlicet appellationis, debuissem in persona mei scutiferi & procuratoris sic offendi, & etiam in sedibus oratorum meorum prægravari. Non enim sic turbari debuistis ex appellatione supradicta. Est enim commune vulgare, quod cuicumque, cujuscumque status, etiam infimi, licet protestari, appellare, & etiam mendicare, & maxime contra me, qui me conscium alicujus offensæ sacro concilio vel alicui ex suis suppositis hucusque illatæ non sentio: quinimo ad profectum & augmentum ipsius concilii viis possibilibus tam erga sanctissimum dominum nostrum papam, cujus sanctitatem plus debito, sed Dei zelo, hac de causa frequenter stimulavi, & nimis exasperavi, quam erga principes consanguineos, confœderatos & amicos, cum omni fervore laboravi. Unde præter testem æternum possunt (si velint inniti veritati) esse mihi testes reverendissimus in Christo pater dominus legatus, abbas Virziliacensis, oratores Parisienses, & ceteri primordiales concilii, a quibus continuis precibus commovebar, tunc quamplurimum appreciatus, nunc vero post dilationem (sicut placet) vilipensus, contemptus, & mala pro bonis acceptus: nescio enim unde fuit quod supplicata per me, iterata & reiterata, videlicet, quod causa ecclesiæ Lausanensis, quæ mea fuit, est, & erit, aliquibus probis auditoribus peritis, & partibus non suspectis, committeretur via & ordine juris tractanda & diffinienda. Nunquam potui obtinere quod etiam uni Saraceno non fuit denegandum: nisi quia sic placuit illi bono Ludovico, & suis fautoribus satis mihi notis. Scio enim & fateor indubitanter ipsi sacro concilio plures & plures adfuisse & adesse dominos sapientissimos, justos, mansuetos, & pios; quibus præmissa attentata tamquam iniqua displicuerunt, & displicent, quos inde culpare nescirem, nisi ex hoc quod aliis partialibus forsan ex metu vel falsa persuasione consenserunt. Indulgere mihi dignentur vestræ paternitates reverendissimæ, salvis adversariis, si in præmissis alicubi excesserim, quod tamen non credo, nec intendo ad displicentiam earum quidquam expressisse, [illegible] dumtaxat pro quiete & notitia mentis meæ. Nunquam enim tranquillam dedissem oculis meis dormitationem, quousque tamquam filius ad patres querimoniam meam protulissem. Vestras paternitates reverendissimas conser-

vare

vare: & adjuvare dignetur omnipotens ad opus ſtrum perficiendum.

Scriptum Rappalliæ, die prima Maii, millesimo quadriogenteſimo trigeſimoquinto.

XCVI.

LITERA DUCIS MEDIOLANENSIS missa concilio in Augusto, anno MCCCCXXXV.

Reverendiſſimarum paternitatum veſtrarum filius Philippus Maria Angelus, dux Mediolanenſis, ... Papiæ Angleriaque comes, ac Ianuæ dominus.

Raverendissimi in Chriſto patres & domini mei præſtantiſſimi, cooperante gratia divina, habeo nuper feliciſſima nova, victorioſa & triumphante claſſe mea Iannenſi, quæ hoſtilem armatam regis Aragnnum apud * Gaietanum ea toto conflixit, captis (ut recitant literæ per me habitæ) ipſo rege & duobus fratribus ſuis, videlicet rege Navarræ, & magiſtro ſancti Iacobi, nec non principe Tarenti, duce Gueſſæ, & filio domini Chriſtophori Gaietani comitis * Feudutum, aliiſque baronibus ſecum exiſtentibus, exceptis infante dom Petro, & principe Salerni, captis etiam navibus & navigiis ipſius armatæ, omnibuſque gentibus hoſtilibus, quæ ſupra ea militabant. Hanc ideo tam felicem divinamque victoriam ſtatim reverendiſſimis paternitatibus veſtris intimare decrevi, ut cum omnes felicitates meæ propriæ veſtræ ſint, mecum laudes altiſſimo agentes inde lætari & gaudere poſſitis, & continuo meliora ſperare, ad laudem & gloriam ipſius qui piiſſimus eſt donator omnium gratiarum.

* Feudorum.

Datum Mediolani die vigeſimo Auguſti, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

Poſt ſupraſcripta certioratus ſum per literas proprias magnanimi & glorioſi capitanei mei claſſis meæ Blaſii de Aaretn, quod ultra prænominatos reges & alios captos, etiam captivi remanſerunt dictus infans Aragnnum & viceres Siciliæ, filius ducis Gueſſæ, Menegutius del Aquila capitaneus lancea- D rum trecentarum, aliique multi barones & nobiles ultra quadringentos, & armigeri ultra mille, & gens alia infinita ad milliaria. Capta præterea fuit tota hoſtilis claſſis, præter duas naves minores quæ evaſerunt. Conflictus autem fuit ſuus terreſtris exercitus, qui contra Gaietam militabat, captis bombardis & munitionibus quibuſcumque. Denique pro majeſtatis divinæ clementia tanta fuit ipſa victoria, quod ſtupendum & mirabile dictu eſt. Ipſi laus, gloria, &c. Datum ut ſupra.

XCVII.

COPIA LITERARUM DOMINI imperatoris Græcorum ad concilium.

Ioannes in Chriſto Deo fidelis imperator & moderator Romaeorum Palæologus ſemper Auguſtus ſacroſancto generali concilio Baſileenſi ſalutem in eo qui eſt vera ſalus.

Venerabiles veſtri ambaſiatores miſſi ad nos cum noſtris ambaſiatoribus hic adfuerunt, portantes nobis literas veſtras. Ea quibus literis, & etiam relatione ipſorum, cum ſapienter & clare expoſuerint omnia ſibi commiſſa, cognovimus & certi ſumus de optima diſpoſitione ferventique deſiderio quæ ad opus unionis eccleſiarum Chriſti geritis. Pro quo & nos etiam ante plurimum laboravimus & ſtuduimus & nunc ſtudemus, & diligentem opeA ram facimus. Perlecto etiam decreto quod factum eſt per vos ſuper tali materia, etiam difficultates aliquæ in eo repertæ, & illis oſtenſæ, per Dei gratiam remotæ ſunt, & grata nobis habuerunt remedia, ita ut uniti & concordes remanſerimus: quare per noſtrum chryſobulum illa firmavimus & roboravimus, ſicut de omnibus latius & particulariter veſtræ reverendiſſimæ paternitates a venerabili viro Henrico uno dictorum veſtrorum ambaſiatorum ſcient, qui pro iſta cauſa ad vos revertitur. Omnia igitur illa quæ ad nos attineant, & a nobis debeant fieri, cum multa diligentia uſque ad finem Deo auctore facturi ſumus; voſque rogamus ut ſimiliter cum pari caritate & promptitudine ad hanc ſanctiſſimam rem procedatis, & nihil deficiat de incumbentibus vobis: B Specialiter vero plurimum & cum multa inſtantia vos petimus & rogamus de loco in quo meditata ſancta univerſalis & œcumenica ſynodus celebranda eſt, ut deputetur & eligatur unus locus ex maritimis, ut ſine difficultatibus & incommodis magnis poſſint venire & conduci neceſſario congregandi ibidem, & maxime ſanctiſſimus mihi dominus œcumenicus patriarcha, qui eſt ſenex, & continua infirmitate gravatus. Et præcipue hoc etiam petimus & rogamus propter ſanctiſſimum & beatiſſimum dominum papam, quia caput eſt eccleſiæ Romanæ & occidentalis, & ejus præſentia eſt neceſſaria, & quamplurimum valet. Propterea (ut diximus) multum rogamus vos & precamur, ut circa hoc bonam C diligentiam & deliberationem faciatis, nihilo minus non recedentes a geſtis circa hoc & alia inter nos & vos.

Datum in urbe noſtra Conſtantinopoli, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto, die vigeſimoſexto Novembris.

XCVIII.

COPIA LITERARUM DOMINI patriarchæ Conſtantinopolis ad concilium.

Ioſeph miſeratione divina archiepiſcopus Conſtantinopolis novæ Romæ, & œcumenicus patriarcha, reverendiſſimis cardinalibus ſacroſanctæ Romanæ eccle- D *ſiæ, & reverendis epiſcopis & omnibus aliis religioſis perſonis congregatis in ſacra ſynodo Baſileenſi, dignam & condecentem ſalutem reddimus reverentiis veſtris, cum ſincera diſpoſitione & caritate ſpirituali & amicitia.*

Venerabiles veſtri ambaſiatores, *&c. ut in præcedenti litera, uſque,* Congregandi ibidem, & maxime propter me, qui ſenex & continuis infirmitatibus gravatus ſum: & præcipue propter ſanctiſſimum dominum papam, *&c. ut in litera immediate præcedenti, uſque ad finem.*

Datum Conſtantinopoli, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto, die vigeſimo- E ſexto Novembris, apud patriarchium noſtrum ſanctæ Sophiæ.

XCIX.

COPIA LITERARUM FRATRIS germani domini imperatoris Græcorum.

Sacroſanctæ generali ſynodo Baſileenſi, in Spiritu ſancto legitime congregatæ, univerſalem eccleſiam repræſentanti, Conſtantinus in Chriſto fidelis deſpotus Romaeorum Palæologus ſalutem in eo qui eſt vera ſalus.

Literas veſtrarum reverendiſſimarum paternitatum per venerabiles veſtros ambaſiatores recepimus, quibus ex literis & ex relatione ipſorum ambaſiatorum de optima voluntate & promptitudine

dine & ferventissimo zelo, qoæ ad hoc divinum unionis ecclesiarum Christi opus geritis, certificati fuimus; quamvis rebus ex ipsis satis intellexerimus ea. Quare vestram intentionem quamplurimum laudamus, & vestrarum virtutum coodignam judicamos, cum non possit cogitari alia res, in qua vestræ reverendissimæ paternitates suis viribus atque studiis uterentur rationabilius & laudabilius, quam in hac, quæ ad communem Christicolarum utilitatem & Christianæ fidei incrementum spectat. Hortabantur etiam vestræ reverendissimæ paternitates nos ut dictis vestris ambasiatoribus auxilia & favores circa suum propositum, pro quo huc destinati suot, grate adhibere velimus. Quod quidem licet ab omnibus Christianis veris debeamt, propter rei præsentis dignitatem, nos tameo ipsi magis hoc debere facere existimavimus, & per gratiam Dei plus quam debeatur intendimos super hoc laborare. Et propter hoc, quantum oobis possibile est, ot tale divinum opus ad finem optatum deduci possit & valeat, studoimus, & in futurum studebimus, & sic mirabiliter hojos rei desiderio tenti fuimus, ut vestras reverendissimas paternitates promptissimas in hac re existentes, cum maximaque diligentia procurantes prout prosequatur, & nos ipsi peteremus iteroin & rogaremus ot omoes difficultates velitis ex medio tollere, & omnimodam diligentiam adhibere ad consummationem hojus divini negotii. Nunc enim multi tractatos & legationes ab utraque parte ad talem terminum cum gratia Dei devenerunt, ut non indigerent aliquo alio, nisi executione sola & progresso reali, & cum effectu. Et procul dubio confidimus, quod vestræ reverendissimæ paternitates sic facieot, & bono principio optimum finem apponent. Talem autem intentionem nostram, quam & multis aliis ex causis justis habemus, & propter vestram petitionem molto clariorem & ferventiorem habemus, a venerabili Henrico Menger uno dictorum ambasiatorum vestrorum latius & particularius scient vestræ reverendissimæ paternitates; qui eisdem paternitatibus & de aliis ad istud propositum attineotibus referet. Nos vero semper ad omnes honestas & rationabiles petitiones paratos esse & fore vestræ reverendissimæ paternitates agnoscant.

Datum Constantinopoli, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoqointo, die vigesimosexto Novembris.

C.

LITERA DUCIS FRIDERICI JUNIORIS Austria missa concilio, lecta in generali congregatione die Veneris 37. Martii MCCCCXXXVI.

Reverendissimis ac reverendis in Christo patribus & dominis sacrosanctam generalem synodum Basileensem repræsentantibus, universis earumdem vestrarum reverendissimarum paternitatum mandatis obedire, &c. paratus Fridericus junior dux Austria.

REVERENDISSIMI reverendique in Christo patres & domini, literas sacrosanctæ synodi Basileensis per venerabilem & circumspectum virum dominum Ioannem de Polmar, decretorum doctorem eximium, sacri palatii apostolici caosarum auditorem, ac prætacti sacri concilii Basileensis oratorem, cum ea qua decuit reverentia accepi, una cum ejusdem auditoris legali relatione subsecuta. Ad quæ omnia tamquam humilis & obedieos sanctæ matris ecclesiæ filius & princeps catholicus fatebar animum habere dispositum & inclinatum. Quia vero adeo noviter regimen & gobernationem principatuum ac dominiorum meorum extra adeptus, restant adhuc certa jura per me experenda, quorum aliqua ecclesiam * Gotzen. ipsiusque castra, & me advocatum dictæ ecclesiæ, patriæ quoqoe principem ac protectorem contingunt. Qua de re, & propter alias causas utilitatem dictæ ecclesiæ potissime respicientes, præfato oratori vestro limpidius explicatas, expediens visum fuerat negotii hujusmodi executiooem differendam, ipsosque super dicto episcopato sibi adversantes, ad istas Austriæ partes coovocaodos sub spe peroptimæ pacis ac perficiendæ compositionis: & desuper reverendo in Christo patri domino Ioaoni dictæ ecclesiæ episcopo literas meas transmitto de præsenti. Qoocirca paternitates vestras accuratius deprecor, qoatenos præfato domino episcopo indilate adveniendi favorabiliter digneotur licentiam impartiri. Spiritus sanctus, in cujus estis nomine congregati, ad suæ sanctæ ecclesiæ utilitatem vos feliciter dirigat & conservet.

Datum in Nova civitate die tertio mensis Martii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

CI.

LITERA REGIS ARAGONUM MISSA concilio, lecta in congregatione generali in vigilia pascha, 7. mensis Aprilis MCCCCXXXVI.

Sacrosancta generali synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentanti, ejusdem sancta ecclesia Dei humilis & devotus filius Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliaque citra & ultra Pharum.

SACRATISSIMA synodo in Spiritu sancto legitime congregata, longum nos desiderium tenuit, ut soleones ad vos oratores mitteremus. Quod profecto ut debitum fuisset, diu * est executioni mandatom, nisi nos quemadmodum toti orbi notum est, præpediti fuissemus. Hoc itaque tam sanctum propositum e manibos rerum maximarum quidam cumulus nexu peoe indissolobili devinctus, non voluntas, quæ, teste Deo, semper ad hoc nobis ardens fuit, extorsit. Nunc autem quia oobis veridice relatum extitit, quanta cura, quanta solertia, qoanta denique vigilantia impræsentiarum incumbitis circa ea quæ ad ecclesiæ Dei reformatiooem, hæresum extirpationem, & pacem inter sæculi principes componeodam, maxime faciuot, & quemadmodum etiam toto pectore operam datis, ut non solum Bohemorum unio, quam Deo aoxiliante acerrimis disputationibus, & indefessis ioaudirisque laboribus procurastis, coocludatur, sed etiam ut Græcorom reductio diu a Christiano populo maxima cum aviditate expetita feliciter fiat, noo modo alacres, sed divino insuper (ot putamus) quopiam nuntio invitati fuimus, ut quamvis non simus ab hojusmodi rerum difficillimarum laqueis omnino expediti, vellemus ulterius * morari laudabile illud diu mente nostra agitatum propositum patere. Cupientes igitur tot & tantorum operum booorum, quorum gloriosus est fructus, participes fieri, quod vos, qoi io vinea domini assidue laboratis, apod æternum illum luminum Patrem & rerum omniom conditorem consecuturi estis, legationem nostram omni auctoritate insignem ad sacratissimum cœtum vestrum mittere decrevimus, ut si totius diei pondus & æstus non portavimus, saltem bonam magnamque ejus partem aliquam sustineamus, qua possimus divina clementia suffragante, cum his qui in operando primi fuerunt, efficaciter in ipsa vinea laborare, vosque pro viribus ad optatissimam illam ac felicem Græcorom adipiscendam reductioné juvare. Quam quidem tum ad divini cultus amplificationé,

* esset

* forte non morari, sed

ad ipsorum salutem & concordiam, tum ad vestri sempiternam memoriam immarcescibilemque coronam immortalitati perpetuo consecrandam, pernecessariam arbitramur. Iam autem delecti sunt viri illi, quibus hæc provincia est committenda. Literas & nuntios præterea in omnes partes nostras nuper destinavimus, ac alias etiam noviter duximus destinandas. Quibus omnes reverendos & venerabiles prælatos plurimosque sacrarum literarum eximios interpretes, demum canonum ac civilis sapientiæ insignes doctores hortamur, &, quantum in nobis est, compellimus, ut pro tam pio negotio facilius consummando brevi ad vos proficiscantur; nec longa certe mora temporis contrahetur, quin nostra ipsa legatio, quæ ire propediem habebit, vobiscum sit. Simile quoque erit de his, de quibus supra diximus. Si quid autem aliud fuerit, quod pro Dei ecclesia vestrique stabilitate & conservatione amplius facere poterimus, illud gratissimo animo perficiemus.

Datum in nostra civitate Gaietæ, die octavo Martii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

Rex Alphonsus.

C I I.

EPISTOLA DUCIS ALBERTI AUSTRIÆ missa concilio, lecta in generali congregatione die Veneris 30. Martii MCCCCXXXVI.

Reverendissimis in Christo patribus ac dominis universis, in sacrosancta generali Basileensi synodo, in Spiritu sancto legitime congregatis, universalem ecclesiam repræsentantibus, dominis & amicis carissimis Albertus Dei gratia dux Austriæ, marchioque Moraviæ.

REVERENDISSIMI patres & domini amici carissimi, devota recommendatione præmissa, sanctum visitationis & reformationis opus in diœcesi Pataviensi, & dominis meis, reverendis in Christo patribus domino episcopo Constantiensi provinciæ Rothomagensis, suisque collegis in Bohemiam legatis per sacrum Basileense concilium, ad precum mearum instantiam devotam, injunctum prudenter, & revera multum necessitate inclinatum, continuatur in dies adeo feliciter, estque jam in multis locis patratum tam amabiliter, quod omni dubio cessante in utroque statu factis & exemplis, ut opera evidenter demonstrant, uberrimus inde sequetur fructus. Assurgo igitur, Deo qui hoc sanctum opus inspiravit, nec minus vestro sancto cœtui, gratiarum actiones devota mente referendo. Petens denique humiliter, si forte aliqui tam sancto operi tamque salubri non faventes visitationem & reformationem hujusmodi extinguere aut impedire conarentur, quod tales contra præfatam sanctam commissionem cum exauditionis affectu vel effectu non admittans. Verum, patres reverendissimi, (ut sine circuitione loquar) vestras certifico paternitates, quod in visitationis & reformationis præmemoratarum prosecutione nihil aliud quæritur, nisi Deo præcipue obsequi, & deinde personas visitandas a longo tempore (quod dolenter refero) multum collapsas, ad statum reduci convenientem. Nec est qui veridice dicere possit, quod in visitatione & reformatione prædictis alicujus lucrum seu commodum privatum quovis quæratur modo. Recommendo me vestris paternitatibus dignissimis cum prona voluntate in singulis complacendi.

Datum Viennæ die octavo mensis Martii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

EPISTOLÆ DIVERSORUM AD DIVERSOS DE CONCILIO BASILEENSI,

Aut de negotiis ad concilium illud spectantibus, tractantes, hic seorsum congestæ, & juxta datas ipsarum, quantum ex ipsis adverti potuit, digestæ.

C I I I.

LITERA A BOHEMIS CONSULIBUS civitatis Egrensis transmissa.

Honorabilibus & circumspectis dominis & consulibus civitatis Egrensis magistri civium & consules majoris civitatis Pragensis.

SERVITIUM nostrum, juxta præsentis cursus qualitatem, vobis circumspectis & prudentibus amicis intimamus & notificamus, quomodo omnes in una generali congregatione jam apud nos constituti domini milites, terrigenæ honorabiles, civitates, & communitates sæculares & spirituales, concorditer deliberavimus, & finaliter in hoc manemus, quod ad concilium Basileense, tamquam ad publicam & securam audientiam, mittere volumus nuntios nostros spirituales & sæculares, qui jam ad eumdem transitum electi sunt & donati. Avertat hoc Deus, ne bonum, quod diu desideravimus, & ad quod jam ostium apertum est, elato animo contemnamus: sed parati sumus, salvis tamen quibusdam assecurationibus, justitiam Dei omnipotentis, in quam nos locamus, coram omni Christianitate confiteri. Hac tamen conditione adjecta, ut eisdem personis ad eumdem transitum deputatis talis securitas procuretur & donetur, ut transire ad ipsum concilium, ibidem stare, & ad nos redire valeant salvi & securi, absque læsione personarum suarum & honoris, & aliarum rerum quarumcumque. Et ideo cum nuntiis a concilio ad Nurembergam missis desideramus convenire in civitate vestra, ubi de modo assecurationis & aliis necessitatibus nostris intendimus ore tenus loqui cum eisdem, quemadmodum ex literis eisdem nuntiis per nos directis, quarum copiam vobis transmittimus, hæc & cetera quæ ab eis petimus clare intelligere poteritis. Affectuosius instanterque rogamus, ut quemadmodum in hac re, quæ vergit ad laudem Dei, utilitatem communem, & pacificationem Christianitatis, exhibuistis, & vos, bono initio præmisso, impigre laborastis & perdurastis usque huc, ita perdurare velitis; scientes quia merces promittitur incipientibus, sed perseverantibus exhibetur. Rogamus etiam, ut literas ipsas cum vestro nuntio dirigere velitis Nurembergam. Etiam desideramus, instanterque rogamus, quatenus civitatibus seu opidis subscriptis, Pilsen, Swamberg, Tenez, Blaswich, Schaustein, Babescem, Olbogen, & ceteris omnibus regis residentiæ partis, literas vestras dirigere velitis, & cum eis practicare, ut nuntii nostri cum salvoconductu & aliis quibuscumque necessariis ita provideantur, ut ad nos, vel alium quemcumque locum ab ambabus partibus deputatum, secure accedere possint & recedere, quotiescumque fuerit opportunum.

Datum Pragæ, feria quarta post festum sancti Matthiæ apostoli, anno trigesimosecundo.

EPISTOLA

CIV.

EPISTOLA MISSA A PRAGENSIBUS ad nuntios sacri concilii Basileensis in Nuremberga consistentes pro causa Bohemorum.

Venerabilibus & religiosis fratribus Ioanni Nider priori domus prædicatorum Basileensium, & Ioanni Mulbrun. ordinis Cisterciensis, nuntiis synodi Basileensis, fratribus dilectis, magister civium & consules jurati majoris civitatis Pragensis.

OBLATÆ pacis desideria amplectimur, cum fideli eorumdem ad vos & omnes Christi fideles reciprocatione votorum. Nam hoc summi & æterni Patris lex clementiæ postulat, ut quod nobis, id etiam nostris proximis rite optemus. Sane vene- B rabilis Basileensis concilii dudum paginam pietatis oculatæ verbis redundantem, & nunc vestram illi parem grata mente suscepimus, utpote benedictionis semina, uberem fructum in virtute patientiæ allatura salutem. Et quia non modo nobis, verum etiam * & ita universo statui regni Bohemiæ utrimque scribitur, quamquam non omnibus, sed fortasse tantum nobis sit eatenus præsentatum: eapropter vestræ honorificentiæ perinde eo successivo respondemus, quod mox prima ejusdem concilii visa epistola, barones, proceres & nobiles, nec non clerum & communitates regni nostri scriptis & nuntiis nostris avisavimus operose, quatenus dominica post festum beatæ Dorotheæ ventura proxime ad civita- C tem nostram indilate conveniant, congruum, salubre ac finale super eadem felici materia daturi responsum; ut quod omnes concernit, etiam ab omnibus pariter & unanimiter comprobetur. Et quia tot & tantarum communitatum & personarum multitudo, tum propter locorum distantiam, tum etiam ob negotiorum * veritatem & pondus, non valuit repente congregari; * quare honorificentiæ vestræ solertiam obnixe deprecamur, in conspectu præfati concilii nostræ prorogationis in respondendo, aut oratores idoneos mittendo, moram non ex segnitie aut quavis alia negligentia, sed præmissis ea causis admissam excusare, &, si commode fieri potest, in loco quo nunc estis, usque ad diem cathedræ D beati Petri proximum, * fidele & (speramus) caritativum præstolari responsum literarum nostrarum bajulis, & nuntiis ad honorificentiam vestram, quoties fuerit opportunum, dirigendis assecurationem sufficientem, ut tute queant ad vos accedere, ac in urbe vestræ nunc mansionis demorari, & ad propria reverti, salvis personis, fama & rebus, procurare dignemini. Nam & nos nuntiis vestris, quos ad civitatem nostram Pragam duxeritis transmittendos, de pari forma assecurationis providere præsentibus pollicemur, ut mutuæ voluntates & promptius & facilius possint partibus utrisque deferri.

Locus obscurus.

* varietatem

* ideo

* finale

Datum Pragæ, quarta feria ante festum purificationis beatæ Virginis gloriosæ.

CV.

ALIA EPISTOLA AB EISDEM Pragensibus consulibus civitatis Nurembergensis transmissa.

Prudentibus & circumspectis viris magistro civium & juratis consulibus civitatis Nurembergensis magister civium & jurati consules civitatis Pragensis.

ADMIRABILEM servitutem juxta temporis exigentiam vobis, prudentes & circumspecti amici, præmittentes, notificamus quod triplicatas literas a sacro Basileensi concilio cum ea qua decuit reverentia nos recepisse noveritis. Sed quia talis legatio insignes non solum nos & communitatem

A civitatis nostræ, sed etiam universos & singulos manentes, nobiles, barones, milites, clientes, terrigenas, civitates & communitates parti nostræ adhærentes tangit, concernit; quamobrem præfatas literas nobis (ut præfertur) a sacro concilio præsentatas, divina favente clementia, in nostra generali congregatione, quæ proxima dominica post festum sanctæ Dorotheæ nunc ventura nostra in civitate celebrabitur, coram omnibus tam secularibus quam spiritualibus notificare ac publicare intendimus: & quidquid rei ea unanimi omnium consensu fuerit in eadem materia decisum, præfato sacro concilio ac vobis per nostras literas, quantocius potuerimus, intimare curabimus.

B Datum feria quarta ante festum purificationis.

CVI.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI & domino L. episcopo Lausanensi domino suo singularissimo.

REVERENDE pater & domine mi honorandissime, omnimoda recommendatione præmissa, præsentibus adjunguntur deliberata ecclesiæ Gallicanæ in concilio Bituricensi: ubi perdigeste examinatum est negotium, visis facultatibus felicis recordationis domini Martini, & approbationibus domini nostri Eugenii, ac literis ductis Bohemis, nec non & instructionibus vestrarum paternitatum C per sacrum concilium vobis datis, nec arripiendo ad urbem: fueruntque duo juristæ & unus theologus deputati in dicto concilio Bituricensi, qui defendarent partem concilii generalis, ceteris omnibus pro dissolutione arguentibus, & nihil de apicibus jurium divini vel humani credo utrobique prætermissum: & tandem, nemine discrepante, omnes in unam convenerunt sententiam articulatim descriptam. Sed quia rerum Veneticarum & guerrarum occupatio multos impedivit, nec deliberatorum executio plena potuit fieri, maxime cum dominus cancellarius Franciæ, & alii regis consiliarii irent Divionem, cum quibus partim viam peregi, & die Iovis in cœna domini hanc civitatem intravi; eapropter, quia parum est deliberare, nisi delibera- D torum executio sequatur, ante discessum ea Bituris unanimiter elegimus dominum meum Aurelianensem episcopum, utriusque juris doctorem, regisque consiliarium, qui præmissis omnibus interfuit, & laudabilissime se gessit, concilioque devotissime afficitur, & hic debebat ire ad regem pro executione prætacta. Idemque præfatus dominus Aurelianensis & ego seriose in Issolduno sabbato in vigilia Ramispalmarum locuti sumus cum domino cancellario Franciæ, & quibusdam aliis regis consiliariis, deliberata a nostris eis referentes, & illa gratissima habuerunt. Sed circa executionem nihil agi potest, donec post regressum eorum de tractatu pacis, quam annuat altissimus: & ut ea exprimam plene, quæ E spero secutura, non veniet credo in recidivam quæstionem, si concilium est celebrandum * vel ne Basileæ, & ad statim, quia hoc conclusum est: sed credo, alia fiet conventio prælatorum Galliæ in loco huic vicino, ubi agetur de tractandis in concilio generali, & necessariis ecclesiæ Gallicanæ, & inde omnes progredientur ad concilium Basileense. Unicors enim Bituris fuit sententia, quod sufficiebat ibi ecclesiam Gallicanam firmare cum concilio inevitabiliter Basileæ celebrando. In reformatione enim universalis ecclesiæ multæ particulares tangentur: & si expressa ibi fuisset practica reformationis, fortasse adhæsissent dissolutioni. Et si Rex pacificus pacisque auctor pacem inter regem & dominum

* forte Basileæ, necne, & an statim

Rrr ij meum

meum Burgundiæ propitiatus misericorditer tribue- A
tit, quod largiatur ea miserationibus suis, quarum
non est oumerus, tunc ecclesia Gallicana necessario
solennis conveniet ı sed non est dubitandum quod
ista conventio fiet breviter, & ad gloriam concilii
generalis, & casteorium in eodem. Electus sum ire
ad urbem in contradictione mea multa, ignoran-
tiam, ineapetientiam & æstum, qui coortatius mul-
tum est corpori meo, opponens : sed victus instan-
tia oous accepi. Nec universæ aut Gallicanæ eccle-
siæ persooam meam infructuosam decuit denegare.
Hac pollicitatione per me ultronee præmissa, quod
nunqoam traoslationem aut promotionem quam-
comque procurabo, aut injectam acceptabo. Con-
clusa prædicta parlamento regio & singulis univer-
sitatibus ac prælatis obedientię regis transmissa sunt, B
ut omnino omnes firmati sint in conventiooe fotu-
ra ecclesiæ Gallicanæ : & si quisqoam vellet suscitare
qoerelam, respondebitur, Actum est, ne agas. Ma-
gister Ioannes de Moote magister in theologia, ca-
nonicus Leodiensis, domini oostri papæ cubicula-
rius, bullas ex parte ejusdem mihi præsentavit trans-
lationis concilii, ubi mihi mandatur pro me & pro-
vincia, tam pro eaemptis quam non exemptis, ut lo-
eo & tempore concilio translato intersimus. Præ-
sentavit etiam unum breve sub signo Piscatoris: nec
non & literas qoorumdam dominorum cardinalium
in dissolutione nominatorum : & concludebat san-
ctam & necessariam dissolutionem, & quod eum C
dirigerem io agendis. Respondi quod tota inten-
tione serviam papæ, eroque adjutor sui papatus, &
ad conservandum regalia sancti Petri io ejus perso-
nam, ut mea professio & immediata subjectio exi-
gebant : sed re conclusa consilio generali in conci-
lio ecclesiæ Gallicanæ, quod inevitabili oecessitate
celebrandum est, nihil possem agere fructuose : nec
mihi esset honestum dirigere eom contra delibera-
ta mea propria : & ideo de directione mea non
confideret, & sciebam quod apod regem non pro-
ficeret : unde plurimom turbatus est, & etiam scripsi
aliquibus prælatis, per quos debet transire, & credo
similia inveniet respoosa. Eaposui etiam eidem,
quod quidam domini cardinales in dissolutione no- D
minati, concilio de præseoti adhærent, visa facti ne-
cessitate : & quod in facto circumventi assensum
dissolutioni præbebant, nonc veraciter ioformati
eamdem dissolutionem revocant. Suasi iosuper ce-
lebrationem concilii domini nostri papæ honori ac-
cedere, tantis auctoritatibus & maaime sua appro-
batione laudabili approbati, & cum de fide agere-
tur & discrimine Germaniæ, ipse fidei doctor &
Germanus non debebat in propositis persistere.
Relatum est domino cancellario Franciæ, mihi &
aliis, quod quidam ambasiatores regii, qui nunc in
Vrbe fuerunt, habitis promotionibus aut eisdem
promissis, se fecerunt fortes quod rea dissolutioni
adhærebit. Sed dominus cancellarius mihi promi- E
sit solide stare & repellere clavum clavo dictis am-
basiatoribus. Ego etiam non timebo, sed exaltabo
vocem super tecta, dom locus aderit : & spero quod
dicti ambasiatores satis deliberabont quomodo rem
conclosam in novam deducent qoæstionem : quia
munera sumpta ligant, omnesque sequuntur mune-
ra & retributiones. Si non fallor, expedit, imo &
necesse est, & concilio generali plus utile, teste Deo
non dico ea laude mea, quod hic remaneam, quam
quod vadam ad concilium. Fronte enim aperta re-
sistam in facies dictorum ambasiatorum : & ideo hic
decertando pro concilio, placeat eidem me habere
pro præsente. Etiamsi me oporteat ire ad papam,
sarcinulas parare & injuncta expedire opus erit.

Major mihi quies esset concilio adesse qoam æstivo
tempore equitare ad Vrbem : & major fuit mihi ex-
peosa in via, quam fuisset in concilio : sed oec per-
sonæ nec bursæ parcam. Idem magister Ioannes de
Monte responsa mea intimavit papæ per proprium
nuntium, qui abhinc Veneris post pascha iter arri-
puit. Scripseram etiam dominis meis Rothomagensi
& Arelatensi deliberata ecclesiæ Gallicanæ ante pas-
cha, ot nota esset conclusio in Vrbe. Salva corre-
ctione sacri concilii, credo quod expedit eum mul-
ta mansuetudine tractare domioum nostrum pa-
pam, qui caput est ecclesiæ, & depresso capite arida
vel infructuosa manent membra. Concilium enim
cœpit a modestia, & semper modestius agere pote-
rit. Hæc pro tanto dico, quia idem magister Ioannes
causam dedit loquendi. Sed respondi quod ecclesia
non est sicut syoagoga ad Filium Dei, qui bona
opera operatus est, & propterea voluerunt eum la-
pidare. Nec est sicut de Ioanne XXIII. cum vita — Nota quod
ejus sit commendabilis, & sine exceptione quacum- — a.t archie-
que. Agebat insuper idem magister Ioannes de — piscopus
translatiooe coocilii ad Avinionem. Ausum præbe- — Lugdunen-
tur Bohemis dicere ecclesiam a sua facie aufugisse, — sis vitam
& panis ibi caristiam esse, cum pro victu hominis, — Eugenii si-
pro pane domtaxat, necessarii sint viginti florent — ne ulla ex-
aut papales : locusqoe Avioionensis inter regoum — ceptione
Franciæ, Delphinatum, & provinciam Provinciæ, — esse com-
situetur & ioterciudatur, quæ dominia sunt regis & — mendabi-
suorum fœderatorom ; & sic non esset * adversita- — lem.
tibus regis tutus accessus : quibus etsi daretur litera
de salvocondocto, opponerent quod per tales lite-
ras se capitalibus crederent inimicis. Instabat sal-
tem quod transferrent ad Bisuntinum, cui ante fa-
ctam pacem cum rege respondi, quod regi & suis
idem jus & prius competebat eaceptionis. Facta
vero pace inter regem & dominum meum Burgun-
diæ, Anglici fortasse Bisuntinum declinarent, flu-
mine * interea carebat notabili civitas Bisuntii,
quia etsi flumen habet qualecumque, inter flumina
non nominatur per scriptores, quia Sagonam in-
trar, & Sagona Rhodanum, Rhodanus autem mare,
& ideo Rhodaous pro flumine sumitur, Sagona ve-
ro non, vel aliæ aquæ labentes & eam intrantes. Fi-
naliter instabat de civitate hac Lugdonensi, cui re-
præsentavi easdem rationes militare, qoę in Avinio-
nensi militabant. Est enim hic maaima caristia, &
major * speratur in annata futura propter sata con-
gelata. Probavi etiam ex chronicis, quod locus
quantomcumque solennis, & in situ fertili positus,
sæpe fuerat a conciliis geoeralibus improbatus : &
ideo nec civitas Bisuntii, oec Bononiensis nomioari
meroerunt ; probans Bononiam boon nullam. Hæc
reverendissimis paternitatibus vestris sic seriose scri-
bere curavi, nolens his verbisculis fatigare cooci-
lium, nolens meum vestras paternitates latere in-
tentum, aut rem gestam tacere, vel eapnmens con-
cilio, propriam gloriam quærere apod sacrum con-
cilium de affectu ejusdem. Et eapediret, si oon fal-
lor, ut nova mihi scribantur sæpe concilii, quia ad
me freqoentius * venerint conflictus. Dominis
meis legato Constantiensi, Cisterciensi, * Vuetzel-
licensi, & ambasiatoribus Sabaudiæ, quando opus
erit, præmissa poteritis exponere : &, si placet, man-
detis responsionis effectum vobis factæ, & quales
invenistis faventes in Vrbe, ut intelligam qui sunt
de veris fratribus. Meipsum vestræ reverendissimæ
paternitati ad vota offerens & mandata, in domino
precor dio & feliciter eum valere. * Prætrestissæ die
vigesimooctavo Aprilis.

* *forte* adversantibus
* *forte* enim carens
* *id est*, timetur
* *forte* venitius
* *forte* Vercellensi, aut Vezeliacensi,
* Petræscissæ

EPISTOLA

CVII.

EPISTOLA LEGATI IMPERATORIS Romanorum ad eumdem, quem legatum jusserat omnes nobiles Bohemiae convocare.

Domino Sigismundo Romanorum imperatori Puotha Czastolovicz, Arnestus de Vulussym.

SERENISSIME princeps & invictissime Cæsar domine mi gratiose, servitium nostrum vestræ serenitati semper præmissum. Serenitatem vestram scire cupimus, quod illam legationem nobis per serenitatem vestram injunctam executi sumus ad omnes barones, milites, terrigenas & civitates Bohemiæ in communi juxta concilium illorum, prout nobis vestra majestas mandavit. Super hoc ipsi nobis tale dederunt responsum, quod volunt ad vestram serenitatem in die assumptionis beatæ Mariæ virginis ad Ratisponam cum plena potestate & responso barones & terrigenas, & de civitatibus aliquos destinare, quia pars eorum tota & cum Ioanne Czaphone sunt simul uniti & concordati super illis quatuor articulis: volentes ut & alii eum ipsis ad idem se submittant, & in unitate sint. Videretur ergo nobis & aliis probis hominibus, qood vestra serenitas in illo termino apud se auditorem, & alios de concilio Basileensi ad hoc necessarios habere dignaretur. Nam si cum ipsis pro hujusmodi articulis poterit fieri concordia, non intelligimus aliquas alias difficultates. Et ecce transimus cum domino de Rosemberg per eamdem viam, per quam huc venimus, sperantes apud eum ipsum auditorem invenire. Volentes etiam cum consilio domini de Rosemberg super istis negotiis conferre. Petimus ergo vestram serenitatem, nolite nobis ad malum imputare, quod paululum deviavimus, & quod ita cito venire non possumus, & tamen festinabimus: venientesque ad vestram serenitatem de aliis rebus plenius informabimus serenitatem vestram.

Datum Pragæ feria secunda post festum sancti Procopii.

CVIII.

EPISTOLA COMMUNITATIS civitatis Pilznæ de victoria Bohemorum, & quomodo res gesta sit ab eis.

*Honorabili viro domino Nicolao ordinis fratrum Minorum custodi, & Procopio * Segel amicis nostris carissimis, concilium & communitas civitatis novæ Pilznæ.*

* Zegel

SERVITIIS nostris præmissis, amici nostri carissimi, bonas ac jucundas novitates vobis annuntiavimus, quod omnes inimici nostri contriti & prostrati sunt, sicut sacro concilio & imperiali majestati ista in scriptis dirigimus enarranda. Processus autem belli talis fuit. Cum enim utrique castra ex adverso metati fuissent, exercitus Hussitarum multum de bombardis majoribus & minoribus castra nostrorum vexabant & perturbabant. Populus autem communis clamabat, contra barones murmurans & dicens, Ut quid ita inaniter vitam perdimus, & interficimur, & tempus vane consumimus? Progrediamur contra illos, melius est nos pugnando mori, quam ita miserabiliter perire. Tunc assurgentes barones & capitanei nostræ partis disposuerunt se, ordinaverunt acies, & processerunt ad pugnandum. Cumque instaret hora certandi, & acies contra se procederent, nos vero ordinati eramus retro in parte posteriori, tunc nostræ acies (secundum quod ordinatum erat) terga verterunt, fugam fingentes, ita quod nos, qui eramus in cauda in parte posteriori, fuimus in capite a parte anteriori. Inimici autem hoc videntes, videlicet nos terga vertisse, concrepantes buccinis, clamabant horribiliter magnis vocibus: Consurgite, consurgite, & insequamur, ecce enim fugiunt. Et sic omnes adversarii consurgentes de suis castris & turribus egressi equestres & pedestres nos sunt insecuti. Nos autem, qui eramus in parte posteriori, videntes quod se a suis castris & turribus elongaverunt, assurgentes in nomine domini, cujus causa agebatur, aggressi sumus eos a tergo, & intercepimus eorum regressum ad eorum castra & turres. Alii autem barones & nobiles cum omni multitudine consurgentes a parte anteriori, invaserunt eos unanimiter quasi vir unus. Et sic ante & a tergo eos tamquam manipulos dejiciebamus, cædentes, quamvis multi reddebant se & reddidissent captivos. Non erat tunc tempus captivandi, sed interficiendi solum. Etiam aliqui per nos captivi, extrahebantur violenter de nostris manibus, & interficiebantur. Et sic per hunc modum, domino Deo nos præcedente, omnes inimicos prostravimus, paucis evadentibus. Pro qua victoria sit Deo laus & gloria in sæcula. Omnes currus eorum, omnes bombardæ, omnia instrumenta bellica, omnia arma defensiva ablata sunt, quia omnia ibidem relinquerunt. Noveritis etiam, quod domini barones stant in campis cum valida potentia, nec recedere intendunt, quousque inchoata ad finem deducant. Imperialis vero majestas solennem ambasiatam direxit ad eos, videlicet dominum * Purcham, & dominum Ernestum, & alios quamplures, ita quod illa ambasiata multa bona operabitur. Etiam vobis, ut scitis, insinuamus, quod dominus imperator scripsit nobis, quatenus plures de concilio & de civitate debeamus venire ad suam serenitatem, sed duæ causæ nos retrahebant. Prima, timor inimicorum, qui semper minabantur nobis, quod si victoriam habuissent, omnibus modis volebant ad nos tedire, & in toto nos delere. Nostra autem intentio semper fuit, libentius velle mori, quam ipsis subjici. Sed indesinenter Deo gratiarum actiones referimus, quod nos de manibus horum liberavit. Secunda causa adhuc nos impedit. Quamvis jam elegerimus eos, qui debeant adire præsentiam domini imperatoris, desunt tamen expensæ & impensæ, quia non possumus iter nos conquirere tantum de pecunia pro expeditione illorum, & stipendiarii pro majori parte consurrexerunt contra nos, moventes de stipendiis a multis annis retentis. Et sic illi repetunt stipendia & damna, & nos sumus in penuria magna. Ergo, amici carissimi, circa imperialem majestatem & sacrum concilium laboretis, quatenus nobis impendant subsidium, quo modicum ab oneribus debitorum in parte liberari possimus.

Hussitæ a catholicis cæduntur.

Datum in nova Pilzna feria tertia post festum corporis Christi.

CIX.

LITERA MISSA DOMINO CARDINALI legato per quemdam civem Nurembergensem de interemptione Taboritarum & Orphanorum.

Reverendissimo in Christo patri & domino domino Iuliano, miseratione divina sancti Angeli cardinali, apostolicæ sedis legato, domino meo singulariter gratioso.

REVERENDISSIME in Christo pater & gloriosissime domine, exultet sacrosancta synodus, gaudeat cunctus populus Christianus, lætetur & præcipue animus vester de tam celebri & felici victoria, quam dominus Deus exercitum suis Christicolis contra hostes benedicti nominis sui misericorditer concedere dignatus est. Noverit igitur

 vestra

vestra reverendissima paternitas, quod die dominica proxima post festum corporis Christi, barones regni Bohemiæ, civitatis antiquæ Pragensis & aliorum fidelium fulciti præsidio, cum Taboritis & Orphanis campestribus in virtute altissimi bellum aggressi sunt, & per totam dominicam & noctem sequentem prelia continuando certarunt, & die Lunæ hora tertia diei bellum pro parte nostra, auctore domino, feliciter terminatum esse dignoscitur. Et ceciderunt de parte Hussitarum universi campestres numero tredecim millia. Inter quos interempti sunt ille Zapko capitaneus, & Procopius & Lupus presbyteri seductores nequam, & 700. capti existunt carceribus mancipati: & de parte nostra, quam altissimus conservare dignatus est, perierunt dumtaxat ducenti; quibus clementia salvatoris dignetur misereri. Ceterum, reverendissime pater, dirigo magnificentiæ vestræ copias duarum literarum vulgarium materiam belli prædicti continentium, ut in illis eadem magnificentia vestra nedum dulciter recreetur, sed & hæc nova verissima intimet domino meo singularissimo domino auditori, ut & sinceritatis suæ integritas gaudeat feliciter in domino, cui honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Scriptum Nuremberge in octava festi corporis Christi, anno, *&c.* trigesimoquarto.

CX.

EPISTOLA CVIVSDAM CAPITANEI de victis Taboritis.

Nobili & strenuo militi domino * *Kulbuyno de* * *Durissiba fratri meo dilecto.*

* Colvino Druska

OBSEQVIIS præmissis, frater carissime, notifico vobis, quod regratiantes Deo bene valemus, & Taboritas hodie cum Dei adjutorio & meritis sancti Wenzelai prostravimus, & damnum modicum de parte nostra percepimus, & de Taboritis magna multitudo interfecta est, sed illorum numerum qui in loco remanserunt nescimus: quia a loco conflictus statim ulterius recessimus, & captivos plures adduximus. Et de equestribus aliqui majores, sed tamen pauci, fugerunt & evaserunt. Et illa strages facta est inter opidum Gursim & inter Brodam in illa planitie. Pilznenses aciem duxerunt, & primi aggressi fuor eos, & directo tramite recesserunt cum curribus & familia mea, sicut boni & probi sine intermissione & retrocessione. Propterea, frater dilecte, istis auditis, istam stragem notificetis principibus. Et si poteritis aliquem expedire ad Cæsaream majestatem, illa serenitati suæ notificetis sine intermissione & mora. Et etiam si juvenis ille nuntius Zapko venit, expediatis ipsum Karelstain, & abinde requirens ubi fuerimus, veniat ad me, ubi campum vel castra posuerimus. Etiam ulterius nuntium ad vos expedissemus, sed expectavimus & retinuimus nuntium, volentes qualem finem consequeremur, * Idcirco credimus & confidimus illud, quod in primis literis post cœnam scripsimus, quod hæc facietis. Et ulterius etiam sinceriter rogo, si aliqui de meis furtive recedentes a me ad domum veniant, quod ipsos castigabitis, sicut in prima litera scriptum est vobis. Et de gentibus armorum nunc copiam habemus & validam multitudinem, & plures semper veniunt in unum. Et nihil aliud intelligimus, nisi quod omnes civitates subdentur nobis. Et enim istis vos Deo recommendamus. Orate Deum pro nobis, & nos pro vobis.

* Brodan & Cusyo

Datum inter * Priden & Kursym jam post conflictum factum in sero, dominica post festum corporis Christi.

* Dencao de Druske residens in Pun Hotfobien.

* Stenko de Durissiba residens in Timborstab.

CXI.

EPISTOLA BOHEMORVM AD CHRISTI fideles.

Universis & singulis Christi fidelibus, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, civibus, & omnis status & conditionis hominibus, barones, nobiles, milites, clientes, rectores communitatum, præfecti urbium, judices, consules, jurati, cives, totaque communitas Bohemicæ gentis, in regno Bohemiæ pariter & marchionatu Moraviæ constituti, divinarum veritatum cognitionem, dilectionem & observantiam salutarem.

CVM unigenitus Dei Filius, qui est æternaliter in sinu ejusdem Patris æterni, descendisset in terras, locum non mutans, & majestatem non minuens, sed humanam assumendo naturam, multifaria salutaris vitæ documenta ore, manu ac manibus contradidit: de quorum revera numero ista quatuor insignia suis ad imitandum discipulis & exemplari conversationi reliquit: quorum sic de dignitate primum est, ut divinissimum corporis & sanguinis ejus sacramentum per ministros ecclesiæ fidelibus ministretur. Secundum, ut verbum domini libere, publice, & veraciter per eos, quorum interest, prædicetur. Tertium, ut civile dominium, velut lethale virus, auferatur a clero. Quartum, ut publica & potiora crimina per legitimas potestates a plebibus fidelium extirpentur. Has profecto infringibiles veritates, promotivas fidei, roborativas spei, auctivas caritatis, regulativas vitæ, nec non procurativas sempiternæ salutis, humiliter amplexantes, juxta virium nostrarum modulum gratanter suscepimus, studiose prosequimur, prosequi quoque intendimus, quousque fides concludatur cum vita: ut ad illarum agnitionem, amorem, & observantiam fidelem, etiam a principio jugiter affectavimus, & nunc accuratius omnem Dei populum affectamus venire. Unde non parcentes sumptibus, laboribus, & expensis, plures per nonnullas Christianitatis regiones epistolas solidis scripturarum auctoritatibus easdem * vitiure fulcientes transmisimus. Nihilo minus visitavimus Christianissimum principem nunc magnificum Fridericum marchionem Brandeburgensem, nunc illustrem regem Poloniæ, & ad serenissimi Sigismundi Romanorum ac Hungariæ regis instantiam, nobis per spectabiles legatos ipsius significatam, pridem in Presburg, & nunc in Egram civitatem imperii venimus, omni nisu ubique instantes, ut nobis in concilio ecclesię generali audientia publica, libera, secura & caritativa procuraretur, super articulis divinis prædictis, quatenus publice, palam & manifeste in totius conspectu concilii illos quatuor salutares articulos, quos pro fide tenemus, manifestare, dilucidare, declarare, adstruere, justificare, probare & defensare scripturis sacris, beatorumque doctorum sententiis, in eisdem scripturis vere & inevitabiliter fundatis, libere, omni impedimento secluso, valeamus. Et quod tota una nobiscum Dei viventis militans reformetur ecclesia in capitibus suis pariter & membris, juxta sacræ scripturæ doctrinam. Qui nimirum rex, principum, episcoporum, procerum, & doctorum communicato consilio, respondit quod ista limitatio audientiæ & reformationis ecclesiæ derogaret libertati & privilegio concilii generalis, supra omnem legem eminentis: sed quod nos, illis limitationibus & declarationibus nostris ex divina lege & sanctorum doctorum sententiis omissis, stemus in his omnibus determinationi & diffinitioni ipsius concilii.

Epistola hæc pertinacium est hæreticorum, et rores continens ab ecclesia catholica damnatos.

* veritate

concilii. Quod profecto nos merito, rationabiliter & rite reputantes illicitum, & prorsus indignum, ut videlicet divinas veritates justificatas in semetipsis humanum judicet arbitrium, & salvet aut solvat pro sua voluntate: quod utique interdum, solida veritate relicta, opinionem sequitur, sicque ipsam nonnunquam fallere contigit, & falli. Et quod illi earum veritatum & nostri sint judices, qui illas, divino postergato timore, tamquam errores notorios, & nos propter observantiam illarum veluti erroneos, inconsulte, perperam & temere judicantes damnaverunt inique, ut sic inimici ac nostri hostes sævissimi in nostrum exterminium adspirantes sint judices. Quod revera sana vetat ratio, divinæque & humanæ leges abhorrent. Idcirco ipsis in hac parte noluimus neque intendimus consentire. Sed hoc præsertim optavimus, & (ut æquum & justum est) jugiter optamus, ut divinarum scripturarum rectissima & infallibilis regula per justissimum judicem, justitias & veritatem diligentem, derelicta in terris, quæ nec fallere potest, nec falli, in medium concilii proferatur, & beatorum doctorum (ut præfertur) finem, & juxta illam eorumdem articulorum & nostra rectitudo aut obliquitas poterit comparari, & consequenter rectificari, aut approbari. Sed hoc ipsi nullatenus acceptare voluerunt. Hanc justissimam æquitatem per nos illis oblatam vestra quæsumus dignetur pensare Industria, nec non partis adversæ de superbæ ignaviæ timore contumaciam arrogantem, qua se supra se enormiter erigentes, nituntur sibi subjicere non modo omnes Christianismi principatus, regna & dominia, sed etiam infringibiles divinæ veritatis doctrinas, domini nostri Iesu Christi morte veraciter confirmatas, juxta suum libitum trutinando & judicando variare, ita ut quod nunc per Christi fideles vere creditur & fideliter observatur, tandem eorum arbitrio tamquam error & superstitio totaliter declinetur, sicque Christiana fides non in petra solidissima, sed in arena mobilissima fundabitur, quotidianæ subjecta ruinæ; & verba Christi perenni firmitate fulcita, ita ut cælum & terra facilius transeant, quam ipsius commutentur sermones, veluti lecti opertorium, ipsorum mutabuntur censura. Sed quid hac temeritate stultius? Quid hoc errore nequius? quid hac peste perniciosius potest inveniri? Ipsi quod diximus judicate, pensate, attendite, obsecramus, universi & singuli Christi fideles, si isti episcopi sedes apostolorum juste & digne occupant, qui illis vita & moribus totaliter adversantur. Illi quippe per urbem terrarum pannosi & contempti a populo migrantes, veritates dominicas cunctis populis, tribubus & linguis fideliter nuntiarunt, easdem propria morte firmantes: isti purpura vestiti & bysso. gloriosi in populo, canes muti effecti, in castris & urbibus tranquille resident, & easdem veritates etiam aspernantur audire, ac propter earum observantiam fidelem fideles spoliant fama, vita & rebus, non per se, quia cubant cum scortis, sed per cruentæ crucis erectionem, sæculare brachium in occisionem fidelium fallaciter concitantes. Illi, relictis omnibus mundi divitiis, omni virtute ornati, in paupertate & jejunio dominum sequebantur: isti urbium, castrorum. prædiorum & regionum * possessiones, viri divitiarum instituti, pleni vinis, non Christum humilem in contemptu, sed superbissimum satanam in pompa & fastu carnisque voluptate sequuntur, a quibus, utpote pseudo prophetis, attendite, suadet ipsa Veritas increata. Et si illi, ut proponunt, cum exercitibus suis validissimis regnum nostrum invaserint, usque ad internecionem (ut asseritur) demoliri cupientes, nos in altissimi virtute,

Volumus neque leges concilio præscribere.

Num Iudas non fuit apostolus?

* *possessores.*

Tu quis es, qui judicas alienos servos?

cujus causam prosequimur, habentes fiduciam, vim vi cogemur repellere, quemadmodum omnes leges & omnia jura permittunt. Quæ omnia justa & rationabilia suprascripta vos viri illustres & nobiles animo diligenti pensate, & catholice discutite, si in adjutorio scelerariorum hujusmodi clericorum, & temerario ac erroneo ausu de veritatibus omnipotentis Dei sentientium, in voluptatibus hujus sæculi & meretricio sicut in sterquilinio jacentium, vestras animas corpora pariter & personas in bellicosis periculis salubriter morti exponetis, contra justissimas per nos vobis crebro oblatas Christi Iesu æquitates.

Datum sabbato in vigilia beatæ Mariæ Magdalenæ, sub sigillo communi omnium adhærentium evangelicæ veritati, circa limites regni Bohemiæ, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoprimo.

CXII.

ALIA EPISTOLA PER EGRENSES missa nuntiis concilii Nuremberga existentibus.

Devotis & religiosis in Christo patribus & dominis, domino Ioanni Nyder priori domus Prædicatorum Basileensium, & domino Ioanni de Mulenbrun, ordinis Cisterciensis, nuntiis synodi Basileensis dominis & præceptoribus nostris, consules jurati opidi Egrensis.

PRÆMISSIS servitiis ad beneplacita vestræ voluntatis, honorabiles ac dilecti domini, sicut scriptis vestris nobis proxime missis desideratis ut literas vestras missas Pragensibus per nuntium nostrum dirigere curaremus, hoc fecimus; & scripsimus eisdem amicabiliter, prout alias erat eis per nos scriptum, &c. sicidem nuntius heri de sero ad nos est reversus, portans nobis responsum ab eisdem, quod vobis præsentibus decrevimus transmittendum. Cujus tenorem percipietis. Insuper dicti Pragenses scripserunt dominis & amicis nostris consulibus opidi Nurembergensis ac nobis certas literas, literam Nurembergensium cum præsenti bajulo transmittimus eisdem, copiam literæ nobis directæ vobis mittimus præsentibus interclusam. Quam fecimus transferri de vulgari Bohemico in idioma nostrum, secundum cujus tenorem vos regere poteritis in agendis. Sed prout ipsi monent in literis nobis missis pro salvoconductu & securitate ordinandis, quoad opidanos Pilznenses, nobilem de Swamberg, opidanos de Tenna, ac alios officiarios serenissimi domini nostri regis Romanorum, &c. vosipsi intelligitis, & scitis, quod nos nec scimus, nec possumus hujusmodi salvumconductum ipsi procurare: quoniam supradicti opidani & nobiles nostri sunt adversarii, & quotidie ab eisdem formidamus invasiones. Et si hoc non esset, parati essemus & cum omni conatu vellemus pro hujusmodi salvoconductu libenti animo laborare, prout hucusque in negotiis pacis & communis utilitatis Christianorum nos voluntarios & promptos exhibuimus, & in futurum volumus exhibere, prout hoc in nobis experti estis, & in futurum experiri debetis. Ideirco deliberetis cum Nurembergensibus ac aliis ad hoc idoneis, per quem aut per quos dictus salvusconductus & securitas possit procurari, hoc faciatis secundum videre vestrum & aliorum, prout vobis videbitur expedire. Quidquid autem nos ad hujusmodi possumus consulere & juvare, faciemus voluntarie omni segnitia procul mota.

Datum feria sexta ante Invocavit, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

CXIII.

CXIII.

EPISTOLA PRAGENSIUM AD nuntios concilii.

Reverendis ac religiosis in Christo fratribus Ioanni Nyder priori domus prædicatorum Basileensium, & Ioannis de Mulbrun, nuntiis concilii Basileensis, magister civium, consules & scabini civitatis Pragensis, nec non magnates, nobiles, barones, ac capitanei exercituum & communitatum regni Bohemiæ & marchionatus Moraviæ.

AFFECTANDÆ pacis commoda in summo vetæ tranqnillitatis auctore, reverendi & religiosi viri, epistolarum venerabilis concilii Basileensis & vestræ, nos ad audientiam plenam, piam. & securam invitantium, fecunditate facunda gavisi, merito arbitramur clementissimum supra omnes dominum visitasse plebem suam in piis visceribus miserationum suarum, ut reducat corda filiorum ad patres pristinos, gressusque ipsorum dirigat in semitis justitiæ directissimis primitivæ ecclesiæ, quatenus tempore novissimo vergente adorta ad vesperum corruptibilis mundi corruptela, in militantis ecclesię gloriosa civitate habitent cum fiducia, fide, spe, atq; caritate cives unanimes, qui se sperant in futuræ beatitudinis aula cælesti fore sodales. Unde quantocius valuimus, gubernatoribus & populo regni Bohemiæ congregatis, in hoc resedimus universi finaliter, ut oratores nostros & legatos ad præfatum concilium dirigamus, quatenus dudum per nos desideratum opus, & nunc annuente domino feliciter inchoatum, laudabili & cunctis fidelibus fructuoso concludatur effectu. Sed quia utriusque epistolæ præmissæ tenor offert, ipsum concilium & vos sub nomine & auctoritate ipsius ad largiendam assecurationem sufficientem & rationabiliter expectandam oratoribus & legatis mittendis a nobis; eapropter obsecramus, ad Egram civitatem vobis & nobis conterminam, quo celerius fieri potest, cum principibus regni Bohemiæ adjacentium regionum venire velitis, ibidem cum nostris certis nuntiis ad hoc specialiter deputatis, tempore per vos statuto * minime unius mensis, nobisque per nuntium præsentem intimando congressuri, sub salvis certis conditionibus ipsis nostris nontiis a tota parte nostra concessis, modos, conditiones & processus hujusmodi assecurationis & audientiæ nostris oratoribus & legatis a dicto concilio præstandis, plene ac effectualiter tractaturi & dispositiuri finales ita & taliter, ut nos oratoresque nostri & legati ad concilium sæpedictum mittendi, proot in epistola vestra nobis transmissa scribitis, de cautione per vos nobis & ipsis offerenda merito debeamus & debeant esse contenti. De vestra etiam patienti præstolatione ac benigna, & de his quæ nunc scribitis, nos noveritis esse multum gratos pariter & gavisos.

* forte ad minimum

Datum feria quarta post diem beati Matthiæ apostoli domini, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

CXIV.

EPISTOLA CUIUSDAM CAPITANEI ad imperatorem Romanorum de rebus Taboriticis.

Serenissimo principi Sigismundo Romanorum imperatori Asso de Steinberg, alias de Holicz.

SERENISSIME Cæsar & rex domine gloriose, servitium meum præmissum vestræ serenitati. Scire velitis, quid actum est nunc in Pragensi congregatione circa festum sancti Ioannis Baptistæ. Quando ibidem convenimus, tunc aliquibus diebus post nostram ibidem conventionem omnes civitates, quę nobis contrariabantur, ibi nobiscum unitæ sunt, excepta Colonia. Et tandem post aliquot dies, Zapko & antiqui Taboritæ cum suis totis & sequacibus & cum dicta Colonia etiam nobiscum sunt uniti. Et postquam nobiscum fuerunt compositi, statim vestræ serenitati nos omnes tale responsum dedimus, ut ad vos irent, & vestram serenitatem peterent, quatenus vestra serenitas velit appropinquare Ratisponam, & quod ibidem ad vestram serenitatem transmittere volumus de terrigenis & de civitatibus. Et etiam cum vestris nuntiis contulimus, ut peterent vestram serenitatem, quod eadem vestra serenitas nobis de salvoconductu providere dignaretur, usque ad numerum trecentorum equorum & totidem personarum. Rogamus etiam vestram serenitatem ut se in his gratiosam velit exhibere. Etiam scire dignetur vestra serenitas quod hujusmodi conventio fieri debet in festo sanctæ Mariæ proximo. Videtur multis probis hominibus, & mihi similiter, quod habeatis in hujusmodi congregatione dominum episcopum Constantiensem auditorem, & alios doctores, qui alias Pragæ fuerant a sacro concilio destinati, & illi ut plenum mandatum a sacro concilio habeant. Nam speramus in Deo, quod omnia negotia bene succedent. Sunt enim quasi omnes homines de militaribus & de civitatibus qui desiderant vestram serenitatem supra se dominari.

Datum Pragæ sabbato ante festum sancti Procopii, anno millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

CXV.

EPISTOLA TRAIECTENSIUM MISSA ad suos commissarios.

Reverendissimis reverendisque in Christo patribus & ...... sacra deputationis fidei ..... gratiosissimis, vestrarum reverendissimarum paternitatum humiles & devoti prælati, & capitula vestrarum ecclesiarum Trajectensium, barones, milites & militares, ac burgimagistri, scabini, & rectores civitatis & opidorum patriæ Trajectensis.

REVERENDISSIMI reverendique patres & præstantissimi domini, scribimus sacrosanctæ Basileensi synodo, prout in copia præsentibus interclusa perpendere possunt paternitates vestræ pariter & videre. Verum res nobis dura est & multum aliena, quod ad requestam partis nullum interesse habentis aliqua citatio seu processio ex officio decerni deberet. Prius enim interesse partis declaratum extitisset, & demum forma juris observata. Durius tamen multo visum est, quod decreta sacrę synodi in eadem materia variationem sumunt, ea servando & recusando. Dudum enim decretum extiterat, quod ea quæ a tribus deputationibus concluduntur, vim decreti & conclusionem sacri concilii obtinerent. Et pridem mortuo reverendo patre domino Zvvedero archiepiscopo Cæsareensi tres depotationes concluserant inhibendum fore, & inhibuerunt omnibus canonicis extra & infra diœcesim Trajectensem existentibus, ne aliquid novi attentarent, quodque ab omni electione cessarent, volentes ad pacem dictæ diœcesis & patriæ laborare, quæ executioni demandari non poterat, nec vim decreti obtinere. Sed quod nuperrime tres deputationes (ut nonnulli prætendunt) citationem personalem concluserunt, illud secundum eosdem (ut asseritur) in vim transivit decreti;

decreti. Causam diversitatis, quare ista admittitur, quæ est probativa pacis, illa autem quæ est pacis nutritiva, rejicitur, ignoramus. Tamen unum vestris reverendissimis paternitatibus sit manifestum, quod civitas & patria Trajectensis inimicum suum voluntarium jam plurimis annis transactis, etiamsi ecclesia vacaret, & concorditer electus existeret, non reciperent, uti nec tenerentur. Domicellus autem Vvalramus inimicus patriæ, annis elapsis multa damna incolis patriæ intulit, & quotidie infert, prout luce clarius eadem demonstrare volumus & probare. Quare paternitatibus vestris reverendissimis humiliter supplicamus, quatenus literam sive copiam præsentibus interclusam videre & intelligere velint, & operam efficacem ttadere ad ea quæ pacis sunt, nec permittere novam divisionem, guerras, seditiones, & alia innumerabilia mala hic de novo seminari. In quo Deo & hominibus bonæ voluntatis multum complacebunt vestræ reverendissimæ paternitates sæpe dictæ: quas conservare dignetur auctor pacis. Ex urbe Trajectensi, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, mensis Iulii die decimoquinto, sub sigillis majoris ecclesiæ Trajectensis & nobilium strenuorumque virorum Reinaldi, *&c.*

CXVI.

EPISTOLA CUIUSDAM CAPITANEI ad imperatorem de rebus Taboriticis.

[Superscriptio exterior.] *Illustrissimo & invictissimo principi & domino domino Sigismundo Dei gratia Romanorum imperatori semper Augusto, Hungariæ, Bohemiæ, &c. regi, domino meo gratiosissimo dentur.* [Interior.] *Excellentissimo & invictissimo principi & domino domino Sigismundo Dei gratia Romanorum imperatori semper Augusto, Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Dalmatiæ, &c. regi, domino meo pragratiosissimo, ego Kuntzo Lulkila de Bouzenix castellanus in Calestein, servitia mea vestræ serenitati fidelissima & constantissima omni tempore pradirigo.*

SERENITATI vestræ notifico, quod Dei misericordia magna, sine cujus voluntate & potestate nihil fieri potest, sed omnia per ipsum diriguntur, factum est, quod inimici heri hora vesperarum inter monasterium * Stalix & opidum * Gursim a vestris fidelibus dominis baronibus & fideli communitate feliciter contriti & prostrati sunt, ita quod de vestris fidelibus pauci perierunt. Et sic noverit serenitas vestra procerto, quod in dominis baronibus & terrigenis fideles servitores habetis. Et frequenter me allocuti sunt de serenitate vestra, quod ad vos fidelem & bonam intentionem habent, secundum quod effectualiter ostendunt, & ulterius ostendent: nec aliud intendunt facere, nisi sicut serenitatis vestræ fideles domini & servitores, omnia volentes seu intendentes facere quæ pertinent ad dominum suum naturalem & gratiosissimum. Dignetur ergo serenitas vestra manum suam large ad eos extendere, & ipsis in subsidium aliquot millia florenorum transmittere & dare, ut opus inceptum ad honorem serenitatis vestræ, regnique illius, & coronæ Bohemiæ, melius terminare, & ad bonum finem perducere possint. Et serenitas vestra in subsidium illius boni personam vestram non dignemini abstrahere sine mora, quia cum adjutorio Dei omnia bene procedunt & procedent, cum serenitas vestra venire non tardaverit. Propterea serenitas vestra sciat, qualiter illa victoria fuerit facta de inimicis. Cum enim domini barones post victoriam habitam de nova civitate Pragensi in Praga persisterent, gentes congregantes ..... eodem tempore inimici de dispositione Dei a Pilzna recesserunt, & se versus Pragam recipientes, juxta novum Castrum aliquibus diebus castra metati essent, ulterius procedentes versus Coloniam, domini barones miserunt pro omnibus nobilibus, ut in subsidium eorum contra inimicos venirent. Ibi dominus de Rosemberg gentem multum notabilem & * exercitam ad campos expedivit. Et domini barones & civitas Pilznensis etiam validam potentiam transmisit: & cum progrederentur versus Pragam sub castro Carlestein, ibi ego & gentes meas expedivi a fidelibus servitoribus vestris 500. equestres & pedestres, & currus triginta. Et cum omnes prædicti juxta Pragam convenissent, domini barones extra Pragam cum eisdem processerunt, & cum valida potentia inimicos insecuti sunt, & sic, quod de gratia Dei & suo juvamina illos prostraverunt inter monasterium * Scalicz & opidum * Goursin, sicut supra scriptum est. Præterea serenitatem vestram rogo, quatenus velitis me fideles vestros servitores, qui mecum sunt in castro Karlestein, oculo pietatis respicere, & subsidium transmittere * & dare: quia Deus novit quod hujus magnam indigentiam habemus: quia aliunde non habeo illos bonos homines stipendiare, nec ab aliquo alio, nisi serenitate vestra ..... expectamus tamquam a domino nostro herede vero & domino gratiosissimo.

Datum feria 2. post festum corporis Christi, anno 1434.

Cuntzo Lukssa de * Besennis castellanus in Karlestein.

[Margin notes: * Scalitz * al. Goursim al. Cusim al. Gussin — * excellentem — * Scalitz * Gussin — * forte & stipendium — * Blacza * Bouzenix * Buzanich * Busavits]

Concil. general. Tom. XII.

CXVII.

ALIA EPISTOLA CUIUSDAM CAPITANEI ad eumdem imperatorem de victis Taboritis.

Serenissimo & invictissimo, &c.

SERVITIIS præmissis omni tempore subditis & paratis, serenissime imperator & domine gratiosissime, serenitati vestræ notifico, regratiando domino Deo omnipotenti, quod contriti sunt & prostrati omnes Taboritæ, qui in campis jacebant contra vestros & nostros fideles, secundum quod serenitas vestra in alia litera melius percipiet, quam mihi scribit avunculus meus, quam vestræ serenitati dirigo & mitto. Et rogo serenitatem vestram tamquam dominum nostrum gratiosissimum, quatenus mihi dirigere per nuntium Caupotan. quia equi nostri in bello aliqui interfecti & aliqui mortui sunt, ita quod ambo caremus equis ad equitandum. [Locus obscurus.]

Datum in Thinhoviss. feria quarta ante octavam corporis Christi, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

* Seuco Luckoldim de Reimsperg. [* Deneza Colvini de Ramsperez]

CXVIII.

EPISTOLA IMPERATORIS TRAPEZUNdarum ad Eugenium papam.

*Sanctissimo & beatissimo in Christo patri & domino Eugenio IV. summo pontifici Romanorum suo reverendissimo * Morame Megatomenus imperator Trapezundarum.*

SANCTISSIME & beatissime pater & domine in Christo, binas series ejusdem sanctitatis vestræ per galeam Venetorum suscepisse sciveritis, singulam Romæ datam, alteram quoque Florentiæ. Gratissima nobis contenta in ipsis cordiali mente percepimus, requisitioni siquidem prælibatæ sanctitatis cum toto nostro imperio læto animo assentire dispositi. * Quis enim dignus illius lucis videre constructum magno desiderio optandum? Pateat Deus illis, quibus non est timor Dei, eamdem sanctitatem

veaare, curiosam tanti boni operis merita adimplere. Rogamus altissimum, ut dignetur in prædictis taliter disponere, ut nulla interveniat causa, quæ obstet prælibatæ sanctitati ab inceptis desistere, ut optatur.

Data Trapezundis millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, die decimo octavo Octobris.

CXIX.

COMMISSIO IMPERATORIS GRÆCORUM facta nas ambasiatoram concilii.

CUM venerabilis vir Henricus Menger decretorum doctor, canonicus Constantiensis, unus ex ambasiatoribus sacrosancti generalis concilii Basileensis, &c. ad nos transmissus ad præsens revertatur ad præfatum concilium, committimus antedicto concilio de statuendo & designando loco fiendæ generalis & œcumenicæ synodi, quod designetur & statuatur locus maritimus, ita quod non sit aliqua civitas, excepta Ancona, ut possimus venire ad illum locum cum omnibus necessario debentibus interesse, sine difficultatibus & incommodis, cum multi ex illis senes & infirmi existant: & maxime sanctissimus meus dominus œcumenicus patriarcha. Et in tali loco plures prælati orientalis nostræ ecclesiæ poterunt aggregari propter facultatem & non nimiam distantiam. Qui quanto plures adfuerint, tanto melius ad perfectionem unionis erit. Præterea hoc erit maxime conferens ad utilitatem & securitatem nostræ civitatis, propter multas causas dicto venerabili viro dictas. Præcipue vero hoc necessarium est, propter præsentiam sanctissimi & beatissimi domini papæ, quod commode advenire poterit, hoc erit gratissimum, & ad perfectionem præmeditatæ unionis quamplurimum valens, nec non ad honores & favores futuri concilii. Propter istas & plures alias causas debet prædictus venerabilis Henricus rogare & deprecari dictam Basileensem synodum ea parte nostra, ut nostra petitio adimpleatur. Et cum antea per nostros ambasiatores nominavimus nonnulla loca, quæ non sunt maritima, petimus & cum instantia rogamus, ut non fiat impedimentum nostræ petitioni talis locorum expressio, sed sustinere velint laborare illi reverendissimi patres propter utilitatem & securitatem propositæ rei. Etiam ut ostendat & referat, quod omnia nobis spectantia secundum nostram potentiam sine prætermissione adimplebuntur. Propter hoc & prædicta Basileensis synodus debeat facere omnia præmissa per ipsam & per suos ambasiatores integraliter & opportune. Et si hoc * fuerit, nec nos etiam ire poterimus tempore designato, & etiam promisso. Nec poterit aliquis nos reprehendere, considerato quod causa erit concilii, sicut & nos non dignamur accusare prædictam synodum propter transactum tempus in decreto determinatum, cum talis transactio temporis venerit propter circumstantias occurrentes & temporaneas, non ex voluntate concilii. Similiter autem alii duo ambasiatores hic remanentes debent facere opportune de expensis & aliis pro congregatione prælatorum orientalis ecclesiæ prout extitit promissum: quia talibus expensis & aliis non in tempore debito factis, si quis ex ista causa defectus adveniat, nos de expensis nihil respondere debebimus.

Datum in urbe nostra Constantinopolitana, millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, die vigesimosexto Novembris, sub sigillo nostro imperiali.

CXX.

COMMISSIO PATRIARCHÆ CONstantinopolitani facta ambasiatori concilii.

QUONIAM propter multas rationabiles & necessarias causas ultimũ & non prætermittendum extitit, beatissimum dominum Eugenium papam necessario adesse debere meditatæ & solicitandæ cum Deo sanctæ catholicæ & œcumenicæ synodo pro unione ecclesiarum Christi, & ad eam accedere personaliter & interesse unanimiter cum sacrosancta synodo sacræ Romanæ ecclesiæ & omnibus ipsi ecclesiæ aggregatis, ut possimus & nos, Deo auctore, illic personaliter adesse, loco commodo statuto, una cum potentissimo & sancto meo imperatore, & aliis nobis adhærentibus, & sic fiat tractatus & constitutio unionis, sicut daret Deus, & ab utraque parte conventum & affirmatum foret, propterea humilitas nostra ad præsens committit tibi venerabili viro, Henrice Menger, decretorum doctori, canonico Constantiensis ecclesiæ, uni ex ambasiatoribus sacrosanctæ Basileensis synodi, ad synodum sanctam revertendi, ut, quando fueris cum prædicta sacrosancta synodo Basileensi, studium & diligentiam omnimodam exhibeas, & instanter labores & opereris, ut statuatur beatissimum dominum papam in meditata œcumenica synodo interesse personaliter, & non repræsentative, electo & statuto loco congruente & commodo pro quiete dicti beatissimi domini Eugenii & nostra. Propter hoc facta est tibi præsens donatio & concessio nostra in scriptis causa roboris & firmitatis.

Datum Constantinopoli, millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, die vigesimosexto mensis Novembris.

CXXI.

EPISTOLA LEGATI CONCILII ad legatum pontificis.

Reverendissimo in Christo patri & domino domino Juliano, miseratione divina tituli sanctæ Sabinæ sanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali, vulgariter sancti Angeli nuncupato, in Germania apostolicæ sedis legato, vestræ reverendissimæ paternitatis humilis Henricus Menger.

REVERENDISSIME pater domineque metuendissime, secundo Januarii cum galeis ad civitatem Venetiarum Dei gratia vivus, sed non sanus, reversus sum. Et ut in paucis me expediam, quia horam scribendi non habeo, noverit reverendissima paternitas vestra quod omnia nobis per sacrum concilium injuncta votive expedivimus, ita quod dominus imperator & patriarcha omnia capitula per ambasiatores ipsorum in sacro concilio conclusa & promissa, & ut in decreto continentur, de novo similiter per bullam auream & plumbeam ratificavit, &c. Et hoc pro nunc paternitas vestra reverendissima me excusatum habere velit, si non statim veniam: quia pro certo nihil in hoc mundo tardabit me, nisi hoc sero. Nam licet sim infirmus, tamen nihilo minus hoc conclusi, Deo dante, quod iter arripiam, & de die in diem ibo, donec & quousque ad vestram reverendissimam paternitatem gloriosam veniam, quam toto corde videre desidero. Et vere gaudebit cor vestrum, & iterum gaudebit, quia jucundissima lætissimaque nova sacro concilio portabo: quoniam ramum virentis olivæ & unitatis ecclesiæ sane portabo, quemadmodum columba Noæ in arca præsentavit, &c.

Datum Venetiis quarto Januarii 1436.

OBSER-

OBSERVATIO PHILLIPPI LABBE, S. I.

Notas Severini Binii in acta concilii Basileensis quæ in editione Luparensi præmittuntur, ea ipsius auctoris mente rejecimus post orationes quatuor Ioannis de Ragusio, Ægidii Carlerii, Henrici Kaltheisen ac Ioannis de Polemar egregiorum catholicæ fidei pugilum, quas ea tomis antiquæ lectionis V. C. Henrici Canisii academiæ Ingolstadiensis I C. descriptas, collectioni suæ inserendas censuit Binius. Quæ vero fuerint earum argumenta docebit sequens indiculus.

ARGVMENTA QVATVOR ORATIONVM sequentium in concilio Basileensi habitarum.

ORATIO *Ioannis de Ragusio generalis ordinis prædicatorum proc. qua respondit per octo dies in concilio Basileensi ad articulum primum Bohemorum de communione sub utraque specie.*

Oratio Ægidii Carlerii decani ecclesiæ Cameracensis, qua per dies quatuor in concilio Basileensi respondit ad articulum secundum Bohemorum de corrigendis peccatis publicis.

Oratio Henrici Kalteisen Dominicani, professoris theologiæ in Coloniensi academia, & hæreticæ pravitatis inquisitoris, qua in concilio Basileensi per tres dies refutavit tertium articulum Bohemorum de libera prædicatione verbi Dei.

Oratio Ioannis de Polemar archidiaconi Barcinonensis, apostolici palatii causarum auditoris, qua in concilio Basileensi refutavit quartum Bohemorum articulum de civili dominio clericorum.

ORATIO,

QVA IOANNES DE RAGVSIO

ordinis prædicatorum procurator generalis respondit per octo dies in concilio Basileensi ad articulum primum Bohemorum, de communione sub utraq; specie propositum a M. Ioanne Rogkyzana XVI. Ianuarii.

Anno Christi 1433.

REVERENDISSIMI reverendique patres, illustrissime princeps, regum & principum, universitatum, atque communitatum ambasiatores, oratoresque egregii, utriusque juris divini pariter & humani doctores eximii & magistri, comites, barones, & nobiles, cives insignes, & ceteri in Christo Iesu omnes patres, domini & fratres dilectissimi, qui huic sacræ congregationi divinoque certamini interestis; post valde utilem ac pernecessariam exhortationem reverendi in Christo patris & domini mei singularissimi domini Cisterciensis (cujus exhortationis verba utinam tali fide, tali devotione, talique caritatis affectu fuissent a cunctis auditoribus accepta, quibus ab eodem patre prolata sunt responsionem pro modulo meæ parvitatis, & ut Spiritus sancti gratia suggesserit, ad articulum de communione sacratissimæ eucharistiæ sub utraque specie, per ambasiatores & oratores inclyti regni Bohemiæ propositum, facturus, video me necessitate compellente in præsenti actu quatuor debere peragere. Et primo opportunas & necessarias excusationes præmittere. Secundo divinum auxilium implorare. Tertio necessarias & consuetas protestationes annectere. Quarto catholicæ Romanæ ecclesiæ consuetudinem in communione unius speciei, quoad populum laicalem, firmare, stabilire & roborare, nec non & adversa, quanto fieri poterit & vires meæ debiles permiserint, propulsare.

Quatuor præmittuntur & tractantur. 1. necessaria excusatio, 2. imploratio divini auxilii, 3. consuetæ protestationes, 4. confirmatio communionis sub una specie.

Primum igitur prosequendo, triplici me intueor obrui difficultate. Prima est objectæ materiæ altitudo. Secunda est astantis hujus gloriosissimi ac celeberrimi & sacratissimi cœtus ingenii profunditas, & summæ atque incredibilis & pene divinæ sapientiæ magnitudo. Tertia est proprii ingenii vehemens insufficientia, inextricabiles tenebræ & profecto inexplicabilis hebetudo. Nam sic altam & profundam invenio, de qua ad præsens coram gloriosissimis conspectibus vestris sum prolocuturus materiam ut profecto ad eam explicandam nedum me insufficientem intuear, verum etiam totaliter inhabilem & ineptam. Si enim Paulus apostolus divinorum contemplator & reserator arcanorum, immersus divinæ providentiæ irreserabili atque inattingibili & imperscrutabili profunditati, coactus fuit exclamare: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus & investigabiles viæ ejus?* quid ergo miser dicere potero de hoc ineffabili sacramento? quod inter mirabilia opera domini egregius propheta David enumerat, ita dicens: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se.* Ibi enim apostolus divinæ sapientiæ infinitate oppressus cogebatur exclamare: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei!* Ego vero in consideratione hujus divinissimi sacramenti veluti manibus & pedibus triplici, qui difficile rumpitur, ligatus funiculo, nequeo me explicare. In hoc siquidem divinissimæ eucharistiæ sacramento divina omnipotentia ostenditur, summa sapientia explicatur, & immensa divinæ bonitatis benignitas declaratur.

Rom. 11.

Psal. 110.

Et quidem divina omnipotentia ostenditur, dum divino verbo ad elementum accedente, hæc terrena materies, remanentibus accidentibus, in Christi substantiam subito & in instanti convertitur: dum ipsa panis & vini accidentia, præter naturæ ordinem, absque subjecto relinquuntur: dum eis modus existendi substantiæ tribuitur, ita ut omnia possint agere & pati, sicut si eisdem adesset propria substantia: dum non mutans locum nec cælum deserens Christus totus verus & integer sub hoc incipit esse sacramento, & non solum totus sub toto, sed totus sub qualibet parte, & quantumvis species dividantur, frangantur, dentibus masticentur, sive in pluribus locis aut ubique terrarum multiplicentur, ipse tamen Christus totus & integer sub qualibet particula divisionis perseverat, idemque & unus in cælo, & in omnibus locis in quibus hoc sacrificium celebratur aut existit, non multiplicatus manet idem penitus, qui ex Virgine natus, qui in mundo conversatus, qui in ultima cœna seipsum discipulis, hoc sacramentum instituendo, tradidit, qui in cruce pependit, qui mortem pro nobis pertulit, lanceam militis sustinuit, in sepulcro jacuit, tertio die de sepulcro gloriosus resurrexit, in cælum ascendit, apostolis Spiritum sanctum misit, sedetque nunc ad dexteram Patris, ipse unus, inquam, idem & totus atque integer est & apud Patrem in cælo & nobiscum in altari, & ubicumque hoc divinum mysterium celebratur, & sicut non alius & alius hic & ibi Christus, sed unus verus & totus in omnibus altaribus; sic nec hoc aliud ab illo, sed hoc & illud & omnia unum verum & immaculatum sacrificium. Hæc & innumerabilia, quæ in hoc continentur sacramento, mirabilia fiunt omnipotenti virtute Dei. cũ enim sacerdos illa Christi verba pronuntiat; *Hoc est enim corpus meum, & hic est sanguis meus*, panis & vinum in carnem & sanguinem convertuntur, illa verbi virtute qua *Verbum caro factum est & habitavit in nobis*, qua dixit & facta sunt, mandavit & creatá

Matth. 26.

Ioan. 1.

sunt,

ANNO CHRISTI 1431.

Psal. 108. Genes. 19. Exod. 4. & 7. Ioan. 2. 4. Reg. 2. Luc. 1. Ioan. 1.

sunt, qua feminam mutavit in statuam salis, & virgam Moysi in colubrum convertit, qua fontes mutavit in sanguiné, & aquam convertit in vinum. Nam si verbum Eliȩ potuit ignem de cælo ponere, verbum Christi non poterit panem in carnem mutare? quis hoc audeat opinari de illo cui nullú verbum est impossibile, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil? certe majus est creare quod non est, quam mutare quod est; ac longe majus, quod non est, de nihilo procreare, quá quod est, in aliud transmutare. Illud autem nemo est qui dubitet, & hoc aliquis dubitabit? absit. Omnino incomparabiliter majus est quod Deus ita factus est homo, quod non desinit esse Deus, quam quod panis ita fit caro, quod non desinit esse panis, quia non annihilatur, sed in corpus Christi convertitur. Illud per incarnationem semel factum est, istud per consecrationem jugiter fit. Vnde Ambrosius in libro de sacramentis: & habetur de consecratione distinctione secunda capite Revera: Cognovisti prȩstantiora: potior est lux quam umbra, veritas quam figura, corpus auctoris quam manna de cælo. Forte dicis, Aliud video: quomodo & tu mihi asseris, quod Christi corpus accipiam? & hoc nobis adhuc superest ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis ut probemus hoc non esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit, majoremque vim esse benedictionis, quam naturæ, quia benedictione natura etiam ipsa mutatur? Virgam tenebat Moyses, projecit eam, & facta est serpens: rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam convertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam serpentis & virgæ. Currebant Ægypti flumina puro meatu aquarum, subito de fontium venis sanguis cœpit erumpere. Non erat potus in fluviis, rursus ad prophetæ preces cruor cessavit fluminis, aquarum natura remeavit. Circumclusus erat undique populus Hebræorum, hinc Ægyptiis vallatus, inde mari conclusus; virgam levavit Moy-

Exod. 14.

ses, separavit se aqua, & in murorum speciem congelavit, atque inter undas via pedestris apparuit.

Iosu. 4.

Iordanis retrorsum conversus contra naturam in sui fontis revertitur exordium. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluvialis cursus esse mutatam? sitiebat populus patrum, tetigit Moy-

Psal. 67.

ses petram, & aqua de petra fluxit. Numquid non præter naturam operata est gratia, ut aquam vome-

Exod. 15.

ret petra, quam non habebat per naturam? Mara fluvius amarissimus erat, ut sitiens populus bibere non posset; misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam in-

4. Reg. 6.

fusa subito gratia temperavit. Sub Elisæo propheta uni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est; rogavit Elisæum qui amiserat ferrum, misitque Eliseus lignum in aquam, & ferrum natavit. utique & hoc præter naturam factum cognovimus: gravior est enim ferri species, quam aquarum liquor. Advertimus igitur majoris potentiæ esse gratiam quam naturam, & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantum valuit humana benedictio, ut naturam converteret, quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa domini salvatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Eliæ ut ignem de cælo deponeret, non valebit Christi sermo ut species mutet elementorum? De

Psal. 32.

totius mundi operibus legisti: *Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt*: sermo igitur Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt in id mutare quod non erat? Non minus est dare, quam mutare novas naturas rebus. Sed cur argumentis utimur? suis utamus exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysterii veritatem. Numquid naturæ usus præcessit, cum dominus Iesus ex Maria nasceretur? si ordinem quærimus, viro mixta femina generare consueverat, liquet igitur quod præter naturæ ordinem virgo generat: & hoc quod conficimus corpus, ex virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse dominus Iesus partus ex virgine? vera utique caro Christi crucifixa est, quæ sepulta est: vere ergo illius carnis sacramentum est. Ipse clamat dominus Iesus: *Hoc est corpus meum.* ante benedictionem verborum cælestium alia species nominatur: post consecrationem corpus Christi significatur. [...] se dicit sanguinem suum: ante consecrationem a[...] dicitur; post consecrationem sanguis nuncupatur; & tu dicis, Amen, hoc est, verum est: quod os loquitur, mens interna fateatur; quod sermo sonat, affectus sentiat. Hęc Ambrosius. Sed diceret aliquis: Certus sum omnino quod Deus hæc valet, & majora; at non sum certus aliquo modo quod velit. Advertat ergo, quod Christus panem, cum accepisset, benedixit & dixit: *Hoc est corpus meum.* Veritas enim hoc dixit, & ideo verú est omnino quod dixit. Quod ergo panis fuerat cum accepit, corpus suum erat cum dedit: panis itaque mutatus erat in corpus ipsius, & similiter vinum in sanguinem. Non enim ut hæreticus sapit, sed desipit, ita debet intelligi quod dominus ait: *Hoc est corpus meum*, id est, Hoc significat corpus meum, sicut quod dicit

1. Cor. 10.

apostolus: *Petra erat Christus*, id est, Petra significabat Christum: hoc enim potius dixisset de agno paschali, quam de azymo pane. Nam agnus paschalis absque dubio figurabat corpus dominicum, sed panis azymus corpus sincerum. Sicut autem Ioan-

Ioan. 1.

nes Baptista qui dixerat: *Ecce agnus Dei*, per adjunctum determinavit, *qui tollit peccata mundi*: sic & Christus quod dixerat: *Hoc est corpus meum*, per adjunctum determinavit; *quod pro vobis tradetur.* Sicut ergo corpus Christi veraciter tradebatur, ita vere demonstrabatur, non in figura quæ jam cessaverat, sed in veritate, quæ jam advenerat. Hæc Innocentius. Bene igitur omnipotens dominus memoriam fecit mirabilium suorum, & talium, ad quæ nullius creaturæ potentia valet nedú actu, aut opere, sed nec cogitatu attingere, ut merito ratione hujus ineffabilis potentiæ dicatur ei quod habetur Esther 13. *Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ, si decreveris salvare Israel. Tu fecisti cælum & terram, & quidquid cæli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est qui resistat majestati tuæ.* ac si dicat, ut inquit

Albertus Magnus de euchar. in c. de præparatione sacramentali hujus cibi. p. 38. f. b.

dominus Albertus in tractatu suo de officio missæ, Talem redemptionis nostræ cibum & pignus impossibile est humanæ infirmitati præparare, sed tibi domine Deus rex omnipotens, nihil est impossibile, quia in ditione tua cuncta sunt posita, quia tu Verbo simplici tibi coæterno fecisti cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt contenta, & eodem Verbo creaturas in id quod vis transmutas, quia dominus universorum ipse tu es, cujus magnificentiæ cuncta obediunt & nihil resistit, (& hoc est quod dicitur Sapientiæ 15.) Subest tibi cum volueris posse: quia quāvis fides in omnibus articulis omnipotentiæ Dei innitatur, in sacramento tamen altaris, in quo consistit fundamentum fidei, & totius ecclesiæ communio maxime innititur omnipotentiæ. Et hoc est quod in signo hujus sacramenti dixit ad Saram angelus, Gen. 18. ubi simul promissio seminis facta est, & confectio cibi angelorú de tribus farinę satis, quę magna fuerunt,

** Albertus * habet sanguinis, aliter*

ANNO CHRISTI 1433.

fuerunt, & non nisi ab omnipotentia Dei fieri poterant. *Numquid Deo quidquam erit difficile?* quasi dicat, Non facile est enim Deo creaturas mutare & transsubstantiare, quas fecit, & de cibis nobis consuetis, hoc est pane & vino, corporis sui & sanguinis nobis dulcem cœnam præparate. Hinc est enim quod Lucæ primo angelus dixit, cum de perfectione & conceptione dominici corporis & sanguinis ageretur, *Non erit impossibile apud Deum omne verbum* & persuadens Virgini unde hoc fieri posset, dixit: *Virtus altissimi obumbrabit tibi*, quod exponens Origenes, dicit, virtutem altissimi esse virtuosam potentiam Patris, quæ umbram & imaginem sui ipsius perficit in Maria virgine, de creatura vetustatis corruptę novum hominem secundum Deum creatum perficiens, & hunc non ad imaginem, sed ipsam imaginem faciens per unionem, in quo perfecta resultaret potentia Patris. Hæc Albertus.

Liber manifestorum non est scriptus nec sanguinis, nec seminis habet.

Luc. 1.

Summa etiam divina sapientia in hoc divinissimo sacramento eucharistiæ discernitur, dum juxta hominis naturalem conditionem hunc angelorum cibum in eis sensibilibus rebus præparavit, quibus communiter homines uti consueverunt, in cibo corporali, ut sic per corporalia & sensibilia discernerent & discerent homines in cælestium & divinarum rerum cognitionem devenire. Etenim neque possibile est aliter nobis lucere divinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum analogice circumvelatum, ut divinus ait Dionysius primo capitulo cælestis hierarchiæ: Quemadmodum enim infirmi oculi solem nube tectum libere conspiciunt, qui corruscum lumen ejus intueri non possunt; sic & divinum radium lippientibus mentis oculis hicere impossibile est, nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum & præparatum providentia paterna connaturaliter & propter quæ secundum nos sunt, *&c.* Hugo de sancto Victore ibidem in glossa. Unde Innocentius de officio missæ ita dicit: Sapientia Dei quæ se per visibilia manifestat, volens evidenter ostendere, quod ipsa est cibus animarum, carnem assumptam proposuit in edulium, ut per cibum humanitatis invitaret ad gustum divinitatis, de quo Psalmista: *Gustate & videte quoniam suavis est dominus.* Totum ergo se Christus pro nobis exhibet in cibum, ut divinitate nos reficiat, quem corporaliter ore comedimus, ut ita de visibilibus ad invisibilia, de temporalibus ad æterna, de terrenis ad cælestia, de humanis ad divina nos transferat. *Ego sum*, inquit, *panis vivus qui de cælo descendi.* ecce cibus divinitatis: *& panis quem ego dedero, caro mea est.* ecce cibus humanitatis: Panis ergo angelorum factus est cibus hominum, secundum illud propheticum: *Panem angelorum manducavit homo*, quatenus qui secundum animam cibum divinitatis accipimus, etiam secundum carnem cibum humanitatis sumamus: quoniam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus: & quia per gustum homo mortem incurrit, per gustum quoque vitam acquirit; quatenus ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Dictum est quippe de illo: *Quacumque die comederis, morte morieris*, dicitur autem de isto: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* Cibus ille mortalis pependit in ligno scientiæ boni & mali: cibus iste vitalis pependit in ligno vitæ quod est in medio paradisi: illud fuit lignum inobedientiæ, ad quod homo manus extenderet, ut fieret sicut Deus, juxta quod serpens illi promiserat: *Eritis sicut dii, scientes bonum & malum* · istud est lignum obedientiæ, in quo Deus manus extendit ut fieret homo, juxta quod dicit apostolus: *Exinanivit semetipsum formam servi*

Psal. 33.

Ioan. 6.

Psal. 77.

Gen. 2.

Ioan. 6.

Gen. 3.

Philipp. 2.

A *accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Item Albertus Magnus in libro de officio missæ ita dicit: De sapientia autem hujus cibum contemperante dicitur ad Romanos II. *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei*, &c. Et subdit: Quis enim digne investigare valeat qualiter ex antiquo corpus incorruptum sit innovatum, qualiter nova anima vivificatum, qualiter utrumque horum deitati sit sociatum, & in unam personam unitum & assumptum, qualiter in carne infirmitates carnis potaverit, qualiter in cruce mortuus sit, & qualiter in corpus & sanguinem principalia elementa esculenti & poculenti humani mutaverit, & sic se homini in cibum præbuerit. Hæ enim viæ

B sapientiæ Dei sunt nobis absconditæ. Unde Proverbiorum trigesimo dicit Salomon, hæc esse sibi abscondita confitens: *Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo, viam colubri supra petram, viam navis in medio mari, & viam viri in adolescentia sua.* Quæ quidem quatuor idem doctor pulchre deducens, ac difficultates quæ in hoc sacramento continentur prosequitur ibidem; quæ pro nunc causa brevitatis omittuntur. In quibus valde pulchrum est considerare qualiter cælestis altitudo consilii disposuit, ut sicut tres sunt personæ in unitate divinæ substantiæ, scilicet Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, ita tres essent substantiæ in personæ unitate, scilicet divinitas, corpus & anima. Et

C sicut Christus secundum divinam naturam tribus modis existit in omnibus, per essentiam, præsentiam, & potentiam; in solis justis per gratiam & gloriam, in homine assumpto per unionem: sic voluit ut idem ipse secundum naturam humanam tribus modis in rebus existeret, scilicet localiter in cælo, personaliter in Verbo, sacramentaliter in altari. Sicut enim secundum divinitatem totus essentialiter est in omnibus rebus, ita secundum humanitatem totus sacramentaliter est in omnibus locis in quibus conficitur & celebratur. Similiter & in hoc eodem venerabili sacramento immensa divinæ bonitatis benignitas erga nos miseros & pauperes copiosissime declara-

D tur. Ut enim suam adversus nos caritatem ostenderet, & nostram erga se caritatem accenderet, qui dedit se pro nobis in precium, ipse tribuit se nobis in cibum, ut per precium redimeret nos a morte; per cibum aleret nos ad vitam. Unde: *Qui manducat me & ipse vivet propter me.* Quid amplius unquam pro nobis potuit efficere? Precium se dedit pro nobis in mortem, & cibum se tribuit nobis ad vitam, ut mortem nostram sua morte perimeret, & vitam nostram sua vita nutriret. Panis iste, si digne comeditur, impinguat. *Poculum tuum inebrians quam præclarum est!* Per hanc ergo sacramenti virtutem universæ virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Is enim in hoc sacramento sumi-

E tur totus & integer, qui est fons & origo totius virtutis & gratiæ. Quapropter antonomastice respectu omnium aliorum sacramentorum eucharistia dicitur Græce, quod Latine interpretatur bona gratia; cujus nuncupationis sex possunt causæ & rationes assignari; quarum una est, quia non est nisi gratia, & non nisi gratia esse potest. Secunda autem, quia non datur nisi a gratissimo. Tertia, quia non nisi gratissimis administratur. Quarta, autem quia non nisi gratiam operatur. Quinta, quia gratia est super gratiam. Sexta, quia est omnis gratiæ continentivum. Etenim cum in omnibus sacramentis aliis gratiam eorum per partes participemus, in hoc sacramento totum quod videmus, quod tangimus, quod gustamus, est gratia. Unde Zachariæ 4. dicitur de hoc

ANNO CHRISTI 1433.

Ioan. 6.

Psal. 22.

Anno Christi 1433.

sacramento: *Exæquabit gratiam gratia ejus*, quia A quidquid in omnibus sacramentis & virtutibus sparsim in gratiis colligitur, totum simul hic in una gratia invenitur. Unde significatur per gomor, quod est mensura mannæ, quæ unicuique sufficiebat, Exodi 16. Mensura enim sufficiens homini ad salutem non est nisi quæ continet gratiam perfectam, in qua totus Christus continetur. Hæc est urna aurea continens manna, ad Hebræos 9. quæ intra sancta sanctorum collocatur, quæ ad uniuscujusque sufficit capacitatem. Longum esset singulas bonitates, gratias & perfectiones hujus sacramenti enumerare, & immensam divinæ bonitatis benignitatem extollere pro præsenti, & potius mens & lingua, imo dies & tempora deficerent quam B materia. Etenim ut dicit Innocentius, per eucharistiæ sacramentum Christus eripuit nos a potestate peccandi, liberat a peccandi voluntate. Nam eucharistia si digne sumatur, a malo liberat, & confirmat in bono, venialia delet & cavet mortalia; unde cum præmittimus in oratione dominica: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie*: statim adjungimus: *& dimitte nobis debita nostra, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo*, quia per panem illum cælestem liberamur a malis præteritis, præsentibus & futuris. Dedit ergo nobis hoc sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ipse jam mori non potest, per hoc sacramentum quod in memoriam mortis ejus accipimus, C remissionem peccatorum quotidie consequamur. Hæc Innocentius. Verum etiam ut aliqua ex multis sub compendio proferamus, primo hoc sacramentum digne sumptum in nobis remissionem peccatorum operatur: deinde vitam gratiæ tribuit, & ne a gratia deficiamus, nutrit, augetque ad perfectionem gratiæ, unionem nostri ad Deum operatur, sumentes in Christum transformat. Præter effectus hos adhuc famem patientes satiat, inebriat sitientes, tenues impinguat, confirmat debiles, lætificat mentes, ignit affectum, illuminat intellectum, mitigat tentationes, affectum mortalium reprimit, firmat virtutes, a futuris præservat peccatis, pœnam minuit, subvenit vivis, proficit defunctis, Spiritum sanctum mittit, terret dæmones, contra hostes etiam D visibiles adjuvat, & tandem ad æternam vitam perducit. Nullum igitur est isto sacramento salubrius, quo peccata purgantur, virtutes augentur, & mens omnium spiritualium charismatum abundantia impinguatur. Quid plura? Hæc pro exercitio & excitatione mentis nostræ de mirabilibus hujus ineffabilis sacramenti, quam breviter curavi perstringere, in quibus & omnipotentiam Dei, summam sapientiam, & inenarrabilem erga nos divinæ dignationis & benignitatis bonitatem sedulo & grato animo contemplemur, & quamvis parum sit, quod a nobis aut intelligi aut exprimi possit, (est enim supra omnem sensum & omnem intelligentiam,) id tamen modicum, etiam quantulumcumque sit, debet esse E magis amatum & desideratum a nobis omni cognitione quam habemus de rebus inferioribus, sic enim & Aristoteles ait in 11. de animalibus, quod quamvis parum sit quod de substantiis superioribus percipimus, tamen illud modicum est magis amatum & desideratum omni cognitione quam de substantiis inferioribus habemus. Et in 2. de cælo & mundo dicit, quod cum de corporibus cælestibus quæstiones possunt solvi parva & topica solutione, contingit auditori, ut vehemens sit gaudium ejus. Et in 10. ethicorum cum Simonides cuidam homini prætermittendam divinam cognitionem persuaderet & humanis rebus ingenium applicandum, oportere

Matth. 6.

A inquiens humana sapere hominem, & mortalia mortalem; contra eum philosophus dicit, quod homo debet se ad immortalia & divina trahere quantum potest: quod utique & nos Deo adjuvante in præsenti altissima materia quantum poterimus faciemus: tali tamen a nobis sacrorum eloquiorum prædiffinita lege, ut non in persuasibilibus aut incredibilibus humanæ sapientiæ verbis spem ponamus, sed in demonstratione a Spiritu motæ theologorum virtutis, secundum quam ineffabilibus & ignotis ineffabiliter & ignote conjungimur secundum meliorem nostræ rationabilis & intellectualis virtutis & operationis unionem, ut divinus ait theologus Dionysius 1. cap. de divinis nominibus; erimusque B circa hæc divina mysteria tractanda, ut idem Dionysius ait, temperantia & sanctitate constricti, sanctitate quidem divinis firmiter inhærendo ab omni nos errore immunes Deo duce observabimus, temperantia vero, dum ad divina perscrutanda mysteria non magis nos ingerimus, quam nobis datum de cælo fuerit & ostensum: verum quia ut vox testatur apostoli non sumus sufficientes non solum aliquid agere aut operari, sed nec cogitare quidem quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est, qui etiam omnia opera nostra in nobis operatur; ideo secundo loco, ut verbis utar Platonis, agamus & deliberemus cœpta, vocata, ut mos est, prius divinitate. Etenim, ut idem ait in principio C Timæi, omnibus mos est & quasi quædam religio, qui vel de maximis vel de minimis rebus sunt acturi aliquid, precari ad auxilium divinitatem, & ut dicit sacer theologus Dionysius 3. cap. de divinis nominibus, ante omnia ab oratione incipere est utile, sicut nos ipsos tradentes Deo & unientes: hæ sunt enim summæ intentiones Dei gratiæ cum aguntur a mortalibus, ut inquit Trismegistus Mercurius in libro de Deo. Igitur ut ea dicantur a nobis quæ placeant Deo, veritatem declarent, mentes nostras illuminent, gignant concordiam, caritatem accendant, pariant unitatem & pacem; primum cum eodem divinissimo theologo Parisiorum antistite Areopagita videlicet Dionysio 1. cap. cælestis hierarchiæ, Iesum primum lumen invocemus, quod est, quod verum D est, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, per quem ad principale lumen Patrem accessum habemus. Etenim ut idem ait Dionysius theologus, sicut omnis a Patre motæ manifestationis luminum processio in nos optime ac large provenit, sic iterum vivifica virtus quæ est Christus Iesus restituens nos replet, & ad congregantis Patris unitatem & deificam simplicitatem convertit. Sicut enim divinum verbum per Paulum apostolum testatur, *ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*; origo enim fontium, ut inquit sanctus Bernardus, & fluminum omnium est mare; virtutum & scientiarum est dominus Iesus Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, continentia E carnis, cordis industria, mentis rectitudo, casta consilia, justa judicia, sancta desideria ex ipso manant. Si quis viget ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde scientiæ, inde sapientiæ sermo, quia gratia & veritas per Iesum Christum facta est, *de cujus plenitudine omnes nos accepimus, & gratiam pro gratia*, Ioan. 1. Igitur in nostris præcordiis, fundamentis jactis humilitatis, te Christe Iesu huic cœpto, penes quem hominum & omnium sanctorum communi consensu maris & terræ regimen esse voluit, certissima salus patriæ, invoco, ut noster præsens hic sermo, nostra hæc instans oratio, noster hic tractatus, atque pium certamen fidelium devote flagitantibus tuam Christe veritatem, fructus pariat salu-

Anno Christi 1433.

2. Cor. 3.

Cap. 1.

Rom. 11.

Coloss. 2.

Anno Christi 1433.

ſalutares, atque noster actus hic opportunum ſortiatur initium, progreſſum ordinatum accipiat, atque fine competenti & debito terminetur cum effectu ſinceræ & veræ unionis. Amen. A

S E D jam accedo ad tertium mihi utique neceſſarium ſumme, & valde utile, ſcilicet ad conſuetas, debitas & laudabiles proteſtationes, quibus puro & ſincero corde inhærendo puto & ſpero me ab omni erroris periculo liberari, maxime cum per hujuſmodi proteſtationes, præcipue quæ eſt omnis erroris mater & origo præſumptio evitetur; & omnium virtutum fundamentum ſtabiliatur humilitas, cui ſemper præſto adeſt illuminator & illuſtrator cordium Spiritus ſanctus, qui non niſi ſuper humilem & manſuetum requieſcit, docens ipſum omnem veritatem neceſſariam ad ſalutem. (Iſa. 66.) Proteſtor igitur in primis, quod in præſenti actu & in quocumque alio per me Deo concedente fiendo in poſterum, non intendo, ſicut nec unquam intendi, aliquid dicere, aſſerere, dogmatizare, aut pertinaciter defendere, quod ſit contra fidem catholicam, ſacram ſcripturam ſane intellectam, determinationem ſacroſanctæ catholicæ & apoſtolicæ ac Romanæ eccleſiæ, quod ſit contra communem intentionem ſanctorum doctorum ab eccleſia approbatorum, aut contra bonos mores, ſeu quod ſit quovis modo piarum aurium offenſivum. B Quod ſi ex ignorantia, quæ in me maxima eſt, & inadvertentia, aut ex lapſu linguæ aliquid me contra prædicta dicere aut ſcribere contingeret, quod Deus ſua pietate dignetur avertere, ex C nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc revoco & annihilo, & habeo pro non dicto, ſubjiciens me & dicta mea atque ſcripta correctioni & emendationi eccleſiæ ſanctæ Dei, & ſpecialiter hujus ſacroſanctæ generalis Baſileenſis ſynodi in Spiritus ſancti gratia legitime congregatæ, & univerſalem eccleſiam repræſentantis, & omnium aliorum, ad quos hujuſmodi deviantes aut errantes pertinet ad viam reducere veritatis; & huic proteſtationi adhæreo pro præſenti, & adhærere intendo quamdiu vitam duxero in humanis: & utinam ſimilem proteſtationem, quoad ſingulas ejus partes, feciſſent domini qui pro regno Bohemiæ propoſuerunt, quia & ſeipſos & univerſam Chriſtianitatem a multis laboribus, anguſtiis & perturbationibus ſatis facile potuiſſent & poſſent liberare, ſe determinationi D eccleſiæ catholicæ Romanæ ſubmittentes, quod quandoque, imo nunc, & ipſis & nobis Deus ſua immenſa pietate dignetur concedere. Proteſtor inſuper * toto & puro corde & ſincera intentione, quod in præſenti actu & tota collatione quam habiturus ſum coram hoc ſacro concilio Baſileenſi publice cum dictis dominis ambaſiatoribus & oratoribus regni Bohemiæ, nihil etiam privatim, non intendo aliquid dicere aut facere nutu vel ſigno quomodocumque aut qualitercumque animo vel intentione injuriandi, nec intendo uti terminis quibuſlibet in præjudicium & quovis modo in confuſionem ipſorum vergentibus; E ſemper tamen manente veritate illibata, quam eccleſia catholica & Romana profitetur, in cujus defenſione ſi aliquid me dicere contigerit quod forte poſſit eiſdem rationabiliter diſplicere, ex inadvertentia, vel ex lapſu linguæ: illud ex nunc habeo pro non dicto, & rogo eoſdem dominos ut non capiant ad animum, offerens me uſque ad condignam ſatisfactionem in omnibus, velintque recordari unius capituli in ipſorum ſalvoconductu inſerti, ſub tali verborum forma: Item liberum erit illis ſicut & nobis, ſalva pace & bona honeſtate, coram dicto cōcilio ſi placuerit, objicere ſive accuſare quoſcumque ſtatus exorbitantes, defectus ſibi invicem, quos ſenſerint, modeſte exponendo: velint etiam ad mentem Chriſti regulam reducere, qua dixit: *In qua menſura menſi fueritis, eadem remetietur vobis.* (Matth. 7.)

Anno Christi 1433.

F A T E O R inſuper & proteſtor cum beato Auguſtino in libro de utilitate credendi, circa principium, quia rogavi Deum & rogo, & ſpero ita fore, ſi mihi bene conſcius ſum, quod ad hunc ſtylum, actum & tractatum pio & officioſo animo, non vani nominis appetitione ac nugatoriæ oſtentationis acceſſi: ſcit enim, ut idem inquit doctor, Deus, cui nota ſunt arcana conſcientiæ meæ, nihil me in hoc ſermone malitioſe agere, ſed ut exiſtimo accipiendum eſſe veri probandi cauſa, cui uni rei vivere jam diu ſtatuimus & incredibili ſolicitudine. (Cap. 1.) (Cap. 4.) Non igitur de vani nominis appetitu aut rancoris aut malitiæ hodie ſive in præſenti actu a vobis, præſtantiſſimi patres, habear ſuſpectus, niſi forſan elatio incaſtigati vultus aut verba rigida hæc depingant. Sed rogo præſtantiſſimi domini mei, ſi hæc eveniant, recolite, quod corde profiteor, & date ſignis veniam, & ſi forſan interdum me contingat aliquid durius loqui, & a ſolita exorbitare manſuetudine, indulgere rogo fragilitati dicentis, & audacitati fidelis. Non enim poſſum omnes alloqui pari corde, nec tamen ſi in me hujuſmodi contingant defectus, debent contumelia reputari ab auditoribus, ſecundum quod idem glorioſiſſimus doctor Auguſtinus declarat in conſimili caſu, in epiſtola ad Proculeianum inter epiſtolas centeſima ſeptuageſima prima: Audivi, inquit, de memorato fratre noſtro, te fuiſſe conqueſtum, quod neſcio quid contumelioſe tibi reſponderit. quod quæſo te ne illam contumeliam deputes, quoniam certum mihi eſt de non ſuperbo animo proceſſiſſe; novi enim fratrem meum. Sed ſi quid in diſputando, pro fide ſua & pro caritate eccleſiæ dixit forte ferventius, quam tua gravitas vellet audire, non illa contumacia, ſed fiducia nominanda eſt. Proinde per viſcera miſericordiæ Dei noſtri quemlibet hic aſſiſtentem rogo & obſecro, quatenus in inquiſitione veritatis prædictorum quatuor articulorum propoſitorum ſtudeat imitari atque ſervare, quod venerabilis doctor Auguſtinus in primo libro de Trinitate de ſeipſo ait: (Cap. 2. & 3.) Non pudebit me, inquit, ſicubi hæſito quærere, nec pudebit ſicubi erro diſcere. Quiſquis ergo hæc audit vel legit, ubi pariter hæſitat, quærat mecum; ubi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me; ubi meum * revocet me: ita ingrediamur ſimul caritatis viam, tendentes ad eum de quo dictum eſt: *Quærite faciem ejus ſemper.* (* Nonnulla hic deſunt.) (Pſal. 104.)

C V M denique coram reverendiſſimis paternitatibus veſtris omni auctoritate & ſapientia præditis conſidero me tam alta & grandia tractaturum, dum coram acutiſſimis ingeniis, illuſtriſſimis & omnium literarum peritiſſimis, inveſtigandæque veritatis divino amore flagrantiſſimis me proſpicio locuturum, profecto timor & tremor me taliter obruunt, ut potius ſilentio opus eſſet quam verbis: nec mirum, reverendiſſimi patres, nam ſi quibuſdam etiam conſtantiſſimis dicturis in conſpectu populi ſudor erumpit, non aliter quam fatigatis & æſtuantibus ſolet, quibuſdam tremunt genua, quorumdam dentes colliduntur, lingua titubat, labia concurrunt, ut Seneca ait duodecima epiſtola ad Lucilium; quid mirum ſi & nunc & alias mihi loquenti, non in conſpectu vulgi aut rudis populi, ſed in præſentia glorioſiſſimi ſenatus totius orbis Chriſtiani, prædicta mihi contigerint & contingant? (Epiſt. 11. ſecundum edit. Rom. Mureti.) Inter hæc enim eſſe & ruborem ſcio, inquit idem philoſophus, qui graviſſimis quoque viris ſubitus offunditur, magis quidem in juvenibus apparet, quibus & plus caloris

eſt,

Anno Christi 1433.

est, & tenera frons: nihilo minus & veteranos & senes tangit, & quidem nunquam magis quam cum erubuerint timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint. Sylla tunc erat violentissimus, cum faciem ejus sanguis invaserat. nihil erat mollius ore Pompeii, nunquam non coram pluribus erubuit, utique in concionibus. Fabianum, cum in senatum esset testis inductus, erubuisse memini, & hic illum mire pudor decuit. non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed a novitate rei quæ inexercitatos etsi non concutit, movet naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati & mobilis, & cito in os prodeuntis. & cetera: hæc, ut dixi, nulla sapientia abigit. Superius enim dixerat, postquam verecundiam adolescentis cujusdam descripserat, Rubor hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmaverit, & omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla enim sapientiæ corporis aut animi vitia naturalia ponuntur. Quidquid infixum & ingenitum est, lenitur arte, non vincitur; alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. quæcumque attribuit conditio nascendi & corporis temperamentum, cum multum diuque se animus composuerit, hærebunt; nihil horum vitari potest. Et infra: Nihil adversus hæc sapientia promittit, nihil proficit, sui juris sunt, injussa veniunt, injussa discedunt. Hæc Seneca in eadem epistola. Quid plura? etsi nunquam prædictis naturæ defectibus impediret, quos, ut verum fatear, in primordiis dicendi nunquam arte quacumque ab ineunte ætate mea comprimere valui, nihilo minus tamen attenta altitudine rerum, & hujus sacratissimi cœtus ineffabili sapientia, meaque insufficientia atque inexperientia, tarditate ingenii, hebetudine sensuum, labilitate memoriæ, difficultate judicii, indiscretione rationis, intellectus imbecillitate, qui se habet ad ea, quæ manifestissima sunt in natura, sicut vespertilionis oculus ad lucem diei, ut philosophus dicit in principio suæ primæ philosophiæ: honestior mihi fuga esset, quam quod tantillus in conspectu tantorum ac talium præsumam apparere. Grandes siquidem materias, ut gloriosissimus doctor noster Hieronymus ait, ingenia parva non sufferunt, & in ipso conatu ultra vires ausa succumbunt: quantoque majus fuerit quod dicendum est, tanto magis obruitur qui magnitudinem rerum verbis vult explicare: sed etsi vulgi similia & pedestris materiæ nos in præsenti tractatu dicere oporteret, in isto nihilo minus conventu sacratissimo me profecto prolocuturum erubesco, quibus non nisi difficilia intellectu, alta mysteriis, & imperscrutabilia placent sacramentis. Neminem namque, ut nobilissimi oratoris testatur sententia, excelsi ingenii virum delectant humilia & parva. habet enim hoc optimum in se generosus animus, quod ad ardua concitatur & honesta, magnarum rerum species ad se vocat & attollit, atque igneæ flammæ comparatur, quæ surgens in rectum jacere ac deprimi potest non magis quam quiescere. Vos potius, gloriosissimi patres, vos qui omni terreno caretis negotio, vos qui cælesti abundatis otio, lectione continua refecti, oratione assidua saginati, quorum sicut adipe & pinguedine repletur anima supernorum secretorum dulcedine, vos, inquam, labiis exultationis deberetis animas esurientium reficere, sitientes potare, & ex superabundante spiritus vestri sagina cordium ariditatem impinguare, qui ejusdem panis verbo, quo vivunt angeli, dulci ac ineffabili suavitate estis repleti. Hæc quidem sunt, gloriosissimi patres, quæ me silere jubent, loqui non permittunt, & imposita ori custodia ad taciturnitatem exhortantur. Et severa, si mea res esset hæc, & non fidei, & ecclesiæ catholicæ, cujus defensioni etiam usque ad sanguinis effusionem, specialiter in susceptione gradus magistralis, licet immeritus & indignus, juramento me astrinxi, longe altius pertimescerem. Et licet naturalis affectus, quo ex affinitate linguæ inclyto regno Bohemiæ tota cordis affectione & caritate afficior, me ab hoc certamine quamplurimum retrahat, tamen quia secundum utriusque philosophiæ divinæ pariter & humanæ doctrinam, duobus existentibus amicis, ut dicit Aristoteles, sanctum est præhonorare veritatem; sic enim & ipse solitus erat dicere: Amicus Plato, sed magis amica veritas: quod proverbium etiam ab ipso suo præceptore Platone acceperat, qui & ipse solitus erat dicere: Amicus Socrates, sed magis amica veritas; & in evangelio dicit ipsa prima Veritas: *Qui non odit patrem & matrem propter me, non est me dignus.* (Luc. 14.) & multo magis qui non odit * patriam, linguam & gentem, quod quidem odium non excludit caritatem, ex qua & ipsi pater & mater sæpe præcipueque propter fidei veritatem odio habentur, sic etiam & tertio Esdræ 4. cap. dicitur: *Omnis terra veritatem invocat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia opera moventur & tremunt eam, & non est cum ea quidquam iniquum.* & infra: *nec est apud eam recipere personas, neque differentias, sed quæ justa sunt facit omnibus, & omnes benignantur in operibus ejus,* &c. Et hæc quoad primum, scilicet quoad excusationes necessarias & opportunas dicta sunt cum omni humanitate & mansuetudine.

* propria,

His itaque humiliter præsuppositis, venio ad quartum & principale nostri actus præsentis intentum, videlicet ad responsionem articuli de communione divinissimæ eucharistiæ sub utraque specie. Pro cujus rei executione proponitur quæstio sub tali verborum forma: Utrum communio divinissimæ eucharistiæ sub utraque specie, panis scilicet & vini, sit utilis multum & saluti expediens, toti credentium populo necessaria, & a domino præcepta salvatore. (Status quæstionis.) Omissis argumentis pro & contra, gratia brevitatis, in determinatione hujus quæstionis sic procedam, quia primo proponentur quædam necessaria ad intelligentiam dicendorum per modum suppositionum quarumdam. (1. Ponentur suppositiones,) Secundo ponentur conclusiones ad quæstionem propositam, (2. conclusiones,) & tertio respondebo ad objecta adversariorum & oppositum tenentium. (3. responsiones ad objecta.) Quantum ad primum, ponentur suppositiones quædam generales fundantes omnem materiam fidem & ecclesiam catholicam concernentem: quædam vero speciales & propriæ ad propositam quæstionem & materiam pertinentes. Pro executione primæ partis, primo sciendum est & notandum, quod sicut in scientiis naturalibus oportet fieri reductionem ad principia quæ per priora probari non possunt, sicut sunt indemonstrabilia & per se nota, quorū statim cognitis terminis cognoscitur veritas, & per ipsa omnium aliorum quæ traduntur in scientia cujus sunt principia veritas innotescit, cujusmodi in mathematica sunt: Omne totum est majus sua parte. & : Si ab æqualibus æqualia demas, ea quæ remanent sunt æqualia. & ceteræ tales propositiones. Et in metaphysica: De quolibet est esse vel non esse: (In omnibus scientiis oportet fieri reductionem ad prima principia indemonstrabilia.) ita in doctrina & scientia fidei quæ supernaturalis est, sunt quædam principia indemonstrabilia & per se nota in lumine fidei, quæ per alia non probantur: sed omnia alia quæ in doctrina theologiæ traduntur, habent notitiam & manifestationē per ipsa. Item sicut principia indemonstrabilia & per se nota sunt plura, & tamē omnia necesse est reduci ad unum universalissimum & primum atque commune omnium quod est dignitas omnium dignitatum, sicut (Et tandem perveniendum ad unum principium, quod est dignitas dignitatū.)

est

ANNO CHRISTI 1431.

A est illud, De quolibet esse vel non esse, &c. ex cujus veritate & cognitione omniũ aliorũ notitia dependet & veritas, ut patet per Aristotelem 4. metaph. ita quamvis plures sint articuli fidei, tamẽ est unus inter eos qui est janua & principiũ omnium aliorũ. qui est simpliciter per se notus, quoad nos, vel nullo modo variabilis in aliquod aliud quod sit notius quoad nos in lumine fidei, per quod aut probari aut manifestari a priori quoquo modo possit in vita præsenti, & hoc est credere sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam regi & gubernari a Spiritu sancto, nec eam posse ullo modo errare in his quæ fidei sunt & necessitatis ad salutem, & tangitur in symbolo, cum dicitur: Credo in Spiritum sanctum, sanctam catholicam ecclesiam. quia per ipsum Spiritum sanctum

Et hoc, in rebus fidei est credere unam, sanctam, catholicam, & apostolicam ecclesiam regi a Spiritu sancto.

B scilicet catholica ecclesia sancta est & gubernatur ac dirigitur per eumdem qui nec falli, nec fallere potest. Quod autem prædictus articulus sit inter omnes alios primus, in quem omnes alii resolvuntur, manifestum est. quia si qua dubitatio circa alios articulos contingit, statim ad sacram scripturam velut ad certissimam & inobliquabilem regulam communiter recurritur, & secundum testimonium veritatis ejusdem, sublatis dubiis veritas elucescit. In tali autem recursu ad sacram scripturam adhuc duplex dubium remanet. quia cum sacra scriptura non procedat ex rationibus convincentibus & ligantibus intellectum, quemadmodum in scientiis naturalibus, & præcipue mathematicis proceditur, oportet quod

C modus suus procedendi sit ex auctoritate: quia, ut dicit Boetius, argumentatio fit duobus modis, vel ex ratione, vel ex auctoritate. & licet in scientiis humanis locus ab auctoritate sit debilissimus, nisi pro quanto fundatur in ratione, in scientia tamen divina locus ab auctoritate, qui non in humana ratione fundatur, sed etiam in divina revelatione, est firmissimus. Quæ autem scripturæ sint divina revelatione traditæ, ut earum auctoritati assentiatur, vel quæ non, sciri non potest nisi aliquo approbante, de cujus testimonio dubitari non possit. quod utique de nullo particulari homine dici potest, quia quilibet talis potest errare. Oportet ergo firmitatem scripturarum in approbationem resolvere ecclesiæ, secun-

D dum quod gloriosissimus facit Augustinus qui in pluribus locis ait: Non crederem evangelio, nisi me ecclesiæ auctoritas commoveret. Quod si & ipsa errare posset, utique nil firmi in scientia divina remaneret. Deinde cum sacra scriptura in plerisq; locis sit ad intelligendum difficilis, in solvendis hujusmodi dubiis circa fidem emergentibus, sæpe inter doctos accidit varietas & multiplicitas opinionum & inexterminabilis quodam modo difficultas. In hac ergo difficultate scripturarum & varietate opinionum, necesse est habere recursum ad aliquod metrum vel mensuram, per cujus applicationem verum a falso discernatur; quod utique non potest esse aliud in humanis, quam ipsa ecclesia sancta catho-

Aug. contra epist. Manichæi cap. 5. 6 & lib. 28. contra Faust. 6. c. 2. tom. 6.

E lica, quam præsupponimus errare non posse. Item sicut in scientiis physicis contra negantem principia, & præcipue communissima, non est amplius disputandum, ad probandum ipsum a priori, quia non est aliquid prius per quod possit probari, cum ponatur simpliciter primum, ut patet per Aristotelem in 4. metaphysic. ita in doctrina fidei contra negantem articulos fidei, & sacræ scripturæ veritatem, & præcipue ecclesiam regi a Spiritu sancto, & ita non errare, quod est simpliciter primum in doctrina fidei, non est amplius disputandum a priori, cum non sit aliquod prius in quod possit resolvi, ut dictum est. Item licet non sit disputandum a priori contra negantem principia, ad ipsa probandum, ut dictum est; tamen excipitur eorum experientia per seorsum, & etiam, si adversarius concedat aliquod eorum, quæ

Contra negantem principia non est disputandum.

Si quæ tamen adversarius concedat, potest ostendi

A in lumine naturæ nota sunt a posteriori, ex concessis potest ostendere defensor principiorum eorum veritatem, ducendo ipsum ad inconveniens aliquod, aut solvendo rationes, si quas contra veritatem ipsorum adducit. Si autem nihil concedat, tunc nec disputandum nec loquendum est cum ipso, ut patet per Aristotelem in 4. metaphysic. prout etiam per se manifestum est: sic & in doctrina fidei a posteriori quidem manifestari possunt & declarari quoad nos in lumine fidei ipsius principia aliquo modo, ut per exempla, & alia, & contra negantem adversarium; si aliquod eorum quæ sunt fidei concedat, ex concessis procedi: ut si adversarius hæreticus negaret resurrectionem futuram mortuorum, & concederet resurrectionem Christi, posset catholicus ex resurre-

ANNO CHRISTI 1431.

veritas principiorum ex cōcessis, & a posteriori.

B ctione capitis arguere resurrectionem mortuorum: sic & apostolus ad Corinthios facit epistola 1. cap. 15. Si autem nil eorum quæ sunt fidei concedat, ut paganus, tunc cum ipso de negotio fidei nihil agendum est, quia talis longe erit a nostra philosophia; ut Dionysius ait in libro de divinis nominibus. Poterunt tamen fideles per exempla, manuductiones, & persuasiones aliquas, movere animos infidelium ad credendum non esse impossibilia, nec divinæ potentiæ, sapientiæ, majestati & bonitati inconvenientia ea quæ fides prædicat & affirmat, atque rationes naturales ex philosophia humana sumptas, si quas in oppositum & in contrarium fidei mundi sapientes

C adducerent, solvere & annullare, cum non possint esse demonstrationes, sed qualescumque persuasiones, quia in infallibili veritate impossibile est demonstrare contrarium esse verum.

QVIA ergo in doctrina fidei universalissimum principium & primum est, ecclesiam catholicam credere a Spiritu sancto dirigi & gubernari, ac per hoc non posse errare in his quæ necessitatis sunt ad salutem, ut dictum est, & ex ipso & per ipsum omnis hæreticorum nequitia eliditur: idcirco licet non a priori, a posteriori tamen ad ipsum declarandum & manifestandum insistendum est. Verum quia hujusmodi declaratio atque manifestatio prædicti universalissimi principii, & aliorum in hoc tractatu dicendorum, præcipue & maxime sumenda est ex aucto-

D ritate sacræ scripturæ, quæ superficie tenus & in cortice intellecta, superbis hominibus & elatis multam materiam præstat erroris, sicut patet intuenti omnes antiquas hæreses & modernas, quæ in defensionem sui erroris pluribus auctoritatibus sacræ scripturæ male intellectis se muniunt & defendunt: idcirco ut manifestius & clarius pateat veritas catholicæ fidei, quam in præsenti, Deo auctore & directore, defendere suscepimus, & omnium hæreseon falsitas & malitia, quædam generalia censuimus præmittenda, quibus in intellectu sacrarum scripturarũ, veluti quibusdam regulis atque lineis, dirigamur.

IN primis igitur tamquam omnium fundamentum

E firmissimum stabiliatur, quod omnis scriptura veteris & novi testamenti contenta in volumine bibliæ, sit edita ab auctoribus suis Spiritu sancto inspirante. Et de veteri quidem testamento habetur 2 Petri 1. capite ubi ait: *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines*; in nomine prophetiæ tamquam in nobiliori parte includens ceteras partes scripturarum. De scripturis vero novi testamenti habetur Matth. 10. cap. ubi Christus mittens apostolos & dans eis auctoritatem prædicandi & evangelizandi, dicit eis: *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Constat autem apostolos conscripsisse & evangelistas novum testamentum, & de apostolo Paulo notum est, quia

1. Omnis doctrina veteris & novi testamenti edita est ex inspiratione Spiritus sancti.

ANNO CHRISTI 1433.

non ab homine, neque per hominem, sed per revelationem Iesu Christi, ut ipse testatur ad Galat. 1. cap. A Ex quibus sequitur, quod principalis auctor sacrarum scripturarum est Spiritus sanctus, qui est Deus: homines vero per quos editæ & conscriptæ sunt, fuerunt quasi instrumenta & calami ejusdem Spiritus

Psal. 44. sancti. Vnde Propheta: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Scriba enim doctissimus in lege, ut ait Hieronymus, est Spiritus sanctus.

2. Scripturæ sacræ canonicæ tanta est certitudo veritatis, ut nihil plane in ea falsum esse possit.

¶SECVNDA suppositio est: Tanta est certitudo veritatis sacrarum scripturarum, ut nihil in eis assertive positum aut expressum possit esse mendosum & falsum. Patet ea prima quia auctor ipsarum sit Spiritus sanctus, cum sit prima & summa veritas, nec fallere nec falli potest aut mentiri. Et patet Matth. B 15. cap. *Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota unum aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant.* & Luc. cap. 16. *Facilius est cœlum & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere.* quin videlicet propter infallibilem certitudinem ita eveniat, prout lege tactum est & expressum, juxta sensum quem intendit Spiritus sanctus. Ad hanc veritatis regulam confirmanda sunt quodam modo infiniti textus scripturarũ tam veteris quam novi testamenti, quos adducere longum esset & tædiosum, quam regulam & Augustinus confirmat his verbis in libro de videndo Deum: Fieri nullo modo potest, ut hæc sacrarum literarũ auctoritas ea aliqua parte sui mentiatur, hæc enim omnium catholicorum firma & C inconcussa est sententia: & oppositum dicere, est totius fidei nostræ diruere fundamenta. Quamobrem tota sacra scriptura debet considerari quasi esset una propositio copulativa, ad cujus veritatem exigitur utramq; propositionem & partẽ esse veram, connectens singulas partes, & unam affirmans, elucidans & exponens per alteram; alioquin si propositio aliqua sacræ scripturæ posita assertive per auctorem suum, qui est Spiritus sanctus, esset falsa, tota scripturæ sacræ, sicut dicit Augustinus, vacillaret auctoritas.

3. Eam hominibus dari a Deo, divinæ bonitati fuit congruum, & humanæ saluti necessarium.

TERTIA suppositio: Sacram scripturam a Deo dari hominibus, divinæ bonitati fuit congruum, & humanæ saluti necessarium. patet, quia cum bonum de ratione sua sit communicativum, & Deus sit non solum quoddam, sed & omne, summe ac per se D bonum, tam bonum, utique congruum fuit & est, ut se communicet liberalissime omnibus creaturis, secundum uniuscujusque naturæ exigentiam, a qua, ut Plato ait, porro invidia hominis longe relegata est. Neque enim divinum invidum esse convenit, ut Aristoteles

1 Metaph. cap. 2. ponit in 1. metaph. contra poetas, qui maxime in communicatione sapientiæ Deum invidere hominibus asserebant. unde & Simonides quidam: Solus quidem Deus hunc habet honorem, inquit, virum vero non dignum esse quærere quæ secundum se est sapientiam: & secundum proverbium, ut idem Aristoteles ait, multa mentiuntur poetæ. Cum igitur rationalis creatura, homo scilicet, capax sit secundum intellectum & voluntatem divinæ felicitatis, E quia ad hoc ipsum idem Deus & dominus produxit & creavit propter bonitatem suam, dicente August. in lib. de doctrina Christiana, & allegatur a Magistro sententiarum lib. 2. distinct. 1. Quia, inquit, bonus est Deus summus, & in quantum summus bonus, summus, ut si quæritur ad quid creata sit rationalis creatura? respondetur, Ad laudandum Deum, & ad serviendum ei, & ad fruendum eo in quibus proficit ipsa, non Deus. Deus enim perfectus, & summa bonitate plenus, nec augeri potest, nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta est a Deo, referendum est ad creatoris bonitatem, & ad creaturæ utilitatem. Et iterum ibidem Magister dicit: Fecit Deus rationalem creaturam quæ summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur. Verum quia hæc fruitio non competit homini secundum naturam suam, licet insit ei capacitas ad eam obtinendam & habendam a natura per gratiam Dei, idcirco ipsa divina bonitas sicut ipsum hominem ad prædictam fruitionem, quæ comprehensionem rationis humanæ excedit, ordinavit, secundum id Isaiæ 64. *Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti diligentibus te:* ita eidem sua liberalissima communicatione scientiam & doctrinam sacrarum scripturarum omnem humani intellectus excedentem capacitatem revelavit, per quam ad hunc finem dirigeretur. Oportet enim præcognitum esse finem hominibus, qui suas actiones & intentiones debent ordinare in B finem, & hoc est valde homini utile & necessarium. Vnde apostolus 1. Tim. 3. *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia.*

QVARTA suppositio: Sacra scriptura in uno eodemque sermone habet plures sensus, literalem scilicet & spiritualem. patet per Gregorium 3. lib. moral. ubi dicit: Sacra scriptura omnes scientias ipso suo more locutionis transcendit, quia uno eodemque sermone habet plures sensus. dum narrat gestum, prodit mysterium. quod S. Thomas 1. par. quæst. 1. art. 10. ita declarat: Auctor sacræ scripturæ Deus est, in cujus potestate est non solum quod voces ad significandum accommodet, quod etiam homo facere potest, sed etiam res ipsas; & ideo cum in C omnibus scientiis voces significent, hoc habet proprium ista scientia, quod ipsæ res significatæ per vocem etiam significant aliquid. Illa ergo prima significatio qua voces significant res, pertinet ad primum sensum, qui scilicet est historicus vel literalis sensus. Illa autem significatio qua res significatæ per voces iterum res alias significant, dicitur sensus spiritualis; propter quod sensus spiritualis super literam fundatur, & eã supponit. Hic autẽ sensus spiritualis trifarie dividitur. sicut enim dicit apostolus: *Lex vetus figura est novæ legis:* & ipsa nova lex, ut Dionysius dicit in ecclesiastica hierarchia, est figura futuræ gloriæ. In nova etiam lege ea quæ in capite gesta sunt, signa sunt eorum quæ nos agere debemus. Secundum ergo D quod ea quæ sũt veteris legis, significãt ea quæ sunt novæ legis, est sensus allegoricus. Secundũ vero quod ea in Christo sunt facta, vel in his quæ Christũ significant, sunt signa eorum quæ nos agere debemus, est sensus moralis, & dicitur tropologicus: prout vero significant ea quæ sunt in æterna gloria, est sensus anagogicus, sicut exemplariter posset declarari in illo versu Psalmistæ: *Lauda Ierusalem dominum.* Psal. 147.

4. Habet illa uno eodemque sermone plures sensus.

5. Sensus literalis principalis est, non quem litera prætendit, sed quem Spiritus sanctus sacrarum scripturarum auctor intendit.

QVINTA suppositio: Sensus literalis sacrarum scripturarum principalis est ille, non quem litera prætendit, sed quem auctor earum, scilicet Spiritus sanctus, intendit: patet exemplariter in sensu parabolico, sive figurativo, qui sub literali sensu continetur. Nam in hujusmodi locutionibus parabolicis per voces significatur aliquid proprie & aliquid figurative, E nec est literalis sensus ipsa figura, sed id quod est figuratum: sic enim cum scriptura nominat Dei brachium, non est literalis sensus, quod in Deo sit membrũ hujusmodi corporale, quia Spiritus est Deus, ut dicitur Ioannis 4. sed id quod per hujusmodi membrum significatur, scilicet virtus operativa. Ex quo patet quod sensui literali sacræ scripturæ nunquam potest subesse falsum, ut dicit S. Thomas ubi supra.

SEXTA suppositio: Fides & omnia necessaria ad salutem, tam credenda quam agenda, fundantur in sensu literali, & ex ipso solo argumentatio sumitur ad probandum ea quæ fidei sunt, vel necessitatis ad salutem, & non ex his quæ secundum allegoriam vel alium sensum spiritualem dicuntur; ut Augustinus dicit in epistola contra Vincentium Donatistam. &

Anno Christi 1415.

nil spirituali sensu continetur fidei necessarium quod scriptura sacra per literalem sensum alicubi manifeste non tradat, ut dicit S. Thomas in loco præallegato.

7. SEPTIMA suppositio: Sacra scriptura in sensu literali sane & bene intellecta est infallibilis fidei regula & † sufficientissima. Prima pars hujus suppositionis ex superioribus manifesta est: sed probatur; quia cum intellectum circa ea quæ fidei sunt contingat errare, ut patet in hæreticis, necesse est esse regulam aliquam per cujus deviationem aut conformitatem percipiat se intellectus errare vel non errare: Alioquin semper in dubio maneret, & semper fluctuaret, & cum fides sit circa ea quæ humanam intelligentiam & rationem excedunt, secundum illud apostoli ad Hebræos: *Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium.* Et secundum Ambrosium: Tolle argumenta, ubi fides quæritur: & secundum Gregorium: Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum, patet, nullam humanarum scientiarum regulam esse fidei. Relinquitur ergo quod hujusmodi regula fidei sit sacra scriptura. Hæc regula est Ioannis 20. cap. ubi ait: *Hæc autem scripta sunt ut credatis quod Iesus est Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.* & Petri secunda capitulo 1. *Habemus firmiorem propheticum sermonem cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.* Et apostoli ad Romanos 15. *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus*; & patet quod prædictæ auctoritates sunt sacræ scripturæ, & de eadem sacra scriptura loquuntur, & non de aliis scientiis humanitus adinventis. Secunda pars patet etiã, quia si sacra scriptura non esset sufficiens fidei regula, sequeretur, quod Spiritus sanctus insufficienter tradidisset eam, qui est auctor ipsius. quod de Deo, cujus omnia opera sunt perfecta, nullo modo est sentiendum. Præterea si sacra scriptura in aliquibus, quæ sunt necessaria ad salutem, deficeret, tunc licite & meritorie ea quæ deficiunt possent aliunde superaddi, aut si aliqua essent superflua, diminui. Sed hoc est prohibitum a Ioanne euangelista apocalypsis ultimo, ubi ita ait: *Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ & de civitate sancta, & de his quæ sunt scripta in libro isto.* Ex quibus verbis Ioannis euangelistę clare ostenditur, in sacra scriptura nihil diminute, nihilque superflue cõtineri, quod utique congruit auctori ipsius, qui est Spiritus sanctus, ut dictum est, cujus omnipotentiæ congruit, ut nil diminute; sapientiæ, ut nil superflue; & bonitati, ut ordine congruo nostræ provideat necessitati salutis. Vnde Proverbiorum 30. *Sermo Dei ignitus clypeus est sperantibus in se. ne addas quidquam verbis illius, & arguaris inveniarisque mendax*, & loquitur de divina sapientia. Sed pro declaratione ampliori hujusmodi regulæ pro ista parte sciendum est, quod sufficientia alicujus doctrinæ necessario intelligatur dupliciter, uno modo explicite, alio modo implicite. Et hoc verum est in qualibet doctrina & scientia. quia nulla unquam doctrina fuit tam sufficienter tradita, quod omnes conclusiones in ipsius principiis contentæ explicite, & in propriis terminis fuissent traditæ & expressæ. & sic est in proposito nostro; quia nihil est ad fidem & salutem quomodocumq; & qualitercumq; pertinens, quod non in sacra scriptura sufficientissime explicite aut implicite cõtineatur. Vnde Augustinus: Omnis veritas in scripturis conti-

Margin: † intellige explicite, vel implicite, ut ipsemet infra se explicat. — Hebr. 11.

A netur latens aut patens; quemadmodum & in aliis scientiis sive speculativis sive moralibus & civilibus, conclusiones & determinationes in earum principiis continentur, quæ juxta exigentiam rerum, temporis, & personarum, atque occasionũ varietatem educuntur & explicantur, ut notum est cuilibet in scholasticis disciplinis erudito. quæ quidem eductio fit per modum illationis vel determinationis, ut in processu hujus operis fortasse clarius elucescet. Item sciendum, quod ad aliquam doctrinam addere aliquid, potest intelligi quatuor modis. Primo per modum explicationis, aut declarationis. Secundo per modum suppletionis. Tertio per modum ampliationis. Quarto per modum destructionis, aut contrarii.

Anno Christi 1415. — Margin: Addere aliquid ad doctrinam 4. modis intelligitur.

B Primus modus est necessarius in qualibet scientia & doctrina, & specialiter in sacra scriptura, non propter seipsam quæ sufficientissima est & clarissima in se, sed propter nos: unde & declarantibus eam promittit præmium vitæ æternæ: *Qui elucidant me*, inquit, *vitam æternam habebunt.* Ecclesiastici 24. Secundus modus est necessarius scientiis ab auctoribus earum diminute & insufficienter traditis ad ipsarũ supplementum; cujusmodi apud nos scientiæ aut philosophiæ naturalis, quam aut Aristoteles non plene & sufficienter tradidit, aut si perfecte tradidit, ad nos non pervenit complete aut perfecte: Albertus Magnus & alii physicorum Latinorum multos libros & tractatus ad complementum ipsius addiderunt. Tertius modus, maxime si non fuerit excessivus, sustinendus C est & tolerandus ad bene esse, licet non sit necessarius. Quartus modus potest addi in scientiis duobus modis: vel declarative tamquam oppositum opposito, ut verum ex suo contrario, & opposito quod est falsum, magis elucescat, secundum quod Aristoteles posuit, & communiter dicitur: Opposita juxta se posita magis elucescunt, scilicet unumquodq; in sua ratione, quia falsum oppositum vero, ejus falsitas ex comparatione veri manifestior fit, & e contrario veritas falsitati. Et sic modus iste ad primum reducitur, qui est utilis & laudabilis in qualibet doctrina: Vel assertive pro conclusione tamquam verum, & sic cum destruat veritatem doctrinæ & corrumpat om- D nino, in qualibet doctrina tamquam venenum abjiciendum est, & tanto amplius quanto doctrina certior fuerit & remotior a contradictione. Vnde cum sacra doctrina sit certissima in veritate, ut patet ex secundo hujus, propter auctoritatem ejus qui errare non potest, omne contrarium ejus omnimodo est repellendum; alioquin sic apponens incurret plagas descriptas superius per Ioannem euangelistã. Et hoc modo intelligendæ sunt auctoritates scripturarum quæ prohibent additionem vel subtractionem ad sacram scripturam. Vnde super illo Deuteronomii 4. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* glossa ordinaria dicit: Docet normam æquitatis, & omnem hæresim percutit. vetat enim rectæ E doctrinæ aliquid pravæ intentionis addere, vel aliquid veritatis subtrahere. Via enim regia incedendum est, non ad dexteram, vel ad sinistram, quia rectæ viæ domini, & justi ambulabunt in eis. Vnde Nicolaus de Lyra: Considerandum est, quod hic prohibetur additio depravans intellectum legis, non autem additio declarans aut elucidans, secundum quod Ecclesiastici 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*, &c. Similiter super illo; *Sermo Dei ignitus*, &c. dicit glossa interlinearis: Vt hæretici, qui corrumpunt scripturas, ne eis convincantur. Et Hieronymus ibidem; Ne corrumpas eloquia sacrarum scripturarum, sicut quidam hæretici, ne eis convincerentur, fecisse noscuntur. Et Nicolaus de Lyra: Ne addas quidquam quod sit eis contrarium. possunt

ANNO CHRISTI 1433.

tameo bene & meritorie addi illa quæ faciunt ad verba domini declaraoda, Ecclesiastici 24. *Qui elucidant me*. similiter super dicto Ioanois Apocalypsis ultimo dicit glossa ordinaria, quia quoldam sciebat in Asia esse, qui pro suis erroribus fovendis adderent, vel diminuerent, supponit excommunicationi. Et Nicolaus de Lyra: Si quis apposuerit, *&c.* id est, discrepantia, sicut faciebant hæretici, qui tempore illo addebant discrepantia a veritate euangelii, & aliqua diminuebant a veritate, dicebant, dicentes Christum ante Mariam non fuisse; per hoc tamen non excluditur quin possent aliqua addi licite quæ faciunt ad declarationem totius sacræ scripturæ. & sic fecerunt doctores sancti. Et ad hunc modum reducitur si quis mandatis Christi dimissis & neglectis, alias humanas superadderet traditiones, sicut dicunt doctores super illo verbo Christi: *Væ vobis qui decimatis mentham, cyminum & anethum. & quæ potiera sunt legis dimisistis, sicut misericordiam & judicium*, Matth. 23. Et alibi increpat dominus Judæos dicens: *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras*. Et per Isaiam prophetam: *Sine causa colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes & sequentes.*

Matth. 15.

Isai. 29.

8. Non est inconveniens sub uno & eodem textu sacrarum literarum plures esse sensus literales.

OCTAVA suppositio: Non est inconveniens sub uno & eodem textu sacrarum literarum esse plures sensus literales. declarat hæc sanctus Thomas ubi supra, dicens: Quia auctor sacræ scripturæ Deus, quia omnia simul suo intellectu comprehendit, ideo non est inconveniens, ut Augustinus dicit 12. confessionum, si etiam secundum literalem sensum in una litera sacræ scripturæ plures sunt sensus. verbi gratia 1. Paralipomenon 17. capite dicit dominus de Salomone: *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium*. & intelligitur de Salomone ad literam, in quantum fuit filius Dei per adoptionem in juventute, propter quod Nathan propheta nominavit eum amabilem Deo, ut habetur 2. Reg. 12. Prædicta etiam auctoritas, *Ego ero illi in patrem*, inducitur ab apostolo ad Hebræos 1. tamquam dicta de Christo ad literam, quod patet ex hoc, quia apostolus inducit eam ad probandum quod Christus fuit major angelis. talis autem probatio non potest fieri per sensum mysticum, ut dicit Augustinus contra Vincentium Donatistam, ut supra allegatum est. Prædicta igitur auctoritas completa fuit ad literam in Salomone, minus tamen perfecte, quia fuit Dei filius solum per gratiam: in Christo autem perfectius, imo perfectissime, qui est Dei Filius per naturam. verba sunt Nicolai de Lyra in prologo bibliæ.

9. Ad recte intelligendum sanctam scripturam secundum sensum literalem, considerandi sunt præcedentia & sequentia & alia quoque loca.

NONA suppositio. Ad recte intelligendum sacram scripturam, secundum sensum suum literalem necesse est sæpe ut unus & idem textus ad præcedentia vel subsequentia referatur, vel ad alia loca in quibus de eadem materia tractatur, quia per ipsam quandoque exponitur, & quandoque suppletur. unde Augustinus in libro octuaginta trium quæstionum, quæst. 69. Solet circumstantia scripturarum illuminare sententiam: quapropter in verbis Christi hæc regula diligenter notanda est, quia per eam perpendimus sæpe, an verba Christi figurativa dicta sint an non, quia ex præcedentibus vel ex sequentibus ibidem, vel simul ex utrisque vel aliis locis sacræ scripturæ perpenditur & aperitur intellectus; sicut si volumus intelligere quæ istarum locutionum figurativa sit & quæ non: *Ego sum vitis vera* &: *Hoc est corpus meum*. Ex his quæ subjunguntur, aperitur intellectus. Nam ad primam statim subjunxit ad discipulos, *& vos palmites*, per quam subjunctionem manifeste ostenditur, quod cum discipuli sui non essent palmites naturales, sed tantum figurales, quod nec ipse erat vitis, cum dixit, *Ego sum vitis*, nisi secundum figuram. Ad secundam vero subdit, *quod pro vobis tradetur*, per quod intelligitur, cum ipse verum corpus suum & naturale, quod traxit de Virgine, tradiderit in cruce pro nobis, quod etiam illud idem corpus quod assumpsit de Virgine, & in quo in cruce pependit, tradiderit discipulis in cœna, in hoc divinissimo eucharistiæ sacramento. Similiter sæpe truncata sententia per alium passum suppletur. Nam ille textus Matthæi ultimo: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit*, si præcise intelligatur de fide, & de baptismo sine aliis virtutibus, falsus est & truncatus, quia prædicta non sufficiunt ad salutem, sed oportet quod aliæ virtutes concurrant, & specialiter caritas, sine qua nec fides, nec baptismus proficit ad salutem, ut patet per apostolum. & similiter facile esset videre in multis aliis sanctæ scripturæ locis.

Joan. 15.

Matth. 26.

10. Ad habendum verum sensum literalem, opus est attendere diligenter ad varium modum procedendi earum.

DECIMA suppositio: Ad habendum verum sensum literalem sacrarum scripturarum, necesse est summopere cum studio & diligentia attendere varium modum procedendi earumdem. Nam in eodem contextu verborum sæpe aliqua verba accipiuntur literaliter & pure grammaticaliter, & aliqua mystice, & sæpe unum & idem verbum aliter & aliter: Nam illud Marci 6. *Nihil tuleritis in via nisi virgam tantum*, habet prædictam distinctionem, ubi hæc verba, *nihil tuleritis in via*, accipiuntur literaliter, & sequentia, *nisi virgam tantum*, accipiuntur mystice pro potestate accipiendi victum necessaria. Item hoc ipsum, *nisi virgam tantum*, aliter accipitur nomine virgæ Matthæi 10. Lucæ 9. Marci 6. quia in primis locis ubi Christus loquitur de missione apostolorum, accipitur virga pro baculo, aut rebus necessariis humanæ sustentationis; hic vero accipitur mystice pro potestate accipiendi necessaria ab auditoribus, quam Christus dedit euangelizantibus. Unde Augustinus in de consensu euangelistarum: Solet, inquit, quæri quomodo Matthæus & Lucas commemoraverint dominum dixisse discipulis ut nec virgam ferrent, cum dicat Marcus: *Et præcepit eis ne quidquam tollerent nisi virgam tantum*, quod ita solvitur, ut sub alia significatione dictam virgam quæ secundum Marcum ferenda est, & sub alia quæ secundum Matthæum & Lucam non est ferenda, intelligamus. Potuit enim breviter sic dici; Nihil necessariorum vobiscum feratis, nec virgam, nisi virgam tantum, ut illud quod dictum est, *nec virgam* intelligatur, nec minimas quidam res: quod vero adjunctum est, *nisi virgam tantum*, intelligatur potestas, quia per potestatem a domino acceptam, quæ virgæ nomine significata est, etiam quæ non portantur non deerunt, & subdit ad propositum: Quisquis autem putat non potuisse dominum in uno sermone quædam figurate, quædam proprie ponere eloquia, cetera ejus inspiciat, & videbit quam hoc temere & inerudite arbitretur. Similiter multi passus sacræ scripturæ sibi invicem essent contrarii, si tantum ad grammaticalem sensum respiciamus, ut patuit in prædictis locis, in quibus Matthæus & Lucas dicunt, *neque virgam*. & Marcus, *nisi virgam tantum*. Similiter Matthæi ultimo præcipitur diligi inimicus, & Lucæ 14. præcipitur odiri pater, mater, uxor, filii, fratres & sorores. Item sæpe sacra scriptura sub uno contextu quasi una persona aliquando loquitur, non tamen ad idem singulæ partes locutionis referuntur, sed altera ad caput, altera ad corpus refertur, scilicet altera ad Christum, altera ad ecclesiam, quæ est corpus Christi mysticum; secundum quem modum intelligitur id Isaiæ 61. *Induit me vestimento salutis, & indumento justitiæ circumdedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis*, quod

Augustinus de consensu euangelistarum lib. 2. c. 29.

Marc. 6.

Anno Christi 1433.

quod enim dicitur hic, *quasi sponsum*, intelligitur de Christo capite: & id quod subditur, *& quasi sponsam*, intelligitur de ipsa ecclesia. Similiter canticorum primo: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino.* cum enim dicitur, *osculetur me*, desiderium sponsæ sponsum desiderantis exprimitur. & quod subditur, *quia meliora sunt ubera tua vino*, verbum est sponsi sponsam commendantis. Quia vero mysticum ecclesiæ corpus est quasi sagena nondum tracta ad littus, continens malos permixtos cum bonis, ideo sæpe in sacra scriptura mali commendantur cum bonis quibus sunt permixti, sicut Oseæ 4. *Puer Israel, & dilexi eum*, & e converso sæpe boni vituperantur cum malis, sicut Isaiæ 1. scribitur: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit.* Similiter in eodem contextu, aliquando quid ad bonos pertineat, & quid ad malos, exprimitur, sicut canticorum 1. *Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*, verba sunt ecclesiæ, quæ ratione malorum in ipsa contentorum dicit: *Nigra sum*, sed ratione bonorum subdit, *sed formosa*, & quod subditur, quasi pro exemplo inducitur, *sicut tabernacula Cedar.* Cedar enim fuit filius Ismael, a quo descenderunt Saraceni, & refertur ad malos. Quod autem dicitur, *sicut pelles Salomonis*, refertur ad bonos. Per Salomonem enim intelligitur secundum expositores catholicos & Hebræos ipse Deus, & ideo pelles ejus dicuntur, quibus operiebatur tabernaculum in quo boni colebant eum. Quandoque etiam sacra scriptura in suo modo loquendi transit de specie ad genus, sive de parte ad totum, & e converso, secundum quod patet Isaiæ 13. ubi specialiter loquitur contra Babylonem, primo dicens: *Onus Babylonis*, & deinde transit ad intelligendum verbum de toto mundo generaliter per hoc quod subditur, *a summitate cæli dominus, & vasa furoris ejus, ut disperdat omnem terram.* Postea revertitur ad loquendum contra Babylonem specialiter, cum dicit: *Ecce ego suscitabo super eos Medos qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis parvulos interficient, & lactantibus uteris non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum*, &c. quia Darius Medus cum Cyro nepote suo cepit Babyloniam, & interfecit Baltassar regem Babylonis, ut patet Danielis 5. capite. Quia etiam diabolus cum malis constituit corpus malorum, sicut & Christus cum bonis constituit corpus ecclesiæ mysticum, dicente Gregorio homilia 10. Certe iniquorum omnium diabolus caput est, & hujus capitis membra sunt omnes iniqui. ideo propter connexionem utrorumque adinvicem scriptura in eodem contextu loquens de uno, transit ad loquendum de altero, sicut habetur Isaiæ 14. ubi loquens de rege Babylonis, qui erat membrum diaboli, transit ad loquendum de principe dæmoniorum, cum subditur ibidem: *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram qui vulnerabas gentes?* & similiter habetur Ezechielis 28. ubi loquens de principe transit ad loquendum de diabolo, cum subditur: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & decore, in deliciis paradisi Dei fuisti.* Sæpe etiam in sacra scriptura contingit difficultas ex parte temporis. quod quidem contingit quadrupliciter, videlicet per synecdochen, quando videlicet pars ponitur pro toto, sicut cum dicitur in euangelio Christus tribus diebus in sepulcro jacuisse, cum tamen prima & tertia dies non fuerint integræ. Alio modo per minutiarum temporis omissionem, quæ aliquando in scriptura computantur, & aliquando omittuntur: sicut cum aliquando scriptura loquente

Difficultas scripturæ ex parte temporis.

A de aliquo numero annorum, in pluribus locis accidit varietas. quia in uno loco numerantur minutiæ temporis, & ita videntur plures anni, in alio vero loco dimittendo dictas minutias, pauciores videntur. Tertio modo contingit ex variatione termini; quia computatio annorum aliquando incipit in uno loco a priori termino, & in alio loco a posteriori, unde Genesis 15. cap. dictum fuit Abrahæ: *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subjicient eos servituti, & affligent quadringentis annis*: Exodi 12. de ista eadem peregrinatione dicitur, quod mansio filiorum Israel in terra Ægypti fuit 430. annorum, quia computatio hujus majoris numeri incipit a nativitate Isaac, quæ fuit triginta octo annis post egressum Abrahæ de B Haran. Quarto vero modo contingit, eo quod scriptura sacra loquitur de futuro per modum præteriti, sicut Isaiæ 9. *Parvulus natus est nobis*, &c. & hoc ad denotandum certitudinem prophetiæ, cujus eventus est de futuro ita certus sicut jam præteriisset. & hoc est propter certitudinem divinæ præstantiæ, ex qua fit revelatio ipsi prophetæ. Est tamen advertendum, quod talis modus loquendi non habet locum nisi in prophetia prædestinationis, quę est quando aliquod certum contingens revelatur prophetæ eo modo, quo est in præscientia Dei, quæ ita infallibiliter intuetur futura, sicut præsentia & præterita. In prophetia vero comminationis non habet locum, quæ est quando aliqua pœna revelatur propheC tæ, infligenda populis vel alicui personæ particulari, non secundum quod est in Dei præscientia, sed secundum ordinem causarum secundarum, utpote secundum demerita hominum, sicut est illa prophetia Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.* Hanc enim subversionem meruerant peccata illius civitatis, verumtamen quia talis caussa mutabilis est, ideo effectus aliquando non sequitur, sicut in proposito, quia Ninivitæ egerunt pœnitentiam, & sic dominus non inflixit eis pro tunc pœnam comminatam. Insuper contingit difficultas in scriptura propter variam mutationem recapitulationis & anticipationis in narratione, quia non semper eo ordine gesta & facta scribuntur. & ideo quando præpoD nuntur posteriora, dicitur anticipatio, quando autem fit e converso, dicitur recapitulatio, sicut Genesis 10. dicitur de filiis Noe: *Ab his divisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, unusquisque secundum legem suam.* & infra eodem capite: *Hi sunt filii Elam in cognationibus & linguis.* postea 11. capite dicitur: *Erat autem terra labii unius, & sermonum eorumdem.* ex quo patet quod illud quod dictum est prius de divisione linguarum, dictum est per anticipationem. Similiter Genesis 2. capite postquam Moyses descripserat creationem cæli & terræ, & distinctionem & ornatum partium mundi, dicit: *Ista sunt generationes cæli & terræ in die quo creata sunt*, &c. Ex hoc patet, quod prædicta dicuntur hic, & referunE tur per recapitulationem. Hæ & multæ aliæ difficultates in intelligendis sacris scripturis interveniunt voluntate & ordinatione divina, cujus nutu & inspiratione conscriptæ sunt, ad quarum difficultatum elucidationem Donatista quidam Tyconius nomine septem regulas adinvenit, quas Augustinus 3. de doctrina Christiana prosequitur, & declarat Isidorus de summo bono, Nicolaus de Lyra in prologo bibliæ, & alii multi doctores. quorum in aperiendis prædictis difficultatibus vestigia sum secutus.

Anno Christi 143.

VNDECIMA suppositio: Prædicta difficultas in intelligentia sacrarum scripturarum est ecclesiæ valde utilis & necessaria, cum propter exercitium studiosorum, & meritum eorumdem. Nam si singula pa-

11. Difficultas illa sanctas scripturas intelligendi uti-

 terent,

ANNO CHRISTI 1431.

recent, & omnes planum haberent accessum ad divinæ cognoscenda & capienda mysteria, humanum ingenium pigresceret, & multi qui nunc in inquisitione veritatis glorioso labore occupantur, aut otio marcescerent, aut ad illicita prolaberentur, nec in studio earumdem scripturarum haberent illud meritum, quod eis promittitur; tum etiam propter vitandas irrisiones infidelium, & ne etiam apud fideles eadem divina mysteria vilescerent. vnde dominus ait Matthæi 6. *Nolite sanctum dare canibus, & margaritas nolite proicere ante porcos.* &c.

lis est ac necessaria ad exercitium studiosorum, & meritum eorumdem.

12. Hac difficultate existente, necessario requiruntur diligentes & fideles expositores, qui quales esse debeant, explicatur.

DVODECIMA suppositio: Tali ac tanta difficultate in intelligentia sacrarum scripturarum existente, necessario ipsæ scripturæ requirunt diligentes & fideles expositores, qui sint præditi ingenio, exercitati studio, humiles in iudicio, & immunes ab affectato vitio. Nam ex opposito alterius illorum quatuor, solet facillime falsus intellectus scripturæ suboriri. ut si sit homo hebetis ingenii, iners & neglector studii, si superbi & arrogantis iudicii, si denique fuerit infectus & damnatus ex affectu alicujus vitii aut passionis, sicut plerosque excæcat malitia eorum, possint prædicta & quodlibet ipsorum tam auctoritatibus quam exemplis & rationibus multipliciter declarari. quæ causa brevitatis, cum sint ex se nota, relinquuntur.

13. Inter expositores sacræ scripturæ facienda comparatio, & præferendi sunt qui conditiones præferendi habent.

TERTIADECIMA suppositio: Inter expositores & declaratores sacræ scripturæ summa cum diligentia facienda est comparatio, & illi quos constat habere conditiones positas in præcedenti suppositione, præferendi sunt non habentibus, similiter revelationem habentes, non habentibus eam; & dona gratis data possidentes, ceteris paribus, non possidentibus ea. Magna enim stultitia & fatuitas est hominis, qui, dimissis doctoribus omni sanctitate & devotione ferventibus, summo ingenio præditis, exercitatis studio, humilibus in iudicio, & omni vitio ac passione spoliatis, qui etiam in vita & post mortem miraculis claruerunt, & interpretandis & exponendis sacris scripturis divinas & cælestes revelationes habuerunt, sequeretur homines rudes ingenio, neglectores studii, superbos & arrogantes ac præsumptuosos in judicio, depravatos & infectos omni vitio, quibus a percipienda veritate humanus animus retrahitur. Sed heu impletum est hodie illud quod apostolus prædixerat 2. ad Timotheum 4. *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Ex quo sequitur quod antiqui doctores, cujusmodi fuerunt Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & alii qui similiter prædictis conditionibus claruerunt, præferendi sint modernis, quibus & vitæ sanctitas, & ingenii * acuitas, & ceteræ conditiones videntur nostris peccatis defecisse. atque inter modernos illi præferendi sunt qui plures de prædictis conditionibus participant: ac proinde convincitur & deprehenditur quorumdam arrogantia modernorum, vsurpantium sibi illa de psalmo: *Super omnes docentes me intellexi,* & iterum; *super senes intellexi,* & iterum: *super inimicos meos prudentem me fecisti.* Sed vtinam animadverterent si vetæ sint causæ in eis quæ innguntur, *quia testimonia tua exquisivi: quia lex tua meditatio mea est*: sequitur ulterius quod incautissimum est fidelibus accipere & sequi novas scripturarum expositiones aut interpretationes, quas non commendat famosa veterum traditio. neque novorum exponentium vitæ sanctitas, nec miraculorum attestatio, nec sinceræ veritatis puritas, nec universalis ecclesiæ certa approbans auctoritas. Patet, quia hoc est se

*acutia, f. auracumen

Psal. 118.

exponere periculo salutis, cum ignorantia legis Dei neminem excuset: & e converso omnino cautum & securum est in exponendo & allegando sacram scripturam inniti sententiis antiquorum doctorum ecclesiæ, de quorum conditionibus & gratiis in præcedenti dicebatur: quo enim quisque magis rationi utitur, eo majoris auctoritatis eius verba esse videntur.

14. Ipsi quoque doctores declarantes scripturam sacram, aliquando dictorum suorum interpretationé recipiunt.

QVARTADECIMA suppositio: Sicut sacra scriptura recipit interpretationem & expositionem in suis verbis originalibus, sic etiam doctores exponentes eam sæpe recipiunt interpretationem & expositionem dictorum suorum, & comparanda sunt dicta doctorum, & etiam unius & ejusdem doctoris ad invicem, & si aliqua contrarietas in dictis eorumdem videatur, reducenda est ad concordiam. & si omnino repugnarent, tunc accipiendus est ille doctor cujus sententia propinquior est veritati & sensui quem intendit auctor scripturarum, qui est Spiritus sanctus, vel ex quem ecclesiæ auctoritas corroborat. Similiter si dicta unius & eiusdem doctoris dissona & contraria videantur, ea accipienda est pars quam doctor ex intentione prosequitur, & quæ magis appropinquare videtur veritati aut sensui literali quem exponit: ut si Augustinus aliquo in loco diceret communionem laicam utriusque speciei esse de necessitate salutis, & alibi diceret vel servaret oppositum, tunc laborandum esset ut dictus doctor ad concordiam reduceretur, vel ea pars esset amplectenda quam ex intentione prosequitur: prout facit in expositione capitis 6. Ioannis, ubi totum illud capitulum ex intentione prosequens exponit & declarat de manducatione spirituali, vt clare declarabitur in sequentibus.

15. Sancta scriptura patitur in lectoribus superbis & præsumptuosis, permittente Deo quod errent.

QVINTADECIMA suppositio: Sacra scriptura patitur in lectoribus superbis, & præsumptuosis, permittente Deo quod errent, & protervè agant, incidantque in varias hæreses & errores, & hoc multiplici ratione. neque enim omnipotens Deus & optimus hæreses permitteret, sicut & alia mala, nisi etiam ex ipsis posset & vellet meliora bona elicere, ut Augustinus dicit in enchiridio: *Diligentibus,* inquit apostolus, *Deum, omnia cooperantur in bonum,* ad Romanos 8. Nam ex ipsis fideles probantur, doctores peramplius illuminantur, electi purgantur, innocentes majorem gloriam merentur, & humanæ præsumptiones merito puniuntur. Multi etenim tempore prosperitatis se putant esse bonos & firmos in fide, exemplo Petri, Lucæ 22. qui paratum se dixit cum Christo in mortem & in carcerem ire, qui tamen tempore persecutionis aut dubitant, aut a fide labuntur. Quapropter inquit apostolus 1. ad Corinthios 11. *Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* vbi glossa dicit; Non vult apostolus nec optat ut hæreses sint, sed sic futurum esse prædicit, ut quia hoc utile est, idcirco ad quid sit utile declarans subdit: Vt non tantum reprobi qui dicunt, Ego sum Pauli, sed etiam qui probati sunt in vobis, id est inter vos, sicut illi qui dicunt, Ego sum Christi, manifesti fiant hominibus: tunc etiam videtur qui sint lolium seu zizania in agro ecclesiæ. Vtiles sunt, quia tunc doctores plus illuminantur. unde glossa ex Augustino ubi prius: Multa quidem ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelligantur clarius, & prædicantur instantius, ideoque divina providentia hæreticos multos esse permittit, ne cum insultant nobis, & interrogant nos quæ nescimus, excutiamus pigritiam, & divinas scripturas nosse cupiamus. Vtiles sunt hæreses, quia per

eas

ANNO CHRISTI 1433.

eas electi purgantur. unde glossa ubi prius: Omnes A inimici ecclesiæ, vel errore cœcati, vel malitia depravati prosunt, quia si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent ejus patientiam; si vero male sentiendo adversantur, exercent ejus sapientiam. Ab adversario enim mota quæstio discendi existit occasio. Postremo utiles sunt hæreses, quoniam tunc videtur quomodo divina justitia humanas præsumptiones puniat. Sunt enim quidam hominum tantum de suo ingenio præsumentes, ut totam rerum naturam se reputent suo intellectu posse metiri, ut dicit sanctus Thomas 1. contra Gentiles, existimantes id solum esse verum quod eis videtur, & esse falsum, quod eis non videtur. exempli gratia si quis crederet intra cælum & circulum Lunæ esse omnia, ne- B cesse haberet credere non esse quidquid intra ipsum non inveniret: & ex hoc, tanto amore amplectuntur opiniones suas & sectas, ut de contrariis etiam nec cogitare velint, tantoque odio aversi sunt, ut contraria errorum suorum nullatenus videre, respicere, aut audire velint. in quibus verificatur illud Proverbiorum 18. *Non recipit stultus verba prudentia, nisi ea dixeris quæ versantur in ejus corde.* Quare merito hujusmodi præsumptio nequam venit punienda, quia ut dicit apostolus ad Romanos 1. de Romanis & sapientibus Paganorum: *Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se es-* C *se sapientes, stulti facti sunt.* ubi glossa: *Obscuratum est cor*, id est, ratio tumore superbiæ obumbrante, & sic paulatim usque ad insipientiam cor eorum deductum est. Nebula enim erroris contexit cor eorum. Vnde Leo papa ait: Quid iniquius est quam iniqua sapere, & sapientibus doctoribus non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt quicumque ad cognoscendum veritatem aliquo impediuntur obscuro, non autem ad propheticas voces, nec ad euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt. & ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt.

36. Scriptura sacra in sui receptione, & authentica expositione, sicut & doctorum explanationes, resolvitur in receptionem & approbationem ecclesiæ.

VLTIMA suppositio pro præsenti ad nostrum faciens propositum: Scriptura sacra in sui receptione D & expositione authentica, atque intellectu ejusdem plano & vero, nec non & cujuscumque doctoris catholici expositio, intentio sive sententia, ad fidem catholicam pertinens, finaliter resolvitur in auctoritatem, receptionem & approbationem universalis ecclesiæ, tamquam in primum & universalissimum doctrinæ & scientiæ fidei principium: ad quod probandum ex eisdem fundatis auctoritatibus in æternum, & veritatibus ejusdem sacræ scripturę procedemus divina gratia & Spiritu sancto dirigente, qui est in secula seculorum benedictus. Amen. Et hæc de suppositionibus generalibus dicta sint pro præsenti.

Prima specialis de eucharistia suppositio. In sacramento eucharistię est verum corpus Christi & sanguis, licet nec sensu, nec ratione possit deprehendi.

QVANTVM vero ad suppositiones speciales & proprias præsentem quæstionem divinissimæ eucha- E ristiæ concernentes, primo supponitur tamquam articulus fidei, quod in sacramento divinissimæ eucharistiæ sit verum corpus Christi & sanguis, licet nec sensu nec ratione possit deprehendi. Hanc suppositionem doctor sanctus 3. parte summæ quæstione 75. articulo 1. triplici ratione declarat. Prima sumitur ex perfectione novæ legis respectu veteris. quia sacrificia veteris legis illud verum sacrificium passionis Christi solum in figura continebant, secundum illud ad Hebræos 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem.* & ideo oportuit ut aliquid plus haberet sacrificium novæ legis a Christo institutum, ut scilicet ipsum Christum passum non

A solum in significatione, vel figura, sed etiam in rei veritate contineret. Quare ratione perfectionis novæ legis & sacramentorum ejusdem, necessarium est dicere quod hoc sacramentum eucharistiæ ipsum Christum contineat realiter; unde Dionysius dicit 4. capite ecclesiasticæ hierarchiæ, quod est perfectissimum omnium sacramentorum aliorum, in quibus virtus Christi participatur. Secunda sumitur ex perfectione caritatis & amicitiæ, qua ipse dominus Iesus Christus ecclesię suæ sanctæ conjungitur, ex qua provenit, ut sicut pro salute nostra corpus verum naturę assumpsit, & in eodem pro nobis passus est, ita etiam cum eodem corpore nobiscum & cum ecclesia maneat in æternum. Nam, ut dicit philosophus in ethicis, maxime proprium est amicitię convive- B re amicis. & quia in propria specie secundum statum mortalem non erat conveniens ut maneret nobiscum in æternum, tum propter redemptionem nostram peragendam, tum etiam ut resurrectione sua futuram nostram resurrectionem astrueret: nec etiam secundum statum gloriæ congruebat, cum sit alterius conditionis incomparabiliter distantis a natura, necessarium nobis & opportunum fuit, & congruum suæ immensæ bonitati, caritati & amicitię, ut saltem sub aliena specie, in propria tamen corporali præsentia, semper & in æternum maneret cum ecclesia, ut sic per veritatem corporis & sanguinis sui nos sibi in hoc sacramento conjungeret. Vnde & ipse domi- C nus dicit Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Vnde hoc sacramentum est signum maximę caritatis Christi ad nos, & nostræ spei ad Christum sublevatio ex tam familiari conjunctione ipsius & nostrum. Tertia ratio sumitur ex perfectione fidei, quæ sicut est de divinitate Christi, ita est etiam de ejus humanitate, secundum illud Ioannis 14. *Creditis in Deum, & in me credite.* Et quia fides est invisibilium, idcirco sicut Christus, dum erat in hoc sæculo, divinitatem suam exhibebat discipulis humanitate velatam invisibiliter, ita & in hoc sacramento carnem suam simul & divinitatem alienis speciebus velatam modo exhibet invisibili. Prædicta veritas ex verbis Chri- D sti patet, qui ait: *Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.* Manifestum est autem quod Christus verum corpus suum reale & naturale pro nobis tradidit in cruce & in morte: Ergo illud idem quod sic tradidit, dedit discipulis, quando dixit: *Hoc est corpus meum.* Item idem patet per apostolum Paulum, 1. Corinth. 11. *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini.* ubi expresse Paulus non dicit, Non dijudicans figuram corporis domini, sed simpliciter, corpus domini: propterea si esset ibi corpus Christi secundum solam significationem, ad quid oporteret dijudicare hunc cibum ab aliis? quia quilibet panis eadem ratione posset significare & significat corpus Christi. Oporteret igitur ponere quod sit ibi verum E corpus Christi. Ad hanc veritatem catholicam astruendam, corroborandam, & confirmandam est auctoritas ecclesiæ, quæ semper tenuit, tenet & tenebit in æternum, tam diu, quam diu hic mundus durabit, quod in hoc divinissimæ eucharistię sacramento sit verus, totus, & integer Christus: quæ veritas fide tenetur omnium Christi fidelium, approbatur doctrina universorum sanctorum doctorum ecclesię, & innumeris miraculis existit declarata, quę omnia peto hic haberi pro repetitis gratia brevitatis.

2. In eodem sacramento post consecrationem

SECVNDO supponitur, quod in eodem divinissimæ eucharistię sacramento post consecrationem nullo modo remanet nec remanere potest panis & vini substantia, quod doctor sanctus declarat in 4. senten.

ANNO CHRISTI 1431.

…tionem, nullo modo remanet, nec remanere potest panis & vini substantia.

senten. dist. 10. quæst. 5. triplici ratione. Prima, quia est contra veritatem scripturæ: nam si simul in hoc sacramento esset corpus Christi cum substantia panis, corpus Christi esset ibi concomitanter & quasi in loco, & sic cum pronomen *hoc*, sit demonstrativum substantiæ, Christus falsum dixisset porrigens panem, *hoc est corpus meum*, & debuisset potius dixisse, Cum hoc vel hic est corpus meum. Quia igitur est contra veritatem verborum Christi, ut dicit idem doctor, omnino est hæreticum dicere substantiam panis & vini post consecrationem remanere. Secunda, quia sic dicere esset dare occasionem idololatriæ populo Christiano. Nam cum huic sacramento exhibeatur veneratio latriæ ratione præsentiæ domini nostri Iesu Christi in ipso existente; si ibi remaneret substantia panis & vini, cum species extrinsecæ sint sacramento corporis Christi, utique non ducerent in verum corpus Christi per modum signi, sed magis in substantiam panis; & sic homines unum pro reliquo adorarent, quod esset maximum inconveniens & omnino importabile. Tertia, quia manente veritate in hoc sacramento corporis Christi prout prima suppositio præsupponit, impossibile est eamdem substantiam panis & vini remanere. Nam manifestum est quod ante consecrationem ibi corpus Christi non est, oportet igitur quod virtute consecrationis incipiat esse, ubi prius non erat. Non potest autem aliquid esse alicubi ubi prius non erat, nisi aut per loci mutationem, vel per alterius conversionem in ipsum: sicut in domo aliqua de novo incipit esse ignis, aut quia illuc defertur, aut quia ibi generatur. Manifestum est autem quod corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localem, quia ab extrinseco adveniret: primo quidem quia sequeretur quod non remaneret in cælo; non enim quod localiter movetur pervenit de novo ad aliquem locum nisi deserat priorem. Secundo quia omne corpus localiter motum, pertransit omnia media. quod hic dici non potest. Tertio, quia impossibile est quod unus motus ejusdem corporis localiter moti, terminetur simul ad diversa loca, cum tamen in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacramento simul esse incipiat. & propter hoc relinquitur quod non possit aliter corpus Christi incipere esse de novo in hoc sacramento, nisi per conversionem substantiæ panis in ipsum; quod autē convertitur in aliquid, facta conversione non manet, unde relinquitur quod salva veritate hujus sacramenti, substantia panis post consecrationem remanere non potest, nec tamen substantia panis in præjacentem materiam, ut quidam posuerunt, nec etiam in nihilum convertitur, ut alii dixerunt, quia si sic fieret, non esset dare aliquem modum per quem corpus Christi verum inciperet esse in hoc sacramento nisi per solam substantiæ panis conversionem in ipsum corpus Christi, ut clare deducit idem doctor 3. summæ eadem quæstione articulo tertio.

3. Accidentia panis & vini in hoc sacramento, post consecrationem remanent sine subiecto.

Ex prædictis sequitur TERTIA suppositio: videlicet quod accidentia panis & vini quæ sensu deprehenduntur in hoc sacramento post consecrationem remanent sine subjecto. Nam ex quo ibi fides catholica ponit esse verum corpus Christi, ut dicit prima suppositio, nec remanet substantia panis, ut dicit secunda, oportet quod remaneant sine subjecto: quia si remanerent in subjecto, aut remanerent in ipso corpore Christi, aut in aere, aut in aliqua alia substantia. sed non poterit dici primum, quia corpus humanum nullo modo potest affici hujusmodi accidentibus, neque etiam est possibile quod corpus Christi gloriosum & impassibile existens alteretur ad suscipiendas hujusmodi qualitates: nec potest dici secundum, quia aer non est hujusmodi accidentium susceptivus, quia etiam accidens non transit de subjecto in subjectum, ut scilicet idem accidens numero sit quod primo fuit in suo subjecto, postmodum fiat in alio: accidens enim accipit numerum a subjecto, unde non potest esse quod idem numero manens sit quandoque in hoc, quandoque in alio subjecto. & videmus etiam ad oculum, quod cum hujusmodi accidentia transferantur de loco ad locum, ad motum harum specierum aer depellitur. quod utique non fieret si in ipso aere existerent, sicut in subjecto. nec potest dici quod remaneant in aliqua alia substantia pari ratione, sicut nec in substantia panis ut superius dictum est, cum ibi nulla remaneat. Nec hoc est inconveniens divinæ omnipotentiæ & suæ sapientiæ; cum enim effectus magis dependeant a causa prima quam a causa secunda, unde nulli dubium potest esse, quod Deus, qui est prima causa substantiæ & accidentis, possit sua virtute infinita conservare in esse accidens, subtracta substantia, per quā in esse conservabatur, sicut per causam secundam: sicut & in genere causæ efficientis potest alios effectus naturalium causarum producere, sine eisdem causis naturalibus, quemadmodum corpus humanum formavit sine virili semine in utero Virginis. Has tres suppositiones de veritate nostri divinissimi sacramenti volui proponere duplici de causa. prima est, quia ad sequentia multum mihi deservient. secunda est ad aliqualiter aperiendam maledictæ & damnatissimæ memoriæ hæresiarchæ Ioannis Vvicleff perfidiam, qui quantum in eo fuit, non divino sed diabolico spiritu inspiratus, visus est tollere a cordibus fidelium fidem hujus venerabilis sacramenti, & subvertere universam fidem & ecclesiam catholicam, ponens in forma tres conclusiones contrarias prædictis tribus veritatibus catholicis, videlicet: Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali. contra primam: Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis remanent in sacramento altaris: contra secundam. Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem sacramento; contra tertiam. Quæ sententiæ & propositiones quam sint adversæ fidei, quam sint blasphemæ in Deum, utpote ejusdem omnipotentiæ, summæ sapientiæ, & summæ bonitati derogantes, quam sint piarum aurium offensivæ, quantum derogent ipsius ecclesiæ catholicæ & sacramentorum ejusdem dignitati, quis sufficiat enarrare, cum etiam horror sit nedum loqui aut audire tantas in Deum & ecclesiam blasphemias, sed nec etiam piis mentibus cogitare. O hominem iniquitate plenum, nimium errore seductum, omni invidia sauciatum, omni blasphemia sordidatum! Tibi profecto competit illa apostoli sententia quam Act. 13. capite protulit: *O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas.*

4. In sacramento eucharistiæ tria sunt consideranda, videlicet, id quod est sacramentum tantum; id quod est res & sacramentum simul; id quod est res tantum & non sacramentum.

QUARTA suppositio: Sciendum quod secundum Magistrum sententiarum in 4. distinctione 8. in sacramento eucharistiæ tria sunt consideranda, videlicet id quod est sacramentum tantum, id quod est res & sacramentum simul, & id quod est res tantum & non sacramentum. Primum est species visibilis panis & vini, quæ post consecrationem manet. Secundum est corpus Christi verum. Tertium est corpus Christi mysticum. Primum dicitur sacramentum, quia sacræ rei signum. hujus autem sacramenti duæ sunt res, quarum prima est contenta & signata, atque significans. & ideo est res simul & sacramentum. & hæc res est caro Christi quam de Virgine traxit, & sanguis quem pro nobis in cruce fudit, quę

res

ANNO CHRISTI 1433.

res significatur per species visibiles panis & vini, & veraciter sub eisdem continetur, & hoc corpus Christi est figura corporis Christi mystici, & ipsum significat. Alia vero res hujus sacramenti est corpus Christi mysticum per ipsum sacramentum significatum, sed non contentum sub eo realiter: nec aliquid aliud secundum se ex vi hujus sacramenti significans, & ideo est res tantum & non sacramentum. Vnde Innocentius in summa de officio Missæ, ubi dicit; Tria quippe in hoc sacramento sunt discreta, videlicet forma visibilis, veritas corporis, & virtus spiritualis. Forma panis & vini, veritas caro & sanguis, virtus unitas & caritas. Primum oculo cernitur, secundum anima creditur, tertium corde percipitur. primum est sacramentum & non res. secundum est sacramentum & res. tertium est res & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminæ rei. secundum vero sacramentum unius est, & res alterius. tertium vero est res gemini sacramenti. Nam forma panis utramque carnem Christi significat, id est veram & mysticam, sed veram carnem continet & significat, mysticam vero significat, sed non continet. Item sciendum quod secundum prædictam duplicem rem hujus sacramenti, est duplex caro Christi sive corpus. una quam sumpsit & traxit de Virgine, & sanguis qui fusus fuit in cruce pro nobis; de hac carne dicitur Lucæ ultimo: *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* De sanguine vero dicitur Ioan. 19. *Et continuo exivit sanguis & aqua.*

Duplex corpus Christi. Verum.

Mysticum

Alia vero caro & sanguis Christi est spiritualis & mystica; id est corpus Christi mysticum, cujus corporis caput est ipse Christus, reliqui vero fideles sunt membra, de quo inquit Apostolus 1. ad Corinth. 12. *Sicut enim corpus unum est & membra multa habet, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt; ita & Christus. etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. sive Iudæi, sive Gentiles, sive servi, sive liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus.* & infra: *Vos autem estis corpus Christi. & membra de membro.* nec est vis quod in prædicta distinctione in uno membro dicitur caro, in alio vero corpus: quia in hoc sacramento idem significant. Vnde & salvator in institutione hujus sacramenti dixit: *Hoc est corpus meum.* & Ioannis 6. *Caro mea vere est cibus.* Corpus etiam mysticum Christi dicitur caro Christi, ut dicit Magister sententiarum in 4. Hanc distinctionem duplicis carnis sive corporis Christi tangit Augustinus 3. de Trinitate, dicens: Commendavit enim Christus in hoc sacramento corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit & nos ipsos, namque & nos ipsius corpus facti sumus. & habetur de consecratione distinctione 2. Commendavit. Et similiter Hieronymus super epistolam ad Ephesios. & ponitur in glossa 1. Corinthiorum ita dicens: Dupliciter intelligitur caro Christi & sanguis, vel spiritualis illa atque divina de qua ipse ait: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et nisi manducaveritis carnem meam & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* vel ea quæ crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est lancea. & ponuntur hæc verba de consecratione distinctione 2. Dupliciter. Hujus itaque geminæ carnis Christi ipsa visibilis species sacramentum est qui utramque significat & utriusque similitudinem gerit. Sicut enim panis præ ceteris cibis corpus reficit & sustentat, vinum hominem lætificat atque inebriat; sic vera caro Christi & eius sanguis plus ceteris sacramentis, gratiis interiorem hominem reficit & saginat. Similiter sicut ex multis granis perficitur unus panis, & ex plurimis racemis vinum in unum confluit: sic ex multis fidelium personis unitas ecclesiastica constat, & constituitur corpus Christi mysticum, unde apostolus 1. Corinth. 10. dicit: *Vnus panis & unum corpus multi sumus.* super quo & Augustinus: Vnus panis & unum corpus dicitur ecclesia pro eo quod sicut unus panis ex multis granis, & unum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia ex multis fidelibus caritate copulante connectitur. Similiter ipsa vera caro Christi aut eius verus sanguis, est carnis Christi mysticæ & ipsius sanguinis mystici signum & sacramentum. Sicut enim vera caro Christi ex multis membris purissimis & immaculatis constat, sic caro Christi mystica, quæ est societas ecclesiastica, ex multis personis a criminali macula, erroris scilicet vel operis, liberis consistit.

Cap. 1.

5. Triplex est manducatio hujus sacramenti, specierum, veræ carnis Christi & carnis mysticæ. Prima pure corporalis. Secunda sacramentalis.

QVINTA suppositio: Quod secundum tria prædicta quæ in hoc sacramento attenduntur, triplex est manducatio hujus sacramenti & sumptio; scilicet specierum, veræ carnis Christi, & ipsius carnis mysticæ. Prima manducatio est pure corporalis, qua hoc sacramentum comestum masticatur, & in stomachum trahitur, & similiter bibitum, & postea digeritur, & ultimo in substantiam sumentis convertitur. Et sic vere manducantur & bibuntur illæ species, sub quibus veraciter continetur verum corpus Christi. Alia vero manducatio est sumptio veri corporis & sanguinis Christi sub dictis speciebus panis & vini contentis; & hæc manducatio dicitur sacramentalis, de qua dicitur Matth. 26. *Accipite & comedite, hoc est corpus meum.* & ibidem: *Bibite ex hoc omnes.* Et ista manducatio fit dupliciter; uno modo in sacrificii oblatione. Luc. 22. *Hoc facite,* id est conficite, *in meam commemorationem.* & sic fit duplici specie. Alio modo fit in laica sive in simplici communione. Et illa secundum dispositionem & observantiam ecclesiæ fit sub una specie tantum. Et prædictæ duæ manducationes pertinent ad os corporis. Tertia manducatio & bibitio est spiritualis, & hæc ad os animæ pertinet. Et hæc est duplex secundum quod duplex est res huius sacramenti. Prima primæ rei, scilicet veræ carnis & veri sanguinis Christi; & hæc est devota cogitatio seu meditatio passionis Domini nostri Iesu Christi, sive ipsius Christi secundum quod sub hoc sacramento continetur, cum vero suo corpore & sanguine, in quo multiplicem sustinuit passionem, & quem pro nobis in ara crucis fudit. Et hanc ipsam cogitationem seu meditationem sequitur ipsius recogitantis unio transformativa ad ipsum cogitatum per actum amoris. Vnde ad hanc manducationem spiritualem sicut in corporali, duo requiruntur: scilicet masticatio & incorporatio. Primo enim requiritur quod homo in fide vera recogitet devote passionem Christi, cujus memoriale est hoc venerabile sacramentum, & hoc sufficit quoad minores seu vulgares. Sed quoad majores, ultra hoc requiritur, quod devote recogitent quomodo sub illis speciebus est realiter & vere corpus Christi, Deus & homo, cum suo sacratissimo corpore, quod pro nobis exposuit tam multiplici passioni. Et quod illud ex ineffabili sua bonitate dedit nobis in cibum animarum nostrarum, & cetera quæ in hoc sacramento mirabilia opere pietatis continentur. Et talis devota recogitatio masticationi correspondet. Secundo requiritur quod recogitans uniatur per actum amoris ipsi cogitato scilicet Christo domino, & in ipsum per amorem quantum potest transformetur. Et hoc incorporationi correspondet. Secunda manducatio spiritualis, quæ in hoc sacramento tertio principaliter attenditur, & bibitio, quæ est secundæ rei, est consecutio unionis seu adeptio per fidem & caritatem ad membra

Tertia spiritualis quæ duplex est.

Anno Christi 1433.

bra ecclesiæ & cum Christo capite, quam unionem tamsacramentum quam prima res hujus sacramenti significat. Differentia inter prædictas manducationes est, quia prima habet veram & omnimodam rationem corporalis manducationis, ut dictum est, ceteræ vero non: quia caro Christi vera sumpta sacramentaliter, nec laceratur dentibus, nec secundum saporem gustum immutat, nec convertitur in corporale manducantis nutrimentum. Similiter nec aliæ duæ spirituales, quia nec Christus dum recogitatur ejus passio, aut dum sibi mens unitur per amorem, comeditur, aut materialibus dentibus premitur; nec similiter corpus Christi mysticum, dum quis sibi unitur per fidem & caritatem: intelliguntur tamen & dicuntur prædictæ manducationes per aliquam similitudinem ad manducationem corporalem. Sicut enim cibus corporalis nutrit, augmentat, reficit, confortat, & sustentat corpus, & vitam conservat: sic & sumptio corporis Christi sive veri in sacramento, & recogitari per devotionem; sive etiam mystici per fidei & caritatis unionem, animam nutrit, augmentat, & conservat in vita spirituali; differunt tamen & per contrarium ad manducationem corporalem, quia cibus corporalis sumptus in sumentem & manducantem convertitur. Sed Christus digne sumptus, sive sacramentaliter, sive spiritualiter, non in suscipientem convertitur, sed potius ipse sumens in Christum transformatur, sive convertitur. Vnde Augustinus in libro suarum confessionum dicit: Quasi audirem vocem Dei de excelso dicentem: Cibus sum grandium, cresce & manducabis me, nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Similiter in manducatione corporis mystici, sumens non sibi corpus mysticum incorporat, sed potius ipsi corpori mystico & Christo capiti conjungitur & in ipsum transformatur & incorporatur. Item differentia est inter manducationem sacramentalem & spiritualem, quia manducatio veræ carnis fit ore corporali, ut dictum est, sub speciebus sacramentalibus: manducatio vero spiritualis fit ore animæ sive intellectu & voluntate, per fidem & caritatem. Per hæc enim habitat Christus in nobis & nos in ipso tamquam membra conjuncta capiti, secundum illud ad Ephes. 3. *Habitare Christum per fidem in cordibus nostris.* & primæ Ioannis 4. *Deus caritas est, & qui manet in caritate, in Deo manet & Deus in eo.* Prima manducatio potest esse bona & digna, & etiam indigna, & tunc ad judicium; secunda autem semper est bona. Prima exigit secundam, ut fit ad salutem, secunda est sola sufficiens & necessaria ad salutem. Prima vocatur sacramentalis, sine qua multi martyres sancti & parvuli salvati sunt; secunda vero vocatur spiritualis, sine qua nullus salvatur. Vltimo notandum est, quod licet necessarium sive necessitas tam a theologis quam a philosophis, & præcipue ab Aristotele in quinto metaphysicæ, multipliciter distinguantur, tamen quantum ad præsentem spectat materiam necessarium respectu finis est tripliciter distinguendum, quia aliquid dicitur necessarium respectu finis simpliciter & absolute, id scilicet, sine quo nullo modo potest finis obtineri. Alio modo ex conditione sive ex suppositione. Tertio modo necessarium accipitur pro utili & expedienti: sicut respectu finis, qui est æterna felicitas, consequendi aliquid dicitur necessarium esse absolute & simpliciter, scilicet ipsa divina volitio, sine qua impossibile est simpliciter & absolute dictam felicitatem consequi. Aliquid ex suppositione, & ex communi lege, sicut est baptismus, de quo habetur Ioannis tertio: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.* Qui quidem baptismus non est ita necessarius ad consequendam vitam æternam sicut divina volitio; quia Deus non sic suam potentiam alligavit sacramentis, ut sine ipsis non possit aut non valeat dare & conferre vitam æternam cui voluerit. Aliquid autem dicitur esse necessarium respectu dicti finis non simpliciter & absolute, nec ex suppositione, sed secundum quid, quia etiam sine eo potest finis obtineri, licet non ita expedite & de facili: cujusmodi dicimus consilia Christi esse necessaria, id est, utilia ad æternam vitam consequendam, quia per ipsa facilius & expeditius ad dictum finem potest homo pervenire.

Differentia harum manducationum. — *Necessitas respectu finis multiplex.* — *Absoluta.* — *Ex suppositione.* — *Ex utili & faciliori modo.*

Istis præsuppositis, venio ad secundam partem principalem propositæ quæstionis, videlicet ad proponendas conclusiones, pro ejusdem quæstionis decisione, & erunt tres in numero tantummodo, quarum prima sit ista: Communio divinissimæ eucharistiæ sub specie utraque scilicet panis & vini, toti credentium populo non est necessaria, primo modo acceptа necessitate. Secunda conclusio: Communio divinissimæ eucharistiæ sub specie utraque, panis scilicet & vini, non est necessaria toti credentium populo, secundo modo accepta necessitate, nec a domino præcepta salvatore. Tertia conclusio: Communio divinissimæ eucharistiæ sub specie utraque, panis scilicet & vini, consuetudine & statuto ecclesiæ stantibus in oppositum non est multum utilis nec saluti expediens toti credentium populo, imo est multum inutilis, & eidem nociva. Probationi primæ conclusionis non intendo insistere, cum sit quasi per se nota, quia Deus non alligavit suam potentiam sic sacramentis, ut absque illis non possit & valeat salvare cum voluerit, nisi forte aliquis Vviclefista vellet dicere, quod omnia ex necessitate proveniant. Ex quo sequeretur, quod solum per hanc viam sacramentorum Deus posset salvare, & non aliter. A quo errore pestifero quia video magistrum Ioannem, qui hunc articulum proposuit, longe remote positum, idcirco in hac materia me non extendo, sed pergo ad 2. quæstionem in qua consistit pondus belli, & diei, & æstus: quam iterum replico, videlicet: Communio divinissimæ eucharistiæ sub specie utraque, panis scilicet & vini, non est necessaria toti credentium populo, secundo modo accepta necessitate, nec a domino præcepta salvatore. Probatur hæc conclusio sic: Laicis & non conficientibus sufficit ad salutem sumere prædictum sacramentum sub una specie, ergo non est de necessitate salutis, neque de præcepto Christi, sumere sub utraque. consequentia nota est, quia si una sufficit, sequitur quod altera non sit necessaria, neque de præcepto Christi, ut patet ex rationibus sufficientiæ, & necessarii atque præcepti. Assumptum probatur primo per legem divinam, deinde per praxin Christi, per praxin apostolorum & primitivæ ecclesiæ, tertio per sacra generalia concilia, quarto per dicta sanctorum doctorum veraciter se in lege divina fundantium: Post subjungentur causæ aliquæ & rationes pro conclusione intenta; & primo per legem divinam tam novi quam veteris testamenti. Nam in nova lege Christus loquens de hoc sacramento secundum intentionem adversariorum, Ioannis 6. quindecim vicibus, vel forte pluribus, fecit mentionem de hoc sacramento divinissimo, de pane quidem & de manducatione tantum undecim vicibus, de manducatione vero carnis & bibitione sanguinis quater, de vino vero in toto processu illo non fecit mentionem, ad ostendendum manifeste, quod sumere sub altera specie tantum, scilicet sub

Anno Christi 1433. — *Communio divinissimæ eucharistiæ sub utraque specie, scilicet panis & vini, toti credentium populo non est necessaria, primo modo acceptæ necessitatis: nec secundo modo: eadem communio, stantibus consuetudine & statuto ecclesiæ in oppositum, est multum utilis vel expediens.* — *Probatio primæ conclusionis.* — *Probatio secundæ conclusionis per legem divinam.* — *Christus Ioannis 6. 15. vicibus fecit mentionem de hoc sacramento, de pane in manducatione undecies, de carne & sanguine, quater, & vino nunquam.*

ANNO CHRISTI 1433.

sub specie panis, sufficit ad salutem, & quod sub ipsa specie panis continetur vera caro Christi, & verus sanguis ipsius. unde inquit: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aternam, quem filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater signavit Deus.* Ecce primum testimonium in quo nullam mentionem facit de potu, & dicit cibum permanere & sufficere in vitam æternam. Item: *Non Moyses dedit vobis panem de cælo,* &c. Ecce secundum testimonium, in quo hic cælestis panis præfertur mannæ dato per Moysen, quod inter hujusmodi cibos corporales habebat omnem saporem suavissimum, nec erat verus panis, & quod hic scilicet, de quo Christus loquitur, est panis verus: ubi iterum nulla mentio fit de potu, aut de vino. *Panis enim verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.* Ecce tertium testimonium de pane qui dat vitam mundo, & nihil dicit de vino. Item: *Ego sum panis vita, qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet unquam.* Ecce quartum testimonium de pane vitæ manifestissimum, qui non solum tollit esuriem, sed etiam sitim, ut eadem ratione sicut cibus dicitur, & est, sic etiam & potus dicatur. Item quinto: *Ego sum panis vita: patres vestri manducaverunt manna in deserto & mortui sunt.* Ecce iterum dicit se panem vitæ, & nulla mentio fit de vino. Item sexto: *Hic est panis de calo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.* Item septimo: *Ego sum panis vivus, qui de calo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aternum.* Item octavo: *Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.* Item nono: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Vbi primo incipit mentionem facere de bibitione sanguinis, nullam tamen mentionem faciens de specie vini. Item decimo: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinẽ, habet vitam aternam.* Item vndecimo: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Item duodecimo: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* In quibus solum quatuor locis mentio fit de potatione sanguinis, & nullo modo de potatione vini. Et cum sub specie panis contineatur totus & integer Christus, manifestum est, quod qui sumit sub una specie, sumit utrumque, scilicet carnem & sanguinem, & adimplet dominiũ mandatum: *Nisi manducaveritis,* &c. dato quod de sacramentali sumptione intelligeretur. Deinde redit ad pristinum modum loquendi, scilicet de solo pane, unde subjungit tertiodecimo loco: *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me.* Et iterum quarto decimo: *Hic est panis qui de calo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna in deserto, & mortui sunt.* & concludit finaliter: *Qui manducat hunc panem vivet in aternum.* Ecce quoties Christus fecit mentionem de pane & nullam de vino: & quod qui manducat hunc panem vivet in æternum. Vnde cum toto illo processu euangelico nullam faciat mentionem de vino, sed solum de pane, manifestum est quod sumptio istius sacramenti sub specie panis sufficit ad salutem; cui pene in singulis clausulis vitam vel æquivalens tribuit, quem utique qui manducat, veram Christi carnem manducat, & verum ipsius sanguinem bibit, etiam si nunquam de vino gustet. unde & illud Christi præceptum implet; si tamen de sacramentali sumptione intelligatur: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis:* quia sumendo tantum sacramentum panis, sumit vere utrumque, cum utrumque sub altera spe-

Ioan. 6.

ANNO CHRISTI 1433.

A cie cõtineatur. Vnde sanctus Thomas in postilla super Ioannem super eodem verbo, *Nisi,* &c. Solus sacerdos communicat sanguini, nec tamen est contra sententiam domini; quia qui communicat corpori, communicat etiam sanguini, cum sub utraque specie totus Christus contineatur, etiam quantum ad corpus & quantum ad sanguinem. Hæc ille. Si enim Christus prædicto mandato voluisset ad utramque speciem obligare fideles, procul dubio sicut panem toties nominavit & expressit, ita & vinum alicubi in prædicto processu nominasset, quod minime fecit. Vnde in hoc decipiuntur adversarij quia arguunt a contento ad continens, & præceptum quod determi-
B nat contentum & rem illius sacramenti, trahunt ad continens, scilicet species, quæ sunt sacramentum tantum. Christus siquidem posuit præceptum ad carnem & sanguinem dicens: *Nisi manducaveritis,* &c. & ipsi trahunt ad panem & vinum. Vlterius manifesta in prædicto processu euangelico & verbis Christi contradictio implicaretur si illa auctoritas, *Nisi manducaveritis,* &c. esset obligativa de necessitate & de præcepto Christi, quoad omnes ad utramque speciem, & sic in uno illorum contradictorum prima & summa Veritas non diceret verum, quod nullo modo est dicendum: patet tamen sequela. Nam Christus in prædicto processu præmisit: *Ego sum panis vivus, qui de calo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet*
C *in aternum.* & iterum: *Si quis ex ipso manducaverit, non morietur.* Et ne cuncta replicem, ita conclusit in præmissis: *Qui manducat hunc panem vivet in aternum.* Ex quibus patet quod ad vitam habendam sufficit sumptio hujus sacramenti sub specie panis. Si autem ex opposito illa auctoritas; *nisi manducaveritis carnem filii hominis,* &c. ut adversarius dicit, obligat ad sumendum panem & vinum, sequitur expressa contradictio, quia sufficit sumere panem ad salutem, & non sufficit sumere panem ad salutem, quia ad hoc vinum requiritur, contradicunt, quod nullus sanæ mentis diceret. Et confirmatur. Nam in prædicto processu pro eodem accipit panem, carnem suam, carnem & sanguinem, & seipsum, & ad omnia prædicta idem præmium apposuit. Nam dixit primo: *Si quis*
D *manducaverit ex hoc pane, vivet in aternum.* Et declarans quis esset ille panis, subjunxit: *& panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.* Et iterum: *Qui manducat me & ipse vivet propter me.* Ex quibus patet quod idem sunt prædicta quatuor, ex quo idem præmium omnibus apponitur. Nam manducare panem, manducare carnem & manducare carnem simul, & sanguinem bibere, nihil aliud sunt quam manducare ipsum Christum, quod erat vltimum, quia sive sub specie panis, sive sub utraque sumatur Christus, in tali sumptione nihil confert vitam nisi Christus qui sub illis speciebus continetur & sumitur. Et sic de primo.

ITEM secundo principaliter probatur idem ex lege Christi, Lucæ 11. cum discipuli peterent ut eos Chri-
E stus orare doceret, ait: *Cum oratis, dicite: Pater noster qui es in calis,* &c. *panem nostrum quotidianum da nobis hodie,* &c. Matthæi 6. dicitur: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie,* quod utique principaliter & specialiter de pane hujus sacramenti intelligendum plurimi sanctorum doctorum exposuerunt, qui materiam in nobis non substantialem, sed supersubstantialẽ, scilicet gratiam auget & augmentat. Vnde Hieronymus dicit: Quando petimus ut peculiarem vel præcipuum nobis Deus tribuat panem, illum petimus qui dicit: *Ego sum panis vivus qui de calo descẽdi.* Et beatus Cyprianus: Panis vitę Christus est, & panis hic omnium non est, sed noster est, hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus. Ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie ad cibum

Cyp. de orat. Dominica.

Anno Christi 1433.

salutis accipimus, intercedente aliquo graviori delicto dum absentes & non communicantes a cælesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. petimus ergo, ut qui in Christo manemus & vivimus, a sanctificatione eius & corpore non recedamus. beatus quoque Augustinus in libro de bono perseverantiæ: Perseverantiam ergo a domino petunt sancti quando petunt ne a corpore Christi separentur, sed in ea sanctitate permaneant qua nullum, quo inde separari mereantur, crimen admittant. Et in collationibus Patrum dicitur: Cum dicit *hodie*, ostendit eum quotidie esse sumendum & hesternam præbitionem eius non sufficere, nisi hodie quoque similiter fuerit attributus: omnique tempore hanc orationem debere profundere, indigentia eius quotidiana commonet, quia non est dies in quo nonopus sit nobis hujus esu ac perceptione cor interioris nostri hominis confirmare. prædictas auctoritates adducit S. Thomas in glossa continua super Matthæum, ubi etiam dicit: Panis ille medicina animatum est, deferens vitam per hominem, hunc ergo quotidie accipe, ut tibi quotidie prosit: sic vive, ut quotidie merearis accipere. & Lyra tractans illud Matthæi c. 6. *Panem nostrum quotidianum*, dicit: Omnia sacramenta ordinantur ad hoc sacramentum quod petimus quando dicimus: *Panem nostrum supersubstantialem*. Dicitur autem supersubstantialis, quia transcendit vitam corporalem, & perducit ad vitam æternam. Ioannis 6. *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi, si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum*, & petendo hoc sacramentum, petimus omnia alia quæ ordinantur ad ipsum, Et subdit Lyra: Lucas euangelista 5. capite vocat eum panem quotidianum, quia quotidie ipsum sumimus per ministros ecclesiæ qui hoc sacramentum percipiunt pro se & pro tota communitate. Ex quorum doctorum auctoritate patet quod in prædicta oratione dominica per panem quotidianum & supersubstantialem intelligitur corpus Christi, quod in sacramento altaris accipimus, quod docet nos salvator petere ab eo. Cum igitur in prædicta oratione Christus nullam fecerit mentionem de potu aut vino, sed tantummodo de pane, manifestum est quod sufficit species panis tantum, alioquin insufficienter Christus suos docuisset orare discipulos. Item Ioannis 1. dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. ubi per Augustinum secundum omnes doctores intelligitur Christus, qui figurabatur per agnum paschalem comestum in figuram comestionis hujus sacramenti. & sic eucharistiæ sacramentum hoc in loco sub una specie scilicet comestibili exprimitur. Item Lucæ 15. habetur de prodigo, quod ei patet occidit vitulum saginatum, per quem Christus significatur propter gratiæ pinguedinem: qui vitulus occisus manducabatur, nulla mentione facta de bibitione, & licet forte biberent, non tamen fit mentio, tamquam de impertinenti, sicut nec de lotione & de aliis quæ hujusmodi convivijs solent accidere & fieri, tamquam de impertinentibus ad intentionem propositam: ubi inquit Lyra: *Adducite vitulum saginatum vi epulemur, & occidite ut manducemus*, id est, sacramentum eucharistiæ fidelibus ministrare, in quo immolatur Christus, qui est vitulus saginatus propter gratiæ pinguedinem, *ut manducemus*, quia in primitiva ecclesia non solum ministri ecclesiæ sumebant hoc sacramentum, sed etiam omnis populus quotidie, ut habetur Actorum 2. *Erant perseverantes in fractione panis*.

Ex doctrina apostolica.

Item tertio ex doctrina apostolica. 1. Corinth. 5. inquit Apostolus: *Pascha nostrum immolatus est* A *Christus*, per quem transire debemus de hoc mundo ad Patrem, ut dicit glossa, immolatus est, quem scilicet edere debemus. Ubi apostolus non dicit, Immolatum est vinum, quod bibere debemus, unde & subdit postmodum: *itaque epulemur*, & non dicit, bibamus, *in azymis sinceritatis & veritatis*, ubi nullam mentionem facit de vino aut de potu, sed solum de pane azymo, secundum quod ecclesia Romana conficit. Item apostolus 1. Corinth. in fine capitis: *Itaque fratres mei cum convenitis ad manducandum, invicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conveniatis*. Qui textus secundum glossam Ambrosii sic exponitur: Itaque fratres mei, cum coovenitis in unum ad similitudinem cœnæ dominicæ ad manducandum, supple, corpus domini, B invicem expectate, supple jejuni, dum omnes conveniant, ut multorum oblatio simul celebretur. Si quis autem esurit, supple & impatiens non vult expectare, domi manducet, scilicet suos cibos, id est, pane terreno pascatur, nec postea eucharistiam sumat, ut non in judicium, supple damnationis, conveniatis. Ecce quam aperte & notanter apostolus, licet in præcedentibus locutus fuerat de modo quem Christus tenuerat in ultima cœna, quando apostolos io sacerdotes ordinans communicavit sub duplici specie, in sola manducatione sui sermonis imposuit finem, nullam faciens mentionem de bibitione, ad manifeste ostendendum, quod sufficit C sub specie panis & per modum manducationis non conficientibus hoc sacramentum sumere.

Ex lege divina veteris testamenti.

Item quarto ex lege divina veteris testamenti: Manifestum est enim secundum apostolum, quod omnia vel plurima veteris testamenti contingebant in figuram eorum quæ sunt in novo testamento: *Omnia*, inquit, *in figuram contingebant illis*. unde & hujus sacramenti quod est præcipuum & potissimum, atque finis omnium aliorum sacramentorum novæ legis, plures figuræ præcesserunt. Inter quas sunt tres præcipuæ secundum Magistrum sententiarum in 4. distinctione 8. videlicet panis & vinum oblata per Melchisedech sub lege naturæ, agnus paschalis, & manna sub lege Mosaica. Sed panis & vinum oblata per Melchisedec summum Dei sacerdotem Genesis 14. qui Christum D præfiguravit, ut dicit Apostolus ad Hebræos 7. *Hic enim Melchisedec rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obviavit Abrahæ regresso a cæde regum, & benedixit ei, qui decimas omnium divisit Abraham. Primum quidem quia interpretatur rex justitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in aeternum*, de quo etiam ait Ambrosius super illud Matthæi 26. *Accipite & comedite*, Christus, inquit, suis discipulis obtulit in cœna, quod Melchisedec repræsentat in figura. E Et idem in libro de sacramentis, & allegatur per Magistrum sententiarum in distinctione 8. ex hoc accipit anteriora esse sacrificia Christianorum quam Iudæorum, obtulit enim Melchisedec panem & vinum, similis per omnia Filio Dei, cui dicitur: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec*, & beatus Hieronymus super illo; *Cœnantibus illis accepit*, dicit: Postquam typicum pascha fuerat impletum, & carnes agni cum apostolis comederat, ad verum paschæ transgreditur sacramentum, ut sicut in præfiguratione eius Melchisedec summi Dei sacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque veritatem sui corporis & sanguinis sic figuratum repræsentaret. Per hunc itaque Melchisedec panis & vinum oblata, non leguntur

Margin notes: August. de bono perseverantiæ c. 4. — Coll. 9. c. 2. — 1. Cor. 10. — Lib. 4. c. 5. — Psal. 109. — Matth. 26.

Anno Christi 1433.

guntur a populo sub utraque specie sumpta, sed solum per Melchisedec oblata. Sic etiam hodie solum sacerdos celebrans sumit sub utraque specie. Similiter nec agnus paschalis sumptus reperitur cum vino vel hujusmodi bibitione, sed comestus. & licet forte biberint, non tamen bibitio cadebat sub præcepto. Similiter manna omne delectamentum in se habens sine præcepto bibitionis sumebatur. quod quidem manna in scripturis panis angelorum & esca nominatur. Vnde Sapientiæ 16. *Esca angelorum nutrivisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem.* & in Psalmo: *Panem cæli dedit eis, panem angelorum manducavit homo.* In quibus nulla mentio fit de vino aut de potu. B Insuper sanguis in veteri testamento oblatus domino in altari [a sacerdote,] & non a populo visus est immolari. unde Leuit. 1. dicitur sacerdotibus: *Sanguinem fundentes per altaris circuitum.* & 4. Ibidem. *Pro peccato sacerdotis vel etiam totius multitudinis sacerdos offerat vitulum, cujus sanguinem aspergat contra velum sanctuarii, & de eodem ponat super cornua altaris, residuum fundendo in basin altaris holocausti.* & 17. ibidem dicitur: *Sanguinem dedi vobis ut super altare meum expietis pro animabus vestris*: in cujus etiam signum soli sacerdotes veteris testamenti utebantur libaminibus, & his sacrificiis quæ fiebant ex fluida materia, scilicet oleo & vino. Item 1. Regum 2. capite, quidam sacerdos in desiderio populi & om- C nium non sacrificantium hunc cibum desiderantium dicebat & petebat: *Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem ut comedam buccellam panis*: duæ enim partes sunt sacerdotis sacrificantis & conficientis, scilicet panis & vinum, & sub ambabus & sub qualibet ipsarum totus & integer Christus. Populus itaque non ad ambas partes sacerdotis, sed ad unam petit & obsecrat admitti, & ad eam quæ est sub specie panis, ad quam utique admittitur, ut bucella corporis dominici satietur. Hujus insuper figura præcessit, ut inquit Albertus Magnus in tractatione de officio missæ, in tribus satis farinæ, Genesis 18. cum Abraham sederet in ostio tabernaculi sui, vidit tres angelos descendentes per viam, quibus tria sata farinæ similæ commixta parari fecit in subcinericios D & azymos panes; per quod innuitur laicos solum ad unam speciem debere admitti, eo quod de vino nullam mentionem facit. Tria vero sata fuisse narrantur propter triplicem substantiam quæ in hoc sacramento continetur, scilicet corpus, anima, & deitas. Similiter in comestione Eliæ hujusmodi manducationis sacramentalis expressissima figura præcessit, quando subcinericium panem comedit cum potu aquæ, nulla facta mentione de vino, in cujus cibi fortitudine ambulabat quadraginta diebus & noctibus. Patet igitur ex lege divina tam novi quam veteris testamenti, quod communicare laicos, aut non conficientes, sufficit sub altera specie tantum, scilicet panis, & per consequens non esse de necessitate salutis, E sive de præcepto Christi, sumere sub utraque.

Psal. 77.

3. Reg. 19.

Ex praxi Christi.

SECVNDO principaliter probatur ex praxi Christi: & primo quia in toto euangelio non reperitur, quod Christus communicarit aliquem laicum sub utraque specie; tantummodo duodecim apostolos, ut patet Ioannis 12. ubi duodecim apostolorum pedes lavisse fertur, & Marci 14. ubi dicitur quod vespere facto venit cum duodecim apostolis, & Lucæ 22. *Cum facta fuisset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo.* Quos duodecim ante in sacerdotes ordinavit, ut dicunt communiter doctores omnes, in eadem cœna, per illa verba: *Accipite, hoc est corpus* A *meum.* &, *Hoc facite in meam commemorationem.* & postmodum eos communicavit, & licet pro tunc solus Christus conficeret & non apostoli, tamen communicavit eos sub utraque specie non ut laicos, sed ut sacerdotes, dans eis exemplum & doctrinam, qualiter & ipsi conficientes conficere & sumere deberent. Præterea si hujusmodi communio sub utraque specie fuisset de necessitate salutis, nequaquam matrem aliosque utriusque sexus caros, qui ipsum dominum & mentis & corporis passibus sequebantur, a prædicta communione exclusisset, quod tamen videtur fecisse, cum exceptis duodecim, ut dictum est, non legantur dictæ cœnæ interfuisse. Item hoc idem patet ex satietatibus Christi, quibus satiavit turbas, & discipulos suos ante & post suam resur- B rectionem. Scribitur etenim Matthæi 14. & Ioannis 9. quod dominus satiavit quinque millia hominum de quinque panibus & duobus piscibus. & Marci 8. habetur, quod satiavit quatuor millia de septem panibus, in quibus satietatibus nulla mentio fit de potu aut vino sive aqua aut quocumque alio liquore. Et licet non habeatur ex textu, quod satietates prædictæ fuerint de pane veraciter transsubstantiato in corpus Christi, tamen veraciter tenendum est, quod ille panis divina potentia multiplicatus, & tam mirabiliter satians corpora manducantium, typum & figuram gerat hujus sanctissimi panis, qui de cælo descendit & dat vitam mundo. Quia sicut ille panis ineffabili quadam suavitate refecit mandu- C cantium corpora, & in quadam admiratione omnes suspendit, ita ut quærerent ipsum regem facere, & ut ipsum sequerentur: sic iste panis cælestis & supersubstantialis replet ineffabili suavitate animas se digne sumentes, & eas sic in sui amorem & admirationem convertit, ut nihil præter Christum in cordibus ipsarum regnare permittant. sicque ipsas trahat, ut omnibus postpositis, currant in odorem unguentorum suorum. unde Christus Ioannis 6. loquens de prædicta satietate corporali, ait: *Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* & statim post subjunxit loqui de hoc sacramentali & spirituali pane, si tamen de sacramentali intelligitur, ut per prædictam satietatem D corporalem manuduceret in satietatem spiritualem hujus sanctissimi panis, de quo statim subjunxit: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit.* Item post passionem suam, & habetur Lucæ ultimo: *Et factum est cum discumberet Iesus in Emaus*, cum illis scilicet duobus discipulis Cleopha & alio, *accepit panem, benedixit & fregit, & porrigebat illis*, ubi secundum multos doctores, corpus sub specie panis solum eis tradidit, eo quod nullam facit mentionem de vino. unde Augustinus in homilia de concordantia euangelistarum: A Christo facta est permissio impedimenti usque ad sacramentum panis, ut unitate corporis participata, removeri intel- E ligatur impedimentum inimici, ut Christus possit cognosci. Item Beda super eodem: Impedimentum permittit esse Deus, donec ad sacramentum perveniatur, sed percepta veritate corporis Christi, impedimentum inimici aufertur, ut Christus possit agnosci. Item Theophylactus: Sed & aliud innuit, quod scilicet sumentibus sacrum panem aperiuntur oculi eorum, ut eum cognoscant. magnam enim habet & ineffabilem domini caro virtutem. Item glossa est, & est Bedæ: Per panem corpus Christi & eius sanguinem signabat. Item Ioannis ultimo Christus manifestavit se discipulis septem ad mare Tiberiadis, ubi accepit panem & piscem assum, & dabat eis. quod

Anno Christi 1433.

ANNO CHRISTI 1433.

verbum tractans Innocentius dicit: Per assum piscem quem Christus cum suis discipulis comedebat, intelligi debet corpus Christi quod in ara crucis assatum fuit. Vnde beatus Gregorius in homilia 27. dicit: Per assum piscem intelligi debet mediator Dei & hominum, pro nobis passus. & patet; ibi nulla mentio fit de potu vel vino. Item sequenti die post institutionem prædicti sacramenti Christus docuit exemplo & opere non solum non esse de necessitate salutis sumere sub utraque specie quoad laicos, sed nec simpliciter sumptionem prædicti sacramenti, ut in latrone, cui mox credenti & dicenti: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum*, promisit dominus paradisum dicens: *Hodie mecum eris in paradiso*, absque quacumque hujus sacramenti perceptione. Quod etiam in innumeris martyribus probatum est: qui absque hujus perceptione sacramenti ad regna cælestia feliciter pervenerunt. quod & de pueris baptizatis sancta tenet ecclesia. Item probatur ex praxi apostolica & primitivæ ecclesiæ simul, quia dicitur Actorum 2. *Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis* sancti, secundum glossam, ut Magister historiarum in scholasticis historiis exponit fractionem panis, id est eucharistiæ, quia in primitiva ecclesia fideles crebro communicabant, & conveniebant ad percipiendam eucharistiam: in quo loco scriptura nullam mentionem facit de vino aut de potu. Eodem modo & Albertus Magnus exponit de apostolis & de ista fractione panis. Item de nullo apostolorum legitur quod hujusmodi communionem duplicis speciei practicaverint quoad laicos, vel de eo doctrinam tradiderint aut præceptum, excepto Paulo apostolo, qui recitative Corinthiis narrat, qualiter Christus sub duplici specie hoc sacramentum instituerat, & solum Corinthiis apud quos solos erat hujusmodi consuetudo. Et indubitanter si fuisset Christi præceptum indifferenter, quoad omnes, communicare sub utraque specie, sanctus Paulus expressius scripsisset de ipso tam Corinthiis quam & aliis fidelibus quibus suas trãsmisit epistolas, præcipue Romanis qui erant caput mundi, & Hebræis pro quibus cupiebat esse anathema ut eos lucrifaceret. Similiter quilibet apostolorum & evãgelistarum scripsisset aliquid de hujusmodi præcepto sine quo non esset salus hominibus; quod quia non fecerunt, ideo indubitanter tenendum est quod non sit præceptum Christi. Idem patet ex praxi multorum sanctorum antiquorum, & præcipue in ecclesia, de sancta Petronilla beati Petri apostoli filia, de qua sic in ejus legenda legitur, quod in extremis post multa jejunia & orationes corpus domini suscepit, & demum in lecto se reclinans, post triduum ad Christum migravit. Item attestatur beatus Eusebius ad Damasum Portuensem episcopum de morte gloriosissimi Hieronymi, ubi refert quomodo beatus Hieronymus varie & multipliciter sacramentum dominicum recommendans, eucharistiæ sacramentum sub specie panis ab aliis suscepit, ubi refert verba Hieronymi in hunc modum: Rogo vos fratres, ut domini mei afferatis corpus, quatenus in suo lumine videam lumen, ut firmans super me oculos suos, det mihi intellectum & instruat me in via hac qua gradiar. His verbis finitis post longas orationes vir Dei gloriosus sacrum domini corpus suscipiens ad terram supinus rediit. Hæc Eusebius. Sic & idem beatus Eusebius in extremis positus sub specie panis communicavit, ut de eo scribit beatus Cyrillus in epistola ad beatum Augustinum de mirabilibus gloriosissimi Hieronymi. Illo etiam modo beatus Ambrosius in extremis communicavit de manibus beati Honorati Vercellensis episcopi. Idem habetur de beato Benedicto, de quo in legenda sua dicitur, quod ultima die exitus sui, in oratorium portari se fecit, & ibi exitum suum dominici corporis perceptione munivit. Item refert beatus Gregorius tertio dialogorum, quod beatus Agapitus papa quemdam claudum & mutum sub una specie communicans eum plene sanavit. Item habetur de beata Lucia, quod ipsa spiritum non tradidit post gladii in guttur eius immersionem, donec sacerdos corpus dominicum ei traderet. Idem de beato Dominico & Francisco & in multis aliis sanctis habetur per omnia. Item Vvilhelmus in suo sacramentali Hugonem de sancto Victore sub una specie tantum communicare debuisse narrat, sub his verbis: Quod cum Hugo de sancto Victore excellentissimus doctor ultima infirmitate laboraret, corpus domini instanter petebat sibi dari. & cum nullum cibum continere posset, fratres ejus turbationem timentes simplicem hostiam illi obtulerunt, quod ille cognoscens, per Spiritum, ait, misereatur vestri Deus fratres, cur me ita deludere voluistis? iste quem portastis, non est dominus Deus meus. Et illi attoniti mox corpus domini attulerunt. Sed ipse videns se non posse recipere, elevatis in cælum oculis ac manibus sic oravit: Ascendit Filius ad Patrem & Spiritus ad Deum qui misit illum. & inter hæc verba emisit spiritum, & corpus domini ibidem disparuit. Ecce quam manifesta & clara narratione refert hic doctor sanctum Hugonem debuisse sub una tantum specie communicare.

Ex praxi apostolica.

Ex praxi multorum antiquorũ sanctorum.

TERTIO principaliter probatur ex doctrina & institutione sacrorum conciliorum. Nam ut habetur ex lib. conciliorum Isidori, ita in sexta Constantinopolitana synodo legitur: Citra sanguinem ceremonias in ecclesiis celebramus: ita quippe accedimus ad benedictiones arcanas, & sanctificamur participes effecti tam sanctæ carnis quam preciosi sanguinis Christi. Ecce quam aperte hæc sancta synodus ponit distinctionem inter communionem laicam & sacerdotalem. nam quoad laicos dicit: Citra sanguinem ceremonias in ecclesiis celebramus, & vocat communionem laicam ceremonias, quia præcepto & statuto ecclesiæ introducta est. Quoad sacerdotes vero subjungit: Ita quippe accedimus ad benedictiones arcanas, & sanctificamur participes effecti tam sanctæ carnis quam preciosi sanguinis Christi. Nam si utraque pars istius decreti ad laïcos vel ad sacerdotes sine distinctione referretur, utique manifestam implicaret contradictionem. Nam in prima parte excludit sanguinem, cum dicit: Citra sanguinem, & in secunda dicit: Participes effecti tam sanctæ carnis quam preciosi sanguinis. Clarum igitur est hoc decretum, nec aliquo modo potest infitiari aut infringi. Idem longe clarius ostendit undecimum Toletanum concilium ita dicens: Cum nihil in divino canone debeat esse confusum, nihil dubium, nil etiam indiscretum, in collatione nostri cœtus relectus est canon Toletani primi concilij, in quo præceptum est, ut si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus repellatur: nec adjecta est ibi discretio voluntatum, cum infidelis hæc & talia infideliter agat, at fidelis accipiat fideliter quod naturalis illum necessitas deglutire non sinit. Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipso mortis exitu prægravata tanto siccitatis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus reficiatur, sed vix tantumdem illati delectetur poculi gratia sustentari. quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis sacræ communionis expectantes viaticum, collatam sibi a sacerdote eucharistiam reiecerunt, non quod infidelitate hoc agerent,

Ex doctrina sacrorum conciliorum.

Ex concilio VI. Constantinopolitano.

Ex Toletano XI.

Cap. 11.

ANNO CHRISTI 1433.

rent, sed quod præter dominici calicis haustum traditam sibi non possent eucharistiam deglutire. Ex quo decreto manifeste ostenditur, quod etiam tempore primi concilii Toletani infirmi tantummodo sola hostia communicabant. quod patet ex declaratione suprapositi decreti. Nam refert quod primum concilium Toletanum fecerat statutum, ut quicumque eucharistiam a sacerdote acceptam non sumeret, velut sacrilegus repelleretur. Et quia in hoc decreto non fuerat facta distinctio de voluntate & necessitate, cum & infidelis hæc talia infideliter agat, & fidelis accipiat fideliter quod naturalis illum necessitas deglutire non sinit: declarat sequens concilium quia cum multi fideles in exitu mortis positi, tanto siccitatis pondere deprimantur, ut nihil possint deglutire, nisi aliquo poculento vel liquido mediante, manifestum est quod tales accipiendo eucharistiam, hostiam scilicet sine poculo, bona & sancta intentione, si eam propter siccitatem reiicerent, non incurrerent sacrilegii crimen. Et hoc per experientiam probant sancti patres in dicto concilio existentes. Quod etiam, inquiunt, in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis sacræ communionis expectantes viaticum, collatam sibi a sacerdote eucharistiam rejecerunt, non quod infidelitate hoc agerent, sed quod præter dominici calicis haustum traditam sibi non possent eucharistiam deglutire. Ex quo luce clarius patet, quod sub sola specie panis tunc temporis sacra communio ministrabatur infirmis, ait enim: Præter dominici calicis haustum. quia quando eucharistia sine calice ministrabatur, ideo sæpe ex hujusmodi siccitatis pondere gravati cogebantur rejicere quam deglutire non valebant. & hoc est quod dicit: Sed quod præter dominici calicis haustum traditam sibi non possent eucharistiam deglutire.

Concili Rhemensis cap. 2.

Item similiter ex concilio Rhemensi ostenditur, & habetur de communione & consecrat. distinctione 2. cap. Pervenit: ubi declaratur quod sufficit dare eucharistiam sive hostiam infirmis sine vino. Nam quidam presbyteri in tantum parvipendebant divina mysteria, ut laïco aut feminæ sacrum corpus traderent ad deferendum infirmis. quos sancta synodus graviter reprehendit, & statuit quod talis temeraria præsumptio amplius fieri non debeat, sed presbyter per semetipsum debeat infirmum communicare, in quo decreto solum fit mentio de corpore Christi, & nullo modo de vino aut de sanguine. Tenor vero dicti decreti est talis: Pervenit ad notitiam nostram quod quidam presbyteri in tantum parvipendant divina mysteria, ut laico, aut feminæ sacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis, & quibus prohibetur ut nec sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum committunt: quod quam sit horribile, quamque detestabile, omnium religiosarum animarum advertit prudentia: ideo interdicit per omnia synodus ne talis temeraria præsumptio ulterius fiat, sed omnibus modis presbyter per semetipsum infirmum communicet. quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. Item ex concilio Vormatiensi, eadem distinctione, cap. Presbyter, præcipitur quod presbyter eucharistiam, id est, hostiam, ut dictum est, semper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur. vnde dicit Canon: Presbyter eucharistiam semper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur. super quo ait glossa: Sanguinem non præcipit servare, quia opus esset nimia cautela in eo servando. Et addit archidiaconus: Addere præterea non est opus, quia ubi est corpus, ibi est & sanguis: & in glossa super cap. Comperimus, eadem distinctione super verba: Aut integra percipiant, Hoc intelligo de conficiente: nam infirmus, vel sanus, in necessitate sine vino corpus sumere potest. Ex quibus omnibus patet, quod communio sub utraque specie non est de necessitate salutis, ex quo per sacra concilia sanis pariter & infirmis concedebatur tantummodo sub una specie. Item non solum infirmis sacerdotibus, sed etiam sanis ab eorum officiis depositis a sacris conciliis concessa est unius speciei communio. unde dist. 50. cap. Si episcopus, & habetur ex concilio Agathensi, dicitur: Quod si episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, ab officii honore depositus, in monasterium detrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laïcam tantummodo communionem accipiat. Eumdem modum loquendi habet Pelagius papa de laïca communione, distinctione 55. ubi ita dicit: Si euangelica monitio iracundiam nec usque ad verbum furentem prosilire permittit, ne si raca fratri suo quis dixerit, sit reus gehennæ ignis, quali putamus pœna plectendus est, qui non solum pugnis impie percussit in Leuitici ordinis hominem ministerio servientem, sed quasi non sufficeret ad cædem manus, instigante ita se diabolo raptus est ad iracundiam, ut fuste non solum percuteret, sed etiam erueret oculum fratris? Et quamvis hujusmodi excessus graviori esset pœna plectendus, bene tamen fraternitas tua fecit eum ab officio presbyteratus removens. Hoc tamen solicitudinis tuæ sit, ut locum ei pœnitentiæ constituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laïca sibi tantummodo communione concessa. Similiter ex concilio Sardicensi habentur duo decreta de eadem communione laïca hujusmodi sub tenore: Item Osius episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam perniciosa corruptela, funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de civitate sua ad aliam transire civitatem, manifesta est enim causa qua hoc facere tentant; cum nullus in hac re inventus sit episcopus qui de majore civitate ad minorem transiret. unde apparet avaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni servire, & ut dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet, hujusmodi pernicies austerius vindicetur, ut nec laïcam communionem habeat qui talis est. responderunt universi: Placet. Item idem Osius episcopus dixit: Etiamsi talis alias exstiterit temerarius, ut fortasse excusationem afferat quod populi literas acceperit, cum manifestum sit potuisse paucos præmio & mercede corrumpi, qui sinceram fidem non habent, ut clamarent in ecclesia & ipsum petere viderentur episcopum, omnino has fraudes damnandas esse arbitror, ita ut nec laïcam in fine communionem talis accipiat. quod si nobis omnibus placet, statuite. Synodus respondit: Placet. Ex istis duobus decretis manifeste declaratur, quod communio secundum se non est de necessitate salutis, alioquin impie prædictum concilium statuisset, ut taliter delinquens nec laïcam communionem in fine acciperet, ait enim: Ita ut nec laïcam in fine communionem talis accipiat. Per communionem autem laïcam quid potest intelligi aliud quam communio simplex sub una specie, & sub ipsa præcipue, quæ et communiter minus potest afferre periculi reverentiæ tanto sacramento debitæ, cujusmodi est species panis: & ad hoc sunt omnes doctores iuris canonici, quibus credendum est utpote exercitatis & peritis in arte sua: Vnde super prædicto capite Hosius abbas exponit laïcam communionem, id est,

Cap. 50. — Cap. 3. — Cap. 1.

corpus

ANNO CHRISTI 1431.

corpus Christi. Ionocentius; id est, viaticum. Hosticosis; id est, panem benedictum, vel corpus Christi. & idem dicit Ioannes Andreas in novella Item Clemens papa (& habetur de consectatiooe, distinctione 2. cap. Tribus gradibus) dicit: Tribus gradibus commissa suns saciamenta divinorum secretorum, id est, presbytero, diacono, & ministro, qui cum timore & tremore clericorum reliquias corporis domioi custodire debent. & sequitur ibidem: Tanta in altari certo holocausta offerantur, quaota populo sufficere debeaot. quod si remanserint, io crastinum noo reserventur, sed cum timore & tremore clericosum diligantia consumantus. qui autem residua corporis domini quæ in sacratio relicta sunt, consumunt, non statim ad accipiendos communes cibos conveniant. Ecce quam manifeste in prædicto canone habetur, quod reliquiæ corporis domini custodiendæ sunt cum magna clericorum diligentia, & nulla penitus fit mentio de reliquiis vini aut saoguiois, nec de custodia ipsius, de cujus tamen custodia, si fuisset in usu, potius debuisset cautela adhiberi, & ordinatio sive statutum fieri, cum in ipso sanguine maius immineas periculum. Item sancta syoodus Romana, cui beatus Leo papa præsedit, cap. Quibus, de consectatione dist. 2. loquens de veritate corporis & sanguinis Christi in hoc sacramento, inter cetera ita dicit: Idem est corpus de quo dictum est: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Circa hoc corpus aquilæ sunt, quæ alis circumvolant spiritualibus, uode & idem corpus Christi edimus, ut vitæ æternæ possimus esse participes. ubi notaotes sancta synodus corpori Christi soli illam copulativam attribuit; *caro mea,* &c. ad ostendendum quod sub specie panis, sub qua, ex vi conversionis verborum, est proprie corpus Christi, vere & realiter ac integre utrumque contineatur, scilices caro Christi & sanguis, & quæcumque alia se habent ad perfectionem Christi ex naturali & reali concomitantia, & quod idem corpus Christi edimus, oulla mentione facta de sanguine, aut de vino, sive de potu, ut vitæ æternæ possimus esse participes: ad ostendendum quod sufficis sumere sub una specie. novissime vero declaravit hoc sacrum Constantiense concilium, cujus tenorem papa Martinus V. in quadam bulla sua interserit, quam pro præsenti recitare gratia brevitatis omitto.

Cap. 23.

Cap. 38.

Auctoritas Conciliorũ quanta. Epist. 118. Cap. 2.

QVANTA autem sit auctoritas sacrorum conciliorum, ostendit Augustinus ad Ianuarium ita dicens: Conciliorum in ecclesia est saluberrima auctoritas, quibus ecclesiæ negotia terminantur. & in libro de fide catholica idem dicit: Si quis aliquas scripturas præter illas quas ecclesia catholica recipit & in auctoritate habendas esse tradidit, fuerit veneratus, anathema sit. Item Gregorius, & habetur dist. 15. Sicut sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Et subdit: Cunctas vero personas quas præfata veneranda concilia venerantur, veneror, & quas respuunt, respuo. Quia dum universali sunt consensu constituta, se, & oon illa destruis, quisquis præsumpserit aut solvere quos ligant, aut ligare quos solvunt. nec mirum, cum ipsa sacra generalia concilia regantur & dirigantur a Spiritu sancto, imo ab ipso Iesu Christo. Nam si ipse dominus promisit se esse in medio duorum vel trium in nomine ipsius congregatorum, quanto magis erit io medio patrum seniorum omnium Christi fidelium in sacris conciliis generalibus congregatorum? quod expresse sancti apostoli exemplo declaraverunt Act. 15. ubi præsidentiam in concilio Spiritui sancto attribuerunt, vel potius insinuaverunt, dicentes in sua epistola decretali: *Visum est Spiritui sancto & nobis*: quod etiam attestatur Cælestinus papa ad synodum in Epheso constitutam: Spiritus sancti testatur præsentiam coogregatio sacerdotum. Certum est enim quod legimus, quia nec potest veritas nostra mentiri, cujus in euangelio ista senteotia est. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum.* Quod cum ita sit, (nam nec huic tam brevi numero Spiritus sanctus deest,) quanto magis eum ounc interesse credamus, quando in uoum coovenis santa turba sanctorum. Sanctum namque est pro debita veneratiooe concilium, in quo utique nuoc apostolorum frequentissimæ illius quam legimus congregationis aspicienda reverentia est. Nunqoam his defuit magister quem receperant prædicandum. affuit semper iis dominus & magister. sed nec docentes a suo doctore deserti sunt: docebat ille qui miserat, docebat qui dixeras quod docerent: docebat qui io apostolis suis se confirmat audiri. Hæc Cælestinus. Item Damasus papa ad Aurelium archiepiscopum de servandis canooibus sanctorum patrum & decretis in concilio editis, prout refert Isidorus io libro conciliorum, ita scribit: Reverendissimo fratri & coepiscopo Aurelio Damasus: Scripta sanctitatis tuæ debita veoeratione suscepimus, in quibus sitire venerationem ac prudentiam tuam apostolica instituta, ut dignum erat, cognovimus. Qua de re quædam ex his, quæ petisti, misimus & quædam adhuc cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen a beato Petro priocipe apostolorum sive prædecessorum nostrorum prætermisimus, de quorum statutis aliquid tibi per Ammonium presbyterum, & Felicem diaconum sub certis signaculis non mitteremus. Quæ te & custodire optamus & aliis prædicanda ac publicanda mandamus, ut ab omnibus inviolate debita veneratione custodiantur & ioviolate serventur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter venerentur. Quod violatores voluntarij canonum graviter a sanctis patribus iudicantur, & a Spiritu sancto, cuius instinctu ac dono dictati suot, damnantur, qui blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videotur, & qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut præfixum est, aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt: talis enim præsumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum, qui, ut iam prelibatum est, contra eum agunt, cujus impulsu & gratia iidem sancti editi sunt canones. Diabolica vero nequitia plerosque subtiliter fallere solet, & ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis sæpissime illudit, ut pro salubribus nocitura persuadeat: idcirco oorma sanctorum canonum, qui sunt Spiritu Dei conditi & totius mundi reverentia consecrati, fideliter a nobis est scienda, & diligenter tradenda, oeque quoquomodo sanctorum patrum statuta, absque inevitabili necessitate, quod absit, transgrediamur, sed fidelissime per ea gradientes, cum eis qui eos instinctu condiderunt divino, mercedis gloriam & laboris cumulum eorum meritis, auxiliante domino habere mereamur: quod nobis præstare dignetur ipse Spiritus sanctus, in cujus nomine in hac sancta synodo congregati sumus. Amen.

Greg. l. 1. registr. ep. 24.

Cælestinus epist. 7. epistolarum decretaliũ Romæ editarum, tom. 1. p. 2. Matth. 18. Act. 15.

Ex consuetudine ecclesiæ.

QVARTO principaliter probatur ex consuetudine ecclesiæ, quę ex antiquissimis temporibus & ex multis centenis annorum fuit universaliter in ecclesiam introducta. Sunt enim ultra ducentos & trecentos annos, vel saltẽ prope, quibus doctores catholici in libris suis & scriptis cœperũt laudare & approbare univer-

ANNO CHRISTI 1433.

universalem ecclesiæ consuetudinem in communione sub una specie, ut paulo post patebit in allegatione doctorum. Clarum autem est quòd hæc consuetudo non fuit uno die, aut uno mense, seu uno anno in ecclesiam universaliter introducta, imo nullus doctorum ipsam laudantium & approbantium potuit aut scivit assignare temporis originem, quo hæc consuetudo universaliter ortum habuerit, propter antiquitatem suam: unde indubitanter tenendum est quod communio sub utraque specie nunquam fuit in ecclesia Dei universali, sed secundum varium exemplum Christi, varia fuit semper habita consuetudo. Christus enim in cœna sub duplici specie tradidit, instante sua passione: sed post resurrectionem suam legitur, secundum intentionem sanctorum, confecisse sub sola specie panis, ut patuit superius, quando in Emaus cognoverunt eum duo discipuli in fractione panis. Sic etiam & de primitiva ecclesia & de apostolis legitur in Hierosolymis, quod erant perseverantes in fractione panis, & communicatione, Actorum 2. quod intelligitur de communione panis sancti, ut in præcedentibus fuit declaratum: & Corinthii sub duplici specie communicabant, ut patet per apostolum, & sic communiter semper mansit hujusmodi diversitas communionis laicalis, sub una vel sub duplici specie, donec propter pericula & varios errores, universalis ecclesiæ consuetudo obtinuit communionem unius speciei, cujus consuetudinis principium aut initium, nec in memoriis hominum, nec in scriptis doctorum, aut in annalibus scribentium reperitur: Et cum consuetudo, cujus initii memoria non habetur, jure statuti habenda sit, ut dicunt leges, utique pro lege habenda est & tenenda. Quanta autem sit auctoritas consuetudinis ecclesiæ Romanæ, ostendit Augustinus in libello de cura pro mortuis agenda, qui ait: Quod si nulla esset auctoritas sacræ scripturæ, quæ doceret orare pro defunctis, tanta est auctoritas ecclesiæ Romanæ, quod pro lege firmissima sine dubitatione est tenenda. similiter sanctus Thomas secunda 2. quæstione 10. articulo 12. dicit: Maximam auctoritatem habet ecclesiæ consuetudo, quæ semper in omnibus est æmulanda: quia & ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia auctoritatem habet. unde subdit: Quo magis standum est auctoritati ecclesiæ quam Augustini vel Hieronymi vel cujuscumque doctoris. Qualiter autem transgressores consuetudinum coercendi sint, ostendit Augustinus ad Casulanum presbyterum, & habetur distinctione 2. capite, In his rebus: Qui dicit, quod mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt, & sicut prævaricatores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. Et in libro confessionum ita dicit: Quæ sunt contra mores hominum flagitia pro morum diversitate vitanda sunt; ut pactum inter se gentis aut civitatis consuetudine aut lege firmatum nulla civis aut peregrini libidine violetur. Turpis est enim omnis pars universo suo non congruens. Item Augustinus facere contra consuetudinem prohibet epistola 18. ad Hieronymum ita dicens: Contra ecclesiæ fundatissimum modum nemo sentiat. Item Damascenus libro 4. sententiarum suarum: Semper consuetudo ecclesiæ servanda est, & contrarium dogmatizantes & suam praxin confirmantes non sunt audiendi. Item Hieronymus in quadam epistola contra Vigilantium: Quid necesse est in manus sumere quod ecclesia non recipit? nisi forte Balsamum mihi, & Barbelum, & Thesaurum Manichæi, & ridiculum nomen Lensiboræ proferas, &c. Cum igitur ecclesia non recipit in communione laica utramque speciem, ipsam utique re-

Epistola 26. I. distinctione 11. c. 7.

Lib. 3. c. 8.

Cap. 3.

A cipere ridiculum est, perniciosum & superfluum: propter quod B. Thomas dicit secunda 2. quæstione 93. artic. 1. Sicut enim falsarius esset, qui aliqua proponeret ex parte alicujus quæ non essent ei commissa, ita vitium falsitatis incurrit, qui ex parte ecclesiæ cultum exhibet Deo contra modum divina auctoritate ab ecclesia constitutum. & articulo 2. Si enim aliquid sit, quod quantum est de se, non pertinet ad Dei gloriam neque ad hoc quod mens feratur in Deum, aut quod carnis concupiscentiæ moderate refrænentur, aut etiamsi sit præter Dei & ecclesię institutionem vel consuetudinem communem; quæ secundum Augustinum pro lege habenda est, totum hoc reputandum est superfluum & superstitiosum, &c. Cum itaque dicta communio sub utraque B specie, quoad laicos, sit contra communem consuetudinem ecclesię, utique tamquam superflua repellenda est. Manifestum est autem quod jam a multis centenis annorum, prædicta consuetudo communicandi laicos seu non conficientes, sub una specie tantum, scilicet panis, in ecclesiam, nemine contradicente, universaliter introducta est, ut patebit statim ex dictis doctorum de hac consuetudine mentionem facientibus.

Augustinus epistola 18.

QVINTO principaliter probatur per sanctorum doctorum attestationem, qui in locis quodammodo innumeris de hujusmodi sacramento & communione facientes mentionem, nihil de potu aut vino memorati sunt, sed tantummodo de corpore Christi, C sive de pane aut esca locuti sunt: per hoc ostendentes sufficere sub sola specie panis sumere divinissimæ eucharistiæ sacramentum. Vnde Ambrosius in libro de sacramentis: Ista esca quam accipis, iste panis vivus qui de cælo descendit, vitæ æternæ substantiam administrat. Et quicumque hunc panem manducaverit, non morietur in æternum, quia corpus est Christi & habetur de consecratione distinctione 2. capite Revera. Idem eadem distinctione, scilicet consecratione, in multis capitulis, videlicet in capite, Omnia, & in capitulo, Nullo sacramento, & in capitulo, Non iste panis est, & in capitulo, Ante benedictionem, in quibus locis manifeste habetur quod sumptio hujus sacramenti sufficit tantum sub specie panis. Item D idem Ambrosius in libro de paradiso loquitur sub his verbis: Cum igitur in cibo neq; præmium sit, quia esca nos non commendat Deo, neque magnum periculum sit, quia non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod exit de ore; videtur sine dubio a tanto auctore non esse præceptum, nisi hunc cibum ad illum propheticum referas, quē pro magno præmio dominus sanctis pollicetur suis: *Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis.* Hic est enim cibus in quo vita diffinitur æterna, quo quisquis fuerit defraudatus, morte morietur. Quādoquidem panis vivus atque cælestis ipse dominus est, qui vitam dat huic mundo. Vnde & ipse ait: *Nisi manducaveritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, non ha-* E *bebitis vitam æternam.* Erat ergo panis aliquis de quo præscripserat edendum paradisi incolis: quis ille? accipe quem dicat: *Panem*, inquit, *angelorum manducavit homo.* Est enim bonus panis, si facias voluntatem Dei, vis scire quam bonus panis? ipse Filius manducat hunc panem, de quo ait: *Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælis est:* Hæc Ambrosius. ubi primo notandum quod hic doctor sanctissimus & unus ex quatuor columnis ecclesiæ, veraciter se fundat in sacra scriptura & in doctrina Christi. Deinde notandum est quod dicit: Videtur sine dubio a tanto auctore non esse pręceptum, ubi dicit, Sine dubio, omnem ambiguitatem excludens, non esse præceptum. Tertio notandum est ex dictis

ANNO CHRISTI 1433.

Ex testimonio sanctorum patrum.

Cap. 69. Ambrosius de his qui initiantur sacris, cap. 8. & 9.

Cap. 74. Cap. 85. Cap. 56. Cap. 40.

Ambrosius de paradiso c. 9.

Isai. 65.

Ioan. 6.

Psal. 77.

Ioan. 4.

ANNO CHRISTI 1433

suis, quod si intelligatur præceptive, quod hoc spiritualiter intelligendum est, de spirituali manducatione, ut patet per totum residuum quod sequitur: Nisi hunc cibum ad illum propheticum referas. Item beatissimus noster Hieronymus, ut superius fuit allegatus, loquitur de duplici carne Christi, videlicet spirituali & divina, de qua intelligitur illa auctoritas: *Nisi manducaveritis*, de ea quæ crucifixa est & sepulta, quæ ut fides catholica tenet, est vere, realiter, & in propria persona ipse Christus in hoc sacramento, & non spiritualiter tantum. Item idem B. Hieronymus super Leviticum ita dicit: De hac quidem hostia quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet; de hac vero quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet. B ubi notanter dicit, Edere, & nullam mentionem facit de Bibere, & habetur de consecratione distinctione 2. De hac. Item beatus Hieronymus in quodam sermone dicit: Singuli autem accipiunt Christum dominum; & in singulis portionibus totus est, nec per singulos comminuitur, sed integrum se præbet in singulis. & habetur de consecratione distinctione 2. Singuli. Item Augustinus in epistola ad Irenæum: Christus panis est, de quo qui manducat, vivet in æternum, & de quo ipsemet dicit: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*: & habetur de consecratione dist. 2. Christus. Item in sermone de verbis domini, & habetur in glossa 1. ad Cor. 10. Non ergo timeamus, fratres, manducare panem istum, ne forte C sumamus, id est, consumamus illum, & postea quod manducemus non inveniamus: manducatur Christus, vivit manducatus, quia surrexit occisus, nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodum manducent carnem vel corpus Christi. Et super psalmo 10. idem dicit: Iudæi pascebantur tamquam de cœna domini, & nos de cruce domini pascimur, quod corpus ipsius manducamus. Ecce August. in prædictis omnibus solum mentionem facit de pane, & nullam de potu. Item Hilarius dicit, & habetur de consec. dist. 2. Si non sunt tanta peccata ut quis excommunicetur, non se debet a medicina corporis domini nostri Iesu Christi separare. Item idem de Trinitate, D & habetur de consec. dist. 2. In Christo Pater, & Christus in nobis est, unum in his esse nos faciat. Si vero carnem corporis nostri Christus assumpsit, & vere ille homo qui ex Maria natus fuit, Christus est, nosque vero sub mysterio carnem corporis ejus sumimus, & per hoc unum erimus, quia Pater in eo est, & Christus in nobis. In quibus similiter Hilarius de potu nullam facit mentionem. Quid plura? longum esset narrare antiquorum sanctorum doctorum dicta, per quæ videntur omnia innuere sufficientiam communionis sacræ sub una specie. Sed jam oculos nostros dirigamus ad doctores posteriores, qui tamen nos & hanc novitatem per plura centena annorum præcesserunt, quorum dicta & sententiæ sequuntur in hunc modum.

Cap. 76.

Cap. 77.

Ioan. 6.

Cap. 57.

In glossa hæc fusius habentur. vide de consecratione distinctione 2. c. 70. Iuvitat.

Cap. 15.

Hæc verba habentur apud Augustinum epistola 118. Cap. 82.

Innocentius pontifex.

In primis igitur occurrit antiquissimus doctor & summus pontifex Innocentius in tractatu de officio missæ, particula quarta de sacramento eucharistiæ, capite, Utrum panis sine vino vel e contrario valeat consecrari. Ubi inter cetera ita loquitur: Si vero vinum inveniri non possit, vel aliquo casu defuerit, quæritur utrum necessitate vel casu cogente, sola panis materia possit in eucharistiam consecrari, sicut sub sola panis specie debet eucharistia servari. Et infra concludit: In iis itaque regionibus, in quibus alterutrum inveniri non potest, licite posset alterum sine altero consecrari, minus enim ignorantia, quam necessitas, vel negligentia quam difficultas, excu- A sat. Hæc Innocentius. In quibus verbis hic doctor affirmative ponit primum, quod sub sola panis specie debet eucharistia servari; secundum, quod in iis regionibus, in quibus alterutrum inveniri non potest, licite possit alterum sine altero consecrari, quæ nullo modo possent stare in veritate, si communio sub utraque specie esset de præcepto Christi. Item Alexander de Ales doctor antiquus, solemnis, & profundus in doctrina divina pariter & humana, & sanctæ vitæ, magnæque auctoritatis in tota schola theologiæ, in 4. parte suæ summæ de materia sacramenti eucharistiæ quærit, utrum liceat corpus Christi sumere sub specie panis tantum, sive sub specie vini. Et respondendo ad illud B dubium, dicit quod quia Christus integre sumitur sub utraque specie, bene licet Christum sumere sub specie panis tantum, sicut fere fit a laicis ubique in ecclesia. Quod autem dicit canon, Comperimus, intelligitur de conficiente. Ecclesia autem illud sacramentum dispensare consuevit sub specie panis tantum, tum propter periculum effusionis quod forte accideret, si sub specie vini dispensaretur, tum propter vitium infidelitatis amotionem, quod se non immerito simplicium mentibus ingereret, si semper sub speciebus panis & vini daretur. quia si ita fieret, possent simplices credere, quod Christus non contineretur integer sub altera specie, sicut contigit quandoque: unde aliquibus C religiosis petentibus & instantibus ut sub utraque specie sumerent hoc sacramentum, sacerdote quodam pio celebrante, cum faceret fractionem, concavum patenæ totum visum est repleri sanguine. Ad quod obstupuerunt ipse & circumstantes; sed cum conjungeret sacerdos partes hostiæ, totus ille sanguis visus est reintrare, & sic petitioni & tentationi illorum fuit penitus satisfactum. Et in scripto suo super Ioannem, ubi exponens illud Ioannis 6. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, &c. dicit quod solus sacerdos communicat sanguini. Reliqui vero, scilicet non sacrificantes, communicant corpori. Item Albertus Magnus summus philosophus & maximus theologus sanctæque vitæ, qui & in vita & D post mortem claruit miraculis, in tractatu de corpore Christi dicit: Hoc est quod dicitur 1. Regum 2. in desiderio populi hunc cibum desiderantis: *Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.* Unica enim & singularis pars sacerdotalis est hostia corporis Christi, ad quam populus admittitur ut buccella corporis dominici satietur. Et consequenter subdit figuram unius speciei in tribus satis, dicens: Et hoc est figuratum Genesis 18. ubi dicitur, cum Abraham sederet in ostio tabernaculi sui, vidit tres angelos descendentes per viam, quibus tria sata farinæ similæ commixta parari fecit in subcinericios & azymos panes. Hæc Albertus. per quæ innuit laicos solum ad unam speciem esse admittendos, eo quod de vino nullam facit E mentionem. Item idem Albertus Magnus tenuit & credidit, quod ecclesia posset dispensare cum sacerdotibus, in partibus in quibus vinum non reperitur, quod cum sola hostia possent conficere. Cujus verba in propria forma sunt quæ sequuntur, & habentur in tractatu de officio missæ, circa finem. Ad hoc autem quod quæritur de terris in quibus vinum nullo modo possit haberi, dicendum videtur quod de hoc consultatio ad curiam haberi debeat, quid sit agendum: tamen propter intolerabile damnum animarum, quod incurritur ex sacramenti defectu, videretur mihi esse cum talibus dispensandum, ut corpus Christi sine calice haberent, & conficerent sacramentum. Quia sicut patet per ante dicta,

ANNO CHRISTI 1433.

Alexander de Ales.

Quæst. 11. art. 4.

Albertus Magnus.

Cap. Quod Christus continetur in formis sacramentalibus.

De ritu confectionis ex parte ministri.

corpus

[illegible] is non est sine sanguine, & anima, & deita- A [illegible] quamvis non sit ibi sanguis ex virtute consecrationis sacramenti. Hæc Albertus. Item beatus Thomas discipulus ejusdem Alberti Magni, qui fuit excell[illegible] [illegible], imo potius angelici quam humani [illegible] diligentissimi studii, humillimi judicii, & [illegible] spoliatus inordinata passione, vitæ sanctissimæ [illegible] scientiam suam plus oratione & meditatione, quam studio & lectione a domino promeruit. Quotiens enim sanctus Dei disputare, legere, scribere, vel dictare volunt, prius ad orationis secretum accessit, & inde surgens inveniebat in promptu, quod scriberet vel dictaret, quasi in libro aliquo didicisset. Hic doctor cum quadam nocte orationi insisteret, sancti apostoli Petrus & Paulus ipsum de textu dubio scripturæ propheticæ plenissime instruxerunt, cujus doctrinæ & ipse [illegible] veritas testimonium perhibuit. Nam [illegible] officium [illegible] corporis Christi, & scri[illegible] [illegible] in tertia parte hujus divinissimi sacramenti, orante, ab imagine Christi crucifixi talis vox audita est, Bene scripsisti de me Thoma, quam [illegible] pro tuo labore mercedem? & respondit [illegible] Thomas. Domine, non aliam mercedem [illegible] nisi te ipsum. Audiamus igitur quid talis ac tantus doctor dicat in materia nostra. Ecce ipse in [illegible] parte summæ suæ, quæstione 80. articulo 12. mo[illegible] [illegible] in responsione ad 3. articulum [illegible] dicit: Circa hujus sacramenti usum duo possunt considerari, unum ex parte ipsius sacramenti, aliud ex parte sumentium. Ex parte ipsius sacramenti convenit quod utrumque sumatur, scilicet corpus & sanguis. quia in utroque consistit perfectio sacramenti, & ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare, & perficere nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem sumentium, reverentia summa requiritur & cautela, ne aliud accidat quod vergat ad injuriam tanti mysterii, quod præcipue posset accidere in sanguinis susceptione, qui quidem si incaute sumeretur, de facili posset effundi. Et quia crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senes, juvenes, & parvuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis ut cautelam debitam circa usum hujusmodi sacramenti adhibeant, ideo provide in quibusdam ecclesiis servatur, ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum a sacerdotibus sumatur. Hæc ille.

Ad rationes vero quas adducit in oppositum respondet ut sequitur, & primo ad auctoritatem Gelasii, quæ habetur de consecratione distinctione 2. Comperimus, dicit quod Gelasius papa loquitur quantum ad sacerdotes, qui sicut totum consecrant sacramentum, ita etiam toti communicare debent. Vt enim legitur in concilio Toletano: Quale erit sacrificium, ubi nec ipse sacrificans esse dignoscitur? Ad secundum, de perfectione hujus sacramen- E ti, dicit quod perfectio hujus sacramenti non est in usu fidelium, sed in consecratione materiæ. Et ideo nihil derogat perfectioni hujus sacramenti, si populus sumat corpus sine sanguine, dummodo sacerdos consecrans sumat utrumque. Ad tertium de repræsentatione dominicæ passionis, dicit, quod repræsentatio dominicæ passionis agitur in ipsa consecratione hujus sacramenti, in qua non debet corpus sine sanguine consecrari, potest autem a populo corpus sine sanguine sumi. nec exinde eidem aliquod sequitur detrimentum: quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert & sumit, & sub utraque specie totus Christus continetur, ut supra habitum est. Hæc sanctus Thomas in propriis terminis. Item

idem in postilla super Ioannem dicit: Propter periculum effusionis in aliquibus ecclesiis servatur, ut solus sacerdos communicet sanguini, reliqui vero corpori. Nec tamen est contra sententiam domini: quia qui communicat corpori, communicat etiam sanguini, cum sub utraque specie totus Christus contineatur, etiam quantum ad corpus & sanguinem. Sed sub speciebus panis continetur corpus Christi ex vi conversionis, sanguis vero ex naturali concomitantia. Sub speciebus vero vini continetur sanguis Christi, ex vi conversionis, corpus vero ex concomitantia. Hæc ille. qui & paulo superius declarans, quid intelligat per id quod dicit, In pleris que locis, In quibusdam ecclesiis, dicit, ubi mini- B stri altaris continue & corpori & sanguini communicant. Per quæ verba manifeste declarat quod tempore suo in nulla ecclesia laici communicabant sub utraque specie, nisi solum ministri altaris, & hoc solum in quibusdam, & non in omnibus. Item idem doctor in scripto suo super 4. sententiarum, distinctione 12. sic arguit uno articulo. Communicatio corporis & sanguinis domini æqualiter debetur omnibus membris Christi, sed aliis datur corpus Christi sine sanguine, ergo sacerdos saltem a sumptione sanguinis abstinere potest. Respondet præfatus doctor, quod perfectio hujus sacramenti in utroque consistit, & ideo sacerdos celebrans qui alterum tantum sumeret, imperfecte sacramentum peragerer. Vn- C de te[illegible] sacrilegii secundum canones judicatur, de consecr. dist. 2. cap. Comperimus. Secus autem de aliis, qui istud sacramentum non perficiunt, quia eis subtrahitur sanguis propter effusionis periculum. Vnde & sacerdos in parasceve, quando non consecrat, corpus sine sanguine sumit. Item idem sanctus Thomas in 4. distinctione 12. quæstione 2. in responsione ad 3. articulum primi articuli dicit: Ad tertium dicendum, quod populo non datur sanguis propter periculum effusionis, quia citius una gutta sanguinis laberetur, quam aliqua particula corporis. Vnde ministris altaris, secundum consuetudinem aliquorum, datur participatio sanguinis, de quibus præsumitur quod in talibus magis sint cauti. In lege D etiam veteri de libaminibus nihil habebant offerentes, sed soli sacerdotes, per quæ significabatur cibus hujus sacramenti. Hæc S. doctor. Idem doctor in alio loco dicit quod laicis debet dari simplex vinum, non consecratum, aut aqua, pro ablutione, non tamen propter mysterium aliquod, sed ut laventur ora sumentium ne maneant aliquæ reliquæ eucharistiæ intra dentes vel gingivas, & etiam ut non serventur eucharistia in ore propter maleficium exercendum, ut expertum fuit tempore Ambrosii, quo in truncu apum hostia consecrata per unam mulierem fuit servata & abscondita, ut apes augerentur. Et ulterius dicit, quod sacerdoti semel sufficit in die communicare, aliis autem probatis perfectis sufficit de octava in octavam, communioni autem populo, qui non est magna devotione occupatus, ad minus semel in anno. Et consequenter dicit: Sacerdos porrigens aliis eucharistiam sub una specie, potest illa vel similia verba proferre: Corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in vitam æternam, & non soluni, Corpus domini nostri, & dans vinum simplex pro ablutione, debet vel potest dicere: In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen. Longum esset replicare verba & loca quibus & in quibus dictus doctor hanc veritatem fidei catholicæ ex proposito & intentione prosequitur. Nam in sermonibus de corpore Christi, sermone 29. ad longum spatium, & per medium sermonis, sub tali titulo: Secundo quæritur quare populus

ANNO CHRISTI 1415.

Lection. 7. in 6 cap Ioannis.

Q. art. 3. ad 2.

Simile quid habet Cæsarius Heisterbacensis lib 9. cap 8. & Thomas Cantipratanus lib 2 c. 40

S. Thomas de sacramento sermo 29. & lib 4. c. 16.

ANNO CHRISTI 1433.

non accipiat sanguinem, sicut sacerdos, sub specie vini. Prosequitur respondens & assignans triplicem rationem quam ibidem deducit ad longum. Similiter & in compendio theologicæ veritatis, & in quæstionibus de sacramentis, & in multis aliis locis. Quoad prædictum doctorem pro præsenti dictæ allegationes sufficiant. Item Bonaventura doctorum utique devotissimus, & sanctæ vitæ, profundæque scientiæ & doctrinæ, qui etiam miraculis claruit, distinctione 11. quarti summarum dicit: Duo sunt circa hoc sacramentum consideranda, primum est ejus efficacia, secundum ejus significantia, & sic aliquid potest esse de integritate vel de perfectione hujus sacramenti dupliciter. Vno modo quoad efficaciam, (scilicet illud quod ex parte sacramenti requiritur ad totalem efficaciam ejus) & sic neutra species est de integritate sacramenti, sed quælibet, quantum est ex opere operato, sufficit sine alia ad causandum totalem sacramenti effectum. & hoc ideo, quia efficacia sacramenti non est ratione signi, sed ratione contenti sub sacramento: idem autem per omnia continetur sub utraque specie & secundum eumdem modum existendi. nec plus sumit qui sumit utramque speciem, quam qui sumit alteram tantum, ut dicit Magister distinctione 11. quarti. Vnde sicut sub speciebus panis est totus Christus cum corpore, anima, sanguine & deitate, ita sub speciebus vini est totus Christus cum omnibus eisdem & secundum eumdem modum existendi: quia sicut sub speciebus panis deitas est unita humanitati, sic sub speciebus vini: & sicut hic anima informat corpus, ita & ibi: & sicut hic sanguis est inclusus inter venas corporis, ita ibi sub speciebus vini: & ita in modo existendi nulla est diversitas hic & ibi, quamvis in conversione sit diversitas, quia panis convertitur in corpus tantummodo, & cetera sunt ibi concomitanter. Alio modo aliquid est de integritate sacramenti, quantum ad omnem significationem, scilicet illud quod requiritur ad totalem & completam illius sacramenti significationem: hoc modo ambæ species sunt, & quælibet illarum est de integritate & perfectione sacramenti, eo quod per ambas & per nullam earum seorsum sufficienter & complete exprimitur hujus sacramenti significatio. quod sic patet. Hoc sacramentum significat Christum, ut nutrimentum perfecte reficiens se digne communicantes sacramentaliter, sed cum perfecta refectio corporalis ut communiter seu sine miraculo non fiat in pane solo, aut in vino solo, sed in utroque, non potest una species sola significare Christum ut perfecte reficientem, sed una significat eum per modum cibi reficientis, ratione corporis sui, & alia per modum potus ratione sanguinis, ambæ vero simul hoc complete significant. Quare requiruntur ad integritatem significationis hujus sacramenti. Et dicit notanter, Vt communiter, seu sine miraculo: quia in satietatibus Christi, quibus plura millia quinque panibus & duobus piscibus satiavit, populus plene ac perfecte fuit refectus sine potu, tunc ad argumentum primum respondendo dicit: Etsi totum in utraque specie contineatur, non tamen alterum perfecte significatur. & ideo fideles perfectum sacramentum recipiunt, quia ad efficaciam recipiunt. Sed quantum ad significationem, sufficit quod ecclesia facit in eorum præsentia. Subdit: Nec oportet quod ipsi recipiant sub speciebus vini propter periculum effusionis & erroris. Hæc Bonaventura. Item Petrus de Tarentasia doctor excellentissimus, summus Romanorum pontifex, & sanctæ & devotæ vitæ dist. 11. quarti. Cum enim in hoc sacramento sit ratio signi, scilicet significatio pertinens ad sapientiam, & ratio

S. Bonaventura.

Quæst. 2.

Petrus de Tarentasia.

A causæ seu causalitas pertinens ad gratiam; & quia gratia est omnibus necessaria, ideo omnibus traditur sub una specie perfectione causativæ gratiæ. Sub qua cum majori cautela sive reverentia potest tradi. Sed sapientia non est sic omnibus necessaria, ideo a solis majoribus, id est presbyteris vel ministris altaris, sumitur sub utraque specie, quia majorem cautelam & reverentiam reservare sciunt. Hæc ille. Item Richardus de Media-Villa doctor profundus & magnæ auctoritatis in scholis, distinctione 11. quarti dicit: Communiter non debet hoc sacramentum populo tradi sub utraque specie propter periculum effusionis sanguinis, & etiam propter periculum erroris, ne scilicet populus communis crederet Christum non esse totum sub utraque specie. Majoribus tamen, in B quibus neutrum prædictorum periculorum probabiliter timetur, sub utraque specie dari potest, non tamen minorem efficaciam recipiunt illi quibus datur sub altera specie tantum, quam illi quibus datur sub utraque, eo quod sub utraque specie totus Christus continetur. Sumptio tamen sub utraque specie facit ad expressiorem mysterii significationem. Item Nicolaus de Lyra, in expositione sacrarum literarum meo judicio post antiquos doctores excellentissimus & bonæ vitæ, tractans illud Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c dicit: Non intelligendum quod hoc sacramentum sub utraque specie fidelibus sit exhibendum, sed tamen hoc modo a sacerdote sumendum: licet enim in primitiva ecclesia populus sub utraque C specie communicaret, tamen postea proinde ordinatum est, ut non communicet sub specie vini propter periculum effusionis, & quia sub specie panis accipitur quodammodo sanguis, in quantum ibi continetur, quia sub utraque specie est totus Christus, tamen aliter & aliter, quia sub specie panis est vera caro Christi virtute sacramenti, cetera vero sunt ibi per concomitantiam: & eodem modo sub specie vini est sanguis Christi ex vi sacramenti cetera vero concomitative: & ibidem dicit, quod sacramentum eucharistiæ non solum proficit sacerdoti sumenti, sed etiam toti ecclesiæ & illis qui sunt in purgatorio. Cujus ratio est, quia eucharistia non est tantum sacramentum, sed etiam est sacrificium ecclesiæ, in quantum D continet Christum passum, & ideo proficit omnibus fidelibus: Si sumatur alio modo, sicut a laico, tunc proficit sibi soli sumenti, quia officium ejus non est offerre sacrificium sed tantum sumere sacramentum. Et super illud apostoli 1. ad Cor. 11. *Probet autem seipsum homo*, dicit idem: Hic fit mentio de duplici specie, nam in primitiva ecclesia sic dabatur fidelibus, sed propter periculum effusionis sanguinis modo datur tantum sub specie panis. Sacerdos tamen celebrans accipit sub utraque specie, non tantum pro se, sed pro aliis. Hæc ille. Item dominus Petrus de Palude, patriarcha Hierosolymitanus, doctor utique magni ingenii & profundæ scientiæ & sanctæ & devotæ vitæ in 4. sententiar. distinctione 11. sic dicit: Secunda conclusio est, quod non E debet sub utraque specie dari populo, sed solum sub specie panis propter periculum effusionis, sicut olim offerentes edebant de sacrificiis & oblationibus quæ erant in materia solida: sed soli ministri de libaminibus, quæ erant in materia liquida. Græci tamen communicant carni & sanguini, & in quibusdam ecclesiis est consuetudo quod communicent sub utraque specie, nec est peccatum, quia quando mos erat, crimen non erat, & ita caute in illis ecclesiis sive monasteriis faciunt, quod nihil effundant: sed si vulgo indifferenter daretur, esset majus periculum. Item Scotus, qui præ altitudine & subtilitate doctrinæ autonomastice nomen doctoris subtilis in scholis obtinuit,

Scotus.

obtinnit, in 4. sentent. dist. 8. io 1. quæst. Vtrum sacramentum a non jejunis possit recipi, dicit in somma, quod sacerdos post consecrationem hujus sacramenti rigidissimum habet mandatum ecclesiæ ad hoc ut percipiat utrumque, laicus autem non habet al quod mandatum ecclesiæ ad hoc ut percipiat utrumque. ergo non est necessitatis. Hæc ille. Item Thomas de Argentina doctor valde profundus & magnæ auctoritatis in scholis, supra 4. dist. 8. dicit: Sicut sacerdos in die parasceves celebrando non debet uti vino consecrato ex statuto ecclesiæ, sed sola hostia reservata in præcedente die, nec obligatur ad consecrandum & sumendum sanguinem sub specie vini tali die, sic nec laica persona post communionem corporis Christi tenetur ad sumptionem sanguinis, sed potest sumere vinum non consecratum. Hæc ille, & idem in alia quæst. dicit: Licet in passione domini sanguis fuerit separatus a corpore usque [illegible] ani qu[illegible] surrexit a mortuis. Et si in medio tempore fuisset consecratum corpus Christi, fuisset corpus sine sanguine, & si calix fuisset consecratus, sanguis fuisset sine corpore, & post resurrectionem sanguis est unitus corpori, & in sempiternum sic manebit, & propter hanc unionem realem sanguinis & corporis Christi sub utraque specie panis & vini, recipiens habet totum corpus Christi & totum sanguinem. Ideo communi populo, secundum consuetudinem Romanæ ecclesiæ, veritas corporis & sanguinis Christi datur sub specie panis tantum, & hoc propter periculum distillationis sanguinis, quod posset accidere si sub specie vini rudi & impetuoso populo traderetur sacramentum. Et consequenter arguit pro utraque specie sic: Sanguis per modum potus solum datur sub specie vini: igitur cuilibet Christiano sanguis Christi debet dari sub specie vini, ne privetur vita spirituali: Respondetur: Cui datur corpus Christi, illi datur spiritualis perfectio per modum cibi & potus, quantum ad rem significatam, licet non quoad speciem significantem. Et consequenter arguit: Omnis ordinata refectio de communi lege, & sine miraculo, datur per modum cibi & potus: Respondetur, quod qui digne recipit corpus Christi sub specie panis, vere manducat ejus carnem & bibit ejus sanguinem, quamvis hoc non fiat ita sub proprio signo expresso, sicut si reciperet illud sub speciebus vini. Nam Christus sub speciebus panis est animæ spiritualis cibus & potus. Hæc ille. Item ibidem arguit sic: Si sub speciebus panis haberetur sanguis Christi, tunc in vinum iterum sacerdos consecraret sanguinem calicis. consequentia tenet, quia frustra ordinatur alius actus ad habendum quod de facto habetur realiter. Respondetur, quod ideo distinctim & divisim debet fieri consecratio sanguinis, ut expresse significetur, quod in Christi passione sanguis per effusionem fuerit separatus a corpore. ergo quamvis sanguis Christi concomitanter sit sub speciebus panis, sub quibus corpus est unitum sanguini ex vi sacramenti, propter tamen dictam significationem idem sanguis ex vi sacramenti est sub speciebus vini, & corpus concomitanter. & ideo non est frustra, quia ille actus qui ordinatur ad sanguinem, est alius ex vi verborum sacramenti panis. Hæc ille. Ad idem est Hugo primus postillator totius Bibliæ, similiter Gorra, & pene quotquot scripserunt super euangelia, aut super sententias. Item quidam doctor Anglicus solennis & valde profundus, dictus Fiscare, super 4 dist. 11 ita dicit: Quæritur, inquit, quare non datur populo corpus Christi sub speciebus vini sicut sub specie panis, vel simul sub utraque? Responsio: Multiplex assignatur ratio: Vna, quam tangit Iulius papa

A de consecratione dist. 2. Alia est propter periculum. facilius enim elaberetur gutta quam hostia. Tertia, quia in lege & in sacrificiis offerebantur libamina, de libamine autem nihil habebant offerentes, sed tantum sacerdotes, licet de sacrificio haberent. & ideo ut innotescat congrua veritatis significatio de sacrificio, scilicet de corpore Christi sub specie panis, datur populo, sed sub specie libaminis, non. Hæc ille. Quid plura? longum esset omnes doctores theologos hoc in loco enumerare, & uniuscujusque propriam sententiam in hac nostra materia replicare. Sed jam ad doctores juris canonici accedamus, quorum sententias breviter perstringemus. Ecce glossa ordinaria distinctione 2. de consecratione cap. Presbyter, super verbo, Eucharistiam

B semper habeat paratam: ita dicit: Sanguinem non præcipit servare, quia opus esset nimia cautela in eo servando. Item eadem glossa de eodem 3. cap. Comperimus, super verbo, Aut integra, dicit: Et hoc intelligo de conficiente. Nam infirmus vel sanus in necessitate sine vino corpus sumere potest. Ad quod confirmandum adducit dicta glossa tres solennes doctores & antiquos, videlicet Hugolinum, Laurentium, & Ioannem, ut patet ibidem. Item Archidiaconus in eadem dist. cap. Presbyter, addit ad glossam præallegatam, dicens: Addere præterea non opus est, quia ubi est corpus, ibi est sanguis. Item idem Archidiaconus in capite, Comperimus, hanc materiam ex dictis Petri de Tarentasia, hoc modo

C declarat: Dic ad hujus declarationem quod in hujusmodi sacramento est ratio signi & ratio causæ; significatio pertinet ad sapientiam, sed causalitas ad gratiam. Quia ergo gratia communiter omnibus necessaria est, sed non sic sapientia, efficacia vero æqualis est sub utraque, sed non significantia, ideo omnibus traditur sub altera specie, in qua potest tradi cum reverentia & cautela majori. A majoribus vero tantum, id est, presbyteris, & ministris sumitur sub utraque specie. Hæc Archidiaconus. Ad idem est Ioannes in summa confessorum, & Hostiensis in summa sua. Item Rudolfus in pastorali novello in metris de hac eadem materia loquens, ita dicit:

D

Hic & ibi cau ela fit hæc, ne presbyter ægris
Aut sanis tribuat laicis de sanguine Christi.
Nam fundi leviter posset, simplexque putaret
Quod non sub specie esset Iesus totus utraque.
Sed facit hic aliter no[illegible] itat m[illegible] atria mater.

ATTENDANT igitur quæso oppositum hujus veritatis tenentes, & libera ratione dijudicent, qua pars habeat doctores ex proposito & intentione in materia loquentes potiores in conditionibus superius enumeratis, in quadam suppositione generali. Cum parabitur ne quidam Iacobellus, primus universalis consuetudinis ecclesiæ effractor, & primus hujus novitatis in regno Bohemiæ inventor, in perspicuitate ingenii, in excitatione studii, in humilitate

E judicii, in immunitate vitii & passionis, in sanctitate vitæ, in revelationibus & inspirationibus divinis, in intellectu divinarum scripturarum, in perceptione divinæ voluntatis, in cognitione veri, præfatis tot & tantis sanctissimis & profundissimis doctoribus, in quorũ doctrina & vita fulget ecclesia ut Sol & Luna? Vbi quæso præfati Iacobelli miracula vitæ sanctitatem testantia? Vbi gradus magistralis seu doctoralis, vel potius scripta & opera sufficientiam doctrinæ suæ declarantia? Mira res utique & non mira. Non mirum quidem quod unus homo detur in reprobum sensum, sed mirandum quod post se trahat innumeram multitudinem fidelium; mirandum utique & dolendum, quod tam gloriosum & notabile regnum, derelicta universalis ecclesiæ consuetudine,

ANNO CHRISTI 1433.

Doctores juris canonici.

Cap. 19.

Cap. 12.

ANNO CHRISTI 1433.

unius hominis novitatem sequi voluerit. Ecce tot doctores, tam sanctissimos in vita, & tam in doctrina & scientia divinarum scripturarum profundissimos, qui ex proposito & ex intentione atque in propriis terminis sole clarius nostram declarant & determinant sententiam, adduxi, & adduco in medium; det mihi magister Ioannes, sive pars adversa, a tempore quo Christus hoc instituit sacramentum, usque in præsentem diem, unum doctorem fidelem & catholicum, qui ex proposito & ex intentione moverit in libris, aut scriptis, sive in dictis suis, hanc quæstionem in forma sive in sententia: Utrum in communione laica utraque species panis scilicet & vini sit de necessitate salutis, & de præcepto Christi: & qui determinet pro parte adversa, contra tot, tantos, & tam sanctissimos viros, & in divinis scripturis doctores profundissimos, in loco præsenti per me adductos, & offero me ad subeundam omnem pœnitentiam & pœnam corporalem dictandam & infcrendam per hoc sacrosanctum generale concilium in Spiritu sancto legitime congregatum. Nec apud partem adversam dicti sancti doctores per me hic inducti pro præsenti, & quorum libri hic in oculis omnium fuerunt revoluti, possunt aut debent haberi suspecti quoquo modo, cum omnes per longa annorum spatia hanc novitatem præcesserint, alii pene per ducentos annos, imo per plures, ut Innocentius. Alii fere per ducentos, ut Alexander de Ales, Albertus Magnus, sanctus doctor Bonaventura. Alii per centum quinquaginta, & alii per centum, & nullus est qui ad minus non præcesserit per quinquaginta annos, quorum utique vita & doctrina etiam in regno inclyto Bohemiæ, & in universitate Pragensi ante hoc disturbium claruit, & in magna veneratione habiti sunt.

Probatur hæc veritas rationibus.

Secundo principaliter prædicta veritas rationibus quibusdam persuaderi videtur, ex suppositione fidei ecclesiæ & doctrinæ sanctorum. Et primo sit prima

Prima.

ratio: Omnis substantia habens omnem perfectionem & virtutem sub uno accidente, sicut sub pluribus, & nihil perfectionis aut virtutis sive effectus ab accidentibus capiens, dum talis substantia sub uno accidente accipitur, non est necesse quod sub pluribus capiatur, sine Christi præcepto vel statuto ecclesiæ. Sed Christus est substantia omnem perfectionem & virtutem habens & continens sub uno accidente, id est, sub specie panis vel etiam sub specie vini; igitur si accipitur sub uno accidente scilicet panis, non est necesse quod capiatur sub pluribus, nisi obstaret Christi præceptum vel ecclesiæ statutum. Major patet per illud octavi physicorum, ubi dicitur quod peccatum est fieri per plura, quod competenter potest fieri per pauciora. Nec hoc etiam est de præcepto Christi, nec pro nunc de statuto ecclesiæ. Minor etiam patet, quia si Christus non haberet omnem perfectionem sub uno accidente sicut sub alio, tunc Christus sub uno accidente non esset perfectus, & quod ab accidentibus aliquam acquireret perfectionem, quod nullus sanæ mentis dixerit. Secunda ratio: si sacerdotibus quandoque congruit communicare sub una specie tantum, sine peccato, tunc a fortiori laicis. Sed de facto sacerdotibus in sexta feria parasceves ex statuto ecclesiæ congruit, sicut præmittitur, communicare; igitur & laicis. consequentia tenet per regulam topicam, Si illud quod minus videtur inesse, & inest, tunc & illud quod magis. Statuit autem Innocentius papa eucharistiam a die cœnæ reservari sub specie panis pro fidelibus communicandis & ad implendum officium sequentis diei, in quo sacramentum non conficitur. Ratio autem a doctoribus assignatur, quia

Secunda.

in prædicta sexta feria sanguis fuit effusus de corpore domini, & divisus a corpore realiter, unde non oportet illa die quæ ex * se tetum toto officio prædictam divisionem commemorat, per hujusmodi species visibiles designari. Quapropter & eadem die sacerdos sumit sacramentum tantummodo sub specie panis ad refectionem potius in persona totius ecclesiæ, quam ad significationem. Item quia sicut in veteri lege in secundo tabernaculo, quod dicebatur sancta sanctorum, semel in anno solus pontifex intrabat, non sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia, ut ait apostolus ad Hebræos 9. sic ad ostendendum quod ea die solus noster summus sacerdos dominus Iesus Christus intravit per proprium sanguinem, de quo apostolus ibidem: *Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa*, nullus ea die celebrat. unde Rabanus de institutione clericorum cap. 67. In hac die sacramenta penitus non celebrantur, sed eucharistiam in cœna domini consecratam, peracto officio lectionum & orationum, & sanctæ crucis salutatione, resumunt. Tertia ratio: Si prædicta communicatio laica sub utraque specie esset de necessitate salutis, sequeretur quod omnes sacerdotes & laici a tempore quo hujusmodi communicatio sub una specie ortum habuit, peccassent mortaliter, & per consequens quod essent damnati. quod est error manifestus, quia sic sanctus Ambrosius, Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, & alii innumeri sanctissimi patres essent damnati; quod piæ aures exaudire perhorrescunt. Assumptum probatur: primo de sacerdotibus quidem, quia obligabantur populo ministrare hoc sacramentum sub utraque specie, ex divino præcepto, & hoc facere neglexerunt, imo facere noluerunt, & sic populum privaverunt jure suo, quod habuit in tali sacramenti perceptione, & impediverunt salutem ipsorum. quod non potuerunt sine gravi & mortali peccato facere. Si enim spoliare honore, aut rebus, aut jure quod habet in aliqua possessione, esset peccatum mortale, quanto magis spoliare quemquam salute & jure suo in perceptione tantæ rei? Item non solum sacerdotes non ministrabant aut subtrahebant populo tantum sacramentum, sed etiam docebant populum quod licitum esset sic sub una sola specie communicare, nec timebant aliter. Et in hac supposita adversariorum opinione pro veritate docebant errorem contra divinam legem, & faciebant sibi gregem commissum in tam magnis & arduis rebus periculosissime errare, quod utique facere non poterant sine gravissimo peccato mortali: Sicut si prælatus doceret gregem sibi commissum quod fornicari esset licitum, aut se ipsum propria auctoritate indifferenter vindicare, & similia, quæ omnino erronea sunt. Similiter laici, si fuissent obligati ad utramque speciem, peccassent mortaliter non faciendo diligentiam, nec petendo id quod sibi ad salutem competebat. Sicut non excusatur laicus si non sit baptizatus, nec petit baptizari, quia quilibet tenetur diligentiam facere ad habendum id sine quo salvari non potest. Consequentia patet similiter. Omnis enim qui peccat mortaliter, nec saltem in extremis positus conteritur & confitetur, is profecto inter damnatos computatur. Manifestum est autem, quod a multis centenis annis a quibus prædicta communio sub una specie introducta est, nullus sanctorum sacerdotum sic laicis ministrantium, sive etiam ipsi laici sic accipientes, contriti sunt aut

Tertia.

confessi

ANNO CHRISTI 1415.

confessi de hujusmodi ritu, quasi peccassent mortaliter, & sic omnes essent damnati, & per consequens omnes patres nostri, & Bohemorum, & qui nos & eos in regno Bohemiæ præcesserunt, essent damnati & æternis ignibus & pœnis deputati, quod nec ipsi, nec aliquis sanæ mentis assereret. Et sic ulterius pro hujusmodi & taliter defunctis non esset orandum, nec alia suffragia essent pro eisdem facienda, & per consequens prædictam communionem sub utraque specie asserentes pro parentibus eorum orare non deberent, nec aliqua alia pietatis opera exercere, quod credo non solum apud nos catholicos, sed etiam apud ipsos adversarios impium esset asserere, & audire. Nec sufficit dicere, quod prædecessores salvati sunt per unam speciem, quia notitiam scripturarum non habuerunt, sed jam ex quo scripturæ apertæ sunt & revelatæ, non sufficit sub una specie tantum, sed sub duabus communicare, quia nullus excusatur per ignorantiam alicujus quod de necessitate scire tenetur, & specialiter, cum ea quæ credenda sunt explicite, expresse in sacra scriptura sunt posita, ignorans enim ignorabitur. Et sequeretur quod eadem de causa omnes pagani & infideles essent salvandi: patet, quia ignorant baptismum esse de necessitate salutis, mandata Dei, articulos fidei, sacramenta & alia quæ in ecclesia sunt de necessitate salutis, & dicuntur esse. Item omnes persequentes & obsidentes Christianos, propter nomen Christi, putantes se obsequium præstare Deo, essent immunes a peccato, quia propter ignorantiam putant se bene facere, de quorum numero quandoque fuit Paulus apostolus, qui de seipso ait 1. ad Timotheum 1. *Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Vbi manifeste dicit se fuisse blasphemum & contumeliosum, licet ignoranter fecerit, & nisi fuisset misericordiam consecutus, utique ignorantia non excusasset eum. Similiter si prælatus doceret populum suum, quod Christus non esset Deus, sed pura creatura, & populus crederet, sic certe non excusaretur a gravi peccato: sic etiam ignorans fornicationem esse prohibitam lege divina, non propter hoc, si fornicatur, excusatur a peccato mortali. Ad confirmationem hujus facit illud evangelii: *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* Oportet ergo eos de necessitate fateri, aut quod patres & antecessores eorum in regno Bohemiæ, qui fuerunt per multa centena annorum ante ipsos, cum ignorantia non excuset eos, damnatos esse, aut quod ipsi harum novitatum inventores erant, & per consequens damnentur, si pertinaciter agant. Et præterea scripturæ, de quibus adversarii gloriantur se noviter intellexisse, ante multa centena annorum a sanctis patribus sensum Christi, secundum apostolum, habentibus in se, lectæ & optime expositæ atque intellectæ fuerunt, nec non & optimo fundamento stabilitæ, & per singola studia affirmatæ & approbatæ, qui si necessitatem hujusmodi communicationis sub utraque specie in his scripturis cognovissent, utique statuto ecclesiæ fuisset hujusmodi communicatio assignata, cujus oppositum apparet manifeste. Non enim verisimile est tam sanctissimos viros & sapientes, atque totam ecclesiam, per tam grande annorum spatium, tam damnabiliter errasse, & hodie in errore persistere, cum ipsa a Spiritu sancto regatur, qui eam non sinit errare, in his potissime, quæ necessaria sunt ad salutem, ut infra manifestissimis testimoniis approbabitur. Præterea si prædicta communio sub utraque specie fuisset sub præcepto, sequeretur quod Deus præcepisset aliquid impossibile aliquibus; consequens falsum, quia derogat divinæ pietati: unde Hieronymus excommunicat, imo verius excommunicatos denuntiat in quadam epistola, omnes qui dicunt Deum aliquid impossibile præcepisse: consequentia tamen patet, quia multi homines sunt qui naturaliter nec bibere, nec odorari vinum possunt, & per consequens nec sub speciebus vini possent communicare. Si ergo antecedens esset verum, sequeretur, quod omnes hujusmodi essent in statu damnationis, quod nullo modo est dicendum, quia propter inexistentiam a natura nullus est vituperandus, ut dicit Aristoteles in ethicis. Idem etiam accidit de multis infirmis, qui sub una, vel sub alia specie eucharistiam sumentes, ipsam deglutire non possunt, & si deglutiant, tamen retinere non possunt, sed potius evomunt. Vnde aut impie aut improvide Christus suum corpus & sanguinem sub duplici specie sumendum præcepisset. Impie quidem, quia multi contra naturam & sine causa damnarentur; improvide autem, si nescivisset hujusmodi casibus providere, quod de omnisciente & Sapientia Patris nullo modo est suspicandum. Item ad solos sacerdotes pertinet offerre sacrificium, secundum illud ad Hebræos 8. *Omnis enim pontifex ad offerenda munera & hostias constituitur.* Sed vinum & sanguis nunquam offerebatur nisi in sacrificio per manus sacerdotum in lege veteri, ergo ratione correspondentiæ figuræ ad figuratum, nec in nova lege debet offerri vinum, quod sanguinem repræsentat, nisi in sacrificio per sacerdotes. Item Augustinus in libro qui intitolatur contra epistolam Manichæi, quam vocant Fundamentum: Id autem scientia & voce securum est asserere, quod in gubernatione ecclesiæ Dei salvatoris nostri Iesu Christi universalis ecclesiæ consensione roboratum est. Cum igitur communio sub una specie consensione universalis ecclesiæ roborata sit, ut patet de superius inductis, scientia utique & voce illam asserere & tenere securum est, & oppositum omnino inde insecurum. Item beatus Hieronymus scribens symbolum fidei ad Damasum papam, ita inquitur: & habetur 24. quæst. 1. Hæc est fides, papa beatissime, quam in catholica ecclesia didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus, in qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri fidem & sedem tenes. Si autem hoc nostra confessio apostolatus tui judicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, sed hæreticum comprobabit. Item idem gloriosissimus Hieronymus eisdem & causa & quæstione, capite, Quoniam vetusto; loquens ad Romanum pontificem dicit: Ego nullum prævium nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri, communione consocior, super illam petram ædificatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noæ arca non fuerit, peribit regnante diluvio. Et in fine capituli subdit: Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit. Qui Christi non est, antechristi est. Ex prædictis gloriosissimi Hieronymi auctoritatibus bene pensatis & intellectis concludat ratio uniuscujusque quid sequatur.

Matth 15.

Aristoteles.

Augustinus

Cap. 13.

POSTREMO licet prædicta sufficiant ad prædictam communionem veraciter confirmandam, & specialiter ecclesiæ consuetudo, atque sacrorum conciliorum, quæ errare non possunt, statutum & ordinatio: nihilominus ad majorem veritatis manifestationem & ad convincendum contumaces, motiva aliqua ex plurimis, quibus sancta mater ecclesia hunc ritum introduxit, bene & laudabiliter continuavit, hodieque

Motiva quibus ecclesia catholica hunc ritum introduxit & continuat.

ANNO CHRISTI 1433.

hodieque continuat, & observat, sunt inducenda. A

Primum.

Et primum quidem est, ut evitetur periculum distillationis & effusionis sanguinis domini nostri Iesu Christi, quem tractare est valde periculosum, propter specierum naturalem fluxibilitatem, quæ possent effundi de facili, præsertim cum in multitudine frequenter fiat pressura, & multi sæpe ad communionem veniant homines tremuli, barbari, infirmi & parvuli, circa quorum sacramenti sumptionem multa possent & gravia pericula imminere, & per consequens peccata, quæ non de facili possent evitari. Quale autem sit peccatum effusionis & distillationis sanguinis domini nostri Iesu Christi, ostendit Augustinus lib. 5. hom. 26. & habetur 1. quæst. 1.

Cap. 94.

B Interrogo vos fratres, dicite mihi, quid plus esse viderur vobis, verbum Dei, an corpus Christi? Si vultis vere respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi: & ideo quanta solicitudine observamus, quando nobis corpus Christi datur, ut nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat, tanta solicitudine observemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro pereat, quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permiserit. Ecce quod Augustinus dicit, quod reus erit, qui sua negligentia corpus Christi in terram cadere permittit, & oon minus qui verbum Dei negligenter audierit. reus autem est quilibet, qui in gravibus C peccatis delinquit; quapropter & sacerdos qui per negligentiam guttam sanguinis Christi super terram aut pallam fundit, debet pœnitere quadraginta diebus, & palla comburi, & lapis radi, & terra lambi, & in sacratium reponi, ut dicitur de consecratione distinctione 2. Si per negligentiam aliquid de sanguine domini stillaverit in terram, lingua lambetur, tabula radetur. Si vero nō fuerit tabula, ut non conculcetur locus, corradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare recondetur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat, &c. Hæc autem tam dura pœnitentia non imponeretur sacerdoti, si non esset valde grave peccatum. D Si ergo per negligentiam cadente sanguine terra lambi, & tabula radi debet, & post ad ignem projici rasura ut comburatur: quanto magis pepla mulierum, & barbæ virorum Christi sanguine madidatæ deberent comburi, eo quod ea proposito & sine necessitate, ac irreverenter sic Christi sanguine perfunduntur? Si etiam sacerdos qui sic negligens repertus fuerit, tam dure puniendus est, ut per quadraginta dies pœniteat, quanto magis personæ laicæ puniendæ sunt? & si non magis aut æque, nihilo minus graviter puniendæ venient pro hujusmodi excessibus, & irreverentiis commissis. quam utique punitionem & pœnitentiam cum magna difficultate laici facere possent, & utique absque causa & necessitate. Cavendum ergo fuit ecclesiæ, & summa diligentia procurandum, ut rudis populus non exponeretur gratis tam gravibus periculis peccatorum & pœnarum. Ex quo decreto Pii papæ, manifestissimo signo conjecturari potest, quod consuetudo unius speciei est antiquissima. Nam hic Pius papa fertur fuisse decimus post beatum Petrum pontifex in ecclesia Romana, ut refert Augustinus in epistola ad Generosum, & sedit in cathedra Petri circa annum domini centesimum quinquagesimum tertium. qui absque dubio si fuisset tempore suo consuetudo utriusque speciei, ita bene providisset circa effusionem sanguinis, quæ contingeret aut posset contingere in sumptione

Epist. 167.

A laicorum, sicut providit circa pericula, quæ non contingunt in ministratione ministrorum sive sacerdotum; imo amplius & diligentius, in quantum laici, mares & feminæ, senes & juvenes, infirmi, & alii sunt minus cauti, & minus circumspecti atque discreti in tractando divina mysteria, quam sint ministri ad hoc specialiter deputati. Aut igitur adversarii producant tam antiquum decretū, quod sciant provisionem circa hujusmodi pericula laicorum facere, quod non facient in æternum, aut fateantur nobiscum antiquitatem consuetudinis unius speciei, ex hoc decreto provisionem faciente in periculis contingentibus circa effusionem sanguinis per ministros, sicut etiam fit in alio decreto ex concilio Aurelianensi de custodia corporis Christi, nulla facta B mentione de sanguine, aut de specie vini, & habetur de consecratione distinctione 2. cap. Qui bene: ubi ita concilium determinat: Qui bene non custodierit sacrificium, & mus vel aliud aliquod animal comederit, quadraginta diebus pœniteat. Ex quo decreto similiter patet, quod sola hostia sive eucharistia servabatur sine sanguine: Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars ceciderit & inventa fuerit, triginta dies pœniteat. Ex quo decreto similiter patet, quod sola hostia sive eucharistia servabatur sine sanguine, quia indubitanter, si sanguis fuisset præceptus servari, multo major cautela fuisset adhibita in custodiam illius, quam in custodiam hostiæ, cum sit majoris periculi ad custodiendum. Quo- C circa sanctus doctor tertia parte summæ suæ dicit, quod circa usum hujus sacramenti duo possunt considerari, unum ex parte ipsius sacramenti, aliud ex parte sumentium. Ex parte sacramenti, convenit quod utrumque sumatur, scilicet corpus & sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare & perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem sumentium requiritur summa reverentia & cautela, ne aliquod accidat quod vergat in injuriam, aut in irreverentiam tanti mysterii, quod præcipue posset accidere in sanguinis sumptione, qui quidem si incaute D sumeretur, de facili posset effundi. Et quia crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senes, & juvenes, & parvuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis, ut cautelam debitam circa usum hujus sacramenti adhiberent, ideo provide in quibusdam ecclesiis observatur, ut sanguis sumendus oon detur populo, sed solum a sacerdote sumatur. Secundum, propter infirmos, pro quibus deberet sanguis sub speciebus vini in sacratio reservari, circa quem multa horribilia possent contingere. Nam de facili congelaretur, vel in acetum transmutaretur, & ita corrumperetur sacramentum, & sic acetum purum pro sanguine Christi daretur fidelibus, & sic de facili idolulatria committeretur; in æstate etiam de facili vermes aut musculæ in eo oriE rentur, etiam quantumcumque vas clausum custodiretur, unde fieret abominabile sumentibus ad bibendum. & multa alia quæ non possunt exprimi. Similiter in portando ad infirmos ad longum spatium sanguinem, multa possent occurrere pericula & intervenire, sive eques sacerdos ipsum portaret, sive pedes, ut tempore pluviarum, glaciei, & multis aliis modis. Tertium propter vitare errores, ne videlicet populus communis, qui tantum judicat secundum sensum, credat Christum non esse totum sub una specie, sicut multi hæreticorum, ut Nestorius & Pelagius, & eos sequentes astruxerunt. Nestorius enim sic sub utraque specie ministravit, existimans quod sub specie panis esset tantummodo corpus

ANNO CHRISTI 1433.

Cap. 54.

Secundum motivum.

Tertium motivum.

Anno Christi 1413.

corpus Christi sine sanguine, & sub specie vini sanguis sine corpore, quia sic in parasceve sanguis fuit divisus a corpore, & e converso; quod omnino falsum est & hæreticum; quia licet in parasceve ita fuerit, & sic in hoc sacramento, si eadem die fuisset celebratum, sic fuisset ut asserit, propter mortem, qua & anima & sanguis separabantur ab invicem, & a corpore, non tamen nunc ita est, quia Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, & per consequens nec sanguis ab ipsius corpore separatur. Pelagius vero & ipsius sequaces dictis salvatoris innitentes: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, &c. dederunt laicis sub utraque specie, & etiam parvulis statim post baptismum: & si speciem panis sacramentalem non possent sumere, B dicebant quod debebat conteri cum sanguine, & sic infundi in ora puerorum; & si fortasse quippiam ejecissent, dicebant illud esse comburendum, innitentes illi scripturæ Exod. 12. *Si quid residuum fuerit, comburetis.* Multi etiam ita extensive hunc textum acceperunt, ut ultra Pelagianos non solum ministrarent vivis utramque speciem, sed etiam defunctis, ut refert venerabilis Beda in homilia super Matthæi 26. capite. Datur ergo non conficientibus sub una specie, ut evitentur prædicti errores, ut videlicet Christus non credatur in hoc sacramento divisus secundum divisionem specierum, sed quod sub altera totus sit & integer, contra id quod Nestorius asserebat; & ne credatur illud C dictum Christi necessitatem inducere absolutam, ut Pelagius asseruit, ita ut etiam pueris usu rationis carentibus, & aliis amentibus dari deberet, & ministrari, ne forte eis sub diversis speciebus alius & alius Christus crederetur, præcipueque apud illos qui intelligere nequeunt, idem corpus per divinum miraculum sub alienis dimensionibus posse in diversis locis contineri. Quartum motivum. Quartum, ut veritas umbræ & figuræ corresponderet. In veteri enim lege, de libaminibus, per quæ sanguis Christi præfigurabatur, nihil sumebant laici, sed soli sacerdotes, ut prædictum est. Quintum. Quintum, propter honorem & dignitatem sacerdotalis officii: dignum enim & justum est, ut characterem & dignitatem sacerdotalem & officium quibus a communi populo distinguuntur, D etsi non quantum ad rem & effectum ceteris paribus, in signis tamen dum ministrant & celebrant hoc sacramentum, a ceteris distinguantur, & quadam extrinseca in mysterii hujus oblationis dignitate refulgeant. Vnde quidam doctor dictus Albertus de Padua, in quadam sua quadragesimali homil. in cœna domini, ait: Serm. 4. feria 5. majoris hebd. in ordine 346. Congruit etiam inter ministros ecclesiæ & populum esse differentiam, & ideo populo sufficit esse de corpore Christi: sed ministros oportet esse quasi animam corporis, dirigendo populum subditum, ideo illi corpus tantum, isti etiam sanguinem, in quo est anima, sumunt. Ne etiam crederetur virtus hujus sacramenti æque principalius consistere in sumptione & consecratione. Si E enim laici ad utramque speciem admitterentur æqualiter sacerdotibus, & sub utraque specie communicarent, facile, crescente temeritate & malitia hominum, laici fortasse & mulierculæ possent præsumere aliquid non solum sic sumendum, sed etiam conficiendum. quod quam detestabilis & damnabilis error esset, nullus sanæ mentis dubitat. Finaliter Sextum. ecclesia debuit cessante causa tollere & amovere effectum. Cum enim eucharistiæ sacramentum etiam secundum virtutem nominis, sit sacramentum caritatis, quæ sola celat & operit multitudinem peccatorum, 1. Petri 4. in primitiva autem ecclesia, laicorum caritas efferbuerat in tantum, quod pro Christiano nomine sitiebant, sicut sitit cervus ad aquæ fluvium, effundere sanguinem proprium; & hoc principaliter ex triplici causa. Primo ex vicissitudine amoris, ad quam invitabat apostolus dicens: Philip. 2. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.* Secundo ex recompensatione satisfactionis, prout beatus Petrus hortabatur fideles, dicens: 1. Petr. 4. *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.* Tertio propter exemplum apostolorum quos videbant ultro se passionibus ingerere atque persecutionibus, de quibus dicitur actorum 5. *Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*: in cujus fervoris signum Christo eos ad passionem invitanti, secundum beatum Hieronymum, Matt. 10. *potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* efficaciter responderunt, *possumus*, ex fervore martyrii. His itaque & aliis de causis illa sacra primitivæ ecclesiæ non solum clericorum, sed etiam laicorum caritas, ita eos ad passionem martyrii animabat, ut alter alterum certaret prævenire, decantans cum Propheta: Psal. 115. *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo.* Tunc etenim qui episcopatum desiderabat, non aliud quam martyrium optabat, secundum Gregorium in pastorali: ad quam intentionem dicebat apostolus: 1. Tim. 3. *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Tali igitur devotione & caritate in sanctis laicis existentibus, & persecutoribus omni momento & loco mortem intentantibus, tunc qualibet hora licebat laicis in provocationem & devotionem effundendi sanguinem proprium, bibere de calice altaris sanguinem Christi, & hac in causa & ad propositum loquebatur beatus Cyprianus epist. 57. de lapsis: Iuxta edit. Pamelii epist. 54. Et cum ad hoc fiat eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra adversarios volumus, munimento dominicæ securitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesia poculum domini jure communicationis admittimus? Tunc igitur talis fervor caritatis erat singularis privilegii, apostolo attestante cap. 1. ad Philipp. *Vobis datum est pro Christo non solum ut in eo credatis, sed etiam ut pro illo patiamini*, & secundum Augustinum: Augustinus. Sicut nullus est melior in hac vita introitus quam per baptismum, sic nullus tutior exitus quam per martyrium, in quo sicut in baptismo omnia tolluntur peccata: in cujus mysterium super Christum primum baptizatum, & super Stephanum primum pro Christo lapidatum, cæli leguntur aperti. Cessante illo fervore caritatis & devotionis, & hoc singulari privilegio, quod erat martyrii desiderium, utique cessare debuit & debet hoc, quod in signum illius desiderii dabatur laicis. Nec obstat, quod sacerdotes conficientes sumunt sanguinem; in eis deficiente illa caritate & devotione, de quibus prædictum est, quia non solum pro seipsis, sed pro tota ecclesia, in qua non est exstincta caritas, nec in sempiternum exstinguetur, Deo offerunt sacrificium. Et etiam quia ad ipsos pertinet non solum ad efficaciam sumere, sed etiam ad significationem. Vnde Nicolaus de Lyra super illud Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. dicit: Sacramentum eucharistiæ non solum proficit sacerdoti sumenti, sed etiam toti ecclesiæ, etiam illis qui sunt in purgatorio. Cujus ratio est, quia eucharistia non est tantum sacramentum, sed etiam sacrificium ecclesiæ, inquantum continet Christum passum, &

ANNO CHRISTI 1433.

ideo proficit omnibus fidelibus. Si sumatur alio modo, ut a laico, tunc proficit sibi soli sumenti, quia officium ejus non est offerre sacrificium, sed tantum suscipere sacramentum, & quia etiam apostolis præceptive dictum est: *Hoc facite in meam commemorationem*: per quæ etiam verba in sacerdotes constituebantur, ut patebit. Ex his & aliis motivis, consuetudo & auctoritas ecclesiæ obtinuit, ut non conficientibus tantummodo hoc sacramentum sub specie panis traderetur. Et hæc de positione mea præsenti dicta sufficiant, ad laudem omnipotentis Dei, cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

EXPEDITA divino auxilio positione primæ & secundæ conclusionum propositarum pro veritate catholica, * postergata etiam tertia, quæ ex dicendis dependet, accedo ad ultimam partem præsentis actus, videlicet ad respondendum objectis partis adversæ. Et licet quamplurimum cogitaverim, quem ordinem in respondendo tenere deberem, an ordinem conclusionum mearum, vel suæ positionis, tandem deliberavi potius insequi positionem proponentis, licet ordo doctrinæ & materiæ propositæ exigeret oppositum. In qua responsione tenebo hunc modum, quia ea in quibus convenimus vel differimus, referam breviter, ut hoc venerabile auditorium percipiat tam convenientiam quam differentiam nostram. In primis igitur quoad protestationem quam idem magister nomine omnium suorum proposuit in medium, videtur quod sit insufficiens. Primo quoad credulitatem fidei articulorum. Secundo quoad ecclesiam quam profitetur. Tertio quoad submissionem, qua dicunt se velle summitti correctioni in casu quo deficerent. Quia in prædictis locis solum stant in genere, circa quod latent æquivocationes, ut dicit Aristoteles, non terminantes se ad aliquod certum particulare & determinatum. Nam dicunt se credere articulos fidei ad illum intellectum ad quem benedicta Trinitas & dominus Iesus præcepit & vult credi. Cum enim voluntas benedictissimæ Trinitatis non innotescat hominibus, nisi per scripturas sanctas, quas contingit bene & male intelligi; aut per ecclesiam, quam ipse dominus non sinit errare; vel per revelationem: cum nihil eorum exprimant, patet quod insufficienter articulos fidei profiteutur. Similiter cum dicunt se credere sanctam ecclesiam per totum mundum diffusam, cum multiplex sit varietas in acceptione ecclesiæ per totum mundum diffusæ. Nam multi dicunt ecclesiam catholicam tantummodo constare ex prædestinatis, sive fidelibus, sive infidelibus, multi etiam dicunt eam constare ex fidelibus in gratia gratum faciente constitutis. Alii vero ex cunctis fidelibus, in unitate fidei, ritu sacramentorum, & præceptorum Dei existentibus, dicunt constare ecclesiam, cum ad nullam prædictarum acceptionum se determinent quoad credulitatem ecclesiæ, patet quod protestatio eorum est insufficiens. Deinde cum proprie ad ecclesiam, deviantes & errantes a fide & in moribus, pertineat corrigere, ad cujus judicium quemlibet fratrem errantem dominus, tamquam ad inobliquabilem regulam, remisit, dicens: *Si te non audierit, dic ecclesiæ: quod si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Matth. 18. patet, quod submissio ipsorum est in individuo vago, & in re instabili & incerta, & per consequens omnino protestatio eorum est insufficiens; quia non submittunt se alicui certo judici. Secundo in declaratione terminorum in conclusione sua positorum, ponit trimembrem divisionem de communione corporis Christi, & dicit quod primo modo communio corporis Christi dicitur societas sanctorum, & solum talium est unum corpus Christi mysticum, cujus caput est Christus. Secundo modo communio significat sacramentum corporis & sanguinis Christi, per cujus sumptionem dignam homo ingeritur ad communionem primo modo acceptam. Tertio modo accipitur communio pro congregatione omnium credentium in Christum, bonorum Christianorum simul & malorum, & hæc est vulgaris acceptio communis & minus propria. Circa primum membrum magister proponens intendit quod corpus Christi mysticum, quod est ecclesia, sit societas & ecclesia sanctorum, cujus caput est Christus, ex quo declaratur, quod ipse intelligat per ecclesiam solum congregationem fidelium in gratia constitutorum, ut patet etiam per declarationem suam, cum dicit, quod in hac communitate fidelium, de qua loquitur, talis & tanta est unio, quod quodlibet membrorum omnium bonorum est particeps, nisi per peccatum mortale sit mortuum & abscissum. In qua re quantum deviet a veritate, ostenditur ex duplici capite. Primo ex ratione capitis, quæ ipsi Christo competit. Secundo ex ratione membrorum & corporis, secundum quod corpus ejus in hac vita peregrinatur. Ratione primi, scilicet ratione capitis, probatur sic: Propria ratio capitis accipienda est ex propria operatione ejusdem; maxima autem & propria operatio Christi hominis, secundum quam vere & proprie est caput ecclesiæ, est salvare: a qua operatione tamquam sibi maxime propria, proprio vocabulo ac nomine nuncupari voluit, Iesus scilicet, quod idem est quod salvator, quod nomen fuit sibi impositum ab æterno, licet ab angelo fuerit pronuntiatum ex tempore, Lucæ 1. *Et vocabis nomen ejus Iesum.* & Matth. 1. quod vocatum est ab angelo prius quam in utero conciperetur. Cujus interpretationem & sensum ibidem angelus exprimens, postquam dixerat: *Et vocabis nomen ejus Iesum*, subjunxit: *ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Quotumcumque igitur ipse Christus & salvator erit, utique & caput. Ex quo ipsius propria operatio est salvare. *Sed ipse est salvator omnium hominum, & maxime fidelium*, ut ait apostolus secundæ ad Timotheum capite 4. *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi*, ut dicitur primæ Ioannis cap. 2. ergo ipse Christus est caput omnium hominum, & maxime fidelium, & non tantum omnium nostrum, sed etiam totius mundi. Pro cujus declaratione sciendum est, quod differentia est inter corpus naturale hominis, & corpus ecclesiæ mysticum, ut dicit doctor sanctus parte 3. quæst. 8. articulo 3. quia membra naturalia sunt omnia simul, non sic autem ecclesiæ, neque quantum ad esse naturæ, cum constituatur ex omnibus hominibus qui fuerunt a principio mundi, usque ad finem ipsius, qui non sunt simul: neque etiam quantum ad esse gratiæ, quia etiam eorum qui sunt in uno tempore, quidam carent gratia, eam postmodum habituri, aliis jam habentibus. Sic igitur membra corporis mystici non solum accipiuntur secundum quod actu sunt, sed etiam secundum quod in potentia; quædam autem in potentia, quæ nunquam ad actum reducuntur, quædam vero ad actum reducuntur quandoque. Et hoc secundum triplicem gradum, quorum unus est per fidem, secundus per caritatem viæ, tertius per fruitionem patriæ. Sic ergo dicendum est, quod accipiendo generaliter secundum totum tempus mundi, Christus est caput omnium hominum: sed secundum diversos gradus, quia primo

M. Rockenzani insufficiens protestatio.

Conclusiones M. Rockenzani de communione.

ANNO CHRISTI 1433.

Christus quomodo & quorum caput.

Differentia inter corpus naturale & mysticum.

primo & principaliter est caput eorum, qui actu sibi per gloriam uniuntur. Secundario eorum, qui ei actu uniuntur per caritatem viæ, tertio qui sibi uniuntur per fidem, quarto eorum qui uniuntur sibi solum in potentia nondum ad actum reducta, quandoque tamen reducenda per divinam prædestinationem. Quinto eorum qui sibi uniuntur in potentia, quæ tamen nunquam reducetur ad actum, cujusmodi sunt homines in hoc mundo viventes, qui non sunt prædestinati, qui nunquam sibi uniuntur per fidem, aut caritatem, qui tamen decedentes de hoc mundo, desinunt esse in potentia ut uniantur Christo. hæc in summa sanctus Thomas ubi supra. Ex quibus sequitur primo quod Christus est caput principaliter ecclesiæ triumphantis, & non solum animatum omnium, sed etiam angelorum, secundum illud quod apostolus dicit ad Colossenses 2. loquens de Christo, *qui est caput omnis principatus & potestatis.* & ad Ephesios 1. *quod constituens eum*, scilicet Christum, *Deus Pater ad dexteram suam in cælestibus super omnem potestatem, & principatum, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, & omnia subjecit sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo ejus qui omnia in omnibus adimpletur.* Sequitur etiam quod Christus est caput secundario ecclesiæ militantis, de qua in præsenti loquimur, ordine tamen præscripto servato in personis, & non solum aliquorum, sed etiam omnium hominum, qui ab initio mundi fuerunt, & erunt usque ad finem mundi; hi tamen actualiter Christi ecclesiam militantem constituunt, qui actu Christo aliquo modo uniuntur, scilicet per fidem aut caritatem. Ex quibus manifeste colligitur, quod Christus est vere & proprie caput non solum in gratia constitutorum, sed etiam in fide sibi unitorum & unitate sacramentorum. Secundo declaratur falsitas prædicti primi membri ex ratione conditionis ecclesiæ peregrinantis & militantis in hac vita, in qua necesse est esse simul malos cum bonis, quod utique efficacissimis scripturarum & doctorum testimoniis ostendendum est. Et primo quidem ex similitudinibus quas Christus adducit in evangelio, quibus comparat præsentem ecclesiam, unde Matthæi 25. ait dominus: *Simile est regnum cælorum decem virginibus, quinque videlicet prudentibus, & quinque fatuis*, super quo sic ait Gregorius: Sed sciendum nobis est quod sæpe in sacro eloquio regnum cælorum præsentis temporis ecclesia dicitur, de quo in alio loco dominus dicit: *Mittet filius hominis angelos, & colligent omnia scandala de regno ejus.* Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri poterunt scandala quæ colligantur. Unde rursus dicitur: *Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum*: in quo, doctor qui mandatum solverit, minimus vocatur: cujus enim vita despicitur, restat ut ejus prædicatio condemnetur. Quid ergo per hanc sententiam nisi præsens ecclesia regnum cælorum dicitur? Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta ecclesia decem virginibus similis denuntiatur, in qua quia mali cum bonis, & reprobi cum electis sunt admixti, recte similis virginibus prudentibus, fatuisque esse perhibetur. Quousque enim hic vivimus, necesse est ut vitam præsentis sæculi permixte agamus. Boni enim soli nusquam sunt nisi in cælo, & mali soli nusquam sunt nisi in inferno: hæc autem vita quæ inter cælum & infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita mixta utrarumque

I. ecclesia militante sunt boni malis permixti.

Matth. 13.

Matth. 5.

Gregorius homil. 38.

partium cives communiter recipit, quos tamen sancta ecclesia & nunc indistincte recipit, & postmodum in egressione discernet. Item sancta ecclesia comparatur sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti. Idem ubi supra Gregorius homilia 11: Sancta ecclesia sagenæ missæ in mare comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad æternum regnum a præsentis sæculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profunda mergatur, quæ ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & servos, pauperes & divites, fortes & infirmos vocat. & infra: Nunc enim bonos malosque communiter quasi permixtos pisces fidei sagena continet; sed litus sanctæ ecclesiæ, id est finis, judicat sagena quid trahebat. Et Chrysostomus super illud: *Collegerunt bonos in vasa sua*, &c. inquit: Ecclesia media est inter cælum, quod est tantum bonorum locus, & infernum, qui est tantum malorum. Ipsa vero ecclesia est media, quia indifferenter bonos & malos colligit. Item ecclesia militans comparatur areæ, secundum illud Lucæ 3. *Ipse vos baptizabit in aqua & igne, & Spiritu sancto: Cujus ventilabrum in manu ejus, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem*, &c. ubi per aream Ioannes intelligit & designat præsentem ecclesiam, ut exponunt communiter sancti, & præsertim Augustinus, qui super psalmo 25. *Iudica me domine*, dicit: Area est ecclesia hujus temporis: sæpe diximus, sæpe dicimus, & paleam habet, & frumentum. Item ad Petrum diaconum in libro de fide dicit, cap. 43. Firmissime tene, & nullatenus dubites, aream Dei esse catholicam ecclesiam, & in ea usque ad finem sæculi frumento mixtas paleas contineri. & infra: In fine vero sæculi, bonos a malis etiam corpore separandos, quando veniet Christus habens ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inexstinguibili. Item eadem præsens ecclesia comparatur nuptiis, de quibus Matthæi 22. dicitur: *Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio*, &c. *qui egressi congregaverunt omnes quos invenerunt, bonos & malos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.* Ubi, ut Gregorius inquit, aperte ostenditur, quia per has regis nuptias ecclesia designatur, in qua mali cum bonis conveniunt, permixta quippe est diversitate filiorum, quia sic homines ad fidem generat, ut tamen omnes per mutationem vitæ ad libertatem spiritualis vitæ, culpis exigentibus, non perducat. Quousque namque hic vivimus, &c. ut supra de decem virginibus, &c. Idem super illud Matthæi 22. *Intravit autem rex ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali*, &c. dicit: Intrat enim ad nuptias, sed cum veste nuptiali non intrat, qui in sancta ecclesia existens fidem habet, sed caritatem non habet. Et Simon de Cassia super illud: *Egressi sunt servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, bonos & malos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium*, &c. dicit, quod ex omnibus nationibus crediderunt homines, ex quibus ecclesia impleta est, & ex malis & ex bonis Christianis constat ecclesia, & mixtum est ecclesiæ Christi corpus, quamquam ipse velit eam exhibere gloriosam, non habentem maculam neque rugam: sed in area negotium agitur ubi paleæ sunt & triticum, nondum enim ventilabrum excussit unum ex altero, sed boni & mali discumbunt in nuptiis ecclesiæ militantis, dispari vita, dispari cultu, disparibus moribus atque meritis, quousque decernat super utrumque rex, qui novit non per-

ANNO CHRISTI 1433.

Matth. 13.

Matth. 13.

Rom. 9.

ANNO CHRISTI 1433.

peram, sed in veritate proferre judicium, qui exclu- A
det merito excludendos, & juste absque macula super mensam ecclesiæ epulantes in pace dimittet. Item præsens ecclesia comparatur arcæ Noæ, in qua animalia mitia fuerunt cum immitibus, corvus cum columba, & homines cum animalibus, per quæ boni & mali in arca ecclesiæ significantur. Item ecclesia militans comparatur domui magnæ, de qua apostolus loquitur: *In magna domo*, inquiens, *non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam*: (Rom. 9.) Ubi inquit glossa: *In magna domo*, quæ est ecclesia, scilicet domus Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. 2. ad Timotheum 2. *non solum sunt vasa aurea & argentea*, quod dupliciter intelligitur: uno modo per vasa aurea & B
argentea intelliguntur electi, per lignea & fictilia reprobi, & sic, quod sequitur, *quædam in honorem*, refertur ad vasa aurea & argentea, *quædam in contumeliam*, refertur ad lignea, & fictilia vasa. Alio modo per vasa aurea & argentea intelliguntur boni in præsenti, sive electi sive reprobi, per lignea & fictilia omnes mali in præsenti, sive reprobi sive electi. & tunc quod sequitur, *quædam in honorem, quædam in contumeliam*, refertur indifferenter ad utrumque. Primo ergo modo exponitur sic: *In magna domo*, id est, in ecclesia, *non solum sunt vasa aurea*, id est, electi perfecti, & *argentea*, id est, electi imperfecti, *sed lignea*, id est, reprobi aperte mali, C
æterno incendio præparati, *& fictilia*, id est, reprobi ficte boni, qui non ita aperte sunt mali: *& quædam quidem*, scilicet vasa aurea & argentea, *sunt in honorem*, scilicet in usum honorabilem ordinata, hic gratiæ, & in futuro gloriæ. *Quædam autem*, scilicet lignea & fictilia, *in contumeliam*, id est, in usum vilem, hic culpæ, & in futuro gehennæ. Secundo modo legitur sic: *In magna domo*, id est, in ecclesia, *non solum sunt vasa aurea & argentea*, id est, omnes boni perfecti & imperfecti, & hoc sive præsciti, sive electi, *sed & lignea & fictilia*, id est, mali aperti & occulti, & hoc similiter sive electi sive reprobi: *& quædam quidem*, scilicet ex utrisque, tam ex bonis, quam ex malis, *sunt in honorem*, scilicet electi: *Quædam autem in contumeliam*, D
scilicet reprobi. Ex bonis enim quidam ad tempus tantum boni sunt, tamen in fine sunt mali, & hi sunt in contumeliam. Quidam autem perseverantes in bono, & hi sunt in honorem. Similiter de malis quidam ad tempus sunt mali tantum, tamen in fine sunt boni, & hi sunt in honorem: Quidam autem sunt perseverantes in malo, & hi sunt in contumeliam. Ecce quam planum & apertum testimonium sacrarum scripturarum, & sanctorum doctorum, quod præsens sancta ecclesia militans continet in se bonos & malos, prædestinatos & præscitos, sicut navicula quæ Christum cum apostolis & Iudam continebat, qui & inter apostolos habebatur apo- E
stolus. Est ergo, ait Augustinus super psalmum 51. in prologo, regnum terrenum & regnum cæleste: regnum eradicandum, & regnum in æternum plantandum. Modo in hoc sæculo cives utriusque regni permixti sunt, corpus regni terreni & corpus regni cælestis commixtum est. Post hæc declaratur prædicta veritas catholica [illegible] fundata in veritate divinarum scripturarum, & assumitur sic: Ecclesia catholica est illa ecclesia, quam fideles profitentur in symbolo tam apostolorum quam etiam Niceno, cum dicitur: Credo in [illegible] sanctum, [illegible] ecclesiam catholicam. & iterum: Et unam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Aut igitur profitentur id quod credunt, aut id quod non cre-

dunt; aut solum id quod dubitant. Non est dicen- A
dum, quod profitentur id quod non credunt, quia tunc mentirentur; nec id etiam quod dubitant, quia tunc non haberent fidem, quæ est firma adhæsio ad credibilia, quam dubitatio excludit. Oportet igitur quod profiteantur id quod firmiter credunt. Aut igitur ulterius credunt se esse de gremio ecclesiæ catholicæ. Non profitentur, aut non: si non, tunc hæretici mentiuntur quando dicunt apud eos esse ecclesiam catholicam, vel se esse de gremio ecclesiæ catholicæ, ex quo non credunt se esse in ea; si sic, oportet quod per aliquid accipiant hujusmodi credulitatem. Aut igitur hoc erit, quia nota est eis prædestinatio, aut quod sint in gratia gratum faciente constituti per se, aut quia habent per reve- B
lationem: Sed non primo modo, quia cum divina prædestinatio nihil ponat in prædestinato, cum sit sola divina volitio, qua ab æterno voluit aliquem ad vitam æternam ordinare, non potest esse nota prædestinato, nisi quantum sibi a Deo revelaretur: Similiter nemo secundum se, nisi sibi reveletur, scit an amore vel odio dignus sit, ut scriptura dicit. Si igitur hæretici credunt se esse de gremio ecclesiæ catholicæ, oportet quod habeant hoc per revelationem, & tunc unusquisque eorum examinet coram Deo conscientiam suam, ubi & quando hoc fuerit sibi revelatum. Si igitur numerus prædestinatorum tantum, vel eorum, qui sunt in gratia constituti, esset ecclesia catholica, patet quod nulla esset certi- C
tudo ipsius, quod nullo modo est dicendum de ecclesia catholica, quæ est civitas super montem posita, id est, super Christum ædificata, quæ non potest abscondi, unde Chrysostomus super Matthæum & super hoc verbo: *Non potest civitas abscondi* & allegat sanctus Thomas eum: Hæc civitas ecclesia sanctorum est, de qua dicitur in psalmo: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Cives ejus sunt omnes fideles, quibus apostolus ait: *Vos estis cives sanctorum*, hæc ergo civitas posita est super montem Christi, de quo Danielis 2. dicitur: *Lapis abscissus sine manibus factus est mons magnus.* Sane non potest abscondi supra Christum posita, etiamsi ipsa voluerit, mons enim qui eam portat facit eam om- D
nibus manifestam. sic & apostoli, & sacerdotes, qui fundati sunt in Christo, non possunt esse absconditi, etiamsi voluerint, quia Christus eos manifestat. Hæc Chrysostomus. Quæ idcirco supra montem posita describitur, ut & habitantibus in ea sit firma & certa securitas, & ut cunctis exteris pateat ad eam confugere seu venire volentibus: in qua licet gratia Dei insunt, ut firmiter credimus, multi prædestinati & multi in gratia constituti, quorum meritis adhuc durat mundus, non tamen propter prædestinationem aut gratiam quæ occulta sunt, sancta ecclesia dicitur catholica, sed propter communionem unius fidei, sacramentorum, & præceptorum, quæ omni- E
bus possunt esse nota & communia, bonis scilicet & malis. Item prædestinatio & gratia hujusmodi ecclesiæ quam fingunt adversarii, minus nota est aliis, quam ipsismet qui se dicunt in eadem existere: igitur quantumcumque fulgerent per mundum bonis operibus, cum sæpe angelus satanæ transfiguret se in angelum lucis, non propter hoc auderet homo seipsis conjungere, tamquam ecclesiæ catholicæ, quia semper dubitandum esset de ipsis, an essent pseudoprophetæ, de quibus cautos nos reddidit dominus, dicens: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Oportet igitur quod certa & manifesta sint signa & indicia ecclesiæ catholicæ, per quæ discernantur oves a lupis. Hujus autem signa sunt

Si numerus prædestinatorum, aut in gratia constitutorum tantum esset ecclesia in symbolo credenda, nulla esset ipsius certitudo, nec esset civitas supra montem posita.

Chrys. ho. 10 in Matt. in op. imperfect.

Matt. 5.

Psalm. 86.

Ephes. 2.

Dan. 2.

Nemo potest ad eam confugere.

2. Cor. 11.

Matth. 7.

sunt unitas fidei, unitas sacramentorum & præcepto- A rum Dei. Item Christus resolvens ultimam correctionem fratris remisit ad ecclesiam, ita dicens: *Si te non audierit, dic ecclesiæ. si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*. Aut ergo Christus remisit nos ad aliquem certum judicem aut incertum. Non est dicendum, incertum, quia tunc nunquam fratris correctio sequeretur. Oportet igitur quod ad certum judicem transmittat nos. Cum igitur ecclesia prædestinatorum & in gratia constitutorum, sit homini incerta, ut dictum est, oportet quod hujusmodi remissio sit ad ecclesiam, quæ sit nota & certa viatoribus, secundum statum vitæ præsentis, cujusmodi est ecclesia catholica in unitate fidei & sacramentorum ubique per orbem perseverans. B Ex quibus patet, quod corpus Christi mysticum, prout in hac valle miseriæ peregrinatur, quod est ecclesia ejus, non solum prædestinatos aut solum in gratia gratum faciente constitutos retinet & comprehendit, sed insimul bonos & malos, fide rectos, Christo capiti adhærentes. Vlterius ex prædictis potest colligi una descriptio ecclesiæ catholicæ, talis videlicet, quod ecclesia est corpus mysticum, organicum, fide Christi animatum. Corpus ponitur loco generis, additur Mysticum ad differentiam corporis naturalis, licet ad similitudinem ejusdem dicatur, sic Organicum propter diversitatem statuum, graduum & officiorum, ad similitudinem diversorum membrorum in corpore naturali, quæ sunt diversa organa, quæ declarans apostolus inquit 1. ad C Corinth. 12. *Sicut corpus unum est, & multa membra habet, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt, ita & Christus habet multa membra in suo corpore.* & iterum: *Vos autem estis corpus Christi & membra de membro.* & iterum: *Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Et sicut unum membrum servit sibi & toti corpori, sic in ecclesia militante diversi in diversis statibus & officiis sibi & aliis in ecclesia subministrant. Ex quibus verbis & sententiis apostoli clare habentur prædictæ particulæ tres, scilicet, quod ecclesia est corpus mysticum, organicum, additur autem, D fide Christi animatum, per quam ecclesia militans in tali esse constituitur, & ab omni alia ecclesia, sive congregatione distinguitur. Dicitur autem animatum fide, quia sicut anima corpus, sic fides animam & specialiter formata per gratiam vivificat, secundum id ad Romanos 1. & 10. ad Hebræos: *Justus autem meus ex fide vivit*, quod non solum intelligendum est de fide formata, sed etiam informi, quia etiam mali fideles per fidem, & in seipsis vivunt, licet non vita perfecta, & ceteris membris ecclesiæ ac Christo capiti conjunguntur, & multas vitæ operationes exercent. & ita se habet fidelis peccator ad caput Christi, & ad corpus ecclesiæ, sicut membrum in corpore naturali, non quidem mortuum totaliter & præcisum, sed tamquam mem- E brum mortificatum & unitum corpori, quia adhuc in ipso est radix vitæ, scilicet, ipsa fides. Non igitur verum est quod fidelis per peccatum moriatur ex toto, aut abscindatur a corpore, ut proponens dicit. Et de mortificatione quidem dicit sanctus Thomas 3. parte summæ, articulo 3. loquens de hujusmodi peccatoribus fidelibus: Percipiunt, inquit, tamen tales a Christo quemdam actum qui est credere, sicut si membrum mortificatum aliqualiter moveatur ab homine. Quod etiam non sint membra abscissa, ostendit Augustinus contra Donatistas, dicens: Si cujus est manus arida, verum quidem est membrum,

Margin notes (left): Matth. 18. — Aut fratris peccatum ... — Ecclesia catholica ... — Abacuc. 2. — Peccator ... modo ecclesiæ. — ... est & ... secundum. — Lib. 4. c. 4.

A quamvis sine sanguine & inefficax, & mortuum, sic & fides cum sit vera, tamen sine operibus mortua est. & habetur 1. quæstione 1. Sicut urgeri. Alii vero sic describunt ecclesiam. Ecclesia sancta catholica militans sive viatrix est universitas fidelium bonorum & malorum, orthodoxam fidem tenentium, in sacramentis ecclesiasticis societatem habentium: quæ in sententia in idem redit cum prima. Sed jam ad id quod in prima generali suppositione præmisimus, & sæpe promisimus, gressus nostros dirigamus, scilicet, ad probandum ecclesiam catholicam errare non posse. Pro cujus declaratione ponitur talis propositio: Impossibile est ecclesiam Dei militantem catholicam errare in his quæ fidei sunt & necessitatis ad salutem. Quæ propositio licet quondam fuerit B apud omnes doctores catholicos, & sanctos, & alios fideles, & nunc sit principium fidei per se notum & manifestum, tamen propter quosdam qui eam frivole difficultant, ad consolationem fidelium, & eorum qui eam difficultant confutationem, ipsam ea fundamentis in æternum fundatis sacræ scripturæ, multipliciter probabimus in præsenti. Et primo, quia prædicta propositio virtualiter est articulus fidei, ut patet in symbolis tam apostolorum quam Nicæno. in quibus fideles profitentur, se credere sanctam catholicam ecclesiam. In altero enim dicitur: Credo in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. in altero: Et unam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Idem autem est credere ecclesiam ca- C tholicam esse sanctam, & ecclesiam catholicam non posse errare in his, quæ necessaria sunt ad salutem: quia pro tempore quo erraret in prædictis, non esset sancta, sed esset maculata errore mortifero peccati mortalis. Vnde beatus Augustinus in expositione symboli: Ista est sancta ecclesia, non habens maculam aut rugam: multi etenim mali ecclesias congregarunt, ut Marcion, ut Valentinus, ut Ebion, ut Manichæus, ut Arius, & ceteri omnes hæretici, sed illæ ecclesiæ non sunt sine macula vel ruga perfidiæ, & ideo dicebat de illis propheta: *Odivi ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo*. De hac autem ecclesia quæ fidem Christi integram servat, audi quid dicit Spiritus sanctus in canticis canticorum: D *Vna est columba mea, perfecta mea, electa genitrici suæ*. Qui ergo hanc fidem in ecclesia susceperit, non declinet in consilia vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introeat. Hæc Augustinus. Ex hoc argumentor sic: Nihil erronei aut falsi subest aut subesse potest articulis fidei; sed prædicta propositio est articulus fidei, ergo sub ipsa aut in ipsa non subest, nec potest subesse aliquid erronei aut falsi. Assumptum pro minori parte probatum est, sed major patet, quia qua ratione sub uno articulo daretur falsum, eadem ratione & sub alio, & ipsa tota fides vacillaret, & omnia in dubium verterentur. quod nullo modo est dicendum. Secundo, ecclesia regitur a Spiritu sancto, sed Spiritus sanctus errare non potest, ergo nec ecclesia. Prima pars innuitur tam per symbolum E apostolorum, quam Nicænum, cum statim post articulum Spiritus sancti, cum dicitur, Credo in Spiritum sanctum, subjungitur articulus de ecclesia, videlicet, sanctam ecclesiam catholicam, ut sit sensus, Credo in Spiritum sanctum, supple dirigentem, gubernantem, & sanctificantem, sanctam ecclesiam, imo & vivificantem, ut dicitur in symbolo Nicæno. Vnde Albertus Magnus in expositione symboli quam ponit in tractatu de officio missæ, dicit: Deinde sium symbolum posuit Iacobus minor, dicens: Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem: respiciens enim ad hoc quod sanctus Spiritus datur & mittitur ad sanctificandum creaturam,

Margin notes (right): ANNO CHRISTI 1433. — C. ... 47. — Alia ecclesiæ descriptio. — Impossibile est ecclesiam Dei militantem, in his quæ fidei sunt & necessitatis ad salutem, errare. — Alioquin non esset pro tempore, quo erraret, sancta. — Expositio illa est Ruffini. habetur in 3 tomo Cypriani. — Psal. 25. — Cant. 6. — Non regeretur a Spiritu sancto.

ANNO CHRISTI 1433.

A quæ sanctitas nunquam fallit in ecclesia, sed nonnunquam fallit in persona, dixit, sanctam ecclesiam. & quia omnis articulus fundatur in divina & æterna veritate, & non super creatam veritatem, quia omnis creatura vana est, & non habet solidam veritatem, ideo iste articulus sic resolvendus est ad proprium opus Spiritus sancti hoc est, credo in Spiritum sanctum non solum secundum se, sicut dicit præcedens articulus, sed etiam credo in eum, secundum proprium opus ejus, quod est quod sanctificat ecclesiam, quam sanctitatem profudit in sacramento & virtutibus & donis quæ dat ad sanctitatis perfectionem, & eamdem in miraculis & donis gratis datis, sicut sapientia, scientia, fides, discretio spirituum,

1. Cor. 12.

B operatio sanitatum & prophetia, & hujusmodi quæ dat Spiritus ad sanctitatis ecclesiæ demonstrationem. Hæc Albertus. Similiter patet per illud Ioannis 14. *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Similiter per illud: *Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* & per illud: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit Spiritus veritatis, ille vos docebit omnem veritatem.* per omnia & similia datur manifestissime intelligi commissum fuisse regimen ecclesiæ Spiritui sancto, Christo præsentia corporali ab ecclesia recedente, secundum illud: *Si ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.* & Spiritus

Ioan. 16.

C sanctus docuit ecclesiam omnem veritaté, scilicet, ad salutem necessariam, & in signũ hujus invisibilis missionis & assistentiæ, Spiritus sanctus fuit datus in die pentecostes in signo visibili, scilicet in linguis igneis, apostolis, & ceteris fidelibus, in quibus pro tunc erat ecclesia, & qui eam constituebant. Secunda pars patet, quia Spiritus sanctus dicitur a Christo Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, & cum sit Deus qui est prima veritas, errare non potest. Sed fortasse dicet adversarius quod prædicta verba sunt de apostolis & primitiva ecclesia, quando ecclesia erat in vera imitatione doctrinæ & vitæ Christi constituta; sed recedente ab imitatione Christi, & immergente se vitiis & peccatis, recessit ab ea Spiritus sanctus, qui

Sap. 1.

D non habitat in corpore subdito peccatis, & per consequens, incidit in varios errores & hæreses: sed contra Christus promisit indefectibilem sui assistentiam ecclesiæ, usque ad consummationem sæculi, ideo prædicta non solum intelliguntur de apostolis, & primitiva ecclesia, sed simpliciter de ecclesia duratura usque ad finem sæculi. Assumptum patet Matth. ultimo. cap. *Euntes docete omnes gentes.* &c. Et subdit: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Manifestum est autem autem quod apostoli non sunt, nec erunt in hoc mundo usque ad consummationem sæculi, non igitur pro ipsis solis dictum est, sed & pro successoribus eorum duraturis usque ad consummationem sæculi. Vnde Chrysostomus in homilia super hoc eodem passu:

Non dicetur in omnem veritatem *usque ad consummationem sæculi.*

Hom. 91. in Matth.

E Quia vero eis magna injunxerat, erigens eorum sensus dicit: *Ecce ego vobiscum sum.* quasi dicat, ne dicatis difficile esse injunctum negotium, ego sum vobiscum, quia omnia facio l[illegible]ia. Non autem cum illis solum dixit se futurum esse, sed & cum omnibus qui post illos credunt, non enim usque ad consummationem sæculi apostoli mansuri erant, sed sicut uni corpori fidelibus loquitur. Hæc Chrysostomus. Item Beda: Ex hoc autem intelligitur quod usque ad finem sæculi non sunt defuturi in mundo qui divina mansione & inhabitatione sint digni in ecclesia. Item in glossa ordinaria habetur sic: Quod apostolis per successionem universali ecclesiæ promittit. Nota quod *usque ad finem sæculi.* Item Hieronymus ibidem: Qui ergo usque ad consummationem sæculi cum discipulis se esse promittit, & illos ostendit semper esse victuros, & se nunquam a credentibus [illegible]cessurum. Hæc Hieronymus.

S. Thomas in Catena super hoc caput.

Hom 91. in Matth.

Hierony.

Chr[illegible] 14[illegible] [illegible] cap Matthæi.

Si igitur ecclesia aliquo tempore errasset, aut erraverit de facto, quomodo Christus erit aut fuit semper cum ea omnibus diebus? Similiter etiam promisit assistentiam Spiritus sancti usque in æternum ita dicens Ioannis 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis.* Sed dicet adversarius: Prædicta verba dicta sunt apostolis, cum quibus fuit Christus, quamdiu fuerunt in hac vita, eos hic per gratiam protegendo, & in persecutionibus adjuvando, & post hanc vitam fuit & erit cum eisdem per gloriam usque ad consummationem sæculi, & usque in æternum cum eisdem manebit Spiritus sanctus, unde prædicta verba non videntur extendi ad alios, sed tantum ad apostolos. contra hoc expresse est intentio Christi, quia mittens eos in mundum universum prædicare & docere omnes gentes, dixit eis: *Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Ibi enim promisit se permanere cum eis quos ipse mittebat, usque ad consummationem sæculi. Cum ergo in mundum eos mitteret, in mundo se esse cum eis promisit manifeste, & cum eisdem mansurum Spiritum sanctum, & hoc est etiam quod dixit superius Chrysostomus, Beda & Hieronymus. Præterea Christus fuit exauditus in omnibus petitionibus, & rogaminibus, sed ipse rogavit pro fide Petri, ut non deficiat, ergo fides Petri non deficiet, nec deficit. Primum patet ad Hebræos quinto, ubi dicit Apostulus, quod Christus exauditus est pro sua reverentia; & Ioannis 11. ubi Christus ait: *Pater gratias ago tibi quoniam audisti me: ego enim sciebam quia semper audis me.* Secundum patet Lucæ 22. ubi dominus ait ad Petrum: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Hoc autem non potest intelligi de fide personali Petri, quia in illa defecit in terna abnegatione, ut patet ex textu evangelii, & similiter patet ex verbis consequentibus, cum subjungitur: *& tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* qui utique non diceretur conversus, nisi fuisset prius a fide propria aversus. Intelligendum est igitur, quod Christus rogaverit pro fide, quam ipse confessus fuerat, dum dixit: *Tu es Christus Filius Dei vivi,* & super quam ipse Christus fundavit suam ecclesiam, eodem domino dicente: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Pro fide igitur ecclesiæ Christus rogavit, ut non deficeret, & non pro fide personali Petri. Quare si in aliquo necessariorum ad salutem pro aliquo tempore erraret, aut errasset ecclesia totaliter, Christus dominus & prima veritas non dixisset verum. nec fuisset exauditus pro sua reverentia, quod est contra prædicta, & omnino falsum. Vnde Albertus Magnus super eodem passu, *Ego rogavi ut non deficiat,* scilicet finaliter, *fides tua.* Hoc argumentum efficax est pro sede Petri, & successore ipsius, quod fides non finaliter deficiat. *Non adjiciet ultra ut pertranseat per te Belial. universus interiit:* Hæc Albertus. Item Gorranus, *Fides sua*, id est ecclesiæ tibi commissæ, scilicet Romanæ ecclesiæ. Vnde hoc est argumentum quod fides Romanæ ecclesiæ. quam in ea Petrus plantavit, sit semper duratura. Hæc ille. Item quod Christus rogaverit non solum pro Petro & apostolis, sed pro omnibus sequentibus, patet manifeste Ioannis decimoseptimo, ubi cum præmisisset ardentissimæ caritatis pro ipsis discipulis [illegible]tionem, ut, *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut unum sint, sicut & nos.* & infra *Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est, sicut tu me misisti*

Deficeret fides Petri cõtra promissionem Christi.

Matth. 16.

Albertus in cap. 22. Lucæ.

Nahum 1.

Item aliorum apostolorum pro quibus Christus rogavit.

A *misisti in mundum, & ego misi eos in mundum, & ego pro eis sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate.* Post hæc subjunxit: *Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: ut mundus credat quia tu me misisti.* Et patet, quod omnes qui crediderunt, & credunt, sive credent usque ad finem sæculi in Christum, credunt in ipsum per verbum & doctrinam apostolorum. quamobrem & in symbolo Nicæno profitemur: Ecclesiam apostolicam, non alia de causa, nisi quia in verbo & doctrina apostolica fundata est, dicente apostolo ad Ephesios: *Iam non estis hospites & advenæ, sed estis cives sanctorum & domestici Dei superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum,* &c. Unde & Ioannes in Apocalypsis 21. describens murum civitatis sanctæ Ierusalem, quæ est ecclesia militans, describit enim eam habere duodecim fundamenta, & in ipsis nomina duodecim apostolorum, & agni. Si igitur aliquando deviasset ecclesia ab hoc fundamento, seu fundamentis doctrinæ apostolicæ per errorem, sequeretur quod Christus non fuisset exauditus, ut prius.

Ephes. 2.

B

Nulla esset securitas ullius fidei catholicæ.

Præterea si ecclesia posset errare in his, quæ necessaria sunt ad salutem, sequeretur, quod non esset securitas, neque aliqua certitudo credibilium existentibus in ea, & per consequens nec aliqua fides pateret, quia qua ratione unus articulus, & unum dogma ecclesiæ in dubium verteretur, eadem ratione & omnia alia per ipsam prædicata & ordinata. sicut si quis dubitaret an Christus resurrexerit, eadem ratione dubitaret an in cælum ascenderit, & similiter de aliis, & ita non haberet securitatem certitudinis de aliquo. & cum dubius in fide, infidelis sit, quemadmodum habetur capite 1. de hæreticis, quia fides cum dubitatione stare non potest, sequitur manifeste, quod si ecclesia errare posset, quod nulla securitas certitudinis esset in ea, & per consequens fides non esset in ecclesia, quod est omnino contra Christum, indefectibilem securitatem ecclesiæ suæ promittentem, qui ait Petro: *Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Super quo verbo beatus Hieronymus, portas inferi, inquit, vitia reor esse atque peccata (quo ad agenda) vel certe hæreticorum doctrinas (quoad credenda) quæ adversus ecclesiam prævalere non possunt. Nec potest dicere adversarius, quod aliunde capiat certitudinem, aut securitatem credendorum, quam ab ecclesia, quia aut eam haberet a Deo per singularem inspirationem, aut ab aliquo homine particulari, aut forte per euangelia quæ continent doctrinam Christi. Sed non primo modo, quia talis inspiratio cum sit occulta & supernaturalis, oporteret quod aliquibus signis supernaturalibus, seu miraculis manifestaretur, quemadmodum doctrina apostolorum confirmabatur signis & miraculis. Si igitur doctrina adversariorum habetur per inspirationem, ostendant signa & miracula, & credemus eis, quod non facient in æternum, quia summa veritas, cujus est miracula facere, non potest perhibere testimonium mendacio & falsitati. similiter nec secundo modo, quia multo magis potest errare quilibet particularis homo, quam ecclesia universalis. ut patet, quia plura vident & subtilius oculi quam oculus. similiter nec tertio modo, quia nec ipsa euangelia haberent certitudinis securitatem, nisi fuissent ab ecclesia approbata & acceptata. Cum enim multa euangelia & actus reperiantur, quæ dicuntur fuisse ab apostolis compilata, sic enim legitur in decretis distinctione 15. Actus nomine Andreæ apostoli apocryphi, actus nomine Petri apocryphi, actus nomine Philippi apostoli apocryphi, actus nomine Thomæ apocryphi, euangelium nomine Thaddæi apostoli apocryphum, euangelia nomine Thomæ apostoli, quibus Manichæi utuntur, apocrypha, euangelia quæ falsavit Lucianus, apocrypha, euangelia quæ falsavit Hircius apocrypha, & infra: Revelatio quæ appellatur Pauli apocrypha, revelatio quæ appellatur Thomæ apocrypha, revelatio quæ appellatur Stephani apocrypha. Cum itaque omnia prædicta euangelia, & ceteri libri prænominati reperiantur scripti, unde certi sunt adversarii, quod ista quatuor euangelia contineant veritatem, alia vero non, & quod ista scripta sunt a veris apostolis, & non illa? quodque illa falsificata sint, & non ista, & per consequens ista quatuor sint recipienda, alia vero tamquam falsa respuenda? cum ipsi non audiverint Christum prædicantem, nec docentem, nec viderint ipsum mirabilia facientem, nec alia dicta aut facta ipsius, quæ in dictis quatuor euangeliis scripta sunt, nec ulterius viderint hos quatuor euangelistas magis quam alios, ut possent ex doctrina, vita aut miraculis magis approbare istorum euangelia, quam aliorum, nisi quia universalis ecclesia ista quatuor recipit, illa vero respuit? Si ergo universalis ecclesia non dirigeretur a Spiritu sancto in his quæ fidei sunt & de necessitate salutis, & potest in illis errare, sequitur, quod in recipiendo illa quatuor euangelia, & alia respuendo, errare potuerit, & ita vertetur in dubium, an ista quatuor euangelia contineant doctrinam, facta & miracula Christi. Et ulterius, quidquid prædicti adversarii affirmant ex dictis dictorum euangeliorum, totum erit dubium, & sic apud eos nihil erit certum in fide, aut securum, & consequenter nullam habebunt fidem. Hoc profecto intellexit Augustinus, cum dixit in libro contra epistolam Fundamenti, & etiam contra Faustum hæreticum, & in multis aliis locis: Non crederem euangelio, nisi me auctoritas ecclesiæ commoveret. Si dicat adversarius, Accepto hæc quatuor euangelia, & non alia, quia primitiva ecclesia, quæ propter assistentiam Spiritus sancti errare non poterat, illa respuit, & ista acceptavit, quibus tamen non crederem, si ea moderna, a qua propter vitia & peccata recessit Spiritus sanctus, tantummodo aliis spretis, acceptasset: Contra quod potest argui ut superius, per illud Christi: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi,* &c. Præterea cum prædicti adversarii non fuerint in primitiva ecclesia, onde sciunt, quod ipsa hæc acceptaverit, & alia respuerit? revera non aliunde quam ex attestatione modernæ ecclesiæ, cujus attestatio si dubia fuerit, multo magis & id quod attestatur, sub dubio remanebit.

Matth. 16.

C

D

Qui dicat se habere doctrinam domini, per inspirationem & revelationem privatam, per miracula & signa probare debeat.

E

Cap. 5. Sancta Romana.

Anno Christi 1435.

Cap. 5.

Matth. 28.

Præterea cum hæc euangelia veram Christi doctrinam, facta & mirabilia contineant, utique ad veram & certam fidem habendam, intelligentia in verbis & factis Christi opus est, ut videlicet eum sensum in verbis Christi apprehendamus, quem ipse Christus intendit; alioquin non haberemus veram doctrinam ejus, neque fidem, quemadmodum contingit pauperibus Lugdunensibus, qui secundum literalem sensum, sed non Christi, illud dictum intelligentes: *Si oculus tuus scandalizaverit te, erue eum & projice abs te,* oculos sibi eruebant cum contingebat eos peccare per oculos, qui utique sic facientes, non habebant sensum Christi: non enim dominus eruitionem corporalem oculorum, sed spiritualem vitiorum, quæ per oculos, & alia membra committuntur, præcepit ibidem. unde & Ioannis 6. loquens de manducatione & bibitione sui corporis &

Matth. 18.

Anno Christi 1433.

& sanguinis, cum diceret: *Nisi manducaveritis,* &c. manifeste scandalizati etiam discipulorum quidam retro abierunt, putantes ipsum loqui de carnali manducatione, subjunxit: *Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam*: & Paulus apostolus: *Litera occidit, spiritus autem vivificat*, quia in intelligendo sacras scripturas non semper literalis sensus & grammaticalis est accipiendus, sed mysticus & spiritualis est requirendus, ut superius dictum est. Cum ergo quilibet particularis homo in intelligendo doctrinam Christi, & verba ejus possit errare, & decipi, quemadmodum & omnes hæretici decepti sunt, qui ex aliquo dicto sacræ scripturæ male intellecto sui erroris occasionem sumpserunt & originem, dicente Augustino homilia super Ioannis 18. Neque enim natæ sunt hæreses, & quædam dogmata perversitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, nisi dum scripturæ bonæ intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter asseritur. Itaque carissimi, valde caute audire debemus, ad quæ capienda parvuli sumus, & corde pio & cum tremore, sicut scriptum est, hanc tenentes regulam sanitatis, ut quod secundum fidem qua imbuti sumus, intelligere valuerimus, tamquam de cibo gaudeamus; quod autem secundum sanam fidei regulam intelligere non potuerimus, dubitationem non auferamus, intelligentiam differamus: hoc est, ut etiam si quid sit nescimus, bonum tamen & verum esse minime dubitemus. Et ego fratres qui suscepi loqui vobis, cogitandus sum a vobis qui susceperim, & quæ susceperim. Suscepi enim tractandi divina homo, spiritualia carnalis, æterna mortalis. Etiam a me, carissimi, longe sit vana præsumptio, si volo sanus in domo Dei conservari, quæ est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis, pro modulo meo capio, quod vobis appono, ubi aperitur, pascor vobiscum, ubi clauditur, pulso vobiscum. Hæc Augustinus. Et si similiter universalis ecclesia posset errare in intelligendo & exponendo doctrinam Christi, sequitur manifeste quod nullus esset certus de vero intellectu scripturarum, & per consequens de fide, quæ ex vero intellectu scripturarum accipitur, & sic omnes essent infideles, cujusmodi sunt adversarii, asserentes ecclesiam universalem posse errare in his quæ fidei sunt & necessitatis ad salutem. Nec sufficit, quod aliquis confiteatur ore verba, nisi etiam sine dubitatione credat intelligentiam & significationem verborum Christi, quia utrumque apostolus ad Romanos 10. conjunxit, inquiens: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Unde si quilibet particularis homo potest errare, & similiter ecclesia universalis in accipiendo veram significationem verborum Christi, patet quod nullus haberet fidem, quæ omnimodam excludit dubitationem, ex quo intelligentia verborum Christi sub dubio remaneret. Dicendum est igitur universalem ecclesiam in exponendo euangelia & sacram scripturam errare non posse. & a Spiritu sancto dirigi, ac eidem, tamquam infallibili & divinæ regulæ debere quemlibet fidelem adhærere, & qui non faciunt, pro hæreticis sunt habendi. Unde sanctus Thomas secunda secundæ quæst. 5. articulo 3. dicit: Objectum fidei est veritas prima, secundum quod manifestatur in scripturis sacris & doctrina ecclesiæ. Unde quicumque non inhæret sicut infallibili & divinæ regulæ, doctrinæ ecclesiæ, quæ procedit ex veritate prima in sacris scripturis manifestata, non habet habitum fidei. Et infra: Et sic manifestum est quod hæreticus qui pertinaciter discredit unum articulum, non est paratus in omnibus sequi doctrinam ecclesiæ. Et infra: Unde & manifestum est, quod talis fidem non habet de aliis articulis, sed opinionem quamdam secundum propriam voluntatem. Et infra responsione ad secundum argumentum dicit: Omnibus articulis fidei inhæret fides propter unum medium, scilicet propter veritatem primam propositam nobis in scripturis secundum doctrinam ecclesiæ sane intelligentis, & ideo qui ab hoc medio decidit, totaliter fide caret. Hæc beatus Thomas. Sed forte dicet adversarius, volens fugere verum ecclesiæ judicium, se velle intelligere scripturas secundum expositionem doctorum & non ecclesiæ. Contra, quia sicut dictum est de euangeliis, cum multi scripserint & exposuerint scripturas & euangelia, unde ipsi adversarii erunt certi, qui doctorum fuerint & sint boni, & sequendi, & qui mali, & respuendi. cum non omnes indifferenter acceptentur, nec etiam respuantur, propter contrarietatem & diversitatem plurium ipsorum circa eumdem passum scripturarum, manifestum est quod hoc judicium & discretio ecclesiæ relinquitur, & non alicui particulari homini, ut patet in decretis distinctione 15. ubi illi doctores approbati, vel reprobati habentur, quos ecclesia approbat vel reprobat. Quis enim adversarii indicavit, beatum Augustinum vel Hieronymum, vel quemcumque alium esse sanctum, & doctorem catholicum, nisi approbatio ecclesiæ? Et si dicat, quod ex vita ipsius, unde scit legendam ipsius non esse apocrypham, nisi ex auctoritate ecclesiæ? quæ si potuit & potest errare in aliis, utique & in hac doctorum approbatione. Præterea cum inter doctores multa sit varietas opinionum & contrarietas, & sæpe circa idem dictum doctoris ejusdem multa contingat ambiguitas. Necesse est per aliquem doctorem infallibilem tolli hujusmodi dubia, & declarari: & cum quilibet particularis homo falli possit & errare, necesse est quod ecclesia sit hujusmodi infallibilis expositor & doctor credendorum & agendorum.

1. Cor. 3.

Tract. 18 in Ioan.

Nemo esset certus de ullo scripturæ sensu.

Tolli diversitas opinionum variorum doctorum non posset.

Præterea nemo debet majorem fidem dictis & expositionibus doctorum adhibere, quam ipsimet doctores sibi ipsis adhibuerunt, vel ab aliis adhiberi voluerunt: sed ipsi in dictis & expositionibus ipsorum sæpe dubitabant, & ne damnabiliter errarent, in omnibus se & sua dicta omnia correctioni ecclesiæ subjiciebant. Ergo fideles non debent expositiones doctorum certitudinaliter esse veras reputare, nec eis certam fidem adhibere, nisi in quantum fuerint doctrinæ ecclesiæ consonæ vel per ecclesiam approbatæ. Minor patet pene per omnes doctores qui sua dicta corrigenda ecclesiæ vel summo pontifici subjiciebant. Unde 24. quæstione 1. Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres nostros & coepiscopos non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctorem referri debere. Contra cujus auctoritatem nec Hieronymus, nec Augustinus, nec aliquis sacrorum doctorum suam sententiam defendit. Sic enim dicit Hieronymus eadem quæstione: hæc est fides, papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia, quamque semper tenuimus & tenemus. in qua si minus perite, aut parum caute forte aliquid positum est, cupimus emendari a te, qui Petri fidem & sedem tenes. Si autem hæc nostra confessio apostolatus tui judicio approbatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, sed hæreticum comprobabit. Beatus etiam Bernardus in epistola ad canonicos Lugdunenses ita dicit: Quæ autem dixi, absque præjudicio sane dicta sint sanius sapientis, Romanæ præsertim ecclesiæ auctoritati atque examini totum hoc, sicut & cetera quæ ejusmodi sunt universa, reservo, ipsius, si quid aliter sapio, paratus judicio

Neque doctores sancti sui judicio ecclesiæ & sedis apostolicæ submiserunt.

Innocentius papa epist. 26.

Cap. 14.

Bernardus epist. 174.

ANNO CHRISTI 1431.

judicio emendare. Similiter sanctus Thomas in proœmio super evangelia scribens papæ Vrbano IV. ita dicit: Suscipiat itaque vestra sanctitas opus vestro discutiendum corrigendumque judicio, vestræ sollicitudinis & obedientiæ meæ fructum; ut dum a vobis emanavit præceptum, vobis etiam reservetur finale judicium, ad locum unde exeunt flumina, revertantur. Idem secunda secundæ quæstione 1. art. 10. dicit: Maximam habet auctoritatem ecclesiæ consuetudo, quæ semper est in omnibus æmulanda, quia & ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia auctoritatem habet. Vnde magis est standum auctoritati ecclesiæ, quam auctoritati Augustini vel Hieronymi, vel cujuscumque doctoris. Hæc sanctus Thomas. Ecce quomodo & quam manifeste se & dicta sua sancti doctores correctioni sanctæ matris ecclesiæ subjiciunt, unde & nullum dictum alicujus sancti valeret, si contra determinationem ecclesiæ allegaretur, quia auctoritas ecclesiæ semper major est auctoritate cujuscumque quantumcumq; docti, aut sancti viri, & per consequens, omnibus æmulanda. Præterea si dicunt adversarii se velle intelligere scripturas secundum expositionem doctorum, & non ecclesiæ, tunc aut ipsi stabunt expositioni doctorum viventium, aut eorum qui ab hac vita migraverunt. Si primo modo, cum inter viventes sæpenumero, imo sæpissime contrarietas oriatur, & dissensio, ut patet specialiter, inter doctores catholicos & hæreticos: ad contrarietatem & dissensionem hanc tollendam, quis erit judex in vita præsente nisi ecclesia? Si secundo modo, ut quidam doctorum adversariorum dicunt, tunc si discordia oriatur de intellectu auctoritatum sanctorum doctorum jam defunctorum, quis erit judex? numquid alii doctores defuncti: & si sic, tunc orta discordia in dictis aliorum, quis judicabit? Si ulterius, alii doctores defuncti; tunc erit processus in infinitum, quod est omnino absurdum. dicendum igitur est, quod tam dicta doctorum viventium quam defunctorum, ad judicium ecclesiæ, tamquam ad infallibilem & divinam regulam sunt referenda, & ejus sententia tam in expositione scripturarum sanctarum, quam intelligendo dicta doctorum, & in aliis necessariis ad salutē tamquam divino ore prolata, a cunctis Christi fidelibus est amplectenda & acceptanda. Præterea ad principale propositum redeundo, inter Christum & ecclesiam est matrimonium spirituale, teste apostolo; qui ex verbis protoplasti dicentis: *Et erunt duo in carne una*, concludit: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia.* Sed sicut in matrimo- Ephes. 5.
nio carnali præcipue fides tori exigitur, sic & in spirituali, dicente propheta: *Desponsabo te mihi in fide.* Osee. 2.
Sicut igitur fractionem fidei in toro adulterii macula sequitur, sic & in matrimonio spirituali deviationem ab his quæ fidei sunt & necessaria ad salutem sequitur macula erroris, & per consequens adulterii spiritualis, quod est contra apostolum dicentem ad Ephesios 5. quod Christus tradidit semetipsum pro ecclesia, ut exhiberet eam sibi gloriosam, non habentem maculam neque rugam, neque aliquid hujusmodi. Præterea quicumque dat alicui ex caritate id quod incomparabiliter majus est respectu alicujus finis consequendi, dat etiam id quod minus est, respectu ejusdem, & tanto amplius, quanto magis est necessarium ad dictum finem consequendum: sed Christus dedit sponsæ suæ ecclesiæ seipsum, ut patet per apostolum immediate allegatum, quod incomparabiliter majus est, quam ipsam non sinere errare in his quæ fidei sunt. Ergo eidem contulit ut nullo modo possit errare in prædictis, quod est maxime ecclesiæ necessarium, quia ad ipsius salutem. Si igi-

Si Christus sponsæ suæ dedit seipsum, cur non & gratiam ne fallatur?

A tur Christus ex caritate seipsum tradidit ecclesiæ, & pro ecclesia; si *Deus Pater mundum sic dilexit, ut Filium suum unigenitum daret*, ut inquit Ioannes, & *qui proprio filio suo non pepercit*, ut ait apostolus, *sed pro nobis omnibus tradidit illum*, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donavit? & si omnia, quomodo assistentiam sui, seu Spiritus sancti indefectibilem nobis, seu suæ ecclesiæ, quæ eam non sinat errare in his quæ necessaria sunt ad salutem, non donavit? *Commendat Deus caritatem suam in nobis*, inquit apostolus ad Romanos 5. loquens in persona omnium ecclesiam constituentium, *quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. multo magis nunc justificati in sanguine ipsius salvi erimus.* Quomodo autem nos vel ecclesia salvi erimus, si in his quæ fidei sunt erraverimus? aut quomodo derelinquet ecclesiam, ex fidelibus collectam, lavacro baptismi regeneratam & suo sanguine pretiosissimo redemptam, ut non ei adsit in his, quæ necessaria sunt ad salutem? Si pro ea dum adhuc ex infidelibus, & peccatoribus atque idololatris colligebatur, tam turpissimam & ignominiosissimam mortem sustinuit, ut exhiberet sibi eam gloriosam non habentem maculam, neque rugam, ut dictum est. Et hæc profecto conclusio & intentio Pauli est in prædictis verbis: *Commendat Deus caritatem suam* &c. Præterea nullus sapiens sui ipsius, aut ejus, quod ex caritate & dilectione vera amantem in amatum transformante seipsum reputat, dum potest & valet, curam & providentiam prætermittit: sed Christus tanto caritatis affectu ecclesiā diligit, ut non aliam & aliam, sed unam & eamdem personam se & ecclesiam reputet, ut patet actuum nono, ubi Christus ad Saulum loquens ecclesiam persequentem, ait: *Saule Saule quid me persequeris?* Christus jam in cælo regnabat, & Saulus in terra non ipsum, sed membra sua, & fideles suos persequebatur, & tamen transformans caritas cogebat ipsum persecutionem sponsæ propriam reputare, & unam eamdemque personam fateri, cum ait: *Quid me persequeris?* sic & in fine mundi, mundum judicaturus, dicet: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Matth. 25.
D Ergo Christus cum potens sit & valeat, nunquam sponsæ suæ ecclesiæ providentiam prætermittit & curam. Præterea quanto gratia est potior natura, tanto & divina providentia, quæ est secundum gratiam, est potior & efficacior respectu provisorum, quam sit providentia, quæ est secundum naturam: sed divina providentia, quæ est secundum naturam, nunquam deficit universaliter. ergo nec secundum gratiam deficiet totaliter, ut videlicet Christus sponsam suam ecclesiam, quam indefectibiliter gubernat secundum esse naturæ, & eidem providet secundum conditionem suæ naturæ, permittat errare in his quę maxime necessaria sunt ad statum gratiæ & salutis, cujusmodi est errare in fide. Præterea ecclesia Christianorum est multo pręstantior, quam fuerit synagoga Iudęorum. patet tam ratione legis, quam sacerdotum, sacramentorum, & omnium in ea contentorum: sed Deus nunquam ex toto deseruit synagogam Iudæorum, pro tempore quo ipsā durare oportuit, nec eam errare permisit circa fidem, de qua Isaię 21. *Super speculam domini ego sum stans jugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus*, ejusdem 49. dicit dominus: *Numquid potest mulier oblivisci infantem suum? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.* quę omnia & infinita hujusmodi dicta sunt ad literam de synagoga, pro tempore suę durationis. unde & Pharisæorum doctrinam dominus tamquam veram, licet ipsi essent mali, approbavit, cum dixit: *Super cathedram* Matth. 23.

ANNO CHRISTI 1431. Ioan. 3. Rom. 8.

Nullus verus amator amati curam & providentiam deponit, multo minus Christus ecclesiæ.

Si providentia in naturalibus non deficit, multo minus in gratuitis.

Synagogam non deseruit, quomodo ecclesiam?

ANNO CHRISTI 1433.

Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, &c. Ergo nec ecclesiam Deus deserit, aut errare permittit in his quæ sunt necessaria ad salutem, pro toto tempore dominationis suæ, quod quidem durabit usque ad consummationem sæculi. Præterea omnis architectus sapiens ædificat domum suam firmiter, tantum quantum scit & potest, sive supra firmam petram, sive aliter: sed Christus fuit & est sapientissimus architectus, ergo ædificavit domum suam, quæ est ecclesia, firmiter, & supra firmam petram. major patet per apostolum, qui ait: *Ut sapiens architectus fundamentum posui*. Et Matthæi 7. *Similis est sapienti qui ædificavit domum suam supra firmam petram*. minor etiam patet, quia Christus Dei sapientia, & Dei virtus secundum apostolum, est etiam architectus, quia ædificavit ecclesiam secundum illud: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*. Si ergo ecclesia posset errare, aut erravit aliquando, ut dicũt adversarii, sequitur manifeste, quod Christus non ædificaverit ecclesiam suam firmiter, & supra firmam petram, & per consequens, quod non fuerit architectus sapiens, & quod falsum dixisset, quod portæ inferi non prævalerent adversus eam: quæ omnia sunt a fide aliena. Dicendum est igitur & concludendum firmiter, quod licet descendat pluvia, flent venti, veniant flumina hæreticorum & malorum hominum, & irruant in domum hanc ecclesiæ catholicæ, non tamen cecidit, neque cadet, quia firmata est supra firmam petram. Unde & apostolus vocat eam columnam & firmamentum veritatis, 1. ad Timoth. 3. ita scribens Timotheo: *Scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis*. Super quo Ambrosius in epistola ad Timotheum ita dicit: Cum totus mundus Dei sit, ecclesia tamen domus ejus dicitur, cujus hodie rector est Damasus. Mundus enim in prævaricatione est, diverso turbatus errore, ideo illic necesse est ut dicatur esse domus Dei; & veritas, ubi secundum voluntatem suam timetur. Hæc Ambrosius. Ecce quam aperte hic doctor declarat ubi sit ecclesia, quæ est domus Dei, illa scilicet & ibi, cui tempore suo Damasus papa præsidebat, sancta ecclesia Romana. Tenendum itaque est fide inconcussa, ecclesiam Christi & Petri naviculam, quamvis agitetur multis interdum turbinibus in hoc tempestuoso mari & procelloso, nunquam privari præsentia Christi, & gubernaculo Spiritus sancti, qui eam non sinit errare in his quæ fidei sunt, & necessitatis ad salutem. Cetera quæ de ecclesia erant dicenda hoc in loco, gratia brevitatis dimissa sunt, cum hæc in audientia publica fuerint recitata.

Non imperfectum reliquit Christus ædificium suũ, quod supra firmã petram statuit.

1. Cor. 3.

Matth. 16.

PROSEQUENDO responsionem inchoatam die sabbati ad dicta magistri proponentis in materia articuli communionis sub utraque specie, quia coarctor temporis brevitate, non valeo omnia dicta ejus, ut opportunum esset, perscrutari: tamen ne clausis oculis pertranseam illa, quæ mihi videntur in positione sua difficultatem habere, referam per articulos, discussionem eorum sequentibus reverendis magistris & doctoribus relinquendo; curabo autem pro præsenti ad ea solum respondere, quæ faciunt, vel videntur facere contra intentionem meam, in articulo proposito per eumdem. In primis igitur post ea quæ de insufficientiæ protestatione dicta sunt, & de acceptione ecclesiæ, qua visus fuit ponere ecclesiam constare solum ex justis, & in gratia gratum faciente actualiter constitutis: difficultatem affert id quod dicit in secundo membro divisionis, quam facit de communione, quod per sumptionem dignã corporis & sanguinis Christi homo ingeritur ad communionem primo modo acceptam, & fit de societate sanctorum. Et quod ad hunc sensum intelligatur auctoritas Augustini in homilia: Corpus domini a quibus sumatur. Item circa tertium membrum dictæ divisionis dicit, quod a communione, quæ minus proprie & vulgariter accipitur, fit excommunicatio hominum a judicibus ecclesiæ, & quod hujusmodi excommunicatio fertur quamplurimum non pro peccato mortali, sed solum de facto, & non de jure, & solum pro veniali. Item in resumptione prædictæ trimembris divisionis dicit: Boni Christiani cum malis non habent unitatem vitæ & spiritus in Christo, sicut vivum membrum a mortuo; & ad hoc inducit apostolum 1. Corinth. 10. *Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum*. & 2. Corinth. 6. *Quæ est conventio Christi ad Belial?* Item in * correlariis quæ infert ex præcedenti notabili. In primo dicit, quod non omnis qui ejectus est de tertia communione, puta per excommunicationem judicis, ejectus est de secunda communione. Item in secundo correlario dicit, quod minus est perniciosum & incautum communicare tam cum scito excommunicato a judice, quam cum scito mortaliter peccante. Et ad hunc sensum adducit apostolum: *Nolite communicare*, &c. Item in tertio correlario ponit, quod notorii peccatores debent a communione sanctorum propelli. & ad hunc sensum inducit exemplum de Dathan & Abiron, Numerorum 16. ubi dicitur: *Recedite a tabernaculis hominum*, &c. quæ ibi prosequitur contra manifesta peccata; prædicta scilicet, quæ mihi videntur, salvo judicio meliori, extra materiam meam posita, non modicas in se continere difficultates, quas ut prædixi, doctores & magistri subsequentes, ut spero, plenissime aperient & declarabunt. Deinceps ad ea quæ me contingunt oculos aperiam. Et primo ad id quod supponit, videlicet quod communio eucharistiæ Græce dicitur panis & calicis sacramentum. Ad quod dicendum, quod hoc non semper verum est, quia quandoque accipitur pro hostia tantum, sicut patuit ex concilio Toletano 12. superius allegato, & etiam per cap. Presbyter de consecr. dist. 2. ubi ex concilio Wormatiensi præcipiebatur sub his verbis: Presbyter eucharistiam semper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet ne sine communione moriatur: ubi secundum glossam, eucharistiæ nomine sola hostia designatur. Nam dicit: Sanguinem non præcipit servare, quia opus esset nimia cautela in eo servando; nec est de intentione Gregorii dicere in loco præallegato, quod eucharistia significet panem & calicem, quasi de suo principali significato, imo dicit sic: Cujus panis & calicis sacramentum Græce eucharistia dicitur, Latine bona gratia interpretatur. Et sequitur: Et quid melius sanguine & corpore Christi? Ex quibus verbis patet, quod nomen eucharistiæ non competit speciebus, sed ipsi rei, scilicet, carni & sanguini domini nostri Iesu Christi. unde sanctus Thomas tertia parte summæ suæ loquens de nominibus hujus sacramenti, & Petrus de Palude in 4. dist. 8. dicunt in forma, quod licet istud sacramentum sit unum perfectione & ordine, est tamen diversis nominibus nuncupatum. Nam in quantum est rememoramentum dominicæ passionis, dicitur sacrificium, hostia & oblatio, & hoc modo significatio ejus refertur ad præteritum. In quantum vero significat rem, respectu præsentis temporis, tunc cum duplex sit res hujus sacramenti, una significata & contenta, scilicet ecclesiastica unitas, ideo ratione primæ rei significatæ & cõtentæ, ut dicit dominus Petrus de Paluda, dicitur eucharistia quasi bona gratia, quia continet

ANNO CHRISTI 1433.

* corollariis

Cap. 93. Superius in tertia principali probatione.

3. quæst. 73. articulo 4.

Anno Christi 1433.

continet fonté gratiæ: eucharistia enim Græce, bona gratia Latine interpretatur. Ratione vero secundæ rei significatę, scilicet unitatis ecclesiasticę, nominatur communio, vel synaxis, secundum quod omnes per hoc sacramentum significantur aggregari in unum corpus Christi mysticum. unde dicit Damascenus quarto libro, quod dicitur communio, quia communicamus per ipsam Christo & participamus ejus carne & deitate, & quod communicamus & unimur per ipsam ad invicem. Dicitur etiam in Græco metalepsis, μετάληψις, id est, assumptio, quia ut Damascenus dicit, per hoc Filii deitatem assumimus. Quare suppositio generaliter non est vera, imo ut in pluribus & quasi semper eucharistia supponit pro hostia tantum. Quantum ad secundum notabile, quod est de differentia terminorum, scilicet, Licet, Expedit, & Necessarium, & quod hujusmodi sacramenti sumptio non sit necessaria necessitate absoluta, sumus satis concordes, ut dictum fuit in prima conclusione mea. Quantum ad tertium notabile, de differentia præceptorum Dei, licet concordemus de eo quod dicit, quod quædam obligant semper, & pro semper, quædam autem ad semper, sed non pro semper: Nihilo minus in exemplo posito, de diligere Deum, videat ipse si bene dictum sit, cum diligere dicat actum elicitum a diligente, licet sit actus immanens, & non transiens in exteriorem materiam, sicut & intelligere, & si quilibet teneatur sub præcepto omni tempore & momento incessanter, & sine interpellatione intelligere, & diligere Deum actuali elicitione actuum, & si ipse faciat, dum dormit, comedit, & bibit, & in aliis rebus occupatur, videat ipse & judicet, quia hoc est proprium angelorum & comprehensorum in patria. Credo tamen quod accipit diligere pro habitu dilectionis & non pro actu, & sic utique verum est. Et hæc dicta sint contra præsupposita breviter.

Præcepta quædam obligant semper, & pro semper, quædam semper, sed non pro semper.

Utilitates eucharistiæ ineffabiles.

SEO jam venio ad primam partem suæ positionis, in qua dicit, quod communio divinissimæ eucharistię sub specie utraque, panis scilicet & vini, utilis multum est, & saluti expediens. Contra quam in forma posui conclusionem meam tertiam, in terminis contrariam, in quibus conclusionibus tam sua quam mea duo tanguntur, unum est quod communio divinissimæ eucharistiæ sit multum utilis, & saluti expediens, & in hoc sumus concordes, quia tanta est utilitas hujus sacramenti, & tot effectus divinos in sumentibus digne operatur, ut nec ipse magister, nec ego, imo nec omnes linguæ mortalium, etiamsi omnia mẽbra converterentur in linguas, sufficerent enarrare, imo nec etiam ipsi angeli, & sancti in patria comprehendere possunt, nec valent cõprehendere. Secundum, quod attenditur in prædictis conclusionibus, est in quo consistit contrarietas inter ipsum & me, videlicet, quod sub duplici specie, vel sub una ministretur quoad populum laicalem. Auctoritates igitur quibus probat utilitatem sumptionis hujus sacramenti, concedo, quia nihil aliud intendunt quam utilitatem simpliciter sumptionis hujus sacramenti, quæ utilitas sequitur plene & perfecte in digne sumentibus, sive sub una, sive sub duabus speciebus sumatur; cum sub altera plene & integre caro Christi, & sanguis ejus, imo & totus Christus sumatur, ratione cujus sumptionis sequuntur omnes prædicti effectus. Quapropter falso infertur, & male, cum ex prædictis auctoritatibus sic concluditur: Quare sequitur, quam utilis est & quam expediens saluti fidelium divinissimæ euchaństiæ sub specie utraq; communio, si fuerit digne celebrata; Nisi forte propter id quod dicit, Digne celebrata, vellet referre ad celebrationem sacerdotum, quia proprie celebrare & offerre sacrificium in rebus sensibilibus Deo, pertinet ad sacerdotes, licet etiã ex prædictis auctoritatibus nec hoc sequatur, cum pure loquatur de manducatione, & sumptione corporis Christi, nisi forte auctoritas Alexandri papæ, qui dicit: Nihil sacrificio majus esse potest, quia ut dictum, solum sacerdotum est offerre sacrificia domino. Sed jam pro declaratione auctoritatum Ambrosii, sancti Thomæ, Alberti Magni, Innocentii, & multorum aliorum, qui sequuntur, est diligenter notanda distinctio quæ sequitur, ex qua spero per gratiam Iesu Christi satisfacere omnibus audientibus, non habentibus animum passione aliqua obumbratum. quæ distinctio, præsupposita catholica veritate, est ita clara & ita distincta, quod nemo poterit contra eam aliquid objicere, nisi proterva voluntate. Sciendum igitur quod triplex est hujus sacramenti perfectio, videlicet rei, signi, & effectus. Perfectio hujus sacramenti, quantum ad rem, consistit in integritate & totalitate præsentiæ rei & contentæ & signatæ in hoc sacramento, videlicet ipsius Christi, & sic sub utraque specie hujus sacramenti simul totus Christus vere & totaliter continetur, & sub altera similiter. Vnde idem per omnia continetur sub utraque specie simul, & sub altera tantum, & secundum eumdem modum existendi. unde sicut sub speciebus panis & vini simul totus & unus, Christus & integer continetur, scilicet cum corpore, anima, sanguine, & deitate, sic per omnia sub speciebus panis per se sumptis, & similiter sub speciebus vini, imo & sub qualibet particula panis, & sub qualibet gutta vini, & secundum eumdem modum etiam existendi, quia sicut sub specie panis est unita deitas humanitati, sic & sub speciebus vini: & sicut hic anima informat corpus, ita ibi, & sicut hic sanguis est inclusus intra venas corporis, ita sub speciebus vini, & ita quantum ad rem, & in modo existendi rei in hoc sacramento, nulla est diversitas, sive consideretur sub ambabus, sive sub altera tantum speciebus. Sed in conversione est diversitas, quia ex vi sacramenti, panis tantummodo in corpus Christi convertitur, videlicet, quod ex carne, ossibus, nervis, & aliis hujusmodi integratur. Cetera vero sunt ibi ex vi naturalis & realis concomitantiæ, scilicet, anima, sanguis, & deitas, quæ corpori Christi realiter, & naturaliter consequenter sunt unita, quia ut dicitur ad Romanos 6. *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim vivit, vivit Deo.* Vnde cum corpus non vivat nisi per animam, & anima animalis in sanguine sit, ut habetur Geneseos nono, necesse est naturali concomitantia sit ibi & sanguis & anima. Et cum deitas nunquam corpus quod assumpsit deposuerit aut dereliquerit, necesse est ut etiam sit ibi deitas, non solum absolute considerata, ratione suæ immensæ majestatis, sed etiam hypostatice ex reali concomitantia. Similiter sub speciebus vini est tantum sanguis Christi ex vi sacramenti directe, tamquam terminus per se consecrationis. corpus vero, anima, & deitas sunt ibi ut dictum est, ex naturali & reali concomitantia. Si quis vero in triduo mortis domini confecisset hoc sacramentum, prædicta realiter separata in ipso, scilicet corpus, sanguis, & anima, ab utroque, quia sub specie panis fuisset corpus & divinitas, sed non anima, neque sanguis, quia erant in re per mortem separata, & similiter sub specie vini. Sic igitur in hoc sacramento ubicumque est aliqua pars sacramenti, sive sub specie panis, sive sub specie vini, sive aliqua pars corporis aut sanguinis Christi, ibi est totus & integer Christus: unde beatus Hilarius loquens de hoc sacramento, & & habetur de consecratione, distinct. 2. Vbi pars est corporis,

Et hæc tam perfecte redeunt ad communicantem sub una quam sub utraq; specie.

Anno Christi 1433.

De consecratione dist. 2. cap. 9. Nihil.

Triplex est perfectio hujus sacramenti, rei, signi, effectus. Perfectio rei consistit in ipso Christo integro sub qualibet specie.

Diversitas est in conversione.

Cap. 78.

Anno Christi 1433. Cap. 77.

corporis, ibi & totum. Hieronymus etiam, & habetur eadem dist. Singuli: Singuli accipiant Christum dominum, & in singulis portionibus totus: nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet singulis. Magister quoque sententiarum libro 4. dist. 11. ita dicit: Sub utraque specie totus sumitur Christus, nec plus sub utraque, nec minus sub altera. Eadem enim ratio est, ut ait Hilarius, in corpore Christi, quæ in manna præcessit, de quo dicitur Exodi 16. *Qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui minus paraverat, habuit minus.* & infra: Nec debent dici duo sacramenta, sed unum, quia sub utraque specie idem sumitur. & habetur de consecr. dist. 2. Vbi pars. Item Augustinus in lib. sententiarum Prosperi: Quia semel immolatus est Christus, hoc autem sacrificium exemplum est illius, id ipsum, & semper ad ipsum, proinde unum est hoc sacrificium, alioquin quoniam in multis locis offertur, non multi sunt Christi, sed unus ubique est Christus, & hic plenus, & illic plenus. & habetur de consecratione dist. 2. In Christo. His auctoritatibus ostenditur manifeste, quod in hoc sacramento sub qualibet specie est totus & integer, atque plenus Christus, & sub utraque simul, imo & in qualibet particula, scilicet cum corpore, sanguine, anima & deitate, & cum omnibus quæ ad perfectionem & integritatem ipsius pertinent. nec in hoc debet aliquis fidelium dubitare, quia hæc est fidei catholicæ, & omnium sanctorum doctorum sententia, *&c.*

Perfectio signi.

Alia perfectio hujus sacramenti consistit in signo, C sive in significatione, secundum quod concurrunt omnia illa & integre, quæ requiruntur ad totalem & completam illius sacramenti significationem; & secundum hoc ambæ species, sicut & quælibet earum est de integritate, & perfectione sacramenti, eo quod per ambas, & per nullam illarum seorsum, sufficienter & complete exprimitur hujus sacramenti significatio. quod patet; primo, quia hoc sacramentum significat Christum, ut nutrimentum perfecte reficiens se digne manducantes: sed cum perfecta refectio corporalis non in solo pane, aut in solo vino consistat, sed in utraque simul, utique una sola species rerum non potest significare Christum, ut perfecte reficientem, sed una significat eum per modum cibi D reficientis, & famem tollentis, ratione sui corporis, & alia per modum potus sitim extinguentis, ratione sanguinis. unde nulla seorsum, sed ambæ simul hoc complete significant. quare ambæ species ad integritatem significationis hujus sacramenti requiruntur. Secundo, quia hoc sacramentum institutum est in memoriam dominicæ passionis, secundum illud: *Hoc facite in meam commemorationem*, & apostolum prima ad Corinth. 11. *Quotiescumque manducaveritis panem hunc, & calicem biberitis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat*, prout videlicet Christus in sua passione fuit in corpore suo subjectus multiplici afflictioni, & secundum quod ejus sanguis fuit a corpore separatus. Sed hoc non E potest significari nec repræsentari per alteram speciem tantum, sed per utramque simul. igitur ad completam & perfectam significationem passionis Christi & repræsentationem, utraque species requiritur, scilicet, species panis, quæ post consecrationem in altari frangitur, per quam corpus Christi subjectum multiplici fractioni seu pœnalitati significatur, & species vini, per quam seorsum sanguis Christi effusus ostenditur. Ad hujus passionis igitur completam significationem requiruntur ambæ species. unde Augustinus in libro sententiarum Prosperi: Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominici corpo-

Luc. 22.

A ris in cruce immolatio, ejusque sanguinis effusio de latere significatur? Tertio, quia sacramentum hoc significat assumptionem totalis humanitatis assumptæ a Christo, tam quoad animam, quam quoad corpus, & etiam significat perfectam nostram redemptionem, scilicet in anima & corpore. Vnde dicit magister sententiarum in 4. distinctione 2. quod in duabus speciebus celebratur, & animæ & corporis in Christo susceptio, & utriusque in nobis liberatio significatur: hæc autem significatio non potest fieri per alteram speciem tantum, sed per ambas simul, ut per speciem panis significetur corpus, per speciem vini significetur anima, cujus sedes est in sanguine, secundum modum scripturæ dicentis quod sedes animæ est in sanguine.

B Tertia vero perfectio hujus sacramenti est effectus ipsius, qui est augmentum gratiæ, deletio peccatorum venialium, præservatio a futuris peccatis, quædam refectio spiritualis animæ, & tandem in perseverantibus & digne sumentibus adeptio æternæ gloriæ. Hi autem effectus, ut manifestum est, non dependent a speciebus sacramentalibus, nec ex significatione qua repræsentantur per dictas species passio dominica, perfectum spirituale nutrimentum, perfecta a Christo nostræ humanitatis assumptio, & totius hominis per passionem suam perfecta & integra redemptio, sed ex perfectione & totalitate rei, secundum quod superius dictum est. Vnde Albertus Magnus in tractatu de officio missæ ita dicit respondendo ad quædam objecta: Ad hæc autem & similia non est difficile respondere ei, qui apud se bene habet scientiam sacramentalem: dici enim debet quod sicut in omni sacramento, ita & in isto est aliquid sacramentum tantum, sicut formæ sacramentales, & aliquid res & sacramentum, sicut corpus Christi verum, & aliquid res tantum, sicut gratia nutriens spiritualiter ad incorporationem in Christum faciendam. Formæ enim sacramentales significant tantum, & nihil causant; corpus autem Christi verum significat & causat: gratia autem nutriens spiritualiter significatur & causatur, & nihil ulterius significat, sed causat in mystico corpore incorporationem, quæ fit fidelium in Christum. Et hæc de causa ista tria sunt in sacramento, ita scilicet quod primum est significans, & non significatum: tertium autem significans, & non significatum: medium autem est significatum & significans. Quidquid autem ex institutione divina significat gratiam, sacramenti nomen habet & rationem, quia sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma, cujus speciem gerat, & causa existat, sicut dicit Augustinus. Hæc Albertus. Cum igitur sub utraque specie totus & integer Christus contineatur, & seorsum sub qualibet, manifestum est quod sive sumatur sub ambabus speciebus, sive sub altera tantum, eum totus & integer sumatur utroque modo, quod in digne sumentibus totus & integer effectus consequitur. Ista igitur distinctione præsupposita, venio particulatim ad auctoritates quæ inducuntur, & primo ad auctoritatem beati Ambrosii. Dicendum igitur quod verum est, quia in morte Christi liberati sumus, & quod hoc sacramentum in memoriam illius divini beneficii celebratur, & quod ad tuitionem utriusque animæ scilicet & corporis, utrumque scilicet caro & sanguis sumitur, sive sub duplici specie, sive sub una accipiatur, verum quantum ad significationem, hæc tuitio utriusque completius & perfectius sub duplici specie, quam sub una designatur, licet non magis sub duplici, quam sub una, quoquo modo in simplici sumptione ad prædictorum tuitionē operetur. Quod ad significationem

Perfectio effectus eucharistiæ.

Cap. Quid in hoc sacramento sit sacramentum tantum, quid res tantum, &c.

Ad S. Ambrosium.

Anno Christi 1431.

significationem faciendam, sicut & passionis Christi, quantum ad species visibiles, pertinet ad sacerdotes, quibus solis ipse Deus dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, &c. Vnde in libro sententiarum distinctione 2. quarti libri, post prædicta verba beati Ambrosii subditur: Sed sub utraque specie sumitur, quod ad utrumque valet, quia sub utraque specie sumitur totus Christus. Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum, id est, corporis aut animæ, non utriusque pariter, tuitionem valere significaretur. Ecce quomodo Magister loquitur de significatione. non enim dicit, ad alterius tuitionem tantum valeret, sed ad alterius tantum tuitionem significaretur valere. Imo dicit, quod sub utraque specie sumitur, quod ad utrumque valet. Ad idem est Hugo in quarto de sacramentis, ubi ita dicit: Nunc videtur dicendum, quod licet in duabus speciebus sumatur, tamen sub utraque integer Christus sumitur. Non enim potest esse corpus sine sanguine, nec sanguis sine corpore esse potest. Sed ideo in duabus speciebus sumitur, hujus ut significetur sacramenti duplex effectus. Valet enim, ut ait Ambrosius, ad tuitionem corporis & animæ, & quod sumitur in pane, valet ad utrumque, & similiter quod in vino sumitur, quia in pane totum & integrum sumimus. Sed si in pane tantum sumeremus, alterum tantum significaretur, secundum quod ad tuitionem corporis valeret. Iterum, si in vino tantum sumeretur, licet hoc sufficeret ad corporis & animæ tuitionem, tamen hoc solum significaretur quod pro salute animæ susciperetur. Hæc ille.

Ad Hugonem.

Post hæc adducit sanctum Thomam parte 3. qu. 74. art. 1. dicentem de distinctione duplicis speciei, & similiter eadem parte quæst. 76. art. 2. Ad quem dicendum, quod sanctus doctor ea proposito & ea intentione tam in 3. parte, quam in quarto sententiarum, & pene in omnibus scripturis suis, in quibus tractat hanc materiam, determinat pro parte consuetudinis Romanæ ecclesiæ, & eamdem consuetudinem multipliciter laudat & approbat, secundum quod in præcedentibus ea dictis suis satis fuit diffuse declaratum. Sunt autem doctores allegandi ad eum sensum quem ipsi intendunt in dictis ipsorum, & non ad sensum repugnantem, sicut & sacra scriptura. sed videtur mihi quod magister opponens, omissa doctorum clara & manifesta intentione, nitatur & laboret eosdem doctores capere in sermone, quemadmodum & Iudæi observabant Christum. Verumtamen ne credat se doctores catholicos in hac materia in contradictione deprehendisse, respondendum est. Et primo ad dicta hujus doctoris, qui in prædictis locis intendit assignare causas, quare in consecratione hujus sacramenti utraque species requiritur, cum tamen idem contineatur utrobique, & quod una specierum nullo modo superfluit, & ad hoc ostendendum triplicem causam assignat. Prima est expressior significatio dominicæ passionis. Secunda est expressior significatio completæ refectionis spiritualis. Tertia expressior significatio salvationis utriusque hominis, quorum omnium repræsentationem facere pertinet ad sacerdotes, quibus dictum est & præceptum: *Hoc facite in meam commemorationem*. quod autem dicit: Conveniens est ut seorsum exhibeatur fidelibus tam ratione usus, quam ratione effectus; dicendum est quod doctor loquitur de institutione hujus sacramenti, causas assignando, quod non frustra sub duplici specie institutum sit, & sic id quod dicit quod seorsum exhibeatur fidelibus, refertur indifferenter ad ecclesiam, & verificantur verba sua, tam in sacerdotibus, quam in non sacerdotibus, quibus sic ea consuetudine ministrabatur, ut dictum est de ministris quarumdam ecclesiarum, specialiter in ordine Cistertiensium. Id vero quod dicit, quod corpus Christi exhibetur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ sub diversis speciebus, intelligendum est significative, ut sæpe dictum est, & secundum quod dictum est ad auctoritatem Ambrosii. Ex quibus patet, quod quantum ad rem, & simpliciter, nulla est utilitas major capere sub utraque specie, quam sub una, imo stantibus consuetudine universali, & statuto ecclesiæ in oppositum, quibus fideles tenentur conformari & obedire, capere sub utraque est damnabile & perniciosum. Vlterius, quod ex communione sub utraque specie augeatur gratia in sumente, scilicet ratione adjunctæ secundæ speciei, negatur simpliciter. & ad auctoritatem Augustini dicendum, quod dicta auctoritas Augustini ponitur in glossa ordinaria super psalmo 22. In quo psalmo David enumerat decem dona Dei, quæ prædicta glossa vocat decem gratias, & post nonam gratiam ponit auctoritatem jam allegatam, quam sic incipit: Nota quod calicem & sanguinem Christi psalmista per se ponit, quasi aliam gratiam a mensa & a corpore Christi, cum tamen caro sine sanguine, *&c.* In qua auctoritate glossa implicite solvit illam quæstionem, Cur psalmista enumerando dicta dona Dei seu gratias, mensam & corpus Christi & calicem & sanguinem distinguit, velut duas gratias, & duo dona Dei? cum species panis & vini sint unum sacramentum totale & non duo, & caro Christi non possit de lege communi esse aut sumi sine sanguine, & e converso, eo quod totus Christus est sub utraque specie. Et respondendo reddit istius distinctionis tres causas. Prima est distinctio essentialis corporis Christi & sanguinis ejus. & hanc tangit cum dicit: Sed quia caro non est sanguis, & sanguis non est caro. Secunda est diversitas conversionis, & illam innuit cum subjungit: Et panis in carnem convertitur, & vinum in sanguinem, & non e converso. Tertia est distinctio specierum panis & vini, & istam dat intelligere, cum addit: Et sub diversis speciebus utrumque sumitur. Et hæc est totalis intentio auctoritatis illius, in qua nulla mentio fit de communione laicorum sub utraque specie, & illud quod in fine ipsius ponitur: Et sub diversis speciebus utrumque sumitur; refertur ad sacerdotes sacrificantes, ad quos pertinet sub utraque specie conficere, & sumere propter perfectam sacramenti significationem. Et ex hoc patet quod falso infertur & male, cum dicitur, quod sit alia gratia sub illis diversis speciebus, & per consequens sumens sub una, non sumit utraque, quia illa distinctio tantum ponitur propter rationes prædictas, quæ nullo modo inferunt aliquam distinctionem in re aut in effectu. unde & caute Augustinus & glossa inquiunt: Idem mensam & calicem hic distinguit, velut diversas gratias. & superius in principio auctoritatis dicitur: Qui calicem, id est, sanguinem Christi per se ponit quasi aliam gratiam, *&c.* Non enim aiunt quod sint diversæ gratiæ, sed propter prædictas diversitatis causas dicunt Velut, id est, quasi diversas gratias. Ex quo nullum potest inferri præjudicium communioni sub una specie, quasi minus contineat in se aut rei aut gratiæ. Ad illud igitur quod ex prædictis auctoritatibus videlicet Ambrosii, Thomæ & Augustini concludit, videlicet quod sint diversæ gratiæ sive efficaciæ, & diversi fructus sub duabus speciebus, negatur, ut expositum est, quia ex dictis illorum nihil sequitur. Quare fideles intelligere debent, quod nihil utilitatis, nihil virtutis, nihil gratiæ aut cujuscumque spiritualis effectus, sumitur per sumentes hoc sacramentum sub duplici specie magis, quam per

Ad S. Thomam.

Ad Augustinum.

Non plus sumitur, quoad effectum, sub utraque quam sub una, ceteris paribus.

sumentes sub altera tantum, ceteris paribus, & ex opere operato, & quod eis per consequens nihil aufertur spiritualis effectus, nisi occasio erroris, periculum effusionis, & irreverentia, quæ in multitudine populi minus discreti & minus cauti, posset accidere huic venerabili sacramento in administratione sub specie vini. Vlterius, ad auctoritatem Alberti Magni dicendum primo, quod tempore Alberti Magni non dubium est quin modus & consuetudo unius speciei jam erat in ecclesia introducta, nec reperitur quod eam hic doctor profundissimus in loco aliquo redarguerit, aut reprehenderit, quod utique audacter fecisset, si ipsam quoquo modo credidisset aut putasset illicitam: imo prædictus doctor putavit & credidit, non solum ecclesiam posse ministrare laicis hoc sacramentum sub una specie, sed etiam credidit quod ecclesia posset cum sacerdotibus dispensare, ut in illis partibus, in quibus non potest vinum de facili reperiri, conficerent sub una specie. Vnde in tractatu suo de missa prope finem dicit: Propter intolerabile damnum animarum quod incurrunt habitantes in terris ubi non habetur vinum, expediret ut dispensaretur, ut Christi corpus sine calice confici posset. Et subdit rationem illius dicti dicens: Corpus enim non est sine sanguine, & anima, & deitate, quamvis non sit ibi sanguis vi consecrationis. non est igitur dicendum nec præsumendum, quod tantus doctor sibi ipsi in allegatis auctoritatibus fuerit contrarius.

Ad Albertū Magnum.

Supra in testimoniis sanctorum patrum.

B

Ad auctoritatem igitur ejus allegatam dicendum, quod loquitur de sacerdotibus celebrantibus & conficientibus hoc sacramentum, quod manifestissime patet, & sole clarius ex ipsius responsione, quam immediate ad dictum dubium motum subsequitur, quam responsionem magister Ioannes ea ex causa dimisit, quia totaliter facit contra eum. Nam Albertus respondens ita dicit: Sed hoc dicimus, quod Christus postquam exhibuit corpus suum sub specie panis, tunc etiam postea exhibuit sanguinem suum sub specie vini, & utrumque sacramentaliter esse celebrandum præcepit in ecclesia per statuta apostolica, & ideo ecclesia instructa actione Christi, utrumque celebrat, divisim conficiendo corpus sub specie panis, & divisim conficiendo sanguinem sub specie vini. Quod autem sic divisim hæc duo exhibuerit, & celebranda instituerit Christus, patet Matthæi 27. Hæc Albertus. Qui post prædicta eum testimoniis euangelistarum probasset quod Christus sub duplici specie hoc sacramentum instituerit, & ita celebrandum & conficiendum in ecclesia per statuta apostolica præceperit, subjungit: Ex omnibus istis accipitur, quod Christus sub una specie panis corpus suum tradidit, & sub altera specie vini tradidit sanguinem, & sic servandum instituit: & cum Christi actio sit nostra instructio, pro certo hæc duo nobis servanda esse præcepit, & ideo sub una specie corpus, & sub alia tradimus sanguinem. Hæc Albertus in loco ubi dictus magister allegat eum, in quo unusquisque vel sciens grammaticam potest intelligere hunc doctorem, quod non loquitur nisi de celebrantibus & conficientibus hoc sacramentum. Vlterius, valde notandum verbum, quod ibi dicitur, quod Christus utrumque sacramentaliter celebrandum esse præcepit in ecclesia per statuta apostolica. Ex quo verbo patet intentio hujus doctoris, quod etiam celebratio hujus sacramenti per sacerdotes in ecclesia non est præcepta immediate a Christo, sed per statuta apostolica: quæ tamen statuta apostolica ipsi Christo attribuit ad declarandum quod nihil ecclesia statuit, aut potest statuere, quod concernat fidem, aut aliquid necessarium ad salutem sine

C

In cap. De hujus potus proprii effectus operatione.

D

E

A Christo ipsam dirigente, & eidem assistente usque ad consummationem sæculi. unde & inferius ait assignans rationem de duplici specie in celebratione: Hujus autem facti Christi & ecclesiæ hæc est causa, *&c.* ubi & Christo & ecclesiæ hoc factum attribuit, & ex hoc fundamento dependet illa sententia sua, qua, ut superius dictum est, asserunt, quod in partibus, in quibus non reperitur vinum, ecclesia posset dispensare ut sub specie panis tantum sacerdos conficeret, quod utique nullo modo posset fieri, si fuisset Christi præceptum tantum obligans in celebratione hujus sacramenti, & sumptione, quantum adversarii conantur persuadere. Ad verbum autem, Tradimus sanguinem, dicendum, quod sæpe doctores subinducunt personam totius communitatis, vel B ecclesiæ, & loquuntur in numero plurali, & sic iste doctor loquitur in persona ecclesiæ. Nam superius dixerat, quod Christus utrumque sacramentaliter celebrandum esse in ecclesia per statuta apostolica præceperat, & postmodum subdit: Et ideo sub una specie corpus, & sub altera sanguinem tradimus, per modum scilicet statuti & doctrinæ, quasi diceret, Nos ecclesia tradimus & mandamus, sive statuimus & docemus sub una specie corpus, & sub altera sanguinem debere celebrari. secundum quod & apostolus in nostra materia loquitur 1. ad Corinth. 11. *Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis.* Non enim apostolus acceperat communionem sacramentalem C a domino per modum quo communicans recipit eucharistiam a sacerdote, nec similiter ipse ita tradidit Corinthiis, nisi per modum doctrinæ; unde arguens paralogizat in acceptione termini, Tradimus. Ad aliud autem quod inducitur de eodem doctore, videlicet de divisa vel diversa operatione corporis a sanguine, *&c.* dicendum, quod idem met doctor super illa litera textus Augustini, quod sacramentum componatur ex visibili elementorum specie, & domini nostri Iesu Christi carne, sacramento videlicet, & re sacramenti, dicit sic: Nun intendit hic Augustinus determinare partes essentiales sacramenti, sed potius dicere ea quæ exiguntur ad veritatem & sacramenti perfectionem, secundum quod est effectivum unitatis corporis mystici, quod est ecclesia. species D autem visibiles operantur illam per modum significandi, ut Magister dicit in sequenti distinctione, quia sicut unus panis fit ex multis granis depuratis, & vinum confluit ex multis uvis, sic ecclesia congregatur ex multis fidelibus, corpus autem Christi efficit illam per modum causæ. Hæc ille. Ex quibus verbis ejusdem doctoris manifeste colligitur, quæ sit operatio specierum sacramentalium, quia est ipsa significatio, prout etiam superius dictum est per eumdem doctorem, quod formæ sacramentales nihil causant, sed solum significant. Ista igitur ejusdem doctoris præsupposita declaratione, manifesta est intentio sua, quia videlicet sicut ad nutrimentum corporale sumitur potus ad perfectionem nutrimenti, E ita & in nutrimento spirituali datus est potus ad perfectionem nutrimenti spiritualis, scilicet ipse sanguis Christi, & quantum ad hoc, ut superius dicebatur post Hugonem de sancto Victore, & Magistrum sententiarum, totum completur & continetur sub altera specierum. Verum quia perfecta refectio, quæ consistit in cibo & potu spirituali, non significatur per unam speciem, idcirco idem doctor ait, quod divisam habet operationem sanguis a corpore, corpus enim dedit Christus in communionem sui & membrorum, sanguinem autem dedit in redemptionem. Istæ autem sunt diversæ operationes, quod utique verum est tam in se, quam etiam in signo: tamen cum utrumque scilicet corpus & sanguis

Lib. sent 4. dist. 10.

contri-

Anno Christi 1433.

continceatur sub altera specie, patet quod sub altera specie utrumque sit, communio scilicet & redemptio, non tamen utrumque per alteram speciem significatur. & ideo sunt diversæ operationes, & essentialiter inter se, & etiam in signis. & hoc est quod idem doctor concludit: Quod cum dominus sic ordinaverit, & multiplicaverit sacramenta, quod omnes gratias sacramentales habeamus in sacramentis, supple, effective, & significative, & alia gratia sit redemptionis per sanguinem, quam communionis per corporis sumptionem, non sufficit in sacramento habere elementum significans communionem, nisi etiam haberetur elementum significans redemptionem: ubi expresse doctor concludit totam istam diversitatem existere in diversitate significationis, & non in re, quoad effectum. non enim dixit, Non sufficit in sacramento habere elementum efficiens seu causans, sed, significans communionem. Ex quibus manifeste patet, quod quantum pertinet ad esse rei, nulla utilitas resultat communionis duplicis speciei, quia ista pluralitas solum requiritur propter completam significationem faciendam completæ refectionis, seu aliorum, quæ per hoc sacramentum efficiuntur in nobis per dignam sumptionem.

Ad Innocentium. Superius in testimoniis SS. patrum.

Ad auctoritatem Innocentii dicendum, quod ipse, ut superius dictum est, tenet in sequenti capitulo, quod sub sola specie panis debet eucharistia servari. Item quod in illis regionibus, in quibus alterutrum inveniri non potest, licite potest alterutrum sine altero consecrari, & in fine capituli approbat modum qui tenetur in parasceve de sumptione eucharistiæ sine specie vini. Ex quibus patet, quod hic doctor non fuit opinionis, quod utraque species fuerit vel sit de necessitate salutis, sive de præcepto Christi, quia si sic, nullum prædictorum potuisset rationabiliter concedere. Ad auctoritatem igitur quæ hic inducitur, dicendum, quod loquitur de sacerdotibus actu conficientibus, quorum est conficere simul, & sumere sub utraque specie, propter perfectam significationem, ut in superioribus sæpe dictum est, quod patet ex hoc, quia nullam mentionem facit de laicis, & quia loquitur de oblatione & consecratione, quæ solis competunt sacerdotibus: hoc etiam rubrica ejusdem capituli ostendit, quæ dicit, Cur eucharistia sub duplici specie consecratur? Et item quod de sumptione dicit, referendum est ad sacrificium, quia ad sacrificantem pertinet, ut dictum est, uterque actus, scilicet conficiendi & sumendi, & hoc propter significationem perfectam, tam Christi passionis, quam etiam salutis utriusque hominis. Si enim in sacrificatione una tantum species conficeretur, & sumeretur, ad alterius corporis scilicet, vel animæ, salutem pertinere significaretur, sed idcirco utrumque a sacerdotibus conficitur & sumitur, ut mors Christi & salus utriusque hominis significetur. Quod autem ulterius additur, quod nec sanguis sub specie panis, nec corpus sub specie vini bibitur & comeditur, verum est quoad signum extrinsecum, sed tamen quoad rem quæ est caro & sanguis, & quoad effectum, qui est extinctio esuriei & sitis, vel quoad perfectam & completam cibationem, quæ principaliter in quolibet nutrimento attenduntur, ita plene & perfecte sub una specie utrumque sumitur, sicut sub utraque, & vere comeditur corpus Christi, & vere ipsius sanguis bibitur. Unde Præpositivus qui fuit doctor antiquissimus, quem sanctus Thomas & multi antiquorum doctorum allegant, in quæstionibus de sacramentis dicit: Sub hac specie sanguinis est corpus & sanguis, & sub specie panis hac sumis sanguinem: vel ergo comedis vel bibis sanguinem: sed non est dicendum quod comedis, ergo bibis, & sub hac specie comedis. Solutio: sub hac specie comedo & bibo. Hæc præfatus doctor antiquus. Idem dicunt Petrus de Tarentasia, & Thomas de Argentina, & pene omnes, qui approbant communionem sub una specie: nec tamen in sacrificio una species superfluit alteri, imo sicut utraque requiritur ad perfectam significationem prædictorum, sic & prædicti duo actus, qui respiciunt ratione significationis prædictas species, necessario exiguntur. Quare totum quod idem doctor & pontifex loquitur, ad sacrificium referendum, in quo tam utraque species, quam uterque actus propter significationem prædictam requiruntur. Ad auctoritatem sancti Thomæ de diversis instrumentis, dicendum est, quod in hoc sacramento, panis & vini non sunt diversa instrumenta, sicut nec diversa sacramenta, nisi materialiter, & ita non est nisi unum instrumentum, per quod Deus in nobis operatur perfectam nutritionem & cibationem, unde nec sub duplici specie divina virtus diversas efficacias operatur. Unde Albertus in tractatu de missa dicit: Quod autem objicitur quod duæ institutiones faciunt duo sacramenta; dicendum, quod non sequitur, nisi duæ institutiones essent de duabus materiis † diversis, & duabus formis diversis, & duabus gratiis in sacramentis substantialiter affectis diversis, quæ hic non sunt, quia duæ materiæ panis & vini indicant unum perfectum nutrimentum, quod in perfectione nutriendi altera illarum materiarum indicate non sufficit, forma etiam ad formam refertur ad perfectionem unius sacramenti, una etiam est gratia in utroque effecta, & ideo duæ esse non possunt. Hæc Albertus. Ex quibus Sole clarius patet, quod nullum bonum, nulla utilitas sequitur ex sumptione duplicis speciei, cum nulla efficacia magis sub una quam sub duplici contineatur, & cum fiat contra determinationem ecclesiæ, non solum non est expediens saluti, sed omnino est damnabilis, & nociva, maxime si pertinacia adjungatur. Ulterius, ad auctoritates sequentes, quæ procedunt ex effectibus appropriatis sanguini. Et primo ad auctoritatem sancti Thomæ dicendum, quod ipsemet doctor declarat se ipsum & verba sua atque sententiam. Nam dicit: Per hæc verba, *hic est calix sanguinis mei*, significatur ipsa conversio vini in sanguinem, per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione, quæ operatur in hoc sacramento; quæ quidem, scilicet virtus sanguinis effusi in passione, ad tria ordinatur. Primo quidem & principaliter ad adipiscendam æternam hereditatem. Secundo ad justitiam gratiæ, quæ est per fidem. Tertio ad removendum impedimenta utriusque prædictorum, scilicet peccata. In quibus verbis expresse doctor ostendit, quod prædicta tria securi sunt fideles ex effusione sanguinis Christi in passione, & eadem virtus passionis operatur in hoc sacramento, & non dixit doctor, In sacramento tantum sanguinis; sed, In sacramento simpliciter. Et licet prædicta verba, *novi & æterni testamenti*, & alia quæ sequuntur, adjuncta sint futuræ consecrationi sanguinis propter majorem expressionem & similitudinem, quæ ejusdem sanguinis habetur in specie appropriata, scilicet vini, tamen effectus prædicti cum non sequantur speciem, manifestum est quod ubicumque est sanguis ille qui effusus est, ibi sunt omnes effectus ejus. Cum igitur sub specie panis sit verus sanguis Christi, imo totus & integer Christus, manifestum est, quod ibi erunt omnes effectus virtualiter & sufficientissime ejusdem sanguinis. Et mirabilis causa quam adducit, ejusdem doctoris declarat veritatem, cum subdit, quod sanguis non solum habet efficaciam

Anno Christi 1433.

De hujus sacramenti forma super vinum.

† Impressum exemplar habet; Divisis.

S. Thom. 3. q. 78. art. 3.

Ibidem ad octavum.

Anno Christi 1433.

ciam in sacerdotibus qui hoc conficiunt sacramentum, vel aliis qui sumunt, sed etiam in illis pro quibus offertur. Si enim sanguis Christi proficit illis, pro quibus offertur, licet non sumant ipsi, nec in re, nec in signo, quanto magis proficiet illis qui capiunt & sumunt ipsum in re, licet non in signo, ut sacerdotes faciunt, ex quo secundum se nulla virtus sequitur aut causatur, ut dixit Albertus? Ex quo patet, quod populus fidelis in subtractione calicis non spoliatur quibuscumque effectibus salutiferis, aut quomodocumque utilibus, cum sanguis Christi non auferatur ab eis, sed solum species & signum repræsentans, & hoc propter pericula effusionis & erroris.

Ad S. Cyprianum. Supra num. 6.

Ad auctoritatem Cypriani dicendum primo, quod ipse in hac auctoritate nullam necessitatem ponit aut præceptum Christi, nec ulterius facit mentionem de communione laica sub utraque specie, imo nec de specie vini, sed solum de sanguine, quem quilibet sumit, ita bene communicans sub una specie, & omnem effectum ejus, sicut qui communicat sub utraque. Ad aliam auctoritatem sancti Thomæ, quam allegat sermone trigesimo, dicendum primo, quod mirum est quomodo magister proponens non advertit ad præcedentem sermonem, imo ad unam lineam præcedentem dicta, quæ assumit pro se. nam

Supra in testimoniis SS. patrum & doctorū.

idem doctor in sermone 29. quærit ex intentione, Quare populus non accipit sanguinem sicut sacerdos? & assignat tres rationes quas ibidem diffuse prosequitur, quarum prosecutio hic gratia brevitatis omittitur, quia dicti sermones satis cōmunes sunt. Dicitur igitur quod omnes illi effectus quos enumerat doctor præfatus in dicto sermone trigesimo, sunt effectus ipsius rei, id est, veri sanguinis Christi, & non speciei, idcirco sanguis Christi sive significetur per aquam, sive significetur per vinum, sive per quemcumque alium liquorem, seu aliam rem sensibilem, & quidquid potest dici de effectibus ejus, de utilitatibus, de dulcedine, totum sibi competit ratione sui, & non ratione speciei neque signi. Idcirco quicumque digne sumit, sive sub specie panis, sive sub specie sibi appropriata, semper consequitur suos effectos. Et idem dicendum est ad effectus & utilitates, quas enumerat Chrysostomus, & non solum

Ad sanctū Chrysostomum.

Chrysostomus, sed quidquid unquam dixerunt omnes apostoli, omnes doctores, & quidquid potest cogitari, aut imaginari de ipso sacratissimo sanguine Christi, totum sibi competit, secundū naturam suam, & non secundū speciem, a qua nihil accipit virtutis aut efficaciæ, quod utiq; dicere esset non solum hæreticum, sed omnino insanum. Cum igitur totus & integer sanguis, & Christus contineatur sub una specie, vel sub duabus, quomodocumque consideretur, totum sibi competit, ut dictum est, ratione sui, & non ratione speciei: quapropter non valet illatio, quam magister proponens infert ex dictis auctoritatibus S. Thomæ & Chrysostomi dicens: Ex quo patet quam preciosos & nobilissimos effectus gratiarum facit calix sacramentalis illis, qui cum puritate conscientiæ accedunt, & quam saluti omnium fidelium necessarios & opportunos, quod quidem efficit in eis ex vi sacramenti, & ex institutione Christi speciali. Quia nullo modo prædicti effectus veniunt ex vi sacramenti, sed ex vi præsentiæ & existentiæ sanguinis Christi veri, qui ita perfecte, complete & integre est sub una specie sicut sub duabus, licet non sit ibi tamquam in appropriato signo. Ideo universi fideles considerantes pura & sancta fide tam preciosos effectus non consequi species & accidentia sine substantia & subjecto existentia, sed verum Christum, id est, verum sanguinem ejus; nec contineri sub illis accidentibus ex vi sacramenti, sed ex vi præsentiæ & existentiæ Christi. Idcirco per viscera misericordiæ Dei nostri exhortor & obtestor omnes Christi fideles, quatenus etiam si oporteret perferre mille mortes, pestes, & ignes, non permittant se abduci a consuetudine sanctæ Romanæ ecclesiæ catholicæ, in communione sacratissimi corporis sub specie panis, sub qua totus, perfectus, & integer Christus continetur, *plenus gratia, & veritate, de cujus plenitudine omnes nos accepimus gratiam pro gratia*, Ioannis 1.

Ad Armachanum.

Ad auctoritatem Armachani dico primo, quod dictus doctor in multis aliis suis dictis fuit suspectus, & de hæresi notatus. fateor tamen me hoc dicere ex auditu, & ex relatione multorum, non quod legerim errores suos. Deinde dico quod hæc auctoritas sua non facit contra me, quia sumendo sub una specie sacramentali, est sumptio sacramentalis corporis & sanguinis salvatoris nostri, & sic dico, quod non est negandum, sed firmiter astruendum, quod sic sumere multum prodest fidelibus ad vitam spiritualem agendam.

Ad morem primitivæ ecclesiæ.

Ad illud quod inducitur de ecclesia primitiva, concedo quod propter devotionem qualibet die sumebant fideles sacramentum eucharistiæ, non tamen sub utraque specie. Et hoc patet per auctoritatem quam proponens inducit Actuum 2. cap. ubi dicitur de quotidiana fractione panis, nulla facta mentione de vino, aut de calice.

Ad Anacletum.

Similiter dicendum est ad auctoritatem Anacleti papæ, qui videlicet statuit, quod fideles sæpe communicarent, non tamen habetur, quod sub duplici specie. & dato etiam quod sub duplici specie statuisset, non tamen propter hoc fuisset statutum Christi immediatum sive præceptum ejus, sed ecclesiæ, aut papæ; unde & ipsemet Anacletus testatur, non quod Christus, sed quod apostoli ita statuerunt, ita enim dicit: Sic enim & apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia.

Epist. 1. De consecratione dist. 2. c. 10. Peracta.

Et dato etiam quod sub duplici specie communicassent, non tamen hic fervor erat in sanctis viris propter species unam vel duas, sed propter verum Christum dominum nostrum, qui in hoc sacramento æqualiter, & secundum rem & secundum effectum continetur, sive sub una sive sub duplici specie sumatur. Quod autem sæpe accedere digne & devote, & cum discussione debita sit utile & valde proficuum, imo summe necessarium cupienti, & desideranti in via domini non regredi sed progredi, omnes doctores catholici prædicant, laudant, hortantur, admonent, & obsecrant incessanter fidelem populum, imo contra negligentes ecclesia Romana catholica pœnas infligit, ut vel saltem semel in anno hoc sacratissimo cibo reficiantur. Et licet antiquitus in frequentatione hujus mysterii fidelis populus fuerit ferventior, nihilo minus & adhuc in veneratione ejusdem solers & diligentissima cura adhibetur, tam in ministrando, quam in sacrariis, in quibus conservatur, quam etiam in celeberrima festivitate, quæ singulis annis apud universos Christi fideles, præter quotidianam venerationem, solenniter & devotissime peragitur. Regratior autem magistro proponenti de auctoritate quam adducit ex Exodi quintodecimo, ubi dominus in figura hujus sacramenti præcepit Iudæis, dicens: *Ecce ego pluam vobis panes de cælo; egrediatur populus, & quæ sufficiunt per singulos dies colligat*, quia in dicta figura nulla mentio fit de pluvia vini, cui tamen magis competeret quod plueret, quam pani, cum vinum originaliter sit aqua, cui competit pluere proprie, & non pani. Ulterius ad epilogum, quem facit ex præcedentibus, cum dicit: Et patet quam utilis & expediens sit saluti hominum communio divinissimæ eucharistiæ sub specie utraque a Christianis digne celebratæ: hoc autem patet ex verbis

Christi,

ANNO CHRISTI 1433.

Christi, senteotiis doctorum, praxi primitivæ ecclesiæ, & libro conciliorum, ex dicto Anacleti supra jam & immediate adductis & allegatis. Dicendom primo, quod iste epilogus & illatio peccat in materia & in forma. In materia quidem, quia nulla prædictarum auctoritatum neque Christi neqoe doctorum, neque praxis primitivæ ecclesiæ, neque papæ dictum Anacleti ex libro conciliorum, neque etiam figura facit quantumcumque mentionem in verbo, vel in sensu, da duplici specie pertinente quoquo modo ad communionem laicam, sed solum de carne & sanguine domini nostri, quæ sub una specie continentur & celebrantur, atque de conficientibus illa sacerdotibus, pater intueoti, & examinentur omnes auctoritates inductæ, quia ooo reperietur aliqua quæ intendat aliquo modo tangere communiooem laicam sub utraque specie. Secuodo peccat prædictus epilogos io inferendo a dicto simpliciter ad secundum quid. Nam omnes auctoritates prætactæ intendunt persuadere utilitatem devotæ sumptionis hujus sacraoienti, simpliciter & absolute, non habeodo respectum ad unam vel ad duplicem speciem, nisi pro quanto quilibet tenetur in ritu sacramentotum sequi consuetudinem & statuta ecclesiæ catholicæ: & nihilo minus proponens trahit has contra consuetudinem & statutum ecclesiæ, & ad sensum repugnantem, & omnioo contrarium intentioni doctotum, qui semper & in omnibus nisi sunt sequi cooruetudinem & ordinarionem ecclesiæ, omnia dicta eorum correctioni ecclesiæ submittreotes.

Tandem successive dicendum est ad correlaria, quæ infetuotur. Et primo quoad primum, quando dicit, quod quamvis Christus totus plenus Deus & homo sit sub altetutra specie cum plenitudine omnium gratiarum, non tamen uno modo omnem gratiam dispensat, sed per diversa sacramenta diversas gratias idem ipse Christus confert. Ea isto correlario habentur tria. Primom est, qood sub alterutra specie est totus Christus plenus Deus & homo cum plenitudine omnium gratiarum. Secundum est, quod non uno modo omnem gratiam dispensat. Tertium est, quod per diversa sacramenta diversas gratias idem ipse Christus confert: ex quo applicando ad propositum, panis & vinum sunt diversa sacramenta. Contra prædictum correlarium ex opposito tertii, & primo instabo contra secundom dictum prædicti correlarii, & assumo sic: Paois & vinum non sunt diversa sacramenta, sed unum: ergo Christus non confert diversas gratias per illa duo. Argumentum patet ab oppositis, quia sicut ad diversitatem sacramentorum sequitur diversitas gratiarum, ut dicit adversarius, ita per oppositum, ad unitatem causæ sive sacramenti seqoitur unitas gratiæ. Assumptum patet per omnes doctores, qui loquuotur de unitate hujos sacramenti, omnes enim concorditer conclodunt, unum esse sacramentum formaliter, ratione finis & perfectionis, plura secundum qoid & materialiter. Ad hoc nota doctores Albertum Magnum, S. Thomam, & alios, *&c.* Manifestum est aotem, quod unitas effectus sequitur unitatem formæ. patet etiam, quia effectus hojus sacramenti est unus principalis, videlicet ipsa spiritualis refectio, ut superius dixit Albertus. Si ergo non sit nisi uoum sacramentum, & onus effectus, sitque ipse dominus sub alterotra specie cum plenitudine gratiarum, ut prima pars correlarii dicit, sequitur de necessitate, quod ono modo omnem gratiam dispensat, prout competit ai secundum rationem hujus sacramenti, quæ est refectio spiritualis, quod est cootra secundum, & per conseqoens, sive sumat sub una specie, sive sub altera, tantumdem sumit & eodem modo de gratia, sive quacumque diversitate, aut diminutione, quantum ad rem, licet cum sob altera sumitur, noo utromque significatur, prout soperius dictum est secundum intentionem Magistri sententiarum, quod sob prima specie Christus est verus cibus, & vera vitis, reficiens plene & perfecte utrumque, animam scilicet & corpus, & similiter sub secunda specie, licet oon utrumque significetur per proprium signum. Ad illod autem quod dicit, quod primam degustationem Christus vocat comestiooem sive manducationem, & secundam bibitionem, dicendum quod falsum est, quia Christus non refert manducationem, & bibitionem ad species panis & vini, sed ad ipsas res, scilicet carnem & sanguinem, cum dicit: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, &c. Et: *Nisi manducaveritis*, &c. Quare sive sub una specie sumat, sive sub duplici, vere utrumque facit, quia vere comedit carnem, & vero bibit ejus sanguinem. quare non sequitur quod sit alia & alia efficacia sub una & sub alia specie, quia sub altera sumit completam nutritionem, & completam refectiooem.

Ea prædictis patet, quod falsum infert & male secundum correlarium, videlicet qood sub duplici specie capiens, dispositive duplicem gratiam accipit supra illum qui in ona specie accipit, ceteris tamen paribus, quia ut doclaratum est, hoc falsum est, & satis responsum est ad aoctoritatem Augustini. Item in tertio correlario infert, qood luce clarios patet, quod magnum sacrilegium committuut qoi sacrameotum calicis ab ecclesia fidelium contemptibiliter auferuot. In quo ecclesiæ Romanæ duo imponit, sacrilegium scilicet & contemptum, & ex his tertio damnationem, quia in probatione dicit, quod a populo Christiano sub altera specie gratiam & efficaciam abstrahont damnabiliter. Nam si præceptom Christi tradit & determinat utramque speciem, & ita manifeste proponens dicit, nullo modo ecclesia posset a contemptu excusari, & per consequens a sacrilegio, & ulterius a damnatione. Nec potest dicere quod igoorantia excusaret ecclesiam a sacrilegio, & contemptu, & per consequens a damnatione, quia ut alias dictum est, ignorantia juris, in his quæ sunt oecessaria ad salotem, cujusmodi sunt præcepta divina & Christi, non excosat. Quare si tam aperte notaverit partem nostram, & tam duræ eidem sacrilegium, contemptum & damnationem imposuerit, fueritque & ipse, & sua pars, patienter & modeste auditos ab hoc sacro concilio, & ob hoc venerabili auditorio, utique & ipse & soi, verba noo ad eos directa, nec etiam de eis, Deo teste, intellecta, vel dicta, imo pure, & sincere prolata, deberent patienter & modeste sufferre: & ita rogo propter pium Iesum, procedamus in inquisitione veritatis joxta regulam B. Augustini in 1. de Trinitate hic per me alias allegatam, qui de se ipso: Non pigebit me, inquit, sicubi hæsito quærere; non pudebit me, sicobi erro discere. Quisquis ergo hoc audit vel legit, obi pariter certus est, pergat mecum, ubi pariter hæsitat, quærat mecum, ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me, ubi meum, revocet me. Ita ingrediamur simul caritatis viam tendentes ad eum de quo dictum est: *Quærite faciem ejus semper.* Verum quia auctoritates & rationes qoas adducit, præcedentes & subseqoentes, ad corroborationem dicti correlarii, oon faciunt ad propositum, ideo nihil concludit. Similiter quartum correlarium, in quo dicit, quod multum damnificantur fideles altera specie subtracta, nihil conclodit, quia patet, quod nihil minus nec in re, nec in effecto capit sumens sub una specie, quam sub utraque. Et hæc dicta sint

Ignorantia juris in his quæ necessaria sunt ad salutem, non excusat.

Supra in protestatione.

Psal. 104.

Anno Chrisxi 1433.

quo ad primam partem suæ positionis, ad laudem omnipotentis Dei, cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

VLTERIVS progrediendo ad secundam partem propositionis, in qua intendit tria probare, videlicet quod communio sub utraque specie sit a Christo toti populo credentium ad communicandum instituta. Secundo quod ipsa communio sacramentalis sit de necessitate, & de præcepto Christi. Tertio quod illa auctoritas, *Nisi manducaveritis*, &c. intelligitur de sacramentali manducatione, & non de spirituali. Licet possit dici pro expeditione materiæ, quod prędictæ difficultates sint omnino extraneæ, & nullo modo facientes ad propositum: & probationes introductæ, aut auctoritates consimili modo in vanum occupant membranas in hac materia. Quia dato quod Christus hoc sacramentum instituerit pro singulis generibus omnium fideliũ, & quod ejus usum mandaverit observari sub præcepto, quodque etiam dicta auctoritas Ioannis 6. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, &c. intelligeretur de sacramentali manducatione, non tamen adhuc haberent intentum, imo nullo modo habent de cõmunione utriusque speciei, quod scilicet cadat sub præcepto. Nihilo minus ne videar subterfugere materias propositas, quamvis non sint ad propositum principalis intenti, pro veritate dilucidanda dicam aliquid de quolibet. Et quantum ad primum, dicendum, quod Christus instituit hoc sacramentum in ultima cœna sub utraque specie, & sic suos discipulos communicavit: & hoc intendunt & referunt narrative auctoritates inductæ euangelistarum, videlicet Matthæi, Marci & Lucæ: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, & bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus*, &c. Et ex istis auctoritatibus nihil potest aliud inferri, nec infertur. Ad auctoritates vero quæ ex sexto capitulo Ioannis adducuntur, dicetur in sequentibus loco suo. Vlterius cum dicit quod Paulus apostolus dicit esse institutam cœnam sacramentalem communitati fidelium, propter dominicæ passionis commemorationem. 1. ad Corinthios 11. cum dicit: *Ego enim accepi a domino*, &c. dicendum primo, quod Paulus loquitur ibidem de communione sacramentali. deinde quod ipse loquitur pure & sincere narrative referendo scilicet, qualiter Christus in cœna hoc sacramentum confecerat. tertio, quod ipse Paulus nec in verbis, nec in sententia, nec in quocumque signo evidenti, referendo prædictam cœnam dominicam, innuit, quod Christus sic agendo in cœna instituerit dictum sacramentum sub utraque specie pro apostolis, aut pro fidelibus quibuscumque, & qualitercumque in futurum. nec ulterius dicit apostolus, quod Christus hoc sacramentum frequentandum aut celebrandum sive etiam sumendum præceperit, aut mandaverit; nec etiam ipse apostolus in toto illo processu aliquid mandat vel præcipit, sed omnia quæ ibi dicuntur, vel narrative referuntur, aut ex suppositione per admonitionem dicuntur. Nam totum illud ad narrationem pertinet, quidquid dicitur ab illo loco: *Ego enim accepi a domino*, usque ad locum, *hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem*. quidquid autem ulterius sequitur, ad exhortationem pertinet, videlicet, *quotiescumque enim manducaveritis*, &c. Non enim dicit quod Christus sic facere præcepit aut mandavit, Neque ego præcipio aut mando ut sic faciatis, aut ut sic sumatis, sed, *quotiescumque enim manducaveritis*, &c. quo modo dicendi, etiam secundum sensum grammaticalem, nihil infertur, aut intelligitur, nisi conditionalis suppositio, quasi diceret, quod Christus sic in cœna fecit, & si vos vultis facere, faciatis ad eum finem, ad quem ipse dixit faciendum, scilicet in dominicæ mortis commemorationem. Deinde taliter sumite, quod potius cedat vobis in salutem, quam in damnationem, & antequam aliquis accedat, probet seipsum, ne videlicet cum conscientia peccati mortalis accedat, habeat etiam discretionem, ut cum ea reverentia accedat, sicut decet tantum sacramentum, dijudicando corpus domini ab aliis cibis corporalibus & carnalibus, & nihil aliud Paulus in toto processu hoc intendit aut deducit. Et notandi sunt hic duo textus apostoli: *Probet autem seipsum homo*, &: *Non dijudicans corpus domini*, contra illos, qui in maximam irreverentiam hujus divinissimi sacramenti communicant infantes statim post baptismum, & alios amentes & usu rationis carentes. Deinde magister proponens prosequitur intentionem suam, dicens: Quod autem communio divinissimæ eucharistiæ sub utraque specie toti credentium populo sit necessaria, patet per illud Ioannis 6. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, &c. Importat namque hæc dictio, nisi necessitatem præceptivam, non solum de comestione, sed & de bibitione sacramentali, obligativam omnium fidelium sub carentia vitæ æternæ. Hæc proponens. Respondendo ad hanc auctoritatem quæ male intellecta est Achilles adversariorum, potest dici tripliciter. Primo, quod dicta auctoritas non intelligitur præceptive, nec includit in se aliquod præceptum vel mandatum. Secundo, dato, quod importaret præceptum, non intelligitur de sacramentali, sed de spirituali manducatione, quarto modo accepta manducatione in præcedentibus declarata. Tertio, dato licet non concesso, quod dicta auctoritas staret pręceptive, & de sacramentali sumptione intelligeretur, adhuc non habet adversarius intentum de duplici specie. Primus modus dicendi declaratur, quia non est necessarium quod ubicumque in doctrina Christi ponitur nota præcepti vel affirmative, vel negative, quod ibi vel illud obliget ex necessitate, sed semper oportet recurrere ad intentionem dicentis. Vnde legitur Matthæi nono, de duobus cæcis, quibus curatis comminatus est dominus, dicens: *Videte ne quis sciat*. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in tota terra illa, ut puta gratias agentes: manifestum est autem quod Christus non intendebat eos obligare ad ingratitudinem vel ad peccatum. Similiter præcepit apostolis, dicens: *Nihil tuleritis in via, neque baculum, neque peram, neque calceamenta, neque duas tunicas habeatis*. quod utique nullo modo ad literam, & præceptive potest intelligi, quia neque Christus, neque sui discipuli hoc fecerunt. Nam ipse dominus plures vestes habuit, ut patet Ioannis 13. *Surgit a cœna, & ponit vestimenta sua*. Non est autem dicendum quod tantum unam tunicam habuit, & illa deposita nudus laverit pedes discipulorum. Similiter quando crucifixus fuit, plures vestes habebat, secundum illud: *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*. Item beatus Bartholomæus habuit sandalia, Paolus baculum, Petrus caligas, & per consequens calceamenta. Vnde angelus ad eum Actuum 12. *Surge, præcingere & calcea te caligas tuas*. Similiter idem salvator ait in alio loco: *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*. quæ sententia si præceptive intelligeretur, & literaliter, non video quomodo reges, duces, marchiones, barones, milites, nobiles, cives, & alii divites salvarentur: cum discipulatus Christi sit ad vitam æternam consequendam necessarius, cum tamen legamus Mariam Magdalenam, Martham, & Lazarum, ceterasque mulieres, quæ de facultatibus

Anno Christi 1433.

Supra in suppositione.

Nõ est necessarium ut ubi ponitur nota præcepti, affirmative vel negative, ibi sequatur obligatio sub necessitate.

Matth. 10.

Psal. 21. Matth 27.

Luc. 14.

ANNO CHRISTI 1431.

bus earum ministrabant domino, divites fuisse, & discipulas ejusdem. Similiter Ioseph ab Arimathia, singulariter discipulum domini nominatum, divitem fuisse evangelium commemorat, & Nicodemum similiter, & Zacchæum. Sanctum denique Gregorium, Silvestrum, Constantinum, Carolum Magnum, Henricum, VVenceslaum, ceterosque innumeros sanctos, quos opulentissimos constat extitisse, sancta ecclesia inter Christi discipulos, & regni cælorum possessores commemorat. Similiter Marci decimo Christus permissionem libelli repudii in lege veteri vocat præceptum, ubi ita loquitur ad Pharisæos de libello repudii: *Quid vobis præcepit Moyses?* & infra: *Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis Moyses præceptum istud.* manifestum est autem omni homini scienti sacras literas, quod nunquam fuit præceptum, accipiendo in propria significatione præceptum, de libello repudii dando in lege veteri: solum permissum fuit propter vitare homicidia, & alia majora scandala. Ex quibus patet, quod prædicta auctoritas, *nisi manducaveritis*, potest intelligi non præceptive, non obstante nota præcepti. Verumtamen dato, quod dicta verba intelligantur præceptiva, dico quod non intelliguntur de manducatione sacramentali, sed de manducatione spirituali, quod quidem multipliciter ostenditur, & primo per expositionem ipsius Christi, quia nulla melior esse potest, qui qualiter essent prædicta verba intelligenda, *nisi manducaveritis*, non declarans, subjunxit dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Vbi notandum, quod sicut Christus loquens de baptismo, Ioannis 3. primo præmisit indistincte & indeterminate præceptum, de ipso inquiens: *Amen amen dico tibi*, scilicet Nicodemo, *nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* & quum multiplex sit nativitas, carnalis scilicet, de qua idem Nicodemus intelligebat, unde dixit: *Quomodo potest homo nasci cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci?* & spiritualis; ad declarandum, de utra istarum nativitatum intelligeretur, mox subjunxit, modum etiam ipsius ostendens: *Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei*, ita est omnimode in proposito: quia cum multiplex sit comestio, scilicet, carnalis, de qua ad literam Iudæi intelligebant, sacramentalis, & spiritualis, ut in prima parte declaratum est, Christus loquens de manducatione suæ carnis, primo præmisit præceptum indistinctum & indeterminatum, non exprimens modum manducationis, dicens: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; postmodum vero quomodo hoc fieret, & quis modus esset manducationis suæ carnis declaravit inquiens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Sicut igitur præceptum baptismi indistinctum determinatur & declaratur per aquam & Spiritum; videlicet: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*: ita præceptum indistinctum de manducatione suæ carnis determinatur & declaratur per id quod dicitur: *In me manet, & ego in illo.* hæc autem non mea, sed Augustini sententia est, homilia vigesimasexta super Ioannem, ubi primo declarat quis sit cibus iste & potus, de quo Christus hic loquitur: *Nisi manducaveritis carnem, & biberitis sanguinem*. ita dicens: Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta ecclesia in prædestinatis, & vocatis, & justificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus ejus, quorum primum jam factum est, id est, prædestinatio: secundum & tertium factum est, & fit, & fiet, id est, vocatio & justificatio: quartum vero nunc in spe est, in re autem futurum est, id est, glorificatio. Hujus rei sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis intervallis dierum, in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium, res vero ipsa cujus sacramentum est omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque ejus particeps fuerit. Hæc Augustinus. Ecce quam aperte hic doctor declarat, quid intelligat dominus per cibum & potum, de quibus dominus loquitur in prædicto textu, *nisi manducaveritis*, &c. ait enim: Hunc cibum & potum societatem vult intelligi. Vlterius cum dicit: Hujus rei sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi, &c. per hoc etiam quod dicit, Quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium; ostendit differentiam inter manducationem sacramentalem & spiritualem, quia sacramentalis indifferens est ad vitam & ad mortem: spiritualis vero semper est ad vitam. unde dicit: Res vero ipsa, &c. omni homini ad vitam, nulli ad exitium: Item idem doctor ibidem supra dictam sententiam replicans, ostendit quid sit cibus & potus qui eos a quibus sumitur immortales & incorruptibiles facit, id est societas ipsorum sanctorum.

Et subdit declarans rem ex similitudine sacramenti: Nam sacramentum est sacræ rei signum, & similitudinem ejus gerit, dicens: Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in rebus commendavit quæ ad unum aliquid rediguntur. Namque aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis acinis confluit. Hæc ille. Propterea, inquit, quasi diceret, Ideo dominus tradidit corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini, ut similitudine sua essent sacramentum corporis Christi mystici, scilicet ipsius societatis sanctorum, de qua hic agitur & tractatur. Vlterius idem doctor prosequens inceptam explanationem de spirituali manducatione quomodo fiat, & quid sit manducare & bibere †, subdit ibidem ita dicens: Denique jam exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid sit manducare corpus ejus, & sanguinem bibere: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere; & illum manentem in se habere, ac per hoc, qui non manet in Christo, & in quo Christus non manet, procul dubio nec manducat ejus carnem, nec bibit sanguinem, etiamsi tantæ rei sacramentum ad judicium sibi manducet & bibat. Hæc Augustinus. Vbi expresse idem doctor declarat, quod manducare & bibere nihil aliud est in hoc loco, nisi in Christo manere, & illum manentem in se habere, quod etiam in sequenti homilia circa principium ostendit dicens: Exposuit autem modum attributionis hujus doni sui, quomodo daret carnem suam manducare, dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* signum quia manducavit & bibit, hoc est, si manet & manetur, si inhabitat & inhabitatur, si hæret & non deseritur. hoc ergo nos docuit, & admonuit mysticis verbis, ut simus in ejus corpore, sub ipso capite in membris ejus, edentes carnem ejus, non relinquentes unitatem ejus. Hæc ille. Et in fine ejusdem homiliæ 24. idem epilogando dicit: Hoc totum quod dominus de carne & sanguine suo locutus est, &

Verba Christi, *nisi manducaveritis*, &c. intelliguntur de manducatione spirituali.

Tract. 26.

August. paulo infra.

† Spiritualiter, habent impressa exemplaria in hoc loco, sed manuscripta Ragusensia non.

Aug tract. 27. in Ioan.

Tract. 27.

Anno Christi 1433.

& quod in ejus distributionis gratia vitam nobis promisit æternam, & quod hinc voluit intelligi manducatores & potatores carnis & sanguinis sui, ut in ipso maneant, & ille in ipsis. Et infra: Hoc ergo totum ad hoc nobis valeat, dilectissimi, ut carnem Christi & sanguinem non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali, sed usque ad spiritus participationem manducemus & bibamus, ut in domini corpore tamquam membra maneamus, aut ejus Spiritu vegetemur. Hæc ille. Item idem doctor libro vigesimoprimo de civitate Dei, capite vigesimoquinto, de hac eadem materie ita loquitur: Qui ergo est in ejus corporis unitate, id est, in Christianorum compage membrorum, cujus corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueverunt, ipse vere dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi: ac per hoc hæretici & schismatici, ab hujus unitate corporis separati, possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi utile, imo vero etiam noxium, quo judicentur gravius, quam vel tardius liberentur. Non sunt enim in eo vinculo pacis, quod in illo exprimitur sacramento. Et infra post multa consequenter subdit: Nec isti ergo dicendi sunt manducare corpus Christi, quoniam nec in membris computandi sunt Christi, ut etiam alia taceam, non possunt simul esse & membra Christi, & membra meretricis. Denique ipse dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*, ostendit quid sit, non sacramento tenus, sed revera corpus Christi manducare, & ejus sanguinem bibere. hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat & Christus, sic enim hoc dixit, tamquam diceret, Qui non in me manet, & in quo non maneo, non se dicat aut æstimet manducare corpus meum aut bibere sanguinem meum. non itaque manent in Christo, qui non sunt membra ejus, non sunt autem membra Christi qui se faciunt membra meretricis, nisi malum illud pœnitendo esse destiterint, & ad hoc bonum reconciliatione redierint. Hæc Augustinus. ubi apertissime declarat intellectum prædictarum auctoritatum, & quid sit manducare & bibere, quia non sacramento tenus, sed revera corpus Christi manducare, & sanguinem ejus bibere, est in Christo manere, ita ut in illo maneat & Christus. habitat autem Christus in nobis, & manet per fidem, dicente apostolo ad Ephesios tertio, *habitare Christum in cordibus vestris per fidem*, manet etiam in nobis, & nos manemus in Christo per caritatem, dicente Ioanne 1. capite 4. *Deus caritas est, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et per consequens manducare carnem Christi, & bibere sanguinem ipsius, nihil aliud est, quam credere in Christum, & eidem per caritatem adhærere. Quod etiam ipse dominus eodem capitulo apertissime declarat, cum ait: *Ego sum panis vitæ; qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam.* manifestum est autem quod ad non esurire & non sitire pervenitur per manducare & bibere, & per consequens credere in Christum, & venire ad ipsum, quod fit per fidem & caritatem, idem sunt quod manducare & bibere. unde eodem capitulo ait idem dominus: *Qui credit in me, habet vitam æternam.* & post: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* manifeste ostendens idem esse, *qui credit in me*, & *si quis manducaverit*, &c. & per consequens, quod idem sit credere, & manducare. Quod autem manducare hunc panem sit idem quod manducare carnem ejus, & ipsius sanguinem bibere, ut omnis tolleretur ambiguitas, & ne fieret vis in verbis, similiter ipse dominus declarat, inquiens: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, de qua carne litigantibus Iudæis, & dicentibus: *Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum?* subjunxit: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis*, &c. Manifeste ostendens idem esse manducare panem hunc, & manducare carnem suam, & suum sanguinem bibere, & per consequens ut fiat processus de primo ad ultimum, idem quod credere in ipsum, & eidem per caritatem adhærere. Ex quo processu patet primo, quod Christus manet in nobis & nos in Christo, per fidem & caritatem. Secundo patet, quod credere & amare per caritatem, idem est in hoc loco quod manducare & bibere, quæ duo confirmantur per beatum Augustinum, qui qualiter maneamus in Christo, & qualiter Christus in nobis, ostendit in homilia 27. ubi ita dicit: Diximus enim fratres, hoc dominum commendasse in manducatione carnis suæ & potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus & ipse in nobis, manemus autem in illo, cum sumus membra ejus, manet autem ipse in nobis, cum sumus templum ejus. Vt autem simus membra ejus, unitas nos compaginat. ut compaginet unitas, quid facit nisi caritas? & caritas Dei. Vnde apostolum interroga, *Caritas*, inquit, *Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Ergo Spiritus est qui vivificat. spiritus enim facit viva membra, nec viva membra spiritus facit, nisi quæ in corpore, quod vegetat, ipse spiritus invenit. Nam spiritus qui est in te, o homo, quo constas ut sis homo, numquid vivificat membrum, quod separatum invenitur a carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam, anima tua non vivificat nisi membra quæ sunt in carne tua. unum si tollas, jam ex anima tua non vivificatur, quia unitati corporis tui non copulatur. Hæc dicuntur, ut amemus unitatem, & timeamus separationem, nihil enim sic debet formidare Christianus, quam separari a corpore, si enim separatur a corpore Christi, non est membrum ejus: si non est membrum ejus, non regitur Spiritu ejus. *Quisquis autem*, inquit apostolus, *Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Spiritus ergo est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Quid est, *spiritus & vita sunt?* Spiritualiter intelligenda sunt. Intellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Hæc Augustinus. De hac eadem spirituali manducatione & inhabitatione Christi in nobis, & nostra in Christo, idem doctor homilia 22. exponendo illud: *Caro mea est pro mundi vita*, loquitur ita dicens: Norunt fideles corpus Christi. si corpus Christi esse non negligunt, fiant corpus Christi si volunt vivere de Spiritu Christi: de Spiritu Christi non vivit nisi corpus Christi. Intelligite fratres mei, quid dixerim; Homo es & spiritum habes, & corpus habes. Spiritum dico, qui anima vocatur, qua constat quod homo est; constat enim ex anima & corpore. habes spiritum itaque, spiritum invisibilem, corpus visibile. Dic mihi quid ex quo vivet? spiritus tuus vivit ex corpore tuo, an corpus tuum ex spiritu tuo? Respondit omnis qui vivit, qui autem hoc non potest respondere, nescio si vivit. Quid respondet omnis qui vivit? Corpus utique meum vivit de spiritu meo. Vis ergo & tu vivere de Spiritu Christi? in corpore esto Christi. Numquid enim corpus meum vivit de spiritu tuo? meum vivit de spiritu meo, tuum vivit de tuo, non potest vivere corpus Christi, nisi de Spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis apostolus Paulus hunc panem: *Vnus panis*, inquit, *unum corpus*

Anno Christi 1433.

Tract. 27.

Rom. 5.

Tract. 26.

Rom. 12.

Anno Christi 1415.

corpus multi sumus. O sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum caritatis! qui vult vivere habet unde vivat, habet ubi vivat, accedat, credat, incorporetur ut vivificetur, non abhorreat a compage membrorum, non sit putre membrum quod resecari mereatur, non sit distortum de quo erubescatur, sit pulcrum, sit aptum, sit sanum, hæreat corpori, vivat Deo de Deo, nunc laboret in terra, ut postea regnet in cælo. Hæc Augustinus. Cujus verba utinam tali virtute cordibus audientium & legentium imprimerentur, quali fervore a dicto doctore sanctissimo edita, conscripta & prolata fuere. Et hæc dicta sint ad confirmationem primi.

Augustinus tractatu in Ioannis 25.

QVOD autem manducare & bibere idem sit quod credere, ostendit idem doctor homil. 22. exponens illud: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*, ita dicens: Dicebat enim illis: *Operamini escam non quæ perit, sed quæ permanet in vitam æternam.* Quid faciemus? inquiunt, quid observando hoc præceptum implere poterimus? respondit Iesus & dixit eis: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille*: hoc est ergo manducare cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentes & ventrem, crede & manducasti. Hæc Augustinus. ubi expresse declarat, quod operari cibum, de quo hic dominus loquitur, idem est quod manducare, & manducare idem quod credere. Item idem eadem homilia: Verus ergo panis ille, qui dat vitam mundo, & ipse cibus est, de quo paulo ante locutus sum: *Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Item ibidem ostendit, quod non solum credere & manducare idem sint, sed etiam manducare & bibere idem sint, declarans illud: *Ego sum panis vitæ; qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam*, ubi ita dicit: *Qui venit ad me*, hoc est quod ait, *& qui credit in me*, & quod dixit, *non esuriet*, hoc intelligendum est, *& non sitiet unquam*, utroque enim illo significatur æterna satietas, ubi nulla est egestas. Hæc Augustinus. Item idem doctor homilia 23. ad idem dicit: Daturus ergo dominus Spiritum sanctum, dixit se panem qui de cælo descendit, hortans nos ut credamus in eum. Credere enim in eum, hoc est manducare panem vivum; qui credit in eum, manducat, invisibiliter saginatur, quia & invisibiliter renascitur, infans intus est, novus intus est; ubi novellatur, ibi satiatur. Hæc Augustinus. Ex quibus luce clarius patet, quod secundum intentionem Augustini isto loco, & in toto processu hujus capituli, idem est manducare & bibere, quod credere, & invisibiliter intus per caritatem pinguescere & saginari. credere autem in Christum, & eidem inhærere per caritatem, quid aliud est quam vivere in vitæ gratiæ? & per consequens habere in se vitam æternam? dicitur enim de fide ad Romanos 1. *Iustus autem meus ex fide vivit*, & de caritate 1. Ioannis 4. *Qui non diligit, manet in morte.* Fides autem & caritas ideo præstant vitam, quia illi conjungunt & faciunt inhærere, apud quem est fons vitæ, imo qui est ipsa vita, qui de se ipso ait: *Ego sum via, veritas & vita*, Ioannis 14. & de quo dicitur Deuteronomii 30. *Illi adhæreas, ipse enim est vita tua.* Ideo ergo est credere in Christum, & ipsum diligere, & habere vitam. unde Augustinus homil. 23. super illo: *Amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam*, ita dicit: Revelare se voluit quid esset: nam compendio dicere potuit, Qui credit in me, habet me. Ipse enim Christus verus Deus est, & vita æterna, [qui ergo credit in me, inquit, it in me, & qui it in me, habet me.] Quid est autem habere me? habere vitam æternam. Vita æterna mortem assumpsit, vita æterna

Tract. 26.

Tract. 26.

Hæc verba non habet textus impressus.

A mori voluit, sed de tuo, non de suo. Hæc Augustinus. ex quibus omnibus tam ex intentione Christi, quam etiam ex intentione Augustini verba Christi postillantis & exponentis, patet quid intelligatur per hunc cibum & potum, de quo ipse dominus loquitur, quia ipsa unitas & satietas sanctorum, denique quomodo fiat hujusmodi manducatio & bibitio, & quid sit utrumque, scilicet manducare & bibere, quia hoc est manere in Christo, & Christum in se manentem habere. Vlterius quomodo per fidem & caritatem Christus in nobis, & nos manemus & inhabitamus in Christo, posthæc quomodo credere & caritate diligere idem est quod manducare & bibere, imo etiam quod manducare & bibere idem sunt, & finaliter quomodo ad credere & manducare

B tamquam ad unum & idem sequitur vita æterna, per quæ omnia luce clarius ostenditur, quod prædictus textus Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. imo & totum illud capitulum intelligitur de spirituali manducatione, & nullo modo de sacramentali. Item Christus removens carnalem intelligentiam Iudæorum & discipulorum, exposuit qualiter hæc manducatio intelligenda sit, cum dicit: *Spiritus & vita sunt*, spiritualiter intelligenda sunt: intellexisti spiritualiter? spiritus & vita sunt: intellexisti carnaliter? etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. De illa igitur manducatione Christus loquebatur, quæ secundum se vitam præstat, & hæc est sola manduca-

C tio spiritualis. Sacramentalis autem manducatio non semper dat vitam, imo sæpe mortem, ut patet per apostolum dicentem: *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit.* Vnde hæc differentia est inter spiritualem manducationem & sacramentalem, ut in prima parte dictum est, quia spiritualis manducatio semper dat vitam, sacramentalis vero sæpe dat mortem, ut dictum est; & quod de spirituali manducatione Christus hic loquitur, patet, quia ubicumque hic de manducatione loquitur, semper adjungit vitam, quæ utique ad sacramentalem semper non sequitur, imo potius mors, unde & in ipso præcepto, *Non habebitis vitam in vobis*, quia *qui manducat hunc panem, vivet in æternum*, & *qui manducat me, & ipse vivet propter me.* Quæ si de

D sacramentali intelligerentur, utique semper qui sacramentaliter sumeret, semper viveret vita spirituali, quod falsum est, quia multi comedunt ad mortem. Vnde Augustinus homil. 23. super Ioannem: Quam multi de altari accipiunt, & moriuntur, & accipiendo moriuntur! Vnde dicit apostolus: *Iudicium sibi manducat & bibit.* † Non enim buccella dominica venenum fuit Iudæ, & tamen accepit, & cum accepit, inimicus in eum intravit, non quia malum accepit, sed quia bonum male malus accepit. Ecce quam expresse Augustinus ait, quod sumptio sacramentalis est indifferens & ad bonos & ad malos, & ad vitam & ad mortem, sed non sic est de sumptione & manducatione, de qua hoc in loco do-

E minus loquitur, quod aperte idem Augustinus eadem homilia loquens de hoc præcepto, *Nisi*, &c. declarat dicens: Quomodo quidem detur, & quisnam modus sit manducandi ipsum panem, ignoratis, verumtamen *nisi manducaveritis*, &c. hæc non utique cadaveribus, sed viventibus loquebatur. Vnde ne istam vitam intelligentes de hac re litigarent, secutus adjecit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* hanc ergo non habet, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit. Nam temporalem vitam sine illo habere homines possunt, æternam vero omnino non possunt. Qui ergo non manducat ejus carnem, nec bibit ejus sanguinem, non habet vitam

Anno Christi 1415.

Augustinus tractatu 27. in Ioannem.

Supra in suppositione 5.

Tract. 26.

1 Cor. 11.

† Hic habetur, Non enim, in textu impresso, Nonne.

ANNO CHRISTI 1433.

in se, & qui manducat ejus carnem, & bibit ejus sanguinem, habet vitam æternam. Ad utrumque autem respondit quod dixit, *æternam*. non ita est in alia esca, quam sustentandæ hujus * temporalis vitæ causa sumimus, nam qui eam non sumpserit, non vivet, nec tamen qui eam sumpsit, vivet: fieri enim potest, ut senio vel morbo, vel aliquo casu plurimi, & qui eam sumpserunt, moriantur, in hoc autem cibo & potu, id est, corpore & sanguine domini non ita est. Nam & qui eam non sumit, non habet vitam, & qui eam sumit, habet vitam, & hanc utique æternam. Spiritualis igitur manducatio, de qua hic agitur, pertinet ad bonos tantum, sacramentalis vero indifferenter ad utrosque. unde ecclesia cantat in prosa festi corporis Christi: Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali, vitæ vel interitus. Mors est malis, vita bonis; vide paris sumptionis quam sit dispar exitus, *&c.* Sic enim Petrus & Iudas sacramentaliter comederunt, sed alter ad salutem, alter vero ad damnationem, quare patet manifeste, si prædicta doctrina Christi de sacramentali manducatione intelligeretur, quod omnes sacramentaliter manducantes essent salvati, & omnes sacramentaliter non manducantes, essent damnati. quod patet esse falsum in utrisque, quia multi sacramentaliter manducantes damnantur, ut patet de Iuda, & multi sacramentaliter non comedentes, ut pueri & martyres, salvati sunt, & salvantur. Nec valet si dicat adversarius, quod intelligitur de manducatione sacramentali simul cum spirituali, quia spiritualis manducatio & sacramentalis sunt manducationes propriis proprietatibus condistinctæ, & spiritualis quidem manducationis proprietas, eam necessario consequens, est semper manducanti conferre vitam formaliter. Sacramentalis vero manducatio est indifferens ad vitam, vel ad mortem: licet enim ex se semper sit ad vitam, quia ipsum sacramentum in se continet fontem vitæ, tamen ratione suscipientis, id quod secundum se vita est, fit mors male sumenti. Non enim buccella dominica venenum fuit Iudæ, & tamen accepit, & cum accepit, inimicus in eum intravit, non quia malum accepit, sed quia bonum malus accepit. Hæc Augustinus homilia decima tertia.

Tract. 26. Cum igitur ex propriis effectibus deveniatur ad cognitionem propriarum causarum, utique si ex verbis Christi volumus sine errore venire in notitiam, de qua manducatione in hoc loco Christus intelligat, necesse est ut conferamus effectus harum manducationum, ad ipsas manducationes, tamquam ad proprias causas. Quia ergo in isto toto processu hujus capituli manducationi Christus tribuit vitam, quæ est proprius effectus hujus spiritualis manducationis, utique ex proprio effectu, ex necessitate concluditur, quod Christus loquitur hic de spirituali manducatione. Et sicut ex sensibili nunquam possemus venire in cognitionem hominis, in quantum homo, nisi per aliquid additum ad sensibile, licet etiam ipsum sensibile conveniat homini: ita quantumcumque vita sequatur ad manducationem sacramentalem, ex quo non est sibi necessario nec tamquam proprium annexa, ex ipsa vita non potest argui aut inferri manducatio sacramentalis. Oportet igitur quod sicut ex sensibili infertur animal, sic ex vita in loco præsenti inferatur manducatio spiritualis: præcipue cum Christus in nulla parte præsentis capitis nec per se, nec per accidens, faciat quoquo modo mentionem de sacramentali manducatione. Satis enim mirabile esset, quod Christus divina sapientia, Dei virtus, & immensa bonitas, voluisset sua præcepta & salutem humanam tali involucro verborum obumbrata, & tam * periculose instanti-

* corporalis.

* forsan, [illegible]

A bus temporibus universalem ecclesiam errare, & tam longo tempore, cujus initium aut origo, nec in memoriis hominum, nec in annalibus scribentium, reperitur: unde præter prædicta, manifestissimum signum quod non de sacramentali manducatione loquatur, est, quia in prædicto præcepto, si tamen præceptive teneatur, nullam facit mentionem de speciebus, panis scilicet, aut vini, imo quod plus est, quotiescumque loquitur Ioannis 6. de corpore, aut sanguine suo, nullam unquam facit mentionem de speciebus, ad ostendendum, non de specifica seu sacramentali sumptione intelligenda fore verba ipsius, sed spirituali, ut dictum est. Item si illa verba, *Nisi manducaveritis*, intelligantur præceptive de sacramentali sumptione, pari ratione & illa: *Qui*
B *manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*. quia non videtur ratio, quod Christus in tam modico spatio mutasset modum & sententiam dicendi, ut nunc de sacramentali & immediate post de spirituali sumptione loqueretur sine aliqua nota diversitatis. Sed quod secunda auctoritas non intelligatur de sacramentali, patet, quia sensus esset, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet*, id est, in sacramento panis & vini manet, *& ego*, id est, sacramentum panis & vini, *in illo*, quod nullus sanæ mentis diceret. Item quod spiritualiter intelligenda sint verba Christi & doctrina de manducatione & bibitione, ostendit apostolus 1. ad Cor. 10. *Nolo vos*,
C inquit, *ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari: & omnes eamdem escam spiritualem manducaverunt, & omnes eumdem potum biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus.* super quo ait glossa; & colligitur ex dictis Augustini homilia 23. Omnes eamdem escam manducaverunt spiritualem quam & nos, corporalem vero alteram, id est, manna, quod significat Christum, & idem credentibus effecit, quare? quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustaverunt, ut spiritualiter satiarentur. Nam & nos hodie accipimus visibilem ci-
D bum, sed aliud est sacramentum, aliud est virtus sacramenti. Sacramenta illa fuerunt, sacramenta sunt & nostra, & utique ejusdem rei. Manna enim Christum significavit, hunc panem significat altare Dei. Christus enim panis est qui de cælo descendit. Si quis manducat ex hoc pane, non morietur in æternum; sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non ad visibile sacramentum, qui manducat intus, non foris, qui manducat corde, non qui premit dente. ideo apostolus vigilanter non simpliciter ait, *manducaverunt eamdem escam*, sed addit, *spiritualem*, quia spiritualem eamdem manducaverunt quam & nos; corporalem vero alteram, quia illi manna, nos aliud: & vigilanter ait, *patres nostri*, & non illorum, per
E hoc tantum bonos significans, quibus nos similes sumus. Nam illi fuerunt, qui eamdem escam spiritualem manducaverunt quam & nos, & tamen & aliud illi, & aliud nos, sed specie visibili aliud, quod tamen hoc idem significaret virtute spirituali. Hæc ibi. Ex quibus verbis patet tam apostoli, quam glossæ, quod eamdem escam spiritualem patres nostri manducaverunt, & nos manducamus, & eumdem potum spiritualem biberunt, & nos bibimus, quod nequaquam intelligi potest de sacramentali, quia ut dicit glossa, aliud ipsi, aliud nos. Quæ est igitur illa esca spiritualis? & quis potus? nonne caro Christi & sanguis? utique, ipse enim mediator Dei & hominum, Christus Iesus, qui est caput super omnem ecclesiam,

ANNO CHRISTI 1433.

Tract. 26.

ANNO CHRISTI 1433.

ecclesiam, ad Ephes. 1. qui erat cibus & satietas secundum deitatem, angelorum, secundum humanitatem factus est cibus & esca viatorum, non solum eorum qui post adventum suum in carne in ipsum crediderunt, sed etiam præteritorum. Sed quomodo manducaverunt? fide utique, & dilectione, tunc enim manducaverunt carnem, quando crediderunt implicite vel explicite, Filium Dei carnem humanam de nostræ mortalitatis substantia assumpturum, & similiter biberunt ejus sanguinem, quando modo simili se crediderunt & speraverunt liberari per supplicium suæ amarissimæ passionis. Ea propter summo desiderio clamabant sancti patres veteris testamenti per oracula prophetarum: *Vtinam disrumperes cælos & descenderes.* & rursus: *Emitte domine agnum dominatorem terra de petra deserti ad montem filiæ Sion.* Verba ista sunt Isaiæ decimo sexto capite. Hoc itaque modo manducare carnem suam, & bibere sanguinem suum, turbis Iudæorum & discipulis suis dominus præcepit, ut videlicet in eum crederent, sicut ipse ait: *Qui credit in me, habet vitam æternam: Ego sum panis vitæ, & hic est panis de cælo descendens, ut si quis manducaverit ex ipso, non moriatur*, & hoc est in Christo manere, & ipsum in se manentem habere, hoc est quod longo sermone auribus discipulorum inculcare volebat, non species panis aut vini, dicens: *Manete in dilectione mea.* Sicut Ioannes testatur, maxima caritate, ferventissimoque desiderio perfusus, precibus suis, dilectissimum Patrem pro hac spirituali manducatione, ut eam sui discipuli haberent, rogabat dicens: *Non pro mundo rogo, sed pro his qui credituri sunt in nomine meo. Rogo Pater, ut sint unum nobiscum, sicut ego & tu unum sumus. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.* Quid plura? innumerabilia sunt loca Augustini in quibus dictam auctoritatem Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. de spirituali manducatione exponit & declarat. & ne omnia præteream, homilia 11. super Ioannem, declarans in facto Nicodemi illud quod dicit evangelista, videlicet quod multi crediderant in nomine ejus, & ipse Iesus non se credebat eis, simpliciter & de plano hoc 6. capite Ioannis inducens, declarat & exponit de spirituali manducatione. Item idem libro tertio de doctrina Christiana, qui locus non est parvipendendus, quia in eo tradit modos & regulas ad intelligendum sacras scripturas, & ad accipiendum verum sensum literalem sacrarum scripturarum, ubi inducens sæpe dictam auctoritatem, *Nisi manducaveritis*, ita dicit: Si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem & beneficentiam vetare, figurata est. *Nisi manducaveritis*, inquit, *carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis:* facinus vel flagitium videatur jubere, figura ergo est, præcipiens passioni dominicæ esse communicandum, & suaviter atque utiliter esse recondendum in memoria, quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata sit. Hæc Augustinus. Ad idem est glossa ordinaria super eodem textu, *Nisi manducaveritis*, quæ ita dicit: Sed quæritur, quomodo in vitam æternam, cum quidam ad mortem, ut dicit apostolus? & respondet, Si quis comedit in altari cum hac comestione, de qua hic agitur, scilicet, cum fide operante ea dilectione, hic comedit in vitam æternam. Si quis vero aliter, in mortem. Hæc glossa. Ecce quam aperte demonstrat, de qua comestione hic agatur, quia de illa, quæ cum fide & dilectione operatur. Ad idem est Innocentius in libro de officio missæ, parte 4. capite 10. super illo verbo, *accipite & comedite*, ubi ita dicit: *Accipite & comedite*; ac si diceret, comedite & comedite, utramque hujus sacramenti comestionem insinuans. Dupliciter enim corpus Christi comeditur, quia dupliciter intelligitur, verum scilicet quod de Virgine traxit, & in cruce pependit; & mysticum; quod est ecclesia Christi Spiritu vegetata. De vero corpore dominus ait: *Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur*; de mystico dicit apostolus: *Vnus panis & unum corpus multi sumus:* verum corpus Christi comeditur sacramentaliter, id est, sub specie; mysticum autem comeditur spiritualiter, id est, in fide: de comestione sacramentali dominus ait: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem*; hoc modo tam boni quam mali corpus Christi manducant, sed boni comedunt ad salutem, mali vero comedunt ad judicium, nisi enim & mali corpus Christi manducarent, non dixisset apostolus: *Qui manducat indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini.* Nam & Iudas cum aliis eucharistiam traditur accepisse: De spirituali vero comestione dominus ait: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, &c. Hoc modo comedunt corpus Christi soli boni, unde, *qui manducat carnem meam, & bibit*, &c. ut quid paras dentem aut ventrem? crede & manducasti, *qui manducat*, id est, credit in Christum, comedit ipsum, quando incorporatur Christo per fidem, id est, membrum ejus efficitur, vel in unitate corporis ejus firmius solidatur. Hæc Innocentius. Longum esset singulos doctores inducere, qui hanc auctoritatem, & eorum præcipue capitulum de spirituali manducatione, principaliter & ex directo exposuerunt. Sed hæc tantum sufficiant pro præsenti.

Isai. 64.

Ioan. 15.

Ioan. 17.

Tract. 11.

Cap. 16.

Rom. 12.

His itaque luce clarius præsuppositis, accedo ad respondendum objectis, quæ videntur facere contra hanc intentionem & declarationem Christi & sanctorum. Et primo ad auctoritatem Nicolai de Lyra, & forte aliorum, qui videntur prædictam auctoritatem, *Nisi manducaveritis*, &c. exponere de sacramentali manducatione: ubi primo reducenda est ad memoriam quædam suppositio generalis, quam præposui in principio præsentis actus, videlicet quod inter doctores exponentes sacram scripturam, facienda est comparatio in ingenii acuitate, in studii assiduitate, in humilitate judicii, in immunitate vitii & passionis, in sanctitate vitæ, in divinis inspirationibus, & aliis hujusmodi, quæ præstant auctoritatem doctoribus: & ille doctor sequendus est circa expositionem unius passus scripturæ, in quo reperiuntur plures conditiones de prædictis. Et dicebatur ulterius, quod doctores antiqui, qui in prædictis conditionibus excelluisse reperiuntur, præferendi sunt modernis doctoribus, præcipue quatuor doctores, quos tamquam quatuor columnas sustentantes ecclesiam catholicam in veritate fidei & doctrinæ catholica ecclesia recipit, & veneratur, videlicet Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium, inter quos Augustinus præcellit ingenio, & excellentissimus habetur, præferenda est igitur auctoritas sua in expositione catholicæ veritatis omnibus doctoribus modernis, quantæcumque auctoritatis vel ingenii fuerunt, & ita in quantum Nicolaus de Lyra vel quicumque doctorum modernorum eidem Augustino in aliquo passu contradicere viderentur, omnino sunt postponendi, maxime quando expositio Augustini propinquior est sensui, quem auctor scripturarum intendit. Vel dicendum, & melius, quod principalis intellectus literalis illius auctoritatis, cum sit figurativa, ut patuit superius per Augustinum in tertio de doctrina Christiana, est spiritualis communio, eo modo quo expositum est, sed ad sacramentalem sæpe per quamdam adaptationem a doctoribus

Superius suppositione 13.

Anno Christi 1435.

Quædam scripturarum loca ob similitudinem quibusdam specialiter adaptantur.

doctoribus adduci consuevit. Solent enim doctores, A sicut & ecclesia, multas auctoritates adaptare ratione similitudinis vel alterius correspondentiæ, vel secundum literam, vel secundum sensum ad intentionem ipsorum. Nam euangelium, quod ecclesia in festo assumptionis decantat, quantum ad literam & sensum ejus, non est de beata Virgine, sed ei adaptatur: sic & doctores loquentes de hoc ineffabili sacramento, sæpe ad confirmationem dictorum adducunt auctoritates habentes vel sonantes similitudinem vel secundum literam, vel secundum sensum ad intentionem ipsorum, sicut cum doctores loquuntur de veritate hujus sacramenti, probant verum corpus Christi in eo contineri per illa verba Christi, cum dixit: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis* B *tradetur*, & verum sanguinem ipsius per illa verba: *Hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur.* quæ verba non possunt intelligi figurative, sicut illa: *Ego sum vitis vera.* &: *Petra autem erat Christus.* vel alio quocumque modo, ut quidam hæreticorum intellexerunt, sed vere & realiter, & secundum literam, sicut vere & realiter corpus suum pro nobis tradidit, & verum suum sanguinem pro nobis fudit: & nihilo minus ad id probandum inducunt alios, cujusmodi sunt in dicto capitulo Ioannis 6. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* & iterum: *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.* quæ quidem auctoritates habent omnimodam similitudinem quantum ad literam cum C primis, sed non quantum ad sensum literæ primum & immediatum: quia primæ vere & realiter intelligendæ sunt, secundæ autem spiritualiter, & secundum eumdem sensum secundum quem exposita est illa: *Nisi manducaveritis*, &c. Similiter in Clementinis de reliquiis & veneratione sanctorum, Si dominum in sanctis: per adaptationem adducitur illa auctoritas: *Ecce ego vobiscum sum* &c ad declarandam veritatem & realem præsentiam Christi in hoc sacramento: cum tamen in primo suo intellectu non intelligatur, nisi de assistentia sua per gratiam, sic enim ibidem dicitur: In hac vero sacramentali Christi commemoratione Iesus Christus præsens sub alia D quidem forma, in propria vero substantia est nobiscum: ascensurus enim in cælum, dixit apostolis & eorum sequacibus: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*, benigna ipsos promissione confortans, quod remaneret, & esset cum eis etiam præsentia corporali. nec potest dici in hoc loco, quod uterque sensus tam spiritualis quam sacramentalis sint ex æquo sensus literales, & quod obligent ad utrumque, quia illi duplices sensus literales reperiuntur solum in his scripturis, in quibus aliquid competit figuræ, & aliquid secundum excellentiorem modum figurato, prout ipse Nicolaus de Lyra declarat, in illis verbis capit. 17. Paralipom. *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Dicendum igitur ad Nicolaum de Lyra, vel E quod auctoritas sua cedat auctoritati Augustini, vel quod ipse exponit prædictum textum per quamdam applicationem ad sacramentalem manducationem, nec dicit quod Christus præcipiat, sed dicit, quod hic consequenter ostenditur hujus sacramenti necessitas, dictum est autem quod necessarium accipitur multipliciter, & inter alias acceptiones, accipitur pro utili: & sic ego concedo, quod sumptio hujus sacramenti est valde & multum utilis, & valde necessaria. Eodem modo intelligitur dictum Augustini, quo dicit, panem quotidianum huic tempori necessarium, id est, utilem, quod ex ipsius dictis apparet, cum dicit: Norunt enim fideles quid accipiant, & bonum est eos accipere. non ergo bene infert ex

Tit. 16. c. unico.

Matth. 28.

I. Paral. 17.

Supra.

A prædictis, cum dicit: Ex quo patet quod eucharistia est panis huic tempori necessarius, & sic ex necessitate & præcepto expetendus & accipiendus, quia non sequitur, Iste panis est necessarius, id est, utilis & valde utilis, Ergo est ex præcepto. & ulterius non sequitur, Hoc sacramentum est ex præcepto Christi, Ergo sub utraque specie. Et quia pene in singulis auctoritatibus, quas adducit pro necessitate hujus sacramenti, dictum modum arguendi tenet & inferendi, in quo paralogizatur, mutans quod in quale, & substantiam in modum: idcirco venio ad tertium modum dicendi pro expeditione faciliori, videlicet dato quod dicta auctoritas Ioannis intelligeretur de sumptione sacramentali, & quod hoc sa- B cramentum sit de præcepto Christi, quoad singulos fideles, adhuc tamen adversarii non habent intentum de utraque specie. Nam de necessitate & præcepto hujus sacramenti inter doctores nulla videtur varietas, etenim quidam videntur dicere quod hoc sacramentum neque quoad celebrationem seu confectionem ipsius per manus sacerdotum in sacrificio, est de præcepto Christi immediate, & multo minus quoad sumptionem vulgarium, dicentes, quod verbum imperativi modi in sacra scriptura multipliciter accipitur, & non semper præceptive. Sumitur enim quandoque præceptorie, quandoque exhortatorie, quandoque optative sive deprecatorie, quandoque invitatorie, quandoque juxta vulgarem C modum ironice, & fortasse pluribus aliis modis quos diligens scrutator scripturarum posset reperire. Sed quantum ad præsens spectat de prætactis modis exempla in medium adducantur: & pro primo facit illud Oseæ prophetæ, cui dominus præcipiens dixit per verbum imperativi modi: *Vade, sume tibi uxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicarios, quia terra fornicans fornicabitur a domino.* & rursus Sapientiæ 1. *Diligite justitiam, qui judicatis terram.* Pro secundo modo, scilicet exhortativo, facit illud apostoli: *Surge a mortuis, & illuminabit te Christus.* & Matthæi 6. *Nolite soliciti esse quid manducabitis, & quid bibetis*, &c. cui etiam simile est quod dixit D Matthæus 5. *Nolite jurare omnino, neque per cælum, neque per terram.* &c. prout tradit Augustinus in libello de sermone domini in monte, & in sermone quem de perjurio scripsit, ubi dicit, quod non prohibuit dominus licitam jurationem. De tertio modo, videlicet optativo, sive deprecatorio, pleni sunt libri prophetales, qui expectantes adventum Christi, verbis imperativis loquebantur, quorum unus dicebat: *Veni ad nos liberandum domine Deus virtutum, & ostende nobis faciem tuam, & salvi erimus.* & Esaias cap. 16. *Emitte*, inquit, *domine agnum dominatorem terræ de petra deserti*, &c. Et in alio loco: *Veni domine, & noli tardare.* Pro quarto modo, videlicet invitatorio, habetur Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pau-* E *peribus, & sequere me.* & multa hujusmodi similia possent induci, ad ostendendum, non semper modum imperativum præceptive poni. Et de ironico modo, modus communis sæpe habet, quemadmodum si magister dicit discipulo pigritanti: Dormi puer, dormi, volens ipsum a desidia & gravi torpore ad vigilantiam excitare. Dicunt igitur, consideratis his acceptionibus imperativi modi, quidam, quod, *accipite*, &, *hoc facite*, licet sint verba imperativi modi, non tamen præceptum important, & ita similiter ponuntur ibi, ut dicunt, exhortatorie, & invitatorie, quasi dicat; Hoc facite in meam commemorationem, quia vobis proderit ad magnum augmentum gratiæ unde potius per modum consilii quam præcepti dictum est, sicut & illud: *Vade*

Anno Christi 1435.

Imperativa verba aliquando non intelliguntur.

præceptorie, Oseæ 1.

exhortatorie, Ephes. 5.

Lib. 1.

optative,

Psal. 79.

invitatorie,

Ironice,

Anno Christi 1433. Matth. 19. Sup. a in ie. confione ad 1. partem positionis maestri Ioã. Ad auctoritatem Alberti Magni.

Vade & vende omnia quæ habes. & ita etiam se expediunt de glossa interlineari, qua dicitur, Et aliis ministrate, qui modus dicendi satis videretur conveniens, qui vellet insequi textum Ioannis, *Nisi manducaveritis*, secundum spiritualem manducationem tantum. Hanc sententiam videtur secutus fuisse Albertus Magnus, qui, ut alias allegatus hic per me & lectus, dicit, quod Christus utrumque sacramentaliter celebrandum præcepit in ecclesia per statuta apostolica, attribuens præceptum ecclesiæ Christo tamquam principali agenti & imperanti, propter indefectibilem sui assistentiam qua ipsi ecclesiæ assistit, & assistet usque ad consummationem sæculi. Nam ecclesia nihil potest facere sine Christo, ipso dicente:

Ioan. 15.

Sine me nihil potestis facere. Alii vero dixerunt, & dicunt, quod hoc sacramentum, quoad celebrationem in ecclesia per sacerdotes & ministros in præsentia populi, est de præcepto Christi immediate, & fundant hoc præceptum in illis verbis imperative prolatis: *Hoc facite in meam commemorationem*, sed quoad sumptionem non sacrificantium, aut non celebrantium, non est de præcepto Christi, sed solum de præcepto ecclesiæ. Ad hoc sunt in terminis propriis Alexander de Ales, & Bonaventura, quorum dicta sequuntur in hunc modum. Nam Alexander de Ales quarta parte summæ suæ quærens de necessitate actus manducandi, quærit, utrum necesse sit manducare corpus Christi, & arguit auctoritatibus Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. & 1. Corinth. 11. Item ex statuto ecclesiæ, Omnis utriusque sexus. Item quia baptismus est sacramentum necessitatis, Ioannis 3. *Nisi quis renatus fuerit*, &c. Et simili modo videtur, quod hoc sacramentum sit necessitatis propter eumdem modum loquendi, *Nisi manducaveritis*, &c. In contrarium arguit, quia illud sacramentum, & solum illud, est necessitatis, quo non suscepto, non vivit quis vita gratiæ, sicut patet de baptismo ante susceptionem ejusdem. ergo si hoc sacramentum est necessitatis, utique ante ipsius susceptionem nullus viveret vita gratiæ, quod manifeste falsum est, quia tunc nullus salvaretur, si moreretur ante ejus susceptionem. Respõdet iste doctor, quod hoc sacramentum non est de necessitate salutis, quantum est de sua institutione, sed si est, hoc est ex assumpto officio, vel de mandato superaddito, verbi gratia, ecclesia constituit, ut fideles communicent semel in anno, & in morte, unde si quis negligit, non est sine contemptu, & peccat mortaliter. & hæc constitutio ecclesiæ est sub præcepto, ut patet ex decretali prædicta, scilicet, Omnis utriusque sexus. Post prædicta respondet prædictus doctor ad argumentum, & primo ad illud Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. dicit, quod intelligitur de manducatione spirituali & per fidem, sine qua nullus adultus salvabitur, nec etiam parvulus: aut de manducatione sacramentali, ratione institutionis ecclesiæ: & sic intelligitur etiam quod adducitur de similitudine baptismi. Ad aliud de institutione ecclesiæ, dicit quod communio, eo modo quo institutum est ab ecclesia, debet observari, nec potest negligi sine offensa mortali, suppetente facultate. Hæc iste doctor in summa. Item [a] dominus Bonaventura in 4. distinctione 12. movens quæstionem, Utrum necesse sit ad hoc sacramentum accedere, & arguit eisdem auctoritatibus quibus supra, Ioannis 6. In contrarium vero arguit per Augustinum, Quid paras dentem & ventrem? crede & manducasti. sufficit ergo ad manducandum credere, nec tenemur sumere sacramentum. Item effectus hujus sacramenti est deletio venialium peccatorum, & augmentum virtutum, sed neutrum est de necessitate salutis, ergo, &c. Item si necesse esset accedere, parvuli qui non accedunt, nec manducant, omnes damnarentur. Respondendo dicit iste doctor, quod hoc sacramentum non est de necessitate salutis, quantum est de sua institutione, sed si est, hoc est ex assumpto officio, vel mandato superaddito. Ex assumpto officio, quod necessarium est exequi, ut cum sacerdos vivit de altari, ut parochianus debet servire altari. Si autem non vivat de altari, sed in libertate sua remaneat, non tenetur magis quam alius homo ex debito: sed magis de bono & ex æquo. Ex mandato superaddito, quod ecclesia instituit ut fideles communicent semel in anno, & in morte, unde si quis negligat, non est sine contemptu, & peccat mortaliter: ratio autem quare ecclesia instituit, est, quia hoc sacramentum est salubre, & multi erant negligentes de sua salute. Institutio autem ecclesiæ sub præcepto fuit: Omnis utriusque sexus fidelis, cum ad annos discretionis pervenerit, ut ad minus in pascha recipiat eucharistiæ sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam duxerit abstinendum, alioquin vivens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Constat autem quod hæc est pœna excommunicatorum. Ex his patet responsio ad objecta. Nam verbum domini Ioannis 6. intelligitur de manducatione spirituali, quæ est per fidem & caritatem, sine qua nemo adultus salvatur. Hæc iste doctor in forma. De hac etiam opinione fuisse videtur sanctus Thomas dum legeret sententias, ut patet in 4. sentent. distinctione 9. quæst. 1. art. 5. ubi sic quærit: Ulterius videtur quod manducatio corporis Christi sit de necessitate salutis, &c. & in fine positis argumentis pro & contra, sic determinat dicens, quod gratia est sufficiens causa gloriæ, unde omne illud sine quo potest haberi gratia, non est de necessitate salutis: hoc autem sacramentum præsupponit gratiam, quia præsupponit baptismum, in quo gratia datur, neque debet peccato præveniri, quod gratiam privet; & ideo quantum est de se, non est de necessitate salutis, sed de ordinatione ecclesiæ homines obligantur secundum ecclesiæ statutum, corpus Christi semel in anno sumere. Hæc doctor præfatus, quoad eamdem sententiam, in multis aliis replicat. Alii vero videntur sentire, quod tam celebratio hujus sacramenti, per modum sacrificii, quod fit per sacerdotes, quam etiam ipsius usus, quoad singulos fideles, est de præcepto Christi, & hanc opinionem sequentes, adhuc videntur variari, quia alii dicunt hoc esse de præcepto Christi expresso & explicito, quantum ad substantiam, & ea quæ sunt essentialia sacramento. Alii vero ex præcepto implicito. Primum modum videtur sequi Nicolaus de Lyra, secundum modum sancti Thomæ in tertia parte summæ, ubi allegat eum dominus proponens: etenim dicit, quod spiritualis manducatio includit votum seu desiderium percipiendi hoc sacramentum, & sic secundum ipsum in prædicto loco spiritualis manducatio expresse cadit & explicite sub præcepto Christi, quod patet, quia dictus doctor ubique illam auctoritatem, *Nisi manducaveritis*, principaliter declarat & exponit pro spirituali manducatione, & in ipsa specialiter includit votum percipiendi hoc sacramentum, & ita secũdum eumdem intelligenda est auctoritas, quam inducit ibid. ex Matth. *Hoc facite in meam commemorationem*, quia sicut in illa, *Nisi manducaveritis*, secundum ipsum includitur implicite sacramentalis sumptio, sic & in ista: cum enim per dicta verba communiter secundum omnes doctores, *Hoc facite in meam commemorationem*, apostolos in sacerdotes ordinaverit, si illa verba expresse & explicite

Margin notes: Alex. de Ales q. 4. 10 art. 4 — De pœn. & remiss. — [a] divus — Anno Christi 1433. — Ut patet in decreto de pœn. & remiss. lib. 6. — S. Thom. part. 3. q. 80. art. 11.

Anno Christi 1433.

plicite quoad substantiam, & quoad modum obligative, ad omnes indifferenter fideles extenderentur, manifeste sequeretur, quod omnibus fuisset collata potestas conficiendi hoc sacramentum, viris & mulieribus, parvis & magnis, & sic quilibet esset hic & hæc sacerdos, quod nullo modo est dicendum, neque etiam cogitandum. Oportet ergo secundum intentionem dicti doctoris, quod præceptum de sumptione sacramentali in prædictis verbis includatur, implicite & in medulla: cum autem in prædicto præcepto, *Hoc facite in meam commemorationem*, duo includantur, videlicet substantia sacramenti, quæ significatur per hoc pronomen demonstrativum, *hoc*, & commemoratio dominicæ passionis, oportet quod alterum, videlicet id quod est substantiæ, pertineat ad omnes; id autem quod se habet ex consequenti, & quasi finis quidam atque modus, tantummodo ad sacerdotes pertineat, ipsa videlicet sub diversis signis & speciebus dominicæ passionis repræsentatio. Et quod hæc fuerit dicti doctoris intentio, patet ex articulo immediate sequenti, in quo ex intentione quærit, utrum liceat sumere corpus Christi sine sanguine, & determinat sicut alias hic lectum est & declaratum. Non est autem pium credere, nec est verisimile, quod talis ac tantus & tam sanctissimus vir & doctor in tam modico spatio, sibi ipsi contradiceret, ibi ponendo necessitatem sacramenti, & hic vero necessitatem alterius speciei. In præcedenti igitur articulo declarat eodem sub præcepto substantiam & rem hujus sacramenti quoad omnes. In isto autem articulo declarat & substantiam & modum eodem sub præcepto solum sacerdotibus, non autem universis Christi fidelibus. In hac igitur tali ac tanta varietate doctorum, nihilo minus sua dicta ecclesiæ judicio submittentium, ipsa sancta mater ecclesia ab initio semper in rebus dubiis cepit & tenuit partem securiorem & tutiorem. Nam quoad celebrationem & consecrationem hujus sacramenti, ecclesia instituit & præcepit, quod hoc sacramentum frequentaretur in ecclesiis Christi fidelium, sive Christus præcepit sive non præcepit. Similiter quoad usum fidelium hujus sacramenti, ecclesia eligit partem tutiorem, præcipiens universis Christi fidelibus capacibus & dispositis varie, secundum varietatem temporum, conditionum, personarum, sumptionem ejusdem sacramenti. Quia vero in modo ministrandi hoc sacramentum non conficientibus, nulla unquam fuit varietas opinionum, an sub una vel sub duplici specie possit ministrari, quia ut alias dixi, ante novitatem cujusdam Iacobelli in regno Bohemiæ, non reperitur doctor ab institutione hujus sacramenti fidelis & catholicus, qui in forma vel in sententia moto dubio determinaverit, quod sic, vel sic, scilicet sub duplici, vel sub una specie Christus præceperit hoc sacramentum ministrari fidelibus, & quod ecclesia non possit sic vel sic in administratione ejus facere & statuere: ideo & ipsa ecclesia propter multas causas superius allegatas, statuit sub una specie ministrari. Redeundo igitur ad propositum nostrum, nihil prædictis difficultatibus temere diffiniendo, dico quod si etiam ministratio, quoad non conficientes, dicti sacramenti caderet sub præcepto, non tamen usus ejus sub duplici, aut sub una specie, cadit sub præcepto Christi.

S. Thom. part. 3. q. 80. art. 12. supra, in testimoniis SS. patrum & doctorum.

PROSEQUOR igitur ordinem auctoritatum suarum respondendo ad singulas, & ostendendo ad oculum & cum digito, quod per nullam earum concludit intentum. Adducit igitur Ambrosium in glossa ordinaria super verba: *Cetera, cum venero, disponam*, &c. Ex quibus infert tam apostoli quam glossæ verbis, quod apostolus præcipit de sacramento, dicens: Tenete quod dixi, scilicet, Accipite & manducate, & calicem bibire, tenete inquit, & non intermittite nec mutate. Hæc est illatio domini proponentis, quæ quantum aliena & adversa sit tam a mente apostoli, quam a glossa*, nullus habens intellectum potest decipi. dicit enim apostolus: *Cetera, cum venero, disponam*, glossa autem dicit, Tenete quod dixi, cetera autem de eodem, id est, quæ ad ejusdem sacramenti ordinem pertinent, cum venero disponam. In quibus verbis nullo modo dantur intelligi ea quæ infert dominus proponens, qui omnimodo distrahit textum glossæ Ambrosii contra intellectum apostoli. Nam apostolus in prædicto loco non instruit Corinthios, neque docet qualiter debeant communicare, sed qualiter pacifice, modeste, cum discretione, cum probatione conscientiæ debeant accedere ad sumptionem hujus sacramenti. unde refert Ambrosius, tenete quod dixi, id est, Accipite, manducate, & calicem bibite, & non intermittite, nec mutate: sed potius tenete quod dixi quantum ad devotionem, puritatem conscientiæ, pacem & concordiam & pietatem. Similiter dicendum ad id quod dicit: His carere non potestis, videlicet virtutibus prædictis, ad digne sumendum hoc sacramentum: unde, His carere non potestis, non refertur ad cōmunionem sub utraque specie, sed ad virtutes de quibus dictum est. licet similitudo quam inducit de vita corporali, quæ videlicet sine cibo & potu non potest continuari, valeret transferendo ad vitam spiritualem, respectu hujus sacramenti, non tamen sequeretur, quod utraque species exigatur, quia vita animæ non consistit in speciebus, sed in ipsa vera carne Christi, & vero sanguine ejus. unde cum sumendo sub una specie quisque fidelis sumat carnem & sanguinem, manifestum est quod sumit perfectum alimentum & nutrimentum, quo vivit anima, quia vere comedit carnem Christi, & vere bibit sanguinem ejus, de quibus ipse dominus dicit. *Caro mea vere cibus est*, &c. sed tamen simpliciter falsum est, quod sine sumptione quotidiana aut frequenti, anima non possit stare, vegetari, augmentari & continuari in vita perfecta & spirituali, ut patet in multis sanctis patribus; & specialiter in sancto Paulo primo eremita, qui per 40. annos mansit in eremo absque hujus sacramenti sumptione. Similiter de S. Maria Ægyptiaca, quæ fere per totidem annos sine communione permansit. Et sic ad Nicolaum de Lyra dico, quod ipse loquitur persuasive & communiter, inducens populum ad frequentem sumptionem hujus sacramenti, quod utiq; valde utile est: non autem intendit ibi necessitatem præceptivam inducere ad quotidianam sumptionem vel frequentem, & multo minus frequentem sumptionem sub utraque specie. Ad auctoritatem Paschasii dicendum, quod ipse loquitur de carne & sanguine, quæ duo præstant vitam animæ, non autem speciebus panis & vini, quæ secundum se nihil causant in anima, imo nec gustat eas cum corporaliter sumuntur, & corporaliter in stomachum trahuntur, unde dicit, Quod justum & pernecessarium est, &c. quod autem dicit, Quod ideo bene simul in calice * redduntur, quia de uno calice passionis Christi hæc duo nobis manarunt, intelligendum est quod caro Christi & sanguis in calice redduntur, id est, traduntur, quia etiam in calice totus & integer Christus continetur, sicut & sub specie panis, & qui hoc nō credit, infelix est, quia si cibo & potu materiali vita humana sustentetur, multo magis carne & sanguine domini nostri Iesu Christi vita spiritualis. potius autem in hoc loco hic doctor calicē nominavit, quam panem, quia

1. Cor. 11. Ad glossam in verba,

Anno Christi 1433.

Cetera cum venero, disponam.

Ioan. 6.

Ad Paschasium lib. de sacramento corporis & sanguinis domini cap. 19.

* al. cadem, ceremoniæ.

quia comparat effectum hujus sacramenti ad passionem Christi, tamquam ad causam, quæ passio magis in specie & in similitudine vini exprimitur, & etiam quia passio in scripturis calix appellatur, secundum illud: *Potestis calicem bibere quem ego bibiturus sum?* & idem dominus in oratione de monte dixit: *Pater transfer a me calicem istum*, unde dicit, Quia de uno calice passionis Christi, *&c.* quare cum in dicta auctoritate Paschasii nulla mentio fiat de pane & vino, sed solum de cibo & potu, quæ duo carni & sanguini Christi attribuit, utique non bene refert proponens dicti doctoris intentionem ad sacramentum panis & vini.

Matth. 20.
Luc. 22.

A A n auctoritates S. Thomæ, & doctoris subtilis, Scoti scilicet, dicendum, quod nulla earum probat B aliquid de duplici specie, sed solum volunt, quod sumptio sacramenti hujus sit de præcepto Christi, & non aliud intendunt dicti doctores, eo modo quo superius declaratum est. Ad illud autem quod infert ex dicto Scoti, quod sumptio seu communio sacramenti est majoris necessitatis quam consecratio tamquam finis melior & nobilior ipsa consecratione, & dicit quod hoc est contra omnes adversarios hujus veritatis, dicentes consecrationem esse de præcepto, non communionem. Sed salva gratia sua, adversarii communionis sub utraque specie non dicunt hoc, imo dicunt oppositum, quia dicunt quod simul consecratio & sumptio, quæ fit per sacerdotem in altari, perficiunt simul unum sacrificium, quod prodest non solum ipsi consecranti, sed toti ecclesiæ militanti, & etiam dormientium in purgatorio. & in hoc C tali sacrificio utique consecratio ordinatur ad sumptionem, in qua & ipsum sacrificium perficitur. Sed bene dicunt aliqui, quod communio non sacrificantium non est necessitatis, neque præcepti, nisi ecclesiæ. Ad secundum quod infert ex dictis Scoti, quod omnibus loquitur Christus, ut ipse dicit, & omnes obligat ad manducandum & bibendum sacramentaliter; dicendum, quod salva gratia inferentis, ex dictis Scoti non potest elici quod illa auctoritas Christi obliget ad manducandū & bibendum sacramentum hoc sub diversis speciebus sacramentaliter, cum expresse teneat Scotus oppositum, ut alias extitit D cum digito & ad oculum ex libris suis declaratum.

Dist. 11. q. 2. ad quartum.

Supra in testimoniis SS. patrum & doctorum, ad finem.

P o s t prædictas auctoritates inducit auctoritates conciliorum & canonum, quæ similiter probant necessitatem præcepti ad sumendam carnem Christi & sanguinem in sacramento: nec tamen probant præceptum Christi, sed tantum ecclesiæ quæ habet auctoritatem ligandi & solvendi, statuendi & præcipiendi, & cujus præceptum obligat ad pœnam æternam, quemadmodum & præcepta divina. Unde sicut contemptores legum divinarum, sic contemptores legum ecclesiasticarum, & hoc in futuro, si sine pœnitentia decesserint, veniunt puniendi: unde lex ecclesiastica ita necessitatem imponit subditis ejusdem, sicut & lex divina, quia ipsa lege divina præcipiendi & statuendi auctoritas ecclesiæ data est, E secundum id: *Qui vos audit, me audit*, & : *Qui ecclesiam non audierit, sit tibi ut ethnicus & publicanus*, & secundum illud: *Super cathedram Moysi*, &c. *quæcumque dixerint vobis, facite*, &c. tamen quidquid sit, nulla prædictarum auctoritatum deservit sibi, quocumque modo intelligantur, aliquid ad propositum duplicis speciei. Ulterius magister proponens inducit auctoritates ad probandum quod ille textus Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, intelligatur de manducatione sacramentali & bibitione, & non de sola spirituali. Et primo ad glossam duplicem ordinariam dicendum, quod dato quod illa auctoritas intelligatur de sacramentali manducatione,

Luc. 10.
Matth. 18.
Matth. 23.
Ad glossam ordinariam.

A non tamen ex dicto textu habetur necessitas duplicis speciei, nec ex ipsis glossis, imo ex dictis glossis habetur manifeste sufficientia unius speciei & comestionis. Nam in nulla fit mentio de bibitione vini, sed de sola comestione. Et ulterius utraque glossa exponit de comestione altaris, & per consequens glossa trahit hunc textum ad sacerdotes, qui soli conficiunt, & comedunt in altari, & sic intelligendo hunc textum sive spiritualiter, ut Augustinus & alii doctores antiqui, sive de sacramentali comestione altaris, bene dicunt: ergo, per locum a contrario sensu, omnes adversarii, dicendo illam literam non esse exponendam de spirituali vel sacramentali manducatione altaris, sed eam debere trahi ad communionem laicam utriusque speciei, decipiuntur, & B male dicunt. Deinde adducit auctoritatem Remigii multam & satis longam super eodem verbo, *Nisi manducaveritis*, &c. in qua tota auctoritate, & in omnibus per proponentem ex ea elicitis, non reperio nec video aliquid, in quo possit vel valeat suum fundare intentum, quoad præceptum communionis sub utraque specie. Deinde quoad auctoritatem communionis, plus facit contra eum dicta auctoritas, quam contra tenentes oppositum. Nam cum dicit: Ad hanc spiritualem alimoniam, ad hoc mysticum epulum & divinum nos dominus invitat, *&c.* manifeste declarat se loqui de spirituali manducatione, quod manifestius declaratur, cum consequenter dicit in §. Nam vero: Subsequenter exponit quomodo id fiat, & quid sit manducare carnem ejus, & C sanguinem bibere. *Qui manducat*, inquit, *meam carnem, & sanguinem meum bibit, in me manet, & ego in illo*, hoc profecto est hanc escam manducare, & hunc potum bibere, manere in Christo, & Christum in se habere manentem, *&c.* Ubi hic doctor S. Remigius conformiter ad Augustinum exponit quidditative & essentialiter quid sit manducare carnem ejus, & sanguinem bibere, & respondet: *Qui manducat*, inquit, *meam carnem*, &c. ubi expresse declarat, quod manducare & bibere in hoc loco sumitur pro manere in Christo, & e converso Christum in se manentem habere. Ad eumdem sensum, totum residuum illius auctoritatis tendit, scilicet de spirituali D manducatione. Nec obstat de exemplis quæ inducit de comestione sacramentali, ut expositum est in dictis Augustini. loquens enim Augustinus & Remigius abbreviator ejusdem de vero sensu, quem Christus intendit de his verbis, scilicet, de spirituali manducatione, adducunt sermones de sacramentali manducatione, sicut cum adducitur figura ad figuratum, & sacramentum ad id quod significat & figurat. sicut si loqueremur de passione Christi, adduceremus figuras veteris testamenti, quæ Christi passionem præfigurabant; utique non omnia quæ dicerentur de ipsa passione Christi in se, & quæ dicerentur de figuris illis, ad idem referrentur, quia semper aliud est figura, aliud figuratum. Similiter E si loqueremur de corpore Christi vero in hoc sacramento, & adduceremus materiam sacramenti, ut puta panis & vini, utique non quidquid diceretur de vero corpore Christi, hoc intelligeretur de speciebus, nec e converso: ita est proprie in proposito. Cum enim hoc sacramentum altaris, quantum ad species suas, & quantum ad primam rem contentam, quæ est vera caro Christi, & verus sanguis ejus, sit sacramentum corporis Christi mystici, ut patet omnibus materiam hujus sacramenti intelligentibus, si sacerdotes loquentes de corpore Christi mystico & spirituali, & carne ejus mystica, adducant materiam hujus sacramenti, sive quoad species, sive quoad ipsam primam rem ejusdem, sicut signi

Ad Remigium.

Anno Christi 1433.

ad signatum, & sacramenti ad id cujus est sacramentum, non est dicendum quod idem sit, & quod ad idem referantur omnia quæ dicuntur, tamquam idem esset signum & signatum, res & sacramentum. Et hæc est profecto, salvo judicio meliori, vera intentio Augustini & Remigii & multorum aliorum doctorum, dictum capitulum Ioannis exponentium, qui expunentes de spirituali corpore Christi mystico, & de manducatione, adducunt materiam sacramenti altaris, tamquam signi ad signatum, & sacramentum ad id quod significat & figurat. Vlterius dato quod Remigius loqueretur in illa parte, Ad hanc spiritualem alimoniam, de sacramento altaris; adhuc ex ipsis verbis suis declaratur, quod non necessitatem sumendæ hujus alimoniæ nobis inducit, per hoc enim cum dicit, Tamquam, cum sit adverbium similitudinis, utique similitudinariam, non perfectam necessitatem expressit; per quod dat intelligi quamdam magnam & vehementem utilitatem, non præcepti innuit necessitatem. Vlterius patet per illud licet quod sequitur, quod dictus sanctus Remigius non acceperit in verbis prædictis stricte necessitatem. Nam infra dicit, quod ipse dominus mysterium sui corporis & sanguinis quotidie a fidelibus per sacerdotum ministerium fieri mandavit rationabili sacramento, quod utique, proprie accipiendo mandatum & præceptum, nullo modo stare potest in veritate, quia omnino catholicæ veritati, sanctorumque patrum traditionibus, & sententiis esset contrarium & adversum, qui nullo modo dicunt obligari universam fidelium congregationem ad hujus venerabilis sacramenti quotidianam sumptionem. Vnde Augustinus, & habetur de consecratione distinctione secunda; Quotidie eucharistiam sumere nec laudo, nec vitupero, &c. Dicendum igitur, quod Remigius in dicta auctoritate verbum mandati large accepit, non pro præcepto proprie, sed exhortatione, quia qui taliter posset disponere vitam suam, ut omnino caveret a peccatis mortalibus, & ex sumptione quotidiana hujus sacramenti sentiret se in devotione ac fervore proficere, valde necessarium esset & utile sic animæ dispositæ frequenter & quotidie ad hoc sacramentum accedere. Sicut igitur hoc verbum, Mandavit, proprie non potest determinare illud quod dicitur, Quotidie, sic nimis determinat illam necessitatem. Ex omnibus tamen prædictis hoc indubie habetur & manifeste, quod dicta auctoritas Remigii in nullo deservit sibi ad communionem laicam sub utraque specie.

(Cap. 13. De ecclesiasticis dogmatibus cap. 53.)

(Ad S. Augustinum.) Ad auctoritates Augustini (quas consequenter inducit, quæ videntur eidem met doctori contrariari, qui, ut dictum est, Sole clarius & luce meridiana, in multis locis declaravit evangelium Ioannis debere intelligi de spirituali manducatione) non esset difficile respondere, eumdem doctorem ad concordiam revocando ex libris ejusdem, ex quibus dictæ auctoritates assumuntur. Nihilo minus quia tempore coarctor, dico quod nulla prædictarum auctoritatum, dato quod omnes intelligerentur de sacramentali sumptione, probat propositum de duplici specie, in communione laicali. Et sunt auctoritates Augustini, prima [a] in libro de meritis & remissione peccatorum. Secunda [b] contra Cresconium grammaticum. Tertia in lectionibus dominicæ primæ in adventu domini. Quarta [c] libro primo de baptismo parvulorum, ut ipse allegat eam, quæ incipit, Auferatur ergo dubitatio, &c. quæ tamen ponitur in libro de meritis & remissione peccatorum, nisi velit unum & eumdem librum prædicto duplici titulo insignire. Quinta psalmo 98. super illo verbo, *Adorate scabellum pedum ejus.* verumtamen ut detur occasio volenti dictas auctoritates Augustini intelligere in quo sensu ab eo prolatæ sunt, subjungo auctoritatem suam, quæ habetur transsumptive de consecratione distinct. 4. capite, Nulli dubitandum & ambigendum est. ubi ita dicit: Nulli ambigendum est, tum corporis & sanguinis domini unumquemque fidelium participem fieri, quando membrum Christi in baptismo efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiamsi antequam panem illum edat & calicem bibat, de hoc sæculo, in unitate corporis constitutus, abscedat, quia illius sacramenti beneficio non privatur, quando in ipso hoc quod illud sacramentum significat, invenitur. In illo enim sacramento corpus & sanguinem suum in nobis commendavit, quod & fecit nos ipsos, nam & nos corpus Christi facti sumus. Hæc Augustinus. Et iterum idem ad Bonifacium ita scribit: & habetur eadem distinctione 4. capite, In ecclesia, ubi dicit: Non cogitetis vitam habere non posse parvulos qui fuerint expertes corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, dicente domino: *Nisi manducaveritis carnem*, &c. Manifestum est enim tunc unumquemque corporis & sanguinis domini participem fieri, quando in baptismo membrum Christi efficitur. Hæc Augustinus. Ex his auctoritatibus & ultima resolutione quam facit idem doctor dictorum suorum libro tertio de meritis & remissione peccatorum, sive de baptismo parvulorum, studiosus lector & pius dictum excellentissimum doctorem non contrarium nec sibi ipsi dissonum, sed maxime uniformem & concordem in suis dictis & sententiis clare percipiet & intelliget.

(a Lib. 1. cap. 20. b Lib. 1. cap. 25. c Cap. 4.)

(Anno Christi 1433. Cap. 13. De consecr. dist. 2. c. 61. Commendavit. Cap 130. Ioan 6. Cap. 4.)

(Ad Origenem & Chrysostomum,) Similiter dicendum est ad auctoritates Origenis & Chrysostomi, quia ex ipsis nihil concluditur ad auctoritatem communionis sub utraque specie, cum nullam mentionem faciant de specie vini, sed solum de carne & sanguine, quæ ita integre, plene, & perfecte sumuntur a fidelibus sub una specie, sicut si sumerentur sub duplici. (Innocentium,) Similiter dicendum est ad auctoritatem Innocentii, quia nihil facit ad propositum de præcepto aut necessitate communionis sub utraque specie. (Armachanum.) Eodem modo ad dominum Armachanum dicendum est, quod nihil confert sua auctoritas ad communionem utriusque speciei: imo quantum potest concipi ex verbis ejusdem dicti textus Joannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. non intelligitur de manducatione sacramentali quantum ad intentionem suam, dicit enim: Si quis vero dictum salvatoris omnino velit accipere de manducatione & bibitione sacramentali, tunc intelligendum est de modificatione, &c. ubi expresse & manifeste declarat se loqui non ex sua intentione cum dicit: Si quis vero, &c. (Eusebium.) Ad auctoritatem vero Eusebii dicendum, quod Eusebius loquitur de consecratione qua Christus in cœna vinum in sanguinem commutavit, & quotidie commutat in altari, quod manifeste ostenditur ex verbis ejus, dum dicit: Adverte quam evidenter constat vini creaturam Christi sanguinem nuncupandam. quod utique non fit nisi in altari, ubi prius est vini creatura, & deinde Christi sanguis post consecrationem nuncupatur, post quam consecrationem nullo modo sanguis Christi est vini creatura. (Euseb. in homil. de corpore & sanguine Christi.) Et ad hunc sensum per quamdam adaptationem ad sacramentum altaris inducit auctoritatem: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, &c. Et præterea dictus doctor nullam mentionem facit in prædictis verbis de communione laica aut de præcepto sive de necessitate illa de qua hic loquimur, nec etiam de quacumque alia. Et hæc sint dicta ad secundam partem suæ propositionis, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei.

VLTERIVS

Anno Christi 1435.

VLTARIVS prosequendo tertiam partem suæ positionis proponens ita dicit: Cum autem plurimi adversariorum divinissimæ communioni sub utraque specie ad laicos propter tot testimonia & sanctorum auctoritates resistere non valentes ipsam communionem benedictæ eucharistiæ sub utraque specie ad laicos fideles concedunt, quantum in se est, & de se esse licitam & catholicam, quia a Christo instituta, & ab apostolis & ecclesia primitiva prædicata, & hæc eorum confessio patet per eorum plurima scripta: sed in hoc latibulum omnes confugiunt, dicentes, quod ipsa communio utriusque speciei non sit de præcepto. Hæc proponens. Ad hoc dico, non propter auctoritates & rationes quas adversarii adducunt, quia nullæ sunt, sed propter veritatem in se, quod communio hujus sacramenti secundum se considerata, est licita & catholica, & digne sumentibus ac devote multum utilis ac necessaria: sed quod fiat sub una vel sub duplici specie, est indifferens ad meritum vel demeritum, nisi pro quanto ecclesiæ consuetudo aut statutum determinat ad unam vel ad duplicem speciem. Nam Christus instituit sacramenta, sed modum eadem dispensandi reliquit ecclesiæ, ut tenent omnes doctores concorditer. Quando igitur consuetudo ecclesiæ habebat duplicem speciem, tunc nulli licebat communicare sub una specie in locis in quibus hujusmodi consuetudo servabatur, & similiter opposita consuetudine in ecclesia ex rationabilibus causis invalescente, & maxime statuto & præcepto universalis ecclesiæ confirmata, nulli licet non conficienti communicare sub utraque specie: unde nullo modo concedimus ipsam communionem sub utraque specie esse licitam & catholicam quoad laicos, licet sic Christus fecerit & apostolis tradiderit, & apostolus in primitiva ecclesia Corinthiis sic facere permiserit, stante statuto ecclesiæ in oppositum. Nec confugimus in latibulum, qui est locus hæreticorum, dicentes, quod ipsa communio sub utraque specie non sit de præcepto: imo manemus in ipsa veritate catholica, sicut in civitate supra montem posita, quæ omnibus sole clarius elucescit. Ad auctoritates igitur evangelistarum, videlicet Matth. 26. Marci 14. & Lucæ 22. dico, quod stant narrative, quia evangelistæ narrant modum quem Christus tenuit in confectione hujus sacramenti, & verbum hoc, *facite*,

Ad verbum hoc, *facite*.

quod innuit præceptum, si præceptive teneatur, refertur ad apostolos, quos per illa verba in sacerdotes ordinavit, & ad ipsorum successores tantum; alioquin omnes viri & mulieres essent sacerdotes, & possent hoc conficere sacramentum. quod nullus sanæ mentis dixerit.

Ad glossam.

Ad glossam autem quæ dicit, Et aliis date: dicendum quod glossa non dicit, quod Christus præcepit apostolis aliis dare. Dato enim, quod non concederetur pro præsenti, quod Christus præcepisset discipulis dare aliis hoc sacramentum; non tamen præcepit sic dare, quapropter notanter glossa non expressit sic, vel taliter, vel hoc modo aliis dare.

Ad verba hymni: Dedit fragilibus.

Ad canticum ecclesiæ, Dedit fragilibus, *&c.* dicendum quod Christus sacrificium istud & instituit, & commisit ipsum celebrandum solum presbyteris, quibus sic congruit sumere, non tamen sic dare ceteris. quapropter notanter dicit: Quibus sic congruit ut sumant & dent ceteris. & quod ista sit intentio illius cantici, patet tam ex summo pontifice, quam ex compositore officii, quam ex ipsa ecclesia cantante dictum canticum. Nam tempore Vrbani, & doctoris sancti qui officium corporis Christi, & prædictum canticum composuit, per totam ecclesiam universaliter erat unius speciei consuetudo, ut patet ex doctrina ejusdem doctoris. Ad Nicolaum de Lyra dicendum quod secundum opinionem verum dicit, quod per illa verba, *hoc facite*, injungitur ecclesiæ hujus sacramenti usus, sed non habetur ex hoc quod injungatur laicali populo usus communionis sub utraque specie.

Ad Nicol. de Lyra.

Ad Damascenum lib. 4. c. 14.

Vlterius ad auctoritatem Damasceni cum dixit: Dixit dominus Iesus: *Hoc est corpus meum*, &: *hic est sanguis meus*, &: *hoc facite in meam commemorationem*, omnipotenti ejus præcepto, donec veniat, efficitur. dicendum est quod ibi præceptum Damasceni non intendit referre ad apostolos, quasi ipsis sit præceptum, ut sic ministrent aliis, sed refert ad naturam panis scilicet, & vini consecrandam, ut obediat præcepto omnipotentis Dei sive Christi, dum videlicet ad verba prolata sacerdotis, panis & vini substantia in corpus & sanguinem Christi divina & omnipotenti virtute convertitur. Est igitur sensus, *hoc facite*, id est, conficite, & consecrate transmutando naturæ substantiam in corpus Christi & sanguinem, non utique virtute vestra, sed omnipotenti ejus præcepto, quo scilicet non solum ea quæ sunt, possunt converti in alia, sed etiam ea quæ sunt, possunt in nihilum redigi, & ea quæ non sunt, ad esse produci: secundum quod dicitur in psalmo: *Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt.*

Psal 148.

Si enim Damascenus voluit referre id præceptum ad apostolos, ut sic deberent facere donec veniat, suffecisset sibi simpliciter dicere: Hoc facite præcepto ejus, sine additione, Omnipotenti, quia ad mandatum obligatorium faciendum non exigitur omnipotentia, cum & prælati & puri homines possint obligatorie præcipere, in quibus non est omnipotentia, quæ utique ad naturalem transsubstantiationem subitam & instantaneam de necessitate requiritur. Et ad hunc eumdem sensum proprie loquitur Paschasius in sequenti allegatione, cum dicit: Crede o fili, quia ita est quomodo ipse dixit, & dubitare factum non potes, ipse mandavit & creatum est, præceptum posuit dicens: *In meam commemorationem hoc facite.*

Paschasius de corpore & sanguine domini cap. 15.

Nam tota intentio Paschasii in hoc loco est, inducere fidem transsubstantiationis panis & vini in veram carnem Christi & in verum sanguinem ejusdem, ad quam transsubstantiationem credendam ipse hortatur quemlibet fidelem: quod ex verbis ejus patet, & ex persuasionibus, cum dicit: Crede o fili, *&c.* & ibi punctus faciendus est, Præceptum posuit, & postmodum sequendum est, *in meam commemorationem facite.* Quidquid tamen sit, sive Paschasius, sive Damascenus, sive Nicolaus de Lyra, & quicumque alii dicant, quod illa verba, *hoc facite in meam commemorationem*, dicta fuerunt a Christo apostolis præceptive, & in persona ipsorum ceteris sacerdotibus, & per consequens ecclesiæ, in cujus persona sacerdotes ut ministri tenentur hoc sacramentum celebrare, conficere, & passionem Christi sub utraque specie repræsentare in conspectu & præsentia fidelium, concedo, nec tamen aliquid sequitur pro communione sub utraque specie.

Quid per illa verba, *hoc facite*, intelligatur?

Ad illud igitur quod refert proponens, quod per illa verba, *hoc facite*, intellexit non solum confectionem, sed manducationem & bibitionem sacramentalem, & quod illa verba dixit præceptive, dicendum quod præceptum illud, si tamen præceptive tenatur, extendit se simul ad confectionem & ad manducationem & bibitionem, quoad ipsum conficientem, quia sacerdos conficiens tenetur sicut conficere, sic & utrumque distincte, seorsum & separatim sumere: unde non sequitur, quod per illa verba dominus præcipiat solam manducationem & bibitionem sacramentalem, secundum quod respicit universaliter omnes, sed solum prout manducatio & bibitio sunt

ANNO CHRISTI 1431.

Supra in expositione horum verborum: Nisi manducaveritis, &c.

In sacramento eucharistiæ considerandæ essentialia, & accidentalia. illa sunt immutabilia, hæc variabilia.

conjunctæ consecrationi, scilicet in ipso sanctificante. Ad auctoritatem sancti Thomæ dictum est in præcedentibus, quod in dictis verbis dictus doctor intendit fundare præceptum impliciter sacramenti secundum se considerati, sed non sub utraque specie, quam in sequenti articulo dicit non esse de necessitate, neque de præcepto. Etenim, secundum quod fuit in præcedentibus aliqualiter apertum, in hoc sacramento duo sunt attendenda: vel ea quæ sunt essentialia, vel ea quæ sunt accidentalia. Quantum ergo ad essentialia, quæ sunt forma, materia, intentio, & ordo, Christus dedit præceptum, quod utique invariabile ac immutabile est; sed non quantum ad accidentalia, cujusmodi sunt, tempus, conditio materiæ, modus sumendi, ritus conficiendi, & hujusmodi, quæ Christus dimisit in potestate ecclesiæ, ut circa ipsa ordinaret, prout ei Spiritus sanctus rector ejusdem inspiraret. Vnde sicut in potestate ecclesiæ fuit statuere, ut non nisi a jejunis hoc sacramentum conficeretur, & etiam nisi in certis casibus sumeretur, cum tamen Christus post cœnam ipsum confecerit & discipulis dederit ad sumendum. Et sicut in potestate fuit ecclesiæ per aliquod tempus in fermentato conficere, licet Christus in azymo confecerit, sic eodem & pari modo fuit & est in potestate ecclesiæ propter aliquas causas necessarias & rationes mutare modum communicandi laicos, ut videlicet sub una & non sub duabus speciebus, quemadmodum Christus tradidit communionem. Nec videtur ratio quare potius illa quam hunc modum mutare potuerit, cum iste modus ita se habeat per accidens, sicut & illa. Et hæc distinctio expresse innuitur in præcepto Christi, cum ait: *Hoc facite*, non autem dixit, Sic, vel hoc modo facite. *hoc*, enim ad substantiam refertur, non ad modum. Sed contra arguit proponens, quia ipse Christus ad utrumque addit præceptum, *hoc facite*, ut recitat apostolus: dicendum quod materia in hoc sacramento potest duobus modis considerari: uno modo respectu rei contentæ, cujusmodi est verum corpus Christi, & verus sanguis ejus. Alio modo respectu rei significatæ, cujusmodi est passio Christi, refectio spiritualis, tuitio corporis & animæ, & cetera, si qua sunt quæ in hoc sacramento repræsentantur. Ratione primi, panis & vinum cadunt sub præcepto disjunctive, quia vel utrumque vel alterum ipsorum sufficit, cum sub utraque, & sub altera ipsarum, verus & integer Christus contineatur, ut fuit declaratum in superioribus satis diffuse. Ratione vero secundi, cadit utrumque copulative sub præceptum, quia passio Christi non potest perfecte repræsentari sub altero ipsorum, & hoc ipsius Christi verbis expresse comprehenditur. Non enim ait simpliciter, *hoc facite*, sed addit, *in meam commemorationem*. Si enim dixisset tantummodo, *hoc facite*, planum esset quod altera species sufficeret: quia vero addit, *in meam commemorationem*, utraque necessaria est: unde & Paulus utrumque complexus est copulative in hujusmodi commemoratione facienda dicens: *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat*: ideo etiam ad utrumque apposuit præceptum, ut utrumque simul ostenderet fore necessarium ad hujusmodi dominicæ mortis repræsentationem: si enim ad unam solum apposuisset, videretur quod sola species sufficeret ad repræsentationem: unde apostolus est declarativus Lucæ euangelistæ in hac parte, & Lucas aliorum euangelistarum, qui non fecerunt mentionem de hujusmodi præcepto. Quia vero hujusmodi commemoratio dominicæ passionis tantummodo conficientibus sive sacerdotibus præcepta est, ut ex superioribus patet, cum ait, *facite*, quod idem est quod conficite vel sacrificate, idcirco sufficit quod soli sacerdotes in ecclesia coram populo conficientes & sacrificantes hujusmodi repræsentent passionem signis exterioribus, speciebus scilicet panis & vini, non autem quod sic ceteris ministrent. Et licet si non sacrificantes sumerent sub utraque specie, sicut antiquitus Corinthii faciebant, & modo faciunt Græci similiter, & repræsentarent mortem domini, sicut & sacrificantes, non tamen eodem modo: quia sacrificantes, ex præcepto, hi vero sine præcepto: & ulterius expressius significantes, quia non solum in sumptione sub utraque specie, sed principalius in confectione, & in elevatione, & ceteris signis & ritibus Christi, passio repræsentatur, quam in sola sumptione.

Materia in hoc sacramento dupliciter cõsideratur.

ANNO CHRISTI 1431.

Ad S. Cyprianum.

Ad auctoritatem Cypriani quæ hic ponitur, & ad ceteras quæ infra ponuntur, primo dicendum est, quod non omnia opuscula neque dicta ejusdem sancti martyris ab ecclesia acceptantur, ipse enim cum octuaginta episcopis in quadam synodo provinciali, sub eodem Cypriano in civitate Carthaginensi celebrata, dixit, hæreticos & schismaticos non posse baptizare, & quod baptismus ab hæreticis collatus esset lavacrum diaboli, in quo tamen ipse non tenetur eo quod ecclesia oppositum determinat, ut habetur 3. distinctione, Sed sciendum; & in quarto sententiarum distinctione 6. contra quem in hac materia egregius doctor Augustinus edidit librum, quem de unico baptismo nominavit: de quo martyre idem Augustinus dicit: Ego visa sanctitate Cypriani, eidem adhæsissem, nisi me Romana synodus retraxisset. & subdit: Ego dicta Cypriani non approbo, cujus martyrium veneror, cujus ingenium laudo, quia nec ecclesia approbavit: ubi male sensit, hoc purgatum est igne passionis. Hæc Augustinus. ubi bene attendendum est excellentissimi doctoris Augustini exemplum & documentum, & perpetuo memoria retinendum: libenter siquidem, tum propter sanctitatem, tum propter excellentiam ingenii, secutus fuisset opinionem hujus sancti & gloriosissimi martyris Cypriani, quod tamen non fecit, propter Romanam synodum, quæ oppositum illius determinaverat: nec ausus fuit dicta Cypriani approbare, quæ non approbaverat ecclesia. Si tantus doctor & tam excellentissimi ingenii ac sanctissimæ vitæ, Augustinus scilicet, non fuit ausus sequi tam sanctissimum & profundissimum martyrem, stante in oppositum determinatione ecclesiæ, quid faciemus nos miseri homunculi, qui vix scimus alphabetum componendo balbutire, non dico profunda scripturarum indagare? numquid prudentiæ meæ insistendo, erecta scilicet cervice, hujus hominis quantumcumque sancti & excellentis ingenii sententiam aut sensum nostrum præponemus & anteferemus sententiæ & determinationi catholicæ ecclesiæ? absit hoc a nobis, & a cordibus cunctorum Christi fidelium. Prædicta idcirco præmisi de dicto martyre, non quod velim ipsum in hac materia nostra negare, sed ut appareat quia non in omnibus ejus doctrina est sequenda. Dicendum igitur, quod nec in ista auctoritate, nec in omnibus aliis sequentibus, quoquo modo prædictus martyr, nec implicite nec explicite ponit aut dicit, communionem utriusque speciei, quoad laicos, esse de præcepto Christi, aut de mandato ejus; deinde in hac auctoritate loquitur de sacerdotibus & celebrantibus, quibus dominus præcepit facere in commemorationem suæ mortis, quod patet; quia loquitur in propria persona, qui erat episcopus, & etiam loquebatur & scribebat episcopis, quibus utique præceptum fuit ut facerent in commemorationem mortis

domini;

domini: unde dicit, quod sic a domino præcipitur, ut quotiescumque biberimus, in commemorationem domini hoc faciamus. Hanc autem reprehensionem faciebat prædictus martyr aliis episcopis non occasione unius vel duplicis speciei, quoad populum laicalem, sed in primitiva ecclesia multi sacerdotes multipliciter aberrabant tam circa celebrationem hujus sacramenti, quam circa dispensationem ejusdem ad populum. Nam aliqui hostiam sanguine intinctam populo porrigebant, alii uvas vino apponebant, & vinum presbyteri sumebant, uvas vero dabant communicantibus laicis, & pro infirmis in sacrario reponebant: alii vero pannum lineum musto tinctum per totum annum servabant, & in tempore sacrificii aqua partem ejus lavantes, loturam illam ministrabant. Alii lac dabant pro sanguine, ut patet de consecratione distinctione 2. Didicimus. & capitulo, Cum omne crimen. Illa igitur advertens, & multa alia hic sanctus martyr fieri præter modum a Christo traditum in ministratione & oblatione hujus sacri mysterii, zelo accensus præsertim episcopos reprehendit, tanquam eos ad quos pertinebat alios corrigere & ad viam reducere veritatis, & hæc est totalis & vera intentio prædicti martyris, tam in præsenti auctoritate, quam in omnibus sequentibus, prout declarabitur loco suo: & per dicta patet, quod ea quæ infert proponens, omnino falsa sunt, quia non sequuntur ex intentione dicti doctoris. Vlterius ad auctoritatem Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, cum Nicolao de Lyra dicendum, dato quod esset præceptum de sacramentali sumptione, nullo modo tamen præceptum est, de utraque specie, ut dictum est, & clare ostensum etiam secundum intentionem Nicolai de Lyra, qui ponit ibidem, ut alias allegatum est, verba in hunc modum: Non est intelligendum quod scilicet hoc sacramentum sub utraque specie fidelibus sit exhibendum, sed tantum hoc modo a sacerdotibus est sumendum. Licet enim in primitiva ecclesia populus sub utraque specie communicaret, tamen postea proinde ordinatum, ut non communicet sub specie vini propter periculum effusionis. Item ad S. Thomam quem inducit in quæstionibus super 4. similiter dicendum, quod nihil concludit de utraque specie. Similiter glossa interlinearis nullam mentionem facit de specie vini. Item inducit S. Thomam sermone 20. & ejus auctoritatem recitat per longum spatium, in qua auctoritate sanctus doctor nec in verbis nec in sententia nec in quocumque signo explicite vel implicite facit mentionem de communione laica utriusque speciei, nec in tota illa auctoritate facit mentionem de vino aut de secunda specie. Et quantum ad auctoritatem Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. sæpius repetitum est, quod si intelligitur de sacramentali, solum cadit præceptum ad carnem & sanguinem, & non ad species sacramentales: quapropter corrolaria quæ infert, pro quanto aliquid infert pro utraque specie, false & male infert, quia in toto processu ille doctor non fecit mentionem de utraque specie, sed solum de corpore & sanguine Christi alicubi, alicubi vero sine determinatione de sacramento. Quare ex dicta auctoritate nihil concludit quoad utramque speciem. Vlterius inducit eumdem doctorem in eodem sermone, quod spiritualis simul & sacramentalis manducatio corporis & sanguinis Christi est utilior & salubrior sola manducatione spirituali, quod utique concedo, ceteris paribus, tamen hoc nihil facit ad utramque speciem. Item ad Paschasium, quem inducit in tractatu suo de corpore Christi, dicendum primo, quod dictus doctor nullam facit mentionem de præcepto

Cap. 6.

Ad S. Thomam.

Paschasius de corpore & sanguine domini cap. 21.

autem de necessitate. Deinde ipse loquitur in persona laicorum de sola manducatione, cum dicit: Et comedimus; & de modo quo sacerdotes conficiunt dictum sacramentum, scilicet in pane corporis Christi, & potu sanguinis, quæ de agro corporis nobis quotidie per officium sacerdotum maturescunt. Et ad hoc inducit figuram benedictionis frumenti & vini. Quare nihil dicta auctoritas valet ad propositum: in sequenti particula solum loquitur de carne Christi & ejus sanguine, & nullam facit mentionem de speciebus, & sic similiter nihil concludit ad intentum utriusque speciei. Ad Albertum Magnum dictum est superius, quia loquitur solum de conficientibus & sacerdotibus, & cum hoc de significatione. Item ad beatum Bernardum quem inducit in sermone ad Petrum de corpore Christi, primo dicendum, quid iste doctor senserit de illa auctoritate, *Nisi manducaveritis*, &c. qui super 3. versu psal. 90. dicit: Quid est autem manducare ejus carnem, & bibere ejus sanguinem, nisi communicare passionibus ejus, & ejus conversationi quam gessit in carne? Vnde & in hoc designat illud illibatum altaris sacramentum, ubi dominicum corpus accipimus, ut sicut videtur illa panis forma in nos intrare, sic noverimus per eam quam in terris habuit conversationem, ipsum intrare in nos, & habitare per fidem in cordibus nostris. Hæc ille. Item idem * Bernardus in epistola ad fratres de Monte Dei ita dicit: Sicut enim quicumque habet sensus Christi, quantum Christianæ pietati expediat, quantum servum Dei, servum redemptionis Christi deceat, & utile eis sit, una saltem aliqua diei hora passionis ipsius ac redemptionis attentius recolere beneficia, ad fruendum suaviter in conscientia & recondendum fideliter in memoria, quod est spiritualiter manducare corpus Christi, & bibere ejus sanguinem in memoriam ejus, qui in se credentibus præcepit, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*, in quo etiam propter peccatum inobedientiæ, quam impium sit hominem tantæ pietatis, Dei esse immemorem, palam omnibus est, cum amici hominis abeuntis sub quolibet signo commendatam memoriam nefas sit oblivisci. Ex quibus verbis manifeste patet quid prædictus doctor sentiat de illa duplici auctoritate, videlicet, *Nisi manducaveritis*, &: *Hoc facite*: quia ambas interpretatur præceptive & spiritualiter. Sed jam ad auctoritatem suam per adversarium adductam dicendum est, videlicet quod dominus noster Iesus Christus ecclesiæ sponsæ suæ & columbæ dulcissimæ hoc dotalitium, scilicet corpus & sanguinem suum, indulsit sub sacramento in suæ passionis & mortis memoriam: & quidem quotidie frequentatur & fit in ecclesia per operationem & ministerium sacerdotum, pro omnibus fidelibus tam vivis quam defunctis. Non enim omnia quæ Christus dimisit ecclesiæ, eodem modo conveniunt singulis de ecclesia, alioquin cum Christus dimisit ecclesiæ sacerdotium, sequeretur quod omnes essent sacerdotes, omnes prophetæ, omnes apostoli, omnes pastores & doctores, quod patet falsum esse manifeste, quia nec omnes sunt sacerdotes, nec omnes prophetæ, . & tamen omnia Christus indulsit ecclesiæ suæ sponsæ secundum quod dicit apostolus: *Quosdam quidem dedit apostolos*, &c. *in consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi*. Similiter in corpore naturali oculus datus est non sibi soli, sed corpori, nec tamen omnia membra sunt oculus. Similiter Christus hoc dotalitium, inquantum est memoriale suæ mortis, indulsit ecclesiæ in persona sacerdotum, ut non solum sibi, sed toti ecclesiæ deservirent. Ad istud autem quod dicit

Bernardus:

ANNO CHRISTI 1413.

Ad Albertum Magnum.

S. Bernardus in psal. *Qui habitat*, de tertio versu.

* Guillelmus de sancto Theodorico.

Non omnia quæ Christus ecclesiæ reliquit, ad omnes spectant: alioquin omnes essent sacerdotes, prophetæ, apostoli.

Ephes. 4.

Anno Christi 1433.

In sermone de cœna domini.

Bernardus: Idem fieri præcepit; referendum est ad illud præceptum, quo Christus præcepit apostolis, dum eos in sacerdotes ordinavit, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*, ubi præcepit confectionem hujus sacramenti in pane & vino, quod ad solos pertinet sacerdotes. Quod quidem præceptum si universos fideles obligaret, sequeretur quod omnes laici, mares & feminæ deberent & possent hoc sacramentum conficere, quod omnino falsum est, absurdum & erroneum.

Ad Durandum lib. 4 dist. 9. c. 2.

Item ad Durandum dicendum, quod nullam mentionem facit de duplici specie, sed tantummodo dicit quod sacramentum hoc est de necessitate salutis, ratione præcepti domini, & etiam ecclesiæ, ex quo non sequitur quod utraque species sit de præcepto.

Ad Armachanum.

Item ad Armachanum primatem Hiberniæ dicendum, quod iste expresse approbat ritum ecclesiæ Romanæ & consuetudinem unius speciei, vel saltem eam non reprobat, quod utique fecisset, si credidisset eam fore illicitam, alioquin assimularetur cani muto non valenti latrare: & cum duo sint officia sapientis, videlicet meditari, & defendere veritatem, & falsitatem atque impium detestari, secundum illud:

Prov. 8.

Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium: utique non fuisset doctor veritatis, si visa impietate, non fuisset eam detestatus. Approbat igitur consuetudinem ecclesiæ Romanæ ex quo narrat eam, & fulcit rationibus, nec eam reprehendit, ut decuisset doctorem catholicum, ut patet in fine auctoritatis ejus. Nam ita dicit: Ecclesia tamen Romana in usu habet solum vinum calicis conferre post communionem corporis Christi. Ecce narratio; ne forte per negligentiam, quæ leviter posset contingere in ministrando in multitudine populi sacramentum sanguinis Christi fidelibus quibuscumque, aliquid effunderetur de ipso sacramento, quale periculum non est in ministratione corporis Christi fidelibus indistincte, & ideo populo sacramentum sanguinis non ministrat quamvis fieri posset licito juxta scripturam canonicam. Hæc Armachanus. Ulterius ipse idem in præcedentibus, non dicit quod utraque species sit de necessitate, aut de præcepto Christi, sed juxta legem sive scripturam canonicam licite possit sub utraque specie ministrari, supple, non obstante consuetudine & statuto ecclesiæ in oppositum. Ulterius magister proponens inducit, quod multum ac commodum esset in materia fidei, & aliis, conformari ecclesiæ primitivæ, & ad hoc inducit auctoritatem Bedæ in homilia infra octavam ascensionis domini, dicentis: Perfectum vitæ magisterium est ecclesiæ primitivæ actus imitari. Ad idem inducit apostolum, qui dicebat fideles debere imitari eos, & debere stare & tenere traditiones, quas didicerant sive per sermonem sive per epistolam.

2. Thess. 2.

Ad quod dicendum, quod si praxis Christi & exemplum non obligat sub præcepto multo minus praxis apostolorum, aut primitivæ ecclesiæ. Nam praxis & exemplum Christi non obligat de necessitate salutis ad ipsum imitandum in omnibus suis actionibus & operationibus, quod patet inductive in singulis generibus operum Christi.

Nō tenentur fideles in omnibus imitari Christum in suis actionibus. Patet in miraculis, observatione consiliorum, jejunio 40. dierum,

Nam non tenentur de necessitate Christum imitari in operibus supernaturalibus: ut puta in faciendis miraculis, similiter nec in omnibus operibus moralibus, ut puta in his quæ pertinent ad perfectionem, nisi quis se sponte voto proprio astrinxerit, ut est paupertas, castitas, obedientia & hujusmodi, quæ si ratione exempli obligarent, utique omnes Christiani ad prædicta obligarentur, & sic omnes divites, in matrimonio constituti, essent in statu damnationis, quod est omnino hæreticum. Similiter Christus jejunavit quadraginta diebus & noctibus, non habuit propriam domum, sponte permisit se crucifigi, & multa alia pati, in quibus imitari non tenemur de necessitate. Alioquin omnes hæretici, sicut sunt eo quod hæretici, essent in statu damnationis, qui in prædictis Christum non sequuntur.

Anno Christi 1433.

contra ... passione, sacramentalibus & ceremonialibus

Similiter in sacramentalibus & ceremonialibus; Christus permisit se circumcidi, octavo die in templo præsentari, pascha vetus celebravit, & ut ad nostra veniamus, hoc ineffabile sacramentum, de quo est sermo in præsenti, ipse dominus in cœna confecit, & post alios cibos ipsum tradidit edendum discipulis: in quibus omnibus ecclesia nec imitatur Christum, nec tenetur imitari, imo tenetur non imitari.

Multo minus tenentur observare in omnibus praxin ecclesiæ primitivæ.

Et pari ratione non tenetur nec obligatur ex ratione praxis vel exempli imitari Christum in communione sub utraque specie. Si igitur praxis Christi & exemplum non obligat sub præcepto, multo minus praxis apostolorum aut primitivæ ecclesiæ. Sive igitur in primitiva ecclesia fuit hic modus communicandi laicos sub utraque specie universalis in tota ecclesia, sive partialis in aliquibus ecclesiis, ut communiter tenent omnes, quia non potest sufficienter probari hunc modum fuisse universalem, nec aliquem apostolorum dedisse communionem sub utraque specie, excepto apostolo, hoc Corinthiis permittente, non sequitur tamen, quod etiam nunc ita debeat fieri aut observari, cum Christus nullibi, ut declaratum est, sic vel sic fieri mandaverit aut præceperit.

Ad Bedam.

Ad auctoritatem vero Bedæ dicendum primo, quod nullam facit mentionem de hoc sacramento: demum quod ipse loquitur de imitatione vitæ in moribus, nec necessitatem imponit, sed invitat ad perfectionem; unde dicit: Perfectum vitæ magisterium est ecclesiæ primitivæ actus imitari, non autem dicit, Necessarium vitæ magisterium, &c. multa enim in primitiva ecclesia fiebant, ad quæ tamen moderna non obligatur ex præcepto.

Ut constat ex communitate rerum, circumcisione aliquamdiu tolerata, & similibus.

Et ut exemplariter dicatur, legitur quidem in Actis apostolorum 4. cap. quod multitudinis credentium erat cor unum & anima una, neque quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, & quod offerebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes apostolorum, dividebaturque singulis prout cuique opus erat: hoc quidem tunc fiebat, sed tamen non ex præcepto neq; de necessitate salutis, nec tenentur omnes fideles ad hujusmodi communitatem. Paulus etiam circumcidit Timotheum Actorum 16. & apostoli præceperunt quod Gentiles conversi ad fidem abstinerent a sanguine & suffocato, Actorum 15. quæ tamen sine periculo omittimus, cum nullum ipsorum sit de necessitate salutis.

Imo uxores ... commorabantur ad sacerdotium, ab ... tamen abstinebant

Similiter sacerdotes tunc licite ducebant uxores, non autem tempore præsenti, & multa alia fiebant in primitiva ecclesia, quæ modo licite non fiunt, & sic dicendum est de communione utriusque speciei. Item in primitiva ecclesia quasi omnibus indifferenter licitum erat baptizare, prædicare, & hujusmodi. unde Ambrosius super epistola ad Ephesios, *E... acdi quosdam apo... los* ita dicit:

S. Ambrosius in 4. c. ad Ephes.

Ut cresceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est evangelizare & baptizare & scripturas in ecclesia explanare: at ubi omnia loca circumplexa est ecclesia, conventicula constituta sunt, & rectores ac cetera officia in ecclesiis ordinata sunt. quia si omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Hæc ille. Post prædicta magister proponens praxin dictæ ecclesiæ primitivæ volens diligenter confirmare & pertractare, inducit multa exempla. & primo exemplum Corinthiorum, apud quos viguit communio

prætacti

ANNO CHRISTI 1435.

prætacti calicis, prout ea epistola apostoli Pauli colligitur; ad quod dicendum, quod sicut praxis Christi, qui sub utraque confecit & tradidit discipulis, noo obligat ea necessitate aut ea præcepto, sic multo minus exemplum Corinthiorum & praxis eorumdem obligabit ecclesiam ad sic vel sic faciendum. Vlterius inducit practicam & auctoritatem

S. Dionysius cap. 3.

Dionysii scribentis de ecclesiast. hiatarchia, cap. de eucharistia, Compertum. Ad quod dicendum quod prædictus sanctus philosophus & summus theologus fuit discipulus Pauli, & Græcus, & Atheniensis natione. Quia igitur in primitiva ecclesia Græci ab apostolo susceperunt consuetudinem utriusque speciei, eam servarunt usque ad præsentem diem, & sic Dionysius consuetudinem Græcorom sequens, loquitur in prædicta sua auctoritate, & glossa ejusdem, de prædicta communione utriusque speciei. In nulla tamen parte illius auctoritatis, nec in toto illo capitulo, imo nec in tota sua doctrina, beatus Dionysius dicit illam communionem esse necessariam vel de præcepto Christi, & per coosequens per ipsam nihil contra veritatem catholicam & ecclesiæ consuetudinem concluditur. Vel dicendum ad dictam auctoritatem Dionysii, sicut dicit sanctus Thomas in 3. parte, quod sicut sacerdos offert unum calicem pro omni populo, & ideo calix populo non datur, sicut etiam sacerdos sacrificans unionem calicis quoad meritum & remissionem peccatorum omnibus qui adsunt de populo fide & devotione dividit & distribuit. Sicut anim pro omnibus orat & pro omnibus offert, imo & ipsi cum ipso offerunt, sicut enim sacerdos ait pro omnibus orans; & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, *&c.* Sic & ipse sumens in personá omnium, omnes sumunt cum ipso, quia ipsius oblationis omnes fideles efficiuntur participes per remissionem peccatorum & augmentum gratiæ, & in his sacerdos sacram consummat

Ad Origenem.

actionem. Vlterius ad Origenem quem inducit in hom. 16. supra lib. Numerorum, dicendum quod ipse intelligit prædictum textum Joan. 6. *Nisi manducaveritis*, &c. de duplici manducatione, sacramentali scilicet & spirituali: unde eodem modo intelligitur dictum suum, sicut & prædicta auctoritas, *Nisi manducaveritis carnem filii hominis.* Expositum est autem supra, quod prædicta auctoritas, sive intelligatur de sacramentali manducatione, sive spirituali, non tamen adversarius habet intentú, quod utraque species cadat sub præcepto, in cujus signú nulla mentio fit de speciebus panis & vini. Verum si prædictus doctor vel ea prædicta auctoritate vel ea aliis dictis ejusdem traheretur ad communionem utriusque speciei, tunc dicendum esset, quod ipse loquitur secundum consuetudinem Græcorum, cum ipse Græcus fuerit natione, apud quos, ut dictum est, fuit & est consuetudo utriusque speciei, noo tameo aliquo modo dicit eam esse de necessitate aut de præcepto Christi. Deinde inducit practicam beati Donati, allegans beatum Gregorium & passionale, *&c.* Dicendum quod beatus Gregorius nullam mentionem in loco præallegato facit de sanguine, sed solum de reparatione calicis. Et ad historiam legendæ suæ est dicendum, quod B. Donatus ministrabat populo sanguinem secundum cósuetudinem quæ tunc in ecclesia sua tenebatur, & secundum quod quidam dicunt, propter prædictum scandalum, quod sibi contigit in prædicta fractione, licet per miraculum reparaverit, deinceps dictus martyr cœperit populo ministrare hoc sacramentum sub una specie i ejus exemplo alii propter similia scandala, & alii

A quæ numerata sunt, cœperunt similiter facere: & quia prædictus martyr non affirmabat neque docebat duplicem speciem esse de salutis necessitate aut de præcepto Christi, ideo non plus concludunt adversarii exemplo suo, quam fecerunt exemplo Christi & aliorum sanctorum, qui sub utraque specie hoc sacramentum ministraverunt. Item ad id quod

Ad sanct. Thom. lib. 4. dist. 24. q. 3. art. 3. ad 5.

inducit de sancto Thoma, quod videlicet diaconi habent dispensare sanguinem Christi fidelibus, dicendum quod doctor sanctus ibidem describat actus quos in sacris constituti ex officiis ipsorum exequi possunt: quapropter si esset consuetudo, vel si ecclesia non statuisset oppositum, quod sanguis Christi sub specie vini populo ministraretur, utique diaconi ea officio possent ministrare; secundum quod B de beato Laurentio legitur, & allegatur per beatum Augustinum: sed hoc nihil facit ad propositum de necessitate & præcepto utriusque speciei. Vlterius

Ad Leonẽ papam.

ad Leonem papam dicendum, quod prædictus Leo papa scripsit contra Manichæos, qui negabant Christum resurrexisse a mortuis, & per consequens nec diem dominicum volebant celebrare, sed in contemptum dominicæ resurrectionis & ecclesiæ Dei, illo die jejunabant, & sic de hujusmodi hæreticis loquitur, quod ad tegendam suam infidelitatem immiscebant se conventibus Christianorum, & interdum quando latere amplius non poterant, indigno ore simulando se esse catholicos, corpus Christi re- C cipiebant, sanguinem autem Christi haurire de calice omnino declinabant, existimantes nondum Christum resurrexisse, sed ipsum adhuc mortuum esse, ideoque ea consequenti credebant corpus ejus sine sanguine existere, & sic propter illam infidelitatem Christi sanguinem omnino cavebant recipere ab altari. Non est similis ratio in illis & in nostris Christi fidelibus catholicis, quia illi propter dictam infidelitatem sanguinem nolebant capere, nostri autem propter consuetudinem & præceptum ecclesiæ laudabiliter & ex causis necessariis & rationabilibus introductam. Et ulterius patet quod in dicta auctoritate Leo papa nullam fecit mentionem de necessitate aut de præcepto Christi, quare nihil facit ad propositum, ad quod probandum eam D adversarii introducunt, & per consequens non sequitur quod communicantes sub prima specie, & calicem haurire declinantes, dicantur sacrilegii crimen committere: nec etiam a societate sanctorum sunt expellendi, & sic excommunicandi, nec ab ipsis tamquam ab excommunicatis est declinandum, ut magister proponens ea dicta auctoritate Leonis infert: quia nec communio calicis est præcepta, & per consequens nec grande scelus contra legem Dei committunt communicantes sub una specie, neu subest etiam eadem causa in nobis, sicut suberat in illis hæreticis, de quibus Leo papa loquebatur. Potuisset tameo dominus proponens honestius inferre quod intendebat, vel saltem honestatem meam E cum majori patientia supportare. Deinde ad aucto-

Ad S. Gregorium.

ritates Gregorii dicendum, quod Gregorius loquitur in dicta auctoritate de sanguine domini, & non de specie vini, qui sanguis vere & complete sumitur sub prima specie sanguinis Christi per ora fidelium

Ad S. Augustinum. Cap. 36.

populorum. Vlterius ad auctoritates Augustini & primo ad illam quæ habetur de consecratione distinctione 2. Quia passus, *&c.* dicendum quod Augustinus loquitur de fidelibus & populis, invitans eos ad hujusmodi sacramenti perceptionem, magis sub nomine calicis, non ratione sacramentalis sumptionis, sed ratione significationis, scilicet ratione contenti & effectus, qui sanguini appropriatur, videlicet ratione refrigerii & lætitiæ spiritualis, quod

ANNO CHRISTI 1433.

manifeste innuitur cum dicit: Et vos post jejunia, A post labores, post humilitatem, & contritionem, jam in nomine Christi tamquam ad calicem venistis; quasi diceret, Post anxietates & labores præsentis sæculi, tamquam ad refrigerium, id est, ad consolationem spiritualem, ad calicem venistis; & notanter ait, Tamquam ad calicem, & non simpliciter, Ad calicem venistis; ad innuendum quod non de sacramentali calice, sed de eo quod per calicem significatur, intelligit. quod etiam sequentia verba declarant cum dicit: Et vos ibi estis in mensa, & ibi vos estis in calice, nobiscum vos estis. Est enim populus in calice simul cum sacerdotibus, in quantum populus Christo conjungitur, qui per aquam significatur: ideo enim aqua in calice mis- B cetur, ut populus Christo suo capiti uniri significetur. & cum subjunxit: Simul enim hoc sumimus, simul bibimus; non ibi substitit, sed quomodo populus simul bibat nobiscum declarans adjunxit: Quia simul vivimus. dicuntur igitur laici bibere nobiscum, quia simul vivunt nobiscum caritate conjuncti. Ex quibus patet manifeste quod Augustinus non dicit absolute, quod populus bibat de calice sacramentali, quod ostendit per illud quod dicit, Tamquam ad calicem venistis, *&c.* per illud enim declarat, Simul bibimus, per, Simul vivimus. Quare secundario posset dici, quod Augustinus ibi loquitur de bibitione & sumptione mystica, ut patet per illud, Simul bibimus, quia simul vivimus, supple, uniri C in caritate Dei, qua fideles efficiuntur una vita in Christo & cum Christo. Et quod sic debeat intelligi dicta auctoritas, Quia passus, *&c.* ostenditur per subsequentem auctoritatem, Nulli ambigendum est, unumquemque fidelium corporis & sanguinis domini participem fieri; ut fuit superius allegatum. Item ad secundam auctoritatem ejusdem doctoris, quæ ponitur de consecratione distinctione 2. Cum frangitur hostia, *&c.* dicendum quod hæc auctoritas omnino intelligitur de sacrificantibus sacerdotibus, ad quos Christi passionem suis mysteriis & actibus pertinet repræsentare. Nam dictum est quod apostolis & eorum successoribus sacerdotibus dicta sunt illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem.* quod igitur illa auctoritas sic intelligatur, pa- D tet ex verbis in eadem positis, & debite ponderatis. Nam dicit: Dum frangitur hostia, *&c.* patet autem quod hostia frangitur a sacerdotibus & non a laicis, quæ fractio nihil aliud significat, quam corporis dominici in cruce immolationem: frangitur autem in tres partes, secundum triplicem differentiam corporis Christi mystici, ut patet per Magistrum distinct. 12. 4. libri sententiarum. Sicut igitur per prædictam fractionem, quæ fit per sacerdotem, vulneratio veri corporis Christi designatur, sic & per species vini & earum de calice in os sacerdotis fidelis fusionem, expressa effusio sanguinis Christi in cruce facta pro nostra reconciliatione ad Deum significatur. Unde & insimul prædicta duo conjunxit, videlicet: Dum E frangitur hostia, Dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, ut ad eumdem utrumque pertinere designaret, scilicet fractionem & sanguinis sumptionem, scilicet ad sacerdotes. Pro sano tamen intellectu ejus quod dicit Augustinus & multi alii sancti doctores, notandum est id quod dicit VVilhelmus Parisiensis de sacramentis parte 3. Si a sanctis aliquando dicitur quod sanguis ille sanctissimus in ora fidelium funditur, intellige quod non funditur, sed mittitur, & hoc cum ipso & in ipso sacro corpore cujus est, non extra. Hæc ille. quia ut superius declaratum est, sanguis Christi eumdem modum habet existendi, quantum ad veritatem, sub specie-

Cap. 17.

Cap. 3.

A bus vini, quem habet sub speciebus panis, quia sub utrisque sanguis est in corpore, in venis; & non extra. Unde proprie nec corpus manducatur nec sanguis bibitur, sed hi actus proprie ad species terminantur, sub quibus vere & proprie sumitur, caro scilicet & sanguis, licet ex vi conversionis aliter & aliter. Vel dicendum, quod etiam si indifferenter intelligatur de omnibus fidelibus, verum erit in communione unius speciei, quod sanguis Christi in ora fidelium funditur sub speciebus panis, quia cum non alium modum sanguis Christi habeat existendi sub speciebus vini, quam sub speciebus panis, cum nec ibi, nec hic sit effusus, sed intra venas corporis inclusus, ita bene sub speciebus panis in ora fidelium B funditur, sicut sub speciebus vini. Unde sicut prædicta fractio hostiæ in altari non est nisi specierum tantum, & non corporis Christi, cum sit infrangibile, impassibile, & incorruptibile, sic etiam nec illa effusio est sanguinis Christi eadem ratione, sed tantummodo specierum vini. Quare sub quibuscumque speciebus tradatur fidelibus, semper sanguis Christi in ora ipsorum funditur, eo modo sane intelligendum quod dictum est. Ulterius dicendum est ad auctoritates quæ inducuntur ex dictis sancti martyris Cypriani & ex epistolis ejusdem. Et primo ad primam, quod dictus martyr reprehendit episcopos, quia sub una specie populo ministrarent, imo in tota doctrina prædicti martyris & in omnibus epistolis C suis nunquam reperietur, nec in verbis nec in sensu, quod ipse tractaverit in materia unius vel duplicis speciei, an videlicet cadat sub præcepto Christi vel quod ipse dicat duplicem speciem esse de præcepto Christi, sed quia in calice dominico sanctificando, & plebi ministrando, non hoc faciebant quod Iesus Christus fecerat, scilicet vinum cum aqua tantummodo mixtum offerendo, sed aut lac pro vino, vel uvas admiscendo, vel aliquod aliud offerendo, consecrando, sicut & ministrando populo contra ritum & modum a Christo traditum, & ideo reprehendendi erant, quia graviter errabant, vel forte quia calicem non cōsecrabant, aut forte aquam vino non miscebant. Offerre autem populo sub una specie, ex consuetudine & statuto ecclesiæ, non errare, D & ita non reprehensibile, imo laudabile & meritorium, cum nihil agatur in calice dominico sanctificando, quod Christus non fecerit, in quo totus error prædictorum consistebat. Si enim in sanctificando & consecrando calicem domini, consecrassent vinum & aquam, sicut Christus fecerat, & sicut nunc ecclesia facit, licet aliter populo post consecrationem hostiam ministrarent, non consecratum vinum vel aquam, sicut nunc facimus, non fuissent tantum reprehensibiles, nisi in quantum contravenissent consuetudini ecclesiæ. Ad secundam auctoritatem ejusdem, dicendum, quod loquitur martyr secundum consuetudinem quam habebat in ecclesia cui præsidebat. Et sicut tunc necessarium E erat, id est, utile, in quotidiana pugna existentibus sumere eucharistiæ sacramentum juxta morem ecclesiæ sub utraque specie; sic & nunc valde utile esset & est fidelibus sæpius accipere hoc divinissimum sacramentum sub una specie, qua armentur contra instantia hujus miserabilis mundi pericula & tentationes quas jam antichristus per suos ministros parare incepit, & gravissime producere, nec minus erunt armati fideles, sub una specie sumentes, quam essent illi qui idem & tantumdem sumebant sub utraque. Et utique optime facit ad propositum auctoritas ejusdem martyris loquentis de pressura & de temporibus antichristi, qui Christi milites his gravissimis temporibus fide incorrupta & veritate

ANNO CHRISTI 1433.

Ad S. Cyprianum iterum.

Epist. ad Cæcilium 63.

Epist. 54. Supra in motivis ecclesiæ pro una specie, circa finē.

ANNO CHRISTI 1433.

veritate robusta debent se parare ad persistendum fortiter, & ut armentur & fortificentur, debent quotidie spiritualiter fide & devotione calicem domini bibere, & sæpe ad sacram communionem unius speciei, sub qua vera caro Christi & verus sanguis Christi cum ceteris concomitantibus continetur, accedere; quemadmodum & ad communionem sub duplici specie, de qua idem martyr loquebatur, propter consuetudinem, quæ tunc in ecclesia sua habebatur, fideles devotissime accedebant. Ad tertiam ejusdem dicendum, quod dictus martyr loquitur de communione simpliciter, nec est sensus quod tunc aliqui sacerdotes ministrassent militaturis pro Christo, hostiam tantum sine vino, & quod propter hoc ipsos reprehenderet, sed quia denegabant eis simpliciter sacramentum. utitur autem magis terminis sanguinis & poculi propter similitudinem effundendi sanguinis in martyrio. Ad quartam ejusdem martyris dicendum, quod calix domini lætificat turbam non ratione specierum, sed ratione rerum, ut sæpe dictum est, & ideo sive sub una specie, sive sub duplici sumatur fideliter & devote, semper lætificat turbam. Quia vero tempore prædicti martyris consuetudo erat duplicis speciei, idcirco ex quo calix dabatur populo, debebat dari eo modo quo Christus dederat, videlicet vinum cum aqua mixtum propter significationem. Nam aqua populum significat, quæ mixta in calice conjunctionem populi ad Christum significat, quod utique non faciebant illi, quos dictus martyr reprehendebat, & ob hoc errabant, unde merito erant reprehendendi. Cum autem dicitur: Veritas dominica, *&c.* dicendum quod verum est quod Christus seorsum panem, & seorsum vinum tradidit; non tamen sic præcepit laicis tradendum, nec de hac veritate loquitur hic martyr, sed de veritate sanguinis sive vini & aquæ, quæ in calice debet offerri, & pro tunc populo tradi, quam veritatem non sequebantur illi, qui hic reprehenduntur, quia vel lac offerebant, vel aquam non admiscebant, vel aliquem alium errorem ex prædictis in consecrando & ministrando committebant. Ad aliud, quod qui ex contemptu dimittebant tunc bibere sanguinem Christi, quasi erubescentes, errabant & graviter peccabant, cum ex contemptu, tum quia contra consuetudinem ecclesiæ faciebant, & ex hoc signum erat modicæ devotionis & modici fervoris qui ad sustinendum martyrium maximus requiritur. Similiter & nunc dicere possumus quod sanguinem pro Christo effundere non poterunt, qui sanguinem Christi sub duplici specie, sicut sunt sacerdotes, vel sub una ut laici, bibere erubescunt, sacram communionem contemnentes. Ad auctoritatem quæ sub nomine Fulgentii allegatur, dicendum primo nullam facit mentionem de necessitate aut de præcepto Christi, nec facit mentionem de communione laica, quare in nullo adversariis suffragatur. Sed advertendum quod prædicta auctoritas sub nomine Fulgentii allegata, non est illius antiquissimi doctoris, cujus auctoritas in magna veneratione habetur apud ecclesiasticos doctores, quod patet tam ex diversa allegatione dictæ auctoritatis, quam etiam ex suspecta doctrina quæ in dicta auctoritate videtur contineri. Nam ut refert magister Thomas Anglicus, qui doctrinam VVickleff plenissime legit, optime intellexit, & fortissime atque acerrime, ut verus ecclesiæ catholicæ filius & doctor catholicus, impugnavit, hunc Fulgentium VVickleff * animo vocabat magnum Ambrosium, vel saltem magni Ambrosii discipulum. Alii vero subsequentes VVicklevistæ hunc eumdem vocaverunt & vocant Isidorum, alii vero VValeranum, alii autem vocant & nuncupant Fulgentium: hanc autem falsam nominationem dictæ auctoritati & aliis fortasse dederunt VVicklevistæ, ut propter auctoritatem dictorum doctorum, quorum falso nomina assumunt, facilius valeant simplices & incautas mentes decipere. Vnde videtur prædicta auctoritas esse Berengarii, qui aliquando male sensit de veritate hujus sacramenti, cujus revocatio habetur de consecratione distinctione 2. Ego Berengarius. qui, ut refert magister Thomas in 2.a damnatæ memoriæ VVickleff differebat, quia dicebat in hoc sacramento post cōsecrationem panis & vini substantiam remanere simul cum vero corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi. VVickleff vero totaliter amovit substantiam & veritatem corporis Christi ab hoc sacramento. Ita dicit VValeranus 3. capite de azymo & fermentato: Significari pane illo dixi ecclesiam, non in eo quod offertur, & consecratur, sed in eo quod de multis granis, ut dictum est, conficitur. Nam in eo quod consecratur, nec ipsum individuum corpus domini significat, sed est: transfuso in se Dei Verbo per fidem passionis. Dominus enim non hoc significat, sed, *Hoc est corpus meum*, inquit. Hæc ille, cujus memoria in damnatione est. videtur autem fuisse prædictus Berengarius tempore Anselmi, ut potest perpendi ex epistola, quæ in proœmio ponitur libri ejusdem Anselmi de corpore & sanguine domini, in qua eumdem redarguit de errore suo, quem tenebat in capitulo de eucharistia, & fraterne monet, ut errorem suum corrigat. Patet secundo quod dicta auctoritas non sit magni Fulgentii, propter suspectam doctrinam in ea contentam. Nam manifeste sapit errorem Berengarii, qui posuit substantiam panis & vini simul cum substantia corporis Christi in hoc sacramento remanere. unde dicit: Verbum Patris carni & sanguini, quem de utero Virginis assumpserat, & pane ac vino quod in altari sumitur, medium interveniens, unum efficit sacramentum. Ecce quam aperte hic patet venenum, cum dicit, quod verbum Patris interveniens ex carne & sanguine & pane ac vino unum efficit sacramentum, quod est omnino contra fidem catholicam. Idem ostenditur error per verba sequētia, cum dicit, quod cum in ora fidelium sacerdos distribuit, panis & vinum absumitur & transit, partus autem Virginis cum unito sibi Verbo Patris & in cælo & in hominibus integer permanet & inconsumptus. Ecce iterum dicit quod in ora fidelium sacerdos distribuit panem & vinum, quod omnino est a fide ecclesiæ alienum. Ex quibus manifeste colligitur, quod dictus auctor, cujus est dicta auctoritas, & multæ aliæ similes, nec auctoritate Ambrosius magnus fuerit, nec ejus discipulus, nec fide Isidorus, nec ætate Fulgentius, sed potius Berengarius quandoque in fide de vino, & contemporaneus Anselmi: vel forte aliquis ejus Berengarii discipulus in errore: quapropter simpliciter neganda est hujusmodi auctoritas, & ceteræ similes, cum eodem auctore. Laborandum tamen esset ut originalia haberentur magni Fulgentii, & aliorum, ut manifestior fieret sacrilega malitia VVickleffistarum, qui non desinunt sacrarum scripturarum & catholicorum doctorum sanum pervertere sensum. Legi siquidem ejusdem Fulgentii tractatum de fide incarnationis Filii Dei, insuper libellum ejusdem de quinque quæstionibus ad * Ferdinandum Carthaginensem diaconum, & nihil de hujusmodi suspecta doctrina valui deprehendere in dictis ejusdem præclarissimi & gloriosissimi doctoris. Ad antiqua missalia dicendum, quod missalia antiqua continent rubricam & notulam secundum consue-

Ad Fulgentium.

Thomas VValdensis de sacrament. eucharistiæ, c. 93.

ANNO CHRISTI 1433.

Cap. 43.

* Ferrandum

Anno Christi 1433.

consuetudinem primitivæ ecclesiæ, in qua in aliquibus locis consuetudo erat communionis utriusque speciei quoad populum: nec tamen in illa notula dicitur quod sic fieri debeat ex necessitate aut ex præcepto: & ut clavus clavo retundatur, cum adducant antiqua missalia, adducamus & nos antiquissima, in quibus rubrica & notula de officio diei parasceves sentit & ponit, quod illo die corpus & sanguis non debent consecrari, sed quod hostia a præcedenti die debet servari, sola species scilicet panis debeat sumi a sacerdote. Quod si tali ac tanto die sufficit toti ecclesiæ sub sola specie panis, corpus Christi & sanguinem sumere, multo magis sufficiet sic sumere laicis. Et sine dubio si fuisset præceptum Christi semper sumere sub utraque specie, nequaquam ecclesia tali die, in quo maxime Christo passo compatitur & conformatur in pœnitentia, in jejuniis, in vigiliis, in peregrinationibus, & aliis piis, sanctis, & devotis operibus, prætermitteret præceptum Christi adimplere, nec permisisset Deus a tantis temporibus tam periculose errare ecclesiam, & in tali die in qua maxime fideles & populus Christianus humiliatur, compungitur, & Christo domino ex intimis cordibus afficitur & compatitur. Ad relationem Nicolai de Lyra, quod fideles antiquitus in utraque specie communicabant, & quod sic dabatur fidelibus in primitiva ecclesia, sæpe concessum est, & conceditur, nec tamen Nicolaus de Lyra dicit aut refert quod hoc facerent ex præcepto Christi. Similiter ad Wilhelmum de monte Lauduno dicendum est, quod ipse refert, quod tempore suo in multis locis communicabatur cum pane & vino, & cum toto sacramento, sane intelligendo pro pane & vino species sacramentales; non tamen dicit doctor, quod in illis multis locis fieret hujusmodi communio sub utraque specie ex præcepto Christi. Similiter ad id quod Nicolaus de Lyra dicit, quod per apostolos suos facit & fecit dominus hoc convivium ministrari omnibus Christianis per orbem diffusis, verum dicit, sive sub una specie, sive sub duplici ministretur, quia etiam sub una specie verum & perfectum convivium carnis Christi & sanguinis ministratur, nec dicit quod sub utraque specie Christus præceperit omnibus Christianis ministrare. Et idem dicendum est ad auctoritatem ejusdem de multiplicatione virginum. Ad auctoritatem S. Thomæ, in qua facit mentionem de dispensatione sanguinis per diaconos, & de sancto Laurentio, & ad auctoritatem Augustini, qui inducit sanctum martyrem in Romana ecclesia Christi sanguinem dispensasse, dictum est superius in responsione ad quamdam auctoritatem dicti sancti Thomæ.

Supra probatione 3. ex doctrina sacrorum conciliorũ.

Seu jam auctoritates duorum conciliorum quas etiam adducit, dicendum est, & primo ad decretum concilii Carthaginensis quarti dicendum, quod eucharistia, ut dictum est superius in quodam decreto duodecimi concilii Toletani, proprie accipitur pro hostia, tamen quandoque accipitur pro toto sacramento, hostia videlicet & sanguine. Nunquam vero, quantum memoriæ occurrit, eucharistia accipitur pro solo sanguine. Tota ergo difficultas hujus decreti remanet in hoc verbo, Infundatur, quia infundi pertinet ad liquidam materiam. Quare dicendum quod illud verbum, Infundi, reducatur ad eucharistiam, ut sit sensus, Infundatur, id est, immittatur, non sub specie vini, quia non dicit hoc canon, sed sub specie panis, vel e converso eucharistiæ nomen trahatur ad verbum, Infundi, ut videlicet sit sensus Origenis, Infundatur eucharistia, scilicet sub specie vini, vel quod utrumque stet in propria significatione, & per syncopen de toto sacramento intelligatur, ut sit sensus, quod detur sacramentum sub specie panis, ratione nominis eucharistiæ, & sub specie vini ratione verbi, Infundi, & quocumque modo intelligatur, nullum inconveniens sequitur, nec adversarius habet intentum, quia concilium disponebat administrationem sacramentorum secundum consuetudinem, quæ tunc in ecclesia Africana & Carthaginensi servabatur. Nec dicit ille canon, quod idem sic sanctum concilium instituerit, quia esset præceptum Christi aut cujuscumque apostolorum, quod statutum & præceptum concilii, ex quo non emanabat originaliter ex præcepto & oblatione Christi, potuit rationabilibus & justis de causis per consuetudinem, vel per decreta summorum pontificum aut etiam conciliorum generalium sequentium abrogari. Ad illud autem quod adducitur de concilio IV. Toletano dicendum, quod nulla mentio fit ibi de speciebus, sed tantummodo de corpore & sanguine domini nostri, quæ duo plene & perfecte sumuntur sub specie panis. Postremo & finaliter adducit dominus proponens tres rationes, quarum rationum omnes majores propositiones concedo, sed pro declaratione minorum propositionum, reducenda est ad memoriam distinctio posita a principio responsionis ad auctoritates inductas per eumdem: dicebatur enim ibi, quod in conclusionibus suis & meis duo erant attendenda, videlicet ipsa communio secundum se considerata, non habito respectu ad unam vel ad duplicem speciem: aliud, quod talis communio debeat dari sub una vel sub duplici specie populo laicali vel non conficientibus. Quantum ad primum, concordia est inter ipsum & me, videlicet, communio divinissimæ eucharistiæ est multum utilis, valde necessaria Christi fidelibus, & quod innumeros effectus spirituales efficit in accipientibus & sumentibus digne, & quod etiam secundum multorum doctorum intentionem & opinionem, cadit sub præcepto omnibus Christi fidelibus usum rationis & discretionis habentibus & taliter dispositis prout decet & congruit honori & reverentiæ tanti sacramenti: & ad hunc sensum concessi sibi omnes auctoritates sanctorum extollentes utilitates & effectus hujus divinissimi sacramenti; eas etiam quæ necessitatem aut præceptum videntur importare; & similiter ad hunc sensum concedo sibi omnes propositiones suas minores, & auctoritates quibus probat eas. Sed quantum ad secundum, videlicet, quod sit utile & necessarium, aut de præcepto Christi sumere dictum sacramentum magis sub duplici specie quam sub una, nisi in quantum ecclesiæ consuetudo vel statutum magis ad unum modum vel ad alium declinaret, negavi, & nunc finaliter nego, quia nulla auctoritas in tota sua positione posita, sive sit auctoritas sanctarum scripturarum, sive cujuscumque sancti, aut doctoris, nec implicite nec explicite, nec aliquo modo dicit, innuit, aut prætendit præceptum Christi determinare magis duplicem speciem, quam unam, vel e converso, in communione vel sumptione laicorum vel non conficientium. unde patet, quod in omnibus hujusmodi argumentationibus paralogizatur arguendo a simpliciter, ad secundum quid: imo in istis ultimis rationibus, auctoritates quas adducit ad probandum minores suas, ut plurimum potius faciunt pro una specie, quam pro utraque: sicut est: *Panem de cælo dedisti*, &c. item de convivio sive de nuptiis, quas rex fecit filio suo, in quibus nulla fit mentio de vino aut potu, tamquam de impertinenti ad sacramentum, quod illæ nuptiæ præfigurabant. Ex quibus nullo modo concluditur necessitas aut præceptum utriusq; speciei. Et hæc dicta sunt de 3. parte & ultima, & per

Cap. 17.

Anno Christi 1433.

conse-

ANNO CHRISTI 1433.

consequens de tota positione, quam dictus dominus proponens posuit coram hoc sacto concilio Basileensi in Spiritu sancto legitime congregato, pro defensione communionis laicalis seu non conficientium sub utraque specie: in qua responsione & defensione consuetudinis ecclesiæ catholicæ si quid minus sufficienter positum est, pium & benevolum desidero correctorem, & nihilo minus prædicta subjicio correctioni & emendationi hujus sacrosanctæ generalis synodi Basileensis, & ex toto corde adhæreo protestationi per me in principio hujus actus præmissæ, ad laudem omnipotentis Dei, cui sit laus, honor, & gloria, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Ecclesia fidelium catholica nō est minoris auctoritatis circa ea quæ pertinent ad fidem & regimē Christianorum, quam synagoga.

PRO finali confirmatione veritatis catholicæ, & consuetudinis communionis sub una specie, quantum arctitudo temporis permittit præsenti actui, videndum est per exemplum & per experientiam, quæ est rerum omnium magistra, quid possit universalis ecclesia catholica circa ea quæ pertinent ad fidem & regimen Christi fidelium. Et ante omnia præsupponendum est, quod ecclesia Christi fidelium non est minoris auctoritatis sub lege euāgelica, quam fuerit synagoga Iudæorum sub lege Mosaica. Reperimus autem quod non solum synagoga vel in ea existētes pro tempore præter legem Dei nova statuta, traditiones & ceremonias statuerit, sed etiam circa præcepta divina dispensaverit, quod plane inducitur & declaratur per exempla. Et 1. Esther 9. ubi Iudæi constituerunt 14. diem Martii esse solennem: fertur enim ibidem, quod quando sententia, quæ erat in mortem omnium Iudæorum sub rege Assuero degentium, mutata fuit in sententiam salutis, tunc statutum fuit ut 14. dies mensis 12. cum omni lætitia inter dies festos celebrarent, ut in posterum agnoscatur, *&c.* Et paulo post: *Omnis autem provincia & civitas qua noluerit hujus solennitatis esse particeps, gladio & igne pereat*, ut habetur ultimo capite ibidem. Præceptum igitur de die hujus festivitatis non erat legis divinæ, sed unanimi consensu populi statutum est, & tantum universaliter in lege veteri per Iudæos, & tenetur omni anno usque in præsentem diem. Item Iudas Machabæus & fratres ejus, & universa ecclesia Israel constituerunt ut agatur dies dedicationis altaris, ab anno in annum per dies octo, primo Machabæorum 4. David quoque constituit cantores & summos sacerdotes 1. Paral. 15. multa hujusmodi statuta, ceremonias & ordinationes diligens lector in veteri lege percipiet, sive communi consensu populi factas & ordinatas, sive etiam particularium, insignium tamen personarum, gratas & acceptas Deo; quemadmodum habetur de Ionadab patre Rechabitarum, de quibus legitur Ieremiæ 35. ubi habetur quod Deus præcepit Ieremiæ ut intraret in domum Rechabitarum, & inductis Rechabitis in domum domini, daret illis vinum ad bibendum, & eidem Ieremiæ juxta verbum domini facienti responderunt Rechabitæ in domo domini: *Non bibimus vinum nos & domus nostra in æternum*; ad quos Ieremias dixit: *Cur bibere non vultis juxta verbum domini vobis oblatum vinum?* Responderunt: *Quia pater noster Ionadab filius Rechab nobis constituit, ut non ædificemus domos, non colamus agros, aut vineas, & non bibamus vinum in æternum.* Et circa finem ejusdem capitis laudavit dominus obedientiam Rechabitarum, & præmium adjiciendo dixit: *Pro eo quod obedierunt Rechabitæ præcepto patris sui Ionadab, non deficiet homo de domo Rechabitarum in sempiternum.* Ecce quam aperte declaratur, quod etiam præter legem Dei licet facere particularibus personis ordinationem vel statuta, semper tamen in bonum, & in his quæ tendunt ad perfectionem, quemadmodum fecit Ionadab filius Rechab, cujus præceptum ipse dominus approbavit, quod utique non fecisset nisi placuisset ei.

Synagoga non modo pro tempore nova statuta, traditiones, & ceremonias instituit. Potest in festo sortium, calendariorum, institutione cāterarū, obligatione Rechabitarum a patre:

Quædam verba in Ieremia non habentur.

Sed & in quibusdam præceptis divinis dispensavit. Patet in circumcisione.

Quantum vero ad mutationem divinorum præceptorum, in veteri lege patet, quia licet circumcisio strictissime præcepta fuerit, ut patet Gen. 17. quando dominus apparuit Abrahæ 99. annorum existenti, dicens ad eum: *Ego dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus, ponamque fœdus meum inter te & me.* & infra: *Statuamque pactum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus tuis fœdere sempiterno.* & infra: *Tu ergo custodias pactum meum & semen tuum post te, in generationibus suis: hoc pactum est quod servabitis, circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit signum fœderis inter me, & vos: infans octo dierum circumcidetur in vobis: omne masculinum in generationibus vestris tam vernaculus quam emptitius circumcidetur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum, masculus cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.* Ecce fœdus æternum; ecce pactum sempiternum inter Deum ex una parte; & Abraham & semen ejus in generationibus suis post ipsum, parte ex altera: nihilo minus Moyses cum de Ægypto Israel filios educeret, tam stricte a domino præceptam circumcisionem per annos quadraginta ob causam laboris itineris prætermisit, non enim filii Israel leguntur circumcisi in deserto, sed postquam eos Iosue eduxerat in terram promissionis trans Iordanem, ibi in Galgalis seu in colle præputiorum juxta præceptum domini eos circumcidit. Iosue 5. Item legitur 1. Machabæorum 2. quod Mathathias cum sua societate, non obstante quod dies sabbati fuisset tam de lege naturæ, quam de lege scripta, strictissime præcepta, constituerunt scilicet Iudæis, quod non licebat secundum legem, ut pugnarent contra gentes etiam diebus sabbatorum. Item Levitici 8. habetur, quod panis propositionis laicis non debebat exponi ad manducandum, & tamen David cum pueris suis, tempore necessitatis, apud Abimelech sacerdotem eis usus fuit, ut patet 1. Regum 2. Matth. 12. Luc. 6. Sic denique serpentem æneum, quem dominus præcepit fieri Moysi, dicens Numerorum 21. *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo*, sanctus Ezechias rex 4. Regum 18. destruxit; sic enim refert scriptura de eo: *Fecit quod erat bonum coram domino, juxta omnia quæ fecerat David pater, ipse dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æneum quem fecerat Moyses. Siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum*: ex quibus & quampluribus aliis exemplis veteris legis, satis manifeste colligitur, quod si synagogæ Iudæorum, vel ejusdem gubernatoribus, vel aliis particularibus licuit, statuta, ordinationes, & ceremonias statuere, & ex certis & rationabilibus causis etiam divinam legem interpretari, & ex hoc immutare aut tollere, sive suspendere pro tempore; multo magis hoc licet & licebit ecclesiæ catholicæ, & ejus universali pontifici papæ, scilicet qui totius ecclesiæ curam gerit, qui non est minoris auctoritatis in populo Christi, quam fuerit Moyses in populo Iudæorum, maxime cum ipse Christus indefectibilem assistentiam sui & Spiritus sancti ecclesiæ catholicæ promiserit, dicens & loquens apostolis: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* & similiter eisdem loquens de assistentia Spiritus sancti, Ioannis 10. dixit: *Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in*

Pugna in sabbato.

Panibus propositionis, David ad manducandum datis.

Serpente æneo destructo.

Sic ecclesia potest statuta condere, præter ea quæ in scriptura expressa sunt & ipsam legem interpretari.

Matth. 28.

Anno Christi 1433.

nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis. Et ne quis æstimet quod apostolis & non futuris ecclesiæ rectoribus sit hoc dictum, ideo Ioannis 14. idem dominus dicit: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis.* potest igitur ecclesia catholica statuta & ordinationes facere, præter ea quæ in lege Christi expresse continentur, & etiam ipsam legem Christi interpretari, & ex certis & rationabilibus causis, pro locorum & temporum varietate præcepta ejus & ordinationes suspendere, tollere, aut immutare pro tempore, quod tamen nusquam factum est, quia nunquam præceptum in virtute aut in substantia usquequaque ab ecclesia sublatum est aut immutatum: & ex hoc concluditur, quod si etiam communio utriusque speciei fuisset de præcepto Christi, quod tamen nullo modo conceditur, quia nullo modo verum est, ipsam ecclesia catholica ex certis causis potuisset immutare aut tollere, multo magis quam Moyses circumcisionem vel Machabæi sabbatum, quæ tam strictissime divina lege observari mandabantur, & ritum unius speciei statuere. Et hæc ratio in materia omnium convinceret adversarios, si convenirent nobiscum in acceptione, quid est ecclesia catholica. quia nullo modo auderent negare præeminentiam legis evangelicæ & ecclesiæ catholicæ ad legem Mosaicam & synagogam Judæorum. Sed jam ad ea quæ ecclesia catholica Christi in præteritum fecit, statuit & ordinavit, oculos dirigamus, ut præteritorum memoria mentem moveat nostram de præsentibus & futuris cogitare. In primis quidem manifestum est bibliam, quæ est fundamentum totius fidei nostræ, & ecclesiasticæ disciplinæ, robur & auctoritatem accepisse ex acceptatione & approbatione ecclesiæ universalis, secundum reparationem & innovationem Esdræ scribæ magni sacerdotis, cujus innovatio per multa tempora ante Christi adventum fuerat, per synagogam Iudæorum acceptata & approbata. Insuper manifestum est multos in eodem volumine libros contineri, qui apud Iudæos in auctoritate non habentur, sed inter apocryphos computantur. Qui tamen apud nos in eadem veneratione & auctoritate habentur, sicut & ceteri, & hoc utique non nisi ex traditione & acceptatione universalis ecclesiæ catholicæ, quibus contradicere nullo modo licet pertinaciter. Insuper cum multi evangelia scripserint, ut habetur distinctione 15. in decretis, utpote, Bartholomæus, Nicodemus, & quamplures alii, de quibus dictum est in superioribus, tamen ecclesia catholica omnibus aliis spretis, quatuor tantummodo acceptavit, approbavit & in auctoritate atque in summa veneratione habere voluit. Et quod prædicti libri divinæ legis tam veteris quam novi testamenti auctoritatem ab ecclesia habeant, patet per egregium doctorem Augustinum contra Faustum hæreticum ita dicentem: Nostrorum librorum auctoritas ex gentium consensione per successores apostolorum conciliorumque roborata vobis adversa est. Et iterum: Non crederem evangelio, nisi me ecclesiæ catholicæ auctoritas commoveret. Item: Quis 14. epistolas Pauli in auctoritate habendas statuit, & quis quintamdecimam resecavit? Nam & unam Laodicensibus scripsit, de qua ipsemet apostolus facit mentionem Coloss. 4. cap. in fine ubi dicit: *Et ea quæ Laodicensium est vobis legatur.* Similiter cum apud plures dubium fuerit quis eam quæ ad Hebræos est epistolam scripserit, quis eam adscripsit Paulo apostolo? cum plures etiam ejusdem epistolæ ad Senecam legantur, quis eas removit, ut non cum ceteris in auctoritate habeantur? utique hæc omnia auctoritate solius ecclesiæ gesta sunt, cujus etiam auctoritas epistolas canonicas, Actus apostolorum & Apocalypsin Ioannis inter canonicos & divinos libros haberi voluit, statuit, & ordinavit. Item cum plures bibliam in Latinum transtulerint, sive de Hebræo sive de Græco, solius tamen nostri Hieronymi gloriosissimi translatio ecclesiæ auctoritate antefertur. Cum igitur omnis nostra auctoritas in affirmanda veritate catholica & adversa falsitate confutanda ortum habeat a fonte sacrarum scripturarum, utique multo fortius habebit ab ipsa ecclesia catholica, quæ & ipsas scripturas sacras tradidit, & statuit in auctoritate habendas. Præterea glossa ordinaria super totam bibliam, libri sanctorum doctorum, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii, & aliorum, leges civiles, decreta, decretales, & omnes aliæ scripturæ, quæ inter Christianos in auctoritate habentur, non aliunde habent auctoritatem, nisi ab ecclesia, & in tantum valent quantum ab ecclesia probantur, aut saltem sustinentur, aut permittuntur. Insuper auctoritate ecclesiæ universitates & studia fundata sunt, gradus magistrales & doctorales in omni facultate ordinati & concessi sunt in eisdem. Denique quanta circa fidem ecclesia catholica statuerit vel ordinaverit, vel pro infallibili veritate tenenda mandaverit, manifeste liquet. Nam licet ex scripturis sanctis constet esse Trinitatem in divinis, tamen quod singuli in Trinitate existentes, personæ nominentur, hoc ecclesia catholica ordinavit & statuit. Insuper quod in Christo non sint duæ personæ, ut quidam hæreticorum posuerunt, cum ex scriptura manifeste non habeatur, hoc per doctores suos ecclesia declaravit. Similiter, quod mater Christi, mater Dei diceretur. Item nusquam in canone sacræ scripturæ reperitur, quod parvulus recenter baptizatus, qui nec corde credit ad justitiam, nec ore confitetur ad salutem, inter fideles & credentes computetur, & nihilominus ecclesia ita determinavit, & statuit, quod si quisquam negare hoc ausus fuerit, apertus utique judicabitur hæreticus. unde Augustinus de verbis apostoli, sermone 14. Ubi ponis parvulos baptizatos? profecto in numero credentium. Nam ideo ex consuetudine antiqua canonica & fundatissima, parvuli baptizati fideles vocantur. Et infra: Inter credentes baptizatos parvulos numerabis, nec judicare ullo modo aliter audebis, si non vis apertus esse hæreticus, ergo ideo habent vitam æternam, quia qui credit habet vitam æternam. Nolo eis sine ista fide, & sine isto sacramento hujus fidei, promittatre vitam æternam. Et infra: Ratiocinationes eorum, scilicet Pelagianorum, adhuc videntur compellere, sed auctoritate reprimuntur ecclesiæ, ne non dicam sputis hominum obruuntur, sed ipsorum insanientium lacrymis tamquam fluvio pertrahuntur: & sic patet quod ecclesia fundavit ibi fidem, quæ ex canone scripturæ non habetur. Item nullus canon bibliæ te docet, quod si aliquis mortuus fuerit, & non crediderit, quod talis salvetur: imo habetur oppositum, Marci ultimo: *Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit, damnabitur*, & nihilo minus fides ecclesiæ statuit, ut quilibet fidelis firmiter credat parvulum baptizatum, etiamsi ante usum rationis moriatur, salvari. Unde Augustinus, & ponitur in capite 15. quæstione 1. capite, Firmissime, ubi sic habetur: Parvulis vero qui necdum propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt, sacramentum fidei, quod est sanctum baptisma, quamdiu rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem. Item sola auctoritas ecclesiæ constituit, ut

Ut constat ex acceptatione & approbatione librorum novi & veteris testamenti.

Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 11. cap. 2. & lib. 13. cap. 5. Contra epistolam Manichæi quæ dicitur fundamentum cap. 5.

Anno Christi 1433.

Ex receptione nomina Personæ in sancta Trinitate, item baptismo parvulorum, & assignatione comparium.

Anno Christi 1433.

ut compatres in baptismo parvuli fidem pro ipso re spondeant loco ecclesiæ, & quod fides ecclesiæ sufficit parvulo sic baptizato, quamdiu ad ætatem non pervenerit, ad salutem. Et sic auctoritas ecclesiæ nobis instituit, ut parvuli per aliorum pedes ad fidem veniant, per aliorum corda credant, per aliorum linguas in baptismo respondeant & fidem confiteantur. unde Augustinus in libro 3. de libero arbitrio, & habetur de consecratione distinctione 4. Illud perscrutari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid prosit parvulis, cum eo accepto plerumque moriuntur, priusquam ex eo quidquam potuerunt cognoscere: quare satis pie recteque creditmus, prodesse parvulo fidem eorum a quibus consecrandus affertur, & hoc ecclesiæ commendat saluberrima auctoritas, ut ex eo quisque sentiat quid sibi prosit sua fides, quando in aliorum quoqua beneficio, qui propriam nondum habent potestatem, commoda fit. Insuper nusquam legitur in sacris literis quod apostoli symbolum minus, quod in diversis horis diurnis silentio dicitur, composuerint aut fecerint, vel in duodecim articulos distinxerint, & tamen fideles tenent & credunt, imo & nominant ipsum symbolum apostolicum; & hoc non nisi auctoritate ecclesiæ, & specialiter concilii Niceni, cujus etiam auctoritate articulus de descensu Christi ad inferos tenetur, & firmiter creditur. Ipsum etiam sacrum concilium Nicænum secundum & majus symbolum edidit, in quo plurima fidem concernentia declaravit, quod & publice & aperta voce ubique in cunctis ecclesiis catholicis dicitur & cantatur, cui postmodum articulum de processione Spiritus sancti a Filio ecclesia addidit, cujus auctoritate etiam symbolum Athanasii in divinis officiis canitur. Quanta vero ecclesia catholica de his quæ ad fidem pertinent interpretata fuerit, declaraverit, exposuerit, manifestat confutatio innumerabilium hæreseon, ad quas enumerandas non sufficeret tempus, nec manus ad scribendum, nec lingua ad narrandum valeret, in quarum confutatione tot veritates fidei elucidatæ, manifestatæ & apertæ fuere, quæ prius latebant in operto, quot fuerunt hæreses confutatæ. Sed jam descendamus ad ea, quæ eadem catholica circa divina præcepta sacramenta immutaverit. Etenim licet in lege veteri prohibitæ fuissent lege divina imagines visibiles, nedum ipsius Dei, sed quorumcumque sanctorum hominum, nec de post in scripturis sive veteris sive novi testamenti concessa licentia eas faciendi aut fabricandi reperiatur, nihilo minus ecclesia catholica edocta a Spiritu sancto, eadem permisit, imo statuit & ordinavit, ut venerabiles imagines Christi, gloriosissimæ suæ matris, & ceterorum sanctorum fierent, quibus manuducerentur homines ad memorandum & recordandum gesta & facta domini nostri Iesu Christi, & aliorum sanctorum, ut se excitarentur ad eorum imitationem, & ut eorum sæpius implorarent pro se suisque, vivis & defunctis, suffragia & auxilia. Insuper licet dies sabbati fuerit strictissime ad observandum & custodiendum præcepta & mandata, ut patet Genesis 2. capite, ubi legitur quod post creationem sex dierum cessavit dominus die septimo ab omni opere quod patraverat, & benedixit diei septimo, atque in lege scripta postmodum in legitimum sempiternum constitueret sub diversis pœnis diem hunc septimum a cunctis generationibus celebrandum observari. Vnde & collectorem lignorum in die sabbati mandavit dominus lapidibus obrui, ut patet Numerorum 15. & pro firmiori ratificatione suæ constantissimæ voluntatis, & pro diligentiori custodia speciali nominatim consignavit hoc

Cap. 25.
Cap. 7.
Ex symbolo apostolorum.
Ex usu imaginum.
Ex mutatione diei sabbati in dominicam.

A præceptum, dicens: *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Nullum enim aliorum præceptorum tanta memoriæ signo consignavit: qui dies magna sub custodia & religiosa observatione semper habitus fuit & custoditus, etiam tempore apostolorum, & longo post observatus, & nihilo minus propter reverentiam & beneficium dominicæ resurrectionis dictus dies sabbati e a sola consuetudine ecclesiæ universalis fuit in diem dominicum commutatus, præter auctoritatem cujuscumque scripturæ sacræ veteris vel novi testamenti. Item dominus præcepit Exodi 12. in legitimum sempiternum, quatenus fidelis populus celebraret pascha domini ad vesperum diei 14. mensis primi, quod præceptum etiam ecclesia catho-
B lica per multa tempora post observavit: tandem Spiritu sancto duce, sine cujuscumque scripturæ auctoritate prædictum ritum, quoad tempus, propria auctoritate permutavit, taliter ut nunquam pascha nostrum cum pascha Iudæorum coincidat, & semper in die dominico celebretur. Item ut supra habitum est, in principio licet circumcisio in lege fuerit strictissime mandata observari, fueritque ipse dominus noster Iesus Christus circumcisus, & omnes apostoli, & etiam post ascensionem domini fuerit observata, nihilo minus absque alia auctoritate scripturæ apostoli eam immutaverunt auctoritate Spiritus sancti ecclesiam dirigentis & gubernantis, ut habetur Actorum 15. ubi dicit Petrus: *Quid tentatis*
C *imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus salvari quemadmodum & illi.* Vnde & infra statuerunt apostoli omnino eam debere tolli, scribentes epistolam ad fideles, qui erant Antiochiæ, per manus Pauli & Barnabæ dicentes: *Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra vobis imponere oneris quam hæc necessaria,* &c. Ex quibus manifeste ostenditur potestas ecclesiæ, & veritas indefectibilis in his quæ fidei sunt & necessitatis ad salutem: & Paulus ad Galatas 5. post decretum & statutum apostolorum ait: *Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* ubi ap-
D paret totalis ablatio, imo annihilatio circumcisionis, quæ debuit sub pœna mortis lata ab ipso domino, æternaliter observari. Item innumeræ ceremoniæ erant in lege veteri præceptæ celebrari a domino, quas apostoli post & ecclesia sustulerunt ex certis & rationabilibus causis. Item videamus mutationes factas circa præcepta Christi & sacramenta novæ legis, & primo circa sacramentum baptismi, quod ipsi circumcisioni in nova lege succedit. Nam dominus noster Iesus Christus ascendens in cælum, præcepit apostolis dicens, Matthæi ultimo: *Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti,* in quibus verbis dedit eis & limitavit formam baptismi, & in persona eorum toti ecclesiæ, & tamen non post longum tempus, ipsi
E apostoli & ecclesia, dimittendo dictam formam, *in nomine Patris,* &c. traditam per dominum, baptizabant tantum in nomine Christi, dicentes: Te baptizo in nomine domini Iesu Christi. Cum autem hoc nomen Iesus Christus dicat unam personam tantum duarum naturarum, hæc autem nomina, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, dicant tres personas in una natura tantum, patet maximam esse differentiam inter has duas formas baptismi, scilicet, *in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti,* &, *in nomine Iesu Christi,* & licet secundum rem & essentiam idem sit baptismus, qui fiebat primo, & nunc in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & in nomine Christi, tamen tanta videtur esse differentia, ut si quis nunc in nomine Christi baptizaret, non baptizaret,

Anno Christi 1433.
Ex ordinatione paschatis.
Ex abolitione ceremoniarum veteris legis.

ut

b

ANNO CHRISTI 1433.

3. quæst. 66. art. 6.

ut dicit sanctus Thomas in tertia parte. Nec prætermittendum est, de mutationibus factis in ecclesia, hoc sacramentum baptismi tam quoad tempus baptizandi, quam quoad ætatem baptizandorum, quam etiam quoad personas quæ possint hoc sacramentum ministrare. In principio enim hujus sacramenti baptizabantur solum illi, qui per se sciebant fidem interrogati respondere. Sed postmodum, ne parvuli & alii usu carentes rationis, subessent periculo damnationis, ecclesia providit circa eorum baptismum, ut etiam superius tractatum est. Tenuit etiam ecclesia pro statuto, quod præter vigilias paschæ & pentecostes nullo modo solennis baptismus celebraretur, omnesque ad prædictas vigilias, excluso necessitatis articulo, baptizandi servarentur. Porro nec ex doctrina Christi & evangelii, nec etiam ex doctrina alicujus apostolorum habetur expresse, quod aliquis babeat potestatem baptizandi exceptis ecclesiasticis, quorum statum præfigurabant apostoli, quibus solis dictum est, *Ite baptizantes*, &c. & nihilominus in necessitatis articulo mares & feminæ, Pagani, Iudæi & hæretici possunt baptizare, dummodo servent formam, materiam, & intentionem ecclesiæ: unde hoc? certe quia sic declaravit ecclesia, sic ordinavit, & quia sic ei placuit suam auctoritatem omnibus communicare in necessitatis articulo. Item non modica mutatio etiam in sacramento matrimonii secundum successionem temporum auctoritate ecclesiæ facta est. Nam in principio suæ institutionis erat illimitatum, ita quod masculus & femina, uterini & germani, poterant legitime matrimonialiter copulari, & post aliquam multiplicationem humani generis ordinatum fuit, ne in prima linea consanguinitatis contraheretur, deinde post abundantem multiplicationem, usum hujus arctando sacramenti, ordinatum exstitit, ut non in propinquiori quam quinta linea consanguinitatis posset matrimonium contrahi: ex quibus patet quod certus usus sacramentorum conceditur paucitati hominum, qui tamen multitudini ex certis causis denegatur. Et sic potuit esse, imo ita fuit, quod in primitiva ecclesia, quando adhuc homines pauci erant Christiani, dabatur eucharistiæ sacramentum fidelibus populis sub utraque specie, quibus multiplicatis propter sæpe enumerata pericula, quod paucis concedebatur, nunc multitudini denegatur. Item quamvis Deus in lege naturæ, quando hoc matrimonii sacramentum instituebatur, statuisset, quod unius viri tantummodo una esset uxor, & e converso, prout patet Genesis 2. quando Spiritus sanctus dixit per Adam: *Relinquet homo patrem suum & matrem suam & adhærebit uxori suæ*: sequitur: *& erunt duo in carne una*: nihilo minus hæc lex mutata fuit in sanctis patriarchis, ut patet in Lamech, qui primus simul duas uxores habuit, in Abraham similiter, & Iacob, in aliis etiam sub lege constitutis, in quibus lex vetus uxorum pluralitatem videtur approbasse. Sed adveniente lege nova, in qua perfectio evangelica exprimitur, mutata est lex nuptiarum atque matrimonii, & reducta ad priorem institutionem & honestiorem, ut unus uni, & e converso, tantummodo conjungantur in figura Christi & ecclesiæ unicæ sponsæ, de quorum matrimonio ait apostolus ad Ephesios 5. *Sacramentum hoc*, scilicet matrimonii, *magnum est, dico autem in Christo & ecclesia.* Hanc autem reductionem ad pristinum statum nullo modo legimus reductam ex quibusvis sacris literis, nisi ex statuto & consuetudine ecclesiæ, nec audebit quis dicere quod tempore legis naturæ & legis Mosaicæ non fuerit in hominibus verum matrimonium, aut quod ipsorum fuerit aliud sacramentum matrimonii a sacramento legis gratiæ, propter dictum Christi in evangelio loquentis de hujusmodi sacramento: *Quod Deus conjunxit, homo non separet.*

Matth 19.

Etenim sacramentum matrimonii, & sacramentum pœnitentiæ in lege naturali scilicet, Mosaica & evangelica locum habuerunt, quamvis in usu fuerint multipliciter immutata. Item præcipitur 25. capite Deuteronomii, quod habitantibus fratribus germanis simul, uno moriente absque liberis, uxor defuncti alteri non nubat, sed accipiat eam frater ejus, ut suscitet fratri suo semen, quod in nova lege ad aliquod tempus fertur perdurasse, quæ tandem lex nulla adhuc scriptura promovente, per ecclesiæ consuetudinem & statutum sublata est, quibus statuitur & prohibetur quod sponsus non possit contrahere matrimonium cum aliqua consanguinea sponsæ mortuæ usque ad quintum gradum consanguinitatis exclusive. Item salvator noster dominus noster Iesus Christus, Matthæi 19. accedentibus ad eum Pharisæis ad ipsum tentandum, & ab eo quærentibus, *Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa?* ita respondit: *Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur*: & nihilo minus sancta ecclesia catholica non solum ex hac causa, sed ex pluribus aliis permittit & facit rationabiliter divortia fieri, ut puta in frigidis & maleficiatis, de affinibus, ex causis hæresis, & pluribus aliis causis. Ecce quot & quantæ mutationes circa tam magnum & necessarium sacramentum auctoritate ecclesiæ contigerunt. Item in sacramento pœnitentiæ, quod ab Adam in paradiso incepit & debet durare usque ad consummationem sæculi, similiter mutatio magna facta est secundum successionem temporum. Nam cum confessio sit pars principalis pœnitentiæ, tempore legis naturæ ad eam tantummodo Deo faciendam mentaliter tenebantur: succedente vero lege Mosaica, ultra hoc homines obligabantur ad confessionem ceremonialem extrinsecam, prout per aliquod sacrificium homines manifestabant se hoc vel illo peccato deliquisse, ut habetur Levitici 4. & 5. ut habetur eodem libro 16. sacerdotes positis manibus super caput hirci, omnes filiorum Israel confitebantur iniquitates: sed adveniente veritate evangelicæ legis, etiam confessionem vocalem de universis cogitationibus, locutionibus, operibus, & omissionibus clare distincteque faciendam instituit ecclesia sacerdoti auctoritatem & jurisdictionem habenti, in secreto, non ut homini, sed ut Deo, sine offensa quacumque honoris confitentis, sub formidabilibus & execrabilibus pœnis præcipiendo & mandando sacerdoti, ne quoquo modo signo aut verbo prodat aut revelet peccata confitentis: de qua quidem confessione singulariter & specialiter, quatenus solum sic secrete & auricularite fieri debeat sacerdoti, nulla de scripturis sacris habetur traditio, nisi quantum ad sic agendum Spiritus sanctus movit & direxit ecclesiam, quæ nihilo minus originaliter fundat se in auctoritate clavium, quæ ipsi ecclesiæ ab ipso domino traditæ sunt, dicente Petro: *Tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligaveris*, &c. Et Ioannis 20. *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*: quia igitur sacerdotes habent remittere peccata, utique oportet ut agnoscant ea, & sic Spiritu sancto ducente sancta ecclesia confessionem, ut præmittitur, secretam statuit & ordinavit. Item circa sacramentum ordinis videtur ecclesia addidisse. Nam in primitiva ecclesia erant duo tantummodo ordines, diaconatus scilicet & sacerdotium. Et secundum beatum Hieronymum idem tunc erat episcopus & sacerdos, quoad

Mat. h. 16.

ANNO CHRISTI 1433.

quoad nomen, non autem quantum ad rem, quod tamen nunc non est. Item circa sacramentum divinissimæ eucharistiæ multa videntur addita vel mutata. Nam forma qua calix consecratur, in nullo evangelistarum in propria forma verborum reperitur, sed videtur per ecclesiam ex omnibus dictis euangelistarum compilata, & 10 ea sunt aliqua addita. Etiam in consecratione hostiæ ecclesia addidit hanc dictionem, Enim. Ceterum Christus instituit hoc sacramentum, & ministravit post cœnam, & tamen ecclesia immutavit, & ordinavit ut non nisi a jejunis de mane celebraretur & ministraretur, nisi in necessitatis articulo. Imminente etiam errore de observatione legalium, Leo papa ordinavit, ut pro tempore in fermento conficeretur, licet Christus confecerat in azymo, ad quem ritum postmodum, cessante dicto errore, ecclesia reversa est. Denique ecclesia ordinavit ritum & modum ad hoc sacramentum celebrandum cum talibus orationibus, epistolis & euangeliis, secretis, mysticis signis, vestibus sacris & vasis consecratis, in ecclesia, in altari, cum luminaribus, cum assistentibus, & aliis quæ pro devotione & solennitate tanti sacramenti fiunt, de quibus per singula discurrere longum esset. Item in pluribus quæ apostoli statuerunt, secundum temporum successionem & temporum varietatem facta est mutatio. Nam apostoli in concilio 3. Hierosolymis celebrato, quod habetur Actorum 15. sublata circumcisione, & omnibus quodammodo ceremoniis veteris legis, statuerunt ut fideles deberent tantummodo abstinere ab immolatis simulacrorum, sanguine, suffocato, & fornicatione, & nihilo minus statim post prædictam sublationem circumcisionis Paulus apostolus circumcidit Timotheum qui ex patre Gentili ortus fuerat, propter vitare scandalum Judæorum, qui erant in illis locis, ut habetur Actorum 16. Insuper hoc dictum concilium de cessatione legalium, apostoli & seniores qui erant Hierosolymis, adveniente Paulo, propter scandalum evitandum, sustinuerunt adhuc ceremonias legales, & voluerunt, ut Paulus ascendens templum, purificaret se & sanctificaret tamquam ambulans & custodiens legem, ut habetur Actorum 21 Et post prædicta etiam ex ipsis præceptis quæ per apostolos tradita erant servanda, quædam consuetudo ecclesiæ immutavit. Nam ex prædictis quatuor, primo & quarto manentibus illæsis, de non edendo de immolatis sive idolothytis & de custodiendo se a fornicatione, secundum & tertium mutata sunt, quia & sanguinem edimus & suffocatum. Item Paulus apostolus dicit: *Oportet episcopum unius uxoris virum esse*, in quibus verbis præceptum apostoli includitur, & ex hoc, & etiam ex ratione significationis bigamiæ, cui semper est annexa irregularitas: & nihilo minus papa, & multo magis ecclesia potest, imo & de facto dispensat in bigamis, non obstante præcepto prædicti apostoli: Unde dicit sanctus doctor in 4. distinctione 27. in responsione ad dictam auctoritatem Pauli. Quantum ad ea quæ sunt de necessitate sacramentorum & fidei, nec ecclesia nec papa potest dispensare, sed in aliis quæ sunt de institutione apostolorum, cum ecclesia nunc habeat eamdem potestatem statuendi & destituendi quam tunc habuit, potest per eum qui primatum tenet in ecclesia, dispensare: quapropter & Lucius papa dispensavit cum Panormitano qui erat bigamus. Item sancta mater ecclesia docuit signum sacratissimæ crucis in fronte depingere, ipsa docuit in eodem signo benedictiones fieri sacramentorum & consecrationes, pro defensione & contra insidias malignorum spirituum sal & aquam benedicere, & ea insimul mi-

1. Tim. 3.

Quæst. 3. art. 3. ad 2.

S. Thomas ibidem.

A scere. Ipsa docuit fontes baptismatis benedicere, pro congregatione fidelium, ad sacramenta percipienda, ad doctrinam divinam audiendam, ad divina mysteria peragenda, & ad laudandum Deum specialiter ecclesias fabricari, cœmeteria ubi fideles sepelirentur, & exequias mortuorum facere & omnem alium ritum ecclesiasticum adinvenit, quem per singula explicare dies nobis potius deficeret, quam materia dicendi. In quibus immutationibus faciendis, sancta mater ecclesia pro locorum, temporum, & personarum varietate exemplum habuit a Deo, & a Christo domino. Nam licet fides confiteatur Deum esse omnipotentem, omniscientem, æternum, invariabilem, & omnimode incommutabilem, ipse tamen immutabilis & immobilis secundum exigen-

B tiam & diversitatem temporum, & varias leges dedit ut aliter homo in statu naturæ, aliter in tempore legis, & aliter in statu gratiæ salvaretur: non quod tunc esset alia fides, quam nunc, sed una & eadem, per quam omnes justi ab Abel usque ad ultimum justum Deo placuerunt, quia secundum apostolum, *una fides, unum baptisma, unus Deus omnipotens*. & ita licet semper eadem fides mansetit, ceremonias & protestationes fidei ipse Deus immobilis & invariabilis secundum varietatem temporum variavit. Ipse etiam dominus noster Iesus Christus magister & exemplum omnium actuum ecclesiæ, in assumpta humanitate suas sanctissimas

Ephes. 4.

C constitutiones, & sua præcepta, juxta qualitatem temporum pro informatione ecclesiæ immutavit. Nam ut habetur Matth. 10. Marci 3. & Lucæ 9. dominus Iesus Christus mittens suos discipulos ad prædicandum, præcepit eis ut non haberent sacculum neque peram, & similiter præcepit eis: *In viam gentium ne abieritis, in civitates Samaritanorum ne intraveritis.* Nihilo minus, mutata conditione temporum, & ipse dominus mutavit sua præcepta. Etenim instante passionis tempore, quo eum oportebat sua præsentia corporali suos relinquere discipulos, plurima exempla relaxavit. Nam Lucæ 22. ait: *Quando misi vos sine sacculo & sine pera, numquid aliquid defuit vobis?* Responderunt, *Nihil*. Tunc

D Christus dixit eis: *Nunc autem dico vobis, qui habet sacculum, tollat, similiter & peram:* & post resurrectionem suam ascensurus in cælum, quos ante passionem suam tantummodo ad Judæam miserat, mittit 10 universum mundum, dicens Marci ultimo: *Ite in mundum universum, & prædicate euangelium omni creaturæ.* & similiter Matth. ultimo ita: *Docete omnes gentes baptizantes eos*, &c. His nimirum exemplis divinis, & Christi hominis, sancta universalis ecclesia edocta, & nihilo minus a Christo & a Spiritu sancto directa, cum sciat nihil velle Deum nec Christum dominum nisi salutem nostram, & omnia præcepta, statuta, consilia, & alia ad hunc unum & solum finem ordinari, prædictas mutationes, variationes, statuta, ceremonias fecit, & statuit & ordi-

E navit. Si igitur ecclesia catholica tot & tanta, ducta & directa a Spiritu sancto fecerit, in præteritum statuerit, & ordinaverit, juste, sancte, rationabiliter & sine reprehensione, ac etiam in divinis Christi & apostolicis præceptis mutationes, & interpretationes fecerit, quis tam insanus & hebetis ingenii audebit asserere ecclesiam, ex rationabilibus & urgentibus causis, non potuisse communionem duplicis speciei mutare in communionem unius? præcipue cum nec sit de præcepto Christi, nec aliquod detrimentum incurrant non conficientes sic sumeo. Si enim immutaverunt apostoli formam baptismi, quæ dat essentiam sacramento, taliter ut si quis nunc in illa forma, qua ipsi apostoli baptizabant,

DDdd bapti-

Anno Christi 1433.

baptizaret, non esset baptismus; quanto magis potest ecclesia mutare vel tollere unam speciem, quæ se tenet ex parte materiæ, & ex qua nihil essentiæ sacramenti deperditur, nec etiam sumentis gratiæ? Si tot & tanta facta sunt tam circa hoc sacramentum quam circa alia, auctoritate ecclesiæ, mirum profecto videtur, cur etiam circa communionem & usum hujus sacramenti ecclesia non possit statuere ut sic vel sic sumatur. Et si quæratur, quæ, aut ubi, aut quo tempore, ante Constantiense concilium fuit duplicis speciei in unam auctoritate ecclesiæ facta mutatio? Respondendum est secundum Augustinum, & habetur distinctione 1. cap. 2. Ecclesiasticarum, ubi dicitur, quod ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis, quasdam vero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas, accepimus, quasdam vero consuetudine roboratas approbavit usus, quibus par ritus, & idem utriusque pietatis debetur affectus. Et infra, enumeratis plurimis, de quibus auctor & locus & tempus ignorantur, subjungit hæc & alia in hunc modum non pauca, nisi quia tacita ac mystica traditione a patribus ecclesiastico more, & reverentiori diligentia sunt in mysteriis observata magis silentio, quam publicata scripto. Cujusmodi sunt immutatio sabbati & paschalis festivitatis, crucis signatio, aquæ & salis benedictio, multorum præceptorum & ceremoniarum veteris legis immutatio: multa quoque quæ nunc in sacrificiis fiunt, ut & forma consecrationis calicis, benedictiones fontium, baptismatis & multa hujusmodi, quibus sola consuetudo universalis ecclesię auctoritatem tribuit, & sic est etiam communio unius speciei cujus immutationis & auctor & tempus & locus ignorantur, & usque ad Constantiense concilium, sola ei rationabilis consuetudo & sanctorum doctorum comprobatio auctoritatem præbuit, quam postmodum compellente adversariorum instantia, idem sacrosanctum concilium approbavit. Et ut postmodum, non ut consuetudo tantum, sed ut statutum & ordinatio ecclesiæ universalis veneraretur, ad laudem omnipotentis Dei, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Cap. 5.

Septem regulæ pro intellectu auctoritatum inductarum notandæ.

VLTIMO vero & finaliter pro facili & manuali solutione dictarum auctoritatum & aliarum quas pro se adducunt adversarii, notandæ sunt diligenter septem regulæ quæ sequuntur. Primo itaque sciendum, quod quamvis plures auctoritates sacræ scripturæ & etiam sanctorum loquantur indifferenter de communione sub utraque specie, panis scilicet, & vini, non tamen prætendunt præceptum, nec dicunt, hujusmodi communionem sub utraque specie quoad laicos esse de necessitate salutis, vel de præcepto Christi, & sic omnes hujusmodi auctoritates adducuntur per eos frivole & impertinenter, nihilque contra catholicam veritatem concludentes, cujusmodi sunt auctoritates apostoli 1. Cor. 11. quæ indifferenter loquuntur tam de sacerdotibus conficientibus, quam laicis; in quibus tamen nullum præceptum exprimitur, ut plene patuit loco suo, dum de ipsis superius ageretur in speciali. Secundo sciendum, quod auctoritates tam sacræ scripturæ, quam etiam doctorum multorum, facientes mentionem de communione sub utraque specie continentes in se præceptum vel vim habentes præcepti, ut in pluribus loquuntur, & sunt intelligendæ de sacerdotibus sacrificantibus, quorum est conficere hoc sacramentum, & sub utraque specie sumere propter perfectam significationem & repræsentationem dominicæ passionis, & mortis, spiritualis refectionis completæ, & aliorum quæ in hoc sacramento repræsentantur, non autem de communione laicorum, quorum capere & sumere est solum propter efficaciam,

Prima.

Secunda.

A & non propter repræsentationem, cujusmodi est auctoritas Christi, qui solis apostolis, quos in sacerdotes instituerat, præcepit ut hoc facerent sub utraque specie in suam commemorationem. Hoc modo etiam intelligitur caput papæ Gelasii, Comperimus: de quibus in locis suis dictum fuit superius. Tertio sciendum, quod auctoritates sanctorum, si quæ forte sunt loquentes de hujusmodi communione sub utraque specie, restringendæ sunt ad tempus illud, in quo mos ille in ecclesia servabatur. Consuetudo enim ecclesiæ quæ habuit ex causa rationabili originem, sive fuerit generalis simpliciter in tota ecclesia, sive in aliqua sui parte notabili, utpote in una natione, vel regno, sive etiam in una provincia,
B aut diœcesi, vim habet obligativam legis & præcepti, nec alicui particulari scienter licet contra eam agere, aut ipsam sua sponte præterire in loco ubi communiter observatur: unde dicit Augustinus ad Casulanum presbyterum, quod mos populi Dei & instituta majorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. Quapropter si quis Latinorum in orientali sive Gręca ecclesia contra morem ipsorum in azymo conficeret, peccaret, ut dicunt doctores communiter, & e converso si Græcus apud nos ageret in fermentato, propter diversam consuetudinem ecclesiarum. Quia igitur Christus ita sub duplici specie discipulis in
C ultima cœna ministraverat hoc sacramentum, multi sequentes hunc ritum tenuerunt, & in multis ecclesiis indistincte, quoad non sacrificantes, habitus est pro invariabili consuetudine, & pro lege; nunquam tamen hæc consuetudo ministrandi laicis sub utraque specie fuit in ecclesia omnimode generalis, quia etiam tempore apostolorum legitur Actorum 2. quod erant perseverantes fideles in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. & in fine capitis, quod erant fideles frangentes panes circa domos quotidie. quod unque de pane sacramentali doctores intelligunt, & specialiter magister historiarum in historiis scho-
D lasticis, ubi nulla mentio fit de vino aut potu, nec est verisimile quod in tanta re ab hoc ritu ecclesia tam generaliter recessisset, nisi in aliquibus aliquo exemplo præcedente deducto ex apostolis & primitiva ecclesia, etiam rationabilibus & necessariis causis concurrentibus. Auctoritates igitur loquentes sub præcepto de laicis, restringendæ sunt ad tempus, & ad ecclesias in quibus hujusmodi consuetudo pro lege habebatur, qua consuetudine cessante, cessat obligatio hujusmodi auctoritatum & veritas, quia quælibet auctoritas vera ex causa tantum; cessante causa veritatis ejus, cessat veritas & allegatio ejus, sicut ista: Christus est incarnandus, quandoque fuit vera, quia causa veritatis ipsius erat futuri temporis quod nondum advenerat, sed
E jam, futuro pro tunc tempore adveniente, & Christo nato, causa ipsius veritatis ablata est, & per consequens ipsa pro nunc remanet falsa, quia non est vera: Christus est incarnandus. Cum igitur auctoritates hujusmodi doctorum non erant veræ, nisi ex consuetudine, vim legis & præcepti habente, cessante consuetudine, eorum veritas cessabat & allegatio. Et valde diligenter est advertendum, quod nullus doctorum catholicorum per adversarios allegatorum (& ita credo de omnibus aliis loquentibus de hujusmodi communione sub utraque) dixit eam indifferenter quoad omnes esse de præcepto Christi, aut de necessitate salutis, ita quod una species non sufficiat sine alia: nec aliqua auctoritatum per adversarium adductarum dictum præceptum

Anno Christi 1433.

Tertia.

Epist. 84.

Christi

Anno Christi 1435.

Christi intendit quoquo modo aut prætendit. E contrario autem multi doctores catholici dicunt communionem divinissimæ eucharistiæ non conficientibus sufficere sub una specie, ut in superioribus diffuse ostensum est. Quarto notandum, quod auctoritates tam sacræ scripturæ quam aliorum doctorum, quæ videntur facere mentionem de sumptione hujus sacramenti sub duplici specie, quoad laicos, vel indifferenter quoad omnes, duplici modo loquuntur, vel nomina rerum assumentes, vel nomina specierum. Exemplum primi, Ioannis 6. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Caro enim & sanguis sunt res sacramenti, & ea quæ ea naturali aut reali concomitantia consequuntur ad hæc. Exemplum secundi, 1. Cor. 11. *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini,* &c. panis enim & calix qui vinum continet & pro vino accipitur, sicut sæpe continens pro contento, sunt nomina specierum hujus sacramenti. Inter has autem locutiones diligens lector hanc differentiam attendat, quoniam in auctoritate quæ est ex terminis specierum, nunquam aut raro inveniet notam præcepti aut terminum vim præcepti habentem, per quam possit deprehendi, quod hujusmodi sumptio specierum cadat & obliget ad præceptum, ad ostendendum quod hujusmodi sumptio sub utraque specie non est de necessitate salutis, & per consequens de præcepto dominico. Quod si forte in aliqua auctoritate doctoris alicujus repertum fuerit, ad præcedentem immediate regulam recurrendum est, vel saltem ad eam quæ in loco ultimo adducetur, quæ est finalis resolutio omnium. In auctoritate vero quæ constat ex terminis rerum, sæpe, imo sæpissime reperitur præceptum, vel in propriis terminis, vel in æquivalentibus, sicut patet in primo exemplo, *Nisi manducaveritis,* &c. si tamen de sacramentali manducatione dicta auctoritas intelligatur, ad declarandum quod ex præcepto divino tenetur quilibet fidelis Christianus rem utramque hujus sacramenti sumere, sive spiritualiter, sive etiam realiter, secundum quod in sacramento continetur: & cum utraque res vere & integre sub qualibet specierum contineatur, perfecto adimplet præceptum quicumque sub utraque vel sub una accipit specie, quia præceptum rem, non speciem determinat. Et per hanc advertentiam multæ auctoritates & rationes adversariorum evanescunt, imo ipsorum totale & principale fundamentum, scilicet. *Nisi manducaveritis,* &c. penitus enervatur.

Quinta. Quinto sciendum, quod in auctoritatibus sacræ scripturæ & sanctorum per manducationem corporis, & bibitionem sanguinis, intelligitur in generali sumptio utriusque, quod utique ita vere & integre fit sub una sola specie, sicut sub utraque, cum sub qualibet ipsarum per se sumpta, totus & integer Christus contineatur, ut declaratum est. Et etiamsi ad proprietatem locutionis attendamus, non proprie sanguis in calice bibitur, sed sola vini species, cum sub specie vini eumdem modum sanguis Christi habeat existendi, quem habet omnimode sub specie panis. Etenim sicut sub specie panis sanguis habet esse intra corpus Christi, & intra venas ipsius inclusus, sic per omnia & sub specie vini, quia non est effusus extra corpus, aut a corpore divisus, sicut per species designatur, in memoriam dominicæ passionis. Sæpe itaque scripturæ & doctores sancti loquentes de hoc sacramento, etiam secundum quod sub una specie continetur, utuntur manducationis & bibitionis terminis pro sumptione, ad significandum fidelibus, quod sub una sola specie panis sumant corpus & sanguinem Christi verum vere & realiter, & non aliter sub ambabus, quam sub una earum, nec magis efficaciter.

Sexta. Sexto etiam intelligendum, quod multæ auctoritates facientes mentionem de communione laicali sub utraque specie, potius spiritualiter intelligendæ sunt, quam sacramentaliter, ut de multis patuit. Quando enim sacerdotes in altari in conspectu populi conficiunt sub duplici specie, & similiter sumunt in memoriam dominicæ passionis, tunc populus assistens fide & devotione manducat & bibit & corpus & sanguinem domini spiritualiter in sinceritate fidei, per recogitationes bonas & sanctas meditationes, masticando & hauriendo ore cordis, & se Christo uniendo per affectum amoris. Hunc modum actualis manducationis spiritualis, qui tertius fuit superius assignatus, tangit Augustinus: Ut quid paras ventrem & dentes? Crede & manducasti. Multæ auctoritates intelligunt de modo spiritualis manducationis superius similiter tacto, secundum quem modum illam auctoritatem, *Nisi manducaveritis carnem,* &c. exponit Augustinus, ut clare ostensum est loco suo.

Supra in suppositione tertia manducatione spirituali.

Septima. Septimo & ultimo notandum, quod nulla auctoritas cujuscumque sancti aut doctoris habet efficaciam ad aliquid probandum aut concludendum authentice in aliqua materia fidem aut salutem animarum concernente, nisi in quantum doctrinæ ecclesiasticæ congrueret, aut ab ecclesia approbaretur: ubi autem contrariú & dissonum haberet aliquid, totum ut falsum repudiatur & inutile, & hoc ideo, quia non doctrinæ doctorú ecclesia subjicitur, sed e converso doctrina ipsorum ecclesiæ tamquam indeficienti regulæ, quæ errare non potest, ut clarissime monstratum est in capitulo hujusmodi materiam declarante. Unde & Augustinus contra epistolam Fundamenti: Non solum doctrinæ doctorum, sed etiam ipsi evangelio præfertur ecclesia: evangelio non crederem, inquit, nisi me ecclesiæ auctoritas cómoveret. Etenim cum plura reperiantur scripta evangelia, quam quatuor, ut puta Andreæ, Thomæ, & multorum aliorum, illa nihilo minus obtinuerunt auctoritatem, quæ ipsa ecclesia approbavit, & illa reprobata sunt, quæ ipsa reprobavit. quare & omnes doctores ecclesiæ suas doctrinas merito ecclesiæ judicio submiserunt, & submittunt quotidie. Sic & Paulus ad Galatas 2. non obstante quod evangelium suum a Christi revelatione habuisset, tamen ut authenticaretur, ascendit cum Barnaba Hierusalem, ubi pro tunc ecclesia principaliter residebat, & contulit cum illis, scilicet apostolis, & aliis in quibus ecclesia consistebat, & seorsum cum illis, qui videbantur esse aliquid, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Cum igitur ecclesiæ consuetudo obtinuerit generaliter a multis retro temporibus, ut non sacrificantes sub una specie communicent, fueritque dicta consuetudo per generalia concilia approbata & declarata, non esse contra divinam voluntatem aut Christi præceptum, manifestum est, omnem auctoritatem cujuscumque doctoris, quantumcumque sancti, aut ingenio & sapientia præditi, contra hanc consuetudinem & statutum ecclesiæ nihil posse concludere. quapropter si adduceretur aliqua auctoritas, cui per aliquam prædictarum regularum non posset satisfieri ad plenum, maxime propter proterviam adversantis, respondens fidelis catholicus ad hanc ultimam regulam; tamquam ad portum tutissimum, confugiat, quia unico hoc ecclesiæ Sole, ut ait Hieronymus in disputatione contra Luciferianos, omnium adversariorum argumentationum rivulos facile poterit desiccare. Ad laudem omnipotentis Dei, & exaltationem fidei catholicæ.

Anno Christi 1433.

Et hic finis est positionis & responsionis magistri Ioannis de Ragusio sanctæ theologiæ professoris, ordinis fratrum prædicatorum, facta in sacro generali Basileensi concilio, ad dicta magistri Ioannis de Rockizano Bohemi, in articulo communionis sub utraque specie, anno domini MCCCCXXXIII.

ÆGIDII CARLERII DECANI ECCLESIÆ CAMERACENSIS ORATIO,

QUA RESPONDIT PER DIES QUAtuor in concilio Basileensi ad articulum secundum Bohemorum, de corrigendis peccatis publicis, quem proposuit per biduum Nicolaus Taborita.

AUDISTIS reverendissimi patres, illustrissime princeps, celeberrimi, inclyti & doctissimi viri, venerabilesque oratores regni Bohemiæ, profundam, præcelsam & veram positionem de communione divinissimæ eucharistiæ, per quam ostensum est, non esse de necessitate salutis, nec præceptum a Christo salvatore quoscumque non conficientes sanctam communionem accipere sub utraque specie, scilicet panis & vini. Iam precor patientes aures commodate, facite quietum silentium, ut dum sermo, qui ut spero, de regalibus sedibus venit, in hoc divino cœtu libere currat, nullus subtilia speret ab ore dicentis; neque subest ingenium, neque hoc patitur materia. Debet, si philosophorum dicta memini, sermo rei esse subjectus, non res sermoni. Unde cum de punitione peccatorum futura sit oratio, in ea ut in moralibus, typice & figuraliter procedendum est. Cum manus ad opus ponere tentavi, quorsum oculos, quorsum articulos digitorum scribentium, quorsum denique animum volverem pavidus nesciebam. Obtulit se lata materia, & angustus erat locus ingenii, sparsa valde, & colligendi virtus non erat. Quodque cum necessitatem rei intelligerem, quod in ea pendeat salus orbis, & signanter catholicæ ecclesiæ, ultra quam credi potest, *timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ*. Propter quod postulavi a domino, ut oriretur mihi sol veritatis, ut pergerem ad opus meum, & ad operationem meam usque ad vesperam, id est finem hujus actus, & dixi: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua*, psalmo 118. Non miretur aliquis, quod revelationem peto oculorum: pro regendo uno populo rex Salomon sapientiam poposcit, ut sciret introitum & exitum suum. Et ego vermis & cinis pro reparatione populi universi lumen sapientiæ non quæram? Ille de populi circumcisi regimine actorus erat, nec in viribus suis fuit confisus; & ego pro salute Christianorum, pro quibus dominus noster Iesus Christus sanguinem suum fudit, pro pace & unitate laborem assumens, ut qui conjunxit duos parietes Iudæorum & Gentilium, in uno angulari lapide Christo Iesu, jungat & nos in vinculo Spiritus & caritatis. Sperabo in virtute mea? magna certe mihi cura est vos & hoc famosum atque inclytum regnum Bohemiæ, Galliæ meæ regioni olim amicum, conciliare & sociare in fœdere sempiternæ pacis, & ut unanimes de cetero habitemus in domo domini, unde ipsos dilectos propter Deum venerandos nuntios Bohemorũ oratores velim, ut si aliter sapiam quoad aliqua, quam ipsi in articulo de punitione publicorum peccatorum, non moveantur eorum resides animi: neque enim ad rosas venitur nisi per medium spinarum, nec mel quis reperiet, nisi se ingesserit exercitui apum, neque in difficilibus nisi post disputationem veritas lucebit. Si in hoc non sit modicus labor, non erit tenuis gloria. Aperui oculos mentis. Peto patres dignissimi, quoniam visio mihi ostensa est, & eam non plene intelligo, calamitatem ecclesiæ mente revolvens, cum super eam plorarem planctu magno, ut alter Ieremias, vidi ollam succensam & faciem ejus a facie Aquilonis. Et quoniam intelligentia opus est in tali visione, dixi Deo: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Dicam tamen ut intelligo, quænam sit hæc olla, quæ succensio, quæ facies contra faciem Aquilonis. Olla ista hujus sacrosanctæ synodi, nec non & horum venerabilium oratorum Bohemiæ cogitatio est, in qua ut in olla, concepta & avisata reponuntur. Siquidem intellectus possibilis est omnia fieri, ut agens omnia facere: succensio, ardor & zelus est; facies, quæ anterior pars est capitis, intentio non incongrue accipitur. Aquilo regio frigida & sicca, a qua, ut Ieremias propheta testatur, panditur omne malum & peccata. Carent enim calore gratiæ, & humore pietatis. Cogitatio itaque hujus sacri concilii & præsentium venerabilium oratorum Bohemiæ succẽditur, & hujus cogitationis intentio versa est contra peccata. Igitur peccata in olla cogitationum vestrarum, patres eximii, & viri venerabiles, profecto comburuntur; quoniã adversus ea zelus affectuum vestrorum commotus est. Sed quemadmodum ignis in aliena materia urit & crepitat, ita quamdiu in peccata zelus accenditur, turbidus est & inquietus. Et sicut ignis in propria materia jam non ignis, carbo, aut ignis flamma, sed ignis lux est non urens, sed lucens, non agitata, sed quieta: ita cum zelus exustis peccatis in meditatione permanet, lucidus est, non urit, non laborat, sed tamen in ardore crescit, de quo Propheta psalmo 38. *In meditatione mea exardescet ignis.* Quis vero succensor & ollæ faber est qui sufflavit sub ea prunas? ipse est venerabilis proponens articulum de punitione peccatorum, prunas rationum suarum & auctoritatum cum retulit, sufflavit, quem creans dominus ad vos misit, ut ollam ardentem amplius succenderet. De quo Isaiæ ait 54. capite: *Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum*, adeo dilectus meus faber exsufflavit, & prunas succendit, ut olla ipsa pene resoluta liquesceat. Sed sicut cum videt operarius flammam excrescere, ut vas proferat in opus suum, aquam mittit in ignem, neque tamen succendere desinit, ita cum zelum venerabilis proponentis admodum vehementem viderem ad combustionẽ vitiorum, timens cum vitiis etiam ipsius ollæ ustionem, aquam moderationis hujus ignei zeli ut alter faber mittere curavi. Videram equidem quoniam flãma ultra fornacem effundebatur cubitis multis, & succenderat eam valde, unde ego intelligens omnem excessum periculosum, immo utile in vita esse, Ne quid nimis, præterea quod male ministrat omnia impetus, furens officio, differenti ministerio, præparavi antidotum, aquam ad ignem attuli, ut aliquid ex ambobus nobis medium fieret; medium enim amat dominus: stat medius venientium ad baptismum: Iesus in medio doctorum est: in medio duorum aut trium congregatorum in nomine suo, in medio discipulorum suorum, dum dixit, *pax vobis*. Non est ergo pax nisi in medio. Igitur extremitatem venerandi proponentis ad medium tentabo reducere, ut ad pacem veniamus, tunc in camino ignis erit, ut in propria materia, dum purgatis vitiorum rubiginibus & combustis, ignis cælestium desideriorum ardebit suaviter, hunc dominus suscitat, hunc dominus agitat, hunc succendit, de quo ipse loquitur Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram, & quia volo nisi ut ardeat:* ideo ignem misit in terram quoniam juxta verba legis, Deus ignis cõsumens est,

Deus

Psalm. 54. — 3. Reg. 3. — Ierem. 1. — Psal. 118. — Ierem. 1. — Deut. 4.

ANNO CHRISTI 1433

Deus æmulator qui in rubo ardenti apparuit, qui ductor fuit populi in columna ignis per noctem: tunc impletum est verbum evangelici prophetæ Isaiæ 10. *Erit lumen Israel in igne, & sanctus in flamma ignis.* luceat ignis iste obsecro domine in corde meo, ut revelentur oculi mei, & considerem mirabilia de lege tua, ardeat ad consumptionem peccatorum, ut verba ignea proferam, & sit sermo meus ut facula ardens, ut illo ollam cordis per venerabilem proponentem supra modum, quantum in se fuit, succensam, nec fervere faciam, nec exstinguam, sed aspersio aquæ moderationis, fervorem cordium in correctione temperet, & ignitum eloquium frigida commoveat, quatenus reformatione sanctæ ecclesiæ ad Dei laudem peracta, zelus domus Dei ultra non crepitet, nec prunas denuo sufflare necesse habeamus in præsenti, sed luceant fidelibus quasi luminaria in firmamento, & tandem in lumine fortis sanctorum fulgeant ut stellæ in perpetuas æternitates, præstante domino Iesu Christo, qui est lucerna ejus, qui cum Patre & Spiritu sancto est Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

AD declarationem veritatis materiæ secundi articuli, qui est de punitione peccatorum, nuper pro parte venerabilium oratorum inclyti regni Bohemiæ propositi venturus, & veritatem juxta vires ostensurus, unam protestationem, unamque supplicationem ut componerem, ratio judicavit. Protestor, quod jam dicenda submitto correctioni, & emendationi hujus sacræ synodi Basileensis, affirmans quod affirmandum dictabit, negans quod negabit, a sua confessione nullatenus, quamdiu vixero, discessurus. Supplico cum omni reverentia, ut dicenda universi cum omni mansuetudine suscipiant, scientes quod neque animo turgido vel indignanti, neque temerario proposito, sed in spiritu lenitatis, & in visceribus caritatis zelus domus Dei hanc sarcinam me suscipere coegit.

Audistis, patres reverendissimi, inclyti domini, ac viri percelebres, prolatum articulum sub hac forma: Peccata mortalia publica, & quantum rationabiliter fieri potest, privata, aliæque deordinationes legi Dei contrariæ, in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorumdem, debite juxta dictamen divinæ legis per Christi fideles tam spirituales, quam sæculares, prout congruit utrisque, sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda. Deducendo enim proponens propter Christum dilectus, multa inseruit, scilicet, de potestate legis humanæ, per quos, & quando peccata publica & secreta, quantum fieri potest, sint corripienda, de peccatis prælatorum & sacerdotum, de indulgentiis, absolutionibus, & consecrationibus, de peregrinationibus, & venerationibus reliquiarum, & excessibus circa illas, de pluribus sceleribus aliis intrinsecus & extrinsecus contingentibus sacerdotes ipsos & alios fideles. Materiam igitur hanc latam & spatiosam ad tria puncta breviabo. Primus erit de punitione peccatorum publicorum, de veritate tenenda circa unam specialem materiam huic proposito aliqualiter attinentem. Secundus pertractabit, per quos fieri debeat peccatorum publicorum punitio. Tertius satisfaciet pro posse rationibus per proponentem inductis, & erit de aliquibus incidenter per eum expositis, & excessibus narratis, cum indictione, ut circa hæc fiat debita per reformationem provisio.

Articulus Hussitarum.

Divisio totius tractatus.

Quantum ad primum de punitione peccatorum privatorum, non est magna difficultas, maxime ut in articulo proponitur, quia dicitur: Et quantum rationabiliter fieri potest privata. tamen de illis ali-

A quid dicetur in prosecutione materiæ de punitione peccatorum publicorum. Notandum ergo quod peccatum mortale multas habet descriptiones, non enim habet definitionem dicentem quid est. Nam multa sunt entia non habentia quidditatem vel essentiam, ut sunt privationes & negationes, & sic descriptiones peccati mortalis sunt sermones majoris declarationis. Ita dantur a beato Augustino quatuor descriptiones peccati mortalis. Primum, peccatum mortale est, dictum, factum vel concupitum contra legem Dei. Secundum, peccatum est, voluntas retinendi vel consequendi quod justitia vetat, hoc dicitur libro de duabus animabus. Tertium, peccatum est, neglectis rebus æternis temporalia sectari. hoc dicit de libero arbitrio. Quartum, pecca-
B tum est, uti fruendis, & frui utendis, libro 83. quæst. Ambrosius sic peccatum diffinit: Peccatum est prævaricatio legis divinæ, & cælestium inobedientia mandatorum. Anselmus, peccatum est carentia debitæ justitiæ ea propria voluntate procedens. Quoniam vero formale peccati est defectus a rectitudine: rectitudo autem per essentiam est lex æterna participata in recta ratione: Forma peccati est exorbitatio a lege Dei, aut recta ratione; & hic recessus a rectitudine debita, ponitur in omnibus descriptionibus Augustini. Est verum quod etiam ponitur materiale peccati scilicet actus. Itaque omnes descriptiones peccati ab Augustino datæ complectuntur materiale & formale. Descriptio Ambrosii dicit so-
C lum formam & causam deficientem, ex quo illud formale procedit, cum dicit, a voluntate procedens, a voluntate scilicet non efficiente, sed deficiente, cujus defectus est causa carentiæ rectitudinis debitæ inesse actui, qui dicitur culpa aut peccatum. Hæc dicta sunt, quia quid nominis est principium doctrinæ. Inter ceteras descriptiones, illa quæ est Ambrosii, videtur bene propria, quia formalis, & illam accepit proponens articulum.

Primum notabile.

Contra Faustum Manichæum li. 22. c. 27. De duabus animabus cap. 11. De libero arbi. c. 16. Li. 83. quæstionum, quæst. 30. Ambr. de parad. c. 8. Anselm. de peccat. orig. c. 4. Cur Deus homo. lib. 1. cap. 9.

Secundo notandum, quod peccatum dicitur publicum, quod habet facti evidentiam, quod probabiliter negari non potest. Privatum vero, quod caret tali evidentia facti, quemadmodum dixit pro-
D ponens.

Tertio notandum, ad tollendum æquivocationem in sequentibus quadruplex est judicium. Quoddam est discussionis, aliud est condemnationis vel generaliter diffinitionis, secundum quod est actus justitiæ. Aliud comparationis, aliud assessionis. De judicio discussivis seu discretionis ostendens apostolus, quomodo homo debet seipsum probare, ait: *Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.* De judicio comparationis, quo aliqui judicati dicuntur, quia respectu aliorum aliqui judicantur, ut loquitur Alexander de Ales in 3. scribitur Matthæi 12. *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœniten-
E tiam egerunt in prædicatione Ionæ; & ecce plus quam Ionas hic. Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ videre sapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic.* de judicio assessionis Matthæi 19. *Iudicantes 12. tribus Israel,* Et ista distinctio utilis erit ad propositum in sequentibus de consideratione peccati secundum se, & in comparatione ad subjectum, non est inutilis distinctio, ut in sequentibus cohibitio ad peccatum in se referatur, correctio autem, punitio & propulsio, ad peccatum in subjecto, id est, ad peccantem.

1. Cor. 11.

Par. 3 q. 25. art. 1.

Quarto notandum, quod duplex correctio: quædam est actus justitiæ pro cohibitione pœnæ, alia est caritatis ad conservationem conscientiæ, & hoc ite-

 rum

Anno Christi 1433.

rum ad tollendam æquivocationem in tollendis non erit impertinens. Nam sæpe propter identitatem nominis convolat quis de una in aliam. Exordiendo igitur ab origine legum, sit hæc propositio 1. Ponenda est lex æterna in summo omnium principe. cum enim mundus divina providentia regatur, necesse est in gubernante esse dictamen practicum omnium ab eo directorum, in quantum a ratione practica artis increatæ processit, ut sic sua providentia in ipsum ut finem ultimum reducatur. De qua dicit beatus Augustinus in libro de libero arbitrio: Lex quæ summa ratio nominatur, non potest cuiquam intelligenti nisi incommutabilis æternaque videri. Et idem de vera religione dicit: Menti nostræ concessum est videre legem veritatis immutabilem, sed omne immutabile dicitur æternum: ponenda est ergo lex æterna. ab hac derivatur in nobis lex naturæ, velut quædam participatio ejus, per quam inclinamur ad proprios actus, ad finem vitæ humanæ, de qua super illo ad Romanos 2. *Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, hujusmodi legem non habentes sibi ipsis sunt lex.* dicit glossa: Etsi non habent legem scriptam, habent tamen legem naturalem, qua quisquis intelligit & sibi conscius est, quid bonum, quid malum. Hæc est impressio de qua Propheta in psalmo quarto: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* De hac etiam dicit Augustinus in libro 83. ex ineffabili atque sublimi rerum administratione, quæ fit per divinam providentiam, quasi transcripta est lex naturalis in animam rationalem.

Propositio prima. — Aug. de libero arbitrio cap. 6. — Aug. de vera relig. c. 30. tom. 1. — Rom. 2. Gloss. ord in c. 2. ad Rom.

Secunda propositio. Vltra legem æternam & legem naturalem oportet ponere legem humanam, humana enim ratio non potest participare ad plenum dictamen rationis divinæ, sed suo modo & imperfecte ac secundum obscuram resonantiam, ut loquitur Albertus Magnus. Ideo sicut ex parte rationis speculativæ per naturalem participationem divinæ sapientiæ inest nobis aliquorum communium principiorum cognitio, non autem cujuslibet veritatis, sicut in divina sapientia continetur; sic etiam ex parte rationis practicæ naturaliter homo participat legem æternam secundum quædam principia communia, non autem secundum particulares directiones singulorum, quæ in æterna lege continentur. Vnde necesse est quod ratio humana procedat ad particulares quasdam legum sanctiones. Et hæ dicuntur lex humana. sic dixere quidam, quod initium juris est a natura profectum, deinde quædam in consuetudinem, ex utilitate rationis, venerunt; postea res a natura profectas, a consuetudine probatas legum metus & religio sanxit. Igitur prima ratio necessitatis legis humanæ sumitur ex imperfectione rationis nostræ, quæ de singulis agendis non potest judicium ferre ex solis principiis practicis legis naturæ. Et illam tangit S. Thomas 1. 2. quæst. 91. art. 3. in corpore. Præterea etsi vi refulgentiæ legis æternæ in nobis, & super vultus rationalis creaturæ infusi radii divini luminis, quædam naturalis inclinatio sit in nobis ad virtutes, perfectio tamen est per aliquam disciplinam, quæ perfectio præcipue consistit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus, ad quas proni sunt homines, maxime juvenes. Ideo necesse est hanc disciplinam haberi ab alio. Et quidem in bene dispositis ad virtutes ex bona dispositione naturæ, vel consuetudine, vel divino munere, sufficit disciplina paterna, quæ est per monitiones: in pronis vero ad vitia, qui verbis non facile moventur, necessaria est disciplina coactiva per vim aut metum, ut saltem sic male facere desistant, denique ceteris vitam quietam, & tandem mediante consuetudine, ad hoc perducantur, ut voluntarie faciant, quod a principio metu impleverunt. Talis vero disciplina est disciplina legum. Hæc ratio tangitur a B. Thoma 1. 2. quæst. 95. artic. 1. in corpore. Hæ duæ viæ differunt, quia una sumitur penes cognitionem, alia penes actionem. Ex prima ratione sequitur, quod multa præcepta legis humanæ derivantur ex præcepto legis naturalis, & communiter per modum determinationis communium principiorum; sicut ex illo principio legis naturæ: Qui male facit est puniendus; derivatur præceptum, quod tali vel tali pœna est puniendus. Aliqua etiam derivantur ex præceptis legis naturæ per modum conclusionum ex principiis, ut ex illo legis naturæ: Nullum malum est faciendum; derivatur illud præceptum legis humanæ, Non est occidendum, scilicet propria auctoritate. Et ea quæ derivantur per modum conclusionum ex præceptis legis naturæ, sicut ex principiis, vigorem habent, non solum quia lege sunt posita, sed etiam ex lege naturæ. Quæ vero derivantur per modum determinationis, cum non sint inclusa in illis, ut sunt conclusiones in principiis, habent ex sola lege humana vigorem. Hæc in summa habentur a Thoma 1. 2. quæst. 95. art. 2. in corpore. Et infra, quæstione 99 art. 3. & 4. ostendit, quod lex divina ordinet hominem ad Deum, & ad hominem, & quod utrumque in communi pertineat ad dictamen legis naturæ, ad quod pertinet præcepta moralia determinare. Determinatio in his quæ ordinant homines ad Deum, facta est in lege veteri per ceremonialia. Determinatio vero in his quæ ordinant homines adinvicem, facta est in lege ipsa per judicialia. Et hujus determinationis ceremonialium & judicialium necessitas fuit, quia universalia non movent sufficienter ad opus: unde ex hoc præcepto: Deus est adorandus, sine particulari pius & religiosus affectus nesciebat exire in opus, sed aut, ut inspirabatur unicuique, ut factum est ante legem datam, aut expost per ceremonialia fuit determinatum, sic adoratum est, sic sacrificatum est tunc: ideo etiam ex præceptis: *Non furtum facies, Non mœchaberis*, & sic de aliis, qua sunt legis naturæ & moralia, si non fuisset determinatum postea, qua pœna fur, aut mœchus, aut homicida, & sic de aliis, puniendus erat, judex non nisi proprio arbitrio pœnam scivisset infligere; ideo ut debitus ordo hominum adinvicem & pacis ordo servaretur, oportuit judicialia præcepta superaddere moralibus. Videns exemplum quantum ad illud de observatione sabbati, quod in generali, quantum ad actum colendi, morale est, quoniam Moyses non habens qua pœna puniendus erat, qui ligna collegerat in sabbato, dominum consuluit. Et iterum Iosue super furto* Achior, quod non simplex furtum videbatur, sed furtum de anathemate Iericho, responsum petiit a domino. Quoniam vero ceremonialia legis veteris sunt mortua & mortifera, & judicialia ejusdem mortua, necesse fuit sub lege gratiæ esse leges humanas, quæ præcepta moralia legis divinæ & naturalis per derivationem ab illa determinarent. Alioqui judex humo sæpe nesciret furem, homicidam, adulterum qua pœna puniret, sicut sciens quod currendum est, sed nesciens quo cursum dirigeret, nunquam inchoaret. Hæc ideo posita sunt, ut non despiciantur leges humanæ, sed omnino teneantur necessariæ, quæ tantum bonæ sunt, in quantum divinæ legis rectitudinem & justitiam imitantur.

Propositio secunda. — S. Thom 1. 2. q. 91. art. 3. in corp. — Anno Christi 1433. — Num 15. — Iosue. — * Achan

Tertia propositio. Quamvis omnia peccata mortalia, & maxime publica, sint a quolibet fideli detestanda, non tamen omnia possunt puniri lege humana. Primam partem conclusionis suppono: alteram probo

Propositio tertia.

Anno Christi 1431.

probo sic: Isidorus 5. Etymologici cap. 21. dicit, quod lex debet esse honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco, temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo privato commodo, sed pro communi utilitate civium conscripta. Ex hoc ergo quod lex debet esse possibilis secundum naturam & consuetudinem patriæ, & ex hoc quod pro communi omnium fertur utilitate, deducitur conclusio sic: Lex ponenda est hominibus secundum eorum conditionem, ergo secundum diversos hominum mores, diversæ leges sunt ferendæ, imo secundum varietatem temporum sunt mutandæ. Cum igitur non sit eadem conditio perfectorum & imperfectorum, & aliqua sint possibilia perfectis, quæ non imperfectis; legislator, qui multitudini præest, cui & fert legem, in qua communiter major pars est imperfectorum, cujus intentio est cives facere bonos, possibilia multitudini debet præcipere, alioquin faceret eos deteriores, cum transgrederentur perfectionis præcepta. Ille ergo prohibet a quibus possibile est facilitet multitudinem abstinere, & quæ vertuntur in nocumentum communitatis. Alia vero, quæ non sunt hujusmodi, tolerat, & permittit. Hæc ex Thoma 1. 2. quæstione 95. articulo 3. in corpore. Si vero multitudini, in qua major pars regulariter est imperfectorum, difficilia præciperet, & leviora aut minus gravia prohiberet, quia nimis vellet emungere, eliceret sanguinem rebellionis & contemptus, aut turbationis pacis. Quod si vinum novum, id est, præcepta perfectæ vitæ, mittatur in utres veteres, id est, in homines imperfectos, utres rumpuntur, & vinum effunditur, id est, præcepta contemnuntur, & homines ex contemptu ad pejora mala prorumpunt. Hæc ex sancto doctore accipiuntur. Unde furta, homicidia, adulteria, &c. quæ conturbant politiam, & a quibus multitudo faciliter abstinere potest, humana & civilis lex prohibet. simplicem autem fornicationem, aut simplex meretricium, si fiat vis in verbo, licet sit peccatum mortale, & divinæ majestatis offensivum, tolerat. Nam per ipsum non turbatur politia, nec plebium multitudinem lusibus, deliciis, & voluptatibus deditam facile est abstinere. Dicit enim Hieronymus in epistola ad Oceanum: Venter mero æstuans cito despumat in libidines, & quidam Proximus, ait, a Libero patre intemperantiæ gradus est. Imo punitio pœnalis hujus peccati occasionem daret majoribus criminibus, & pareret in politia grave scandalum. Item Augustinus de hoc peccato loquens, lib. de ordine, ut Thomas refert, ait: Aufer meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus. Item de tolerantia Judæorum scriptum est psalm. 58. *Dominus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos.* & tamen sunt mali, igitur, &c. De hac vero tolerantia sic dixit Thomas 2. 2. quæstione 10. articulo 11. in corpore: Humanum regimen derivatur a divino, & ipsum debet imitari. Deus autem quamvis sit omnipotens & summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in universo, quæ prohibere posset, ne eis sublatis, majora bona tollerentur, vel etiam pejora mala sequerentur, sic ergo in regimine humano illi qui præsunt recte aliqua mala tolerant, ne aliqua bona tollantur, vel etiam ne aliqua pejora mala incurrantur. Allegat ibi Augustinum lib. de ordine dicentem: Aufer meretrices, &c. ut supra: sic ergo infideles tolerari possunt, quamvis peccent, propter aliud bonum quod ex eis provenit, vel propter aliquod malum quod vitatur. Ex hoc autem quod Judæi ritus suos observant, in quibus olim præfigurabatur

Prov. 30.
Matth. 9.
1. 2. q. 96. art. 2. ad 2.

A fidei veritas, quam tenemus, hoc bonum provenit, quod testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi figura nobis repræsentatur quod credimus, & idem in suis ritibus toleratur. Aliorum vero infidelium ritus qui nihil veritatis aut utilitatis afferunt, non sunt aliqualiter tolerandi, nisi forte ad aliquod malum vitandum, scilicet, ad vitandum scandalum, vel dissidium, quod ex hoc posset provenire, vel impedimentum salutis eorum qui sic tolerati convertuntur paulatim ad fidem: propter hoc enim etiam hæreticorum & Paganorum ritus aliquando ecclesia toleravit, quando erat magna infidelium multitudo. Hæc ille. Item Gregorius dicit de Judæis, & habetur in decreto, dist. 45. cap. Qui B omnes festivitates suas, sicut hactenus ipsi & patres ipsorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant observandi celebrandique licentiam. Item Augustinus primo de libero arbitrio dixit: Lex humana non potest omnia quæ male fiunt punire, vel prohibere, quia dum auferri vellet omnia mala, tollerentur etiam plura bona, & impediretur utilitas communis: propterea idem eodem lib. ait: Ista lex quæ regendis civitatibus fertur, multa concedit atque impunita relinquit, quæ per divinam providentiam vindicantur: neque enim quia non omnia facit, ideo quæ facit improbanda sunt. verum, si non omnia mala publica possit pœnaliter punire, tamen prohibet omnia, & punit quæ vergunt in aliorum nocumentum in politia. Nam Augusti-C nus, ut Alexander recitat in suo 3. ponit in lib. de decem chord. differentiam inter flagitiosos & facinorosos, & dicit, quod flagitiosi sunt qui peccant in alios, eis nocendo. Et contra tales qui nocent proximis, datæ sunt leges, ut cito de medio rapiantur, uti scilicet sint velut membra putrida in corpore societatis humanæ. Et ideo a societate sunt abscindendi. Propterea sic dicit Isidorus 5. lib. etymologici. Factæ sunt leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Cogit interdum lex humana nonnullos legem evangelicam observare, secundum D quod dicitur Lucæ 14. *Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Et hoc testatur B. Augustinus ad Vincentium Donatistam, dicens: Hæc autem primitus sententia mea erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum: verbo enim agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus quos apertos hæreticos noveramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur civitas mea, quæ cum tota esset in parte Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperialium conversa est, quam nunc videmus ita hujus vestræ animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Et commemoratis aliis pluribus, E subjungit: His omnibus terror legum, quibus promulgandis reges serviunt Deo in timore, ita profuit ut nunc alii dicant: Iam hoc volebamus, sed Deo gratias, qui nobis occasionem præbuit, & dilationum morulas amputavit. Alii dicant: Hoc esse verum jam sciebamus, sed nescio qua consuetudine tenebamur: Deo gratias, qui vincula nostra disrupit, & nos ad pacis vincula transtulit. Alii dicant: Nesciebamus hic esse veritatem, nec eam discere volebamus, sed nos ad eam cognoscendam metus fecit esse intentos, quo timuimus, ne forte sine ullis terum æternarum lucris, damno rerum temporalium feriremur: gratias domino, qui negligentiam nostram stimulo terroris excussit. Alii dicant: Nos fal-

sis

Anno Christi 1431.
Lib. 11 ep. 15. cap. 3. Sinc. ra.
Lib. 1. c. 5.
Cap. 10.
Isidorus lib. cap. 20.
Augustinus cap. 48.

ANNO CHRISTI 1433.

fis tumotibus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus nisi intraremus, nec intraremus, nisi cogeremur: gratias Deo, qui trepidationem nostram flagello abstulit, e apertos docuit, quam vana & inania de ecclesia sua mendaa fama jactaverit. Alii dicant: Putabamus quidem nihil interesse, ubi fidem Christi teneremus: sed gratias Deo, qui nos a divisione collegit, & hoc uni Deo congruere, ut in unitate colatur, ostendit. Serviant ergo reges terræ Christo, leges edendo pro Christo. Hæc Augustinus. Ex quo sequitur, quod illa mala quæ lex humana permittit ad vitandum majus malum, & maxime illa quæ sunt circa delectationes tactus, gustus & olfactus, sicut est simplex fornicatio, & magis proprie loquendo, simplex meretricium, tenetur pro posse B restringere, puta quantum ad locum, ut meretrices non sint in loco honesto civitatis, sed in loco quasi sterquilinii, ubi sunt purgamenta civitatis. Nec sint in locis privatis, ne inverecundius peccetur, sed in loco publico. Et melius videtur fortasse, ut in suburbiis civitatum. Quantum ad progressum, nec currere permittantur per vicos & plateas civitatis, non tabernas aut comessationes cum viris frequentare. Quantum ad ornatum, ne preciosis utantur vestimentis, ne auro vel argento capita fulgeant, non intortis crinibus, non in extrinseca capillatura videantur ab hominibus, non tunicæ manicas ad terram habeant, non redimicula mitræ, ne, ut quidam loquitur, videantur Idææ Berecynthiæ matris. Sicque per C legem humanam civilem fieri debet, ut non sicut licitum, hæc pestis maneat in urbibus, sed tamquam malum, licet minus, ad vitandū majora; ita ut quantum possibile est, insolentia reprimatur, nec in loco permittantur meretrices manere ad quem pateat aliunde licitus accessus. Propellantur ergo omnino a domibus mechanicorum, stufarum, & locis balnearibus, ne sub prætextu alicujus liciti peccetur licentius: quinimo nec permittantur simili habitu uti, ut honestæ mulieres. Tenetur insuper lex civilis delectationes gustus temperare pro posse, scilicet ne tabernas viri scurriliter, & sic ingurgitando frequentent, nec illuc taxillarii aut alii accedant: nec pateat illic feminæ suspectæ accessus. Ne tabernarii vina sophisticent: ne ad eos accedentibus falsa offerant D irritamenta malorum. Et generaliter posset prohibere humana lex, & punire omnia peccata mortalia publica, a quibus facile est multitudinem abstinere, tribus concurrentibus, scilicet jurisdictione, conjunctione & pace salva, de quibus dicetur infra. Alia tolerat & permittit propter quid bonus legislator, ut ædificatores in Lesbia insula. Est enim Lesbia insula, in qua regula plumbea ædificare oportet, eo quod sunt ibi durissimi lapides citius malleo frangibiles, quam ut possint eorum nodi rectificari. Itaque regula ibi ædificantiū plumbea est, ut ad durissimos lapidum nodos flectatur, & rursus rectificetur, non omnes, sed enormes tortuositates devitans. Hæc est doctrina principis Peripateticorum Aristotelis, E 5. Ethicorum, a quo sicut a ceteris, ut ait Augustinus, tamquam ab injustis possessoribus catholici possunt extorquere veritatem: Sic servit domino in timore lex humana. Sic tamen discat a lege domini lex humana, ut non puniat omne peccatum mortale quod fit in hoc sæculo. Et tamen aliqua crimina licite potest punire mortis supplicio. Nec in hoc contradicit euangelicæ legi, ut proponens exposuit. Probatur hoc sic: Glossa interlinearis super illo Exodi 20. *Non occides*, dicit: Iudex non occidit reum, sed lex quæ jubet. Innuens quod auctoritate justitiæ hoc liceat, quia si nulla auctoritate liceret, superflue dixisset, Sed lex: hæc glossa non est præ-

Arist. lib. 5. Ethicorum cap. 10.

S. Thomæ, lect. 16. August.

A cepti judicialis nec mortui, sed moralis in lege gratiæ manentis in vigore. Nam secundum quod dicit Rabbi Salomon, ut recitat Nicolaus de Lyra, in isto præcepto homicidium tantum prohibetur, propter quod imponitur pœna mortis. Alia vero mala quæ corpori aut rebus possunt inferri, prohibentur aliis præceptis judicialibus. Item scriptum est Proverbiorum 8. *Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt.* Deus autem potest occidere, cum sit auctor vitæ, & mortis habeat imperium, ipso dicente Deuter. 32. *Ego occidam, & ego vivere faciam, percutiam & ego sanabo.* Ergo reges quibus ipse concessit regnare, hoc possunt facere per justitiam, scilicet, mortem inferre. Item ad Romanos 1. dicitur de committentibus gravia mortalia: *Qui agunt talia, digni B sunt morte.* Sed de judice dicitur in 13. quod Dei minister est: ergo quos Deus judicat ad mortem, potest judex licite interficere; & maxime illos qui per legem divinam adjudicandi sunt morti, secundum quod dicitur Lucæ 19. *Inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.* Item ad Romanos 13. dicitur de temporali principe: *Non sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum facit.* Ergo maleficum occidendo non peccat, cum facit auctoritate justitiæ, quia Dei minister est. Cyprianus super illo Deuter. 13. *Si audieris in una ex civitatibus, quas dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illis, dicentes:* C *Eamus, serviamus diis alienis quos non nosti, interficiens necabis omnes qui sunt in civitate cæde gladii,* dicit: Hujus præcepti memor Matthathias 1. Mach. 2. interfecit illum qui super altare sacrificabat. Si ante adventum Christi hæc præcepta sunt, quanto magis post adventum Christi sunt observāda? Et si dicatur quod non est observandum hoc præceptum, quia judiciale, & per consequens mortuum; esto, quod ea ratione, qua judiciale erat, non sit servandum, tamen ea parte qua in nova lege fundamentum habet, sicut expositum est ex verbis apostoli ad Romanos 1. & 13. & sicut statim patebit in verbis salvatoris implicite contentum, licite potest impleri. Amplius beatus Augustinus dicit: Cum quis juste occiditur, lex occidit, non tu, ait ad judicem. Rursus dicit Hie- D ronymus ad Riparium: Non est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas: & quod de punitione ultimi supplicii scilicet mortis intelligat, apparet, quia præmisit: Legi vindictam Phinees, austeritatem Eliæ, zelum Simonis Chananæi, qui in duos magos Zaroe & Arphaxat ignitos serpentes extorsit, Petri severitatem Ananiam & Sapphiram trucidantis, Paulique constantiam, qui Elymam magum æterna cæcitate damnavit. Et tunc subjungit: Non est crudelitas crimina pro Deo punire, &c. Et post hæc verba subjungit: Unde & in lege dicitur: *Si frater tuus & amicus, & uxor quæ est in sinu tuo, depravare te voluerint a veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum, & auferes malum de Israel.* Item E Augustinus in sermone domini in monte, ait: Elias multos morte affecit, & propria manu & igne divinitus impetrato, quem constat Spiritu sancto repletum. Sic dicitur Lucæ 10. de Ioanne Baptista, *Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ*, & alii multi magni & divini viri eodem spiritu consulentes rebus humanis non temere id fecerunt. Item idem in eodem: Verbis apostoli Petri Ananias & uxor ejus, sicut in Actis apostolorum legimus, exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti. Ex quo sumitur ratio, quod si in plenitudine temporis nullum liceret occidere, Petrus aut non occidisset, aut, ut communiter dicitur, sententiam mortis non promulgasset.

ANNO CHRISTI 1433.

Cyprianus ad Fortun. de exhortatione martyrii, cap. 5.

Augustinus in quæstionibus Levitici 468. ad cap. 16.

S. Hieronymus ep. 51. adversus Vigilantiū.

Num. 25.

3. *Reg.* 18.

Abd. lib. 6.

Act. 5.

Act. 13.

Deuter. 13.

Lib. 1. circa medium.

Act. 5.

Adduco

ANNO CHRISTI 1433.

Part. 3. q. 47. membr. 4. art. 2.

Adduco pro hac parte rationes Alexandri de Ales doctoris irrefragabilis. Prima, si ex justitia leviores pœnæ inferendæ sont alicui pro culpa aliqua, cum ipse per illas nondum corrigitur, sed addit præteritæ culpæ contumaciam, manifestum est quod cum contumacia est grave peccatum, quod merito contumaciæ debet crescere pœna, aut contumacia remanebit impunita. Quia ergo crescere potest quantumlibet contumacia, crescere potest de jure quantumlibet & pœna. Quare necesse est, ut ipsa vel sit mors corporalis, vel æqualis illi, cum mors corporalis non sit pœna infinita. Per hanc autem viam a flagellis levibus venitur ad gravia, a gravibus ad vulnera, ab illis ad tormenta, a tormentis ad ipsam mortem, per similia contumaciæ tormenta.

Secunda ratio: Cum proportionales sint culpæ & pœnæ illis debitæ, si ergo alicui culpæ debetur flagellatio, majori culpæ duplo major flagellatio debetur. Et sic in decuplo, & centuplo, & tanta poterit esse flagellatio, quod inducet mortem; sequitur ergo de necessitate, quod mors corporalis pro aliqua culpa potest infligi.

Tertia ratio: Occidens hominem injuste, aut puniendus est pœna mortis, aut minori. Si primum, habetur intentum. Si pœna minori, aut finite minori, aut infinite. Non secundum, quia non servaretur æqualitas pœnæ ad culpam, contra illud: *Secundum quantitatem delicti erit & plagarum modus.* & contra illud apocalypsis 18. *Quantum glorificavit se & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum.* Si finite minori, adhuc idem. Et sicut dum quis damnificavit aliquem in mille marcis, non sufficienter puniretur restituendo unam, sic nec in proposito.

In plerisque sensus magis quam verba citantur.

Deut. 25.

Quarta ratio: Aut mors corporalis major est omni culpa, aut non. Si primum, ergo injustus est Deus, qui eam inflixit toti generi humano pro comestione fructus ligni scientiæ boni & mali. Injustus est Christus, qui eam inferet Antichristo, sicut dicitur 2. ad Thessalonicenses 2. *Quem Christus Jesus interficiet spiritu oris sui.* Si secundum, ergo inferri potest licite pro aliqua culpa: nec valet quod dicunt dominum Matthæi 5. dixisse: *Ego autem dico vobis omnino non resistere malo.* Nam sicut dicit Augustinus, non prohibetur vindicta quæ fit ad correctionem. Et iterum idem ait ibidem: Officia vindictæ possent bono animo impleri, quomodo judex, quomodo lex. Intelligetur ergo prohibita injuria personalis vindicanda libidine vindictæ, non de injuria Dei vel ecclesiæ vindicanda zelo justitiæ. Nec illud quod allegant ex Matthæi 13. de prohibitione eradicationis zizaniorum, valet, nam hoc fecit dominus ut parceretur tritico, non ut parceretur zizaniis in detrimentum tritici. Ideo ubi crescunt zizania in detrimentum tritici & suffocationem, nullatenus crescere sinendi sunt, sed si opus est per mortem corporalem vindicandi. Rursus nec prohibuit dominus simpliciter eradicationem zizaniorum, sed eradicationem generalem, dubiam & suspectam, ut scilicet de ambiguo judicemus, ut est inter lolium & triticum dum sunt in herba. De isto inferius aliqua dicentur: dicit ergo Alexander: Maleficus potest interfici duplici de causa, aut quia homo, aut quia maleficus. Si interficiatur quia homo, interficitur odio personæ, & hoc prohibetur cum dicitur, *Non occides.* quia maleficus occiditur odio malitiæ & amore justitiæ. Et tunc distinguendum. Aut occiditur ab illo qui habet auctoritatem, ut a principe sæculari, & hoc non prohibetur ibi, *Non occides.* Aut ab illo qui non habet potestatem, & sic prohibetur, cum dicitur: *Non occides.* Non est ergo illicitum occidere maleficum in eo quod maleficus, ab eo qui habet auctoritatem, imo in hoc ille est Dei minister, teste beato Hieronymo libro 4. super Ezechielem, dicente: Qui malos percutit in eo quod sunt mali, & habet vasa interfectionis, id est potestatem ut occidat pessimos, minister domini est. Sanctus Thomas 2. 2. quæstione 64. articulo 2. & 3. in corpore, determinat quod peccatores possint juste occidi pro salute totius reipublicæ, ad quam quilibet comparatur ut pars. unde sicut membrum putridum pro salute corporis licite potest a corpore abscindi: sic peccator periculosus reipublicæ & infectivus, qui verisimiliter non potest sanari, propter salutem boni communis laudabiliter & salubriter occiditur; modicum enim fermentum totam massam corrumpit, 1. ad Corinth. 5. Ostiensis in summa 1. libro titulo 25. idem dicit in substantia quod Alexander & Thomas, & rursus de eodem libro 24. De Lyra idem sentit Exodi 23. *Insontem & justum non occides.* Ex verbis enim suis potest hoc elici, & in hoc concordant doctores. unde nescio unde venerit hæc adinventio, nisi ut major licentia detur, fingere volentibus nova.

Augustinus in quæstionibus super evang. lib. 1. quæst. 10.

Alexander de Ales par. 3. q. 34. membr. 1. art. 3.

Hier. lib. 3. super Ezechiel in c. 9. Item 23. q. 5. Qui malos c. 29.

Tanta de lege humana dicta sunt, quia proponens in articulo suo videtur eam negligere, quo correctionem, castigationem, expulsionem peccatorum publicorum, aut parvi pendere, imo contemnere in quodam notabili, ubi dicit: Ne autem aliqua ex illis dictis modis peccata castigandi aut corrigendi occasionem accipiant secundum judicialia legis pro nunc obligantia, aut secundum humanas leges legi evangelicæ dissonas, reos mortis supplicio puniendi. Illud præmissis adjungimus, ubi videtur dicere eas legi evangelicæ dissonas, plectere mortis supplicio: cum tamen audiveritis salvatorem nostrum hoc facturum in Antichristo, Petrum fecisse, aut a domino factum promulgasse in Anania & Sapphira; audiveritis auctoritates veteris & novi testamenti, & doctorum sanctorum cum rationibus difficilibus Alexandri.

Iam ad eorum intentionem magis accedo, ponens hanc unicam conclusionem: Licet omnia peccata mortalia sint divina lege expresse vel implicite prohibita, non tamen omnia peccata mortalia publice ab homine sunt, ex dictamine hujus legis, pœnaliter per judicium punienda. Prima pars conclusionis nota est; secunda probatur: Deus qui est justissimus judex, aliqua in lege veteri permisit, multo ergo magis habet homo permittere, cujus potentia executiva est remissior lege divina præceptiva, aut prohibitiva. Patet assumptum. primo: Moyses occidendo Ægyptium peccavit. Nam Augustinus contra Faustum loquens de illo, & etiam de Petro qui abscidit auriculam Malchi sententialiter dicit, quod uterque nondum regimen assumpserat, hic synagogæ, iste ecclesiæ: uterque non detestabili immanitate, sed emendabili animositate justitiæ regulam excessit: uterque odio improbitatis alienæ, sed ille fraterno, iste dominico, licet adhuc carnali, tamen amore peccavit. Tamen illud peccatum Moysi non legitur a domino punitum, imo postea ducatum populi Hebræorum ab eo accepit. Item usura est de se mala, sed licet Deus possit facere de re non tua quod sit tua, quia est dominus universorum, tamen fieri non potest, ut quod habet in se convolutam malitiam, licite fiat. Cum ergo usura, in ratione usuræ, habeat in se convolutam malitiam, licite fieri non potest: tamen in lege veteri non puniebatur, imo ad extraneos permittebatur. Deuteronomii enim 23. scriptum est: *Non fenerabere fratri tuo ad usuram, nec fruges, nec quamlibet aliam rem;*

Propositio quarta.

Aug. lib. 22. c. 70. contra Faustum.

[Anno Christi 1433.] *sed alieno.* Hoc vero, *sed alieno*, non dicitur velut A præcipiendo aliquid justo, sed permittendu infirmo. Poteram allegare de repudiu uxoris in veteri lege, quod utique permittebatur : & ut communius doctores tenent, erat peccatum mortale, propter varietates opinionum, dimitto. Item inquisitio, seu investigatio de adulterio per sacrificium zelotypiæ, si hoc non ex zelo justitiæ, ac reverenter, ac cum supplicatione fieret, erat peccatum mortale publicum, tamen non puniebatur, imo in lege illa Numer. 5. lex sacrificu zelotypiæ fuit instituta in hunc modum: *Si spiritus zelotypia concitaverit virum contra uxorem suam, qua vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro ea, &c.* erat ibi duplex actus, unus sacerdotis, qui B secundum divinam institutionem quasi coactus offerebat, ne vir pejus faceret, puta ne suæ suspicioni relictus, uxorem interficeret. Et iste actus erat acceptus Deo & approbatus. Alius actus erat spiritu zelotypiæ concitati, & hic si sine præsumptione probabili, aut ex invidia, vel alio inordinato affectu procedebat, erat malus, tamen permissus a Deo, non approbatus. arguit ratio. Item occisio filiæ Iephte fuit [Cap. 5.] mortale peccatum publicum, dicit enim canon Isidori 22. quæst. 4. In male promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vovisti, ne facias, impia est promissio quæ scelere adimpletur. Non tamen legitur a Deo fuisse punitum. Quod autem fuit peccatum, patet aliunde. Ad hoc quod ju- C ramentum sit licitum, requiruntur tres comites, scilicet judicium, justitia & veritas : sicut scriptum est Ieremiæ 4. *Iurabis, vivit dominus, in justitia, judicio, & veritate* : promissio autem illa caruit judicio discretionis, & fuit ejus impletio injusta & impia. Item Sapientiæ 11. scriptum est : *Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam, diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti.* & post pauca : *Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine, quia amas animas.* Ex quo patet, Deum nō semper punire propter peccata, sed parcere aliquando. Item Ezech. 33. dicitur: *Si dixero impio; morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato suo, feceritque justitiam & judicium.* sequitur : *vita vivet, & non morietur, omnia peccata ejus* D *quæ peccavit, non imputabuntur ei.* Item glossa ordinaria super illo psal. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate omnes operantes iniquitatem* dicit sic in persona Christi: [ex S. Aug.] Tempus misericordiæ est, nox est, nondum omnia sunt manifesta in hac nocte, abundant tentationes, in qua pertranseunt bestiæ silvestres, & catuli leonū, id est diaboli, quærunt escam sibi. In hac ergo nocte parco, tolero, corrigo, sed in matutino cum dies judicii advenerit, & erunt omnia aperta, quæ modo sunt occulta, *interficiebam omnes peccatores terræ*, id est, omnes mali mittentur in ignem æternum, vel *interficiebam*, id est, puniebam in matutino judicii interficiendos. Nam Nicolaus de Lyra dicit super illo E Exodi 21. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo avelles eum ut moriatur*, pœna homicidii intelligitur de interfectione Iudæi, ideo dicitur, *occiderit proximum suum* non intelligitur de interfectione Gentilis. Lex ait, ut dicit Rabbi Salomon, qui per insidias occidebat, interficiebatur, & extrahebatur si ad ipsum confugisset, de altari, &c. Si sacerdos occidisset, extrahebatur, nisi officium ministrandi incepisset, quo casu expectabatur complementum ministerii, quo peracto trahebatur ad mortem. & sic locus sacer erat refugium in aliquibus casibus, inter quos erat homicidium Gentilis, quod erat mortale, & interdum pu- A blicum, tamen non puniebatur, si homicida confugisset ad altare. [Anno Christi 1433.]

[Probatur ex testimoniis legis novæ.] Tertio probatur conclusio ex testimoniis legis novæ. Ioannis 8. dominus & salvator noster dixit mulieri in adulterio deprehensæ sibi oblatæ: *Nemo te condemnavit? nec ego te condemnabo*, nocentem in misericordia indemnatam remisit. [Ioan. 8.] Cum ergo Christi actio nostra sit instructio, ut allegavit proponens articulum de communione divinissimæ eucharistiæ, aliqua crimina sunt ab homine misericorditer relaxanda per judicium, vel non punienda. Præterea peccatum Samaritanorum nolentium recipere Iacobum & Ioannem, fuit mortale & notorium, tamen non fuit punitum. Nam cum indignati discipuli di- B cerent : *Vis ignis descendat de cælo, & consumat eos?* Respondit dominus : *Nescitis cujus spiritus estis filii.* Lucæ 9. Amplius de zizaniis seminatis in agro quæ servi volebant eradicare, & dicebant : *Vis imus & colligimus ea?* dominus respondit : *Ita finite ea crescere usque ad messem, ne colligentes zizania simul eradiceris cum eis & triticum*, Matthæi 13. Ex qua parabola apparet, quod mali tolerandi sunt inter bonos, donec sine periculo bonorum poterunt ab eis separari, quod erit ad messem finalis judicii. Sic enim ipse dominus Iesus illam exponit dicens : *Ager est mundus, semen hi sunt filii regni, zizania filii nequam, messis vero est consummatio sæculi, messores angeli.* Rursus scriptum est ubi supra, Matthæi 13. C *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti, quæ cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt.* Regnum cælorum est militans ecclesia, & hæc est similis sagenæ missæ in mari tempestuoso hujus mundi : habet pisces bonos & malos, hoc est justos & injustos. Nam Abacuc 1. *Facies homines quasi pisces maris.* Implebitur illa sagena dum erit completus numerus electorum, educetur, cum de vita corruptibili transibit ad incorruptibilem, quod fiet in consummatione sæculi, * bonorum piscium in vasa receptio, & ejectio malorum, & justorum præmiatio in regno Dei, [* deest electio] & impiorum tortura, & compedes, ac alia gehennæ supplicia. & hæc omnia patent ex expositione sal- D vatoris, qui ait : *Sic erit in consummatione sæculi. Exibunt angeli & separabunt malos de medio justorum. & mittent eos in caminum ignis, ubi erit fletus & stridor dentium.* Ergo usque ad consummationem sæculi in sagena ecclesiæ militantis erunt simul boni & mali. Vnde super illo sic dicit Gregorius, ut Thomas in expositione ecclesiæ recitat: [Greg. hom. 11.] Sancta ecclesia sagenæ comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisq; ad æternum regnum trahitur a præsentis sæculi fluctibus, ne æternæ mortis profundo mergatur. quæ ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum veniam, sapientes & fatuos, liberos & servos, divites & pauperes, fortes & infirmos vocat. Post pauca sequitur : Sicut enim E mare sæculum, ita sæculi finem signat littus maris, in quo in fine boni pisces in vasis eligentur, mali projicientur foras, &c. Nunc enim bonos malosque communiter quasi permixtos pisces fidei sagena continet, sed littus indicat sagena ecclesiæ quid trahebat. Et hoc est quod Hieronymus dicit, ut Thomas recitat, [In 13. cap. Matth.] dum sagena extrahetur ad littus, tunc verum decernendorum piscium signum demonstrabitur. Item id patet in nuptiis quas fecit rex regum Deus Pater Filio suo, in quibus vocati sunt boni & mali, & impletæ nuptiæ justis & injustis. Nam dicitur Matthæi 20. *Egressi servi congregaverunt omnes quos invenerunt, bonos & malos*, quia in ecclesia militante admixti sunt boni cum malis. Sic ergo in

ANNO CHRISTI 1433.

in ecclesia militante sunt boni & mali: sed in ecclesia triumphante solum boni; propterea cum dominus intrasset, quod erit generaliter in finali judicio, & particulariter in morte cujuslibet hominis, & vidisset hominem non habentem vestem nuptialem, scilicet caritatis, tca præcepit eum ejici, & mitti in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. Et quod simul sunt boni & mali in ecclesia militante, dicit sponsus Canticorum 1. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Item Matthæi 25. dicit ipsa Veritas: *Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ, quinque autem erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus suis non sumpserunt oleum secum in vasis suis cum lampadibus.* Regnum hoc cælorum non est ecclesia triumphans, quia ab ea nullus fatuus recipitur: Est igitur ecclesia militans, in qua sunt virgines prudentes & fatuæ, igitur boni & mali; ergo non omne peccatum etiam publicum de ea pellitur aut excluditur. Præterea apocalypsis 2. scriptum est angelo Ephesi ecclesiæ: *Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi, & movebo candelabrum de loco suo nisi pœnitentiam egeris.* In angelo, &c. præpositum & episcopum ecclesiæ Ephesinæ intelligere debemus, secundum quod scriptum

Malac. 2.

est: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore ejus requirent, quia angelus domini exercituum est.* Ipse peccaverat, & tamen non expellitur a Ioanne, sed monetur. Isidorus autem super eodem textu ait: Præpositus lapsus in vitium monetur ut memor sit unde ceciderit, & pœnitentiam agat, & priora opera faciat, ut non moveatur candelabrum ejus. Nam candelabrum doctrina sacerdotalis, vel honor potestatis quem gestabat, intelligitur: malus ergo interdum præpositus est in ecclesia militante. Non ergo statim postquam malus, est compellendus, imo sustinendus ad tempus, & tale vitium esse posset, quod puniendus & expellendus esset de officio, per eum ad quem spectat, & tale quod permittendus, ut postea videbitur. Præterea super maledictione ficus, quæ tribus annis fructum non attulit, dicit beatus

Aug. hom. de verbis domini 31.

Augustinus libro de verbis domini sermone 31. Arbor ficulnea est humanum genus: tres anni, in quibus illa non fecit fructum, tria tempora sunt: unum ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia, in quibus humanum genus, quantum ad multos, infructuosum fuit, puta sine meritoriis operibus: maledictio est illa divina sententia, quæ in finali judicio fulminabitur. Hæc ille. Tertio anno, scilicet tempore legis evangelicæ dimittitur & non præscinditur. Nam Lucæ 13. per cultorem vineæ dicitur: *Dimitte eam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora,* post tres annos succiditur, quia post sæculum peccator aridus, sola folia, non fructum boni operis habens, in ignem æternum mittitur. Parcit ergo dominus multis in ecclesia existentibus, ergo & homo parcere debet, & nonnulla mala permittere sive tolerare ea causa.

Ex praxi Christi.

Ex praxi Christi apparet quoniam peccata in illum commissa patientissime sustinuit. De eo enim Isaiæ 53. scriptum est: *Tamquam agnus ad occisionem ductus coram tondente se non aperuit os suum.* De cujus patientia quoad proprias injurias, ait beatus Gregorius homilia 18. super illo Ioannis 8. *Ego gloriam meam non quæro, est qui quærat & judicet.* Illatas contumelias Patris judicio reservat, ut profecto nobis insinuet quantum nos patientes esse debemus, dum se adhuc ulcisci non vult ipse qui judicat. Item non contentus Scribas & Pharisæos non puniri, ex abundantia caritatis suadet turbis ut obediant ipsis,

quamquam multa mala publica committerent; dicens illis Matthæi 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi; quæ dicunt facite.*

Ex praxi apostolorum.

Ex praxi apostolorum manifesta est conclusio. Nam illi multa mala viderunt, nec puniverunt, omnia, quantum ex sacro codice potest perpendi. Legitur Actuum 6. murmur factum fuisse Græcorum adversus Iudæos, quod viduæ eorum despiciebantur in quotidiano ministerio. Nec hoc legitur judicialiter aut per pœnas justitiæ punitum, quamvis esset publicum: leguntur contentiones fuisse & zeli ad invicem inter Corinthios, non tamen legitur hoc peccatum pœnaliter fuisse punitum. Item erant aliqui pseudoapostoli, & illi erant publici peccatores, tamen illos permittebat apostolus, quia quamvis bene docebant, tamen malo animo faciebant, quidam propter invidiam, quidam propter contentionem, dicitur enim ad Philipp. 1. *Quidam propter contentionem & invidiam, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant. Quidam ex caritate, scientes, quoniam in defensione evangelii positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, non sincere, existimantes se pressuram suscitare vinculis meis. Quid enim? dum omnimodo sive per occasionem, sive per caritatem Christus annuntietur.* Maledictiones etiam in apostolos erant peccata publica, nec tamen puniebantur, ad eorum saltem instantiam, imo 1. Cor. 4. dicit apostolus: *Maledicimur, & benedicimus, blasphemamur & obsecramus.* Rursus contradictio Iudæorum verbo Dei, erat peccatum mortale publicum, nec leguntur apostoli eos punivisse pœna justitiæ positiva, sed solum privativa, quia dixerunt: *Oportebat vobis primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes. sic enim dominus præcepit nobis.* De aliis sanctis idem ostendit sancta mater ecclesia, quorum patientiam in tormentis, absque in tortores contemptu aut indignatione, pulcherrimo metro canit suaviter, cum ait: Cæduntur gladiis more bidentium, Non murmur resonat, non querimonia, Sed corde tacito mens bene conscia, Conservat patientiam.

Act. 13.

Ex auctoritate sacrorum canonum d. st. 50 cap. 25, in epist. ad Bonifacium. Vt constitueretur;

Dehinc auctoritatibus sacrorum canonum probatur conclusio: ostendendo enim quomodo rigor justitiæ debeat temperari ex peccantium multitudine, ait sanctus Augustinus Bonifacio, & habetur 50. dist. cap. Vt constitueretur: Verum in hujusmodi causis, ubi per graves dissensionum scissuras non hujus aut illius hominis, est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis sincera caritas subveniat. Item 1. quæst. 6. cap. Quoties; dicit Innocentius epist. 22. Quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem vindicari non potest, inultum solet transire. Priora ergo dimittenda dico Dei judicio, & de reliquo maxima solicitudine præcavendum. Iterum 23. quæstione 4. Forte: & habetur ab Augustino libro unico de baptismo. Forte, inquit Augustinus, ibi in populo Dei stat juxta te avarus, raptor, inhians rebus alienis, quem nosti talem, & fidelis est, vel fidelis nominatur. Non eum potes de ecclesia pellere, non habens aliquem aditum castigando & corripiendo corrigere: accessurus est tecum ad altare, noli timere, unusquisque onus suum portabit. sed quomodo, inquis, ferrem quem novi malum? Nonne melius est ipsum ferre, quam te foras efferre? Ecce quomodo feres, attende apostolum dicentem: *Vnusquisque onus suum portabit,* liberet te ista sententia, Ex isto habetur quod ferendi sunt interdum mali. Item 23. quæst. 4. Tolerandi; & habetur ab Augustino libro de verbis domini,

1 quæst. 6. Quoties 13.

23 quæstione 4. Forte capitis. Augustinus serm. 24. de verbis apostoli. Ad Galat. 6.

Gal. 6.

Cap. 1.

ANNO CHRISTI 1433.

Augustinus de verbis domini cap. 18.

dicitur enim ibi : Tolerandi sunt mali pro pace, ne A corporaliter ab eis recedatur, sed spiritualiter. Spiritualiter autem exire est facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu cujusque salva pace. Habetur hic quod pro pace salvanda tolerandi sunt quandoque mali, imo & quod a correctione malorum pro pace salvanda est nonnunquam cessandum, alioquin frustra addidisset: Ad correctionem salva pace. Quod etiam interdum rigor juris relaxatur ad vitandum contentiones, patet

1. quæstione 7. Quoniam quidquid. cap. 23.

per illud 1. quæst. 7. Quoniam quidquid. ubi Hilarus papa sic ait : Quoniam quidquid ab alterutra parte est judicatum, omnium videmus perversitate confusum, temporum necessitate perspecta hanc rationem decernimus ad veniam pertinere quod gestum est. Ibi tolerat papa quemdam ad episcopatum B assumptum suo metropolitano inscio : quia ut ait apostolus 1. Cor. 11. *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem non habemus consuetudinem.*

Ex auctoritate doctorum.

Postea probatur conclusio auctoritatibus sanctorum doctorum, puta, non omnia peccata mortalia publica sunt ab homine, ea dictamine divinæ legis, pœnaliter per judicium punienda. Quædam enim illorum sunt, quæ sine periculo bonorum puniri non possunt ab homine, ut cum in multitudine sunt boni & mali, & non possunt discerni isti ab illis : & talia sunt permittenda ab homine, si tamen ex illa permissione non sequatur majus scandalum quam ex punitione : Quædam sine periculo schismatis eccle- C siæ, aut gravis turbationis puniri non possunt, ut peccatum principis, aut alterius qui sociam habet multitudinem : Quædam, etsi sunt manifesta illi, cui punitio de jure convenit, cum illa convinci non possunt. Hæc & similia per hominem non sunt punienda ea dictamine legis divinæ. Illud vero dictamen

Matth. 13.

est : *Sinite utraque crescere usque ad messem.* Consequenter idem in parabola de sagena maris bonos &

Matth. 20.

malos pisces continente ; & in nuptiis filii regis, in quibus fuerunt boni & mali, designatur. Hæc declaratio idcirco facta est, ne videar fautor peccatorum, dum nitor ostendere talia non esse per hominem judicialiter castiganda, & ne videar ignitor conditionis ecclesiæ militantis, ponendo in eam bonos & D malos, dum tamen sit unus Deus, una fides, unum baptisma.

Contra epist. Parmeniani lib. 2. c. 11.

Prima auctoritas ad probationem conclusionis est Augustini in lib. contra epistolam Parmeniani, dicentis : Hæc de scriptis sanctis documenta proferimus, ut appareat facile non esse quidquam gravius sacrilegio schismatis, quia præscindendæ unitatis nulla est justa necessitas, cum sibi nequaquam spiritualiter nocituros malos boni ideo tolerant, ne spiritualiter sejungantur a bonis, cum disciplinæ severitatem consideratio custodiendæ pacis refrenat, aut differt, quam tamen securitas exerit, cum apparet, sine vulnere schismatis, ad salubrem correctioné posse aliquid ecclesiastico judicio vindicari. Item idem E respondens circa principium 2. libri contra epistolã

Cap. 1.

Isa. 5.

Parmeniani Donatistæ Carthaginensis episcopi ad illud per sequaces ipsius adductum : *Væ his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam. Qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem, qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce,* concludit post multa : Quisquis ergo vel quod potest arguendo corrigit, vel quod non potest corrigere salvo pacis vinculo excludit, vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus, & ab illo maledicto immunis, de quo dicit scriptura: *Væ his qui dicunt quod bonum est nequam, & nequam bonum, &c.* omnino liber prorsus, securus, penitus alienus. porro idem respon- A dens ad illud per sequaces Parmeniani in Isaia propositum: *Numquid valet manus domini salvos facere,*

ANNO CHRISTI 1433.

Isaiæ 59.

aut aggravavit aurem ne exaudiat? Sed delicta vestra distinxerunt inter medium vestrum & Dei. Ubicumque fuerint mali inter bonos, non obsunt bonis, sicut nec palea frumentis, donec veniat dominus aream ferens ventilabrum in manu sua, ut mundet aream suam, frumenta recondat in horreum suum, paleas vero comburat igne inextinguibili, sicut non obfuit bonis

Ezech. 9.

tanta multitudo sceleratorum qui per Ezechielem dicti sunt, illi videlicet qui gemebant & mœrebant facinora populi quæ fiebant in medio eorum, unde quia eos corrigere non poterant, nec ab unitate populi Dei se ullo modo separare volebant, pro merito innocentissimo tolerantiæ suæ signari meruerunt, & B in illorum perditorum vastatione atque interitu liberari. Hæc ille. Item idem in 3. lib. contra epistolam

Cap. 2.

Parmeniani super illo verbo 1. ad Corinthios 5. *Si quis vero frater nominatur in vobis, & est aut fornicator, aut idolis serviens, aut avarus, aut ebriosus, aut rapax, nec quidem cum eo cibum sumere:* dicit in sententia quod non præcipitur sola separatio cordis, nam

1. Cor. 10.

idem apostolus dicit alibi : *Si quis vocaverit ex infidelibus & volueritis ire, omnia quæ vobis apponantur manducate, nihil interrogantes,* & sic hic permittit communionem fidelis cum infideli, ut prius prohibuit communionem fidelis cum fideli peccatore, modo ab omni malo se separandum est corde, ergo C plus prohibet, puta separationé corporalem, quam cum infideli permittit. Dicitur igitur in sententia Augustini, quod se separandum est corpore ab his de quibus loquitur apostolus, si tamen sine periculo

Habetur etiam 23. quæst. 4. c. Cum quisque, &c.

schismatis fieri potest, ait enim in forma : Cum quis fratrum, id est, Christianorum intus in ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullum est, atque id cum ea dilectione, de qua ipse alibi præcipit secunda ad Thessalonicenses 3. dicens ; *Ut inimicum non existimetis, sed corripite ut fratrem.* Non enim estis ad eradicandum, sed ad corrigendum. Quod si se non agnoverit, neque pœnitendo correxerit, ipse foras exit & per propriam voluntatem ab ecclesiæ D unitate dirimetur. Nam tunc non est metus eradicandi triticum. Itaque quando, ut ait Augustinus in forma, ita cujusque crimen notum est, & omnibus exsecrabile apparet, ut vel prorsus nullos vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere : non dormiat severitas disciplinæ, cum sine læsione unitatis ecclesiæ potest fieri vindicta, cum ecclesia ab illo crimine quo anathematizatur, est aliena. ideo dixit apostolus, *Si quis,* ad differentiam ab aliis notandam. Item, *nominatur,* ad ostendendum, quod crimen est notorium & famosum. Tunc subjungit in forma, Neque enim potest esse salubris a multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. E Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis restat quam dolor & gemitus, *&c.* Ideo apostolus cum jam multos comperisset immunda luxuria & fornicationibus inquinatos, non itidem præcepit ut cum talibus nec cibum sumerent, in secundæ epistolæ 12. capite, sicut vetuerat

2. Cor. 12.

prius. Nec dici poterat: *Si quis fornicator nominatur in vobis,* propter multitudinem, sed dixit: *Ne iterum cum venero humiliet me dominus, & lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam. & super immunditia & luxuria.* Aliquibus autem interpositis dicit beatus Augustinus : Consilia separationis & inania sunt & perniciosa atque sacrilega, quia & impia sunt & superba,

ANNO CHRISTI 1415.

sapeaba, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigunt animosos malos. Item beatus Gregorius super illo Deuteron. 7. de septem civitatibus Gentilibus interimendis usque ad interfectionem, ait: Patienter tolerandi sunt mali, ubi aliqui inveniuntur boni, juxta illud dictum Abraham, Gen. 18. *Si fuerint in civitate Sodomorum decem justi, non delebo eam propter illos.* Item beatus Hieronymus epistola ad Dardanum ait: Ipsa metropolis tua prius Iebus postea Salem, tertio Hierosolyma, & nunc Ælia, Iebusæos expellere non valuit, sed manserunt cum eis in scandalum exemplumq; vitiorum. Hoc ipsum, quod aliqua peccata per hominem hic non puniuntur, sed Deo reservata tunc vindicanda, significatum est in David, qui peccatum Ioab non punivit, sed Salomoni vindicandum reservavit, ut quod manu fortis judex scilicet non punivit, verus Salomon Christus inultum non relinquat. Insuper super isto apostoli 1. ad Corinth. 5. *Auferte malum ex vobis ipsis.* in 3. lib. contra epistolam Parmeniani dicit Augustinus in sententia, quod ubi quis impeditur separare malos a congregatione ecclesiæ, si a seipso auferat malum, non eis corde miscetur, atque ita spiritualiter non solum conjungitur bonis, sed etiam separatur a malis. Sed quod hoc modo non sufficiat, ubi non impeditur, declarat, cum infert aliquibus interpositis, & dicit sic in forma: Quapropter quisquis etiam contempserit ecclesiæ Dei disciplinam, ut malos cum quibus non peccat, & quibus non favet, desistat monere, corrigere, arguere, si etiam talem gerit personam & pax ecclesiæ patitur ut etiam a participatione sacramentorum possit quempiam separare, non alieno malo peccat, sed suo. Ipsa quippe in tanta re negligentia grave malum est. Et ideo sicut apostolus admonet, si auferat malum a seipso, non solum aufert audaciam committendi, aut pestilentiam consentiendi, sed etiam pigritiam corrigendi, & negligentiam vindicandi, adhibita prudentia & obedientia in eo quod præcipit dominus, ne frumenta lædantur. Hæc ille. Ergo si pax ecclesiæ turbaretur, aut frumenta læderentur, cessandum esset a punitione protinus. Præterea Augustinus super illo Ioannis 8. *Vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnavit? nec ego te condemnabo*, ait: Audivimus vocem justitiæ, quia dixerat dominus: *Qui vestrum est sine peccato, primus in illam lapidem mittat.* Audiamus vocem mansuetudinis: dixit ei Iesus: *Nec ego te condemnabo*, a quo forte te condemnari timuisti. Quia in me peccatum non invenisti? Nec ego te condemnabo. Qui es domine? faves ergo peccatis? non plane. Attende quod sequitur, *Vade, & jam amplius noli peccare.* Ergo & dominus damnavit peccatum, non hominem. Nam si peccatorum fautor esset, diceret, Vade, vive ut vis, de mea liberatione esto secura: ego te quantumcumque peccaveris, ab omni pœna, etiam gehennæ & inferni tortoribus liberabo. Non hoc dixit: intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem, & timeant veritatem, etenim dulcis & rectus dominus. Amplius beatus Ambrosius super eodem sic dixit ad Studium epist. 76. Exierunt scilicet qui accusabant adulteram, exierunt foras, & remansit solus Iesus & mulier in medio stans: bene ait quod exierunt foras qui nolebant esse cum Christo. foris litera est, intus mysteria. Denique discedentibus illis remansit solus Iesus & mulier in medio stans. Donaturus peccatum solus remanet Iesus, quia non potest hoc cuiquam homini cum Christo esse commune ut peccata condonet, solius hoc munus est Christi, qui tulit peccata mundi, meruit & mulier absolvi, quæ recedentibus Iudæis remansit sola cum Christo. Vide lector divina mysteria, clementiam Christi: cum accusatur mulier, caput Christus inclinat, elevat autem ubi deficit accusator, ita nullum damnari vult, absolvi omnes. Ecce & hic ait: *Nemo te lapidavit?* quem utique interrogat qui videbat? sed interrogat nobis, ut nosceremus, non esse lapidatam. Adverte quomodo propriam sententiam temperavit, ut Iudæi de absolutione mulieris calumniari nihil possent, sed in se magis calumniam retorquerent, si queri vellent. Dimittitur enim mulier, non absolvitur, quia deerat accusator; non quia innocens esse probatur. Quid ergo quererentur qui priores a persecutione criminis, & ab executione supplicii destiterant? Addit autem deviæ; *Vade, & amodo vide ne pecces.* emendavit ream, non crimine absolvit. Etenim severiore sententia culpa damnatur, si unusquisque crimen suum oderit, & in se incipiat condemnare delictum. Etenim cum reus occiditur, persona magis quam culpa punitur, ubi vero culpa deponitur, absolutio est pro pœna peccati. Quid est ergo, *vade, & amplius noli peccare?* hoc est, ex quo Christus te redemit, corrigit gratia, quam pœna non emendavit. Hæc Ambrosius. Ex qua auctoritate apparet aliquod peccatum a Christo non esse punitum, concretive loquendo, id est, feminam istam adulteram non esse lapidatam, ut lex jubebat. Ceterum super illo: *Nescitis cujus spiritus filii estis*, dicit Beda: Reprehendit dominus non exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus, animadvertens eos non amore correctionis, sed odio desiderare vindictam. itaque postea quando eos docuit, quid esset diligere proximum sicut se ipsum, infuso etiam Spiritu sancto non defuerunt tales vindictæ, quamvis multo rarius, quam in veteri testamento: quia sequitur: *Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare*, quasi dicat: Et vos, qui ejus Spiritu signati estis, etiam acta ejus imitemini, nunc pie consulentes, sed in futuro juste judicantes. Item super eodem sic loquitur Ambrosius: Non enim semper in eos, qui peccaverunt, est vindicandum, quia nonnunquam amplius prodest clementia tibi ad patientiam, lapso ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt a quibus hoc loco ignis arcetur. Ita Hieronymus super illo: *Vis imus & colligimus ea?* quod de zizaniis dicitur, ait: Datur locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem, quia fieri potest ut ille qui hodie noxio depravatus est dogmate, cras resipiscat & defendere incipiat veritatem. Vnde subditur. *Ne forte colligentes zizaniam, eradicetis & triticum.* Chrysostomus autem super eodem ait: Intuenda est servorum diligentia, etenim festinant zizaniam evellere, quod monstrat eorum de semine solicitudinem, ad hoc enim solum respiciunt, non ut aliquis puniatur, sed ut seminata non pereant. Quid autem dominus respondit, subditur, & ait; *Non.* Hieronymus vero circa hoc dicit: Videtur hoc esse contrarium illi præcepto, *Auferte malum de medio vestrum.* Si enim prohibetur eradicatio, & usque ad messem tenenda est patientia, quomodo ejiciendi sunt quidam de medio nostrum? Sed inter triticum & zizaniam, quod nos lolium vocamus, quamdiu herba est, & necdum calamus venit ad spicam, grandis similitudo est & in discernendo aut nulla aut perdifficilis distantia. præmonet ergo dominus, ne ubi quid ambiguum est, cito sententiam proferamus, sed Dei judicio reservemus.

Ratio autem quare aliqui mali in ecclesia sunt interdum tolerandi, quia tales sunt utiles bonis, sive ut per eos exerceantur, sive ut illorum comparatione magna eis exhortatio fiat, ut nitantur ad melius,

Hier. epist. 1.9.

Cap. 1.

Augustinus tract. 3. in Ioannem.

Luc. 9. S. Thom. in Catena.

In cap. 13. Matthæi.

ANNO CHRISTI 1433.

cur dicit Augustinus de quæstionibus evangelistarũ, aut quia bene docent, puta quia donum habent scientiæ, aut interpretationis scripturarum, aut aliud. Quæ omnia dantur ad utilitatem non recitantis sed ecclesiæ, teste apostolo 1. ad Corinthios 12. Quod propterea sæpius divina dispositione bonis mali sunt permixti, ubi enim erant Moyses & Aaron, ibi fuerunt murmuratores sacrilegi; ubi Zacharias, Simeon, & ceteri sancti, ibi fuerunt Annas & Caiphas; ubi Christus & discipuli, ibi Iudas, Scribæ & Pharisæi, propter quod attendenda sunt domini Iesu salvatoris verba, quibus docuit, a quibus nos observare debeamus, dixit enim: *A falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Matthæi 7. Non dixit, B A mercenariis, qui licet vera dicant, quærunt quæ sua sunt, & mali sunt, imo de his qui super cathedram Moysi sedebant, quia vere docebant, dixit:

Matth. 23.

Quæ dicunt facite: Unde mali viri recte docentes videntur tolerandi interdum. Verum, quod illorum & ceterorum peccata publica sunt punienda, tribus concurrentibus, scilicet jurisdictione, convictione, & pace salva. De jurisdictione dicit Augustinus super illo verbo: *Quid enim mihi de his qui foris sunt*, id est infidelibus, *judicare? Deus judicabit. De his qui intus sunt*, id est fidelibus, *putrede est a me resecanda*, loquitur ibi in persona judicis, puta apostoli, sed de hoc videbitur in secundo puncto. De convictione dicit idem Augustinus super illo primæ ad Corinth. 11. *Qui manducat indigne, judicium sibi* C *manducat & bibit. Sibi*, inquit, non tibi. Sane si judex es, si apud te accusatur, si veris documentis testibusque convincitur, coerce, corripe, excommunica, degrada: judicium siquidem humanum procedere debet ex causis manifestis, cum homo tantum videat ea quæ patent, 1. Regum 6. Ideo puniendus de crimine debet convinci. Tertio de pace salvanda dicit Augustinus, ad illud Isaiæ: *Recedite, recedite, exite, exite, immundum nolite tangere*, per adversarios allegatum, dicit: Immundum non tangit, qui ad peccatum nulli consentit, exit autem inde, & salva fit ejus causa apud Deum, si etiam disciplinam corripiendi & arguendi salva pace non negligit. Nam qui D vult corporaliter quasi manifestos malos deserere, spiritualiter deserit latentes bonos, quos inexpertos & incognitos cogitur accusare, dum separationem suam conatur defendere. Multis interpositis dicit: Cum laude patientiæ mali tolerantur, ne ignoti boni damnentur, sic Isaias ipse dicit: *Recedite, recedite, exite inde, immundum nolite tangere.* in medio immundi populi polluta etiam labiis habentis corporaliter habitavit Ieremias: ab immundo populo non discessit David mundus & justus, qui dixit: *Non sedi cum concilio vanitatis, & cum facinorosis non introibo*, non reliquit corpore omnes malos, imo reprobatum Saulem venerabatur. Non ergo corporalis recessus, ubi salva pace ecclesiæ fieri non potest, est necessarius, sed spiritualis, ut malis non consentiamus. E Alexander de Ales in tertia parte tangit ista sub alia forma dicens, quod ad interficiendum secundum legem requiruntur plura, scilicet justa causa, justus ordo, justus animus. Iusta causa, quod reus meruerit interfici, quia dicitur Exodi 23. *Innocentem & justum non occides.* Iustus ordo, ut occidens habeat potestatem, & reus sit convictus de crimine: habeat potestatem, inquam, judex, vel a divina auctoritate quæ est in lege, vel ab ejus voluntate, scilicet Dei, intellecta per inspirationem internam, quam, dico ego, probet per miracula aut per sacram scripturam, priusquam sit ei de necessitate credendum. Propterea dicit Augustinus super illo Matth. 5. Officia vin-

Alexander ab Ales lib. 3 quæst. 41 memb. 1 in resolut. Similia habet Augustinus serm. de pœnit. qui est 50. vide 2. q. 1 Multi. c. 18. Augustinus adversus epistol. Parmeniani, lib. 3. c. 4. tom 7.

Lib. 2. contra Parmenianum.

Ier. 23.

Psal. 25.

p. 3. q. 34. memb. 2. art. 2. ad 1.

Supra propos. 3. probat. 4. Ambr. in glo ordinaria, & ab

A dictæ possint impleri quomodo judex, quomodo lex. Per Ambrosium super illud 1. ad Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Si quis potestatem non habet, quem scit reum, abjicere, vel probare non valet, immunis est, & judicis non est sine accusatore damnare, sicut nec Christus Iudam abjecit. Iustus animus, ut fiat solum amore justitiæ, non libidine vindictæ, vel appetitu pœnæ. Augustinus in quæstionibus super Exodum: Cum minister judicis occidit quem judex jussit occidi, profecto si id sponte facit, homicida est: etiamsi occidit eum quem scit a judice debuisse occidi. Quod hæc tria sint necessaria ad justam punitionem exequendam, deducitur sic; Iudex gerit in judicando vices Dei. Deuteronomii 1. dicitur, *Audite illos*, scilicet populum, *& quod justum est judicate, sive civis sit ille, sive peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis ut magnum: nec accipietis cujusquam personam, quia judicium Dei est.* Debet ergo judex ex quo ejus judicium est Dei, in tribus se ei conformare, in potestate, in veritate, & bonitate: ut potestas referatur ad ordinem justum, veritas ad justam causam, bonitas ad justum animum. hoc Exodi 18. insinuatur, cum dicitur: *Provide de omni plebe viros sapientes, timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam. Sapientes; timentes Deum*, ecce primum, *in quibus sit veritas*, ecce secundum, *qui oderint avaritiam*, ecce tertium. Item Deuteronomii 1. repetitur sub alia forma, cum dicitur: *Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, quorum conversatio sit probata in tribubus vestris, ut ponam eos vobis principes.* In sapientia intelligitur veritas, in conversatione probata bonitas, in principatu potestas. Ubi vero alterum prædictorum, scilicet jurisdictio, convictio, & pax salva defecerit, non poterunt peccata publica puniri. Nam si puniendus non est illi subjectus, non habebit in eum ferre judicium, si crimina non possunt manifestis indiciis probari, esto quod sint judici ut personæ singulari nota, non poterunt puniri, quoniam judicium humanum ex testimoniis manifestis procedere debet: Si sine periculo schismatis aut turbationis ecclesiæ judicium exerceri non potest, cessandum est a pœnali punitione & judiciali, D ut est in peccato multitudinis, aut principis quem sequitur multitudo. Nam August. epistola ad Aurelium de peccato multitudinis, ostendens quod non severiter cum ea agendum est, dicit. Non aspere, quantum æstimo, non duriter, non imperiose peccata multitudinis, aut pravæ consuetudinis corripienda sunt. Ista tolluntur magis docendo, quam jubendo, magis monendo, quam minando; sic enim agendum est cum multitudine peccantium, & si quid minatur, cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictam futuram, ne nos in nostra potestate, sed dominus in nostro sermone timeatur. Hæc Augustinus. Et ubi istæ tres conditiones sunt, peccata mortalia publica possunt puniri. Ex quibus patet, quod E hoc modo dicendo non defenduntur peccata, cum tribus scilicet, jurisdictione, convictione, & pace salva concurrentibus, dictum sit omnia peccata publica mortalia esse punienda, sed non conceditur peccata puniri absque ordine juris, ut in detrimentum ecclesiæ vel boni communis.

ANNO CHRISTI 1433.

Alexandro ab Ales in d. q. citatur. Aug. Citat Alexander ab Ales eadem quæstione.

Tom. 2. Augustini epist. 64.

ARTICULUM autem propositum multum involutum reperio æquivocationibus, compositione, vel divisione: posset enim habere sensum verum & sensus falsos, prout in fine secundi puncti declarabitur. Et quoniam magis ex probationibus & notabilibus, quam ex serie terminorum articuli proponens prætendit dicere, omnia peccata mortalia publica esse arguenda, punienda, corripienda, castiganda

ANNO CHRISTI 1433.

ganda & expellenda, præmissa, ut audistis in conspectu hujus sanctæ synodi narravi, cujus correctioni & emendationi eidem devoto corde submitto. Hoc de primo puncto sufficiat.

QVANTVM ad secundum punctum, ubi videndum est per quos & quomodo correctio, castigatio & expulsio peccatorum est facienda. Nam dicit articulos sic: Peccata mortalia publica & quantum rationabiliter fieri potest privata, aliæque deordinationes legi Dei contrariæ in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorumdem, debite juxta dictamen divinæ legis per Christi fideles tam sæculares, quam spirituales, prout congruit utrisque, sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse expellenda. Et quoniam duplex est modus correctionis & castigationis, unus ex fraterna caritate procedens, alius ex auctoritate & potestate; erunt duæ conclusiones. Prima de fraterna caritate, & est talis: Quilibet fidelis potest, & in casu tenetur, quemlibet pro peccatis suis saltem privatis alium corripere correctione fraterna. Fundatur autem correctio ista in verbis salvatoris nostri Iesu Christi, Matthæi 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, corripe eum inter te & ipsum solum.* Ordo autem servandus est in illa, de quo subditur: *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum, si autem te non audierit; adhibe tecum unum vel duos, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi ut Ethnicus & publicanus.* Quod correctio ista sit licita & honesta, patet ex triplici lege, naturali, scripta, & gratiæ. Ex naturali, quia lege naturæ præceptum est, Hoc facies aliis quod tibi vis fieri, id est, quod velle debes tibi fieri. Debes autem velle, ut alios te corrigat quando peccas, ut emendes, ergo debes in hoc unicuique facere. Ex lege scripta, nam Deuteronomii 22. dicitur: *Non præteribis bovem aut ovem errantem, sed reduces fratri tuo. Etiamsi non est propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de asino, & de omni re fratris tui, & si videris asinum fratris tui aut bovem cecidisse in via, non despicias, sed sublevabis eum cum eo.* Hæc de benignitate legis ad literam observanda erant. Quod si de brutis proximorum debebat alter esse solicitus, quanto magis de proximo errante? propterea scriptum est Ecclesiastici 17. *Unicuique mandavit Deus de proximo suo. Via illorum coram ipso sunt semper, non sunt absconsa ab oculis ipsius.* Hujus autem curam neglectam a proximo, in lege tamen præceptam, beatus Bernardus ad Eugenium deplorabat dicens: In effectu cadit asina, succurritur ei, cadit anima, & non est qui relevet eam. Ex lege gratiæ per textum allegatum Matthæi 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum.* Glossa autem ostendit eam esse licitam, quæ dicit. Peccantem zelo justitiæ corripiamos, & pœnitenti viscera misericordiæ pandamur. B. Augustinus ibidem de correctione & gratia ponit quatuor causas cur exercenda est fraterna correctio. Prima, ut peccator suum peccatum & se recognoscat, Proverbiorum 29. *Virga & correctio tribuit sapientiam*, unde non correpti, quia se ignorant & peccata sua, alios confundunt, propterea sequitur: *Puer qui dimittitur voluntati suæ, confundet matrem suam.* Secunda, ut de peccato cognito dolorem, pudorem & timorem habeat. Tertia, ut peccator se difformem ex peccato videns, reformari desideret, & Deum oret, ne in tali debilitate permaneat. Quarta, ut si corripiens correpto non proficiat, tamen sibi valeat ut peccatum effugiat & meritum acquirat, unde 23.

Duplex modus correctionis. Unus ex caritate fraterna procedens. Propositio prima de correctione fraterna.

De consideratione lib. ulisa medium.

Cap. 4 & 5. quoad sensum.

A moralium capite 20. Gregorius dicit: Caritatis zelus mala quæ corrigere non valet, increpare non desinat, ne se participem delinquentium ex consensu taciturnitatis adjiciat. Et Augustinus de correctione & gratia ait: Sine desperatione corripiamus, quia si filius pacis est quem corripimus, requiescet super eum pax nostra; sin autem, ad nos revertetur. Quod vero sit in præcepto affirmativo, quod obligat semper, sed non pro semper tantum, sed pro tempore, & loco & aliis circumstantiis, patet ex textu salvatoris dicentis, *corripe*, ubi manifeste videtur imperare. Glossa ibi ait: Ita peccat qui fratrem suum videt peccare & tacet, sicut qui peccanti non indulget. Sed præceptum est non indulgere peccanti, ergo & corripere

B peccatorem. Et Augustinus in libro de verbis domini sic ait: Si neglexeris corrigere, pejor factus es eo qui peccavit. Beatus Thomas 2. 2. quæstione 33. articulo 2. in corpore, deducit quod sit in præcepto ex ratione finis qui est fratris emendatio: ad hoc autem ordinatur correctio fraterna, sicut ista quæ est paterna, aut per cohibitionem pœnæ & virtute justitiæ quis ordinatur ad bonum commune. Et dicit, quod est necessaria fraterna correctio secundum quod ad emendationem fratris ordinatur. Et hoc in quarto magis declarat distinctione 19. ostendendo quod per præcepta legis divinæ sufficienter homines in vita ordinantur: & quemadmodum in exercitu est duplex ordo, unus quo totus exercitus ordi-

C natur ad ducem, alius partium exercitus ad se invicem; sic in Christiana conversatione duplex est ordo; unus ad prælatum, alius singulorum ad invicem, unde uterque debet præcepto legis divinæ institui: Iuxta primum ordinem omnes tendere debent ad illud, ad quod prælati intentio recta versatur, & ad hunc finem commune scilicet bonum debet prælatus eos dirigere. Iuxta secundum, unusquisque alteri præbere debet auxilium ad bonum suum consequendum. Sicut ergo tenentur subditi prælato suo obedientiam exhibere, & ille subditis curam solicitudinis impartiri, ita isti sibi invicem ferre auxilium non solum in corporalibus, imo magis in spiritualibus. Hæc sententia de obligatione ad correctio-

D nem fraternam, est Alberti in quarto suo, Richardi de Media villa, Ostiensis in sua summa, & omnium doctorum.

Auctoritates autem aliquorum audiamus. Dicit Augustinus de verbis domini: Monet nos quidem Dominus non negligere invicem nostra peccata, non quærendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas: debemus enim amando corripere, non nocendi cupiditate, sed studio corrigendi. Chrysostomus autem dicit sic: Considerandum autem quod quandoque dominus eum qui contristavit, ad eum qui contristatus est ducit, sicut cum dicit: *Si recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversus te, vade, reconciliare fratri tuo.* Quandoque eum

E qui injusta passus est jubet dimittere proximo, sicut ibi: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Hic autem alium excogitat modum: nam eum qui contristatus est, ducit ad eum qui contristavit, ideo dicit: *Si peccaverit in te frater tuus, vade ad eum.* Quia enim ille qui injuste fecit, non facile veniet ad excusationem verecundatus; hunc qui passus est ad illum mittit, & non simpliciter, sed ut corrigat quod factum est, ideo ait: *Vade, corripe eum.* Item idem. Non autem dicit, Accusa, neque increpa, neque vindica, neque vindictas expete, sed argue, id est rememora sibi peccatum, dic ei quid ab eo passus es, ipse enim ira & verecundia detinetur ebrius factus, quasi gravi somno, unde oportet te, qui sanus es, ad illum qui ægrotat

ANNO CHRISTI 1433.

Cap. 15.

Glossa ordinaria in 18. c. Matt.

Serm 16.

S Thom. dist. 19. q. 1.

2

Richardus de Media villa lib 4. sent. dist. 19.

August. de verb. Domini ser. 10.

Chrysost. in c. Matth. 5. & 18.

Matth. 5.

Idem cap. 6.

ANNO CHRISTI 1433.

Hieronym. in 18. cap. Matthæi.

A tat adire. Et beatus Hieronymus ait: Sciendum tamen quod si peccaverit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem, imo necessitatem, qua præcipitur ut debitoribus nostris debita dimittamus, propter quod & hic dicitur: *Si peccaverit in te frater tuus*, &c. Rursus Chrysostomus dicit: Ideo autem præcipit ei arguere, qui passus est injuriam, & non alii, quia ille qui fecit injuriam, ab eo mansuetius sustinet, & maxime si solus eum corripiat. Cum enim qui vindictam expetere debet, hic salutis videtur diligentiam habere, maxime hoc eum potest propitium facere. Ne tamen ex verbis istis & quibusdam præmissis quis credat, quod solum injuriam passus habeat delinquentem corripere, cum juxta doctores cuilibet B hoc competat, cui peccatum est notum, tamen cum certis circumstantiis: dicendum est, quod hoc quod dicitur, *in te*, non intelligitur solum contra te, tanquam injuriam sustinenti, nisi dicatur quod sive Deo sive alio injuriato injurieris, sed, *in te*, id est, te sciente. Unde Augustinus: Aliquando scis fratrem tuum esse corripiendum inter te & ipsum solum; aliquando vero coram omnibus. quid autem quando facere debemus judice? *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum.* quare? quid est, In te peccavit? tu scis quia peccavit, quia enim secretum fuit quando in te peccavit, secretum quære, cum corrigis quæ peccavit. Nam si solus nosti quia peccavit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor. Hæc C Augustinus. Si tamen sint occulta peccata, sic videtur habere locum quod dicit dominus: *Si peccaverit in te frater tuus*, quoniam enim te publice offendit, jam non solum in te peccat, sed etiam in alios, quos turbat.

Vbi supra.

Eodem sermone de verbis domini 16.

Corollarium 1.

Ex conclusione sequitur primo, quod superiores possunt inferiores corrigere & corripere correctione fraterna, & contra subditi superiores. Et semper dicetur fraterna, si debitis circumstantiis suis induta: nempe prælatus, est frater, & est pater, & superior dignitate vel officio, pater beneficio, frater fide, religione, aut naturæ conformitate. Quia prælatus & superior, debet inferior ei reverentiam & honorem, D quia pater, amorem, quia frater, adjutorium, & ita si peccat, correctionem, secundum quod Proverbiorum 18. scriptum est: *Frater qui adjuvatur a fratre quasi civitas firma*, &c. Debet autem hæc correctio habere tres conditiones, maxime dum superiores ab inferioribus corripiuntur, ut dicit Augustinus de Ancona. Primo debet habere discretionem & debitam diligentiam, ut semper speretur & probabiliter credatur ejus emendatio. Secundo debet habere subjectionem & debitam reverentiam, ut non fiat modo temerario & cum protervia. Tertio debet habere dilectionem & benevolentiam, ut non fiat causa diffamationis & detractionis. Propter defectum primæ conditionis debent inferiores increpari, si sine discretione debita superiores corrigant E & corripiant, & secundum hoc in lege divina jussum erat bestiam quæ montem tangeret lapidari, Exodi 19. Propter defectum secundæ Oza fuit percussus. Nam cum esset de genere sacerdotali, secundum quosdam, propriis humeris debebat portare arcam domini. Thomas in 4. dicit quod tangere arcam non erat Levitarum, sed sacerdotum. Ideo percussus fuit, quia officium superioris usurpavit. Et in utraque responsione apparet, quod irreverenter se habuit, ideo percussus fuit. propter quod dicitur in textu 2. Regum 6. cap. *Propter temeritatem percussus est a domino.* Propter defectum tertiæ Maria soror Moysi fuit percussa lepra, quia causa murmurationis, diffamationis & detractionis insurrexit contra Moysen, ut habetur Numerorum 12.

Superiores possunt inferiores corripere correctione fraterna, & vice versa.

Augustinus de Ancona. q. 7. art. 1

Conditiones correctionis fraternæ.

ANNO CHRISTI 1433.

Secundum corollarium. Magna discretio in correptione hac adhibenda.

Infero secundo: Cum discretione magna hujusmodi correctio facienda est: ad quatuor siquidem inspiciendum est, ut dicit Albertus Magnus in quarto sententiarum, scilicet ad quantitatem culpæ delinquentis, ad spem emendationis, ad statum personæ quæ admonetur, & ad zelum qui movet corripientem. Si culpa est levis, & timetur ne turbatio gravior sequatur, non tenetur corrigere, quia pejus subsequetur. Item si probabiliter desperatur de emendatione, non tenetur corrigere, quia nihil faceret nisi provocare ad pœnam. Ad hæc, si status alterius est personæ, cum reverentia & excusatione delicti, debet potius admonere quam increpare. Quarto si videt se ex rancore & invidia moveri vel aliqua alia radice, tunc non debet facere, quia tales cito prorumpunt in verba contumeliæ, & tunc ex minori malo, factum est majus malum. Et ista distinctio est optima. Hæc Albertus Magnus.

Corollarium tertium. Correctio debet aliquando esse lenis, aliquando aspera.

4 sent. dist. 19. quæst. 2.

Tertio infero quod correctio inferiorum a superioribus debet esse aliquando lenis, aliquando aspera, nunquam tamen omnino carere dulcedine. Ostiensis in summa sua distinguit, & partem habet a Thoma in 4. sic inquit: Si peccatum fiat ex ignorantia vel infirmitate, debet corripere leniter & moderate. Et hoc etiam dicit Thomas ubi supra: Galat. 6. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis.* Si peccatum sit ex passione, & superinducta mala consuetudine, est corripiendum partim leniter, & partim dure, prout dicit commentator 1. Ethicorum. Juvenis enim, inquit, passionum sectator, non solum persuasionibus & monitionibus corripiendus est, sed opprobriis & contumeliis frequenter indiget. Unde Heli, licet moneret filios suos juvenes quos noverat inique agere, quia non intulit opprobria aut contumelias, dicitur non corripuisse, id est, non sufficienter, 1. Reg. 2. Quando peccatum committitur ex electione & pura malitia, tunc corripiendum est dure. Gregorius in Pastorali: Nonnulla peccata sunt vehementer increpanda, ut cum culpa ab actore non cognoscitur, quanti sit ponderis ab increpantis ore sentiatur. Hoc etiam dicit Thomas: Præterea ex parte increpantium distinguendum est; aut increpantes sunt juvenes, aut senes: si juvenes, debent corripere aut monere humiliter: si senes, corripiant moderate & mature: alios senes reverenter, prælatos humiliter. Si vero corripientes essent prælati, corripiant senes obsecrando, juvenes humaniter monendo, 1. Timoth. 4. *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres*, &c. Quia autem generosus est animus humanus, & facilius ducitur, quam trahatur, ut dicit Seneca, in omni correctione aliquid miscendum est mansuetudinis, ut caritas, ex qua ut ex radice correctio procedere dignoscitur, semper fulgeat. Idem Seneca ait. Semper objurgationi aliquid blanditiæ admisce.

Seneca de clementia lib. 1. cap. 24 simile quid habet.

Corollarium quartum. Correctio est præceptum, non tamen obligans pro semper.

Ex parte corripientis requiruntur peccati

Infero quarto ex hoc, quod correctio est præceptum, quod obligat non pro semper, sed pro aliquo tempore, quia est præceptum affirmativum: tria autem ex parte corripientis quæ debent esse, & tria ex parte correpti, quibus existentibus obligat, alias non. Primum est certa peccati cognitio Ecclesiast. 11. *Priusquam interroges non vitupera quemquam, & cum interrogaveris, corripe juste.* Secundum est mansuetudo in corripiendo, psalm. 89. *Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur.* Tertium est quod in alio non sit tanta aptitudo ad corripiendum:

ANNO CHRISTI 1435.

Cognitio certa man-suetudo in corripiendo: si in alio non sit tanta corripiendi aptitudo.

corripiendum: quoniam si alii æque boni vel meliores adsint aut peccanti magis familiares, & probabiliter æstimatur quod magis proficient, pro tunc non obligatur iste, præsertim nisi verisimiliter appareret quod isti eum non negligerēt. Sic enim profecto obligaretur, nam tunc sibi cumperit illud 3. Reg. 20. *Custodi mihi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius.* Primum requisitorum ex parte peccantis est spes de correctione, alias ut dictum est, non obligatur quis talem corripere. Proverbiorum 9. *Noli arguere derisorem, ne oderit te.* Secundum quod suum peccatum sit mortale. Nam dicitur: *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum, si non, tandem dic ecclesiæ.* per hoc quod liberatur quis a veniali, non est lucratus quis eum, quia propter hoc non erat perditus: nec oportet talem propter hoc denuntiari ecclesiæ.

Ex parte peccantis: spes emendationis: Quod peccatit mortaliter.

Si non sit spes majoris opportunitatis. Augustinus de civitate Dei lib. 1. cap. 9.

Tertium, quod non est spes majoris opportunitatis in corripiendo: dicit enim Augustinus primo de civitate Dei: Si propterea quisque objurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia tempus opportunum inquiritur, non est occasio cupiditatis, sed consilium caritatis. Hæc sententialiter ex illo doctore. Tres autem casus tangit sanctus Thomas secunda secundæ, quæstione 33. articulo 2. ad tertium, & item Richardus de Media villa, in quorum primo meritorie a correctione fraterna quis se abstinet, si scilicet opportunum tempus expectetur. In secundo cum peccato mortali, **C** dum probabiliter scit se posse fratrem peccantem emendare, tamen pro temporali commodo aut metu amittendi aliquid temporale. In tertio cum peccato veniali, dum non habet spem probabilem de emendatione fratris per eum, & nimis inhiat iste, qui habet corripere, temporalibus. Non tamen ita, quod si constaret, quod fratrem posset a peccato retrahere, & propter timorem, vel cupiditatem omitteret, quibus in animo suo præponit caritatem fraternam.

Corollarium quintum. Correctio ordinata est ad emendationem peccantis, in qua ordo a salvatore datus observandus est.

Sequitur per hoc, quod ista correctio ordinata est ad emendationem peccantis, ordo, si peccata sint occulta, a salvatore datus, servandus est: si admonitioni caritativæ peccans ipse paruit: itaque si **D** monitus non paruit aut acquievit, est ultra procedendum, suppositis dispositionibus & circumstantiis antedictis. Advocandus est enim unus testis vel duo, quos speremus probabiliter velle correpto prodesse, non obesse; quos si non audierit, dicendum est ecclesiæ, id est, prælato ut judici. Ratio hujus; sicut ubi una lenis medicina non proficit ad salutem corporis, adhibenda est fortior, ut tamen minus gravetur infirmus, quantum fieri potest: sic in sanatione spirituali ubi secreta monitio non sufficit, ad graviora procedendum est, quod fit cum testis unus assumitur vel duo, qui triplici ratione advocantur: prima ut videant; secunda, ut testes sint admonitionis factæ: tertia, ut negantem coram **E** ecclesia, id est prælato convincant. possem etiam non incongrue per ecclesiam intelligere concilium generale. Et sic talis ordo est observandus: primo frater delinquens monendus est caritative; si non acquiescit, dicendum est prælato, ut est privata persona, quia nullus est qui magis debeat illi prodesse quam persona prælati. Si sic eum non audierit, adhibendus est unus testis vel duo ad iterum monendum; Et si illos non audierit, dicendum est prælato ut judici. si coram illo conventus negaverit, convincendus est per testes adhibitos, quia scriptum: *In ore duorum vel trium stat omne testimonium.* Hunc ordinem tangit Thomas in quarto. Et quod dicendum est prælato ante testium adhibitionem,

Loco supra citato.

A ut tamen est privata persona, habetur ab Augustino in regula. Verum quod in aliquibus secretis vel privatis peccatis non est observandus iste ordo de necessitate, ut si quis tractaret de proditione civitatis, aut de subvertendo populum in fide, aut moribus; Nam statim procedendum est ad denuntiationem talium, admonitione secreta prætermissa, ut impediatur tantum nocumentum, nisi firmiter quis existimaret quod per solam secretam admonitionem posset hujusmodi mala impedire, nec tamen contra ordinem Christi fit, quia talia peccata non sunt solum in te, sed etiam in alios, sed in illis peccatis quæ tantum nocent peccanti directe & per se, aut paucis, ut ordo tenet. De prælatis autem qui **B** committunt peccatum occultum, & postquam moniti caritative & humiliter ac reverenter fuerant, nolunt acquiescere correctioni, utrum sic procedendum est ad denuntiationem, dicit Albertus super 4. quod non, & dicit in forma sic: In distinctione 19. 3. quæstione, utrum idem ordo observandus est in correctione cujuslibet hominis? Ad responsionem post reprobationem cujusdam opinionis, dicimus cum quibusdam, quod ad omnes extendatur, sed ad omnes prælatos est admonitio in denuntiatione non procedens. In aliis autem potest procedere in denuntiatione, ut supra dictum est. Et in articulo priori, utrum hæc correctio fraterna sit omnium in omnes, dicit sic in solutione: Omnis homo omnem hominem cum reverentia & mansuetudine tenetur admonere & corripere de delicto: sed non ulterius potest denuntiare si est inobediens, quia si prælatus supremus est, non habet judicem. Ibi loquitur de supremo prælato specialiter, & etiam statim dixerat universaliter de omni prælato. Quidquid sit, manifestum est quod ubi prælatus monitus non obedierit, licet ad superiorem, si habeat, recurrere quis posset, non est ad populum recurrendum, prout dicit proponens, coram eodem hæc peccata sua arguenda nisi immineret fidei periculum, ut communiter doctores exemplificant: addere possem, & in periculo schismatis & corruptionis morum in ecclesia per malam doctrinam, Vnde dicit Thomas secunda secundæ quæstione vigesima tertia articulo quarto, ad secundum, quod in faciem resistere coram omnibus, excedit modum fraternæ correctionis. Et ideo sic Paulus Petrum non reprehendisset, nisi aliquo modo esset par quantum ad fidei defensionem, sed in occulto admonere & reverenter hoc potest etiam ille qui non est par. Vnde apostolus epist. ad Colossenses capite ultimo scribit, ut prælatum suum admoneant, cum dicit: *Dicite Archippo episcopo, Ministerium tuum imple.* Sciendum tamen quod ubi immineret fidei periculum, etiam publice essent prælati a subditis arguendi. Vnde etiam Paulus, qui erat subditus Petro, propter imminens periculum scandali circa fidem, publice Petrum arguit. Et sicut glossa dicit Augustinus ad Galatas 2. Ipse Petrus exemplum majoribus præbuit, ut sicubi forte rectum tramitem reliquissent, non dedignarentur etiam a posterioribus corrigi. Hæc Thomas ibidem, in quar. distinctione decima nona dicit sic in forma, respondendo ad unam rationem quæ est de reprehensione Petri a Paulo: Dicendum, inquit, quod Paulus restitit in faciem Petro coram omnibus, sicut ibidem ad Galatas 2. dicitur. hoc autem excedit modum fraternæ correctionis, qui prælatis a subditis debetur. Non enim prælati a subditis coram plebe seu multitudine, sed humiliter in privato corripiendi sunt, nisi immineret periculum fidei. Tunc enim prælatus minor fieret, si in infidelitatem laberetur,

ANNO CHRISTI 1435.

Ordo in corripiendo prælato servandus.

Epist. 19. inter medium & finem.

Anno Christi 1433.

retur, & subditus fidelis major. Idem dicit Richardus de Media villa. Dico ulterius quod fraterna correctio de peccatis præteritis publicis locum habet. Etiam dicit Thomas: Publica reprehensio, salvis his quæ dicta sunt de prælatis, dicit enim hic sanctus Thomas secunda secundæ quæstione trigesimatertia, articulo septimo, in corpore: Quæsierat enim utrum in correctione fraterna secreta admonitio ex necessitate præcepti debeat præcedere denuntiationem. Distinguendum est, inquit: Aut enim peccata sunt publica, aut occulta. Si quidem sunt publica, non tantum adhibendum est remedium ei qui peccavit, ut melior fiat, sed etiam aliis in quorum notitiam devenit, ut non scandalizentur. Et ideo talia peccata sunt publice arguenda secundum illud 1. Timoth. 5. *Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant.* quod intelligitur de peccatis publicis, ut dicit Augustinus in libro de verbis domini. Ibi dicit sanctus Thomas quod remedium ut melior fiat illi adhibendum est. Et hoc fit per correctionem fraternam, sicut quod coram omnibus arguitur, remedium est aliis, ne ipsum in culpa sequantur, ut de republica tollatur scandalum.

Sermo. 16.

Corollarium sextum. Ecclesiastici presbyteri non sunt publice corripiendi, nisi in certis casibus, ne populus abstrahatur a debita obedientia.

Sexto infero, quod cum prælati presbyteri & ecclesiastici sint superiores laicis, non est fraterna correctio facienda eis coram multitudine laicorum. De peccatis etiam publicis personalibus, neque etiam fidem, neque subversionem morum per malam doctrinam directe concernentibus, ut per illam inducantur laici ad subtractionem obedientiæ respectu sacerdotum. Istud corollarium ponit ultra præmissa, quod non debent induci laici ad subtrahendam obedientiam presbyteris etiam malis malitia personali, quamquam etiam sit publica. patet per illud Exodi 20. *Honora patrem tuum*, quod non tantum de patre carnali, sed spirituali intelligitur. Et istud morale præceptum est, ideo semper manet: lex etiam dicebat, Deuter. 17. *Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, morietur homo ille, & auferet malum de Israel; cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.* Quamvis autem hoc præceptum, quia judiciale erat, sit mortuum, sano tamen præcepti manet, scilicet de obediendo sacerdotis imperio. Nam hoc morale est, quia præcipitur honorare parentes. Nec hoc valet dicere, quod hoc solum intelligitur de bonis: nam dicit Alexander de Ales in tertia parte suæ summæ, quod malo prælato quamdiu ab ecclesia toleratur, debetur honor. Et quamvis male præsideat, quousque ab ecclesia deponatur, ut bene præsidens debet haberi, & intelligitur de malitia personali. Patet corollarium istud per illud Matth. 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ dicunt vobis, facite.* & 1. Petr. 2. *Subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens injuste.* Patet etiam auctoritatibus doctorum sanctorum. Dicit Telesphorus papa VII. a beato Petro, ex computo Augustini, decreto suo cap. 3. Ipsi qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi & timendi, & non dilacerandi, aut detrahendi: quia a quibus populus domini se benedici, salvari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi, populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi a populo, quia non est discipulus supra magistrum. Apparet per hoc quod populus debet obedire sacerdotibus, & se non subtrahere ab eorum obedientia. Item Gregorius Nazianzenus secunda oratione in sancta lumina

Alexander ab Ales part. 3. qu. 33 memb. 4 art. 5.

Telesphorus in epistola sua decretali. Gregorius Nazianzenus oratione 40. in sanctum baptisma.

post medium, demum etiam illud docet, quomodo subjectos esse oporteat eos qui accedunt ad gratiam, his quibus dispensatio mysteriorum Dei commissa est, maxime etiam si dignitate aliqua sibi vel sapientia præditi videantur. Nemo dissimulet baptismum, nemo contemnat, nemo prædicatoribus fidei & dispensatoribus gratiæ resistat atque repugnet, sed cum omni humilitate & veneratione subjaceat. Hæc ille. Præterea Chrysostomus super epistola secunda ad Timotheum homilia secunda dicit: Nescis quid est sacerdos? quoniam angelus Dei est, non enim quæ sui ipsius sunt loquitur. Si contempseris, non eum contemnis, sed eum qui inthronizavit eum, Deum: & unde manifestum est quod Deus inthronizavit eum? nisi hanc habeas opinionem, spes tua evacuata est. Si enim nihil agat Deus per eum, neque lavacrum habes, neque mysterii particeps es, neque benedictionibus frueris: non ergo Christianus es. Quid ergo? Omnes ordinat, etiam indignos? Non omnes quidem inthronizat, per omnes tamen ipse operatur, salutem populi moliens, non illorum intrans merita. Hæc ille. Profecto hæc sententia in illo verbo salvatoris fundata est: *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.* Forte dicet quispiam: Ideo publice malis sacerdotibus non obedio, quia propter suam malitiam publicam dominium super me perdiderunt; putas quæso dominium in caritate fundari? si hoc credis, cum certi esse non possimus de alio si sit in caritate, cum nec de nobis ipsis simus, Sapiente teste, qui ait Ecclesiastici 9. *Nemo scit an odio vel amore dignus sit.* & apostolo qui dicit 1. ad Corinthios 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*, certi esse non possumus de aliquo, si sit verus dominus, & ita non solum spiritualia dominia ambigua erunt, sed & temporalia: quod si dicatur, imo certi erimus, donec aliquod publicum mortale commiserint. Si sic dicitur, ergo dominium aut spirituale aut temporale in caritate non fundatur, cum per mortale occultum quis dominium non amittit. Porro ostendo, quod per mortale publicum non amittitur dominium, saltem per peccatum personale, quod fidem non corrumpit, aut ecclesiam non scindit, vel bonos mores per malam doctrinam directe non perimit: dignitates & dominia sunt a Dei providentia derivata, nam ad Romanos 13. dicitur. *Qui potestati resistit, divinæ ordinationi resistit.* Et Proverbiorum octavo dicit æterna sapientia, cujus munere omnia gubernantur: *Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt.* Ergo quibus dedit dominus potestates & imperia, illi veri sunt domini. Constat autem dominum interdum facere malum hominem regnare super populum ad populi afflictionem, Iob. 34. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Igitur tales quamvis sint mali culpa personali, tamen domini sunt. Idem manifestum est in angelis Ephesi, Pergami, Thyatiræ, Sardium, & Laodiceæ: adversus enim illos episcopos dominus comminationes revelat, quarum aliquæ non sunt pro peccato veniali, imo mortali, & tamen adhuc episcopi sunt, & non ipso facto depositi. Præterea * Anselmus in glossa super illo 1. Cor. 2. *Ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis*, ait: Multi habent donum spiritus Dei, & nesciendo a quo habent, impia vanitate jactantur. nemo donis Dei beatus qui danti est ingratus. Item Augustinus super Psal. 66. v. 1. Alia sunt dona quæ dat Deus inimicis suis, & alia quæ non servat nisi amicis suis. Quæ sunt dona quæ dat Deus inimicis suis? quæ nunc memoravi. Non enim soli boni plenas habent domos rebus necessariis, aut soli bo-

Anno Christi 1433.

Matth. 10.

Per peccatum quodvis mortale non amittitur dominium.

Apoc. 2. & 3.

* alius liber habet Augustinus

ni

Anno Christi 1433.

nt vel salvi facti sũt, vel ab ægritudine convalescunt. Hæc Augustinus. Quid mirum, si dominia dat peccatoribus, fidelibus tamen, qui etiam infidelibus larga dedit imperia? imo & infidelem super populum suum regnare constituit? patet in Nabuchodonosor. Erat enim ille idololatra, sed & rex constiturus a domino super popolum Israel peccantem. Ieremiæ siquidem 27. scriptum est: *Ego feci terram & homines & iumenta quæ super faciem terræ sunt in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manus Nabuchodonosor regis Babylonis servi mei. Insuper & bestias agri dedi ei ut serviant illi, & servient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius.* Videtis quomodo Deus eum præfecit in regem terræ Israel, sicut de ipso propheta loquitur in texto: Nec solum eum, sed filium, & filium filii. Nec potest dici quod Deus dicatur facere hoc permissive, quia dominus addidit: *Servi mei, &c. bestias agri dedi ei.* Iterum Cyro adhuc idololatræ dedit dominus regna terræ. Isaiæ enim 45. *Hæc dicit dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram ut subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam.* Sequitur & ibi: *Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* Hieronymus in commentario libro 12. ait: Hujus dextram apprehendit & tenuit, ut nullus fortitudini ejus valeret resistere: legamus Xenophontis octo librorum Cyri majoris historiam, & prophetiam Isaiæ cernemus expletam. quæ enim civitas illi non patuit? quis non regum terga subjecit? qui muri prius inexpugnabiles non illius obsidione subversi sunt? Hæc ille. Amplius Cæsar erat injustus injustitia fidei, tamen dominus

Matth. 22.

dominium suum confirmavit, cum ait: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari.* Pilatus etiam erat iniquus Christo, judicans in favorem Iudæorum, tamen suam

Ioan. 19.

potestatem approbavit, cum ait: *Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* Propterea dicit Augustinus libro de quæstionibus veteris & novi testamenti: Dei imaginem habet rex, sicut episcopus Christi. Quamdiu ergo in ea traditione manet, est honorandus, si non propter se, vel propter ordinem unde Gentilem, in potestate tamen positum, honoramus, licet indignus sit. Hæc ille. Patet quomodo in rege personam distinguit Augustinus ab ordine. si fuerit peccator in persona, meretur privari bonis Dei. Sed quia est rex ex officio, meretur habere Dei bona etiam valida, honores excelsos ab homine, & a Deo visiones

August. de civit. Dei lib. 5. c. 21.

& somnia. proinde idem libro de civitate Dei dicit in effectu, quod idem Deus dedit regna piis & impiis: qui Mario imperium, ipse & Gaio, qui Constantino Christiano, & Iuliano apostatæ. Patet ergo quod verum dominium non fundatur in gratia gratum faciente, sed in divina providentia, sicut in causa efficiente, secundum quam, propter occultas nobis causas suæ æternæ sapientiæ manifestissimas, bene vult malis, & interdum male, pœnaliter vero bonis. Cum autem visum erit in sequenti conclusione sacerdotes popolo non esse subjectos, apparebit irrationabile, ipsos coram populo de peccatis suis personalibus publicis arguere, hypocrisim detegere, & coram ipso suis manifestis sceleribus contraire, ut dixit proponens, dum tamen non sint in subversionem, per falsam doctrinam: in quo casu possunt argui publice coram populo, ut supra dictum.

Septimum corollarium. Populus nõ potest licite subtrahere pro-

Sequitur septimo ex præcedenti, quod subditos populus non potest licite subtrahere decimas & oblationes a malis sacerdotibus publica malitia personali. Nec valet excusatio avaritiæ hoc facere volentium, Quia nolunt tales nutrire in peccatis, quod tamen facerent dando, ut dicunt. Probatur: Christus sustentavit Iudam proditorem, deditque illi buccellam panis, & fecit eum participem mensæ suæ, & adhuc erat sacerdos. Item Deus pascit

ventus malis sacerdotibus.

Gentiles in orbe, hæreticos, & impios Christianos, ita ut Iob dicat: *Abundant tabernacula prædonum, & audacter provocant eum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum.* Iob. 12. Et Veritas ipsa de hoc ait: *Qui Solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Item Augustinus tractatu de oratione dominica, qui incipit, Sanctissimis apostolis, ait: Ipsum panem carissimi, quo venter impletur, quo caro quotidie reficitur, ipsum panem videtis dare Deum, non solum laudatoribus suis, qui facit Solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. laudas, pascit te: blasphemas, pascit te: ut pœnitentiam agas, expectat te, si non te mutaveris, damnat te. Quia ergo panem istum accipiunt boni & mali a Deo, putas non est alter panis? Hæc ille. Item idem prima parte sermonum sermone de generalitate eleemosynæ, qui incipit: Sunt qui dicunt, Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem. Illa enim ob hoc dicta sunt, ne unquam peccatori benefacias propter ea quia peccator, sed quia homo est, itaque utrumque præceptum tenebis, non ad vindictam remissus, nec ad subveniendum. Omnis enim qui ratione arguit peccatorem, quid aliud quam vult non esse peccatorem? Odit ergo in illo quod odit Deus, ut perimatur quod homo fecit, & liberetur quod Deus fecit: peccatum autem homo fecit, ipsos homines Deus. Et infra: Benefac humili propter hoc quod humilis est, & ne dederis impio propter hoc quod impius est, quoniam & altissimus odit peccatores, & impiis reddet vindictam, qui tamen non solum propter quod peccatores & impii sunt, verum etiam quod homines, facit oriri Solem suum super bonos & malos, & pluit super justos & injustos: ita nulli hominum claudenda est misericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda. Hæc Augustinus. Ex quo patet, quomodo potest dari malis, nec tamen nutrietur malitia, ideo possunt reddi decimæ, utique justissime debitæ, nec ideo nutrietur malitia: nam solventur, quia debitæ, & quia illi sunt sacerdotes, non autem quia mali. Item Hieronymus in commentario super illo Matthæi, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo,* dicit sic: Porro quod ait: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari,* id est, nummum, tributum, & pecuniam, *& quæ sunt Dei Deo,* id est, decimas, primitias, & oblationes. Hæc Hieronymus. Tunc autem Cæsar Tiberius erat tyrannus, successor tyranni & hæres; sacerdotes infideles, avari, & in malo pertinaces, ad pietatem indociles, & mortem domini jugiter meditantes, & tamen illis decimas dominus jubet dari: Si illis dandæ sunt, cur non sacerdotibus malis, tamen fidelibus? Rursus idem in annotationibus super illo: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, pota illum,* ait: Noli negare quod dominus nulli negat, quamvis sit blasphemus & impius, hoc enim faciens, carbones congeres super caput eius, ut cum sibi carbones intellexerit per* tuam indubitam misericordiam congregari, excutiat eos, hoc est, convertatur, & diligat te, quem habuerat aliquando perosum. Item: Idem Deus nulli negat etiam blasphemo & impio, & numquid ipse cibat inimicos suos contra se ipsum? non, sed contra seipsos eis gratitudo domini, gratitudo & servorum ejus obesse potest ad pœnam. Domini gratitudo autem servis ejus crescet ad gloriam, quia nec ideo pascunt peccatorem ut amplius peccet, sed magis ut gratia domini victus a de-

Matth. 5.

Similia habet in psalmum ina. ultra medium. vide 22. q. 4. Duo ista. c. 35.

Matth. 23.

Hieron. in caput ad Rom. 12.

* Textus impressus habet sua liem in psal. 33 in epist. ad Hedybiam 150.

Anno Christi 1433.

a delicto quiescat. Hæc Hieronymus: Chrysostomus autem super Ioannem homilia 70. *Qui manducat meum panem*: Omnia alia, inquit, dimittens, hoc unum quod sufficiens erat eum, scilicet Judam, detinere & convertere, posuit Christus, Qui a me nutritus est, qui apud mensam communicavit. Hoc autem dixit, erudiens eos qui malefaciunt, benefacere etiamsi manserint insanabiliter habentes. Hæc ille. Ponderate quod dicit, Etsi manserint insanabiliter habentes: nam illis benefaciendum, non obstante malitia, docet dominus Iesus, ut ait ipse Chrysostomus. Si vero zelum habens correctionis vitiorum, utinam secundum scientiam, causetur dicens, quod nisi coram multitudine populi vitia cleri arguantur & improbentur, judicabit simplex populus illa esse B licita; ideo ut eis consulatur, necessarium est omnibus talibus publice coram populo contraire: dico quod non habet unde rationabiliter conqueratur: Nam juxta præmissa doctrinam salvatoris insequendo, sacerdotes delinquentes publice peccatis personalibus potest fraternaliter cum reverentia, honore & mansuetudine corrigere, adhibitis debitis circumstantiis. Quod si illum non audierit, adhibeat unum vel duos testes; quos si non audierit, dicat ecclesiæ, id est prælato ecclesiæ, qui est superior sacerdotis delinquentis. Si ille neglexerit, potest ad superiorem recurrere, usque ad summum pontificem; quem si rursus desidem in correctione ista judicaverit, habet pro finali recursu generale concilium, quod requisitum & * corrigendis informatum C nullatenus deficiet, speciali enim quadam præsentia paracletus Spiritus sanctus ei adest, & Christus, qui sponsam suam ecclesiam catholicam in concilio generali repræsentatam, nullatenus errare permittit, quam desponsavit sibi in fide & in misericordia & miserationibus usque in sempiternum. Propter quod in morum reformatione non est ambigendum, concilium generale tramitem veritatis unquam relicturum; hoc tantum restat, ut omnis puritatis amator conciliorum generalium celebrationem toto corde & opere procuret. Ecce lenitatem domini, ecce mandatum de correctione fraterna, ecce practicam bonorum contra malitiam sacerdotum personalem: dixi, personalem, quia si in fide aut doctrina errarent, & D perverterent populum, hoc modo, si mores sanctos documentis malis niterentur evertere, aliter esset procedendum, ut dictum est, nec peccarent solum in te, sed in omnes Christianos. Vbi vero omitteretur celebratio generalium conciliorum, quod Deus avertat, remedium est prædicatio verbi Dei maxime ad clerum facta. In illa fiat generalis exprobratio vitiorum, ne unquam putent insipientes vitia sibi licere. Ad populum vero exprobratio vitiorum cleri, non videtur expediens, nisi cum magno moderamine, & diligenti verborum temperantia fiat, ne clero populus infectus insolentior fiat, & abjiciat omnem reverentiam & obedientiam. Vbi tamen probabiliter appareret populum errare credendo, vitia cleri E jam non esse vitia, esset per veram doctrinam ei succurrendum, sed hoc diebus nostris evenire pro magna parte populi non permisit dominus. Non ergo arguendi sunt mali sacerdotes malitia personali coram populo. propter hoc, ultra præmissa, hanc unicam facio rationem. Ordo fraternæ correctionis ostendit, quod ab ea itur in correctionem paternam seu judiciariam, dum illa non sufficit. Nam post correptionem inter te & illum, unus vel duo testes adhibentur, ut convincatur jam correptus coram judice. Postea si negaverit, dicetur ecclesię, id est, prælato, vel universali ecclesiæ in negligentia prælatorum: si illam non audierit, excommunicatur vel ex-

al. manuscriptus codex alter, & debite corrigendum informatum

A communicatus est. Ideo sit tibi ut Ethnicus & publicanus. Igitur ubi fraterna correptio non sufficit, curritur ad judicem, ut qui volens corrigi noluit, nolens corrigatur: modo populus, ut postea patebit, non est judex sacerdotum, nec habet excommunicare aut claves ecclesiæ, sed potius pastores, & ecclesia universalis seu concilium illam repræsentans. Igitur corrigendo coram populo malum sacerdotem, legem correctionis fraternæ quis transgreditur, & non ingreditur ordinem judiciariæ potestatis, ergo hoc non est faciendum.

Anno Christi 1433.

Sequitur secunda conclusio.

B SECUNDA conclusio: Soli habentes auctoritatem a lege, a divina voluntate, per inspirationem seu revelationem cognita, aut ab aliquo illorum commissi, possunt licite in quolibet statu corrigere judicialiter subditorum suorum peccata mortalia publica. Ista conclusio probatur lege divina, praxi apostolorum, & ecclesiæ primitivæ, decretis libri conciliorum Isidori, & sanctorum patrum, & auctoritatibus sanctorum doctorum, se fundantium in lege divina.

Primo probatur ex testimoniis veteris testamenti. Exodi 2. scriptum est, cum quidam Hebræus alteri faceret injuriam, & Moyses injuriantem corriperet, ait correptus: *Quis te constituit judicem super nos? numquid vis me interficere, sicut heri interfecisti Ægyptium?* C Augustinus autem contra Faustum dicit super interfectioné Ægyptii per Moysen: Moyses non detestabili immanitate, sed emendabili animositate justitiæ regulam excessit, quia nondum a domino principatum acceperat, ut prius allegatum est. Secundo: Sic David quemdam juvenem (dicunt multi doctores quod fuit Doeg Idumæus, qui dixerat se Saulem occidisse, licet mentiretur) occidit. Nam 2. Regum 1. dixit illi juveni: *Quare non timuisti manum tuam mittere, ut occideres christum domini?* Et paulo post dixit: *Sanguis tuus super caput tuum sit*, jussitque eum interfici: hoc autem non fecisset, si sibi licuisset regem Saulem occidisse. Non ergo illi licuit, quamvis Saul esset malus, & reproD batus a domino ne regnaret. Tertio, Proverb. 30. dicitur: *Per tria movetur terra, & quartum non potest sustinere. Primum est per servum, cum regnaverit*, hoc autem fieret, si subditi vellent defectus superiorum publicos per justitiam vindicare. Quoniam vero orbis perturbatio mala est, hoc non licet. Quarto, psalm. 71. dicit propheta: *Deus judicium tuum regi da, & justitiam tuam filio regis*. Ibi judicium justitiæ committi precatur propheta, non cuilibet, sed regi, aut filio regis, vel his qui juste aliis præsunt. Iterum Proverbiorum 19. Sapiens ait: *Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus*. Ex illis patet subditos non debere superiorum peccata per justitiam corrigere, castigare, aut punire. Item E Isaiæ decimo dicit Spiritus sanctus: *Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si elevetur virga contra elevantem se, & exaltetur baculus, qui utique lignum est.* Licet autem hoc dictum sit contra prævaricatores divinorum mandatorum, quod patet ex pronuntiatione pœnæ divinitus comminatæ. Rationabiliter tamen potest exponi de insurgentibus in superiores, delicta eorum cupientes sub titulo justitiæ vindicare. Rursus, ut allegatum fuit, inobediens sacerdotis imperio moriebatur in lege. Ex quo verbo hoc morale accipiendum est, quod sacerdotibus evangelicis, in his quæ bene præcipiunt, populus tenetur obedire, non ergo habet

Aug. contra Faustũ Manichæũ lib. 22. c. 22. Tom. 6.

Supra propositione 4.

Anno Christi 1433.

habet populus eorum peccata personalia per justitiæ potestatem corrigere. Si dicatur, quod hoc verum est de bonis (nam malos presbyteros puerulus Daniel judicavit, ut patet Danielis 13.) respondebo, quod ita fecit, sed hoc fuit accepta a domino super hoc speciali potestate, quæ innotescit hominibus aut per miracula, aut per testimonium sacrarum scripturarum: hæc autem, de qua hic, inspiratio divina ex scriptura manifestatur. Nam dicitur. *Suscitavit Deus spiritum pueri junioris, cui nomen Daniel.* Præterea eodem modo videtur dicendum, quod subditi possunt peccata principum sæcularium publica auctoritate justitiæ punire & corripere, & hoc esset seditiosum,& subversio omnis principatus temporalis. Amplius: superiores non habent ab B inferioribus puniri propter eorum negligentias in justitia ministranda aut regimine, & specialiter ecclesiastici a laicis. Illorum enim defectus dominus judicabit & non populus terræ. Quod patet Isaiæ tertio, ubi dicitur: *Stat ad judicandum dominus.* quod ad prælatos aut ad sacerdotes hoc dictum sit, patet: nam paulo post dicitur: *Vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra*, sic enim ad hoc propositum allegat Alexander illam auctoritatem. Idem patet Ezechielis 33. de speculatore enim dicitur: *Nisi insonuerit buccina, cum viderit gladium venientem, sanguinem pereuntis de manu sua requiram*, non populus terræ, sed ego, supple, dominus. Hæc enim sunt verba domini. Non C habet ergo negligentias exigere populus ex auctoritate de manibus prælatorum aut presbyterorum, sed dominus, quamvis possit pro defectibus & negligentiis in officio querimoniam superioribus ipsorum ecclesiasticorum deficientium porrigere, ac pro peccatis personalibus eos monere fraternaliter modo dicto in præcedenti conclusione.

Deinde probatur conclusio testimoniis novi testamenti, & primo Matthæi 26. dicit salvator: *Omnis qui gladium acceperit, gladio peribit.* Ille vero dicitur gladium accipere, qui propria auctoritate justitiæ pœnas exercet. Vnde Augustinus: Ille gladium accipit, qui nulla superiori aut legitima potestate vel jubente vel concedente in sanguinem alicujus armatur; ergo soli tales, non qui gladium accipiunt, quoniam gladio peribunt, sed quibus gladius a Deo datus est, habent peccata publica auctoritate justitiæ vindicare. Secundo apostolus ad Romanos 13. dicit: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nam qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Post pauca subdit: *Non sine causa gladium portat, Dei enim minister est vindex in iram ei qui male agit.* Ex his patet quod inferiores subdi debent potestatibus sublimioribus, & sic non habent de illis potestatibus justitiam facere, non enim habent gladium datum a domino, sed princeps, qui Dei minister est contra operantes malum. Si de facto faciunt, gladium accipiunt, & gladio peribunt, ut dicit dominus. Tertio apostolus reprehendit eos, qui judicant non sibi subditos. Dicit enim ad Romanos 14. *Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit.* Nec potest dici, quod propter peccatum domini efficiantur subditi, dum tamen illud peccatum sit tantum personale, & non sit in fidem, aut contra rempublicam, ad cujus custodiam, & fidei defensionem, ordinatum est dominium, sicut probatum est supra. Quarto, 1. Petri 2. Petrus apostolus: *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum*; specificando autem cui, subjungit, *Sive regi quasi præcellenti, sive ducibus quasi ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei.* Si dicatur, quod bonis paren-

Aug lib. . contra Faustum Manichæũ c. 70. &c.

A dum est, non malis, contradicit illud 1. Pet. 2. *Servi subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis.*

Anno Christi 1433.

Consequenter ex praxi Christi, apostolorum & primitivæ ecclesiæ, sic ex praxi Christi, Christus uni tantum, non omnibus dixit, scilicet Petro: *Pasce oves meas*, Ioannis ultimo, dans uni, non pluribus, universalem auctoritatem corripiendi peccata subditorum, & in virtutibus eos nutriendi. Item ex praxi apostolorum, Petrus solus tamquam caput aliorum, divinam sententiam in Ananiam & Saphiram promulgat, quia defraudaverant de precio agri, mentiri Spiritui sancto, ut habetur Actorum 5. In quo patet, quod superior habet ferre judicium aut promulgare. Ceterum cum Simon magus offerret pecuniam apostolis, ut haberet potestatem dandi Spiritum sanctum, per impositionem manuum, solus Petrus, ut aliorum princeps, legitur eum corripuisse imperiose dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem*, Actorum 8. Præterea cum Paulus percussus jussu Ananiæ summi sacerdotis Iudæorum dixisset: *Percutiet te Deus paries dealbate*, & quidam astantium ei apposuisset: *Sic summum sacerdotem Dei maledicis?* Respondit: *Nesciebam fratres, quia princeps est sacerdotum*, per hoc se excusans de maledicti pronuntiatione, ostendens quod superioribus non sunt maledicta inferenda, & multo minus corporales pœnæ per inferiores. De his apostoli verbis C habetur Actuum 23. Nec valet quod Paulus restitit Petro in faciem. Nam habetur Galat. 2. *Cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.* quia cum superior peccat in facto fidei, fit inferior in hac parte, & subditi non lapsi fient superiores, ut Thomas in 4. distinctione 19. vel magis glossam sequendo dico, quod in defensione fidei Paulus fuit par Petro: dicit enim glossa super illo, *Restiti enim in faciem*, ut par, ita dicit Richardus de Media villa in quarto, distinctione 19. In una responsione tangit aliam, quæ Thomæ videtur conformari in quarto, quod ubi imminet periculum fidei, inferior potest superiorem etiam publice arguere, ut etiam dicit Thomas in 2. secundæ immediate supra, sicut ante in fine quinti corollarii dictum est. D Et hoc maxime dico verum esse, quando periculum est in mora, nec dilationem recurrendi ad superiorem periculum patitur. Ita dicit de paritate Petri & Pauli in defensione fidei Augustinus de Ancona libro de potestate ecclesiastica, quæstione 7. art. 2. ad primum, ubi ostendit, quod Paulus fuit minor Petro, major, & æqualis. Minor quidem potestate prælationis, quia solus Petrus fuit Cephas, id est caput totius ecclesiæ; major autem prærogativa electionis, electus fuit a Christo post resurrectionem & post glorificationem. Vnde in bulla papæ, Paulus ponitur ad dextram. Æqualis in officio prædicationis, & fidei defensionis. In hac autem reprehensione E fides defensionis tangebatur, quantum ad cessationem legalium, unde ad Galatas 2. post verba assumpta sequitur de Petro: *Non enim ambulabat ad veritatem evangelii.*

Supra corollario 5.

Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7.

Allego ultra praxim apostolicam, praxim, ut sic dicam, angelicam Michaelis archangeli, qui dum cum diabolo de corpore Moysis altercaretur, noluit imperare, sed domino imperandum reservavit. De hoc enim habetur in epist. Iudæ: *Cum Michael archangelus altercaretur cum diabolo de corpore Moysis, non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit, Imperet tibi dominus.* si punitionem noluit archangelus in diabolum sine auctoritate superioris, scilicet Dei, exercere, sed domino reservavit; cum homines non sint meliores angelis, nec delinquentes

ANNO CHRISTI 1433.

pejores diabolo, vindictam malorum non debent exercere, sed superioribus reservare.

Posset ex praxi primitivæ ecclesiæ satis facile idem deduci permulus. Sufficiant autem duo exempla, quæ si noo sunt de primitiva ecclesia, sunt tamen de ecclesia satis primitiva. Vnum est Constantini Magni, de quo in 3. lib. historiæ tripartitæ dicitur, quod episcopis inter se dissidentibus & libellos famosos contra se invicem Constantino offerentibus, ipse ait: Dominus constituit vos sacerdotes, & potestatem dedit vobis de nobis judicandi, ideo nos a vobis recte judicamur, vos autem non potestis judicari ab hominibus, propter quod inter vos Dei solius expectate judicium, & vestra jurgia, quæcunque sunt, ad illud divinum reserventur examen. vos estis nobis dati dii, inconveniens est ut homo judicet deos, sed ille solus de quo scriptum est psal. 81. *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Aliud est exemplum de obedientia Theodosii erga beatum Ambrosium, ex quibus apparet principes sæculares Christianissimos judicibus ecclesiasticis paruisse, quamquam aliqui eorum mali essent, sicut patuit in primo exemplo.

Ex his autem, quæ in libro conciliorum Isidori habentur, probatur conclusio. Io epistola Clementis papæ ad Iacobum fratrem domini de morte sancti Petri dicitur: Episcopos a solo domino judicandos aut removendos, & non ab aliis esse dicebat, qui sui sunt & non alterius. Et quis est qui alterius judicet servum? Nam si ita non patiuntur homines, nec Deus deorum, nec dominus dominantium, hoc ullatenus patietur. Item Evaristus papa, ut eodem libro conciliorum Isidorus narrat, decreto suo nono ait: Non est itaque a plebe aut a vulgaribus hominibus arguendus episcopus vel accusandus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur a Deo vita istorum; Et transsumptione habetur 2. quæst. 7. Non est. Item ex decreto Alexandri primi in eodem libro conciliorum Isidori dicitur: Relatum insuper est ad hujus sanctæ & apostolicæ sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum, & omnia negotia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt quasi ad caput, ipso dicente principi apostolorum Petro: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Quod quidem æmuli Christi ejusque sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad judices publicos accusare præsumant, cum magis apostolus Christianorum causas ad ecclesias deferri, & ibidem determinari præcipiat. Taliter prævaricantes prævaricati sunt in Deum suum, & non obediunt præceptis ejus. Amplius in concilio generali Parisiensi, & habetur in cap. Nullus judicum, de for. compe. sic fuit diffinitum: Nullus judicum neque presbyterum neque diaconum, aut clericum ullum aut minores ecclesiæ, sine permissu pontificis per se distringere aut condemnare præsumat. quod si fecerit, ab ecclesia Dei cui injuriam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousque reatum suum cecognoscat, & emendet. Sunt tameo casus speciales, in quibus judex sæcularis potest esse judex clerici, qui notantur per Ostiensem, & alios doctores in decreto cap. Nullus, de for. comp. Rursus, quod dignitas episcopalis sit major imperiali, exceptis temporalibus, quæ episcopus ab eo recipit, declarat Innocentius III. illustri imperatori Constantino, in cap. Solicitæ, de majoritate & obedientia.

Clemens papa epistola 1.

Evaristus epist. 1. habetur 2. q. 7. cap Non est.

Alexander pontifex epist. 1.

Matth. 16.

Ostiensis de foro comp cap. prædicto.

De majoritate & obedientia, cap. 6.

ITEM ex decretis SS. patrum apparet conclusio. Primo, in decreto distinctione 10. dicit beatus Gregorius Nazianzenus imperatoribus Constantinopolitanis, quod etiam potestas tribunalium regorum lege Christi subjecta est potestati ecclesiasticæ. Ideo non debent regulariter ecclesiasticorum delicta a principibus sæcularibus puniri, & multo minus a populo vel aliis Christi fidelibus. Item 2. quæst. 7. cap. Laicos, dicitur: Laicos non accusasse episcopos hactenus observatum & constitutum est, quia non sunt ejusdem conversationis, & oppido quidem eis infesti existunt. Iterum 23. quæstione 5. cap. Noo frustra, dicitur ab Augustino ad Macedonium: Non frustra instituta sunt potestas regis, jus cognitoris, ungulæ carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris: habent omnia ista modos suos, causas, utilitates, cautiones. Hæc cum timentur, & mali coercentur, & boni quieti inter malos vivunt. In hoc patet, quod ad solam auctoritatem publicam pertinet peccata publica per justitiam punire.

Gregorius Nazianzenus orat.

ANNO CHRISTI 1433

ad cives Nazianzenos, dist. 10. cap. 6.

2. quæst. 7. Laicos.

POSTREMO auctoritatibus SS. doctorum in lege divina veraciter se fundantium: Probatur conclusio per Augustinum primo de civitate Dei, & recitat Thomas in glossa super Matth. 5. capite: *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit judicio*, dicit enim sic: Nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, qui auctore Deo bella gesserunt, ac personam gerentes publicæ potestatis, justissimæ rationis imperio sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verumetiam laudatus est nomine pietatis, quod voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. hi ergo excipiuntur, quos Deus occidi juberet sive lege lata ad personam pro tempore, sive expressa jussione. Non autem ipse occidit, qui ministerium dat jubenti, sicut adminiculum gladius est utenti. Ex quo patet, quod solum ad habentem auctoritatem, sive a lege, sive speciali jussu Dei, pertinet pœnam per justitiam inferre. Item idem super Matt. eodem cap dicit: Non prohibetur vindicta, quæ fit per correctionem, nec hæc ei conceditur, nisi cui potestas ex ordine data est. Rursus idem primo de civitate Dei ait: Qui sine aliqua publica administratione maleficum interfecerit, velut homicida reputabitur. Iterum idem super Matth. 5. cap. Officia vindictæ possunt bono animo impleri, quomodo judex, & quomodo lex. Præterea Gregorius super Deuter. 23. *Si intraveris segetem proximi tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes*, dicit: Falcem judicii mittere non potest quis in eam rem, quæ alteri videtur esse subjecta. Ex his patet probata conclusio, quod soli habentes auctoritatem a lege, aut a divina voluntate per inspirationem seu revelationem cognita, aut ab aliquo illorum commissi, possunt licite in quolibet statu corrigere judicialiter subditorum suorum peccata mortalia publica. Ex quo patet, quod peccata puniri non possunt, nisi adsit jurisdictio: & quia judicium humanum procedere debet ex manifestis, oportet quod adsit convictio, oportet etiam, ut in primo puncto deductum fuit, quod fiat absque turbatione boni communis; ideo oportet quod sit pax salva. His igitur tribus concurrentibus, ex primo puncto & ex isto declaratis, scilicet jurisdictione, convictione, pace salva, peccata publica sunt punienda, alias non, nisi ubi majus scandalum oriretur ex dissimulatione punitionis peccati, quam ex turbatione pacis ecclesiæ, aut boni communis, sicut etiam dictum fuit in primo puncto.

Augustinus de civitate Dei, cap. 21.

Augustinus ubi supra.

Augustinus in quæst. evang. lib. 1. cap. 20. tom. 4.

Ex hac conclusione infero primo, quod peccata publica personalia prælatorum, sacerdotum, & aliorum ecclesiasticorum Christi fidelium, per laicos non sunt punienda, etiam secundum dictamen legis divinæ,

Primum Corollarium. Peccata publica personalia ec-

ANNO CHRISTI 1435.

divinæ, per cohibitionem pœnæ, exceptis casibus, etiam paucis infra dicendis, in quibus nec eis liceret, nisi esset ab ecclesia specialiter concessum. Hoc probatum erit, si fuerit ostensum, quod non sunt laicis, quoad ea, subditi; hoc autem sic patet, primo ante legem scriptam, secundo in lege, tertio sub euangelio. Ante legem in regno Ægypti sub Pharaone manifestum est sacerdotes ab omni regali exactione fuisse liberos. Cum enim omnes essent Pharaonis imperio subjecti, & in servitutem subacti, sola terra sacerdotum permansit libera, ut habetur Genes. quadragesimoseptimo. In lege vero non reperiuntur sacerdotes populo esse subjecti, imo econtra. Nam diffinitio quæstionum ad sacerdotis pertinebat arbitrium, quod eis obediendum lex jubebat sub pœna mortis. Deuteron. enim 17. scriptum est: *Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & judicum intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus; veniesque ad sacerdotes Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem, & facies quodcumque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dominus.* Sequitur paucis interpositis: *Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille.* Sub euangelio autem sacerdotium liberum est ab omni potestate sæculari, quantum ad eorum personas. maxime probatur per id Matth. 17. ubi Christus interrogavit Petrum, *A quibus reges accipiunt tributum, an a filiis, an ab alienis?* Respondit Petrus: *Ab alienis:* Et dominus, *Ergo filii sunt liberi.* per hoc intelligens apostolos, discipulos, & eorum successores esse liberos a subjectione temporali. Vnde quod solvit tributum, fuit ne scandalizarent exactores tributorum, ideo dicit: *Ne scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascendet tolle, & aperto ore ejus, invenies staterem illum sumens, da eis pro me & pro te.* Ecce patet ecclesiasticas personas liberas esse a tributis, & aliis oneribus principum terrenorum. Augustinus autem, ut recitat Thomas in glossa super Matth. decimoseptimo capite super illo verbo. *Ergo filii sunt liberi*, sic ait: Dicit Christus in omni regno filios esse liberos, id est non esse vectigales, multo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno, scilicet filii regni ipsius, sub quo sunt omnia regna terræ. Hieronymus vero in eadem glossa dicit sic: Dominus autem noster, & secundum carnem, & secundum spiritum filius erat regis, vel ex David stirpe generatus, vel omnipotentis Patris Verbum; ergo tributa quasi regum filius non debebat. Origenes autem ibidem sic: Vide Christi prudentiam, qualiter nec renuit tributum, nec simpliciter jubet dare, sed prius ostendit se non esse obnoxium, & tunc dat. quorum unum fecit, scilicet dare tributum, ut illi, scilicet exactores, non scandalizarentur; hoc autem, quod ostendit se liberum, ut non scandalizentur discipuli. Hæc Origenes. Ita ego dico ecclesiasticos liberos a subjectione populari, & omnium laicorum, quoad personas & actus eorum personales, præterquam in certis casibus in respondendo exprimendis, ut prius dictum est, & ut non scandalizem discipulorum domini successores, si putarem aliquos dicere velle sacerdotes Dei, quia revera sunt medii inter Deum & populum, ex quo fit, ut dicantur os Dei, & os populi; Os Dei, pro eo quod mandata Dei populo exponunt. Os populi, quia preces offerunt & sacrificia pro populo: subjectos esse quoad judiciariam punitionem cuilibet fideli Christiano, laborarem auctoritates multiplicare, sed quia hoc esse falsum judicandum puto, supersedeo. Vile namque & captivum esset sacerdotium, si indisciplinatis & conversis ad terram laicis esset subjectum, nec aliud sibi quam dolendum esset super flumina Babylonicæ confusionis. igitur ex quo subditi non sunt laicis modo dicto, non sunt ab eis taliter puniendi.

Ecclesiastica rum a laicis non sunt punienda, exceptis quibusdam casibus.

Augustinus de quæst. euang. lib. 1. cap. 23.

Hæc habet Chrysostomus homil. 59 in cap. Matth. 17.

INFERO secundo, quod licet quilibet Christi fidelis posset judicare judicio discretionis, de peccatis publicis sacerdotum, & aliorum ecclesiasticorum, tamen nullus eorum potest judicare judicio condemnationis & diffinitionis, ut est actus justitiæ, de peccatis publicis personalibus eorumdem, modo nuper expresso. Prima pars a proponente videtur concedenda, & est nota satis. Nam tale judicium non prohibetur de proximo, aut de superiori. Secunda pars patet ex hoc, quod tale judicium non debet fieri, nisi de inferioribus. ostensum est autem, quod sacerdotes non sunt inferiores Christi fidelibus laicis, igitur, &c. Audite, quid dicat Ioannes Chrysostomus super Matth. in opere imperfecto. homilia 43. & loquitur popularibus, homilia quippe est sermo ad populum: Vos, inquit, qui sedetis in ecclesia quasi sacerdotum judices, & non auditores, aliena discutientes, & propria non considerantes, ea vobis ipsis judicare de sacerdotibus; sicut vos omnes auditis & non omnes facitis quod auditis, sic sacerdotes omnes docent, & non faciunt quod docent. Nam in hominibus dignitas quædam diversa est, omnium autem natura una est, homines enim ab initio creati sunt propter se, postea autem sacerdotes ordinati sunt propter vos, propterea natura eorum, vestra, ordinatio autem eorum, ipsorum est. Vnde, si bene vixerint, lucrum est eorum, si bene docuerint, vestrum. Accipite ergo quod vestrum est, & nolite discutere quod alienum est. Sicut enim sacerdotes etiam infideles docent propter fideles, melius judicantes propter bonos etiam malos fovere, quam propter malos etiam bonos negligere; sic ergo vos propter bonos sacerdotes etiam malos honorate, ne etiam propter malos, bonos contemnatis. Melius est enim justa præstare malis, quam bonis subtrahere: frequenter enim & de malo homine bona doctrina procedit. Ecce enim & vilis terra preciosum aurum producit. Numquid propter vilem terram preciosum aurum contemnitur? Non. sed sicut aurum eligitur, & terra relinquitur, sic & vos suscipite doctrinam, & mores relinquite. Hæc Chrysostomus. Apparet ex ista auctoritate, quod de moribus non habent judicare. Nam propter peccata personalia sacerdos non redditur par aut inferior laicis. Ceterum idem Chrysostomus super Ioannem morali seu homilia 85. sic inquit: Nunc non est dicere, *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi*, sed super cathedram Christi sederunt sacerdotes, ejus enim acceperunt doctrinam. Idcirco apostolus ait: *Pro Christo legatione fungimur.* Non videtis in his qui foris sunt principibus, universos curvantes, & genere meliores existentes, multoties etiam vita & prudentia, his qui judicant eos, sed tamen propter eum qui dedit judices, nihil horum exagitant, sed venerantur sententiam regis, & si quicumque abjectus fuerit, qui acceperit principatum. Demum si ubi homo inthronizavit, tantus est timor, ut inthronizato obediamus, inthronizante domino, contemnemus eum, qui inthronizatus est, & conviciabimur, & decem millibus opprobriis laniabimus, & fratres nostros prohibiti judicare, adversus sacerdotes

Corollarium secundum. Licet Christi fideles possent judicare ecclesiasticas personas judicio discretionis, non tamen damnationis.

2. Cor. 5.

ANNO CHRISTI 1433.

dotes lingoam exacoemus? Ecce arguit Chrysosto- A mus a majori, populares Christianos non debere judicare magistros, qui prohibiti sunt judicare fratres sibi pares. Quoniam dicit dominus Matth. 7. *Nolite judicare, & non judicabimini.* de quo autem judicio intelligat, patet ex sequentibus, quia subjungit: *Nolite condemnare, & non condemnabimini,* unde impi operando tale judicium præsumptum vel usurpatum a populo, quod ei non conveoit de sacerdotibus, dicit idem Chrysostomus super 2. epistola ad Timoth. homilia 2. & ait: Si debemus examinare vitas printipantium, ipsi debemus esse inthrooixatores magistrorom, & quæ sursum, inferius fient, sursum pedes, inferius caput. Et idem 3. dialogorum: Et quidem, inquit, sacerdotea in B veteri testamento habebant potestatem non curandi, sed osteodendi tantum eos, quos constabat fuisse mundatos, & nosti quantum ibi imminebat labor: at hi scilicet in novo testamento, non corporis lepram, sed immunditiam meutium, non ex parte probandi, sed omnifariam mundandi obtinent potestatem, propter quod, qui despiciunt, magis mihi rei, quam Dathan & Abiron videntur, dignique majori supplicio quam illi. Nec valet quod diceret aliquis, dominus majestatis Christus Iesus concessit populo Iudæorum judicare de vita & operibus ejus: dicit enim Ioannis 10. *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere.* quomodo ergo non potuerunt Christi fideles de suis ministris judicare, C quibus de domino hoc licuit? Hoc, ioquit, non valet: nam dominus noo dixit: Si oon facio opera Patris mei, judicate me, sed dixit, *nolite mihi credere.* hæc opera erant miracula, quæ sunt testimonia veritatis, prædicationis & doctrinæ. Concessit ergo Christus, ut propter miracula mundi crederent, non ut vitam cum operibus judicarent: Propterea beatus Gregorius in pastorali libro 3. capite 5. ait: Admonendi sunt subditi, ne præpositorum suorum vitam temere judicent, si quid fortasse eos agere reprehensibiliter vident, ne unde recte mala redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiura demergantur. Admonendi sunt, ne cum culpas præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant, sed si qua valde sunt eorum prava, apud D semenpsum dijudicent, ut taotum divino constricti amore, ferre sub eis jugum reverentiæ non recusent: quod melius ostendemus, si David factum ad medium deducamus: Saul quippe persecutor, cum ad purgandom ventrem speluncam fuisset ingressua, illic cum viris suis David inerat, qot jam longo tempore persecutionis ejus mala tolerabat; cumque viri sui ad feriendum eum accederent, fregit eos* rationibus, dicens: Quia manum in christum domini mittere non auderet, qui tamen occulte surrexit, oramque chlamydis ejus abscidit. Quid per Saul, nisi mali rectores, quid per David, nisi boni subditi designantur? Post multa dicitur: Post hoc David percussit cor suum eo quod abscidisset oram chla- E mydis Saul. Facta qoippe præpositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum ratiooe reprehendenda judicantur: Et si quando contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est ut per afflictiones pœnitentiæ cor prematur: Ecce quod etsi judicio discretionis de manifestis judicare possint inferiores, non tamen judicio condemnationis aut diffinitionis, quæ est actus justitiæ. Et hoc est quod dicitur 25. moralium capite 21. super illo Iob: *Qui regnare facit hominem hypocritam,* quia, inquit, rectores habent judicem suum, magna cautela subditorum est, non temere vitam judicare regentium: neque enim frustra per semetipsum dominus æs oummulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas evertit, nimirum significans, quia per magistros quidem judicabat vitam plebium, sed per semetipsum facta judicat & examinat magistrorum.

* *pro* rationibus, *exemplaria impressa habent,* respõsionibus.

Greg. 25. mor. c. 21.

TERTIO infero, quod propter malitiam nonnollorum, sive ecclesiasticorum, sive laicorum, non potest licite se aliqua natio ab unitate totius residui orbis Christiani separare, putans se ecclesiam esse. Hic duo dicuntur, primum, quod non est putandum quod ecclesia catholica sit in unica regione. Secundum, quod una natio se ab aliis dividere non debet propter multorum peccata publica. Primum patet sic; Arguit beatus Augostinus primo libro contra epistolam Parmeniani: Dixit enim dominus Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes* B *terra.* Et Isaac: *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, pro eo quod audivit Abraham pater tuus vocem meam.* Ad Iacob dixit: *Ego sum Deus Abraha patris tui, & Deus Isaac, ne timeas, terram enim in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. & erit semen tuum tamquam arena maris, & replebitur in mare, & in Aquilonem, & in orientem. & benedicentur in te omnes tribus terræ in semine tuo.* Et ne de Iudæis dictum putetur, quod sit semen Abrahæ, in quo benedicendæ sunt omnes gentes, apostolus exponit dicens: *Abraha dicta sunt promissiones, & semini ejus, non dicit, & seminibus, tamquam in multis, sed tantum in uno, Et semini tuo, qui est* C *Christus.* In Christo ergo omnes gentes benedictiooem habituras tanta auctoritate promissum est, tanta exhibita veritate, & non pudebit dicere ad pugillum orbis illam diebus his esse coarctatam? Hæc Augustinus. Porro sicut Augustinus arguit, Dominus in parabola zizaniorum ait, quod paterfamilias seminat bonum semen in agro, exponens autem illam, ipse ait: *Qui seminavit bonum semen, est filius hominis. ager est mundus, bonum semen hi sunt filii regni, zizania vere sunt filii nequam.* Ergo Christus filius regni posuit illud in agro, id est, mundo, non in aliqua portiuncula terræ, aut in Africa, ut arguit Augustinus in fine primi libri contra epistolam Parmeniani, sed in toto orbe ab ortu solis usque ad occasum. Hoc dominus veritatis declarat Matthæi 24. D *Si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus,* id est in ista parte mundi, *aut illic,* supple, est fides catholica, *nolite credere: si dixerint vobis, Ecce in deserto est,* hoc est, in dogmate philosophorum, *nolite exire,* scilicet a fide ecclesiæ, *si dixerint, In penetralibus est,* id est, in doctrinis occultorum hæreticorum, *nolite credere.* Est ergo fides catholica post ejus publicationem sicut fulgur, quod patet ab oriente in occidentem. Sic enim exponit beatus Augustinus de quæstionibus euangelistarum, dicens, quod orientis & occidentis nomine totum orbem voluit significare, per quem futura erat ecclesia. Isidorus libro de summo bono, 16. capite dicit: Sancta ecclesia ideo dicitur catholica, qood oniversaliter per om- E nem mundum sit diffusa. Hæreticorum enim ecclesiæ in partibus mundi coarctantur: hæc vero in toto orbe diffusa expanditur. Idem 8. libro etymologiæ: Ecclesia Græce dicitur convocatio, Latine catholica dicitur universalis. Eamdem sententiam habet Honorius super illo Canticorum 4. *Duo ubera tua sunt duo capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* Eamdem Augustinus de fide ad Petrum. Patet ergo prima pars corollarii. Secunda, quod natio non se debet dividere a reliqoa parte orbis propter peccata publica multorum, satis fuit in primo puncto deducta; & hoc propter peccata particularia, & non fidem concernentia. Vnde quamvis sine periculo schismatis boni a malis recedere noo possint corporaliter, debeot

ANNO CHRISTI 1433.

Corollarium 3. Propter mali iam ecclesiasticorum sive laicorum non potest quis licite ab unitate ecclesiæ recedere.

contr. ep. Parm. lib. 1. cap. 2.

Gen. 22.

Gen. 26.

Gen. 28.

Gal. 3.

Eodem lib. pag. alt.

Matth. 24

S. Hier. in hæc verba, prout etiã recitat S. Thom. in glo. super caput 20. Matth.

Isidorus de summo bono c. 16.

Isidor. lib. 8. c. 1.

Aug. de fide ad Petrum, c. 3. 37. 43.

ANNO CHRISTI 1431.

debent corporali præsentia manere, recedere vero spiritu, ne scilicet peccatis malorum consentiant. Sic enim Apostolus dicit ad Philippenses 2. *Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus, ut sitis sine querela, & simplices, filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravæ atque perversæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes.* Augustinus super verbo Ioannis, & habetur 23. quæstione 4. dicit: Quid ergo vult dominus noster Iesus Christus, fratres mei, admonere ecclesiam suam, quando unum perditum scilicet Iudam, inter duodecim habere voluit, nisi ut malos toleremus, ne corpus domini dividamus? Ecce inter sanctos suos est Iudas, ecce fur Iudas, & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualiscumque fur, sed loculorum dominicorum, sed sacrorum.

Corolla. 4. Ecclesia militans non est pro cōmuni statu, s. q. mixtura malorum cum bonis. Cap. 2.

INFERO quarto, quod ecclesia militans non est pro communi statu absque mixtura malorum cum bonis, sed hoc proprium est ecclesiæ triumphantis, quod tamen sentire videntur qui tam rigide, non salvo ordine iuris, nec pace præposita, omnia mala publica volunt de communitatibus Christianorum, & in quolibet statu, propellere. Patet corollarium per Augustinum 3. libro contra epistolam Parmeniani dicentem: Inter omnia, quibus eorum sacrilegus tumor apparet, nullo se loco magis aperuit, quam in eo, quod ausus est etiam illud Ieremiæ prophetæ ponere, ut persuaderet hominibus communionem Donatistarum, non solum ecclesiam veram esse, sed etiam talem iam hoc tempore, qualis post ultimam ventilationem ecclesia sancta futura est. Verum istud Ieremiæ fuit? *Quid paleis ad triticum?* dicit sic Augustinus de Parmeniano & complicibus: Considerent, si in eis inest qualiscumque sensus humanus, numquid in agro dici potest, Quid paleis ad triticum? quando in eadem radice portantur? numquid in area, ubi pariter triturantur? sed utique in horreo, quid paleis ad triticum? veniet ille paterfamilias ferens ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, frumenta recondet in horreum, paleam vero comburet igne inextinguibili. Nam per aliam similitudinem omne triticum ovium nomine, omnis palea hædorum nomine significatur, quæ duorum pecorum genera sub uno pastore pascuntur; sed veniet filius hominis cum angelis suis, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor separat oves ab hædis, &c. tunc implebitur prophetia, *quid paleis ad triticum?* quando non poterunt pascua esse communia hædis & ovibus. Ipse etiam idem Augustinus Donatistis ita respondit ad propositum in tractatu psalmorum: Suspicamini quid vultis de nobis, si boni sumus, in ecclesia Christi, frumenta sumus; si mali sumus in ecclesia Christi, palea sumus, tamen ab area non recedimus: tu qui vento tentationis foras volasti, qui es? triticum? non id tolleret ventus ex area. Ecce ergo ubi es, agnosce quid es. Et infra: Quid autem simus, ille novit ad quem gemimus. De malis tamen dictum est illud, *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, nolite facere.* Vides, quod in cathedra Moysi, cui successit cathedra Christi, sedent & mali, & tamen dicendo bona, non obsunt auditoribus. Quare tu propter malos istam cathedram dimisisti? redi ad pacem, redi ad concordiam, quæ te non offendit. Si bona loquor, & bona facio, sequere me: si autem non facio quod dico, habes consilium domini, quod dico fac, quod autem facio noli facere, tamen a cathedra catholica noli discedere. Hæc Augustinus. Non nisi in ecclesia est salus, quod testatur Remigius super illo Matthæi 21. *Accesserunt ad eum*, scilicet Christum, *cæci & claudi in templo, & sanavit eos*, dicens: Quod in templo sanantur, significat, quod homines non nisi in ecclesia sanari possunt, cui data est potestas ligandi atque solvendi, tamen in ecclesia sunt cæci & claudi. Unde Origenes: In templo enim Dei, id est, in ecclesia, non sunt omnes videntes, neque recte ambulantes? sed alii quidam sunt cæci, alii autem claudi, qui ex eo quod intelligunt propriam cæcitatem, & scientes quia nullius est opus nisi Christi Iesu, ut sanentur, accedantes ad verbum Dei sanantur. Hæc ille. & habentur in glossa Thomæ, Matthæi 21. ubi supra. Hæc dicta sunt, ut ostendatur veritas tenenda circa propositorum articulum de punitione peccatorum publicorum, & falsitas respuatur, ut appareat æquivocatio, & multiplicitas compositionis & divisionis in illa, & evolutio harum involutionum. Articulus enim fuit iste: Peccata mortalia publica, & quantum rationabiliter fieri potest privata, aliæque deordinationes legi Dei contrariæ, in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorum, debite iuxta dictamen divinæ legis per Christi fideles, tam spirituales, quam sæculares, prout congruit utrisque, sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda. Primo enim id complexum, Quantum rationabiliter fieri potest, potest determinare cohibitionem, correctionem, &c. peccatorum publicorum & privatorum, ut sit sensus, Peccata publica & privata, aliæque deordinationes legi Dei contrariæ, sunt cohibenda, corrigenda, castiganda, &c. quantum rationabiliter fieri potest. Certe iste sensus iudicio meo esset verus. Vel potest determinare cohibitionem, correctionem, castigationem, &c. peccatorum privatorum, ut sit sensus, quod publica sunt cohibenda, corrigenda, & peccata privata sunt etiam cohibenda, quantum rationabiliter fieri potest, &c. & iste est falsus, quantum ad peccata publica, quia posuit omnia esse cohibenda, corripienda, &c. simpliciter, & sine restrictione; in moralibus enim indiffinitæ universalibus æquivalent: simpliciter autem, & sine restrictione dicere, omnia peccata publica esse cohibenda, corrigenda, corripienda, &c. ostensum est in primo puncto esse falsum, si de cohibitione, correctione, &c. loquatur, quæ fit auctoritate iustitiæ. Si vero de cohibitione, correctione, &c. fraterna loquimur, sic privata, dum tamen ad notitiam alicuius venerint, sunt corripienda, &c. sicut & publica, specialiter personalia: nec oportuit apponere illam restrictionem, Quantum rationabiliter fieri potest, ad peccata privata magis quam ad publica. Secundum istam variam determinationem potest esse compositio aut divisio, ut sciunt logici.

Ier. 23. — *Psal. 36.* — *Matth. 23.* — *In catena S. Thomæ.* — *Origenes tract. 15 in Matth. 21.*

Præterea circa hoc quod dicitur, Iuxta dictamen divinæ legis, immorandum aliqualiter, quare omittitur mentio legum humanarum, quæ sunt licitæ, & regulant hominem* iudicem, quasi regula homogenea, & propterea. nullus enim qui veritatem agnoscit, ambigit quin lex humana habeat vim obligativam a lege Dei. Sed quare omittitur sermo de lege humana, non bene video nisi quod proponens intendat tam spirituales, quam sæculares, omnia per solam legem divinam recturos esse & dispositūros; quantum concernit punitionem vitiorum, & leges humanas, quantum ad hoc, non esse necessarias aut utiles, falsum esse monstratum est, & tamen visum est quomodo punienda sunt peccata publica lege divina in primo puncto. Item in articulo; hoc complexum, Prout congruit utrisque; li-

** Alterum exemplar habet, iudicem, habet, indirecte.*

ANNO CHRISTI 1433.

eet io superficie rationabilitec positum videatot, est tamen obscurum: per hoc enim nescitur quomodo aut sæculares, aut spirituales habeant peccata corrigere, argoere, cohibere: per prædicta tamen satis arbitror ostendisse veritatem. Denique circa illud quod dicitur, Sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda, latet æquivocatio. Nam cohibitio, correctio, castigatio & propulsio possunt dicere actus correptionis fraternæ vel iudiciariæ. Item ly pro posse, potest determinare omnia ista quatuor participia, cohibenda, corrigenda, castiganda, & propellenda. Aut solum ultimum, scilicet propellenda. & hoc magis proprie, quia in eadem categoria ponitur. Si dicant, actus correctionis fraternæ, sive hoc, quod dicitur, pro posse, determinet omnia quatuor participia, sive solum ultimum, videretur sensus, quoad hoc, esse verus, nisi forte fieret vis de peccatis infidelitatis, aut aliter rempublicam directe turbantibus, & populum Christianum, sicut patuit in prima conclusione secundi puncti. Si dicant, actus correctionis iudiciariæ, & ly pro posse, determinet omnia quatuor participia, sic non bene video, quomodo possit articulus habere veritatem, quoad hoc, cum sæculares nihil habeant iorisdictionis in ecclesiasticas personas. Si determinet ultimum solum participium, propellenda, simpliciter falsus est articulus, quoad privata participia, cohibenda, corrigenda, castiganda, nam falsum est, ut ostensum est in secunda conclusione primi puncti, sæculares seu laïcos habere auctoritatem iudiciariam cohibendi, arguendi & castigandi peccata publica sacerdotum, specialiter personalia. Secundum ista patet quomodo verus est, & quomodo falsus erit articulus propositus.

B

C

Patet etiam circa primum corollarium eadem ambiguitas, quantum ad secundam partem, ubi dicit, per spirituales & sæculares rectores in eorum officiis, modis ipsis congruentibus, in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorum, sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda. Pro prima parte est verum, in qua dicitur, deordinationes & peccata mortalia antedicta, cum sint prohibita sub pœna damnationis æternæ, propter nulla lucra mundi sunt defendenda & fovenda, absit autem a piis fidelium mentibus, ut aliqua mortalia foveant aut defendant, licet tolerent aliqua vel permittant per cohibitionem pœnæ impunita.

D

Secundum corollarium, quia expresse de cohibitione, correctione, castigatione, & propulsione fraterna, quæ fit ea lege caritatis, loquitur, verum est, nisi de peccato infidelitatis, aut alio ecclesiam aut rempublicam conturbante, fieret exceptio, & in casu ubi mora esset facienda: quia in tali casu omissa secreta admonitione, esset ad publicam denuntiationem procedendum, ad vitandum periculum, ut determinatum est in secundo puncto. Est enim corollarium hoc in forma: Dicta peccata, & deordinationes in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorumdem, non solum per rectores prædictos, sed per omnes generaliter Christi fideles, tam spirituales quam sæculares, debite modis ipsis congruentibus, e a zelo caritatis sunt corrigenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda, & nullo modo defendenda aut facienda.

E

Tertium corollarium est in forma: Peccantibus rectoribus tam spiritualibus quam sæcularibus, vel aliis cum sui status superioribus, subditi fideles licite possunt illos, vel malitiam eorum caritative arguere, hypocrisin eorum detegere, & eorum manifestis sceleribus, etiam coram aliis publice contraire.

A Istud quoad primam partem, quæ loquitur de reprehensione fraterna superna superiorum, est verum, sed quantum ad secundam partem, quod hypocrisin eorum possint subditi detegere, & eorum manifestis sceleribus contraire coram aliis, si intelligitur coram suis superioribus, verum adhuc est, sed si intelligitur coram non superioribus, sicut magis apparet ex aliquibus sequentibus, est falsum, & ostensa est falsitas in secundo puncto. Inferior enim non habet peccatum sui superioris denuntiare, nisi superiori illius, ut cum secreta monitio non sufficit, per medium denuntiationis veniatur de correctione fraterna ad paternam. sed nec habet suum superiorem accusare, nisi coram iudice suo, nec ideo hoc debet facere, id est, dicere peccata superioris coram

B populo, ut ille verecundiam habeat, & resipiscat a malo. Nam ipsum infamare est malum, & non sunt facienda mala ut bona eveniant, dicit Apostolus; etiam quia per hunc modum citius tolleretur ab eo verecundia. ex quo enim esset infamatus, perdita esset verecundia, quæ secundum Aristotelem est timor ingloriationis. De hac materia satis extense dictum est, videtur enim seditionem inducere, &c.

Rom. 3.

Arist lib 4. Eth c 9.

Quartum corollarium in forma: Quanta mala sunt in communitatibus, & rectores, domini temporales, scabini, iudices, sive pastores, consequenter & omnes generaliter Christi fideles, tam spirituales, quam sæculares, talia totis conatibus mediis ipsorum concernentibus neglexerint arguere & prohibere, pro peccatis delinquentium gravissimam reddent rationem. Istud corollarium est valde multiplex: si intelligatur de rectoribus & pastoribus, quoad suos subditos, referendo singula singulis, credo corollarium esse verum. Si fiat permutatio subditorum, ut per hoc intelligatur scabinos & iudices sæculares, quia non cohibuerunt, coercuerunt, &c. potestate iudiciaria ecclesiasticos, falsum est, ut patuit in secundo puncto. Si intelligatur de cohibitione etiam fraterna, est verum, si tamen neglexerint corrigere illo modo, & tempore, quo correctio fraterna obligat, quoad fideles non iudices. Si de iudiciariæ potestatis neglectione loquatur corollarium, falsum est. Quod si de fraternæ correctionis neglectu intelligitur, verum est, modo ut statim dicam. Hæc de secundo puncto,

C

Corollarium 4.

Gravem reddent rationem negligentes correptionem quovis modo.

D

QVANTVM ad tertium punctum, ut uno ordine respondeam ad rationes proponentis, veritas ipsa ostendenda est contraria aliquibus dictis ipsius. Primum dictum est eius, etsi non in forma, tamen in effectu sententia: Absolutiones a pœna & culpa factæ sunt, & per papam fiunt venales, & indulgentiæ non sunt in lege Dei fundatæ. Pauca dicenda sunt de absolutionibus a pœna & a culpa: ex isto, quod iste non est communis modus concedendi absolutiones a summo pontifice. & si aliquæ bullæ sub tali forma dentur, surreptitie creduntur impetratæ, ideo quia curia Romana hunc stylum communiter non habet:

E dicunt enim communiter doctores, Magister sententiarum 18. distinctione 4. Guillelmus Altissiodorensis in summa, doctor S. scilicet Thomas, Bonaventura, Scotus & Richardus de Media villa, quod solus Deus culpam remittat principaliter, sacerdos autem vi clavium solum ad hoc agit, aut per modum instrumenti animati ad hoc, gratiam non attingendo, sed ad eam disponendo, ut dicunt aliqui, aut ex pacto divino, ut alii loquuntur. Et ideo non potest summus pontifex a culpa absolvere vi clavium, nisi sicut ceteri sacerdotes subditos suos, hoc est ad hanc remissionem per applicationem clavium disponere, illam ostendere esse a Deo factam,

partem

ANNO CHRISTI 1433

ANNO CHRISTI 1415.

partem pœnæ temporalis remittere, *&c.* ut habeor A doctores. Sed interdum summus pontifex concedit ex rationabili causa plenariam omnium peccatorum indulgentiam, aut relaxationem alicujus partis iojunctarum pœniteotiarum, & ad hoc, quaorum ad plenariam peccatorum indulgentiam, intelligo, salvo judicio meliori, indulgentiam pœnarum pro peccatis debitarum. Ad huoc eoim sensum dicitur quod sacerdos diminuat peccata, & etiam eo modo de quo dictum est. De veoalitate autem & aliis excessibus, noo est opus aliquid dicere, nisi quod tollendæ sunt.

Quantum vero ad indulgeotias, ostendo quod sunt fundatæ io lege Dei: ad quod deducendum, supponendum est, quod indulgeotia dicit relaxationem pœnæ debitæ, sed quia oportet ut salvetur divina justitia, & qui peccavit, quia debitor est, solvat, & ut alius satisfaciat pro eo, per indulgentiam pœna peccatorum relaxatur, ex hoc, quod merita alterius isti applicantur: ergo pro catholico dicere oportet in ecclesia esse thesaurum meritorum Christi, & ecclesiæ & sanctorum. Christus enim per suam passionem non tantum satisfecit pro culpa primi parentis, sed etiam sibi meruit exaltationem, non in se, sed in homioum fide & devotione, & proprii corporis glorificatiooe, & oomen quod est super omne nomen, juxta verbum apostoli ad Philipp. 2. *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum*, secundum quod doctores declarant in 3. sentent. pulcerrime; meruit etiam oobis ianuæ cælestis apertiooem. Passio enim eius, quia a divioo supposito fuit exhibita, & a voluntate eius accepta, fuit infinite bona: ideo excessit debitum, quo Adam erat obligatus pro peccato suo. Illud vero quod ultra debitum solutum est, remanet io thesauro ecclesiæ. Ecce principaliter radicem thesauri ex abundanti passionis Christi, de quo scriptum est 1. Ioanois 2. *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed pro totius mundi*. Fides etiam ecclesiæ & caritas eius meruerunt D multum. Sancti præterea, qui supererogaverunt his meritis, cumulaverunt & merita, & hi omnes in gazophylacio spirituali ecclesiæ reposuerunt. ex his ergo constat meritorum ecclesiæ thesaurus, secundum quod scriptum est Eccles. 1. *Sapientia & disciplina, timor Domini, & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo adimplebit thesauros illius*. Iam in paucis videtis id, unde fit indulgentia, etiam in lege Dei veraciter fundatum. Rationem autem cur fieri debeat indolgentia, audite. In communitatibus humaois & politiis thesaurus publicus propter duo solet erogari: primum est, propter principis gloriam & honorem, ut faciunt reges curiales, & fecit rex Assuerus. Esth. 1. secundum, propter communitatis necessitatem vel E utilitatem. Nam quando læditur communitas, stipendia & donativa proferuntur militibus pro ea pugnaturis. Simili modo thesaurus ecclesiæ ab his qui habent eum dispensare, duplici causa debet erogari: primo propter Dei gloriam & hooorem, qui per multa relucet in sanctis eius, honorantur autem sancti in constructione basilicarum, & commemoratione virtutum suarum, per sermones & prædicationem sanctam. Secunda causa, propter communem utilitatem ecclesiæ, ut est defensio terræ sanctæ, defensio fidei, & similia. pro istis causis in genere thesaurus ecclesiæ per iodulgentias communicatur. Verum non a quocumque, nec cuicumque, nec pro quacumque causa distribui potest, aut debet, sed sub tribus conditiooibus communiter a doctoribus assignatis: prima, quod sit io conferente auctoritas: secunda, quod sit in suscipiente caritas: tertia, quod sit in causa pietas. Noo restat ounc aliud ostendere, quam quod auctoritas conferendi sit in lege Dei fundata. auctoritas illa competit universaliter summo pontifici, sive sit bonus, sive malus, dum tameo ab ecclesia toleretur. Nam non ex vitæ merito confert indulgentias, sed ex potestate. Aliis, quibus datum est, conceditur specialiter hujusmodi distribuere indulgentias. Dico igitur, quod potestas summo pontifici cooveniens generaliter, & inferioribus particulariter, fundatur in hoc passu scripturæ Matth. B 16. ubi dominus loquitur Petro illam gloriosam confessionem facienti, cum dicit: *Tu es Christus Filius Dei*. Cui dixit dominus: *Tibi dabo claves regni cælorum*, tum subdit, *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis*. Si intelligere vellet aliquis solum de absolutiooe peccatorum, & ligatione pœnæ satisfactoriæ, hoc improbatur a magistro sententiarum in quarto, & ab omnibus doctoribus, & etiam a proponente hunc articulum, quooiam auctoritas vindicandi, & excommunicandi, competit prælatis ecclesiæ, nec hoc negat proponens, licet multos excessus narraverit, & illa auctoritas specialiter ibi fun- C datur, ut dicunt magistri & doctores. ostendo tamen quod illud: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solveris*, &c. non solum ad potestatem clavium in foro conscientiæ aut contentioso, sed ad multa alia extendatur. Primo ecclesia bibliam pro canonica & sancta scriptura acceptavit, & talem declaravit. quatuor euangelia secundum Matthæum, Marcum, Lucam & Ioannem authenticavit, non aliorum apostolorum, aut discipulorum, ut Nicodemi. Item bibliam innovatam per Esdram scribam ipsa ecclesia recepit, ab eadem translatio Hieronymi, aliis prætermissis, acceptata est. Eadem auctore glossa ordinaria super bibliam, libri etiam beatorum Augustini, Hieronymi, Gregorii, Ambrosii, auctoritatem sumpserunt. ubi collata ei fuit hæc auctoritas in canone? non alibi quam hic: *Tibi dabo claves regni celorum, quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum*, &c. Petrus apostolus formam baptismi a Christo traditam mutavit in istam: *Ego te baptizo in nomine domini nostri Iesu Christi*, & hoc fecit ut nomen Christi prius odiosum, fieret amabile. Post notitiam nominis domini Iesu Christi in cordibus fidelium, ecclesia hac forma dimissa, rediit ad institutam a domino formam. ubi data fuit hæc potestas mutandi formam a salvatore institutam? Et ubi ecclesia habuit potestatem formam a Petro datam mutare? Ceterum dominus septimum diem, completis sex dierum operibus, sanctificavit, Geoes. 2. post, hanc diem sabbati sanctissime in lege præcepit, ita ut colligentem ligna in sabbato mandaverit lapidari, Numerorum 15. & hoc Christus in euangelio, cum aliis præceptis decalogi approbavit, Matth. 19. hoc apostoli & ecclesia catholica diu post observavit, tamen postea ecclesia hanc observantiam mutavit in observationem diei domioicæ, scilicet octavæ. Item dominus præcepit celebrare pascha 14. die mensis primi a vespera in vesperam, tamquam legitimum sempiternum, Exodi 12. & sic diu ecclesia observavit, tamen postea dies paschæ semper domioica celebranda instituta est. Rursus Leuit. 17. & Deut. 12. prohibitum fuit, & apostoli in suo concilio celebrato approbaverunt, ut paret Actorum 15. comedere immolatum simulacris, sanguinem suffocatum, arque

Conditiones indulgentiis adnexæ.

ANNO CHRISTI 1433.

atque fornicari; postmodum ecclesia servatis primo A & quarto mutavit secundum & tertium. Apparet quomodo multa mutavit ecclesia quę a Deo, Christo, & primitiva ecclesia erant præcepta & observata. Præterea sacrameotum matrimonii, quod teste apostolo magnum est ratione suę significationis, scilicet conjunctionis Christi & ecclesię, io statu innocentiæ iostitutum, & in paradiso deliciarum, in principio admisit uterinos, & germanos simul posse matrimonialiter copulari, scilicet masculum & feminam, postea denegatum est de prima linea consanguinitatis; posthæc multiplicato genere humano, ecclesia prohibuit usque ad quartam lineam consanguinitatis inclusive. Item in lege veteri, mortuo viro sioe liberis, frater ducebat uxorem fratris defuncti, ut suscitaret ei semeo, & hoc observatum est B diu in lege nova, deinde introducta publicæ honestatis justitia prohibitum est virum contrahere cum aliqua consanguinea suæ sponsæ, usque ad quintum gradum exclusive, ac per hoc fratrem cum defuncti sponsa fratris.

Circa sacramentum eucharistiæ ecclesia aliqua mutavit. Præsens enim forma consecrationis sanguinis est alia ab ea quam io euangelistis reperimus, licet substantia sit eadem. Addidit etiam in consecratione corporis illam conjunctionem, Enim. Rursus Leo papa ait, quod aliquo tempore, propter errorem de observatiooe legalium, conficiebatur in fermentato, nunc non licet. similiter in ecclesia primitiva erant tantum duo ordines sacri, scilicet C diacooatus & sacerdotium. Et secundum Hieronymum idem erat episcopus & sacerdos, saltem, dico ego, eodem nomine appellabantur. Hæc sunt ounc mutata.

In sacramento pœnitentię, quod usque ad finem duraturum est, ab initio lapsus humani facta est mutatio. In lege enim naturæ sufficiebat confessio meotalis soli Deo; in lege veteri obligabantur homines ad confessionem ceremonialem, ita quod aliquo sacrificio ostenderent homines se peccasse hoc vel illo peccato. Sacerdotes vero illi, manibus positis super comu hirci, confitebantur peccata filiorum Israel: & nunc in lege gratiæ, quia sacerdotibus coovenit remittere peccata modo prędicto, ut peccator sine scandalo sua peccata confiteatur secrete sa- D cerdoti, & sic absolvat, instituit ecclesia. Videris quomodo fere in omnibus sacramentis multa mutavit ecclesia. Si non potuit, nec valuit quod fecit, nec nunc esset observandum, quod tamen absurdum ab omnibus judicatur: Si potuit, ubi in scriptura sacra sibi data est, & lege Dei, illa potestas? & non reperitur specialius ad ista esse concessum, quam per illud dictum Petro, & successoribus suis: *Quodcumque ligaveris super terram*, &c. Nam non dixit dominus: Quodcumque ligaveris aut solveris absolvendo, pœnitentiam injungendo, excommunicando, ab ea solvendo, sed: *Quodcumque ligaveris super terram*, &c. nec dixit: Quodcumque ligaveris erga hominem, sed ut universalem potestatem E ei concessam oecessariam ad salutem humani generis ostenderet, dixit universaliter, & sine restrictione: *Quodcumque ligaveris*, scilicet clave non errante, *super terram, erit ligatum & in cælis.* Ecce ibi fundata est potestas indulgentias conferendi. Vt autem intentionem propooentis omnino evacuem, ostendo quod (esto quod in lege Dei, hoc est, in scriptura veteris & novi testamenti, non posset reperiri fundata auctoritas specialis & expressa ad hujusmodi iodulgentias distribuendas vel conferendas) sufficeret sola ecclesiæ auctoritas, quæ revera in scriptura euangelica fundatur, ut patet Ioannis 14. ubi dominus dicit: *Paracletus autem Spiritus, quem mittet* A *Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia quacumque dixero vobis.* Et ne putetur hoc dictum solis apostolis, ibi dicitur toti ecclesiæ: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.* unde ostendo quod ecclesia multa facere potest, & fecit, tamen non habetur ex canone super his specialis & expressa auctoritas. Ecclesia numerat inter fideles parvulos baptizatos, numerat inquam, sub pœna hæresis: unde Augustinus de baptismo parvulorum: Vbi ponis parvulos baptizatos? profecto in numero credentium: non nisi ex consuetudine ecclesiæ antiquæ canonica fundatissima. Et infra: Inter credeotes baptizatos parvulos numerabis, nec judicare aliter B ullo modo audebis, si non vis apertus esse hæreticus. Ecclesia etiam instituit ut compatres io baptismo fidem parvuli pro eo respondeant. Et sic ecclesiæ auctoritas ordinavit, ut parvuli per aliorum pedes ad fidem veniant, per aliorum corda credant, per aliorum linguas in baptismo respondeant, & fidem fateantur. Item ecclesia io Nicæno concilio secundum symbolum edidit, post symbolum apostolorum auctorizavit etiam symbolum Athanasii. Item in toto canooe non habetur, quod Pater in divinis, aut Filius, aut Spiritus sanctus nominetur persona, sed ab ecclesia habetur: etenim in illo quod, *Tres sunt qui testimonium dant in cælo*, &c. cum quærerent hæretici, qui tres? C oon habens ecclesia quid ex canooe responderet, importunitati hæreticorum satisfaciens, iovenit hoc nomen, Persona, & dixit, Tres personæ. Præterea, etsi canoo bibliæ dicat, beatam Virginem esse matrem Christi, tameo non reperitur in eo, quod dicatur mater Dei, sed hoc ecclesia determinavit, ut dicatur non solum Christotocos, sed etiam theotocos, id est, non solum Christi mater, sed & Dei mater. Denique non habetur ex canone, ut illa signacula, quæ io perficiendis sacramentis modo fiunt, sint facienda; nihil de benedictione fontium baptismalium, aquæ benedictæ, exequiarum defunctorum, & aliorum multorum, quæ ne tædium generent, omittam, quæ tamen ecclesia sancta observanda instituit. Videris, quanta sit auctoritas ecclesiæ catholicæ, de qua Au- D gustinus contra Faustum hæreticum auctoritatis ecclesiæ impugnatorem dicit, & habetur 11. distinctione quæstione 5. Vides in hac re, quantum valet ecclesiæ auctoritas, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum, usque ad hodiernam diem, succedentium sibimet episcoporum serie, & tot populorum consensu firmatur. Et Chrysostomus dicit, ut refert Augustinus de Ancona, de potestate ecclesiastica, quæstione 29. quod homini mortali omnium quæ in cælo & io terra sunt potestatem commisit Deus, & validiorem cælo ecclesiam esse monstravit. Huic nempe beatus Hieronymus omnia dicta sua & fidem submisit, & habetur 24. quęstione 1. Hæc est fides, papa beatissime. unde dato quod in scriptura sacra non reperiretur speciali- E ter & expresse fundata potestas conferendi indulgentias, adhuc auctoritate ecclesiæ, quæ Spiritu sancto regitur, infallibiliter in his quæ pertinent ad salutem, potuit tam preciosi thesauri apertio demonstrari, & de novo aliquando institui, sicut & illa, quæ prius memorata sunt, nisi dicatur, quod auctoritas modernę ecclesiæ est minor, quam primitivæ, quod falsum est, cum auctoritas mutandi statuta ecclesiæ, & instituendi, non sequatur sanctitatem vitæ, sed officium & dignitatem, quę æquales sunt nunc & tunc, nec alias claves habet modo, quam tunc. Vnde Augustinus sermone 18. ait: Nemo dicat ecclesię primitivæ tempora prævalere

illi

Sermone 14. de verbis apost. tom. 10. vide in responsione M. Ioannis a Ragusio pro hoist confirmatione, quid possit ecclesia circa hæc.

1. Ioan. 5.

Augustinus in lib. 11. contra Faust. Manich. cap. 2. & citatur d. st. 11. cap. 9. Palam.

Augustinus de Ancona, de ecclesiæ potestate quæst. 29. articulo 1.

Chrysostomus 5. tom. cum de ipsius expulsione ageretur & in tom 5. homil de Spiritu S. Hieronymus ad Damas. in expositione symboli. 24. qu. 1. cap. 14. Hæc est fides.

ANNO CHRISTI 1433.

isti ecclesiæ, quia tunc Christus & apostoli fecerunt miracula, & non modo, quia tunc fiebant sanitates corporum, * non modo animarum. Debent ergo sufficere putantibus indulgentias non esse in lege Dei fundatas, quæ dicta sunt, nec præponant ultra sensum suum dictis & scriptis doctorum theologorum, Magistri sententiarum, Guillelmi Alnissiodorensis, Alberti Magni, Thomæ, & aliorum, quorum tanta est in ecclesia reverentia, ut non liceat oppositum asserere hujus, quod omnes communi consensu determinant.

Illud, non, in altero exemplari non habetur.

De peregrinationibus.

Aliud dictum proponentis: Peregrinationes per homines inventæ, ut dicit propooens, superstitiosæ sunt, idololatriam sapientes, & cleri avaritiam nutrientes, quod ostendo non esse verum, supposito quid nominis peregrinationis: Est enim peregrinatio de manso suo longior recessus, ut acutiori devotione Deus adoretur. Quod illæ sint in lege Dei fundatæ, & non per homines inventæ, ut dicit proponens, & aliquibus auctoritatibus nititur colorare, probo: Scriptum est Deuteron. 16. *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini Dei tui in loco quem elegerit, in solennitate azymorum, & in solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum.* Ecce quod ex lege Dei ter habebant peregrinari in Ierusalem filii Israel quolibet anno: & quod aliquid deberent offerre in templo, patet, nam dicitur ibi: *Non apparebit ante dominum vacuus, sed offerat unusquisque secundum quod habuerit juxta benedictionem domini Dei sui, quam dederit ei.* Iuxta hanc regulam legis Dei ascendit Iesus eum parentibus suis ad idem festum paschæ, ut habetur Lucæ 2. ubi Beda: Euangelista dominum post nativitatem continuo cum hostia transfert ad templum, supple, eundum illo singulis annis cum parentibus, ducit & duodennem, & in templo doctorum choris inserit.

Item, quod non fuerit solum ceremonia pro Iudæis, sed pro gentibus, patet, nam Zachariæ cap. ultimo scriptum est: *Et omnes qui reliqui fuerint de universis gentibus, qui venerunt contra Ierusalem, ascendent ab anno in annum, ut adorent dominum regem exercituum, & celebrent festivitatem tabernaculorum. Et erit: qui non ascenderit de familiis terræ ad Ierusalem, ut adoret dominum regem exercituum, non erit super eo imber.* Secundum quam prophetiam Gentiles quidam ascenderunt cito post suscitationem Lazari, ut adorarent in die festo, Ioannis 12. Et vir Æthiops Candaces reginæ Æthiopum eunuchus venit adorare in Ierusalem, Actorum 8.

De cujus justitia dicit venerabilis Beda super isto passu: Pro virtute & integritate mentis vir appellatur, nec immerito, qui tantum studii in scripturis habebat, ut eas etiam in via legere non cessaret, tantumque amoris in religionem gerebat, ut aula regia derelicta de ultimis mundi partibus veniret ad templum domini: unde justa mercede, dum quæreret interpretem lectionis, Christum quem quærebat invenit. Propterea pastores venerunt peregre ad salvatoris ortum, & tres magi peregre profecti sunt adorare regem Iudæorum a solis ortu: de quibus ait Augustinus in secunda parte sermonum, sermone 30. In his terris de longinquo isti peregrini puerum istum nondum verba promentem adoraverunt, ubi cives illi juvenem miracula facientem crucifixerunt. Isti in membris parvis Deum adoraverunt, illi in factis magnis nec tamquam homini pepercerunt. Hæc Augustinus. Dictum est de peregrinis in ortu salvatoris, quos Herodes impius non inculpavit. Iam de peregrinis mulieribus Christum in sepulchro visitantibus subsequetur auctoritas. dicit euangelista: *Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum,* Matthæi 28. super quo Hieronymus in commentario: Quod diversa tempora istarum mulierum in euangeliis describuntur, non mendacii signum, ut impii objiciunt, sed sedulæ visitationis officium, dum crebro adeunt & recedunt, & non patiuntur a sepulchro domini diu abesse vel longius. Hæc ille.

Luc. 2.

Matth. 2.

August. de temp. serm. 30 qui est 2. de epiph.

Adest alia auctoritas de Nicodemo, qui venit peregre visitare sepulchrum domini, cum mixtura myrrhæ & aloes, quasi librarum centum. De Ioseph similiter ab Arimathia notabili viro, qui involvit sindone munda dominicum corpus; hi tamen in euangelio laudantur. ipse etiam dominus non dedignatus est se peregrinum ostendere discipulis euntibus in Emaus. Item Hieronymus ostendit, quomodo virgo Maria mater Dei visitabat post ascensionem ejus loca passionis. Et hoc facit in sermone de assumptione beatæ Mariæ, ad Paulam: Christus, inquit, ab omnibus est amandus ex toto corde, ex tota anima, atque ex tota virtute quærendus, maxime tamen ab ea ardentius, cujus & dominus erat & filius. Forrasse ergo præ nimio amore, in loco, quo sepultus dicitur, interdum habitasse eam credimus, quatenus piis pasceretur internus amor obtutibus. Sic namque locus medius est hincinde constitutus, ut adire posset ascensionis vestigia, & locum sepulturæ ac resurrectionis, & omnia in quibus passus est loca invisere, non quod jam viventem quæreret cum mortuis, sed ut suis consolaretur aspectibus. Hoc quippe habet impatiens amor, ut quæ desiderat, invenire se credat, ignorat siquidem judicium, multoties ratione caret, modum nescit, nec aliud cogitare potest quam quod diligit. amor non capit de impossibilitate solatium, neque ex difficultate remedium. Hæc Hieronymus.

Luc. 24.

Tom. 9. epist. 10. ex iis quæ tribuuntur S. Hieron. ex edit. Mariani Victorii, ultra medium.

Ex quibus apparet, cum quali devotione, & in quanto honore a fidelibus habitum sit sepulchrum domini, ut sic impleta sit hæc prophetia Isaiæ 11. capite, de illo loquens, cum ait: *Et erit sepulchrum ejus gloriosum.* De cruce autem domini loquitur beatus Augustinus libro de visitatione infirmorum capite 3. ostendens, quod in magna reverentia habeatur a Christianis, & dicit sic: Habent siquidem Christianorum arcana illius dominicæ crucis quoddam venerabile monumentum, quod de crucis ipsius imaginatione crucem cognominant, quod & nos omni veneratione dignissimum fatemur, & ad recordationem crucifixi nostri veneramur. Adjicitur etiam super crucem quædam hominis inibi patientis imago, per quod salutifera Iesu nobis renovatur passio. Hanc complectere humiliter, venerare suppliciter; cum hæc ad memoriam tibi ipsum reducat crucifixum. Hæc ille. Post hoc immediate sequitur notabilis processus de confessione vocali facienda. Præterea peregrinatio magna commemoratur ad locum, ubi dominus cælos ascendit, de quo Sulpitius ita loquitur: Illud autem mirum est, quia locus ille, in quo postremo institerant divina vestigia, cum in cælum dominus nube sublatus est, continuari pavimento cum reliqua stratorum pario non potuit: siquidem quæcumque applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, excussis in ora apponentium sæpe marmoribus. Quinetiam calcari a Deo pulveris adeo documentum perenne est, ut vestigia impressa cernantur; & cum quotidie confluentium fides certatim domino calcata diripiat, damnum tamen area non sentit, & eamdem adhuc sui speciem, velut impressis signata vestigiis, terra custodit. Prorsus de peregrinatione ad sepulchrum domini legitur 12. libro historiæ tripartitæ;

Lib. 2.

Sulpit. in sacra hist. lib. 2. ultra medium.

 capite

ANNO CHRISTI 1433.

Socra. lib. 7. c. 46.

cap. 35. de qua dicit Cassiodorus: Theodosius Imperator pro beneficiis sibi a Deo collatis gratias referebat, pluribus honoribus Christo sua vota compensans, conjugemque suam Eudociam, ad Hierosolymam destinavit, (hæc enim & ipsa votum babuerat, si filiam videret nuptam) quæ tam Hierosolymis ecclesias constitutas, quam per singulas civitates positas, honoravit, & cum pergeret, & cum denuo remearet. Hæc ille. Proinde beatus Hieronymus epistola contra errorem Arianæ & Eunomianæ perfidiæ circa peregrinationem ad loca sancta, ad Rusticum, ipsum peregre proficiscendum ad loca sancta invitat; dicit enim sic: Narravit mihi uxor quondam tua, nunc soror, atque conserva, quod iuxta præceptum apostoli, ex consensu abstinueritis vos ab opere nuptiarum, ut vacaretis orationi. Et infra: Cumque vos rabies barbarorum, & imminens captivitas separaret, sub jurisjurandi testificatione pollicitus, ut ad sancta transeuntem loca vel statim vel postea sequereris, & servares animam tuam, quam visus fueras negligentia perdidisse; redde ergo quod præsente Deo spopondisti. Incerta est vita mortalium, ne ante rapiaris, quam impleas sponsionem: imitare eam quam docere debueras. Sequitur post: Tu vagaris in patria, imo non in patria, quia patriam perdidisti. Ista pro te in locis venerabilibus resurrectionis & crucis, & cunabulorum domini salvatoris, in quibus parvulus vagiit, tui nominis recordatur, teque ad se orationibus trahit, ut si non tuo merito, saltem hujus salveris fide. Hæc Hieronymus. Deinde Augustinus libro de diffinitionibus rectæ fidei, capite 40. sic inquit: Sanctorum corpora, & maxime beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honoranda, & basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca sancta, & divino cultui mancipata affectu piissimo, & devotione fidelissima adeundas credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit, non Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus credatus. Hæc ille. In Gangrensi etiam concilio statutum legitus in hunc modum: Si quis per superbiam, tamquam perfectum se existimans, conventus, qui per loca, & basilicas martyrum fiunt, vel accusaverit, vel oblationes, quæ ibi celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit. Rursus Augustinus contra Faustum libro 20. Populus, inquit, Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur. Et infra: Quod offertur Deo, qui martyres coronavit, & apud memorias eorum, quos coronavit, ut ex ipsorum locorum admonitione major affectus exurgat ad acuendam caritatem, & in illos, quos imitari possumus, & in illum, quo adjuvante, possumus. Hæc ille. Dicit Augustinus, quod licitum & caritativum est visitare martyrum memorias, & in locis illis oblationes facere. Peregrinationum veritatem testantur stationes Romæ, quas ferunt beatum instituisse Gregorium. Quamplurima dicta sanctorum transeo, contentus sufficienter probasse, peregrinationes fundamentum habere in divina scriptura, & firmamentum in sanctis doctoribus profecto se in divina lege fundantibus. Ac per hoc nec esse inventiones hominum, nec superstitiosas, nec idololatriam sapientes, nec per se cleri avaritiam nutrientes. Nam oblata Deo, ut dicit sanctus Augustinus, offeruntur: in veteri etiam lege præcipiuntur, nec oblatorum clerus est proprietarius, sed possessor usufructuarius, minister, & dispensator. Si per accidens avaritia cleri se immergat, hoc malum est, hoc per eos, ad quos spectat, superiores scilicet, cum iustitia puniendum,

Hier. tom. 1. ep. 46. ad Rusticum.

August. de dogmat. eccles. ca. 73. tom. 3.

A per alios caritative arguendum, modis tamen supradictis.

Circa multa, quæ in veneratione reliquiarum contingunt peccata, ut narravit proponens, ut sunt expositiones earum venalitate ficta, spoliatio pauperum peccatorum, horrenda continuatio avaritiæ sacerdotum, & simulata spes ponendi numinis in eisdem, *&c.* hoc unum dico, quod veneratio sanctarum reliquiarum sanctorum & sanctarum non est improbanda. Etenim de se honesta est, licita, & sancta. Verum non pluri honore aut majori sunt venerandæ reliquiæ, quam sancti, quorum sunt.

Supponendum est enim ex doctoribus, triplicem esse adorationem, scilicet latrię, hyperdulię, & dulię,
B latriæ, quę Deo; hyperdulię, quę creaturę sub ratione magnę excellentiæ, ut virgini Mariæ, in quantum est mater Dei; duliæ, quæ ceteris creaturis ratione excellentiæ exhibetur. Et quidem pronunc non est loquendum de dulia, quę debetur superioribus ratione dominii: (nam sic etiam debetur non modo bonis, sed & malis,) sed de ea quę exhibetur sanctis ratione sanctitatis. Hęc debite sanctorum reliquiis exhibetur, non quasi in istis numinis aliquid vel sanctitatis existat, sed propter ordinem quem habuerunt ad sanctos, quorum sunt reliquię. Habent etiam doctores in 3. quomodo cultus seu adoratio debetur alicui per se: in quo considerandum quid adoretur, & ratio cur adoretur. Quod adoratur, suppositum est vel persona: cur adoratur, ut nunc loquimur, est virtus, vel
C sanctitas. debetur autem alicui per accidens nomine habitudinis ad eum, cui per se debetur, ut cruci Christi, imagini ejus, & sanctorum, & hoc modo reliquię adorantur, nec hoc est idololatrare, quoniam cultus latrię nullis sanctorum, qui fuerunt purę creaturę, exhibendus est. Idololatria enim dicitur latria exhibita idolo, sive purę creaturæ: Quod autem ratione habitudinis ad aliquem honor sit exhibendus, ut vesti regiæ, propter regem, probatur ex eo quod 1. Regum 24. dicitur, cum præcidisset Dauid oram chlamydis Saul, percussit cor Dauid, dicens: *Propitius sit mihi Deus, ne faciam hanc rem domino meo christo domini*, tamen regem non terigerat, sed chlamydem. Præterea inter divinas contumelias Christus prophetice
D commemorat, quod crucifixores ejus diviserunt vestimenta, & vestem sorti exposuerunt, dicens: *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*. Quam certe vestem venerabilem, imo * adorabilem, Ioannes in Apocalypsi 19. dicit esse conspersam sanguine, & in eo, & in femore ipsius domini scriptum erat: *Rex regum, dominus dominantium*. Præterea beatus Hieronymus ad Rufinum libro 3. scribit, se adorasse præsepe, & sancta cunabula salvatoris. Contendi, inquit, in Ægyptum, lustravi monasteria Nitriæ, & inter sanctorum choros aspides latere perspexi: protinus concito gradu Bethlehem meam reversus sum, ubi adoravi præsepe, & incunabula salvatoris. Idem de sancta Paula in ejus epita-
E phio sic ait: Perrexit Bethlehem, scilicet sancta Paula, & in dextera parte itineris stetit ad sepulcrum Rachel, atque inde specum salvatoris ingrediens, postquam vidit sacrum Virginis diversorium, & stabulum in quo agnovit bos possessorem suum, *&c.* & post pauca: Iurabat se cernere fidei oculis infantem pannis involutum, vagientem in præsepi dominum, magos adorantes. Et multa ibi de sublimibus consolationibus ponit, quas sancta Paula merebatur. De adoratione autem crucis Christi loquitur Damascenus quarto libro sententiarum, capite tertio, dicens: Adorandum signum Christi: ubi utique fuerit signum, illic & ipse erit. Sequitur: Omnia ergo, quæ Deo adjacent, adoramus, ut ipsi venerationem offerentes.

Quoniam

ANNO CHRISTI 1433.

Psal. 21. *Matth.* 19.

* *al.* honorabilem,

Apocal. 19.

Hiero. advers. Rufin. lib 3. epist. 7.

Hiero. ep. 22. tom. 1.

Isa. 1.

Vide Damasc. li. 4. orth. fidei, cap. 17 & in orat. de imaginib.

ANNO CHRISTI 1453. Quoniam autem non puro proponentem detrahere A venerationi, aut adorationi sanctarum reliquiarum propter habitudinem quam ad sanctos, cuius sunt, habuerunt, scilicet forte, quia sunt ossa, vestes, aut alia artificialia, aut naturalia. Multa de hac materia prætereo: abusus autem per ante narratos vitupero, & reprehensione dignos iudico.

Literas confraternitatum & confessionales proponens vituperat, & revera non dubium quin multa mala sub hac specie pietatis pariuntur, puta quæstus illiciti, deordinati favores, audacia peccandi, & multa similia. Verum non sunt de se illicitæ confraternitates ipsæ, imo honestatis titulum habent, & parere possunt fructum. Nam *frater qui iuvatur a fratre, est quasi civitas firma*. Proverbiorum 18. Licet B enim suffragia ecclesiæ prosint omnibus in unitate eius existentibus ex parte caritatis, quæ non quærit quæ sua sunt, sed facit omnia communia, ut 1 Cor. 13. dicit apostolus, tamen ex parte intentionis, his, quibus applicantur, prosunt magis quam aliis. Et per hoc institutæ, concessæ, vel permissæ sunt fraternitates ipsæ. Ostendo, quod hæ in scriptura sunt fundatæ. Nam, ut habetur Exodi 8. impius Pharao vocans Moysen & Aaron, ait: *Adorate dominum, ut auferat ranas a me, & populo meo, & dimittam populum ut sacrificet domino*. Et in eodem capite ait: *Ego dimittam vos, ut sacrificetis domino, rogate pro me.* Ecce principem Paganum, qui orationes postulat, quomodo ergo precibus se communicare negabit C fidelis? Item appater de Heliodoro, cuius amici rogaverunt Oniam summum sacerdotem ut oraret pro illo, ut habetur 2. Machabæorum 3. Rursus probo quod apostoli fecerunt homines participes suorum suffragiorum. Primo sic apostolus Ephesios per literam suam facit esse participes suarum orationum, nam sic eis scribit in primo capite: *Propterea ego audiens fidem vestram, qua in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis.* Nec tantum Paulus commemorat orationes, sed alia meritoria opera offert facere pro Philippensibus; nam in primo capite dicit: *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis, pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super* D *communicatione vestra in euangelio Christi, a prima die usque nunc.* Qui ergo dicit, *in cunctis orationibus meis*, nihil minus dicit implicite quam, literæ, quæ vigilias, Missas, prædicationes, ieiunia, & similia concedunt Christi fidelibus, eas facientibus esse communes. Item idem ad Colossenses primo scribit: *Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passioni Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia.* Nulla litera fraternitatis modo talia promittit, quanta fecit apostolus pro Colossensibus. Præterea Chrysostomus super Matthæum in opere imperfecto homilia 14. ait: Libenter audit Deus, quando Christianus non solum pro se, sed etiam pro aliis orat. Pro se enim orare naturæ E est, pro altero autem, gratiæ: pro se orare necessitas rei cogit, pro altero autem caritas fraternitatis hortatur. dulcior est autem oratio ante Deum, non quam necessitas rei transmittit, sed quam caritas fraternitatis commendat, ex qua fraternitas commendatur, & Deo acceptabilis ostenditur. Item Augustinus pro se orationes imperrat, qui se precibus ecclesiæ, virginum, confessorum, in domo Iulianæ iussit postular, lib. de sancta viduitate in fine dicens: Obsecro vos per illum, a quo donum hoc accepistis, & Augus. de bono vid. ca. 23 to. 4. huius doni præmia speratis, ut me quoque orationibus vestris memineritis inserere, cum tota domestica vestra familia. Et inter epistolas Augustini in epistola 16. quæ est Paulini ad Augustinum, ait Paulinus: Omnes in Christo sanctos, quales tibi cohærere non est dubium, a nobis saluta, commenda nos omnibus sanctis, ut tecum pro nobis orare dignentur. Hæc ille. Et Augustinus epistola 74. quæ est ad Profuturum, dicit: Commendamus sanctis orationibus tuis & dies & noctes nostras, ut oreris pro nobis, ne rebus intemperanter utamur, ut noctes æquo animo toleremus, ut etiamsi ambulemus in medio umbræ mortis, nobiscum sit dominus, ne timeamus mala. Hæc Augustinus. Reperiuntur & multa opera beati Gregorii, in quibus petit sociari precibus sanctorum? item Ambrosii, Anselmi, Iuonis Carnotensis. Tales auctoritates valde multas amore brevitatis omitto. Vnde non sophismata sunt literæ fraternitatum, sed Christianis utilia subsidia, tamen abusum vitupero, turpes quæstus perhorresco.

Augustinus ep. 33. to. 2.

Augustinus epist. 49. tom. 2.

Confessionales etiam literas concedere, ex causa rationabili iustum est. Nam & privilegia de confessionibus audiendis nullus doctor notabilium reprobat, imo approbat. Data enim sunt non in favorem confessorum, aut odium alicuius, sed in favorem pœnitentium.

Literæ confessionales.

Ad rationes per proponentem factas cum aliis respondebo: De sententia excommunicationis dicit, quod feruntur ex livore vindictæ, aut odio. Si fiunt, inquit, ob veritatem, & in hominem in gratia permanentem, sunt irritæ & inanes. Si velit dicere quod sententia lata a iudice ex odio, aut invidia, aut C propter vindictam, nullo casu teneat, huius oppositum dico cum doctoribus. Beatus Thomas in 4. distinctione 18. sic dicit in forma: Excommunicatio, inquit, potest dici iniusta dupliciter: primo, ex parte excommunicantis, quia ex odio vel ira excommunicat, & tunc excommunicatio nihilo minus habet effectum suum, quamvis ille, qui exercet, peccet, quia ille iuste patitur, quamvis iste iniuste ferat: Alio modo ex parte ipsius excommunicationis, vel quia causa excommunicationis est indebita, vel quia fertur sententia iuris ordine prætermisso. Et tunc si sit talis error ex parte sententiæ, quæ sententiam nullam faciat esse, non habet effectum, quia non D est excommunicatio. Si autem sententiam non annullet, habet effectum suum, & debet excommunicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum, vel solutionem petere ab excommunicante, vel ad superiorem iudicem recurrere; si autem contemneret, eo ipso mortaliter peccaret. Contingit autem quandoque, quod est debita causa ex parte excommunicationis, quæ non est debita ex parte excommunicati, sicut cum quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur, & tunc si humiliter sustinet, humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum. Ex quo sequitur, quod excommunicatus pro falso crimine, tamen probato in iudicio, licet per falsos testes, vel confessario, censetur vere excommunicatus in foro exteriori ecclesiæ militan- E tis, tamen est in gratia. Nam dicit, quod humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum. Igitur talis incurrit damnum excommunicationis, & sic patet, quod in casu reputatur vere excommunicatus, qui est in gratia, nec iudex peccat, si nihil prætermittat de contingentibus, secundum ordinem iuris, & maxime, dum sibi non constat de innocentia rei.

Excommunicationes.

S. Thom. dist. 18 q. 2. art. 1. ad 4.

Ad rationes autem factas, pro uno notabili, quo probare videtur quod non sit per legem humanam inferendum alicui mortis supplicium, primo respondendum est, & primo illam de circumcellionibus, quæ est Augustini ad Marcellinum comitem, dico cum Alexandro de Ales, quamvis pro illis sceleratis

Alexander ab Ales p. 3 quæst. 54. articulo 3.

Augu-

ANNO CHRISTI 1431.

Augustinus epist. 159. ad Marcell. tribunum, tom. 2.

Augustinus supplicando spatium vitæ eis reservare A popofcerit, non legum severitatem, qua tales morte plectuntur, non servandam esse docuit. Unde noto quatuor, primo, quod Augustinus dat intelligere quod secundum severitatem legum erant graviora passuri, quam poscebat. Et quia poscebat vitam eis servari, sequitur quod erant vitam juxta legum sanctiones amissuri. Et hoc ibi: Ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum severitate esse plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur. & quoniam occiderant aliquos presbyteros catholicos, erant enim isti occidentes Donatistæ, digni erant morte. Secundo, quod supplicat pro misericordia, ut scilicet misericorditer cum eis agatur. Nam ibi dicitur: Ideoque his literis obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius domini nostri Iesu Christi mise- B ricordiam ut hoc non facias. ideo de misericordia hoc petit, non de justitia. Tertio dicit, quod dissimulare posset, quia non per suos delati erant ad comitem, sed per * notarios, ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat. Ex quo duo implicite dantur intelligi: Primum, quod poterat dissimulare; ideo quod faciebat, erat opus supererogationis. Et sic si comes non acquiescebat, sed justitiam faciebat, non peccabat. Secundum, quod notarii, id est, officiarii habent vigilantiam de salvanda pace reipublicæ, & sic obsistere & denuntiare possunt reos judici sæculari, qui potest facere justitiam. Et hoc patet per illud quod sequitur: Non quod sceleratis hominibus licentiam facinorum prohi- C beamus auferri, ait Augustinus, & illud secundum hic notatum est. Quarto, quod ex capitulo elicitur, & breviter considerantí totum illud capitulum, apparet quod Augustinus flectit ad misericordiam, ut severitatem legum per hoc avertat, & maxime quia isti Circumcelliones erant clerici, licet essent Donatistæ. nec ex hoc habetur, quod peccasset ille comes, si eos occidisset, sed admonetur ut agat misericorditer.

* notoria habet tex. impressus.

Ad rationes hujus quod tangit Chrysostomus * super Ieremiam, dico, quod duplices sint modi peccantium, quidam ex infirmitate, aut ignorantia, alii ex consuetudine, vel malitia. Item quidam animo verecundi sunt, alii sine verecundia. Cum primis D mitius est agendum, cum secundis durius. de istis secundis vero non loquitur Chrysostomus, sed de primis. Ad illud Proverbiorum 30. *Qui nimis emungit*, item ad illud, *Iustitia vel misericordia multum discutitur*, ad illa duo uno verbo dico, quod in omni virtuoso actu oportet, quod prudentia habeat dicatum, est enim origo virtutum, ut omnes morales virtutes in ea connectantur, 6. Ethicorum; Prudentiæ enim existenti omnes simul inerunt, & ita oportet esse directionem omnium mediorum ad finem, ut nihil minus fiat, hoc dicit Sapiens Proverbiorum 30. hoc quod dicit illud decretum allegatum, ut misericordia temperet severitatem justitiæ, & justitia erigat remissionem misericordiæ.

* fort. super Ioan. c. m,

Arist. Eth lib. 6. c. 13

Ad illam Chrysostomi super illo Matth. 13. *Sinite utraque crescere*, &c. dico quod si bene verba ejus considerentur, sunt pro me. nam loquitur de occisione hæreticorum, ex qua sequeretur schisma, aut turbatio ecclesiæ. Et ego concessi, quod in tali casu non oportet secundum judicium vindicare. dixi enim, peccata esse punienda tribus concurrentibus, scilicet jurisdictione, convictione, & pace salva. Et hoc non esset in proposito, vel ubi pace salva fieri posset, erunt occidendi, nec oppositum dicit Chrysostomus.

Chrysost. homil. 47 in Matth tom. 2.

IAM accedendum est ad principales rationes proponentis, primo ad illas, per quas visus est probare articulum. Ad primam, ubi dicit, quod Deus præ- A cepit Deuteron. 31. ut filii Israël auferant malum de medio sui, dico, cum Deus præcipiat hominibus, non præcipit nisi quod possibile est hujusmodi, ut scilicet auferat malum de medio populi, jurisdictione, convictione, & pace salva concurrentibus, ut dictum est. Item dico secundum Augustinum in lib. contra epistolam Parmeniani, tractantem illud verbum apostoli: *Auferte malum ex vobis*, quod ubi mali salva pacis unitate separari possunt a bonis, separandi sunt corporaliter; ubi hoc fieri non potest, est faciendum spiritualiter, scilicet non consentiendo peccatis illorum, unde sic malum auferant ex eis, etsi non possunt malos separare a congregatione sua. Ibi enim dicit Augustinus in forma: Videamus si forte non frustra non dixerit apostolus: Auferte B malos a congregatione vestra, sed, *Auferte malum ex vobis ipsis*, quia cum quisque impeditur ab ecclesiæ congregatione malos homines separare. si a seipso auferat malum, non eis corde miscetur, atque ita spiritualiter non solum conjungitur bonis, sed separatur a malis. Vel secundum eumdem Augustinum lib. de decem chordis, dicendum, quod quidam sunt flagitiosi, qui non nocent aliis, quidam facinorosi, qui nocent aliis: propter istos leges positæ sunt, ut satis in positione dictum est. Ideo isti tollendi sunt de medio populi, proscribendo, incarcerando, aut aliter, aut mortis supplicio, salvis tribus prædictis, jurisdictione, convictione, & pace salva. Et ad hoc ostendendum, dum dicit dominus: *Auferant ma-* C *lum*, addidit, *de medio sui*, & apostolus, cum dixisset, *Auferte malum*, subjunxit, *de medio vestri*.

ANNO CHRISTI 1431.

Augustinus tom. 7. l. 3. contra Parmen. c. 1. & seqq.

Augustinus, de decem chordis.

Ad secundam Levitici 19. dico cum de Lyra, quod intelligitur, *Non oderis fratrem tuum*, ex rancore & odio, dissimulans peccatum suum, donec possis eum destruere, *sed publice argue eum*, hoc est, voce expressa, juxta illud Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus*. Non autem dicit, Publice, id est, coram omnibus corripe eum correctione fraterna. Si autem per ly Publice intelligatur correctio facta in publico seu judicio, tunc est intelligendum de peccatis, quæ possunt probari. Et tunc talis correctio pertinet ad judicem exequendo, ad accusantem denuntiando, ad testes probando. Et sic patet quod non omnia pecca- D ta, &c. possunt puniri, sed solum concurrentibus tribus jam dictis.

Ad tertiam 23. Deuteron. de prohibitione meretricii, dico, quod lege divina, & olim, & nunc meretricium est prohibitum in illo præcepto morali, *Non mœchaberis*. verum, quod in lege veteri ultra hoc præceptum decalogi, erat datum judiciale de prohibitione meretricii. Nunc vero non prohibetur ab homine per judicium civile legis humanæ, sed nec potest convenienter legem divinam prohibentem homo executioni demandare, non enim subest ei potentia huic legi adæquata; nec est omnipotens, ut sciat ex malo elicere bonum, ut Deus: ideo ne deterius contingat, tolerat, & permittit. Cur autem in le- E ge veteri prohibebatur judicialiter hoc peccatum, non nunc lege humana, ratio est secundum aliquos doctores, quia tunc permittebatur Iudæis repudiare uxores, & hoc, quia proni erant ad odiendum ex duritia cordis sui, & occidendum eas. Ideo si improhibere fornicari potuissent, magnum fomentum odiis habuissent. Nunc autem non licet, nec permittitur uxorem repudiare, nec sunt ita faciliter odiosi in uxores viri.

Ad quartam, de destructione idolorum, &c. respondeo primo cum beato Augustino contra Donatistas, quod ex sensu mystico non sumitur conveniens argumentum. Nam & magnus Areopagita dicit, quod theologia symbolica non est argumentativa. unde

Augustinus epist. 48. tom. 2. non procul a medio.

Dionysius Areop. in epist. ad Tim.

ANNO CHRISTI 1433.

unde si ad literam de destructione idolorum, ejectione leprosorum, & exterminatione septem gentium, ratio literalis quæritur, plana est solutio, quia idola erant Iudæis incitamentum idololatriæ, ad quam erant pronissimi. Præterea lepra est morbus infectivus, ideo pelli debet leprosus de cœtu sanorum. Septem istæ nationes ideo exterminari jubentur, quod idololatriam suasissent. Ex sensu allegorico rationem sic factam solvo. Nomine idolorum peccata infidelitatis accipio, nomine lepræ peccatum hæresis. Ita exponit venerabilis Beda in homilia super illud Lucæ 17. *Dum ingrederetur*, scilicet Iesus, *in quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi*, leprosi, inquit, hæretici non absurde intelligi possunt, quia scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris, non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem. & reliqua ut ibi. Potest etiam per lepram intelligi mala doctrina in moribus. Talia peccata sunt non modo fraterna correctione arguenda & castiganda, sed si publica sint, etiam per justitiam cohibenda & punienda. De talibus possunt inferiores publice superiores arguere, quia jam specialiter per peccatum infidelitatis desinunt esse superiores, quo ad hoc. & ista dicta sunt in positione. Ratio autem hujus, quod peccata infidelitatis & hæresis, similiter & malæ doctrinæ, nimis contagiosa sunt. Illorum enim, puta infidelium, aut hæreticorum sermo, ut cancer serpit, dicit apostolus 2. Timoth. 2. Quod in septem gentibus, quas præcepit dominus exterminari, septem peccata mortalia intelliguntur, non est ad propositum arguentis, sed oppositum est; & ad propositum meum, imo vero est de scriptura sacra sumptum. dicitur enim Iudicum primo, quod filii Benjamin habitabant in Ierusalem, nec deleverunt Iebusæos habitatores urbis. Item quod Chananæus cœpit habitare cum tribu Manasse, quod tribus Ephraim non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer. Et plura talia. In secundo capitulo dicitur: *Iratusque est furor domini in Israel, & ait: Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigerunt cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit, & ego non delebo gentes, quas dimisit Iosue & mortuus est, ut in ipsis experiar Israel, utrum custodiant viam domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo dominus omnes*, &c. Apparet, quod permisit dominus istas gentes ad exercitium, ex quo experimentum accipitur. Ex quo apparet, quod mali multi sunt permittendi inter bonos ad probationem bonorum, vel exercitium, secundum quod dicit apostolus 1. ad Corint. 11. *Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant*. vel ut ipsi mali sic permissi per divinam patientiam expectentur ad pœnitentiam, aut ut impœnitentes thesaurizent sibi iram domini in die furoris ejus, vel alia causa nota divinæ dispositioni. unde ratio secunda est ad propositum meum, & oppositum ejus. probat enim quod boni tolerant secum malos, quia filii Israel non deleverunt Iebusæos, per quos secundum proponentem peccata vel peccatores intelliguntur, sicut per filios Israel boni. Item simili modo dicerem, quod cum permitterentur esse in populo cæci & claudi, grandi aut parvo naso, per quæ peccata, ut exponunt doctores, signantur, mali inter bonos sunt permittendi, si tamen pace salva ejici non possint. nam & grex porcorum juxta homines fuisse legitur Matth. 8. ubi per porcos glossa carnaliter viventes intelligit, & per homines, rationabiles, a quibus dæmones, id est, peccatum mortale, expelluntur, & permittuntur a Deo intrare porcos, hoc est, vitam pecudum eligentes.

Ad quartam de comminationibus divinis Leuit. 26. & Deuteronomii 28. concedo eos, & per hoc ostenditur, quod dominus ipse omnia mortalia potest punire, sicut & prohibet. Propterea *lex domini immaculata est*, ait propheta: Non sic homo, qui interiora non judicat, quia homo videt ea quæ patent, 1. Reg. 16. nec omnia exteriora rectificat propter defectum potentiæ executivæ. nam non potest, ut Deus, de lapidibus, id est obstinatis, suscitare filios Abrahæ, scilicet facere fideliter credentes, & sancte viventes. Psal. 18.

Ad sextam Deuteronomii 21. dominus dedit præceptum, *Si genuerit homo*, &c. dico, quod illud est verum, & ad literam, filius contumax, nolens patris aut matris obedire præceptis, lapidabatur. Sed secundum sensum literalem non accipit opponens: quia non vult leges humanas mortis supplicium inferre, licet oppositum probatum sit. Glossam tamen non nego, imo recipio, sciens quid dicat Origenes super Leuitico circa principium 14. capitis comparans innitentem sensui literali, Ægyptio; innitentem sensui spirituali, Israelitæ. & quod qui literam tenet, & sensum literalem grammaticalem, Ægyptius est, matrem habens Israelitidem, quia literam scripturæ, sed patrem Ægyptium, quia sensum carnalem. Qui vero literam tenet, & sensum spiritualem, ex toto est Israelita, ex matre propter literam, ex patre propter spiritualem sensum. Et quomodo Ægyptius cadit, quia litera occidit, Israelita stat, quia spiritus vivificat, hoc dictum totum est, ut pateat, quod scriptura non est intelligenda semper secundum sensum grammaticalem, sed secundum sensum literalem, quem primo per verba intelligit Spiritus sanctus, & secundum sensus mysticos. Placet ergo, quod filius contumax puniebatur, quia contumacia illa erat grave peccatum, & janua omnium malorum, propter abjectionem disciplinæ. Propterea hoc morale hic inserendum est: Magna cura ecclesiæ esse debet, & huic sanctæ synodo, ut juvenes sub virga disciplinæ arceantur, nec magistri auctoritas sit remissa, nec torpeat disciplina, deturque per loca talis scholarum ordo, ut a puero amor Dei & timor, virtutum honestas, & fœditas vitiorum primum, postea literæ doceantur. Nec nego peccata publica esse punienda, si tamen assint prædicta, quantum ad punitionem justitiæ, scilicet jurisdictio, convictio, pax salva, cum aliis debitis circumstantiis.

Ad auctoritatem Ieremiæ primo, *Ecce dedi verba mea in ore tuo*, &c. concedo illam, & quod prædicator habet evellere, dissipare, disperdere, & destruere verbo prædicationis vitia, plantare & ædificare virtutes; sed quia actus prædicationis est actus virtutis, dirigi debet a prudentia, & debet habere circumstantias tactas ibi: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando; ne quando populum instruere molitur, scandalizet.

Ad auctoritatem Isaiæ etiam concedo simpliciter, & etiam auctoritatem Ezechielis 34. ubi dominus comminatur pastoribus, qui quod infirmum fuit non consolidaverunt; ibi enim arguitur negligentia pastorum, dum quod poterant sanare, non sanaverunt, & infirma non confortaverunt, & sic de aliis. Item abusus bonorum sibi ad usum concessorum sub divinæ maledictionis obtestatione prohibetur.

Ad rationes de novo testamento. Matth. 18. præcipitur: *Si peccaverit in te frater tuus*; istam omnino concedo, & est pro me, sicut pro opponente: loquitur enim de correctione fraterna, de qua concessum est in prima conclusione secundi puncti, quod est exercenda, & quomodo, ibi visum est.

Ad illam de apostolis, 2. Timoth. 4. illam con-

ANNO CHRISTI 1433.

concedo, oam instruit Timotheum apostolus io regimine populi, tam in correctione fraterna quam paterna.

Ad illam apostoli, 1. Timoth. 5. *Peccantem coram omnibus*, &c. dico, quod illa auctoritas intelligitur de correctiooe paterna, secundum quam judex subditum potest corripere, arguere, castigare, vel punire publice de peccato publico.

Ad rationem 1. Corinth. 5. *Omnino auditur inter vos talis fornicatio*, &c. dico illam auctoritatem esse pro me. nam concessum est publica peccata mortalia punienda, modo ibi dicto, & maxime gravia, multum scandalizaotia ecclesiam, & turbantia populnm, quale erat peccatum Corinthii, de quo loquitur auctoritas, quia habebat uxorem patris sui. Et ut textus habet, & de Lyra etiam dixit, talis fornicatio nunquam licita fuit jndicata etiam inter gentes. Nam ab ioitio mundi, ait de Lyra, fuit hoc exclusum, tamquam illicitum. propter reverentiam eoim naturalem, quæ debet haberi ad patrem & matrem, istæ duæ personæ semper a matrimonio fuerunt exclusæ, tamquam a dictamine legis naturalis. Hunc ergo fornicatorem tam abominabilem coram Corinthiis punivit apostolus, qui auctoritatem habebat a domino. Et peccatum erat publicum & scandalosum, neque ex hoc ullum sequebatur periculum schismatis in ecclesia, quod dedit ejus corpus vexandum satanæ, ut spiritus ejus salvus esset.

Ad rationem primæ ad Thessalonicenses ultimo, *Corripite*, &c. concedo eam simpliciter: loquitur enim apostolus de fraterna correctione.

Ad auctoritatem apostoli, ad Ephes. 6. *Et vos patres, nolite ad iracundiam*, &c. Ista ratio est de disciplina patrisfamilias, & concedo eam penitus, nec probat ex hoc quod omnia peccata sunt punieoda, cum patres solum super liberos & familiam babeant regimen œconomicum, & super extraneos non, & aliqua possibilia peccata suæ familiæ sufficieoter punire non possunt.

Ad rationem Matth. 18. *Qui scandalizaverit*, &c. potest dici, quod illud intelligitur de scandalo in fide, quod fit peccato infidelitatis. Nam non tantum dixit dominus, *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis*, sed adjunxit, *qui in me credunt*, quasi diceret: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis propter fidem qua io me credunt. Alio modo, quod intelligitur de scaodalo activo generaliter, & sic secuodum Gregorium in pastorali, & Nicolaum de Gorra, sensus est, qui sanctitatis specie, verbo, vel exemplo, ceteros destruit, melius (id est minus malum) esset, ut eum sub exteriori habitu ad mortem terrena * pœna constringeret, quam propter sacra officia io culpa ceteris imitabilem se osteoderet, quia si solus caderet, tolerabilior eum pœna cruciaret. Qui enim peccat in habitu religioso, multos lædit malo exemplo. Et sic illud est de speciali peccato, scilicet hypocrisis, ex quo non potest inferri universalis conclusio de propulsione peccatorum. Chrysostomus cooformiter innuit, quod de speciali peccato hoc iotelligitur: oam dicit: Si autem convitium scandalum vocat, ne miteris, multi enim pusillanimes ex eo quod despiciuntur scandalizati sunt.

Gloss. ordinaria in c. 18 Matth.

* Text. impressus habet acta.

Chrysost. in idem cap.

Ad illud Lucæ 19. *Et ingressus in templum*, &c. dico, quod ista ratio est contra facientem. Apparet enim, quod domious peccata sacerdotum per seipsum punire voluit, quæ erant in pecuniæ mutatione, & venditione columbarum. Hæc enim fiebant ad utilitatem eorum, & ipsorum ordinationem. Propterea dicit Gregorius 25. moralium: Neque enim frustra per semetipsum dominus æs nummulariorum fudit, & cathedras vendeotium columbas evertit, nimirum significans quia per magistros quidem judicat vitam plebium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum, ut dictum fuit. Non ergo per inferiores fideles sunt prælati puniendi per cohibitionem pœnæ, nec per eos coram aliis reprehendendi, ut dixit proponens, nisi de peccatis infidelitatis, schismatis, aut malæ doctrinæ directe vergentibus in oocumentum aliorum fidelium.

Greg. lib. 25. moral c. 21.

Ad illam Lucæ 18. *Deus autem non faciet*, &c. dico quod illa non probat propositum suum, quod a quolibet fideli omnia peccata sunt corrigenda, castiganda, *&c.* sed quod a Deo, quod concedo. Ibi enim, secundum Albertum isto passu, & etiam Nicolaum de Gorra, ostenditur præmineotia divinæ justitiæ ad judicem iniquum, qui, ut parabola habet, viduæ diu justitiam distulerat, & adhuc, noo amore justitiæ, sed causa molestiæ vitandæ, tarde reddiderat. Noo sic vero Deus scilicet faciet, *&c.* & sic oihil coocludit.

Albert. in idem cap.

Ad illam primæ Ioannis 3. *Scitis quia ille apparuit*, &c. dico cum Ægidio de Roma in hoc passu, quod tollere peccatum tripliciter est. Primo diminuendo facta, Ioannis 1. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Secuodo, adjuvando, ne fiant. Tertio, ducendo ad vitam, ubi omnioo fieri non possint. Et io omnibus his modis Christus tollit peccata mundi. Ex duobus primis modis apparet magis oppositum proponentis, quam propositum. ex tertio non arguitur ad propositum, quia est de ecclesia triumphante. Item dico, quod tollit peccata, quia precium pro peccato humani generis solvit in cruce, abstulit peccata, quia legem immaculatam, omne mortale prohibentem instituit, tamen manifestum est quod peccata aliqua permisit: manserunt etiam peccata Iudæorum, remanserunt & gentium, crucem putantibus Iudæis scaodalum, & geotibus stultitiam, ut dicit apostolus 1. Corioth. 1. Similem intellectum habet illud: *In hoc apparet Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli*.

1. Ioan. 3.

Ad illam de epistola Iudæ, *Ecce venit dominus*, &c. dico, quod istud allegatum loquitur de adventu domini ad judicium, in quo omnia mala tunc punientur. Et boc sonat quod adhortative subditur: *Hos quidem arguite, illos vero salvate de igne rapientes*, hoc est, eripientes de igne inferni, in quo sunt impœnitentes & incorrigibiles. Iterum boc accipitur ex glossa de Lyra in hoc passu.

Ad illam 2. ad Corinthios 10. *In promptu*, &c. dico cum Petro de Tarantasia postmodum Innocentio quarto, quod illud, *ulcisci omnem inobedientiam*, facit distributiooem pro generibus singulorum, ita ut io omni statu, minorum scilicet & majorum, & medioctium, inobedientia io promptu vindicetur; aut in omni modo, scilicet cordis, oris, & operis, sed noo habet opponens qood faciat distributionem pro singulis generum.

Ad illam 2. ad Timotheum 3. *Omnis scriptura divinitus*, &c. dico uno modo quod hæc ratio arguit de correctiooe in verbo prædicationis, quæ fit per modum exhortationis, declamatioois, aut exprobrationis, quæ quamvis modum correctionis fraternæ excedat, quia fit publice, tamen ex caritate procedit, aut procedere debet, nec per eam puniuntur in speciali peccato, nec proprie puniuntur, sed reprobantur, & instruuntur auditores, ut perfecti sint ad omne opus boοum. Alio modo quod loquitur indistincte, de omoi utilitate scripturæ divinitus inspiratæ, & sic habet glossa ordinaria cum dicit: Vtilis est ad docendum nescientes, ad arguendum & convincendum, de malo, negligentes, ad corripiendum, id est, increpandum duriter in malo persistentes, ad erudiendum

pœni-

Anno Christi 1433.

pœnitentes & incipientes discere. Nec hæc expositio aliquid arguit cootra dicta.

Ad illam ad Titum 1. *Oportet episcopum fine crimine esse*, &c. sequitur, *Sunt enim multi vaniloqui, seductores maxime, qui ex circumcisione sunt*, &c. dico quod secuodum glossam decreti distinct. 25. Nunc autem; crimen quadrupliciter accipitur. Primo modo large pro omni delicto, sive mortali, sive veniali, sive ex deliberatione, sive noo, sicut dicitur in catone: Nemo sine crimine vivit. Secundo modo stricte, pro omni culpa, sive veniali sive mortali, ex deliberatione procedente. Tertio modo strictius, pro omni culpa mortali, quæ est criminalis infamia, de boc dicit textus: Crimen est querela, id est, peccatum accusatione & damnatione dignum, hoc modo accipitur in textu allegato, ad Titum, *Oportet episcopum fine crimine esse*. Quale autem sit, declaratur dist. 81. capite, Apostolus Paulus. Si quis, ait textus, est sine crimine, ut est homicidium, adulterium, & aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium. Quarto modo sumitur strictissime, prout grave peccatum accusatione, & damnatiune dignissimum. Sumendo igitur tertio modo, dico quod omoe crimen est peccatum mortale, sed non econtra, sed solum mortale capitale dicitur crimen. Doctores autem aliqui eoumerant undecim species talium, scilicet peccatum infidelitatis, peccatum contra naturam, homicidium, crimen læsæ majestatis, sacrilegium, incestus, conspiratio, adulterium, falsum testimooium, simonia, usura. Dicuntur autem ista esse capitalia, quia secundum doctores inducunt ad damnatiooem, exilium, vel aliam pœnam, secundum leges civiles, vel excommunicationem, depositionem, vel aliam pœnam, secundum leges caoonicas & jura. Sanctus Thomas 2. 2. quæstione 108. art. 3. recitat secundum Augustinum sequentem Tullium octo pœnas, quas infligere solet lex civilis, & sunt mors, verbera, talio, servitus, vincula, exilium, damnum, ignominia. Et accipiuntur istæ octo pœnæ secundum octo quæ homo maxime diligit, & in hoc quod quælibet pœna est alicujus horum privativa. Quæ octo sunt vita, jucunditas, integritas, libertas, expedita operatio, patria, bona temporalia, fama. Mors est contra vitam, verbera contra jucunditatem, talio, puta oculum, pedem, &c. cootra integritatem, servitus contra libertatem, vincula contra expeditam operationem, exilium contra patriam, damnum contra temporalia bona, igoominia contra famam. Sex vero communiter assignantur in genere pœnæ juris canonici, suspensio, excommunicatio, depositio, intrusio, carceratio, verberatio. Hæc per digressionem dicta sunt. Dico igitur ad propositum, quod auctoritas apostoli vera est, *Oportet episcopum fine crimine esse*, sumendo crimen tertio modo. Quaotum ad illud: *Sunt enim multi inobedientes*, &c. dico, quod textus solvit seipsum. Crimen enim seductionis & subversionis est valde grave, & maxime si sit in fide, unde non est necesse in talibus præcedere secretam monitiooem, sed si periculum est in mora, proceditur ad denuntiationem coram superiori. Et ubi imminet cito periculum, ut dictum est, potest argui, quoad talia coram omnibus. quia omnes tangit, & maxime in infidelitatis crimine. Ex quo qui erat superior, desinit, quoad hoc, esse superior. De istis loquitur apostolus, verum adhuc solum loquitur Tito ibi episcopo, cui ex officio incumbit. Sic ergo oec de crimine omoi, oec de omni homine loquuntur allegata.

Glossa decreti dist. 25. Post. cap. 3.

Criminalia peccata XI.

Pœnæ 8.

August. 2. de civit. Dei c. 21.

Ad rationes ad Romanos 13. *Si male feceris, time, non enim sine causa princeps gladium portat*, &c. Et infra 1. Petri 2. *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi, quasi præcellenti, sive ducibus, quasi ab eo missis*, &c. ad Hebræos 12. *Quis enim filius, quem non corripit pater?* &c. concedo istas omnino. Duæ primæ loquuntur de punitione justitiæ ab homine, ut Dei ministro. 3. de ipsa divina justitia, qua nunc, ut pater filios castigat. Nam juxta Prophetam, psalmo 44. *Virga directionis, virga regni tui*. Quod vero allegat Gregorium dicentem, quod per hoc, quod dominus ejecit dæmonia, & quod concessit discipulis boc facere, signat, &c. hoc etiam coocedo, sed est ad oppositum, & non propositum proponentis, quia non omnia dæmonia discipuli ejicere potuerunt, patet Matthæi 17. Marci 9. ubi apparet quod discipuli dæmonia lunatica non potuerunt ejicere. Nam & dominus dicit hoc genus dæmoniorum non ejici, nisi in oratione & jejunio, per quod juxta multos doctores signatur peccatum luxuriæ, quod revera sine oratione & jejunio, vel moderata abstinentia, difficile comprimitur. Et quia populus communiter pro magna parte non instat orationi & jejunio, & hoc rector homo cognoscit, non punit simplex meretricium, sed tolerat ad majus malum vitandum.

Ad rationes de praxi Christi, apostolorum, & primitivæ ecclesiæ. Ad istam de praxi Christi, qui dure clerum & alios arguit, dico, quod Christus clerum arguebat propter crimen infidelitatis, quia legem veritatis intelligere oolebat. Vnde prostravit Paulum, & cæcavit, quia persecutor erat veritatis, quamvis pro crimine infidelitatis quilibet possit superiorem, scilicet qui fuit superior, arguere publice, ubi tale periculum imminet, quod noo patitur dilationem; non tamen pro peccatis publicis personalibus punire per judicium justitiæ & auctoritatis, licet posset fraterna correctione secrete arguere, superiori scilicet, si opus fuerit, deountiando. Dico ultra, quod non omnia opera Christi imitari tenemur, ut declarat Alexander de Ales in 4. Sunt oempe tria genera operum Christi; quædam potentiæ, ut miracula, quædam sapientiæ, ut institutio euangelicæ legis, & similia; quædam bonitatis, & hæc duplicia sunt; quædam pietatis, quædam justitiæ punitivæ. Inoperibus potentiæ non vult Deus imitari a nobis, imo angelus in hoc, quod in poteotia dominum imitari voluit, peccavit. Nec io secondis, nam in boc Adam peccavit. In tertiis vero vult, quantum ad opera pietatis, Matthæi 5. *Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est*. Non autem, quoad opera justitiæ punitivæ, nisi quibus commissa est auctoritas a lege, vel inspiratiooe probata per sacram scripturam, vel miracula. Ratio autem cur nisi habens auctoritatem debet exercere actus justitiæ, quia gubernatio est opus Dei; ideo illi soli competit gubernare, cui Deus commisit: hoc autem tantum per legem, aut voluntatem per revelationem consuevit committere. Summæ ergo religionis est imitari quem colimus Christum, ut dicit Augustinus, quoad opera bonitatis & pietatis, quoad omnes; & justitiæ, quoad babentes auctoritatem. In hoc, quod allegat opponens, Christum punivisse per temporalium subtractionem aliquos, nescio ad quem finem hoc facit. Si per hoc ioducere vellet, quod principes possent temporalia subtrahere ab ecclesiasticis male illis utentibus, boc esset insustinibile, quia nullam habent jorisdictionem in illos, ut supra dictum est, & pulchre declarabit venerandus doctor responsurus de ista materia; si quod superior potest subditum suum per subtractionem bonorum temporalium interdum punire, boc concedo. Concedo quod Christus exprobravit incredulitatem discipulorum, & duritiam cordis. Concedo etiam, quod angelis peccantibus non pepercit, sed tradidit vinculis

ANNO CHRISTI 1433.

vinculis æternis, *&c.* ut dicit Iudas apostolus in canonica sua. Praxim apostolicam in puoitione peccatórum coocedo, ut fuit allegatum de Petro, Actuum 5. & de Paulo, Actuum 13. de Elyma mago. peccata enim ista, propter quæ puniverunt, aui punienda declataverunt (quod dico propter punitionem Ananiæ & Sapphitæ) secundum multos erant gravia & scandalosa, ut patet in litera. Praxim item Ioannis Baptistæ in reprobatione peccatorum per viam prædicationis & prophetiarum. sed ex hoc noo concluditur, omnia peccata mortalia publica esse punienda; nec omnia puniverunt. Nam erant multi pseudoapostoli tempore Pauli, nec legimus per eum aut alios apostolos esse punitos. Galatæ insensati non dicuntur oec leguntur fuisse puniti per apostolum pœna justitiæ, sed tantum per prædicatiooem correpti, ad Galat. 3. Ortum fuit murmur Græcorum adversus Iudæos, quod viduæ eorum despiciebantur in quotidiano ministerio, Actuum 6. nec illud legitur punitum. Et facile multa similia tepeRireotur impunita propter periculum schismatis in ecclesia, aut alia occulta nobis, tamen justa, ratione. Quod ad praxim primitivæ ecclesiæ allegat, quod communitas Corinthi cum spiritu apostoli tradidit Corinthium satanæ in carnis interitum, per hoc arguens, quod populus possit peccata publica punire, dico, quod ex serie textus non habetur, quod communitas Corinthiorum hoc fecerit, sed apostolus, nam dicitur sic: *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute domini Iesu tradere hujusmodi hominem satanæ.* textus dicit, *judicavi*, non judicavimus. Et Nicolaus de Lyra dicit: Ego quidem habens auctoritatem super vos, ubi patet, quod ipse, qui habebat auctoritatem, judicavit. Præterea punitio malorum presbyterorum, de qua Daniells 13. ostensa & seoteotiata est per Daoielem auctoritate sibi a Deo data; oam ibi dicitur: *Suscitavit Deus spiritum pueri junioris, cui nomen Daniel:* executio autem per populum. Et in veteri lege multas executiones per populum legimus in spiritualibus casibus, ut in crimine idololatriæ, Leuitici 20. Deuteronomii 13. & 18. in blasphemia Dei, Leuitici 24. Numerorum 25. pro violatione sabbati in colligente ligna illo die, Numerorum 25. pro inobedientia contumaci filiorum ad parentes, Deuteronomii 21. pro violatione virginis desponsatæ, Deuteronomii 21. hanc executionem faciebat populus, sed auctoritate legis & judicum sententias ferentium secundum legem. Ita dicit de Lyra super illo Deuteronomii 13. *statim interficies,* Cum, dicit, judicatum fuerit per judices. Allegat, quod populus Iudæorum ab alienigenis, *&c.* Concedo hoc, sed non ideo hoc fecerunt sine peccato alieoigenæ. Nam in subactione ista duo considera, actionem & iotentionem captivantium. Aliquando enim, ut dicit Alexander in summa, utrumque a Deo excitatum est, dum utrumque est bonum, scilicet captivatio & intentio captivantis. Aliquando actio a Deo excitatur, & oon intentio, dum actio bona est, quia a Deo volita, sed intentio mala, quia odio vel ira, aut alia mala passione excitata. Aliquando siquidem puniuntur peccata per scientes, aliquando per nescientes. Exemplum de secundis, ut populus Iudæorum fuit punitus per Sennacherib: Isaiæ 10. *Væ Assur, virga furoris mei*, & per Nabuchodonosor 4. Regum ultimo, & etiam per Antiochum, Machabæorum primo. Exemplum de primis, ut quod peccata Amorrhæorum fuerunt punita per filios Israel. Isti enim sciebant se a domino excitatos punire peccata harum nationum: sed

2. Cor. 11.

Alexand. ab Ales 3. p. q. 35. nu. 2. art. 2.

4. Reg. 25.

A Assyrii, & rex Babyloniæ, *&c.* etsi punireot, nesciebant se ex divino præcepto punire. Nam filii Israel monebantur a domino, quoad punitionem & intentionem punientis, quia hoc faciebant ex divino mandato accepto, & ut voluntatem domini adimplerent. sed alienigenæ Assyrii, & ceteri, utique domino movente subigebant populum Israel, sed non ut implerent domini voluntatem, imo ex odio, cupiditate, aut alia mala inteotione hoc faciebant, ideo peccabant. Ita populus vel civitas non habens usum jurisdictionis, puniendo pœnaliter, peccaret, nisi super hoc acciperet a domino mandatum speciale, & hoc probaret ex sacra scriptura, aut miraculo, ut sibi esset credeodum.

B Ad auctoritates sanctorum. Ad primam Augustini super epistolam Ioan. & 24. quæstione 5. Non putes, *&c.* respondeo cum glossa, quod istud intelligitur de illis, qui habent aliquam potestatem super alios: vel de caoonica deountiatione, ad quam quilibet tenetur: Per canonicam deouñtiationem intelligit glossa fraternam correctionem. De multis vero modis habendi potestatem, habetur super 23. quæstione 4. Duo ista; ut est in episcopo erga plebem suam, pauperi regenti domum suam, diviti regenti familiam suam, marito erga conjugem suam, patri erga prolem, judici erga provinciam, regi erga geotem.

Aug. sup. epist. Ioan. tra. 7. 10. 24. q. 5. c. 36. Non putes.

Ad illam de Augustino, Non vos judiceris malevolos, de quo 5. quæstiooe 5. dico cum glossa, quod C textus ille de denuntiatione loquitur, & de secreta correctione, & est argumentum, quod quilibet tenetur ad denuntiationem, de quo 23. quæstione 5. Non putes. Ista sunt verba glossæ: Iotelligo autem denuntiationem hic, admonitionem fraternam, ad quam quilibet tenetur pro loco, tempore, & aliis circumstantiis; aut denuntiationem testibus factam, aut ecclesiæ, si secreta monitio non sufficit.

5. q. 5. c. 1. Non tes judicans. August. epist. 109. 10. 2.

Ad illam Augustini in sermone de servo centurioois, dico, quod Augustinus ostendit magnitudinem mali eorum, qui impune peccant, nam peccatum est pœna magna peccantis, & quia ex impunitate assumunt sibi ausum peccandi; tamen commode ex duobus malis minus malum ad vitandum D majus toleratur, & majus malum est malum totius, quam partis. Permittitur malum in parte, ne sit malum in toto. Ideo ad vitandum schisma in ecclesia, aut turbationem boni communis, aliqua manent ab homine impunita.

Ad illam Augustini: Si ea de quibus Deus vehementer offenditur, *&c.* 23. quæst. 4. dico, quod illud capitulum loquitur de punitione potestatis judiciariæ, & est verum, cum judex differt judicare & punire ea, unde Deus vehementer offenditur. Nota quod Vehementer designat gravitatem, si tamen salva jurisdictione, & convictione hoc facere possit. Dei patientiam provocat, sed non si istis salvis punire non possit.

23. quæst. 4. cap. 30 Si ea de quibus.

E Ad illam Augustini ad Chrysostomum, dico quod est vera istis tribus jam concurrentibus, jurisdictione, convictione, & pace salva, seu unitate ecclesiæ, aut reipublicæ.

Ad illam Hieronymi 23. quæstione 5. Regum, ubi dicitur: Regum est proprium, *&c.* ista auctoritas vera est, sed arguit ab insufficienti; assumit enim auctoritas, quod officium regum proprium est facere judicium, & justitiam, scilicet in foro suo. Ceterosque casus enumerat, facere judicium & justitiam, ut liberare vi oppressos de manu calumniantium, peregrino, pupillo, & viduæ præbere auxilium, sanguinem inoocentem non effundere. Isti sunt casus * septem. Concedo, quod in istis, & in omnibus suæ legi subjectis pertinet facere judicium, sed ex hoc concludit,

Hieronym. supra Ierem. cap. 22. 23. q. 5. cap. 133. Regum officium est judicium facere.

* Pro septem, aliter mann-

Anno Christi 1433.

scriptus habet qui, ex similitudine barum literarum & numeri.

concludit, quod omnia peccata debet punire, si sint mortalia publica, & hæc iosufficienter. tum quia lex hnmana non prohibet omnia, tum quia homo legem divinam omnia prohibentem mortalia, noo sufficienter potest executioni demandare, omnia scilicet puniendo pœnaliter, ot dictum est. Deficit autem argumentum, quia ex boc, quod divina lex omnia mortalia prohibet, videtur concludere, quod ergo omnia in hoc sęculo pœnaliter puniat, quod oon concedo. Item, quia ecclesiastici non subduntur potestati sæculari, quoad personas, ideo, &c. Ad illam Hieronymi in librum Iudicum: Traduntur autem peccatores, &c. illam concedo, nec video quomodo est ad propositum.

Cap. 4.

Ad illam Hieronymi in prologo bibliæ, Sancta rusticitas. Ista autem intelligitur de resisteodo contra impugnatores fidei maxime, nam hoc modo potissime ecclesia impugnatur, & de resistentia ei competente, puta, otando, corripiendo, arguendo publice fidei perversores, si & quando opus est, cum aliis circumstantiis requisitis: bonum autem opus fit uno modo, malum autem multisario. Quod vero de talibus intelligatur, patet manifeste ex serie verborum illius capituli.

Gregorius lib. 9. in reg. epist. 64. in dist. 4. ad Brunichildam reginam.

Ad illam auctoritatem Gregorii in registro, reginę Francorum Brunichildę, Cum scriptum sit, *Iustitia elevat gentem*, &c. Hic dico, quod io allegatione ista aperit opponens mentem suam manifestius, quam io articulo suo, aut primo corollario. Nam per boc videtur seotire, quod principes sæculares habeant auctoritatem puniendi peccata publica sacerdotum, & quod debeant hoc facere, ne dominus manum ad feriendum exteriam excutiat. Hoc autem ostensum est esse falsum, in primo corollario secundæ cooclusionis, in secundo puncto. Dico igitur, quod auctoritas Gregorii iotelligitur de correctiooe competeote suæ juridictioni, puta, si sacerdotes sint publice mali, ut regina suis subditis prohibeat, ne in peccatis sacerdotum dent auxilium vel favorem: ut feminas, com quibus impudice peccant, sicut etiam sooat auctoritas, proscribant de suis domioiis, aut alio modo liciro, non autem in persona sacerdotum aut ecclesiasticorum aliquem actum jurisdictionis exercendo; aut intelligitur de correctione fraterna, dum dicit, De correctione sceleris studiosissime cogitare.

Gregorius in regist. lib. 9. cap. in dist. 4. ad Theodoricum regem Francor.

Ad illam Gregorii ad Constantiam reginam Galliæ, Et quia summum, &c. dico, quod hoc de justitia sectanda accipitur. Allegatur ad casum particularem, puta, quod quidam prædones villas ecclesię episcopi Iuliani spoliaverunt, & nocturnis inceodiis cremaverunt. Petit igitur Gregorius papa, ut immunitas violata, præsumptio & sacrilegium, sicut auctoritate ecclesiastica, ita regia dignitate talem finem accipiant, ne filii nequam & membra diaboli talia præsumant de cetero attentare.

Gregorius in regist. l. dist. 1. epist. 5. eadem 35. q. 4. cap. 47. Si quos igitur.

Ad illam Gregorii in registro, Dum scripsimus, &c. dico, quod illa loquitur de executione sententiæ ecclesiasticæ, regem monendo, ut illam exequatur, aut judicibus ecclesiasticis assistat, dicit enim: Vestris amputari finibus faciatis. quid? carnalia vitia sacerdotum, & simoniacam pravitatem, jam scilicet damnata, aut ut scripsimus per episcopos damnanda & arguenda, illa e vestris amputari finibus faciatis.

Ad illam Gregorii Brunichildę reginæ Francorum: Si quos igitur, &c. Ecce concedo illam, sed accipieodo, ut hoc juste fiat. Nam non sufficit justam rem facere, sed juste, dicente scriptura, Deuteron. 16. *Quod justum est, juste exequaris*. Puta ut sit justus ordo, justa causa, justus animus. Si justus ordo, non ergo nisi in subditos, & de crimine convictos. In illos correctio etiam justitiæ fieri potest, verum, ubi magna populorum strages immineret, parcendo multitudini, esset severitati detrahendum, ut dicit Augustinus Bonifacio, & habetur 23. quæstione 4. Ipsa pietas, & hoc est quod dictum est prius. quoniam crimina punienda sunt, quando salva pace ecclesiæ feriri possunt, ut dicit beatus Augustinus in 2. & 3. lib. contra epistolam Parmeniani, & contra Faustum, ut habetur 23. quæstione 4. Quid faciet? ubi sic dicitur: Ecce quod crimina sunt punienda, quando salva pace ecclesiæ feriri possunt, io quo tamen discretio est adhibenda, aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam est expectanda; aliquando in paucis est punienda, ut eorum exemplo ceteri terreantur.

Augustinus epist. 50. tom. 1. 23. quæst. 4. c. 14. Ipsa pietas. 23. q. 4. 25. Quid faciet? Augustinus epist. 168. tom. 2.

Ad auctoritatem Chrysostomi super illo Matth. 18. *Si oculus tuus scandalizat te*, &c. dico, quod illa manifeste loquitur de correctione fraterna, & sic illam concedo.

Chrysostomus homilia 6.

Ad illam Chrysostomi in opere imperfecto super illo Matthæi 5. *Qui irascitur fratri suo*, &c. hoc intelligendum est; illa non est ad propositum. Ibi enim reprehendit patientiam irrationabilem, quoniam, ut inquit, vitia seminat, negligentiam nutrit, bonos invitat ad malum: non tamen dico ego, ut per se agens, sed ut removens prohibens, ut puto, quia iram per zelum, qui causa est correctionis & justitiæ exercendæ, removet. verum est tamen, quod beatus Hieronymus in homilia super illo, ex senten. Thomæ super Matth. 5. allegatum sic ait: *Omnis qui irascitur fratri suo*; In quibusdam codicibus additur (*sine causa*) ceterum in veris diffinitiva sententia est, & ira penitus tollitur, scriptura dicente: *Qui irascitur fratri suo, reus erit judicio*. Si enim jubemur verberanti alteram præbere maxillam, & inimicos nostros amare, & orare pro persequentibus, omnis iræ occasio tollitur. radendum est ergo (*sine causa*) quia ira viri justitiam Dei non operatur. Hæc ille. Posset dici, quod beatus Hieronymus non damnat omnem iram, cum aliqua sit justa, scilicet, quæ est per zelum, sicut scriptum est Ioannis 7. *Zelus domus tuæ comedit me*, sed tamquam consilium suadet, omnem iram de corde propellere. Ad illam in opere imperfecto super illo Matth. 4. *Vade retro satana*, Exasperatus est, &c. dico, quod vera est, & intelligitur, ut unusquisque modo sibi convenienti injurias Dei, & offensas, hoc est, peccata mortalia, & maxime, quæ sunt in Deum directe, corrigat, nec patiatur inulta, ut princeps per inflictionem pœnæ ex judicio, inferiores subditi per correctionem fraternam. & ista sunt vera, modo tacto in positione.

Chrysostomus in opere imperfecto in cap. Matth. 5.

Chrysostomus in opere imperfecto in cap. Matth. 4. hom. 5.

Ad illam Isidori, de qua 23. quæstione 5. Principes sæculi, dicit glossa sic, quod hic quatuor capitula ad hoc inducuntur, ut principes ecclesias defendant, & reos noo permittant vivere. Nec tamen ex isto capitulo, aut aliis sequentibus potest inferri, quod principes in personas ecclesiasticas habeaot exercere judicium, nisi in casibus qui in glossa exprimuntur. Et adhuc non potest illud, nisi ex ordinatione ecclesię, & concessione speciali in subsidium ecclesiasticæ jurisdictionis, Primus, cum sunt incorrigibiles: de quo 32. distinctiooe, Eos qui: ibi enim dicitur, quod si diaconi post susceptum ordinem velint vacare uxoribus, a sacro ordine removeantur, id est, removendi judicentur; intelligo hoc, quoad administrationem, quia character est indelebilis, officio atque beneficio carere decernuntur. Quod si ab episcopo commooiti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, ut eorum feminas mancipent servituti. Ex textu paret, quod non datur licentia, ut in personam diaconi juridictio sæcularis exerceatur etiam post monitionem episcopi, sed io feminam ejus, & ad id dicit glossa, quod hoc est verum, cum episcopus eam cor-

Isidorus l. 3. de summo bono. c. 53.

 ripere

ripere non potuerit, aut suffecerit. Nam primo debet eas in servitutem redigere, si potest, sed si non sufficit, tunc itur ad brachium sæculare; & secundum glossam, per punitionem talis feminæ dicitur exercere brachium sæculare judicium in ecclesia, quia ex quo illa est de familia sacerdotis vel diaconi, potest dici, inquit glossa, quod est de foro ecclesiæ, sicut & alii qui sunt de familia ejus, ut 89. distinctione, Indicatum, & 12. quæstione 2. Ecclesiarum servos: vel ideo censetur talis femina de foro ecclesiæ, quia ratione delicti fit quis de foro alterius, ut 6. quæstione 7. Placuit: de istis incorrigibilibus habetur 23. quæstione 5. De Liguribus cap 43. Item 14. quæst. 3 cap. 18. Ecce autem. Secundus casus est propter ambitionem, 79. distinctione, Si quis pecunia; loquitur de intruso in papatu pecunia vel gratia humana, aut populari vel militari tumultu, *&c.* Licitum est, inquit capitulum, humano auxilio a sede apostolica pellere. Tertius casus est, cum fidem moliuntur ecclesiastici pervertere, 17. distinctione, Nec licuit. ubi in fine dicitur de obstinatis & contumacibus, eos ab eisdem apostolicis sedibus, aut attrahi ad salutē quoquo modo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possint, secundum canones per sæculares comprimi potestates. de hoc satis dictum est supra. Quartus casus, cum clericus est falsarius, ut Extravag. de crimine falsi, Ad falsariorum. Quintus casus, cum ecclesiastici schisma faciunt & contemnunt excommunicationem, ut hic 23. quæstione 5. De Liguribus. Sextus. ubi potestas ecclesiastica deficit, ut in præsenti capitulo, Principes. Septimum de tributis transeo. extra illos & alios, si sint aliqui a jure determinati, nihil jurisdictionis habet laicus in clericum, hoc est in personam clerici. Et quod habet in istis, est auctoritatis ecclesiæ, in subsidium ecclesiasticæ jurisdictionis, ut dictum est.

Dist. 89. c. 5. Indicatum est. 1. 6. q. 1. cap. 5. Ecclesiarū servos. Ex concilio Toletano III. 6. q. 3. c. 4. Placuit. Dist. 79. c. 9. Si quis pecunia distinctione 17. cap. 4. Nec licuit.

Item de falsariis, Ad falsari. lib. 5. & 50. art. 7.

Ad illam de Ambrosio 32. quæstione 1. Cum annuntiatum; concedo illam, nec facit ad propositum, sed ostendit, quod in justificatione impii, dum culpa recedit, advenit gratia, & econtra in perversione.

32. quæst. 1. cap. 9. Cum annuntiatum.

Ad auctoritates canonum. Ad primam Pelagii: Apostolicæ auctoritatis, & 24. quæstione 3. ista est magis contra opponentem quam pro eo. Nam si exemplo apostolicæ auctoritatis, puta Pauli, tradendi sunt satanæ, id est excommunicandi peccantes, sequitur quod non nisi habens auctoritatem, sicut ille habebat super Corinthios, nec nisi pro crimine scandalizante, ut erat illud facinus Corinthii, qui tenebat uxorem patris, aut aliud grave, alteri vel pluribus nocivum, debet ferre judicium pœnæ, & sic non pro quolibet peccato mortali etiam publico nec quilibet potest per justitiam punire, quod est contra eum.

24. quæst 3 apostolicæ auctoritatis cap. 23.

Ad illam de Leone papa 24. quæstione 3. Illud capitulum intelligitur de tolerantia conversationis quorumdam catholicorum cum hæreticis. Tolerare enim hoc, grave peccatum est, quia nullum magis effectivum arbitror, & contagiosum peccatum, quam hæreticam pravitatem. Vnde sacerdotes vel episcopi in illo casu tacentes, cum tamen innotescat, canes muti dicendi sunt, non valentes latrare, cum lupi rapaces gregem invadunt, unde eis dici potest illud Isaiæ 22. *Quid tu hic? aut quasi quis hic? Ecce dominus asportari te faciet, sicut gallus gallinaceus asportatur.*

Ad illam Leonis Rustico Narbonensi episcopo, *&c.* dico, quod hic dicit quia non amore vindictæ, sed justitię, non odio personæ, sed vitii correctio est facienda. Et hoc dixi sæpius in secundo puncto, nec aliquo modo concludit quod omnia peccata sunt punienda.

Epistola 92. editionis antiquæ, 95. editionis Rom. 86. Odio habeatur.

Ad illam Ioannis VIII. Administratores, dico, quod loquitur de peccatis, aliis nocentibus, ut patet. Nam dicit de rapacibus, de nocentibus, pupillis & viduis, & quod querimonias audiant pro episcoporum tuitione illorum, *&c.* Ex hoc arguit ab insufficienti, quod ergo omnia peccata mortalia sint punienda, quia multa sunt, quæ nocent directe & per se aliis, nec est facile totam multitudinem ab illis abstinere, & prohibitio talium cum punitione pœnali confusionem faceret in politia, aut schisma in ecclesia, aut aliod grave periculum vel peccatum, sicut dictum est.

cap. 2. 23. q. 5. Administratores. cap. 26.

Ad auctoritates conciliorum. Ad illam de concilio apostolorum, dico, quod a quatuor prohibuerunt abstinere fideles, scilicet ab immolatis idolis, sanguine, suffocato, & fornicatione; placet tamen mihi, quod omnia peccata mortalia sint divina lege prohibita. Nam hoc in prima parte conclusionis primi puncti dictum est, sed non sequitur, quod ideo sint omnia per hominem punienda. Ad illam ex concilio Turonensi, Incestuosi, parricidæ; Illud capitulum loquitur de aliquibus gravibus peccatis puniendis, afflictione pœnæ, quia actores illorum monitis ecclesiæ noluerunt obedire, ex qua particulari, nullo modo potest concludi universalis, Omnia peccata mortalia publica sunt punienda per cohibitionem pœnę.

Concilium Turonense III. cap. 41. habetur 23. q. 5. Incestuosi. c. 55.

Ad illam auctoritatem 2. Paralipomenon 30. Qualiter muto concilio, *&c.* dico, quod apparentiam ad probandum universalem, Omnia peccata, *&c.* non habet opponens nisi ex illo textu: *Destruxerunt altaria, quæ erant in Ierusalem, atque universa, in quibus idolis adolebatur incensum, subvertentes*, &c. tamen ille textus solum loquitur de destructione idololatriæ, & omnium ad eam pertinentium. Ex qua particulari destructione male potest concludi omnium peccatorum destructio.

Ad illam 2. Paralipomenon 34. qualiter Iosias convocatis universis, *&c.* dico quod apparentiam accipit opponens ex illo: *Abstulit Iosias cunctas abominationes de universis regionibus filiorum Israel.* Ad quam dico, quod scriptura non dixit, Omnia peccata, sed, *cunctas abominationes*, per quas peccata idololatriæ intelliguntur in multis passibus scripturæ. Et hoc etiam videtur sonare textus sequens, cum subditur: *Et fecit eos, qui residui erant in Israel, servire domino Deo suo.* & expressius apparet idem 4. Reg. 23. Tamen si per abominationes intelligantur peccata mortalia, dicendum videtur, quod sit distributio accommoda, puta, quod majora peccata abstulit; vel distributio pro generibus singulorum. Tamen magis sto in prima solutione, quia magis consonat textui & glossæ de Lyra.

Ad illa quæ circa probationem conclusionis seu articuli dicuntur. Apparet, quod de correctione fraterna assumantur, & specialiter auctoritas Augustini libro primo contra Crescoium grammaticum. dico quod loquitur quod persequenda sunt vitia amore justitiæ, non libidine vindictę, ita ut vitia, quia Christo inimica, puniantur, non homo: & sic arguit de modo punitionis, non de punitione. Vnde si ex modo inferat illam, immutat quale in quid, & fit fallacia. In declaratione dicitur unum bene notandum. nam proponens declaravit, quomodo unicuique congruat corripere peccata mortalia publica. Nam dicit, quod prędicatoribus prædicando, contemplantibus orando, vel aliter promerendo, sęcularibus judicibus, aut principibus secundum potentiam coactivam conversando, juxta legem euangelicam convenit corrigere: & quod omittens, juxta suum officium, peccat in Deum & proximum. At quantum & quomodo hæc non sint vera, ostensum est. nisi vellet singula singulis referre, ita ut cum loquitur de potestate judiciaria, intelligat respectu suorum subditorum. si de fraterna correctione intelligeretur, correctio aliud esset, sicut monstratum est.

Ad

Anno Christi 1435.

Ad rationes primi corollarii, concedo rationem, quæ probat, quod peccata mortalia publica, *&c.* non sunt fovenda aut defendenda. Hæc fuit prima pars corollarii. Ad rationes arguentes contra secundam partem, quod per rectores spirituales & sæculares, ex officio modis ipsis congruentibus, in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorum, sont cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda. Ad primam; dominus dominantium, Rex regum, Deus omnipotens hoc fecit, & hominibus faciendum injunxit, ut patet ex discursu veteris & novi testamenti, ergo rectores hoc facere debent. Dico quod nec omnia peccata mortalia publica dominus punivit in lege veteri, nec omnia in lege nova, sicut late deductum fuit in conclusione primi puncti, sed nec omnia punienda mandavit in lege nova. Imo dicit, Lucæ sexto: *Estote misericordes sicut Pater vester cælestis misericors est.* Dixit & Matthæi decimooctavo cum quæreret Petrus, quotiens fratri in eum peccanti esset parcendum: *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.* Et iterum: *Nonne oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum? & iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum;* *Sic*, inquit salvator, *& Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Dixit & apostolus ad Ephes. 4. *Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis.* Et Petrus prima epist. c. 3. *In fide autem omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes.*

Proponens allegat, quod dominus punivit superbiam in Lucifero & quibusdam, avaritiam in Achor, & etiam certis personis, *&c.* quæ ad longum non recito, quia concedo semper: tamen argumentum suum deficit, quia arguit ab insufficienti. Non enim sequitur, punivit peccata in ipsis, ergo in omnibus. Siquidem judicia sua sunt abyssus multa, & alta profunditas, quis invenit eam? Interdum itaque ita dure corripuit, ut non solum homines peccantes, sed & irrationabilia propter eos puniverit, ut apparet in thesauris Iericho, & animalibus Amalecitarum, in pecunia Simonis magi, in possessionibus Ægyptiorum, & hoc, sicut aperuit nobis Alexander doctor irrefragabilis, triplici de causa, scilicet ratione sacramenti, ratione detestationis peccati, ratione flagelli. Ratione sacramenti thesauri Iericho, Iosue 6. & animalia Amalecitarum, 1. Regum 15. puniuntur. Nam Iericho interpretatur Luna, & significat mundum, cujus avaritia damnatur cum thesauro Iericho. Anathematizantur Amalecitæ, qui interpretantur lingentes, & significant carnalium desideriorum voluptates, quæ debent mortificari, quod denotatur in interfectione animalium Amalecitarum. Ratione detestationis peccati pecunia Simonis magi damnata est pro peccato suo, Actuum 8. Ratione flagelli possessiones Ægyptiorum traditæ sunt grandini, Exodi 9. ut in illis puniantur & flagellentur, in quorum amore supra modum delectabantur. Interdum ita pepercit, ut duxerit justos in stuporem, dum non contenta fuit clementia sua crucifixoribus parcere, sed orabat pro eis. Videtis mirabilem divinæ dispositionis scientiam & arcanum inscrutabile confortatum, ut non possimus ad eum: unde non debet sumi argumentum pro punitione ab homine, ex punitione Dei, potius sumendum est exemplum ignoscendi aut corripiendi in spiritu lenitatis & benignitate Christi, ipso dicente: *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*, & per prophetam Ioel peccatores vocante, cum dicit: *Convertimini ad dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia*, Ioel 2. *Et cognoscite, quam amarum est, dereliquisse Deum vestrum, derelinquentes fontem aquæ vivæ, & fodientes sibi cisternas dissipatas*, in nimio rigore, scilicet punitionis, *quæ non valent continere aquas*, scilicet misericordiæ.

Alexand. ab Ales p. 3 q. 41 mem. 4 art. 3. ac. 2. & seq.

Matth. 11.

Ierem. 2.

Ad illam de Fabiano papa, 3. quæstione 1. Deus ergo ad hoc præordinavit vos, *&c.* dico, quod illud capitulum loquitur de pœna infligenda contra facientes calumniam sacerdotibus, & vim eis inferentibus; quod patet primo ex rubro, patet etiam ex continuatione. Nam in fine capituli præcedentis dicitur: Dominum crucifigunt, qui eum in suis sacerdotibus persequuntur: quia crux a cruciatu dicitur, magnum autem cruciatum sustinet, qui vim patitur. Patet tertio ex fine capituli, quod opponens obticuit. Nam postquam dixerat, Illum vero, qui calumniam vel opprobrium facit, abscindatis, sequitur quod tacitum fuit, Et domino in suis sacerdotibus opem feratis. hoc autem totum concedo, & est contra opponentem, qui dicere videtur aperte, per sæculares sacerdotes esse puniendos.

Ad illam, Nisi in sancta communitate Christianorum, *&c.* dico, quod ista ratio deficit, si tendat ad hoc, quod fornicatio simplex, & omnia mortalia non solum correctione fraterna, aut generali correctione prædicationis sunt corripienda, sed etiam per sæculares potestates coercenda & omnino punienda aut expellenda de communitatibus Christianorum. Ista, inquam, ratio deficit in duobus, primo in hoc, quod non distinguit inter prohibitionem & punitionem, & tamen magna est distinctio facienda, cum lex Dei prohibeat omne mortale, nec tamen in hoc sæculo Deus puniverit omne mortale, etiam publicum, ut ostensum est. Nam arguit Paulum omnes fornicationes prohibuisse, & ex hoc concludit, quod omnes sunt puniendæ. Secundo deficit in hoc, quod non distinguit species peccatorum in uno genere, aut etiam genera, quia ex punitione fornicationis Corinthii vult arguere punitionem omnis fornicationis; quod fieri non debet, quia illa, quam punivit, non fuit simplex fornicatio, imo fuit incestus, & aliquo modo contra naturam, & contra reverentiam naturalem, quæ debetur patri, & ex hoc uxori ejus, quæ est cum illo una caro. Si tendat ratio, quod fornicatio & alia mortalia sunt correctione fraterna corripienda, non nego, imo concedo, absit etiam quod sint fovenda, sed dico, quod est tolerandum simplex meretricium, & permittendum propter causas ante memoratas. Placet insuper mihi, quod omnia peccata mortalia sint Spiritu sancto dictante prohibita, sed concilium apostolorum, Actuum 15. non omnia prohibuit, sed tantum quatuor, scilicet, ab idololatriciis, suffocato sanguine, & fornicatione. Illa vero clausula, Et ea, quæ vobis fieri non vultis, ne feceritis, non est de canone seu textu, nec est apparentia, quod esse debeat, quia est unum principium legis naturæ, omnibus utentibus ratione notum. talia vero non cadunt sub concilio. Si tamen omnia mortalia prohibuisset, non ideo omnia essent hic pœnaliter punienda, sed in tribunali & foro adæquato divinæ justitiæ, puta in extremo judicio, & in foro conscientiæ de omnibus mortalibus occurrentibus memoriæ.

Ad rationes secundi corollarii editas. Ad primam, quæ nititur probare, quod communitates habeant punire peccata. primo ad primam de communitate Corinthiorum assumit, quod punivit Corinthium, dico, quod non sententiando punivit, sed Paulus, quia, ut dictum est, dixit: *Iudicavi ejusmodi hominem.*

nun-

ANNO CHRISTI 1433. non dicit, iudicavimus, nec iudicastis. Est verum, quod hoc fecit illis congregatis cum suo spiritu, in vinculo fidei & caritatis, & etiam scientibus. Quod si aliquis contendere velit, quod illa judicavit, tunc diceretur, quod fuit cum Paulo & auctoritate ejus. Nam dicit: *Congregatis vobis & meo spiritu*. Quod allegat, *corripite inquietos*, de Thessalonicensibus, intelligitur de instructione exhortatoria prælatorum & non communitatis eorum, mox enim, cum eos de obedientia & sustentatione prælatorum docuerat, ut dicit Petrus de Tarantasia, & specialiter respectu curiosorum, gyrovagorum, ideo dicitur, *inquietos*. Est hæc instructio Corinthiorum, quia sufferebant pseudoapostolos, quos insipientes dicit, eosque, quod in carne gloriabantur, reprehendit, & hoc est speciale & grave peccatum, contradictores scilicet verorum prædicatorum tolerare, non tamen concluditur quod nulli peccatores sunt tolerandi ex isto.

1. Thess. 5.

2. Cor. 11.

Amb. lib. 2. de Cain & Abel, c. 4. c. 23 q. 5. Remittuntur. c. 49.

Ad illam Ambrosii 23. quæstione 5. Remittuntur, dicentis: Puniuntur peccata per homines, &c. dictum est supra de hac materia satis. ad præsens tantum dico, quod si communitas puniret, Deo ad punitionem ejus, & intentionem movente, non peccaret, sic enim haberet auctoritatem: sed si puniret Deo ad actum punitionis movente, & non ad intentionem, peccaret, quia quamvis punitionis actio esset bona, non tamen intentio punientis. Præterea esto, quod communitas posset aliqua peccata punire ex auctoritate, non tamen ideo punire posset peccata clericorum, cum non sint eis subditi, ut palam factum est, nisi à Deo vel ecclesia acciperent expressam potestatem, & nunc fieret auctoritate Dei, aut ecclesiæ, & magis Deus vel ecclesia hoc faceret.

Anaclet. epist. 3.

Ad illam de Anacleto papa 24. quæstione 3. Tam sacerdos, quam reliqui fideles, &c. dico, quod illud capitulum intelligitur de correctione fraterna, quoad omnes, & de judiciaria potestate, quoad sacerdotes, dum dicitur: Aut si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur. Nam glossa dicit: Hoc est argumentum, quod istud, Si peccaverint, spectat ad omnes: & super illo verbo, Separentur, dicit: Ergo sacerdotes habent officium excommunicandi: Et ita hæc ratio est pro me. Ad illam Ioannis VIII. distinct. 86. dicentis: Facientis procul dubio, &c. dico, quod ista omnia hic allegata vera sunt, de differentibus disciplinam ex negligentia, aut aliqua inordinata, vel indiscreta affectione, quasi aliquid humanum passi. Non autem de omittentibus severitatem justitiæ ex causis rationabilibus præterea vera sunt de negligentia punitionis peccatorum turbantium bonam consistentiam politiæ, & eorum, a quibus facile est plebeiam multitudinem abstinere. Aliorum vero peccatorum punitio omittitur pro salute boni communis, aut ad pejora vitanda; & non negligitur. neglectio enim est omissio ejus quod quis scit & potest facere, & ad hoc tenetur. Impotens autem humana potestas non potest omnia peccata mortalia punire, nec omnia diligere recte. Ex quo fit, quod cavet majora, & punit ex auctoritate minora, quamvis mortalia, relinquens divino examini, aut foro conscientiæ, vel finali.

Dist. 86. c. Facientis c. 5.

B

C

D

E

Ad rationes tertii corollarii. Ad illam, eum dicitur: Patet ex lege correctionis fraternæ, &c. concedo, quod superiores possint ab inferioribus corripi correptione fraterna, sed non ut opponens intelligit in deductione, scilicet ut denuntiatio post decretam monitionem fiat coram populo, sed debet fieri coram suo superiori. Et si summus pontifex peccet peccato personali, debet secrete cum humilitate & reverentia moneri. Si autem nolit acquiescere post adhibitionem unius aut duorum testium, poterit denuntiari concilio generali; si non, sic non est alter recursus, res est Deo committenda, & pro eo orandum.

ANNO CHRISTI 1433. Ad hoc quod de Christo allegat, dico, quod secundum Gregorium in homilia, ut Thomas in expositione hujus passus, recitat, non submittit se Christus correctioni populi, sed ex ratione probat se peccatorem non esse, unde ait: Pensate autem mansuetudinem Dei, relaxare peccata venerat, & dicebat: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute divinitatis poterat peccatores justificare. Quod dicit de Moyse, dico, quod instructus fuit a Iethro, nam dicitur in textu: *Audi consilium meum*, non correptus, quia non peccavit. De David dicendum, quod illa correctio, quam fecit Nathan, fuit fraterna, & etiam Nathan in spiritualibus erat major David, 2. quæstione 7. Nos sic, quamvis par in parem, & major in minorem, & econtra possit istam exercere; debitis servatis circumstantiis. De resistentia Pauli erga Petrum, quod fuit publica, jam dictum est. Imminebat enim magnum periculum fidei. Nam Petrus simulatione inducebat ad observantiam legalium contra veritatem evangelii. De Salomone, qui deposuit Abiathar sacerdotem, dico primo cum de Lyra, quod fecit divino instinctu, seu divina voluntate, quia conspiraverat contra ipsum Salomonem, & divinam ordinationem, atque David patris ejus, & ut impleretur sermo domini, quem locutus est super domum Heli, sicut etiam dicitur in textu. Dicerem secundo, quod sacerdotium evangelicum succedit magis sacerdotio Melchisedec, quam Leuitico, Propheta testante, cuio ait: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*. Non enim hereditate possidetur sanctuarium Dei modo, ut in lege, sed divina vocatione quis ad illud assumitur, non parentum favore. propterea etiam Melchisedec non legitur habuisse patrem aut matrem. Erat enim Leuiticum sacerdotium satis servile, & ad illud per reges assumebatur. Ideo non mirum, si ab officio potuerit per regem Salomonem Abiathar deponi. Modo regibus sacerdotium evangelicum non est obnoxium, ideo nec reges possunt tales instituere, vel destituere, aut juridice punire. Et hæc ipsa, de successione sacerdotii evangelici, magis sacerdotio Melchisedeci, probantur ex hoc quod lex naturæ perficitur per evangelicam, lex vero Moysi evacuatur per eam, saltem quoad cæremonialia & judicialia. moralia vero, quæ manent, pertinent ad legem naturæ. Translatio ergo legis infert translationem sacerdotii, sicut econtra apostolus dicit ad Hebræos 7. *Translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat*. Ex quo ergo lex naturæ, in qua fuit sacerdotium Melchisedec, non est translata, & lex Moysi translata est, sive evacuata, in qua erat sacerdotium Leuiticum, habeo intentum.

Greg. homil. 18.

Ioan. 8.

Exod. 18.

2. Reg. 12.

1. q. 7. Nos sic c. 41.

Gal. 2.

3. Reg. 2.

1. Reg. 2.

Psal. 109.

Ad illam, Ieremiæ 14. *Dixit totus populus*, &c. *Sacerdotes nostri*, &c. dico, quod aliud est Deo lacrymosam querimoniam facere propter peccata sacerdotum, aliud est hujusmodi peccata coram populo arguere. Primum licet interdum, maxime tamen dum non habetur ad superiorem hominem recursus. Secundum non licet pro peccatis personalibus prælatorum; primum faciebat populus, non secundum.

Ad illam, Superiores sæpius vivunt illicite, &c. dico, quod inferiores ex hoc, quod non impugnant juridice, seu ex potestate superiores, quia non possunt, nec illis licet pœnaliter punire superiores, non sunt consentientes. Ad hoc propositum dicit glossa interlinearis ibi, Qui potest, debet & habet jurisdictionem. Et conformiter dicit ad hoc, Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare, si potest, dicit glossa. Et sic exponitur de

Anno Christi 1433.

de sententia excommunicationis Quantæ. Ad capitulum ergo allegatum potest tesponderi, sicut ad illud, Facientis culpa, distinctione 86.

Greg. lib. 1. ep. 27. ad Ro. 35.

Ad illam de Gregorio, 2. quæstione 7. Sicut, inquit, laudabile; dico, quod illud capitulum loquitur de correctione ex auctoritare. Nam ibi Gregorius incitar episcopos in concilio Bizacii congregatos, ut primatem Clementium ioformarione sacerdotali prævia puniant aut judicent: & sic non facit ad propositum proponentis, quod ioferiores corrigant per inflictionem pœnæ superiores, & laici ecclesiasticos: sed magis ad propositum, quod talis eorrectio fit per superiores.

Ad illam de Leone, 2. q. 7. dicente; Nos si incompetenter aliquid agimus, &c. dico cum doctoribus, quod hæc submissio fuit perfectionis, & non debiti. B Ad decretum allegatum, quod hoc sit debitum, quod incipit, Nos si incomperenter aliquid agimus, &c. ubi inducitur Balaam propheta teprehensus ab asina, in quo per Balaam superior, per asinam inferior intelligitur. Dico, quod hoc non ostendit inferiores ex auctoritate posse reptehendere superiores, nec superiores se debere subjicere inferioribus in illa correctione. Patet in textu ibi sequenti, ubi dicitur: Verum est quod per asinam subditi, & per Balaam prælati intelliguntur, non tamen hoc exemplo probantur prælati accusandi a subditis, sed subditis forma tantum datur humiliter resistendi prælatis, si forte eos ad malum cogere voluerint. Et post pauca subditur: Licet eis in hujusmodi vocem conquestioois C prorumpere, & prælatis suis dicere: Cur nos verberibus affligitis? Cur nobis injuste irascimini? Numquid vobis inobedientes aliquando fuimus, nisi nunc, cum ad malum cogimur?

Ad expositionem Bedæ dico, quod licet prima facie videatur ad hoc venire, quod prælati mali a subditis possint reprehendi, quod si de fraternali correctione intelligeretur, non negarem, tamen bene consideranti, loquitur de malis prælatis in fide errantibus, aut subditos prædicando ad malum trahentibus, unde sic habetur in textu: Qui etiam, scilicet prælati, in præcipitium suos merguot auditores, quibus non salutaria, quæ corrigant, sed quæ illos delectent erronea prædicant, de quibus aperte sub- D ditur, scilicet ex secunda epistola Petri capite secundo. *Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reservatur, sal infatuatum a porcis conculcatur. Et quod dicit, Pax vobis, plerumque non columba, sed corvus reputatur.*

Profecto loquitur, ut apparet diligenter consideranti de prælatis male docentibus, & dictum est supra, quod talibus possint subditi resistere ad superiorem recurrendo. Et si periculum sit, istos publice reprehendere, non sic autem pro peccatis personalibus, seu pro vita eorum mala.

Aug. in psal. 81. 23. q. 3. Ostendit, c. 11.

Ad illam Augustini super psalmo 81. & habetur 23. quæstione 3. Ostendit Propheta, &c. dico, quod differentia est inter prohibere & punire, quod potest E quis prohibere superiori, ne peccet, modo suo monendo, exhortando, & sic prohibitio est in respectu futuri, punitio per pœnæ inflictionem non fit nisi per superiorem, & est respectu peccati præteriti. Dico ergo, quod capitulum loquitur de prohibitione prælati, ne peccet, & hoc potest fieri per inferiorem, per modum exhortationis, & cum reverentia, sed hæc non est punitio, quæ est actus justitiæ, nec correctionis fraternæ, sed præservatio a periculo, nec popularis multitudo aliud facere potest.

Ad illud quod infert, quod oportet superiorem clericum a laico judicari, &c. sicut dixit a principio, est quadruplex judicium, assessionis, compa- A rationis, discretionis, & condemnationis seu diffamationis, quæ est actus justitiæ. Primis tribus judiciis potest inferior de superiore judicare, & hoc de manifestis, aut ubi est vehemens suspicio, & hoc probant hic allegata saltem de tertio modo. Quod vero Christus & apostoli, & alii sancti voluerunt, ut allegatur, se & opera sua substerni judicio laicorum, jam de Christo dixi, de apostolis & sanctis dicendum quod si fecerint, hoc fuit perfectionis, & non necessitatis.

8. q. 1. Vereor, c. 12. Hiero. in 1. c. epi. ad Titum.

Ad illud Hieronymi, 8. quæstione 1. dicentis: Vereo[r], quomodo regina Austri, &c. dico, quod illud capitulum loquitur de judicio comparationis; sic enim dicitur: Regina Austri judicabit homines sui temporis, & Ninivitæ, qui ad prædicationem Ionæ cre- B diderunt, condemnabunt eos, qui majorem Iona salvatorem contempserunt. Hoc est dicere: Vita hominum temporibus reginæ & Salomonis comparata vitæ vestræ, erit culpabilis & condemnanda: sic & de vita Ninivitarum, & eorum, qui salvatorem contempserunt, dicendum. Et tunc illud, quod sequitur; Sic plurimi in populis episcopos judicent; est de eodem judicio comparationis accipiendum. Nam dicitur: Sic, id est, simili modo, plurimi in populis episcopos judicent; juhtrahendo se ab ecclesiastico gradu, scilicet quoad opera, & ea quæ episcopo conveniunt non exercentes, judicent comparatione, hoc est, meliores laici comparari ad episcopos malos, ostendent ex comparatione malam esse vitam episcopo- C rum talium.

Ad illam, Item in die judicii licebit, &c. dico quod ista ratio arguit de judicio assessionis, aut comparationis, & postea transfert se in eadem ratione ad judicium discretionis, ex quo surgit sæpius correctio fraterna. De Salomone Abiarhar sacerdotem, de Daniele judicante duos iniquos sacerdotes, & de Nabuchodonosor dictum est, quia proponens dicit, quod in hoc Nabuchodonosor non reprobatur, dico, quod ex textu non laudatur in hoc, secundum Alexan-

Alexand. ab Ales. p. 3. quæst. 35.

drum in 3. quoad intentionem, sed quantum ad actionem. Quia cooperabatur domino, dicitur servus domini, & licet a Deo dicatur servus ejus, hoc est, quia ei dedit dominium, & quia domino, quantum D ad actionem, licet non quoad intentionem, servivit. De Tito & Vespasiano dicendum, quod justo Dei judicio puniverunt sacerdotes & habitatores Ierusalem, quia occiderunt Filium Dei, *& vendiderunt justum pro argento*, Amos 2. & ut impleretur verbum Dei, Lucæ 19. dicentis: *Venient & circumdabunt te vallo, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ*. Et præterea lex Moysi impleta erat, & sic figura cessaverat, quare & sacerdotium. Erat enim jam synagoga ducta ad tumulum. De sancto Ambrosio dicendum, quod erat Arcadio in spiritualibus superior. Quod Hieronymus refert de Damaso, dicendum, quod ista accusatio fuit pia insinuatio, super fama, aut potius super infamia de lubrico carnis. Et E nullus negat, quoniam inferiores possint superiores arguere, tamen cum reverentia fraternaliter, aut eis infamiam clamorosam insinuare. Sed negandum est, quod licet eos publice coram populo in speciali reprehendere, aut detractorie infamare. Qualiter vero de illis in prædicatione agendum sit, dicendum est in fine conclusionis secundi puncti.

Ad rationes quarti corollarii. Primo ad rationes de rectoribus in spiritualibus, &c. Ad illam Ezech. 3. & 33. capitulor. *Speculatorem*, &c. Ista probat comminationem factam a Deo, contra negligentiam rectorum spiritualium, in officio prædicationis, si veritatem vitæ & justitiæ non docuerunt suos subditos. Et hoc

ANNO CHRISTI 1433.

etiam manifeste innuit auctoritas primæ ad Timoth. 5. *Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.* & hoc nihil facit ad propositum de punitione per viam justitiæ superiorum per inferiores, & ecclesiasticorum per laicos, scabinos, aut judices, aut communitates. A

Ad illam Origenis homilia 7. super Iosue dicentis, Quando sacerdos, &c. Istam omnino concedo. arguit enim negligentiam superiorum in officio & prædicatione & punitione inferiorum. Sed ut sæpe dictum est, non est negligere, omittere corrigere, quod quis rationabiliter emendare non posset, unde rector spiritualis peccata publica gladio verbi, & auctoritate justitiæ tenetur corrigere, prout potest. Quæ vero per inflictionem pœnæ non potest castigare, verbo Dei detestatur. B

Orig. in c. 25 Num. hom. 20.

Ad illam de rectoribus sæcularibus, Numerorum 25. ubi tangitur periculum eorum, si mala in communitatibus eorum non cohibuerint; & ad Origenem, ibi, Populus peccat, & principes ostentantur. Dico, quod pro peccato populi, principes interdum puniuntur; quia propter negligentiam correctionis populi multitudo licentior fit ad malum & proclivior. Quoniam autem curam populi princeps suscepit, si culpabili omissione peccata permiserit impunita, reus erit insolentiæ ejus. Tales autem fortasse fuere principes populi, qui cum viderent filias Moab missas ex consilio Balaam ad castra filiorum Israel, ut propter eas populus peccaret & vinceretur, qui ab eodem maledici non poterat, non cohibuerunt populum ad eas accedere, cum unus Zambri scilicet, coram filiis Israel legatur accessisse ad Cozbi Madianitidem filiam ducis, & cum ea peccare non erubuerit. Et nihilo minus reperimus unum pro alio puniri interdum, absque peccato, tribus causis ut dicit Alexander: Prima est excitatio solicitudinis caritatis, ut non tantum quisque se observet a peccato pro se, sed etiam alii diligentiam adhibeant ad custodiam unius, ne & ipsi pro illo puniantur. Secunda causa est ostensio unitatis, quæ debet esse quantum ad vinculum societatis. Nam propter peccatum Achaz, ut dictum est, peccavit populus. Tertia causa est detestatio peccati, & ostensio magnitudinis ejus, ut videatur quantum peccaret multitudo, hoc vel illud faciendo, quoniam unus sic agendo peccavit. Thomas vero 2. 2. quæstione 108. articulo tertio ad primum, ostendit, quod tribus modis unus aliquando pro alio punitur. C D

Alexand. ab Ales, p. 3. quæst. 41. in 4. art. 2.

Augustinus in quæst. sup. Ios. lib. 6. c. 8. to. 4.

Primo quia est aliquo modo alterius, ut filius puniatur pro peccato patris. Secundo, per derivationem unius in alium, aut quia unus alium imitatur, aut per modum meriti, ut subditi pro peccato principis. patet in punitione populi pro peccato David, numerantis populum, 2. Reg. 24. propter quod dicit quidam:

Horat. ep. 2, lib. 1.

Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Tertio, ad commendandam unitatem humanæ societatis, & sic unus etiam bonus pro malis in eadem societate patitur. Iuxta istos modos satis manifestum est, nonnunquam aliquem sine culpa, non tamen sine causa, puniri. Verumtamen principes filiorum Israel non sine culpa eorum æstimandum forte est fuisse punitos pro peccato populi, quia corrigere neglexerunt, cum possent, ut tangit Origenes. E

1. quæstione 7. Qui nec. cap. 32.

Ad auctoritatem Augustini, 1. quæstione 7. Qui nec; increpantis rectores, nec sui nec suorum curam habentes, concedo. Rursus ad illam, quæ de vindicta Heli loquitur, in comminatione angeli ecclesiæ Sardis, propter eorum negligentias in correctione suorum, etiam concedo. Illam etiam, quæ est Leonis ad Aquileiensem episcopum: Inferiorum ordinum culpæ, &c.

1 Reg. 2. Apocal. 3.

A Ad auctoritatem Isidori, lib. 3. de summo bono, quæ vera est, de omittentibus doctrinam ministrare, & sarculo correctionis fraternæ vitiorum spinas purgare, dum & quibus, cum aliis circumstantiis, obligantur, & maxime de illis, qui pastoralis dignitatis, aut vocationis officio adhuc strictius tenentur. Propterea apostolus prima ad Corinthios 5. Corinthios arguit, quod non corripuerunt illum notorium fornicatorem correctione fraterna, de quo sæpe est mentio facta.

ANNO CHRISTI 1433.

Dist. 86. Inferiorum ordinum, c. 1. Leo Aquileiensi episcopo, epist. 3 & 84. seu 86.

Posuit proponens quatuor causas, propter quas corripienda & castiganda sunt peccata. Primo, quia populus videns peccatores non puniri vel argui per ecclesiam & publice, credunt ea quæ committunt non esse peccata, vel non tam gravia, sicut in se sunt. B Secundo, quia ipsi illiciuntur ad peccandum similibus peccatis. Tertio, quia facilius ad aliqua graviora ruunt. Quarto, quia una communitas coram Deo propter publicos peccatores damnatur, ut populus Israel propter fornicantes cum Madianitis, &c. Nullus profecto sanæ mentis est, qui non dicat, peccata mortalia publica esse punienda, dicentes enim oppositum, fautores essent criminum, ac meo judicio severiori disciplina arcendi, quam crimina facientes, eo quod non paucorum auctores essent, sed omnium quæ sub prætextu illius erroneæ doctrinæ licentius agerentur. Ideo pono, quod multa peccata publica sunt punienda per inflictionem pœnæ, ab his, qui jurisdictionem habent super illos. Et in hoc proponens C & ego non sumus discordes: differimus autem, quantum potui ex articuli corollariis notabilibus rationibus accipere, in quatuor. Primo, quia ponit omnia peccata mortalia publica esse punienda per judicium, & hoc apparet, quia in articulo dicit peccata mortalia publica indefinite, & tales in moralibus regulariter æquivalent universalibus. Et ex rationibus ad eumdem, specialiter ex declaratione quæ incipit, unde id apparet, & ego pono oppositum. Secundo, quia ponit, quod a quolibet Christi fideli peccata mortalia publica quorumcumque tam ecclesiasticorum quam sæcularium sunt publice coram quibuscumque caritative arguenda. patet ex secundo corollario & tertio, & ex declaratione ante corollaria, quæ incipit, Patet etiam ex dilectione Dei, D &c. Et ego pono oppositum. Tertio, quia ponit quod peccata publica mortalia superiorum sunt prædicanda etiam coram populo, & hoc apparet ex tertio corollario, & rationibus, & declaratione, quæ incipit, Sunt multa alia peccata prælatorum. Et ego dico, quod peccata clericorum, specialia illi statui, non sunt populo nuntianda in verbo prædicationis immoderate, imo cum magna discretione & sobrie, etiam ubi faciendum esset, puta, si verisimiliter populus crederet ea quæ sacerdotes committunt non esse peccata, aut minora quam sint, aut caperent ausum peccandi ab eis, aut aliquid aliud simile. Rationes hujus suo loco tangentur. Quarto, quia ponit quod peccata mortalia publica quorum- E cumque, sunt per potestates sæculares coactive punienda, & hoc ubi correctio fraterna, aut generalis reprehensio, per prædicationem verbi Dei non sufficeret. Apparet ex declaratione quæ incipit, Unde, quia lex divina. Et ego pono oppositum ad non subjectos. Dico enim, quod peccata clericorum non sunt pœnaliter per judices sæculares corrigenda, aut coram eis arguenda, nisi esset peccatum in fide, aut subversione morum per falsam doctrinam, & casibus exceptis a jure in una responsione specialiter, & ut ibi expressis, aut si aliqui alii sint a jure concessi, hoc enim & solum possunt in illis, quod eis concedit jus, & indulget, & quod hoc non possunt in illos, est in

Num 25.

Differentia inter respondentem & proponentem in hoc articulo.

Anno Christi 1433.

est io favorem jurisdictinnis ecclesiasticæ. Alioquin ecclesia, si potestati sæculari subjaceret, cum fletu clamare deberet illud Threnorum 1. *Facta est quasi vidua domina gentium, princeps provinciarum facta est sub tributo. Ideo plorans ploravit in nocte, & lacryma ejus in maxillis ejus.* Ista vero, quæ pono adversus dicta proponentis, per extensum in positiooe declarata sunt. Addit opponens, quod quamdiu peccata mortalia publica in communitatibus oon prohibebuntur, tamdiu majores in plebe & cum plebe erunt in periculo damnationis: quod oon apparet verum de peccatis noo subditorum, & si prohibeant ipsos non subditos, modo sibi competenti illis, scilicet, correctione fraterna. Quia ergo alius modus eis non convenit, & quamvis peccatores, inquit, inter alios existentes suo exemplo aliquos aliquo modo attrahant, non tamen sunt omoes ut contagiosi. sicut enim dictum est ante, sunt quidam flagitiosi secundum doctrinam beati Augustini, lib. de decem chordis, & secundo de doctrina Christiana; & quidam facinorosi. Primi sunt qui non nocent aliis, secundi, qui noceot. Contagiosa igitur peccata, sunt hæreses & schismata, mala doctrina in moribus, defensiones vel excusationes publicæ in peccatis, incitamenta aliorum ad peccandum, & similia. Taliter peccantes dicuntur oves morbidæ cootagiosæ: peccantes aliis peccatis oon. Tales fuerunt illi impii Core & Abiron, erant namque schismatici, alios ad schisma provocantes, unde bene dicitur per rectorem: *Recedite a tabernaculis impiorum hominum*, ne, scilicet infecti eorum peccatis, involvamini io eorum pœnis. De illis dicit Hieron. super Ieremiam: Polluitur ex uno peccatore populus, sicut ex una ove morbida universus grex inficitur. Quod vero allegatur 45. dist. ab eodem, & ab Origeoe, quod prius fuit allegatum, & hoc respoosum est de negligentia sacerdorum aut pusillanimitate, aut timore servili peccata arguere dissimulantium, verentium linguas corrigendorum, ex quo peccato omissionis aliquando venit ira Dei super populum, est magis ad oppositum, quam ad propositum: quia per boc ostenditur auctoritas sacerdorum super aliis, quorum est suis subditis viam salutis ostendere: ex cujus defectu graviter peccant; non ergo subjiciuotur judicio definitionis sæculariũ.

Lib. 3. cap 10. tom. 3.

Num. 16.

Rabani sũt non Hieronymi. dist. 45. Sed illud. cap. 27.

Circa peccata prælatorum & sacerdotum. quia causæ ruinæ populi sunt sacerdotes mali, ait Gregorius. Et proponens allegat, & ex hoc cooludit, quod eorum peccata sunt maxime arguenda, dico quod hæc sunt vera, sed intendit, non per sæculares pœnali judicio, non per prædicatores coram popolo, nisi cum moderamine & sobria gravitate verborum, nisi error esset in populo credente quod talia licerent, tunc enim essent talia peccata severius detestaoda io se, sed non referendo ad auctores coram populo libere & sine freno, ut prętendunt dicta proponentis. Nam per quoslibet caritative, ut dicit, coram aliis corripienda sunt, ergo arguenda peccata pręlatorum & sacerdotum, primo caritative, & correctione fraterna, etiam a quolibet: ubi noo sufficit, procedeodum est ultra. Iuxta formam salvatoris adhibeodus est unus testis, vel duo, & coram illis commonendus est ut desistat: quod si non audierit, dicendum est ecclesiæ, id est, prælato: & si neglexerit, ab eo potest ad superiorem, scilicet ad summum pontificem, ire. Quod si dissimulaverit, aut ipsemet peccaverit, dicendum est ecclesiæ, id est generali concilio, quod ut dictum fuit, correctionem nullatenus omittere credendum est. Si concilium non audierit, sit tibi ut Ethnicus & publicanus, excommunicatus, exclusus a cœtu fidelium. Aliud noo habent Christi fideles laici in sacerdotes. Sunt etiam arguenda peccata prædictorum, per prædicatores, & generaliter repreheodenda, sed potius in sermonibus ad clerum, & ibi duriter, interdum suaviter est ageodum. Emplastrum ex pietate & justitia conficiendum est, pietas exhibeatur, ut mater, justitia ut pater assistat: Simoniacam pravitatem in clero, & diversis statibus aggravavit, & ego illam pariter detestor. Abradenda est de ecclesia hæc pessima pestis. Allegavit ipse proponens multa dicta sanctorum hoc mortiferum virus reprobantia, quæ sane iotellecta etiam ipse accepto, pertransiens, diversos modus simoniæ, qui veri suot.

Peccata prælatorum & sacerdotum quomodo arguenda.

Accedo ad rationes, quibus probare videbatur, factas absolutiooes a pœna & a culpa, & indulgentias non esse in lege Dei fundatas. Primo assumit illud Isaiæ 3. *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Secundo assumit Ieremiam 6. *Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes: Pax, pax; & non erat pax.* Item illud Ezech. 13. *Væ qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis, ad capiendas animas & cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmentum panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis*, Iam dixi quoad absolutiones a pœna & a culpa quod oon est communis modus tradendi isto mudo eas, sed dantur sub modo remissionis omnium peccatorum, id est, omnium pœnarum pro peccatis debitarum, aut alicujus partis illarum. Tunc dico ad has tres rationes, quod petunt principium, loquuntur enim de seduceotibus populum per falsam exhortationem, aut intuitu gratiæ captandæ, aut avari quæstus: & cum applicat ad propositum absolutionis & indulgentiarum, supponit quod sint mendacia, cum veritates siot, & præparationes fructuosæ ad viam salutis, si tameo servetur debitus ordo, & moderatio honesta io eis. Et quasi videtur arguere a superiori ad inferius affirmative. Et hic locus non tenet secundum logicos. Arguit enim æquivaleoter pastores in multis, ut dicendo populo scelerato, quod est beatus; dicendo affligendæ plebi, quod est pax; & multa eidem pro temporalibus recipiendis fingentibus, seducũt illum, ergo seducuot eũ io isto proposito de absolutionibus & indulgentiis.

Absolutiones a pœna & a culpa.

Iam ad rationes contra peregrinationes procedamus. Ad primam; assumit illud Matth 24. *Ecce prædixi vobis; si ergo dixerint vobis*, &c. dico, quod ista auctoritas non allegatur ad propositum. Non enim est contra Deum aut saoctos colentes, & ecclesias ex devotione visitantes: sed contra eos, qui dicunt ecclesiam catholicam esse in aliquo angulo terræ, aut fidem catholicam io aliqua particulari regione, sicut per expositiones Hieronymi & Augustini superius ostensum est. Ad secundam Ieremiæ, id est: *Pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus;* &c. dico, quod istud propheta dixit, quia rectores populi provocabant populum ad quęrendum dominum extra terram suam & locum quem elegerat. Siquidem in lege veteri erat locus determioatus in Iudæa, ubi oportebat adorare, nec extra terram erat verus cultus Dei, sed idololatria tantum secundum Prophetam: *Notus in Iudea Deus.* Propterea incitare populum, ut adoraret alibi quam in terra Iuda, erat eum seducere. Nunc quia venit plenitudo temporis, colitur Deus ab ortu solis usque ad occasum, quooiam ubique pro fide ejus saoguine martyrum rubricata est terra. Ideo prohibere visitare loca sanctorum, & ex speciali devotione propter præsentiam pignorum suorum, id est. corporum & cinerum ibi existentium eos ibi quærere, hoc videtur impium. Ad tertiam de Aza, 2. Paralipomeoon 14 dico, quod Aza prohibuit idolola-

De peregrinationibus.

Ier 50.

Psal. 75.

ANNO CHRISTI 1433.

idololatriam, cőfregit idola, lucos succidit & * portavit, uno præcepit adorare dominum. In istis placuit Deo, non autem prohibuit peregrinatiooem io Ierusalem ter in anno, secundum quod erat præceptum in lege domioi; Ipse enim solvisset legem. Et hoc est, quod dicitur in textu allegato: *Subvertit altaria peregrini cultus*, id est, idololatriæ, *& excelsa, & confregit statuas lucosque succidit, ac præcepit Iuda, ut quæreret dominum Deum patrum suorum*. Et ex illa clausula, *præcepit Iuda ut quæreret*, sequitur, quod implicite præceperit peregrinatiooem populo in Ierusalem. Ibi enim specialiter & excelleotiori modo colebatur. Nec ex diffidentia peregrinatur populus, sed propter octo causas. Prima, ad excitandum ad sanctorum imitationem. Secunda, propter acuendam devotionem. Tertia, ut sanctorum meritis fideles ipsi socientur. Quarta, ut eorum orationibus adjuventur. Quinta, ut sint ad orandum Deum plus memores. Sexta, ut satisfiat honori sanctorum pro eorum laboribus. Septima, ut ex sanctorum præsentia coram omni ecclesia rutilemus splendidius. Octava, ut ecclesiæ obediant, cum per pœnitentiam peregrinatio eis injungitur, & sic obediendo satisfaciaot pro peccatis. Quomodo igitur prohiberi possunt peregrinationes, ad quas Deus vocat? Vocavit Moysen ad rubum ardentem, & discalceatus accessit, cum Saul etiam malus ad cuneum prophetarum venisset, prophetare cœpit: non facerent SS. reliquiæ in beata requie manentium, quod mortalium viatorum fecit præsentia? aliquis limina sanctorum visitare prohibebitur, & concessum erat adire prophetas? Noo modica est enim recreatio mentium devotarum, relicta quandoque ecclesia sua domestica, alia loca sancta, vel sanctos Dei servos, accessu ipso corporis, & petere & contemplari ad oculum, velut de eo, qui mortuum suum in loco sacro elegit sepeliri, notat Augustinus libro de cura pro mortuis agenda, dicens capite 5. Cum plurimum intersit, ubi ponatur corpus mortui sui, qui pro spiritu ejus Deo supplicat, quia & præcedens affectus locum elegit sanctum, & illic corpore posito recordatus, locus sanctus cum, qui præcesserat, renovat, & auget affectum. Hæc ille. Per hoc ad illud Sapientis: *Confide in Deo, & mane in loco tuo*, &c. dico, quod loquitur de permanentia & quiete cordis, ex cujus inquietudine fiunt homines vagi, mobiles, & instabiles ad omne opus bonum. hæc enim mala instabilitas. Sed devote peregrinantes confiduot in domino, manent in loco suo, scilicet in Deo suo, in quo justus secundum divinam scripturam manere perhibetur, licet corpore ambulet, secundum quod dicit quidam:

Cælum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.

Ad illam, quod dominus noster Iesus Christus peregrinationem illam solennem, quæ erat Ierusalem ter in anno, revocaverit, seu spiritualem intelligentiam hujus dederit, cum allegat illud Ioannis 4. *Mulier crede mihi, venit hora, quando nec in monte hoc, nec Hierosolymis adorabitis Patrem*, &c. dico, quod dominus de modo colendi eum illam instruit, quod non secundum cæremonias legis, ut in monte Sion usque tunc fiebat, esset colendus, sed in spiritu & veritate doctrinæ euangelicæ. Ideo Augustinus epistola prima ad Hipponensem ecclesiam ait: Vbique quidem Deus est, & nullo continetur loco vel clauditur, qui condidit omnia, & eum a veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam justificet & coronet. Verum tamen ad ista, quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest ejus consilium perscrutari, quare in altis locis hæc mirabilia fiant, & in aliis non fiant? In multis enim notissima est sanctitas loci, ubi sancti Felicis Nolensis corpus conditum est, quo volui ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest quidquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum. Nam & nos novimus Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quemdam, qui ad eum locum venerat ut falsum jurando deciperet, compulsum fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat reddere. Numquid non & Africa martyrum corporibus plena est? & tamen nusquam scimus hic talia fieri. Sicut enim quod apostolus dicit, *non omnes sancti habent dona curationis, nec omnes habent dijudicationem spirituum*, nec in omnibus memoriis sanctorum ista voluit fieri ille, qui dividit propria unicuique prout vult. Hæc ille. Ex quo patet, quod licet sit ubique Deus, & in uno solo templo colatur, tamen dignatus est ad honorem alicujus sancti miracula facere uno loco, & non alio, & alia hic, alia ibi. Nam & de sancto Fortunato, libro primo dialogorum, capite 10. dicit beatus Gregorius: Cur multa de ejus vita dicimus cum nunc usque ad corpus illius tot virtutum documenta teneamus? Dæmoniacos quippe absolvere, ægros curare, quoties ex fide petitur, ut vivens consueverat, hoc indesinenter facere, & apud mortua sua ossa indesinenter perseverat. Hæc ille. Itaque peregrinatio in montem Sion, & civitatem sanctam, per doctrinam salvatoris non est damnata, sed ad intelligentiam spiritualem declarata, ut quæratur Deus, & sanctorum suffragia postulentur, ubi devotio spiritualis & sanctitatis succensus ignis ardebit, & hoc est quod dixit mulieri Samaritanæ: *Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate*. Nec occasione peregrinationum utique laicorum, si ex caritate fiant, putes proprias parochias esse contemnendas, sicut nec tempore illo figurali synagogæ spernebantur, licet ter in anno esset ascensus in Ierusalem. Concedo tamen, quod peregrinationes absque devotione caritatis modicum aut nihil prosunt ad meritum vitæ æternæ. Et hoc est quod dicit beatus Augustinus de verbis apostoli sermone secundo: Non corpore, inquit, impellitur quis ad Christum venire, sed desiderio colligatur, &c. Idem dicit Augustinus super illo: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum*, cum ait: Non ambulando ad Christum currimus, sed credendo.

Ad auctoritatem Hieronymi dicentis super illo Matthæi 24. *Nolite exire, nolite credere*, &c. Stultum est enim in parvo loco vel abscondito quærere qui totius mundi lumen est. dico, quod non est contra peregrinationes, sed contra putantes, catholicam ecclesiam, aut fidem esse in una parva regione, ut dictum est.

Ad auctoritatem Bedæ super illo Matthæi 9. *Sequere, &c.* dicentis: *Sequere me*, & non tam incessu pedum, quam executione morum; dico quod verum est, quod peregrinatio corporalis, sine spirituali pinguedine devotionis, parum prodest, juxta dictum apostoli 1. ad Timotheum 4. *Exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas ad omnia valet.*

Narrat proponens multa peccata & abusus circa peregrinationes, quas non discredo, sed puto esse vera, & illi ab omni bono viro pro posse tollendi sunt. Hoc non vitiat peregrinationes, quando sunt bene factæ ex caritate & aliis circumstantiis debitis: nisi enim essent bonæ, non essent approbatæ a sanctis patribus. Igitur cum sint per doctores sanctos justificatæ, patet quod sint licitæ. hoc etiam probatur. Nam de Cleto papa III. a Petro, vel ejus * coadjutore dicitur in chronica Martini sic: Hic Cletus pontifex scribens omnibus populis approbat & commendat

Marginalia (left column): * prostravit — Causæ peregrinationum. — Exod. 3. — 1. Reg. 19. — Eccles. 11. — Horat.

Marginalia (right column): ANNO CHRISTI 1433. — Ioan. 4. — Aug. tract. 10. in loc. Ioan. 6. — Hiero. in 24. c. Matth. — Anno 71. a Christo nato.

ANNO CHRISTI 1433.

A commeodar peregrinariooes ad sanctos, & maxime ad limina sancti Petri, asserens quod validior est ad salutem sancti Petri visitatio, quam duorum annorum jejunium, & illos anathemare execratur, qui visitatiooem apostolorum impediunt vel dissuadent. Hæc ibi. Siquidem virtutibus ipsis, ut objecto contigit male uti, ut dicunt doctores. Nam dicit apostolus : *Scientia inflat*, sed non, ut in priocipio eliciente actum, cur etiam noo potuerunt aliqui mali uti, ut objecto, peregrinatiooibus.

1. Cor. 8.

De reliquiis & veneratione sanctorũ.

Post prædicta veniendum est ad objecta circa venerationem sanctatom reliquiatum. Ad auctoritatem Innocentii de reliquiis & veneratione sanctorum : Cum ex eo quod quidam, &c. Concedo illud decretum. prohibetur enim, ne antiquæ reliquiæ extra capsam trahantur propter turpem quæstum, aut ut vendantur, & oe de oovo inventæ sine auctoritate sedis apostolicæ venereutur, per hoc dico ad id, Quod de oovitate, &c. Nam si auctoritate sedis apostolicæ hoc approbatum est, peregrinario, & consequenter veneratio ista laudabilis est ; si non, tunc fieri non debet.

B

Ad auctoritatem Chrysostomi in opere imperfecto super Matthæi 10. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ*, &c. dico, quod Chrysostomus improbat fastum ædificantium sepolchra preciosa ex substantia pauperum, qui illos eviscerant, ut celebrent sibi nomen sempiternum, putantes stulte, felicem vitam in memoriis hominum debere recondi. Nec minori ratiooe arguendi sunt, qui basilicas extruunt de bonis alienis, velut enim Interfectores filiorum ante faciem patris computat illos Sapiens. Nam dicit Ecclesiast. 34. *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris.* Nec licere judico debere destruere antiquas Dei ecclesias, ut oovæ ædificentur, sed ob reverentiam Dei & sanctorum, de proprio mooumenta ædificari martyribus & aliis Dei servis, prorsus laudabile est. Siquidem Beda ornatum sepulchrum domini libro ultimo super Marcum exponit, ita dicens : De mooumento domioi ferunt, qui oostra ætate de Hierosolymis in Britanoiam venere, quod domus fuit rotunda, de subjacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut iotra consistens homo vix manu extenta culmen possit attingere. Et finaliter ioquit : Color autem ejusdem monumenti ac loculi rubicundo & albo dicitur esse permixtus. Ecce domus & sepulchrum domini spatiosa & ampla atque honorata a matre domini, ab apostolis, a Christi fidelibus, qui etiam inter fremitus infidelium ipsum sepulchrum adorare venerunt. Narrat hoc fecisse sanctus Ambrosius Helenam regioam, sanctus Hieronymus sanctam Paolam, ceterique sancti quamplurimos. Audite de decore sepulchri beatæ Mariæ virginis, beatum Hieronymum in sermone de assumptione illius ad Paulam & Eustochium dicentem : Monstrator sepulchrum ejus cernentibus nobis usque ad præsens in vallis Iosaphat medio, quæ vallis est inter montem Sion, & montem Oliveti posita, quam & tu o Paula aspexisti, ubi in ejus honore fabricata est ecclesia miro lapide tabulata, in qua sepulta fuisse, ut scire potestis, ab omnibus ibidem prædicatur ; sed nunc vacuum esse mausoleum cernentibus ostenditur. Habetur etiam Marci 6. de Ioanne Baptista, quod discipuli venerunt & tulerunt corpus ejus, & posuerunt illud in monumento. Refert Beda, quod Iosephus & Eusebius de hac sepultura rescripserunt, scilicet, de venerabili sepulchro Ioannis. De hac sepultura & de veneratione fidelium, & miraculorum crebro concursu, in epitaphio sanctæ Paulæ, qualiter illuc venit peregre, docet Hieronymus : quod gratia brevitatis omitto.

Chrys. in opere imperf. in c. Matth. 23. hom. 45.

C

D

Ambr 10. de obitu Theodosii imp. post med.

Hieron de assumpt. deiparæ Virg. post initium.

E

Hieron. in epitaph. Paulæ, c. 6. item in antecedentib. & sequentibus.

A Allegat peccata prælatorum & sacerdotum in omissione culpabili prædicationis verbi Dei, & prohibitione prædicare voleotiom, in non communicando laicos, oullius mortalis coosçios, sub utraque specie, scilicet paois & vini : iu habendo dominia civilia super divitiis & bonis temporalibus; ad quæ responderi per me non oportet, cum quilibet horum triom articulorum peritissimos habeat defensores. Tetigit etiam de seorentia lata per felicis recordationis Alexandrum papam * IV. prædicationem verbum Dei prohibentem extra claustra & particulares ecclesias. Rursus de sententia Constantiensis concilii lata contra communicantes laicos sub utraq; specie, dehinc de defensione dominiorum temporalium, per papam & ceteros prælatos. Quas materias patribus meis memoratis defendendas remitto. Tetigit verbum de erectione cruciatæ contra Bohemos, & invectione in sacerdotes, si sitiant sanguinem eorumdem vel non. Verum quoniaoi quærentibus pacem occasiones suoe amputandæ jurgiorum, satius hac vice de hac re supersedere arbitratus sum. docet enim me ille, qui dicit :

ANNO CHRISTI 1433.

* al. V.

B

Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt. Virgil.

Cum de bulla Alexandri fecit mentionem prædicationem restringentis, &c. subjunxit, quod emanavit principaliter, & maxime ob magistrum bonæ & laudabilis ac sanctæ memoriæ Ioaonem Hus, ut sperator, sacræ paginæ baccalaureum formatum, & prædicatorem utiq; euangelicum, virum bonum, justum & catholicum, a multis annis in regno nostro vita & moribus & fama laudabiliter approbatum. Debebat, ut salva pace loquar, proponens ista subricere, qui gestorum in sacro concilio Constantiensi volebat approbationem audire, debebat subricere ista, quæ Ioannis Hus articulos reprobatos & damnatos sub medio positus esse cupiebat. Qui desiderat concordiam, præteritæ litis acta non * referat. Dicam, sola veritate motus, teste Deo, quoniam concilia generalia in materia fidei errare non possunt, inter quæ Coostantiense concilium Ioannem Hus * præter suas assertiooes erroneas coodemnavit, nullus de cetero eum pro catholico habeat, aut euangelico prædicatore. Nec Ioannem VVickleff, cujus errores gravissimi sunt, quorum nonnulli pro quantu errores antiquorum hæreticorum Pelagii, Manichæi, Donati, Berengarii, Massaliani, & quorumdam aliorum, sapiunt, si opus fuerit ad pleoum declarandorum, dudum ante nostra tempora damnati fuere. Æstimo forte, quod si propones articulos Ioannis VVickleff, & Ioannis Hus attendisset, & libros eorum legisset, ut partes, qui fuerant in Constantiensi concilio, nobiscum diceret noo posse eos fateri catholicos. Hieronymum vero non nimium extollat nobis, coram expertis loquitur doctoribus & magistris almæ matris meæ universitatis Parisiensis, qui verbositatem suam non modicam triduo sustinentes in repetitione per eum facta in sancto Bernardo Parisiis ad omnino quare & in omnibus, volente autem ita domino, ne inaniter gloriaretur, soli regentes vici Straminis, & in pauco numero se illi objecerunt, illius tumentia verba reprimentes. Non enim dignum judicabatur gravissimos patres, in theologia, & decretorum facultatibus professores, se tam levi personæ debere opponere. Ego autem tunc conflictum vidi, finem expectavi, confusionem suam vidi, ita ut recesserit hospite insalutato, & necesse sibi erat. Alioquin aliqua minus bene dicta coactus fuisset revocare. Ista precoe non amaro animo quis suscipiat. Nam hæc ideo dicta sunt, ne dicta per ante a proponente de illorum justitia cordi insideant, sed veritas, quæ a me dicta est, elucescat. Nec enim novum est populos occasionem

C

* referat.

* propter

D

Hieron. Pragensis fuit Parisiis.

Locus hic corruptus est.

E

Anno Christi 1435.

A sumpsisse credendi alicui personæ pro sua apparenti sanctitate, dudum enim similia prioribus contigerunt, unde citius est talibus indulgendum, dum propter speciem pietatis, ipsi quasi incidi in impietatem labuntur.

Consequenter mentem suam proponens aperit de modo reprehensionis peccatorum publicorum prælatorum & sacerdotum per viam prædicationis, & alias; dicit enim quod omnia talia sunt in prædicatione per sacerdotes, & aliis modis per omnes Christi fideles, secundum quod eorum statui competit, data pertinacia, caritative arguenda & detegenda etiam coram clero & populo.

Resolvendo dicta sua, tres modos correctionis invenio peccatorum, & habet, ut dicit, quilibet suos B executores. Primus est correctionis fraternæ, & hic competit omnibus Christi fidelibus. Secundus modus correctionis per viam justitiæ, & hic competit judicibus. Tertius est modus correctionis generalis in prædicatione, & hic competit prædicatoribus. Ecce tres modos, & appatet quis cuilibet statui competat. Quomodo igitur peccata prælatorum & sacerdotum sint per homines corripienda correctione fraterna, dictum est, & ibi tactum quod peccata eorum personalia non sunt arguenda coram multitudine, & sufficienter deductum, quod hoc est prætermittere ordinem fraternæ correctionis, & quod hoc rationabiliter fieri non debet, nisi in casibus jam dictis. De C correctione ex auctoritate potestatis, quæ a pluribus dicitur paterna, etiam dictum est sufficienter, quod laici judices ecclesiasticos non possunt per judicium pro delictis, aut peccatis publicis punire, cum non sint suæ jurisdictionis, nisi in certis casibus tactis in una responsione, & adbuc auctoritate ecclesiæ.

De correctione generali, quæ fit per prædicatores, quia latius illam deduxit, jam dixi, & iterum dico, quod coram clero hoc fieri potest plane juxta exigentiam transgressionum aliquando dure, aliquando suaviter, aliquando mixtim, ut tempus postulat, aut personæ, coram populo, dico ut prius cum doctoribus, quod non est facienda de peccatis prælatorum personalibus, & sacerdotum, nisi cum magno moderamine verborum & competenti decentia. Etiam cum ratio judicat hoc esse faciendum, quod forte esset, D ubi populus occasione accepta a vita sacerdotum, crederet talia peccata ideo non esse peccata, aut non tam gravia ut sunt, eo quod impune videt talia committi. Et hæc plaga populi probabiliter prædicatori innotesceret, aut ubi populus sine verecundia similia sacerdotibus perpetraret. Dico secundo, quod peccatum infidelitatis prælatorum aut sacerdotum, si quod esset, & per malam doctrinam populum inficeret, est publice populo prædicandum, & instruendus populus, ut se a talibus observet. Sic dominus & salvator fecit cum prædicabat dicens Matthæi 7. *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Dico tertio, quod peccatum solicitationis ad E malum, qua populum commoverent ad peccandum, vel in Deum vel in proximum in irreverentiam ecclesiæ, aut inobedientiam principum, tale esset publice populo denuntiandum, & coram eo arguendum. Sic ait dominus Matthæi 16. *Cavete a fermento Pharisæorum & Sadducæorum.* Et idem habetur Marci 8. Et bene *Pharisæorum*. Pharisæi enim interpretantur divisi, dividentes, vel violenti, aut dissipantes. Sacerdotes autem sic suadentes populo, essent a Deo per peccatum divisi, dividerent populum a Deo suo, gravem inferrent justitiæ & veritati violentiam, & dissiparent profecto rempublicam, quæ non tam viris constat, quam moribus. Dico quarto,

A si sacerdotes committerent publice casus, pro quibus jurisdictioni sæculari, ex concessione juris canonici subjiciuntur, illos posset prædicator coram judicibus ipsis aperire, tamen cum protestatione de non tenendo ad pœnam sanguinis. Patet, quia peccata publica licite possunt denuntiari ad judices competentes. Nam sicut supra secundo puncto dictum fuit, remedium adhiberi debet, non solum peccanti, sed aliis, ne scandalizentur, & maxime hoc fit, cum denuntiatur peccatum his, qui possunt providere. Dico quinto, quod peccata personalia a præmissis, aut ad illa reducibilibus, prælatorum aut sacerdotum, non videntur in prædicatione coram populo detegenda, specialiter ea referendo ad statum ecclesiasticum; nisi ut habitum est in primo dicto. Actus enim prædicationis ex caritate procedere debet ad emendationem, nedum peccantium, sed & astantium, quibus peccata narrantur. Sic enim faciendo peccantes coram subditis scandalizarentur, & sic verecundia esset eis ablata. Subditi vero utilitatem superiorum cognoscentes, eos contemnerent. Putando ergo sanare unum aut paucos, prædicator læderet plures, superiores scilicet & inferiores: debet enim non modo prædicator esse utilis in verbo, sed & discretus eloqui, ut non solum prava nullo modo, sed nec recta quidem nimio & inordinate proferantur, quia sæpe dictorum virtus perditur, cum apud audientium corda loquacitas incauta opportunitate levigatur: hinc est, C quod in veste sacerdotis erant tintinnabula, ut sonus prædicationis ejus audiretur. Erant & illis juncta mala punica, in quibus unitas fidelium designatur. Per quod signatur, ut talis sit prædicatio sacerdotis, & tam discreta, ut non scindatur vinculum unitatis. Hæc in sententia habentur a beato Gregorio, libro 2. pastoralis sui, cap. 4. & 43. distinctione, Si rector, &c. Si dicatur, Ubi conscientia & fama simul esse non possunt, præponenda est famæ conscientia, verum est, ceteris paribus; sed conscientiæ succurrendum est postposita fama recurrendo ad superiorem. Et ita dicunt doctores, cum oportet procedere ad denuntiationem, non ad inferiores. Item cum creditur servari unius conscientia, servatur & illius propter scandalum & populi, quia illum superiorem, aut superiores D corrigere non valet, & tamen eos contemnit aliter faciendo, scilicet peccata personalia publica a præmissis, &c. In prædicatione coram populo facta publice arguendo, & specialiter referendo ad statum ecclesiasticum cum improperio, & non modeste & sobrie, sequuntur ista inconvenientia. Primum, sacerdotes infamantur, & fiunt inverecundi amisso suo honore, & sic procliviores ad mala. Secundum, eorum status, qui dignissimus est, læditur, & coguntur recedere quasi ab hominibus. Ecclesf. 33. *Si læseris eum injuste, in fugam convertetur.* Tertium, boni propter malos diffamatos scandalizantur, & tunc currit pœna contra scandalizantes, de qua Matth. 18. *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me E credunt.* Statu siquidem sacerdotii læso, bonos in isto statu scandalizari necesse est. Quartum, subditi laici contemnunt suos pastores, propter malam eorum vitam palam ipsis prædicatam. Et sic contemnunt dominum sacerdotum Iesum Christum, Lucæ 10. *Qui vos spernit me spernit, & qui vos odit me odit, & qui me spernit spernit eum qui misit me.* Quintum, sacerdotes fiunt populo odiosi, nam ex contemptu mox surgit odium & rancor. unde psalm. 108. *Locuti sunt adversus me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me.* Sextum, populus paratur per odium ad inobedientiam ad superiores, & irreverentiam, maxime quia valde multi ex illo sunt clericis infesti, prout dicitur 6. lib. Clericis laicos

Anno Christi 1435.

Locus intricatus, & ut videtur, corruptus.

Reprehensiones publicas ad statum ecclesiasticum peculiariter relatas sequuntur varia inconvenientia.

oppido

ANNO CHRISTI 1413. oppido infeſtos tradit antiquitas, unde ira domini venit ſuper eos, ſecundum quod ſcriptum eſt Danielis 9. *Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, receſſimus & declinavimus a mandatis tuis ac judiciis, non obedivimus ſervis tuis prophetis, qui locuti ſunt in nomine tuo regibus noſtris, principibus noſtris, patribus noſtris, omnique populo terræ. Tibi domine juſtitia, nobis autem confuſio faciei, ſicut & hodie*, &c. Sacerdotes autem mali, ſi tamen recte doceant, ſervi Dei dicuntur, & prophetæ, quia alta, & a cognitione populi longe poſita nuntiant. Quod autem inobedientia iſta mala ſit, apparet, quia dicit dominus de ſacerdotibus in mortem ſuam conſpirantibus: *Quæ dicunt facite.* Septimum inconveniens eſt, ſubtractio decimarum, oblationum, & aliorum redituum debitorum ſacerdotibus. Nemo enim inimico in oratione dati vel accepti libenter communicat, & in hoc populus mandatum Dei prævaricatur; quia Malachiæ 3. ſcriptum eſt: *Inferte omnem decimam in horreum meum, ut ſit cibus in domo mea*, & apoſtolicum, quia dicitur 1. ad Corinth. 9. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus.* quaſi dicat, Non eſt. Deuter. 25. lex dicit: *Non alligabis os bovi trituranti.* Et quod illud propter prælatos & ſacerdotes prædicantes dictum ſit, patet, quia ſequitur: *Numquid de bobus cura eſt Deo? an propter nos utique hæc dicta ſunt?*

Clericis laicos, libro 5. de immunitate eccleſiarum, c. 6. — *1. Cor. 9.* — *Ibid.*

A

Ad utilitates, quas dicit opponens ſequi ex tali publica prædicatione coram populo contra clerum, dico, quod etſi per accidens aliqua utilitas accederet, per ſe ſequerentur plura mala. Correctio enim illa generalis, niſi moderamen maximum, & cautela adeſſet, induceret ex ſe inferiorum in ſuperiores contemptum, & alia, quæ dicta ſunt. Ideo oſtendens, quomodo ſobrie loquendum eſt de ſuperiorum defectibus coram inferioribus, ut maneat devotio eorumdem apud illos, dicit Nicolaus papa, & habetur 21. diſtinctione, Nolite: Nolite nos æſtimare facta cujuſcumque proximorum noſtrorum, quæ ſunt digna reprehenſione, velle defendere, ſed quod ita velim filios circa ſpiritualem partem, & diſcipulos erga magiſtros devotos eſſe & ſobrios, ut nulla penitus temeritate ad eorum vitam ut non dicam dijudicandam, ſed nec ſaltem tenuiter reprehendendam proſiliant. Præterea non credat prædicator neglexiſſe correctionem ſibi competentem ex officio, dum tamen clero ſufficienter in prædicatione peccata ejus annuntiaverit. Eſto quod coram populo non fecerit, quia hoc ſibi non præcipitur, quoniam prædicatori prophetæ dicit dominus Iſaiæ 58. *Annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Non dicit, Dic domui coram alio peccata eorum, ſed dixit, *domui Iacob peccata eorum.* Item ſpeculatori Ezechielis dicit: *Si tu annuntiaveris impio, & ille non fuerit converſus ab impietate ſua, & a via ſua impia, ipſe quidem in impietate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.* Non dixit, Si annuntiaveris impio coram populo, &c.

Ezech. 3. & 33.

Ad rationes quibus probat, quod peccata prælatorum & ſacerdotum ſunt coram populo publice prædicanda. Ad primam. Chriſtus arguit clerum coram turbis, Ioannis 8. dum ait: *Vos ex patre diabolo eſtis*, &c. dico cum Lyra, quod Chriſtus illum clerum arguit, quia infidelis erat; nam auctorem fidei dominum noſtrum Ieſum Chriſtum volebat occidere: Et hoc eſt quod ſubditur in textu allegato, *quia vultis me interficere.* Nec legere coram populo hoc evangelium, eſt clerum evangelicum per prædicationem corrigere, ſed recitare, quomodo Chriſtus clero figurali & turbis prædicabat. Et iſte caſus eſt exceptus per ante. Nec volo dicere, quod ubi eſſent clerus & populus in unum congregati, quoniam communia vitia utriuſque ſtatui competentia poſſint debite reprobari, ſed intentio mea eſt de vitiis perſonalibus & ſpecialibus ſtatui clericali pertinentibus, quod talia maxime ad illum referendo, non ſunt publice coram populo denuntianda, niſi modo præmiſſo. ANNO CHRISTI 1413.

Ad ſecundam, Apoſtolus præcipit, &c. dico, quod verum eſt, quod apoſtolus loquitur Timotheo epiſcopo, ſed non dicit, Prædica coram omnibus ſtatibus vitia cleri, ſed dicit, *Prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia*, & ſic arguit ratio ab inſufficienti. *2. Tim 4.*

B

Ad tertiam prophetæ ſancti, ſacerdotes, * ruſtici, &c. dico, quod Daniel preſbyteros occidit, nam illi ſolicitabant ad malum mulieres. Dicitur enim Daniel. 13. *Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes loquebantur vobis.* Et ille caſus fuit exceptus. Ita de Elia dicendum, nam prophetæ Baal male docebant, patet 3. Reg. 18.

Ad quartam, Licet toti eccleſiæ, &c. Iſtam rationem concedo, & eſt caſus exceptus, ſecundum quod prius dictum eſt.

Ad quintam, Licet conſtitutionem eccleſiæ ſanctam denuntiare, &c. dico, quod hoc eſt promulgare conſtitutionem eccleſiæ, ſed hoc non eſt prædicare. Illa enim conſtitutio de vitando notorios concubinarios, eſt pœnalis; pœnæ autem non inferuntur per legem, niſi contra tranſgreſſores, & ſic non puniuntur boni, ſed improperio vitiorum per prædicatorem coram laicis etiam boni ſcandalizantur, quia per eam non ſecernuntur a malis particulariter.

C

Ad ſextam, Licet clericos inobedientes, &c. concedo totum. Valde enim ſuadeo peccata cleri publica puniri per ſuos judices, quod fit cum propter inobedientiam canonica monitione præcedente excommunicantur, aut alia pœna juris, ut ſuſpenſionis, intruſionis, carcerationis, depoſitionis puniuntur. Ratio autem ſtatim viſa eſt, quare licet publice etiam laicis videntibus punire clericos, & non vitia cleri coram illis in prædicatione detegere ſine magno verborum moderamine.

D

Ad ſeptimam, Significat unum cœtum clericorum in hæreſin, &c. concedo rationem, & eſt pro dictis.

Ad octavam, Quod clerus publice & ſingulariter alii clero imponit, &c. dico, quod clerus imponens alteri manifeſta crimina in appellationibus, hoc facit coram ſuo judice, ita quod clerici & ſacerdotes poſt fraternam correctionem ſecretam, ſi non corrigantur, poſſunt ſuo ſuperiori denuntiari, & hæc eſt via tenenda in correctione clericorum.

Ad nonam, Licet, ut communiter dicunt, &c. dico, quod pro aliquibus criminibus clericus poteſt publice puniri, imo dicunt jura, quod per judicem ſæcularem, ſententia eccleſiæ prævia, ſicut cum eſt falſarius, & de aliis. ſed non ſequitur, quod ideo licet in prædicatione coram populo ipſum ſic infamare aut denuntiare. Ratio, quia prædicatio eſt actus caritatis, punitio juſta * lationis, aut alia publica, eſt actus juſtitiæ: & juſtum eſt, quod publica crimina non ſint occulta punitione corrigenda, nam in punitione per juſtitiam ſolus reus infamatur, in prædicatione coram populo non ſolus qui peccat, ſed boni propter eum, quia non diſcernitur ſingulariter in verbo prædicationis, ſicut in judicio. * *forſan taliónis*,

E

Ad decimam, Quando dicit, &c. dico, quod non eſt illicitum ſcribere, quod licitum eſt proferre. Cum ergo dominus illos Scribas & Phariſæos dure pro eo quod veritatem non cognoverunt, neque tempus viſita-

Anno Christi 1433.

visitationis suæ, arguerit, & etiam coram turbis, quid mirum est, si hoc scripserunt euangelistæ?

Ad undecimam, dominus Iesus, &c. jam dixi, quod contra clerum infidelem prædicavit, cujus erat sacerdotium transferendum cum translatione legis: Ita contra sacerdotes infideles, si qui essent, liceret prædicatori populum monere, imo etiam quilibet Christi fidelis posset illi contradicere, maxime ubi immineret fidei periculum.

Posuit proponens multa signa peccatorum mortalium, in apparatu, in gestu, in colloquiis, & aliis, quæ non necessarium ad memoriam reducere puto, quoniam illa lucide narravit, & memoriter intellexistis, ut æstimo.

Differentia inter proponentis & opponentis sententias.

Iam dictis cupiens finem imponere, quatuor differentias in materia correctionis & punitionis peccatorum publicorum inter nos existentes, prout concipere possum, sub epilogo repeto. Prima, quia ponit omnia peccata mortalia esse punienda per cohibitionem pœnæ. Quod dico ad differentiam correctionis fraternæ. Et ego probavi oppositum, habeo enim legem divinam, praxim Christi, & apostolorum, ac primitivæ ecclesiæ, auctoritates sacrorum canonum, & dicta sanctorum doctorum Augustini, Hieronymi, Gregorii in lege divina veraciter se fundantium, ut audistis. Secunda differentia: A quolibet Christi fideli peccata mortalia publica prælatorum & sacerdotum, data eorum pertinacia, esse publice coram laicis arguenda. Et ego posui oppositum. Habeo doctores, Albertum, Thomam, Richardum de Media villa, Ostiensem, & nonnullos alios, qui dicunt, quod resistere coram omnibus in facie superiori inferiorem non decet; & quod Paulus hoc Petro non fecisset, nisi aliquo modo par ei fuisset, quantum ad fidei defensionem. Et ita dicit glossa ad Galatas 2. secundum quod diffuse monstratum est. Tertia differentia, quia ponit, quod peccata mortalia publica prælatorum & sacerdotum sunt prædicanda etiam coram populo. Et ego dixi, quod peccata personalia clericorum specialia illi statui, non sunt populo nuntianda per prædicationem immoderate, sed cum sobrietate & discretione, dum ratio indicat coram eo hoc esse faciendum. Dixi personalia, ad differentiam peccatorum populo directe nocentium, ut est infidelitas, & mala doctrina in moribus. Dixi specialia illi statui, quod communia peccata illis & populo potest prædicator arguere coram populo, potest & ea quæ directa sunt populi infectiva, modo superius expresso. Sed personalia & propria statui clericorum immoderate aut cum exprobratione, vel impropetio coram populo non sunt per prædicatores arguenda. Prædicatio enim non fit pro peccato unius personæ, sed multitudinis. Modo multitudo modeste & leviter arguenda est, ut dicit beatus Augustinus epistola ad Aurelium prius allegata, etiam quia talis contra finem, ad quem instituta est, militaret. Est enim ad correctionem & emendationem, & talis foret ad confusionem magnam. Quarta differentia, quia ponit, quod peccata mortalia publica quorumcumque, sunt per potestates sæculares coactive punienda, ubi correctio fraterna, vel generalis reprehensio per prædicationem verbi Dei non sufficeret. Et in hoc, quod ponit de peccatis prælatorum, sacerdotum, & ecclesiasticorum quorumcumque, quia dixerat universaliter, Quorumcumque; ego posui oppositum, & ostendi, quod peccata personalia ecclesiasticorum, puta, quæ neque fidem aut bonos mores ex se inficiunt, aut subvertunt per doctrinam, exceptis etiam casibus a jure potestati sæculari concessis, non sunt per eam pœnaliter punienda. Et habeo scripturam sacram, praxim Christi & apostolorum, sacros canones, & dicta sanctorum doctorum, se in lege divina veraciter fundantium, & in 2. conclusione secundi puncti diffuse probatum est. Sunt & aliæ differentiæ, una, quia negat legem humanam posse licite punire reos mortis supplicio; & ego probavi oppositum. Altera differentia est, quia negat indulgentias & dicit eas in lege Dei non esse fundatas. Ego autem probavi eas fundamentum in lege Dei habere, & ecclesiæ auctoritate fuisse introductas ad magnam utilitatem fidelium, ad honorem Dei & ecclesiæ profectum. Altera differentia, quia dicit peregrinationes esse ex inventione hominum, idololatriam sapere & superstitionem. Ego probavi oppositum, & ostendi, quod in lege veteri fuerunt institutæ & præceptæ, & a Christo salvatore observatæ, & a sanctis solicite usitatæ, & satis extense, ut audivistis. Altera differentia, quia ponit, quod literæ fraternitatum novi videntur a domino Deo nostro Iesu Christo introductæ, neque ab apostolis concessæ, aut usitatæ, sed magis videntur detestandæ, cum per talia sophismata lex Dei sufficiens ad populum fidelem regendum, contemnatur. Et ego dixi & probavi oppositum, quod hæc sunt in scriptura fundatæ. Alia differentia inter nos est in absolutionibus & excommunicationibus, ut audistis. excessus aggravavit, tantum ignem zeli succendit, ut si ita foret ut vult, ecclesiastica hierarchia turbaretur, tumultuaretur ignobilis contra nobilem, puer contra senem, apertus esset puteus dissensionum, abyssus scandalorum. Surrexi igitur, ut ignem mitigarem, non extinguerem, correctionem peccatorum non tollerem, sed ordinarem: hæc moderatio, quæ per me dicta est, aqua flammam sub olla, de qua ab initio, temittens, ut peccata per disciplinam ardeant, sed succedentes pruinas non consumant. Corrigantur peccata, permaneat ecclesiasticus ordo, & debito gradu cuncta subsistant. Si paulum dilectus meus faber succendere desinat, modum ponat in vindicta peccatorum, mecumque de indulgentiis, & aliis prædictis sentire velit, desinam aquam moderationis aspergere secum, ut alter faber ignem moderatæ punitionis peccatorum sufflabo, ut in olla ardente versa ad faciem Aquilonis, peccata ut possibile est urantur. Etsi sibi videatur aqua mea amara, quia aqua contradictionis est, erit tamen sibi aqua Siloe, quæ vadit cum silentio. Paratum auxilium in hac sacra synodo est situm.* in modo correctionis unanimes sumus, qui, quod corrigenda sint vitia, concordamus. Expurgabit in olla caritate Christi succensa peccatorum rubigines, & exibit opus ejus de fornace ignis ut vas purissimum: erit ecclesia in camino hoc ignis examinata & purgata, ut non jam sint columbæ Christi unicæ sponsæ ejus, id est, ecclesiæ, pennæ deargentatæ, & posteriora dorsi ejus in pallore auri; sed de auro mundo veræ caritatis, *Psal.* ut fulgeant justi, & tamquam scintillæ in arundineto discurrant. *Sap. 3.* Quod nobis præstet in commune, in cujus nomine congregati sumus, dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre & Spiritu sancto est imperium, honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit responsio articuli 2. videlicet de punitione peccatorum publicorum mortalium, facta in generali concilio Basileensi, per magistrum Ægidium Carlerium decanum Cameracensem.

ORATIO

ANNO CHRISTI 1433.

ORATIO HENRICI KALTEISEN
DOMINICANI, PROFESSORIS SACRÆ THEOLOGIÆ in celeberrima Coloniensi academia, & hæreticæ pravitatis inquisitoris,

Qua in concilio Basileensi anno MCCCCXXXIII. per dies tres refutavit tertium articulum Bohemorum, de libera prædicatione verbi Dei, quem proposuit per biduum Udalricus presbyter Orphanorum.

PATRES & domini reverendissimi, doctores prudentissimi, inclyti Bohemiæ regni oratores egregii, ceterique confratres mei præclarissimi, in medio tam magnatorum, tamque auditorii divinissimi locuturus, renuit consolari anima mea, nisi consolatio- B nes Dei lætificassent eam cum psalmista. Quam- (Psal. 91.) obrem spem finaliter in ejus posui exuberantia, *qui dat omnibus affluenter*, Jacobi 1. qui assecutat, pro- (Psal. 80.) mittens: *Aperi os tuum, & ego implebo illud*, dans (Psal. 67.) verba evangelizantibus virtute multa, in psalmo, beatissima interveniente Dei genitrice virgine Maria, per quam veluti per canalem, & aquæductum gratiarum, quidquid divina largitas influit, quidquid humano generi dare virtutis & gratiæ disposuit, largissimo sancti Spiritus imbre infundit, secundum mel- (Bernard. sermone de nativitate Mariæ.) lifluum Bernardum in sermone, beatis omnibus occurrentibus Dei sanctis, qui caritatis vinculo constricti nobis miseris invocantibus, non minus quam Ieremias Dei propheta multum orans pro populo C & universa civitate dicitur 2. Machabæorum ultimo; quorum suffultus meritis juxta materiam articuli tertii in ordine propositorum, qui est de prædicatione verbi Dei, paturnper locuturus assumo verba thematis dominicæ jam currentis, Lucæ 8. conscripta: *Qui in corde bono & optimo audientes retinent verbum, fructum afferunt in patientia.* Pro cujus introductione noto cum beato Thoma 2. 2. quæst. 177. articulo 1. Ad hoc quod verbi Dei orator efficaciter loquatur, tria requiruntur, ut scilicet doceat, delectet, & flectat; doceat intellectum instruendo, delectet affectum demulcendo, flectat effectum procreando. Et quamquam duo prima in facultate ducentis ut plurimum reperiantur, tertium tamen solius Dei esse dignoscitur. Nisi enim interius Spiritus sanctus doceat, incassum exterius vox doctoris labo- (Gregorius homil. 30.) rat, secundum beatum Gregorium in homilia de festo pentecostes. Sicut enim impossibile est, quod sola pluvia fructificet terram, nisi flaverit etiam ventus, sic non est possibile, quod sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit Spiritus sanctus in corde (Chrysost. homil. 15. in oper. imp.) ipsius, ut ait beatus Chrysostomus, homilia 20. Idcirco, ut per me dicenda in cunctis nobis fructum afferant in patientia, tria noto. Primum, ut locus congruus adaptetur, *in corde bono & optimo.* Secundum, ut modus debitus observetur, *audientes verbum retinent.* Tertium, ut fructus debitus reportetur, *fructum afferunt in patientia.* Primum docet intellectum. Secundum demulcet affectum. Tertium flectit effectum, ut sic his simul concurrentibus, opus præsentis actus optatum reportet profectum. Dico primo & principaliter, reservatis duobus membris pro sequentibus diebus, ut fructum verbi Dei in patientia afferamus, necesse esse nobis locum congruum, ut adaptemus, qui est *in corde bono & optimo*; *bono* per industriam naturalem, *& optimo* per gratiam justificantem, ait Nicolaus de Lyra ibidem; *bono*, per fi- (Hebr. 13.) dem illuminantem, *& optimo*, per gratiam operantem. Optimum enim est gratia stabilire cor. Unde Gorra super eodem, *in corde bono*, per disciplinæ & virtutis exercitium, *& optimo*, per internæ contemplationis & consolationis solatium. Secundum Al- A bertum, *in corde bono*, id est, mundo a peccato, Mat- (Albertus Magnus in Luc. c. 8.) thæi 5. *& optimo*, scilicet, divinæ voluntati in omnibus conformato, secundum beatum Augustinum super illo psalmi 7. *Qui salvos facit rectos corde: In corde bono*, per dilectionem Dei, ut seipsum, *& optimo*, per dilectionem Dei super omnia. Sic *Maria optimam partem elegit*, Lucæ 10. Hac ut reor ex causa, quidam hæsitans quid offerre posset Deo gratissimũ, edoctus est per angelum offerre curvitatem lunæ, rotunditatem solis, & primam partem rotæ: per quæ intelligi docuit, C per curvitatem, O per rotunditatem, & R per rotæ primam partem seu literam, quæ tria simul composita hoc nomen, Cor, efficiunt. Hinc secundum Isidorum & Catholicon cor etymologizatur, C, custos, O, omnium, R, rerum, quare hoc volens sibi dominus præparare, clamat: *Quis est iste, qui cor suum applicet, ut appropinquet mihi? eritisque mihi in populum & ego ero vobis in Deum*, Ierem. cap. 30. Aliter autem formatur animal a natura, aliter a pictura. Nam natura animal formando incipit a corde, & sic secundum proportionem cordis cetera membra figurat, ait Aristoteles 16. de animali- (Aristot. de partibus animalium, lib 3. c. 4.) bus, pictor vero nihil curat de corde, & tota sollicitudo est circa membra exteriora componenda: sic si sacram unionem cupimus, si veritatis normam quærimus, si reformationem salutarem appetimus non in verbis exterioribus, sed cordis optimi penetralibus, id est, non lingua tantum, sed opere & veritate amplecti debemus. Ad hoc quæso, *hodie si vocem domini audieritis, nolite obdurare corda vestra*, ait Psalmista, (Psal 94.) quoniam *cor durum male habebit in novissimis*, Ecclesiastici 3. Cor durum est quod seipsum non exhorret, nec sentit quod cor durum sit, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia, ad consilia infidum. Nemo duri cordis salutem unquam adeptus est, nisi forte quem miserans Deus abstulerit ab eo cor lapideum, & dederit cor carneum, juxta prophetam. Bernardus (Ezech. 16.) de consideratione libro 1. quidam namque reprobo- (Bern. lib. 1. de consid. ad Eugen.) rum in potestatem dæmonum occulto & justissimo Dei judicio rediguntur, Isaia attestante: *Ipse misit* D *eis sortem, & manus Dei divisit eis eam in mensuram,* (Isaia 34.) *usque in æternum possidebunt eam.* quidam electorum dimittuntur a Deo ex divina justitia incidere in errorem peccati, sed tamen miseratione ejus reducti, denuo convertuntur: de talibus enim dominus per prophetam loquitur: *Et divisi eum, & reduxi* (Isa. 57.) *eum, & reddidi consolationes ipsi.* Sanctus Isidorus de summo bono, libro 20. capite 55. talis sic a domino reductus, potest apte cum propheta dicere: *Invenit servus tuus cor suum ut oret te.* 2. Regum 7. sic Nabuchodonosor per tempora multa sua exigente culpa a Deo derelictus, tandem reductus est, & restituta figura pristina, id est intelligentia humana, Da- (Daniel. 7.) nielis 4. hoc David petivit, cum ait: *Cor mundum crea in me Deus*, sciens quod *beati mundo corde;* (Psalm 50.) E *quoniam ipsi Deum videbunt*, Matthæi 5. quæ visio tota merces est, quæ visio summum bonum finale & æternum gaudium est, quam nobis concedat benedictus Iesus, qui imperat & regnat. Amen.

QUEMADMODUM Deus & natura nihil agunt frustra, sed sicut in necessariis non deficiunt, nec abundant in superfluis, ita imitator utriusque prout ipse ex alto concesserit, nec in superfluis abundare, nec in necessariis deficere propono: sed juxta materias per dominum proponentem ministratas, notanda quædam obscure posita declarabo, omissa supplebo, & a virtute devia arguendo, emendabo juxta apostolicam doctrinam, ut sit veritatis doctor exhortari potens in doctrina, & eos, qui contradicunt, (Tit. 1.) arguere,

Anno Christi 1433.

arguere. Obtulit dominus venerabilis Vdalricus proponens in sua propositione certa enthymemata, circa quæ intendo declarationi insistere arguendo sic: Christus mandat hoc, ergo hoc est faciendum: Christus prohibet hoc, ergo hoc non est faciendum. bene sequitur, non autem sequitur de puro homine sic: Papa mandat hoc, ergo hoc est faciendum: Papa prohibet hoc, ergo hoc non est faciendum, &c. nisi addito isto medio, & in lege Dei veraciter se fundat.

Adversarii notabile primum.

Obtulit in primo notabili, duplex esse verbum Dei, scilicet, Christum Iesum, qui est verus Deus & homo, & utrumque testamentum, ibi defectum per eum commissum intendo supplere. Deinceps quædam intulit, quæ intendo constanter redarguere, vel modificare, & veritatem credi necessariam adducere, quorum primum est: Tantæ perfectionis sunt verba Dei, quod eis nil licet addere, nec subtrahere. Secundum quod causa ruinæ populi maxime est causa malorum sacerdotum. hoc declarabo lucidius propter multa mala de sacerdotibus domini. In secundo notabili enarrata, ubi additur, quod nemo amplius nocet, nec ecclesiam scindit, sicut sacerdotes mali, hoc intendo modificare.

Secundum.

Tertium.

In notabili tertio, Quod tenetur præceptive, ubi inter multa redarguenda sunt hæc inserta. Primum, quod non observantia consilii Dei non obligat non observantem ad peccatum veniale, sicut præcepti ad mortale. Secundum, quod est præceptum domini cuilibet diacono & presbytero libere prædicare verbum Dei, ita quod sub præcepto obligante non prædicantem ad peccatum mortale, cadit actus prædicandi in ipsis.

Quartum.

In quarto proposuit super verbo, Libere, quod diaconus & presbyter liberantur ad prædicandum, dum suscipiunt diaconatus & presbyteratus ordinem legitime; & quod extunc nullum impedimentum illegitimum obsistere debet, secundum legem domini nostri Iesu Christi: ibi etiam reprehendit, quod missantes plurimi, sed prædicantes sunt paucissimi, & altarium multiplicationem.

Consequenter prædicta probando venerabilis Vdalricus proponens probat articulum auctoritatibus & rationibus sibi gratis. Et infert primo istam conclusionem: Non obstante inhibitione, aut prætensa excommunicatione lata jam aut minata, sacerdos domini debet fideliter & libere verbum domini annuntiare, quia debet Deo magis quam hominibus obedire.

Actor. 15.

Addit secundo, quod sacerdos dimittens fidelem prædicationem propter hominum inhibitionem, seu prætensam excommunicationem, est apud Deum excommunicatus, quia tales non servant mandatum Dei, & ergo maledicti & excommunicati. Et sunt hæc primæ Veritatis, quæ Deus est, cum adjutorio constanter reprobanda. Tertio, quod sacerdotes Dei verbi prædicationem fidelem non debent omittere propter scandalum perversorum. Quarto, quod non solum sacerdotes minores, sed & prælati majores tenentur verbum Dei fideliter annuntiare.

Hæc est dicendorum materia, prout propositio cogit vestra. Antequam harum difficultatum declarationem aggrediar, præsupposita recognitione ignorantiæ meæ, & imbecillitatis notoriæ, quam recognosco corde, & confiteor ore: nihilo minus ex mihi injuncto, colla obedientiæ submittens, jugo, vires hinc resumo, quoniam causam Dei agimus, quoniam salutem animarum quærimus, in quibus nostra sufficientia ex Deo est, qui promisit: *Dum steteritis ante reges & præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Duo autem inter multa mihi necessaria protestor. Primo, quod omnia per me unquam dicta, nunc & in futurum dicenda, judicio ac diffinitioni hujus sacrosancti generalis concilii Basileensis sincere & plene submitto, credens & confitens, quidquid ipsa sancta synodus credit & confitetur: quod si aliud dixero, quod avertat altissimus, exnunc revoco, & retracto, pro non dicto haberi desiderans; secundum quod non est mentis meæ ad piarum aurium offendicula verba proferre, aut salvoconductui venerabilium oratorum inclyti regni Bohemiæ quovis modo præjudicare. Quod si ex lapsu linguæ contigerit, ex nunc veniam postulo, qua indiget lingua seu maxilla in camo & freno rationis seu imperio voluntatis non constricta, quibus protestationibus, in qualibet sequentium materiarum quasi innovatis ac iteratis, præsuppositis, Prædicatorum ordinis ego minimus prædicationem verbi Dei defensurus juxta articuli tertii exigentiam, quam adduxit venerabilis Vdalricus dominus proponens inclyti regni Bohemiæ orator, secundum formam per ipsum servatam procedere intendo. Et ideo si formalitatem aliquando egressus fuero, non mihi indignemini, quia formam traditam investigabo.

2. Cor. 3.
Matth. 10.

Articulus propositus: Verbû Dei exemplo Christi & apostolorû a sacerdotibus domini libere & sine impedimento, fideliter & veraciter debet prædicari & annuntiari.

Articulus proponentis iste est: Verbum Dei exemplo Christi & apostolorum, a sacerdotibus domini libere, & sine impedimento, fideliter & veraciter debet prædicari & annuntiari. Iuxta cujus deductionem dominus Vdalricus proponens venerabilis talem habuit ordinem. Primo notabilia circa aliquorum terminorum expositionem, præmittendo. Secundo, articuli decisionem annectendo. Secundum ergo ordinem vestri processus erit forma mei progressus, hoc * promisso, quod nedum propositionibus positis, sed & earum probationibus declarandis insistam, nedum verbis, sed & intentioni, prout ex verbis colligere potui, innitendo, & primo in proœmio suæ collationis inter cetera ista fuerunt verba ejusdem: Istud est argumentum infallibile; Hoc mandat Christus Iesus, ergo hoc est faciendum. Hoc prohibet Christus, ergo hoc non est faciendum. De puro autem homine infallibiliter non sic sequitur de forma, non enim sequitur universaliter; Hoc mandat Romanus pontifex, hoc dicit Eugenius papa, ergo verum, aut faciendum: hoc prohibet papa, ergo non faciendum. Sed addito isto medio bene sequitur; Hoc dicit Romanus pontifex, & in scriptura canonica se fundat veraciter, ergo hoc est verum, aut faciendum. & quamquam hoc in superficie videatur rite dictum, tamen quia primæ consequentiæ possent multis materiam ministrare erroris, & inobedientiæ & rebellionis, ideo circa eas parum insistere, non absonum judicabunt. Obtulit dominus proponens argumentationem talem; Christus Iesus mandat hoc, ergo hoc est faciendum: Christus Iesus prohibet hoc, ergo hoc omittendum. Circa quam sciendum, quod non omne mandatum Christi, quod habet notam mandati, habet efficaciam mandati, dicit enim venerabilis Gorra, Lucæ 7. quod est triplex præceptum domini, unum proprie dictum, obligans ad faciendum, ut illud, *Honora patrem & matrem.* Exodi 20. Aliud minus proprie dictum, tentans ad probandum, ut illud: *Tolle filium tuum,* Genesis 22. Tertium improprie dictum, scilicet, docens tantum ad sciendum, ut dum dominus præcepit ei quem curavit, ne cuiquam diceret. Hæc ille. Cui alludit Magister primo sententiarum, libro 1. distinctione 45. dicens; Quod Deus non vult ab hominibus fieri omnia, quæ præcepit, vel non fieri quæ prohibet, præcepit enim Abraham immolare, non tamen voluit. Non enim ideo præcepit, ut fieret, sed ad probandum fidem Abrahæ. Et in euangelio præcepit sanato, ne cuiquam diceret, ille autem prædicavit ubique, intelligens Deum non ideo

* præmisso.

Triplex mandatum domini.

ANNO CHRISTI 1413.

ideo prohibuisse, quin vellet opus suum prædicari, sed ut daret formam homini laudem humanam declinandi. Capitulo finali dicit, distinguens de voluntate signi & beneplaciti: Fit omne, quod Deus beneplacito vult fieri, & omne quod vult non fieri, nequaquam fit, non ita est de signis, quia sic præcepit Deus multis, quæ non faciunt, & prohibet quæ non cavent, & consulit quæ non implent. Hæc ille. ubi dicit sanctus Thomas: Quamvis non vellet Deus voluntate consequente, quod Abraham filium occideret, voluit tamen voluntate antecedente, quod voluntas Abrahæ in hoc ferretur, secundum quod jam erat ordinatum. Et tamen voluntatem per præceptum expressit, & sic fictio non fuit ista, & de illis, qui contra præceptum domini opus prædicant, licet Christus noluerit hoc, quod præcepit voluntate consequente, voluit tamen voluntate antecedente homines in hoc tendere, ut gloriam mundanam de temporalibus bonis non quærerent, sed Dei; & hoc præceptum expressit. Hæc ille. Vnde communiter tenent doctores, circa distinctionem quadragesimamquartam primi sententiarum, quod quando præceptum datur in documentum, non in præceptum, non obligat; sicut si prælatus præciperet aliquid grande suo monacho, & tamen corde tenus nollet illud fieri, sed statim, cum frater hoc facere inciperet, eum revocaret, ita quod præceptum illud est directe signum voluntatis præcipientis, ita quod velit obligare subditum ad exequendum voluntatem præcipientis, sed non est directe signum, quod velit rem præceptam impleri, talia enim fiunt ad sumendum experientiam de obedientia subditi, vel ad ostendendum pluribus obedientiam unius exemplo. Ideo recitat ibidem quatuor solennes opiniones dominus patriarcha de Palude circa istam conclusionem, Deus quandoque præcipit fieri quod tamen non vult fieri. Secundo addit venerabilis proponens Vdalricus enthymema. Non sequitur; Papa mandat hoc, ergo hoc est faciendum, nisi addito isto medio, Et in lege divina veraciter se fundat. Ego assumo sic: Papa mandat hoc, & in lege domini saltem expresse se veraciter non fundat, dummodo contra mandatum domini non præcipiat, neque contra sacrorum generalium conciliorum statuta; ergo hoc est faciendum. Pro cujus deductione duxi aliqua notare: Primum est, quod papa non est nomen ordinis, sed tantum jurisdictionis, & officii. patet, quia papa potest cedere papatui, ita quod non sit amplius papa, non tamen potest cedere sacro ordine, quin semper sit ordinatus postquam est ordinatus. Secundo, quia papa, ut papa, non habet potestatem conficiendi corpus Christi verum, nisi consecretur in presbyterum, quamvis posset gubernare corpus Christi mysticum, etiamsi non habeat sacerdotii gradum, ut deducit venerabilis magister Augustinus de Ancona in libro de ecclesiastica potestate, quæstione 4. articulo 2. Secundum quod quamdiu papa est fidelis, etsi in moribus sit malus, potest & debet dici sanctus aut sanctissimus, non quidem ex vitæ merito, sicut Christus dicitur sanctus sanctorum, sed ex sanctificandi alios officio; sic enim Numerorum 18. dixit dominus ad Moysen: *Tu & filii tui, & domus patris tui portabitis iniquitatem sanctuarii*, & secundum translationem antiquam 70. interpretum, dicitur: *Sumetis peccata sanctorum*, ubi clare patet, quod etiam homines peccatores dicuntur sancti ex officio, quia Moyses cum familia signati sunt portare iniquitatem sanctuarii, & sumere peccata sanctorum. si sanctuarium, quomodo habet iniquitatem? & si sancti sunt, quomodo habent peccata? Venerabilis Thomas

Dist. 47. quæst 1. art. 2. ad 2.

de VValden, libro 2. capite 36. Sic & concilia generalia dicuntur sancta & sanctissima, non a sanctitate personarum inibi existentium, sed ex plenitudine officii sanctificandi, & infallibili assistentia Spiritus sancti: sic & ecclesia catholica dicitur sancta, non propter sanctitatem omnium existentium in ea, cum sint multi peccatores, sed propter sanctissima ejus officia, propter sacramentorum sanctitatem existentium in ea, non enim talia dicuntur sancta ex opere operante, sed ex opere operato. Ideo sanctus Cyrillus in epistola synodica directa Nestorio, quæ incipit: Religioso & Deo amabili; nominat papam sanctissimum & venerandissimum, similiter sacrum generale concilium. Similiter sanctus Hieronymus papam vocat sanctissimum, gloriam sanctitatis suæ magnificans in libro, qui intitulatur de gestis Romanorum pontificum, in principio scribens ad Damasum papam. Tertium, quod papa ratione officii sæpe aptissime nominatur beatus seu beatissimus, non quasi extra statum viæ æternaliter constitutus beatus, sed propter admirandam suæ potestatis excellentiam, quæ prope Christum attingit: quidquid enim potestatis, quidquid gratiæ sacramentalis, quidquid dispensationis cælestis a Christo capite ecclesiæ commissum est, ipsa ecclesia dispersa, & papa in fide non errante, totum est ejus dispensationi cómissum. Hinc beatus Hilarius etiam imperatorem Constantium propter auctoritatem imperialem beatissimum nuncupavit in epistola sua ad eumdem de fide. Et beatus Ambrosius quibusdam scribens episcopis & sacerdotibus malis, quos de simonia & multis excessibus redarguit, beatissimos & sanctissimos patres nominat in libro suo pastorali, quem de observantiis ipsorum intitulat. Quarto ergo dico, quod si papa aliquid mandat faciendum, quod non est contra legem Dei expresse, aut contra statuta aliqua sanctorum patrum, etiam si se literaliter in lege Dei veraciter non fundat, ei obediendum est. Hinc dicit beatus Cyrillus episcopus Alexandrinus in libro Thesaurorum: Vt membra maneamus in capite nostro, apostolico throno Romanorum pontificum, a quo nostrum est quærere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes præ omnibus, quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, ligare & solvere, loco illius, qui ipsum ædificavit, & nulli alii, quod suum est plene, sed ipsi soli dedit, cui omnes jure divino caput inclinant, & primates mundi tamquam ipsi Iesu Christo obediunt. Hæc ille. Pariformiter sanctus Chrysostomus cum omnibus doctoribus super illo: *Pasce oves meas*, scribentibus, & beatus Bernardus in principio tertii libri ad Eugenium. Sed dices: Papa malus est, & prælati pessimi sunt: respondet dominus: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia quæ vobis dixerint, facite, secundum opera eorum nolite facere.* Matth. 23. Et ejus vicarius immediatus loquitur: *Obedite præpositis vestris, non tantum bonis, sed & dyscolis*, 1. Petri 2. cujus rationem assignat beatus Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum, dicens: Episcopus, & presbyter, & diaconus non sunt meritorum nomina, sed officiorum; nec dicitur, Si quis episcopatum desiderat, bonum gradum desiderat, sed, *Bonum opus desiderat*, quod in majori ordine constitutus possit, si velit, occasionem exercendarum habere virtutum: Hæc ille. Vnde beatus Bernardus super Canticis, sermone 67. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, & qui non obedierunt eis tamquam episcopis, inobedientiæ rei fuerunt, etiam in ipsum dominum præcipientem, & dicentem, *Quæ dicunt facite*, pater,

ANNO CHRISTI 1413.

Vide VValden in loco citato.

Ambr. lib. de sacerdotali dignitate cap. 2. tom. 4.

Chrysostomus in 21. cap. Ioannis. Bernard. de consil. lib 3

Contra Iovin. c. 19.

Bernardus sermone super Cant. 66.

Anno Christi 1433.

quamvis Pharisæi, quamvis peccatores maximi, propter cathedram tamen Moysi, ad eos quoque nihilo minus pertinere, quod idem dicit: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Hæc ille. Patet ergo, quid sit de illa argumentatione sentiendum: Papa mandat hoc, ergo hoc est faciendum, etiamsi se non fundet expresse in divina lege, & tantum de prooemio domini proponentis.

Adversarii notabile primum.

Post hoc expedito prooemio, dominus proponens in articulo incipit proponere notabilia, & fuit primum notabile circa illud complexum, Verbum Dei, ubi in sermone vel sententia distinxit, verbum Dei dupliciter, per eum intelligi, uno modo accipiendo pro Christo Iesu Deo vero & homine. Secundo modo pro omni verbo veritatis, quod locutus est dominus per suos angelos, prophetas veros, & Filium suum, & per sanctos suos apostolos, & in scriptis reliquit ad futura tempora. Et isto secundo modo dicebat se usurum in proposito illo complexo, Verbum Dei. Et quamquam istud non sit reprehensibile quoad ea quæ dicta sunt, est tamen reprehensibile propter ea, quæ omissa sunt. Vnde dico, (fuit enim necesse addi tertium modum, quod scilicet Dei verbum est verbum inspiratum, hoc enim oportet uti verbi Dei prædicatorem, si non vult inducere populum in errorem,) unde dico, quod triplex est Dei verbum, non solum incarnatum, & exaratum, sed etiam inspiratum, & hoc est geminum, unum privatum, aliud publicum. Primo, inquam, est verbum Dei merito dicendum & nuncupandum, scilicet inspiratum privatim, id est, personis privatis, de quibus ait vertex apostolicus: *Spiritu sancto inspirati locuti sunt homines Dei.* & Psalmista: *Audiam quid loquatur in me Deus.* Hinc apostolus & ejus utilitatem expressit: *Omnis doctrina divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus,* 2. ad Tim. 3. Non sunt ergo sanctorum doctorum scripta, quorum prudentissima scientia explanat scripturæ secreta, ab aliquo vilipendenda, sed quasi a Deo veneranda: quia est regula, quod eodem spiritu scriptura sacra exponitur, quo fuit inspirata. Quod eleganter apostolus ostendit, dicens; quod *Christus ad consummationem sanctorum dedit quosdam apostolos, quosdam prophetas;* & ne ibi crederetur esse status, quasi aliorum scripturæ non essent a Deo, subdit: *quosdam vero doctores,* cujusmodi sunt scripturæ sanctorum Gregorii, Augustini, Hieronymi, Ambrosii, post hos beatorum Bernardi, sancti Thomæ & aliorum multorum, etiam non canonizatorum, quibus procul dubio Spiritus sanctus aperuit sensum, ut intelligerent scripturas, quatenus mysticos sensus, quibus sacra scriptura est gravida, aperirent, & ad communem hominum capacitatem redigerent: alioquin quomodo Deus præcepisset Deuter. 17. in his quæ sunt ambigua & difficilia, refugiendum esse ad sacerdotes Levitici generis, & ad judicem qui fuerit illo tempore? *Et facies quæcumque dixerint tibi, qui præsunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te juxta legem ejus, sequerisque sententiam illorum, non declinabis ad dexteram neque ad sinistram.* ubi continuo subjungitur: *Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de domo Israel, cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.* Ideoque distinctione 15. in cap. Sancta Romana ecclesia; multa sanctorum doctorum enumerantur opuscula, jam per ecclesiam acceptata, & sibi soli ad judicandum reservata. Et subditur, propter doctores ibi non expressos, quod etiam aliorum doctorum, & patrum orthodoxorum, qui in nullo a sancto consortio Romanæ ecclesiæ deviarunt, nec ab ejus fide & prædicatione semoti sunt, scripta suscipienda & legenda sint. Alii autem moderni non canonizati ad legendum conceduntur, & ad impugnandum etiam a singularibus personis, si in eis aliquid veritati dissonum repetitur, secundum quem modum beatus Augustinus dicta sua ad aliorum exponebat discutientiam, dicens in epistola ad Fortunatianum: Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum & laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salva honorificentia, quæ illis hominibus debetur, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas habet divino adjutorio, vel ab aliis intellecta, vel nobis, nam talis, inquit, ego sum in scripturis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. Hæc ille. Est ergo verbum Dei verbum inspiratum, ad prædicandum necessarium sanctis doctoribus, in ædificationem corporis Christi mystici, quibus ait dominus: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* ut quilibet talis dicere possit: *Spiritus domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam.* 2. Reg. 23. & hoc de privato. Ex quibus elicio, quod etiam illud non vere dictum est, ubi dicit proponens venerabilis, verbum Dei esse tantæ perfectionis, quod nihil possit ei addi aut subtrahi, quia licet ea explanare, & dubia emergentia determinare, & talibus promittitur merces magna, dicente Sapientia: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt,* Ecclesiast. 24. non ergo licet subtrahere id quod est necessitatis scripturæ, sed licet addere quod est pro ejus elucidatione. quod tam pulchre ostendit dominus in expositione parabolæ evangelii præsentis dominicæ, ubi sic ait beatus Gregorius: Est quod solicite in hac ipsa expositione dominica pensare debetis, quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis forsitan mens vestra dubitaret. Vnde & idem dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut sciatis rerum significationes quærere in his etiam quæ per semetipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit, quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum ejus figuras aperiret. Hæc ille. Auctoritates in contrarium adductæ intelliguntur, Qui addiderint; id scilicet quod textum falsificaret, aut perfidiam saperet, prout nuper satis declaratum est.

Eodem spiritu scriptura sacra exponitur, quo inspiratur.

2. Petr. 1.

Psal. 84.

Ephes. 4.

Cap. 5.

Epist. 5.

Matth. 10.

Gregorius homil. 15.

Inspiratum verbum publicum.

Quantum ad aliud verbum inspiratum, verbum Dei aptissime nominatum, & per omnia verbi Dei prædicatoribus necessarium, quod est inspiratum publicum, est cujuslibet generalis concilii legitime congregati statutum & decretum, cujus auctoritatem dominus sibi ascripsit, dicens collegio apostolorum: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit,* Luc. 10. quibus suam promisit assistentiam, dicens: *Vbi congregati fuerint duo vel tres in nomine meo, in medio eorum sum.* quod de congregatione generalium conciliorum intelligendum exponit beatus Cælestinus in epistola ad synodum transmissa, ut refert Isidorus in lib. conciliorum. Hoc expressius idem salvator noster innuit concilio apostolico promittens in persona ecclesiæ: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quæcumque dixero vobis.* Ioannis capite 16. & ne hæc crederentur dicta personis apostolorum tantum, ait capite 15. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, Spiritum veritatis, ut maneat*

Matth. 18.

Cælestinus ep. 7. edit. Roman.

Anno Christi 1433.

Anno Christi 1433.

maneat vobiscum in æternum. Ergo inest ille Spiritus sanctus omnibus congregationibus generalium conciliorum, & omnia ibi conclusa sunt verba Spiritus sancti; ideoque determinationem sacri concilii non sibi apostoli, sed Spiritui sancto attribuerunt. *Placuit*, inquiunt, *Spiritui sancto, & nobis*, Actorum 15. Unde valde cavendum est, ne ab informatione & sententia hujus concilii generalis Basileensis in Spiritu sancto legitime congregati, quisquam se alienum reddat, ne contra Dei sententiam videatur recalcitrare, verba Spiritus sancti abnegare, & a catholicæ ecclesiæ sancta se unione separare. Hæc modica conscripsi, residua reservans replicationi, & si contingat fraternali consabulationi, unde concludere pro nunc possumus, quod distinctionem circa id complexum, Verbum Dei, minus complete posuit proponens, cum in ædificatione corporis mystici oporteat ad minus etiam verbo Inspirato uti. Ideo non solum quatuor concilia prima, sed & omnia alia a sanctis instituta custodienda & recipienda mandantur & decernuntur distinctione 15. Sancta Romana ecclesia. Demum ad secundum notabile procedendo super illo complexo, A sacerdotibus domini, distinxit dominus proponens, de sacerdotibus bonis & malis, post multa vitia malorum sacerdotum enarrata, & quomodo nemo amplius nocet in ecclesia Dei, quam sacerdotes mali. & quia tanta mala enarravit de malis, & pauciora bona de bonis, dicam subsequentia. Prælati & presbyteri mali, non solum boni, sunt magnifice honorandi & reverendi, ne videantur omnino spernendi, quos gloriosus Deus sibi specialiter elegit ex gentibus mundi, non ad confortandum eos in malum, sed magis ad revocandum presbyteros malos, & confirmandum bonos, & docendum cunctos, in qua honorifica majestate constituit dominus presbyteros ecclesiæ. Et primo ex veteri testamento, Genes. 9. ubi dicitur, quod Noe inebriatus dormivit, & detectis verendis jacuit in tabernaculo suo: quod cum vidisset Cham, non eum rexit, sed duobus fratribus annuntiavit. At vero Sem & Iaphet videntes, avertebant facies suas. Quid est ergo, quod filii pallio verenda patris superjecto dorsis pallio aversi veniendo operiunt? nisi quod bonis subditis sic præpositorum suorum mala displicent, ut ab aliis nota occultent? Operimentum aversi deferunt, quia dijudicantes factum, & venerantes magisterium, nolunt videre quod regunt. Et nota, quod pater expergiscens semen Cham maledixit, sed duos patrem tegentes benedixit. Hanc maledictionem fugere voluit sanctissimus imperator Constantinus, de quo in ecclesiastica historia libro quarto capite decimo dixisse narratur: Si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui monastico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam explicarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. Hoc autem Christus adhuc in vita sibi partim recompensavit, quia postmodum in bellis felicissimus fuit, ut dicit beatus Augustinus de civitate Dei libro quinto. Secundo idem expresse dominus præcepit Exod. 21. *Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices.* Glossa: Id est, sacerdotibus & ecclesiæ doctoribus, qui populis principantur; cum enim omnis detractio perniciosa sit, in illos est perniciosior. Tertio, Deuteronomii 5. *Honora patrem & matrem tuam, ut longo vivas tempore.* Glossa: Hoc est maximum & primum mandatum, in altera tabula, honora, scilicet, patrem corporalem & spiritualem, officio pietatis, & honora similiter matrem, id est, ecclesiam sanctam. Quarto, quia Threnorum 4. Ieremias destructionis causam assignans, ait: *Facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.* Glossa: Imo Deum in suis sacerdotibus contempserunt, nec Deum in his reveriti sunt, ideo divisi sunt a facie domini, quia per orbem dispersi sunt. & alia glossa: Nota quam terribile sit sacerdotes contemnere, nec faciem eorum erubescere, id est, illis monentibus & videntibus, a sceleribus non cessare. Quinto patet per David, qui quamvis sciret Saul malum, tamen quia unctus erat in regem & consecratus, & coram populo nondum depositus, eumdem nunquam graviter inhonoravit, sed in spelunca, in papilione, & ubique pepercit. Unde glossa 1. Regum vigesimoquarto, & est venerabilis Bedæ, & beati Gregorii: Quid per Saul, nisi mali rectores? Quid per David, nisi boni subditi signantur? Saul ventrem purgare, est pravos præpositos conceptam in corde malitiam, usque ad opera miseri odoris extendere, & cogitata apud se noxia, factis exterioribus exequendo monstrare, quem tamen David ferire metuit, quia piæ subditorum mentes ab omni se peste obtrectationis abstinentes, præpositorum vitam nullo gladio linguæ percutiunt, etiam cum imperfectionem reprehendunt, qui etsi quando propter infirmitatem se abstinere vix possunt, extrema quædam, atque exteriora præpositorum mala, sed tamen humiliter loquuntur, & quasi oram chlamydis silenter incidunt, quia dum prælati dignitati, saltem innoxie & latenter derogant, quasi regis suppositi vestem secant, sed tamen ad semetipsos redeunt, seque de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Insuper ex novo testamento, & primo per Christi facta & justa, nam Matthæi capite octavo sanato a se leproso ait: *Vade, ostende te sacerdotibus*, quos scivit pro tunc pessimos, *& offer*, inquit, *munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis*, cui glossa: Mittit ad sacerdotes propter humilitatem, ut sacerdotibus deferat honorem. Secundo per illud Lucæ decimoseptimo: *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Super quo beatus Augustinus libro de baptismo: Nonne Sodomitæ Ethnici erant Gentiles? pejores ergo Iudæi, quibus dominus dicit: *Tolerabilius erit Sodomis in die judicii, quam vobis*, & quibus propheta dixit: *Justificastis Sodomam*, id est, in comparatione ad vos justificata est. Numquid tamen ideo sacramenta divina, quæ apud Iudæos erant talia quales erant ipsi, quæ dominus quoque ipse suscepit, & ad ea celebranda leprosos, quos ipse mandaverat, misit? & sequitur: Eadem sacramenta, & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis pejoribus quam sint Ethnici, quandoquidem Sodomitis in malitia prælati sunt, & tamen illa sacramenta erant in utrisque integra & divina. Hæc ille. Hoc tertio expressius habetur in verbo Christi, Matth. vigesimotertio: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia quæcumque dixerint vobis, facite, secundum vero opera eorum nolite facere.* Ubi beatus Chrysostomus dicit: Sicut aurum de terra eligitur, & terra relinquitur, sic & auditores doctrinam suscipiant, & mores relinquant. Frequenter enim de homine malo procedunt bona. Hoc expressius dominus docuit, qui Iudam multis honoribus decoravit. Quamvis enim sciret, eum esse peccatorem, furem, & proditorem, imo vocavit eum diabolum: nihilo minus in tantum eum honoravit, quod potestatem dedit super omnia dæmonia, & ut languores curaret, & ante faciem suam prædicaret & baptizaret. Hoc secundum beatum Augustinum factum est, ut discamus non contemnere sanctorum collegia, si contingat aliquem malum inter eos reperiri. Nullum est, nec unquam fuit sanctius collegium, dicit sanctus Thomas super Ioannis sexto, quam collegium apostolorum, in quo tamen unus inventus est proditor & latro. Ideo dicit S. Thomas 2. 2. quæstione 10. articulo 2. quod prælati non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis,

KKkk iij sed

Marginal notes (left): Cap. 3. — Sacerdotes etiam mali honorandi. — Probatur exemplis veteris testament. — Ecclesiast. hist. Theod. lib. 1. cap. 11. — Cap. 15. — In utraque glossa.

Marginal notes (right): Anno Christi 1433. — Augustinus de baptismo contra Donatist. lib. 6. cap. 44. — Matth. 10. & 11. Luc. 10. 1. quæst. 1. cap. Nonne 37. — Chrysostomus in opere imp.

ANNO CHRISTI 1433.

Cur populus Dei honorare merito debeat sacerdotes,

sed propter excellentiam dignitatis, secundum quam sunt Dei ministri, & in eis etiam honoratur tota communitas cui præsunt.

Sunt autem notabiles causæ, quare populus Dei multum debet honorare sacerdotes. Prima, quia eum, qui mundum creavit, soli de cælis adducere queunt, in altari missam celebrando, quia discipulis, quos in sacerdotes consecravit dominus, ait in cœna: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. Secunda, quia eis omnia sacramenta, & velut medicinas contra omnes animæ morbos principaliter, & ex officio commendavit, quia stabellarii euangelici sauciati soli habent curam, prout de Samaritano tangitur Luce 10. Tertia, quia soli habent auctoritatem ligandi & solvendi a peccatis, & ab excommunicationibus, secundum illud Matthæi 8. *Amen dico vobis, quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cælo, & quæcumque solveritis, erunt soluta & in cælo.* Quarta, quia de orationibus eorum, eo quod sunt ministri ecclesiæ, certius est, quod efficaciam pro populo & animabus sortiantur, quia quando, ut ministri ecclesiæ quidquam faciunt celebrando, vel hujusmodi, pontificis vicem gerunt, de quo ad Hebræos 5. *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.* Quinta, quia in animabus & corporibus per septem ordines distinctos, quos quilibet recipit, Deo amplius consecrati sunt, & per consequens distinctos characteres super laicos habent impressos, propter septem ordines, propter quod 1. Petr. 2. dicitur: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Sexta, quia lumen ecclesiæ sunt & doctores, de quibus Matthæi 5. *Vos estis lux mundi, & sal terræ.* Vltima, quia per manus eorum solum benedicuntur omnia, quæ in cultum Dei habent consecrari, sicut ecclesiæ altaria, vestes, eucharistia, matrimonium, & sic de similibus his ait dominus: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Luc. 10. Qui ergo sacerdotes non audit, sed spernit, atque, vita sua neglecta, discutit nimis sacerdotom opera; non mirum, si dominus tales cadere permittit, ut etiam ecclesiastica contemnant sacramenta, & finaliter infideles moriantur, ut deducit beatus Gregorius s. quæ- * stione 1. Multi sæcularium. Inter cetera, etiam istud corollarium dominus Vdalricus proponens subintulit: Causa ruinæ populi sit maxime culpa sacerdotum malorum. circa quæ dicta istam propono conclusionem: Et si interdum ita contingat, non tamen est universaliter verum, quod ruinæ populi causa sit maxime sacerdotum malorum ex culpa, quinimo sæpe ex malitia populi, propterea provenit sibi ruina, & populi demeritis exigentibus, degenerare permittitur a Deo * sacerdotum a bonis moribus. Hanc probo primo, similitudine. Secundo, ratione. Tertio, auctoritate. Hoc enim pro tanto indicavi necessarium fore, quia non videtur aliud dictum, Omnis ruina populi provenit ex malitia clericorum, nisi quod clericus detur per hoc ad manus gladii laicorum, ne patiantur ruinam propter excessus clericorum. Vnde istam * seditionis volens determinare malitiam, primo accedo similitudinem hoc modo: Comparamus cum doctoribus allegorizantibus illum textum Geneseos 1. *In principio creavit Deus cælum & terram.* Clerum mundo superiori, id est, cælo cum stellis, & residuum populum mundo inferiori, scilicet, terræ cum plantis comparando, ut apte possumus, ex hoc; quod sicut secundum philosophos inferior mundus a cælo & stellis gubernatur, ita tota virtus residui populi a clero dependere habet, & augeri, atque in ultimum felicitatis finem dirigi. Cum

Non omnis ruina populi a sacerdotibus malis provenit. probatur primo similitudine.

* forsan sacerdotium

* alius liber melius, seductionis

A ergo cœtus laicalis subordinatus est cœtui clericali, tamquam suo magistratui, ut ab illo doctrinis illuminetur, virtutibus roboretur, & fructibus repleatur: ideo clerus, de quo scriptum est: *Regale sacerdotium, genus electum,* congrue, respectu laicalis populi, cælum est, plenum stellis magnis, & parvis, fixis & erraticis. Stellæ majores, prælatos; minores, subditos, quorum quidam comparantur stellis fixis, sicut hi qui ad certam diœcesim, vel parochiam sunt limitati, ad illuminandum illos, quibus ipsi sunt præfecti ut eos ex alto scientiæ illuminent, fructumque salutis fecundent. Stellis autem erraticis, alii prædicatores per mundum discurrentes, sic enim, qui docti fuerunt, *quasi stellæ in perpetuas æternitates,* Danielis
B 12. Sicut igitur interdum est, non semper, quod secundum habitudinem & dispositionem stellarum cæli bonam, & malam, alteratur & disponitur hic inferior mundus convenienter, vel disconvenienter; ita sæpe propter defectus & indebitos respectus in invicem stellarum firmamenti, quod est allegorice clerus, variis turbatur molestiis inferior populus. Verum, quod sicut non omnia inferioris mundi incommoda ex influentia superioris proveniunt, sed sæpissime ab inferiori, ut si ista inferiora superiorum influxum non recipiunt ubi & quando deberent, vel si per vapores vel nubes ab infra ascendentes absconduntur stellæ, & per consequens debitus earum impeditur influxus, & ista inferiora, vel sicut terra & aqua
C eclipsant lunam, & luna solem: ita terreni populi cæcata voluntas & avaritia eclipsant potestatem sæcularem, quæ eisdem vitiis tenebrosa facta, eclipsat sæpe potestatem spiritualem: unde secure assero, quod sicut exorbitantiæ & deordinationes inferioris mundi, tam in naturalibus, quam in moralibus, non semper reputandæ sunt deordinationi cursus stellarum, & qui contrarium sentiunt, magnam cælo injuriam faciunt, ut dicit beatus Augustinus libro 5. de civitate Dei, capite 1. ita non est verum dicere, quod omnis ruina populi proveniat ex inordinationibus cleri, quin imo staret, clerum esse regularissimum, & populum deordinatum, sicut fuit in ecclesia primitiva, ubi erat clerus sanctissimus, & populus tyrannis plenus. Insuper a primævo ita fuit tempore Moysis,
D qui fuit sacerdos, & rector filiorum Israel optimus, & tamen populus fuit durissimæ cervicis, & a domino multipliciter flagellatus propter peccata sua propria, & multo sæpius fuisset, si non Moyses servus domini stetisset in confractione in conspectu Dei. Insuper tempore Christi, apostolorum & sanctorum martyrum, qui omnes fuerunt optimi, & pessimi populi multi. Secundo hoc probatur ratione. Ruinę populi maximę proveniunt ex peccatis populi, juxta illud Psalmistę: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* sed maxima causa ruinę populi est malitia sui liberi arbitrii, cum nemo ad peccandum possit cogi, nec est peccatum, nisi in quantum voluntarium, saltem actuale, ergo non
E semper causa ruinę populi sunt sacerdotes mali; sed inclinatio in malum liberi sui arbitrii. Secundo, hęc quę sępe fiunt divina permissione ex malitia spiritus maligni, non sunt attribuenda clero innocenti, sed pleręque ruinę & plagę in populis proveniunt divina permissione a spiritibus malignis, juxta illud Psalmistæ: *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & tribulationem, immissionem per angelos malos.* Tertio, illa delicta non sunt clero imponenda, quę committunt populi, & sufficienter arguuntur per prælatos, nec ab eis suscipiunt talium peccatorum exemplum, sed infinita peccata committuntur a populis, quorum nullum exemplum vident in sacerdotibus, imo publice arguuntur ab eis in sermonibus,

ANNO CHRISTI 1433.

Secundo ratione, quadruplices.

Psal. 88.

Psal. 77.

Anno Christi 1433.

& privatim in confeſſionibns; ergo ſi aliqua patinntur populi, talis ruina oon eſt culpa cleri. Ad hoc eſt expetientia, diſcimus enim quod tempore beati Gregorii & Ambroſii fuit clerus bonus & regulatus, & multi ex eis ſunt ſancti canonizati, & tamen tunc tot fueruot ruinæ in populis, quod beatus Gregorius io homilia 2. dominicæ adveotus, ſcribit omnia ſigna in euangelio conſcripta de ruinis bellorum, peſtilentiarum, & ſeditiomum ante diem judicii ventura, ſuis temporibus fuiſſe completa; ergo tales ruinæ non ſunt clero adſcribendæ. Quarto ſic: Illæ ruinæ non ſunt quocumque modo clero attribuendæ, quæ nec ex populi nec cleri culpa ſciuntur evenire, ſed ſic eſt, quod multa flagella Dei eveniunt multis, non propter cujuſcumque culpam, ſed Dei gloriam oſtendendam, ſicut cæcus natus fuit, de quo dominus ait: *Neque hic peccavit, neque parentes ejus, ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo.* Ioannis 9. Sic & ſanctus Iob creditur multiplicitet flagellatus, non quod ipſe, vel aliquis alius hoc demeruetit, ſed ut patientiæ ſuæ virtus toti mundo innoteſceret, ſecundum beatum Gregorium, Iob. 1. Ergo ut prius. Vltimo, ſicut illa, quæ ſæpe proveniunt ex cauſis naturalibus, etiamſi totus mundus eſſet optimus, non ſunt ſacerdotibus permaxime imputanda, ita eſt de ſterilitate terræ, de aeris iotempeſtate, peſtilentiarum immenſitate, quæ, & ſimilia, ſæpe ex cauſis naturalibus proveniunt hominibus: ergo non eſt tutum dicere, omoes ruinas populorum ex culpa ſacerdorum evenire.

Tertio auctoritate

Iob. 34.

Greg. moral. lib. 25. cap. 20.

Oſea 13.

Tertio hoc probatur auctoritatibus ſacræ ſcripturæ, & primo Iob 34. dicitur: *Deus regnare facit hypocritam propter peccata populi.* Vbi beatus Gregorius moralium libro 25. dicit: Alibi quoque per propheram dicit: *Dabo tibi regem in furore meo. & auferam in indignatione mea.* quid ergo nobis illos præeſſe deſpicimus, quorum regimina ſuper nos ex domini furore ſuſcipimus? ſi autem ſecundum merita ſubditorum perſonæ regentium tribuuntur, ut ſæpe, qui boni videntur, accepto regimine mox mutentur, ſicut de Saule ſcriptura exprimit, qui cor cum dignitate mutavit: *Cum,* inquit, *parvulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es, quare feciſti ergo malum in oculis domini?* ſic ergo pro qualitate ſubditorum diſponuntur corda rectorum, ut ſæpe pro merito gregis delinquat vita paſtoris. & ſequitur: Denique certum eſt, quod ita ſibi invicem rectorum vita coonectatur & plebium, ut ſæpe ex culpa paſtorum deterior fiat vita plebium, & ſæpe ex vita plebium mutetur vita paſtorum. Ex quo habetur, quod propter peccata populi quandoque efficiuntur ſacerdotes boni mali, quia non merentur habere bonos, ſicut malum corpus non meretur habere caput bonum. Cui conformiter loquitur beatus Iſidorus de ſummo bono, libro 4. capite 10. inquiens: Propheta dicit: *Dabo tibi regem in furore meo.* Ex hoc manifeſte claret, bonam malamque poteſtatem a Deo ordinari, ſed bonam Deo propitio, malam irato: reges quando boni ſunt, muneris eſſe Dei, quando vero mali, ſceleris eſſe populi; nam ſecuodum merita plebium diſponitur vita rectorum: iraſcente eoim Deo, talem rectorem populi ſuſcipiunt, qualem pro peccato meruerunt. Nonnunquam etiam pro malitia plebis reges mutantur, & qui aote videbantur booi, accepto regno fiunt iniqui. Et libro 3. capite 39. dicit: Pro merito plebium diſponitur a Deo vita rectorum, exemplo Dauid peccantis in comparatione principum, qui ex merito plebis prævaricantur. Hæc ille.

1. Reg. 15.

8. q. 1. c. Audacter. 18. non eſt Hieron. ſed Orig. ho-

Beatus Hieronymus 8. quæſtione 1. Audacter fortaſſe aliquid dicimus, tameo quod ſcriptum eſt dicimus: Non ſemper princeps populi & eccleſiæ per Dei arbitrium datur, ſed prout merita depoſcunt. Si mali ſunt actus noſtri, & operamur malignum io conſpectu domini, dantur oobis principes ſecundum cor ooſtrum. & hoc tibi de ſcripturis probabo: audi namque quod dominus dicit: *Fecerunt ſibi regem, & non per me; principem, & non per conſilium meum.* & hoc videtur dictum de Saule, quem utique ipſe dominus elegerat, & regem fieri juſſerat; ſed quooiam non ſecundum Dei voluntatem, ſed ſecundum populi peccatoris meritum fuerat electus, negat eum cum ſua voluntate vel conſilio conſtitutum: tale ergo aliquid intelligimus etiam in eccleſiis fieri, quod pro meritis populi, aut io verbo, aut in opere potens a Deo tribuitur rector eccleſiæ, aut ſi malum faciat populus in conſpectu domini, talis eccleſiæ datur judex, ſub quo famem & ſitim populus patiatur. Hæc ille. Ecce quam lucide claret; quod oon omne malum ruinæ populorum ex culpa proveniat ſacerdotum malorum.

Anno Christi 1433.

mil. 4. in lib. Iudic.

Per hoc patere poteſt, quid reſpondeodum ſit ad auctoritates per dominum opponentem inductas, & multas ſimiles; ſcilicet, Bedæ ſuper Matthæi vigeſimoprimo dicentis, quod ideo dominus de templo ejecit vendentes, quia cauſa ruinæ populi maxime fuit ſacerdotum culpa. Ad idem allegavit Gregorium dicentem idem. Similiter audiſtis jam meotem beati Gregorii, & ita poſſem de aliis exemplificare. Nunquam fuit mens beati Gregorii, quod omnes ruinæ populi eſſent ex culpa cleri, ſicut nec dominus propooeos univerſaliter, ſed indefinite tantum poſuit, & tanto cautius. Quia tameo ooonunquaio ſimplices audientes, neſcieotes inter univerſale & particulare diſtinguere, ſeducuntur; ideo ſciendum, quod modus loquendi doctorum eſt, quod ſicut ſæpe in ſcripturis pars ſumitur pro toto, & e converſo, ita & in propoſito, quando dicitur Maxime, id eſt, ſæpe, & pro magna parte, ſicut etiam communiter ſumi ſolet Semper pro Frequenter, & Cauſa pro Occaſione: quæ tamen occaſio non eſt cauſa, niſi per accideos. Eſt ergo fideliter credendum, quod ſicut ſæpe ruinæ populi proveniunt ex culpis cleri, ita e converſo, ſæpe ruinæ cleri proveniunt ex culpis populi; hujus diſtioctionem ſolus novit, qui omnes, ſimiliter clerum & populum, judicabit, qui eſt diſcretor meritorum, & diſtributor mercedum unicuique prout geſſit io corpore. Ceſſet ergo proverbium iſtud in Iſrael: *Patres noſtri comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt, quoniam filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filii; ſed anima quæ peccaverit, ipſa morietur.* Ezechielis 18. Hæc de primo. Conſequenter dominus proponens Ioannem Hus extollit præconiis multis. Ad hoc dico, quod non propter virtutes ſuas, nec propter hoc, quod ſimoniacam hæreſim deteſtatus eſt, ut proponens dicit, ſed propter errores multos, quorum quoſdam per ſe faſſus eſt, quoſdam in ſuis tractatulis conſcripſit, quoſdam proborum teſtimonio convictus. Vnde noo de bono opere, ſed propter blaſphemiam judicatus eſt, de quo heri ſatis dictum eſt, ideo ſuperſedeo. Ego autem volens nunc baſim & fundamentum omnium dicendorum de materia prædictorum ſacerdotum ponere, pono aliud, & eſt iſtud notabile ſuper eodem complexo; De ſacerdotibus domini, ſcilicet, quod ſunt duplices ſacerdotes domini, ſive boni ſiot, ſive mali. Aliqui curati, alii non curati. Et ſoli curati habent ordinarie verbum Dei prædicare poſt prælatos majores, ſcilicet epiſcopos. Alii non curati, non tenentur, nec debent prædicare verbum Dei, niſi ex ſpeciali licentia prælati. Pro cujus deductione duo ſunt notanda. Primum de ſcientia in quolibet preſbytero requiſita, & ſi reperiremus, quod minor ſufficit ſacerdoti ad ſacerdotium,

Sacerdotes curati, & non curati.

Minor ſciẽtia ſufficit ſacer-

Anno Christi 1435.

dotium, quam ad prædicandum requiratur, habeo propositum. Secundum de originali successione presbyterorum, qui scilicet succedant ordinariis primis prædicatoribus, quorum fuit officium per verbi Dei prædicationem illuminare mundum, sicut apostoli & 72. discipuli. Quantum ad primum, nota verba sancti Thomæ in quarto sententiarum distinctione vigesimatertia in quæstione tertia: Quanta scientia requiratur in ordinando, in responsione ad primum articulum, scilicet ad auctoritatem Malachiæ secundi: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore ejus requirent* ostendere volens de quibus sacerdotibus hæc verba intelligantur, dicit de curatis tantum: Sacerdos, inquiens, habet duos actus, unum principalem super corpus Christi verum, & alium secundarium super corpus Christi mysticum, & secundus actus dependet a primo, sed non convertitur: & ideo aliqui ad sacerdotium promoventur, quibus primus actus tantum committitur, sicut religiosi, quibus animarum cura non committitur, & a talium ore non requiritur lex, sed solum, quod sacramenta conficiant, & ideo talibus sufficit, si tantum de scientia habeant, quod ea, quæ ad sacramentum spectant, rite perficere possint, sicut io vitis patrum mulō simplicissimi presbyteri leguntur fuisse, qui vitæ erant sanctissimæ. Alii autem promoventur ad alium actum, qui est super corpus Christi mysticum, & a talium ore populus legem requirit. unde in illis scientia legis esse debet, non quidem ut sciant omnes difficiles quæstiones legis: quia in his debet recursus ad superiores fieri, sed sciant ea, quæ populus tenetur scire vel credere de lege: sed ad superiores sacerdotes, scilicet episcopos pertinet, ut etiam ad ea, quæ difficultatem in lege facere possint, sciant, & tanto magis, quantum in gradu altiori collocantur. Hæc ille. Ad eamdem concordat sententiam dominus Albertus Magnus, eadem distinctione dicens: Distinguendum videtur mihi in ordinandis: quidam enim ordines sumunt ex sola devotione, ut monachi, & alii quidam religiosi. Alii recipiunt ordines, ut in illis ministrent populo verba, sacramenta ministrando seu dispensando, ut religiosi quidam, & illi qui sunt intitulati ad curam animarum. De primis distinguendum puto: aut enim habent curam animarum in suis ordinibus, ut abbates & confessores, ab abbatibus constituti; aut non habent, nec habebunt: si habent, idem judicium videtur de eis, quod de aliis habentibus curam animarum: si autem non habent, ut hi qui causa devotionis tantum ordinem suscipiunt, videtur mihi quod non teneantur, nisi ut sciant pronuntiationem psalmorum & lectionum, & illorum distinctiones, quæ ex scientia grammaticæ addiscuntur. Si autem officium docendi suscipiunt ex beneficio, ut clerici intitulati, vel ex professione, ut quidam religiosi, dicendum videtur quod tenentur plura scire, & ea credo esse quæ grosse sunt exponenda populo in fide & moribus, quę rudimenta Christianæ fidei vocantur, & ut in aliis determinent casus, & quæstiones secundum consilia superiorum. Unde omnes, inquit, auctoritates inductas in contrarium, inter quas etiam est illa jam allegata Malachiæ secundo, intelligo de hujusmodi ordinatis, & quantum ad hujusmodi scientiam, scilicet discernendi quid mortale & quid veniale, in quibus, & quis articuli solennizati ab ecclesia, & cetera talia. Et ad alia, meo judicio, non tenetur. nisi sit in altiori gradu constitutus. Hæc Albertus. Concordat his Ostiensis, libro primo, rubrica 2. De tempore ordinandorum, capite 4. & cui sub §. quarta regula, ubi in summa satis etiam videtur concordare Raimundus §. ultimo in summa, & multi sunt alii ad idem scribentes, quorum dicta omitto hic conscribere brevitatis gratia, & ob hujus distinctionis causam æstimo inolevisse hanc consuetudinem, quæ in antiquissimis ecclesiis observatur, sicut in ecclesia Trevirensi, in qua, quicumque debet promoveri ad gradum sacerdotalem * fertur, si non habet beneficium curatum promittit. Hoc etiam habet communis practica ecclesiæ, quod si unquam beneficium curatum adipiscitur, se de novo ad examen manifestare seu præsentare, quia oportet ipsum ex tunc populo prædicare, & sacramenta ministrare, ad quod prius non fuit obligatus, & de istis sacerdotibus, sic ad curam animarum ordinatis, dicit canon, Ignorantia, distinctione 38. Ignorantia mater cunctorum malorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis Dei susceperunt. Non loquitur ergo nisi tantum de curatis, quod ostendit capitulum sequens ex Concilio Toletano, dicens: Quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem a suo sacerdote accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant: & est libellus officiorum, in quo officium presbyteri, baptizandi, & sacramenta ministrandi continetur, ut dicit glossa ibidem. Et sic patet primum, scilicet, quod minor scientia requiritur ad sacerdotium, quam ad prædicandum, ergo non omnes sacerdotes sunt obligati sub præcepto Domini prædicare verbum Dei. Sequitur etiam quod nisi curati, vel ex professione religionis, obligati tenentur prædicare ordinarie verbum Dei.

Locus videtur corruptus.

Dist. 38. cap. Quando Libellus officialis quid?

Quantum ad secundum, scilicet quomodo hoc pateat ex originali successione presbyterorum, dico, quod sicut soli pontifices vel episcopi sunt ordinarii successores apostolorum: quamquam sunt multi alii prælati in ecclesia Dei, ita soli presbyteri curati succedunt 72. discipulis Domini, quamquam sint multi alii presbyteri & diaconi. Istud patet originaliter ex glossa Lucæ 10. ubi dicitur sic: Sicut in apostolis præcessit forma episcoporum, ita in 72. discipulis figura relucet minorum presbyterorum. Hoc secundario claret distinctione 21. In novo; ubi sic dicitur: Videntes apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogaverunt dominum messis, ut mittat operarios in messem. Unde absens electi sunt 72. discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum loca sunt constituti in ecclesia. De quibus sacerdotibus hoc intelligatur, ibid. exprimitur io capitulo præcedenti decreti, ubi dicitur sic: Simpliciter vero majorum & minorum sacerdotum discretio in novo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim apostolos tanquam majores sacerdotes, & 72. discipulos, quasi minores sacerdotes instituit, ita quod veri pastores sunt tantum episcopi, sed plebani sunt pastores substituti, ac cooperatores instituti. Item dicit venerabilis doctor frater Augustinus de Ancona, in libro de ecclesiastica potestate, cap. 140. articulo 1. quod soli curati, qui vocantur secundi ordinis presbyteri succedunt 72. discipulis Domini, non quod sit per omnia similitudo, sed inter multas differentias quatuor reperio eorum convenientias. Prima est in potestate dominii. acceperunt enim discipuli a Christo potestatis dominium, quando dictum est eis, Lucæ 10. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*, ac si diceret, Dedi vobis potestatem eiiciendi omne genus immundorum spirituum ab obsessis corporibus. & hoc ne putaretur esse dictum de bestiis, ut exponit beatus Chrysostomus. Istud autem repræsentant presbyteri curati in sacramentorum administratione,

Curati succedunt 72. discipulis.

tione, ubi, & per quæ dæmones sen serpentes, id est, peccata expelluntur a pœnitentibus. Secundo in administrationis officio, quod 72. discipuli receperunt, quando dictum est eis: *In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui.* quia enim bonorum omnium pax mater est, sine qua cetera inania sunt; ideo Christum misit discipulos pacem primo offerre tamquam bonorum omnium initium, quorum ministros eos faciebat, ut dicit beatus Chrysostomus: hoc autem repræsentant curati presbyterum euangelii sancti prædicatione, in qua primo numeranda est pax, iuxta illud ad Romanos 10. *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Tertio in caritatis vinculo, quod 72. receperunt, quando bini missi sunt in omnem civitatem & locum, in signum, quod qui caritatem Dei & proximi non habent, officium prædicationis nullatenus assumere debent, ut beatus Gregorius exponit. Istud totum repræsentant presbyteri in plebis curæ receptione, pro qua ipsam animam, & vitam propriam tenentur exponere. Vltimo in honoris præconio, quod 72. discipuli receperunt, dum reversi cum gaudio dixerunt: *Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.* ut dicit glossa: Gaudebant enim, quod quasi sublimes effecti terribiles dæmonibus & hominibus erant, hoc autem repræsentant presbyteri, in subditorum iurisdictione, a quibus, si bene præsunt eis, digni duplici honore debent haberi, ut dicit Apostolus prima ad Timotheum quinto. Repræsentant ergo discipulos Christi domini sacerdotes curati hoc modo, quamvis etiam sit dissimilitudo, quia isti non possunt facere miracula, sicut illi, nec habebant determinatas parochias, sicut isti, sed prædicabant in omni loco, quo erat Christus venturus, Lucæ 10. Ex quo iterum sic arguo. Illis tantum convenit ex officio ordinarie prædicare, qui succedunt apostolis, & 72. discipulis, sed nulli eis succedunt nisi tantum episcopi & curati, ergo diaconis & presbyteris non curatis non convenit ullo præcepto Domini actus prædicationis. Et tantum de notabili secundo, permaxime in hac materia opportuno. Ex isto sequitur, quod totum fundamentum vestrum est debile, & a veritate aversum, ubi dixistis super notabili, Libere, quod libertas prædicandi confertur a domino cuilibet diacono & presbytero, per ministerium episcopi in sua ordinatione, & quod tale officium debent libere exequi, irrequisitis, imo nolentibus prælatis. Patet ex iam dictis, luce meridiana clarius. Et istud probo sic lumpidius: Omne, quod confertur presbytero in collatione sacri ordinis, est aut ratione characteris, aut auctoritate clavium; sed neutrum eorum dat presbytero libertatem actus prædicandi, nisi habeat curam commissi populi, ergo non convenit sibi prædicare ratione accepti ordinis per ministerium episcopi. Assumptum declaratur pro maiori, quia secundum omnium theologorum scholam in sacerdotio non confertur nisi duplex potestas, vna super corpus Christi verum illud ad conficiendum, & hoc virtute characteris sacerdotalis. Alia super corpus Christi mysticum, quæ est potestas clavium, scilicet potentia ligandi & solvendi, & scientia discernendi inter lepram & non lepram, quæ scientia non dicit novum habitum, sed auctoritatem discernendi in foro conscientiæ, quam prius non habuit, & executionem vtriusque non habet, nisi materiam aptam & sibi ministratam accipiat. Vnde sicut ceteri presbyteri non possent missam celebrare, si hostiam aptam, quasi materiam requisitam, non haberent, ita nec possunt absolvere vel ligare, nisi populum sibi commissum, id est materiam requisitam, accipiant.

A Nam omnis actio hominum seu naturalis, sicut requirit potentiam qua fiat, ita requirit materiam in qua fiat. non plus legi ego conferri presbytero per episcopi ministerium in collatione characteris & clavium sacerdotalium. Et sic patet maior. Minor probatur de utroque: & primo, quod non virtute clavium: quia ut dictum est, virtus clavium sacerdoti est in ligando, solvendo, & discernendo in foro conscientiæ. sed hic nulla fit mentio de prædicatione, ergo non potest rite dici, quod ratione sacerdotii habeat libertatem prædicandi. Secundo nec ratione characteris, quod patet ex descriptione eius, quæ est triplex, ut communiter allegatur circa quartum sententiarum, distinctione 4. Prima est:

B character est signum distinctivum, quo quis ab aliis dividitur, & ad aliquod spirituale dandum vel suscipiendum deputatur. Secunda est: character est signum sacrum communionis fidei & potestatis divinorum, & sacræ ordinationis fidelium, datum a divina beatitudine. Tertia est: character est distinctio a charactere æterno, impressa animæ rationali secundum imaginem, consignans trinitatem creatam Trinitati creanti, & distinguens a non figuratis secundum statum fidei. Et constat diligenter intuenti singulas particulas harum descriptionum, quod nulla earum importat prædicandi actum libere, ergo ratione characteris, ut character est, nullus habet auctoritatem exercendi actum prædicationis. Confirmatur: apostoli in cœna domini virtute characteris

C ex consecratione sacerdotali non receperunt potestatem libere prædicandi, ergo nec modo presbyteri illam recipiunt ratione episcopalis ministerii. Tenet consequentia, quia in cœna domini fuerunt consecrati in presbyteros per illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, & receperunt characterem sacerdotalem; sed in die paschæ post dedit eis potestatem prædicandi, dicens: *Sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos.* Ioannis 20. Et dicit sanctus Thomas, quod in illa cœna non dedit eis dominus, nisi actum principalem sacerdotii, scilicet conficiendi corpus Christi verum. sed post in die resurrectionis superaddidit aliam potestatem, scilicet ligandi & solvendi, dicens *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Ioannis

D 20. in 4. sententiarum, distinctione 23. ubi vult Scotus quod forte propter has distinctas potestates characteris & clavium, adhuc hodie imprimatur sacerdotibus duplex character, unus, quando episcopus dat sibi calicem cum patena, hic dicitur character ordinis: Alius, quando episcopus imponit sacerdoti manus, dicens: Accipe Spiritum sanctum; qui diceretur character clavis. Nusquam autem legitur quod imprimatur aliquis alius character, virtute cuius sibi conferatur libertas ubique prædicandi; & de his habemus postea clarius & prolixius in corollario articuli principalis, quod est primum in ordine corollariorum. Et tantum de notabili secundo.

E Circa tertium notabile domini proponentis, super illo verbo: Debet, dixit proponens debere capi præceptive, ita quod ex præcepto domini sacerdotes essent obligati prædicare verbum Dei, de quo post videbitur in materia principali, quæ est materia articuli. Ibi etiam notavit unum silentio non prætereundum, scilicet, quod hæc esset differentia inter præceptum & consilium, quod præceptum Dei est doctrina seu statutum obligans hominem sub pœna peccati mortalis; consilium autem Dei est doctrina specialis, solum obligans sub pœna peccati venialis. Illud restat impugnandum, quoad secundam partem, quia a veritate est omnino devium, & di-

Marginal notes: Anno Christi 1433. — Luc. 10 — Anno Christi 1433. — Character quid? — Apostoli quando facti sunt sacerdotes? — Luc. 22. — Thom. 4. sentent. dist. 24. q. 2. art. 3. ad 2. — Scotus 4. sent. dist. 24. — Tertium notabile adversarii. — Consilia non obligant ad veniale, ut vult adversarius.

ANNO CHRISTI 1433.

non servat consilia, nullo modo peccat. Pro quo sciendum, quod istud valde periculosum est dicere, propter quatuor præcipue. Primo, si non observantia consiliorum obligaret ad peccatum veniale, & peccatum veniale ad aliquam pœnam, licet modicam, peccatum veniale secundum obligaret ad duplam pœnam; tertium ad triplam; & sic deinceps. Sed valde grave esset omnibus fidelibus, qui consilia non servant, nec unquam servare proponunt, quod toties peccatum veniale incurrerent, quia gravem & diutinam pœnam finaliter solverent. ergo non est verisimile, quod non observantia consiliorum inducat veniale peccatum. Secundo, quia veniale peccatum ultra hoc multiplicia incommoda animæ affert. Nam primo animam maculas, quod sic intelligendum, si sit imago aliqua depicta, aliquando denigratur, ut videri non possit; aliquando vero obscuratur, ut videri quidem possit, sed non plene discerni. Et ideo propter talem denigrationem dicit beatus Gregorius, quod veniale obscurat, mortale denigrat. De quo etiam beatus Augustinus in libro de pœnitentia ait: Peccata venialia, si multiplicentur, decorem nostrum ita exterminant, ut a cælestis sponsi amplexibus nos separent, quod exponit beatus Thomas prima secundæ, quæstione 89. articulo primo, quod hoc verum est dispositive, in casu, ubi multa venialia disponunt ad mortale. Secundus effectus est, quod venialia peccata imminuunt fervorem caritatis, sicut aqua in ignem projecta, licet ignem non extinguat, tamen fervorem illius minuit. Tertius est, quod potentias animæ in operibus bonis lassat, sicut quando ponitur onus super equum, licet non succumbat, tamen est minus promptus ad ambulandum. Quartus, quod retardat ad gloriam, quia homo, qui deberet, & posset statim post mortem evolare, cogetur ad tempus propter venialia in purgatorio stare. Quis unquam tantæ crudelitatis esset, quod omnes has pœnalitates vellet cuilibet qui consilia non servaret, infligere? Insuper tertio, quia omnium doctorum hæc veritas est, ut prædixi, quod præbere alteram maxillam est consilium, & tamen Christus hoc non fecit, ergo Christus venialiter peccasset contra illud evangelii: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioannis octavo: *Qui peccatum non fecit*, prima Petri secundo. Finaliter quarto, ex eo quod sicut ad remissionem peccati mortalis exigitur desertio actus peccandi cum voluntate in posterum abstinendi, sic quoque peccatum veniale in præsenti factum non dimittitur, nisi actu & proposito deseratur.

B. Gregorius citatur a S. Thom. dist. 16. l. 4. quæst. 2. art. 1. ad. 3. Augustinus de pœn. c. 3. & serm. 4. de sanctis.

Constat autem quod non observantes consilia, ut frequenter, nec actu recipiunt, nec proposito intendunt servare ea. Ergo talibus illa peccata venialia numquam remitterentur in præsenti vita, sed restaret longa & acerba pœna a talibus hominibus post hanc vitam sustinenda, quod negat omnis & tota theologorum schola, quia de consiliis apostolus loquens, ait, ut prædictum est: *Hoc ad utilitatem vestrum dico, non ut laqueum vobis iniiciam*, 1. ad Corinthios 7. Ex his patet responsio ad ea quæ proponens allegavit. 14. quæstione prima, Quod debetur; non habetur ibi, quod transgrediens consilium Dei, peccet venialiter, sed tantum, quod si consilium non servas, minus bonum adipisceris, sed, inquit, non mali aliquid perpetrabis; & hoc contra ipsum, quia si non mali aliquid perpetrat, ergo nec venialiter peccat. Similiter in capitulo sequenti, quod etiam contra se adducit, ubi dicitur, quod consilium datur offerentis arbitrio, ergo non obligat ad veniale aliquo modo. Insuper super illo complexo, Exemplo Christi & apostolorum; notavi quomodo, & ad quantum exempla Christi, apostolorum, & primitivæ praxes & exempla non obligant, pro eorum sequela: sed quia dicta sunt in sententia per reverendum magistrum meum Ioannem de Ragusio ideo nunc supersedeo, quia habentur in alio opusculo meo. Epilogus præsentis lectionis hic est in summa, quod in arguendo sic primo: Christus mandat hoc, ergo hoc est faciendum; non valet ex forma, sed forte ex materia, quia Christus aliquando mandat quod non vult fieri, quia non mandat sub forma præcepti, sed per modum alicuius documenti. Item bene sequitur: Papa mandat hoc, & non fundat se expresse in lege divina, ut superius dictum est, ergo hoc est faciendum. quia quidquid mandat, quod legi Dei, aut aliquibus sacris canonibus non obviat, licet expresse hoc non contineat, faciendum est, quia, ut deduxi, papa non est nomen ordinis, sed officii & iurisdictionis, & dicitur sanctissimus, & beatissimus, etiam si sit malus, dummodo non sit hæreticus, quia hæc sibi conveniunt, non ratione meriti personalis, sed ratione officii, potestatis, & universalis iurisdictionis. Hæc circa argumenta dicta sint.

Cap. 2. & Quisquis. c. 3. Aug. li. 19. contra Faustum. c. 25.

Epilogus actus primi diei.

Circa primum notabile habemus, quod verbum Dei diminutive expressit, eo quod verbum Dei tertio modo captum, scilicet inspiratum non posuit, quod tamen necessarium est prædicatoribus. Ex quo ulterius deduxi, quod verbum Dei inspiratum est duplex, scilicet privatum, quod Deus per sanctos doctores expressit; & publicum, quod scilicet statuta generalium conciliorum statuit & diffinit. Circa hoc conclusi, quod illud per dominum proponentem adductum, scilicet, quod verbum Dei tantæ sit perfectionis, quod ei nil addi aut auferri possit sub allegatis pœnis, quod licet sit maximæ perfectionis, possumus tamen addere ad declarandum, licet non debeat addi contrarium. Circa secundum notabile, de sacerdotibus domini, distinxi inter curatos & non curatos, ostendens, quod non curati ordinarie non tenentur prædicare verbum Dei, & quod soli curati presbyteri succedunt 72. discipulis domini, non in omnibus secundum æqualitatem, sed secundum figuram & similitudinem, ex quo conclusi, quod non est universaliter verum, omnes ruinas populi provenire ex culpa malorum sacerdotum, quia sæpe propter peccata populi dantur a Deo eis sacerdotes & prælati mali. Unde dominus proponens caute egit, quod indefinite, non universaliter, posuit. Circa tertium notabile super verbo, Debet, ubi dixit illud capiendum præceptive, asserendo quod transgrediendo consilium Dei, committat quis peccatum veniale. reprobavi hoc multipliciter & veraciter ostendendo, quod consilium Christi non obligat unquam ad peccatum veniale, ceteris paribus, sed sæpe ad mortale eum qui vovit, vel in casu, quo consilium præcipitur. Hæc est summa dictorum, quæ quæso accipite in corde bono & optimo, ut præmisi in themate, ut fructus sequatur in patientia, de quo dominus ait: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*, in præsenti per gratiam, in futuro per gloriam. Amen.

Luc. 21.

Sequitur actus secundi diei.

MULTIFARIE, *multisque modis*, patres & domini venerandissimi, *olim Deus loquens* voluntatis suæ beneplacita patribus veteris testamenti pandens *in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio suo unigenito* ad Hebræos primo; quem ex matre, sed virgine nasciturum: * eamdem obumbravit, Filius impregnavit, & Spiritus sanctus adaptavit,

Anno Christi 1433.

A ut esset sine gravamine gravida, sine corruptione fecunda, sine dolore puerpera, secundum Bernardum in sermone. Qui ex voluntate Patris, ut dispersos in unum colligeret, quos tandem in æterno ovili unico unicos ipse pastor reficeret, in totius sui in humanis discursus periodo, in huius mundi agro duo inseruit scilicet veritatem & gratiam: *Quoniam veritas & gratia per Iesum Christum facta est.* Ioannis primo. veritatem, id est, fidem illuminantem intellectum, & gratiam, id est dilectionem iustificantem affectum, quę sunt duo in corde bono & optimo requisita, prout heri dixi per thematis verba: *Qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, fructum afferunt in patientia*, ubi, postquam expositum est primum principale, quod est locus aptificandus in corde bono & optimo, restat declarare secundum, ut annectatur modus congruus, per quem demulceatur & delectetur auditorum animus, utique audientes verbum domini retinent intellectu, ut instruantur affectu, ut delectentur re, ut teneant memoriter, & re impleant efficaciter. Non minus reus est qui verbum Dei audierit negligenter, quam qui corpus Christi in terram sua negligentia cadere permisit: sent. 1. quæstione prima, Interrogo. *Omnis etiam qui audit verba mea, & facit ea, similis est homini, qui ædificat domum suam supra firmam petram*, Matthæi 7. *Sic consentiens esto adversario tuo*, Matthæi 5. Adversarius tuus, verbum Dei est: si facias quod audis, concordasti cum eo, si autem non facis, rixaris cum eo, & si non composueris te ut facis, tradet te iudici tuo, & iudex ministro, & in carcerem mittent te. Beatus Augustinus in libro de decem chordis, capite decimo. Sed diceret forte simplex laicus, aut hirsutus clericus: Certe hoc facio, verbo Dei me conformo, sicut prædicat prælatus meus, ita credo, ita & ago. Respondeo, Optime facis, si bene te docet ille prælatus vel sacerdos. Nam in his quæ pertinent ad fidem, & ad bonos mores, nullus excusatur, si sequatur errorem cuiuscumque docentis. In talibus nec ignorantia, nec simplicitas excusat, ait sanctus Thomas, quodlibeto tertio, articulo decimo. ita Evangelium diffinit: Si cæcus doctor cæco populo ducatum præstet, neuter excusabitur, sed ambo simul in foveam cadunt, Matthæi decimoquinto. Sed quid igitur facit clericus & populus insurgentibus doctrinis insolitis, a quibuscumque doctoribus: respondet beatus Augustinus libro tertio de doctrina Christiana: Consulere habet regulam fidei, quam de scripturarum locis planioribus, & ecclesiæ auctoritate percepit, & id credere quod secundum ecclesiæ auctoritatem tenetur publice. Debet etiam ad Dei misericordiam recurrere, & eius illuminationem incessanter implorare, dicens cum psalmista: *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte*, orans cum ecclesia: A cæcitate cordis libera nos domine. Debet etiam ab aliis peritioribus inquirere, non enim Deus deficiet suis, nisi in pulsando fuerint negligentes: nam *custodit dominus omnes diligentes se*, in psalmo. *custodietque rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter*, Proverbiorum cap. secundo. Debent & ultimo simul omnes ad scrutamen conscientiæ recurrere, & se toto corde contrito & humiliato Deo committere, ut insonet illa vox domini in tantæ perplexitatis turbine in auribus tam docentium, quam audientium subiectorum: *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis*, quæ geminatur Lucæ 13. quia sæpe dominus iratus malos prædicatores malis mittit, ut utrumque per utrosque iuste damnet, ait sanctus Eusebius super illo: *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* ad Romanos 10. Nempe pro malo merito plebis aufertur doctrina prædicatoris, & pro bono merito audientis tribuitur sermo doctoris. In potestate enim divina consistit, ut cui velit Deus doctrinam veram dare, vel auferre, faciat, ut hoc pro dicentis vel audientis fiat merito, ut modo pro culpa plebis auferatur sermo doctoris, modo vero utriusque meritis tribuatur. Sanctus Isidorus libro tertio de summo bono capite 44. *Melius illis erat viam iustitiæ non agnoscere, quam post agnitionem retro converti*, &c. 2. Petri 2. *Beati ergo qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Lucæ 11. hoc est retinere, tenere scilicet, implere opere, ut gratiam in præsenti, & gloriam sempiternam valeamus reportare, quam nobis concedat Iesus gloriosus, qui imperat & regnat. Amen.

Bernardus serm. 3 de laudibus Mariæ virginis, & alibi.

Luc. 8.

Cap. 94. Aug. li. 5. homil. 26.

Matth. 15.

August de doctrina Christi. l. 3 cap. 37.

Psal. 12.

Psal. 144.

Sequitur articulus.

SACERDOTES domini, exemplo Christi & apostolorum, non debent libere & sine impedimento prædicare verbum Dei, nisi ultra & supra omnem potestatem, quam in sua consecratione sacerdotali acceperunt, se probare possint esse missos a Deo, vel ad hoc sufficienti ecclesiæ prælato. Simile per omnia, & multo fortius est de diacono, ut infra patebit; & hoc ad sensum expositionis terminorum proponentis. Ista conclusio restat probanda multipliciter, primo lege divina; secundo, praxi Christi; tertio, praxi C apostolorum; quarto, praxi ecclesiæ primitivæ; quinto, sacrorum conciliorum; sexto, doctorum in lege domini veraciter se fundantium. Circa primum notandum, quod per legem divinam intelligo legem quadrifariam, æternam, Mosaicam, evangelicam, & canonicam. Probatur conclusio primo per legem æternam. Nam lex æterna est ratio summa in summo principe Deo, cui semper obtemperandum est, per quam mali miseram, boni bonam vitam merentur: per quam illa quæ temporalis est recte fertur, recteque mutatur, secundum beatum Augustinum, libro D primo de libero arbitrio, & ibidem, ut breviter tibi notionem æternæ legis explicem: Lex æterna est, qua iustum est, ut omnia sint ordinatissima, quod declarans S. Thomas in prima secundæ, quæstione 93. articulo 2. docet, quod omnis lex hierarchiæ derivatur a lege æterna, ac per hoc omnia sunt constituta in ordine debito, si suo modo regulantur a lege æterna, dicens: Sic lex importat quamdam rationem directivam actuum in finem ordinatorum. Constat autem quod in omnibus moventibus ordinatis oportet quod virtus secundi moventis derivetur a virtute moventis primi: quia movens secundarium non movet nisi quantum a primo movetur. Hoc patet in artificialibus & moralibus. In artificialibus quidem ratio artificialium actuum derivatur ab architectone ad inferiores artifices qui manu operantur. In moE ralibus etiam, in omnibus gubernantibus videmus, quod nomen gubernatoris derivatur a primo gubernatore ad secundos, & inferiores subordinatos. Cum ergo lex æterna sit ratio gubernationis in supremo gubernante, necesse est quod omnes rationes gubernationis, quæ sunt in inferioribus gubernantibus, a lege æterna deriventur. Hæc ille. Quæ autem sit ratio, & quis ordo in illuminatione fidelium servandus ab æterna lege derivatus, notandum, quod sicut in ecclesia triumphante sunt tres angelicæ hierarchiæ, quarum Trinitas beatissima caput est, quarum supremam illuminat ipsa Trinitas per se, suprema mediam, & media infimam, & non e converso: ita in ecclesia militante sunt tres status suo modo illam imitantes, sub uno capite, quod est Christus, secundum quod homo.

Probatur conclusio per legem æternam.

Cap. 6.

Art. 5. & 3.

sum-

Anno Christi 1455.

summum papa, locu Christi, tenet in terris; me- A diu in episcopi, loco apostolorum; tertium curati, loco septuaginta duorum discipulorum. Ex quibus appatet, qui secuodum divini principatus ordinem, quæ hierarchia vocatur, sint ordinarii ecclesiæ doctores, ad quus inexcusabiliter, ratione qualitatis sui status, pertinet illuminate populum Dei, ac ceteros actus hierarchicos exercere, scilicet ad papam, episcopus, ac plebanos, vel loca eorum tenentes.

Ex hac consideratione subsequentia consideranda sunt attenta mente. Primum est quodam modo quædam causa & ratio, quare modo cessent speciales visibiles illuminationes & inspirationes ho- B minum ab angelis, quæ tamen olim abundabant. Ratio esse potest, quia quando homo facit debitum suum, ut de salutaribus erudiatur, si non est doctrina inter homines. qua erudiri possit, consequens est, ut iuxta divinum ordinem iam expressum illumineiur ab angelis, & ita erat & est de profundis mysteriis divinis, quæ ultra hominem sunt, pro quibus erat opus revelatione. Modo autem, quia scientia domini plena est terra, & de omnibus sufficienter ecclesia Christiana est erudita, ita quod si diligentiam volunt facere quorum interest, & diligenter addiscere, quæ scire debent, possint ex scripturis omnia negotia, & omnem casum necessarium ad salutem salubriter C expedire & discutere; Et ita videtur quod exspectare iam divinam revelationem in casibus etiam arduis, sit tentare Deum, ex quo Deus sufficienter illuminavit ecclesiam in omni scientia divina pariter & humana.

Diversitas statuum in ecclesia necessaria est.

Secundum est, quod distinctionem & varietatem statuum in ecclesiastica hierarchia est necessarium facere, quod ostendit sanctus Thomas secunda secundæ, quæstione 183. articulo 2. propter tria. Primo propter sanctæ universalis ecclesiæ perfectionem. Sicut enim in rerum naturalium ordine, perfectio, quæ in Deo uniformiter & simpliciter invenitur, non potuit in universitate creaturarum reperiri, nisi difformiter & multipliciter: ita etiam multitudo D gratiæ, quæ est in Christo, ut in capite, diversimode ad eius membra redundat ad hoc quod corpus ecclesiæ sit perfectum: Et hoc est quod apostolus ait ad Ephesios 4. *Ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi.* Glossa: Ecce quomodo aliis, aliis minus dedit. Hominibus dat ad mensuram, ipse vero non ad mensuram accipit: hos autem omnes dedit in opus ministerii, ut scilicet quisque posset plene facere opus ministrationis sibi creditæ, si enim unus omnia haberet, non perfecte ageret singula. Hæc ille. Secundo, propter necessitates actionum, quæ E in ecclesia sunt necessariæ, oportet, inquit, ad diversa officia, seu diversas actiones, diversos homines deputari, ad hoc quod expeditius & sine confusione singula expediantur: Et hoc est quod apostolus dicit ad Romanos 12. *Sicut in uno corpore multa habemus membra, non autem omnia membra eundem actum habent.* Item: *Multi unum corpus sumus in Christo.* Tertio hoc pertinet ad dignitatem & ad pulchritudinem ecclesiæ, quæ in quodam ordine consistit. unde in laudem ecclesiæ dicitur in psalmo quod est circumamicta varietate, gloriosa doctrina apostolorum, confessione martyrum, puritate virginum, & lamento monachorum seu pœnitentium, ornatur regina, id est, ecclesia: In cuius figura regina Saba videns omnem sapientiam Salomonis, & habitacula servorum, ordinesque ministrantium, non habebat ultra spiritum, 3. Regum 10. capite. Nam in magna domu non solum sunt vasa aurea & argentea, sed lignea & fictilia. Hæc sanctus doctor. Idem sub aliis verbis ostendit dominus Petrus de Tarantasia, qui & Innocentius V. ad Ephesios 4. & præter prædicta, addit duas rationes alias, dicens: Facta est distinctio officiorum propter multa in ecclesia. Primo propter mystici corporis integritatem, secundum illud 1. ad Corinth. 12. *Si totum corpus oculus, ubi auditus?* Secundo, propter singulorum membrorum utilitatem: dicitur enim prima ad Corinthios 12. *Non potest dicere caput pedibus, Non* B *estis mihi necessarii.* & Deuteronomii 1. *Non possum solus sustinere vos*, ait fidelis Moyses. ad quod refertur, quod apostolus ad Ephesios 4. dicit. *Veritatem facientes in caritate crescamus in illo scilicet Christo, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum mensuram in operationem uniuscuiusque membri.* Quia secundum diversos gradus ecclesiæ membrorum, competunt diversis diversi actus, minores scilicet & maiores, sicut alii episcopis, alii sacerdotibus, alii religiosis, secundum expositionem Lucæ ibidem.

Psal. 44.
Cassiod. paulo aliter habet.

1. Tim. 2.

Distinctio officiorum in ecclesia cur instituta?

Tertium, quod isti diversi status in ecclesia sunt fundati per Christum, dum iret personaliter in terris, per expressas similitudines. Quarum una est, C quod apostoli, & septuaginta duo discipuli non fuerunt presbyteri, nec diaconi usque ad cœnam domini, tunc enim soli apostoli fuerunt sacerdotes consecrati, sed de 72. discipulis non reperimus ex textu, nisi quod forte Matthias, qui successit in locum Iudæ, & septem, qui ex eis creduntur per apostolos facti diaconi, sic sint ab apostolis ordinati. Non est ergo dicendum, quod illi, qui nec sunt episcopi, nec plebani, sint a diabolo introducti, cum præfati neutri horum essent, dum a Christo fuerunt electi. Alia via est, quia Matthæi 24. Dominus noster diversitatem omnium ad ecclesiam pertinentium volens ostendere, ait sub similitudine: *Duo in agro, duo in lecto, duo in mola, alter assumetur, alter relinquetur.* D Vbi secundum beatum Augustinum libro quæstionum super euangelio quæst. 46. tres status ecclesiæ patescunt. per duos in agro intelliguntur prælati, per existentes in lecto religiosi, per gyrantes in mola laici, quorum semper unus assumetur, scilicet bono fine terminans, alter relinquetur, male finiens. Nam in agro sunt, qui in ecclesia laborando præsunt. In lecto sunt, qui contemplationi in claustris vacant. In mola autem sunt, qui in mundanis solicitudinibus gyrant. De his etiam tribus statibus, Ezechielis decimo quarto: *Hi tres viri, Noe, Iob, & Daniel in sua iustitia salvabunt animas suas*, secundum B. Augustinum parte prima sermonum; sermone 29. Beda libro 5. super Lucam, capite 7. per Noe, qui arcam rexit, prælati; per Danielem, qui con- E templationi vacavit, religiosi; per Iob, qui uxoratus fuit, laici intelliguntur. Hunc ordinem psalmista intelligens dixit: *Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in unum*: & quæ sit iusta unitas, subdit: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, deinde in oram vestimenti.* Nam unguentum, id est, pinguedo totius ecclesiasticæ sanctitatis, ut est in capite, scilicet, in Christo homine, prout congruit ecclesiasticæ hierarchiæ, descendit in barbam suam, id est, beatum Petrum, proximum eius vicarium, & quemlibet eiusdem legitimum successorem. Deinde in barbam Aaron, id est, cuiuslibet prælati seu episcopi legitime succedentis, deinde in vestimentum, id est, ecclesiasticos, deinde in oram vestimenti, id est, populares,

Aug. lib. 2 qq. euangelicarum c. 44.

Psal. 132.

Glossa ordi. ibidem.

ANNO CHRISTI 1433.

quæritur, Quare vult rogari? respondet glossa, quod ideo, ut scilicet ex sua misericordia per internam inspirationem, vel per ministros suos mittat prædicatores in ecclesiam suam. Alia ratio multorum doctorum est, ut per hoc doceat ordinem, quem omnis prædicaturus servare debet, ut scilicet a superiori suam admissionem exspectet, prout exponit Archidiaconus distinctione 21. In novo; ubi hæc auctoritas ponitur. (Cap. 2.) Secundo sic: Certum est omnibus, quod S. Ioannes Baptista fuit sacerdos: quia primogenitus filius sacerdotis, missus a Deo, ut testimonium perhiberet de Dei Filio, ut patet Ioan. 1. Hic quamquam Spiritu sancto repletus, & tantæ sanctitatis quod Christus esse potuisset credi, tamen de prædicationis officio se intromittere ausus non fuit, donec supra auctoritatem sacerdotalem, etiam novam divinam commissionem recepit, dum factum est verbum domini super Ioannem in deserto, & tunc primo incepit prædicare, ut patet Lucæ 3. ubi dicit dominus Albertus sic: Quod ibi data est Ioanni auctoritas prædicandi. Nota, dicit ibi datam, ergo prius non habuit eam, licet esset sacerdos sanctissimus: dicit eum ibi primo missum ad prædicandum, sine qua speciali missione non habuisset auctoritatem prædicandi, ut dicit. Vnde quatuor ibi exprimuntur, scilicet modus prædicandi verbum, verbum prædicatum, auctoritas injungentis, & prædicationis sublimitas. Et consequenter ostendit Albertus, quod etiam istud se extendit ad omnes alios sacerdotes, dicens: *Factum est verbum Dei.* Ecce auctoritas. Dominus enim misit eum ad prædicandum, & non aliter prædicaret, iuxta illud ad Romanos 15. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Hæc ille. Quid ergo nos dicemus, qui ultra sacerdotalem ordinationem, aliam superiorem auctoritatem volumus?

(Per legem canonicam) Quarto probatur per legem divinam canonicam. Et primo sic: Secunda ad Timoth. 2. cap. *Fili*, inquit Apostolus, *conforture in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Glossa: Qui idonei sunt scientia, facundia, & vita alios docere, illis debet prædicatio committi, quia apti reputantur. Nota quod dicit, *commenda*, in textu; &, Committi debet, in glossa: non quod quilibet etiam sacerdos seipsum ingerat, sed quod expectet usque dum sibi committatur officium prædicationis. (Quis sit idoneus prædicator.) Sed diceres, Quis est idoneus? Respondeo quod & si hoc certitudinaliter sciri non possit, hoc tamen ex certis signis haberi potest, quæ ponit venerabilis Augustinus de Ancona, eremitarum ordinis, in libro de ecclesiastica potestate, quæstione 15. articulo 2. Primum si per eum veritas fidei non pervertatur. Secundum, si per eum ecclesiæ mandatum non contemnatur. Tertium, si per eum peccatum accusatione dignum toto conatu fugiatur. Quartum, si per eum novus vivendi ritus non inducatur. Quintum, si per eum etiam verbum Dei delectabiliter audiatur. Sextum, si per eum caritas proximi non spernatur. Septimum, si per eum de operibus bonis mundi gloria non quæratur. Et hanc conclusionem nostram beatus apostolus tam expresse declarat de se ipso, 2. Cor. 10. Vnde arguo sic: Paulus fuit sacerdos, episcopus & doctor gentium: sed ipse noluit se extendere ad prædicandum, nisi tantum illuc, ubi fuit a Christo specialiter missus. ergo nullo modo licet alicui alicubi prædicare, nisi solum in illo loco, ubi missum a Deo vel prælato se potest ostendere. Consequentia nota est. Major omnibus clara est, minor ostendetur: Dicit enim sic: *Nos autem non gloriabimur in immensum, sed secundum mensuram regula, quam mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos in evangelio Christi, non enim superextendemus nos in alienis laboribus gloriantes; & in aliena regula.* Et increpans eos, qui se intromittunt prædicare populis, qui sunt aliis commissi, dicit: *Non in aliena regula, in his quæ sunt præparata. gloriari: qui autem gloriatur, in domino glorietur, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed sed quem Deus commendat.* Hæc ille. Sensus est: Non gloriabimur in immensum, id est, non exercebimus potestatem prædicandi ultra mensuram nostram, quia Deus voluit quod solis Corinthiis pro tunc prædicarem, secundum Ambrosium, nec superextendemus, id est, ultra potestatem nobis commissam, prædicationem nostram non extendemus. Nam superextendere, secundum glossam, est ultra quam conceditur extendi. usque ad vos enim pervenimus; id est, potestas nobis concessa ad vos se extendit. & ita dixit se non habere gloriari in alienis laboribus, & in aliena regula, quia non debuit prædicare sibi non commissis. & hoc ex lege divina.

(Ex praxi domini nostri Iesu Christi.) Est ergo secundo eadem conclusio deducenda ex praxi domini nostri Iesu Christi, per quam eadem hoc modo ostenditur conclusio; & primo in seipso; secundo in suis apostolis. In se quidem, cum ipse esset sacerdos divinissimus in utero matris, in primo instanti suæ conceptionis consecratus, officium tamen prædicationis non exercuit, nisi dum ultra omnem auctoritatem sacerdotalem, quodam modo auctorizatus esset, ita quod Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum descendit, & vox Patris intonuit. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Luc 3. Et adiecit, *ipsum audite.* Matth. 17. Secundo patet hoc idem ex hoc, quod ut nos doceret, quantumcumque presbyteros doctos & sanctos non habere ius vel præceptum alibi prædicandi, nisi quo possemus nos missos probare, ait: *Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israël.* Matth. 15. scilicet ad prædicandum personaliter, nisi tantum Iudæis, secundum glossam, licet per apostolos prædicaret tandem toti mundo. Ecce praxis Christi in se, quis audeat ergo sibi libere posse ubique asserere? Secundo idem in suis apostolis servavit. & hæc est ita clara, quod merito sufficeret pro omni doctrina. Primo sic: Nam dominus noster suos apostolos in cœna consecravit in sacerdotes, dum ait: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. Et tamen ostendit quod non sufficit eis auctoritas sacerdotii, ad officium prædicandi, nisi essent de novo & iterum ad hoc missi. Ideo post sacerdotium primo in die paschæ misit eos ad prædicandum, dans auctoritatem, Ioannis 20. &c. dicens: *Sicut misit me vivens Pater, ita & ego mitto vos.* Et illa missione non obstante, ut scirent ubi deberent prædicare, scilicet ne crederent in sola Iudæa debere permanere, sicut prius quando præceperat eis quod in viam gentium non abirent, iterum misit illos dicens: *Euntes in mundum universum, prædicate evangelium omni creaturæ.* Marc. & Matth. ultimo. Secundo sic: Quamquam apostoli essent sacerdotes, & iam bis missi de novo ad prædicandum, scilicet die ascensionis, & paschæ, nihilo minus adhuc volens docere, non licere etiam cuilibet presbytero sanctissimo & doctissimo, ubi & quando vellet prædicare absque nova superiori commissione, quæ fit Spiritus sancti auctoritate, ait eis in hora suæ ascensionis: *Ecce ego mittam Spiritum Patris in vos, vos autem sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.* Quod tractans beatus Gregorius in suo libro tertio pastorali cap. 26. ait: Admonendi sunt ergo, quos a prædicationis officio vel imperfectio, vel ætas prohibet, & tamen præci-

ANNO CHRISTI 1433.

pitatio impellit, ne dum sibi tanti onus officii præcipitatione arrogant, viam sibi subsequentis emendationis abscindant: Ipsa enim veritas quæ repente quos vellet roborare posset, & ut exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare præsumerent, postquam plene discipulos de prædicationis virtute instruxit, mandavit eis, ut in civitate sederent, donec induerentur virtute ex alto.

In cap. 24 Luc.

Idem S. Thomas in glossa continua, idem Hugo, idem glossa ordinaria. Ecce praxis domini nostri Iesu Christi.

Ex praxi apostolorum.

Tertio probatur conclusio ex praxi apostolica, qua clare deducitur conclusio prædicta. Et primo ex praxi apostolorum, ex praxi septuaginta duorum discipulorum. Primum arguitur primo in speciali de aliquibus, secundo in generali de omnibus. Quantum ad specialem praxin quorumdam apostolorum, patet: Licet presbyteri essent, non tamen alicubi prædicaverunt, nisi quo speciali Dei, vel beati Petri summi pontificis auctoritate fuissent missi.

Et primo hoc beato Petro accidit, de quo dicit Martinus in chronico cap. 3. quod ipse adhuc vivens in carne sibi duos substituit, qui ambo presbyteri fuerunt, scilicet Linus & Cletus, volens quod ipsi curæ omnium ecclesiarum intenderent, ita scilicet, quod non prædicarent, ipse vero Petrus verbi Dei prædicationi & orationi ac contemplationi insisteret. Præterea Paulus licet a Christo missus, licet vas electionis, & sacerdos sanctissimus, imo angelus terrestris, & homo divinus, secundum Dionysium, scribit se non fuisse ausum, sed prohibitum prædicare in Asia a Spiritu sancto, qui etiam eum, quo minus intendit, misit ad Macedonas, ut ibi prædicaret, Actorum 16. Demum idem sanctus apostolus multos presbyteros secum habuit, sed nullum ex his misit Corinthus ad prædicandum, nisi solum Timotheum, qui licet presbyter esset, tamen missionem apostoli exspectavit, nec quisquam aliorum ab apostolo non missorum adivit, ne mittentis conculcaretur auctoritas, & extolleretur missionis utilitas: unde dicit 1. ad Corinthios 4. *Misi ad vos Timotheum, qui est filius meus carissimus & fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas in Christo Iesu.* Quasi dicat secundum beatum Augustinum in libro sermonum Domini in monte, sermone 49. Neminem enim habeo tam mihi unanimem qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Nonne, inquit, cum illo multi erant? Sed quid sequitur? *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi*, & ego pastorem vobis mittere volui, non mercenarium. Nam multi mercenarii sunt, & vix invenit Paulus unum pastorem, quem mitteret inter multos mercenarios, quoniam pauci pastores, multi mercenarii. Hæc ille. Ex quo claret expresse, quod Apostolus sibi reservavit auctoritatem mittendi prædicatores quos vellet, & non mittendi quos nollet, licet sacerdotes essent hi qui secum erant: ita & nunc fit in ecclesia, dum prælatus deliberat ex multis bonis, quem mittere ad prædicandum placeat. Ultimo beatus Marcus evangelista nostris presbyteris utique non inferior, sacerdos fuit & non minus conscius secretorum Dei, qui quamquam evangelium scripserat, adhuc missionem Petri expectavit, cujus ipse discipulus fuit. Unde venerabilis Beda in expositione primæ canonicæ Petri, super illo: *Salutat vos Marcus filius meus carissimus*, dicit: Marcum filium nominat, quia eius baptismate dicitur filius effectus. Unde patet, inquit, quod priusquam Marcum de Roma Alexandriam ad evangelizandum mitteret, epistolam scripserat: tempore autem Claudii principis & Petrus & Marcus Romam venerunt, & ipse

Augustinus simile quid habet tract. 46. in evangelium Ioannis tom. 9. de verbis domini sermone 49.

Philipp. 3.

Marcus descripto Romæ evangelio suo Alexandriam missus est. Hæc Beda.

Ecce praxis apostolorum specialis docet ultra sacerdotii auctoritatem requiri superioris missionem. Idem dixi ex praxi eorumdem deducendum generali. Deducit namque dominus patriarcha Petrus de Palude ordinis mei Prædicatorum theologus & iurista eximius, in tractatu de ecclesiastica potestate, articulo secundo, conclusione secunda, quod quamvis apostoli ante Christi passionem fuerint regimini Christi immediate subjecti, tamen post gloriosam eius ascensionem in prædicando, absolvendo, baptizando, fuerunt summo eorum pontifici Petro subjecti, non solum Christi institutione, qui eum omnibus præfecit, dicens: *Pasce oves meas*; sed etiam apostolorum volitione, quoniam ipsi apostoli voluerunt beatum Petrum esse summum pontificem eorum, ut dicunt Hugutius & Archidiaconus, & est textus distinctione 22. Sacrosancta. Quid mirum? Iam dixerat Dominus: *Fiat unum ovile & unus pastor.* Ioannis 10. Et hunc unum designans soli Petro ait: *Pasce oves meas*: ergo extunc nullus nisi auctoritate Petri habuit oves pascere, nec regere ubicumque. Unde ipsius auctoritatis fuit vocare alios in partem solicitudinis, scilicet pastores, quemadmodum ipse ordinavit de successore Iudæ in apostolatu, quamquam apostolis aliis dederit electionem, & omnia cum consensu disposuerit apostolorum, sicut nunc papa de consilio confratrum suorum cardinalium. Similiter ipsius officii fuit de diaconibus, officialibus, & prædicatoribus ordinare, & eos in officia mittere, licet electionem aliis voluerit committere, sicut fecit dum ait: *Considerate ex vobis viros boni testimonii*: & elegerunt Stephanum primum primicerium septem diaconorum, Actorum 6. sicut etiam Moyses constitutos sub se principes quamvis per se potuisset eligere, tamen electionem populo commisit. *Date ex vobis viros*, &c. Deuteronomii 1. Unde omnis electio & institutio ad aliquam rectoriam pro tunc in tota Dei ecclesia oportuit fieri a Petro, & deinceps ab eius successore, ut dicit Clemens papa successor beati Petri distinctione 80. In illis. Idem dicit sanctus Thomas 4. sententiarum distinctione 19. articulo 1. ad primum, quod licet potestas ordinis æqualiter collata sit apostolis, tamen potestas iurisdictionis non est data eis nisi præsupposita auctoritate distributiva Petri, ita quod omnia facerent secundum ordinationem. Item contra Gentiles libro 4. cap. 76. idem ostendit per hoc, quod soli Petro dictum est post passionem: *Pasce oves meas*, & ante passionem, *& tu conversus confirma fratres tuos*; & quia sibi soli promisit claves regni cælorum, prout gloriosissime deducit ibidem, & concludit dicens; Per hoc concluditur quorumdam præsumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia & subjectione Petri, successorem eius pontificem Romanum universalis ecclesiæ pastorem non recognoscentes. Hæc ille. Idem Hugutius & Archidiaconus in capite, Ita Dominus. Idem dominus Camaracensis, qui in tractatu de ecclesiastica potestate enumerat sex genera potestatum, & concludit omnes æqualiter datas apostolis, ultima dempta, quæ est potestas distributionis, soli Petro commissa. Omnem ergo potestatem prædicandi, baptizandi, & similea receperunt apostoli a beato Petro post ascensionem Domini, non quoad auctoritatem, quia illam a Christo receperunt, sed quoad auctoritatem executoriam, ne quis mitteret falcem in messem alienam spiritualiter aut temporaliter: unde eius fuit diœceses dividere, unicuique suam assignare. Nec obstat,

quod

ANNO CHRISTI 1433.

Petrus Paludanus de ecclesiastica potestate collata apostolis, conclus. 2.

Ioan 10.

Dist. 22 Sacrosancta c. ex Anacleti epist. c. 3.

Dist. 80. In illis, c. 1. Clemens ad Iacobum epist. 1.

S. Tho. 4. sent. dist. 19 q. 1. art. 3. ad 1.

Ioan. 21.

Luc 22.

Matth. 16.

Dist. 19 Ita Dominus, cap. 7. Leo papa epist. 78.

Anno Christi 1433.

quod Christus eos misit in orbem universum, quia ipse indistincte misit, distinctinnem vero Petro reliquit. Sicut Iosue divisit terram in funiculo distributionis, quam tamen non ipse, sed dominus dedit, ita B. Petrus ecclesiam distribuit, quam tamen non Petrus, sed solus Christus proprio sanguine suo acquisivit, unde ait glossa 2. Cor. 10. nutu enim Dei factum est, quod partitum erat unicuique, ad quod in prędicatione dirigeretur, ut singuli aliquos populos haberent proprios, de quorum fide gloriarentur. Ecce praxis apostolica, quæ expresse est pro cõclusione nostra. Idem duxi deducendum per praxim 72. discipulnrum; illi enim non leguntur a domino missi, nisi ante ejus passinnem, & tunc tamen in Iudæa nno ita ample sicut apostoli, qui fuerunt per totam Iudęam missi, sed restricti, ne alibi prædicarent, nisi quo Christus venturus erat personaliter ad prędicandum, ut patet Lucæ 10. unde ipsi post Christi ascensionem, ut prædicarent, leguntur per apostolns ad hoc nfficium de novo electi, ut dicitur 21. distinctione: In novo; Videntes, inquit, apostoli messem multam, id est, totum mundum verbo euangelii illuminandum, & operarios paucos, quia ipsi pauci erant pro taota multitudine convertenda, rogaverunt dominum, ut mitteret operarins in messem suam, & ipsi elegerant 72. discipulns, & miserunt eos ad prædicandum. Vbi dicit Hugurius, quod dominus in veteri testamentn Leuitas per se instituit, sed in novo per apostolos, distinctione 93. Diaconi. Ex quo patet conclusio assumpta ex praxi apostolorum. & 72. discipulnrum, ex quibus Eusebius in historia sua ecclesiastica, libro 2. capite 1. dicit, qund dominus post resurrectionem suam Petro & omnibus apostolis omnem scientiam tradidit, qui eam ulterius 72. discipulis tradiderunt. Hæc ille.

Ex praxi ecclesiæ primitivæ.

Quarto probatur hæc conclusio ex praxi ecclesiæ primitivæ, a cujus ergo exordio inchoantes, ipse beatus Clemens, qui fuit immediatus successor sancti Petri, quem beatus Petrusmet In summum pnntificem erexit, in articuln mortis suæ scribit in epistola sua ad Iacnbum Hierosolymorum episcnpum in fine epistolæ, dicens: Nullum presbyterum in alicujus episcopi parochia aliquid agere debere absque ejus permissu, cunctos etiam presbyteros propriis episcopis, in omnibus absque mnra nbedientes, instituente domino, esse debere docebat. Hæc ille. Hinc beatus Dionysius Areopagita discipulus beati Pauli, distinguens tres actus hierarchicos attribuit diacono purgare, illuminare presbytero, sed episcopo perficere: ita quod in ecclesia primitiva diaconus dicebatur baptizandos purgare, id est, exorcizare. Sed presbyter illuminavit dnm baptizavit, non enim intelligitur ibi illuminare, id est, prædicare, sed dicitur baptizatio illuminatio, quia baptizatn divina lumina communicantur, quæ sunt habitus virtutum theologicarum fidei, spei & caritatis, quæ ibi infunduntur secundum expositinnem Alberti Magni; sed solius episcopi erat baptizatum perficere, id est, prædicare & confirmare. ita exponunt commentatores capite 5. In ecclesiastica hierarchia. Post hnc papa Martinus in chronico, & habetur 21. quæstione 1. Ecclesias singulas; qui sedit annn dnmini 270. cum prius non essent nisi parochiæ, & plebani erant * oves episcnpi, ipse distinxit parochias ab episcopatibus & diœceses a provinciis, dans singulns singulis presbyterns, mandans ut singuli suis terminis contenti essent, & alienos non usurparent, quamquam multi presbyteri essent. Ex qun patet clare, praxin ecclesiæ primitivæ pro conclusione assumpta sententiare.

Dionys. 6. 5 eccles. hierarch. Dionys. ut habetur 23. q. 1. Ecclesias singulas cap. 1. * alia lectio habet, omnes. Dionys. epist. 2.

Ex concil-

Quinto, hæc conclusio probatur per concilia

A antiqua, & per omnia idem ostenditur nobis libro 5. de hæreticis, capite, Cum ex injusto. Ex concilio Lateranensi habetur sic: Sicut multa sunt membra unius corporis, omnia vero non eumdem actum habent, ita sunt ordines in ecclesia diversi, sed non habent omnes eumdem actum, seu idem officium. Nam secundum apostolum, *alios dedit dominus apostolos, alios prophetas, alios doctores*; cum ergo doctorum ordo sit quasi pręcipuus in ecclesia, nnn debet sibi quisquam indifferenter prædicationis nfficium usurpare. Nam secundum apostolum, *quomodo prædicabunt nisi mittantur?* & Veritas ipsa pręcepit: *Rogate dominum messis, ut mittat operarios in vineam suam.* Et in capite, Excommunicamus; Quia vero, B dicitur sic: Omnes qui prohibiti, vel non missi, pręter auctoritatem ab apnstolica sede, vel Inci episcopn susceptam, publice vel privatim sibi prædicationis officium usurpaverint, excommunicationis vinculo nodentur: & nisi quantocius resipuerint, alia competenti pœna plectantur. Hæc ille. Nnrate hæc verba, signate mysteria. Idem habetur sententialiter ex conciliis generalibus, ut patet distinctinne 71. & 72. ex conciliis Carthaginensibus, primo, quarto & quinto, Antiochenn & Romano, & Milevitano, ubi præcipitur in nmnibus istis, qund presbyteri vel diaconi, aut qui in quocumque ordine ecclesiastico constituti fuerint, si recesserint de ecclesiis suis, non debeant suscipi in aliena ecclesia, sed cogi etiam per excom- C municationem, ut inde exeant, & ad suas redeant. Idem dicitur 7. quæstione 1. Episcopi; ex concilio Carthaginensi; Episcopi vel presbyteri si causa visitandi ad ecclesiam alterius episcopi veniunt, in suo gradu, id est, honore suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur. Glossa Huguiii & Archidiacnnus: Quod nisi invitentur, eis non licet. 9. quęst. 2. Nullus primas. Vnde presbyteri debent secum gerere literas dimissorias episcopi: alias nnn debent recipi, nec ad quidquam admitti. distinctione 71. Hnrtamur. Et sic patet conclusio nnstra per sacra concilia.

Anno Christi 1433.

liia articulis. De hæret. Cum ex injusto. l. 5. lib. 7. c. 12. Ephes. 4. Rom. 15. Luc. 10. Lib. 5. de hæreticis. Excommunicamus, nt. 7. c. 13. §. Quia vero. Cap. 38. Cap 8.

Loco sexto si implnraveritis dicta dnctorum, in lege Dei veraciter se fundantium, inter multa pau- D ca pro nunc adducam, residua post allegaturus partim. Ait primus beatus Ambrosius, super epistolam ad Ephesios dicens: Vt cresceret plebs, & multiplicaretur, inter initia omnibus concessum est & euangelizare & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At ubi omnia loca circumplexa est ecclęsia, conventicula constituta sunt, & rectores, & cetera nfficia in ecclesiis ordinata. Sequitur: quasi omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Hæc ille. Secundus beatus Gregorius, & assumitur 6. quæstione 3. Scriptum est in lege: Per alienam messem transiens falcem mittere non debes, sed manu spicas cnnterere, & mandncare. Falcem ergo judicii mittere non debes in E meam segetem, quæ alteri videtur esse commissa, sed per effectum boni operis frumenta dominica vitiorum suorum paleis exspolia, & in ecclesię corpus admovendo & persuadendo, quasi mandendo converte. quod exponit glossa Hugutii, & Archidiaconus, ad literam de prædicatione verbi Dei, quam nemo debet in ecclesiis exercere, quasi jus habens in eis, absque licentia prælati ecclesię illius, sed bene potest transeundo aliqua verba ædificatoria occurrentibus dicere, & sic ens in hortum ecclesię, quasi mandendn corroborare. Sit tertius beatus Bernardus super Cantica, sermone 64. inquiens: Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Et apostolus ait: *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* & scimus monachi non

Ex doctrina doctorum. Ambros. in c. 4. ad Ephes. Cap. 3. respons. 9. ad Augustinũ. Deut. 23. Heb. 5. Rom. 10.

ANNO CHRISTI 1433.

esse officium docere, sed lugere. Ea his similibusque collectis mihi texo rete, & capio vulpem, ne demoliatur vineam. Claret namque & certum est, quod prædicare nec * publice convenit monacho, nec novitio expedit, nec non misso licet. Porro contra hæc tria venire, quanta conscientiæ demolitio est? ergo quidquid tale ingeritur animo, sive illud sit sua cogitatio, sive immissio per angelum malum, dolosam agnosce vulpeculam, & malum sub specie boni. Hæc ille. Sit quartus S. Thomas, qui quodlibeto 12. quæstione 17. istam materiam determinat, & quæstionem in terminis propriis movet, an scilicet liceat prædicare cuicumque absque licentia prælati superioris. & respondendo dicit, quod nullus quantumcumque doctus vel sanctus debet prædicare absque prælati auctoritate; quia nullum agens natum est agere nisi super determinatam materiam, sibi ministratam: prædicatio autem publica respicit totam ecclesiam. Tota autem ecclesia & cura publica ecclesiæ prælatis est commissa, & ideo nullus debet exercere quod requirat auctoritatem publicam, nisi auctoritate prælati. Hæc ille. Sit quintus doctor solennis, licet modernus, Henricus de Hassia, qui parte ultima super Genesim dicit, quod prædicatio non permittitur, nisi missis, scilicet ultra gradum sacerdotalem, specialiter a Deo tantum, vel a Deo per hominem, secundum illud ad Romanos 10. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* Alioquin pseudo-prædicatores non essent prohibendi, cum tamen & ipsi prædicent in nomine Christi, & plerumque idem quod veri prædicatores, ut clarum est. Insuper, inquit, etsi facientes miracula in nomine Christi, non debent prohiberi, quia nullius usurpant officium, nec cuiquam injuriantur, tamen publicæ prædicationes in diœcesibus alienis absque canonica missione prohiberi debent, quoniam episcoporum & curatorum presbyterorum usurpant officium, & eis injuriantur. Et postea declarat, quomodo dicentes se missos a Deo tenentur hoc probare per scripturam, ut Ioannes, vel per miracula, ut Moyses, prout jam dictum est ex conciliorum determinatione. Sit sextus venerabilis Augustinus de Ancona in ecclesiastica potestate, quæstione 64. articulo 1. dicens, quod nec episcopis, nec presbyteris liceat prædicare, nisi missis eis specialiter auctoritate papæ. Nam actus prædicationis est actus jurisdictionis, licet non coactivæ: sed omnis jurisdictio a papa dependet, cujus est signum, quod ipse cuilibet episcopo suam præfigit diœcesim, & auctoritate sua quilibet plebanus suam & sibi commissam gubernat ecclesiam. ergo sicut absque auctoritate superioris, nec ipsi sunt diœcesani, nec plebani curati, ita nec sine auctoritate papæ convenit eis prædicare. Sit pro nunc septimus honorabilis Thomas de Vvalden Anglicus, qui per omnia quasi in propriis terminis concordat, prout patebit inferius. Ad idem sunt omnes postea in corollario allegandi: ad idem sunt omnes prius per alios indices allegati. Et prout præmisi, non credatis nos in sententia concurrere, quia ambo dicimus, quod sacerdos vel diaconus ad hoc quod prædicet debet esse missus, sed in hoc differimus, quod vos dicitis, quod illa missio fit ex mandato domini, & ex ministerio episcopi in collatione ordinis diaconatus vel sacerdotii, & contra hoc militant quæ dicta sunt, & quæ dicentur reprobabunt illud. Octavus sit Vvilhelmus episcopus Parisiensis in suo sacerdotali. Dicit quod auctoritas prædicandi presbytero non datur, nisi cum cura animarum sibi committitur. Hoc enim officium est curæ animarum annexum. Nunquam enim dicitur eis in sua ordinatione; Ite, docete, seu prædicate. docere enim seu prædicare speciale est officium episcoporum, propter quod in suis consecrationibus dicitur eis, Ite, prædicate populis. Episcoporum etiam est, doctores in diœcesibus constituere; quia nulli licet prædicare in quacumque diœcesi, nisi de mandato episcopi. Hæc ille.

* publice in textu impresso non habetur.

art. 29.

ISTA pro tanto conscripsi, quia horum oppositum directe in vestris præsentatis scriptis reperi: dixistis enim in una conclusione, quod quilibet prædicator verbi Dei debet esse missus. & in notabili super termino, Libere, dicit proponens quod talis missio seu licentia datur per ministerium episcopi, & a domino, quando ad ordinem diaconatus vel presbyteratus quis promovetur. conclusistis ergo, quod ex mandato Christi tenentur prædicare, nec possent ab ullo prohiberi. Et ne videretur hoc mirabile, direxistis ad rationes, quas facitis consequenter ad probandum oppositum eorum quę dixi: ad quas respondebo hoc modo. Prima fuit hęc: Sacerdos domini, Spiritu Iesu instigante, potest sine speciali episcopi licentia aut prælati prædicare verbum Dei, ergo sibi licet. tenet consequentia, quia *oportet magis obedire Deo quam hominibus.* Actor. 5. Respondeo, quod assumptum verum est, si aliquis sacerdos se a Spiritu Iesu instigatum ad prædicandum probare potest. *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint.* Circa istam materiam qua quidam dicunt se Spiritu Iesu instigari ad prędicandum, notandum quod valde dubiosum est & periculosum homini semper se præsumere inspiratum a Spiritu sancto. Sciendum, quod secundum B. Thomam, 2. 2. questione 171. artic. 5. mens humana inspiratur a Spiritu sancto dupliciter: uno modo per expressam revelationem, puta per spiritum prophetiæ, vel per donum discretionis spirituum, & qui hoc modo inspiratur, certissimus est quod non decipitur: verumtamen ut prędixi, nec isti missioni credere tenentur alii, nisi probet se sic missum per scripturam vel miraculum; De hæreticis: Cum ea injuncto. Alia est inspiratio per internam instigationem, quę vocatur instinctus, quem interdum etiam nescientes humanę mentes patiuntur, ut dicit B. Augustinus libro 2. super Genesin; & distinguere, an talis instinctus sit a Deo, an a diabolo, tam est difficile, ut via aliquis vivens in hoc semper possit esse certus, ut dicit beatus Bernardus super Canticum homilia 3. & hoc propter motionem mentis nostræ, & Spiritus sancti maximam similitudinem, & angeli satanæ in angelum lucis transfigurationem. Vnde quam stultum sit semper credere tales instinctus a Deo venisse, patet ex hoc, quod etiam prophetæ decepti sunt nonnunquam, putantes esse Spiritum Dei, cum spiritus proprius loqueretur, ut dicit B. Gregorius super Ezechielem: Sunt tamen aliqua signa, quibus discerni potest an sit instinctus a Deo. Primum si sit consonus divinis scripturis. unde dicit Beatus Gregorius moralium 23. super illo Iob. 33. *Semel loquitur Deus & idipsum secundo non repetit*, hoc est dicere, Deus singulorum cordibus privatis vocibus non respondet, sed tale eloquium construit, per quod cunctorum quæstionibus satisfacit, in scripturæ quippe ejus eloquio causas nostras singuli si requirimus, invenimus. Hęc ille. Secundum, si talis motio approbatur spiritualium virorum, & maxime prælatorum judicio, secundum Bernardum. Propter hoc Paulus, etiam postquam revelationem Christi habuit, mittitur ad Ananiam, Cornelius ad Petrum, sic eunuchus instruitur per Philippum, ut approbationem & judicium virorum spiritualium requirere doceremur, sicut de hoc plenius in collatione patrum habetur. Tertium affectus, quem talis interior motio causat. Nam Spiritus divinus facit hominem intus humilem, flexibilem; spiritus

Responsio ad primum argumentū adversarii.

1. Ioan. 4.

De hæret.* Cum ex injuncto. sepiaia 5. probatione conclusionis.

Aug. l. 2. in Genes. c. 17. tom. 3.

Gregorius hom. 1. in Ezech. signa quibus discernitur instinctus divinus a proprio.

S. Gregor. lib. moral. 23. c. 18. & 19.

Act. 10.

Anno Christi 1415.

spiritus diabolicus præsumptuosum & pertinacem. Nam sunt viæ diaboli, secundum B. Bernardum, super illud Psalmistæ. *Qui habitat.* Quartum est ordo inspirandi, quia ordo commotionis Spiritus sancti est, quod loquitur primo in turbine, facit hominem pavidum, timoratum & perculsum, & propriam fragilitatem cognoscere, & postea erigit in spem. Econtra autem diabolicus spiritus, ut dicunt glossæ Luc. 1. & Matth. ult. de terrore boni angeli, qui virginem beatissimam Mariam salutando, & mulieres terruit circa sepulcrum. Quintum est secundum circumstantias personæ, si instinctus non trahat supra propriam * personam, & contra debitum ordinem personarum, inter quas vivit. nam quæ a Deo sunt, ordinata sunt, ad Romanos 13. Sextum, secundum circumstantias personarum, inter quas vivit, si caritatem non infringit, si pacem non turbat, ut beatus Bernardus respondit cuidam abbati, qui se putabat Spiritu Dei moveri. Multa talia signa poni possunt non tamquam certæ scientiæ, sed tamquam quædam conjecturæ, quia, ut dictum est, scientiam de talibus vix aliquis habere potest. Unde Iob 9. *Si venerit ad me, non videbo eum, & si abierit, non intelligam.* Ubi dicit beatus Gregorius: Donec rerum alternantium finis nescitur, accessus, recessusque divinus ignoratur. Spiritus enim ubi vult spirat, & nescis unde veniat, aut quo vadat; ideo periculosum est omni spiritui credere, sed probandi sunt spiritus, si ex Deo sint, docet B. Ioannes evangelista. Si ergo quæris, quis instinctus ad prædicandum, & lucrificandum animam proximi divinus possit dici; respondeo, quod hoc ex quinque possit discerni. primum est, si illi sic moti non moventur ex affectu & desiderio proprio; sed quantum in ipsis est semper desiderant sibi vacare, & nequaquam officio prædicationis deservire, sed necessitatis caritate, vel superioris imperio, ad hoc coguntur: arrogantes vero & qui appetitu laudis vanæ moventur, seipsos ingerunt, & occasionem quærunt, ut loqui & docere possint, nec expectant donec utilitas exigat vel necessitas requirat. Secundum est, quod illi, qui bene afficiuntur, non se esse ex hoc aliis meliores reputant, eo quod ipsi alios docent, sed se magis reputant, sicut veraciter sunt, in majori periculo, arrogantes autem peccatores alios despiciunt, se cunctis sapientiores & meliores reputantes. His duobus dicit beatus Gregorius 23. moral. Sanctæ universalis ecclesiæ spiritualis quisque prædicator, in cunctis quæ dicit solerti cura se inspiciat, ne in eo quod recte prædicat, vitio se elationis extollat; ne vita a lingua discordet. & infra: Indignum se omnibus " indicat, etiam cum dignos cunctis vivat: scit enim, quod bona, quæ innotescunt hominibus, sine periculo vix esse possint, & quamvis sapientem se esse sentiat, vellet tamen esse sapiens, nec videri, atque sibi hoc omnimodo quod loquendo proditur, pertimescit; & si liceat tacere, appetit, dum esse multis tutius silentium cernat: eosque se feliciores putat, quos intra sanctam ecclesiam locus inferior per silentium occultat, & tamen ut sanctam ecclesiam defendat, quia ad loquendum vi caritatis impellitur, ex necessitate quidem officium locutionis suscipit, sed ex magno desiderio otium taciturnitatis quærit: hoc servat voto, illud exercet ministerio. Hanc autem docendi formulam arrogantes ignorant: neque enim loquuntur, quia causæ eveniunt, sed quia causas venire appetunt ut loquantur. Hæc Gregorius. Tertium est, quando quis magno affectu accenditur ad prædicandum, cujus tamen statui repugnat publice prædicare, sed magis incumbit in solitudine vacare, sicut monachis multis, quorum officium est plangere, non docere, secundum beatum Hieronymum. Quartum

S. Bernar. in psalm. *Qui habitat,* in versum 11. ante medium. Serm. 11.

* alter liber mensuram,

S. Greg. lib. moral. 9. cap. 11.

Qualis instinctus ad prædicandum possit dici divinus.

Cap. 4.

judicat

Hieron. ...

A est, si aliquis debilis, & nondum a concupiscentiis * exercitatus, & in humilitate fundatus instigetur ad prædicandum, volens aliis proficere, & se negligere. Unde beatus Bernardus super Cantic. sermone 18. Quod tuum est spargis & perdis, si priusquam infundaris tu totus, semiplenus festinas effundere, contra legem arans in primogenito bovis, & ovis primogenita tondens. Nimirum vitã atque salute, quam alteri das, te fraudas, dum sana vacuus intentione, gloriæ inanis vento inflaris, aut terrenæ cupiditatis veneno inficeris, & lethali apostemate turgens interis. Hæc Bernardus. Quintum est, si affectu hominum ingerit se ad prædicandum; qui nec a prælatis missus est, nec a Deo, sive per vocationem spiritualem: Et de his tribus ultimis dicit B B. Bernardus super Cantic. sermone 64. Claret namque & est certum, quod publice prædicare monacho non convenit, nec novitio expedit, nec non misso licet. Porro contra hæc tria venire, quanta conscientiæ demolitio est? ergo quidquid tale animo suggeritur, sive illud sit tua cogitatio, sive immissio per angelum malum, dolosam agnosce vulpeculam, id est, malum sub specie boni. Hæc ille. Et notandum quod ubi omnia hæc concurrunt, discerni potest, an inspiratio a Deo vel diabolo provenerit secundum humanam conjecturam, non secundum necessariam scientiam. Sed tria ultima sunt manifesta diabolicæ inspirationis indicia. Et sic patet, quid sit dicendum ad argumentum, ubi assu- C mitur, sacerdos Spiritu Iesu inspiratus potest prædicare nolente prælato quocumque. ostendant se inspiratos, & credimus eis. Si quæritur qualiter hoc probari debet, dico quod per miraculum, aut scripturæ sacræ testimonium. & hoc probo multipliciter. Primo ex veteri testamento. nam Exod. 3. dum dominus mitteret Moyseo ad denuntiandum Pharaoni ejus voluntatem, ait Moyses: *Quod signum ostendis mihi, ut credant mihi Pharao & filii Israel, quod me miseris?* statim virtutem miraculorum dominus sibi dedit, ut virgam in colubrum & e converso transformare posset. In novo, ex praxi Christi in se & in suis apostolis. In se, quia cum dixit: *Ego ex Deo processi, & veni in mundum, neque enim a me ipso veni:* D *sed ille me misit,* Ioannis 8. volens ostendere, quomodo hoc esset verum, primo direxit * idem ad scripturas dicens, Ioannis 5. *Scrutamini scripturas, illæ testimonium perhibent de me.* quæ autem fuerint illæ scripturæ, ostendit ipse Lucæ ultimo, dum aperit discipulis sensum ut intelligerent scripturas, dicens: *Oportet impleri omnia quæ scripta sunt de me in lege Moysi & prophetis & psalmis.* Et quia ad scripturarum testimonium non attenderent, ut essent inexcusabiles, fecit opera miraculorum, quibus debebant ipsum credere a Deo missum, ait enim: *Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autẽ excusationem non habent de peccato suo.* Io. 15. Ecce quomodo salvator docuit, quod quicumq; sese a Spiritu Ie- E su instinctum ad prædicandum dicit, hoc probare tenetur miraculis, vel scripturis de se conscriptis. Idem in suis apostolis idem practicavit: nam ut statim dum eos misit virtutem miraculorum eis tribuit, dicens: *Infirmos curate, leprosos mundate,* &c. Matth. 10. Eadem etiam fuit praxis apostolorum, qui suam novam doctrinam confirmarunt per miraculorum consummationem. unde Marci ultimo: *Illi autem profecti prædicaverunt ubiq; domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Ita beatus Paulus ait Cor. *Signa apostolatus mei facta sũt super vos in omni patientia, signis & prodigiis & virtutibus.* Hoc est, apostolatus sua in vobis signa monstravit per patientiã in motibus, & prodigia in signis, secundum beatum

Anno Christi 1415.

versus Vigilant. cap. 8.

* forsan exercitatus;

Deut. 15.

Indicia veri prædicatoris.

* forsan eosdem

2. Cor. 12.

ANNO CHRISTI 1433.

sonam prohibitam, est fornicationis, seu adulterii peccatum. ita quamquam verbum Dei secundum ordinationem ecclesiæ seminare in locis commissis sit licitum; tamen adulterari, id est, ibi prædicare ubi prohibitum est fieri, est demeritorium. imo excommunicationis incurrunt tales periculum, ut patet de hæreticis, Excommunicamus.

Lib. 5 c. 7. Excommunicamus, cap. 13. Responsio ad 4. arg. de prophetia.

Quarta ratio fuit hæc: Cum Eldad & Medad prophetarent, noluit eis Moyses prohibere, Num. 11. Sed dicit, *Quis det, ut omnis populus prophetizet?* Ergo, &c. Respondeo, negando consequentiam; quia magna est differentia inter prophetare & prædicare. Nam prophetare mulieribus convenit, sicut & viris. Sed prædicare non potest proprie convenire nisi tantum viris: Nam *mulieri docere non permitto*, 1. Timoth. 2. nec viris omnibus, nisi tantum presbyteris regulariter, in cap. Adjicimus, 16. quæstione 1. cap. 19. quia toti populo fuisset utile recepisse donum prophetiæ, sed non est utile ecclesiæ quod quilibet sacerdos vellet prædicare libere: & si esset utile, omnes optaremus. Præterea ad prophetandum non requiritur aliquid per se, nisi illuminatio mentis propheticæ divinitus per lumen divinum impressum, sed ad prædicandum plus adhuc requiritur, scilicet missio ad certum locum seu populum. unde missio tria importat. 1. auctoritatem ex parte mittentis. 2. idoneitatem ex parte missi. 3. determinatum locum seu populum ad quem mittatur. Primum est terminus a quo. secundum medium ad quod. tertium est terminus ad quem. sententia est domini Alberti Magni super Luc. cap. 10. de missione discipulorum. Insuper quinto, si Deus omnibus communicaret donum prophetiæ, ex hoc nulla * distasia fieri posset seu deordinatio ecclesiasticæ hierarchiæ: sed si singuli presbyteri indifferenter ubique prædicare vellent, sequeretur maximus error in ecclesiastica hierarchia, ut probatum est ex lege æterna, ergo non est simile prædicare & prophetizare. Sexto, quia habens donum prophetiæ, potest illo immediate uti absque alia probatione, sed qui habet donum prædicandi, non potest eo uti nisi probet se a Deo missum, per scripturam vel miraculum, ut dictum est in responsione ad primum argumentum vestrum. ergo iterum non est simile.

Missio tria importat.

* alter liber discordia

Responsio ad 5. arg.

Ultima ratio vestra fuit hæc: Ita licet facere Christi sacerdotibus, sicut apostolis & 72. discipulis: sed illi a Christo missi non iverunt ad petendum licentiam prædicandi a prælatis, vel alter ad alterum; ergo ita & nunc sine licentia speciali licet prædicare presbyteris. Respondeo negando consequentiam, quia licet apostoli potuissent prædicare sine licentia aliorum prælatorum, quia habebant licentiam sui prælati scilicet Christi, non sequitur, quod ergo quilibet sacerdos; cum non sit omnis talis taliter licentiatus a Christo. Etiam consequentia non valet ex eo quod non omnes presbyteri succedunt apostolis, sed solum episcopi, ut patet distinctione 21. In novo. in actu jurisdictionis. Respondeo secundo negando illud quod pro minori assumitis, quia ut probatum est superius loco tertio, scilicet praxi apostolorum, & discipulorum Christi, dictum est quod apostoli, licet recepissent a Christo domino immediate auctoritatem prædicandi, tamen executionem illius auctoritatis receperunt a beato Petro, quia illi soli tradita fuit potestas pascendi universaliter, & secundum ejus distributionem iverunt singuli apostoli ad implendum præceptum Christi. In cujus signum etiam dictum est, quod apostoli voluerunt Petrum esse omnium eorum summum pontificem, prout deductum est satis clare ibidem. Respondeo tertio, quod apostoli & discipuli non indiguerunt petere licentiam a prælatis illis, quibus volebant prædicare: quia poterant se probare missos a Deo & per scripturas a Christo prophetatas, nunc impletas, qui debebat mittere discipulos, de quibus Psalmista: *In omnem terram exivit sonus eorum.* & iterum per signa miraculorum, quæ fecerunt copiose. Hæc enim sunt duo necessaria ei pro altero eorum, qui vult prædicare absque licentia prælati, ut ostendat se missum esse a Deo, ut probatum est, in responsione ad primam rationem vestram. Et iterum, quia illi prælati non fuerunt superiores apostolorum, sed apostoli fuerunt prælati ipsorum, de quibus Psalmista: *Constitues eos principes super omnem terram.* Ad confirmationem qua assumitis contra prædicta; Beatus apostolus Paulus vocatus a Christo ad prædicandum, non fuit ad apostolos petere licentiam, ut patet ad Galatas 1. Respondeo, quod ratio fuit quæ dicta est, scilicet quia potuit probare se a Christo missum immediate per signa miraculorum, ideo dicit sanctus Thomas ad Galatas 2. Sed posset dicere aliquis Paulo; Unde constat nobis, quod tibi sit commissum evangelium in gentibus? respondet Paulus, *per operationem Christi.* Sicut etiam patet, quod Petrus accepit evangelium a Christo propter miracula quæ fecit Christus per eum; ita patet quod ego, scilicet Paulus, ab ipso accepi, scilicet Christo, etiam propter miracula, quæ operatus est in me. unde dicit, *qui operatus est Petro.* id est, qui Petrum apostolum fecit in Judæa, scilicet Christus, *ipse operatus est mihi inter gentes*, id est, me fecit apostolum gentium: nec tamen totaliter omisit, sed venit ad Petrum, & contulit secum, & cum aliis apostolis evangelium, ut patet ad Galatas 2. Sequitur epilogus.

Cap. 2.

Psalm. 18.

Psalm. 44.

QUOD ista conclusio, conclusioni proponentis contraria, est vera, secundum expositionem terminorum præhabitam: Verbum Dei a sacerdotibus domini non debet libere ac sine impedimento fideliter prædicari & enuntiari. ex deductione sequuntur ista; primo quod ordinarie prædicatores in ecclesia sunt episcopi & curati, quia illi proprie succedunt duodecim apostolis & 72. discipulis domini. Secundo quod alii gradus in ecclesia non sunt a diabolo, quia a Christo, & in veteri testamento sunt præfigurati, ut in agro prælati, in lecto religiosi, in mola laici. Tertium, quod jam non est expectanda revelatio a Deo, ut manifestet quid credere debeamus, quia scientia domini plena est terra, & ecclesia sufficienter in omnibus illustrata. Quartum, quod multum decorat ecclesiam Dei, esse diversos status, sicut decorat corpus humanum, quod habet diversa membra, quorum quodlibet habet distinctum sibi proprium actum. Quintum, quod iste ordo ecclesiasticus debet indefectibiliter servari, ne si quilibet vellet indifferenter prædicare, confunderetur tota monarchia principatus monarchici. Sextum, hoc probatum est auctoritatibus veteris & novi testamenti. Septimum, quod licet omnes apostoli essent a Christo immediate missi ad prædicandum, non tamen licuit cuilibet eorum ire quo voluisset, nisi præsupposita ante divisionem auctoritate Petri, quia soli dictum est: *Pasce oves meas.* Octavum, quod valde periculosum est credere, se a Spiritu sancto inspiratum, nisi possit hoc probari per scripturam vel miraculum. Unde nulli creditur quod sit missus ad prædicandum a Deo, nisi probet scriptura vel signo. Hæc quæso in corde bono & optimo accipite, ut fructus optatus sequi valeat. Quilibet vestrum verbum quod audivit attente retineat loco ejus qui ait: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* In præsenti gratiam, in futuro gloriam Joan. 14.

ANNO CHRISTI 1433.

libro de ecclesiastica potestate, quæst. 64. art. 1. ostendens, quod etiam prædicare in papa est officium jurisdictionis, & non sacri ordiuis, quia & papa electus, qui non esser sacerdos, prædicare posset per se; & cum hoc, officium prædicationis aliis committere: sed oon posses ea quæ suns ordinis, nisi prius esset consecratus. Et hoc ideo, quia id quod est ordinis respicit corpus Christi verum: sed quod est jurisdictionis, respicit corpus Christi mysticum. & ibidem art. 2. probat, quod prædicare non lices episcopo vel presbytero absque licenria papæ, quia prædicare est jurisdictionis actus: sed omnis jurisdictio derivata est episcopis & presbyteris a papa, ad quem spectat diœceses & parochias distinguere, & cuilibet suam assignare, ergo absque auctoritate papæ non licet eis prædicare. Quinro, idem per totum suum processum ponit venerabilis Thomas de VValden, qui concedit, quod ex ordine vel officio sacerdotali cuiquam competat prædicare, nisi possit se missum probare per signa, si a Deo sit, vel mooimenta, si a prælaio se asserat missum. Sexto, hoc dominus Ioannes Gerson io tractatu de ecclesiæ potestate videtur velle, dicens quod potestas ecclesiastica jurisdictionis non coercitivæ in sua latitudine considerata, nedum ad sacramentum pœnitentiæ, sed etiam ad aliorum sacramentorum administrationem, imo ad prædicationem est extensa, quæ omnia respiciunt corpus Christi mysticum. Horum ratio est, quæ pridie est dicta, quod presbytero in sua consecratione non datur nisi duplex potestas, scilicet ordinis, & clavis, quarum neutra affert libertatem prædicationis. Ex isto sequitur secundum corollarium, scilicet quod non obligatur quilibes sacerdos ex præcepto domini prædicare verbum Dei: quod quamvis ex dictis pateat, probarur tamen ex superabundanti, & primo ex veteri lege sic: Illud non est presbyteris præceptum, de quo se licite excusare possunt, sed Ieremias se licite ab officio prædicationis excusavir, nihilo minus presbyter fuit, ut dictum est, ergo non fuis hoc præceptum. Major nota est, quia præceptum obligat non facientem ad peccatum mortale: minor probatur per beatum Gregorium in pastorali, & sanctum Thomam in glossa, Ieremiæ cap. 1. ubi excusat Moysen & Ieremiam ex amore Dei voluisse contemplationi insistere; & Isaiam, qui sponte se obtulit ex amore proximi prodesse. Secundo, sic ex lege nova. Nam apostolus perfectionem corporis Christi mystici disserens, dicit de presbyteris, quod Christus dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. *Numquid*, inquir, *omnes apostoli? numquid omnes propheta? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?* 1. Corinth. 12. Ex quo claret manifeste, quod non omnibus presbyteris præceptum prædicare, cum non sint omnes apostoli, nec euangelistæ. Tertio sic; prædicare est pascere, sed non omoes presbyteri sunt pastores, cum non habeant gregem sibi commissum, juxta illud 1. Petri 4. *Pascite eum qui in vobis est gregem*, scilicet commissum, non alium, jubet ergo, *&c.* Quarto sic; ad presbyterum sufficit aliqua scientia sacrarum literarum, quæ non sufficit ad prædicandum, ut prædictum est, non ergo oportet quemlibet sacerdotem esse prædicatorem, patet consequentia, quia ad oppositum, & sequitur quod quilibet sacerdos qui prædicare nescit, sit contiue in peccato mortali, quod falsum est, quia legimus de multis sanctis presbyteris, qui

Th. VValden. lib. 2. doctr. fidei, cap. 70. & seq. tom. 1.
Gerson de pot. eccles. consid. 5. tom. 2.
2. Corol. Non obligatur quilibet sacerdos ex præcepto domini prædicare verbum Dei.
Gregor. in pastorali, part. 1. c. 7. Item in moral. lib. c. 14.

A fuerunt simplicissimi, nec sciverunt nisi missam pro mortuis, vel de beata virgine Maria, & fructum sibi, & vivis, & defunctis feceruot. Quioto sic; inter actus officii sacerdotalis principalius est consecrare corpus Christi, & magis sibi annexum, quam prædicationis officium. Sed nullus dicit sacerdotem ex præcepto obligari omni hebdomada celebrare missam, aut etiam mense, imo ex familiari instinctu Spiritus sancti si qui totaliter abstinent a celebrando, excusaotur, sicut legimus in vitis patrum de quodam sancto, qui ordinatus nunquam postea celebravit, & beatus Marcus legitur sibi pollicis partem abscidisse, ne celebrare posset, distinctione 13. 4. dicit sanctus Thomas, ut etiam refert beatus Hieronymus in prologo super Marcum. ergo multo minus prædicatio B sic est præcepta, quod non prædicantes obligentur ad mortale peccatum. Sexto sic; si quilibet sacerdos teneretur ex præcepto domini prædicare populo, tunc nullus talis, nisi ex speciali dispensatione domini, posset se dare solitariæ vitæ aut religioni, cui prædicare non competit, sed contemplativæ vacare vitæ, quæ teste beato Gregorio super Ezechielis est caritatem Dei & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quiescere, & soli conditoris desiderio inhærere, *&c.* consequens falsum, ut patet de multis sanctis, qui mundum fugerunt in desertum, anachoreticam vitam duxerunt; & de aliis presbyteris religiosis, qui nunquam prædicaverunt, sed cum Maria C Magdalena optimam vitam seu partem elegeruot, Lucæ 10. Restat ergo solvere auctoritates multas, quibus probare nisus est venerabilis proponens, quemlibet sacerdotem ad prædicandum obligari ex præcepto domini. Primo illud Matthæi & Marci ultimo & Actor. 10. *Euntes in mundum universum prædicate euangelium omni creaturæ.* & Petrus ait: *Nobis præcepit Deus prædicare populo.* & Matthæi 10. hos duodecim misit, & præcepit eis dicens: *Euntes prædicate dicentes, quia appropinquavit regnum Dei.* Ad hos omnes simul respondeo, quod veritas est quod Christus præcepit apostolis prædicare, sed ex hoc noo sequitur, Ergo omnibus presbyteris & diaconibus; quia presbyteri & diaconi non sunt successores apostolorum, sed soli episcopi. Vnde psalmista: D *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Glossa beati Augustini: id est, pro apostolis episcopi. Idem patet per glossam Matthæi 10. & est superius deductum in secunda differentia posita inter sacerdotes curatos, & non curatos, & ut clarius hoc constet, notandum quod hæc verba: *Ite in orbem*, vel, *euntes in mundum universum*, & similia, non fuerunt præceptive ad quemlibet apostolorum dicta, quod probatur, Primo, quia si non, tunc omnes apostoli peccassent mortaliter, eo quod nullus eorum ivit in orbem universum, oec aliquis eorum prædicavit euangelium omni creaturæ, secundum sensum literæ, & sic fuissent transgressores illius præcepti, & sic fuissent omnes damnati. Secundo nota, quod etiam illa verba E non fuerunt dicta apostolis singulis per modum consilii, quia frustra daretur consilium, quod nullus posset, etiamsi vellet, perficere, sed non fuisset possibile humano more cuicumque apostolorum, quod perambulasset totum mundum, ergo hoc non fuit sibi a domino consultum. Tertio dico, quod illa verba non fuerunt dicta cuilibet apostolorum simpliciter, sed omnibus simul collective & generaliter: in cujus signum non dixit dominus ad quemlibet, Vade, sed collective, *Ite*, vel, *euntes docete*. Vnde licet nullus eorum, tamen omnes collective prædicaverunt per mundum universum, sicut & nunc, licet quilibet episcopus, qui est successor apostolorum, non prædicet ubique, tameo omnes simul qui io mundo sunt ita

ANNO CHRISTI 1433.
S. Thom. 4. dist. 13. q. 1. art. 2. ad 1.
Cap. 14 circa medium.
Solut. 1. arg. contrarii, ex verbis, Ite, prædicate.
Matth. 28. Marc. 6.
August. in psalm. 44.

ANNO CHRISTI 1433.

ita disponunt, quod pabulum verbi Dei ministratur populo sufficienter. Quarto, quod illud præceptum datum est apostolis indistincte, ut intelligerent, quod distinctionem Petro commisisset, cui soli dixit: *Pasce oves meas.* Ita & nunc, dato quod hoc præceptum episcopos obligaret, qui sunt apostolorum successores, adhuc nullus eorum esset sufficienter missus ad officium prædicationis per totum mundũ, quia non possunt prædicare in aliena diœcesi, si prohibeantur ab episcopo illius loci, nisi speciali sibi committeretur auctoritate superioris, vel a Deo missos specialiter probare se possent. Quinto, concludo quod per illa verba, *euntes docete*, non est præceptum presbyteris & diaconibus ubique prædicare, quia si sic, si non facerent, essent in statu damnationis. Insuper & omnes Carthusienses, Cistercienses & religiosi alii, qui nunquam prædicarent, in peccato mortali essent, quia facerent contra præceptum Christi. Et ultimo, si sic in generali obligarentur, ipsi essent magis perplexi, quo essent missi, & ad quos. Si ad universum orbem, ubi exsequerentur? & si ad omnes, quomodo idiomata scirent? & si omni tempore, quando prædicabunt, & quando cessabunt? & si ad certum locum, ubi est expressus? si ad certos, nullibi est expressum. Nam ad actum prædicandi requiruntur tempus, locus & auditores, quæ in illis verbis generalibus, *Ite in orbem. Euntes in mundum. Ite, docete omnes gentes*, non sunt assignata. Si dixeritis quod sunt missi ut vadant juxta suum arbitrium, quocumque eis licuerit vel videbitur, & quando, & ubi; hoc faceret infinitam perturbationem in regno ecclesiastico, & turbaret totius ecclesiasticæ hierarchiæ ordinem. quod reprobatum est supra in principio ex æterna lege. Secundo adducitis apostolum 1. Cor. 9. *Væ mihi, si non evangelizavero.* respondeo quod merito, ipse enim ad prædicandum fuit obligatus, & expresse ad hoc a domino legatus. *Non*, inquit, *misit me dominus baptizare, sed evangelizare.* quia secundum glossam, baptizare possunt minores presbyteri, sed ad prædicandum requiruntur homines excellentioris virtutis, 1. ad Cor. 1. sed ex hoc non habetur propositum vestrum.

Ad 2. object. *Væ mihi si non evangelizavero.*

Tertio ad id 2. Tim. 2. *Verbum Dei non est alligatum*, dico quod hoc verbum nihil videtur facere ad propositum, quia secundum textum & glossam ad literam, quod apostolus ibi ostendit, quod quamquam vinculatus esset corpore, non tamen ligatus fuit in ore, quod non posset docere præsentes verbo, vel absentes scripto, verbum Dei sic prædicando, unde præmittit ibidem: *Secundum evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula.* Ad hunc sensum etiam beatus Gregorius exponit eamdem auctoritatem 3. moral. cap. 31. super illo verbo, *Vibrabit hasta & clypeus*, sic inquiens: *Verbum Dei non est alligatum.* quia doctores sancti pro defensione fidei supplicia subeunt, ad eamdem fidem, quot valent, rapere etiam inter verba non desistunt. Vnde idem apostolus ait: *In quo*, scilicet evangelio, *laboro usque ad vincula, quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum.* quasi diceret, hasta quidem suppliciorum ferior, sed tamen verborum sagittas emittere non desisto: vulnera crudelitatis accipio, sed cor fidelium vera loquens transfigo. Ideo sancti cum vulnera patienter suscipiunt, prudenter contra corda infidelium sagittas prædicationis reddunt. Vnde nonnunquam agitur, ut ipsi qui in persecutione sæviunt, non tam doleant, quod cor prædicatoris emolliunt, quam quod per ejus verba etiam amittunt. Hæc ille. Quarto illud Luc. 12. *Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam?* Hoc omnino non probat propositum, quia intelligitur tantum de curatis & prælatis, prout eam exponunt postillantes. Nam dominus multa dixit in parabolis; volens beatus Petrus scire, an istæ parabolæ tangerent omnes generaliter, vel apostolos specialiter, quærit dicens: *Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes?* Et respondet, quod ad eos tantum, & ad loca eorum tenentes. unde subdit: *Quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis?* Albertus: Non extraneis, sed illis, id est, sibi commissis, quibus debet principaliter intendere quilibet prælatus, juxta illud 1. Tim. 5. *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non gerit, fidem negavit, & est infideli deterior.* Hinc est quod dominus dicit Ioannis 10. *Proprias oves vocat nominatim, & ante eas vadit, & oves illum sequuntur.* Hinc est etiam quod Paulus dicit Actorum 20. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus rectores & episcopos*, quasi diceret: Illis specialiter tenemini, qui regimini vestro sunt commissi. Hæc Albertus; cui alludit glossa Bedæ: Vobis qui dispensatores estis instituti, hoc ministerium specialiter commisi de custodia & præparatione, ut & alios & vos præparetis in adventum judicis. Et Hugo ibidem: Dominus constituit servum *super familiam suam*, id est, ecclesiam, *ut det illis*, id est, suis, quibus tenetur magis quam alienis; sibi enim dicitur Proverbiorum 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui.*

Ad 3. *Verbum Dei non est alligatum.*

Quinto ad illud 2. Timoth. 4. *Prædica verbum*, respondeo ut supra, quia Timotheus fuit episcopus Corinthiorum, ideo B. apostolus ostendit sibi quod sit officium episcopi, dicens: *Prædica verbum*, scilicet in tua plebe, quia illuc te misi, & non alibi.

Ad 5. ob. Timoth. Prædica verbum.

Nunc ad auctoritates veteris testamenti. Adduxistis primo illud Isaiæ 58. *Clama, ne cesses*, & quadragesimo: *Vox dicentis, Clama* & ibidem: *Super montem excelsum*, &c. Respondeo, quod istud præceptum Isaiam solum obligat, & ipse tenebatur hoc facere, quia se sponte obtulit; dum dominus ait, *Quem mittam?* ait ille: *Ecce ego, mitte me.* Isaiæ 6. Nec exemplum ejus omnes presbyteros obligat, quia ipse presbyter non fuit, cum esset de semine regio, sed presbyteri erant de tribu Levi. Sed contra hoc ussumpsit dicens: Et si quis dicat, hoc fuisse tantum prophetis præceptum, audiat apostolum ad Romanos 15. dicentem: *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Et Iacob. 5. *Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis, laboris & patientiæ, prophetas qui locuti sunt in nomine domini.* Respondeo, quod ex hoc non habetis, quod præcepta data prophetis obligent diaconos & sacerdotes novi testamenti, sub præcepto, prædicare verbum Dei, nec dicunt hoc apostoli allegati, sed sanctus Paulus dicit sic: *Ad nostram doctrinam scripta sunt.* Sed quæ est doctrina? subdit: *ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Per patientiam scripturarum, id est, per exempla patientiæ in patribus ostensa, quæ reperiuntur in scriptura sancta; spem retributionis æternę concipiamos nos accepturos, secundum glossam: & ad hoc sonant verba beati Iacobi allegata, ubi sic pręmittitur: *Patientes ergo estote fratres, usque ad adventum domini. Ecce agricola expectat fructum preciosum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum.* Post subdit quod allegastis, & concludit: *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis*, &c. Ecce quod docent nos patientiam servare in adversis, & nihil ad propositum est. Illa autem auctoritas, *Super montem excelsum ascende*, probat directe contrarium ejus quod intenditis, scilicet, non esse pręceptum domini, quod singuli presbyteri debeant pręedicare, nisi mittantur in speciali, quod ostendens apostolus ait ad

Ad obiectiones ex vete. testamento.

Anno Christi 1433.

ad Romanos 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est, Quam speciosi super montes pedes evangelizantium pacem?* ubi secundum expositionem almæ matris meæ universitatis Coloniensis notantes dicit, pedes, ut denotes ordinem prædicandi auctoritatis, quæ effluere debeat & provenire a superioribus: vel dico quod ad solos prælatos curatos se extendit, de quibus beatus Gregorius jam exponit in pastorali, cap. 15. Adduxistis etiam Ezech. in cap. 3. & 33. dicentem: *Fili hominis speculatorem dedi te: & sanguinem ejus de manu speculatoris requiram.* Respondeo, quod speculator populi proprie est episcopus ejus, unde dicit beatus Isidorus de summo bono, libro 3. cap. 35. Speculatores cæci omnes, id est, imperiti episcopi, non valentes resistendo malis plebes commissas per verbum doctrinæ defendere. Hæc ille. Quod ostendens etiam de curatis beatus Gregorius in glossa ait: Prædicatorem speculatorem vocat. cui enim aliena cura committitur, speculator dicitur, ut in mentis altitudine sedeat, & vocabulum nominis ex virtute actionis trahat. Item illud Levitici 10. *Habeatis scientiam discernere, &c. & doceatis filios Israel.* Glossa exponit de curatis, dicens: Sacerdotum est docere, & subjectos instruere. Vltimo ad illud Deut. 31. *Leges verba legis hujus coram omni Israel,* respondeo, quod illa auctoritas non probat quod omnibus sacerdotibus conveniat sub præcepto domini prædicare, quia illa verba dixit Moyses tantum Iosue, quem sibi dominus substituit, qui esset dux populi in terram promissionis: & sic legeret verba legis populis, ut servarent ne occiderentur ante ingressum in terram promissionis, & sic patet solutio ad auctoritates quas adduxistis contra corollarium meæ conclusionis. Ad auctoritates sanctorum quas adduxistis, respondeo. Ad primam, quæ est beati Gregorii distinctione 43. Sit rector, illa solvit seipsam, quia loquitur de rectoribus, id est, curatis, & concludendo vobiscum, quod illi debent prædicare sibi commissis, unde dicit: Sit rector; & continue nominat pastores in eodem cap. & quidquid dicit de sacerdotibus, ipsemet de pastoribus & rectoribus intelligi ostendit. Ad secundam, quæ est B. Augustini in prologo sermonum, dicentis, quod sacerdotes præesse non debent, qui prædicare nesciunt, nec alii tacere debent quod sciunt, etiamsi non præsint. Respondeo, dubito, beatum Augustinum ita dixisse, tamen dico, Nequaquam est mens beati Augustini quod velit aliquem sacerdotem non curatum, absque missione speciali a Deo vel prælato, prædicare, quæ etiam probari possit esse alicui commissa, prout ipsemet probat, scribens contra epistolam Fundamenti, cap. 3. dicens, quod quicumque vult prædicare, primo & ante omnia de ejus apostolatu est inquirendum, dicens; Videamus quid me doceat Manichæus, & potissimum illum librum consideremus, quem Fundamenti epistolam dicitis, ubi totum pene continetur, quod creditis; certe sic incipit: Manichæus apostolus Iesu Christi, providentia Dei Patris. Hæc sunt salubria verba, de perenni ac vivo fonte. Iam patienter quæso attendite quid quæram. Non credo istum esse apostolum Christi: quæso ne succenseatis, & maledicere incipiatis; nostis enim me statuisse nihil a vobis prolatum temere credere. Quæro igitur quis sit iste Manichæus: respondetis, Apostolus Iesu Christi. non credo. Iam quid dicas, aut quid facias non habebis, promittebas enim scientiam veritatis, & nunc quod nescio cogis ut credam. Et infra: Quod si in evangelio aliquid apertissimum de Manichæi apostolatu invenire potueris, infirmabis mihi catholicorum auctoritatem, qui jubent ut tibi non credam: qua infirmata jam nec evangelium credere potero: quia nisi per illos illi crediderim, ita nihil apud me valebit quidquid inde protuleris. & infra: Illi enim, scilicet evangelio, credens, non invenio quomodo possim etiam tibi credere, apostolorum enim nomina, quæ ibi leguntur, non inter se continens nomen Manichæi. In loco autem Iudæ quis successerit, in Actibus apostolorum legitur. Hæc ille. Constat autem quod presbyteri ex speciali commissione non missi ad prædicandum non sunt pro apostolis veris acceptandi. ergo nequaquam de mente beati Augustini, quod qui curam non habent, prædicare debeant absq; vocatione speciali. intelligere ergo oportet sua verba, jam dicta, & ad Orosium in fine libri, scilicet quod qui non præsunt presbyteri, debent disponere cum prælato sa mitti, & sic prædicare populo, si videtur congruũ prælato, unde quod dicis in auctoritate, Debent, non est debitum necessitatis, sed congruitatis. quam distinctionem S. Thomas ponit in pluribus locis, scilicet in 4. sentent. distinct. 5. de ministris baptismi, art. 2. ad primum: Et 3. part. quæst. 74. art. 5. ad 3. quia non obligantur, nisi prælato videatur congruere. Sic beatus apostolus adhuc Saulus accessit ad principem sacerdotum, & petiit ab eo literas in Damascum, ut admitteretur contra discipulos domini. Actorum 8. Ad tertiam, quæ est beati Hieronymi super illo textu Ezech. 3. *Dicente me ad impium*, loquitur de curatis, quia dicit, Prædicare tenetur sacerdos: sed probatum est supra ex beato Thoma & Alberto, quod nullus tenetur prædicare, nisi curatus, unde ostendebatur distinctio inter presbyteros curatos & non curatos: Vel loquitur de eo, cui hoc dominus vel prælatus præcepit, sicut prophetæ fecit. ostensum autem est, quod non est præceptum domini, sacerdotes non curatos prædicare. Ad quartam, quæ est Isidori de summo bono libro 3. cap. 56. Sacerdotes damnabuntur, si peccantes non erudiant: Respondeo, quod ad literam loquitur de curatis prælatis, unde subdit circa medium capituli: Nonnulli præsules greges quosdam pro peccatis a communione ejiciunt, ut pœniteant, sed quali sorte vivere debeant ad melius exhortando, non visitant. & circa finem cap. dicit: Notandum ab omni pontifice vehementer, quod tanto cautius agat, quanto durius a Christo formidet judicari. Pro quo & sequentibus sciendum, quod antiqui doctores sæpe pro eodem ponunt istos terminos, Episcopus, præsul, rector, & sacerdos seu presbyter, sicut iste hic facit in eodem cap. quia antiquitus pro eodem censebantur quoad vocabulum, licet non quoad gradum & statum, prout notat Isidorus 7. etymol. exponens 28. nomina ecclesiæ ministrorum, & 21. dist. Cleros: Nec protunc erant multi presbyteri, nisi episcopi, & curati sæculares, clerici vocabantur monachi, de quibus loquitur tota causa 12. quæstione 1. ostendit enim ibi, quod hoc nomine episcopus significat patriarchas, sacerdotes, archiepiscopos, & metropolitanos, illud nomen sacerdos significabat imperatores, reges, episcopos, & presbyteros, quia & reges erant pontifices & sacerdotes. Vnde dicit imperatores Romanorum pontifices dictos, quorum rationes & diversitates exponit ibidem: ita in proposito, auctoritates sanctorum eosdem terminos sæpe pro eodem sumunt, & sic non possunt trahi pure ad sacerdotes præsentis temporis, sed pro sacerdotibus episcopi & curati plebani accipiuntur. Ad quintam, quæ est Chrysostomi homilia 44. Sacerdotes nisi omnem veritatem manifestaverint populo, dabunt rationem in die judicii, possem respondere ut prius: tamen respondeo, quod Omnem veritatem, facit distributionem accommodam, & non universalem distributionem, quia nullus est sacerdos qui sciat omnem veritatem. Sic etiam glossa dicit super illo:

Isaiæ 52.

Gregorius in lib. past. part. 2. cap. 3. & 4.

Gregorius in Ezech. homil. 11.

Glossa interlin. ibid.

Ad objectiones ex scriptis SS. patr. ad 1. dist. 43. Sit rector. c. 1. Gregorius part. 2. sui pastoralis, cap. 4.

Ad secundam.

Ad quintam. Chrysostomus homil. 44. in Matthæi in oper. imperfect. tom 5.

ANNO CHRISTI 1433.

Ioan. 16.

Spiritus sanctus docebit omnem veritatem, id est, necessariam ad salutem. Tamen ultra hoc dico, quod manifestare fit per admonitionem fraternam, etsi non semper per prædicationem publicam. Hanc distinctionem innuit glossa 1. Cor. 12. ubi dicit apostolus: *Sermo meus, & prædicatio mea non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis*. Sermo, inquit glossa, dicitur, qui fiebat in privato, prædicatio in publico.

Ad sextam. Gregorius lib. 1. epist. 33.

Ad sextam, quæ est beati Gregorii distinct. 43. Ephes. Respondeo, quod illa modicum facit ad rem, quia Paulus ostendit se fecisse quod sibi præceptum fuit, scilicet, denuntiare Ephesiis omne consilium Dei, ita & quilibet, cui sic præceptum est, tenetur facere.

Ad septimam.

Ad septimam, quæ est beati Gregorii homilia 17. Nos qui ex oblationibus vivimus fidelium; loquitur de pastoribus, sicut ipse erat pastor universalis ecclesiæ, ideo dicit; Nos.

Ad octavam.

Ad octavam, quæ est beati Augustini in lib. contra Manichæos; loquitur de curatis, unde dicit: Qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi & baptizandi renuerit. & infra: Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, &c.

Ad nonam. Concilium Carthagin. IV. cap. 10.

Ad nonam 43. distinctione: Dispensatio est nobis cælestis seminis injuncta. loquitur de episcopis, quia dicit, Nobis: ita ex concilio Carthaginensi 4.

Ad decimam. Dist 88. Episcopus nullam, c. 6.

Ad decimam: Episcopus nullam rei familiaris ad se causam revocet, sed ut lectioni, orationi, & prædicationis verbo tantummodo vacet. expresse de episcopis loquitur.

Ad undecimam. Distinctione 38. cap. 1. Ignorantia, ex concil. Tolet. IV. cap. 24. & Arelat. IV. cap. 1.

Ad undecimam, ex concilio Toletano in cap. Ignorantia, distinctione 38. Sciant sacerdotes scripturas sacras, & canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat; loquitur ad literam de curatis: quod probatur dupliciter: Primo per verba ibidem expressa, quæ sunt, Ignorantia maxime vitanda est in sacerdotibus, qui docendi officium in populis susceperunt: & constat quod illi sunt curati. Insuper per capitulum immediate sequens, quod loquitur de plebanis, dicens, quod dum ad suas parochias ordinantur, debent recipere librum officialem, id est, officiorum. Et ita apparet, quod auctoritates sunt competenter & veraciter solutæ.

Corollar. 3. Non est præceptum diaconibus a domino ex vi diaconatus officii, prædicare populis verb. Dei.

Ex præmissis sequitur corollarium tertium, scilicet, quod non est præceptum diaconibus a domino, ex vi diaconatus officii, prædicare populis verbum Dei, cujus oppositum posuit dominus proponens. Patet ex omnibus his, quæ præmissa sunt ad probandum hoc, presbyteris non esse præceptum, multo minus diaconibus. Præterea secundo istud non est diaconibus præceptum, quod exequi non debent absque commissione speciali, quia nec presbytero, ut probatum est in conclusionis deductione, ergo diacono non est prædicare præceptum a domino: nec sibi prædicare licet, nisi probet se missum a Deo, vel ejus sufficienti prælato. Tertio, sic hoc ex doctoribus deducitur: Illud quod solis sacerdotibus & prælatis convenit, regulariter hoc non est præceptum diaconibus, sed neque licet eis absque auctoritate superioris: ita est de actu prædicationis verbi Dei, quod regulariter nulli convenit, nisi tantum sacerdotibus, & episcopis, ut patet 16. quæstione 1. Adjicimus; hoc ergo officium nec præceptum est, nec congruit regulariter diaconibus, & hoc in cap. Perlectis, distinctione 25.

16. quæst. 1. cap. 19. Adjicimus. distinct. 25. cap. 1. Perlectis.

Quarto dicit Hugutius, quod diaconibus nunquam licuit prædicare, nisi cum ad officium prædicandi a sacerdotibus fuerant invitati vel rogati, sic enim & non aliter potest diaconus prædicare licite, distinctione 92. In sancta, & cap. Diaconus, & 11. quæst. 1. Sicut enim.

D. 93. Diaconus, cap. 23. & dist. 92. cap 2. In sancta. 11. q. 1. c 10. Sicut enim.

Quinto, idem expresse dicit D. VVilhelmus Parisiensis in suo sacramentali de sacramento ordinis, quod diacono non convenit prædicare ex officio, eo quod dum consecratur, sibi in porrectione euangelii non dicitur: Accipe potestatem prædicandi, sed, accipe potestatem legendi euangelium pro vivis & mortuis.

ANNO CHRISTI 1433.

Art. 1.

Sexto sic: Beatus Thomas 4. distinctione 6. dicit, quod, diacono non licet prædicare, sed bene baptizatum instruere, quia solius presbyteri & episcopi actus est prædicare. Septimo sic: B. Dionysius quinto capitulo ecclesiasticæ hierarchiæ distinguit diaconum a presbytero, eo quod diaconi est purgare ante baptismum catechizando, presbyterorum illuminare baptizando, sed episcoporum post baptismum perficere prædicando & confirmando: ergo prædicare non convenit diacono ex officio vel præcepto.

Mag. in 4. di. 24. Diaconorum ordo.

De hæret. Cum ea injuncto l. 5. tit. 7. c. 12.

Per hæc respondeo ad ea quæ in contrarium adduxit, scilicet auctoritatem Isidori, & habetur 25. distinctione, Perlectis. & per Magistrum in 4. distinct. 24. ubi dicitur: Sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconibus novum prædicare præceptum est. Ad hoc respondeo primo secundum Hugutium ibidem, quod intelligitur cum diaconus a sacerdote rogatur vel invitatur, ut jam dictum est. Secundo, secundum Henricum Botz, & habetur de hæreticis, libro 6. capite, Cum ex injuncto; dicentem, quod diaconus non potest prædicare, nisi ex delegatione. Tertio, secundum Ioannem Teutonicum in glossa capitis Adjicimus; dicit, quod prædicare ponitur pro legere publice, & hæc est verissima responsio, quia diacono est præceptum publice legere euangelium. Hoc idem affirmat Laurentius distinctione 92. In sancta, dicens: Hoc intellige ex delegatione, alias solius presbyteri officium est prædicare. Vel, inquit, hic prædicationem appellat lectionem euangelicam. Idem loco tertio asserit VVilhelmus Duranti in rationali divinorum, in capitulo de diacono, ubi de diacono dicit, quod præceptum est sibi prædicare, id est, legere euangelium publice. Et nota, si sic tunc lectores haberent prædicare vetus, diaconi novum testamentum, & sic officium prædicationis esset multum commune, & reputationis modicæ, & divisum quoad materiam prædicandorum.

Durant. in rationali divin l. 2. c. seu rubr. 9.

Corol. 4. Congruum est multos esse missam celebrantes, etsi non sint tot prædicatores.

Ex isto sequitur quarto, quod valde congruum est, multos esse missantes, vel missam celebrantes, etiamsi non tot sint populo prædicantes: probatur multipliciter. Primo, quia prædicatio est pro loco & tempore moderanda, & intermittenda: sed missa est quotidie continuanda, ergo propositio vera. Consequentia nota, & probatur major, quia dicit beatus Gregorius in quadam homilia: Dispensanda est prædicatio pro loco, tempore, & auditorum capacitate, quæ si rara fuerit, non sufficit, si assidua, vilescit, nec multis sermonibus opus est, sed efficacibus, ait Seneca epistola 38. Insuper salvator noster triginta tribus annis in hoc mundo fuit, & tantum prædicavit tribus, triginta annis tacens: Et ad minorem accedamus, quæ probatur primo ex doctrina communi, quæ est sancti Thomæ 4. distinctione 13. & Innocentii in libro de missa, dicentis, quod missa debet esse in ecclesia quotidie quintuplici ratione. 1. Quia oportet semper paratam esse medicinam contra quotidiana peccata. 2. Vt lignum vitæ semper sit in medio paradisi. 3. Vt nobis Christus quotidie uniatur sacramentaliter, & nos ei spiritualiter. 4. Vt sit apud nos jugis memoria dominicæ passionis. 5. Vt vero agno, loco typici, quotidie utamur, quem Iudæi ad vesperam convertendi esurient, famem patientes ut canes, secundum psalmistam. Secundo hoc statutum est propter hæreseon eliminationem: dicitur namque in rationali divinorum, libro 4. cap. 1. quod dum hæreses in diœcesi Moguntina pullularent, scilicet quæ Trinitatem impugnarent, ex institutione Alcuini magistri Caroli magni, Bonifacii archiepiscopi Moguntinensis rogatu, statuentis prima feria de

Q. 1. art. 2. Q. 1.

Psalm. 58.

Trinitate

ANNO CHRISTI 1433.

Trinitate dicebatur missa, secunda de Sapientia, tertia feria de Spiritu sancto, quarta de caritate, quinta de angelis, sexta de sancta Cruce, septima de beata Virgine. Cessante causa illa, cessavit & effectus. Hæc ibi. Hinc est, quod propter devotionis reverentiam, & sacramenti necessitatem, plures sacerdotes solent plures missas in eodem die celebrare, sicut de sancto Leone papa legitur, quod eamdem missam septies, aliquando novies celebravit, ut dicit Mimatensis ubi prius. Tertio, hoc est, ut sicut in veteri testamento fuit sacrificium, ita in novo panem accipiamus quotidianum. Quarto, propter multitudinem sacerdotum, quorum major est numerus, qui habent missas celebrare, quam prælatorum, qui habent prædicare. Quinto, ratione populi, quia populo jam fundato in fide, major est necessitas providendi de eo, quo negligentiæ quotidianæ purgantur, gratiæ augentur, & virtutes roborantur, ad quod est virtus missæ. Non sic de prædicatione, ergo, &c.

Mimatensis lib. 4. c. 1.

Ad obiectiones.

Ad ea quæ in contrarium adducta sunt, primo sic: Christus tantum semel missavit, & pluries prædicavit. Ergo vultis ad minus concludere, quod si sacerdos vult sæpe celebrare, debet etiam sæpe prædicare: respondeo, negando consequentiam: tum primo, quia si omnes presbyteri quotidie celebrarent missam adhibitis debitis circumstantiis, esset valde laudabile: sed si omnes quotidie prædicarent, esset confusibile: Tum secundo, quia Christus non instituit hoc sacramentum propter seipsum, sed propter perfectionem viatorum, ut qui manducarent eum, haberent vitam æternam. Ioannis 6. ergo non oportuit eum toties celebrare, sicut prædicare. Ideo dicit apostolus ad Hebræos 10. *Vna oblatione consummavit sanctificatos in sempiternum:* & ideo quia homo quotidie indiget salutifera ejus virtute, potest quotidie laudabiliter illud sacramentum accedere, ideo dicit dominus Lucæ 11. ubi docet petere panem quotidianum, & beatus Augustinus dicit in expositione in libro de verbis domini: Si quotidie acceperis hoc sacramentum, quotidie tibi est hodie, tibi hodie est Christus, tibi quotidie resurgit, hodie enim est, quando Christus resurgit. Hæc ille, prout dicit sanctus Thomas in 3. parte quæstione 80. art. . Tum tertio, finis etsi sit primum in intentione, est tamen ultimum in consecutione: eucharistia autem est finis ad quem omnia sacramenta ordinantur, secundum beatum Dionysium; sed prædicatio Christi fuit dispositio fidelium ad credendum, & ad digne suscipiendum hoc divinissimum sacramentum: ergo licuit sæpe prædicare pro credentium prædicatione, tantum semel missare; sicut licet finis sit unicus, tamen media ad eumdem finem sæpe sunt plura. Tum quarto, quia missa suo modo tam plena est mysteriis, sicut sol atomis, mare guttis, firmamentum stellis, & sicut cælum empyreum angelis, oportuit præcedere multas dispositiones prædicationum ad finaliter credendum tantum mysterium, quod per unicam celebrationem Christi est institutum. Tum quinto, quia missam, quam Christus celebravit, in memoriale suæ passionis instituit, sed tantum semel mori debuit, ergo sufficienter egit, & tantum semel celebravit, sed habuit in multis locis prædicare, & multa documenta in credendo, agendo, cavendo, gliscendo, timendoque tradere, quæ non potuit unico actu expedire: ergo decuit pluries eum prædicare, & tantum semel missare.

August. de verbis domini, serm. 28. tom. 10.

Ad 2. obiectionem.

Secundo sic arguit dominus proponens: Inter omnia sacerdotis officia, post vitæ justitiam, plus est laudanda prædicatio, quia longe extensius prodest, ergo diligentior, vel æque diligens debet esse sacerdos ad prædicandum, sicut ad missandum. Respondeo quod antecedens est declarandum, ut patet ex dictis, quia actus missandi præceptus est omnibus sacerdotibus etiam sæpe fieri, addita commoditate, domino dicente: *Hoc facite,* &c. *quotiescumque feceritis,* &c. Lucæ 22. ubi vox, Quotiescumque importat multitudinem missationis, etiam actus prædicationis non est omnibus præceptus a domino. Ergo laudabilius est sacerdotes non curatos satisfacere præcepto domini celebrando, ad quod sunt obligati, quam prætermissis missationibus prædicando, ad quod non sunt astricti. Insuper 2. quia missare est actus ordinis sacerdotalis, quem singuli habent ex charactere sacerdotali, sed prædicare est actus pure jurisdictionis non coercitivæ, ut prædictum est, magis enim astringitur sacerdos ad id, quod sibi convenit ex vi ordinis sacerdotalis, quam ad id, quod sibi non convenit, nisi superveniat commissio jurisdictionis. Sciendum tamen, quod in casu forte esset laudabilius prædicare ei, qui habet auctoritatem, quam missare, scilicet si esset populus infirmus vel infidelis, deficiens in his, quæ credere vel agere teneretur, tum, si talis sacerdos sibi utrumque facere non posset, potius esset ei prædicandum, quam missandum, & tunc diceretur prædicare esse melius, quam missare, non simpliciter & absolute, sed stante tali conditione. Et sic secundum quid cederet perfectius minus perfecto, scilicet, in ordine ad talem populum infirmum & ægrotantem, sicut vinum licet in se sit melius quam aqua, tamen aqua melior est febricitanti. Verumtamen ut communiter actus missandi non repugnat actui prædicandi, imo simul stant, & unus ordinatur ad alium, sicut prædicatio ordinatur ad hoc, ut populus devotius præparetur ad audiendum missam. In cujus signum prædicatio sæpe solet fieri infra missam ante elevationem. Sed secundum communem formam prędicatio non est pręstantior his quę sunt ad finem: sed prędicatio est ad finem missationis, scilicet ut celebrantes devotius agant, & astantes intimius consequantur ejus fructum. Vnde secundum sanctum Thomam 3. partę quęstione 79. articulo 2. ad 2. effectus sacrificii in quolibet homine participantur secundum dispositionem, sicut & cujuslibet virtutis activę. nam actus activorum sunt in patiente bene disposito, ad quam bonam dispositionem operatur prędicatio. Certum etiam est, quod missatio frequentata seu quotidiana est universali ecclesię necessarior, quam prædicatio quotidiana, attenta jam vulgata doctrina fidei. Ex quo sequitur quod ista argumentatio non valet: Christus pluries prædicavit, & tantum semel missavit, ergo salubrius est prædicare quam missare. Nam in simili forma non sequitur: Christus sæpe manducavit, sæpe oravit, sæpe cubavit, ergo melius est orare, manducare, cubare, quam prædicare vel missare. non sequitur iterum: Christus sæpe prædicavit, & tantum semel crucifixus est, ergo utilior est ejus prædicatio, quam passio: quia non arguitur semper perfectio ex hoc quod aliquid multiplicatur in sua specie magis per individua, quam aliud; imo magis arguit imperfectionem: eo quod hujusmodi multiplicatio individuorum super quadam defectibilitate sive indigentia fundatur. Quia sicut species non potest perpetuari in uno individuo, sed acquirit perpetuitatem in multis sibi succedentibus, sic in corruptibilibus est hujusmodi multiplicatio, quæ tamen non est in æternis. Insuper media ordinata in finem ultimum, quæ se habent ratione utilis, multiplicantur, sed finis ultimus, qui habet rationem honesti, non multiplicatur, ut clarum est, quia potior est conditio finis ultimi, qui non multiplicatur per individua, quam conditio mediorum, quæ multiplicantur. Ergo, &c.

In casu aliquo laudabilius est prædicare quam missare.

Ex isto sequitur corollarium aliud, scilicet quintum: Congruit cultui divino in ecclesiis ut sit rationalis

Corol. 5. Congruum

cultui divino in ecclesiis ut fit rationalis altarium multiplicatio.

nalis altarium multiplicatio. Cum enim secundum dominum VVilhelmum Parisiensem in suo sacramentali, tanta sit necessitas missationis, quod sine illo sacrificio non esset sufficienter provisum fideli populo, nec cultui divino, hinc, ut dicit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 85. art. 2. ad 3. templa & altaria sanctis erigimus, non quod ipsos, sed solum Deum, qui nobis & ipsis Deus est, honoremus, ut dicit beatus Augustinus libro 8. de civitate Dei. Unde sacerdos super altari offerens sacrificium, non dicit, Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victoriis gratias agimus, & nos ad imitationem eorum incitamus. Hæc sanctus Thomas. Hæc autem altaria sic ad Dei cultum erigere patres veteres nos docuerunt. Nam Noe primus, deinde Abraham, Isaac & Iacob, altaria ædificasse leguntur, qui non aliud nisi lapides erecti intelliguntur, super quos sacrificia mactabant, quæ supposito igne divino cremabantur. Moyses etiam fecit altare de lignis Sethim, & dicitur altare thymiamatis, quod vestivit auro purissimo, prout dicitur Exodi 2,. 27. 30. capitibus. Et 1. Machabæorum 4. Iudas Macbabæus, & fratres ejus, & universa ecclesia statuerunt, ut dies dedicationis altaris ab anno in annum, per dies octo celebretur: hinc in psalmo dicitur: *Constituite diem solennem in condensis usque ad cornu altaris*, ut videlicet in diebus festis adeo conveniat populus ad ecclesiam, quod fiat condensatio, id est, compressio usque ad cornu altaris, ita quod ecclesia impleatur populo & clero. Ideo translatio Hebraica habet, In congregationibus, & translatio Romana habet, In confrequentationibus, videlicet populi Christiani, secundum expositionem de Lyra. Unde beatus Gregorius 9. Moralium moraliter: Solennem namque diem domino in confrequentationibus constituit, quisquis se assidue in ejus desiderio affligit, qui nimirum solennitatis dies usque ad altaris cornu tendi præcipitur: quia tamdiu necesse est, ut quisque se afficiat, quousque ad superni sacrificii altitudinem, id est, gaudia pertingat æterna. Hæc ille. Salomon quoque legitur 3. Regum 7. capite altare aureum fabricasse. Ab his ergo antiquis patribus altaria modernorum sumpserunt exordium. Nempe altare & ara, quæ aliquoties indifferenter inveniuntur. Interest tamen, nam altare, quasi alta res, vel alta ara dicitur, in quo sacerdotes incensum adolebant: Ara vero, quasi area, id est, plana, de ardore dicitur, quia in ea sacrificia ardebant. Porro triplici ex causa hæc altaria consecrantur. Primo ad sacramentum in ipsis offerendum, juxta quod Genesis 8. dicitur: *Ædificavit Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.* Hoc autem sacramentum est corpus & sanguis Christi, quod in memoriam passionis Christi immolamus, juxta illud: *Hoc facite in meam commemorationem.* Secundo ad nomen Dei ibi invocandum, unde Genesis 12. *Ædificavit altare Abraham domino, & invocavit ibi nomen domini qui apparuit ei.* Hæc autem invocatio, quæ fit super altare, proprie dicitur missa, ex eo quod cælestis missus, scilicet Christus, a Patre, qui ipsam hostiam, & per eumdem a nobis Patri mittitur, ut pro nobis intercedat. Tertio, ad cantandum missas in eo, unde Ecclesiastici 47. *Dedit illi contra inimicos potentiam, & stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.* Ex quibus apparet, quod objectio domini proponentis nulla est, ubi allegat contra pluralitatem altarium istud Oseæ 8. *Multiplicavit Ephraim super altaria ad peccandum.* nec illud Amos 3. *Visitabo super altaria Bethel.* & Oseæ 10. *Tribulus ascendit super aras eorum.* quia illa dicta sunt contra eos, qui ædificabant altaria idolis, & immolaverunt dæmoniis, & non Deo, diis quos ignorabant, ut dicitur Deuteronomii 32. nos autem non sic, sed soli Deo vero, & sanctis ejus in gloriam ipsius, quoniam *mirabilis Deus in sanctis suis*, dicitur psalmo ultimo. de quibus Psalmista dicit in plurali: *Altaria tua domine virtutum, rex meus & Deus meus*, psalmo 83. ubi dicit beatus Augustinus super illo: *Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam*: Est quoddam altare sublime, invisibile, quo non accedit injustus. ad illud altare solus accedit, qui ad istud visibile securus accedit. illic inveniet vitam suam, qui in isto discernit causam suam. & glossa ait: Notandum quod ad altare missam celebraturus sacerdos ascendens ait: *Introibo ad altare Dei*, desiderio enim & amore superioris & invisibilis altaris hoc visibile adire cum modestia debet, æterna, non caduca petiturus, ut Christi celsitudinem humilitate sequatur, qui sic istud altare exponit dicens: Ad Deum scilicet introibo, qui lætificat juventutem meam; accedo enim modo in vetustate, tunc astabo gaudens in novitate. Hæc ibi. sic ergo offeres munus tuum ad altare. Matthæi 5.

Psalm. 117

Triplici de causa altaria construuntur.

Luc. 22.

Psalm 42. August. ibid.

Corol. 6. Cuicumque ex causa rationabili papa prohibet actum prædicationis sub sententia excommunicationis, tenetur obedire, si non vult pœnam illam incurrere.

Sextum corollarium: Cuicumque ex causa rationabili papa prohibet actum prædicationis, vel episcopus loci, sub sententia excommunicationis tenetur obedire, si non vult pœnam illam incurrere. Pro ista declaratione hic sunt notanda tria. 1. Quod licet papæ, episcopo loci, vel prælatis prohibere, ne quilibet sacerdos prædicet in locis sibi commissis, vel diacono indistincte. 2. Quod injuste excommunicati aliquando debent obedire, & sententiam multum timere. 3. Quod talis excommunicatio jam lata non meretur dici prætensa, sed vere & obligatorie impensa, si prædicatio ex causa rationabili alicui fuerit prohibita. patet 1. Quia tota ratio domini proponentis cur illi hoc non possint, est, quia presbyteri & diaconi obligantur prædicare ex præcepto Dei, & ipsi non possunt contra præceptum Dei, igitur in tali præceptione non est eis obediendum. Et audistis ex præhabitis, quod non est præceptum taliter. ergo illa ratio nulla. Et probatur corollarium, quia licet illud papæ & episcopis circa officium prædicationis, quod licuit Christo statuere & prohibere, & practicare in se & suis discipulis, ideo enim dicuntur vicarii Christi in terris: sed Christus in se ipso practicavit, quod quamvis sacerdos esset a primo conceptionis suæ instanti, tamen a prædicatione triginta annis abstinuit. Insuper in suis apostolis statim dum eos misit, certa loca, imo maximam partem mundi eis interdixit, dicens: *In viam Gentium ne abieritis.* & 72. discipulis restrinxit, ne prædicarent nisi in loco ubi ipse erat venturus: præterea & apostolos, quos in totum mundum misit, adhuc ad certos dies prædicare prohibuit, dicens: *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.* Similiter apostolus Paulus volens prædicare Romanis, tandem Antiochenis, prohibitus est a Spiritu sancto. Si ergo tam licite Christus & Spiritus sanctus istos prohibuit, ne prædicarent quando & ubi vellent, cur non papa ita de presbyteris & diaconibus facere posset? Et hæc de primo. Secundo, papa vel episcopus potest illud promulgare, quod dudum statutum & servatum est ab universali ecclesia Dei, sed universalis ecclesia statuit restrictionem prædicantium a principio, scilicet in conciliis Niceno, Carthaginensi, Romano, & multis aliis, ut patet 71. & 72. distinctione. ergo si jam hoc ad practicam ponitur, non est rebellandum: dictum est enim, quod ibi præcipitur sub sententia excommunicationis, non admittendos presbyteros alienos in ecclesiis absque sufficienti testimonio, & licentia sui episcopi. Tertio, sic in propriis terminis istud ponit

Matth. 10.

Luc. 10.

Luc. 24.

Act. 16.

Rom. 15.

Innocentius

ANNO CHRISTI 1433.

Innocentius III. & acceptavit ecclesia Dei oniversalis, scilicet, quod omnes prohibiti, vel non missi auctoritate summi pontificis, aut episcopi loci, non possunt prædicare sub pœna excommunicationis, & aliis remediis, ut patet ibi. Quia vero, De hæreticis, Cum ex injuncto. Aut ergo ecclesia Dei tanto tempore a concilio Nicæno usque nunc licite accepit illa statuta, aut non: si sic, habebo propositum; si non, ergo interim universalis ecclesia stetit in errore, quod est contra euangelium: *Porta inferni non prævalebunt adversus eam.* iterum: *Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* &: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Ad auctoritates, quas in oppositum inducit. Prima est Bedæ super isto: *Invenietis asinam* dicentis, quod hic doctoribus præcipitur non desistere a prædicatione. Respondeo, quod loquitur de doctoribus ecclesiæ, & hi sunt, qui ad prædicationis officium sunt instituti, semper præsupposita auctoritate legitima. Nam doctores præcipuum tenent ordinem in ecclesia, & sic doctores intelliguntur prælati magni in cap. Ex injuncto: in illa auctoritate non nominantur presbyteri aut diaconi, sed soli doctores, unde non probat propositum. Ad aliam Hieronymi ad Rusticum, dico quod loquitur de episcopis, qui prohibuerunt invidia diabolica permoti, curatos in præsentia eorum prædicare propriis populis sibi commissis, & hoc non licuit, ut patet distinctione 95. Ecce ego. nec hoc fecerunt congruitate, sed invidia simulante, dicitur ibidem. Tertia est Anacleti 43. distinct. Scimus. ubi dicitur quod doctores non debent tempore persecutionis subtrahere verbum; dico quod loquitur ad literam de curatis, unde dicit rubrica ejusdem capituli, Verba prædicationis prælati suis persecutoribus non subtrahant. idem dicit glossa ibidem, quia in istis auctoritatibus, scilicet Bedæ & Anacleti immediate jam expressis, & sæpe pariformiter in dictis doctorum fit mentio de doctoribus. Respondeo quod loquuntur aut de doctoribus curatis, & sic est plana res, talibus enim convenit prædicare nec fugere persecutionis tempore: aut de non curatis, & sic est duplex opinio: una quod doctoribus sacræ theologiæ convenit ubique prędicare, ratione auctoritatis doctoralis, quia sic licentiantur auctoritate papæ, sicut & episcopus in tota diœcesi. & hoc vult Augustinus de Ancona in lib de ecclesiastica potestate, quæstione 64. & hoc videtur prætendere decretalis de hæret. Cum ex injuncto, dicens, quod doctoris ordo est præcipuus in ecclesia Dei, unde prædicationis officium nullus sibi debet usurpare, nisi missus. ex quo sequi videtur, quod in tantum sint doctores privilegiati, quod sint actu missi. Et ideo glossa in cap. Scimus, distinctione 43. comparare eos videtur, vel saltem connumerare prælatis, qui tacere non debent, sed prædicare tempore persecutionis: & illius opinionis videntur fuisse illi doctores per proponentem allegati; sed est alia opinio his contraria sancti Thomæ in lib. contra impugnantes religionem, & domini patriarchæ de Palude in lib. de ecclesiastica potest. dicentis, quod ex doctorali gradu non habent doctores posse prædicare ubi libet, nisi de bono placito curatoris singulariter obtento, ideo auctoritates illæ non ligant. Et quid est tot libros voluisse, & doctores allegasse, cum etsi omnes doctores mundi aliter, vel aliter sensissent, sola ecclesiæ auctoritas, (quæ toties hanc materiam decidit, quæ hanc conclusionem, Quod licet prædicare diacono vel presbytero absque licentia superioris, sedis apostolicæ, aut prælati loci, & quod ipsi hoc prohibere non possent licite; sub pœna excommunicationis sententiæ condemnavit, ut ostensum est,) sufficeret ad compellendum quemlibet catholicum ad credendum ejus op-

De hæret. c. Cum ex injuncto. 12.
Matth. 16.
Matth. 28.
Luc. 22.
Ad Hieronymum ep. ad Rusticum episc. Narbonen. distinctione 95. Ecce ego, cap 6.
Ad Anacletum epistolam 2. distinctione 43. Scimus, cap. 3.
Art. 6.
Capi 3.
Cap. 6.
Art 6.

A positum. Sic enim beatus Hieronymus postquam longo tractatu disputavit contra Luciferianum, conclusit: Poteram hoc unico sole omnium disputationum tuarum rivulos exsiccare; de auctoritate universalis ecclesię loquens: ita & nos credamus, ita quęso singulos, determinationem ecclesiæ clariorem sole accipite, sicque omnium doctorum, qui tamen sua dicta ejusdem solis eradiationi exposuerunt exsiccanda, corripienda, & emendanda intelligite. Quantum ad secundum, sciendum quod sententia injuste lata, dummodo a suo judice fiat, semper est formidolose timenda: & hoc, nisi ejus sententia errorem inducat, vel peccatum mortale afferat: tunc enim nec timenda esset, nec tenenda. Et sic probatur proposi-
B tio primo ex VIII synodo 11. quæst. . Si quis frater aut palam aut abscondite fuerit locutus cum excommunicato, aut junctus communione, statim cum eo excommunicationis contrahat pœnam. Et Urbanus papa ibidem: Quibus episcopi non communicant, & quos ejecerint, non recipiatis, valde enim timenda est sententia episcopi, licet injuste liget. Hinc ex concilio IV. Carthaginensi dicitur ibidem: Clericus qui episcopi districtionem circa se putat injustam, recurrat ad synodum. Ioannes insuper Chrysostomus super epistola Pauli ad Hebræos cap. 2. Vincula ecclesiastica non sunt contemnenda, non enim homo, sed Christus est qui ligat, qui hanc potestatem dedit; & dignos fecit homines tanto honore. & hoc est
C quod dicit beatus Gregorius in principio, Sententia pastoris sive justa fuerit, sive injusta, timenda est. Glossa: nisi in duobus casibus, scilicet cum sententia est post appellationem lata, & cum continet intolerabilem errorem. extrau. de sent. exc. cap. Per tuas. Tertium casum apponunt quidam, cum pro indebitis exactionibus aliquis excommunicatur. extravagante de excessu prælat. Cum ad. Unde dicunt communiter doctores, quod ideo excommunicatio etiam injusta est timenda & servanda, quia non nocet innocenti, sed purgat eum, & sic licet judex injuste agat, iste tamen juste patitur, etiamsi non servaretur; forte ille contemptus tamen injustitiam faceret justam, per talem autem excommunicationem injustam non tollitur caritas, sed solum excluditur homo a com-
D munione ecclesiæ, & a suffragiis ecclesię, quę ita prælati subtrahere possent, ut dicit venerabilis Augustinus de Ancona, in lib. de ecclesiastica potestate quęst. 27. Hoc ei consulendum est, ut sustineat executionem patienter, humiliter, & devote, & quod præsentet se excommunicatori, offerens canonicam satisfactionem, si in aliquo offendit, & sic instanter petat absolutionem. Si ita fecerit, erit ei ad meritum, alias si contemneret, peccaret mortaliter, de sent. excom. c. Per tuas. vel potest querimoniari contra injustum excommunicatorem coram suo superiori, ut allegatum est. Quantum ad tertium, si ecclesia universalis prohiberet sacerdotes ubique prędicare, vel prælati, verbum Dei, non fit excommunicatio prætensa. sed
E veraciter & ex ordinatione impensa. Probetur. Sicut de papa in universo orbe, & concilio generali, ita similiter dicendum est de episcopo in districtu diœcesis suæ. In septem casibus communiter secundum omnem scholam theologorum & juristarum, non est sententia timenda, nec tenenda. Primo si conferatur a non suo judice Secundo, si feratur a suo judice, sed excommunicato publice, nam excommunicatus excommunicare non potest. Tertio, si aliquis excommunicetur a delegato contra intentionem delegantis. Quarto, si lata est sententia post prolatam appellationem. Quinto, si feratur a suspenso a potestate jurisdictionis. Sexto, si feratur nulla admonitione præmissa, & nullo juris ordine servato. Septimo, si sen-

ANNO CHRISTI 1433.
Sententia a suo judice lata, etiam injusta formidanda.
Cap. 28.
11 quæst. 3. Quibus c. 27. 11. qu. 3. Clericus. capite 10. 11 quæst 3. Nemo. c. 31. Chrysostomus homil 4. in epist. ad Heb
Gregorius homil 26. in euang 11 quæst 3. Sententia. cap. 1. de sentent. excom. Per tuas, cap. 11. De excess prælat. Cum ad quorumdam cap. 7.
Sententia non formidanda in 7. casibus.

ANNO CHRISTI 1433.

tentia contineat peccatum mortale, vel aliquid quod sit contra fidem. Planum est autem, quod nullo istorum modorum excommunicatio ista, qua prohibentur prædicantes ne ubique libere prædicent, quodcumque istorum includit; nullus enim potest causare ecclesiam universalem esse non suum judicem, vel sententia excommunicationis eam esse ligatam, nec etiam sententiam esse contra intentionem delegantis nec a jurisdictione eam per aliquem superiorem esse suspensam, vel juris ordinem non servatum, cum ecclesia in generali concilio congregata nullo juris ordine positiva ligetur, nec potest sententiare errorem, vel aliquid quod est peccatum mortale, ut præfatum est superius in declarando, quid sit verbum inspiratum, scilicet, verbum Spiritus sancti per sacra generalia concilia decretum. Pariformiter de papa & episcopis est dicendum, ubi nullus obviat prædictorum casuum: ergo si talis sententia excommunicationis profertur contra eos, qui ubique volunt prædicare, ecclesiasticam tranquillitatem perturbare, & horrorem sempiternum in ecclesia ex hoc ponere, quis dubitat quin talis sententia non debeat dici prætensa, sed veraciter & ex obligatione impensa? Corollarium septimum, cujus etiam dedit dominus exponens contrarium: Sacerdotes domini debent aliquando omittere fidelem verbi prædicationem propter scandalum perversorum.

Corol. 7. Sacerdotes domini debent aliquando omittere fidelem prædicationem propter scandalum perversorum.

Pro quo sciendum, quod ea, quæ sunt populo prædicanda, sunt in triplici differentia. Aut enim sunt credenda, ut articuli fidei, aut agenda, ut ea quæ sunt circa informationem bonorum morum. Falsitates ergo & errores, quæ opponuntur credibilibus, & his quæ sunt de integritate fidei, & sacræ scripturæ, prædicator tacere non debet, transgressiones vero divinorum mandatorum eodem modo tacendo & non pronuntiando esse peccata damnosa, est pestis, in persona enim talium dicitur Thren. 2. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, stulta, & non aperiebant iniquitatem tuam*, quia tales ex gravioribus leviora, quasi divina auctoritate, peccantibus nuntiant, dicentes bonum malum, & malum bonum, sicut glossa ibidem dicit: sed quæ sunt circa morum informationem corrigenda, propter vitationem majoris mali, & ne auditores pejores fiant, quandoque sunt dissimulanda, ut dicit venerabilis Augustinus de Ancona, ubi supra. Ex his elicio, quod in duobus casibus licite potest prædicator verbi Dei tacere, & non prædicare. Primus est ad * prædicandum malum majus, quam ex sermone suo sequatur bonum, puta schisma, vel rebellio contra fidem, vel contra præcepta Dei, aut superioris: non enim licet, vel saltem non tenetur prædicator populo prædicare, quem videt finaliter magis quoad singulos * deservire, quam ex sua prædicatione proficere, juxta illud Matth. 7. *Nolite sanctum dare canibus*, secundum expositionem beati Augustini & Chrysostomi ibidem: unde dicit beatus Hieronymus super 12. prophetas, & assumitur 11. quæst. 3. Quando ergo vir ecclesiasticus prudens atque intelligens multas impietates in ea quæ vocatur domus Dei, esse cognoverit, & non solum multas, sed & fortes, & quæ opprimere possunt justitiam, & in tantum doctorum rabiem processisse, ut accipiant precium in judicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque devitent in portis, & audire contemnant, taceat illo tempore, non det sanctum canibus, & mittat margaritas ante porcos, qui conversi conculcent eas; & imitetur Ieremiam dicentem: *Solus sedebam, quia repletus sum amaritudine*. Hæc ille. Hoc etiam dominus discipulos docuit, Matthæi capite 10. *In quamcumque domum intraveritis, dicite, Pax huic domui: qui autem non receperint vos, exite de illa civitate, etiam pulverem pedum vestrorum*

* for. præcavendum

* for. deficere,

* f. deservire

Augustinus de sermone domini in monte lib. 2. Chrysost. in eum locum homil. 24. Hieronymus in Amos proph. cap. 15.

Ier. 15.

Matth 10.

A *rum excutientes*. Item: *Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Unde beatus Augustinus in lib. 3. contra epistolam Parmeniani, & assumitur 23. quæstione 4. Non potest salubris esse correctio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis restat quam dolor & gemitus. & infra: Revera, si contagio peccandi multitudinem invaserit, disciplinæ divinæ severa misericordia necessaria est: nam consilia separationis, id est, excommunicationis, tunc inania sunt & perniciosa atque sacrilega, quia impia & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos quam corrigant animosos malos. Hæc ille. Et hoc est quod in psal. dominus dicit de seipso: *Obmutui, & humiliatus sum, & silui*
B *a bonis*. scilicet, quæ non docuit, quia salubrem admonitionem recipere non poterant, qui contentionum sententiam perquirebant, secundum expositionem * Isidori: *Et dolor meus renovatus est*, scilicet pro contemptu & obstinatione malorum, sed renovatus est pro damno bonorum, qui amittunt pastum verbi Dei, secundum Hugutium. Hoc etiam de praxi apostolorum exponit B. Augustinus super illo psal. *& veritas tua usque ad nubes*, dicens: Intelligimus doctores veritati omnes portantes ist[illegible] in [illegible]inem caliginosam, per quos Deus coruscat miraculis, & tonat præceptis, de quibus dicit dominus per Isaiam: *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam*, videlicet super vineam malam, hoc est, plebem Iudaicam, *imbrem*, id est, mandabo apostolis meis ut deserant Iu-
C dæos, & non euangelizent. Hæc ille. In cujus figuram sancti Paulus & Timotheus vetiti sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia, & tamen volebant in Bithynia, non permisit eos Spiritus sanctus, sed misit eos ad Macedones, Actorum 16. Secundus casus est, si scandalum oriatur ex doctrina prædicantis inter audientes, quod exponit Alexander de Ales in fine secundæ partis. Si omnes scandalizantur, ut dicit sanctus Thomas 2. 2. quæstione 4[illegible]. articulo 7. quod quæ sunt de necessitate salutis omitti non debent propter cujuscumque scandalum, sed in his quæ de necessitate non sunt, dicendum videtur, quod scandalum quod ex his oritur, quandoque procedit ex
D malitia, cum scilicet aliqui volunt impedire hujusmodi spiritualia bona, scandalum concitando, & hoc est scandalum Pharisæorum, qui de doctrina domini scandalizabantur, quod esse contemnendum dominus docuit Matth. 15. Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate vel ignorantia, & hujusmodi est scandalum pusillorum propter quod sunt spiritualia opera vel occultanda vel etiam interdum differenda, ubi periculum non imminet, quousque reddita ratione hujusmodi scandalum cesset. Si autem post redditam rationem hujusmodi scandalum duret, non videtur nisi ex malitia esse, & sic propter ipsum non hujusmodi spiritualia opera dimittenda: unde idem dicit & in 4. sent. dist. 38. articulo 7. quod licet nunquam sit falsum docendum, est tamen actus do-
E cendi aliquando licite differendus propter melius, scilicet propter scandalum pusillorum præservandum, cujus rationem reddit ibidem dominus patriarcha de Palude, dicens quod doctrina, cum sit eleemosyna spiritualis ad sublevandam miseriam alterius, non est dimittenda quando creditur quod ex ea sequetur spiritualis profectus; quando autem talis profectus non sequitur, sed magis irritatio audientis, jam non est bonum spirituale: & ideo si ad tempus dimittitur propter scandalum audientis, non omittitur aliquid quod pro tunc habeat rationem spiritualis boni. Hæc ille. & per hæc sunt soluta quæ adducit dominus proponens pro parte sua, quia intelligitur dum

Psal. 38.

* alter liber Cassiodori.

Psal. 35.

Isa. 5.

Anno Christi 1433.

dum scandalum nascitur de his, quæ ad salutem audientium spectant, sine quibus salvari non possent, tunc enim propter scandalum perversorum non est omittendum verbum Dei, ut dictum est: non ergo fuit tutum illam conclusionem ponere absolute, & sine necessaria distinctione.

Coroll. 8.

Vltimum corollarium dominus proponens dixit: Non solum sacerdotes minores, sed & prælati majores tenentur verbum Dei fideliter annuntiare: Ad quod declarandum dico, quod prælati & presbyteri tenentur per se vel per alios verbum Dei fideliter annuntiare, non tamen ita tenentur prædicare, quin in casibus sex vel septem ad minus possint supportari. Pro quo notandum, quod in quinque casibus prælati majores possunt licite omittere prædicationem verbi Dei, & alios supplere.

Primus est, si sint impeditæ linguæ, ut patet Exod. 4. de Moyse, quem dominus constituit supremum prælatum in synagoga, ait: *Domine non sum eloquens ab heri & nudiustertius.* Glossa dicit secundum Hebræos: Gracilem & tenuem vocem habuit, & necesse erat clamorosa voce uti, qui a regio fastu prope accedere non permittebatur. Insuper ibidem dominus ait: *Aaron frater tuus Levites scio quod eloquens sit, ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.* Ubi glossa super illo, *ipse loquetur pro te,* Hic subauditur, Ad populum. & cum dicit ibi, *loquetur ad populum,* indicat in Moyse principatum, in Aaron ministerium. Simili de causa beatus Valerius episcopus beato Vin- C centio diacono verbum Dei ad prædicandum commisit, cujus Vincentii passionem seu historiam in ecclesia legimus, quam quidam beatum Augustinum scripsisse dicunt, ubi sic dicitur: Vincentius nobilis genere, sed fide & religione nobilior, beati Valerii episcopi diaconus fuit: cui episcopus, qui impeditioris erat linguæ, vices suas commiserat, & ipse orationi & contemplationi vacabat; unde & ipse beatus Valerius Vincentio ait: Iamdudum tibi fili dulcissime verbi Dei curam commiseram, & nunc quoque pro fide * qua astamus responsa committo.

* pro qua stamus,

Secundus casus est, si nescit linguam populi plene, sicut in vita B. Augustini dicitur, quam scripsit Possidonius Calamensis episcopus, ut ait Cassiodorus D libro de illustribus viris: dicitur enim ibi quod sanctus vir Valerius Hipponensis episcopus ordinavit beatum Augustinum in presbyterum: vir pius & Deum timens exultabat, & Deo gratias agebat, preces, quas frequentissime fuderet Deo, exauditas a domino narrabat, ut sibi concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri ecclesiam domini ædificare, cui rei se homo natione Græcus, minusque lingua Latina & literis instructus, minus utilem prævidebat. Ideo eidem presbytero, scilicet beato Augustino, potestatem tradidit coram se & ecclesia euangelium prædicandi, & frequentissime pertractandi contra usum quidem & consuetudinem Africanarum ecclesiarum. Hęc ibi. Sic enim beatus Augustinus E adhuc viventi Valerio non successit, sed ei accessit. Septima quæstione 1. Non autem.

quæst. 1. Non autem cap. 99.

Tertius casus, si sit infirmus, vel nimis senex: tunc enim per sacerdotes prædicatio & alia opera sacerdotalia expleri possent, sed pontificalia per episcopos vicinos. Non enim propter infirmitatem debet episcopus deponi, ne afflictio afflicto superaddatur, sed per alios suppleri quæ per eum minime possent perfici, ut probatur auctoritatibus multis, septima quæstione 1. Scripsit mihi, & sequentibus capp.

quæst. 1. Scripsit mihi cap. 2. & seqq.

Quartus casus, si ad concordandum discordantes laborat: est enim officium episcopi discordantes tam clericos quam laicos concordare, ut probatur distin- A ctione 90. Per totum; ubi ex concilio Carthaginensi IV. dicitur: Studendum est episcopis ut dissidentes fratres sive clericos, sive laicos magis ad pacem, quam ad judicium coerceant. Ibidem dicit Innocentius II. Præcipimus ut episcopi ad solum Deum, & salutem populi habentes respectum, omni tepiditate semota ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium & auxilium præbeant, nec hoc alicujus odio vel amore prætermittatur: quod si quis in hoc Dei opere tepidus inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat. Hæc ille.

Anno Christi 1433

D. 90. Per totum: & Studendum est. cap. 7. ibid. cap. 11.

Quintus casus, quando pauperibus suis oppressis tenetur subvenire, & pietatis operibus diversis insistere, ubi verisimile est quod majorem fructum faciant, quam si pro tunc prædicarent. de quibus distin- B ctione 84. Pervenit, & capitibus sequentibus; & distinctione 86. ubi scribit B. Gregorius Marianum episcopum excitandum, quod videbatur obdormivisse, & quod patientibus non succurrebat, nec alienam miseriam, propriam credebat, & distinctione 86. Per totum; exhortantur episcopi defendere oppressos, & resistere oppressoribus omnium ad se confugientium. idcirco glossa 3. Regum 5. ubi litera habet, quod Adonitam erat super hujusmodi indictionem: *Fuerant enim Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte, absque præpositis, qui præerant singulis operibus, numero tria millia & trecenta præcipientium populo;* dicit: Adonitam dominus meus excel- C sus, hoc est, Christus, qui operariis templi præponitur, ut ordinet quibus mensibus ad operandum exeant, quibus ad curandum domum suam redeant; cum prædicatorum mentes familiarius informat, ut discernant quando oporteat ecclesiam ædificare prędicando, vel alia officia præstando, vel quando ad conscientiam suam examinandam, aut quasi ad propriam domum inspiciendam reverti, ut orationibus & jejuniis superno inspectore, & visitatore digna fit. Et subdit glossa: Notandum autem quod pars in monte lapides scindebant, pars onera portabant, diversa enim sunt dona Spiritus, & quidam majorem docendi, & protervos arguendi constantiam habent, quidam mitiores ad consolandos pusillanimes existunt, D quidam utraque virtute præditi ad opus domini conveniunt. Hæc ibi. Ex quo patet, quod episcopi & prælati rite a prædicationis actu sunt excusati, dum tamen variis & arduis pro sibi commissarum ovium & rerum occupantur distractionibus.

Distin. 84. Pervenit. c. 1. dist. 86. Fratré nostrum. c. 6.

Dist. 86. Per totum.

Sextus, si episcopus insistit sacræ scripturæ studio seu expositioni, ut ex sancto Thoma constat, quia tunc proficit pluribus, & prędicatores docet aliis prędicare: dicit enim in quodlibetis, quod licet in casu necessitatis salubris sit episcopis aut doctoribus, relictis propriis officiis saluti animarum particulatium intendere, sed tamen simpliciter magis est utile & meritorium sacrę theologię studio insistere, & circa doctrinas popularium non intendere. Nam ratio de- E monstrat, quod melius est eos erudire de pertinentibus ad salutem, qui in se, & aliis proficere possunt, quam his, qui tantum sibi prosunt. Insuper in quolibet artificio videmus quod semper melius habet, qui disponit de artificio, & dicitur architecton, quam alii qui manu operantur, unde ipse etiam majori precio conducitur: in ædificio autem spirituali sunt quasi manuales operarii, qui particulariter insistunt curæ animarum, puta sacramenta ministrando, vel aliquid hujusmodi particulariter operando: sed quasi principales artifices sunt episcopi & doctores, qui imperant & disponunt, & docent alios qualiter operari debeant. Sic ergo simpliciter melius est docere sacram scripturam, quam intendere prędicationi, si bona intentione

S. Thom. quodl. 1. q. 7. art. 4.

ANNO CHRISTI 1431.

De off. judic. ordin. Inter cetera. c. 15.

Math. 4.

inteotione fiat. Vnde 2. ad Timoth. 2. *Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Et quasi hos casus simul comprehendit capitulum, Inter cetera, dicena de officio judicis ordinarii, libro 1. Ioter cetera, quæ ad salutem animarum pertinent populi Christiani, pabulum verbi Dei permaxime noscitur ei pernecessarium: quia sicut corpus materiali, ita anima spirituali cibo nutritur, eo quod non solo pane vivit homo, sed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei. Vnde cum sæpe contingat, quod episcopi propter suas occupationes multiplices, vel Invalitudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiooes alias, (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cetero tolerandum) per seipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas diœceses & diffusas: generali constitutione sanximus, ut episcopi viros idoneos, ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone. & infra. Vnde præcipimus tam in cathedralibus, quam in ecclesiis conventualibus, viros idoneos ordinari, quos episcopi possint coadjutores & cooperatores habere, non solum in prędicationis officio, verumetiam in audiendis confessionibus & pœnitentiis injungendis, ac ceteris quæ pertinent ad salutem animarum. Ad ea, quæ io oppositum allegavit dominus proponens, scilicet quod in primitiva ecclesia tam apostoli quam septuaginta duo discipuli per se prædicabant, & in locum eorum nunc episcopi & inferiores presbyteri successerunt, ut dicit Anacletus, distioctione 21. In novo: respondeo, quod verum est qnod io loca eorum successerunt; non tamen sequitur ex hoc, quod sicut illi personaliter per mundum discurrerunt, & ubique prædicaverunt, ita & isti facere teneantur, sed sufficit quod in casibus præscriptis per alios idoneos ad hoc deputatos fiat, & ita quilibet in sua diœcesi provideat, ut patet ex dictis.

Epilogus hujus lectionis conclusivus hic est.

VT sciant volentes quid de præsentiactu secum afferant, ista ex jam dictis eliciuntur. Primum, quod non ratione ordinis sacerdotalis, sed ratione non coercitivæ jurisdictionis, competit pluribus presbyteris actus publicæ prædicationis: quia officium prædicationis sic est a sacerdotio distinctum, quod oon omnibus sacerdotibus competit, & tam aliis quam sacerdotibus competere ex speciali commissione potetit. Secundum, quod non est præceptum domini quemlibet presbyterum libere prædicare verbum Dei: quia multi sancti fuerunt, qui tamen nunquam prædicaverunt: nec omnes presbyteri succedunt apostolis, nisi tantum episcopi, his solis præcepit Deus prædicare euangelium regoi Dei. Tertium, decuit Christum sæpe prædicare ad instruendum populum in credendis & in agendis, & tantum semel celebrare ad instituendum hoc mysterium in commemorationem unicæ suæ passionis. Quartum, si esset populus adhuc infidelis & convertendus, forte ibi esset necessarior prædicatio, quam missæ celebratio; ubi ambo simul fieri non possent. sed considerata jam fide divulgata universalis ecclesiæ pro salute tam vivorum quam mortuorum, utilior est missæ celebratio quam prædicatio. Quintum, convenit divini cultus augmeoto esse pluralitatem altarium rationabilem in statu ecclesiastico, non ut sanctis vel idolis immolemus, sed ut verum Deum glorificemus, & in saoctis ejus laudemus. Sextum, ut quicumque non vult sententiam excommunicationis incurrere, cesset velle prædicare ubique, si prohibitus sit a sufficienti prælato ecclesiæ, quia talis sententia per multa generalia concilia est dictata, nec interim erravit universalis ecclesia sancta. Septimum est, excommunicationis sententia etiam injuste lata est timenda, ne ex contemptu fiat valida. Octavum, propter scaodalum perversorum sæpe est prætermittendum Dei verbum, præsertim io eo qui prædicare noo est obligatus, aut io his, quæ * sunt de necessitate salutis. Nonum, episcopi & prælati majores noo sunt sic ad prædicandum obligati, quin ex certis causis sint sæpius rationabiliter supportati. Finaliter est veritas articuli, scilicet, quod sacerdotes & diaconi singuli & distincte oon debent libere & sine impedimento prædicare verbum Dei. Hæc quæso carissimi domini accipite in corde bono, per fidem illuminantem credendo, & optimo per gratiam justificantem retineodo, teoendo corde booo, & perficiendo opere, ut fructum reportemus in patientia, veræ pacis existentia, pacis entia cum vobis ipsis, pacis scientia cum proximis, pacis encænia cum Deo & omnibus sanctis ejus. Sic ounc finaliter pacem Christi opto vobis, quam obtulit suis discipulis resurgens ex mortuis, in gloria immortalitatis, quam nobis præstare digoetur cui omne genu curvatur, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat per secula. Amen.

* for. non sunt

ET quemadmodum in principio, ita nunc in fine hęc pręscripta hujus sacrosanctæ synodi offero correctioni, quemadmodum extra locum concilii indesioenter me subjeci almæ matris meę universitatis Coloniensis determinationi & decisioni.

Replica de prædicatione verbi Dei Henrici Kalteisen.

REVERENDISSIMI patres, & domini præstantissimi, excellentissimi pręsules, doctores eximii, inclyti regni Bohemię oratores egregii, io Christo fratres singulariter prędicolendi; etsi juxta sacri canonis veritatem omnia suis debent convenire temporibus 2. 1. quęstiooe 4. Si ecclesia. oam *omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt universa sub sole*, Ecclesiast. cap. 3. nihilque sit tam philosophię cognatum, quam locis & temporibus aptare sermones, ait Socrates, teste Macrobio de convivio Saturnalium libro 7. quia hæc vis adhibenda est eloquentiæ, ut orator personarum temporumque moderator existat: non enim semper & apud omnes eodem modo loquendum; Tullius de oratore libro tertio. cum prę-sens tempus & locus id exigant ut in hoc concilio sanctorum & congregatione, domioi oratores regni Bohemiæ, qui jam contra prius per me hic enarratam catholicam veritatem per modum replicę dubia nonnulla eructarunt, in materia de verbi Dei prędicatione contententur copiose: ideo pro omni in generali nostrum exhortatione assumo verba tempori curreoti, & materię pręsenti congrua, Lucę 11. ex euangelio currentis dominicę exarata, *Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.* ubi Beda venerabilis non tantummodo eam, quę Verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes, qui idem verbum spirituale auditu fidei concipere, & boni operis custodia, vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asserit esse beatos. In quo claret duo esse congrua auditori verbi Dei necessaria, quorum primum est audientia docilis: *Beati qui audiunt verbum Dei* secundum, perseverantia finalis, *& custodiunt illud.* Primo inquam auditori divini sermonis congruit obedientia docilis, sic enim *beati*, scilicet *qui audiunt verbum Dei*. Beatum namque quodlibet membrum ex hoc dicitur, quando actus sibi proprius est, secundum optimum & perfectum statum virtutis ejus, in nullo impeditus: sic enim beati dicti sunt oculi qui viderunt Filium Dei,

Cap. 1.

Verba hic male cohærent.

Duo necessaria auditori verbi Dei.

Luc. 10.

ANNO CHRISTI 1433.

Dei, & beatus venter, beataque ubera, quæ ipsum nutriverunt; ibidem 11. ait dominus Albertus Magnus: Et vere beata fit auris, quæ quod foris percipit, & boni operis custodia perficit; S. Thomas in glossa continua. sic enim, *qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti.* vir, inquam, sapiens est Christus, qui ædificat domum suam, id est, ecclesiam suam supra petram, id est, fidei fortitudinem: vir autem stultus, diabolus est, qui ędificat domum suam, id est, omnes impios, super arenam, id est, inconstantiam infidelitatis, aut super carnales homines, qui dicuntur arena propter sterilitatem, & quia sibi non cohęrent, sed sunt per diversas opiniones dispersi, & quia sunt innumerabiles. Exponit S. Chrysostomus, & sequitur: Diabolo autem similis est, qui audit verba Dei, & non facit; ea enim quę audiuntur & non fiunt, separata sunt & dispersa, & ideo assimulantur arenæ. Sicut autem domus diaboli destructa est per Christum, ita & tales super arenam fundati cadunt, & est ruina magna, si quis de fundamento fidei aliquid ruinę fuerit passus. Hæc Chrysostomus. Super arenam enim, quæ fluida est, & in unam copulam non potest redigi, omnis hæreticorum sermo ad hoc ædificatur ut corruat. Beatus Hieronymus ibidem. Est vere magna ruina talis hominis secundum omnem dimensionem magnitudinis. longa, quia in foveam nunc culpę, tandem in barathrum cadet gehennę æternæ; quæ magna est, quia irreparabilis, ex commento venerabilis Lyræ. Ruina est enim hæc intelligenda magna, quia dicturus est dominus audientibus, & non facientibus: *Ite maledicti in ignem æternum*, secundum Rabanum: lata, quoniam in fluviis blandarum & sensui illabentium voluptatum illecebræ significantur, quibus primum fides rivis patentibus immadescit, post quos fluviorum procursus, id est, graviorum per cupiditatem motus incurrit, ut exinde tota ventorum vis circumflantium desæviat, id est, universus diabolicæ potestatis spiritus. Hilarius ibidem. Ruina inquam alta, quia totius fidei & omnium articulorum collisiva, qui enim unicum fidei articulum discredit, nullum simpliciter credit, sed totam fidem abnegavit; adeo quod nec habitum fidei retineat informis, aut formatæ fidei, ait sanctus Thomas 2. 2. quęstione 5. articulo 1. cujus rationem assignat dicens: Species cujuslibet habitus dependet ex ratione formali objecti, qua sublata species habitus remanere non potest: fidei autem sive formatæ aut informis objectum formale est veritas prima, secundum quod manifestatur in scripturis sacris, & doctrina ecclesiæ. Unde quicumque non inhæret doctrinæ ecclesiæ, quæ procedit ex veritate prima in scripturis sacris manifestata, sicut infallibili divinæ regulæ, non habet habitum fidei, sed ea quæ sunt fidei alio modo tenet quam per fidem, scilicet per opinationem. Ille enim qui inhæret doctrinæ ecclesiæ, tamquam regulæ infallibili, omnibus assentit quæ ecclesia docet: alioquin si de his quæ ecclesia docet, quæ vult tenet, & quæ non vult, non tenet, non jam inhæret doctrinæ ecclesiæ, tamquam regulæ infallibili, sed propriæ voluntati. Hæc sanctus doctor: unde concludit quod sicut peccatum mortale contrariatur caritati, ita discredere unum articulum, contrariatur fidei: sed caritas non remanet in homine post unicum peccatum mortale: ergo neque fides manet postquam homo unicum articulum discredit. & in fine dicit: Sic est de perfecte credere, sicut de perfecte obedire. Sed ad perfecte obedire Deo, requiritur observantia omnium mandatorum suorum, a qua decidit quicumque unum præceptum frangit: *qui enim in uno offendit, factus est omnium reus.* Adjuro igitur vos singulos per Deum sanctum,

Matth. 7.
Chrysost. in opere imperf. ibid.
Matth. 25.
Iac. 2.

A per Deum vivum, per Deum verum, per viscera misericordię Dei nostri, per vulnera, & sanguinem Christi, quatenus determinationi sanctę ecclesię in credendis & agendis plene, simpliciter & plane vos submittatis: ipsa enim est regula infallibilis in terris, cujus fides non deficit. Locæ aa. contra quam portę inferni non prævalebunt, extra quam quireperius fuerit diluvio æternæ damnationis peribit, sicut extra arcam salus nulli hominum fuit, sicut patet Genesis 7. qui aliunde ascendere conatur, fur est & latro, patibulo & rota infernalibus cruciandus, Ioannis 10. sicut de contrario beati tunc in spe, tandem in re, qui hoc verbum Dei audiunt, & faciunt; *non enim auditores legis tantum, sed factores justificabuntur*; ad Roman. 2. *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non* B *gustabit in æternum.* Ioannis 8. Secundo, conclusi finaliter, quod auditori verbi Dei congruit, nedum obedientia docilis ut faciat, sed etiam perseverantia finalis, ne deficiat, sed custodiat illud, dicit thema: *Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.* psal. 18. Custodit, inquam, ea non ad tempus, si usq; ultimum vitę spatium in tali devotione versetur. exponit ibidem Cassiodorus. *Sic qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Ioannis 8. Natura ex Deo, non vitia ex Deo, hoc etiam eis dictum est, qui non solum peccato vitiosi erant, nam hoc commune erat omnibus, sed etiam pręcogniti, quod non fuerunt credituri ea fide qua possent a peccatorum obligatione liberari. C B. Augustinus super eodem: Sed qui sunt hi præcogniti, alio nomine pręsciti? profecto qui non audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, teste B. Bernardo in sermone qui intitulatur de septuagesima; ubi inter cetera spei nostræ signa ostendere volens quis posset secure confidere se de numero prędestinatorum existere, inquit sic: Porro inter ea, quæ fiduciam præstant & materiam spei, unum illud maximum est, de quo nunc cœpimus loqui, *qui est ex Deo, verba Dei audit.* Nonnullos sic interdum audientes invenies, ac si nihil ad eos pertineant quæ dicuntur, non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare, ne forte quod audiunt dictum sit propter eos: magis autem, si forte sermo Dei vivus & efficax (qui D suo & non ejus qui loquitur arbitrio fertur ubicumque voluerit) si inquam manifeste adversus vitia illa processerit, quibus sentiunt sese obligatos, dissimulant & avertunt oculos cordis, qualibet adinventione palliant vitia, & seducunt miseri seipsos. In his, inquit, salutis signa non video, magis autem vereor, ne forte propterea non audiant verbum Dei, quia non sunt ex Deo. Hæc Bernardus. Cives ergo Babylon ex diabolo sunt, cives Ierusalem ex Deo sunt. Primi etsi verba Dei audiunt, non custodiunt. Secundi, audiunt, perfecte & exacte custodiunt. Et hęc erat vera differentia inter electos & præscitos, & signa probabilia existunt. Qui enim ex Deo sunt ita verbum Dei audiunt, quod per signa suæ prædestinatio- E nis signa pandunt, prout ex variis doctores colligunt. Primum est, si viriliter pugnantes tres hostes devincit, carnem, mundum, & diabolum, *quod enim natum ex Deo vincit mundum.* Secundum, si in hoc mundo non civem se mansurum, sed hospitem viantem considerat, si divitiæ affluant, cor non apponens, sed de rebus hujus mundi quanto minus potest utens, semper in cælo thesaurizans, oportere se de hoc mundo non esse recognoscens, dicens cum apostolo: *Non habemus manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* Tertium, si ei omnia cooperantur in bonum, prospera ad timorem, adversa ad amorem, peccata peracta ad humiliationem, ut in prosperis cautior, in adversis patientior, in recordatione peccatorum suorum in

ANNO CHRISTI 1433.
Matth. 16.
Augustinus tract. 42. in Matth.
Signa prædestinationis.
1. Ioan. 5.
Psalm. 61.
Hebr. 13.

OOoo oculis

ANNO CHRISTI 1433.

oculis suis vilior, in pœnitendo ferventior, in alio- A rum compassione detectuum promptior. Sic enim *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti*, ad Romanos 8. Quartum, ad dictamen conscientiæ securrere, delicta juventuris deplangere, proprio & aliorum se judicio submittere, ne forte rea sit peccati mortalis, ubi & in quo creditur esse justa, sicque a peccatis continere, dignos pœnitentiæ fructus agere, & ardua vitæ opera exercere, quæ summatio deducit Bernardus ex illo s. Ioannis 5. *Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua & sanguis.* Spiritus contribulatus, aqua lamentationis, & sanguis amoris, ut intuitu Christi sanguinis contineat a peccatis. De his & similibus ibidem B. Bernardus: Quis potest dicere, Ego sum de electis, & ego sum de prædestinatis ad B vitam? ego sum de numero electorum? reclamante scriptura: *Nescit homo utrum amore vel odio dignus sit?* Certitudinem utique non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis anxietate cruciemur. Propter hoc data sunt signa quædam & indicia manifesta sanctitatis, ut indubitabile sit, eum esse de numero electorum, in quo illa signa permanserint. Hæc ille. E contrario, quamquam civium Babylonis filiorum præscitionis multa sunt signa, utpote, quia cuncta eis temporalia prospere succedunt, qui ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, sub flagellis hujus mundi non ingemiscere, sed magis indurari, velut Pharao, cujus induratum cor finaliter periit, frequens recidivatio in mortale, sicut recidivatio C frequens infirmorum, significat vicinam mortem, velle contentari de bonis præsentis vitæ, & æterna vita carere: tamen singulare signum quod homo ex diabolo sit, id est, ad diabolum per finalem impœnitentiam pertineat, est, quod in pertinacia alicujus peccati vel erroris persevérat, præsertim in senio, cum jam non sit spes vitæ suæ longævæ: quibus valde pertimescenda est sententia Domini. Ioannis 8. *In peccatis vestris moriemini*, cujus ratio subditur: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Et quæ sint illa desideria subditur: *Ille enim homicida erat ab initio, & in veritate non stetit* vitæ justæ, & *veritas in eo non est* sanæ doctrinæ secundum expositionem sancti Thomæ ibidem: sic enim quia veritate doctrinæ seu fidei paulatim decidunt, finaliter in peccatis suis decedunt, prout illud nomen Verum indicat de quo quoties una littera subtrahitur, toties significatio permutatur. Unde dicitur sic metrice:

Quinque placet rectis, sed quatuor altile figit:
*Sunt tria pars anni, * sic duo male sonant.*

Sensus est, Ista dictio Verum habet quinque literas, & sua significatio placet rectis: sed si tollatur ultima litera, scilicet M, residuæ literæ faciunt veru, quod figit altile: si tollantur quarta & quinta, scilicet V & M, manet ver, quæ est pars anni: si tollatur R cum sequentibus, non nisi ve relinquitur, in veritate non statur, sed mors in peccatis consequitur: * Ita si per M memoria, V veritas, M major prælatorum, V voluntati & imperio resistitur, & recalcitratur, mors illato E bona acquiritur: *Qui enim non obedierit sacerdotis imperio, morte morietur homo ille.* Deut. 17. *Pacem ergo & veritatem diligite, ait dominus omnipotens*: Quod si feceritis, Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, & juxta thema, beati eritis, si verbum Dei quod audieritis, opere & corde custodieritis modo in spe, tandem in re, quod nobis concedat clementissimus Deus, qui vivit & regnat. Amen.

IN primis circa istam conclusionem: Hoc mandat Christus Iesus, ergo faciendum: Hoc prohibet Christus Iesus, ergo non faciendum. dicit dominus replicans, quod satis notabile est apud se, quod circa illam consequentiam immoraverim, æstimo, inquit, quod cogitaverit ipsam esse quasi fundamentum positionis meæ. Sed ego dedi sibi aliam causam in scriptis, ut pote, quod talis modus arguendi posset causa esse erroris, & seductionis multorum, dicentibus populis esse præcepta quæ non sunt, & non esse quæ sunt, & si bene considero, hoc est totum inter nos schisma, quod vos dicitis communicare populum sub utraque specie, esse præceptū Christi, prædicare debere diaconos & presbyteros esse præceptum Christi, aboleri omnia peccata mortalia publica, esse mandatum Christi, clerum non habere civile dominium, esse præceptum Christi: & neutrum eorum credo ego esse præceptum Christi. Et quia tanta oritura erat inter Christi præceptorum cognitionem diversitas, ideo petebat Psalmista, & nos secū petere debemus: *Da mihi intellectum ut discam mandata tua*: non illa decem, quæ utique sciebat, sed intelligere inter ea quæ videntur esse Dei præcepta, & non sunt, ut sciamus quæ sit discretio & differentia: ideo jam licet sufficienter declaratum, adhuc circa idem reddam triplicem rationem, quarum prima est, quod non omne verbum Christi habens notam seu formam præcepti est præceptum Christi præceptive sumendum. unde dicit Archidiaconus 22. quæstione 4. Prophetavit; dicens: Præceptum Dei est in multiplici differentia: quandoque præcipit factum & voluntatem, ut ibi: *Diliges dominum Deum tuum*. Quandoque voluntatem & non factum, ut dum præcepit Abrahæ immolare filium, tamen noluit eum immolari. ubi dicit B. Ambrosius ex lib. de patriarchis: Non enim volebat dominus a patre immolari filium, nec impleri hoc munus volebat, quia ovem pro filio immolandam obtulit, sed tentavit affectum patris, si Dei præcepta præferret filio. & infra: Non mittas, inquit, manum tuam in puerum, nec facias illi quidquam, affectum tuum inquisivi, non effectum exegi: tentavi mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. 22. quæstione 2. Non enim. Tertio, quandoque factum, & non voluntatem, ut Exod 6. præcepit ut filii Israel accommodarent vasa aurea & argentea ab Ægyptiis, non tamen voluit per hoc ut alii exemplum sumerent spoliandi, ait hæc Augustinus in lib. Quæst. & assumitur 14. quæst. 5. Dixit dominus. Quarto, neque voluntatem, neque factum, utpote quando aliquid mysticum præcipit, ut ibi: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum*; ubi non oculos erui, sed interius prava præcipitur exscindi: Præcipit dominus quandoque ut instruat, ut in cæco quem sanavit: quandoque ut tentet, ut hic de præcepto Abrahæ; quandoque ut impleatur, ut ibi: *Diliges dominum Deum tuum.* Hæc ille. Hinc etiam allucet eximius ille doctor antiquus generalis ordinis mei Prædicatorum, M. Humbertus super illo verbo, Hæc igitur sunt, quæ ut observetis præcipimus; in principio regulæ beati Augustini; dicens quod quædam reperiuntur in verbis divinis, quæ habent in se modum, & intentionem præcepti, ut est illud: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis vos invicem.* quædam vero quę habent præceptum non in modo, sed in intentione, ut est illud de sanatione surdi & muti, Marc. 7. *Præcepit eis ne cuiquam dicerēt.* Quis enim audeat hoc dicere, quod intenderet eos Dominus per hæc obligare, per quod peccassent mortaliter prædicando miraculū, plus & plus, quanto plus & plus præcipiebat, ut tacerent? Hæc ille. Et infra dicit: In euangelio Marc. 6. dicitur: *Præcepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tantum*: illud verbum præcipiendi potius importat intentionem voluntatis, quam veritatem præcepti. Infra scriptura facta eodem modo loquitur, & tamen quædam reputantur simplices exhortationes, quædam præcepta, sicut Luc. 6. cum dicitur:

Margin notes (left): Ecclesiast. 9. — * *for.* sed male bina sonant — * In altero libro habetur: vel si M majorū prælatorum V voluntati & imperio R resistitur. — * melius restituitur.

Margin notes (right): Psal. 118. — 22. quæst. 2. Si quæ litet prophetavit. — Deut. 6. — Cap. 8. — Matth. 5. — Ioan. 15.

ANNO CHRISTI 1433.

dicitur: *Si quis te percusserit ad unam maxillam, prabe ei & alteram*, consilium est, & cum dicitur in eodem capite: *Mutuum date, nihil inde sperantes*, licet si idem modus loquendi, tamen est præceptum. Hæc ille. Patet ergo tam multipliciter ostensum, quod non omne verbum Christi habens notã præcepti, habeat voluntatem & intentionem præcepti: & per consequens non obligat ad faciendum. Ex super abundanti autem item deducitur ex testimoniis utriusque testamenti. Primo sic: nam Genes. 5. Dominus præcepit protoplastis, dicens: *Crescite & multiplicamini, & replete terram*. & tamen noluit quemlibet hominem hoc præceptum obligare, sed solum aliquos de multitudine, quos tamen non expressit in specie: unde dicit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 152. art. 2. ad 1. argumentum: Præceptum habet rationem debiti, sed dupliciter dicitur aliquid esse debitum. uno modo ita ut impleatur a quolibet, & hoc debitum sine peccato præterire non possit. Aliud est debitum implendum a multitudine: multa enim sunt multitudini necessaria, ad quæ implenda unus homo non sufficit, sed implentur a multitudine, dum unus hoc, alius aliud facit. Præceptum ergo legis naturæ datum homini de comestione, necesse est quod ab unoquoque impleatur; aliter enim individuum conservari non posset. Sed præceptum datum de generatione respicit totam multitudinem hominum, cui necessarium est, non solum quod multiplicetur corporaliter, sed etiam spiritualiter proficiat: & ideo sufficienter providetur humanæ multitudini, si quidam generationi carnali operam dent, quidam spirituali, ab illa carnali abstinentes ut contemplationi vacent ad totius humani generis pulcritudinem & salutem; sicut quidam in exercitu castra custodiunt, quidam signa deferunt, quidam gladiis decertant. quæ omnia debita sunt multitudini, sed per unum impleri non possunt. Hæc ille. Secundo sic: Summum & maximum mandatum veteris, & novæ legis non habet intentionem præcepti eo modo per omnia, quo habet notam præcepti; ergo non obligat ad faciendum secundum notam præcepti, sed tantum secundum intentionem præcipientis. Assumptum probatur sic, quia illud, *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, tota virtute, & ex omnibus viribus tuis*, est summum præceptum & primum & maximum mandatum domini; & tamen illud non obligat viatorem aliquem, secundum formam quam offert: ergo habeo propositum. Et assumptum probatur, quia secundum theologos multos, quorum sententiam complectitur dominus Petrus de Palude patriarcha, tertio sententiarum, distinctione 17. quæst. 3. illud præceptum aliquo modo præcipitur, aliquo modo consulitur, & aliquo modo promittitur. Præcipitur enim dupliciter: uno modo, quoad habitum & præparationem animi, quia caritas parata est quantum & quando potest ex toto corde diligere. 2. Præcipitur quoad actum, dupliciter: uno modo privative, ut homo nihil contrahat, nec contrahere animo proponat, quod caritati obviet, quod est solum peccatum mortale. Alio modo, quoad actum positive, quando & quantum est necesse, aliter non. Secundo modo consulitur & hoc quantum ad actum caritatis, quantum est possibile, & debitis circumstantiis observatis. Non enim ex præcepto tenetur homo quantum potest ex toto corde diligere, quia non tenetur facere omnia bona, quæ potest, sed quanto plura bona fecerit, & Deum plus dilexerit, tanto melius sibi erit: & quia consilium datur de meliori, ideo isto modo est consilium, sic etiam illud: *Quodcumque potest manus tua, instanter operare*. (Ecclef. 19.) Tertio modo promittitur, scilicet quoad actum perfectum & non interruptum: Sic enim est in promisso etiam

A nobis, quibus nunc non est in præcepto, nec in consilio, cum sit nunc nobis impossibile, quod tunc erit facile & delectabile, quando non cessabimus noctu dieque dicere: *Sanctus, sanctus, sanctus*. Isaiæ 6. Hæc ille. Dominus noster per verbum imperativum dicit ad Iudam: *Quod facis, fac citius*. Ioannis 13. tamen noluit per hoc præcipere, ut traderet eum Judæis; alias Judas non peccasset, sed præceptum domini implevisset: unde dicit ibidem beatus Augustinus. Non præcepit facinus, sed prædixit Iudæ malum, nobis bonum, non tam in perniciem perfidi sæviendo, quam ad salutem fidelium festinãdo. Et Chrysostomus: Hoc enim quod dicit: *Quod facis, fac citius*, non præcipientis est, neque consiliantis, sed exprobrantis & ostendentis, B quoniam ipse nolebat suam perditionem impedire. Hæc ille. (D. Thom. in catena. Chrysost. in psal. 4 & in homil. 1.) Est ergo illa forma concedenda: Hoc mandat Christus sub propria nota, & intentione præcepti, ergo hoc est faciendum. Alioquin si mandat sub nota præcepti, & non voluntate seu intentione præcepti, non semper obligat, ut ex prædictis clare est deductum. Secunda ratio ad idem est propter multiplicationem & æquivocam acceptationem hujus termini mandare vel præcipere; accipitur enim uno modo, prout mandare vel præcipere idem est quod rogare. Sic accipit B. Gregorius 1. quæst. 1. Filium, dicens: Filium vestrum mandastis ad sacrum ordinem promoveri. Glossa Archidiaconi, Mandastis, id est, rogastis, supplicastis: sic enim minor mandat majori. 11. quæst. C 3. Rogo; ubi beatus Gregorius: Rogo & moneo, ne quisquam excommunicato præsumat communicare; ubi, Rogo, ponitur præceptive, secundum glossam, Monemus quos habemus caros. 28. qu. 1. Sic enim; sic etiam rogare ponitur pro mandare, & mandare pro rogare, 23. qu. 4. Guilisarius. Alio modo prout mandare idem est, quod permittere, distinctione 55. Qui partem digiti volens abscidit; non admittitur ad sacros ordines, sed si nolens fit vel casu, canones præcipiunt clericos fieri. Glossa Hugonis & Archidiaconi; Præcipiunt, id est, permittunt, 35. quæst. 5. Hac ratione; ubi dicit Chrysostomus, & est 1. ad Cor. 7. Hac ratione apostoli præceperunt secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Glossa; Præceperunt, id est, permiserunt. distinct. 55. Qui partem, & D 1. dist. domino sancto. ubi Isidorus scribit ad Massanum episcopum: Illos ad pristinos gradus canones redire præcipiunt, quos pœnitentiæ præcessit satisfactio. ubi dicit Archidiaconus, Præcipiunt, id est, permittunt. 33. quæst 2. Hoc ipsum. Tertio modo præcipere seu mandare idem est quod consulere, sic accipitur 22. quæstione 1. Non est; ubi dicit beatus Augustinus super epistola ad Galat. Non est contra præceptum domini jurare. Archidiaconus, contra præceptum; id est consilium, quia illud Matth. 5. *Nolite jurare*, est proprie consilium secundum Bartholomæum & Laurentium: & tamen B. Augustinus vocat illud præceptum. Quarto modo præcipere idem est quod tentare, sicut jubendo significamus, quæ fieri sæpe nolumus, sed experimentum obedientiæ quæ- E rimus, sicut de Abraham dictum est, ut patet Genes. 22. & Richardus de 12. patriarchis 22. Prophetavit. Quinto modo præcipere idem est quod instruere; sicut Christus præcepit cæcis curatis, ne cuiquam dicerent, & ipsi magis & magis miraculum prædicabant, Matth. 9. ubi beatus Hilarius: Silentium dominus cæcis imperat, quia apostolorum erat proprium prædicare. Et beatus Hieronymus: dominus quidem propter humilitatem fugiens jactantiæ gloriam, hoc præceperat, & illi propter memoriam gratiæ non possunt tacere beneficium. Et beatus Gregorius 19. moralium: Quærendum autem nobis est; quid sit hoc, quod ipse omnipotens, cui hoc est velle

ANNO CHRISTI 1433.

quod posse, & taceri virtutes suas voluit, & tamen ab eis qui illuminati suot, quasi invitus indicatur, nisi quod servis sois sequentibus exemplum dedit, ut ipsi quidem virtutes suas occultari desiderent, & tamen ut alii eorum exemplo proficiant, prodantur inviti. Occultentur ergo studio, necessitate publicentur, & eorum occultatio sit custodia propria, eorum publicatio sit utilitas aliena. Hæc ille. Ex præhabitis satis patere potest, quare dixerim istam consequentiam apud me non valere. Ex quibus etiam sequitur, quod illud non est verum, quod dominus replicans hic dixit, sed in scriptis mihi non tradidit, scilicet quod adductum de Abraham non fuit præceptum, sed tentatio. Probat per textum, quia dicitur Genes. 22. *Tentavit Deus Abraham.* dico quod fuit præceptum & tentatio simul, non obligans, nisi ut prædictum est. Namque quod fuerit præceptum, præter ea quæ dicta sunt, dicit S. Thomas 2. 2. qu. 104. art. 4. ad secundum. Ideo etiam dicit textus imperative, *Tolle filium tuum, & offer illum.* Tolle & offer sunt verba præceptiva. De cæcis curatis mecum concordat. Et sic consequentiam meam approbat: grates sibi, quia in hoc solvit debitum, & quod dicit nos laborare in æquivoco, quia ego intelligo de mandato imperfecto, ipse de perfecto, dubito valde, quia hoc non probat testimonio sacræ scripturæ, juxta regulam Hieronymi ad Demetriadem, per ipsum adductam contra papæ auctoritatem: Sacræ scripturæ testimonium non habens, eadem facultate contemnitur qua probatur.

Consequenter attestat se in consequentia illa: Papa mandat hoc, & in lege domini saltem se expresse non fundat, dummodo contra mandatum domini non præcipiat, nec contra sacrorum generalium conciliorum statuta quædam: ergo hoc est faciendum. Respondet: Secundum Hieronymum scripturæ sacræ auctoritatem non habens, eadem facultate contemnitur, qua probatur. Consimiliter exemplariter: Papa mandat venetaodum concilium transferre ad Bononiam, ergo est faciendum. Hæc ille. Ad primum respondeo, quod hoc multum est irrationabiliter dictum, quia summi pontificis atque prælatorum majorum decreta, constitutiones, ceteræque ipsorum sanctiones, in prædictis jam prænarratis casibus, tamquam leges ex Dei auctoritate derivatas, debemus venerando atque obediendo suscipere, non illas redarguere, aut humano sensu discutere, prout alma mater mea universitas Coloniensis deducit hoc modo: Primo, ductu naturalis luminis; unumquodque enim potest ea, ad quæ ejus potestas aut auctoritas se extendit: propter quod videmus quod principes super communitates in subditos ferunt leges, jura & statuta, cum potestate coactiva imponentis ea subditis servanda. Cum igitur Christi vicarius papa, & alii rectores supplent vicem Christi, potestatem auctoritatis non amittendo, quamvis forent peccatores; concluditur clare quod eorum ordinationibus tamquam a Deo emanantibus, reverenter sit obediendum. Cui alludit alia regula formosa. Nam qui dat principale, dat accessorium annexum. Et rursus alia regula dicit: Cujus est finis, illius est disponere de mediis ad finem. Cum igitur rectores communitatis instituuntur ad pacificandum vitam subditorum ad invicem, (hoc autem requirit quod eis præfigatur aliqua regula seu disciplina vivendi) contingat autem hoc per constitutiones pro legibus latas a rectoribus; eadem igitur necessitate quælibet communitas requirit rectores & leges, seu constitutiones ab eis latas pro felici vita communitatis. Præmissæ veritati correspondet illud antea ex euangelio commemoratum, Matth. 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi; omnia quæcumque dixerint vobis facite.* volens salvator expresse, quod ordinationes seu constitutiones suorum prælatorum subditi teneantur recipere, & vivendo secundum eas conversari. Tendit etiam ad idem quod dominus Petro ait: *Tibi dabo claves regni cælorum. Quodcumque ligaveris super terram,* &c. *etiam quodcumque solveris super terram erit solutum & in cælis:* ac si diceret, Mandata & statuta, quæ manant ex auctoritate tua, ex eo debent haberi canonica, quia verius emanant ex potestate mea. Qua in re memoriter est attendendum, quod Christus fuit novæ legis institutor, veterem implens: cessaverunt autẽ legalia & judicialia, remanentibus præceptis moralibus veteris legis, quæ obligant non ex vi illius legis, sed ex vi inscriptionis eorum in cordibus nostris, secundum illud apostoli ad Roman. *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Dominus ergo continuat moralia præcepta in nova lege; superaddit autem sacramenta & consilia, non autem instituit aliqua præcepta judicialia. Hoc autem, quia mysterio non vacat, obnixius perpendamus: nam hoc ipso nos scire voluit, quod prælatis & principibus commisit instituere tales ordinationes circa suos, prout pensatis locis & personarum conditionibus & aliis circumstantiis videntur congruere & expedire. unde Lucæ 10. dicitur: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Ex quo sequuntur corollaria. Primum: Divinæ voluntati illos repugnare qui decreta, decretales, ceterasque ordinationes aspernantes, tamquam authenticas renuunt recipere & honorare. Nam auctoritas prælatorum a Deo est, & sic per idem est repellere prælatos, & Dei auctoritatem. Secundum, quod nullus potest se legitime ab obedientia papæ in prædictis casibus subtrahere, quod patet: nam salvator dominus noster Jesus Christus per suam passionem meruit judiciariam potestatem super omnem creaturam, juxta illud Matthæi 28. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra,* unde glossa dicit super illo verbo psal. *Dominabitur a mari usque ad mare:* id est, a quolibet fine terræ diffundetur, & tam late dilatabitur ecclesia. Vicarius autem Christi est papa, unde nullus potest se subtrahere ab obedientia ejus de jure, sicut nullus potest se de jure subtrahere ab obedientia Dei. Sed sicut Christus recepit a Patre ducatum & sceptrum ecclesiæ gentium ex Israel egrediens, super omnem potestatem & principatum, super omne quodcumque est, ut ei genua cuncta curventur; sic ipse Petro & ejus successoribus plenissimam potestatem commisit, ut dicit Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro Thesaurorum. Tertium est, quod papæ etiam aperte malo, in fide tamen firmo, quamdiu toleratur ab ecclesia, est obediendum, quod probatur: *Obedite,* inquit papa Petrus, *præpositis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis:* quam auctoritatem replicans nuper negavit, & per consequens erravit: & probatur propositio dupliciter, primo auctoritate alia prædicta. Nam super illo ad Romanos 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit;* dicit glossa: Potestatibus bonis & malis, in eo quod sublimiores sunt, obediendum est. Si ergo obedientia & subjectio debetur alicui ratione potestatis sublimioris, quamdiu durat in papa talis sublimior potestas, tamdiu debet permanere in omnibus subditis ejus subjectio & obedientia: quamdiu manet causa, debet permanere & effectus. Secundo probatur hoc, ratione. Nam potestas prælationis est donum gratiæ gratis datæ, non donum gratiæ gratum facientis. Sed tale donum gratiæ gratis datæ non tollitur in papa per aliquod peccatum, nisi solum per unum, puta per crimen hæresis, ut supra dictum

Margin notes (right): Matth. 16. — Divinæ voluntati repugnant qui decreta pontif. respuunt. — Psalm. 71. — 1. Pet. 2.

ANNO CHRISTI 1433.

dictum est: per tale enim peccatum solum papa desinit esse papa; sed per cetera alia peccata potestas prælationis in eo non tollitur, quia cum sit donum gratiæ gratis datæ, non tollitur per peccatum, si peccato directe non opponitur. Ad secundum respondeo, quod ex mea forma non sequitur: Papa transtulit concilium ad Bononiam, ergo faciendum. quia addidi directe, Modo contra quædam generalium conciliorum decreta non mandaret; de quorum numero est concilium sacrum Constantiense, quod in capitulo Frequens illam translationem prohibuit: prout clare & late in responsione data per præsens sacrum generale concilium primis ambassiatoribus papæ videre potestis. Consequenter replicans invehit contra hoc quod dixi, quod papa propter admirandæ suæ potestatis excellentiam prope Christum attingit, dicens, quod hoc verum est, sicut distat cælum a terra, & sicut attingit terra prope cælum: ego autem ostendam meum dictum esse verum. Pro quo sciendum, quod ex scriptis meis non habetur, papam esse æqualis potestatis cum Christo, sed quod summam in terris habeat jurisdictionis potestatem. Vnde secundum grammaticos, Prope, est adverbium positivum, comparatur prope, propius, proxime, ut dicit Catholicon. Vnde dico, quod litera, Prope, non dicit æqualitatem, nec paritatem, sed quamdam appropinquitatem excellentioris similitudinis & jurisdictionis. Isto modo dicit beatus Augustinus in libro Confessionum: Duo enim fecisti domine, unum prope te, scilicet angelicam creaturam, & aliud prope nihil, scilicet materiam ipsam primam. sed clarum est, quod nec angelus est æqualis Deo, nec materia nihil. Sed ratione similitudinis & proportionis majoris dicitur prope Deum angelus, quia inter omnes creaturas Deo similior in participatione suæ bonitatis est in esse naturali, & ideo dicit Ezechiel: *Tu signaculum similitudinis.* quod exponens dominus Albertus dicit: Sigillum fundatum: materia vero prima, ratione potentialitatis & exspoliationis actualitatis dicitur prope nihil. Et sic bene dixi, quod ideo papa prope Christum attingit, quia quidquid potestatis, quidquid gratiæ sacramentalis, quidquid dispensationis cælestis a Christo capite ecclesiæ commissum est, ipsa etiam ecclesia dispersa, & papa in fide non errante, totum est ejus dispensationi commissum. Pro quo sciendum, quod Petrus successit Christo, non quod ipse esset Christus; succedit enim unus papa alteri, & uterque est papa, nec unus altero major: sed Petrus non successit Christo, quod esset æqualis Christo in persona: Non enim dicimus quod sint plures Christi, quorum unus succedat alteri. Nam etsi sint qui dicantur dii sive in cælo sive in terra, siquidem sunt dii multi & domini multi: nobis tamen non est nisi unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo, & unus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum, ut dicit apostolus 1. Corinth. 8. Succedit ergo Petrus Christo, & quilibet alius papa succedit sibi, ut vicarius ejus, in officio & potestate jurisdictionis ecclesiasticæ, non in persona. Ad secundum autem quomodo potestas papæ prope Christum attingit, ita quod ei nulla in terris potestas comparari potest, dico quod triplici majoritate potestas papæ major est omni alia auctoritate ecclesiastica, ecclesia segregata. Et primo majoritate auctoritatis. Dignitate quidem major est potestas papæ omni alia, quia sicut dicit beatus Ambrosius, & ponitur 96. distinctione: Duo sunt, quippe aurum non tam preciosius est plumbo, quam regia potestate est altior dignitas sacerdotalis: videmus enim colla regum & principum submitti genibus sacerdotum, & ab eis benedici & inungi. Et secundum apostolum

Papa summam habet in terris jurisdictionem.

Aug. 13. lib. confes. c. 8. & seq.

Ezech. 28.

Potestas papæ quomodo major aliis.

A ad Hebræos 7. absque ulla contradictione verum est, quod semper qui minor est a majore benedicitur, patet enim hoc per Hugonem de sancto Victore 2. lib. de sacramentis parte 2. ubi distinguit duplicem potestatem, spiritualem & sæcularem, & subdit: Quantum vita spiritualis dignior est quam terrena, & spiritus quam corpus, tantum spiritualis potestas terrenam potestatem, sive sæcularem honore & dignitate præcedit. Secundo potestas papæ est major omni alia potestate majoritate causalitatis, quia ejus potestas causat omnem aliam potestatem examinando, confirmando & judicando: unde dicitur 22. distinctione, quod cujuslibet ordinis dignitatem & potestatem Romanus pontifex habet instituere & confirmare. ejus vero potestatem solus Christus fundavit & confirmavit: nullius namque potestatis electio temporalis vel spiritualis est ipsius confirmatio, nisi solum electio ipsius papæ vel de auctoritate ejus.

Dist. 22. Omnes.

Tertio, potestas papæ est major omni alia auctoritate, quia nullius imperatoris, regis, vel alterius leges seu statuta alicujus roboris seu dignitatis esse censentur, nisi quantum sunt per auctoritatem papæ confirmatę & approbatę: unde dicit Augustinus, & ponitur 9. distinctione, quod quicumque legibus imperatorum, quę pro voluntate Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium: quicumque autem legibus imperatorum, quę contra legem & veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium: namque tanta est auctoritas ecclesiæ & Romani pontificis, ut Augustinus dicat contra epistolam Fundamenti: Ego nunquam crederem euangelio, si non crederem ecclesiæ, id est, si me auctoritas ecclesiæ non compelleret.

Dist. 9. Imperatores. August. ad Bonifac. epist. 50.

DEHINC ubi dixi, papam sanctissimum & beatissimum etiam in moribus malum, distinxi de duplici sanctitate, scilicet innocentiæ & sacramentali. Ego dico addendo speciem tertiam, quæ trifaria est, scilicet status, religionis, & æquitatis publicæ. De sanctitate status dicitur distinct. 40. Non nos. Symmachus papa: Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ auctoritatis attollat? in quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ a loci prædecessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur, illustrat. Hæc ille. Vbi dicit archidiaconus, & concordat glossa, quod sufficit, quoad subditos, eum reputare sanctum, nisi constet de contrario. unde non refertur sanctitas * ad eum, sed ad æstimationem bonorum subditorum. De secundo, scilicet sanctitate religionis, ostendit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 81. art. ultimo, quod sanctitas idem est quodam modo quod religio, dicens: Nomen sanctitatis duo videtur importare: uno modo munditiam, & huic significationi competit nomen Græcum, dicitur enim ἅγιος quasi sine terra. Alio modo importat firmitatem, unde apud antiquos sancta dicebantur, quæ legibus erant munita, ut violari non deberent. Vnde & dicitur aliquid esse sanctum, quia est lege firmatum. Potest etiam secundum Latinos hoc nomen Sanctus ad munditiam pertinere, ut intelligatur sanctus quasi sanguine tinctus, eo quod antiquitus illi qui purificari volebant, sanguine hostiæ tingebantur, ut Isidorus dicit in libro etymologiarum: & utraque significatio competit, ut sanctitas attribuatur his, qui divino cultui applicantur: ita quod non solum homines, sed etiam templa & vasa, & alia hujusmodi sanctificari dicantur ex hoc quod divino cultui applicantur. Hæc ille. De tertio, scilicet sanctitate publicæ justitiæ, dicit Andronicus Peripateticus, ut allegat eum sanctus Thomas 2. 2. quæstione 80. art. 1. inter cetera justitiæ annexa

Sanctitas status.

* alter lib. ad Deum,

Religionis.

Isid. lib. 10. cap. 18.

Publicæ justitiæ.

ponit sanctitatem, quia promulgatores justitiæ publicæ sancti præsumi debent. ex quibus sic arguo: Omnis talis præsumi merito debet sanctus, qui est in statu ecclesiasticæ dignitatis elevatus, quoad primum; qui est divino cultui applicatus, quoad secundum; qui est minister justitiæ publicæ, quoad tertium: sed papa, ut papa est hujusmodi in summo cujuslibet horum constitutus, ergo ipse non incongrue dici potest sanctissimus, etiamsi sit in moribus malus, donec non sit ita judicatus, sed ab universali ecclesia toleratus.

DEINDE, quia dixi papam esse putatum sanctissimum ab officio sanctificandi, dicit quod auctoritative nemo potest sanctificare, nisi Deus, & est conditio antichristi: Ego sanctifico; & dico quod hoc indiget declaratione, quia est duplex sanctificatio, auctoritativa, scilicet, formalis, & illam solus Deus causat: & sic verum est, quod dicit. Alia instrumentalis, quæ dicitur sanctificatio pontificalis, seu sacerdotalis, & illa convenit istis, nec est conditio antichristi, ita dicere sacerdotes sanctificare. Vnde Augustinus libro 2. de baptismo parvulorum versus finem: Catechumenos per signum Christi, & orationem, manusque impositionem puto sanctificari, & quod accipiunt, quamvis non sit corpus Christi, est tamen sanctum, & sanctius quam cibi quibus alimur, quia sacramentum est. Hæc ille, & loquitur de eulogiis. Et Chrysostomus in opere imperfecto, homilia decimaquarta: Laicus sacerdoti panem offert, ut sacerdos accipiens sanctificet, & ei porrigat. quod enim panis est, offerentis est, quod autem sanctificatus est, beneficium est sacerdotis. Hæc ille. Item Hieronymus super Ezechielis 44. ubi dum de primitiis agit, dicit: Primitiæ quoque ciborum nostrorum sacerdotibus offeruntur, ut nihil gustemus novarum frugum, nisi sacerdos ante gustaverit: Hoc autem facimus, ut reponat sacerdos benedictionem & oblationem nostram in domo sua, sive ut ad imprecationem suam dominus benedicat domibus nostris. adjungit exclamando de sacerdotali dignitate: Grandis dignitas sacerdotum, *&c.* Ex istis patet, quod licet unus solus sit sanctissimus, a quo omnis sanctitas, & per consequens omnis activa sanctificatio originaliter a sanctissimo Deo sit, ergo in istis & non in aliis omnibus conformiter, sicuti est vita, veritas, virtus, *&c.* Tamen per medium sacerdotii tamquam infra Deum & communem populum constitutum, sanctificationem ita operatur, quod beneficio sacerdotii, ut dicit Chrysostomus, creaturæ etiam irrationales sanctificationem dicuntur capere, & rationales, ut dicit beatus Augustinus de catechumeno, quia magna est illa dignitas sacerdotalis, secundum sanctum Hieronymum, quia per signa, & verba & orationes consimiles, non eadem significatione, sed instrumentali, operari possunt alii sicut ipsi. Si ergo opponens bene prospexisset consequenter, qualiter ipsi Iesu Christi vicario attribuo sanctificationis officium, non fuisset opus tantis superfluis verbis, probando, quod sit conditio antichristi, dicere aliquem sacerdotem sive prælatum: Ego sanctifico. Nam sanctificatio potest alicui attribui dupliciter: Vno modo auctoritative, & illa est propria Deo, secundum illud Exodi 31. *Ego dominus, qui sanctifico vos.* & isto modo attribuere sanctificationem alicui puro homini, in quantacumque dignitate constituto, est conditio antichristi. Alio modo sanctificare convenit alicui instrumentaliter, sive ministerialiter, & hoc modo convenit sacerdotibus & prælatis sanctificationis officium, & hoc in sacramentorum dispensatione, quia sacramenta sunt vasa sanctificationis: hac ratione dicuntur sacerdotes, quasi sacra dantes in sacramentorum dispensatione, ad sanctificationem animæ. Sic attribuere prælatis & sacerdotibus sanctificationis officium, non est conditio seu opus antichristi, sed negare id est opus antichristi, verissimi inimici Christi, quia suis concessam ministris negat potestatem. Vbi notandum, quod sanctus Thomas in distinctione artic. 2. loquendo, quomodo competat ministris ecclesiæ cooperari Christo in ministerio sanctificationis animarum, ponendo quatuor modos cooperandi alicui agenti, dicit circa quartum modum, qui est ut disponens materiam ad effectum principalis agentis suscipiendum, dicit sic: Quod sic disponere contingit dupliciter, vel ex opere operante sive docendo sive merendo, & sic homines cooperantur Deo in peccatorum remissione. *Dei*, inquit apostolus, *coadjutores sumus*, vel ex opere operato, qui sic confert sacramenta, quæ disponunt ad gratiam per quam fit remissio peccatorum. Et hæc est cooperatio ministerii, quæ ministris ecclesiæ competit, de quibus 1. Cor. 4. *Nos sic existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum.* Ratione istius sanctificationis dicit Chrysostomus libro de dignitate sacerdotali: Per istos sacerdotes Christum induimus, per ipsos Dei Filio conjungimur, per ipsos membra beati ipsius capitis efficimur. Quomodo ergo nobis non solum reverendi magis quam judices aut reges, sed & magis non erunt honorabiles quam parentes? Hæc ille.

ET propter ista minus bene perspecta infert dominus replicans, dicens, quod propter ista excellentiæ potestatis attributa, sequuntur apud simplices, imo & aliquando apud doctos, multa inconvenientia, ut inordinatus respectus, obedientia inordinata, protractio usque ad oscula pedum beatorum. Non sic faciebat Petrus verus Christi vicarius, *&c.* Respondeo, quod illa reverentia, quæ fit summo pontifici, non est inordinata, sed suæ potestatis excellentiæ condigna. Dicit enim sanctus Thomas 2. 2. quæst. 8. art. 1. quod triplex est virtus justitiæ, scilicet religio, quæ debetur Deo, pietas, quæ debetur patriæ & parentibus, & observantia, per quam, ut Tullius dicit, homines aliqua dignitate antecedentes quodam cultu & honore dignantur. & de hac observantia dicit ipse ibidem quæst. 102. art. 2. quod honor semper debetur alicui propter aliquam excellentiam vel superioritatem, imo dicit: Si prælati sunt, non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, sed propter excellentiam dignitatis, secundum quam sunt Dei ministri, & etiam eis honoratur tota communitas, cui præsunt. Ex quo elicio, quod cum, secundum Tullium, honor est exhibitio reverentiæ in testimonium virtutis. Istud autem contingit dupliciter fieri, primo in testimonium virtutis suæ propriæ, & gratiæ suæ bonitatis & sanctitatis. Secundo in testimonium virtutis Christi & gratia Christi, cujus vicarius existit, juxta illud 1. Corinth. 4. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi*, quamdiu est vicarius & quamdiu non desinit esse papa, dato quod sit aperte malus, honor papalis sibi subtrahendus non est. In cujus forte figuram ante suam passionem permisit dominus in domo Pharisæi Mariam Magdalenam osculari pedes ejus, & post resurrectiunem, ut mulieres accederent & tenerent pedes ejus, unde in signum quod papa non sibi, sed Christo, illum honorem attribuit, crucem supra pedem in sandaliis gerit, quasi non suos pedes, sed in honorem Crucifixi, cujus locum in terris tenet, crucem illam osculandam offerat. Et quid mirum, si hoc fit summo pontifici in honorem Christi, cum etiam fiat quibusdam regibus in recognitionem temporalis dominii? Hinc de sancto Polycarpo dicitur libro 4. ecclesiasticæ historiæ cap. 15. Polycarpus non solum ab

Marginal notes: Sanctificatio auctoritativa. Instrumentalis. — Augustinus de peccatorum meritis & remissione, lib. 2. cap. 26. — 1. Cor. 3. — Lib. 3. c. 4. — Reverentia quæ exhibetur pontifici non est inordinata. — Euseb. in hist. eccles. lib. 4. c. 13. & 14.

ANNO CHRISTI 1433.

ab apostolis eruditus est, cum his qui dominum viderant, sed ab apostolis ipsis ordinatus Smyrnensis ecclesiæ episcopus. de eodem ibidem dicitur, quod cum martyrizari debuit exteriori detracto indumento ac cingulo resoluto, calciamenta quoque pedibus tentabat educere, quæ nunquam nisi a religiosis quibusque fide ac devotione semetipsos invicem prævenientibus resolvi consueverant: ita namque in omni etiam reliqua vita sua venerabiliter ab omnibus colebatur. Nec est æstimandum, quod papa filium tantæ obedientiæ in osculo pedum detineat, quia more piissimi patris ad osculum manus seu maxillæ subito suscipit. Nec obest, quod de Petro objicit, quia Petrus non ideo, quod honor ille non sibi deberetur, sed quia cum Petrus & alii apostoli facerent multa miracula, credebantur dii ab aliquibus gentibus, sicut patet Actorum 14. de Paulo & Barnaba, ubi facto miraculo circa claudum quemdam, turbæ clamantes eos esse deos, volebant eis thurificare; & ideo hac ratione non permittebant se debito etiam honore venerari; & ne in proposito de Petro aliquid sic sensissent. Vnde dicit glossa super verbo, *Adoravit eum:* (Act. 10.) Sic adoravit ut Deum, quæ fuit imperitia, non nequitia: non enim eum angelus hoc docuit, sed doctorem esse Petrum, ideo dicebat Cornelio: *Surge, nam & ego ipse homo sum.*

In eadem materia invehendo contra quod dixi, concilia generalia dici sancta & sanctissima, etiam ibi dico, inquit, dato quod sit aliquod generale concilium & omnes personæ inibi existentes sint non sanctæ, unde debeo scire, quod Spiritus sanctus illi concilio infallibiliter assistat, cum dicitur Sap. 1. *Spiritus enim sanctus disciplinæ fugiet fictum?* Sed si bene recolo, dixit in isto publico auditorio: Non possum videre, quomodo Spiritus sanctus assistat illis, &c. Ad quod dico, Nota quod iste casus non subjacet humanis judiciis, quia nemo scit, an amore vel odio dignus sit: imo esset judicium crudele, opinari singulos esse malos in Spiritu sancto congregatos, quia dominus usque adhuc reservavit sibi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua sua coram Baal, ad Romanos 11. (3. Reg. 19.) unde dico quantum ad materiam in se, quod concilium generale legitime congregatum in necessariis ad credendum ad salutem, deficere non potest, etiamsi prælati sint mali, quod probatur sic: Deus & natura non deficiunt in necessariis; sed saluti humani generis non videretur sufficienter provisum, si concilia generalia possent deficere in his quæ sunt de necessitate salutis; ergo hujusmodi concilia, in his quæ sunt de necessitate salutis, deficere non possunt. Consequentia videtur nota. Major patet primo per omnes philosophos, qui hanc pro maxima reputant in naturalibus; per divinam etiam providentiam circa genus humanum providentem potest ostendi, quia propter hoc collata sunt sacramenta, sacra scriptura divinitus est revelata, Verbum est incarnatum. Etiam minor patet, quia pro salute humani generis oportet esse aliquam regulam inobliquabilem & indefectibilem seu indeviabilem, ad quam genus humanum habeat recursum in credendis, quia *sine fide*, ut dicit apostolus, *impossibile est placere Deo:* (Hebr. 11.) alias non esset eidem sufficienter provisum ab optimo legislatore Christo: sed nullus particularis homo est hujusmodi sufficiens regula, ut non possit in fide errare, ut etiam † papa aliquando fecit. Ergo oportet dicere, quod habeatur recursus ad ecclesiam universalem, aut ad concilium generale. Cum ergo ecclesia universalis non possit in unum congregari secundum seipsam propter ejus amplitudinem per orbem universum, sequitur quod hujusmodi regula, ad quam habetur recursus in necessitate fidei, est concilium generale legitime congregatum, ecclesiam universalem repræsentans. Ergo sequitur quod concilium generale in his quæ sunt de necessitate salutis errare non potest. Pro cujus intellectu notandum est, ex culpa originali, & ex excellentia credendorum, credenda transcendunt humanam facultatem, ideo requiritur supernaturalis concursus ad eorum revelationem; & licet in scriptura contineantur, non tamen evidenter & sufficienter pro quolibet, ideo provisum est de tertio medio, scilicet facere exterius quod in se est, secundum illas patrum traditiones in celebrationibus concilii generalis. Ex quibus potest deduci, quod in concilio congregati, non sunt proprie qui loquuntur. Spiritus enim sanctus loquitur in eis, in his quæ determinantur in fide. Nam ex quo provisum est sufficienter posita exteriori forma, Spiritus sanctus residuum operatur: ex speciali enim providentia Dei, quam habet de salute hominum, videtur inferendum quod si forma ad extra servetur, Spiritus sanctus habebit suam efficaciam veritatem revelandi. Quantumcumque enim ministri essent inepti, tamen malitia non tolleret efficaciam Spiritus sancti, quia potest esse organum Spiritus sancti, sicut proportionabiliter asina Balaam locuta est improprie, quia magis Spiritus sanctus locutus est, & quemadmodum Balaam, Numerorum 22. & 23. vocatus a Balac ut malediceret populo, cui Deus benedixit, & ipse benedixit, licet coactus: ita in concilio generali in malis & iniquis prælatis male viventibus Spiritus sanctus loqueretur veritatem. Hoc fundatur ut dictum est, id est, prudentia Dei de necessariis, de nostro fine consequendo, quod non esset, nisi in concilio generali infallibilis daretur auctoritas, non obstante ministrorum malitia; imo cum Balac audivit quod Balaam benediceret populo Dei, ait: *Quid est quod agis? quia ut malediceres vocavi te.* Respondit: *Non possum aliud loqui nisi quod jusserit dominus*, ita similiter ubi agitur de instructione populi, quantumcumque invalesceret malitia prælatorum, possunt dicere cum Balaam: *Non possum dicere, nisi quod dominus jusserit.* Iterum secundo respondit Balaam: *Benedictionem prohibere non valeo. Non est*, inquit, *Deus, ut homo, ut mentiatur.* Non autem est, ut videtur, quod Deus specialiori modo tegat ecclesiam suam, quam ante incarnationem populum suum rexit. Ideo dixit Matthæi ultimo: *Vobiscum sum omnibus diebus ad consummationem sæculi.* & ejusdem 16. *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, hoc est, ecclesiam, quam concilium generale repræsentat. imo Christus, post adventum suum in carne, cum sacerdotes synagogæ mali essent, & generatio prava & adultera vocarentur, nihilo minus dixit turbis, Matthæi 23. *Omnia quæcumque vobis dixerint, facite.* Ex quo evidenter concludi potest, quod ea, quæ sacerdotes seu prælati novæ legis in concilio generali congregati, post publicationem euangelii dicunt, in his quæ sunt fidei, & de necessitate salutis, tenenda sunt: cum amplius sint illuminati, & specialius eis Spiritus sanctus assistat, quam sacerdotibus synagogæ. Et ad hoc deserviunt omnes expositiones, quas replicans adduxit super illo: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi,* (Matth. 23.) ut patet eas intuenti: & iterum solutiones illarum auctoritatum: *Qui vos audit, me audit*, & aliarum per me adductarum: quia concedit eas de conciliis generalibus etiam intelligi, licet etiam de fidelibus aliis in nomine domini congregatis possint exponi. Et tamen proprie & antonomastice de conciliis generalibus ista esse intelligenda, sanctorum auctoritatibus ostenditur. Sicut enim ait B. Cælestinus in epistola ad synodum Ephesinam transmissa, ut refert (Cælestinus epist. 7.)

Isidorus

† Falsum est, si de papa, ut papa est, intelligat: papa enim, ut papa, non est privata persona.

a. Si vero illorum sententiam sequitur, qui papam concilio subjiciunt, falsam sententiam sequitur, quam refutat Bellarm. lib. 4. de pont. c. 2. & seqq. & lib. 2. de conciliis cap. 13. & seqq.

ANNO CHRISTI 1433.

Isidorus in libro conciliorum, Spiritus sancti indicat præsentiam congregatio sacerdorum. Certum est enim quod legimus, quia nec potest Veritas ipsa mentiri, cujus in euangelio ista est sententia: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum*: quod cum ita sit; nam nec huic tam brevi numero Spiritus deest, quanto magis eum nunc interesse credemus, quando in unum convenit tota turba sanctorum? sanctum namque est pro debita veneratione concilium, in quo utique nunc apostolorum frequentissimæ illius, quam legimus, congregationis aspicienda reverentia est. & idem Isidorus in eodem libro in gestis tertiæ synodi Toletanæ, in epistola seu confessione Reccaredi regis, inquit: Valde necessarium esse perspexi beatitudinem vestram in unum convenire, habens sententiæ dominicæ fidem, quæ dicit: *Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ero in medio eorum*. Credo enim beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sacro interesse concilio, & ideo tamquam ante conspectum Dei in medio vestri fidem meam protuli. Ex quo patet quod beatus papa Cælestinus eam reverentiam habendam esse dicit congregationi concilii, quæ debetur collegio apostolorum, utpote in cujus medio ipse Christus assistat, sanctus Spiritus, & ipsa Trinitas tota. Hinc est quod beatus Hieronymus comparat concilii auctoritatem Soli, ut sicut Sol suo ardore humores rivulorum desiccat, ita sacrum concilium sua auctoritate omnem contrariam superat argumentationem: inquit enim in fine disputationis contra Luciferianum: Poteram omnes tuarum disputationum rivulos uno ecclesiæ Sole siccare; de auctoritate concilii generalis loquens. Ad auctoritatem Sapientiæ, *Spiritus sanctus non habitat in corpore subdito peccatis*, respondeo secundum S. Thomam in quæstione de veritate, quæst. 12. art. 5. quod sapientia se confert in animam dupliciter.

Matth. 18.

Act. 15.

Primo modo, ut ipsamet Dei Sapientia inhabitet, & sic hominem sanctum faciat & Dei amicum. Secundo modo solum quantum ad effectum, & sic non oportet quod sanctum faciat vel Dei amicum, & sic confert se in mentes malorum, quos prophetas constituit. Albertus 4. sentent. distinct. 19. ubi Magister dicit: Quidam putant hanc potestatem tantum illis esse concessam, qui doctrinam & vitam apostolorum servant. dicit Albertus: Isti sunt illi hæretici qui vocantur Cathari. & cum pro eis arguit, *In malevolam animam non introibit sapientia*, dicit quod intelligitur ista auctoritas quantum ad inhabitantem gratiam, & non ad comparationem gratis datæ.

Finaliter circa istam materiam sic assumitur, ubi ego dixi, quod illud non est vere dictum: Verbum Dei est tantæ perfectionis, quod nihil possit ei addi vel subtrahi: dico, inquit, si istud non est vere dictum, nec illud Deuter. 4. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ex eo*. Respondeo negando illam conditionalem, quod antecedens est verum, & consequens falsum. Quod antecedens sit verum, illud scilicet non esse vere dictum, quod verbis Dei nihil licet addi vel subtrahi, patet, quia secundum B. Augustinum in libro de vera religione cap. 16. in his quæ sunt fidei talis est regula servanda, quod falsa & damnanda semper sunt respuenda, vera autem & approbata semper sunt tuenda, dubia autem tamdiu credenda sunt, quamdiu aliquid doceat ratio, nisi contrarium aliquod præcipiat sanctæ matris ecclesiæ auctoritas. Posse ergo papam, ecclesiam, vel sanctos doctores, aliquid addere super illa quæ sunt fidei, dupliciter potest intelligi: uno modo, quantum ad dubii interpretationem: alio modo, quantum ad occultorum & implicitorum explicationem: Utroque autem

A modo potest addi scripturæ sacræ licite super ea quæ sunt fidei. Nam si aliqua sunt dubia & obscura in fide, ad prædictos pertinet interpretari, post quorum, præsertim papæ, vel generalis concilii, determinationem, hæreticum esset pertinaciter contrarium asserere. unde dicit Innocentius III. distinct. 23. quæst. 1. Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est sui nominis & honoris auctorem referre debere. Ad eamdem auctoritatem spectat implicita & occulta in fide pro temporum ætate congruentia explicare & declarare, ut patet quod inferiores ecclesiæ filii implicite & occulte credebant, postmodum explicite & publice profitebantur. Quod autem consequens sit falsum, patet, quia dicit scripturã esse falsam, & dicta

B doctoris quæ adducit, adducit idem ex alio, quia sacra scriptura promittit præmia exponentibus eam, dicens Ecclesiastici 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Sed replicans eisdem doctoribus debitam credulitatem subtrahit ubicumque sibi placet, ut patet ex suis responsis. Ergo non sequitur, verba sua sunt falsa, quod Ergo verba scripturæ sacræ sunt falsa. Ad auctoritates ergo dico. Ad 1. Deuter. 4. *Non addetis ad verbum quod loquor, nec auferetis*. dicit glossa: Docet normam æquitatis, & omnem hæresin percutit; vetat enim rectæ doctrinæ aliquid pravæ intentionis addere, vel aliquid veritatis subtrahere: Via enim regia incedendum est, non ad dexteram vel sinistram, quia rectæ viæ domini, & justi ambulabunt

Proverb. 30.

C in eis; & nihilo minus de Lyra inquit: Considerandum est hic, quod hic prohibetur additio depravans intellectum legis, non autem additio declarans aut elucidans, secundum quod scribitur Ecclesiastici 24. *Qui elucidant me, vitam sempiternam habebunt*. Similiter super illo: *Sermo Dei ignitus*, dicit glossa: Ve hæretici, qui corrumpunt scripturas, ne eis convincantur. Et B. Hieronymus ibidem: Ne corrumpas eloquia sacrarum scripturarum, sicut quidam hæretici, ne convincerentur, fecisse noscuntur. Et Lyra: Ne addas quidquam quod sit eis contrarium: potes tamen & meritorie addere illa quæ faciunt ad verbum domini elucidandum. Similiter super dicta Ioannis Apocalypsis ultimo dicit glossa; Quia quos-

D dam sciebat in Asia esse, qui pro suis erroribus fovendis aliquid adderent, vel minuerent, supponit excommunicationem. Et Lyra ibid. *Si quis apposuerit*, id est, discrepantia, sicut faciebant hæretici, qui tempore illo addebant discrepantia a veritate euangelii, & aliqua diminuebant de ejus veritate, dicentes Christum ante Mariam non fuisse; per hoc tamen non excluditur, quin possint aliqua addi licite, quæ faciunt ad declarationem sacræ scripturæ. & sic fecerunt doctores sancti. Hæc ille. Non est ergo verisimile, si sancti credidissent se peccasse, quod sanctis laboribus exponi scripturam intendissent. Circa secundum notabile, ubi dixi, prælatos malos & bonos magnifice ratione

E officii honorandos, & præsertim causas septem adduxi. Quod ad tertium, ubi dixi ideo quia ipsi soli habent auctoritatem ligandi & solvendi a peccatis, secundum illud Matth. 18. *Quodcumque ligaveris super terram*, &c. contra hanc arguit replicans: Non soli sacerdotes habent auctoritatem ligandi & solvendi a peccatis, igitur, *&c.* Videte quæso, quomodo ostendit se auctoritates sanctæ scripturæ intelligere aliter quam Christus suis discipulis innotuit. Ego enim allegavi illam auctoritatem Matthæi 18. *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis*: quam auctoritatem salvator non voluit de beata Trinitate intelligi, quia eam numero apostolorum non cõparavit, sed nec de laicis disponentibus se per contritionem, sed tantum de apostolis & eorum succes-

ANNO CHRISTI 1433.

Anno Christi 1433.

successoribus per sacri ordinis sacerdotalis susceptionem. Dico ergo, quod illa consequentia nil valet: Trinitas habet auctoritatem absolvendi a peccatis active, ergo non soli sacerdotes; quia est æquivocatio in terminis, ut patet ex dictis: novit enim omnis qui me intellexit, quod intellexi de auctoritate quam habent soli sacerdotes, qui sunt homines consecrati per ordinationem episcoporum, non de Trinitate vel Christo homine. Dico ergo aliqua: Primum est, quod soli sacerdotes habent auctoritatem clavium in foro pœnitentiæ, de qua loquitur in proposito, teste beato Ambrosio, ubi ait super verbo prędicto, Hoc jus, scilicet ligandi & solvendi, sacerdotibus est concessum: unde sanctus Thomas in 4. sententiar. distinctione 19. quæst. 1. dicit, quod introitus in cælum per dimissionem peccati vocatur clavis ordinis, & hanc soli sacerdotes habent, quia ipsi soli ordinantur pro populo in his quæ directe sunt ad Deum. Hæc ille. Secundo dico, quod laici, etsi se disponere possunt ad remedium pœnitentiæ, nullo modo tamen verum est, quod ex hoc habeant auctoritatem ligandi & solvendi dispositive, quia iste est periculosissimus modus loquendi. Ideo etiam opponens non audebat eum nominare, qui istum modum adinvenit. Nam ex modo loquendi doctorum catholicorum non habemos nisi triplicem auctoritatem ligandi & solvendi, ut ponit sanctus Thomas in 4. sententiar. distinctione 19. Una est auctoritatis & est solius Dei, qui propria virtute peccata dimittit. Alia excellentiæ, quam solus Christus habet homo, qui merito excellentiæ suæ passionis operatus est salutem nostram. De qua Apocalypsis tertio: *Qui habet clavem, aperit, & nemo claudit.* Tertia est ministerii, & istam non dicitur habere Trinitas increata, (cum sit principale agens, & non instrumentale aut ministeriale remissionis peccatorum: nec Christus, cum sit caput ecclesiæ, in quo per excellentiam plenitudinis est potestas illa:) sed soli sacerdotes, qui ministri dicuntur Christi, & de talibus loquebar in positione mea, juxta illud Ambrosii: Hoc jus, scilicet ligandi & solvendi, solum sacerdotibus est concessum. nusquam licite adderetur potestas quarta, scilicet dispositionis, quia quantumcumque laïcus se disponat ad pœnitentiam, tamen sibi non convenit illa auctoritas Christi, de qua ego loquebar: *Quodcumque ligaveritis super terram*, &c. Matth. 18. Quod etiam assumpsit: Christus homo habet auctoritatem dimittendi peccata; ergo non soli sacerdotes; patet ex dictis, quod nil valet consequentia, quia alia ratione Christus, & alia sacerdotes habent auctoritatem solvendi & ligandi a peccatis. Quia, ut dicit S. Thomas ubi supra, virtus aliquid agendi est in instrumento, & in per se agente, non eodem modo, sed in per se agente perfectius. Potestas autem clavium quam habemus, & aliorum sacramentorum virtus est instrumentalis, sed in Christo est sicut in per se agente ad salutem nostram, per auctoritatem quidem, in quantum est Deus, sed per meritum, in quantum est homo. Clavis autem de ratione sua exprimit potestatem aperiendi & claudendi, sive aliquis aperiat quasi principale agens, sive quasi minister: & ideo in Christo oportet ponere clavem, sed altero modo quam sit in ejus ministris. Et ideo dicitur, quod habet clavem excellentiæ: & tantum de illo. Assumpsit ulterius contra quartam clausam, ubi dixi sacerdotes honorandos, eo quod de eorum orationibus certius est, quod efficaciam pro populo & animabus sortiantur; Ibi dicit, quod si sacerdotum orationes debeant esse efficaces pro populo, primo oportet quod sic sacerdotes Deo placeant

Triplex auctoritas ligandi & solvendi.

Auctoritatis.

Excellentiæ.

Ministerii.

A per virtuosa opera, alias ipsum Deum provocant ad deteriora. Dico quod hoc est simpliciter falsum, quia est bene congruum, sed non simpliciter ut sit necessarium. Quia ut dicit sanctus Thomas in 4. sententiar. distinctione 45. De suffragiis quæ fiunt per malos, inquit, duo possunt considerari; primo ipsum opus operatum, sicut sacrificium altaris. & quia nostra sacramenta ex seipsis efficaciam habent absque opere operantis, quam æqualiter explent, per quoscumque fiant; quantum ad hoc, suffragia per malos facta defunctis prosunt. Alio modo quantum ad opus operans. Et sic distinguendum est, quia operatio peccatoris suffragia facientis potest uno modo considerari, ut est ejus, & sic nullo modo meritoria esse potest, nec sibi nec aliis. Alio
B modo, quantum est alterius, quod dupliciter contingit: uno modo, in quantum peccator faciens suffragia gerit personam totius ecclesiæ, sicut sacerdos, dum dicit in ecclesia exequias mortuorum. Et quia ille intelligitur facere, cujus nomine vel vice fit, ut patet per Dionysium in 13. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ, inde est quod suffragia talis sacerdotis, quamvis sit peccator, defunctis prosint quasi ex persona ecclesiæ facta, cujus ipse minister est. Alio modo, quando agit ut instrumentum alterius, opus enim ministerii est magis principalis agentis: unde quamvis ille qui agit ut instrumentum alterius, non sit in statu merendi, actio tamen ejus potest esse meri-
C toria, ratione principalis agentis: sicut si servus in peccatis existens quodcumque opus misericordiæ facit ex præcepto domini caritatem habentis. Unde si aliquis in caritate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat caritatem habens, illa suffragia valent defuncto, quamvis illi per quos fiunt, in peccato existant, magis tamen valerent, si in caritate essent, quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent. Ad Gregorium in pastorali: Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, animus iudicis ad deteriora provocatur; respondet sanctus Thomas, quod quamvis ex parte ejus displicentis oratio peccatoris non sit accepta, tamen ratione alterius, cujus vice vel imperio agitur, potest esse Deo accepta. Et
D per hunc modum solvuntur aliæ auctoritates: quia oratio quam sacerdos facit, sibi non prodest, nisi sit in caritate, prodest tamen aliis, in quantum est minister publicus ecclesiæ. Et sic patet quam male dixerit in illa sua positione, quod oportet sacerdotem Deo placere per bona opera, si debeat exaudiri pro populo. Præterea accedens ad propositiones, ubi dicit, solos curatos ordinarie post prælatos majores, scilicet episcopos, debere prædicare, & religiosos ex voto suæ professionis, quo ad hoc sunt astricti: dicit quod istæ propositiones patiuntur instantiam pro tempore quo non erant curati, & quando ecclesiæ & parochię adhuc non erant divisę. unde quęrit, si soli episcopi succedant apostolis, & soli curati 72. discipulis, quorum successores sunt minores presbyteri, & non curati. Pro quorum fundamentali discus-
E sione dico pręter ea quę nuper dixit in sua replicatione, præsertim cum unus ex dominis Bohemis supplicavit hoc declarari, & in scriptis tradi: Quęro a vobis domine Ulrice, cum dominus in veteri testamento non instituerit, quod expresse legatur, nisi Aaron in summo pontificatu, minores sacerdotes & Levitas, unde ergo cantores, quos David instituit? Unde etiam illa distinctio sacerdotum, quorum hebdomadarum septuaginta duo thurificabant? 1. Par. 13. Respondeo, quod omnis status ecclesiasticus est a domino nostro Iesu Christo institutus, teste apostolo ad Ephesios 4. *Unicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi, pro-*

Anno Christi 1433.

Q. 1. art. 3. Quomodo malorum sacerdotum suffragia prosint.

Ibid. ad 2.

ANNO CHRISTI 1433.

Psal. 67.

pter quod dicit scriptura : *Ascendens in altum dedit* A *dona hominibus*. quæ sint illa dona, subdit : *& ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios pastores, & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, quod est ecclesia*. Et eadem sententia habetur 1. ad Corinth. 12. Ex quo patet quod hæc perfecta & plena distinctio maxime in hora ascensionis domini a domino instituta est, ut notant verba præmissa allegantia illud Psalmi : *Ascendens in altum dedit dona hominibus*. Ex quo iterum sequitur, quod distinctio & varietas in ecclesia statuum, graduum & dignitatum, non principaliter ex institutione ecclesiæ, aut cujuscumque puri hominis auctoritate processit, quare nec eam destruere potest. Sed diceres, Quomodo istos status instituit, cum non nisi apostolus duodecim & 72. reliquit discipulos ? respondemus secundum glossam Innocentii III. *Ipse dedit*, quia sic ascendit ut adimpleret omnia, *omnia*, inquit, *adimplevit*, *quia ipse dedit*, id est, gratis instituit, non eorum meritis, *quosdam quidem apostolos*, scilicet duodecim prædicationis suæ vicarios, Lucæ 6. *Elegit*, inquit, *duodecim, quos & apostolos nominavit, quosdam autem prophetas*, scilicet futura prædicentes, sicut Agabus Actor. 21. *vel prophetas*, id est, scripturas exponentes, Actor 13. *Erant in ecclesia, qua erat Antiochia, propheta*. id est doctores ; *alios vero euangelistas*, id est, euangelii annuntiatores, ut quatuor euangelistæ. *Ego enim*, inquit, *Ierusalem euangelistam dabo*. Isaiæ 41. *alios autem pastores*. & doctores, & episcopos, qui pascant exemplo, & doceant verbo, juxta illud Ieremiæ 3. *Dabo vobis pastores juxta cor meum, & pascam vos scientia & doctrina*. & Isaiæ 30. *Non faciet ultra avolare a te doctorem tuum*. Vel dico secundo, quod ipse Christus hanc diversitatem hierarchicam dedit & instituit virtualiter, dum Spiritum sanctum misit invisibiliter, qui docuit apostolos & eorum successores, quæ cujuslibet status ecclesiastici officio congruerent, prout ipse salvator promisit apostolis suis : *Adhuc*, inquiens, *multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quacumque dixero vobis*. Et ne crederetur eis solis datus, sed etiam posteris eorum successoribus, ait : *Ego mittam vobis Spiritum veritatis, qui docebit vos omnem veritatem, ut sit vobiscum in æternum*. Ioannis 15. sic enim Christus per prælatos dicitur ecclesiasticam hierarchiam instituisse, teste apostolo : *Et ego si quid donavi, in persona Christi vobis donavi*. & hoc est quod dicit dominus patriarcha Petrus de Palude, de ecclesiastica potestate, conclusione 3. Ad tertium argumentum, quod Christus dedit pastores dando primum & universalem pastorem immediate, dicendo Petro : *Pasce oves meas*. Sic etiam dicit beatus Augustinus in lib. de consensu euangelistarum, ostendens Christum euangelium scripsisse, & tamen euangelistis commiserat scribere, dicens : Omnibus discipulis suis per hominem quem assumpsit, tamquam membris sui corporis caput est : itaque cum illi scripserunt quæ ille ostendit & dixit, nequaquam est dicendum quod ipse non scripserit, quandoquidem membra ejus id operata sunt, quod dictante capite cognoverunt : quidquid enim ille de suis dictis & factis nos legere voluit, hoc scribendum illis tamquam suis manibus imperavit. Hæc ille. Unde in persona prælatorum ecclesiæ dicit dominus : *Qui vos audit, me audit*, Lucæ 10. cujus rationem subdit apostolus ubi prius, dicens : *Ex quo*, scilicet Christo capite ecclesiæ, *totum corpus ecclesia compactum est per*

Distinctio & varietas graduum & statuum in ecclesia a Christo profecta.

Ioan. 14. & 16.

Ioan. 21.

Cap. 34. in fine tom. 4.

Ephes. 5.

omnem juncturam subministrationis, id est, per quam communicationem fidelium unus communicat & subministrat alteri bonum quod habet a Christo capite : unde subdit : *Secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri*, quia secundum gradus membrorum ecclesiæ, competunt diversis actus diversi, majores scilicet & minores, sicut alii actus episcoporum, alii sacerdotum, alii religiosorum, & sic de singulis, secundum expositionem venerabilis de Lyra ibidem. Sicut alia est operatio cujuslibet membri, alia operatio oculi, alia pedis, & vere per Iesum Christum hoc est totum ; quia augmentum corporis sui facit, & hoc quantum ad profectum eorum qui jam sunt de corpore, ipse dico, B tendens in ædificationem sui, secundum quod Christus accipitur pro capite cum membris, & hoc quantum ad illos, qui sunt de corpore ecclesiæ, prout dicit Innocentius ibidem 2. Supponendum, quod præmissa officiorum varietas regitiva sit hierarchica dispositio sive subordinatio, & una sit papalis auctoritas suprema, ex præinstitutione, & non tantum humana, sed divina auctoritate, juxta illud Ioan. 21. *Pasce oves meas*, unde licet apostolus dicat : *Dedit quosdam apostolos, quosdam prophetas*, non nominando papalem eminentiam, singulariter tamen præsupposuit id per Christum expresse factum, unde ad inferendum illud quod dictum est, præmisit : *Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*. quasi diceret quod uni plus, & alteri C minus donatum est, cum uni supremum regimen ecclesiasticum sit commissum, ideo dicit idem Apost. 2. ad Corinth. 10. *Non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regula. qua mensus est nobis Deus*. ubi glossa dicit : Usurpans sibi regimen animarum sine commissione Christi, aut sui vicarii, vel potestatem sibi commissam ultra terminum sibi præfixum extendens, non secundum mensuram regulæ, sed in immensum gloriatur. Hæc ibi. Ex præmissis infertur, quod secundum statum apostolicum, singulariter tria genera ecclesiasticorum ipsis apostolis succedere dignoscuntur, scilicet cardinales, episcopi, religiosi. Pro quo sciendum, quod apostoli possunt tripliciter considerari. uno modo. prout D fuerunt Christi assessores ante suam ascensionem ; alio modo, prout facti sunt pastores dispersi per mundum prædicantes. tertio modo a vocationis eorum principio usque ad finem juxta modum perfectionis & conversationis. Primo, inquam considerari possunt apostoli, ut fuerunt Christi assessores primo, & postea B. Petro assederunt, ut domestici & familiarissimi amici & secretarii, & hoc modo succederunt eis reverendissimi patres domini cardinales, quasi domestici papæ consiliarii & assessores : sed quantum ad secundum statum, episcopi succedunt apostolis, & hoc notavit apostolus distinguens status ecclesiæ, quia cum distinguit statum pastoralem, cui incumbit cura animarum par- E ticularium, a statu apostolico, ad quem spectat regimen & ordinatio totius ecclesiæ generalis, & juxta hanc sententiam dicit Archidiaconus 22. distinct. capite, Sacrosancta ; quod papa debet se inter cardinales annumerare, ratione status apostolici in quo sunt, condividendo eum a statu pastorali, licet etiam in statu apostolico fuerunt pastores. Sed status in se sunt diversi, & prius fuerunt in statu apostolico per Christum instituti, quam in pastorali per Petrum : quia ante passionem omnes duodecim fuerunt apostoli, sed post passionem institutus est Petrus a Christo omnium pastor, & & tunc status pastoralis est ordinatus, cum apostolicus status ante fuisset. Petrus ergo & sui successores utrum-

ANNO CHRISTI 1433.

Lyra. in 4. c. epist. ad Ephes.

Apostolorum status tripliciter considerandus.

Cardinales succedunt apostolis ut assessores, episcopi ut prædicatores.

utrumque retinent statum, sed cardinales apostolicum duntaxat, & ita diversitas inter nunc vocatos cardinales & episcopos, qui in statu apostolico vario modo succedunt apostolis, notatur in glossa 2. Cor. 3. super illud fidelibus dictum: *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo*, qui erat episcopus eorum, *sive Cephas*, id est, Petrus, qui omnibus major erat. Ex quo sequuntur aliqua. Primum, quod ad statum cardinalium, tanquam ad statum apostolicum, primo pertinet una cum papa regimen & ordinatio totius ecclesiæ. Nam sicut perfectio status episcopalis in hoc consistit, secundum sanctum Thomam 2. 2. quod quis ex voluntaria obligatione se obligat ad hoc quod curam proximorum gerat, & saluti eorum insistat, videlicet eorum qui suo episcopali regimini specialiter sunt commissi: Ita perfectio status cardinalatus in hoc consistit, quod ex caritate se obligat, ut cum capite suo Christi vicario, generaliter fidem & Christianitatem usque ad sanguinis effusionem defendat, in cujus signum capellum rubeum portare dicuntur.

Gloss. in. sublineari.

Thom. 22. quæst. 184. ar. 7. ad 1.

Sequitur secundo, quod cardinales sunt in statu perfectionis altioris, quam sit generaliter status pastoralis, quia inferiores pastores tenentur se exponere pro grege particulari; sed cardinales tenentur se exponere pro ecclesia universali, quod est perfectius, quia bonum quanto communius, tanto divinius, ut dicit philosophus.

Tertio sequitur ex eodem, quoad sedem apostolicam, scilicet papam & cardinales; præ ceteris sedibus particularibus pertinet declaratio veritatum necessariarum aut utilium ad salutem, sive quantum ad fidem, sive quantum ad utile regimen ecclesiæ militantis, quia in hoc succedunt Petro & ceteris apostolis, quantum ad statum apostolicum primitivum, de quo dictum est: *Euntes docete omnes gentes*. Matthæi ultimo. Si vero objicitur, quod cardinales diaconi non succedunt apostolis, cum omnes fuerint presbyteri; respondetur, quod licet non succedunt in ordine diaconatus, & nihilo minus succedunt eis, quantum ad ordinem hierarchicum cardinalatus, ad intellectum superius declaratum, unde quantum ad hoc, cardinales diaconi non solum jure prædicto, sed etiam laudabili & approbata consuetudine tam præscripta, præcedunt episcopos, licet ordo episcopalis dignior sit ordine diaconatus. sicut verbi gratia archidiaconus, licet non sit presbyter, tamen præest pluribus presbyteris suo archidiaconatus ordini hierarchico subjectis. 25. distinctione, Perlectis. Et sic cardinales etiam non episcopi præcedunt episcopos, quia comparantur senatoribus, qui erant primi post imperatorem, & dicebantur patres conscripti. De hoc per Archidiaconum de officio legislatoris c. 1. l. 6.

Cardinales non episcopi præcedunt episcopos.

Quantum ad secundum statum apostolorum, prout divisi sunt a Petro per universum mundum, succedunt eis proprie episcopi cum omnibus his, qui sub hoc nomine, episcopus, dignoscuntur comprehendi, de quo dicit Rabanus libro suo de natura rerum: Ordo, inquit, episcoporum quadripartitus est, id est, in patriarchas, archiepiscopos, metropolitanos, atque episcopos. Patriarcha Græca lingua interpretatur summus patrum, qui primum, id est, apostolicum retinet locum, & ideo quod summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. Archiepiscopus Græco vocabulo dicitur, quod sit summus episcopus. tenet enim vicem apostolicam, & præsidet tam metropolitanis, quam episcopis ceteris. metropolitani autem a mensura civitatum vocati sunt, singulis enim provinciis præeminent, quorum auctoritati & doctrinæ ceteri sacerdotes subjecti, sine quibus reliquis episcopis nihil agere licet. sollicitudo enim totius provinciæ ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur, sed ideo privato nomine quidam utuntur, propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. Patriarcha pater principum; ἀρχων enim princeps, archiepiscopus princeps episcoporum, sicut metropolitanus a mensura civitatum. Hæc ille. Sed notat dominus opponens unam clausulam, quam dicit me prætermisisse in capite, Decretis. ubi dicitur quod talis distinctio est sumpta a vana Gentilitate, quod voluit notari. Respondeo, quod nomina ista, flamines, ecclesia in Gentilitate reperit; sed gradus eis correspondentes B. Petrus & apostoli a Christo acceperunt: & ideo nomina permanserunt, & in distinctionem ecclesiasticæ dignitatis cesserunt, vel cum sancto Thoma, ubi arguit in 4. distinctione 24. ritus ecclesiæ non debet magis conformari ritui Gentilium, quam ritui Iudæorum, ergo respondet quod ritus Iudæorum non erat diffusus in diversis regnis & provinciis, sed tantum in una gente, & ideo non oportebat quod sub eo, qui habebat potestatem principalem, alii pontifices distinguerentur: sed ecclesiæ ritus, sicut & Gentilium, per diversas nationes diffunditur, & ideo oportuit, quod quantum ad hoc magis Gentilium ritui, quam Iudæorum, status ecclesiæ conformetur. Unde licet ordo iste ecclesiasticus quoad distinctionem graduum prælationis, sit ritui conformis Gentilium, non sequitur quod sit malus aut vanus, aut non a Deo institutus: quoniam ecclesia constituta est ex utroque pariete, scilicet Gentilitatis & Iudæorum: ita ritus ecclesiæ modo capitur ex conformitate unius, modo alterius, prout dicit Hugo lib. 2. de sacramentis, part. 3. cap. 4. Hæc ille. Et hi ordines a S. Petro & sanctis apostolis effluxerunt, prout testatur etiam B. Clemens, secundum quod etiam allegat Hugo ubi prius, & habetur in libro illius, in principio, qui solet inscribi Decreta pontificum; dicit enim sic: In illis civitatibus in quibus apud Ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant episcoporum primates poni, vel patriarchas ordinavit qui reliquorum episcoporum judicia, & majora quoties necesse foret negotia in fide agitarent secundum domini voluntatem, sicut sancti constituerunt apostoli, & ita ut nequiter injuste periclitaretur definirent. In illis autem civitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant Ethnicos archiflamines, quos tamen minoris ducebant, quam memoratos primates, archiepiscopos institui præcepit, qui non tantum primatum, sed archiepiscoporum nomine fruerentur. Hæc ille. Ex quo patet, quod apostolis hi gradus succedunt, quoad statum eorum.

Raban. lib. de institu. cleric. c. 1 similia habet.

Dist. 21. c. Decretis.

Quantum ad tertium statum apostolorum, scilicet perfectionis conversationis, eis succedunt religiosi. Unde dicitur 16. quæstione 1. Ex auctoritate; quod monachi apostolorum figuram tenent, & hoc quantum ad propriorum renuntiationem, ut exponit glossa. Pro quo sciendum, quod repræsentare statum Christi & apostolorum potest intelligi dupliciter: uno modo essentialiter, & sic omnes qui obligant se ad perfectionis opera secundum tria vota essentialia, repræsentant Christi & apostolorum perfectionis statum: scribitur enim Numer. 6. quod omnes Nazaræi, qui volebant se domino consecrare, voto se astringebant ad perfecta opera. Quantum ergo ad hoc, quod omnes religiosi voto se obligant,

Religiosi perfectione conversationis. Cap. 14.

Status Christi repræsentatus essentialiter.

ANNO CHRISTI 1433.

astringentes se ad opera supererogationis, secundum illa tria essentialia vota, essentialiter repræsentant Christi ac apostolorum perfectionis statum, cum apostoli prius vocati fuerint ad statum religionis, secundum illa tria vota, sicut de voto apostolorum infra dicetur. Nam mox vocati ad Christum, *relictis omnibus secuti sunt eum.* Matth. 4. Super quo verbo dicit Chrysostomus: Tria sunt quæ relinquere debent venientes ad Christum: primo substantias mundiales, quæ per navem intelliguntur: secundo, operationes carnales, quæ per rete intelliguntur: tertio, reverentias paternales, quæ per patrem intelliguntur. Hæc ille. Secundo instrumentaliter, & sic secundum diversum modum vivendi in voluntaria paupertate, diversimode religiosi Christi & apostolorum perfectionis statum repræsentant. Pro quo sciendum, quod ad perfectionis statum multa requiruntur: formaliter quidem necessaria est caritatis perfectio; efficienter vero triom votorum principalium perpetua obligatio; instrumentaliter corporalis in vigilos & jejuniis exercitatio, & regularis observatio. Essentialiter autem Christi & apostolorum in modo vivendi imitatio. Quantum ergo ad caritatis perfectionem, episcopi sunt in perfectiori statu ceteris aliis. Requirit enim pontificalis status caritatem perfectam jam acquisitam, non acquirendam. Quantum vero ad trium votorum principalium perpetuam obligationem, omnes religiosi, qui ad illa se obligant, sunt æqualiter in perfectionis statu: Quantum autem ad corporalem exercitationem monachi & professores regulæ beati Benedicti, * actiorem vivendi modum perfectionis statum requirunt quam alii. Sed quantum ad modum vivendi Christi & apostolorum imitatione, religiosi mendicantes magis sequuntur illum modum vivendi, quam alii, cum in communi possessiones non habeant, nec in speciali, sed solum de his, quæ quotidie offeruntur a Christi fidelibus in victu & vestitu necessaria recipiant? quemadmodum Christus cum suis discipulis nunc mendicando, nunc necessaria oblata recipiendo. Ex quo patet, quod religiones non sunt institutæ a puro homine, quantum ad vota essentialia, in quibus consistit omnis religionis perfectio, sed præsupponuntur illa vota esse instituta a Christo, in ipsa apostolorum vocatione, sed solum quantum ad quædam accidentalia, puta quantum ad habitum & ordinationem regulæ, vel institutionem, quæ sic firmitatem habent, non nisi cum approbatione ecclesiæ; hoc addito, quod certarum religionum habitus non est humanitus inventus, sed de cælo ostensus & datus, quemadmodum B. Virgo habitum ordinis mei Prædicatorum ostendit magistro * Rayoaldo, ipsum curando mirabiliter a sua infirmitate ad preces beati Dominici, ex tunc eum habitum, quem videtis, ordo acceptavit, quem non homo, sed beatissima virgo Maria nobis contulit, cum habitum canonicorum regularium fratres nostri bajularent, ut patet ex legenda beati Dominici. Ex quo patet, quod ecclesiastica hierarchia succedit apostolis, scilicet cardinales ut assistentes, episcopi ut ministrantes, & religiosi ut perfectionis vitam imitantes.

Chrys. in opere imperf.

* alius lib. strictioris modo

* Reinhardo,

Aliud genus a Christo institutorum est, 72. discipuli, & hi etiam possunt in triplici habitudine considerari. Primo ut missi a Christo ad prædicandum ante suam passionem. Secundo ut missi ab apostolis post Christi ascensionem. Tertio ut diaconi per quorumdam ex eis ordinationem. Nam in primo statu succedunt eis presbyteri curati. in secundo quoad aliquid presbyteri alii. in tertio archidiaconi, judices, & ceteri clerici. Primo inquam, si consideramus 72. discipuli ut a Christo missi ad prædicandum in omnem locum, quo erat ipse venturus, & non alibi, repræsentant statum & figuram curatorum presbyterorum, qui sic sunt ad unam plebem seu parochiam limitati, quod præsunt illic, & non alibi, & sic declaravi in prima positione mea super illo complexo, A sacerdotibus domini; notando, quod soli curati succederent in prædicatione ordinata 72. discipulis Domini, quia illi soli sunt presbyteri secundi ordinis, aut minoris ordinis appellati, ut ibidem sufficienter deductum est. Expressius declarat dominus patriarcha Petrus de Palude in lib. de ecclesiastica potestate, conclusione 3. Sed secundo modo, prout ab apostolis fuerunt missi, considerantur quoad duplicem actum. Primus est super corpus Christi verum, quia creduntur multi ex eis fuisse ordinati in presbyteros, licet in scriptura canonica non reperiatur. Secundus actus quoad corpus Christi mysticum, in quantum ab apostolis receperunt auctoritatem exequendi potestatem clavium, & in utroque actu succedunt eis curati: sed in primo tantum sacerdotes alii, quia ut dictum est in alia positione ex sancto Thoma, principalis actus sacerdotii, qui est consecrare super corpus Christi verum, omnibus sacerdotibus convenit, sed secundarius actus sacerdotii, qui est super Christi corpus mysticum, non convenit nisi curatis. Considerando autem eos tertio modo prout quidam fuerunt ex eis facti diaconi, ut Stephanus archidiaconus, sic eis succedunt clerici consimilium nominum, & inferiores prælati seu clerici, quemadmodum de hoc scribunt doctores antiqui multi: sufficit tamen ad præsens quod in concilio Calchedonensi statutum est, ut aliqui presbyteri ordinari possint, si in martyrio provisi fuerint, distinctione 70. Neminem; ubi dicit glossa quod martyrium vocatur, ubi repositæ sunt reliquiæ martyrum, & constat satis, quod illi fuissent male illic limitati, si fuissent ad prædicandum ubique obligati. Et ita non successerunt 72. discipuli nisi in actu principali, qui est actus celebrationis officii super corpus Christi verum.

Cap. 3.

Præmissam deductionem latius præsertim in hoc ultimo puncto declarassem, nisi infirmitate gravatus fuissem, ea tamen quæ tacta sunt in positione dominorum Bohemorum, dixi, quia ex his corrigere possunt & debent inter multa puncta per dominum replicantem hæc duo, primum ubi dixit quod non habemus expresse in scriptura canonica, quod Christus instituerit Petrum summum pontificem apostolorum. Secundum quod ibidem dixit in statu ecclesiæ primitivæ non fuisse nisi tantum duos gradus, scilicet diaconatus, & presbyteratus: eo quod idem erat in primitiva ecclesia sacerdos & episcopus. Et quamquam hæc duo sunt ostensa expresse esse falsa immediate superius, tamen pro majori evidentia de primo sciendum, quod Petrus a Christo positus est super apostolos, tanquam princeps & prælatus eorum, quod ex scriptura canonica patet, ubi dominus ait Petro: *Pasce oves meas*, ubi dicit Chrysostomus: Eximius enim apostolorum erat Petrus, & os discipulorum & vertex collegii, unde & negatione deleta, committit ei prælationem fratrum, & negationem quidem ei non exprobrat: sed dicit, Si diligis, præside fratribus. Idem Chrysostomus super Acta apostolorum ait: Petrus a Filio super omnes qui filii sunt, potestatem accipit, non ut Moyses in gente una, sed in universo orbe. Et ita patet quod soli Petro dictum est illud verbum: *Pasce oves meas.* & ita bene ego addidi literam, Soli, licet in textu evangelii non habeatur, nec addidi, ut verba textus, sed ut doctores exponere solent verba eadem. Et idem beatus Bernardus ad Eugenium inquit: Quæ sub te sunt, quæ

Duo corrigenda a replicante.

Matth. 16. Joan. 21.

Petrus vertex & os apostolorū.

Anno Christi 1415.

Lib. 2. considerationum.

quæ sint illa, si quæras, certe orbem cacundum est ei qui forte vellet explorare quæ non pertinent ad tuam curam. Et paulo ante. Itaque tu & heres, & orbis hereditas. & supra: Indagemus quis sis, videlicet quam personam in ecclesia Dei geras. Es enim sacerdos magnus, summus pontifex, tu princeps episcoporum, tu heres apostolorum: & infra. Tu es cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt. Sunt quidem & alii cæli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto differentius utique præ ceteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi universi crediti sunt, nec modo ovium, sed & pastorum; tu unus omnium ovium pastor. Unde id probare quæris? Ex verbo Domini. cui enim, non dico episcoporum, sed apostolorum, sic absolute & indiscrete totæ commissæ sunt oves? *Si me amas Petre, pasce oves meas.* quas? illius vel illius populi, civitatis, aut regni? *oves meas*, inquit. Cui non planum non designasse aliquas, sed designasse omnes? & reliqua quæ ibi sequuntur. Ad propositum.

Cap. 2.

Ad ea ubi replicans volens ostendere propositum suum, arguit primo ex canone, In novo, distinct. 21. ubi dicit, quod omnes apostoli fuerunt pares, quia parem honorem & potestatem a Domino receperunt. Respondeo quod verum est de potestate ordinis sacerdotalis primo, & episcopalis tandem, quæ non recipit maius & minus, sed non est verum de potestate iurisdictionis, ut declaratũ est etiam nunc & in mea positione ex multis doctoribus, & per hoc sunt solutæ auctoritates aliæ, quas adducit, quia dominus omnibus simul dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, loquitur de potestate ordinis: similiter: *Accipite Spiritum sanctum.* Sed quia dixit dominus replicans, quod illud, *Pasce oves meas*, non fuit dictum soli Petro, sed sibi in persona aliorum, in oppositum oportet ostendere veritatem. Nam textus sibi soli ostendit dictum: *Dixit Iesus Petro: Simon Ioannis diligis me plus his? pasce oves meas*:

Ioan. 21.

& quod soli Petro dictum est illud verbum, *Pasce oves meas*, & per hoc Petrus sit constitutus summus pontifex totius ecclesiæ, patet per subsequentia: dicit enim super eodem verbo beatus Cyrillus episcopus Alexandriæ, ut membra maneamus in capite nostro apostolico throno, Romano pontifice, a quo nostrum est quærere quid tenere, & quid credere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes pro omnibus, quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, solvere, & ligare, loco illius qui ipsum ædificat; & nulli alii quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit, cui omnes iure divino caput inclinant, & primates mundi tamquam domino Iesu Christo obediunt. Hæc ille. Super eodem Ioannis ultimo dicit Theophylactus: Finito prandio commissionem ovium mundi Petro commendat, non aliis, unde dicitur: *Cum ergo prandisset, dicit Simoni Petro Iesus: Simon diligis me plus his? Pasce oves meas*; tamquam non esset ubi ostenderet Petrus amorem suum Christo, nisi esset pastor fidelis sub principe omnium pastorum. Hæc ille. Nicolaus de Lyra, *dixit Simoni Petro*, volens ei beneficium speciale conferre, *Simon Ioannis diligis me plus his? Pasce oves meas.* Hæc ille. Sanctus Thomas dicit sic: *Pasce oves meas.* ut sic non posset dici Christianus, qui dicit, se non esse sub cura pastoris istius, scilicet Petri, iuxta illud Ezech. 39. *Pastor unus erat omnium nostrum.* & Oseæ 1. *Ponent sibi caput unum.* Petro autem hoc officium congrue omnibus intermissis commisit, quia secundum Chrysostomum eximius apostolorum erat, os discipulorum, & vertex collegii. Hæc ille. Gorra: Sed quæritur cum alii

S. Thom. in Catena.

S. Thom. 21 c. Ioan. lect. 3.

Ioan. Chrysost. in 21. c. Ioan.

A discipuli circumstarent, qui dominum diligebant, propter quod a solo Petro quæsitum est de dilectione? Ratio una est, inquit, quia sibi erat cura gregis specialiter committenda inter alios, ideo ab eo specialiter de dilectione quæritur. allegat Chrysostomum, ut iam dictum est. Item sanctus Thomas contra Gentiles, lib. 4. cap. 76. Quia Dominus corporalem præsentiam ecclesiæ erat subtracturus, oportuit ut alicui committeret, qui loco sui universalis ecclesiæ gereret curam. Hinc est quod Petro dixit ante ascensionem: *Pasce oves meas*, Ioannis ultimo, & ante passionem: *Et tu iterum conversus confirma fratres tuos*, Luc. 22. & ei soli promisit: *Tibi dabo claves regni cælorum*, Matth. 16. ut ostenderet quomodo potestas ecclesiæ per eum ad alios esset
B derivanda ad conservandã ecclesiæ unitatẽ. Hæc ille.

Non idem esse episcopum & sacerdotum.

Quam reprehensibile autem sit secundum, eo magis debeo enarrare, quo sperabam replicantem providentiorem fuisse: dicere enim quod in ecclesia primitiva idem fuerit episcopus & sacerdos, fuit hæresis Aerianorum, ut dicit beatus Augustinus lib. de hæresibus cap. 53. qui Aerius, quia desideratum episcopatum adipisci non potuit, vilipendendo episcopatum, tandem dixit a presbytero episcopum nulla differentia debere discerni. unde dicit sanctus Thomas 2. 2. quæstione 184. articulo 4. ad 1. quod secundum nomen olim presbyteri & episcopi non semper distinguebantur, quia sæpe pro eodem in sacra scriptura sumuntur. sed secundum rem semper fuit inter eos
C distinctio, etiam tempore apostolorum. Ad hoc autem quod allegat apostolum, & Magistrum sententiar. respondeo, quod apostolus allegat regulam episcopalem, dicens 1. Timoth. 3. *Si quis desiderat episcopatum, bonum opus desiderat. Oportet episcopum irreprehensibilem esse.* De diaconis postea loquitur, & de presbyteris mentionem non facit. non ideo factum est, quod ideo fuerit tunc presbyter & episcopus, sed quia illa doctrina, quam soli tradidit episcopo, etiam convenit & presbytero. unde dicit Chrysostomus
D ibidem homilia 11. in expositione eiusdem textus, sic disputans de episcopis, & designat eos dicens: Quæ quidem habere, a quibus autem abstinere oportet, & ordinem presbyterorum dimittens, ad diaconos transilivit, quia utique quoniam non multum medium est; etenim hi sacerdotes ministerium susceperunt, & præsidentiam ecclesiæ, & quæ de episcopis dixit, hæc & presbyteris conveniunt, in inthronizatione enim sola super eos ascenderunt, & hoc solum videtur superabundare presbyteris. Hæc Chrysostomus. Ad idem inquit Haymo: Quare tacuit de presbyteris? ideo, quia in ordinatione episcopali comprehenduntur presbyteri. Omnis enim episcopus presbyter est, & tamen non omnis presbyter episcopus est. Hæc ille. Et quod nullo modo fuerit mẽs alia apostoli, quam quod alterius gradus essent presbyteri & episcopi, patet ibidem cap. 4. dicente: *Noli negli-*
E *gere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cũ impositione manuum presbyterii.* Quem ergo credis hic apostolum dixisse presbyterum? numquid simplicem sacerdotem? non ita, sed presbyterum ibi dixit episcopum. unde Chrysostomus in expositione homil. 3. ibidem. *Cum impositione manuum presbyterii*: Non de presbyteris, sed episcopis dixit. non enim presbyteri episcopum utique inthronizabant. Hæc ille. Ecce quod simplices presbyteri non convenienter inthronizassent, id est consecrassent episcopum. Fuerunt ergo distincti ab episcopis presbyteri, etiam tempore Apostoli, sicut & supra dictum est de patriarchis, presbyteris, &c. Quod etiam ille allegat Hieronymum dist. 75. Olim. nihil pro eo est, quia non dicit Hieronymus quod

* χειροτονίας manuum impositione.

ANNO CHRISTI 1433.

non esset distinctio inter episcopum & presbyterum, A etiam quando communi consilio sacerdotum actum est, quod unus præesset omnibus; quia nihilo minus hoc iubente domino factum est, & non minus episcopi super presbyteros extiterunt. unde ibid. Hieronymus in epist. ad Evagrium: Nam & Alexandriæ Marcus euangelista usque ad Heraclam & Dionysium presbyterum unum ex se electum in excelsiori gradu collocabant, quem nominabant episcopum, quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligant ex se quem industrium noverint, & archidiaconum nuncuparent. Hæc ille, & assumitur distinctione 93. in cap. Legimus. Et dicit ibidem Hieronymus super Isaiam homil. 2. super illo textu: *In die illa erunt quinque civitates in terra* B *Ægypti*. Porro qui ad adventu Christi & Romano imperio prophetiam disserunt, quinque civitates, vel legem domini, quæ in Alexandria interpretata est, vel quinque ecclesiæ ordines, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles catechumenos sentiunt. Hæc ille. Quod autem ideo dicit Hieronymus dist. 93. Legimus, idem sacerdotem esse & episcopum, intelligendum secundum nuncupationem, non secundum rem, ut exponit Hugutio & Archidiaconus ibidem. Unde Isidorus in lib. officiorum de statu clericali cap. 9. de sacerdotibus scribit, quod Moyses figuram Christi in veteri testamento gerebat, & vere per omnia Christi, quoniam fuit similitudo mediatoris Dei, qui est inter Deum & hominem Iesus Christus, qui est verus dux populorum, verus princeps sacerdo- C tum, & dominus pontificum, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen. Aaron summus sacerdos, qui primus in lege sacerdotale nomen accepit, primus qui pontificali stola indutus victimas obtulit. Et infra: Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem episcopum fuisse, & etiam filios eius presbyterorum figuras præmonstrasse. Fuerunt enim filii Aaron & ipsi sacerdotes, quibus merito astare debuissent Levitæ, sicut summo sacerdoti. Hæc ibid. & capitulo septimo dicit: Presbyterorum ordo exordium assumpsit a filiis Aaron, ut dictum est, qui enim sacerdotes vocantur in veteri testamento, illi sunt qui nunc appellantur presbyteri, & qui nuncupantur principes sacerdotum, nunc episcopi nominantur. Hæc ibid. Nam Paulus apostolus eosdem presbyteros, ut vere sacerdotes, sub nomine episco- D porum ita asseverat, loquens ad Titum: *Huius*, inquit, *rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros, quemadmodum ego tibi disposui, si quis sine crimine est. oportet enim episcopum sine crimine esse*. Qua sententia ostendit etiam presbyteros sub episcoporum nomine taxari. Unde ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi scribens, de presbyteris omnino tacuit, quia eos in episcoporum nomine comprehendit. Secundus enim, & pene primo coniunctus est gradus, sicut & ad Philippenses episcopis & diaconibus scribit, cum una civitas plures episcopos habere non possit. E Et in Actibus apostolorum presbyteros ecclesiæ, Hierosolymam iturus congregavit, quibus inter cetera ait: *Videte gregem, in quo vos Spiritus sanctus episcopos ordinavit*. Unde etiam tales in ecclesia presbyteros constituendos esse, sicut episcopos, & apostolus ad Titum loquitur, & canones ipsi testantur. Ex quo patet, quod ab initio sacerdotii legalis usque nunc semper fuit distinctio episcopi a presbytero, licet sæpe eodem vocabulo censerentur propter propinquitatem, quam habent in auctoritate, quia episcopus excedit presbyterum tantum iurisdictionis dignitate. Ad Magistrum sententiarum in quarto distinctione 24. capitulo penultimo, dico quod nun-

Cap. 16.

Ad Tit. c. 1.

Tit. 1.

Cap. 20.

A quam fuit suæ mentis asserere tantum duos gradus fuisse in primitiva ecclesia, ita quod presbyter & sacerdos essent idem, ut replicans videtur eum intelligere, sed eodem capitulo dicit distinctos, sic: Ipsi enim in singulis civitatibus episcopos & presbyteros ordinaverunt. sed loquitur ibi de sacris ordinibus, dicens, quod in ecclesia primitiva tantum isti duo dicebantur sacri, scilicet diaconatus & presbyteratus. Subdiaconatum esse ordinem sacrum postea ecclesia instituit, ubi dicit sanctus Thomas, quod licet omnes ordines sint sacri, specialiter tamen isti duo dicuntur ordines sacri, quia isti duo habent actum super ipsum sacramentum; subdiaconus vero super vasa tantum. Ex isto patet, quod male respon- B dit replicans, dum de distinctione status hierarchici in lege æterna distincti sub hierarchia triplici, dicit sic: Dico, prout ex præhabitis patet, ita: Similitudo patiebatur instantiam, cum ecclesia militans solos duos gradus habebat, ut dicit Magister in quarto: item cum idem erat presbyter, qui & episcopus, ut dicit Hieronymus; & quando in locum 72. discipulorum succreverunt minores sacerdotes. Hæc ille.

Et quia ista materiam continuando, magis elucescet veritas, ideo notandum, quod quia ego dixi ex parabola euangelica, per duos in agro, prælatos, per duos in lecto, religiosos, per duos in mola, sæculares intelligendos: ipse dicit hanc expositionem secundum alios non esse de mente Christi. Sed per C duos in agro intelligi statum dominorum sæcularium, per duos in lecto spirituales, ut est clerus Christi, in mola, fideles laicos. Videtur etiam contra religiosos invehere, ubi dixi, quod ad lectum pertinet qui in claustris vacat, dicit enim Paulum in lecto contemplationis quievisse, & tamen discurrendo mundum convertisse, & utinam omnes, inquit, religiosi facerent, & libere prædicarent. Circa quod in primis notandum, quod ipse nullum allegat doctorem, sed in genere dicit, Secundum alios, & quicumque sint illi, non est adæquata comparatio. Sed beatus Augustinus, qui multo melius novit mentem Christi, quam quicumque alii innominabiles novelli, sententiam meam approbat, dicens in expositione psalmi 132. De tribus enim ipsis generibus dictum est Matthæi 24. *Duo in agro, unus assumetur, &* D *alter relinquetur, duo in lecto, & duo in mola, alter assumetur, alter relinquetur*, quam auctoritatem ut perfectius intelligatis, & persequi religiosos desistatis, audite quid præmittit beatus Augustinus super psalmo 132. *Ecce quam bonum*, dicens: Hæc primum consideremus, utrum de omnibus Christianis dictum sit, *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum*. an aliqui sint certi atque perfecti, qui habitent in unum, nec ad omnes pertineat ista benedictio, sed ad quosdam, a quibus tamen descendat ad ceteros. Ista enim verba psalterii, iste dulcis sonus, ista suavis melodia, tam in cantico, E quam in intellectu, etiam monasteria peperit. ad hunc sonum excitati sunt fratres qui habitare concupierunt in unum. Iste versus fuit tuba ipsorum, sonuit per orbem terrarum, & qui divisi erant, congregati sunt in unum. & infra: Unde illi 120. qui simul erant in uno loco post resurrectionem Domini, & ascensionem eius in cælum, & ipsi primum habitaverunt in unum, ipsi primum audierunt, sed non soli audierunt. Venit enim ad posteros ista caritatis exultatio, & votum Deo. Vovetur enim aliquid Deo, ut dictum est: *Vovete & reddite domino Deo vestro*. & Psalm 75.
infra: Ex voce huius psalmi appellati sunt & monachi, ne quis vobis de isto nomine insultet catholicis. & infra: Verumtamen, carissimi, sunt & monachi, qui

falsi

Anno Christi 1433.

falsi sunt, & nos novimus tales, sed non petit fraternitas pia propter eos qui profitentur quod non sunt. tam sunt enim monachi falsi, quam clerici falsi, & fideles falsi, omnia ista tria genera, quæ aliquando vobis commendavimus, habent bonos suos, habent malos suos. De istis dictum est, *duo in agro, duo in lecto*. In agro sunt qui gubernant ecclesiam, in lecto autem eos intelligi voluit, qui amaverunt quietem, non miscentes se turbis, non tumultui generis humani, in otio servientes Deo, & tamen inde unus assumetur, alter relinquetur, *&c*. Hæc ibi. Idem perfectius dicit libro 2. quæstionum super evangelia, quæstione 44. dicens: Tria hominum genera hæc videntur significare. Vnum eorum, qui in agro quasi erant, qui sunt prælati, qui præsidendo laborant. Alterum eorum, qui otium & quietem eligunt, neque negotiis ecclesiasticis sunt occupati, quæ illorum quies Latino nomine signata est. Alterum eorum qui in plebibus constituti, reguntur a doctoribus, agentes ea quæ sunt hujus sæculi, quos & feminarum nomine signavit, quia consiliis, ut dixi, præpositorum regi eas expedit, & molentes dixit, propter temporalium negotiorum orbem atque circuitum, quas tamen in unum molentes dixit, in quantum de ipsis rebus & negotiis suis præbent usibus ecclesiæ. Tertium eorum qui operantur in ecclesiæ ministerio, tamquam agro Dei. In his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hominum: hi in singulis, & pro robore viarum suarum discernuntur. Cum enim omnes ad ecclesiæ membra pertinere videantur, adveniente tamen tentatione tribulationis, & ex illis qui sunt in negotiis sæculi, & ex illis qui Deo ministrant in ecclesia, & ex aliis in claustro aliqui manent, aliqui cadunt, qui permanet assumetur, & alius relinquetur; non quasi de hominibus dictum est, sed de duobus generibus affectionum in singulis generibus trium professionum. Hæc ille. Ecce quod sanctus pater ille non posuit laicos in agro, quasi primum locum teneant in ecclesia Dei, sed in molendino, quia status infimus est ecclesiasticæ hierarchiæ, nec ponit clericos in lecto, sed religiosos, & sic de singulis. Ad idem in eodem capite 44. dicit de concordando scilicet psalterium cum cithara, id est, legem veterem cum nova. Ad illa, inquit, tria genera, quæ assumuntur, arbitror etiam pertinere illa tria nomina virorum justorum, quos solos liberandos Ezechiel propheta pronuntiat, Noe, Iob, & Daniel. Videtur enim Noe pertinere ad eos, per quos ecclesia regitur, sicut per illum in aquis arca gubernata est, quæ figuram gestabat ecclesiæ: Daniel autem, qui elegit cælibem vitam, id est, nuptias terrenas contempsit, ut sicut dicit Apostolus, *sine solicitudine viveret, cogitans quæ sunt Dei*, genus eorum significat, qui sunt & in otio, sed fortissimi tamen in tentationibus, ut possint assumi. Iob autem, quia & uxorem habuit, & filios, & amplas terrenarum rerum copias, ad illud genus pertinet, cui molendinum deputatum est; sed tamen ut sint fortissimi in tentationibus, ut ille fuit, non enim aliter assumi poterunt. nec puto alia esse genera hominum, quibus constet ecclesia, quam ista tria, habentia binas differentias propter assumptionem & relictionem, quamvis in singulis multæ studiorum voluntatumque diversitates, ad concordiam tamen, unitatemque concurrentes possunt inveniri. Hæc Augustinus. Concordat beatus Gregorius de distinctione assumendorum & liberandorum in ecclesia, & ordinum distinctione, libro 31. Moralium, & concordat cum tribus viris Ezechielis jam nominatis, libro 1. Moralium, ubi tractat istum

Aug. lib. 2. super euãg. q. 44. supra in probatione articuli per legem divinam, consid. 3.

1. Cor. 7.

Greg. 31. Moral. cap. 39.

A textum: *Nati sunt Iob septem filii*, &c. Et quia licet dominus replicans in scriptis non dederit, sic tamen recolo, de mendicantibus dixit, quod illi fratres in lecto non vacarent, eo quod mendicando discurrerent. Respondeo, quod hoc argumentum est voluntarium, non caritativum. Nam & Christus cum apostolis & discipulis ad lectum contemplationis attinebant, quia omnem perfectionis statum exercebant, & tamen per mundum discurrebant, nunc prædicando, nunc mendicando, secundum quod Deo fuit placitum. Item non sequitur, Religiosi non sunt semper in claustro ibi continue contemplando; dico, quod non sufficit, quod illuc perveniant ad votum prælati exeuntes, & redeant. Sic B enim dicitur, quod episcopus tenetur ecclesiam suam sine intermissione docere 7. quæstione 1. ubi dicit Archidiaconus super verbo, Sine intermissione quod aliquid bene dicitur fieri sine intermissione, licet medius actus interveniat, ut digest. de verborum obligationibus. Continuus. Vnde si testator decem legaverit uxori suæ, si cum filio moraretur continua mora, non requiritur, ut per singula momenta cum eo moretur, de cond. & demonst. L. Si quis ita. Ad hæc Extr. Rex pacificus, in princ. quotidie. ibi exponitur, Quotidie, id est assidue. unde dicit: Argumentum est ex his, quod hoc testimonium valet: Semper iste exercuit ibi spiritualia vel quotidie, & tamen quandoque fuit absens. Sicut causa stillicidii perpetua est, & tamen non cadit C semper. ff. de verb. signific. Prædiorum foramen, Extr. de elect. non resident. ex parte secundum Vincentium. Hæc ibi, & in capite, Pervenit. 7. quæstione 1. dicit, quod verbum, Residens, non est amare intelligendum, ita ut nunquam inde discedat, & quod semper vigilet. ff. de edict. lib. de ed. Si quid venditor. Sicut ergo hi dicuntur residere, & docere, licet aliquando absint, ita religiosi semper censentur esse in claustris, & in lecto contemplationis, licet aliquando alia faciant. Ad hoc autem, quod in scriptis mihi tradidit, dicens: Quod autem dicit, Religiosi vacant in claustris; videtur in oppositum venire Paulus, qui quamvis fuerit in lecto contemplationis, non tamen in claustris vacabat, sed per mundum discurrens gerebat solicitudinem D omnium ecclesiarum. & infra: Vtinam vere religiosi habiles & idonei a vacatione in claustris exirent, & verbum Dei libere annuntiarent, cum messis quidem multa, operarii autem pauci. Respondeo, quod Paulus non debuit stare in claustro quietis; quia ad hoc fuit a domino electus, & publice vocatus, miraculorum gratia dotatur, ut portaret nomen domini coram gentibus & regibus: & certe si ita essent vocati religiosi singuli, merito exirent prædicare verbum Dei, sed quia tanta dictamen multorum religiosorum, melius vobis esset domine Vlrice, claustra alicujus arctæ religionis intrare, quam in sæculo perdurare, & contra præceptum Dei & apostolorum, & praxin universalis ecclesiæ, sine E licentia, contra prohibitionem superiorum prædicare, ibique in pane arcto, & aqua brevi præterita peccata deplangere, & plangenda iterum non committere: ideo opto & ego, quatenus relictis omnibus religionem ingredi velitis, ut spectaculum Dei mundo & angelis existatis.

Quantum ad tertium notabile super verbo, Debet, posuit differentiam inter præceptum, & consilium. quia dixit Lyra, Debet, capiendum præceptive, ubi dum ego impugnassem descriptionem suam consilii, quod esset doctrina specialis, obligans sub pœna peccati venialis, ostendi multipliciter, quod consilia evangelica, ut consilia sunt, nullum obligant

Anno Christi 1433.

Greg. l. 1. Mora. c. 18.

7. quæst. 1. Sicut vir. c. 11. Sine intermissione; non continuam moram significat.

Act. 9.

ANNO CHRISTI 1433.

gant sub pœna cuiuscumque peccati, quibus replicans, si mentem docilem adhibuisset, contentari debuisset: pro ulteriori tamen eius informatione dicendum, quod doctores communiter scribunt, circa dist. 47. primi sententiarum, quod duplex est Dei volontas, scilicet signi & beneplaciti, Voluntas beneplaciti respicit præcepta: signi, quandoque præcepta, quandoque consilia, utraque tamen voluntas respicit bonum, per modum complacentiæ hoc modo, scilicet quod voluntas Dei antecedens signi, quæ est voluntas consilii, differenti ratione respicit ad bonum quam voluntate Dei antecedente, quæ est præcepti, quarum tamen utraque respicit bonum per modum complacentiæ. Voluntas antecedens signi, quæ est consilii, respicit sic bonum per modum complacentiæ, ita tamen, quod oppositum non displicet. hinc secundum Bonaventuram consilium, quod est bonum supererogatum, non habet malum directe oppositum. Et hinc est, quod consilium non habet signum suppositum, sicut habet præceptum, non enim est reperire quod habeat per modum displicentiæ, ita quod oppositum displiceat. Hinc secundum doctores communiter ponitur donum Spiritus, quod est donum consilii, donum scilicet in his ad quæ non tenemur: in his, ad quæ tenemur, non oportet consiliari. Hinc dominus Bonaventura in suo Breviloquio ponit duplicem rectitudinem in faciendo bonum, scilicet necessitatis & perfectionis, quæ est in supererogando ultra debitum. illud etiam expresse declarat S. Thomas 1. 2. quæstione 108. art. dicens, quod hæc est differentia inter præceptum & consilium, quod præceptum importat necessitatem; consilium autem est in optione, & est de his per quæ melius & expeditius potest homo consequi finem suum, qui est beatitudo æterna. Et in summa contra Gentiles, lib. 3. cap. 130. dicit, quod consilia dicuntur divinæ legis admonitiones, non præcepta, in quantum suadetur homini, ut propter meliora minus bona prætermittat. Ad quod potest adduci ista manuductio palpabilis. Nam cum sit quædam politia inter Deum & hominem, dicente propheta: *Nos autem populus eius, & oves pascuæ eius*: sicut in politia humana, quæ est ad divina exemplificata, videns esse aliquas leges exterminativas, sub pœna capitis aut mortis, quæ capitales aut mortales nominantur, quæ sanciuntur proprio vocabuli nomine præcepti: Alias videtis esse minores, sub pœna minori scilicet quæ non est exterminativa, quæ dicitur pœna civilis, & possunt nominari huiusmodi leges ordinationes sive mandata. Et tertio quasdam consultationes, quibus contrahuntur qui sunt de politia ad faciendum, si libeat, opus excellentiæ; quod si velint & fecerint, præmiabuntur gloriose: si autem non fecerint, nullo modo punientur, neque illa non factio eis aliquo modo imputabitur ad pœnam quamcumque. clarumq; istud habenti oculum considerationis apertum. Sic in proposito non repugnat, imo rationabilissime iuxta prædicta ponuntur in lege divina leges Dei præceptivæ, ut sunt præcepta, contra quæ est solum peccatum mortale, inducens mortem æternam. & hic est modus communis loquendi doctorum, Thomæ, Bonaventuræ, Alexandri de Ales, & aliorum, qui dicunt, veniale non obviare divino præcepto, sicut non dicitur, etiam veniale fieri contra conscientiam, sed præter præceptum, & præter conscientiam, Aliæ autem dici possunt leges per quas a nobis exigit Deus, si volumus vitare reatum pœnæ, non tantum æternæ, sed etiam offensam Dei quamlibet, aut non retardari a vita æterna, non temporaliter non puniri, ita quod exorbitatio ab hac latitudine legum constituat peccatum veniale tantum, & possunt vocari huiusmodi leges, mandata, statuta, seu ordinationes, quibus ratio trahitur ad hoc ut sit pervigil, ut nec venialibus disrumpatur, vel a venialibus inficiatur, & sic ad mortale disponatur. Et tertio præter huiusmodi ponitur consilium, quod si quis adimplet, accumulat sibi præmium. Si autem non adimpleret, dummodo aliunde non declinaret, nullam pœnam incurreret. Et isto modo dicit magister Ioannes Gerson in tractatu suo de septem lectionibus, quod inter præceptum & consilium est dare medium proprie loquendo in ista materia, quod patet ex dictis clarissime. Dico ergo secure, quod nullus obligatur ad consiliorum observantiam, nisi qui vovit ea, & qui vovit, tenetur adimplere. Etiam alia consilia, quæ non vovit, non tenetur sub quacumque pœna, sed tantum illa, quæ est regulæ, & statutis illorum annexa; ut patet per beatum Thomam 2. 2. quæstione 186. art. 2. qui quærit ex intentione, utrum religiosi teneantur ad omnia consilia, & probat conclusionem quam tenet, scilicet quod non est, & arguit sic: Ad ea quæ sunt supererogationis, non tenetur aliquis, nisi ex propria obligatione: sed non quilibet religiosus obligat se ad omnia, sed ad aliqua determinata, quidam ad hoc, quidam ad alia. non ergo omnes tenentur ad omnia. Et ad tertium argumentum dicit: quod quædam consilia sunt, quæ si prætermitterentur, tota vita hominis implicaretur negotiationibus sæcularibus, puta si aliquis haberet proprium, vel matrimonio uteretur, aut aliquid huiusmodi faceret, quod pertineret ad essentialia religionis vota. Et ideo ad omnia illa consilia observanda religiosi tenentur. Sunt autem quædam alia consilia de quibusdam particularibus moralibus actibus, quæ prætermitti possunt, absq; hoc quod vita hominis sæcularibus actibus impleretur. unde non oportet, quod ad omnia talia religiosi teneantur. Hæc ibi. Et ad huius confirmationem ego adduxi auctoritates S. Augustini 14. quæstione 1. Quod debetur; Archidiaconi, Hugonis, & sancti Thomæ, ad quas nihil mihi respondit. Item multas rationes, scilicet de effectibus peccati venialis, & quod peccatum veniale non dimittitur, donec actu & voluntate deseratur: & si consilia non servare esset peccatum veniale, vel pœna peccati venialis, nunquam esset peccatum veniale, vel pœna peccati venialis, nunquam esset homo sine peccato veniali, nisi actu ac voluntate inciperet servare consilia. nihil respondit, & bene fecit, quia consentire debet: ad aliqua respondit, sed nihil solvit.

Et primo, ad hoc quod consilium de dilectione inimicorum vocavi consilium, dicit quod salvator mandatum illud vocavit minimum. dixi pro tunc, quod aliquo modo est præceptum, scilicet quoad affectum, alio modo est consilium, scilicet quoad effectum: arguit contra, quod etiam est præceptum in casu necessitatis, fame morientem pascere, etiam si sit inimicus. non est contra me, quia consilium in casu necessitatis est præceptum. Ego non loquor hoc modo in proposito, & notum est non protervienti.

Ad aliud, ubi argui, quod si non observantia consiliorum induceret pœnam venialis peccati, homines ignoranter incurrerent magnam retardationem a vita beata, quia tot pœnas venialium inducerent, cum pœnitentiarii hic nullam pœnam iniungerent, ut homines de hoc pœniterent, quod consilia non servant. Respondit, Non sequitur, nam peccata diversis modis dimittuntur in præsenti vita. Ego autem dixi, quod peccata venialia nunquam dimittuntur in præsenti vita, nisi actu & voluntate deserantur; sed communitas omnium hominum fere nunquam actu proponit velle servare consilia. Ergo illa non ob-

Duplex Dei voluntas, signi & beneplaciti.

De præcepto & consilio.

Bonaventura in breviloq. c. 9.

Psalm. 94.

Gerson de vita spirituali, lectione 3.

Aug. li. 19. cont. Faustum. c. 19.

ANNO CHRISTI 1433.

observantia consiliorum nunquam dimittitur eis in præsenti vita. Sed secundum vos tali non observantiæ correspondet pœna peccati venialis, ergo illa pœna nunquam dimittitur in præsenti vita, sed reservatur ad purgatorium.

An illud, negas mihi illam: Illud quod est in pura voluntate hominis, non obligat hominem ad pœnam, quia dicit, Mandata Dei sunt in pura voluntate hominis, & tamen hominem obligant. Ego & quilibet benevolus, non omnino obtusus, concipere potest, accipiendo illud esse in pura voluntate hominis, quod si fiat, bene facit, si non, nulla pœna incurritur: sic dicunt doctores esse consilia in pura hominis voluntate, ita quod si ea fecerit præmium acquirat: si non, pœnam nullam incurrat. Ipse autem æquivocando trahit ad hoc, quod stet in libertate hominis absolute facere, vel non facere. Dico ergo quod præcepta aliter sunt in hominis libertate, quia ita proponit Deus homini præcepta, ut eligat vitam si fecerit ea, vel mortem, si non fecerit. Non sic est de consiliis, ut dictum est. Ergo tales evasiones in materia fidei adducere dignum est reprehensione, *&c.*

Ultimo respondit ad id, ubi argui: Nemo obligatur ad consiliorum observantiam sub quacumque pœna, nisi qui vovit eam: dicit quod hoc non est verum, quia apostoli obligantur ad consiliorum Christi observantiam, nec tamen voverunt consilia observare eo modo quo fratres mendicantes. Respondeo, quod quomodo professi sint apostoli, nescio, nisi ut C veri mendicantes, & omnium mendicantium patres & prædecessores. ubi dico, quod distinguendum primum, quod apostoli fuerunt mendicantes, & hoc, quia sancta paupertas fuit eis præcepta, quod sine pera & aliis incederent, præsertim post Christi ascensionem in prædicationis officio discurrendo inter æmulos; & planum est quod imperiose non poterant præcipere ut darentur eis necessaria, ergo tunc saltem æstimo, quod necessaria victus humiliter mendicabant. Unde ad idem multa alia adducit Augustinus de Ancona, de ecclesiastica potestate quæstione 89. art. 4. unde Theophylactus Lucæ 10. super illo verbo: *In eadem domo manete edentes quæ apud eos sunt,* dicit: Vide ergo qualiter discipulos mendicare instituit; & pro precio eos habere nutrimentum voluit, imo D dicit, adeo mendicos mittit, quod neque peram ipsos vult portare, neque aliqua quibus indigerent, secundum quod apostoli se voto religionis ad consilia quædam astrinxerunt. dicit enim beatus Augustinus de civitate Dei: Dixerant potentes illi, scilicet apostoli: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* (Matth. 19.) Hoc votum potentissimi voverant; sed unde hoc eis vovent, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est: Dans votum voventi. Hæc ille. Item B. Hieronymus contra Iovinianum, dicit apostolos vovisse perpetuam continentiam, eo quod dominus meus eis diceret: *Amen dico vobis, quicumque domum, aut agrum, aut uxorem*, &c. dicit etiam de voto apostolorum clarius Augustinus de Ancona E quæstione 90. art. 4. & quæstione 84. art. 1.

(Hieronymus contra Iovinianum, epist. 50. ad Pammach. cap. 8. & lib. 15. in Isa. cap. 50.)

Restat nunc respondere ad sophismata, quæ pro se induxit. Ad Armachanum dico, quod in nullo obligat ad sibi credendum, quia suspectus est in multis dictis suis. Dico secundo, quod ipse loquitur satis caute, quia dicit, quod discipuli domini non poterant transgredi consilia Christi sine veniali delicto. De aliis dicit: Sancti patres non sanxerunt ut semper servarentur consilia in facto, sed in prompto animo, ut cum expedire videbitur, servetur in facto. Et Armachanus secundo adducit sanctum Thomam, de quo miror cum nihil faciat ad propositum, nec loquitur ibi verbum de consiliis. Tunc facit rationes quatuor.

A Prima est hæc: Omne consilium Christi observatum affert præmium, non observatum, affert damnum. Probat per sanctum Thomam 4. de veritate sacræ theologiæ, libro quarto dicente: Consilium affert præmium, non servatum vero adducit supplicium. Respondeo negando consequentiam: ad obligationem dico quod liber non est sancti Thomæ, sed ut creditur, Ulrici de Argentina, & notate quæso, quam periculose iste allegat doctores, quia omnino non habetur ibi quod iste dicit sic: Consilium observatum præmium affert, præceptum, si non servatur, adducit supplicium. Hæc ille. Alibi sic: Consilium servatum affert præmium, non servatum non affert supplicium. & sic est pro me.

B Secundo sic arguit: Omne illud quod obligat ad reddendum rationem in die judicii, obligat sub aliqua pœna: sed aliquod consilium Christi est hujusmodi, puta consilium de compescentia verborum otiosorum, ut dicit, quod S. Thomas in libro prædicto cap. 70. dicit, illud esse consilium, dicens sic, quod septimum consilium est compescentia verborum otiosorum. Dico quod compescentia verborum otiosorum non est consilium, nec est præceptum, sed est mandatum, cujus transgressio est peccatum veniale, sicuti præcepti transgressio est peccatum mortale. Ad auctoritatem dico, quod iterum male imponit. Non enim dicit doctor, septimum consiliũ esse illam compescentiam verborum otiosorum, sed dicit sic: Septimum consiliũ est de simplicitate verborum, ut ibi: *Sit sermo vester, est, est, non, non,* (Matth. 5.) cujus sensus est: Si affirmatio vel negatio est in ore, sit etiam in corde; & loquitur consequenter de non jurare omnino. & non dicit verbum de compescentia illa. Et supra modum miror, quod audetis ita libros false allegare, pervertere, & truncare: utique falsarius monetæ comburendus est, multo magis falsarius sacræ scripturæ. sed vos habetis salvumconductum, & sic proficiet vobis.

Tertio arguit sic: Quidquid est Christiano pura justitia servandum, est sub aliqua pœna: sed consilia sunt hujusmodi, igitur, *&c.* Nego minorem, quia pura justitia dicit debitum, quod rigor justitiæ requirit sub aliqua pœna. sed consilia ut consilia sunt, à Christo non sunt sic de rigore justitiæ promulgata, quod si Christianus ea non servaverit, aliquam pœnam incurrat, ut dictum est. Et quando probat, dicens, quod Christus non potest nisi puram justitiam consulere Christiano, nego illam: nam Christus & de facto consuluit opera supererogationis, & illa non sunt puræ justitiæ, ut dictum est, ergo, *&c.*

Quarto arguit sic: Omnis Christianus debet Deo amplius servire atque perfectius quam facit de facto, & potest consulere perfectius servitium. ergo, *&c.* Distinguo majorem, quia est duplex debitum, scilicet necessitatis, & supererogationis; loquendo de debito necessitatis, quod obligat ipsum ad culpam; ego nego, quia debito necessitatis multi facerent tantum quantum obligantur; debito perfectionis nemo astringitur, nisi qui voto obligatur. unde dicit sanctus Thomas 2. 2. quæstione 186. articulo 2. ad 2. Sicut diligere Deum ex toto corde tenentur omnes, est tamen aliqua perfectionis totalitas quæ sine peccato prætermitti non potest, aliqua autem quæ sine peccato prætermittitur, dum tamen desit contemptus. Ita etiam omnes tam religiosi, quam sæculares, tenentur aliqualiter facere quidquid operari boni possunt; omnibus enim communiter dicitur Ecclesiastici 19. *Quidquid potest manus tua, instanter operare.* Est tamen aliquis modus hujus præcepti implendi, quo peccatum vitatur, si scilicet homo faciat quod potest, secundum quod requirit conditio sui status, dummodo contemptus non adsit agendi meliora;

Anno Christi 1433.

per quem animus firmatur contra profectum spiritualem. Hæc ille.

Et quia conclusionem meam principalem probavi secundum formam judicis condicti, ipse replicans volens apparere, quasi aliquid corrasierit circa meas auctoritates, quarum nullam reperio solutam. 1. Sic argui ex lege æterna, probando per tria inconvenientia, quæ sequerentur ex deordinatione illa, qua quilibet sacerdos, vel diaconus prædicaret. Primum erat, quia perturbarent hierarchicum ordinem tam divinitus regulatum, quia nec de primo gradu illuminatorum, scilicet papæ, nec de secundo, episcoporum, nec de tertio, plebanorum, qui officium cujuslibet usurparent. Secundum fuit, quod si liceret eis ubique prædicare, eadem ratione & confessiones audire, sacramenta ministrare, quemliber episcopum ubique consecrare, & sic nulla esset jurisdictio in ecclesia. Ad hæc nihil respondit, & ideo stant in suo robore. 2. Fuit hæc, quia tales volentes ubique prædicare, causarent turbationem, si venirent simul tres, quatuor, vel duodecim ad eamdem ecclesiam, quilibet vellet prædicare, nullus vellet alteri cedere. Respondit, quod adhuc non vidit horrorem, sed hæc non solvunt, quia non argui, quid vos videritis, vel non videritis, sed quod ita fieri sit possibile. Et dicit adversarius, si sex vel octo fratres de ordine mendicantium possunt se compati in casu simili, cur non sacerdotes domini? Respondeo id quod ideo primi se compatiuntur, & non secundi, quia religiosi non dicunt nec credunt se obligari ad prædicandum ex præcepto domini. Et insuper nullo modo prædicare attentant sine benevolo consensu prælati & etiam plebani. Sed tres, quia ipsi habent ordinem in prædicando, distribuendo dies, & una deputatus Prædicatoribus, alia Minoribus, alia Augustinensibus, & ceteris. Tales autem rationea non sunt inter presbyteros & diaconos ac clericos illos, quia illi dicerent se ex præcepto Christi prædicare debere, nec obedire prohibenti, cum magis oporteat Deo quam hominibus placere.

Reprobavi per Ieremiam, qui erat sacerdos in utero matris sanctificatus, & tamen mandatus a domino, adhoc se excusavit. Respondit adversarius, dicens: Nihil aliud video, nisi quod cum magno timore debeat sacerdos officium prædicationis a Deo etiam oblatum acceptare. Sed hoc non solvit argumentum meum, quia non argui juxta vestrum videre, sed quid videre debeatis, ostendi vobis per illud quod ibi vobis dicit sanctus Thomas de omnibus presbyteris & aliis: Non missi sunt audiendi propter præsumptam auctoritatem. Ad hoc nihil respondet.

Matt. 9. Luc. 10. Tertio argui ex lege euangelica: postquam salvator misit discipulos, dicens: *Rogate dominum messis, ut mittat operarios.* Vbi dixi ex archidiacono, quod ideo vult rogari, ut ostendat, quod omnis prædicans a superiori suam debet admissionem suscipere; In novo, distinctione 21. Respondet ad hoc: Superius satis est dictum. Rogo ubi, non reperio superius nec inferius satis esse dictum, per quod solutum sit tam fundamentale argumentum.

Quarto argui de Ioanne Baptista sacerdote sanctissimo, qui non prædicat, nisi de novo auctorizatus, dum factum est verbum Dei super eum in deserto, dicit: Verum est, nullus debet se ingerere nisi missus a Deo per internam inspirationem, vel per hominis auctorizationem. Quæro a vobis, an vos sitis missi aliquo istorum modorum: non secundo modo, quia non ostenditis per canonica monumenta, nec primo modo, quia non apportatis divini instinctus signa, quæ expressi per longum processum superius. ergo, *&c.* Iterum ex responso argui sic: Nullus ad prædicandum debet se ingerere, nisi missus a Deo per in-

A ternam inspirationem, vel per hominis auctorizationem; sed multi diaconi & presbyteri sunt, qui non mittuntur, & forte nunquam mittentur, nec vos ipsi, per Dei inspirationem, aut hominis auctorizationem; ergo talibus nunquam licebit se ingerere ad prædicandum. tamen est eis præceptum a domino secundum vos, ergo tales non faciendo præceptum domini damnabuntur. conformiter secundum vos, sacerdotes & diaconi debent prædicare, quia est præceptum domini, & quia illam potestatem acceperunt in sua consecratione, ergo ad hoc quod prædicent, nec indigent divina inspiratione, nec hominis auctorizatione. Ergo defecistis in illa responsione.

Quinto argui ex scriptura canonica, 2. Timoth. 2. *Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere;* dicit, Concedo quod prædicatio commendata est his, qui idonei sunt, nec alias essent ad sacerdotium admittendi. Dico quod argumentum meum non est solutum, quia multi admittuntur ad sacerdotium rite & legitime, qui non sunt apti ad prædicandum, scilicet in his tribus, vita, scientia, & facundia. Vitam omnes debent habere bonam. Quoad scientiam, declarat diffuse, quia multi sancti patres sacerdotes fuerunt, qui prædicare nescierunt, & quod minor scientia requiritur in his qui ordinantur extra curam, quam in illis, qui ad curam animarum applicantur. Quoad facundiam, certum est, multi sunt peritissimi viri, qui non sunt facundi ad prædicandum, absit quod illi deberent omnes a sacerdotio excludi. Sic enim beatus Valerius fuit episcopus Hipponensis, & nihilo minus tantæ impeditionis linguæ, quod beato Vincentio prædicationem verbi Dei commisit, nec per se prædicavit. — Supra prob. art. 4.

Sexto argui de beato Paulo, qui 2. ad Corinth. de seipso dicit: *Non enim gloriabimur in immensum, neque superextendimus nos in euangelio Christi.* Ad hoc nihil respondit, nisi quod glossavit illum textum per longum, & tamen finaliter stat istud argumentum: Apostolus fuit sacerdos, & cum hoc generaliter & specialiter missus, & noluit tamen se superextendere, & hoc est quod dicit glossa: *Non enim gloriabimur in immensum*, id est ultra mensuram nostram, quod illi faciunt, qui usurpando sibi curam non commissam gloriantur ultra mensuram. nec juvat, quod dicit de Lyra ita recipiendum, quod apostolus per verba intendit se non esse comparandum pseudoapostolis, quia de Lyra sic exponit, ut ego sic in scriptis tradidi. Similiter Innocentius III. & glossa ordinaria, dicens: Superextendere est ultra quam conceditur extendere. Et sic patet, quod nulli licet se in officio prædicationis superextendere. Ergo non potest quilibet ubique prædicare libere. — Supra loco cit. arg. 2.

Septimo argui de praxi Christi, qui cum esset pontifex & sacerdos, noluit tamen prædicare nisi in 30. anno, & nisi prius auctorizatus voce Patris, & Spiritus sancti visibili susceptione. Respondit, quod ex isto non video aliud, quam quod sacerdos sit maturæ ætatis, & Spiritu sancto instigatus ad prædicandum, certum dixi, & dico quod illud videre debueratis, scilicet quod ista duo non faciunt ad prædicandum, quia matura ætas annorum multis adest, quibus scientia, facundia & vita deest. Instinctus Spiritus sancti incertus est, nisi assumit signa, per quæ Spiritus sancti approbetur præsentia. Ego autem hic alia video. Primũ est, quod prædicator verbi Dei debet esse maturæ ætatis, secundum quod licet sit divinitus inspiratus, & actu sacerdos, sicut Christus fuit Spiritu sancto repletus. Adhuc non debet prædicationis officiũ assumere, nisi auctorizetur & mittatur a superiori. Ideo Christus licet esset sacerdos sanctissimus, non tamen incepit officium prædicationis, nisi a Patre & Spiritu sancto sensi-

ANNO CHRISTI 1413.

sensibiliter auctorizatum. Et si quis diceret se a Deo auctorizatum, probet per scripturam, ut Christus Ioannis 5. dicens: *Scrutamini scripturas, illæ testimonium perhibent de me;* aut per miraculum, ut Christus Ioannis 10. *Si mihi non creditis, operibus credite.* Insuper quæro, an Christus peccavit non prædicando ante trigesimum annum, an non? si non, ergo non fuit sibi præceptum, nec per consequens aliis: si sic, ergo non fuit Deus, cum Deus peccare non possit. Ideo sciendum, quod est triplex ætas in homine consideranda, una respectu ætatis, sive annositatis, sicut notum est omnibus. Et quantum ad hanc, expedit & decet, ut cui ex officio incumbit ante ætatem maturam non præsumat publice prædicare, exemplo Christi, prout in articulo deductum est. Sed ista ad prædicandum non sufficit. Vnde secunda est senectus vel ætas respectu conversionis alicujus, & ita dicuntur juvenes vel novitii, qui licet sint annosi, sunt tamen a sæculo recenter conversi, sicut quondam dicebantur neophyti, qui ad fidem noviter confluxerant: senes vero, qui diutius conversi, vel longius in spirituali vita conversati. Et similiter hoc modo, si juvenes vel neophyti non debent prædicare, multo minus qui erroribus obstinati nondum a cognitione veræ fidei sunt reducti. unde apostolus prohibet neophytum ordinari, & Moyses prohibet arare in primogenitis boum, & tondere primogenitum ovium; de quibus apostolus ad Hebræos 5. *Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis ut vos doceamini, quæ sunt elementa exordii sermonum Dei, & facti estis quibus lac opus sit.* Est ergo tertia senectus, scilicet interioris hominis confirmatio & stabilitio in bono, juxta ordinem hierarchicæ dispositionis, quæ sola sufficit ad officium prædicationis, & hanc docuit in prætacta praxi dominus noster Iesus Christus. Vnde B. Bernardus super illo Lucæ 3. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite*, dicit sic: Quamdiu virtus & Dei sapientia, quasi infirmus aliquis aut incipiens lates in populo? quamdiu nobilis rex, & rex cæli, fabri filium te pateris & appellari pariter, & putari? Etenim Lucas testatur, quoniam adhuc filius Ioseph putabaris: O humilitas, virtus Christi, quantum confundis superbiam nostræ vanitatis? parum aliquid scio, vel magis mihi scire videor, & jam silere non possum, impudenter me, & imprudenter me ingerens & ostentans, promptus ad loquendum, velox ad docendum; & Christus cum tanto tempore silebat, cum seipsum abscondebat, numquid inanem gloriam metuebat? quid timeret ab inani gloria, qui est vera gloria Patris? utique timebat, sed non sibi. Nobis timebat ab illa, quibus noverat esse timendum, nos instruebat. Tacebat ore, sed instruebat opere, & quod post docuit verbo, jam clamavit exemplo: *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde.* Hæc ille. Et ne quilibet se ad talem senectutem statim ingerat, sed electionem seu approbationem prælati expectet; ideo B. Ambrosius super psalmo, *Beati immaculati*, super versum, *In quo corrigit adolescentior viam suam*, pertractans multa quæ ad præsentem senectutem requiruntur, dicit etiam illud quod dixit ad Moyseo, ut sibi seniores eligeret, quos ipse nosceret esse seniores. Et nunc, inquit, quibus hoc Spiritu Dei committitur officii, ut eligant seniores viros, eligunt sine dubio inter seniores juvenem corrigentẽ viam in custodia verbi Dei. Hæc ille. Ista sunt & similia, quæ docet nos praxis Christi; illo non obstãte, quod dominus replicans dicit, se nihil aliud videre, quam sua dicta.

1. Tim. 3.
Deut. 15.
Bernardus sermone 1. de epiphania, non procul a fine.
Matth. 11.
Ambrosius in psal. 118. tom. 4.

AD octavum, ubi dominus dixit Matth. 15. *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel*, non dicit nisi ex Lyra, quod egomet dixi, scilicet personaliter prædicando Iudæis, tunc Christus fuit sacerdos

A summus, & tamen negat se per totum mundum personaliter missum. Ergo neque diaconus, neque simplex sacerdos debet se putare ubique missum, ita quod libere liberetur ubique seminare Dei verbum, cum omnis Christi actio nostra sit instructio. Item ubi diaconus vel sacerdos habet libertatem prædicandi, ibi habet præceptum prædicandi, secundum vos, sed habet libertatem ubique; ergo habet præceptum.

AD nonum, ubi argui quod salvator noster consecravit apostolos suos in presbyteros in cœna, & post hoc, scilicet in die suæ gloriosissimæ resurrectionis, dedit apostolis auctoritatem prædicandi, dicens: *Sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos.* ergo auctoritate consecrationis sacerdotalis illam non habebant. B dicit ex Lyra Mitto, id est, mittam, salva reverentia Lyræ secundum sententiam sancti Thomæ tunc misit actu eos, quia dicit sic: Quod ibi dominus apostolis injungit apostolicum officium, (apostolus enim idem est quod missus,) dicens: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* cui alludit beatus Gregorius, dicens ibidem: Id est, ea caritate qua me Pater diligit, & ego vos diligo, cum inter scandala persecutorum vos mitto, qua me caritate Pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. & beatus Augustinus: Æqualem autem Patri Filium novimus. Sed hæc verba mediatoris agnoscimus, medium quippe se ostendit, dicendo: Ille me, & ego vos, quibus concordat doctor Gorra, dicens: Id est, sicut ego a C me ipso non veni, sed missus sum, sic ego mitto vos; dans vobis auctoritatem: unde ad Romanos 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* & Isaias in capite 6. petivit hanc auctoritatem, dicens: *Ecce ego, mitte me.* E contra de malis prophetis, Ieremiæ 23. *Currebant, & ego non mittebam, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Hæc ille. Ecce quot doctores concurrunt ad sententiam meam, scilicet quod in die paschæ per illa verba dedit eis potestatem prædicandi; ergo non habebant eam prius per consecrationem sacerdotalem in cœna præcedenti factam. Et dicit dominus replicans, istud non esse factum in die paschæ; textus dicit quod factum est ipso die resurrectionis, licet sero esset, & fores fuissent clausæ. Nescio quid hoc intendit, nisi quod textum D male intelligit, qui dicit, *Ipso die resurrectionis erant discipuli simul in unum congregati propter metum Iudæorum, & cum esset sero, & fores essent clausa, venit Iesus & stetit in medio eorum, dicens: Pax vobis, & ostendit eis manus, & pedes.* Ex quo patet, quod adhuc dies erat, quia non legitur, quod luminaria accendissent ut manus & pedes ejus viderent. & tunc iterum ait illis: *Pax vobis, sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos.* Hæc ibi, *&c.*

Ioan. 20.
Lyra in 20. cap. Ioan.
S. Thom. ibidem.
Ioan. 20.

AD decimum, ubi ex illo Lucæ ultimo: *Ecce ego mitto promissum Patris in vos, vos autem sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.* dicit hoc esse contra me, quia dixi eos esse missos in die ascensionis, & tamen secundum eum non esset contra E me, quia ipse exponit ex Lyra, *Ecce ego mitto*, Id est, mittam. & nescio quid velit per hoc. Nam verum dixi, quod in die ascensionis sint missi, & tamen prohibiti ad certos dies, ut quiescerent, donec virtute ex alto induerentur. Vnde dico quod sancti apostoli tribus vicibus ad prædicandum leguntur missi. Primo, antequam essent sacerdotes, ut in sola Iudæa prædicarent. Secundo, in die paschæ, scilicet resurrectionis dominicæ, quando jam ante triduum fuerunt consecrati in sacerdotes, tunc fuit eis commissa prædicandi potestas, & quasi quædam declaratio per Christum facta, quod aliqui essent venturi, qui absq; commissione legitima usurparent sibi prædicationem verbi ratione gradus sacerdotii, ostendens hoc non

Supra loco cit arg. 2. Luc 24.
Tribus vicibus apostoli ad prædicandum missi.

Anno Christi 1433.

esse verum, sed supra sacerdotium requiri specialem missionem, ideo iterum misit eos, dicens: *Sicut misit me vivens Pater*, &c. Et quia adhuc poterant esse dubii, ubi deberent prædicare, quia in prima missione prohibuit ne alibi quam in sola Judæa prædicarent; ideo tertio misit eos declarando quod non in sola Judæa, sed in toto orbe esset evangelium publicandum per eos, dicens in hora ascensionis: *Ite in orbem universum, & prædicate evangelium omni creaturæ*. [Marc. 16.]

A n undecimum de praxi apostolorum, adduxi ad speciales praxes, 1. Petri, 2. Pauli, 3. Timoth. 4. Marci. Ad omnia hæc nihil respondit, & optime fecit, quia in veritate evadere non potuit. quin concedere conclusionem per me intentam oportuit, prout praxes illæ clarissime adducunt. Quoad praxin generalem apostolorum, ubi honori B. Petri detraxit, timeo & certifico eum, quod si non resipiscat, Petrus claves continebit, nec sibi januam regni aperiet. dixit enim primo, quod non habetur ex scriptura canonica, Petrum fuisse summum pontificem a Christo institutum, cujus contrarium latissime est heri deductum. Dixit secundo, quod ego addidi proprio, ly Soli, dicens: Soli Petro dictum est: *Pasce oves meas, tibi dabo claves*, ego Dico verum est, quod evangelistæ addunt, Soli, primum verbum soli Petro dictum est, secundum sibi soli excellenter; Quoad illud, *pasce oves meas*, dicit sanctus Thomas quod hoc Petro in tanta singularitate convenit, quod Christianus dici non potest, qui se ab obedientia summi pontificis subtrahit. Quoad 2. dicit Rabanus: Quia enim regem cælorum majori devotione præ ceteris confessus est, merito præ ceteris, collatis clavibus regni cælestis donatus est. Et valde notandum quod dicit Origenes, quod Petro dicit dominus: *Quodcumque solveris super terram, erit & solutum in cælis*; sed omnibus dicit: *Quodcumque solveritis super terram, erit & solutum in cælo*. ad signandum, inquit, primatum & principatum in Petro super omnes. Petrum etiam omnibus præfecit, dum ait: *Pasce oves meas*, ait beatus Augustinus in quæstionibus veteris & novi testamenti, quæst. 20. cap. 17. Videte jam, an sine causa addiderim, Soli, licet non sit verbum textus.

[Sup. prob. in prob. 3. ex praxi apostolorum.] [Matth. 16. Thomas.] [S. Thom. in cit.] [Cap. 57.]

A n duodecimum, ubi argui de praxi septuaginta duorum discipulorum, nihil ad propositum respondit mihi, quia exponit illum textum, *Rogate dominum messis*, totaliter de missione facta per Christum personaliter in principio vocationis septuaginta duorum discipulorum, quod ego non nego, sed argumentum meum istud fuit in sententia: Licet septuaginta duo a Christo missi fuerunt ante ejus passionem, tamen post ejus gloriosissimam ascensionem nullibi prædicabant, nisi quo eos apostoli miserunt; ergo quantum ex praxi illa, nullus nostrum habet facultatem alicubi prædicandi, nisi ubi mittitur auctoritate apostolorum, id est, prælatorum ecclesiæ. Antecedens probavi ex capite, In novo. quod apostoli videntes messem multam, & operarios paucos, *rogaverunt dominum messis*. & sequitur: *& ipsi elegerunt septuaginta duo, & miserunt eos ad prædicandum*. Hæc ibi. Confirmavi ex Eusebio. Ista ergo ratio stet in alto. Quærit ibi ubi septuaginta duo facti sunt sacerdotes? Respondeo cum Petro de Palude, quod hoc in scripturis canonicis non reperitur, nisi quod septem facti sunt diaconi, & Matthias in locum Judæ successit, & similia, &c.

[Supra in 3. prob conclusionis ex praxi apost. circa finem.] [Matth. 9.] [Dist. 21. In novo. c. 2.] [Luc. 10.]

A d tredecimum de praxi primitivæ ecclesiæ simpliciter nihil respondit, & optime tacuit, quia in veritate evadere non potuit. Ostendi enim quod primus papa post Petrum beatus Clemens, prohibet omnibus sacerdotibus ne quidquam agere audeant in cujuscumque presbyteri parochia absque plebani consensu. Et beatus Dionysius attribuit prædicationem episcopo proprie & antonomastice, distinguens tres actus hierarchicos, secundum tres gradus ecclesiasticos, scilicet purgare diacono per exorcizationem: illuminare presbytero, per baptizationem: perficere episcopo, per confirmationem & prædicationem, juxta declarationem per me nuper factam.

[Supra in probat. 4. conclu. de praxi primit. eccles.]

Anno Christi 1433.

Progrediendo ad auctoritates sanctorum doctorum, respondit tantum ad tres, cum ego adduxissem octo. Primo ad Ambrosium, qui dicit in sententia cetera. Rectores & cetera officia distincta sunt, ne si unus posset omnia, vilescerent singula. Respondit, quod hoc ideo est, quia aliud officium presbyteri, aliud diaconi; sed hic nihil est ad mentem Ambrosii, quia litera loquitur de prædicatione & baptizatione, quæ fuerunt, dicit, singulis concessæ in principio, sed fundata ecclesia, dicit, si nunc unus singula faceret, omnia vilescerent. [Sup. prob. 6. conclus. ex doctrina doct.]

Ad auctoritatem Gregorii in capite, Scriptum est, 6. quæstione 3. allegat glossa & non sine usura comportavit eam, non enim habet glossa quæ proprie dicitur glossa decreti, seu apparatus Ioannis, nisi quod episcopus in aliena diœcesi publice prædicare, tamquam jus habens in populis illis, non potest, sed pertranseundo sine solennitate potest eos monere bonum, sicut & monachus & quilibet alius. Secundum quosdam tamen potest prædicare, non tamen concitando turbam. 15. distinctione. Et nota quod ipse ibi interposuit, & addidit etiam, Solenniter, ut hic, tamen non concitando turbas. 16. quæst. 1. Placuit; litera, Solenniter, non habetur in glossa, imo glossa habet: Sine solennitate potest eos monere. [Supra loco citato.] [Dist. 19. Secundum. cap. 7.] [Cap. 55.]

Ad tertiam, quæ est beati Bernardi dicentis: Monacho neophyto, & non misso, non licet prædicare; respondit: Concedo, quod non misso non licet prædicare, nisi ex speciali missione. sed multi monachi sunt diaconi & presbyteri: ergo non licet diacono & presbytero prædicare absque speciali missione. Ex concesso sic: Non misso prædicare non licet, sed nulli diaconi vel presbyteri nisi curati, sunt missi, sicut & aliqui religiosi; ergo nullis talibus nisi curatis licet prædicare absque nova missione. Sed dicis quod omnes presbyteri & diaconi sunt missi: quæro a quo? aut a Deo, aut ab homine. Si a Deo, oportet hoc probare, sive fiat illa missio per revelationem manifestam, sive per inspirationem occultam. Sic enim docet beatus Ioannes: *Probate spiritus an ex Deo sint, & nolite omni spiritui credere*: Sic etiam quilibet posset dici, etiam hæreticus, laicus, vel mulier, quod sint missi a Deo. Si ab homine, oportet quod ille sit prælatus ecclesiæ illius, ubi prædicare intendis, cum nullus Hungarus habeat licentiare ad prædicandum in Anglia, nec e converso, sed tantum sunt duo genera prælatorum, qui possunt dare licentiam prædicandi aliis, scilicet papa & episcopus loci illius, ubi prædicare intendis. Nam plebanus non potest licentiare ad prædicandum in sua parochia generaliter, nisi tantum approbatos viros, scilicet sacræ theologiæ professores, & similes, ut dicunt Franciscus Zabarella, Henricus Voyt, & multi juristæ, cap. Cum ex injuncto, de hæreticis; ergo sine licentia papæ vel episcopi loci tales dicuntur non missi, nec habent posse prædicare verbum Dei. Hæc ibi. [Supra loco citato.] [1. Joan. 4.]

Hinc respondet ad concilia generalia, quæ adduxi, & primo ad caput, Cum ex injuncto; dicit concludendo sic: Patet clare ex prædictis, quod sicut non est causa sufficiens ad probandum, quod ille sacerdos vel diaconus ad prædicandum a Deo est missus, quia facit miracula, sed confiteri veritatem, facere justitiam, mundum contemnere, gloriam spernere, opprobria sustinere humiliter, sacerdoti & diacono testimo- [Supra in 5. prob conclus ex conciliis antiquis.]

ANNO CHRISTI 1435.

testimonium est sufficiens, ut habens legis Dei notitiam, prædicare libere Iesu Christi euangelium, quia sic est a Deo missus, & illa est missio, de qua ad Romanos 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Hæc ille. Ecce jam palam locutus est, & erroris sui totum spiritum evomuit, & quod usque huc semper palliavit, nunc detexit, dixit enim: Oportet prædicantem esse missum. Sed jam auditis quod dicit: Sufficit ostensio bonorum operum ad illius missionis efficaciam, nec alia missio prælati requiritur. Sic enim exponit apostolum, ut audistis. Sed insto: Contra istam conclusionem bimembrem pono duplicem conclusionem: Prima est contra primam partem, secunda contra secundam partem; prima est ista: Causa sufficiens ad probandum quod ille diaconus vel sacerdos est missus a Deo ad prædicandum, quia facit miracula. probatur multipliciter; primo sic: Illa est causa sufficiens ad se probandum a Deo missum, quam dominus dedit Moysi quærenti: *Quod signum ostendis mihi, ut si dixerint Pharao aut filii Israel, Non misit te dominus*; alias dominus insufficienter misisset Moyseo, si causa probationis fuisset insufficiens. Sed dominus non ostendit sibi aliam causam, ob quam tenerentur Pharao & filii Israel sibi credere ipsum a Deo missum, quam virtutem miraculorum; convertendo virgam in colubrum, & e converso; ergo ista est adhuc sufficientissima ad probandum se missum a Deo ad prædicandum, facere miracula. 2. Sic: Illa est ad eumdem finem causa sufficiens, quam dominus assignavit suis discipulis ad confirmationem suæ prædicationis, quia non misit eos insufficienter: sed ipse dominus non dedit aliam causam discipulis, dum irent ad prædicandum, cur ubique admitti deberent, nisi quia miracula facerent; unde illos mittens ad prædicandum ait: *Infirmos curate, leprosos mundate, dæmonia ejicite*; ergo facere miracula est illius probationis causa sufficiens. 3. Sic: Illa causa est sufficiens, quam dominus in sua praxi assignavit Iudæis ad probandum veritatem suæ missionis, quia ipse omnia bene facit: sed ipse assignavit eis illam causam, scilicet, operationem miraculorum suorum, dicens: *Si mihi non creditis, operibus credite. Et si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Ioannis 10. quæ de operibus miraculorum expresse exponit S. Thomas, de Lyra, & alii. Ergo facere miracula est sufficiens causa ad probandum, se missum a Deo ad prædicandum. Quarto sic: Illa est sufficiens causa, qua beatus Paulus probavit, se & Petrum a Deo missos ad prædicandum: sed hoc virtute miraculorum; ergo, &c. Major patet ad Galat. 2. ubi dicit: *Qui operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes.* ubi dicit sanctus Thomas: Sed posset aliquis dicere Paulo: Unde constat nobis, quod tibi sit commissum euangelium a Deo inter gentes? Respondit, Paulus per operationem Christi in me. Sicut enim patet quod Petrus accepit euangelium a Christo propter miracula quæ fecit Christus per eum: ita patet quod ego, scilicet Paulus, ab ipso Christo accepi etiam propter miracula, quæ operatus est in me. Hæc ille. Unde & idem probat suum apostolatum, dicens: *Signa apostolatus mei facta sunt inter vos, in omni patientia, in signis & prodigiis, & virtutibus*, hoc est, patientia in moribus, & prodigia in signis, prout exponit beatus Hieronymus. Similem sententiam posui prius. Sed nil mihi est responsum ad illas & bene, quia concludunt necessario, nedum quod facere miracula sit sufficiens causa, sed quod illa sint necessaria, nisi adducatur testimonium ex scriptura. Et hoc vult cap. Cum ex injuncto, de hæreticis; ut patet intuenti. Sed contra hoc avisat dominus opponens,

Sufficiunt miracula ad probandum missionem extraordinariam.

Matth. & Luc. 10.

Ioan. 10.

2. Cor. 12.

A dicens, quod in fine mundi discipuli Antichristi magis quam Christiani miracula facient, prout Matth. 24. patet. Respondeo, quod mirabilia, quæ fient tempore Antichristi, sunt respuenda, quia non sunt vera miracula, & cum hoc jam ex scriptura canonica avisata est ecclesia, quod non sunt miracula vera, unde nec Christus, nec apostolus vocat opera Antichristi miracula, sed signa & prodigia, unde dicit ad Thessalonicenses 2. quod adventus Antichristi erit secundum operationem satanæ in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus. Unde dicit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 178. ex beato Augustino 2. de civitate Dei, quod illa signa mendacii dicuntur signa vera, quia faciunt veras res, sicut magi Pharaonis fecerunt veras ranas, & serpentes veros; non autem
B habebunt rationem veri miraculi, quia fient virtute dæmonum & naturalium causarum ad hominum deceptionem, sed operatio miraculorum, quæ attribuitur gratiæ gratis datæ, fit in virtute divina ad hominum utilitatem. Secundo arguit sic: Mali faciunt miracula, 1. quæstione 1. Teneamus; ergo facere miracula non est sufficiens causa. Respondeo, quod duplices sunt mali, aut qui male vivunt, aut qui male docent. Dico ergo cum sancto Thoma ubi prius, articulo secundo, ad tertium argumentorum, quod miracula semper sunt vera testimonia ejus propter quod fiunt: unde sicut hi, qui male vivunt, nunquam faciunt miracula in testimonium suæ sanctitatis, sed si quandoque Deus miracula per eos fecit, est in testi-
C monium virtutis divini nominis quod invocant, aut testimonium virtutis sacramentorum, quæ applicant seu exhibent: ita qui falsa docent, nunquam possunt facere miracula in testimonium veritatis illius falsæ doctrinæ: secus si quis eciam male vivat, & bene doceat; talis enim sæpe miracula facit, non in testimonium suæ sanctitatis, quam non habet, sed in testimonium suæ veræ doctrinæ, quam docet: Et hoc tam clare docet dominus Marci 9. ubi postquam dixissent discipuli: *Domine, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum*, ait dominus illis: *Nolite prohibere eum*, & subdit tamen dicens: *Nemo est qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me.*

Cap. 19.

S. Tho. 2. 2 q. 178.

D Contra secundam partem suæ conclusionis sit ista propositio: Sicut causa sufficiens non est facere miracula ad probandum se missum a Deo ad prædicandum, ita non sufficit facere quæcumque perfectionis & sanctitatis opera ad sufficienter se probandum missum a Deo ad prædicandum, hoc addito, nisi adducat speciale de se scripturæ sacræ testimonium. Probatur dupliciter, primo modo sic: Quia talia opera sunt sæpe apparentia extrinsecus, & non existentia intrinsecus, sicut dominus ait hypocritis Matthæi vigesimo tertio. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ aforis parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos foris quidem paretis hominibus justi,*
E *intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.* & pseudoapostoli se in apostolos Christi transformant, sicut angelus satanæ in angelum lucis, secundæ ad Corinthios 11. ideo dominus admonet nos, dicens: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Matth. 7. & hoc quia licet dominus noster esset sanctissimus in omni operatione sanctitatis, docuit tamen non sufficere illa opera ad hoc, ut Iudæi crederent eum missum a Deo eis in legislatorem, sed dixit eis, super & præter omnia opera suæ sanctitatis, ad opera miraculorum, dicens: *Si mihi non creditis, operibus credite*, ut dictum est. Similiter & apostoli erant sanctissimo-

Non sufficit facere quæcumque perfectionis opera ad sufficienter probandum se missum a Deo, nisi quis de se addacat testimonium scripturæ.

ANNO CHRISTI 1433.

ctissimorum operum, & tamen probant suam missionem per miracula. Sed contra hoc adducit dominus replicans auctoritates dicens, quod probatio sanctitatis non est signa facere, sed juste vivere, & sic de singulis. Ad ea simul respondeo, quod auctoritates sicut stant, verissimæ sunt. Ego enim concedo, quod facere miracula non est semper signum sanctitatis illius qui facit, sed dico quod facere miracula ad probandum se esse missum a Deo, ad prædicandum, est signum sufficientis probationis, unde aliud est esse hominem Dei seu virum bonum, aliud est esse prædicatorem aptum. Qui ergo bene vivit, ostendit se esse a Deo aliis in exemplum, sed non probat per hoc se missum ad prædicandum sine licentia prælatorum, nisi ostendat suæ missionis miraculum. Sed contra hoc assumit sic: Si hæc requirerentur universaliter, tunc maxime deberet dubitari de patribus hujus concilii sacerdotibus, quod sint a Deo missi, cum nullum adhuc viderim operari miraculum, vel habere super hoc testimonium scripturæ sacræ speciale, ultra alios sacerdotes: Respondeo, quod patres hujus concilii sacri non indigent facere miracula, quia nullus eorum jactat se invisibiliter esse missum a Deo, Ita quod velit prædicare non habita licentia, imo reclamante & sub sententia excommunicationis prohibente prælato cujuslibet eorum. Sed vos qui dicitis vos licentia prælatorum non indigere, & posse ubique etiam prælatis contradicentibus ad vitam meliorem transire, scilicet prædicare, vos tenemini miraculis, vel scripturæ testimonio ostendere, quod illam potestatem habetis a Deo, ita dicit cap. Cum ex injuncto. 2. Quia horum patrum reverendissimorum doctrinam & fidem a Deo esse approbat universalis ecclesia Spiritu sancto edocta, qui docet eam omnem veritatem, secundum promissionem domini nostri Iesu Christi, pariformiter summus pontifex vicarius ejus unicus in terris, cui dominus in persona ecclesiæ ait: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* (Luc. 22.) & iterum: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* (Matth. 16.) & iterum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* & iterum: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis Spiritum veritatis, ut sit vobiscum in æternum.* (Ioan. 14.) 3. Quia qui nova prædicat & insolita, prout vos facitis Bohemi, tenetur illam novam doctrinam comprobare novis signis, quia salvator noster ut primo misit apostolos ad prædicandum novam doctrinam scilicet de regno Dei, dedit eis simul cum hoc potestatem super omnia dæmonia ejiciendi, & ut languores curarent. Matth. & Luc. 10. ubi dicit Beda lib. 3. cap. 3. super Lucam: concessa primum potestate signorum, misit prædicare verbum Dei, ut promissorum magnitudini attestaretur magnitudo factorum, fidemque verbis daret virtus ostensa, & nova facerent, qui nova prædicarent. Hæc ille. Si dicis, Non est jam tempus faciendi miracula, quia dicit Isidorus lib. 3. de summo bono, cap. vigesimo quinto: *Antequam Antichristus appareat, virtutes ab ecclesia cessabunt*: Respondeo quod jam cessarunt miracula, non ideo, ut qui vult prædicet & dicat se missum a Deo, & hoc sufficiat, nec miraculo probare debeatis, sed ideo quia fides catholica est plene fundata, nec eget probatione nova, & hoc est quod dicit beatus Gregorius secunda parte homiliarum, homilia nona: (Gregorius homil. 29.) Ut fides credentium cresceret, miraculis fuit nutrienda: quia nos cum arbusta plantamus, tamdiu aquam superfundimus, quousque ea in terra coaluisse videamus, quia si radicem fixerint, a rigando cessamus. Hæc ille. Et hæc de materia miraculorum.

CONSEQUENTER de literis commendatitiis dicit, quod inventæ sunt propter malos. Respondeo, quod utique hoc verum est, quod propter pseudoapostolos, dicit glossa 2. Corinth. super illud: *Numquid commendatitiis egemus literis sicut quidam*, scilicet qui sunt pseudoapostoli? Respondit S. Thomas in libro de contra impugnantes religionem, prope finem: Proprie duo sunt genera hominum, scilicet non missi prædicantes & falsa docentes, de quibus ambobus simul Ieremiæ 23. *Non mittebam eos, & ipsi currebant*, quo ad primum; *non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant*. quoad secundum. Illi sunt qui tenentur habere literas commendatitias, qui prædicare volunt invitis prælatis. Ad id quod dicitur Actuum 13. quod Paulus & Barnabas sedebant in templo, & B principes miserunt ad eos, an haberent verbum exhortationis ad plebem, dicit Lyra, quod ex hoc eorum prædicatio efficacior reddebatur, quod se non ingesserunt ad prædicandum, sed rogati fuerunt. glossa dicit: Sedent quasi audituri legem, non quasi prædicaturi: ecce humilitatis exemplum. Dicunt principes ad apostolos: *Si habetis verbum exhortationis?* (Glos. interl. ibid.) non dicunt, prædicationis vel lectionis. Hæc ibi: Non debent ergo diaconi vel presbyteri prædicare, nisi invitati ad sermocinandum. 7. quæstione 1. episcopi. (7. q. 1. Episcopi, cap. 38. 1. q. 2.) Ad textum quem adducit 19. cap. 2. Duæ. qui dicit, quod propter criminosos literæ commendatitiæ inventæ sunt: si glossam legissetis, tacuissetis, quia dicit glossa sic: Licet propter criminosos fuerit C constitutio data, extenditur tamen etiam ad non criminosos, quia nullus recipitur sine commendatitiis literis. Etenim quod statuitur propter causam impulsivam, causa cessante non ideo cessat constitutio, sicut dicitur ff. de donat. l. 2. §. ultimo, hæc glossa. Quod autem concludit replicans ex eodem textu, dicens: Ex isto canone 19. quæstione 2. Duæ. sequitur tertio, quod quisquis Spiritu Dei ducitur, episcopo contradicente ad meliorem vitam potest transire. Ex quo patet etiam, quod diaconus vel sacerdos dispositus ad prædicandum, & ductus Spiritu Dei libere Christi euangelium absque licentia prælati speciali potest prædicare: Patet, inquit, quia bonum est diaconum vel presbyterum vel sacerdotem bene vivere, D melius bene vivere & utiliter prædicare, ergo poterit de prædicationis otio in laborem, & sic transire ad vitam meliorem. Ecce iterum palam loquitur, & proverbia obiicit, & sic dico duo. Primum, quod Spiritu sancto ductus potest ingredi religionem, nolente episcopo. Secundo, quod hoc est omnino falsum, quod ex hoc, inquit, patet, quod etiam sacerdos vel diaconus dispositus ad prædicandum ductus Spiritu Dei, absque licentia episcopi libere possit prædicare euangelium Christi. Nam dico pro conclusione, quod quicumque Spiritu Dei agitur, nunquam contra voluntatem prælati, vel sine licentia prælati, agit in sua ecclesia vel diœcesi, quia Spiritus sanctus non est arrogans, importunus, aut inobedientiæ magister, E sed potius mitis, mansuetus, humilis, ut patet Sap. 7. unde secure dico, quod quicumque a Deo ad prædicandum mittitur, se prælato præsentare tenetur, maxime si requisitus fuerit a prælato, ut approbationem ejus accipiat, & obedientiæ virtutem ostendat, unde in cap. Cum ex injuncto; dicitur: Si tamen de hac invisibili missione constaret: Ex quo concluditur, quod qui asserit illam invisibilem missionem tenetur eam probare, & cognitio talium de jure & consuetudine spectat fieri coram papa, vel episcopo loci, secundum illa quæ habentur & notantur in cap. Venerabili; de test. & in capite primo de reliquiis & veneratione sanctorum; & sic tenetur se præsentare prælato, etiamsi sit missus a Deo missione invisibili, & probare eam modis prædictis, & dico maxime si re-

ANNO CHRISTI 1433.

si reqoisitus fuerit; 1. Propter Paulum, qui se Petro non statim præsentavit, sed diu post vocationem. & hoc quia a Christo vocatus, nec a Petro requisitus, propter certitudinem miraculorum, quæ fecit dominus per Paulum, & propter sanctum Equitium abbatem, qui missus a Deo per angelum, tandem requisitus per prælatum, subito ei parere voluit, nisi dominus miraculorum evidentia prævenisset, ut patet lib. 1. dialogorum, cap. 4. & probatur propositio multipliciter: primo per beatum Augustinum in fine ad Orosium dicentem: Illum cognosce missum a Deo quem non paucorum hominum adulatio eligit, sed illum quem vita & mores optimi, & apostolicorum examinatio commendat sacerdotum. Hęc ille. Ecce quomodo non sufficit se dicere missum a Deo, ex moribus optimis, sed etiam requiritur apostolicorum sacerdotum, & prælatorum examinatio. 2. Dicit glossa hoc de offic. ordi. cap. Inter cetera; quod nulli licet prædicare, nisi mittatur auctoritate episcoporum, vel apostolicæ sedis, de hæret. cap. Excommunicamus. §. Quia vero. Hæc ibi. Si nulli, ergo nec ei, qui se dicit a Spiritu sancto inspiratum, præsertim si requisitus fuerit a prælato. 3. Dicit beatus Bernardus, ut allegatum est de instinctionibus, ea cogitatio, quæ pudica videtur, nec ad vitia trahit, aperte tunc divinam a Deo noveris esse, si pacifica sit, si prælati tui atque spiritualium fratrum approbetur judicio: quoniam non facit dominus verbum, quod non revelaverit servis suis. Propter hoc Paulus mittitur ad Ananiam, sic Cornelius dirigitur ad Petrum, sic Eunuchus instruitur per Philippum, ut approbationem & judicium prælati, & virorum spiritualium requirere doceremur, sicut de eo plenius in collationibus patrum habetur. 4. Hoc dicit Zabatella, De hæret. cap. Excommunicamus; super verbo, Vsurpare, dicens; Qui, inquit, prædicat sine licentia, dicitur usurpare. & talis est, qui probatur non missus, vel qui non habet auctoritatem a papa, vel ab episcopo loci, vel qui missionem non comprobat per operationem miraculi, vel scripturę testimonium, ita quod sit missus eo modo, quo scriptura præcepit, secundum Innocentium: & dicit Ostiensis quod in hac re tam ardua non credetur ipsius juramento, tum quia solus, tum quia in re propria, 4. quæst. 3. de test. Licet, & hoc est quod communiter volunt canones, quod nulli licet prędicare in diœcesi cujuscumque episcopi, sine ejus licentia. 16. quæst. 1. Cunctis fidelibus, & summo opere omnibus presbyteris & diaconibus, & reliquis clericis attendendum est, ut nihil absque episcopi proprii licentia agant, non utique missas sine ejus jussu quisque presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, neque quidquam absque ejus permissu faciat. Hæc ibi. Vnde dico quod talis a Deo missus tenetur se prælato insinuare, & ab eo licentiam petere: quod si missio esset occulta, teneretur eam probare per miracula vel scripturam: sed si manifesta, & magnifice probata esset, & prælatus malitiose nollet eum licentiare, forte sufficeret licentia divina.

Bernardus supra in respon. ad 1. arg. adversarii, signo instinctus divini.

Post hæc aggreditur responsiones meas, ubi inter multa resumptione indigna, dicit primo quod ubi ego dixi non esse simile de pane materiali, & spirituali; quia in eleemosyna materiali non sequuntur pericula apud suscipientes, sicut in pane verbi, quod spargerent hęretici, dicit hoc non esse universaliter verum, sed & ex superflua eleemosyna, quam clerus recipit, omne malum in clero subsecutum est, & enumerat multa vitia. Dico, hoc est omnino dubium: Nam in cælo orta sunt schismata, ubi ista temporalia non fuerunt; & hodie pauperiores sunt deteriores. Iure certe certum est, quod divitiæ sunt organa ad virtutem, secundum philosophum primo Ethicorum;

A & sunt multis materia bene operandi. Dicit etiam, quod male argui, descendendo de uno statu in alium, sic scilicet secundum eum sequeretur, ubi arguit: Licet dare eleemosynam corporalem sine licentia, ergo & spiritualem, scilicet prædicare; sequetur: Licet laico dare eleemosynam corporalem, ergo & celebrare missam, cum missa sit eleemosyna spiritualis. & ipsemet ibi descendit de statu uno in alium: Posui ibi & alias similitudines, quas dimisit intactas. Postea ad tertiam solutionem dicit quod ubi dixi esse dissimilia, generare filios carnis, & spiritus; quia generare filios carnales esset principalis finis matrimonii: sed principalis finis sacerdotii * omnino esset generare filios Dei per prædicationem, sed B magis conficere corpus Christi verum: dicit hoc esse contra factum & dictum Christi, Lucæ quarto: *Quia & in aliis civitatibus oportet me evangelizare*, ubi habetur ibi, quod principalis actus sacerdotii non sit super corpus Christi verum. Ad similes fabulas multas ineptum judicavi respondere, ne obtunderem aures vestras, patres reverendissimi.

Supra in responsionibus ad 2. & 3. arg. adversarii.

* forsan, non omnino

Circa primum corollarium, ubi dixi: Non quilibet sacerdos domini habet facultatem prędicandi virtute sacerdotii, allegavi sex doctores, nihil respondit, nisi tantum in effectu ad propositum, contra istud scilicet, arguit sic: Cuicumque papa committit officium prędicandi, ille habet ex eodem; ergo cui Deus committit officium prædicandi, ille C habet ex eodem. Verum est; sed ostendat, quod Deus commiserit officium illud, & credemus ei, ut dicit cap. Cum ex injuncto, de hæreticis.

Circa secundum corollarium, quod probavi sex rationibus, nihil respondit, nisi ad illam; ubi ego probando dixi, quod non esset præceptum domini, prædicare presbyteros singulos, dicit quod neget majorem, scilicet illud: Non est præceptum domini, a quo se licite excusare potest; quia dicit, eleemosynam esse preceptum, a qua excusantur multi. Dico quod eleemosyna nulli est precepta pro tunc, dum ab ejus impensione potest licite excusari. Est enim preceptum affirmativum, non obligans, nisi pro hic & nunc. Consequenter ibi ego respondendo dixi quod illud præceptum domini: *Ite in orbem universum*, D non obligabat universos apostolos, ut quilibet eorum iret in totum mundum, & in quemlibet angulum orbis, quia nullus eorum hoc fecit, dicit quod istud est contra illud Actorum 10. *Nobis præcepit Deus prædicare populo*, &c. Nego hoc, quia non dicit: Precepit cuilibet nostrum sigillatim prędicare in quolibet angulo mundi; licet dispersi ita prædicabant, quod in omnem terram exivit sonus eorum. Ad illam autem: *Fidelis servus & prudens*, dixi, quod dicta est de prelatis, qui sunt constituti super familiam domini; replicans dixit, quod etiam alii presbyteri debent habere curam de familia domini; juxta illud Ecclesiastici 17. *Vnicuique mandavit Deus de proximo suo*. Respondet beatus Thomas quodlibeto E 12. quæstione 18. articulo 29. quod Deus non præcipit cuilibet curare de proximo per publicam prædicationem, sed privatam admonitionem. Adducit Chrysostomum contra: Nam sacerdos debitor est, ut veritatem quam audit a Deo, libere prædicet. 11. quęstione 3. Nolite. Respondeo quod sensus textus est, quod ubi periculum fidei imminet, & confessio requirit, tenetur sacerdos, sicut & laicus, veritatem Dei confiteri, & si propter timorem mortis veritatem non confiteretur, peccaret. Ad auctoritatem Isaiæ, *Clama, ne cesses*, dixi, quod Isaiæ soli præceptum. dicit quod non, quia secundum Lyram intelligitur de Christo ad literam, & illa vox dicentis, *Clama*, extenditur ad Ioannem Baptistam.

Respon-

ANNO CHRISTI 1433.

Respondeo quod non est inconveniens ad eumdem textum haberi plures sensus literales, sicut Lyra exponit illam auctoritatem ad Hebræos 10. *Et ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* 2. Reg. 7. de Salomone & de Christo; tamen literaliter principalius de Isaia dicta sunt, ut patet ex nuda historia textus contra vos, qui audebatis dicere quod obligaret omnes.

POST hoc adducit auctoritates tres, quarum sensus est, quod sacerdotes instituuntur ad prędicandum, & ad interpretandum legem. Respondeo primo, quod sæpe in dictis sanctorum, sacerdos pro episcopo ponitur, & pro curato, de quibus communiter intelliguntur istæ auctoritates, sicut patet in cap. Sit rect. ubi beatus Gregorius dicit: Præconis officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit. ubi ad literam

B

loquitur de rectoribus & pastoribus sub nomine sacerdotis, ita in proposito. Secundo dico cum domino Guilielmo Parisiensi in suo sacramentali, capitulo de sacro ordine, quod sacerdotum officium fuit semper prædicare, juxta illud Malach. 2. *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem de manu ejus requirent.* & infra dicit quod sacerdos modicam auctoritatem docendi habet, quia datur eis cum sola cura animarum, tamquam annexum. Ex tunc enim tenetur docere populum sibi commissum: nunquam tamen dicitur eis in sua ordinatione, Ite docete, & prædicate: docere enim & prædicare est speciale officium episcoporum, quod in consecrationibus suis eis dicitur: Ite prædicate populis. Hæc ille. Et per hoc sol-

C

ventur duo motiva domini replicantis superius posita, quia dicit: Sive cum charactere, sive aliter, hoc scio quod sacerdos habet potestatem prædicandi, & probat primo sic: Quia si non, cur cantaretur in eorum ordinatione: Ite in orbem? Ad hoc dico, quod ego quæsivi a multis episcopis præsentibus & absentibus, qui dicunt se illud non facere decantari. Insuper nec in rationali divinorum reperitur quidquam de isto, & ita non est essentiale officii. Dico secundo quod quia in aliquibus ecclesiis ista verba decantantur, hoc fit in fine, quando totum officium est finitum, & presbyteri jam segregantur ad se exuendum. Tunc cantant clerici: Ite in orbem, *&c.* Et tunc dico duo. Primum quod ista devotio est pure cære-

D

monialis, & non habet ullam efficaciam admittendi eos ad prędicandum. Secundum quod ista decantatio non mittit presbyteros, eo quod illi qui cantant non habent auctoritatem mittendi eos, nec episcopus potest mittere nisi per diœcesin suam, ut dicunt doctores circa cap. Cum ex injuncto, de hæret. Arguit 2. sic: Quia in pontificali dicitur: Oportet episcopum benedicere, præesse & prædicare, dico ut prius quod ibi ostenditur, quod sit officium sacerdotis. Sed illius officii executio non datur, nisi dum cura sibi committitur, aut aliunde executio impertiatur. Unde dicitur 24. quæst. 1. Miramur; quod aliud est potestas officii, aliud est executio, In plerisque est unum sine altero, ut in monachis, qui habent officium, sed non executionem, nisi ex speciali commissione: ita dici-

E

tur in cap. Adjicimus. Ecce quod singuli sacerdotes in sua dedicatione presbyteratus baptizandi & prędicandi potestatem accipiunt, sed executionem illius potestatis non habent, nisi ad talia assumantur, sicut agens naturale potentiam habet agendi, sed non habet executionem illius potentiæ, nisi habeat materiam sibi ministratam, ut applicat de prædicatione sanctus Thomas quodlibeto duodecimo, quæstione decima octava, articulo 29. ut prædictum est, *&c.*

16. q. 1. Adjicimus. §. 19.

CIRCA tertium corollarium de diaconibus dicit, quod mea propositio non fuit contraria suæ, & ego dixi tunc quod sic: quia licet non dicat in conclusio-

A

ne de præcepto, tamen exponit ly, Debet, capi præceptive. Dicit me truncasse glossam, In sancta; dico quod verba superflua caveo, recepi quod deserviret mihi, omisi quo non indigerem: *&* tamen posuit contrarium ejus quod posui, si non in conclusione, tamen in declaratione. Adhuc pro mea conclusione stant pro me adducta; quia allegavi septem rationes, & non respondit mihi ad ultimam, & loco illius adduco Vvilhelmum de monte Lauduno, qui dicit in rubrica de ordine diaconatus, quod officium diaconi est prædicare, id est, legere recitando euangelium & epistolam, quæ sunt de novo testamento; & subdit: Nec intelligas quod prædicare verbum Dei eis licet ratione hujus ordinis, quia solum magistris in theologia, seu episcopis, & aliis, qui ad hoc officium, scilicet

ANNO CHRISTI 1433.

Dist. 25. In sancta. c. 1. Greg. lib. 4. epist. 44.

B

prædicandi. propter curam animarum electi sunt, his licet. Hæc ille. Sed absit ut Dionysius divinissimus accedat, & quasi diacono officium prædicationis adscribat, nequaquam. dicit enim dominus Albertus ibid. sic, post verba Dionysii, quod Dionysius dicit, quod ista communia erant in consummativis orationibus, scilicet quibus consecrabantur episcopi, presbyteri, & diaconi, & ista esse communia: Primum est, quod signantur signo crucis. Secundum, quod recitantur ab episcopo ex nomine, quod ad talem ordinem assumantur. Tertium, quod osculantur omnes * sancti, qui adsunt. Quartum, quod quilibet horum ab episcopo consecratur. Primum notatur ibidem, Signaculum cruciforme; Id est, in modum crucis. Se-

Dionysius Areopag. de eccles. hierarch. cap. 5.

* *alius manuscriptus*, sanctos,

C

cundum ibi, Prædicatio; id est, recitatio ex nomine, quod ad talem ordinem assumantur: quia episcopus dicebat * signanter: Ille de sacerdotibus in episcopum divina eum provehente gratia assumetur; & similiter de aliis. Tertium ibi, salutatio, id est, osculatio; & hic erat ritus consecrationis in primitiva ecclesia: unus episcopus poterat episcopum consecrare. Hæc ille. Ex quibus patet, replicantem non intellexisse Dionysium. Pręedicatio enim dicitur ibi passive pro recitatione publica ex nomine. Et quia dicit me truncasse glossam, ostendam ipsum truncasse illam partem glossæ, quæ totam suam glossam * excitat. Verbum enim ipse cessavit, sequitur & sic in sede apostolica. Ex quo quidam dicunt in Romana ecclesia, & de cardinalibus hoc statutum servandum, hic vero intelligit ge-

* *alius liber*, singulariter:

Dist. 92. In sancta. c. 2. Locus, ut videtur, truncatus.

* *alter liber*, excæca.

D

neraliter esse prohibitum, cum ad legendum euangelium sint instituti, quod patet ex illo verbo, quod dicit, Infra missarum solennia. Hæc ibi, ut dicit glossa quod nullo modo est dicendum, diaconi officium esse prædicare publice, sed legere euangelium, quod notat textus qui sequitur in eodem capite dicens: Quæ de re præsenti decreto constituto, ut in sede hac sancti altaris ministri cantare non debeant, solumque euangelicæ lectionis officium infra missarum solennia exolvant. Hæc ibi. Nota, dicit, quod solum lectionis euangelicæ officium exolvant, quod prius dixit prædicare, & sic ipse truncavit textum cum glossa satis præjudicialiter; patet ergo, quod nisi diaconi sint curati, non convenit eis absque licentia speciali prædi-

E

care. Sed dicit replicans: Miranda res, si officium diaconi non est nisi legere euangelium, cur ejus officium est tam periculosum, ut dicit Augustinus distinct. 40. Ante omnia? Respondeo, quod non ideo dicitur periculosum, quia habet legere euangelium, sed quia diaconus habet in omnibus assistere presbytero, & ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, scilicet in chrismate, in patena & calice, & sic de singulis, ut patet in capite, Perlectis; dist. 25. & in cap. clericos; distinctione 21. sicut in sacerdotibus consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio. Et cum periculosum sit gerere officium sacerdotii propter sacrum ordinem quem habet, ut caste vivat, bonam

Cap. 7. Aug. ad Valerium epist. 148.

vitam

Anno Christi 1435.

vitam ducat, & sacramenta digne tractet, sic & omnia illa extinguuntur in diacono, & tamen multi sunt presbyteri, qui non tenentur prædicare, nihilominus officium eorum est periculosum propter ordinis eminentiam, & eorum, quæ ad ordinem requiruntur presbyteralem, sic & in diacono.

Circa quartum corollarium ponit, ut dicit, mihi oppositum, scilicet quod congruit valde multos esse prædicantes, etiamsi non tot sint populo missantes. Non est mihi oppositum, quia stant simul, quod in casu congruit multos esse prædicantes, in casu multos missantes, simul ambo haberi non possunt: dixi enim sic inter cetera; Sciendum tamen, quod in casu forte esset laudabilius prædicare ei, qui habet auctoritatem, quam missare, scilicet si esset populus infirmus & infidelis in his, quæ credere vel agere tenentur. Tunc si talis sacerdos simul utrumque facere non posset, potius esset ei prædicandum, quam missandum. Et tunc diceretur prædicare esse melius, quam missare, non simpliciter & absolute, sed stante tali conditione: & sic secundum quid cederet perfectius minus perfecto, scilicet in ordine ad talem populum infirmum & ægrotantem; sicut bonum vinum licet de se sit melius quam aqua, tamen aqua melior est febricitanti. Verumtamen communiter actus missandi non repugnat actui prædicandi, imo simul stant, & unus ordinatur ad alium, sicut prædicatio ordinatur ad hoc, ut populus devotius præparetur ad audiendum missam, in cujus signum prædicatio solet communiter fieri ante elevationem, scilicet post evangelium, sed populo jam bene converso, dixi, utilius est sæpe missare, & interdum prædicare; quam quotidie prædicare, & raro missare. Quod autem inter cetera dicit, quod negligentiæ Christiani populi plus purgantur per alia, quam per missarum consuetudinalem auditionem, puta per eleemosynarum largitionem, verbi Dei devotam auditionem, eucharistiæ communionem; dico quod hoc aliquando fallit, quod plus purgantur per ista, quam per missarum auditionem, quia sæpe cum majori devotione & dispositione audit missam, quam faceret alia illa, vel alterum ex his, & sic percipit effectum spiritualis communionis & incorporationis corporis Christi. unde non solum sacerdos, sed & circumstantes dicuntur communicantes, ideo licet ipse solus communicet, tamen in plurali orat, dicens: Purificent nos quæsumus domine sacramenta quæ sumpsimus. Ad rationes in contrarium adductas. Ad 1. Illud plus congruit populo, cujus exemplum Christus, apostoli, & primitiva ecclesia in se plus ostendunt, sed illi plus prædicarunt, quam missarunt; ergo, &c. Respondeo quoad Christum, non sequitur: Christus plusies prædicavit, & tantum semel missavit, ergo utilius est prædicare, quam missare, quia ut prædixi, Christus tantum semel passus est, & pluries prædicavit; & tamen ejus passio utilior est quam ejus prædicatio; non enim quod plusies fit, de eo melius est, sed imperfectius, ut declaravi. Ad apostolos & ecclesiam primitivam, an illi sæpius prædicaverint vel celebraverint, nescio, credo quod quotidie celebraverunt, nam fideles quotidie communicaverunt; de consecratione distinctione 2. Peracta; ergo & apostoli. Nec est verisimile quod apostoli induxissent populum ad quotidie communicandum, nisi hoc etiam exemplo ostendissent, & ipsi missando celebrassent, unde: *Et erant perseverantes in oratione, & fractione panis.* (Act. 2.) Ad secundam, ubi arguit: Illud valde congruit populo quod est pabulum dignioris partis hominis, sed hoc est verbum Dei. Respondeo, quod non minus est pabulum animæ auditio missæ, per quam homo incorporatur Christo, ut dictum est. Ad tertiam: Illud plus congruit populo, per quod plures convertuntur ad fidem, sed tale est prædicatio; ergo, &c. Respondeo, quod in casu, ubi populus indigeret converti, & sacerdos non posset utrumque simul facere, celebrare, & prædicare, potius esset prædicandum, quam celebrandum. Ad quartam. Illud plus congruit populo per quod generantur in filios Dei, sed hoc est prædicatio. Respondeo, quod ubi populus esset extra fidem, & sic non essent filii Dei, juxta illud Ioannis 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus*, utilior esset prædicatio: sed dum sunt filii Dei per fidem, ut nunc est populus in fide fundatus, utilior est celebratio. Dico etiam quod missatio in hoc excedit prædicationem, quia prædicatio tantum convertit vivos, celebratio missæ etiam adjuvat defunctos. In plerisque tamen prædicatio & missa se habent adinvicem, ut excedentia & excessa. Ad quintam: Illud plus congruit populo, cujus executionem dominus strictius præcepit fieri, sed hoc fuit prædicatio. Respondeo, quod dominus non minus præcepit apostolis missas celebrare, quam prædicare. Nam sicut præcepit dicens: *Euntes prædicate*, ita præcepit: *Hoc facite in meam commemorationem.* (Matth. 28. Luc. 22.) tamen comparationibus omissis, tenemus cum beato Augustino, quæstione 1. Interrogo; quod non minus est verbum Dei, quam corpus Christi, secundum glossam, hoc modo, quod plures convertit, & facit compungi hominem, ut omnia peccata per verbum Christi quandoq; tollantur. Sed per corpus Christi venialia tantum tolluntur, ut de consecratione distinctione 2. cap. Iteratur, & capite, Quotidie. Hæc ille. Tamen inter omnia grata Deo Patri, gratissimum est factum missæ officium, nihil enim in sacrificiis majus esse potest quam corpus & sanguis Iesu Christi. de consecratione distinctione 2. Nihil.

Circa quintum corollarium inter cetera diffamatoria dicit de templis & altaribus: Sic putant enim cæci duces cum cæco populo, quod verus Dei cultus & honor, aut sanctorum laus consistat in ampla templorum structura, aut in altarium splendida multitudine, &c. Pro certo dico quod non mirum si populus audiens talia prædicare sacerdotes, frangit templa, evertit altaria, destruitque sancta. Vere ita est, sicut dominus replicans dixit in uno corollario, causæ ruinæ populi sunt maxime sacerdotes mali, præsertim hæretici pessimi, præambuli Antichristi, qui quidquid Christi nomini consecratum est, Antichristi more demoliri conantur; & in tantis sacrilegiis, cum quid agam ego ignoro, hoc mihi residui est, ad omnipotentem oculos erigere cordis, & clamantem exaudiet me, secundum magnam gloriam suam, orantem illud psalmistæ: *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum, improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi domine, nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ confitebimur in seculum.* (Psal. 78.) Amen.

Circa sextum corollarium: Cuicumque ex causa rationabili papa prohiberet officium prædicandi sub excommunicationis sententia, ille teneretur obedire. Probavi ex praxi Christi, & suorum apostolorum, ex concilio Nicæno, Carthaginensi, & aliis, ex capite, Cum ex injuncto: & sententialiter conclusi, quomodo unico Sole, id est, ecclesiæ universalis auctoritate, omnia suarum disputationum allegata poteram exsiccare, sicut beatus Hieronymus post longam disputationem dixit ad Luciferianum. Responsionem nullam reportavi, & optime, quia spero quod cpolentiat veritati a me irrefragabiliter probatæ.

... septimo ... collatio meo mihi condescendit,

Anno Christi 1433.

& se correxit, quia primo posuit, quod propter scandalum perversorum non esset omittenda prædicatio. Nunc declarat se, dicens, sicut ego posui, quod non simpliciter, sed aliquando possunt ad tempus propter scandalum pusillorum. Hoc ego concessi, & scripturis multis probavi. Tamen quia non obstante illa declaratione, probat primam conclusionem tripliciter; ego respondeo ad 1. articulum: Nullum præceptum domini propter scandalum perversorum est omittendum: sed fidelis prædicatio verbi Dei est præceptum domini, ergo &c. Respondeo quod in tali casu, ubi, ut dixi in prima positione, omnes scandalizantur de prædicatione, non est præceptum domini prædicare, imo est præceptum ejus pro tunc tacere, juxta illud Matth. 7. *Nolite sanctum dare canibus*, secundum expositionem beatorum Chrysostomi & Augustini. Ad 2. Oblatio venerabilis sacri eucharistiæ non est omittenda propter scandalum perversorum, ergo nec prædicatio. Respondeo quod in casu ubi celebrans scandalizaret aliquem, utpote, ut si esset publicus concubinarius, vel simili crimine notorio convictus, deberet prius a celebratione abstinere, quam in scandalizatione celebrare. Ad 3. Pabulum fidelium non est omittendum propter scandalum perversorum, sed prædicare est hujusmodi. Respondeo quod in casu scandali prædicatio non est pabulum scandalizatorum, ut deduxi in positione alias ex Petro de Palude.

In corollario octavo increpat me, quod dixi, prælatos & episcopos posse per se vel per alios in certis casibus satisfacere officio prædicationis; ubi ipse vult quod per se teneantur: & dicit, quod non æstimat me aliud velle, nisi prælatos liberare & excusare a fideli verbi Dei annuntiatione. Respondeo quod nunquam mentis meæ fuit hoc, sed suspicionem suam evomuit. Sæpe enim dixi, officium episcoporum esse prædicare verbum Dei, sed intendo illud quod dicitur libro tertio de offic. ord. cap. quindecimo, Inter cetera quę ad salutem animarum spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei maxime noscitur ei necessarium: quia sicut corpus materiali, ita anima spirituali cibo nutritur, eo quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Vnde cum sæpe contingat quod episcopi propter suas occupationes multiplices, vel invaletudines corporales, aut hostiles, incursus, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cetero tolerandum) per seipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas diœceses & diffusas; generali constitutione sancimus, ut episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone. Hæc ibi. Ibi enim comprehenduntur pene casus quos posui, in quibus pro loco & tempore juxta negotiorum concurrentium varietatem, possunt prælati prædicationis officio per alios providere.

Hæc sunt, quæ ego frater Henricus Kalteisen, ordinis fratrum Prædicatorum, sacræ theologiæ professor, ac pravitatis hæreticæ inquisitor, vobis Bohemis conscripsi, pro vestra reductione ad unitatem sanctæ universalis ecclesiæ, pro vestra eruditione juxta mihi ministrata in 2. articulo, scilicet de verbi Dei libera prædicatione. Hæc audistis, quæso corde credatis, & ore confiteamini, ut fructum æternæ beatitudinis consequi mereamini, juxta thema in hujus replicæ principio assumptum, scilicet, *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*. Prescripta autem singula huic sacrosanctæ generali synodo Basileensi offero corrigenda, cujus judicio me subjicio per omnia.

Terminata fuit hæc replica in præsentia sacri concilii & Bohemorum recitata anno MCCCCXXXIII. in hebdomade pœnosa, celertime & abrupte collecta propter nimiam festinantiam Bohemorum ad recedendum. Ideo propitium requirit correctorem.

Anno Christi 1433.

Et hic est finis hujus materiæ, videlicet articuli tertii. Deus gloriosus sit benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO
IOANNIS DE POLEMAR
ARCHIDIACONI BARCINONENSIS,
apostolici palatii causarum auditoris;

Qua in concilio Basileensi anno MCCCCXXXIII. *per dies tres refutavit quartum articulum Bohemorum, de civili dominio clericorum, quem proposuit per triduum Petrus Rayne Anglus.*

DEUS *in adjutorium meum intende, domine ad adjuvandum me festina*. Psal. 69. Excelsus ille propheta David, de quo scriptum novimus, Deum dixisse quod invenerit hominem secundum cor suum, 1. Reg 13. Psalm. 88. Act. 13. sic suæ humilitati omnium virtutum solido fundamento fixus stabat, ut nihil de suis viribus ingeniove præsumeret, tamquam in se deficiens, divinum ad se poscebat adjutorium festinare, & velut imbecillis infans, qui etsi manu teneatur a matre, nihil sui corpusculi fragilitati confisus, dum gremio ejus toto corpore non inhęret, matrem inclamitat; & palpitando tremens inhærere festinat. Sic inculcata petitione Deum in adjutorium ejus intendere, & ipsum Deum ad adjuvandum se festinare deposcit. Hanc Prophetæ, Deoque accepti viri vocem sancta mater ecclesia per omnes dies in singulis divinorum officiorum exordiis laudabili more exhibendam assumit: Nec immerito ad divinas laudes accedens, Dei auxilium deprecatur, sciens quod adversarius noster, qui juxta beati 1. Pet 4. Petri doctrinam, circuit, quærens quem devoret, tunc infremit vehementius, tunc instantius suas molitur insidias, cum divinis obsequiis appropinquare nos cernit. Hinc Sapiens ait; *Fili accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem*. Ecclesiastici 2. cap.

At ego hominum minimus aggressurus hoc tam grande negotium, matris meæ morem servabo, ut pro divini auxilii imploratione ipsam propheticam accipiam vocem. Et si in dictandis precibus apud judices solemus patronorum jamdudum approbatorum insequi formas, quanto magis apud Dei majestatem in offerendis precibus uti decet verbis eorum, quos Deo placuisse cognovimus, quammaxime quæ ab ecclesia sancta catholica Spiritus sancti magisterio docta, sunt in quotidiano usu recepta? Iam jam igitur sanctum David, sanctamque matrem ecclesiam imitans, ad te Deus meus, mundi creator, & prudentissime gubernator, tota cordis intentione cum fiducia plena recurrens postulo atque dico: *Deus in adjutorium meum intende*, &c. Psal. 69. Da domine mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare a pueris tuis, quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ ecclesiæ sanctæ catholicæ: da mihi in apertione oris mei sermonem cum fiducia, & ut notam facere cunctis valeam hujus articuli veritatem. Et tu gloriosissima Dei genitrix virgo Maria, vosque omnes cives Jerusalem civitatis supernæ, tam angelici spiritus quam humani, me supplico vestris precibus adjuvate, Silvester, Gregori, Thoma Cantuariensis, cęterique sancti pontifices, qui in ecclesia Dei,

postquam

ANNO CHRISTI 1433.

postquam temporalibus affluit, mirabiliter corusca- tis, vos in vestra causa interpello, assistire mibi, gloriam vestram defendi deposco, vestrum quoque omnium, qui præsentes adestis, devota orationis suffragia pro me fieri postulo, atque ut pro omnibus communiter exoremus, dicentes: *Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis; & faciat pacem in diebus nostris.* Amen.

a Malach.

REVERENDISSIMI in Christo patres, illustrissime princeps, ac reverendi in Christo patres in ecclesia Dei prælatione fungentes, doctores, atque magistri, cæterique viri perspicui, qui de universis Christiani orbis nationibus in hoc loco divinæ benedictionis in Spiritu sancto congregati estis ad celebrandum universalis ecclesiæ rite congregatum generale concilium, non indigne ferant vestræ reverentiæ humili supplicatione deposco, nec vitio temerariæ præsumptionis adscribant, si ex tanta doctissimorum virorum copia ego cunctis inferior hoc tam grande negotium aggredi ausus sum. In eo namque studio in quo nutritus fui * minori affert constitutio primum locum, ut difficiliora majoribus reserventur, propterea, qui primum locum vendicat, non præsumptuosus, sed magis humilis reputatur: hac lege fretus, hoc mihi licere putavi. Ego igitur, si placuerit, primo dicam, & vos denuo corrigetis, quoniam hæc est mentis meæ firma sententia, quod omnia dicta meæ sanctæ matris ecclesiæ, & hujus sacri concilii ipsam repræsentantis, correctioni sint & determinationi subjecta. Nec mirum, si ego sciolus hoc dico, cum doctissimi ac sanctissimi Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, cæterique doctores ipsius sanctæ matris ecclesiæ determinationi subjecerint dicta sua. Ego igitur corrigi & emendari sum paratus, si quid forsan proferam minus recte, imo & ex tunc haberi volo pro non dicto.

* alterum exemplar juniori

Est & in alio mentis meæ intentio declaranda, quod nihil intendo dicere in injuriam, contumeliam, vel offensam dominorum ambasiatorum inclyti regni Bohemiæ hic præsentium, sed cum eorum bona pace: quod si forte inadvertenter aliquid dixero, quod in eorum injuriam vel offensam videatur sonare (quod nullatenus me facturum puto, cum non sit ex meo animo) haberi postulo pro non dicto: quoniam testis mihi est Deus, quod nullatenus eos offendere, nec exasperare cupio, sed placare. A vobis dominis ambasiatoribus postulo gratam & benignam pariter & attentam audientiam accommodari sermonibus meis, quoniam in veritate loqui intendo, & ex caritate, per quam pro vestra salute pariter & honore non solum mea, sed meipsum impendere sum paratus. Det nobis omnipotens Deus per suam clementiam, suppliciter postulo, idem sapere, & in unanimitate & caritate suę majestati acceptabiliter famulari. Amen.

Iam ad disputandam articuli materiam appropinquans, ne velut rusticus & agrestis hospes illotis manibus ad divinam mensam accedam, brevem præfationem decrevi præmittere, non peregrinam, sed utique pertractandæ materiæ satis consonam: pro cujus fundamento suscipio verbum ex evangelio bis diebus sæpius recitato: *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel.* Luc. 2. cap. Expavescit anima mea, nimioque terrore concutitur, audiens verba prophetæ hujus, de cujus veritate dubitare non licet, cui tale ab evangelio testimonium perhibetur, quod *erat homo justus & timoratus, expectans redemptionem Israel. & Spiritus sanctus erat in eo.* Quid dicis sancte propheta? de quo loqueris: *Ecce hic positus est*, &c. Plane de Iesu ad matrem ejus evangelista dictum ostendit. Quid hoc? nonne an-

A gelus, qui ejus conceptum ad Ioseph nuntiare venit, dixit, quod *ipse salvum faceret populum suum a peccatis eorum!* Matth. 1. Nonne & tu expectans ipse eras redemptionem Israel? & ad aspectum ejus, tamquam redemptionem vidisses Israel, exultasti, & benedixisti dominum, dicens? *Nunc dimittis servum tuum domine, secundum verbum tuum in pace; Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Si ergo ipse est salutare Dei, si est lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis Israel, quomodo nunc dicis, *Ecce hic positus est in ruinam?* Si dixisses: Ecce hic positus est ad ruinam gentium, & resurrectionem Israel; dixisses quod sperabant Iudæi: sed utrumque dicis in

B Israel. Israel populus Dei erat, ergo in populo Dei utrumque contigit, quod aliis erat in resurrectionem, aliis in ruinam. Quid hoc? tabescere fecisti velut araneam animam meam. Sed & frustra conturbatur homo: quoniam verba prophetę mentiri non possunt, & mysterio magno non carent, videamus, si suggerente Spiritu sancto aliquid capere ex eis possumus. Iesus salutare est, Iesus lumen est, quomodo salvat? quomodo illuminat? utique per sermonem suum: quia verbum ejus erat lux ex se illuminans omnem hominem, sed non omnis homo est illuminatus ex eo, non luminis, sed visus defectu. Unde Origenes: Sicut enim lux, etsi oculos debiles turbet, lux est, hoc modo salvator perseverat & si plurimi corruant,

C neque est ejus officium destructio, sed eorum vesania. Quamobrem non solum ex salute bonorum, sed etiam ex malorum dissipatione virtus ejus ostenditur. Nam sol quia multum radiat, propterea visus debiles præcipue turbat. Et Chrysostomus: Attende autem distinctionis exquisitam prolationem, præparatio quippe salutis dicitur coram omni populo; sed casus & sublevatio plurium; divinum enim propositum est salus singulorum: Casus autem & sublevatio consistit in plurium intentione credentium & non credentium. Iam ut opinor videre incipimus quomodo ipse Iesus, qui pro salute hominum venit in mundum, positus est in aliorum ruinam, & aliorum resurrectionem in Israel, sed non vere Is-

D rael: in Israel secundum carnem, sed non in Israel secundum spiritum. Hoc idem evangelicis testimoniis comprobemus. Idem ipse Christus dixit Ioannis 5. *Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, & qui audient, vivent.* Ecce quomodo in resurrectionem multorum, non omnium, quoniam qui audient vivent: audient, id est, obedient. audient aure cordis, multi enim audierunt aure corporum, qui non habuerunt vitam, prout Augustinus exponens hunc passum ait: Addatur aliud testimonium ex evangelio Ioannis 9. *In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Sic ergo in aliorum resurrectionem, & aliorum ruinam. Addamus & tertium, ut tria sint qui testimonium dent, juxta canonicam Ioannis. Et istam

Augustinus tr. 19. in Ioan c 5.

E materiam clarius legimus in evangelio Ioan. 6. quod cum Christus dixisset: *Nisi manducaveritis*, &c multi discipulorum dicentes, *Durus est hic sermo*, & abierunt retro, & remanserunt cum Iesu duodecim. Ecce sermo Dei, qui lux est vera non solum in Israel, sed in Christi discipulis aliis in vitam fuit, aliis in ruinam. Unde Augustinus super psalmo 54. & habetur de consecratione distinctione 2. Prima quidem hæresis in discipulis Christi velut a duritia sermonis ejus facta est. Cum enim diceret: *Nisi quis manducaverit*, &c. illi non intelligentes dixerunt ad invicem, *Durus est hic sermo*, & separaverunt se ab illo, remansit cum duodecim, instruxit eos: *Spiritus est*, inquit, *qui vivificat*,

De consec. dist. 2 Prima hæresis cap. 44. Ioan. 6.

Anno Christi 1433.

A *care nihil prodest, verba quæ locutus sum ad vos, spiritus & vita sunt.* Intellexistis spiritualiter? spiritus, & vita sunt. Intellexistis carnaliter? etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt, *&c.* Et sic prima hæresis a sermone Christi occasionaliter orta est propter illorum malam intelligentiam; & universæ hæreses, quæ ab initio nascentis ecclesiæ ortæ sunt, ex hoc processerunt. Exemplificemus de aliquibus. Fuerunt quidam hæretici vocati Carpocratiani, qui ex euangelio Lucæ 2. *Cum inducerent Iesum parentes ejus,* falsum suscipientes intellectum, dixerunt Christum hominem tantum fuisse, & de utroque sexu progenitum, contra illum articulum fidei, Natus ex Maria Virgine. Fuerunt & alii vocati Cerinthiani, qui ex eo quod dixerat Matthæi 5. *Non veni sol-* B *vere legem,* dixerunt circumcisionem esse servandam, contra illud apostoli ad Galatas 5. *Si circumcidamini, Christus nihil vobis prodest.* Fuerunt & alii qui se nominabant apostolicos, quia dicebant se apostolicam vitam servare, & neminem posse salvari, qui proprium possideret, propter illud verbum Christi, *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet,* &c. horum sectator fuit Manichæus, & etiam Iulianus apostata, qui sub hoc colore Christianos suis facultatibus spoliabat. Fuerunt & Adamiani, qui ex illo verbo Christi Matthæi 19. *Nisi efficiamini sicut parvulus iste,* &c. dicebant quod ad statum primæ innocentiæ oportebat redire, & ideo nudi orabant. Audivi aliquando in Bohemia aliquam sectam his C similem fuisse, quæ tamen exsufflata & deleta fuit, Deo gratias. Fuerunt & alii vocati Anthropomorphitæ, qui propterea quia legimus in sacra scriptura,

Psal. 117. Isa. 66.

Dextera Dei fecit virtutem, &, *terra scabellum pedum ejus,* & alia similia, credebant Deum habere humana membra, contra illud Ioannis 4. *Deus spiritus est.* Fuerunt Heracleonitæ, dicentes omnia consilia perfectionis data a Christo in euangelio, esse obligatoria omnium Christianorum; monachos tantum recipiebant, & conjugia respuebant. Fuerunt &

Ioan. 14.

Donatistæ, qui ex eo quod Christus dixit, *Pater major me est,* denegant Filium secundum divinitatem æqualem esse Patri, contra quos in symbolo dicitur, Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Fuerunt & quidam, qui ex D eo quod Christus dixit apostolis, *Nolite portare, neque peram,* &c. *neque calceamenta,* nudis pedibus ambulabant, omnes calceatos damnabant. Fuerunt

Luc. 10. Matth. 19. Marc. 16.

& qui propter verbum Christi, *Si quis reliquerit patrem & matrem, uxorem, filios,* &c. relinquebant uxores, filios etiam parvulos non curabant alere, neque parentes etiam debiles: contra quos in Gangrensi concilio mulia decreta facta fuerunt, quæ habentur trigesima distinctione: Si qui filii. & mulris.

Dist. 30. Si qui filii c. 1 a. & seqq.

Et hæc causa exempli dicta sufficiant. Nam multæ aliæ hæreticorum sectæ, Deo permittente, in Christiano populo ortæ sunt, de quibus Isidorus 8. libro etymologiarum, & habetur 24. quæ fere omnes ex sacra scriptura, non tamen bene intellecta, se fundamentum accipere crediderunt. Vnde Chrysostomus E de laudibus Pauli homilia quarta: Omnes hæreses, inquit, prædicant Christum, sed non omnes sane prædicant atque legitime. Nunc autem Augustinum audiamus & ejus consilium diligenti animo perpendamus, sermone 18. super illud Ioannis 5. *Non potest Filius quidquam a se facere,* &c. sic inquit: Neque enim natæ sunt hæreses, & quædam dogmata perversitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, nisi dum scripturæ bonæ intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter asseritur. Itaque carissimi caute hæc audire debemus, ad quæ capienda parvuli sumus,

A & corde pio, & cum tremore, sicut scriptum est, hanc tenentes regulam sanctitatis, ut quod secundum fidem, qua imburi sumus, intelligere valuerimus, tamquam de cibo gaudeamus; quod autem secundum sanam regulam intelligere non potuerimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus, hoc est, ut etiamsi quid sit, nescimus, bonum tamen & verum esse, minime dubitemus. O sacrum & memorandum documentum, illorum præsumptionem confundens, qui quidquid eorum intellectus non ceperit, reprobant & condemnant. Nam sic consulit Augustinus: Sed etiam si nescimus, inquit, bonum & verum minime dubitemus. magna ergo reverentia scriptura sacra suscipienda est, & ejus vera intelli- B gentia est cum diligentia flagitanda. Nam non in verborum foliis est euangelium, sed in radice rationis. Vnde Hieronymus in epistola ad Galatas, & est in decretis 1. quæst. 1. Marcion & Basilides, & ceteræ hæreticorum pestes, non habent Dei euangelium, quia non habent Spiritum sanctum, sine quo humanum fit euangelium quod docetur. Nec putemus in verbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis. Et ad hoc propositum Cassianus in secunda collatione abbatis Sereni juxta principium, cum dixit quod sacra scriptura est ager fertilis, In quo sunt aliqua, quæ ad literam pastum habent, sicut illud: *Audi Israel, Deus tuus unus est,* C dicit quod etiam aliqua sunt, quæ nisi allegorica explanatione extenuata fuerint, & spiritualis ignis examinatione mollita, nullo modo ad salutarem interioris hominis cibum, sine corruptionis * labe pervenient, magisque ex eorum perceptione læsio quam utilitas subsequetur, ut est illud: *Sint lumbi vestri præcincti.* &: *Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat.* &: *Qui non accipit crucem, & sequitur me, non est me dignus.* Quod quidam districtissimi monachorum, habentes quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam, simpliciter intelligentes, fecerunt sibi cruces ligneas, easque jugiter humeris circumferentes, non ædificationem, sed risum cunctis videntibus intulerunt. Et idem in prima collatione abbatis Moysi sub parabola de trapezita, cujus studium est, ne in moneta decipiatur, agnoscite, inquit, D nos hæc spiritualiter observare debere: Sub hujus nominis exemplo demonstrat primum, ut quidquid cordibus nostris irrepserit, vel si quod nobis dogma fuerit intromissum: utrumnam sit divino & cælestis spiritus igne purgatum, an ad Iudaicam superstitionem pertinens, seu de sæcularis philosophiæ tumore descendens, in superficie tantum præferat pietatem diligentissime perscrutemur: quod ita poterimus implere, si illud apostolicum fecerimus: *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint.* Quo genere quosdam dicit fuisse deceptos, & infra subjungit: Secundo solicite nos explorare convenit, ne auro purissimo scripturarum prava interpretatio coaptata, metalli preciositate nos fallat. In quo etiam E est, quod domino salvatori callidissimus diabolus velut homini simplici, tentavit imponere, dum ea quæ generaliter sunt super justorum intelligenda personis, malevola interpretatione corrumpens, etiam specialiter huic, qui angelorum custodia non egebat, adaptare conatur, dicens: *Mitte te deorsum; angelis enim suis mandavit Deus de te, ne offendas ad lapidem pedem tuum.* præcisa scilicet eloquia scripturarum callida assumptione convertens, & ad contrarium sensum noxiumque detorquens, ut imaginem tyrannici vultus sub colore nobis auri fallentis objiciat. & infra: Quæ cum sint nostræ saluti professionique contraria, tamen velamine quodam misericordiæ

Anno Christi 1433.

Cap. 64.

Deut. 6.

* exemplar impressum habet, clade

Luc. 12. Luc. 22. Matth. 10.

1. Ioan. 4.

Psal. 90.

ANNO CHRISTI 1433

cordiæ ac religiosis obtecta, facile imperitos, incautosque decipiunt, imitantur enim numismata veri regis, quia videntur ad præsens plena pietatis, sed non sunt a legitimis monetariis, id est, catholicis & probatis patribus figurata, nec de cardinali ac publica collationis eorum prodeunt officina, sed furtim fraude dæmonum fabricata, non sine detrimento imperitis quibusque ac ignorantibus ingeruntur. & infra: Erit ergo necessaria nobis ista discretio, ut primum nos materia auri veri seu fucati fallentisque non lateat. Secundo, ut has cogitationes, quæ mentiuntur opera pietatis, tamquam adulterina numismata, & paracharaxima reprobemus, utpote quæ falsam imaginem regis non legitime signata contineant, velut illa quæ in auro pretiosissimo scripturarum, vitioso & hæretico sensu, non veri regis, sed tyranni præferunt vultum, similiter discernentes, refutare possimus. Attendamus obsecro, & in mente jugiter habeamus hujus sancti patris sapientissimum dogma, qui sub similitudine de moneta, falsam nos docet cavere doctrinam. Etenim sicut ipse declarat, moneta falsa est, sive quæ de non bono metallo fabricata est, sive quæ non habet veram imaginem, quia non est fabricata in publica officina. Sic est pariformiter in doctrina: omnis doctrina suspecta, sive sit quæ ex sacra scriptura non est accepta, sive quæ ex sacra scriptura verba suscipiat, sed non est in sensu, quem Spiritus sanctus flagitat, applicata; sicut diabolus fecit, quando dicebat Christo: *Mitte te deorsum, scriptum est enim: Angelis suis*, &c. Auctoritatem scripturæ assumebat, sed in sensu sophistico atque falso. Et sicut timens decipi in moneta, volensque sibi bene cavere, non vult recipere monetam, nisi de publica officina: sic fidelis Christianus, qui tuto vult dirigi in doctrina sana, nullam suscipiat, nisi quam in publica officina publice & generaliter in ecclesia Dei videt suscipi & approbari. Sicut enim beatus Augustinus ait, omnis catholicus securus partem eam detestatur, cui ecclesiam universalem apostolicis sedibus roboratam, non communicare cognoscit. Vnde Hieronymus super illo verbo Pauli ad Galatas cap. 2. *Contuli cum illis*, sic ait: Ostendit se non habuisse securitatem euangelii, nisi auctoritate Petri & aliorum roboratos esset, id est, nisi deduxisset ipsum ad publicam officinam. Si ergo Paulus ostendit se non habere securitatem euangelii, nisi deduxisset ipsum ad publicam officinam, ad concilium ecclesiæ, quis auderet doctrinam aliquam suscipere, aut docere, quam non approbaverit sancta Dei ecclesia? Et ad idem est Augustinus contra Faustum. Apostolus enim Paulus post Christi ascensionem de cælo vocatus, si non cum apostolis communicaret, & cum eis euangelium conferret, quo ejusdem societatis esse appareret, ecclesia illi omnino non communicaret. & hæc ponuntur per glossam in loco præallegato. Iam igitur recolligendo prædicta, cum sermo divinus, juxta dicta thematis præsumpti, positus sit in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, in resurrectionem scilicet sane intelligentium, & in ruinam perversum sensum sapientium ex eodem, ut supra deductum est, sobrie & humiliter suscipi debet, neque statim quod prima significatione verborum aliquid sonare videtur, illi sensui adhærendum est: quoniam non in verborum foliis, sed in radice rationis consistit euangelium, ut Hieronymus dicit, & est supra allegatum: omnesque hæretici, & diabolus etiam, pro se allegant scripturam, ut prædictum fuit. Sed consulendi sunt majores quid senserint patres Spiritu sancto pleni, non initi propriæ prudentiæ contra Salomonis doctrinam. Super quo verbo Hieronymus inquit, Innitens; Prudentiæ suæ

Matth. 4.

A innititur, qui ea, quæ sibi agenda vel dicenda videntur, præponit decretis patrum. Sed potissime standum est determinationi sanctæ matris ecclesiæ, cui Hieronymus, Augustinus & omnes doctores sua dicta submittunt, & a qua illorum pendet auctoritas. Vnde enim est quod dicta Hieronymi, Augustini, & talium, auctoritatem habent, nisi quia sunt ab ecclesia approbata? sicut legitur 15. distinctione, Sancta Romana. Si igitur doctores sua dicta determinationi ecclesiæ submiserunt, & ut auctoritatem habeant, ab illa sumpserunt, quis ejus audebit sententiæ refragari? Si quis ergo optat sacræ scripturæ profundissimum pelagus transfretare, in navi ecclesiæ hoc tutus faciet, alias infallibiliter demergetur. Oremus ergo Deum omnipotentem, ut mentibus nostris Spiritus sancti gratia infundatur, quæ doceat nos omnem veritatem, quatenus sermo divinitus in scriptura sacra revelatus, non sit nobis in ruinam, sed in resurrectionem, ad ipsius omnipotentis gloriam, atque laudem, & salutem animarum nostrarum totiusque populi Christiani. Amen.

Dignum reor hic dicere, quod cum juxta præordinationem divinam ecclesia sancta catholica infantiæ suæ tempore, usque ad præfinitum tempus a * pene diras tyrannorum persecutiones passa fuisset, adeo ut sicut Isidorus ait 5. etymologiarum capite 16. persecutione fervente docendarum plebium facultasincolume daretur, sed Christianitas in diversas hæreses scissa esset. Tandem Constantino principe miraculose lepræ morbo sanato, & per beatum Silvestrum baptizato, in virilis ætatis robur evasit, tunc, ut idem Isidorus ait, & habetur 15. distinctione, cap. Canones; inceperunt sacra concilia celebrari, Nicænum primo, in quo sancti patres juxta fidem euangelicam & apostolicam secundum post apostolos fidei symbolum ediderunt: quod ideo in publica missa altis vocibus cantat ecclesia, ut ostendat ex tunc, omni trepidatione seclusa, fidei catholicæ proclamationem ecclesiam generaliter accepisse. Deinde alia tria principalia concilia, & alia subsequentia, a quibus omnis ecclesiæ decor & pulchritudo exorta est: eoque tempore tamquam completis prophetiis, quæ de gloria & potentia ecclesiæ scriptæ erant, sicut illa: *Et nunc reges intelligite*, &c. Et illud: *Species domus dividere spolia*. & illa: *Adorabunt eum omnes reges*, &c. ecclesia, quæ dudum velut imbecillis tantum rogare & invitare poterat, auctoritatem & potestatem accepit etiam compellendi, sicut Augustinus scribit Donato, & habetur 23. quæst. 4. Displicet; juxta finem sic dicit: Non attendit quia tunc primum ecclesia novello germine pullulabat, nondumque in ea completa fuerat illa prophetia: *Adorabunt eum omnes reges terræ*, quod utique quanto magis impletur tanto majore utitur ecclesia potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum; hoc tum dominus significare voluit, qui quamvis habeat magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem, & hoc in illa convivii similitudine satis evidenter ostendit, ubi misit dominus ad invitatos, & venire noluerunt, & ait servo: *Exi cito in vicos & plateas civitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. & ait domino servus, Factum est ut imperasti, & adhuc locus est. & ait dominus servo, Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Vide nunc quemadmodum de his, qui prius venerunt, dictum est, *Introduc eos*, nunc dictum est, *Compelle*. ita significata sunt ecclesiæ primordia adhuc crescentis, ut essent vires etiam compellendi. Hæc Augustinus. Ex tunc quidem per diversa donaria tam dicti Constantini, quam aliorum fidelium principum, aucta est ecclesia Dei in temporalibus

Psalm. 2. Psalm. 67. Psalm. 71.

Augustinus Donato presbyter. epist. 204.

Luc. 14.

Anno Christi 1413.

bonis ampla possessione, non quidem quin jam ante ecclesia temporalia bona habuisset, ut inferius deducetur, sed quia ea tunc amplissime magnificata est. Et quamdiu principum sæcularium ad ecclesiam fuit eritque devotio, & inter illas duas potestates, ecclesiasticam scilicet & sæcularem, ecclesiam & imperium, fuit, eritve unitas & concordia, fuit & erit quoque orbi tranquillitas, & felicitatis decor. Ideoque humani generis inimicus, cujus proprium est unitati & caritati adversari, & Christiani populi profectibus obsistere, sæpe nisus est superseminare zizaniam, & subortis discordiis inter has duas potestates, insurrexerunt homines acuti ingenio, sed non in bonum: quorum aliqui provocati, quia non potuerant in ecclesia promotiones quas optaverant obtinere, vel quia districti fuerant, vel correcti, alii aliis passionibus impulsi, disputare ceperunt, & asserere quod ecclesia non poterat bona temporalia possidere vel habere, maxime civile dominium, sed nec debuerunt, qui sententiam omnino contrariam affirmarunt, dicentes, non solum ecclesiam posse licite possidere & habere bona temporalia, & civile dominium, sed etiam papam tamquam Christi vicarium, qui universorum est dominus, omnium civilium dominiorum esse primum administratorem, imo & dominum eo modo quo dominia hominibus sub Deo competunt. Et ad hoc possem allegare magnam copiam doctorum sic tenentium, suisque scriptis & tractatibus hoc firmantium. Fuit quoque quidam cancellarius Parisiensis, qui sic initiat suum tractatum: Interdum contingit quod quis vitare volens unum errorem, incidit in contrarium, *&c.* & positis aliquibus exemplis sic subjungit: Modo consimili circa potestatem pontificum veritas medium ponit inter illos duos errores. Nam error VValdensium fuit, successoribus apostolorum, videlicet papæ & prælatis ecclesiasticis, repugnare dominium in temporalibus, nec eis licere habere divitias temporales. Et posita alia contraria jam superius memorata opinione, subjungit: Inter has opiniones contrarias, quarum primam erroneam omnes putant, puto quod veritas medium ponit, scilicet quod prælatis ecclesiæ non repugnat habere dominium in temporalibus, & jurisdictionem, contra primam opinionem erroneam; nec tamen eis debetur per se ratione status sui, & ratione qua sunt vicarii Christi, & apostolorum successores, sed eis possunt convenire ex concessione principum. Hæc ille.

Diversæ opiniones de dominio temporalium, an possit competere personis ecclesiasticis.

Ego quidem inter has opiniones quid sentire valeam, ut tamen præmissis protestationibus & bona pace loquar, nisi quod prima opinio, scilicet quod ecclesiæ non liceat habere divitias temporales, quam præscriptus doctor dicit ab omnibus erroneam reputatam, & nonnulli asserunt fuisse condemnatam in concilio generali, de quo in capite, Excommunicamus; de hæreticis, introducta sit, & defensa ab his, qui sub colore cujusdam palliatæ honestatis, tamquam prætendentes optare ecclesiæ sanctitatem, ipsam destruere vellent. Unde Hieronymus in minori breviario super illo verbo psalmi, *Ut destruas inimicum & ultorem*, sic inquit: Inimicum & defensorem hæreticum, qui cum nequitia sua impugnet ecclesiam, eam tamen defendere assimulat. Et Augustinus super eodem: Quem nisi hæreticum? nam ipse est inimicus & defensor, qui fidem Christianam cum impugnat, videtur defendere. Unde Gregorius 23. moralium: Sæpe hæretici per hoc quod esse hominibus despicabiles solent, cum a cunctis fere gentibus sanctam ecclesiam venerari conspiciunt; opinionem ejus quibus valent obtrectationibus lacerare contendunt, dicentes: Idcirco illi cuncta temporalia suppetunt, quia ei præmia æternorum munerum subtrahuntur. Quorum vocibus Eliu obviat, dicens: *Ne forte dicatis; Invenimus sapientiam, Deus projecit eum, non homo*. ac si arrogantes iotra sanctam ecclesiam, sed tamen fideles contra hæreticos dicant, Per hoc quod sanctam ecclesiam in honore hominum florere temporaliter cernitis, projectam a domino non credatis. Scit enim redemptor ejus & in hoc itinere solatia venienti tribuere, & pervenienti ad æternam patriam superna præmia reservare. Incassum igitur dicitis quod Deus eam, non homo projecerit, cum venerari eam a cunctis fere hominibus videtis: quia sic ei terrenæ gloriæ adjumentum tribuitur, ut per hoc multiplicius etiam ad cælestia subvehatur. Sic Gregorius. De aliis autem opinionibus, sive de omnino contraria, sive de illa, quam ipse dictus doctor ponit mediam, mihi dicere non est opus. Satis mihi est falsam opinionem refellere, & quod ecclesiæ bona temporalia habere & possidere liceat, demonstrare. Hunc ergo ordinem Deo propitiante tenebo. Primo rationes in contrarium factas solvere & enodare curabo. Secundo, licet primum sufficeret, tamen nihilo minus quasi ex superabundanti veritatem quæ est, scilicet quod ecclesiæ & prælatis, & personis ecclesiasticis licitum sit habere & possidere bona temporalia, firmissimis demonstrabo documentis. Hæc quæ præmisi, dante domino, credo me sic luculentius agere, si passim insequar vestigia magistri Petri, qui hunc articulum proposuit, ejusque scripta, quæ obtulit. In quo præterire nolo, quod cum in mediis propositorum sit vacuus, ut clare Deo propitio deducetur; in principio tamen & in fine plurimum loquitur rigide & ecclesiastico statui detrahendo, & ea quæ in ipsis principio & fine loquitur, relinquit penitus sine aliquo fundamento. Dicit in principio quod intraquillitatis & discordiæ mundi causa est dominatio cleri super bonis immobilibus seu mobilibus hujus vitæ, & ad hoc dictum nullam probationem adducit.

Psalm. 8.

Job 32.

Modus procedendi.

Ego autem e contrario dico quod ad tranquillitatem & pacem orbis multum proficit potentia & dominatus ecclesiæ; nisi enim ecclesia haberet potentiam, tanta esset indisciplinatio, & arrogantia hominum superborum, volentium inniti opinionibus propriis, quod nisi esset magna potentia ecclesiæ ad comprimendos eos, quotidie hæreses pullularent & recrescerent. Hoc unusquisque volens advertere, per seipsum intelligere potest, quoniam varietates opinionum cum capitositate & pertinacia non desunt, sed per timorem comprimuntur, & potest hoc aperte cognosci ea eo quod erat antequam ecclesia hanc potentiam haberet, prout patet ex dictis Isidori jam superius allegatis, quod ante illa tempora Constantini jam non erat facultas docendarum plebium, cum Christianitas in diversas hæreses scissa esset: etiam ex dicto Augustini superius allegato: Possem & adhuc multa alia deducere, quæ dimitto, ne efficiar nimis longus.

Ponit demum conclusionem suam sub his terminis: Sæcularis possessio, sicut & civile dominium, jure divino & humano, doctorum sanctorum sententiis, & ratione efficaci, tempore legis gratiæ prohibetur clero Christi.

Conclusio adversarii.

Deinde ad declarandum terminos, facit unam distinctionem de possessione, & ponit descriptionem possessionis, quam ponit glossa super L. 1. ff. de acq. poss. Quæ dicta per eum possem multipliciter impugnare, sed non curo contentiones verborum. Scio quod illam descriptionem ponit glossa prædicta, & quod dividitur possessio in has tres species, civilem tantum, naturalem tantum, & naturalem & civilem, & illam

ANNO CHRISTI 1433.

& illam quam ponit ipse, dicit sæcularem, non est in C. nec in ff. nec in toto corpore juris, & tamen eam vult fulcire ex quadam glossa c. Licet. de off. ord. Clare patet quod non facit ad propositum, videamus textum & glossam. Textus dicit: Licet tam circa viros religiosos quam clericos sæculares. Distinguit hic duas species clericorum, seu ecclesiasticorum hominum, alios religiosos, alios sæculares clericos. Glossa exponit quid sit dicere clericos sæculares, & dicit quod clerici sæculares dicuntur qui possunt habere proprium, sicut & laici, cum religiosi hoc non possint. Sic & Ostiensis in capite primo de summa Trinitate super verbo, Communem, dicit, quod sicut Deus creavit naturam spiritualem, corporalem, & hominem cujus est mixta natura, ut ibi textus, ita genus clericorum permixtam vitam ducit inter laicos & religiosos. Quæ quidem allegata glossa facit ad hoc, quod dicatur sæcularis possessio, non est species sæcularis possessionis, imo omnis possessio in hac vita est sæcularis, quia sæculare idem est quod temporale, ut dicit glossa super epistola ad Hebræos 9. super illo verbo *sanctum sæculare*, id est temporale. Bene scio differentiam inter res spirituales & temporales, & temporalia possidentur, ut ipsemet dixit. Certe audeo dicere, quod competenter mihi nota est materia possessionis. Nam scio me reperiisse in civitate Barcinonæ cap. Causam quæ de præscriptione, ubi aderant plusquam quinquaginta doctores & licentiati in jure, & ibi latissime examinasse descriptionem & divisionem possessionis. Et demum quando debui assumi ad officium auditoris palatii apostolici repetiisse cap. Cum dilectus de causa possess. & propriet. cui quantum conveniat hæc materia, norunt omnes jurisperiti, tamen ego nescio intelligere quid dicat ex dispositione terminorum. Scio etiam quod interdum possessio capitur pro re possessa. ff. De verb. sign. l. Interdum. & ita sæpe capitur in sacra scriptura, sicut Genes. 13. *Quod erat possessio eorum nimia.* Et in euangelio Matth. cap. 19. de juvene qui *habebat possessiones multas.* quas textus ipse allegat & applicat ad descriptionem possessionis supra memoratæ, ad quam nihil faciunt, salva gratia allegantis.

C. Causam quæ de præscript. lib. 2. tit. 26. c. 7.

C. Cum dilectus de causa possessionis & proprietatis, lib. 2. tit. 12. c. 6.

Relinquamus ista, & relinquamus alias superstitiones, quas facit de dominio pro declaratione termini positi in conclusione, Civile dominium; quod etiam ad bona mobilia & immobilia juxta suum conceptum applicari non potest, quoniam in bonis mobilibus habetur ab hominibus privatum dominium, & non civile, quorum bonorum dominia ut plurimum acquiruntur jure gentium, quod est jus naturale. Et valde pauci modi sunt acquirendi dominia de jure civili, l. Ex hoc jure. ff. de justit. & jure. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. & ibi glossa enumerat aliquos paucos modos, quibus dominia acquiruntur de jure civili. Et videamus ad intellectum, quid potest velle dicere, & occurrunt mihi ista duo. Primum, quod clerici non possunt habere proprium, sed possunt habere omnia in communi, & hoc videtur dicere quarta suppositio, si legatur. Sed nescio si hoc ipse sentit, cum, sicut audio, ejus vitæ contradicat, nec credo quod si adveniret sibi bona hereditas patris, vel alicujus consanguinei vel amici, portaret eam in communi cum fratribus monasterii Sclavorum in Praga, cum quibus vivit. Secundum, quod etiam in communi non possunt habere & possidere bona mobilia & immobilia. Sed & hoc videtur contrariare ipsi quartæ suppositioni, ubi dicit quod habent in communi. Et maxime contrariatur contentis in schedula additiva ultimo data, in qua, ut mihi videtur, videns se deficere in probationibus eorum quæ præmiserat, ipsa destruit, & novam materiam introducit, sine alicujus probationis fulcimento. Ego autem dico, quod clerici non religiosi, seu qui voto ad hoc non se obligarunt, licite possunt habere & possidere bona temporalia, hereditates paternas, aut aliorum, si eis relinquuntur, & alia bona juste acquisita, traditione, donatione, ex causa, vel aliquo licito contractu, vel arte licita. Item quod ecclesia potest habere & possidere bona temporalia, mobilia, & immobilia, domos, prædia, villas, castra, opida, & civitates, & in eis habere privatum & civile dominium: & ea quæ in contrarium dicta sunt, minime obstant. quibus respondeatur per ordinem. Et primo allegantur auctoritates veteris testamenti, Numer. 18. & aliæ, in quibus habetur, quod dixit dominus de tribu Levi, quod in terra illa nihil possiderent, neque haberent partem inter eos. Et super eisdem auctoritatibus radicaliter fundatur prima & secunda ratio de rationibus, quæ in fine post allegationes auctoritatum subjunguntur.

Clerici non rel giosi possunt habere & possidere omnis generis bona temporalia, mobilia & immobilia juste acquisita.

Ad auctoritatem Num. 18.

Ad hæc omnia respondeo; quod sicut dicit magister Bonaventura super 4. sentent. dist. 24. quæst. 1. art. 3. sacerdotii Christi non tam fuit figura sacerdotium Aaron, quam etiam Melchisedec, secundum quod dicitur ad Hebræos 7. *Fuit rex, & sacerdos, sic & Christus* Et quamvis honorem regalem recusaverit, & ipse pauper vixerit, tamen propter suam dulcissimam benignitatem, ad hoc alios non arctavit. unde nullatenus est credendum, statum universalis ecclesiæ aliter regi quam disponat Spiritus sanctus. Hæc omnia magister Bonaventura. Cum ergo sacerdotium Christi sit secundum ordinem Melchisedec, sicut apostolus ait, nil mirum si sacerdotes possideant temporalia, sicut Melchisedec, qui erat rex Salem, & nihilo minus sacerdos altissimi. Genes. 14. Sed nolo esse hac responsione contentus. Pro parte altera allegati sunt quinque textus veteris testamenti, qui videntur sonare, quod Levitæ nihil debebant possidere in terra promissionis, sed habere decimas, & primitias, & oblationes, pro sustentatione sua. Et ego allegabo quindecim textus, quod Levitæ habebant & possidebant bona mobilia & immobilia, servos, domos, prædia & opida, & civitates. Sed ante volo præmittere, quod in tempore ante legem, ut communiter doctores dicunt, primogeniti fuerunt sacerdotes, & præ aliis dominium, & hereditatem habuerunt. Vnde Genes. 27. dixit Isaac ad Iacob: *Esto dominus fratrum tuorum*, quia prima erat benedictio primogeniti, & Genes. 49. *Ruben fortitudo mea. primus in donis & major in imperio.* quod exponit Hieronymus in glossa de sacerdotio majori hereditate, & imperio super fratres, quæ habuisset, nisi ascendisset cubile patris sui. Abraham etiam fuit sacerdos, ut probat Chrysostomus super Matthæum & quam dives fuerit, omnes scimus. De Melchisedec jam dictum est, & sic patet quod in populo Dei sacerdotes fuerunt opulentissimi.

Veniamus ad tempus legis veteris, & sequamur ordinem. Primo, Levitici capite 25. *Ædes Levitarum quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi: si redempta non fuerint, in jubileo revertentur ad dominos, quia domus urbium Levitarum sunt pro possessionibus inter filios Israel. Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est.* Item Levit. 27. *Homo si voverit domum suam, & sanctificaverit domino.* & infra: *Si agrum possessionis suæ voverit, & consecraverit domino.* &c. & infra: *Si noluerint redimere, sed alteri cuilibet fuerit venumdatus, ultra eum, qui voverit, redimere non poterit, quia cum jubilei venerit dies, sanctificatus erit domino, & possessio consecrata ad jus pertinet sacerdotum.* & infra: *Omne quod consecratum fuerit domino, sive homo sive animal;*

ANNO

animal. sanctum sanctorum erit domino. Item Nu- A merorum 25. *Locutus est dominus ad Moysen. Præcipe filiis Israel, ut dent Leuitis de possessionibus suis urbes ad habitandum. & suburbana earum per circuitum,* &c. Numerorum 31. Cum Israel vicisset Madianitas, & de eis tulisset magna spolia, jussit dari Eleazaro unam animam de quingentis, tam ex hominibus, quam ex bobus, asinis, & ovibus; & Leuitis quinquagesimum caput hominum, boum, & asinorum, & cunctorum animantium, ex media parte filiorum Israel. Item Deuter. 18. de ceteris Leuitis volentibus ministrare, dicitur: *Partem ciborum camdem accipient quam ceteri, excepto eo, quod in urbe sua ex paterna eis successione debetur.* Item Iosue 21. *Dederunt Leuitis filii Israel de po[ss]essionibus suis,* B *juxta imperium domini, civitates & suburbana earum.* & ibi scribitur, quomodo quælibet tribus dedit certas civitates, alia decem, alia tredecim, alia quatuordecim, &c. Et in fine subjungit: *Itaque civitates universæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel quadraginta duo, cum suburbanis suis, singulæ per familias distributæ, & præterea sex refugii;* & sic erant 48. Item 3. Reg. 2. Salomon ait ad Abiathar sacerdotem: *Vade in Anathot ad agrum tuum,* & sic sacerdos habebat agrum. Item 2. Paralipomen. 11. Roboam Dei cultum tenente, & Ieroboam idololatriam inducente, dicitur: *Sacerdotes venerunt ad Roboam relinquentes suburbana, & possessiones suas.* Ecce quot possessiones habebant sacerdotes? Item C Ieremias propheta sanctificatus in utero sacerdos, emit agrum, solvit precium, stipulationes fecit, & sibi fieri instrumentum. Ierem. 32. cap. Item de eodem 37. capite: *Cum ergo recessisset exercitus Chaldeorum ab Ierusalem, egressus est Ieremias, ut iret in terram Benjamin, & divideret ibi possessionem in conspectu civium.* Item primi Esdræ 2. de redeuntibus sacerdotibus a captivitate, sic dicitur: *Habitaverunt ergo sacerdotes & Leuitæ, & janitores & cantores in urbibus suis, unusquisque Israel in civitatibus suis.* Item, certum est Ionathan fuisse sacerdotem, ex 1. Machabæorum, & ducem & principem ad bellandum, ibidem 9. & summum sacerdotem, ibidem 12. qui habuit amplas possessiones, unde in fine decimi capitis dicitur: *Addidit adhuc,* scilicet Ale- D xander rex, *glorificare Ionathan, & misit ei fibulam auream, sicut est consuetudo dari cognatis regum, & dedit ei Accaron* (nomen est civitatis) *& omnes fines eius in possessionem.* Item ibidem 11. Demetrius rex prædicta confirmavit Ionathæ, & majora addidit: *Fecit Ionathæ rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant, & exaltavit eum in conspectu omnium amicorum eius, & statuit ei principatum sacerdotii, & quæcumque alia habuit prius preciosa, & fecit eum principem amicorum.* Item ibidem: *Scripsit rex Antiochus adolescens Ionathæ dicens: Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor civitates, ut sis de amicis regis, & misit ei vasa aurea in ministerium,* E *& dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream, & Simonem fratrem eius constituit ducem in terminis Tyri usque ad fines Ægypti.* De sacerdotibus omnia ista dicta sunt.

Sed de Iuda Machabæo & aliis, principatum & potentiam liber Machabæorum ostendit, & sic sunt quatuordecim auctoritates veteris testamenti: addatur una de novo testamento, quantum pertinet ad vetus. Actorum 4. *Ioseph qui cognominabatur Barsabas, Leuites, Cyprius genere, vendidit agrum:* hic erat Leuita secundum magistrum historiæ scholasticæ, & Nicolaum de Lyra, habebat tamen agrum quem vendidit, & sic habeo quindecim auctoritates contra quinque, quæ vincere debent: nam istæ quæ sunt roboris & fortitudinis sunt, cum sint ex textu bibliæ. A Sed in sacra scriptura nulla est contrarietas. quid ergo? videamus verum ipsius intellectum, ne sermo ad corticem literæ intellectus sit nobis in ruinam. Textus per me adducti ad plurimum faciunt testimonium de facto. Quid ergo? fuit violata lex illa data per Deum. absit. Sed videamus ipsius verum & planum intellectum. Ego dicam valde plane. Dominus dedit 12. tribubus Israel terram promissionis: ista terra erat dividenda inter tribus per partes seu hereditates separatas, ut verbi gratia, tribus Zabulon habebit Bavariam, tribus Nephthalim Franconiam, tribus Benjamin Austriam, & sic de aliis; ut sunt distincti & limitati fines tribuum in canone bibliæ. B Tribus autem Leuitica, cum esset sacerdotalis, non habebat esse separata, sed debebat servire in sanctuario ad utilitatem omnium tribuum. Et ideo non habebat sortem seu hereditatem ad partem, sicut una tribus ex aliis, sed habebat plusquam aliqua tribus, quia cum essent 12. tribus, sibi non pertineret nisi duodecima pars, & habuit decimam omnium, & ultra decimam, primitias, & oblationes, vota, sacrificia, redemptiones, & emendas, domos, suburbia. Ecce quantam opulentiam habebant illi sacerdotes. utique vix credo quod vel saltem in paucis locis sacerdotes nostri habeant majorem opulentiam. & ita est intellectus illarum auctoritatum, quod non habuit sortem. Si enim Deus faceret tantam gratiam C Germanicæ nationi, quod acquirerent terram illam sanctam, & demum deberent sibi dividere per partes & nationes separatas, certum territorium Bavaris, certum Austrialibus, certum Bohemis, & non darent sacerdotibus sortem vel hereditatem ad partem, sed cum omnibus partibus haberent in unaquaque; habebant enim illi sacerdotes, sicut dictum est, mobilia & immobilia, domos, & prædia, in quibus habebant verum dominium, quia poterant illa vendere, & alienare, quæ non potest facere, nisi dominus. Quod autem possent vendere & alienare, patet per illam auctoritatem Ieremiæ 32. & Actorum 4. Ecclesia hodie in temporalibus bonis non habet aliud nisi oblata a fidelibus, si quis obtulit ecclesiæ domum, vel agrum, castrum, aut opidum. Sic & illi habuis- D sent, si oblata fuissent, quæ erat lex domini, ut supra est allegatum Leuit. 27. *Si voverit domum suam* Sed forte dicet: Sed non habebant civile dominium. dico, Textus non dicit, Non habebant civile dominium, sed nihil aliud, quam decimas & primitias possidebant. In nullo illorum textuum fit mentio de civili dominio. Præterea dixi, & verum dixi, quod civile dominium non est applicabile ad bona mobilia & immobilia. Sed dicam, quid est civile dominium, de quo forte loqui nolunt, licet non expresserint illud, de quo dicitur, quod imperator est dominus illius civitatis, vel mundi, de quo per doctores in leg. Bene a Zenone. codice de quad. præscr. & in cap. Convenior 23. quæst. 8. Sed non est dominus illius domus, E vel illius, quinimo illi privati, vel domini domorum, & prædiorum sunt. Sed est quoddam universale dominium, quod magis proprie dicitur potestas de publico, seu jurisdictio, cujus descriptio habetur per glossam in leg. 1. ff. de jurisdictione. Sed certe tale dominium in populo Israel a principio nullus habebat, nisi solus Deus. Ideo quando voluerunt habere regem, dixit ad Samuelem: *Non te abie[cerunt] sed me, ne regnarem super eos.* 1. Reg. 8. Imo & Leuit. 25. di[ci]t. *T[err]a qu[oqu]e non vendetur in perp[et]uum, quia m[ea] est [&] vos advenæ & [c]oloni estis.* Hujus autem domini[i] seu jur[isdicti]onis administrationem & exer[cit]ium [ha]buerunt domini [s]acerdotes: primum Moyses, qui erat sac[er]dos; unde psalmista: *Mo[yses] &* Psal. 98.

Aaron

ANNO CHRISTI 1431.

Aaron in sacerdotibus ejus. & idem dux & rector populi Israel. Deinde tempore Iudicum, qui regebant Israel, fuerunt judices plures de tribu Leui, sicut Heli & Samuel, qui fuit de tribu Leui, ut ait Magister historiæ scholasticæ. Et Augustinus in quæstionibus veteris testamenti, tractando illud, quomodo Helcana pater Samuelis decimas offerebat, cum esset Leuita? & ibi ad nostrum propositum dicit quod quia accipiebant uxores de aliis tribubus, sicut Ioiada sacerdos duxit filiam regis Ioram, & sic habebant possessiones uxorum. Tandem supremum judicium erat sacerdotum, dicente domino Deuteron. 17. *Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, lepram & non lepram, causam & causam, & judicum inter portas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus. venies que ad sacerdotes Leuitici generis, & ad judicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem, & facies quæcumque dixerint tibi qui præsunt loco quem elegit dominus.* & infra: *Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministraverit domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur ille homo.* Postea vero venerunt reges, infra quorum tempus non legimus quempiam præter reges habuisse dominium alicujus civitatis, opidi vel castri. Si nemo habebat, non mirum si sacerdotes non habebant. Est namque mos in aliquibus regionibus, sicut audio esse in Africa, quod solus rex habeat dominium civitatum, opidorum, castrorum & villarum. Sed postea temporibus Machabæorum, nonne Mathathias, Ionathas, Iudas Machabæus, & fratres ejus sacerdotes simul fuerunt & principes, ut historia Machabæorum siquidem attestatur, & sic habuerunt civile dominium.

Quæst. 44. tom. 4.

Deut. 17.

Iam venio ad auctoritates novi testamenti, & primo loco allegantur quatuor auctoritates ordine successivo, quæ, salva bona gratia allegantis, valde parum faciunt. Prima est de vocatione Petri & Andreæ; alia de vocatione Matthæi; in quibus magna vocantis virtus, & obedientia vocatorum merito commendatur. Sed cum non habeant notam præcepti, neque prohibitionis, non potest ex eis argumentari ad licitum vel illicitum, sed ad laudabiliter imitandum, personarum, rerum & temporum circumstantiis adhibitis, sicut decet.

Allegatur secundo loco illud Matthæi 5. *Si quis te percusserit in unam maxillam*, quæ nihil ad propositum facit; & illa: *Qui tecum vult in judicio contendere, & tollere tunicam*: quæ sic ad literam capta, & quod ad solos clericos dictum esset, posset induci contra allegantem, nam constaret quod clerici possunt habere bona. Sed sicut omnis doctorum sententia habet, hæc præcepta in præparatione cordis habenda sunt, in exteriori autem operatione id potius agendum est quod proximi saluti conveniat. Unde Augustinus ait in sermone de puero Centurionis, & habetur 23. quæstione 1. Paratus debet esse homo justus & pius patienter eorum malitiam sustinere, quos bonos fieri quærit. & infra: Ista præcepta magis sunt ad præparationem cordis, quæ intus est, quam ad opus quod in aperto fit, ut teneatur in secreto animi patientia cum benevolentia, in manifesto autem id fiat quod eis prodesse videtur quibus bene velle debemus. Hinc liquido ostenditur quod ipse dominus Iesus exemplum singulare patientiæ, cum percuteretur in faciem, respondit, *Si male locutus sum*, &c. Nequaquam igitur præceptum suum, si verba inspiciamus, implevit. & reliqua per eum ibi scripta, ubi etiam hoc confirmat ex Paulo, de quo Actor. 23. quod percussus in maxillam non præbuit

Epist. 5.

Ioan. 18.

A alliam, sed dixit, *Percutiet te Deus, paries dealbate.*

Tertio allegatur illud quod Christus dixit: *Vulpes foveas habent.* Ad hoc & ad id quod sexto loco allegatur, *Si vis perfectus esse*, & id quod apostoli dixerunt, *Ecce nos reliquimus omnia*, & quod decimo loco allegatur ex Luca, *Vende omnia quæ habes.* respondere opus non esset, quia omnis homo scit illa non ad apostolos tantum dicta, imo ad literam dicta fuerunt non apostolis, sed scribæ & juveni illi. Item non obligamur omnia agere, quæ Christus. Nam licet omnis Christi actio sit nostra instructio, non tamen semper ad necessariam imitationem; alias oporteret nos omnes crucifigi. Et ea se textus ostendit necessitatem non habere, cum ad consequendam vitam æternam sufficienter præmisit, *Serva mandata*; B & subjungit, *Si vis perfectus esse.* Nec tamen quisquam intelligat, illud necessarium esse ad perfectionem euangelicam, cum, ut apostolus testatur ad Colossenses 3. caritas sit *vinculum perfectionis*, sed quod illud est quoddam instrumentum accommodum, tamquam removens illud quod posset esse impeditivum; essentiale autem perfectionis consistit in hoc quod dicit, *Sequere me*, non gressibus corporis, sed affectibus, ut hic dicit S. Thomas 2. 2. quæst. 85. art. 6. & in multis aliis, & communiter omnes doctores.

Matth. 8.

Matth. 19.

Luc. 18.

Ad quartam jam responsum est, veniamus ad quintam, & simul cum ista accipio septimam & octavam; quia idem dictum Christi est, sed a tribus euangelistis recitatum, ut Augustinus deducit de consensu C euangeliorum. Et quia hæ videntur urgere, insistendum est circa ipsas, quia de istis solet fieri magnum festum. Et nunc obsecro omnes memores esse nostræ præfationis, ne sermo Dei ad corticem literæ sit nobis in ruinam; & ne efficiamur Christi falsi testes, sicut illi qui dixerunt Christum dixisse Matthæi 26. *Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.* Et utique existens in templo Salomonis, cum ejecisset ementes & vendentes, & peteretur ab eo signum, dixit, Ioan. 2. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*; Iudæi intellexerunt de templo illo in quo erat, ipse autem loquebatur de templo corporis sui, prout Ioannes verus ejus testis & interpres attestatur; sed ut simus idonei D ministri testamenti, sicut dixit Paulus 2. Corinth. 3. *Non litera, sed spiritu, quia litera occidit, spiritus autem vivificat.*

Et primo sciendum est, quod per hunc modum loquendi, *nolite* vel *noli*, non semper inducitur prohibitio, ut contra faciens peccet, sed est sæpe quædam exhortatio vel confortatio. Grave nimis esset, si ubicumque in sacra scriptura talis invenitur locutio, prohibitionem induceret super expressa ad sensum grammaticalem, Lucæ 5. præcepit ne cui dicerent, Marci 10. de libello repudii. Scriptum est in euangelio Lucæ 14. *Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, aut fratres, aut cognatos.* Numquid est intelligendum ex hoc prohibitum invitare amicos? Unde Beda, ut Thomas allegavit in glossa: Fra- E tres igitur & amicos & divites, alterutrum convivia celebrare, non quasi scelus interdicit, sed sicut cetera necessitatis humanæ commercia ad promerendum vitæ cælestis præmia * modicum valere. Iterum scriptum est Matthæi 10. *Nolite timere eos, qui corpus occidunt*; numquid propterea est abjiciendus omnis timor eorum, qui possunt corpus occidere? certe non, sed hoc est intelligendum; ne propter timorem corporis justitiam deseramus. Item: *Nolite soliciti esse quid manducaturi estis, neque soliciti esse de crastino*; numquid est propterea sic abjicienda omnino solicitudo victus & vestitus pro futuro tempore? Certe non. Unde Augustinus in lib. 2. de sermone domini: Vehe-

* textus impressus habet nihil

Matth. 6

SSss mentes

Anno Christi 1433.

menter cavendum est, ne forte cum viderimus aliquem servum Dei providere ne ista necessaria desint vel sibi, vel his, quorum cura sibi commissa est, judicemus eum contra præceptum domini facere, & de crastino solicitum esse. Nam ipse dominus, cui ministrabant angeli, propter exemplum, ne quis postea scandalum pateretur, cum aliquem servorum ejus animadvertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est, quibus portabatur pecunia, unde usibus necessariis quidquid opus fuisset præberetur. Hac providentia alii apostoli, Paulus & Barnabas, præceperunt collectas fieri in usus sanctorum qui erant in Ierusalem. Hæc Augustinus. Hoc de collectis habetur Actorum 11. ad Romanos 15. & ipse Paulus pro futuro suo itinere talem providentiam habuit, ut ipse ostendit 2. ad Corinth. 9. & ad Philipp. 4. Iterum cum Christus dixit Matthæi 10. *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini*; numquid hæc prohibitio fuit magis confortatio quædam, ne timorem aut solicitudinem formidolosam haberent? sic in proposito. Iterum quomodo Christus dixit Lucæ 6. *Nolite judicare*? numquid prohibuit omne judicium? absit. Iterum cum apostolus Iacobus dixit: *Nolite jurare*; numquid propter hoc debet omne juramentum censeri prohibitum? absit. Tandem cum Paulus dixit Timotheo: *Noli aquam bibere*; peccavit Timotheus postea quando aquam bibit? In hujusmodi locutionibus attendenda sunt plura; persona loquens, cui loquitur, res de qua, quo dicendi genere, & qua de causa. Quoniam, ut inquit Hilarius, intelligentia verborum ex dicendi causis est assumenda, & mens dicentis magis est attendenda quam verba. Hac una regula præsupposita infallibili, quæ trahitur ex Augustino tertio de doctrina Christiana, cujus libri principalis intentio est instruere nos ad intelligendam sacram scripturam. Regula est ista, quod quando scriptura salvari non potest in sensu terminorum grammaticaliter acceptorum, topica seu figurativa locutio est. Solet enim scriptura tropice seu parabolice loqui, ponens interdum causam pro effectu, vel effectum pro causa, vel rem pro vitio vel virtute, quæ ut communiter, vel ut plurimum solet consequi ad eam. Verbi gratia dixit Christus Matthæi 5. *Quicumque dixerit fratri suo, Fatue; reus erit gehennæ ignis.* Certe ibi cordis rancorem ad apertam contumeliam prosilientem intellexit, alioqui reus fuisset gehennæ ignis Paulus, quando dixit Galatis: *O insensati Galatæ.* Vnde Augustinus libro 21. de civitate Dei, juxta finem: Non dicit fratri suo, Fatue, qui cum hoc dicit, non ipsi fraternitati, sed peccato ejus infensus est. Iterum aliud exemplum. Christus dixit Matthæi 24. *Nolite vocari rabbi.* Item dixit ibidem: *Patrem nolite vocare in terra*; certe non hæc nomina, nec officia prohibere intellexit, sed ambitionem superioritatis & excellentiæ, quæ talia officia & nomina ut communiter consequi solent. Vnde Augustinus super psalmo 77. *Attendite popule meus; coram patribus*, &c. dicit: Paulus senior dicit: *Non ut confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos carissimos moneo*, cum sciret utique a domino dictum: *Ne vobis dicatis patrem in terra*, quod non ideo dictum est, ut vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tolleretur, sed ne gratia Dei, qua in vitam æternam regeneramur, naturæ vel potestati, vel etiam sanctitati cujusquam hominis retribueretur. Ecce quomodo Augustinus docet nos intelligere verba Christi in sensu intrinseco, non grammaticali, ut dicamus quod quicumque aliquem vocat patrem, peccet, nec quicumque vult vocari rabbi, quod idem est quod magister, alioqui peccaret magister Petrus Angli-

1 Tim. 5.

A cus, qui bene vult vocari magister; & multi alii quotidie peccaremus. Nunc autem ostendendum est, quod ipsæ auctoritates salvari non possunt, primo ex hoc quod evangelistæ sibi invicem contradicere videntur, cum Matthæus & Lucas dicant, *neque virgam*, Marcus autem dicat, *nisi virgam*, & sic duo negare videntur, alter videtur concedere. Vnde oportet quod figurative loquantur, prout Augustinus dicit in de consensu evangelistarum. Item quod nec Christus nec apostoli hanc doctrinam servarunt, patet: Nam Christus habebat loculos, in quibus portabantur pecuniæ ad emendum necessaria, Ioannis 13. cap. super quo Augustinus in homilia 62. Habebat ergo dominus loculos a fidelibus
B oblata conservans, & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat, tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ut intelligeremus, quod præcepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ servaretur a sanctis, sed ne Deo pro ista serviatur, & propter inopiæ timorem justitia deseratur. Hæc Augustinus. Hoc idem patet ex illo evangelii Ioannis quarto, quando Iesus loquebatur cum Samaritana, quod apostoli ibant in civitatem cibos emere. Et Marci 6. dixerunt discipuli: *Euntes emamus pro denariis panes, & demus eis.* Nec Christus intrans civitatem, interrogabat, &c. nec intrabat quamcumque domum & ibi manebat, sed recipiebat convivia, & a
C sanctis mulieribus sibi ministrabatur. Item panem secum detulerunt Petrus & Andreas quando iverunt piscari, Ioannis ultimo. Item non legimus quod apostoli servaverint illam clausulam, ut intrantes civitatem peterent, quis in ea dignus esset, & ibi manerent. Sed de Paulo legimus in communi legenda, & in historia scholastica, quod conduxit domum Romæ, & ipse recepit stipendium seu subsidium ab aliis ecclesiis, de quibus vivebat apud Corinthios, 2. ad Corinthios 11. ad Philippenses 4. *Scitis autem vos Philippenses, quando profectus sum a Macedonia, nulla mecum ecclesia communicavit in ratione dati & accepti, nisi vos soli; quia Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis.* Circa ista verisimile est,
D quod in pecuniam mittebantur, & ab eo conservabantur, sed utcumque sit, sive pecunia, sive æs, sive panis, sive vestimentum, omnia essent contra prohibitionem, si prohibitio esset; & collectæ missæ in Ierusalem, de quibus Actorum 11. & ad Romanos 15. contra prohibitionem essent, si prohibitio esset. Et Petrus calceamenta habebat, quomodo angelus dixit ei: *Calcea te caligis tuis*; Actorum 12 cum tamen textus evangelii dicat, *neque calceamenta*, & sic omnes deberemus ire discalciati, tamen neminem video discalciatum, sed omnes calciati ambulamus. Sed & Sixtus & Laurentius, qui thesauros habebant ecclesiæ, Nicolaus & Ambrosius, & multi sancti transgressi fuissent, quæ nullatenus sunt dicenda. Videamus ergo verum intellectum, quoniam ad
E literam juxta sensum grammaticalem stare non possunt, nisi dicamus, quod fuit non præceptum, sed documentum utile pro illa missione, qua missi fuerunt ad populum Iudæorum prædicare pœnitentiam, & quod appropinquabat regnum Dei. Ita dicit Augustinus in libro contra Adamantium discipulum Manichæi. Hoc non fuit præceptum sed documentum utile pro illo tempore, & hoc est de mente Chrysostomi, prout dicit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 185. distinctione 2. art. 6. in cor. ad secundum articulum. Pro cujus declaratione est sciendum & docendum, quod apostoli bis fuerunt a Christo missi: primo tantum ad Iudæos prædicare quod appropinquabat regnum cælorum, & pro hac illam legem acceperunt.

Anno Christi 143[.]

Chrys. supra illa verba: *Salutate Priscam*, habetur immediate post epist. ad Rom.

Secundo

ANNO CHRISTI 1433.

Secundo fuerunt missi post resurrectionem a Christo in universum mundum prædicare euangelium omni creaturæ, & hæc missio fuit libera, nec coarctata terminis terrarum, sicut prima, nec cæremonialibus illis limitata, sed in lege perfectæ libertatis, sicut dixit Iacobus capite primo, & hoc satis ostenditur, quia dicit Augustinus secundo libro de doctrina Christiana: Illi credentium, qui fuerunt ex Iudæis, servarunt illam communem vitam, quia erant legalibus bonoribus assueti: alii autem qui de gentibus conversi fuerant, talem vivendi modum non servaverunt. Illa ergo prima missio cum suis regulis præteriit: nec jam prædicamus, quod appropinquat regnum cælorum, sed in secunda missione succedimus ad prædicandum euangelium omni creaturæ.

Vel dicamus ad mentem loquentis magis attendentes, quod magis confortatio quam prohibitio fuit, & demonstratio facultatis & potestatis, ut non timerent sine sacculo & pera ire ad prædicandum, sed omnem anxietatem & solicitudinem deponerent, & hic est communis modus loquendi. Si enim aliquis nostrum mitteret servum suum, & sciret quod in via nil sibi deficeret, quia vel alius socius omnia necessaria secum ferret pro ambobus, vel irent per domos amicorum, ubi eis nil deficeret, diceret illi? Non portate panem neque vinum. Sic ergo volebat eos carere omni solicitudine temporalium, & omnem timorem expellere, augereque fiduciam. Et hoc est de mente Chrysostomi, prout cum allegat sanctus Thomas in glossa continua super Matthæi 10. ubi inter alia sic dicit: Ab omni eos solvens solicitudine, ut una sola detineantur cura, quæ est doctrinæ, a qua etiam eos solvit, dicens: *Neque soliciti sitis quidloquamini.* & alia dicit, quæ hic longum esset recitare, sed poterimus in libro videre. Hoc etiam est de contextu euangelistarum, de mente Augustini, ubi sic dicit: Unde satis ostenditur, cur eos hoc possidere aut ferre noluerit, non quod necessaria non sint sustentationi hujus vitæ, sed quia eos sic mittebat, ut eis hæc deberi demonstraret; & reliqua, quæ longum esset hic scribere, videre poterimus in libro.

Augustinus de consensu euangelistarum, ubi supra.

Et tandem ut his finem imponam cum glossa ordinaria, radicem omnium malorum avaritiam de eorum pectoribus voluit amputare, ipsam intendens per aurum, argentum, æs, *&c.* quæ avaritiæ solent esse materia; sicut & prædixi de illis auctoritatibus: *Nolite vocari rabbi. & nolite patrem vocare.* & in hoc concordant multorum doctorum sententiæ, quas ex glossa sancti Thomæ poterimus videre. Sic in illo: *Cum electus fuerit rex, non multiplicabit equos,* intelligendum est non simpliciter, sed ad pompam & superfluitatem, alias peccasset in hoc David iam commendatus a domino, qui certe multiplicavit equos, & familiam ampliavit. Sicut ergo ibi sub illis verbis non absoluta illarum rerum prohibitio intelligenda est, sed ad pompam & superfluitatem, ut ibi dicit Lyra, sic & hic avaritia prohibetur, quæ ubique, erst in omnibus hominibus reprehendenda sit, est in sacerdotibus detestanda. Huic sensui concordat Ambrosius, sicut allegat Thomas super illud Lucæ: *Dominus post.* &c. qui volunt adhuc derivare tractatum, ut spiritualem tantummodo locus iste sonare videatur affectum, quoniam qui velut indomentum quoddam videatur corporis exuisse, non solum potestate rejecta, contemptisque divitiis, sed etiam carnis illecebris abdicatis, & Theophylactus & quidam, etiam apostolos non portare peram aut baculum, aut duas tunicas, sic intelligunt, ut non thesaurizent.

Deuter. 17.

Venio consequenter ad sextam, & huic conjungo 11. quia similes sunt. una est Marci, alia Lucæ, de illo, *Si vis perfectus esse*, ad quod jam dictum est supra, non apostolis, sed illi juveni fuisse dictum. Et si dicatur, quod prælatis competit esse perfectos, dixi & dico quod illud, *Vende* &c. non est essentiale perfectionis, sed instrumentum sine quo bene potest esse perfectio. Patet de Abraham, de quo dictum est Genes. 17. *Ambula coram me, & esto perfectus;* de Iob, 1. obiа, & multis aliis, de quibus infra dicetur. Cum autem subjungitur: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cælorum*, hoc generaliter ad omnes pertinet tam clericos quam laicos. Quomodo autem hoc intelligatur, ipsemet Christus declaravit Marci 10. Nam cum dixisset: *Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt!* & discipuli obstupuissent, quasi declarando rursus ait: *Filioli, quam difficile est confidentes in pecuniis introire in regnum Dei!* Ecce de quo divite loquitur, qui spem suam in pecuniis suis ponit. Unde Augustinus super psalmo, *Quid gloriaris in malitia?* &c. *Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum.* Quando dominus noster Iesus Christus abeunti illi a se diviti contristato dixerat: *Vende omnia,* &c. & magnam desperationem divitibus prænuntiarat, ut diceret facilius posse camelum per foramen acus intrare, quam divitem in regnum cælorum; nonne continuo discipuli contristati sunt, dicentes apud semetipsos: *Quisnam poterit salvari?* divites paucos attendebant, latebat eos tanta pauperum multitudo, non sibi poterant dicere si difficile est, imo impossibile, ut intrent divites in regnum cælorum, sicut impossibile est ut intret camelus per foramen acus; omnes pauperes intrant in regnum cælorum; divites soli excluduntur? Quot sunt enim divites? at vero pauperum innumerabilia millia. Non enim tunicas inspecturi sumus in regno cælorum; sed vestis cuique fulgor justitiæ deputabitur. Sunt ergo pauperes æquales angelis Dei, induti stolis immortalitatis fulgebunt justi sicut sol in regno patris sui. Quid nobis est de divitibus paucis solicitos esse atque laborare? non hoc senserunt apostoli. Sed cum dominus hoc dixisset: *Facilius est camelum.* &c. illi apud se dicentes, *quisnam poterit salvari?* quid attenderunt? non facultates, sed cupiditates: videtunt enim ipsos etiam pauperes, etsi non habentes pecuniam, habere tamen avaritiam. Et ut noveritis, non pecuniam in divite, sed avaritiam condemnari, advertite quod dico: respicis illum divitem stantem juxta te, & forte in illo est pecunia, & non est avaritia, in te non est pecunia, sed est avaritia, pauper ulcerosus, ærumnosus, linctura canibus, non habens opem, non habens escam, non habens forte ipsam vestem, ablatus est ab angelis in sinum Abrahæ: eia tu pauper gaudes modo. Numquidnam tibi & ulcera optanda sunt? Nonne patrimonium tuum sanitas est? Non est in hoc Lazaro meritum paupertatis, sed pietatis. Nam dives qui sublatus est, non vides quo sublatus sit? Quis est sublatus ab angelis? pauper ærumnosus & ulcerosus: quo sublatus est? in sinum Abrahæ. lege scripturas, & invenies divitem Abraham, & noveris quia divitiæ non puniuntur. Habebat Abraham multum auri & argenti, pecorum, familiæ, dives erat, & in sinum ejus pauper Lazarus sublatus est, & in sinum divitis pauper recipitur. an potius ambo Deo divites, ambo cupiditate pauperes? Quid ergo culpat scriptura? non dixit, Ecce homo qui fuit dives, sed, *Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum.* non quia habuit divitias, sed quia in ipsis speravit, & in Deo non speravit: ideo damnatur, ideo punitur, ideo movetur de tabernaculo, tamquam motus ille terrenus, sicut pulvis quem projicit ventus a facie terræ, ideo exstirpatur radix ejus de terra viventium. Numquid huic similes sunt divites

Matth. 19. Luc. 18.

Psal. 51.

Matth. 19.

Supra.

Anno Christi 1433.

divites de quibus Paulus loquitur? *Præcipe divitibus hujus sæculi non superbe sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo.* & infra. Denique illis quid præcepit? Divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, & si facile tribuerint, si communicaverint non habenti, intrabunt per foramen acus? intrabunt plane. Nam & pro illis ipse camelus intravit, ipse enim prior intravit, quem sicut camelum nemo sarcina passionis oneraret, nisi ipse se in terram deponeret, & ipse hoc dixit, quod hominibus impossibile est, Deo facile est. & infra: *Os eorum locutum est vanitatem.* &c. *neque clamor in plateis eorum.* Denique quid in illis reprehenditur? Non quia ista habuerunt, nam & boni habent ista. Hoc intendite. Sed quid? ne passim divites reprehendatis. & rursum: Ne de paupertate & egestate præsumatis. In quo ergo isti notantur? quia beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Hæc omnia Augustinus. Et ad hoc dictum Chrysostomi super Matth. 19. quod allegat magister Petrus: Chrysostomus sic dicit: Non pecuniis detrahens, sed eis qui detinentur ab ipsis.

1. Timot. 6.

Psal. 143.

Septima fuit conjuncta cum quinta, & utrique simul responsum: venio ad octavam, cui & duodecimam conjungo, quia & eadem auctoritas est a duobus euangelistis recitata, quarum solutio satis liquet ex originali Chrysostomi, quem magister Petrus allegat: *Scitis quia principes gentium dominantur eorum, non contenti regere subditos suos, violenter eis dominari nituntur, inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc.* Ecce quod intendit reprobare tyrannicum dominium, & ostendere quod prælatio ecclesiastica debet esse justa & caritativa ad modum pastoratus cum solicitudine pro utilitate omnium, ministrando eis ad animarum salutem. & hoc est quod Petrus apostolus ait, 1. cap. 5. quæ auctoritas in loco finali per magistrum Petrum posita est: *Pascite qui in vobis est, gregem domini,* &c. *non dominantes in clero, sed forma facti gregis.* Sed advertendum est quod ibi est una glossa, quæ sic dicit: Pascite non solum verbo & exemplo, sed corporali subsidio. ex qua apparet quod prælati ecclesiæ de bonis temporalibus debent tantum habere, quod sufficiat pro eorum vitæ necessariis, ut possint etiam subditis & pauperibus in necessitatibus subvenire, quod in suo loco latius Deo propitio declarabitur.

Matth. 20.

Nona fuit conjuncta cum quinta & septima, & simul utriq; responsum, & hoc quantum ad illud Luc. 9. *Nihil tuleritis,* &c. Ad id autem quod subjungit ex Lucæ cap. 14. *Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus, & si non odit patrem & matrem,* &c. dico quod ista non pertinent ad clericos tantum, sed ad quemlibet Christianum dicta sunt: quia accipitur sic Christi discipulatus. Verumtamen ad quoscumque referatur, quomodo hoc intelligendum sit, glossa ibi declarat, dicens quod omnibus mundanis renuntiant, quia ita eis licite utuntur quæ possident, ut tamen mente tendant ad æterna. Veritas hujus glossæ patet ex consequenti, ubi dicit: *Qui non odit patrem & matrem,* &c. quæ non possunt intelligi de actuali odio, sed quod illa divino amori non præferat, ut clare deducit Gregorius in homilia super illo euangelio. Hoc etiam patet; nam Lazarus & Maria & Martha non renuntiaverãt facultatibus, & tamen erant discipuli Christi. Item Nicodemus princeps Iudæorum, & Ioseph ab Arimathia dives erat, & discipulus Christi, de quo Rabanus super Matth. 27. Magnæ dignitatis fuit apud sæculum, sed majoris meriti apud Deum, quia non erat dives divitiarum amore, sed tantummodo possessione: ideo divites non excluduntur a discipulatu salvatoris. Iste autem dives erat & discipulus, quia nec pecuniæ amator, sed distributor. Hæc Rabanus. Legitur etiam Actor. 21. quod Paulus hospitatus fuit in domo Philippi euangelistæ, qui habuit quatuor filias, & sic non renuntiaverat omnibus, & tamen erat euangelista, id est, prædicator euangelii. unde Beda sic dicit: Omnium fidelium est renuntiare omnibus quæ possident, hoc est, sic tenere ea quæ mundi sunt, ut tamen per ea non teneantur in mundo: habere rem temporalem in usu, æternam in desiderio: sic terrena gerere, ut tamen tota mente ad cælestia tendant. Ideo venio ad decimam, quæ est: *Nemo potest duobus dominis servire,* quæ utrique statui pertinet: *Nemo potest servire Deo & Mammonæ,* neque clericus, neque laicus. Et ego talem abusum in homine excusare nescirem, quod serviat ipse divitiis, sed utatur debite illis. & tunc non Mammonæ, sed Deo servit ipse, & Mammonam sibi subjicit, & etiam Deo servire facit. Vtique Deo servit prælatus ecclesiæ, qui res ecclesiæ debite administrat & fideliter, quorum est procurator, non dominus, prout etiam magister Petrus allegat Extravagantem de donat. frat. & Augustinum, & habetur 23. quæst. 7. Quod autem. Si autem privatim quæ nobis sufficiant possidemus, non illa sunt nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodam modo gerimus, & hanc etiam magister Petrus allegat Cor. 14.

Gregorius homil. 37.

Anno Christi 1433.

Matth. 6.

Luc. 16.

Lib. 5. tit. 24.

Augustinus epist. 50. ad Bonifaciũ.

Reliquæ auctoritates quæ inducuntur, parum urgere videntur: quapropter illas omitto causa abbreviandi. Si autem alicui vel aliquibus earum velint insistere, designent illas, & ego Deo propitio satisfaciam, & etiam ex infra dicendis satis patebit responsio.

Venio igitur ad originalia doctorum, quæ cum sint multa & longa, per singula respondere tempus longissimum occuparet. Sed ego brevius quo potero complectar eadem ad omnia simul quasdam generales responsiones dando, ad aliquas vero illarum, quæ magis urgere videntur, specialia dabo responsa.

In primis nonnulla ipsorum de religiosis loquuntur, licet magister Petrus extra scriptum extulerit vocem suam, dicens: Non dicant hæc loqui de monachis, quia monachi nondum erant. Ad quod ego habeo dicere, quod dixisse legimus Augustinum 23. quæstione 7. Quod autem: Vsque adeo calumniandi cupiditate cæcantur, ut non attendant quam sint inter se contraria quæ loquuntur. Nonne ipsemet allegat Dionysium de ecclesiastica hierarchia, capite 6. dicentem, monachos esse de statu eorum, qui perficiuntur? Sed Dionysius fuit discipulus Pauli, & contemporatius apostolorum. Vnde clare liquet, quod in principio nascentis ecclesiæ fuerunt monachi, cœnobitæ dico, viventes in congregatione. Nam prout Cassianus recitat libro 2. & historia ecclesiastica libro 2. ante finem, beatus Marcus euangelista apud Alexandriam monachorum vitam instituit. Et in legenda beati Marci legitur, quod fundavit monasterium sanctimonialium feminarum.

Nemo ergo detrahat religionibus, quæ a tempore apostolorum, & ab ipsis apostolis & Christi discipulis sumpserunt originem & initium, & utique plurimum Dei ecclesiam illustrarunt. Magna pars doctorum ecclesiæ fuerunt religiosi. Ecce Augustinus, Hieronymus, & Gregorius de quatuor principalibus doctoribus tres fuerunt religiosi, his addimus Chrysostomum, magistrum Gratianum, qui compilavit volumen decretorum, Rabanum, Bedam, Hugonem, Richardum de sancto Victore, Anselmum, Nicolaum de Lyra, sanctum Bernardum, Thomam de Aquino, Albertum, Bonaventuram, Petrum de Tarantasia, Scotum, & plures alios, qui ecclesiam Dei suis illustrarunt scripturis. Vtinam omnes tales æmulationes cessarent, & omnes unanimiter curaremus agere quæ Christi sunt, tanquam diversa membra

unius

unius corporis. Nam, sicut dicit apostolus, sicut in uno corpore diversa sunt membra, ita in una ecclesia diversi status, omnes ad decorem & utilitatem ecclesiæ. Et licet in religiosis multa sint hoc tempore, quæ reformatione indigent, sicut & in ceteris statibus, tamen nihilo minus multum illuminant ecclesiam prædicationibus & doctrinis. Et nemo prudens in caliginoso loco existens, lucernam extinguit non sibi lucentem, sed habentem succum seu scotiam, curat aptare; quo melius potest. Nam melius est, quod aliquantulum turbide luceat, quam si penitus esset extincta, & hoc volo incidenter non sine causa dixisse.

Secundo volo notare, quod talia, qualia de prælatis ecclesiasticis dicta sunt, ego volo ostendere de privatis & principibus laicis esse scripta. Et primo occurrit Deut. 17. *Cum electus fuerit rex, non multiplicabit equos.* Si sic ad literam capiendum esset debuisset ire Saul post asinas, sicut quando fuit assumptus in regem, & David de post fœtantes. Deinde illud ecclesiastici 32. *Rectorem te constituerunt? esto inter quasi ex illis.* Et Proverbiorum finali capite: *Noli dare vinum regibus.* Apud Hermogenem antiquum philosophum legitur: Signum perfectionis est in regе abstinentia a pecunia & possessionibus. Et Aristoteles ad Alexandrum: Declina conatus bestialium voluptatum, & desiderium divitiarum, vere istud est verecundia, istud in præsumptionem mergit. Et idem 9. Ethicorum: Verum est de studioso, & amicorum gratia multa agere & pati, etsi oporteat mori, projicit enim & pecunias & honores, & totaliter circa pugnabilia pugna, procurans sibi ipsi bonum virtutis. Et Valerius libro quarto, capite tertio: Magna cura præcipuoque studio referendum est, quantopere libidinis & avaritiæ furori similes impetus ab illustrium virorum pectoribus consilio & ratione remoti sunt. quod ibi multis illustrium virorum exemplis confirmat. Et Tullius primo de officiis: Capessentibus tempublicam nihilo minus quam philosophis, haud scio an magis etiam & magnificentia & despicientia adhibenda sit rerum humanarum. Ecce quid dicit; quod non minus, imo magis quam philosophis adhibendus est contemptus rerum temporalium capessentibus rempublicam. Et Seneca: Nemo alius Deo dignus est, quam qui opes contemnit. Multa dicta philosophorum possent adduci, nisi timerem esse prolixus. Nemo tamen indignum reputet philosophos allegari, quoniam imitatione dignus beatus Basilius utile esse valde dicit eorum commemorare sententias: quoniam dum apud eos magna & ardua præcepta legimus, evangelica levius ferimus, & facilius perpendimus: quod per multa exempla declarat; mihi autem unum occurrit nostro conforme proposito. Seneca epistola 50. ad Lucilium, ad finem: Satis diu cum Baiis litigavimus, nunquam satis cum vitiis, quæ oro persequere sine modo, sine fine. nam illis quoque nec finis est, nec modus: projice quæcumque cor tuum laniant, quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis evellendum erat. Nonne jam levius audivimus a Christo illud Matth. 18. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* cum audivimus philosophum in exaggerationem vitiorum in tantum prosiluisse, ut diceret cor etiam evellendum?

Aristot. in Lib. ad Nicomachũ, lib. 9. c. 8.

Val. Max. lib. 4. c. 3

Cic. de off. lib. 1. circa med.

Jam veniamus ad nostra, quæ sunt majoris auctoritatis & dignitatis. Et primo occurrit illud Luc. 14. ubi sic legitur: *Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conversus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus: & qui non bajulat crucem suam, & sequitur me, non potest esse meus discipulus.* Et in eodem capitulo: *Omnis ex vobis qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Quod Beda dicit omnibus Christianis esse dictum, dicens: Omnium fidelium est renuntiare omnibus quæ possident, ut supra allegatum est. & iterum Matth. *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* Hæc non ad clericos tantum, sed ad omnes generaliter dicta sunt.

Sed addamus aliqua originalia dicta sanctorum doctorum, & primo volo capere de horto ipsius magistri, ut apud eum & suos minus dubia sint. Augustinus in libro de opere monachorum: Si hujus terrenæ reipublicæ antiqui principes præclarissimorum literatorum suorum eloquio prædicari solent, quod rem communem universi populi suæ civitatis privatis suis rebus sic anteponebant, ut quidam eorum Africæ domitæ triumphator, quid nubenti filiæ daret non haberet, nisi ex senatusconsulto de publico dotaretur, quo animo esse debet in rem suam publicam civis civitatis Ierusalem? Allegat etiam Augustinus in lib. de contemptu mundi. Et notate titulum libri, in ipso libro Augustinus sic dicit: Si mundi gloria vana non esset, si divitiæ terrenæ vera bona essent, non eatum possessoribus imprecaretur dominus, *Væ vobis divitibus*, & reliqua. tota illa auctoritas ad hoc facit. Et ad hoc propositum de informandis qui veniunt ad baptismum, facit illa auctoritas Dionysii, quam magister Petrus allegat: Sed non est summe contrariis simul participandum, &c. Et si attendamus interpretationem hujus nominis, Christianus, sicut de nomine, Clericus, arguitur, & abrenuntiationem, quæ fit ante baptismum diabolo & omnibus pompis ejus & quid significent unctiones, de quibus in cap. 1. de sacra unctione, & cetera quæ fiunt in baptismo; & vestis candida, quæ traditur, de qua Rabanus: Post baptismum traditur Christiano vestis candida, quæ significat innocentiam, & puritatem Christianorum, quam post ablatas veteres maculas, studio sanctæ conversationis immaculatam conservare debet; de consecratione distinctione 4. ubi multi textus ad hoc. Si ex his omnibus volumus argumentari, sicut ex nomine clerici, & cæremoniis ordinum, profecto grandia argumenta districtionis Christianæ religionis accipiemus. Accedat finaliter quod Augustinus scribit in libello de conflictu vitiorum, cap. de avaritia loquitur de bonis temporalibus, & dicit sic: Ista nec apud homines sæculares sine periculo vel offensa procurantur, quia quanto magis quisque habere cœperit, tanto amplius habere concupiscit, sitque ut modum in concupiscendo non habeat, dum innumeris hujus sæculi curis deservire festinat. ut enim ait scriptura: *Avarus pecunia nunquam implebitur.* quæ nimirum quam sit detestanda, Paulus indicat dicens: *Et avaritiam, quæ est idolorum servitus.* Quamque sit noxia idem exponit dicens: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.* Quam sit detestanda, Sapiens denuntiat, dicens Ecclesiastici 10. *Avaro nihil est scelestius.* Quam sit noxia, Iacobus aperit, dicens: *Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis, quæ advenient vobis, divitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra a tineis comesta sunt, aurum vestrum & argentum vestrum æruginavit. Et ærugo eorum in testimonium erit vobis, & manducabit carnes vestras sicut ignis.* Sed nec Redemptor noster præterire voluit cupiditatis malum quam noxium sit, ait enim: *Difficile qui pecunias habent, regnum cælorum intrabunt.* Et rursum: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cælorum.* Hæc Augustinus. Et post hæc sequitur: Si sæcularibus

Cap. 25. tom. 3.

Cap. 5.

Luc. 6.

Cap. 6.

Eccles. 5.

Coloss. 3.

1. Tim. 6.

Eccl. 5.

Marc. 10.

ANNO CHRISTI 1433.

bus viris est perniciosa cupiditatis industria, quanto magis illis periculosior, qui habitu & conversatione jam sæculares esse desierunt, qui totum quod vivunt domino Deo devoverunt, *&c.* quæ magister Petrus allegat, & de voto obligatis loquitur, ut sequentia demonstrant. Sed & nonne generaliter divitias spinas esse Christus dixit, & suffocare verbum Dei? Super quo Hieronymus eleganter adjunxit; Fallacia divitiarum suffocat verbum, blandæ enim sunt divitiæ, aliud agentes, aliud pollicentes: lubrica est eorum possessio, dum huc illucque circumferunt, & instabili gradu vel habentes deserunt, vel non habentes seserciunt. Vnde & dominus divites asserit difficile intrare in regnum cęlorum, suffocantibus divitiis verbum Dei, & vigorem virtutum emollientibus. Multa alia B possem ad hoc propositum deducere, quæ per sacram scripturam, sanctosque doctores, scripta & dicta sunt, quæ divitias detestantur, & exaggerando materiam, duras videntur proferre sententias. Sed utique in his omnibus non est intelligendum ipsas censere abjiciendas esse divitias. Item sicut Seneca dixit post illud præallegatum: Nemo alius dignus Deo est, nisi qui contemnit divitias; subjunxit: Quarum possessionem tibi non interdico, sed efficere volo, ut illas intrepide possideas, quod uno consequeris modo, si illas tamquam exituras semper aspexeris; si te sine illis beate victurum speraveris. Persuadeat tibi hoc idem, qui majori auctoritate est Dauid propheta: *Divitia si affluant, nolite cor apponere*, non dicit, Abjicite, sed, *Nolite cor apponere.* Vnde Hieronymus ad C Salvinam: Nec diviti obsunt opes, si eis bene utatur: nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes & inopiam peccata non caveat. Et Gregorius decimo moralium, capitulo vigesimo octavo: Sunt nonnulli quos census & bona temporalia per tumorem non elevant, sed per misericordiæ opera exaltant: & sunt nonnulli, qui dum se terrenis opibus abundare conspiciunt, veras Dei divitias non requirunt, atque æternam patriam non amant, quia hoc sibi sufficere putant, quod rebus temporalibus fulciuntur. Non enim est census in crimine. Et Augustinus primo de civitate Dei capite decimo: Cum apostolus dicat: *Qui volunt divites fieri*, &c. profecto in divitiis cupiditatem reprehendit, non facultatem, D quam præcepit alibi, dicens: *Pracipe divitibus hujus mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui nobis omnia prastat ad fruendum abunde. Bene faciant divites, sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum futurum, ut apprehendant veram vitam.* Et Augustinus idem super psalmo, *Quid gloriaris*, &c. *Ecce homo*, dicit, prout supra latius allegatum est, quod apostoli cum audierunt: *Facilius est camelum*, &c. & cum ipsi pauperea essent facultatibus, & in mundo major sit multitudo pauperum quam divitum, contristati dixerunt: *Quis poterit salvari?* Quid attenderunt ad literam? non facultates, sed cupiditates. Viderunt etiam ipsos pauperes, E etsi non habentes pecuniam, habere tamen avaritiam. Et, ut noveritis non pecuniam in divite, sed avaritiam condemnari. & infra: Vt noveritis, quia divitiæ non puniuntur, habebat Abraham multum auri & argenti, pecorum, familiæ, dives erat, & in ejus sinum Lazarus pauper sublatus est. & infra: Denique, quid in illis reprehenditur? Non quia ista habuerunt; nam & boni ista habent: sed quid? hoc intendite, ne passim divites reprehendatis; & rursus, ne de paupertate & egestate præsumatis. Si enim non est præsumendum de divitiis, quanto magis non est præsumendum de paupertate, sed de Deo vivo? In quo ergo ista notantur? quia beatum dixerunt populum

Hieronymus in 13. cap. Matth.

In excerptis e libris Senecæ. pag. Romanæ edit. 133.

Psal. 61.

1. Timoth. 6.

Ibidem.

Augustinus in psal. 51.

A cui hęc sunt. *Ideo filii alieni.* Hoc ergo in summa reprobatur, ponere beatitudinem in divitiis, hoc reprobatus cupido seu avaritia. Nam & sicut sanctus doctor dicit in summa contra Gentiles, libro 3. cap. 133. paupertas de se non est bona, nisi in quantum liberat ab illis propter quæ homo impeditus a profectu virtutum.

Concludo igitur ex allegatis omnibus non probari quod ecclesię non liceat habere bona temporalia in communi, imo hoc approbavit praxis Christi & apostolorum. Et ipse magister Petrus ad hoc allegat duas auctoritates Augustini: una est de conflictu vitiorum, ubi dicit: A sanctis & religiosis plura habenda sunt, ut melius ab ipsis quam a popularibus erogentur pauperibus Christi. Et ego consentio, sed a B prælatis, non autem subjectis. Alia: Si pauperes compartícipes sumus. Et hoc esse licitum, multis auctoritatibus inferius comprobabo. Sed nec etiam obstat ad hoc, quod dixi, quod clerici, imo episcopi possunt habere proprium patrimonium, quia de hoc extat sententia canonis apostolorum, 12. quæstio. 1. Sint manifestæ res propriæ episcopi, & res dominicæ, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus, si voluerit, & cui voluerit, relinquere. Hoc etiam satis indicat doctrina apostolica. Nam cum tunc possent habere & filios, quos in omni castitate nutrire debebat episcopus, ipsosque jubeat apostolus hospitales esse, satis conjectuatur quod in bonis suis episcopus & quilibet clericus remanebat. Et hoc etiam patet ex C illo Actorum 21. *Et intrantes domum Philippi euangelista, qui erat unus de septem, mansimus apud eum. Huic erant quatuor filia virgines.* Et propterea statuit apostolorum concilium inventarium fieri separatim de bonis ecclesiæ, & de bonis episcopi, ne confunderentur per mutuam commixtionem, sed appareret quid esset proprium episcopi, quid ecclesiæ. Et sic apparet quod ex tempore apostolorum jam ecclesia habebat bona, & nihilo minus episcopus cum suis bonis remanebat.

Nec obstant allegatæ auctoritates Augustini, Hieronymi & aliorum, qui ex interpretatione nominis arguentes hoc videntur innuere. Nam primo de Augustino constat, quod ipse dicit, se primo disposuisse D non velle habere clericum, nisi renuntiaret omnibus, & esset sine proprio, sed postea mutasse sententiam; sic dicit: Certe ego sum, qui statueram nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere. & infra: Ecce in conspectu Dei & vestro muto consilium: qui voluerint habere proprium, maneant ubi volunt, & ubi possunt, non eis aufero clericatum, 12. quæstione 1. De Hieronymo etiam: Ipse scribens ad Damasum papam 1. quæstione 2. sic ait: Clericos illos convenit ecclesię stipendiis sustentari, quibus parentum aut propinquorum nulla suffragantur bona. Ecce ergo quod clerici possunt habere proprium. & ad hoc concordat cap. sequens, & est Prosperi: Pastor ecclesiæ his quibus sua sufficiunt, *&c.* Nec propter E hoc quod clerici proprium habent, minus de sorte domini sunt, nec dominum in partem seu hereditatem habere desinunt, quia non in illo quod possident beatitudinem suam ponunt, sed in Deo; nec illud pro hereditate habent, sed Deum, & ad ejus obsequium illa bona convertunt; nec propterea, quia habent bona temporalia, non possunt dicere: *dominus pars hereditatis mea*, quoniam & Dauid, qui illa primo dixit, civitates, castra, & regnum obtinebat.

Multa possem ad horum probationem deducere, sed gratia brevitatis omitto, maxime quoniam & hoc jam confitentur in schedula ultimo data, ubi dicunt quod usus bonorum temporalium est ipsi clero licitus, resecata omni superfluitate & abundantia vitiosa. Et hoc

ANNO CHRISTI 1433.

Cap. 21.

1. q. 12. Certe, cap. 18. Augustinus in sermone 2. de communi vita clericorum.

Cap. 6.

Psal. 15.

Superfluitas & pópa

Et hoc ego dico, quoniam non laudo, sed reprobo superfluitatem vitiosam, & confiteor quod clerici de bonis ecclesiæ non debent thesaurizare ad ditandum pauperes consanguineos, vel affines, sed recepta sufficientia pro necessariis personæ, domus, & familiæ, *&c.* hospitibus cum caritate & decenter suscipiendis secundum conditionem & statum personę, residuum debent vel in utilitatem ecclesiæ, vel pauperibus erogare: Et si de bonis ecclesiæ libidinose vivant, laute vel crapulose, aut pro pompa superfluitatem vitiosam faciunt expensarum, multipliciter delinquunt, quia rem illicitam faciunt, quod est commune etiam laicis, sed in clericis gravius. Et qui ad exemplum aliorum dati sunt, male agendo, sicut Gregorius inquit, tot mortibus digni sunt, quot populo vitiorum exempla transmittunt. Item, quia quod pauperum est male in illicitis expendendo, quasi rapinam committunt, de quo coram Deo districtam dabunt rationem. Sicque non est illicita possessio, sed abusus, usus vero modestus laudabilis. In quo mensura certa pręscribi non potest, sed consideratis qualitatibus personarum, conditione patriæ & gentium, natura administrationis, & aliis hujusmodi generis familiarum, & modus expensarum moderandus est: nam oportet quod secundum naturam pręsidentiæ vel officii pauciores vel plures ministros habere debeant. Et sic sæpe errat intuentium judicium, reputantium aliquem prælatum nimiam habere familiam. Et in veritate loquor, quod mihi hoc contigit, quod cum cuidam bono viro mecum conferenti visum est, quod quidam pręlatus excederet in familia, dixi: Vultis vos, & ego calculemus, quis esset competens numerus? & fecimus rationem, & reperimus nihil esse superfluum, & ipse congratulatus fuit mihi, dicens: Vere mihi valde placet hoc sic discussisse, quoniam in me ipso scandalizatus eram, & nunc cognosco quod nil superfluum est. Facile in his erramus, quia aliorum necessitates aut non bene scimus, aut non bene advertimus; fateor autem quod plurimum cavere debent prælati & principes a pomposa & inutilium familiarum sequela. Nam ex hoc eis crescit paupertas, & multæ angustiæ, multaque oriuntur gravamina subditorum. Potest etiam esse usus non tantum laudabilis, sed multum meritorius & fructuosus, quoniam clericus videlicet bona ecclesiæ dirigit, & utiliter administrat, & in seipso magna parcitate servata, largas eleemosynas facit, sicut ego scio, & vidi aliquos per Dei gratiam: Nolo commendare viventes, sed de mortuis infra plurima exempla subjungam. Ad prædicta; bene facit 1. quæstione 2. cap Sacerdos; quod magister Petrus allegat, ubi textus: Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed cum laude pietatis accipit a populo dispensanda. & est dictum Prosperi, cui concordat verbum Augustini 23. quæstione 7. cap. Quemadmodum, juxta finem; Non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant.

Neque hæc solicitudo, quæ pro his fideliter administrandis habetur, sæcularis dicenda est, sed ecclesiastica. Prosper in vita contemplativa: Possessiones, quas oblatas a populo suscipiunt sacerdotes, jam non sunt res mundi credendæ sed Dei. nec est reprobanda, sed laudanda in prælatis & his, quibus ex natura officii vel administrationis, cui præsident, competit. Nam vita prælatorum ecclesiæ non est simpliciter contemplativa, sed juxta est activa & contemplativa, exemplo Moysi. Nunc ascendebat in montem ad orandum, nunc descendebat ad populum gubernandum. Ideo sacrorum canonum censuit auctoritas, quod is, qui assumendus est in episcopum debet esse in spiritualibus & temporalibus providus & circumspectus. 39. dist. In principio, *&c.* Petrus diaconus. Et hæc sunt verba beati Gregorii: Talis in regiminis arce debet constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam extrinseca subjectorum utilitate & cautela sciat esse solicitus. Et glossa super illo verbo: *Pascite qui in vobis est gregem domini:* Non solum verbo & exemplo, sed & temporalium subsidio. & credo illa glossa fuit excerpta ex dictis Gregorii ex Pastorali cap. 7. ubi sic ait: Nonnulli gregis quidem curam suscipiunt, sed sic sibimet vacare ad spiritualia appetunt, ut rebus exterioribus nullatenus occupentur: qui cum curare temporalia funditus negligunt, subditorum necessitatibus minime occurrunt, quorum nimirum prædicatio plerumque despicitur, quia dum delinquentium facta corripiunt, sed tamen eis necessaria præsentis vitæ non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur. Et hoc late prosequens inducit dictam auctoritatem Petri, & dicit hanc pastionem non tantum cordis, sed corporis. postea tamen subjungit: Non debet per hanc solicitudinem temporalium sic se totum impendere, ut spiritualia derelinquat, dicens: Solicitudo ergo quę subjectis exterius impenditur, sub certa necesse est mensura teneatur, unde per Ezechielem capite 44. dicitur *Sacerdotes caput suum non radant, neque comam nutriant: sed tondentes attondeant capita sua.* Sacerdotes namque jure vocati sunt, qui ut sacrum ducatum præbeant fidelibus, præsunt: capilli vero in capite exteriores sunt cogitationes in mente, qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas præsentis vitæ designant. Quia igitur cuncti, qui præsunt, habere quidem solicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes recte caput prohibentur radere, & comam nutrire, ut cogitationes carnis de vita subditorum nec a se penitus amputent, nec rursus ad crescendum nimis relaxent. ubi & bene dicitur, *Tondentes attondeant capita sua.* &c. ut videlicet curæ temporalis solicitudinis, & quantum necesse est, vigeant, & tamen resecentur citius, ne immoderatius excrescant. Dum igitur per administrationis exteriorum providentiam, corporum vita protegitur, & rursus per moderatam cordis intentionem non impeditur, capilli in capite sacerdotis & servantur ut cutem cooperiant, & resecantur ne oculos claudant. Hæc Gregorius. Ex præmissis clare liquet prælatos ecclesiasticos debere esse non tantum contemplativos, sed & activos in spiritualibus & temporalibus providos & circumspectus, & pro spiritualium intentione curam & solicitudinem temporalium non abjicere, sed ad utrumque se apte & decenter aptare. Et prælatus sic vivens non propter hoc dicendus est habere contrarias vias, & contrarios affectus, ut proponeos in rationibus, quas in fine subjungit, videtur innuere: quoniam omnia hæc ordinantur ad unum finem, videlicet ad curam gregis sibi commissi, ut patet ex præinserta auctoritate Gregorii. Ad eamdem sententiam pertinet dictum Gregorii 6. Moralium, capite 15. ubi sic ait: Neque perfectus prædicator est, qui propter contemplationis studium operanda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. Et hanc sententiam ibi late prosequitur. & infra: Sæpe qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt: & sæpe occupati, dum bene humanis usibus viverent, gladio suæ quietis extincti sunt. Hinc namque est quod nonnulli inquieti spiritus, dum plus exquirunt contemplando, quam capiunt, usque ad perversa dogmata erumpunt, & dum veritatis discipuli esse humiliter negligunt, magistri errorum fiunt. Nunc etiam audiamus Isidorum docentem nos non scandalizari, si aliqui prælati temporalium solicitudini

ANNO CHRISTI 1411.

Greg lib 8. epist 40.

1. Petr 5.

Lib. 2.

Anno Christi 1433.

dini totaliter dati sunt, quoniam hoc a Dei ordinatione procedit ad utilitatem ecclesiæ. Ita Isidorus inquit de summo bono libro 3. capite 39. Providentia plerumque divini consilii ordinantur præpositi mundana & exteriora sectantes, ut temporalibus rebus totaliter se impendant, ut spirituales quietiorem vitam contemplationis exerceant: quia duræ sunt quiete vivere volentibus sarcinæ curarum temporalium, providet sæpe Deus curis debitos sæcularibus ad susceptionem regiminis, ut dum hi exteriora sine tædio procurant, spirituales viri rebus interioribus sine impedimento rerum terrenarum deserviant. Dei ergo ordinem accusant quo instituuntur, qui episcopos condemnant, dum minus spiritualia, sed magis terrena sectantur. Ex divini enim tabernaculi dispositione ob injurias mundi ferendas & turbi- B nes, quosdam instituit episcopos sæcularibus curis insistentes, ut hi qui interius superna desiderant, nullo terreno obsistente negotio liberius in hoc quod amant intendant. Hæc Isidorus. Malitia enim temporum, & audacia & protervitas hominum malignorum hoc exigit, ut prælati non tantum sine peccato, sed etiam meritorie has temporalium curas exerceant, pro fide, vel etiam rebus ecclesiæ defendendis, prout infra patebit auctoritatibus & exemplis B. Gregorii, & aliorum, & miraculo ostenso in altero Gregorio, de quo infra. Et sic breviter me expedio de omnibus originalibus dictis doctorum, ad quæ omnia clare patet responsio ex prædictis, ut C unusquisque per se poterit applicare: nam ad singula sigillatim respondere, nimis fuisset prolixum. Si autem magister Petrus petet ad aliquod speciale responsum, designabitur illud, de quo, Deo propitio sufficiens subresponsio dabitur.

Cum autem in schedula ultimo data dicit: dominium autem civile ipsi clero Christi non congruit, aut convenit, sed nec licet ipsi in persona propria civiliter dominari; Si intendit quod clericus in persona propria non debet judicium sanguinis exercere, fateor, potest tamen habere, & clericus non religiosus, de proprio patrimonio, & in administratione pro ecclesia civile dominium castrorum, villarum, opidorum, civitatum, in quibus tale judicium per laicos officiales faciet exercere, prout dicit Hu- D go de sacramentis, 2. parte, & est allegatum per magistrum Petrum, & recte probat contra ipsum. Nam ibi ad literam sic habetur: Notandum tamen quod principes terreni in terrenis possessionibus, quas in subjectis, vel sine subiectis possident ecclesiæ, aliquando concedunt solam utilitatem, aliquando utilitatem & potestatem: Utilitatem sine potestate concedunt, quando fructum possessionis ad usum ecclesiæ transferri decernunt, sed potestatem justitiæ exercendæ in ipsa possessione ad ejus ditionem transire non permittunt. Aliquando & utilitatem & potestatem simul tribuunt. Ubi tamen advertendum est, quod ecclesia licet fructum terrenæ possessionis ad usum recipiat, potestatem tamen exercendæ E justitiæ per ecclesiasticas personas, aut judicia sæcularia exercere non potest; potest tamen ministros habere laicas personas, per quas jura & judicia ad terrenam potestatem pertinentia, secundum tenorem legum & debitum juris terreni exerceant. Ecce quam manifeste ista auctoritas per magistrum Petrum allegata ostendit, ecclesiasticas personas posse habere civile dominium, & dat modum jurisdictionis exercendæ. Principes enim catholici & domini temporales pro Dei gloria, & suarum remedio animarum, contulerunt ecclesiis multa preciosa donaria, castra, villas, opida, & civitates, transferendo in ecclesiam interdum solam utilitatem fructuum,

Hugo de S. Victore de sacramen. lib. 2. par. 2. cap. 7.

A interdum potestatem & jurisdictionem, quod est civile dominium. & in hoc completa fuit prophetia eximii prophetarum David in psalmo, *Exurgat Deus*: quem quidem psalmum Nicolaus de Lyra literalis expositor, recitato prius sensu Iudæorum volentium illum intelligere de exitu Israel de Ægypto, cum dicit illum nimis involutum, & coaptari plene non posse ex auctoritate Pauli ad Ephes. 4 qui hujusmodi psalmi versum: *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dona dedit hominibus*, applicat ad dona Spiritus sancti missa in corpus ecclesiæ; dicit verum psalmi sensum esse de ecclesia catholica Christianorum post Christi passionem, & ad hunc sensum exponit totum psalmum; & super versu *Speciei domus dividere spolia*, ita dixit Lyra: Quod princi- B pes & potentes conversi ad fidem dederunt ecclesiæ preciosa donaria, ex quibus ornata est ecclesia, ut patet in pluribus historiis & legendis sanctorum. Et hoc quod dicitur, *Speciei domus dividere spolia*, hoc est quod dicitur, Ad speciem & decorem domus Dei, quæ est ecclesia, pertinet dividere spolia, hoc est, diversis ecclesiis, & personis ecclesiasticis dividere prædicta donaria. Consequenter ostendit, qualiter talibus temporalibus utendum sit, cum dicitur, *Si dormiatis*, &c. Ad cujus intelligentiam est sciendum, quod κλῆρος Græce idem est quod sors: columba autem hic accipitur pro ecclesia, quæ columba frequenter nominatur in canticis: pennæ autem sunt virtutes eam ad cælestia elevantes. Dicit igitur: *Si* C *dormiatis*, id est, quiescatis, *inter medios cleros*, id est, inter status ecclesiæ, scilicet militantis & triumphantis, quod fit, quando sic utuntur homines bonis præsentis vitæ, ut non amittant æterna, sed magis acquirant: divitiæ enim, sicut impedimenta sunt reprobis, ita probis sunt adjumenta virtutis. Hæc omnia Nicolaus de Lyra.

Anno Christi 1433.

Psal. 67.

Ibidem

Cum enim civile dominium sit res commerciabilis, ut est communis doctorum sententia in l. Imperium, & l. More majorum, ff. de jur. om. jud. & sæpe vendantur castra, villæ, opida & baroniæ; quid igitur prohibet, quod laicus habens tale civile dominium, titulo donationis, legati, vel hereditatis, vel alio legitimo titulo, in ecclesiam transferre non pos- D sit? Dicit magister Petrus, quod tali dominio rerum communitas repugnare videtur. Et ad hoc allegat dictum Armachani, & alia, ad quod forte aliud quæsivissem responsum, nisi hoc in promptu occurrisset, tam clarum, celebre & famosum, quod respublica Romanorum a senatu recta magnum habuit civile dominium, & multæ habent hodie civitates civilia dominia; ergo non repugnat communitati habere civile dominium. Sed ex hoc clare liquet quod nec illa ratio valet: Prælatus ecclesiæ non potest exercere in propria persona temporalem jurisdictionem, ergo ecclesia non potest illam habere: nam & senatores aut consules Romæ non poterant exercere jurisdictionem in provinciis in persona propria, sed E dabant præsides provinciarum. Scio quod civitates Barcinonenses habent villas & castra, nec tamen consules civitatis possunt ibi jurisdictionem exercere, sed creatur ibi officialis, qui jurisdictionem exercet.

Iam nil restat ex dictis ex adverso, nisi finis schedulæ ultimo datæ, ubi sic habetur; Insuper, circa prædictum punctum tenemus, quod in tantum potest iniquitas regnare in clero, quod in defectu spiritualis præpositi liceret brachio sæculari auferre bona temporalia a viris ecclesiasticis habitualiter delinquentibus. Quæ propositio est multum confuse posita, & absque aliqua declaratione vel probatione: & ideo posset eadem facilitate contemni, qua ponitur, sed

A clero habitualiter delinquente, secundum Hussitas, possunt auferri sæcularia bona.

ANNO CHRISTI 1433.

Licitum esse ecclesiæ & ecclesiasticis personis habere temporalia.

sed nolo eam præterire, quin circa ipsam, Deo propitio, enucleem veritatem. Sed illud puto facilius & luculentius agere, cum, sicut præmisi in principio, ecclesiæ & prælatis, & personis ecclesiasticis licitum esse habere & possidere bona temporalia, mobilia & immobilia, & civilia dominia firmissis documentis monstrabo. Ideo hæc præmittam.

Ad quod probandum quadruplici medio uti intendo, ut sicut in quatuor euangelistarum testimoniis euangelica doctrina fundatur, sic in quatuor fundamentis veritas ista firma consistat.

I. Ratio. August. ad Pollent. l. 1. de adult. conj. g. c. 13. & 14.

Et primo sic: Illud constat esse licitum, quod nulla est lege prohibitum, ita dicit Augustinus ad Pollentium 28. quæstione 1. Iam nunc: sed hoc nulla lege prohibetur; igitur est licitum. Ratio est in forma. Major est nota de se, & est Augustini, ut supra, minoris probatio non incumbit mihi, sed asserenti contrarium, qui dicit hoc prohibitum, prohibitionem ostendat. Nam ad ea, quæ allegata sunt, sufficienter responsum est.

II. Ratio.

Secundo sicut illud est licitum, imo & debitum, quod divina ordinatione & beneplacito factum est, sed dotatio & glorificatio ecclesiæ in potentia & dominio temporali, divina ordinatione & beneplacito, hoc tempore, scilicet a Silvestro, & citra facta est, sicut ipse Deus ante promolgaverat per prophetas. Igitur; major est nota, ad probandum minorem affero tria testimonia prophetarum. Primum eximii prophetæ David in psalmo · *Exurgat Deus*, qui psalmus pertinet ad glorificationem ecclesiæ, post Christi passionem, ut probat Nicolaus de Lyra ex auctoritate Pauli, ut prædictum est, qui propheta David hoc prophetavit, ubi dixit: *Species domus dividere spolia*, id est, donaria a principibus & potentibus ecclesiæ data, inter ecclesias & ecclesiasticas personas distribuere. Inter alias magnas gratias & glorificationes ecclesiæ hanc temporalium bonorum amplificationem futuram prænuntiavit propheta.

Lyra in c. 52. Isai.

Secundum testimonium est Isaiæ 52. *Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloria tua Ierusalem civitas sancta*. Nicolaus de Lyra primo ex auctoritate Pauli, qui allegat quod infra sequitur: *Quam pulcri pedes annunciantis & prædicantis pacem!* dicit hoc caput loqui de ecclesia post Christi passionem. Et dicit quod in hoc capite removetur tertium impedimentum liberationis factæ per Christum, quantum ad incredulos, quod provenit ex contemptu humilitatis Christi, ostendendo quod humilitas Christi fuit dispositio ad gloriam, secundum quod dicitur ad Philipp. 2. *Humiliavit semetipsum*, &c. *propter quod exaltavit Deus illum*, &c. non solum post mortem fuit glorificatus, sed etiam ante in operibus miraculosis ad declarationem suæ deitatis, propter quod Christus petens, *Glorifica me Pater*, Ioannis 12. audivit: *Glorificavi, & iterum glorificabo. Glorificavi te* miraculis, *iterum te glorificabo* per gloriam. Et sic est in corpore Christi mystico, quod est ecclesia; quia post depressiones ejus per Iudæos & tyrannos elevata est in magna gloria, etiam temporaliter, & in ipsis depressionibus specialiter in receptione Spiritus sancti, & miraculis, quæ fiebant per apostolos, & alios sanctos. Et sic circa primum propheta alloquitur ecclesiam primitivam: *Consurge, consurge*, ad opera virtutum, *induere fortitudine*, ad tolerandum constanter persecutiones. Sed post persecutiones secuta est pax & honor, ideo subditur: *Induere vestimentis gloria tua*: & hoc fuit impletum tempore Constantini, qui pacem ecclesiæ per totum Romanum orbem dedit, & mirabiliter eam honoravit. & infra: *Sede Hierusalem in sede honoris*, quod tunc fuit impletum, quando Roma, quæ erat caput mundi, facta est sedes summi pontificis, sede imperiali translata ad Constantinopolim. Ecce quomodo Nicolaus de Lyra expositor generalis bibliæ hanc prophetiam Isaiæ declarat.

ANNO CHRISTI 1433.

Tertium testimonium est Isaiæ 60. quod capitulum Nicolaus de Lyra ostendit intelligendum esse de ecclesia, dicens, quod sicut in præcedenti capitulo descripta est salus Christi, ita in hoc describitur magnitudo hujus salutis. Primo ex parte materiæ recipientis, & subjungit, quod primo ponitur prosperitas militantis ecclesiæ, ad fidelium multiplicationem. Secundo ex ecclesiarum ædificatione. Tertio ex bonorum assecutione. Ex sic declarat & exponit totum capitulum, & super verbo textus, *Fortitudo gentium*, dicit: Id est imperium Romanum, *veniet tibi*; quod impletum fuit tempore Constantini. Et infra: *Inundatio camelorum*, & dicit: Constantinus imperator & multi alii potentes, exemplo ejus animati, divitias multas miserunt super talia animalia ad sustentationem ministrorum ecclesiæ, & pauperum Christianorum, & ædificationes ecclesiarum. & infra: *Et ædificabunt*; Hic describitur prosperitas ecclesiæ in ecclesiarum ædificatione: *muros tuos*, id est, ecclesias. & hoc patet impletum a tempore Constantini. & infra: *In indignatione mea percussi te*, quia ecclesia primitiva fuit multum afflicta a tyrannis, quod secundum judicium humanum videbatur procedere in indignatione Dei, licet fuerit ad probationem: scriptura sæpe habet talem modum loquendi. Et sequitur: *In reconciliatione mea misertus sum tui*; dans tibi pacem, ampliationem & honorem tempore Constantini. & ideo subditur: *Et aperientur portæ tuæ jugiter*, quia ecclesias prius clausas præcepit aperiri, & per imperium suum novas ædificari. Et sequitur in textu: *Et venient ad te filii eorum qui humiliaverunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum*. Dicit Lyra: Hic describitur prosperitas ecclesiæ, quantum ad consecutionem honoris. & infra sequitur in textu: *Ponam te in superbiam sæculorum*, id est, in gloriam & honorem; ita quod superbia non sonat hic vitium, sed honoris excessum. Et sequitur in textu: *Et suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis*, id est, ab eis accipies nutrimentum; sicut videmus impletum in dotatione ecclesiæ de bonis principum. Et sequitur in textu: *Pro ære afferam aurum*; quia in primitiva ecclesia fuerunt calices & alia utensilia ecclesiæ de materia parum pretiosa: postea facta sunt de auro, argento, & de lapidibus pretiosis & sic habemus tria testimonia prophetarum, quibus apparet sic a Deo fuisse ordinatum, & per prophetas pronuntiatum. & de ista temporali exaltatione ecclesiæ facta per Constantinum in persona beati Silvestri, figura præcessit in Ionatha summo sacerdote, cui Alexander contulit coronam auream, & potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, 1. Machabæorum 11.

Ministravit mihi dominus quartum testimonium ex prophetis, ut quadrato numero velut in euangelica structura hujus articuli probatio sedeat; & est ex prophetia David in psalmo. 103. Quem psalmum Augustinus exponit de ecclesia. unde in versum: *Super montes stabunt aquæ*, dicit: Sic propterea dixit, quia ecclesiam futuram in diluvio persecutionum voluit intelligi. fuit enim tempus aliquando, quo terram Dei, ecclesiam Dei: cooperuerunt aquæ persequentium, & ita cooperuerunt, ut non apparerent nec ipsi magni, qui sunt montes. & infra: Fugerunt enim aquæ ab increpatione Dei, quia cor regum in manu Dei; deflexit quo voluit, jussit per eos pacem dari Christianis, emicuit & eminuit auctoritas apostolica. Et infra, cum multa dixisset, hoc propositum

ANNO CHRISTI 1433.

continuando. quæ omnia inserere longum esset; tandem super verbo, *Cedri Libani, quas plantavit, illic passeres nidificabunt*; sic inquit Augustinus: Etenim cedri Libani, nobiles & divites & excelsi hujus sæculi, quoniam cum timore audiunt, *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem*, attendunt res suas, villas suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, & præbent illas servis Dei, dant agros, dant hortos, ædificant ecclesias & monasteria, colligunt passeres nidificantes. Sunt ergo quidam spirituales nidificantes in cedris Libani, id est servi Dei.

Psal. 40.

III. Ratio. Tertio illud debet licitum reputari, quod a viris divinarum literarum doctissimis, vitaque & religione sanctissimis pro licito habitum & factum est. sed hoc est hujusmodi; ergo, *&c*. Hoc argumentum est in hac propria materia viri religiosissimi Prosperi, cujus scripta inter canonicas scripturas habentur, prout dicit Gelasius 15. Sancta. Hoc argumentum est 12. quæstione 1. Expedit facultates ecclesiæ possideri. ubi recitato exemplo Paulini concludit. Quo facto satis ostendit, sine impedimento perfectionis posse ecclesiæ facultates, quæ sunt perfecto communes, possideri. Ad probationem etiam assumptæ majoris est textus Hieronymi 37. distinct. Qui de mensa; ubi ex facto Sidrach, Misach, & Abdenago, probat non esse licitum facere quod illi fecerunt. Ad idem textus in capite; Lugdunensis, 9. quæstione 2. Ad probationem minoris licet possem probare quod ante tempora Silvestri jam ecclesia habuerat prædia & possessiones tempore Vrbani I. qui præsedit anno domini CCXXIII. item temporibus Pontiani, Anteri, Fabiani, Cornelii, Lucii, Stephani, Sixti, Dionysii, Felicis, Marcelli, Eusebii, & Melchiadis Romanorum pontificum, qui præcesserunt Silvestrum, & thesauros, sicut Sixtus, quos Laurentius instante persecutione pauperibus erogavit, habuerunt, & civile dominium, sicut mihi scriptum datum est, quod Philippus dominus Pannoniæ dedit Laureacensi archiepiscopo, qui tunc erat metropolitanus, villas & prædia in Austria, quæ nunc tenet Pataviensis ecclesia. De hoc Philippo scribit Gotfridus in Pantheon:

Dist. 15. sancta Romana. cap. 3. 2. q. 1. Expedit c. 3. Prosper de vita contemplativa, libro 2. c. 9. Dist. 17. Qui de mensa. cap. 11. Dan. 1. Cap. 50.

Suscepit imperium, populo plaudente, Philippus,
Iste post Cæsar voluit cognoscere Christum.
Qui dedit ecclesiis prædia multa suis.

Sed quia de civili dominio majus sit festum, de his qui præsederunt ecclesiis, habentibus magna dominia civilia, est loquendum. Et primo de sede Romana: incipiam a beato Silvestro, de cujus sanctitate & doctrina, victis Iudæorum satrapis, fidei catholicæ exaltatio testimonium præbet. Sub hoc Nicænum primum sacrum & venerandum concilium fuit, & post dotationem ecclesiæ: ex quo satis auctorizatur factum Constantini; quoniam si illicitum fuisset, reprobasset hoc tam celebre concilium. Sed & habeo testimonium beati Ambrosii, de obitu Theodosii imperatoris, dicentis Constantinum magni meriti apud Deum, quia primus imperatorum credidit, & post se hereditatem fidei & devotionis principibus dereliquit. Et Isidorus noster Hispanus idem in suis chronicis attestatur. Et Græci qui tunc erant catholici, ipsum Constantinum catalogo sanctorum annumerant, & festum de eo cum solennitate agunt 21. Maii. Postea dicam de sancto Marco, sub quo fuit celebrata † sancta synodus Nicæna, & claruerunt ejus tempore & post, sanctus Athanasius, Eusebius, Nicolaus & Hilarius, & Ioannes Chrysostomus; item sanctus Leo papa, qui fuit XLIII. post sanctum Petrum; item Felix secundus, qui martyrio coronatus est; item Damasus primus, sub quo synodus

† Erretas

A Constantinopolitana 150. patrum, cui Hieronymus illam scripsit epistolam: Quoniam vetus oriens inter se furore collisus, indutam illam domini tunicam desuper textam minutatim per frusta discerpit; Etiam petens ab eo suæ fidei confessionem approbari; & alias multas epistolas. Item † Cyriacus qui cum undecim millibus virginibus in Colonia martyrio coronatus est; item sanctus Symmachus papa, de cujus vita & miraculis Vincentius in historiali libro 23. cap. 1. & 2: Item sanctus Ioannes papa, de quo in eodem Vincentio eodem libro capite trigesimotertio; item sanctus Agapitus eodem libro capite 61. Item sanctus Gregorius unus de quatuor doctoribus ecclesiæ, cujus sanctitas & doctrina nota est; item sanctus Martinus, de quo Vincentius eodem lib. 23. c. B 84. item sanctus Stephanus papa, de quo idem Vincentius eodem libro cap. 167. item Honorius papa miræ pietatis fuit, cujus tunica dæmoniacus quidam indutus fuit, & liberatus est. Item sanctus Severinus benignus amator cleri & pauperum, & possessiones ecclesiarum ampliavit; item Ioannes quartus thesauris ecclesiæ distractis multa millia hominum per Histriam & Dalmatiam redemit; item sanctus Martinus Tudertinus, cujus festum celebratur crastino sancti Martini Turonensis. Eugenius primus, hic omnibus benignus & amabilis, maximæque sanctitatis. Agatho dum quemdam leprosum oscularetur, mundatus est; Ioannes natione Græcus, hic martyrio coronatus est; Paulus mitissimus & misericors, nocte cum paucis famil C iaribus ibat ad visitandum pauperes & infirmos, & eis ministrandum; Leo quartus multæ patientiæ; multæque humilitatis, fecit mirabilia in vita sua, cujus festum celebratur decimoseptimo Kalendas Augusti; Nicolaus post hunc vir fuit sanctissimus, cui post Magnum Gregorium vix in sede Romana similis. Omnes prædicti fuerunt in sede Romana post dotationem ecclesiæ, viri sancti approbatæ sanctitatis. Fuerunt & plures alii virtutibus & scientia clari, sicut Innocentius tertius, qui tam reverenter allegatur in tractatu de missa & aliis operibus; Petrus de Tarantasia, dictus Innocentius quintus, doctor clarissimus; & multi alii, quos nominare longum esset. Volui solum prędictos exprimere, qui sancti intitulantur, aliis multis omissis. Sed hoc unum nolo omittere, quia ad propositum D valde facit, quod narrat Vincentius in historiali libro vigesimoquinto, cap. 25. de Gregorio sexto, qui magna studia & labores impendit ad recuperandum temporalia bona ecclesiæ a tyrannis occupata: & cum nec hortationibus, nec censuris posset efficere, vi armorum hoc fecit. Vnde cardinales cum virum sanguinarium dicentes, cum infirmitate decumberet, de qua decessit, dicebant eum non debere sepeliri in ecclesia B. Petri cum aliis pontificibus: quod cum ipse intellexit, vocavit cardinales, & habito cum eis colloquio tandem dixit: Quoniam nostræ & vestrę rationes falli possunt, committamus omnia divino examini, corpus meum antecessorum meorum more compositum ante januas ecclesiæ sistite, E & firmentur januæ seris & repagulis: si Deus voluerit ut ingrediar, applaudatis miraculo; sin minus, de cadavere meo faciatis sicut vobis placuerit: sic factum est. Mox enim ut corpus ejus ante portas ecclesiæ seris occlusis positum est, turbo ingens divinitus emissus repagulorum obstacula dirupit, & ipsas valvas vehementi impetu patefactas ad parietem cum magno fragore impulit. Et hæc dicta sint de Romanis pontificibus. Possem per alias mundi ecclesias Italię, Gallię, Hispaniæ & Anglię, colligere magnum numerum sanctorum episcoporum, qui pręfuerunt ecclesiis habentibus magnam temporalitatem & civilia dominia; sed nolo pro pręsenti, nisi,

ANNO CHRISTI 1433.

† Cyriacus iste non ius fuit.

ANNO CHRISTI 1433.

nisi de his circumvicinis & cognitis, & etiam non de omnibus loqui: incipiam ab ecclesia Moguntina. Ecce sanctus Bonifacius, qui tantæ fuit auctoritatis, quod tempore suo dicebant apostolorum tempora rediisse. Hic sua prædicatione multas provincias illustravit. In eadem ecclesia sanctus Lullus confessor; item Rabanus magnus doctor quotidie allegatur; item in eadem Moguntina ecclesia Bardo archiepiscopus. in eadem Vvilligisus. In ecclesia Treverensi, quam Helena mater Constantini, quæ de Treveris fuit oriunda, pluribus dotavit reliquiis, & bonis temporalibus, adjiciendo primæ dotationi; fuerunt nonaginta novem archiepiscopi usque ad dominum Otthonem ultimo defunctum, ex quibus vigintiquinque sunt sancti, ut habetur in Kalendario archiepiscopi Baldvvini, quod in ipsa ecclesia servatur. In ecclesia Coloniensi beatus Severinus, qui multis claruit & claret miraculis. Item sanctus Remedius; item sanctus Cunibertus; item sanctus Haymo, Aglolfius martyr; item Evergisilus martyr; item Heribertus. Omnes isti fuerunt sancti archiepiscopi Colonienses. In ecclesia Leodiensi, quę opulentissima in temporalibus est, sanctus Maternus, sanctus Hubertus, sanctus Theodardus, sanctus Servarius, sanctus Lambertus martyr, sanctus Geregisilus, episcopi omnes. Item in ecclesia Laureacensi fuit sanctus Maximianus, a sancto Sixto consecratus episcopus circa annum domini * CCXLIII. qui patrimonium dictæ ecclesię contulit, quod nunc Anasum dicitur, cum omnibus vicinis opidis & judiciis sæcularibus, quæ manent usque ad præsens in Austria, & obtinet illa Pataviensis ecclesia. Item sanctus Adalbertus ecclesiam Pragensem magnifice dotatam feliciter rexit pluribus annis. Item sanctus Procopius opulentissimum monasterium in Bohemia habuit, cujus possessiones inquietantes divinam interdum ultionem in se experti sunt. Item sanctus Vvolfgangus in Ratisbona; item sanctus Corbinianus Frisingensis episcopus prædia pro eadem ecclesia hodie nota comparavit. Item sanctus Vdalricus Augustensem ecclesiam opulentam prædiis & civilibus dominiis rexit; item sanctus Conradus Constantiensis episcopus. Item sanctus Virgilius ecclesiam Saltzburgensem dominiis dotavit. Fuit quoque sanctus Virgilius episcopus Tridentinæ ecclesiæ, civili dominio opulentæ. Prętermittendum non est de sancto Stanislao Cracoviensi episcopo, qui passus controversiam super villa ecclesiæ, a sepulcro eum, qui ante per triennium mortuus fuerat, resuscitatum ad judicium duxit in testem. Possem sine falso, si bene quæsivissem, etiam multo plures reperisse sanctos episcopos & abbates qui præfuerunt ecclesiis & monasteriis habentibus temporalia & civilia dominia. Exhorrent utique piæ aures audire in dubitationem deduci, an licitum sit quod a tanta sanctorum multitudine per tanta curricula temporum pro licito habitum fuit, practicatum & observatum.

* Error. Si de S. Sixto II. agatur scribendum est CCLVII. aut CCLXVII. si de Sixto I. CXXXII.

Quarto idem sic probo: Illud indubie licitum est, quod est auctoritate canonum apostolorum & sacrorum generalium conciliorum approbatum; istud est hujusmodi, igitur, *&c.* Major est manifesta, quoniam omnis fidei nostræ, & Christianæ disciplinæ doctrina ab ipsis apostolis & a sacris generalibus conciliis, & eorum auctoritate habetur, quod hæc, quę legimus, sunt euangelia Christi vera; quod symbolum fidei factum fuerit ab apostolis, unde habemus nisi a sacris conciliis & approbatione ecclesię? Ipsa enim quantum ad fidem & mores pertinet pro necessitate salutis errare non possunt. Sicut Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & Gregorius, & omnes doctores confitentur & tenent. Imo Augustinus dicit: Euangelio non crederem nisi me auctoritas ecclesiæ moveret. Nunquam enim legitur ab aliquo concilio rite congregato aliquid pertinens ad fidem vel mores ordinandos, erronee determinatum fuisse, propter assistentiam Spiritus sancti regentis ipsa concilia. Ad probandum minorem habeo primo ex canonibus apostolorum 12. quæstione 1. Sint manifestæ res propriæ episcopi, si tamen habeat proprias, & manifestę res dominicæ. Ecce duplex patrimonium in potestate episcopi, proprium, & dominicum; item ea cau. & quæstione, Pręcipimus ut in potestate sua res ecclesię episcopus habeat. si enim animæ hominum preciosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam de pecuniis gerere. His addere libet decretum Pii papæ, qui longe ante Silvestrum fuit, anno scilicet domini * CLIII. ubi sic legitur: Prędia divinis usibus tradita, quidam humanis applicant usibus; & Deo nostro, cui tradita sunt, subtrahunt, ut sibi inserviant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia usibus secretorum cælestium dicata quibusdam irruentibus vexentur: quod si quis præsumpserit, ut sacrilegus judicetur. Veniat & auctoritas sancti Vrbani, qui etiam longe præcessit Silvestrum, causamque & originem, quare & quando ecclesia prędia & possessiones habere incepit, edisserit, dicens: Videntes autem summi sacerdotes, & alii atque Levitę, & reliqui fideles, plus utilitatis posse conferre, si hereditates & agros, quos vendebant, ecclesiis, quibus præsidebant episcopi, traderent, eo quod ex sumptibus eorum tam pręsentibus quam futuris temporibus, plura & elegantiora possent ministrare fidelibus, communem vitam ducentibus, quam ex precio ipsorum; cœperunt prædia & agros, qui vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere. Ipsę vero res in ditione singularum parochiarum, episcoporum (qui locum tenent apostolorum) erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus; quibus episcopi & fideles dispensatores eorum omnibus communi vita degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius poterunt, ut nemo in eis egens inveniatur; ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur, quæ domino a fidelibus offeruntur. Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus in tantum, ecclesiæ, quibus episcopi pręsident, domino adminiculante, creverunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus, ut nullus in eis communem vitam ducens, sit indigens; sed omnia necessaria ab episcopo suisque percipiat; ideo si aliquis exstiterit modernis aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur, jam dicta damnatione feriatur. Hæc Vrbanus. Finis autem iste refertur ad cap. Attendendum; infra allegatum. Et de illa damnatione hic loquuntur decreta undecim conciliorum. Primum, sequendo ordinem, voluminis decretorum in cap. Bene quidem. 96. distinctione: Secundum Martini papæ, 12. quęstione 1. Manifestæ. Tertium Antiocheni, ea causa, & quęst. Episcopus. Quartum Eugenii apud Romam, ea causa, & quæst. Nulli episcoporum. Quintum in octava synodo universali, ea causa, & quæstione; apostolicos. & cap. Non licet. Sextum in concilio Leonis papę IV. ea causa. & quęst. 2. Monemus. Septimum Vrbani papę, ea causa, & quęst. de laicis. Octavum Innocentii III. de rebus non alienandis cum laicis. Nonum concilii Lateranensis de test. cap. Cum in officiis. Decimum Gregorii X. in generali concilio Lugdunensi, cap. Hoc consultissimo; eodem titulo lib. 6. Vndecimum in concilio generali Viennensi, Clementina prima, eodem titulo. In omnibus istis generalibus conciliis, pro conservandis,

* CLVIII.

ANNO CHRISTI 1433.

regendis, & in manutenendis bonis temporalibus decreta sunt facta. Quid tandem dicam, ut materiæ conciliorum generalium finem imponam? Primum illud Nicænum concilium, in quo symbolum fidei conditum fuit, quod in missa cantatur, post dotationem ecclesiæ factum est. Et deinde omnia alia concilia, quorũ decretis, & ordinationibus regitur ecclesia catholica, & quidquid ordinationis, decoris & normæ, & finaliter quidquid boni habemus in Christiana religione, totum pullulavit ab eo tempore, quo ecclesia dotata fuit. Nam eo tempore antequam per doctrinam beatissimi Silvestri Constantinus ad fidem conversus fuisset, docendarum plebium facultas non erat, sed in varios errores erat scissa Christianitas, & omnia fere confusa & perdita erant, prout Isidorus dicit, ut supra allegatum est, & ex historiographis unicuique legenti palam est. Utique ab inimico humani generis hæc suggestio est, qui vellet ecclesiam ad illum statum deducere, ut libere posset Christianum populum laniare. Bene facit fabula de tractatu inter lupum & pastorem. Dixit lupus pastori: Quare vis expendere panes tuos ad tuttinendum canes, qui nihil laborant, sed tota die dormiunt? Et dixit pastor: Ad defensionem ovium, ne tu eas devores. Respondit lupus: Et ego hoc facio propter canes, quia molestum mihi est quod illi non laborent, & tu eos pascas, ideo cupio mihi de tuis ovibus pastum. Sed non des illis ad comedendum, & ego non accipiam: laboremus omnes ad quærendum victum. Dixit pastor: Placet mihi. Pastore non dante panem canibus, canes mortui fuerunt. Tunc lupus libere potuit invadere gregem. Ita diabolus vellet hoc suggerere, ut depauperata ecclesia non essent nisi clerici pauci, miseri, & ignorantes.

Superius etiam allegatis velim adducere decreta aliorum conciliorum, quæ etsi generalia non fuerint, tamen ab ecclesia generaliter recipiuntur, & jus commune faciunt, quia in corpore juris sunt clausa. Venire poterunt decreta Agathensis concilii 12. quæstione 1. Episcopi de rebus. [a] causa, & quæstione 2. Statuimus, & cap. Si quis de clericis. & tribus capp. sequentibus; [b] item ex concilio Ilerdensi, ea causa, & quæstione: Hæc hujus placiti; [c] item ex concilio Toletano quarto, ea causa, & quæstione, Etsi illi; item ex concilio [d] Aurelianensi ea causa & quæstione; Si quis de clericis, & cap. sequenti; [e] item ex synodo Ancyrana, ea causa, & quæst. Si qua de rebus; [f] item ex concilio Mediomatricis, ea causa, & quæst. Precariæ; item ex concilio [g] Africano, ea causa, & quæst. cap. Non habenti, & cap. Placuit; item ex VIII. concilio Toletano, ea causa & quæst. [h] Sæpe fit; item ex concilio Toletano XI. ea causa, quæst. 3. [i] Quicumque; item ex concilio Hispalensi, ea causa, quæst. 5. [k] Fixum; item ex concilio Parisiensi 23. quæst. 8. cap. Secundum canonicam auctoritatem; item ex concilio Lugdunensi de rebus ecclesiæ non alienandis, [m] cap. 1. & 2. item ex conc. apud [n] Silvanectum eo titulo; Nulli liceat alienare rem immobilem ecclesiæ. & sic ultra illorum undecim generalium conciliorum per me prius allegatorum; habemus auctoritates quatuordecim conciliorum, quas ego sic perfunctorie quærendo collegi: atque multo plures me crederem invenire, si temporis opportunitate accuratius quæsivissem. & sic habeo pro me duos canones apostolorum, decreta Pii & Urbani, qui præcesserunt Silvestrum, undecim decreta generalium conciliorum, & quatuordecim decreta aliorum conciliorum, quæ ab ecclesia generaliter sunt recepta.

In calce hujus positionis recolligere volo brevissime duodecim doctores magnæ auctoritatis in lege Dei veracissime se fundantes, qui hanc meam sententiam confirmabunt. Primus sit religiosissimus Prosper, qui, ut supra allegatum est, dicit; Expedit facultates ecclesiæ possideri, *&c.* Secundus Gregorius Nazianzenus magister beati Hieronymi: conquerens de persecutoribus suis, dicebat: Si hinc ab altari excludor, astabo illi altari, de quo David: *Introibo ad altare Dei*, &c. & infra. Numquid de cœlesti illa Jerusalem nos poterunt fugare: facultatibus defraudabunt. quibus? meis? facilius alas, quibus minime indutus sum, abscindent. Si autem ecclesiasticis, hoc utique est pro quo est omnis pugna, pro quo omne certamen. Hæc ille. Habebat ergo ecclesia facultates.

Nunc veniant quatuor principales doctores ecclesiæ; primo Ambrosius, qui ecclesiæ Mediolanensi præsidiis opulentis præfuit, & dixit: Aurum habeet ecclesia, *&c.* ut de facultatibus ecclesiæ in diversus pios usus prudenter & sagaciter administrandis, non effondendis, ostendit, in libro de officiis; unde sumpta sunt cap. 10 decretis, octogesima sexta distinctione, Non satis, & 12. quæstione 2. Aurum ecclesia habet. Et in libello de obitu fratris, ostendit se patrimonium habere indivisum cum fratre suo Satyro, quod & competens fuisse ostendit, cum ait: Et certo non erat pauper opibus, sed pauper spiritu. Bene probant prædicta cap. Convenior, vigesimo tertio, quæstione octava.

Huic succedat Hieronymus, qui in epistola ad Damasum papam dicit: Clericos illos convenit stipendiis ecclesiæ sustentari, quibus propria vel parentum minime suffragantur. Iam supra allegatum est. Et sic ostendit facultates habere, & clericos posse proprium possidere.

De Augustino autem tam a magistro Petro, quam a me plura dicta hoc probantia inducta sunt, sed etiam delectat me hoc hoc unum addere ex homilia sexta super Ioannem, ubi multa ad hoc pertinentia, sed partem brevem accipio, hæc videlicet verba: Columba ecclesia est, quid clamas? non devoravimus villas, columba illas habet. Quæratur quæ sit columba, & ipsa habeat. Nam nostis fratres mei, quia villæ istæ non sunt Augustini, & si vos non nostis, & putaris me gaudere in possessione villarum, Deus novit.

Claudat hunc quaternarium numerum sanctissimus Gregorius papa, qui ecclesiæ Romanæ præfuit, civitates & amplissima dominia obtinenti, cujus amplissimum patrimonium quam solicite prudenterque texerit; in registro ejus insertæ epistolæ manifestant. Nunc Petrum ad regendam Siciliam mittit, nunc scribit ut a colonis census non exigatus antequam potuerint fructus vendere. Nunc de præparandis navibus & frumentis ad Urbem de insula Siciliæ transferendis curam gerit, ne in Urbe tritici fiat caristia. Nunc etiam principi militiæ defendenti patrimonium ecclesiæ a tyrannis, exhortatorias literas mittit. Et alia plura hujusmodi ex ipso colliguntur registro, quæ differere longum esset. Sed hæ solicitudines atque curæ eum non impediebant, quo minus prædicationi verbi instaret, prout homiliæ quæ leguntur ostendunt, & sacrarum scripturarum expositionibus & studiis incumberet, moralium hoc probant volumina, & scripta super Ezechielem: Cum tamen pene, inquit, obsidio Urbi & barbaricus ensis civium tum cervicibus immineret; quod ex ipsius libri serie colligitur evidenter.

Habemus sex. Veniat nunc venerandæ memoriæ noster Hispanus Isidorus, cujus dictum ex tertio libro de summo bono jam superius est insertum, nec illum repeto, nec alium addo brevitatis amator.

[a] 12. q. c. 19. ex concilio Agathensi. ea eodem 12 q. 2. c. 21 & tribus seqq.
[b] Ibidem ex concilio Ilerdensi, cap. 38.
[c] Ibidem cap. 39.
[d] Ibidem c. 4. & seqq.
[e] Ibidem ex concilio Ancyrano, cap. 42.
[f] Ibidem ex concilio Mediomatricis c. 44
[g] Ibidem ex concilio Africano, cap. 50.
[h] Ibidem cap. 72. ex concilio Toletano VI.
[i] Ibidem q. 9 c. 2 ex concilio Toletano VIII.
[k] Ibidem q. 5. ex concilio Hispalensi.
[l] 23. q. 8. c. 24. ex concilio Parisiensi.
[m] Ex concilio Lugdunensi, supra de rebus ecclesiæ non alienandis.
[n] Cap. 5. ex concilio apud Silvanectum.

ANNO CHRISTI 1411.

Octavo loco ſuccedat ille devotiſſimus crucis Chriſti contemplator Bonaventura, ſuper quarto ſententiarum, diſtinctione 24. quæſtione 5. articulo 4. ubi late hanc materiam proſequitur.

Nonus erit doctor ſanctus in diverſis locis, ſed ſignanter ſecunda ſecundæ, quæſtione 185. art. 6. & 7. & in ſumma contra Gentiles, libro 3. cap. 131.

Decimo veniat Nicolaus de Lyra, quem ſuper expoſitione trium prophetiarum ſuperius jam audiſtis, quam aperte declarat hanc ſublimationem eccleſiæ in gloria & potentia temporali, tamquam ex divina ordinatione procedentem, a prophetis David & Iſaia prænuntiatam fuiſſe.

Vndecimum locum teneat venerabilis Gratianus, qui in §. Ecce 23. quæſtione 8. ſic inquit: Porro alii ſunt, loquitur de epiſcopis, qui prædia, villas, caſtella, & civitates poſſident, ex quibus Cæſari debent tributa, niſi imperiali benignitate immunitatem hujuſmodi promeruerint.

Hugo de S. Victore ſuperius ob adverſario citatus.

Claudat numerum duodenarium Hugo memorandus, quem ad hunc locum propterea reſervavi, quia magiſter Petrus illius dictum, non tamen mihi incognitum, conrulit, quo nil apertius dici poteſt, cum dicat eccleſiam civilia dominia habere poſſe, jura, reditus, & utilitates, juriſdictiones, tamen prælatus non in perſona propria, ſed per ſæculares miniſtros faciet exercere. Poſſem & plures doctores etiam allegare, ſed duodenarius numerus mihi placuit ſacro apoſtolorum collegio conſecratus.

Cum igitur ex præmiſſis ſole clarius innoteſcat, clericos qui ad hoc votum ſe non aſtrinxerunt, licite propria patrimonia poſſidere, & eccleſiam poſſe habere bona mobilia, & immobilia, privata dominia, & civilia; quomodo per ſæculare brachium, ſive per laicos, a viris eccleſiaſticis poſſunt auferri, etiamſi fuerint delinquentes? Talis ſiquidem aſſertio praxi & doctrinæ Chriſti manifeſte contradicit. Numquid tempore Chriſti erant peſſimi ſacerdotes, vitiis & ſceleribus involuti, habitualiter delinquentes, ut domum Dei facerent ſpeluncam latronum, & ex patre diabolo eos eſſe, & opera patris eorũ facere Chriſtus aſſereret? Poſſunt vix eſſe nequiores ſacerdotes, magis ſcelerati atque ſacrilegi his qui in mortem unigeniti Dei Filii conſpirarunt, non tamen eis quamdiu eorum duravit ſacerdotium, aut emolumenta, aut honorem, aut obedientiam a populo ſubtrahi Chriſtus conſuluit, non utique, imo eis præſtari & exhiberi mandavit. Vnde cum mundaſſet leproſum, ait illi: *Vade, oſtende te ſacerdotibus, & offer munus.* Matthæi 8. Lucæ 5. Et iterum decem leproſis ab eo mundatis dixit: *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus.* Ecce honorem & emolumentum non auferri, ſed exhiberi præcepit. Denuo cum, ſicut dicit Chryſoſtomus, & recitat Thomas in gloſſa continua, ſacerdotum incorrigibilem conditionem oſtendiſſet in capite præcedenti; de ipſorum tamen obedientia generalem protulit ſententiam, dicens: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. omnia quæcumque dixerint vobis, ſervate & facite.* Matthæi 23. Vnde martyr beatiſſimus Cyprianus ſic inquit, dicens: Dominus noſter Ieſus Chriſtus rex & judex, & Deus noſter, uſque ad paſſionis diem ſervavit honorem pontificibus & ſacerdotibus: quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſervaſſent. Nam cum leproſum mundaſſet, dixit illi: *Vade, & oſtende te ſacerdotibus, & offer donum.* humilitate ea, qua nos quoque humiles eſſe docuit, ſacerdotem adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum. Item idem Cyprianus cum de nequitia epiſcoporum ſui temporis queſtus eſſet, dicens: Epiſcopi plurimi, quos & hortamento oportet eſſe ceteris, & exemplo, divina

A procuratione contempta, procurationes rerum ſæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deſerta, per alienas provincias oberrantes, negotiationis quæſtuoſæ nundinas aucupari, eſurientibus in eccleſia fratribus non ſubvenire, habere argentum largiter velle, fundos inſidioſos fraudibus rapere, uſuris multiplicibus fenus augere. Nihilo minus talium contemptorem vocat hoſtem altaris, ſacrificio Chriſti rebellem, perfide perfidum, pro religione ſacrilegum, filium impium, fratrem inimicum, prout hæc ponit Auguſtinus in de baptiſmo contra Donatiſtas. Ceterum nonne tales apoſtolica ferit ſententia, dicens: *Quis es tu, qui ſervum judicas alienum? ſervus domino ſuo ſtat aut cadit*, ad Romanos 14. Clerici ſervi B domini Dei ſunt, & ſæculares nil juris aut poteſtatis in eos habent. Extant de hoc tam legum, quam canonum ſanctiones in Pariſienſi concilio: Nullus judicum clericum, aut etiam juniores eccleſiæ, per ſe diſtringere aut condemnare præſumat. & in multis aliis juribus tam canonicis, quam civilibus, quæ cum ſint notiſſima, inſerere prætermitto, optimiſque rationibus pridem magiſter Ægidius hoc fundavit. Ergo etiamſi facinoroſi ſint clerici, a laicis puniri non poſſunt. Qui enim in facinoroſum animadvertit, non habens in eum juriſdictionem, graviſſime peccat: unde Auguſtinus in de civitate Dei, & habetur 23. quæſtione 8. Quicumque percutit malos in eo quod mali ſunt, & habet cauſam interfectionis, miniſter C Dei eſt: qui vero ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum, furem, ſacrilegum, adulterum, & perjurum, vel quemlibet crimino ſum interfecerit, aut trucidaverit, vel membris debilitaverit, velut homicida judicabitur, & tanto acrius, quanto non ſibi a Deo conceſſam poteſtatem abuſive uſurpare non timuit. Nota hæc ultima verba: Gravem quidem Deo facit offenſam, & regalia & præeminentiam damnabiliter uſurpat, qui non habens ad hoc commiſſum ſibi a Deo officium, aliena peccata punire præſumit. Hoc ipſum eſſe contra legem Dei ex ſcriptura ſacra volo alio teſtimonio confirmare. Scriptum eſt Ezech. 33. eccleſiaſticorum prælatorum officium ſub ſpeculatoris nomine, quia debent populis peccatorum pericula nuntiare. Exſequitur: *Quod ſi non nuntiave-* D *rit, & inde aliquis mortuus fuerit, dicit dominus, ſanguinem ejus de manu ſpeculatoris requiram.* & ſequitur: *non populus terræ, ſed ego.* Nota verba, *non populus, ſed ego*, &c. Ideo Gregorius 25. moralium cap. 21. Quia rectores habent judicem ſuum, magna cautela ſubditorum eſt, non temere judicare vitam regentium. Neque enim fruſtra per ſemetipſum dominus æs nummulariorum effudit, & cathedras vendentium columbas evertit, nimirum ſignificans, quia per magiſtros quidem judicat vitam plebium, ſed per ſemetipſum facta examinat magiſtrorum. Nonnullis videtur in iſto Ioanne VVicleff, hujus aſſertionis principe, intueri alterum Simonem Benjamitam, qui cum deſiderium ſuæ cupiditatis in Ieruſalem non po- E tuiſſet implere, per medium Apollonii apud regem agere ſtatuit, ut templi theſaurum arriperet; prout ſcribitur 2. Machabæorum, capite 3. ſic iſte, quia, ut dicitur, epiſcopatum Vigornienſem non obtinuit, & alia ſuæ voluntatis deſideria non valuit adimplere, contra ſpolia & theſauros templi, principum & ſæcularium hominum ſtuduit animos incitare. Sed quid Heliodoro ad hanc exequendam nequitiam tranſmiſſo contigerit, ut opinor, omnes noſtis, qualiter in templo proſtratus fuerit, graviterque percuſſus, ut in ſella geſtatoria ductus ſit mutus, & de omni ſalute deſperatus. Cum hoc autem Heliodoro divina clementia miſericorditer actum eſt, ut hic corriperetur, ne in alio ſæculo damnationem haberet. non ſic cum

Invaſores bonorum eccleſiaſticorum puniuntur.

ANNO CHRISTI 1411.

ANNO CHRISTI 1433.

omnibus agitur, sed interdum Deus permittit suas eis explere malitias, quo in æterna damnatione gravius puniantur. Cum enim res quæ templo Dei offeruntur, moriantur mundo, prout lex Dei habet Levitici ultimo, & efficiantur sancta sanctorum, ut ibidem, quoniam domini Dei sunt, cujus procuratores ecclesiastici sunt, ut supra dictum est, propter culpas procuratorum res domini usurpare ratio nulla confecit, sed cum alienæ rei usurpatio furtum sit, & contra præceptum Dei in decalogo dicentis, *Non furtum facies*, res ecclesiæ usurpare sacrilegium est. Augustinus super Ioannis 41. Ecce fur est Iudas, & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualiscumque fur, loculorum, sed dominicorum; loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualiscumque furti & peculatus, peculatus enim dicitur furtum de republica, & non sic judicatur furtum rei privatæ quomodo publicæ, quanto vehementius judicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit undecumque tollere, hoc est de ecclesia tollere, quia qui aliquid de ecclesia furatur Iudæ perdito comparatur. Unde Pius papa, qui fuit anno domini [a] 153. sic inquit: Prædia divinis usibus tradita quidam humanis applicant usibus, & Deo nostro, cui tradita sunt, subtrahunt, & sibi appropriant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia usibus cælestium secretorum dicata, a quibusdam irruentibus vexentur. quod si quis præsumpserit, ut sacrilegus judicetur. Unde Urbanus papa, qui ante Silvestrum fuit, sic suo decreto loquitur 17. quæstione 4. Attendendum est nobis omnibus, ne prædia usibus secretorum cælestium dedicata, a quibusdam irruentibus vexentur. quod si quis fecerit, post debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos jure promenda est, perpetua damnetur infamia. Et hoc idem patet per multos canones, ea causa, & quæstione. item ex decreto Symmachi papæ, 12. quæstione 2. Indigne quidem ad altare Dei properare permittitur, qui res ecclesiasticas audet invadere, aut injuste possidere, aut injusta & iniqua detentione in eis perdurare. & infra: Valde enim iniquum est, & ingens sacrilegium, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel pro salute animarum, aut requie suorum unusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit, ab his quibus maxime servare convenit, id est, Christianis & Deum timentibus hominibus, & super omnia a principibus, & primis regionum, in aliud transferri vel converti permittatur. propterea qui hæc non providerit: & aliter quam scriptum est, prædia ecclesiæ tradita petierit, vel acceperit, aut possederit, nisi se cito correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, *&c.* Sunt & alia capitula plura, quæ gratia brevitatis omitto.

Levit. 27.

Aug. tract. 50. in Ioan.

Pius ep. 2. 17. q. 4. c. 12.

[a] 156.

Sed adversus hæc forsitan diabolica tentatio suggeret: Hoc verum, cum sacerdotes bene ipsis rebus ecclesiæ utebantur; secus, ubi ex ipsis rebus ecclesiasticis male vivunt. quod jam superius aperte confutatum est. Sed adhuc libet duo dicta beati Augustini adversus hanc tentationem diabolicam allegare, qui sic in homilia inquit 14. quæstione 5. Forte aliquis hoc secum cogitat, & dicit: Multi sunt Christiani divites, avari, cupidi, non habebo peccatum, si suum illis abstulero, & pauperibus dedero: inde enim illi nihil boni agunt. mercedem habere potero, si ego eleemosynas dedero; sed hujusmodi cogitatio diaboli calliditate suggeritur. Nam etiamsi totum tribuat pauperibus, quod abstulerit, addit potius peccatum, quam minuit. Et idem Augustinus ea causa & quæstione: Neque enim si agris inique ac perperam invasis ita quisque utatur, ut ex eorum fructibus largas eleemosynas faciat, ideo rapinam justificat, neque

Aug. l. 50. homiliarũ homil. 7.

August. de bono conjugii. 14. q. 5. c. 9.

A si alius rure paterno vel juste quæsito avarus incumbat, ideo culpanda est juris regula, qua possessor legitimus factus est, nec tyrannicæ factionis perversitas laudabilis erat, si regia clementia tyrannus subditus tractet, nec vituperabilis ordo regiæ potestatis, si rex crudelitate tyrannica sæviat. Aliud est namque injusta potestate juste velle uti, aliud est justa potestate injuste velle uti. Propellenda est utique talis assertio, quod propter clericorum vitia licitum laicis fit ad Christi patrimonium manus apponere. Et facile posset præbere aditum ad simile assereodum de regibus, principibus, & aliis dominis temporalibus, nec defuere qui hoc simili modo asserere jam præsumpserint, quod esse fomitem scandalorum, & seditionum & subversionis totius humanæ politiæ B cunctis intellectu vigentibus palam est. Obsecro igitur quemlibet fidelem dicens verba Ecclesiastici vigesimo octavo: *Sepi aures tuas & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito ostium & seras auribus tuis.*

Hoc unum in fine actus hujus notandum decrevi; quod per omnes ætates mundi semper in populo Dei, nisi persecutione divinæ legis instante, sacerdotes in magna reverentia & honore fuerunt, & bonorum opulentia. Tempore siquidem legis naturæ primogeniti, qui & sacerdotes erant, in honore & hereditate prærogativam præ ceteris habebant fratribus. In lege Mosaica decimas, primitias, oblationes, sacrificia, vota, & redemptiones, & ultra hæc civitates & suburbana, ut superius dictum C est. In primitiva ecclesia omnia ponebantur ad pedes apostolorum, & ipsi distribuebant omnibus. Venit demum persecutio, & tunc consonum rationi erat, ut potior pars persecutionis eos contingeret, qui Christianæ militiæ principes erant. Sed demum pace data ecclesiæ Christiani principes, fidelesque populi Christi, sacerdotibus honorem & reverentiam & temporalium opulentiam contulerunt. Hæc pro communi utilitate a Deo sic ordinata fuerunt, ut superius est probatum.

Concludam igitur cum beato Leone 25. quæstione prima: Quæ ad perpetuam utilitatem generaliter sunt instituta, nulla commutatione varientur, nec D ad privatum trahantur commodum quæ ad bonum sunt commune præfixa: sed manentibus terminis, quos constituerunt patres, nemo injuste alienum usurpet, sed intra fines proprios atque legitimos, prout quisque valuerit, in latitudine se exerceat caritatis. Nemo deformationem morum & rerum turbinem ascribat temporalibus ecclesiæ bonis. Nam & ubi magna est paupertas, deformitas morum, & turbatio non minor est, ut in aliquibus partibus Apuliæ, & in insulis Sardiniæ & Corsicæ, ubi clerus pauperrimus, ignarus & deformatissimus est. Fuerunt quoque cum multa opulentia viri sanctissimi, moresque optimi, ut patet ex prædictis; sed utique omnium E malorum horum causa potissima est perdita disciplina, patres depulerunt virgas ad corrigendum filios, obliti cõsilii Salomonis, magistri non habent ferulas, nec abbates in capitulo disciplinas, prælati dominiq; temporales non corripiunt nisi bursas, de morum disciplina in nullo statu cura habetur, omnia licentiata sunt, verecundia perdita, obedientia vero abjecta, lascivia, libidines, & voluptates omnia possident, liberæq; vagantur, dum pullulantia vitia falce correptionis minime resecantur. In tanta pessimorum morum colluvione, & veteri perdita disciplina, non mirum si ea, quæ ad bonum & malum deflecti valent, sicut temporalia bona sunt, tetrò quentur ad malum, cum etiam ea quæ de sua natura sunt optima, ipsum dico eucharistiæ dignissimum sacramentum, reprobis cedant

25. q. 1. c. 3. Leo ep. 52.

Prov. 13.

ANNO CHRISTI 1433. cedant in malum. Instauretur igitur morum disci-
plina, mores reformentur, & tunc cognoscemus aper-
te plurimum utile fore populo Christiano, ecclesiam
Dei bonis temporalibus abundare, quia eis a bonis
non nisi bene & laudabiliter uti continget. Sunt
namque necessitates plures in populo Christiano,
quibus si, ut debitum est, de bonis ecclesiæ subveni-
retur, non superfluitatem noxiam, sed fructuosam
esse bonorum opulentiam, in ecclesia palam esset.
Quot Christianorum centena inter infideles captivi
tenentur, pro quorum redemptione vasa sacra con-
S. Ambros. lib. 2. offic. cap. 28. flasse & vendidisse beatus Ambrosius gloriatur, ac ut
suprà memoravi, Ioannem papam quartum, distractis
thesauris ecclesiæ multos per Istriam & Dalmatiam
redemisse. Desuntne puellæ toro maturæ, quas pa-
rentes pauperes maritare non valent? in quibus, sicut
beatum Nicolaum fecisse legimus, essent poma au-
rea conferenda. Sunt & millia pauperum & infirmo-
rum, sunt & multa pauperum juvenum habilia in-
genia, si haberent unde possent in literarum studio
profectum facere. Possem & multa alia hujusmodi
memorare opera pietatis, quibus est de bonis eccle-
siæ succurrendum, & ad hoc instituta esse. Sciamus
nos quoque ecclesiastici, juxta verba beatissimi Au-
gustini, rerum ecclesiasticarum procurationem ge-
rere, non dominium usurpatione damnabili vendi-
care: de qua reddituri sumus in districto Dei judicio
rationem. Pauperum procuratores sumus, quos etsi
hic suppliciter postulantes, in futuro tamen sæculo
agnoscemus durissimos exactores, si ea, quæ ipsis
conferre teneamur, luxuriose vivendo in pompis &
lasciviis expendamus. dispensatores servi sumus,
Matth. 24. quos constituit dominus super familiam suam: si di-
Luc. 12. xerimus in corde nostrò: *Moram facit dominus*, &
manducaverimus, & biberimus cum ebriosis, id est,
laute vivendo, veniet dominus die qua non spera-
mus, & hora qua ignoramus, & dividet scilicet ani-
mam a corpore, partemque nostram ponet cum hy-
pocritis, ibi erit fletus & stridor dentium, Matthæi
24. Eripiat nos Deus abinde, & nos, si eripi volumus,
emendemur. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce
2. Cor. 6. nunc dies salutis. Ad hoc sumus in sacro concilio
congregati, ut pravorum morum deformitatis depo-
sita vetustate, induamus novum hominem, qui se-
cundum Deum creatus est in justitia & sanctitate ve-
ritatis, ad Ephesios 4. Hæc sunt, patres reverendissi-
mi, patres præstantissimi, quæ circa hunc articulum
censui esse dicenda, quæ vestro judicio corrigenda
summitto. Vos vero, inclyti Bohemiæ oratores egre-
gii, deprecor animo benigno, & cum bona pace su-
scipere, quoniam ad hoc sumus, ut mutuæ collatio-
nis agitatione veritas elucescat, quam nobis omni-
bus cognoscere & amplecti concedat ille, qui de se
Ioan. 14. dixit: *Ego sum via, veritas, & vita*; ut veritatem
amplectentes, per ipsum qui via est perveniamus ad
vitam gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Amen.

Hæc pars in manuscripto deest, & inde corruptio. IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris,
Filii, & Spiritus sancti. Amen. His quæ pro divini
implorationе auxilii, sacratissimæque domini nostri
Iesu Christi matris Mariæ, & omnium sanctorum
intercessionis suffragio, in prioris actus exordio præ-
missa fuerunt, nec non & protestationibus iis habi-
tis pro expressis, & præfationis nostræ medulla bre-
viter memorata, quæ videlicet hoc habet, ut ne sermo
Christi per malam intelligentiam fiat nobis in rui-
nam, ut hæreticis antiquis & novis, ut etiam magi-
stro Petro contigisse fateor, non innitamur propriæ
Hieron. in prolog. c. 1. supra in proœmio. prudentiæ, sensum nostrum, ut Hieronymus inquit,
patrum præferendo decretis: sed super intellectu
scripturæ stemus sententiæ sanctæ matris ecclesiæ,
Matth. 24. ejus dico, quæ cognoscibilis est, quæ sicut fulgur, ut
A Christi verbis utar, exit ab oriente, & paret usque in
occidentem; & sanctorum doctorum ab ea appro- ANNO CHRISTI 1433.
batorum, de quorum sanctitate & doctrina per uni-
versum orbem clarissima fama coruscat; & ne in
moneta doctrinæ decipi nos contingat, non accipia-
mus eam nisi de publica officina, quam videlicet in
sancta Dei ecclesia publice legi, recipique conspici-
mus. Oves Christi sumus, gregatim pascamur. Sæpe
quidem a lupis devoratur ovis quæ a grege se segre-
gans quærit sibi per devia pastum. Reverendissimi in
Christo patres, & domini, &c. Et rerum gravitas &
temporis exigit brevitas, ne more avium garrularum
universos ramusculos saliendo circumvolitem, sed
velut picus avis fortissimi rostri, hujus populeæ ar-
B boris trunco insiliam, & in fortitudine rostri, quam
mihi per suam clementiam altissimus donare digna-
bitur, qui suo dixit prophetæ Ezech. 3. *Ecce dedi fa-
ciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem
tuam duriorem frontibus eorum*, &c. perforato trunco
medullam excutiam, & sic arescet populea arbor
ista, quæ nunc levium frondium numerositate vires-
cens, fructu tamen sterilis, umbrositate sua segeti
Christi posset detrimentum afferre. Meministis pa-
tres & viri optimi, me in priori actu sic processisse, ut
primo loco auctoritatibus & rationibus, per magi-
strum Petrum adductis præbuerim congruum effi-
caxque responsum, paucis exceptis auctoritatibus,
quas non aliter prætermisi, nisi quia judicavi eas ad
C suum propositum parum facientes, aut nihil; sicut &
vos omnes judicare non dubito: atque si in vestra le-
gantur præsentia, diceris procul dubio quod vulga-
riter dicitur. Quid ad * rubrum? Cum enim ad ea * fort. rhombum
quæ fortiora videntur, non declinaverim responde-
re, ut quid tempus, de quo magna fit ratio, inutiliter
expendissem, aliud adhibendo responsum ad illas au-
ctoritates? verumtamen etsi tempus permiserit, etiam
legam illas. Nunc autem ad ea festino, quæ priora
videntur.

Secundo loco quatuor irrefragabilibus mediis de-
monstravi, clericis non religiosis, vel voto astrictis,
ecclesiæ quoque, & ecclesiasticis viris licitum esse ha-
bere & possidere bona temporalia, mobilia, & im-
mobilia, domos & prædia, villas, castra, & civitates,
D dotationemque ecclesiæ & dilatationem in gloria &
potentia temporali a divino beneplacito & ordina-
tione processisse, prophetarum oraculis prænuntia-
tam esse, prout quatuor textus prophetarum expo-
nunt beatus Augustinus, & Nicolaus de Lyra, & alte-
rum loquentes de gloria & potentia temporali eccle-
siæ hac ætate, a tempore videlicet Constantini. Con-
firmavi præterea positionem meam decretis 11. con-
ciliorum generalium 14. aliorumque quæ etsi gene-
ralia non fuerint, tamen ab ecclesia generaliter sunt
recepta. Attuli testimonium 12. doctorum, in lege
Dei veraciter se fundantium: commemoravi præ-
terea magnam copiam virorum approbatæ sanctita-
tis, & qui fuerunt in lege domini evidentissimi, puta
E Ambrosium, Gregorium, & similes, qui hanc dota-
tionem ecclesiæ facto approbarunt, præsidendo ec-
clesiis in temporalibus opulentis, & illa tempora-
lia administrando; & potuissem etiam afferre multo
plures.

Item dico de doctoribus & auctoritatibus decre-
torum, de quibus omnibus qualiter magister Petrus
se expediverit, omnes nostis. Nec mirum revera,
quoniam super omnia fortia veritas fortis est, & veri-
tas omnia vincit. Sed dilatat se in verborum foliis,
quæ quam levia sint ad instar popularum frondium,
procul dubio ingenia vestra magna non latet, quæ
etiam aliquantulum declarabuntur. Et cum consti-
ctus a me pridem rationibus esset, concessit civile
domioium

Anno Christi 1413.

dominium in clero non esse prohibitum materialiter, sed formaliter: quod quam sit inane, captiosaque verba ad obumbrandum mentes hominum inutiliter sine fructu, facile est videre, & hoc Deo propitio apertissime declarabo, & quamquam sua conclusio per me in priori actu fuerit penitus improbata, non insequendo terminos sophisticationis suæ, sed communem modum loquendi & usum consuetum terminorum, quem ut ipsemet dicit in secunda charta primæ positionis, declinare præsumptuose absque causa rationali, non videtur sobrietatem sapere, sed culpabiliter protervire, & utique apud realiter & non sophistice disputantes, secundum communem modum loquendi, termini accipiendi sunt, & non decet ambiguas significationes verbis allegare; sicut inquit Seneca deridendo sophistas, epistola 45. ad Lucilium; & concordat epistola 46. & 47. & Augustinus in secundo de doctrina Christiana, & inde credo divina directione, non meis meritis, sed sua gratia fuit, quod dum jam in loco essem, scriptis & dictatis per me hæc addidi verba: Solent acuti homines quadam subtili ambiguitate, & verborum tegmine obumbrare positiones suas, ut possint eas subtili disputatione, & verborum nodositate salvare, sed dum ab his non sic intelliguntur, errandi occasionem multis præbent. Non curo qualitercumque ipse accipiat terminos, ego loquor plane in eo modo quo solent a cunctis intelligi, & communi modo loquendi. Hoc tunc dixi, quod quam verum fuerit, vos videtis, evacuare visus est per simulam, restringens totam positionem suam ad civile dominium formaliter intellectum, pro quo & ipsemet dicit, & verum dicit in hoc, quod ego non darem duos Halenses, licet pro materiali darem multa centena florenorum, &c.

Sed nunc volo insequi terminos suos & ejus positionem cassam & vacuam demonstrare. habet sic conclusio sua: Sæcularis possessio, sicut & civile dominium, jure divino & humano, doctorum sanctorum sententiis, & ratione efficaci, tempore legis prohibetur clero Christi.

Primo loquitur de sæculari possessione, quam speciem possessionis, ut dixi & dico, in jure non invenies; sed si sæculare idem est quod temporale, prout exponit glossa super epistola ad Romanos decimo, omnis possessio bonorum hujus vitæ sæcularis est & temporalis. An vero aliqua sit æterna, indicate. Nolo tempus in his inutiliter consumere: sufficit mihi habere possessionem eo modo, quo jura loquuntur; quia per illa habeo commoda possessionis, quæ a jure data sunt. Ipse habeat suam sæcularem possessionem, & sicut inquit poeta: * Si tradit peregrinis imaginibus artem subtilis subtile, est ipse solus adoret, imo & satis mihi est habere dominium, quia proprietas trahit ad se possessionem, juribus vulgaribus.

Veniamus igitur ad civile dominium, & dico 8. notabili hujus positionis secundæ, quod dominium capit suum esse, & per consequens speciem & differentiam, vel a subjecto vel a fundamento, vel ab objecto, & sic ex quolibet horum trium capi potest divisio dominii in suas species & partes alias subjectivas: unde cum tres sint materies rationalium naturarum, patet quod communiter est dare tres modos dominii, ut aliud est naturale, aliud euangelicum, & aliud humanum. Hæc magister Petrus. Videtis patres & domini, quod in hac prima divisione, quæ sumitur a subjecto, non ponit civile dominium. procedamus ultra. sic dicit iterum: Secundum fundamentum dominii variantur suæ species, specialiter in homine: nam sicut aliud est jus naturale, aliud jus euangelicum, & aliud jus humanum; consequenter aliquod est dominium naturale, aliquod euangelicum,

A ut est dominium caritatis, sive vicarium, quando quis in nomine Christi accipit ab alio ministerium: Et aliquod est dominium coactum, quod variatur secundum varietatem legum, & jurium ipsum fundamentum. Hæc magister Petrus. Videtis quomodo hic accipit divisionem dominii secundum varietatem jurium, a quibus ipsa dominia suscipiunt fundamentum, imo omnes juristæ faciunt, quod accipiendo jus civile stricto modo paucissima dominia possent dici civilia. Nam fundamenta dominiorum sunt ut plurimum de jure gentium, & paucissimi modi acquirendi dominium sunt de jure civili, prout hoc apud juristas est vulgatissimum, & patet ex toto titulorum discursu de acquir. rer. dom. Et instis. de rer.

B div. Sed accipiamus latissime jus civile prout a latitudine juris humani, & ita videtur accipere magister Petrus in tertio membro suæ distinctionis, & istud est dominium per quod dicimus, Hoc meum, hoc tuum; & hoc est institutum occasione peccati originalis: quia si permansisset illa originalis justitia, nemo dixisset, Hoc meum, Hoc tuum, sed corrupta originali justitia, expediens valde fuit distinguere rerum dominia, quia ut dicit lex, communio solet excitare discordias. ff. de leg. 2. l. Cum pater. §. Dulcissimis. & alia lex: Naturale vitium est negligi, quod communiter possidetur. cod. Quomodo & quando quasta pars, in volumine leg. 2. cum aliis legibus concordantibus. Quod si omnia essent communia, prout gu-

C losi essent in mundo, pigri & inertes, & quot dissensiones & jurgia? Et de hoc dominio datur illa descriptio, quod est dominium occasione peccati humanitus institutum, incommunicabile simul ex æquo multis dominis, sed abdicabile servata justitia. Ita dixit magister Petrus. Alii dicunt, servata, vel non servata, caritate, quia * sum hoc dominium infunditur in caritate, etiam amissa caritate non perditur. Vide sanctum Thomam 2. 2. quæstione 66. articulo 3. Sed in hac diversitate non insisto, qui credo, quod magister Petrus idem fecit, nisi vellet teneri illum errorem, quem ab aliquibus audio teneri, quod quicumque peccat mortaliter, perdit dominia bonorum suorum, & sic rex regnum, princeps principatum, mi-

D les castrum, civis dominium, prædia, &c. quod magistrum Petrum sentire non credo. Nunc omnes intelligite, quod omne dominium, quod habent homines in bonis fortunæ, de quo in judiciis agunt & contractibus, dominium civile est, hoc modo civile, cum cuilibet competat talis assignata descriptio. Nam omne tale fundamentum accipit a jure humano instituto occasione peccati, & est optima consequentia a definitione ad definitum.

* for. cum hoc dominium non fundetur

Cancellarius Parisiensis in tractatu de ecclesia, ultima consideratione ultra medium, describit dominium sic: Dominium est potestas propinqua assumendi res alias velut alias, in sui facultatem vel in usum licitum, secundum jura vel leges rationabiliter institutas.

E Probare jam volo breviter conclusionem magistri Petri esse falsam, & arguo sic: Civile dominium clero Christi tempore legis gratiæ est licitum, ergo conclusio falsa. Consequentia nota, quia conclusio sua dicit, quod est prohibitum; antecedens meum dicit, quod est licitum: licitum & prohibitum repugnant, quod est prohibitum, non est licitum, ita ipse concessit in 2. quinterno secundæ positionis, charta 5. & est cunctis manifestum. Sed ad probandum antecedens allego Augustinum super Ioannis homilia 6. juxta finem, ubi contra Donatistas loquens, sic ait: Modo deficientes ubique, quid vobis proponunt, non invenientes quid dicant: villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerunt, proferunt testamenta hominum.

Ecce

Anno Christi 1411.

Ecce Gaius eis donavit fundum ecclesiæ, cui præerat Faustinus: cujus episcopus erat Faustinus? ecclesiæ, quid est ecclesiæ? ecclesiæ, dixi, cui præerat Faustinus. Sed non ecclesiæ præerat Faustinus, parti præerat; columba autē ecclesia est, quid clamas? nō devoravimus villas, columba illas habet. quæratur quid sit columba, & ipsa habeat. Nam nostis fratres mei, quia villæ istæ non sunt Augustini; & si vos nō nosciiis, & putatis me gaudere in possessione villarum, Deus novit, ipse scit quid ego de villis sentiam, vel quid ipse sufferam. novit gemitus meos, si mihi aliquid de columba impertiri dignatus est. Ecce sunt villæ. Quo jure defendis villas? divino an humano? respondeant. Divinum jus in scripturis habemus, humanum jus in legibus regum. unde quisque possidet quod possidet? nonne jure humano? nam jure divino domini est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum: pauperes & divites Deus de uno limo fecit; & pauperes & divites una terra supportat. Iure tamen humano, dicis, hæc villa mea est, hæc domus mea, *&c.* hic servus meus est, *&c.* jure ergo humano. Hæc Augustinus. Ex quo dicto duo patent: Primo quod ecclesia habet fundos & villas; Secundo quod omne dominium horum bonorum, quæ dicuntur bona fortunæ, a jure humano est. unde quisque possidet, quod possidet? nonne jure humano? Habet ergo ecclesia dominium jure humano institutum, *&c.* ergo civile dominium; a definitione ad definitum.

Veniat alius textus, quem allegat magister Petrus: dicit primo quinterno, charta quinta, quod loquitur de civili dominio, in declaratione enim definitionis civilis dominii, super secunda particula ita dicit: Ideo Augustinus distinguendo inter civile dominium, & dominium secundum differentiam commutabilitatis & incommutabilitatis, ex perfectione in esse divino, subdita humano dominio ut civili; quis, inquit, avarus, *&c.* Ipse magister Petrus posuit partem, ego ponam aliam. Nam habetur in decretis 23. quæst. 7. ita Augustinus inquit: Quod autem nobis objiciunt quod res eorum concupiscamus, & auferamus, utinam catholici sint, & non solum qui dicunt sua, sed etiam nostra in pace & caritate nobiscum possideant, usque adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, ut non attendant quam sint inter se contraria quæ loquuntur. Ipsi certe dicunt, & invidiosissime sibi conqueri videntur, quod eos in nostra communione violento legum imperio coarctamus; hoc itaque nullo modo faceremus, si eorum res possidere vellemus. & sequitur tunc particula, quam magister Petrus allegat: Quis avarus quærit compossessorem? quis dominandi cupiditate inflatus, vel fastu dominationis elatus, desiderat habere consortem? & sequitur: Ipsos certe attēdant, quondam suos, jam socios nostros, & fraterna nobis dilectione conjunctos, quemadmodū sua teneant, non solum quæ habebant, sed etiam nostra, quæ non habebāt. Hæc Augustinus, si de civili dominiu hic textus loquitur, prout & magister Petrus ex sua allegatione consequentiatur civile dominium non esse prohibitum clero Christi.

August. ep. 50 ad Bonifacium.

Nunc sicut dixit Hieronymus contra Luciferianum disputans, videam si omnes disputationum rivulos possem unico Sole ecclesiæ siccare. Et allegavit quintum, canonem Calchedonensis concilii; & ego profero canonem apostolorum, 12. quæstione 1. Sint manifestæ res propriæ episcopi, si tamen habeat proprias, & manifestæ dominicæ, ut potestatem habeat de propriis rebus moriens episcopus sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere. Ecce duplex patrimonium, unum ecclesiæ aliud proprium. Ergo non solum clerici, sed etiam episcopi possunt habere proprium. Utique si prohibitum esset clero Christi, si clerici expropriatarii esse * haberent necessario, non fecissent apostoli tale decretum; sed B. Hieronymo ad exsiccandum omnes disputationum rivulos satis esse videbatur allegare unum canonem concilii * Calchedonensis; mihi autem cum isto novo homine non sufficiunt canones apostolorum, Pii & Urbani sanctorum antiquissimorum pontificum, decreta undecim conciliorum generalium, & quatuordecim aliorum. Dicet forsan ipse, Quid te occupas recapitulando istas auctoritates? jam dixi tibi in tertio notabili; quod per illam distinctionem de civili dominio materialiter, vel formaliter intellecto, concordari possunt ista, & quod ego in materia proposita, ubi fit mentio de cleri dominio, prosequor intentum de dominio cleri civili formaliter intellecto. Et iterum charta septima, volens solvere rationes meas de Melchisedec qui fuit rex & sacerdos, & de primogenitis in lege naturæ, cum non inveniat quo evadere possit, nisi per rimulam illam, dicit: Non videntur contradicere articulo a me proposito charta octava, intelligo de possessione sæculari, & dominio civili formaliter intellecto. Et tandem secundo quinternione, charta 5. recitat conclusionem meam sub his verbis: Quod ecclesiæ prælatis & personis ecclesiasticis licitum est habere & possidere bona temporalia, mobilia & immobilia, & civilia dominia. Et dicit quod ista conclusio articulo per ipsum posito apud bene intelligentes non obviat. Videte quomodo non obviat. articulus ejus dicit, quod civile dominium est prohibitum clero; mea autem conclusio dicit, quod licitum est quoad civilia dominia; suus articulus dicit prohibitum, mea conclusio dicit licitum, & utraque de civili dominio. Sed dicit ipse: Propterea dico apud bene intelligentes, quia tua conclusio loquitur de materialiter intellecto, scilicet quod habet objectum dominabile, puta domos, prædia, villas, castra, & civitates, ita loquuntur omnes probationes per te inductæ, ego autem loquor de civili dominio formaliter intellecto. & quid intelligat per hoc, quod dicit formaliter intellecto, declarat, dum nititur respondere ad illud argumentum meum, ubi argui ex hoc quod civile dominium est res commerciabilis, & dicit sic 2. quint. charta 4. In quibus rebus adversarius innuit civile dominium esse in rem commerciabilem, quod non nego, sed civile dominium formaliter intellectum, de subjecto in subjectum migrare non posse videtur. Et ut suppono, dicens, dominus auditor pro illa habitudine præfecti ad subserviens non daret duos Halenses, ubi pro dominio materialiter intellecto, ac palpabili, de quo ipse præcipue videtur loqui, aliquot florenorum centena date minime denegaret. Et ut puto, si distinctionem civilis dominii materialiter intellecti, etiam formaliter, veraciter conciperet, contra articulum per me propositum non ita ardenter & laboriose, quamvis, ut supponitur, cum detrimento suæ animæ, laboraret. Sed quia puncta tangit subtilem, *&c.* hæc magister Petrus. In quibus verbis animam meam condemnat, sed quid mirum, si hoc agit; qui de doctoribus juris canonici loqui taliter non veretur, 2. quint. charta 4. Inter omnes cæcitates doctorum juris canonici, hæc est stultissima: & iterū: Quidquid doctores canonici somniaverint. Si autem magister Petrus tanti sit, quod ejus intellectus præferri debeat doctoribus juris canonici ad intelligendum canones & omnes cæci sint, & ipse solus videat, vos judicate, videbitisque etiam per lectionem textus, quando textus ille, de quo loquitur, non potest aliter intelligi, quam omnes doctores canonum intelligūt. Et cum dicit me cum detrimento animæ laborare. Nam cum ipse nitatur caliginem offundere ante oculos populorum, ut Hieronymi verbis utar, ego laboro flatu divinæ veritatis illam expellere: vidistis quas ta effudit ad obtenebrandum oculos populorum, quæ videntur inducere, quod clero non licet aliquid habere, sed debent clerici vivere more apostolorum in ul-

* for. deberent

* errat: posterius fuit morte Hieronymi.

tissima paupertate, & tamen omnia illa restringit ad civile dominium formaliter intellectum, quod non est transmigrabile de subjecto in subjectum, pro quo dicit esse verum in hoc quod ego non darem tres Halenses, nec quisquam alius daret, quia frustra daret pro illo quod ab alio in ipsum transire non potest. Videte quid parturivit mons iste, vel verius inflatura terræ, sicut ille poeta inquit:

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Videte quid ex omnibus istis intendat. dominium civile formaliter iotellectum, quod non valet tres Halenses, hoc dicit esse prohibitum clero Christi. Videretur nobis pulchrum negotium, quod ego quotidie clamarem contra aliquem judicem, dicens, Iste judex hon operatur justa; & cum concitassem populum contra eum, & expulissem eum ab officio, & aliquis me conveniret, dicens, Quomodo nunc tu dixisti, Iste judex non operatur justa? ecce, istam & istam sententias, quas ipse tulit, justæ sunt, quia secundum jura promulgatæ: responderem ego, Verum est quod justa operatur materialiter, sed non formaliter. Et ita ego intelligam, & dixi verum, quia sicut dicunt doctores, multi operantur justa materialiter, & non formaliter: quia ille dicitur operari formaliter justa, qui operatur ex habitu virtutis justitiæ: modo forte sont pauci qui operentur ex habitu formato, utinam ex dispositione operarentur justa. Quæ autem sit differentia inter dispositionem & habitum, tritum est; quia habitus est radicata qualitas de difficili mobilis a subjecto. Vnde ille qui operatur ex habito, operatur valde faciliter, imo, ut dicit philosophus in 5. Ethic. valde difficile est habentem habitum justitię ad justitiam habere declinare. Videretur vobis etiam pulchrum, si ego irem ad plateam, ubi venderetur panis, & dicerem, Videte hos panes, populus qui est in hac civitate non comedet eos; & postea in crastinum diceretur mihi, Falsum dixisti mihi, quia panes jam manducati sunt. Ego responderem, Dixi quia ego intelligebam formaliter, non sunt formaliter manducati, quia forma est mutata, quia non comederunt eos integros & rotundos. Quæ præstigiationes sunt istæ? quæ fascinationes? quæ cura populis est de vestris formalitatibus, & de vestris habitudinibus? Hoc autem curandum est, ut unusquisque in ea vocatione, qua vocatus est, maneat, juxta doctrinam apostoli Christi; & ut sanctus Leo dicit, manentibus terminis, quos constituerunt patres, ne quis alienum usurpet, sed infra fines proprios atque legitimos, prout quisque valuerit, in latitudine se exerceat caritatis. Ostensum est per Dei gratiam de positione magistri Petri, quam vacua sit & inanis, sed volo probare, quod omnino est falsa, & nolo relinquere sibi illud formale, licet non valet tres Halenses, ut dictum est; & ponamus sic: Homo laicus habens dominiú vel prædium, aut ut comprehendamus civile dominium, prout distinguitur contra privatum, accipiendo distinctionem ex parte objecti dominabilis, & sic communiter accipitur a juristis, prout est potestas de publico cum potestate juris dicendi. Ponamus quod sit baro, comes, vel rex, & rebus suis, prædio, castro, vel regno, non alienatis, efficiatur episcopus, tunc arguo sic: Iste est dominus istius regni, ergo habet civile dominium formaliter intellectum, accipiendo pro illa habitudine dominantis ad dominabile. Consequentia patet ex natura terminorum correlativorum. Nam ista est bona consequentia: Iste est pater istius, ergo habet illam habitudinem relativam, quæ est patris ad filium, non dico, Iste habet filium, quia tunc posset materialiter intelligi, quia habet unum servum qui est filius alterius; sed dico, Iste est pater illius, ergo inter istum & illum est habitudo relativa, quæ est patris ad filium. Sic dominus est in prædicamento ad aliquid; quia dominium, ut magister Petrus intelligit, formaliter est habitudo dominantis ad dominabile; ergo hæc consequentia est bona, Est esse dominus istius rei, ergo habet istam habitudinem dominantis ad istud dominabile, Non dico, Istud habet istud dominabile, quia bene possunt habere aliquod dominabile, ut custos usuarius vel conductor non habet proprietatem, licet magister Petrus contrariú dicat, quod an verum sit, omnes juristæ sciunt si conductor dicitur proprietarius, sed relinquamus hoc. Non dico ergo, Iste habet istam rem, sed dico, Iste est dominus istius rei, ergo habet illam habitudinem dominantia ad dominabile. Iam satis declarata est consequentia; sed antecedens probatur per canonem apostolorum præallegatum, ubi textus potestatem habebat de propriis rebus moriens episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, relinquere. Item in concilio Agathensi; De rebus propriis potest testari episcopus.

1. Cor. 7.

Nunc post tres canones veniant duæ leges in testimonium, Authenti. licentiam. cod. de episcopis & clericis. Licentiam habeat episcopus quæcumq; ante episcopatum probatus fuerit habuisse, & quæcumque post episcopatum, jure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerint, ad quos voluerit ultima voluntate transmittere. Item in alia auctoritate statim sequenti: Presbyteros autem & diaconos & subdiaconos, & cantores, lectores, quos omnes clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere sub potestatis pœna præcipimus ad similitudinem castrentium peculiorum, & donare secundum leges & testari, licet sub parentum sint potestate. Constat ergo quod episcopi & alii clerici non sunt exproprietarii, sed licite habent res proprias, de quibus possunt pro sua voluntate disponere, donare, & in testamentis relinquere, & alios de ipsis dominos facere, hoc non facit, nisi dominus civili dominio, sicut ex descriptione civilis dominii per ipsum data lucidum est videre; & sic antecedens est probatum, quod ille episcopus vel clericus est dominus illius rei; ergo habet civile dominium formaliter intellectum. Consequentia superius probata est. Sed forte diceret ipse nunc, E[illegible] non nego clericis dominium suorum patrimonio[illegible], quæ habent ex successione paterna; Et si rex Angliæ efficeretur clericus in sacris, vel episcopus, remaneret rex sicut & nunc est: sed de bonis ecclesiæ loquor, in quibus dico, quod clerici non habent civile dominium formaliter intellectum. O bone Deus, nec dixi ego, nec aliquis doctus in jure canonico, quod episcopi vel alii clerici sint domini rerum ecclesiasticarum. Nonne aperta sunt verba canonum 12. quæstione 1. Res ecclesiæ non quasi propriæ, sed ut communes & domino oblatæ cum summo timore non in alios quam in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ? Numquid & ego in primo actu in solutione ad nonam auctoritatem novi testamenti ita dixi? Vtique Deo servit prælatus, qui res ecclesiæ fideliter administrat, quorum est procurator, non dominus, prout etiam magister Petrus allegat de donat. cap. Fraternitatem. Et Augustinus ad Bonifacium: Si privatum possidemus quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed pauperú, quorum procurationem quodam modo gerimus, non proprietatem in nobis usurpatione damnabili vindicamus. Non ergo habent prælati dominium rei ecclesiæ, non ipsorum sunt dominia proprie loquendo, sed sunt ministratores. Dicuntur tamen propter ipsam administrationem domini & dominati, quia sunt administratores & dispensatores; sicut & de Ioseph dicit scriptura, quod erat dominus universæ domus Pharaonis, Genesis cap. 45. & in psal. 104. *Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.* Habent ergo clerici in bonis ecclesiæ non dominium, sed administrationem, ut iterum dixi juxta finem primi actus, legatur. Ex quibus patet quid

De donationibus cap. Fraternitatē, l. 3. tit. 24. c. 8. Aug. ep. 50. ad Bonifacium. 12. q. 1. c. 28.

Anno Christi 1433.

quid sentiam de bonis ecclesiæ, & quomodo cupiam ipsa fideliter administrari, ne in districto Dei judicio reperiantur culpabiles: Nec opus per magistrum Petrum adduci doctorum dicta ad hoc, quia & ego multa plura legi documenta sanctorum, qualiter prælati & alii clerici debent bona ecclesiæ dispensare. Sed dum ista seminat, forte aliud prætendit obumbrare, videlicet merita prælatorum ecclesiæ, unde caveat, ne incidat in illam sententiam Ambrosii 3. de officiis: Si quis non obediat episcopo, sese extollere & exaltare desiderans, quærens etiam obumbrare merita episcopi simulata affectatione doctrinæ, aut humilitatis, aut misericordiæ, is a vero devius superbit.

Dixit denuo magister Petrus in secunda die suæ replicationis sic: Domini temporales possunt auferre bona temporalia ab ecclesiasticis habitualiter delinquentibus. Suadetur sic: Reges veteris testamenti auferebant bona temporalia ad nutum divinum ab ecclesiasticis delinquentibus, igitur & reges novi testamenti possunt similiter facere ad nutum divinum, habitualiter delinquentibus sacerdotibus novæ legis. Animadvertite supplico pulchram conclusionem domini proponentis, &c. & non dicit, Licite vel de jure, sed solum dicit, Possunt, & ego dico quod non solum a delinquentibus, sed etiam a sanctis, videlicet in Totila rege Gothorum, Juliano apostata, de regibus, & dominis temporalibus, qui sunt in illa terra, quæ olim fuit Christianorum, nunc est infidelium. Deinde dicit, Suadetur sic, non dicit, Probatur, quia vidit quod non habet probationis efficaciam, sed videamus vim suasionis: Reges veteris testamenti, &c. quomodo bene probat conclusio sua! dicit simpliciter, probatio habet, Ad nutum Dei, & ego dico quod divino nutu non solum reges a clericis possunt bona auferre, sed quilibet homo ab alio homine. patet, quia non facit furtum qui Deo jubente ministerium præbet, ita dicit Augustinus in libro quæstionum Exodi, & habetur 14 quæstione 5. Dixit dominus. Et hoc modo populus excusatur a furto, quando Ægyptiorum bona asportavit; esset bona ista consequentia: Populus Israel petiit commodari sibi a vicinis vasa aurea, & argentea, & ille secum asportavit; ergo licitum est accommodata secum portare. Licitum fuit Samsoni se ipsum interficere, ergo licitum est seipsum interficere. Videat Augustinum de civitate Dei libro primo, capite 27. Norunt omnes qui sacræ scripturæ aliqualem habent peritiam, quod ex his quæ ad nutum Dei fiunt, non accipitur argumentum. Unde Beda super Actus apostolorum, & habetur 26. quæst. 2. Non exemplo Matthiæ, vel quod Ionas propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum, cum privilegia singulorum, ut Hieronymus ait, communem legem omnino facere non possint.

Sed non prætereundum quod licet Deus multoties puniat peccata non modo per legitimas potestates, sed etiam per alienigenas gentes Dei jussu excitatas, sententia est Ambrosii, & habetur 23. quæstione 5. Remittuntur. (Ambr. l. 1. de Cain & Abele. 4.) sicut sæpe propter divinæ majestatis offensam subactus est populus Iudæorum, ut ex discursu librorum Iudicum, Regum, Paralipo. & Machabæorum, liquidum esse videtur: tamen non semper talia fiunt sine peccato ab his, a quibus fiunt, ut patet in Senacherib & Antiocho, (4 Reg. 19. & 25. 1 Machab. 1.) qui propter peccata populi Israelitici ipsum populum captivarunt & afflixerunt, & ipsi a Deo gravissime sunt puniti. Nam de Sennacherib ab angelo exterminatore occisa sunt centum & octoginta quinque millia de exercitu ejus una nocte, & ipse fugit, & interfectus fuit a filiis suis. Antiochus vero cum Dei nutu multum afflixisset populum Israel propter ipsius populi peccata, tandem

A dira plaga percussus crudeli morte vitam suam finivit, 2. Mach. 9. cap. legitur. Interdum enim Deus populum suum peccantem per malos homines punit, sicut patet ex historiis prætactis. Et ut Augustinus dicit 1. de civit. Dei cap. 9. interdum flagellantur boni cum malis, non quia simul agunt malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam. Et sic solent principes facere, qui de malis hominibus faciunt lictores, ita Deus de malis hominibus, & de diabolis facit ministros justitiæ suæ. Sed tamen diaboli exequendo divinam justitiam, non merentur, neque lictor, qui causa cupiditatis implet ministerium justitiæ. unde Augustinus in quæstionibus Exodi 23. q. 5. Cum minister judicis occidit eum, quem judex jussit occidi, profecto B si id sponte facit, homicida est: etsi eum occidit quem scit a judice debere occidi. ad hoc ergo quod ex nutu Dei possit accipi argumentum ad id, quod communi lege est illicitum, primo oportet quod, ut verbis Augustini utar, de civit. Dei, cap. 26. Deum se id jubere sine ullis ambagibus intimet, ne sit forte diabolica suggestio, quia angelus satanæ interdum se transfigurat in angelum lucis. Secundo ut id exequatur solo affectu exequendi divinam justitiam, absit ab animo, (ut Augustini verbis utar contra Manichæos, & habetur 23. q. 1.) (Aug. l. 22. contra Faust. Manichæum.) quod culpatur, nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacabilitas, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua sunt similia, quæ corrumpunt animum & protrahunt a puritate zeli justitiæ ad C cupiditatis affectu, vel alterius animi passionis, quod quam sit difficile, cuncti pensate. ideo difficile est etiam justa bella agere, nam etsi justitia sit, forsan non erit in animo, aut deficiet in modo. Ad probandum suum antecedens allegavit quod Salomo dixit 3. Reg. 2. ad Abiathar sacerdotem, qui adhæsit Adoniæ fratri Salomonis, ut Adonias esset rex: *Vir mortis es, sed non interficiam te, sed vade in Anathot* &c. Item de rege Nabuchodonosor, qui habuit potestatem a Deo ducendi populum Israel cum sacerdotibus & Levitis in captivitatem Babylonicam. Videte quam sit propria hæc allegatio. Deinde ad idem allegat, 4. Regum, cap. duodec. quod Ioas rex Iuda devotissimus secundum providentiam Dei tulit omnia consecrata de templo, misitque Hazaeli regi, ut recederet a Ierusa- D lem. Allegat ulterius 4. Reg. 18. de Ezechia, qui similiter fecit. Item de David qui comedit panes propositionis. Ad ista omnia alia solutione opus non est, quam illa quam ipsa secum afferunt: ipsemet allegat quod illa nutu Dei facta fuerunt, & ideo ex eis non accipitur argumentum, ut superius dictum est. Sed præterire non volo intactum, quod aliam potestatem exercebant reges in illo templo, & sacerdotio carnali, & figurativo veteris legis, quam Christianis principibus liceat exercere in templo & sacerdotio novæ legis. Quia sacerdotium Christi præcellit sacerdotio Aaronico, triplici enim excellentia plurimum eminet, (Differentia sacerdotum novæ & veteris legis.) primo quia illud ab Aaron, istud incepit a Christo, & sic illud a servo, istud a Filio Dei. Secundo E quia illius sacrificia erant pecora, istius ipse Dei Filius est sacrificium, & Deo Patri hostia. Tertio quia illi sacerdotes ligare non poterant vel absolvere, istis datæ sunt claves regni cælorum, & dictum est ab ipsa increata Veritate: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis. & quodcumque solveris*, &c. quis jam non videt his consideratis, quanta sit differentia inter sacerdotes novæ legis, & sacerdotes veteris legis? & quam alta isti illis præemineant excellentia dignitatis? Quamquam pateniter omne claudicet argumentum, quod de subjectione illorum trahatur ad istos; bene per Dei gratiam noscunt catholici principes quod in clericos, nisi quantum ab ecclesia eis conceditur, jurisdictionem non

ANNO CHRISTI 1433.

habent, 11. quæstione 1. Sacerdotibus, legatur totum ibi de Constantino. sed ipsi principes Christi sacerdotibus in spiritualibus sunt subjecti. Vnde ille Valentinianus inclytus imperator Mediolanensi ecclesiæ dixisse legitur: Talem in pontificali sede constituere procurate, uti & nos, a quibus hoc gubernatur imperium, sincere nostra capita submittamus, & ejus monita, cum tamquam homines deliquerimus, suscipiamus necessario velut medicamenta curantis. Et quoniam, licet non fuerim præsens, extitit mihi relatum, quod pridem magister Ægidius circa istam materiam multa pulchra disseruit, hæc pro præsenti dixisse sufficiat.

Theod. l. 4. c. 5. & 6.

Denuo magister Petrus arguit decreti cap. Si tributum, 11. quæstione 1. Super verba B. Ambrosii: Si tributum petit imperator, potestatem habet agrorum vendicandorum, tollat eos, si libitum est. imperatori non dono, sed non nego utique. Si magister Petrus fuisset tam bonus decretista, quod sine præsumptionis nota posset dicere, quod doctores canonistæ fuerunt cæci, & non intellexerunt canonum textus; si ipse advertisset ad glossam, credo quod abstinuisset ab illo argumento. Nam glossa ita dicit super verbo, Potestatem de facto, non de jure: Nam sive auctoritate principis, sive alterius quis detinet res ecclesiæ, sacrilegus est. Dicet ipse nunc forte in cogitatione sua: Quid ad me de glossa? quia ipse pro nihilo habet omnes glossas & dicta sanctorum, sed non parvipendat, quoniam glossa illa tantum probat quod dicitur per textum in capite, Quisquis, 12. q. 2. & 16. q. 1. in canonibus: qui textus hoc apertissime probat, dicit enim textus in canonibus, &c. Valde iniquum & ingens sacrilegium est, quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute aut requie animarum suarum, unusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit, ab his, a quibus maxime servari convenit, id est, Christianis & Deum timentibus hominibus, & præcipue a principibus & primis regionum, in aliud transferri vel converti. Generaliter vero quicumque res ecclesiæ confiscare aut impetere vel pervadere periculosa sua infestatione præsumpserit, &c. Similiter & qui res ecclesiæ jussu vel largitione principum, vel quorumdam potentum, aut quadam invasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filiis vel heredibus suis, ut a quibusdam jam factum audivimus, quasi hereditarias reliquerint; nisi cito res Dei, admoniti a pontifice, agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Potuisset etiam glossa illa allegare plures alias auctoritates, quæ hoc probant. glossa in dicto capite in canonibus allegat multas concordantias. Præterea scienti intentionem illius capituli, veritas glossæ satis est manifesta.

Amb. cont. Auxentiũ lib. 5. ep. post ep. 32.

Contendebat beatus Ambrosius cum ministris imperatoris, qui basilicam tradi hæreticis jussu imperatoris beatum urgebant Ambrosium, unde ipse dicebat; Si tributum petit imperator, &c. Et etiam postea: Si patrimonium petat, invadite, si corpus, occurram. Vultis in vincula rapere? &c. Communis habet locutio, quando quis cum petitore contendit dicere, Vultis mihi tollere mea? bene potestis. Non quod intelligat licite & de jure, sed de facto. Et ita glossam illam communis modus loquendi veram esse ostendit.

Ambr. li. 3. epistolarũ ep. 33.

Arguit de capite, Ex his. 12. quæstione 1. quæ sunt verba Gratiani, & ideo non faciunt jus, sed nolo declinare ipsum; verum namque est quod clericus habens feudum a rege, in re feudali subest regi secundum legem feudi. Et hoc non nego, sed materia est specialis, teneat terminos suos, nec extendatur ulterius.

Arguit præterea de capite, Si quæst. finali ubi text. Patet Simoniacos velut primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus esse deputandos, & si commoniti non resipuerint, ab exteris etiam potestatibus opprimendos. Antequam ad solutionem veniam, notandum est quod non est verum simpliciter, quod omnis Simoniacus sit hæreticus. Sed ut dicunt doctores communiter, & Archidiaconus recitat in rosario, in capite, Fertur. 1. quæstione 1. Simon magus, a quo dicitur Simonia, fuit hæreticus, & ejus discipuli dicti sunt Simoniaci, & isti erant veri hæretici. Et propterea dicit textus in dicto capite, Fertur: Simoniaca hæresis, quæ prima contra Dei ecclesiam diabolica supplantatione subrepsit, &c. Ita quicumque crederet pertinaciter Spiritus sancti gratiam posse emi pecunia, hæreticus esset. Illi vero qui hoc non credentes, sed cupiditate permoti, student emere & vendere spiritualia, non sunt hæretici, quia hæresis de sua ratione formali habet habere errorem in intellectu circa credibilia fidei, & pertinaciam in voluntate, & ista deficiunt in talibus, quia non deficiunt errantes circa credibile, sed affectu depravato cupiditate, student emere vel vendere spiritualia. Et ideo non sunt hæretici, sed gravissime peccant, & in grandi periculo animæ suæ vivunt, nec fructus beneficiorum simoniace adeptorum suos faciunt, sed ad restitutionem tenentur, nec salvari possunt, si non renuntiant beneficiis simoniace acquisitis. Nunc ad solutionem illius argumenti, ex cap. Principes, 23. quæst. 5. dico, prout doctores communiter dicunt in caput, Etsi clerici, de judic. in cap. Ut famæ. de sententia excommunicationis distinctione 3. casus suos speciales, in quibus laicis potestatibus a jure conceditur potestas in clericos: & ut breviter me expediam, sæcularis potestas in clericum non degradatum & traditum non habet potestatem, nisi ab ecclesia in subsidium invocata, & ita loquuntur illa capita; quare de illis ad alios casus arguendum non est. Sed argumentum quod accipit ex cap. Principes, rogo advertatis quam formalem consequentiam facit, Licet sæcularibus potestatibus facere coercitionem clericorum per aliquam speciem terroris disciplinæ; ablatio temporalium est species terrentis disciplinæ; igitur, &c. Aliquis homo currit; ergo iste homo currit. Mihi licet aliquid facere in personam propter ipsum utilare, est aliquid facere; igitur, &c.

Post hoc arguit sic: Omne quod debet efficere potestative finem aliquem per rationabilem commensurationem mediorum ad ipsum; potest licite uti potestative subtractione excessus & additione defectus ipsorum mediorum, secundum quod congruit propter ipsam commensurationem faciendam: cum ergo sæculares domini debeant potestative efficere necessariam sustentationem cleri per rationalem commensurationem temporalium, quæ tenentur conferre clero Christi, sequitur quod possunt licite uti potestative subtractione & additione ipsorum temporalium, secundum quod congruit propter ipsam commensurationem rationabiliter faciendam. ita dicit; nec majorem nec minorem probat, sed totum sine fundamento reliquit, & sine fundamento cadet. Dico primo quod argumentum deficit, quoniam bona ecclesiarum non sunt solum propter sustentationem cleri, sed ipsa sacta residuum debet in pios usus converti; ut in primo actu latissime dixi. Præterea si ly Potestative determinat actum commensurationis, prout verisimiliter facit, neganda est minor, quia potestas talis commensurandi, cum remotione superfluorum, non est apud sæculares potestates, & nescio si ipsi concederent se teneri ad conferendum sustentationem clero, unde populus teneretur,

unde

Anno Christi 1415.

unde ecclesia non haberet, sed grave nimis esset eis. Unde bene providit divina providentia, quod dedit ecclesiæ unde vivant clerici, & etiam faciant eleemosynas populo, & non habeant gravare populum.

Deinde arguit sic: Clericis licet subtrahere sacramenta ecclesiæ laicis delinquentibus: igitur laicis licet subtrahere temporalia potestative a clericis habitualiter delinquentibus. Ista est una pulcra consequentia, nescio si in Oxonia vel Cantabrigia fiunt tales consequentiæ, bene scio quod non admitterentur; sic sequeretur a simili: Regi licet denegare jurisdictionem suam subdito suo propter delictum, quia, ut sciunt juristæ, est una species coercitionis, & de levioribus; ergo & subdito licet denegare obedientiam regi propter delictum; habet tamen omnis divini juris regula, quod superior in inferiorem habet jurisdictionis potestatem, & non econtra.

B

Denique arguit sic: Æque potestative potest stipendians subtrahere suum stipendium ab indignis operariis, sicut potest dignis ea conferre, cum ergo temporalia sunt stipendia laicorum, sequitur, &c. Videte quoniam bene facit argumentum in forma, bene accipit medium, prædicatum in minori, sub subjecto majoris haberet; dicerem, Sed laici sunt stipendiantes clericos: & tunc minor est falsa, quia non sunt stipendiantes. Bene posset dicere quod sunt solventes ea, de quibus stipendia clericis præstantur: & sic similiter argui posset, quod licet rusticis subtrahere stipendia, quæ præstantur militibus. Deinde arguit, quod rectificatio facillima clericorum esset per subtractionem temporalium, & medicina debet dari per quam aptius sanetur infirmus, &c. Ista argumenta petunt fundamentum. Oporteret primo probare quod rectificatio clericorum & medicinæ exhibitio pertineret ad laicos, & tunc esset bonum quærere, quomodo aptius fieri, alias frustra consultat de mediis, ad quem non pertinet finis. Cum ergo probatum non sit, quod laicis hoc pertineat, imo per me contrarium superius est deductum, & sic deficit argumentatio sine fundamento constructa.

C

Ulterius arguit ex cap. Quicumque 17. quæstione fin. ubi Augustinus recitat factum laudabile Aurelii episcopi, quod cum quidam non habens filios omnia bona sua, usufructu retento, donasset ecclesiæ, postea habuit filios, Aurelius restituit sibi bona. Quid ad propositum? utique nihil; sed ut magister Petrus, qui est magnus jurista, doctores omnes canonum cæcos reputans, aliquid de jure addiscat, debet scire quod cum quis non habens filios donavit omnia bona sua, filius nasceos postea habet jus ad revocandam donationem illam per titulum de inoffic. dona. Sed an in totum, sed solum in legitimam, est quæstio inter doctores: aliqui tenent quod in totum, aliqui quod tantum pro legitima: decebat autem sanctum episcopum partem benigniorem accipere, & quia illa esset in pios usus erogaturus, voluit pietate paterna consulere filii sejus, quem unum fecerat secum vinculum caritatis.

D

Demum facit quamdam suppositionem, quod clerus enormiter peccaret, si vellet interficere reum, armis acceptis militaret, spoliaret gentes, stupraret virgines, tunc non esset remedium, &c. Esset remedium, & remedia, quæ scientibus jura, & etiam utentibus ratione, facile est reperire, sed non, usurpare ecclesiæ bona, quia delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet. Et cum, ut dictum est, prælati ecclesiæ bonorum ecclesiæ sint procuratores, non domini; propter delictum procuratoris invadere bona domini non est justum.

E

Arguit deinceps sic: Quidquid clerus a brachio sæculari debet exigere, quod adjuvet eum ad tuendum & defendendum bona ecclesiæ, & etiam ad subministrandum; non autem debet exigere quod bona ecclesiæ laici sibi subripiant, & usurpent. Et auctoritas quam allegat Actorum sexto, quod dixerunt apostoli: *Non bonum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis*, videte quomodo bene facit pro ipso, an potius faciat contra. Numquid dixerunt apostoli laicis: Subripite ista bona, quæ ad pedes nostros offeruntur, quia eorum administratio impedit nos a prædicatione verbi Dei? An potius constituerunt diaconos, qui illud exercere fecerunt? Ita prælati ecclesiarum apostulos imitando, non dicunt laicis: Subripite ista bona; sed constituunt officiarios & ministros, qui illud ministerium impleant. Et ad idem tendit confirmatio quæ subsequitur, & etiam argumentum ejus finale, & eadem solutione depelluntur, licet multa ibi sermocinetur, quæ deberet primo ipse facere, postea docere.

Denuo arguit ex illo, Privilegium meretur amittere, &c. Et dicit dotationem ecclesiæ esse privilegium. Ad hoc multa possent dici, tamen illud sit brocardicum, & multas habeat limitationes; sed hoc sufficit pro præsenti, quod quando privilegium confertur in non subditum, potest per concedentem non revocari. Præterea dotatio ecclesiæ non habet naturam privilegii, sed est ex donationibus vel ultimis voluntatibus, quæ in dominio alicujus translata sunt, per successores illorum non revocantur, quantumcumque illi, qui tales res habent, eis abutantur quare tale jus vel actio illis successoribus nullo jure competit.

Arguit demum de correctione euangelica, quæ quomodo faciat ad propositum, bene videtis: finis namque illius, secundum euangelium, est: *Dic ecclesiæ, & si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus*. Tandem facit unum argumentum, hoc habens in effectu, quod sicut licitum sit auferre gladium de manu phrenetici, ne se interficiat, ita licitum est auferre bona temporalia a clerico, qui abutendo interficit animam suam. Ista comparatio quam sit efficax omnibus habentibus oculos est manifestum, cuicuique enim licitum est auferre gladium de manu phrenetici, ne ipso abutatur, ergo unicuique licitum est auferre bona cujusque ab eis abutentibus. Si hoc concederetur, quanta occasio spoliandi alios præberetur, quantaque seditionis & turbationis occasio? Non ita consulit Augustinus, sed dicit, Forte aliquis cogitat, &c. est in primo actu, & habetur 14. quæstione 5. cap. Neque enim si agris.

Matth. 18.

Augustinus de bono conjugali, capite 14. & supra in fine primi actus.

Post hæc ad rationes meas nititur respondere, & ut quantum illæ responsiones valeant cunctis sit notum, legam utrasque; Totius effectus solutionum est, quod omnes auctoritates per me introductæ loquuntur de clericis non delinquentibus habitualiter, sed manifestum est quod non procedunt, quia auctoritates meæ loquuntur de nequissimis sacerdotibus, & habitualiter delinquentibus, qui domum Dei fecerunt speluncam latronum, & in mortem Christi Dei Filii conspirarunt, & de episcopis, qui cathedra relicta, plebe deserta, aucupabant nundinas negotiationum & usuris inserviebant, ut ex earum lectione lucidum est videre.

Ultimate sic subjungit: Videtur quod Christus subtractionem temporalium a sacerdotibus prophetavit, & pro suo tempore hujusmodi subtractio est implenda. dicitur Matth. 14 *Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta*, id est, ipsum templum, secundum Lyram, quia per Romanos fuit destructum, nec reædificabitur amplius. Hæc Lyra. Item Matth. 21. *Auferetur a vobis regnum Dei* super quo Lyra: Id est regimen ecclesiæ, alias regnum, *& dabitur genti facientes*

 cientes

A *cienti fructum ejus*, id est, apostolis & eorum successoribus. Hæc Lyra. Videte manifestam calumniam, scripturas quæ loquuntur aperte de Iudæis, dicit esse prophetias de clero, & ad sui confusionem ipsemet offert expositionem Lyræ, licet ex textu euangelii satis sit clarum. Dicit: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*, id est templum, quia per Romanos fuit destructum. Quales sunt istæ probationes, tales sunt omnes aliæ quas adducit calumniose, sophisticè, extorte, & puræ cavillationes. Repeto igitur admonitionem illam ex verbis Sapientis ecclesiastici 28. dicens cuilibet Christiano: *Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito ostium, & seras auribus tuis*, &c.

Et sic est finis quarti articuli: Deo gratias.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium*.] Hæc synodus a Martino V. ejus nominis pontifice indicta, ope & auxilio Sigismundi adhuc regis, ex præcepto Constantiensis concilii congregata fuit eo fine, ut in ea de moribus fidelium reformandis & curia Romanorum in melius mutanda ageretur, & Bohemorum motus, turbæ, seditiones & hæreses componerentur. Præsidem concilii instituerat Iulianum Cæsarinum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, sedisq; apostolicæ legatum. Post obitum Martini Eugenius papa prædecessoris sui institutum secutus idem concilium confirmavit, & ut inchoaretur prædicto Iuliano serio demandavit. Cumque maxima prælatorum multitudo ex universo orbe Latino Basileam in dies singulos confluxet, atque XIV. Kalendas Augusti, anno 1431. tertio pontificatus Eugenii, synodus inchoata esset, multa de reformatione Romanæ ecclesiæ in ea tractari cœpta fuere. Qua in re dum illi sub specie reformandæ reipublicæ Christi pleraque Romanæ ecclesiæ privilegia, eaque in primis quæ maxime necessaria erant omnino tollere & antiquare studerent, Eugenius papa legatis sedis apostolicæ revocatis, concilium, cujus inchoationem antea approbaverat, dissolvit & Ferrariam transtulit, ea præcipue de causa, quod Græci de unione cum Romanis tractanda actuei eum locum delegissent. Quam ob causam, quæ circa concilii inchoati continuationem, Eugenii papæ judicium & depositionem, acta fuerunt, & pluribus sessionibus gesta, infra summatim describuntur.

* Non in hoc, sed ex hujus decretis plerisque.

In hoc concilio, auctore Gaguino libro 10. edita * est pragmatica sanctio, apud Bituriges a Carolo septimo Nonis Iulii anno 1438. probata, & in senatu Parisiensi tertio Idus publicata.

Quid actū in concilio.

Novissimam illam reformationem ordinis sancti Benedicti in eadem hac Basileensi synodo confirmatam esse testatur Paulus Langius in chronico Citizensi his verbis: *Insuper re-* D *formatio illa novissima ordinis divi patris nostri Benedicti, quæ nostris temporibus in Saxonia, monasterio ut dictum est Clusa, primum exorta, & secundario in Bursfeldia transplantata radices altius figens, propaginesque suas per Germaniam paulatim dilatans, & hinc a loco propaginis Bursfeldensis appellata, in eodem concilio (quemadmodum clare in prologo diurnorum nostrorum ordinarii continetur) & confirmata & approbata fuerat, præsidente ejusdem concilio domino Iuliano sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Sabinæ diacono cardinale*, &c.

Quid cum Bohemis actum.

Quid Bohemi per Sigismundum imperatorem, perque synodicas literas patrum Basileensis concilii, ad synodum vocati egerint, quosve articulos concilio proposuerint, a quibus iidem orationibus desuper habitis refutati fuerint, quaque deinceps ratione cum Sigismundo legatisve a concilio deputatis transigentes sese moribus ac ritibus ecclesiæ conformaverint, certaque compactata (ut vocant) inierint, refertur apud Æneam Silvium de hist. Bohem. cap 49. & 50. Copiose vero hæc omnia describuntur in fragmentis quibusdam. E *De vocatione Bohemorum ad concilium Basileense*, & ibidem hinc inde actuatis. Quæ ab eodem Ænea Silvio (ut videtur) scripta, eacusa reperiuntur post caput 50 Æneæ Silvii in hist. Bohemica illius editionis, quæ cum reliquis Bohemicarum rerum scriptoribus ex bibliotheca Marquardi Freheri prodiit anno 1602.

Quatuor illæ orationes, quibus a Ioanne de Ragusio, Ægidio Carlerio, Henrico Kalteisen, & Ioanne Polemario, ad quatuor Bohemorum articulos responsum est, quasque Henricus Canisius in lucem emisit, ex eius antiquis lectionibus accepte extremam hujusce tomi duodecimi partem constituunt. Post pacem in conventu apud Iglaviam oppidum compositam, vigore factæ promissionis Bohemi legationem miserunt ad concilium, quæ, libello supplice patribus concilii oblato, (quem in supra allegatis fragmentis invenies) petivit Bohemorum subditis licentiam dari communionem sub utraque specie sumendi, aliisque porrigendi. Ex responsionibus,

A quæ prædicto fragmento subjunguntur, non satis liquet, an quod petebant circa communionem impetraverint. Ex historia Bohem. apud Silvium cap. 52. constat in prædicto conventu promissum esse Bohemis, in omnibus, præter quam in communione, ritibus ecclesiæ se conformantibus, quod post editam hac de re concilii definitionem sint obtenturi licentiam sub conditionibus ibidem recensitis, porrigendi communionem laicis sub utraque specie panis & vini, modo illud per legationem sibi concedi postulaverint. Conventa inter legatos synodales & Bohemos edita, quæ apud Silvium prædicto loco recensentur, ista sunt. *Bohemis ut Moravis ecclesiasticam unitatem pacemque complectentibus, seque in ceteris omnibus, præterquam in usu communionis utriusque speciei, universalis ecclesiæ fidei ritui conformantibus, auctoritate domini nostri Iesu Christi, & ecclesiæ sponsæ suæ, sub duplici specie, panis scilicet ac vini, his qui consuevissent divinæ eucharistiæ communicare licebit: an id vero ex præcepto Dei fieri debeat, generale concilium Basileæ congregatum definiet, &* B *quod utilitati fidelium saluti que congruat lege in perpetuum valitura constituet. Quo facto, si perseveraverint Bohemi in ejusmodi communionis desiderio, idque omissa legatione petierint, facere conveniat Bohemiæ ac Moraviæ sacerdotibus communicandi sub utraque specie personas sibi subjectas & in annos discretionis constitutas, & qui id reverenter postulaverint, libertatem impartietur ea conditione adjecta, ut inter communicandum plebem publice instruant, non sub specie panis carnem Christi tantum, nec sub specie vini solum sanguinem, sed sub qualibet specie totum & integrum contineri Christum.*

Quæ conventio cum Bohemis inita.

Hæc Silvius de calicis promissione facta, quem per dispensationem re ipsa concessum & indultum esse ea conditione ut diversum usum velut erroneam improbarent, neque se ab ecclesia catholica in ceteris ritibus & dogmatibus sejungerent, testatur chron. lib. 21. Polyd.

Vsus calicis qua conditione Bohemis concessus.

b *Basileense*.] Sic dictum a Basilea, quo in loco hæc synodus per undecim annos celebrata fuit, ut prima & ultima ses- C sio ejusdem concilii attestantur. *Est autem Basilea*, auctore Adr. Rom. in suo parvo theatro orbium, *vulgo Basil, sita ad fluvium Versam & Rhenum. Nomen Basileæ verti variis deducunt. Beatus Rhenanus a trajectu, quem Gallica lingua Pas vocant, originem traxisse existimat, ut sit dicta Basilea, quasi Passilea; aliquibus Augusta Rauracorum dicitur. In hac civitate insignis est urbana munditiei atque amœnitas, in præsertim, quibus a tergo est viridarium divi Petri, & Prædicatorum cœnobium, amplas areas & hortos amplissimos habentibus, & quæ Rhenum aspectant. Templorum satis magnus est numerus. Dividitur in duas civitates, una est ex parte Galliæ, vocaturque Basilea magna, est que antiqua civitas episcopalis. Altera Basilea minor ex parte Germaniæ. Conjungitur utraque civitas ponte ultra Rhenum constructo. Hanc civitatem anno 1460. Pius pontifex academia ornavit, cujus primus rector fuit electus ejusdem anni die quarto Aprilis, isque Georgius von Andelaw præpositus Basileensis. Illustrat* D *eam etiam hodie typographorum solertia.*

Inchoatum fuerat concilium Senis, sed justis de causis isthinc per Martinum quintum translatum Basileæ usque ad annum domini 1442. continuatum est & absolutum. Decreto Constantiensis concilii statutum fuerat ut Papiæ celebraretur, qua de causa acto illud Martinus quintus isthinc Senas, atque iterum Senis Basileam transferre voluerit, chronicon Germaniæ his verbis enarrat: *Advenerat jam tempus conveniendi ad concilium Papiæ celebrandum, sed cum pestilente constitutione infesteretur Papiense salum, placuit pontifici concilium transferre Senas: cum quo illuc ex multis nationibus convenirent, multi quidem ex largitionibus promissis contra Martinum moliebantur, ut de pontificatu dejiceretur, quod ubi animadvertit pontifex, statim concilii conventum dissolvit: & ne quis calumniari posset pontificem sibi timere, statuit post septem annos synodum generalem celebrandam, eique concilio locum deputavit Basileam*. Paulus Langius in chronico Citizensi Lausannæ anno domini 1448 prævia obsidione urbis E dissolutum & dissipatum fuisse, atque ex glorioso principio humilem finem consecutum esse, scribit. Idem indicatur in bulla Nicolai V quæ ad finem sessionis 45 addita reperitur, ibi tamen nihil aliud actum fuisse invenitur, quam quod intercessione Friderici imperatoris Felix V antipapa creatus ad pacem ecclesiæ conciliandam, ad acta Basileensis concilii improbanda, pseudopontificatum resignaverit, eaque de causa pacis & unitatis gratia approbaverit quæ de beneficiis in concilio Basileensi constituta fuerant.

c *Oecumenicum*.] Oecumenicum fuisse nemo negaverit, quod auctoritate pontificis indictum, sub præsidio Iuliani cardinalis continuatum est eo usque, donec, illicita potestate usurpata, in pontificem Romanum, omni judicio & subjectioni coactioni conciliæ sui divino exemptum, judicium suum ipsi convertent, & pontifex legatum suum omnesque alios episcopos avocaret. Quando vero post horum discessum, synodus sub præsidio cardinalis ejusdem Arelatensis continuata, invitoque pontifice prorogata est, non tantum œcume-

Oecumenicum fuit.

œcumenicum, sed etiam legitimum concilium esse desiit.

Quibus decretis reprobatum.

d *Ex parte reprobatum*, &c.] Hanc synodum auctoritate legitima reprobatam esse constat ex sessione undecima concilii Lateranensis infra sub Leone X. celebrati; ubi *conciliabulum schismaticum, seditiosum, & nullius prorsus auctoritatis non immerito* appellatur. Nam eo tempore, quo concilium in pontificem sententiam pronuntiare ausum est, non erat in concilio legatus pontificis, omnesque præcipui episcopi discesserant, & quidem cardinalis Arelatensis munus præsidendi sibi assumpserat: & quia episcopi paucissimi erant, introduxerunt in synodum ingentem multitudinem presbyterorum, ita ut, contra omnem formam conciliorum, non episcoporum, sed presbyterorum synodus esset. Deinde eodem tempore agebatur Florentiæ concilium alterum, in quo præsidebat summus pontifex, & cum eo sedebant episcopi Latini & Græci sine comparatione plures quam essent Basileenses, & una cum episcopis sedebat imperator Græcorum, & legatus imperatoris Latinorum, ut nullo modo dubitari posset, utrum ex duobus esset verum concilium ecclesiæ generale.

Tertio. Deus quoque sententiam suam dicere volens tam horribili peste Basileam tunc affligebat, ut major pars eorum patrum, qui ibi erant, vel extincti vel recedere coacti fuerint. Quæ omnia refert Æneas Silvius in historia concilii Basileensis, cui ipse interfuit.

Quarto. Patres concilii eos qui missi erant ab Eugenio quarto ut concilio præsiderent juxta morem conciliorum universalium, recipere noluerunt.

Quinto. Quia nulla decreta concilii unanimi consensu conclusa fuerunt: tum quia multi prælati & doctores utriusque juris ejusmodi decretis restiterunt: tum etiam quia in fraudem legatorum, quos a Castellæ & Angliæ regibus missos in itinere esse, atque synodo jam appropinquare cognoverant, sessione 18. festinabant definire illud, cui dictos legatos nolle assentiri sciebant.

Quæ acta concilii Basileensis approbata fuerint.

Dixi hanc synodum ex parte tantum reprobatam esse, C quia cum Felix V. antipapa schismaticus ad unitatem & concordiam ecclesiæ componendam, hortatu Friderici tertii imperatoris pseudopontificatum resignasset, actaque omnia Basileensis conciliabuli suo ipsius judicio quasi improbasset, Nicolaus V pacis gratia approbavit eas constitutiones quæ de beneficiis ecclesiasticis edictæ ac promulgatæ fuerunt: reliqua omnia quæ aliorum conciliorum decretis & constitutionibus non sunt desiota, judicio ejusdem Nicolai sententiam prædecessoris sui Eugenii hac in re imitantis, rejecta & improbata fuerunt. Viderit ergo Paulus Langius, qua ratione erroris maculas huic synodo injustas abstergere conatur.

e *De auctoritate concilii*] Vide quæ de hac controversia dixi supra in notis concilii Pisani I. tempore Alexandri V. Qua ratione autem hæc circa Eugenii depositionem gesta fuerint, summatim singulas sessiones compendiose describendo breviter meo more coarctabo.

Primæ sessionis acta summatim recensita.

Anno domini 1431. die 23. Iulii inchoatum est concilium. D septima Decembris in ecclesia sancti Leonardi convenientes decreverunt primam sessionem celebrandam esse die Veneris, 14. Decembris in ecclesia Basileensi primaria. Quod cum per publicas literas valvis ecclesiæ affixas singulis intimasset, omnesque ad concilium convocare solitos præsentes mandassent, tempore statuto prædicti patres convenerunt, primamque sessionem inchoarunt: qua cum præses concilii, habita oratiuncula, omnes episcopos sui officii memores reddidisset, in præsentia legatorum regis Sigismundi, & Amedæi ducis Sabaudiæ, lectum est decretum Constantiense de celebrandis post lapsum quinquennii aut septennii generalibus conciliis. Addita est lectio bullarum Martini quinti & Eugenii, quibus Basileam pro loco concilii designatone, cum Senis inchoatum ex justis causis isthinc transferri opporteret, neque ibidem continuari posset.

His ita peractis monentur patres concilii, ut fidei Christianæ propagandæ, paci procurandæ, moribusque reformandis sedulam operam impendant, de rebus in synodo peragendis domi secum diu multumque cogitent, cogitataque libere proferant. Deinde constitutum fuit quo modo quove gestu singuli se habere deberent: quod dignitatibus nihil præjudicii generari debeat, si vel loco inconveniente sederint, vel ordine præpostero sententiam suam dixerint. Ne vero illi, qui ad concilium convocati sunt ulla ratione impedirentur, eodem privilegio donati sunt, quo patres concilii Constantiensis, quos sub pœna excommunicationis soli pontifici reservatæ non modo non spoliare, aliisve injuriis afficere, sed neque per viam aresti alibi detinere aut impedire licebat. Similis pœna constituta fuit in eos qui vel verbis vel factis, palam vel occulte, per se vel per alios concilium impedire, turbare aut dissolvere conati fuerint. Insuper decretum est, ut qui totius ecclesiæ causa concilio intersunt fructus beneficiorum suorum plene & perfecte percipiant. Ad extremum ordinati fuerunt notarii, inspectores A notariorum, concilii promotores, & sedium ordinatores, a quibus dum singuli instrumenta actorum petiissent, finita fuit sessio I.

Anno 1432. XV. Kalendas Martii habita est sessio II. cujus initio declaratum fuit hanc synodum Basileæ legitime congregatam fuisse: postea confirmantur decreta concilii Constantiensis de auctoritate concilii œcumenici, ejusque potestate ac jurisdictione super Romano pontifice, de episcoporum accessu non impediendo, quodque sine licentia nemo ante finem concilii discedere debeat, *&c.* Sessio II.

29 Aprilis anno 1432 sessione tertia judicarunt ad exstirpandam Hussitarum hæresim, motusque bellicos in Bohemia sedandos, ipsius Eugenii papæ præsentiam necessariam esse. Quam rem dum patres concilii molirentur, ex sinistra informatione motum fuit, pontificem dissolutionem concilii attentare. Quod ne fieret per oratores certos a se deputatos rogarunt. Sessio III.

B Quarta sessione, quæ celebrata fuit anno 1432. XIV. Kalendas Iulii, concessus est salvusconductus omnibus ad concilium vocatis, vel in eodem conniventibus de fide articulos proponere volentibus. Vacante vero ad concilium cardinalibus inhibetur, ne sede vacante novam electionem alibi quam in sacri concilii loco aggrediantur, papæ autem insinuatur, ne extra locum concilii ullos cardinales creare, vel a concilio eosdem avocare præsumat. Sessio IV.

Sessione V. quæ habita est in vigilia sancti Laurentii, judices, auditores, procuratores & præcognitores, notarii, aliique officiarii, constituti sunt cum eo mandato, ne ullius causæ judicium ultra tres menses protrahant, neve pendentes in concilio ad curiam Romanam, vel alio avocari patiantur. Sessio V.

Anno 1432. sabbato, sexta Septembris, sexta habita fuit sessio, in qua promotores concilii magister Nicolaus Amici & Hugo Barardi Eugenii quarti contumaciam accusarunt; quod concilii præsensam dissolutionem non revocasset, nec citatus per se vel legatos comparuisset. Tarentinus & Colossensis archiepiscopi, episcopus Magalonensis, & C Antonius de sancto Vito, aliique pro Romano pontifice intervenientes, judicis incompetentis exceptionem, judiciique illius, quo pontificis causa agitaretur, nullitatem allegarunt. Pro cardinalibus vero ad judicium synodale vocatis allegata est justa causa absentiæ. Interpositæque decreto causæ inquisitio duobus episcopis demandata fuit. Sessio VI.

Sessione VII. habita anno 1432. Novembris terminus instrandi conclavis ad eligendum novum pontificem est prorogatus: cardinalibus vero contumaciter remanentibus pœna privationis imposita fuit. Sessio VII.

Sessione VIII. cum Eugenius IV. decreto sessionis III. non obtemperaret, sub obtestatione divini judicii, & per viscera misericordiæ Iesu Christi monitus est secundo, ut infra 60. dies prædictam dissolutionem & convocationem congregationis sub nomine concilii generalis publice revocet; concilio adsistat, & reliqua primis decretis impleat. Quod si non faciat, futurum decernitur ut sine ulteriore citatione contra D eum procedatur, omnes ejusdem promotiones & ordinationes ecclesiasticæ a tempore contemptæ paritionis factæ cassentur. Cardinales sub pœna amissionis omnium beneficiorum ad concilium citantur, iisque ut a curia Romana recedant mandatur. Præter Basileense nullum aliud concilium haberi permittitur; ceteræ congregationes schismaticæ conventicula vocantur. Bononiam euntes ecclesiastici sub nomine generalis concilii excommunicantur, & beneficiis ipso facto privantur. Statuitur ne beneficia eorum qui concilio intersunt per pontificem conferri possint. Alienatio, infeudatio & impignoratio bonorum ecclesiasticorum interdicitur. Sessio VIII.

Anno 1433. 22. Ianuarii habita est sessio IX. qua concilium recipitur, aliique processus, quos de regni ducatibus & dominiis adimendis Eugenius papa Sigismundo imperatori, Vvilhelmo Bavariæ duci, aliisque concilio adhærentibus intentarat, annullantur & rescinduntur. Sessio IX.

Sessione X. quæ habita est anno 1433 19 Februarii, post E extensionem & ampliationem decreti altius sessionis VIII. de beneficiis eorum qui concilio intersunt non conferendis, Eugenii quarti contumacia est accusata, quod præsensam hujus concilii dissolutionem non revocarit, quodque tempore statuto, neque per se, neque per legatos comparuerit, sed etiamnum in contumacia persevereret. Quare petitum est, eumdem papam velut contumacem damnari, diemque & locum ad hunc actum exercendum decerni. His auditis, decretum est ut Vicensis & Novariensis episcopi per literas valvis ecclesiæ affixas inquirant anne Eugenius quartus, aut alius aliquis substitutus, adesset, qui ejus nomine coram synodo comparere vellet. Nemine comparente, deputati sunt qui, actis contra Eugenium habitis diligenter perlectis, ea de re in concilio statum causæ referant, ut deinceps prævia deliberatione in causa ejusdem definitive pronuntiari possit. Sessio X.

Sessio XI. in ecclesia majori Basileensi 27. Aprilis anno 1433. Sessio XI.

1433 celebrata est. In hac statutum est primo, quod Romanus pontifex per se vel legatos communi cardinalium consensu eligendos conciliis generalibus cum omnibus personis ecclesiasticis, quæ de iure tenentur sub pœna suspensionis & depositionis interesse debet. Secundo constitutum est, quod pontifex nemini, ne quidem cardinali, accessum ad concilium prohibere possit; quodque ad concilium accedere volentibus licentiam impartiri teneatur, concilium prorogare, congregatum dissolvere, aut de loco in locum sine concilii expresso consensu transferre non possit. Tertio statutum est, ne hoc præsens concilium Basileense citra expressum omnium consensum dissolvatur. De modo celebrandi concilii in Constantiensi synodo definito additum fuit, ut electores papæ ante conclavis ingressum iurent, quod si quis eorum electus fuerit, hæc decreta servare velit.

in Sessione 39. Constantiensi

Sessio XII.

Sessio XII. habita est 13 Iulij anno 1433. In qua Eugenii quarti contumacia iterum est accusata, quod nec tot oratorum rationibus, nec totius concilii precibus, nec Sigismundi imperatoris crebris legationibus motus concilio interesse dignaretur. Qua de causa patres concilii in eum varia convicia sparserunt, utpote qui nihil intenderet aliud, quam ut ecclesiam pessumdaret, sibi vero suisque successoribus ius acquireret non solum rituum sacrorum conciliorum abrogandi & ea pro libito dissolvendi, verum etiam decreta promulgata abolendi. Et quamquam post expectationem sequutam veterentur, ne frequentior dilatio pontifici concessa fiduciam bonæ actionis generaret, ideoque iam sententiam definitivam in eum pronuntiare parati essent; tamen ad instantiam domini imperatoris tertiam dilationem concedentes, ipsum Eugenium IV. citarunt, & orarunt ut dissolutionem revocet, decreta facta approbet, legitime inchoatum & continuatum declaret, atque ita concilio adhæreat, & huic decreto intra sexaginta dies obtemperet. Quæ si non faceret, contumax & ab omni administratione pontificatus suspenderetur, omnesque subditi ab eius obedientia, fidelitate & iuramento absolverentur. De electionibus hac sessione constitutum est, ut prælati canonice eligerentur sine ullis, quas vocant, reservationibus. Nemo nisi ætate legitima, moribus gravis, & doctrina præditus, in sacris ordinibus constitutus, & iuxta sanctiones canonicas idoneus episcopus eligatur. nullæ intercessiones admittantur: pontifex pro confirmatione electionis nihil penitus recipiat: ne tamen detur salarium, non quod prælaturæ aut beneficio, sed tantum quod æquivalens sit, & respondeat laboribus & operis in scripturam impensis.

Sessio XIII.

Sessio XIII. habita est anno 1433 die Veneris 11. Septembris in ecclesia maiore Basileensi. In qua post accusatam contumaciam Eugenii papæ, quod infra 66. dies concilio non adhæserit, & decreto satisfacere neglexerit, promotores concilii urserunt, ut in pœnas in decreto contentas pontifex condemnaretur. Imperator per legatum proprium, simulque per Gulielmum ducem Bavariæ synodi protectorem rursus instat pro dilatione 30. dierum. Idem fecit magister civium, aliique nonnulli nomine concilii & civitatis Basileensis, promittentes nunquam deinceps pro dilatione quidquam acturos. His de rebus legati sedis apostolicæ per famam informati accesserunt ad synodum, allegantes præfixum terminum sexaginta dierum necdum elapsum: ideoque contra pontificem nihil decernendum esse. Præses generalis concilii legatos male esse informatos respondit, petiitque declarari, num papa concilio per se vel per legatos suos adhærere velit. Cui interrogationi dum nihil responderetur, prorogata est dilatio triginta dierum, quæ in gratiam imperatoris iterum concessa fuit. Dimissis sedis apostolicæ legatis per decretum synodale, omnia contra patres vel quoscumque alios in concilio præsentes irritantur, læsi in integrum restituuntur, occupantesque beneficia eorum qui in concilio intersunt excommunicantur.

Sessio XIV.

Anno 1433. septimo Idus Novembris habita est XIV sessio, in qua terminus sexaginta dierum Eugenio iam pridem concessus prorogatur, eique formula certa adhæsionis a Concilio præscribitur. quæ comparituris acta synodalia confirmet, & quidquid ipsa contra synodum eiusque personas dixit vel constituit cassum & irritum pronuntiet. Eaque occasione futurum promittitur, ut omnes se ad oscula pedum Eugenii submittant, illumque tamquam unicum & legitimum Petri vicarium agnoscant & venerentur.

Sessio XV.

Sessio XV. celebrata est in ecclesia maiori Basileensi anno 1433. sexto Kalendas Decembris. Hac statutum est, vel potius renovatum, ut in qualibet diœcesi ad minimum semel in anno, idque octava resurrectionis domini, vel alia die, secundum consuetudinem diœcesium, per diœcesanum in propria persona (nisi canonicum fuerit impedimentum) vel per vicarium ad hoc idoneum, celebretur aliqua synodus diœcesana, quæ ad minimum biduo vel triduo duret, nisi episcopis aliter visum fuerit: quaque hoc sedulo procuretur, ut plebani ad diligentem animarum curam agendam admoneantur, statuta provincialia & synodalia legantur, in vitam & mores a diœcesano solertes inquiratur, simonia, usuræ, concubinatus, fornicationes, aliique excessus corrigantur; aliquanones rerum ecclesiasticarum caveantur: clericorum abusus tollantur; clausuræ monialium stringantur; in ingressu ad religionem nihil exigatur; contra hæreses, sortilegia, incantationes sedulo & acriter animadvertatur; visitatores diœcesis instituantur, qui per annum diœcesim lustrantes synodalia ubique observari, non emendata ad proximam synodum deferri, & delinquentes debite puniri procurent. Eadem sessione constituitur, ut a fine generalis concilii infra biennium & deinde ad minus semel quolibet triennio in loco tuto celebretur concilium provinciale, cui archiepiscopus cum suffraganeis ceterisque prælatis sub pœna suspensionis interesse teneantur, in quo istius admoneantur episcopi, ut ordines & beneficia canonice conferant, bona ecclesiæ usui illicito non applicent, suique officii rationem reddant. Metropolitanus vero tamquam omnium pater monebitur ut a vitiis desistat, missis interim illius excessibus ad Romanum pontificem, si qua in re deliquerit. Exortas provinciæ lites synodo provinciali sopire contendat, & ad futurum generale concilium mittendas personas idoneas cum sufficienti provisione designet. Ad monasteria quod attinet, mandatum est ut monachi & religiosi omnes tria substantialia professionis vota diligentissime observent.

Sessio XVI. celebrata est ipsis Nonis Februarii anno 1434. In hac Eugenius per literas postulatas synodo satisfecit. Concilium Basileense ab initio legitime continuatum fuisse & prosequi debere; dissolutionem, ac si nulla fuisset, irritam pronuntiat, ipsumque concilium cum omni devotione & favore adiuturum spondet: literas in palatio apostolico in præiudicium concilii promulgatas, processus censuratum, privationum & suspensionum cassat & revocat: læsos in integrum restitui mandat.

Sessio XVI.

Per secundam bullam nullum & irritum esse declarat quod patres concilii, contradicente pontifice, quasi sine ipso generalis concilii potestatem haberent, statuere & sancire præsumpserint, citationes, processus & sententias contra papam, iura & libertatem sedis apostolicæ & cardinales emiserint, creationes officialium, collationes beneficiorum: nullas esse decreverint, omnibus ne pareant sub gravi pœna præceperint.

Tertia bulla decretum sessionis duodecimæ de adhærendo infra 60. dies concilio, & mandato cardinalibus dato non parendi sub pœna privationis, nullum & inane esse declarat ea defectu potestatis, & exinde quosque processus & collationes in vim decreti factas & deinceps futuras, irritas esse decernit, mandatque sub pœna excommunicationis, ne ullum clericum Romanum curiam sequentem in sua possessione turbent. Quartas literas suo scitu confectas esse negat, excusans se, quod quidquid hactenus concessum est, illud scandali & schismatis evitandi causa fecerit, quodque ecclesiam turbare noluerit, nec concilium dissolvere: sed ad evulsionem hæreticorum & reformationem abusuum initio pontificatus per Iulianum sancti Angeli diaconum cardinalem Basileæ synodum celebrari iusserit: cumque Iulianus postea locum minus idoneum esse perscripsisset, ipsum concilium non dissolvisse; sed Basileam cum Bononia commutasse optavisse: ideo quod octo pene mensibus post terminum præfixum, nec doctores ulli, paucique prelati, cum tribus tantum episcopis adfuissent; quodque Austriæ & Burgundiæ duces bello inter se contenderent.

Ad constitutionem Constantiensis concilii de synodo universali non intermittenda, respondit eam nihil de temporis prorogatione edidisse, nihilque hac in se constituisse quod successores pontifices obligare potuerit: utpote qui synodalibus decretis exempti illis non aliter obedire teneantur, nisi bonum publicæ pacis vel ecclesiæ id iure naturæ postulet; maxime quia leges concilii positivæ sint, quibus papa concilio superior obligari non possit. His addit, quod illi sine iusto præside universalem ecclesiam repræsentare nequiverint, adeoque post dissolutionem concilii factam citra consensum pontificis illi non tam concilium quam conciliabulum celebraverint. Quamobrem se nequaquam induci posse, imo vitam se potius amissurum esse declarat, quam ut priora acta approbet, contentumque fore ut concilium deinceps fiat & hactenus fuerit, & ad finem producatur modo ipsi patres omnia attentata contra pontificem & sedem apostolicam revocent, legatosque papæ velut præsides summosque concilii iudices agnoscant.

Eugenius declarat se synodali decreto non esse subiectum.

Eadem sessione, die sabbati 24. Aprilis anno 1434. comminatio hoc impium decretum pronuntiatum, quod oratores papæ constitutionem concilii Constantiensis, qua pontifex concilii potestati coactivæ subiicitur, iuramento confirmare & approbare teneantur.

Sessio XVII.

Sessioni XVII. quæ habita est Basileæ in ecclesia maiori sexto Kalendas Maij anno 1434. Sigismundus imperator cum plurimis ducibus eorumque prælatis mitras albas in capite gestantibus interfuit. In hac post quinque legatos pontificios concilii præsides, adempta illis omni iuris-

dictione

dictione conclusa, admissos; actum est de modo proceden[illegible] [illegible] quod fere [illegible] xta sit conveniendum, præsidisque [illegible] ordine subsequens admitti debeat.

Sessio XVIII. Sessione X[illegible] habita [illegible] Kalendas Iu[illegible] [illegible] de [illegible] stantiensis, quod statutum est generale concilium [illegible] immediatè a Deo habere talem, cui papa, etiam in negotiis fidem [illegible] ecclesiæ concernentibus, obe[illegible] teneatur.

Sessio XIX. Sessionis XIX. anno 143[illegible] VII. Idus Septembris celebratæ initio actum est de modis unionis inter Græcos & Latinos ineundæ. Placuit ut si Basileam adduci non possent, alius aliquis locus [illegible] eligeretur: quodque [illegible] impensis [illegible] Græcis ex oriente advehendis necessarias [illegible] debeant, utique paratis partes [illegible] [illegible] mensem unum ab adventu Græcorum Basilea recedere, & ad eum locum acc[illegible], quem patriarcha & imperator Constantinopolitanus eligendum duxerint.

Præter hæc ordinatum est hac sessione, ut diœcesani locis, [illegible] viros, quorum [illegible] possint [illegible] suos agnoscere, & audiendum ad [illegible] prædicationem [illegible] dam compelli. Item renovata sunt [illegible] decreta antiquorum conciliorum quibus Christiani communicationes cum Iudæis in fide, moribus [illegible] interdicuntur. Qua de causa [illegible] & locum habitationis separatum habeant. Baptizatis Iudæis concessum est, ut ea quæ [illegible] acquisiverunt retinere possint. Pauperibus eorum [illegible] ecclesiæ provideri mandatur, simulque conversis omnibus præcipitur, ut cæremonias [illegible].

Sessio XX. Sessione XX. anno 143[illegible] XI Kalendas Februarii publici concubinarii a perceptione fructuum tribus mensibus [illegible], & si concubinam statuto tempore non dimiserint, omnibus beneficiis privantur. Illi vero publici concubinarii esse [illegible], qui vel confessione propria vel evidentia facti tales sunt, vel qui saltem mulierem de incontinentia suspectam [illegible] non dimittunt. Ne tales pecuniaria mu[illegible] [illegible] sub anathemate interdicitur. Filius inde ex concubinatu natis apud patrem habitare non permittitur. Laici similiter ut concubinatu abstineant serio monentur. De vitandis excommunicatis hic repetitur [illegible] Constantiensis synodus hac de re iam ante salubriter [illegible].

Sessio XXI. Sessione XXI. habita anno 143[illegible] die Iovis 9. Iunii, annatæ pro beneficiorum collatione & electionum confirmatione [illegible] velut simoniacæ repr[illegible]duntur. Tri[illegible] beneficii possessorem non esse turbandum decernitur. Ad horas canonicas [illegible] & debita gravitate cantandas bene constitutum est, ut clerici tunica talari & superpelliceis [illegible] medias [illegible] longis sine confabulationibus choro intersint. In matutinis post Venite, in missa post ultimum K[illegible], in reliquis horis post pr[illegible], chorum ingressus [illegible] admittatur, vel [illegible] velut absens habeatur; [illegible] singulas horas distribuantur: additumque ut privatim horas [illegible] easdem clare ac distincte legant: ut vagantes per ecclesiam totius diei præsentia careant: ut symbolum Nicænum integre canatur [illegible] nullo [illegible] festis die[illegible] larvas & theatra [illegible] illi loci, qui in [illegible] Innocentium usurpari solebant, ab ecclesia [illegible]cantur.

Sessio XXII. Sessione XXII. anno 143[illegible] Idibus Octobris e[illegible] demnantur hæreses F. Augustini de Roma, o[illegible] Christum [illegible] peccare; non omnes fideles iustificatos esse membra Christi [illegible] per vinculum caritatis solum neminem Christi [illegible] effici. Vide quæ de eius scriptis refert Possevinus in apparatu sacro, verbo *Augustinus de Roma.*

Sessio XXIII. Session XXIII. [illegible] Kalendas Aprilis anno 143[illegible] sanctiones de R[illegible] pontificis e[illegible]ctione innovantur; statuunt, ut decima post obitum die conclave cum Spiritus sancti invocatione [illegible]dinales ingrediantur duos dun[illegible] famulos secum assumant: cæremoniarum causa clerici duo, quorum unus sit notarius, acc[illegible] tamen [illegible] omnia victualia [illegible] cubiculis [illegible]. Ci[illegible] perquirantur [illegible] admittantur. Cardinales [illegible] completa scrutinia nullus [illegible]. Electus [illegible] professionem fieri [illegible] generalium [illegible] tollere, [illegible] ecclesiasticam iuvare, curiam [illegible] reformare, [illegible] ditiones fideliter gubernare, [illegible] quæstum [illegible] commendet.

Eadem sessione [illegible] consanguineum vel affinem [illegible] ducem, marchionem, feudatarium [illegible], Urbis vel etiam provinciarum præsidem constituat, ne constitutum cardinales approbent omniaque cardi[illegible] consilio gubernet. De numero & quali[illegible] hac sessione constitutum est [illegible] tantum 2[illegible] modi, qui in [illegible] cuntra & moribus [illegible] experientia sint excellentes, [illegible] maturi & graves, licentiam vel doctoratum in iure vel theologia habentes: neve electi sint consanguinei denti[illegible] vel aliorum cardinalium, nullaque tregua attiacc[illegible] præditi.

Sessio XXIV. Sessione XXIV. anno 1436. VIII. Kalendas Maii celebrata promissio legatorum qui pro unione cum Græcis secundo Constantinopolim missi erant acceptatur, approbatur, ratificatur, tempusque pacti complendi ad annum prorogatur. Salvusconductus Græcorum imperatori, patriarchæ, aliisque 700 personis [illegible], licet [illegible] non fieret. Cumque per auream bullam imperator Græcorum & per plumbeam patriarcha Constantinopolitanus se ad aliquem locorum accessuros promisissent, pro impetrandis necessariis hanc in rem impensis promulgatæ & concessæ sunt plenariæ indulgentiæ iis qui in hunc finem tantum, quantum quisque integra septimana familiæ sustentandæ [illegible], contribuerent.

Sessio XXV. Sessione XXV. quæ habita fuit anno 1437. Nonis Maii, de loco futuri œcumenici concilii statutum est, quo vel Basileæ, vel Avenione, vel in Sabaudia Græci [illegible] cumque sint eminentiæ, [illegible] consentire. Pro sumptibus [illegible] omnibus ecclesiasticis exemptis & non exemptis decimæ impositæ fuerunt.

Sessio XXVI. Sessio XXVI. anno 1437. pridie Kalendas Augusti celebrata fuit, qua Eugenium papam [illegible], quasi nulla exhortatione ad morum emendationem, & abusuum correctionem trahi potuerit, electioni bonorum [illegible] assensum non præbuerit, beneficia simoniace [illegible], concilio Basileensi non adhæserit, bonos expulerit, [illegible] pecunia dignitates contulerit, synodalia priorum pontificum decreta revocarit, in concilio legatos solverit, cardinalium consilia respuerit, dispensatione sibi credita abusus, patrimonium Petri perdiderit & diminuerit, subsidia in conductionem Græcorum conferenda per multiplicatas in contrarium indulgentias impediverit, iuramentum præstitum non servarit: quare cum una cum cardinalibus iterum citarunt.

Sessio XXVII. Sessione XXVII. habita anno 1437. VI. Kalendas Octobris absente a concilio pontifice cardinalium electionem [illegible] cessuri, eas quas ante fecerat cassas & irritas esse pronunciant, & quidem nominatim eam, qua Eugenius cardinalitiæ dignitati mancipaverat patriarcham Alexandrinum. Bullam eiusdem Eugenii, qua Florentiam vel Utinum pro loco concilii futuri designaverat, nullam esse decernunt. Cumque pro unione Græcorum cum Latinis prosequendis impensas contulissent, metuerentque ob hanc de causa pontifex civitatem Avenionem cum comitatu Venaysino & dominiis sibi adiacentibus aut venderet aut oppignoraret, alienationem eius omnino prohibent.

Sessio XXVIII. Sessio XXVIII. habita est die Martis I. Octobris anno 1437. In hac promotores concilii monitorium & citationem contra Eugenium reproduxerunt in originali, eumdemque contumacem declarari petierunt, quod in termino peremptorio præfixo non comparuisset. Qui deinde per duos episcopos [illegible] alta voce citatus ex ambone declaratus est absens, ideoque contra eumdem ulterioribus procedendum esse.

Sessio XXIX. Sessione XXIX. anno 1437. [illegible] Idus Octobris celebrata causæ, ob quas pontifex Basileam œcumenico concilio destinari [illegible], refutantur. Avenionem commodiorem esse Basilea vel Sabaudia negatur. Cumque Eugenius concilium Ferrariam [illegible] cogitasset, eoque Constantiensis concilii decreta in[illegible]geret, illiusque iudicem se constitueret, approbationem factam revocaret, decretum Basileense vilipenderet, declarat synodus præsentiam concilii dissolutionem & translationem Ferrariam cum censuris [illegible] præcepit [illegible] ut intra 4. menses cum vera satisfactione sub pœnis suspensionis & depositionis conatibus desistat. Omnes bullas transferendi concilii cassat. Ferrariam adeuntes & Eugenii mandato obtemperantes excommunicat.

Sessio XXX. Sessio XXX. [illegible] Kalendas Ianuarii, anno 1437. qua decernitur quod [illegible] sacerdotes communicare sub utraque specie non astringantur, quodque ecclesia potestatem habeat ordinandi modum [illegible] iuxta quem non conficientes eucharistiam sumere debeant. Additur [illegible] esse quod sub specie panis non tantum car[illegible] [illegible] sanguis [illegible], sed sub qualibet specie Christus totus continetur. Consuetudinem laudabilem [illegible] a patribus introductam, diutissime observatam, a doctoribus eximiis commendatam, pro lege habe[illegible] nec [illegible] ulli hominum licere eam vel reprobare [illegible] ecclesiæ immutare.

Sessio XXXI. Sessione XX[illegible] Kalendas Februarii, anno 1438. de causis litigantium statutum est, ut qui ultra quatuor dietarum [illegible] Roma [illegible] aguntur illo loco ubi exortæ sunt, appellationes [illegible] ad sedem apostolicam interpositæ [illegible], introductaque appellatio ad eiusmodos [illegible]

ptus

prua partium in loco committatur. Cum apud concilium indictum Ferrariæ causæ agitentur voluit synodus causas qualcumque pendentes & commissas, perque appellationem ad sedem apostolicam devolutas apud hanc synodum tractari. Eadem sessione de beneficiorum collationibus constitutum est, ac pontifex Romanus nulli deinceps quascumque ex causa expectativas, quas vocant, concedat. Reservationes particulares quæcumque in posterum annullantur: beneficia non nisi doctis & literatis conferantur, eo ordine & modo quo in conciliabulo præscribitur. Post hæc Eugenius velut contumax ab omni administratione pontificatus in spiritualibus & temporalibus suspenditur, eamdem ad concilium devolutam esse decernitur. Reges aliique laici monentur. Ecclesiasticis sub pœna excommunicationis & suspensionis mandatur ut, ea durante suspensione, ipsi Eugenio non obediant.

Sessionis XXXII. acta.
Sessio XXXII. habita fuit anno 1438. IX. Kalendas Aprilis: in qua priori loco pro futura celebranda synodo designato duæ pluresve partes synodi firmiter inhærerent illudque concilium quod ab Eug[illegible]o Ferrariæ celebrandum indictum fuerat, cum ipso Eugenio ceterisque omnibus qui interessent, excommunicatur.

Sessio XXXIII.
Sessio XXXIII. celebrata fuit anno 1439. XVII. Kalendas Iunij, in qua, ad ostendendum quod Synodus immediatam a Christo potestatem habeat, tres assertiones, quas veritates fidei perperam nominant, ponunt hasce. 1. Concilium est supra papam & quemlibet alterum. 2. Quod papa non possit concilium legitime congregatum sine eius consensu, vel pro sua auctoritate dissolvere, aut in aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre. 3. Qui prædictas assertiones pertinaciter impugnat hæreticus esto

Sessione XXXIV.
Sessione XXXIV. habita anno 1439. IX. Kalendas Iulij, vigore Constantiensis concilii, sessione IV. & V qua placitis concilii refragantes & obedire nolentes ad condignas pœnas condemnantur, synodus Eugenium tamquam contumacem, præceptis ecclesiæ inobedientem, violatorem canonum synodalium, unitatis ecclesiæ perturbatorem, simoniacum, periurum, incorrigibilem, schismaticum, a fide devium, iurium & bonorum ecclesiæ perditorem, a pontificatu depositum declarat, inhibetque ei ne deinceps talem se gerat, Christianos omnes ab eius fidelitate & obedientia absolvit, omnibus sub pœnis hæreseos, & omnium beneficiorum dignitatumque privatione obedientiam vetetem interdicens.

Sessio XXXV.
Sessione XXXV. VI. Idus Iulij, anno 1439. statuta renovari synodalis supra promulgari, decernitur quod non nisi potissimorum patrum votis consentientibus concilium dissolvi possit aut debeat, quodque post sexagesimum depositionis diem ad novi pontificis electionem procedi debeat.

Sessio XXXVI.
Sessione XXXVI. anno 1439. XV. Kalendas Octobris celebrata declaratur sententiam eam quæ tuetur quod beata Virgo, præveniente & operante gratia Dei singulari, originali peccato obnoxia non fuerit, piam, sanctam, cultui ecclesiastico, fidei catholicæ, rectæ rationi, & sacris literis consonam, ideoque tenendam esse. Ut festum conceptionis beatæ Virginis deinceps VI. Idus Decembris convenienti honore celebretur indulgentiæ in eum finem promulgantur.

Sessio XXXVII.
Sessione XXXVII quæ anno 1439. IX Kalendas Novembris habita est, ad futuram pontificis electionem stabiliendam, constitutum est ne sede vacante aliter quam per concilium pontifex eligatur, quodque ante sexagesimum diem vacantis sedis ad electionem procedi non debeat, habeaturque ille pontifex, quem duæ partes suffragantium & voventium electorum cardinalium elegerint. Eadem sessione constitutum est, ut omnes electores eucharistiam sumant, & deinde ante ingressum conclavis iuramentum secundum decretum sessionis XXIII. emittant. De electo statuitur ut in præsentia notarii & decem testium infra diem naturalem consentiat: sin minus, electio irrita sit; priusquam grave quid incipiat vel tractet, in loco concilii coronetur, se catholicum semper fore, concilia generalia ob[illegible]turum, pro hæresibus extirpandis diligenter laboraturum, conciliumque inchoatum continuaturum promittat.

Sessio XXXVIII.
Sessione XXXVIII anno 1439. III. Kalendas Novembris celebrata synodus carpit Eu[illegible]ium, quod edito Florentiæ libello translationem prædicti [illegible] & conventiculum (ut vocant) Ferrariense defendat, quodque [illegible] Basileensem & decreta Constantiensis concilii [illegible] ad malum sensum trahere dicat, circa veritates supra recensitas pronunciet, nec tamen speciat quo sensu [illegible] easdem approbet. Ipsum vero libellum, quo patres Basileenses [illegible] Eugenius debitis ecclesiasticis censuris perstringit, [illegible] omnibus collegiis & universitatibus, laicis & ecclesiasticis interdicit, neve eumdem publicent, aut eidem credant seu faveant, censuris damnationis vel reprobationis in eo contentis (quas nullas declarat) obedientia [illegible] moveantur, seve [illegible] cipit. Sancitur etiam synodus hac sessione, ut defunctis ecclesiarum & cœnobiorum prælatis, absentes non exspectentur, quique plurium quam duorum dierum itinere absunt ad electionem non vocentur, nisi aliud alibi peculiari statuto & consuetudine receptum fuerit. Ad futuram o[illegible] ut pontificis electionem iuxta decretum sessionis XXXVII. supra enarratum, constitutæ sunt triginta duæ diversarum nationum personæ, quæ unacum notariis aliisque ministris ad electionem legitime prosequendam necessariis proxima sessione conclave ingrederentur.

Sessio XXXIX.
Sessio XXXIX. habita est anno 143[illegible]. XV Kalendas Decembris. In hac illi viri, qui præcedente sessione Spiritus sancti conclave ingressi, septima die quintoque [illegible] Amedeum ducem Sabaudiæ, qui in so[illegible]tudine R[illegible] jamdiu continenter vixerat, iuxta sacros canones in pontificem Romanum elegerunt, eamque factam electionem patres concilii approbarunt & confirmarunt.

Sessio XL.
Sessio XL. anno 1440. IV Kalendas Martii celebrata: in qua dum synodus Ludovicum cardinalem sanctæ C[illegible], aliosque episcopos & abbates cum Ioanne comite in Thiersteim ad electum Amedeum pro pontificatu suscipiendo ablegasset, eumque magnis precibus ad consentiendum & acceptandum induxisset, post insignia pontificatus illi collata, & iuramentum ab eodem præstitum, factam electionem publicarunt, imposito illi nomine Felicis V eumdem pro vero pontifice agnoscendum, eidem sub censuris suspensionis, privationis & excommunicationis obediendum esse decreverunt, annullatis & cassatis iis omnibus quæ Eugenius IV. contradixisset vel edixisset.

Sessio XLI.
Sessio XLI. celebrata est anno 1440. X Kalendas Augusti. In hac synodus calumnias, conv[illegible]a, aliaque iniuriosa scripta contra Felicem V. ceterosque huius concilii patres publicata & evulgata, una cum insertis comminationibus pœnarum, nulla & irrita esse declarat. Omnibus vero, cujuscumque status, ordinis, dignitatis vel conditionis fuerint, eadem synodus præcipit sub omnibus censuris, ne hos libellos iniuriosos accipiant, prædicent, publicent, defendant, nisve quovis pacto consentiant aut obediant; aut istorum libellorum prætextu illius beneficia occupare vel impetrare, aut quidquam in eorum præjudicium facere præsumant.

Sessio XLII.
Sessione XLII. anno 1440 pridie Nonas Augusti decernitur decimas omnium ecclesiasticorum proventuum, cuiuscumque nominis fuerint, Felici papæ eiusque collectoribus pro nova provisione sustentationis & interdicti persolvendas esse, non obstantibus ullis privilegiis vel constitutionibus. Si tamen aliqua natio se gravatam allegat, moderationi Felicis V synodus omnia committit. Statuitur etiam, quod dictæ decimæ semel tantum quolibet anno exigantur, quodque Germaniæ beneficia, quorum reditus quinque marcas argenti annuatim non excedunt, his non includantur. Collectoribus mandatur, ne quidquam ultra statutas quotas vel decimas exigant, vel pro suo labore petant, sed salario ex camera Felicis illis assignando sint contenti, moderateque in exigendis decimis agant, ne ornamenta ecclesiæ vendantur. Item ne personæ solutionem negligentes, & exinde excommunicationem incurrentes, Romam vel ad curiam venire teneantur.

Sessio XLIII.
Sessione XLIII anno 1441 Kalendis Iulij constituitur ut ad turbas ecclesiæ sedandas, pacemque & unionem fidelium intercessione divæ Virginis impetrandam, debita solennitate festum visitationis beatæ Virginis celebretur [illegible] Nonas Iulij. Qui matutino processionibus, concioni, missæ officio, primis aut secundis vesperis interfuerint, pro quolibet officiorum eorum dierum indulgentiis donantur.

Sessio XLIV.
Anno 1442. V. Idus Augusti habita est [illegible]sio XLIV. qua illi qui concilio [illegible] fuerant, eaque de causa ad instantiam nonnullorum apud [illegible] eorum pontificem suis beneficiis spoliati erant, in integrum restituuntur, violentique detentores expelluntur & denunciantur ea conditione, ut ni[illegible] ante [illegible]fixum terminum possessionem beneficiorum vel ipsi detentores evacuent, vel eam ipsa collegia evacuari non procurent, graves censuras incurrant: de [illegible] tis fructibus cum priore iusto possessore transigi & compo[illegible] mandatur concediturque ad extremum ut contra inobedientes & contumaces brachium sæculare imploretur.

Sessio XLV.
Anno 1442 XVII. Kalendas Iun[illegible] habita est [illegible] ultima, qua, ad conciliis Consta[illegible]tiensi & Ba[illegible]ensi obtemperandum, pro loco futuri concilii nominatur Lu[illegible]unum urbs Galliæ, ubi gravissimas ob causas post [illegible] ab hoc die [illegible]tandum [illegible]enerale concilium celebre[illegible]. Omnibu[illegible] aliis, patriarchis, prælatis, aliisque inte[illegible] debentibus præcipit[illegible], ut statuto tempore accedant. [illegible] V. concessum est, ut statutum terminum abbreviare possit. Cum finem [illegible]tamen, quod patres non [illegible]tendant Basileense ho[illegible] co[illegible] dissolvere, sed potius continuare & absolvere, si modo respublica Basileensis [illegible] uritatem hucusque con[illegible] concessam servaverit illæsam. Quod si vero impedimentum aliquod inciderit, pro continuatione huius concilii

nominatur civitas Laufanna provinciæ Bifuntinæ, qui eft locus ad generale concilium celebrandum aptiffimus & maxime idoneus. Quid ibidem geftum fuerit, & quando, ex bulla Nicolai quinti, quæ huic feffioni in actis fubjungitur dixi fupra verbo *Bafileenfe*.

f *Inchoatum anno* 1431. &c.] Conftat evidenter ex actis concilii. Sunt qui aliter fentiunt, fed fortaffe acta fynodalia vel non viderunt, vel non accurate infpexerunt.

ANNO CHRISTI 1438.

a CONCILIVM *BITVRICENSE PRO APPROBATIONE PRAGMATICÆ SANCTIONIS *Avarici Biturigum Aquitaniæ metropoli celebratum anno domini MCCCCXXXVIII. tempore Eugenii papæ IV. & Caroli VII. Francorum Christianiffimi Regis.

* Alii vocant conventum ecclesiæ Gallicanæ Biturigibus habitum; editio Regio-luparea conciliabulum ex Binio paaum Gallis eque appellat.

* ** Nimiam Severini Binii brevitatem fupplebit editio fummæ conciliorum M. Ludovici Bail doctoris propœnitentiarii Parifienfis quæ Roberti Gaguini non mutilatum textum & nonnulla alia repræfentat ad pragmaticæ fanctionis promulgationem atque abrogationem fpectantia. Neque tamen hic fubjungitur integra una cum titulis & diftinctionibus, qualis olim ante concordatum in ufu apud Francos erat a M. Cofma Guimerio Præfide Parienfienfi anno 1486. commentariis, atque a Philippo Probo, Biturico, quibufdam additionibus præcedenti fæculo illuftrata, cũ ob rationes mox fubjiciendas, tum quod anno 1666. recufa fuerit in hac civitate Parifienfi cura Francifci Pinfonii, Biturici, in fuprema Galliæ curia advocati.

** ** CONCILIVM BITVRICENSE PRO recipienda pragmatica fanctione tempore Eugenii quarti & Caroli feptimi an. 1438. cum reprobatione ejufdem pragmaticæ fanctionis.*

Exteri qui concilia in unum corpus redegerunt aut tacent de hoc concilio, vel ita perftringunt ut lectoris appetitum fciendi non fatient. Nos ergo quos rerum noftrarum tractatio magis fpectat, paulo plura de hoc concilio congeremus, quorum cognitio lectoribus noftris ingrata forfan non erit.

Porro occafio hujus concilii, quod alii vocant conciliabulum non fecus ac præcedens Perpinianenfe; fuit quod cum duo concilia fimul in ecclefia celebrarentur unum Bafileæ ab anno 1431. alterum Florentiæ, & ad utrumque concilium invitarentur omnes præfules Galliæ, ut quid fieri expediret in hac difficultate, præfules Biturigibus convenerunt, ubi re difputata caufam concilii Bafileenfis fufceperunt, legitimeque ac juftis de caufis congregatum effe, nec poffe inde transferri multis rationibus contenderunt: quare regem Chriftianiffimum hortantur, ut mittat legatos ad Eugenium quartum, quibus ipfum roget, ut potius continuare velit concilium incœptum Bafileæ, quam novum fub nomine tranflationis inchoare, &c.

Dum hæc tractarentur acceperat Rex indiculum multorum canonum ex decretis concilii Bafileenfis conflatum, qui peropportuni videbantur pro bono regimine ecclefiæ. Quare mittit illum indiculum ad epifcopos Biturigibus congregatos ut approbarent. Rem accipe ex Gaguino in Carolo feptimo.

Apud Bafileam Eugenii quarti Romani Pontificis affenfu congregato concilio, iis quibus ecclefiafticam dignitatem tueri mandatum erat, leges communi omnium fententia rite digeftas fanxerunt: quas a Carolo admitti miffis ejus rei caufa oratoribus petierunt. Legum hæc capita fuere.

1. Romanus pontifex quoque decennio generalem fynodum loco quem volet pofthac congregato: fi negligens erit, poteftas efto patribus id defignandi. Convocati concilii locum, nifi neceffum erit, pontifex non mutato.

2. Bafileenfis conventionis authoritas, & ipfius contra decretorum perpetua efto; quę nemo unquam, nec ipfe Romanus pontifex tollere, infirmare aut transferre præfumito.

3. Romanus pontifex majores ecclefias, metropoles fcilicet atque epifcopales, collegiatafque, aut eas quibus abbates præficiuntur, & ecclefiafticas dignitates, quæ per electionem fibi deligere rectorem confueverunt, nemini refervato. Præter eas quæ jure fcripto, vel Romani principatus caufa fibi permittuntur. Huic decreto non contravenito. Si intercedet caufa præter legem faciendi, id apoftolicis refcriptis exprimito. Idque dum ad pontificatum quifpiam affumetur fe fervaturum jurato.

4. Ecclefia paftore deftituta, ii penes quos eft eligendi poteftas die & loco definito conveniunto. Peccatorum fuorum confeffionem agunto, & euchariftiam fumunto. Mox confidentes, præmiffo jurejurando, non negligenter, non dolofe, non timide, eum qui gerendæ dignitati fit idoneus eligunto. Principibus fas non efto pro quopiam commendando moleftis precibus, aut violenta comminatione premere aut cogere electores.

5. Electionis formam & electi merita confirmatores prælati inquirunto. Scribæ & notarii moderatum falarium accipiunto.

6. Romanus pontifex quem fanctitatis normam præ fe ferre oportet, huic fanctioni nequaquam derogato: Si contemnat, & inde fcandalum exurgat, ad fubfequens univerfale concilium deferatur.

7. Electiones tametfi pro canonum authoritate legitimæ effe videbuntur: fi inde aut ecclefia, aut patria vel refpublica turbari formidabitur: cum hujufmodi electio ad Romanum pontificem forte referetur: & ea diligenter examinata nulla dici merebitur, alteram electionem iis quorum refert indicito. Electum vero confirmari aut benedici ab alio quam ab eo, qui fine medio electi fuperior eft, fas non efto. Si in pontificis curia præfens electus erit, a pontifice benedictionem fi volet accipito, juramentum poftea a fuo prælato. Secus qui faciet, centum aureorum mulcta eum caftigato.

8. Univerfali fynodo, ejufque definitionibus & decretis omnis catholicus, & Romanus pontifex, eatenus obedito; quatenus fides & fchifmatum explodenda feditio poftulat.

9. Quæ fynodus fancto Spiritu authore vocata confedit, eam ficuti Conftantianæ conventionis patres definiere, a Chrifto Deo auctoritatem protinus obtinere credito.

10. Ecclefiis Dei eos facerdotes & paftores præficito, qui doctrina fint & vita illuftres, ut creditum fibi populum follicite inftituant, & Deo obedientem gratumque reddant.

11. Expectativis propterea gratiis, unde plurima oriri mala conftat, locum effe non finito.

12. Beneficia (vivo eorum rectore) nemini refervato. Cum autem adminiftratore vacabunt, eorum quibus conferre oportebit mores & merita, graduati ne fint an fecus, cognofcito.

13. Decretum de Theologo per quafque metropoles præbendando, ad epifcopales quoque ecclefias extendito, ut in illis præbenda Theologo confervetur qui in aliqua generali academia decennem literis operam navavit. Beneficio donatus verbum Dei prædicato & per quafque hebdomadas femel atque iterum facras literas audire volentibus explanato. Negligenti quotidiana ecclefiæ ftipendia fubftrahito.

14. Porro de iis qui gradu alicujus difciplinæ provecti funt hunc ordinem obfervato. Primum poft hanc fanctionem vacuum poffeffore beneficium,

doctori, vel licentiato, vel baccalaureo conferto. Duo A deinceps quæ rectore carebunt bene merentibus clericis concedito. Quod his duobus successivum erit, graduatus obtineto.

15. Igitur scholastici gradu insignes sua nomina beneficiorum collatoribus dum quadragesima agitur scripta quotannis tradunto.

16. Beneficiorum præter hoc decretum collatio facta inanis esto.

17. In locis qui ab urbe quatuor dierum itinere distant in jus vocandi Romam, nisi in majoribus causis fas non esto.

18. Qui damno, aut injuria gravabitur, eum qui proximus est superior, appellato, si tale est damnum ut per ejus sententiam restitui possit. Alioquin si ad Romanam ecclesiam judex per exemptionem pertinebit B causam definiendam ad eum qui ejusdem est regionis judicem (si metus abest) pontifex committito.

19. A gravamine, aut interlocutione judicis secundo non provocato. Eum qui frustra atque inaniter ante latam sententiam appellat quindecim florenis, præter cæteras litis impensas, mulctato.

20. Triennem alicujus beneficii & quietum possessorem non turbato: nisi hostilitate, metu, vel gravi impedimento tardatus eris, ne per triennium impetrare potueris possidentem.

21. Cardinales viginti quatuor tantum divina & humana scientia eruditos, annorum triginta boni nominis & generis legitimi, qui Reipublicæ Christianę consulere possint, pontifex de suorum fratrum consilio præficito. C

22. De dignitatibus ac beneficiis ecclesiasticis, quibusvis collatis aut conferendis nihil prorsus, sed neque annatam, neque fructuum primitias, neque ut vulgo dicitur deportum pontifex exigito. Notariis ac scribis mercedem qui beneficium recipit solvito. Hujus decreti prævaricatori pœnam simoniacis debitam infligito. Nihil præterea juris aut tituli in beneficiis contra hanc prohibitionem impetratis, sibi acquisitum intelligat.

23. Clerici qui ecclesiarum ac divini cultus obsequiis deputantur rem omnem divinam ac Dei laudes sancte distincte ac graviter celebrato. Ad Iesu nomen caput reverenter demittunto. Decanos & reliquos D per ecclesias præfectos huius statuti prævaricatores castigato.

24. Consuetudinem, qua inductum est eum, qui in aliqua horarum ad eborom adfuerit, omnium distributionum participem esse, tollito.

25. Idq; ad decanos ac præpositos qui suarum prætextu dignitatum rei divinæ non adsunt extendito.

26. Quos noveris dum res divina agitur per ecclesiam, aut iuxta illam deambulare, aut confabulari totius diei quo hoc fecerint distributionibus privato.

27. Iterum vero in hoc ipso delinquentes, unius mensis stipendiis mulctato.

28. Tabulam ubi designentur ii qui definitis hebdomadibus sua officia exequi debebunt in choro appendito. Negligenti totius diei stipem denegato. E

29. Fidei symbolum non truncato: sed ad verbum absolute decantato.

30. Camœnas vulgi in ecclesia canere laicos prohibeto.

31. Rem divinam, quam missam appellamus, sine ministro nunquam celebrato. Dum eam facis vocem exaltato, quæ a circumstantibus exaudiri possit. Secus agentem corripito.

32. Canonicos qui se creditoribus obnoxios ita constituunt, ut si statuto die debito se non absolverint interdicto rei divinæ cohibeantur, a stipendiis ecclesiæ toto trimestri abstineto, nec quicquam inde quamdiu divinis abstinebunt percipiunto.

33. Solemnibus diebus dum major missa fieri debet capitulum non cogito: Per integram alioquin hebdomadam trāsgressores quotidiana stipe privato.

33. Spectacula, ludos, comessationes, choreas, nundinationes, ludibria, & larvatas personas incedere ab ecclesia & locis sacris arceto. Contemptorem elerum trimestri proventu abstinere jubeto. Reliquos censura ecclesiastica cohibeto.

34. Clerico cujusvis status concubinam foventi, ac secunda hujus sanctionis promulgatione non resipiscenti, beneficiorum suorum perceptione menses tres interdicito, ac eos fructus in ecclesiarum unde percipiuntur utilitatem impendito. Hanc autem constitutionem in synodis & capitulis promulgari quotannis imperato. Nec minus laicos admoneto nullam præter legitimam uxorem turpi copula contingere.

35. Excommunicatos ante latam sententiam, & revera denunciatam non vitato, nisi tam notoria excommunicatio erit, quæ non valeat ignorari.

36. Nulli omnino genti, communitati vel loco sacris interdicito: nisi per semet; aut per privatos, aut officiales, id est per suos magistratus culpam admisit. Iniquum siquidem est ob unius cujusque privati delictum ferire insontes.

37. Nullius literis quibus quempiam beneficio aut suo jure se abdicasse narratur, nisi testibus aut fideli documento id factum esse constet credito.

Hæc cum Carolus satis enucleata digestaque esse comperisset, indicto apud Biturigenses concilio pragmaticam, quam vocant, sanctionem tulit. Eaque in parlamenti senatu promulgari mandat anno Christianæ pietatis CCCCXXXVIII. supra mille, Nonis Iulii. Quam regiam (auctoritate Basileensis synodi) factam constitutionem qui deinceps fuere Romani pontifices non secus ac perniciosam hæresim exsecrati sunt; quum eam nemo Pontificum dissoluto Basileensi conventu probaverit.

Abrogatio pragmaticæ sanctionis per Ludovicum undecimum regem Galliæ.

Gaguinus lib. 10. compendii de gestis Francorum in Ludovico undecimo. Fama ante bos dies ferebatur Ludovicum Pio pontifici Romano promisisse se pragmaticam sanctionem, de qua in Caroli septimi gestis diximus, deleturum, si aliquando ad regnum sine controversia pervenisset. Ejus promissi Pius pontifex non oblitus, cum eamdem pragmaticam sanctionem maxime execraretur, eamque hæresim appellaret, legatum Ioannem D. Benedicti monachum Atrebatensem cardinalem ad Ludovicum mittit, qui regem se promisso solvere hortaretur. Cui audiens Ludovicus legato litteras ad parlamenteum senatum dat de ipsa pragmatica abroganda. Erat in ipso senatu Ioannes Romanus regis procurator. Hic (Ioanne Balua ad curiam Ludovici atque legati nomine cum litteris veniente, petenteque senatum ut eas suo decreto roboraret) Ego, inquit, judices, hane commodissimæ legis abolitionem non approbo: & quatenus ad meum officium attinet Ioannis Baluæ petitionem impedio. Ea re incandescens Balua (erat enim ingenio versipelli & doloso nimis) Ioanni Romano multa est comminatus. Cui repugnare etiam schola Parisiensis non formidavit ecclesiæ concilium appellans. Igitur Balua ad Ludovicum re infecta reversus, &c.

Papyrius Massonus l. 4. annal. in Ludovico XI. Ludovicus initio regni pragmaticam sanctionem sustulit. Extant ejus de ea re ad Pium pontificem litteræ inter Pii ipsius epistolas, quibus testatur legem illam

illam latam seditionis & schismatis temporibus merito ab se eversam, quod ejus a quo sanctæ leges oriuntur auctoritatem minueret. Pii quoque ad regem literæ, tollendæ pragmaticæ consilium laudant. Inter cætera, inquit commendamus quod absque conventu & consultatione multorum pragmaticam auferre constituisti. Sapis certe & regem te magnum ostendis, qui non regaris & regas. Optimus enim princeps est qui per se recta cognoscit. Hæc Pius scribebat metu ut ipse ait: idque verum erat, ne si conventus publici haberentur episcopi & clerus Galliæ pro pragmatica sententiam dicerent.

Conventus Aurelia tempore Xysti IV. & Ludovici XI. pro renovanda pragmatica sanctione, anno 1479. celebratus.

CAUSA hujus conventus tribuitur Ludovici undecimi dolis & artibus, qui ut summo pontifici aliquem metum (scrupulum vocat Belcarius) incuteret, de articulis pragmaticæ sanctionis, quibus impediebatur ne tot pecuniæ e Gallia Romam transferrentur, sicque facilius ab eo obtineret, ut absolverentur Florentini a vinculo cujusdam excommunicationis in eosdem latæ, conventum Gallicanorum episcoporum Aureliis haberi voluit, ibique proponi media restituendæ pragmaticæ sanctionis, sed post multas disceptationes, re infecta aliud concilium Lugduni indictum est, ad mensem Maium anni sequentis, quod tamen celebratum non est rege versipelli serio non agente: de eodem concilio hæc habet Ioannes Mairius in tractatu de differentiis schismatum & conciliorum, pagina 93. Post non admodum longum intervallum temporis rex Ludovicus undecimus concilium ecclesiæ Gallicanæ indixit, & universitatum regni præcipuos Aureliam evocavit, ut melius materiam pragmaticæ sanctionis intelligeret & cognosceret, & quantum ad annatas quoque beneficiorum aliquid certi & explicari haberet. Nam avaritia extrema curiæ Rom. (*quasi vero qui vineam colit de fructu ejus comedere non possit absque avaritia nota*) summam pecuniæ ingentem quotannis a Gallis de annatis extorquebat. Hujus concilii præses erat dux Petrus Borbonius, dominus Beaujeusius, maritus dominæ Annæ filiæ regis Ludovici undecimi. Cum vero res deliberari cœpta esset, rex intervenit & consilium mutavit absque conclusione alia & unicuique potestatem ad sua revertendi fecit promittens quod Lugdunum brevi illos revocare vellet. Quod postea non est factum: implicabatur enim aliis negotiis & præcipue bello Flandrico contra Maximilianum archiducem Austriæ, & nunc imperatorem ac regem Germaniæ.

Si miretur quispiam, *inquit idem doctor Parisiensis Ludovicus Bail loco supra citato*, cur hanc pragmaticam sanctionem hic non exhibeamus, cum maxime ad Gallicana spectet concilia, de ejusque articulis, dempto uno aut altero sileant Binius & Coriolanus, legat ille sessionem undecimam * concilii Lateranensis sub Leone X. ubi omnibus prohibetur *ne pragmaticam illam & in ea contenta capitula seu decreta in domibus suis aut aliis locis publicis vel privatis teneant, jubeturque ut ex omnibus archivis etiam regiis seu capitularibus deleant, aut deleri faciant sub majoris excommunicationis lata sententia & aliis pœnis, ut privationis beneficiorum, infamia*, &c. *propersonis ecclesiasticis*, &c. id dumtaxat subjungam pragmaticam hanc, regem Ludovicum initio regni sui abrogavisse: ferebatur enim eum Pio Romano pontifici promisisse se illam deleturum si aliquando ad regnum sine controversia pervenisset, cujus promissi memor Pius pontifex, ut est apud Gaguinum, cum

* Tomo xiv. pag. 193 B. 310. A E. 311. 312. 313. 314. &c.

eamdem pragmaticam sanctionem maxime execraretur, eamque hæresim appellaret, legatum Ioannem Benedicti monachum Attrebatensem cardinalem ad Ludovicum misit, anno 1461. qui regem se promisso solvere hortaretur. * Cui audiens Ludovicus legato literas ad parlamentum seu senatum dat de ipsa pragmatica abroganda. Erat in ipso senatu Ioannes Romanus regius procurator. Hic (Ioanne Balua ad curiam, Ludovici atque legati nomine cum literis veniente, petenteque senatum ut eas suo decreto roboraret) *Ego*, inquit, *judices hanc commodissima legis abolitionem non approbo, & quatenus ad meum officium pertinet, Ioannis Balua petitionem impedio*, &c. Cui repugnare etiam Parisiensis schola non formidavit ecclesiæ concilium appellans. Igitur Balua re infecta ad regem reversus est. Qui postea auctoritate sua regia legem pragmaticæ latam seditionis & schismatis temporibus evertit, quod ejus a quo sanctæ leges oriuntur auctoritatem minueret. Extantque Pii secundi ad regem literæ inter ejus epistolas quibus factum regis maxime commendat. *Inter cætera*, inquit, *commendamus quod absque conventu & consultatione multorum pragmaticam auferre constituisti. Sapis certe & regem te magnum ostendis, qui non regaris & regas. Optimus enim princeps est qui per se recta cognoscit.* Metuerat enim pontifex, ne si conventus publici haberentur, episcopi & cleri Galliæ tunc in pragmaticam propendentes, pro ea sententiam dicerent: nam & testatur Duchesnius in Pio secundo, literas regis pragmaticæ revocatorias optatum eventum ex omni parte non fuisse sortitas, appellantibus ab iis & a decreto pontificis clero Galliæ & universitate, quare regi non fuisset difficile aut in Aurelianensi aut in Lugdunensi synodo, illam redintegrare omnino si voluisset, adeo tunc turbulenta erant tempora. *Atque hæc ex Ludovico Baillio mutuata sunto.*

* Eadem repetit quæ supra jam ediderat.

** APPENDIX CONCILII GENERALIS CONSTANTIENSIS.

ANTEACTA CONCILII.

Quæ sequuntur desumpta sunt ex codice manuscripto concilii Constantiensis, quæ vacant in impresso: Felix Contelorius insignis vir diligentia atque eruditione præstans plurima describenda duobus tomis curavit, quos pro sua singulari erga historiam ecclesiasticam amore cum aliis quamplurimis, ut suis sæpe locis jam monuimus, transmisit Parisios eminentissimus S. R. E. princeps Franciscus Cardinalis Barberinus, purpuratorum modo patrum Decanus meritissimus.

** *Hæc inserenda ad pag. 9. hujus XII. Tomi.*

IN hoc igitur generali concilio Constantiensi, in quo agendum fuit de pace & unione perfecta ecclesiæ, secundo de reformatione illius a principio Novembris anni domini * xtx. quo ibi papa & collegium noverant usque ad finem Ianuarii nihil omnino actum est, neque factum de materia unionis, quoniam apud aliquos erat morbus, *noli me tangere*, illi autem qui agere cupiebant pro absentia Gallicorum & Anglicorum in quibus apud omnes maxima spes erat, tangere non audebant. Iterum autem pauca præparatoria acta sunt per aliquos cardinales deputatos, sed semper in conclusione fuerunt præpediti. In prima tamen conventione in palatio, absente papa, ex parte nationis Italicæ data est pro materia concilii cedula in effectu concludens, quod in concilio, primo ageretur de confirmatione Pisani concilii & executione, &c. & executione sententiarum illius per aggravationes, & alios modos. Qua cedula lecta,

* Ita MS. codex sed manifesto errore.

dominus cardinalis Cameracensis statim porrexit aliam cedulam contrariam, quæ ante visa fuerat per cardinalem sancti Marci, & quosdam alios prælatos & doctores Gallicos, concludens in effectu contrarium. Attento ambassiatores Petri de Luna, & Angeli Corrario veniebant donec saltem essent auditi, & ita siluit illa materia. Interim actum est contra quemdam hæreticum Bohemum dictum Ioannem Hus, & de erroribus Ioannis VViclef Anglici. Tenor vero cedulæ domini D. cardinalis Cameracensis talis est.

Sequuntur aliquæ quæstiones, ad quas probandas & defendendas coram concilio generali se offerunt aliqui prælati & doctores super iis deliberationem concilii sufficienter congregati requirentes. Sacrum concilium Pisanum obligat dominos papam & cardinales ad hoc quod in præsenti concilio modis & viis rationabilibus tractent de perfecta & integra unione ecclesiæ, sive pace & ejus debita reformatione in capite & in membris. Ad hoc non solum eos obligat dictum concilium Pisanum, sed etiam jus naturale & divinum.

Ad hoc etiam obligantur prælati ecclesiæ ad præsens concilium convocati, vel etiam congregandi.

Illi qui pertinaciter asserent præsens concilium debere dissolvi, sine ejus continuatione ad aliud concilium, ubi dicta unio & reformatio finaliter concludatur, in casu quo in præsenti non fieret, essent fautores schismatis, & de hæresi vehementer suspecti.

In præsenti concilio non est revocandum in dubium, sed pro fundamento supponendum, quod concilium Pisanum fuit legitime & canonice celebratum, ac ideo stabile & firmum.

Concilium Pisanum, & præsens concilium unitate continuationis censeri debent unum concilium, quare istud respectu illius non habet proprie auctoritatem confirmandi, seu roborandi, sed magis contra, cum hoc ab illo dependeat.

Petitio, quod concilium Pisanum per præsens concilium confirmetur antequam in ipso plene congregato agatur de viis & modis dictæ unionis & reformationis ecclesiæ, est petitio de præsenti non admittenda seu recipienda.

Prædictæ quæstiones favent unitati ecclesiæ & unitati fidei, & oppositæ favent schismati, & saperent fautoriam hæreticæ pravitatis.

Postmodum venit rex Romanorum in nocte dominicæ nativitatis, & post illius adventum etiam quia veniebant nuncii Angeli, Petri de Luna, quorum aliqui erant anticardinales, magna altercatio fuit si permitterentur ingredi cum rubeo capello, & pro bona parte obtentum quod sic, & ita ingressi sunt.

Venit etiam dux Bavariæ Ludovicus obediens Angelo Corrario dicto Gregorio, & tandem coram rege Romanorum nuncii Angeli proposuerunt publice & in effectu fecerunt se fortes de via cessionis pro domino suo, nullum tamen mandatum ostenderunt.

Consequenter auditi sunt nuncii Petri de Luna qui nihil aliud ostenderunt nisi conventionem regis Romanorum cum rege Aragonum quia P. de Luna & rex Romanorum, ut dicebatur, petiverant & nominaverant locum Niciæ & tempus in Aprili proximo, quibus nihil adhuc est responsum.

Post hoc dux Bavariæ Ludovicus coram rege Romanorum & pluribus prælatis, & aliis publice proponi fecit contenta in cedula, cujus tenor sequitur.

Si placet regiæ majestati, & aliis ad quos spectat, ingredi tractatum amicabilem super via cessionis quæ videtur etiam placere multis de diversis obedientiis hinc & inde: tunc illustrissimus princeps dominus dux Lodovicus & prælati de obedientia domini Gregorii papæ XII. hic præsentialiter in Constantia existentes cum R. P. cardinali & patriarcha & nunciis apostolicis sufficienti mandato ad hoc, ut creditur, fulcitis volunt dare omnem, quam poterunt, operam quod per eam effectualiter procedatur, & si per practicam forsan deveniretur in illa via ad aliquam conclusionem unionis, ad quam secundum circumstantias tunc adhibendas forte mandatum domini domini Gregorii papæ videretur aliquibus non sufficere usquequaque, tunc dominus dominus dux Ludovicus & prælati de obedientia domini domini Gregorii, sperant se obtenturos plenius & uberius mandatum in brevi temporis spatio ab eodem: sicque per Dei gratiam D. papa Gregorius per ejus nuncios, per D. Ludovicum & prælatos prædictos non stabit quominus per illam viam habeatur sincera & integra unio, & unicus indubitatus pastor ecclesiæ sanctæ fidei, insuper prælati, doctores, & magistri de præfata obedientia domini Gregorii hic Constantiæ præsentialiter existentes ad honorem Dei omnipotentis pro reverentia Cæsarei culminis, & zelo unionis ac ecclesiæ reformationis, juxta desiderium regiæ majestatis, se offerunt & exhibent una cum aliis reverendis ac venerabilibus prælatis, nunciis, doctoribus & magistris in Constantiensi concilio per majestatem regiam, & in ejus præsentia congregato, pariter pro rata & statu suo, & cujuslibet eorum deliberare, tractare & conferre de omnibus mediis & viis sinceræ & integræ unionis ecclesiæ sanctæ Dei, necnon reformationis, aliisque materiis, sive negotiis in dicto concilio agitandis usque ad conclusionem inclusive, sic tamen quod ille qui de nonnullis vocatur, Ioannes XXIII. non præsideat, nec intersit in concilio eodem, immo omnis obligatio per personas concilii sibi specialiter facta, quoad tractanda in concilio relaxetur libertas conferendi, loquendi & tractandi de singulis nullatenus impediatur, & vota omnium & singulorum sint libera atque pura. Causa quoque unionis ecclesiæ per idem concilium ante ejus dissolutionem, aut separationem diffiniatur. Et D. P. Gregorius XII. per regiam majestatem de consensu concilii, & per dictos sibi obedientes ex nunc charitative cum instantia debita requiratur, & pie in Iesu Christi visceribus exhortetur, & infra certum terminum competentem per concilium statuendum personaliter veniat, aut plenum & sufficiens mandatum mittat ad allegandum, si placuerit, jura sua, ac ad determinationem dicti concilii, ut premittitur, acquiescendum. Et sive aut D. dominus Gregorius comparuerit aut mandatum hujusmodi miserit, sive non, dicti tamen sibi obedientes ut sic volunt acquiescere determinandis concilio in eodem.

Qua cedula publicata, cardinalis sancti Marci, videns quod ostium apertum esset in domino, quod tamen nullus volebat, aut audebat ingredi . . . . & turbationes essent inter papam & regem, & quod de unione erat silentium, Anglici etiam & Poloni venerant, qui proponendo multa dixerant de pace ecclesiæ, sed nihil expresse, cedulam composuit quam dedit domino cardinali Cameracensi, qui laudavit & approbavit illam, & factum est quod venit ad manus regis quam magna exultatione receptam statim misit transcriptam ad omnes congregationes omnium nationum, & illam favorabiliter receperunt, & publicata est usque ad domini papæ notitiam, ex qua multa animorum plurium turbatio sequuta est, & aliis generata lætitia, & scivit dominus papa quod dictam cedulam fecerat dominus cardinalis sancti Marci, unde maxime turbatus fuit, & cardinalem odio habuit, idemque cardinalis hoc audito papam adivit, & illam fecisse pro pace ecclesiæ asseruit, &

non

noo negavit. Tenor autem dictæ cedulæ talis est.

In generali concilio Constantiensi duo sunt agenda principaliter, & ad hoc est congregatum.

Primum de pace & unione perfecta ecclesiæ. Secundum de reformatione status ecclesiastici.

Ad pacem & veram unionem ecclesiæ sublato schismate, plures modi dudum exagitati sunt ante Pisanum concilium.

Primus per reductionem non obedientium, Secundus per discussionem, & determinationem juris contendentium. Tertius per cessionem utriusque contendentium.

Et notandum est, quod ante Pisanum concilium duæ primæ viæ, tanquam pene impossibiles attentatæ non fuerunt, sed sola via cessionis. Et quia duo contendentes illam viam per eos approbatam & juratam amplecti cum effectu noluerunt, sed colludendo tergiversati sunt, fuerunt dejecti & condemnati & alius electus.

Et licet quælibet obedientia suum indubitatum teneret, fuit tamen visum utrique obedientiæ, quod attento schismate scandaloso, pro danda pace ecclesiæ, quilibet cedere teneretur, & ad hoc compelli poterat per concilium generale.

Nunc autem videndum est, per quam istarum viarum, vel aliam, rebus stantibus, ut sunt, pax dari posset ecclesiæ, utrum per viam reductionis. Et videtur quod maxime, quantum ad Hispanias, & Petrum de Luna similis sit difficultas, quæ erat ante Pisanum concilium, immo forte major, quia in prima ante Pisanum concilium nulla condemnatio erat facta, quare cum minori ignominia & per consequens una pars facilius se reduxisset ad alterum; nunc autem quia pars condemnata se reducens, clare videretur hæreticasse, nunquam est sperandum, quod se tali exponat infamiæ. De errore autem & sua obedientia licet minor sit, eadem tamen occasio impediret.

Secunda via discussionis & determinationis juris indubitatum est, quod condemnati & obedientes eis se nunquam submitterent, quia nullus esset judex nisi concilium generale domini nostri, cujus judicium nunquam subvenit. Alium autem judicem D. N. & sua obedientia non subvenit. Verum autem est quod sicut respondit Angelus Corrario, posset fieri concilium omnium obedientiarum cui omnes se submitterent, & per quod posset determinari, vel alia via media reparari; quod tamen difficillimum est, longum & laboriosum tum propter electionem loci, ut patuit inter Petrum de Luna, & Angelum, tum propter contrarias voluntates, & facilem hominum ad dissentiendum voluntatem, & multa alia; nec creditur nec est verisimile, quod Petrus de Luna illam viam susciperet. Præterea turpe est & periculosum Pisanum concilium in dubium revocare, & illud iterum judicio exponere.

Dicunt aliqui quod via belli reducerentur inobedientes: hoc reputatur impossibile, tale enim bellum non fieri posset nisi per multos & magnos principes, & reges adversus alios, quod non est sperandum. Sequerentur præterea multa & infinita mala quæ solent ex bellis evenire, & finis incertus.

Et si forte videretur possibile Angelum & Carolum Malateste posse expelli per vim, esse, quia Almani sibi obedientes non essent propter hoc subjugati: Præterea et si esset, vel si reducerentur ad obedientiam per regem Romanorum, aut alios, non esset pax, nec unio ecclesiæ, restantibus Hispanis cum Scotia & aliis regionibus.

Ex quibus videtur quod neutra istarum duarum viarum sit aggredienda, stante alia quacumque facili & possibili; ultimæ cessionis [illegible] dæ ab omnibus, quæ videtur facilis, & possibilis, & utilis ex multis causis.

Circa quam quæratur, utrum via cessionis, rebus stantibus, ut sunt, pro sequenda unione perfecta, sit aggredienda.

Secundo utrum ad illam teneatur dominus Joannes, quia de aliis dicendum est, quod eis gratia fieret, si ad hoc admitterentur.

Tertio si idem dominus noster ad illam, rebus stantibus, ut sunt, posset legitime compelli.

Circa primam quæstionem ponitur talis conclusio. Omnis via per quam pax, & perfecta unio ecclesiæ evidenter potest provenire, est bona & utilis ecclesiæ. Igitur aggredienda patet ista conclusio, quia finis & terminus pacis & unionis perfectæ est quærendus; ergo omnis via per quam clare potest perveniri ad finem & terminum est quærenda.

Secunda conclusio, quod etsi plures viæ sint perveniendi ad finem & terminum pacis perfectæ ecclesiæ, illa tamen præeligenda est, per quam citius & facilius est posse ad finem & terminum quæsitum perveniri.

Ex istis præmissis infertur tertia conclusio, quod via cessionis ad proventum pacis & unionis ecclesiæ, etiam rebus stantibus, ut sunt, aggredienda est, & præ cæteris eligenda.

Patet quia per illam citius & facilius est ad terminum pacis & perfectæ unionis ecclesiæ perveniri; quinimmo aliæ viæ propter difficultates, & alia plura desperatæ videntur.

Casum autem appetit, qui postpositis certis gradibus, per abrupta quærit ascensum.

At quod per istam viam cessionis possit ad pacem & unionem ecclesiæ perveniri, patet ex præsuppositis ante Pisanum concilium, quod ipsa fuit illis via electa pro possibili, certiori & meliori. Si autem tunc per illam viam potuit ad pacem, & unionem ecclesiæ perveniri, quo tempore majus & fortius & magis radicatum erat schisma; multo magis nunc potest. O quam igitur felix & gloriosus apud Deum & homines foret verus pastor & papa, si per illam viam facilem pacem ecclesiæ & toti populo Christiano dari vellet, & illam gloriam suam non daret alteri, sed alterũ præveniret.

Quarta conclusio est super secunda quæstione, quod ultimo stante in casu, in quo est manifeste summus pontifex, quanto verior pastor est ecclesiæ, tanto libentius, ferventius & citius debet pro pace & unione ecclesiæ aggredi viam cessionis, & offerre. Patet conclusio ex dictis summi pastoris dicentis; *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*. Hæc est igitur boni pastoris proprietas, ut animam suam ponat pro ovibus suis, quando opus est, si non ponit non est bonus pastor. Si autem animam tenetur ponere, quod est vitam ponere, multo magis accidẽtia vitæ, honorem, potestatem, dominatum & hæc omnia, quæ si desiderantur, vana sunt, nec proprie aut juste assumuntur, aut ab invitis, quia (veniat invitus, invitatus effugiat) nec intelligere possum doctrinam Christi de bono pastore, si attento statu ecclesiæ verus pastor pro pace ejusdem ecclesiæ cedere non teneretur, qui tenetur animam ponere. Probatur eadem conclusio, quod attento statu ecclesiæ sũmus pontifex pro pace & unione ecclesiæ tenetur mortẽ non evitare, igitur nec cessionem. Tenet consequentia a minori ad majus, antecedens autem videtur esse de intentione proprietatis pastoris boni, qui ponit animam pro ovibus.

Præterea miles armatæ militiæ tenetur non evitare mortem pro republica: Igitur nec miles Christi; plusque tenetur sequi Christum Christi vicarius, quàm alius eo inferior, tum quia immediatus, tum propter exemplum inferiorum quos tenetur verbo & exemplo instruere, quia Jesus incepit primo facere, postea docere.

Præterea

Præterea probatur ex auctoritate gestorum ante Pisanum concilium, quo fuit conclusum, ambos contendentes debere cedere: Igitur nunc cum similis sit ratio, ut supra probatum est.

Tertia conclusio est ad tertiam quæstionem, quod attento statu ecclesiæ in omnibus, quæ omnia non exprimuntur de præsenti, summus pontifex & pastor ecclesiæ pro pace & unione ecclesiæ potest compelli offerre cessionem conditionaliter, si alii velint ab occupatione desistere, & conditione cum effectu ut quod cedant purificata cedere, patet conclusio quia ex præmissis tenetur ad hoc, igitur compelli potest, si recusset, hoc est, juberi ut faciat, ut si non paret compelli, ut non permittat Dei ecclesiam lacerari, quia qui restituere jussus jussioni non paret, manu militari auferatur ab eo, aut aliis modis, quibus quis compellitur ad factum, & si non paret deponi, tanquam scandalizans ecclesiam Dei, quam ipse custodire & tueri tenetur, quia quod alium facientem prohibere ex officio necesse habet, hoc ipse committere non debet, & committendo gravius punitur. Nec dubitandum quin generale concilium sit judex competens in hac parte, alioquin Pisanum concilium viribus non subsisteret, in quo eadem auctoritate, & ex eisdem causis radicalibus fuit judicatum, nec immutat auctoritatem perjurium contendentium, quia si propter crimen fuerunt damnati, timendum est magis nunc: multisque aliis rationibus de jure divino, naturali & humano fundari potest generale concilium & si superius papæ in his, quæ concernunt universalem statum ecclesiæ, ut in casu præsenti, & aliis pluribus. Videtur tamen quod si & præmissa vera sint, mitius tamen ab initio agendum est: ultimo quod humiliter & devote exponatur serenissimo domino nostro Ioanni vero & summo pontifici, & gregis dominici pastori, quatenus dignetur sua sanctitas veri & pii pastoris supra suum gregem oculos aperire, considerare quantis rapacium luporum morsibus exponitur, quod oves devorare quotidie permittit, quinimmo & perpetuæ subversionis subjacet grex domini periculis, cum & per tales divisiones ecclesia jam schisma Græcorum tot annis sustinuerit, nec minus in præsenti periculum imminet Hispaniarum quæ non est minor Christianorum portio, quam Græca Christiana. Insuper & multarū gentium Germaniæ & Italiæ, quamque monstruosum est in uno ecclesiæ corpore tot apparere capita, dignetur que non dictam, ut tenetur, animam, & vitam ponere, immo & membrum, aut quod minus est, officium membri, sed proprii corporis & animi parcens laboribus, quietem sibi param, laudem, gloriam, & honorem Dei & hominum præmiumque æternum acquirens, gregem sibi commissum a luporum morsibus liberare, sub unico ovili, & unico pastore ac duce, monstra hæc tollere per prædictam illam certam, facilem & honestam viam cessionis, & illam offerre, si alii gregis hujus veraces velint etiam renuntiare juri, quod prætendunt, & illam viam usque ad terminum per veros & sinceros tramites ambulare, nec dubium quod si ita faciat, pax dabitur universali ecclesiæ Dei; mentes enim omnium Christianorum secura tranquillitate gaudebunt, nec unquam auditus est virtuosior actus, nec ullius unquam Romani pontificis major, celebrior, aut longævior fama, gloria, memoriaque manebunt, certusque esse debet quod pro statu suo ecclesia uberius providebit quam peteret: nec timor penuriæ stat[illegible]s sui debet cum a tanto bono, a tanta gloria [illegible]amque grandi præmio retrahere quovis modo. Qui si recuset exaudire, considerет duos gregis Dei lupos quantis se pro causa similiter subjecerint scandalis, quæque sibi possunt

A opponi & finaliter evenire.

Cont[illegible] cedulam, quæ [illegible] pit in gener[illegible]le, quidam a[illegible]tores, ut vere [illegible], [illegible] in vectivas cedul[illegible] ac nil il[illegible] audentes all[illegible]ere, [illegible] tunt per modum quæst[illegible]. [illegible] autem dictarum cedularum [illegible] sunt [illegible]ales.

Prima cedula.

Ut ait Tullius in libro de paradoxis [illegible] est tam incredibile, qu[illegible] dicendo [illegible] non fiat. [illegible] per dicta aliquorum nefanda quæ [illegible] ca[illegible]ida [illegible]tate vergere videntur, in [illegible] credulitas infirmorum feriatur non videtur superfluum repugnantiam istam d[illegible] To ve[illegible] : [illegible] d quo[illegible], ut docet Anselmus libro primo, cur [illegible] eus hom[illegible], quæ per investigationem, interrogationem, & [illegible]-
B sionem investigantur, multis & maxime tardioribus ingeniis magis patent. Eapropter ad tenebrarum fugationem, quæ scrupulum induxerunt super faciem abyssi, & lucis serenationem quædam proponantur quæstiones, ex quarum responsione veridica .... conscientiæ ignorantiæ nebulis confuscatæ serenabuntur.

An æquiparare hæreticis D. Ioannem papam XXIII. canonicum & catholicum videatur facto Pisano concilio canonico, legitimo, stabili, & firmo in aliquo præjudicari.

An papam D. Ioannem XXIII. tanquam canonicum recipere & acceptare dictam æquiparationem procurantes possint, seu valeant notari de sautu-
C tia schismatis & hæresis.

An hæreticus per ecclesiam canonice damnatus errorem suum non recognoscens, sed in sua permanens pertinacia, sit in petitionibus exaudiendus.

An papa verus, & canonicus de hæresi non infamatus, nec suspectus possit contra ea, quæ sunt sui juris, ab aliquo compelli, vel arctari.

An solenniter non vere hæreticum tanquam hæreticum condemnantes, & dictam condemnationem justam, & canonicam fore pertinaciter asserentes, hæretici sint censendi.

Secunda cedula.

Licet per doctrinam apostoli ad Titum tertio capite, stultæ quæstiones sunt evitandæ, tamen adver-
D sus garrulos ratiocinatores & latratores, & captiones modus valet inquisitivus ad confutandum ad[illegible]rsarios; nam, ut ait Anselmus in tractatu de corpore Christi cap. 2. obscurissimam determinare sententiam claram omnibus * conferimus Arianorum contentiones, & disputationes subtilissimæ. Et paulopost subjungit. Si, inquit, non coegisset necessitas de r[illegible], de qua quærebatur, viros sanctos & eruditos altius aliquid sentire, & proferre, semper timidæ hominum mentes habuissent obscurum. Quamvis igitur per tempora multa quæstiones aliquæ a pluribus intactæ relictæ sint, eo quod non videbatur eis de illarum sententiis ambigendum. Nunc autem a quibusdam eorum quæritur serenatio, & veritatis, quæ impugnatur, solidatio; unde per modum quæstionum tituli
E aliqui subsequuntur, licet ab aliis, qui sanos habent mentis oculos, minime dubitetur.

* *f. coegerunt* [illegible] *minate* &c.

Sequuntur tituli quæstionum.

Si concilium Pisanum fuit legitime & canonice convocatum.

Si concilium Pisanum fuit rite & canonice celebratum.

Si duo olim contendentes de papatu fuerunt juste & canonice de eo ejecti & condemnati.

Si electio domini Alexandri papæ V. fuit rite & canonice facta.

Si dicta electio ab iis qui fuerunt in concilio, fuit legitime & canonice acceptata.

Si

Si hæreticus declaratus & cōdemnatus per ecclesiā sit vero & indubitato sūmo pontifici æquiparandus.

Si hæreticus non recognoscens errorem suum, sed permanens in sua pertinacia, in suis petitionibus injustis sit exaudiendus.

Si prælati, & officiales, & instituti a canonico & vero summo pontifice in suis dignitatibus debeant permanere.

Si verus & canonicus papa suspectus de hæresi contra jura, contra obligationes & promissiones sibi factas possit ab aliquo compelli, vel arctari contra ea quæ sunt juris sui.

Si solenniter condemnantes non hæreticum tanquam hæreticum, & dictam condemnationem asserentes pertinaciter fuisse & esse justam & canonicam, hæretici sint censendi.

Tertia cedula.

Via cessionis quæ D. nostro proponitur pro reformatione & unione unius ●c universalis pastoris, & indubitati, tanquam melior & brevior certis viis, quæcumque videntur esse, & est irrationabilis, & injusta plurimas propter causas, & hoc primo quoad concilium Pisanum, & secundo quo in se & ad seipsam.

Primo quoad concilium Pisanum est irrationabilis & injusta, quia est reprobativa, & annullativa ipsius concilii Pisani: nam ex hoc quod S. D. N. per præsens concilium inducitur ad cedendum, & cedere statim datur intelligi, & monstratur, quod ipsum concilium Pisanum fuit nullum & illegitime celebratum, & per consequens ipse D. N. non esset verus papa, & ideo tanquam injustus & non verus deberet cedere, sicut ille qui nullum jus haberet in papatu, & quem tale concilium non poterat in verum papam procreare, cum ipsum fuisset nullum.

Secondo per ipsam viam cessionis datur intendere & declarare, quod fuit inutile & superfluum in ecclesia Dei, quantumque fuerit utilissimum. Nam per istam viam monstratur, quod non fuit verus papa procreatus, quod cedere nec propter aliam causam, nisi ut cedendo faceret unionem, cum multo melius fuisset propter dictam viam exercendam consentire in unum duorum illorum contendentium, ad eundem appropinquare, vel saltem alterum sic facilius flectere, ut reduceretur ad obedientiam, vel ad cessionem.

Tertio iterum datur intendere quod per dictum Pisanum concilium non fuerit unicum & indubitatum caput universalis ecclesiæ procreatum, sed potius schisma augmentatum, & errore multiplicatum, cum tunc solum essent duo capita contendentia, nunc vero extant tria, & fortasse tertio sine omni dubio ex cessione Ioannis per præsens concilium, quod per omnia est imitativum vestigiorum Pisani, schisma augmentabile usque quartum; & semper vult procedere in infinitum, quod etiam animos fidelium cogitare est absurdum.

Secundo videtur, quod dicta via cessionis est illegitima & injusta quo in se, & ad se, & ad ipsam, multiplices propter causas. Primo, nam profecto valde injustum est & vere obscurum, quod unus justus papa, & non condemnatus, nec pro hæretico declaratus, cedendo debeat se pariare cum injusto & condemnato ac per ecclesiam pro hæretico declarato, vel cum pluribus similibus, cum tales cedendo sciant manifeste nihil juris dimittere vel renuntiare.

Secundo si per istam viam posset ecclesia reformari in capitibus & in membris, in quam per cessionem, sequeretur quod omnia jura & omnia concilia essent inutilia & superflua in ecclesia, non ut sic in summo [illegible], vel justitia est summe dimittenda. Ad quid enim sunt jura adinventa, nisi ut inter rixantes pax & veritas declaretur; aliter enim, quid valeret, si suo loco & tempore non convenirent, aut non deberent effectualiter observari.

Tertio etiam videtur, quod via cessionis sit frivola & injusta. Nam consideratis temporibus, atque rebus sicut nunc sunt, quod alter contendentium est absens, & alter cedere penitus abnegat & recusat, quod per eam non reformetur integre ecclesia Christiana domino Ioanne jam cedente.

Quarto via cessionis videtur fore injustissima, cum nec ea jure divino obligatur, nec humano, quod condemnatus de una re quantumcumq; etiam exigua seu ingente, rationabili tamen atque justa debeat suis juribus abnegare, & cedendo ea uni tertio resignare, qui nullum jus habebat in re prænominata, tanquam exterus & alienus, & si contrudendo augeretur custodia ex salvatione ipsius rei, quoniam ex visibilibus potius acquiritur meritum in persistendo, quam cedendo vel cessando.

Quinto videtur cessio esse injusta, quia esset ex ipso Christo, nunquam crederetur fuisse & esse observata. Nam si tempore Christi multi pseudochristi surrexissent, quorum quilibet se dixisset esse Christum, & fuissent cum Iesu Christo pares in obedientia, nullo modo creditur quod ipse Christus cum eis viam subiisset cessionis, sicut nec unquam subiit, sed usque ad mortem constantissime servavit.

Sexto videtur cessio esse crudelis, & maxime crudelitatis sit qui negligit famam suam.

Septimo via cessionis non approbatur per illam viam euangelii qua dicitur: *Bonus pastor ponit animam suam pro ovibus suis*, sed potius approbatur illa quæ sequitur: *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propria, cum videt lupum venientem, fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus*: nam ponere animam & vitam pro ovibus est quædam persistentia & virilis concertatio quæ pertinet ad bonum pastorem, sicut fecit David, cum eripuit agnum de leonis & ursi faucibus. Et sicut S. Thomas martyr Christi archiepiscopus Cantuariensis sanctum verticem scindi fecit, & dedit pro Christi ecclesia; sed cessio est quoddam aufugium, retrocessio & declinatio a tali conflictu virtuoso, qui proprie pertinet ad mercenarium, qui cum videt lupum venientem fugit & retrocedit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. Sanctissimus autem dominus noster Ioannes papa XXIII. suas oves congregans de universis mundi partibus pro ecclesia Dei reformanda, dedit se in luporum manibus; quibus viriliter resistere debet etiam usque ad mortem, sicut in hoc sacro concilio elucet evidenter.

Octavo, nec ista auctoritas euangelii approbat cessionem, qua dicitur Christum nonaginta novem oves reliquisse in deserto, & institisse uni perditæ; aut de drachmis decem, qui licet filius Dei ad reinveniendam drachmam decimam, & ad recuperandam ovem centesimam de cælis descendisse, & in terris ex virgine humanitatem assumpsisse, tamen nunquam ejus divinitas, quæ erat in cælis, & in terris, creditur oves suas sine consolatione reliquisse, nec ita recessit ab eisdem, quod ipsemet ad illas nullatenus auxilium..... Pastor autem ecclesiæ qui cedit, non habet amplius spem redeundi; nihilominus autem sanct. dominus noster papa Ioannes XXIII. exemplo Christi descendit de Italia ad Constantiam, reliquit idem suam almam urbem, ac totum patrimonium, & omne illud quod jam ecclesia Dei diu perdiderat, & suspendit eorum requisitionem, & instat ovibus perditis, ut possit eas eripere de faucibus luporum contendentium, quas nullatenus recuperabit, si cedendo & fugiendo se pusillanimiter absentabit.

Nono & ultimo verus papa, stantibus terminis,

prout ſtant, nulla ratione debet compelli ad ceſſionem, cum hac eſſet manus ponere in Chriſtum dominum & violentare ipſum, & conturbare ac annullare hoc præſens concilium, cum nulla valeat confeſſio violenta; nec per hoc etiam quoad præſens reformabitur, ſolum enim unus parvus tumultus qui per Romanos olim dicitur commiſſus contra obedientiam Romanam allegatur in æternum, quare non allegaretur ſcelus inauditum; & ille ſcribens & proponeos iſtam viam aſſerit non eſſe procedendum cootra coodemnatos per manus violentas, allegans ſuper hoc ſtivolas rationes & concedit S.D.N. debere compelli vi brachii ſæcularis, aut via infamiæ abhorrendæ; qui ſi foret bonus Chriſtianus & intelligeret ſcripturas, nullatenus deberet talia piis auribus impulſare, quia omnia iſta ſunt crudelitatis & injuſtitiæ in eccleſia ſancta Dei.

Quarta præciſe continet viam belli, &c.

Contra dictas cedulas ſcripſit dominus cardinalis Cameracenſis, & fecit cedulam contrariam reſponſivam, cujus tenor talis eſt.

Summopere caveant zelatores fidei & unionis eccleſiæ a doctrina illorum, de quibus prædixit Chriſtus: *Attendite a falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Hi ſunt in hoc ſacro concilio qui adulatores potentiæ magis quam amatores juſtitiæ garrientes detrahunt doctoribus veritatis, quos detractores vocat apoſtolus, magiſtros prurientes auribus, de quorum numero ſunt quidam qui quinque cedulas ad impediendum effectum hujus ſacri conciliï præſentarunt, quarum prima incipit. Quia ſecundum Tullium. Secunda, ut ait Tullius. Tertia, licet per doctrinam apoſtoli. Quarta, dum exacta conſideratione, quæ viam belli ſuadet pro habenda pace eccleſiæ. Quinta quæ incipit, via ceſſionis quæ domino noſtro præponitur. Quibus omnibus cedulis, & ſeditioſis fallaciïs reſpondetur per concluſionem ſequentem, ſuper quibus peôtur deliberatio concilii generalis, & publica coram eo ſuper eis diſputatio pro inquiſitione veritatis.

Prima concluſio. Licet concilium fuerit legitime & canonice convocatum, rite & canooice celebratum, & duo olim contendentes de papatu juſte & canonice condemnati, & electio domini Alexandri V. fuerit canonice & rite facta, & dicta electio ab illis, qui fuerint in dicto coocilio, fuerit legitime & canonice acceptata, prout hæc omnia tenet obedientia domini noſtri papæ Ioannis XXIII. tamen duæ obedientiæ duorum contendentium probabiliter tenent contrarium, in qua opinionum diverſa, & adverſa varietate non ſunt minores difficultates juris & facti, quam ante concilium Piſanum erat de juſtitia duorum contendentium.

Ex quo ſequitur ſecunda concluſio, quod ſicut ante concilium Piſanum ad evitandum difficultates juris, & facti, & prolixitatem, & dilationem pacis eccleſiæ, tunc acceptata fuit ab omnibus Chriſti fidelibus, & laudata via ceſſionis amborum contendentium, ſic & nunc trium contendentium de papatu, ſimiliter autem majori ratione acceptanda eſt & laudanda.

Tertia eſt quod conſulere domino noſtro Ioaoni papæ XXIII. acceptare & offerre dictam viam ceſſionis, in caſu quo ex hac oblatione ſequeretur perfecta pax ſeu unio eccleſiæ, non eſt æquiparare verum ſummum pontificem hæreticis per eccleſiam condemnatis, nec ſacro Piſano concilio ſtabili & firmo io aliquo præjudicare, ſed magis intentionem ac finem dicti concilii confirmare, ipſumque D. N. ſuper prædictos contendeotes exaltare & ipſos deprimere.

Quarta cooclusio eſt, quod præmiſſas quæſtiones aſſerentea non poſſunt juſte notari de fautoria ſchiſmatis vel hæreſis, ſed magis oppoſita temerarie præſumentes aſſerere.

Quinta, licet hæreticus per eccleſiam damnatus errorem ſuum non recognoſcens, ſed in ſua permanens pertinacia non ſit in petitiooibus ſuis errori faventibus exaudiendus: Tamen ea quæ afferentur a quibuſcumqoe quantumcumque ſchiſmaticis, vel hæreticis pro tractatu pacis & unionis eccleſiæ, non ſunt a catholicis reſpuenda, ſed favorabiliter audienda, & quantum expediens fuerit, exaudienda.

Sexta concluſio. Licet regulariter papa verus & canonicus de hæreſi, aut nullo notorio crimine eccleſiam ſcandalizante non infamatus, nec ſuſpectus nequeat ab aliquo particulari collegio, ſeu perſona ſingulari contra ea quæ ſunt ſui juris compelli, vel arctari: tamen ab univerſali eccleſia ſeu concilio generali ipſam repræſentante, attenta prolixitate caſus præſentis pro pace eccleſiæ celerius procuranda, juſte poſſet ad ceſſionem compelli.

Si in caſu prædicto papa dictam viam pertinaciter recuſaret, legitime poſſet, tanquam ſchiſmaticus, & de fautoria ſchiſmaticæ pravitatis ſuſpectus rationabiliter condemnari.

Octava eſt quod io caſu prædicto papam tanquam hæreticum, vel ſchiſmaticum coodemnantes, & dictam condemnationem juſtam & canonicam fore firmiter aſſerentes, nullatenus hæretici ſunt cenſendi, ſed magis oppoſitum pertinaciter affirmantes.

Nona, qui nunc reprobant viam ceſſionis, diceotes eam eſſe irrationabilem, illegitimam & injuſtam, ſecundum ſe & ad ſeipſam, ſecundum rationes juris inducuot fundamentum Piſani concilii ipſiuſque robur infirmant & totam hanc obedientiam ſcandalizant.

Decima, qui vim belli ſuadeot, & tractatum pacis & concordiæ ab adverſariis oblatum repudiant, in Spiritum ſanctum multipliciter peccant. Primo quia impediuot finem pacis ad quem præſens concilium vocatum eſt, & principaliter ordinatum. Secundo quia obviant mediis quibus ad dictum finem facilius pervenitur. Tertio quia impugnant regulam per quam impedimentis ad finem prædictum & ejus media repugnantibus facilius obviatur. Vltimo & illam tam divini quam humani juris regulam de duobus malis minus eligendum eſt.

Ad præmiſſa offeruntur rationes & allegationes tam divioi quam humani juris, quando placebit ſuper his in concilio audientiam dare.

Licet via executionis ſententiarum Piſani concilii, & via reductionis ſchiſmaticorum ad unitatem eccleſiæ, ad obedientiam D. noſtri papæ Ioannis XXIII. ſive ſponte, ſive coacte quantum in ſe, ſecundû communem juris formam, ſint juridicæ, tamen quia ſecundum circumſtantias non videntur eſſe poſſibiles, nec efficaces pacis & perfectæ unionis eccleſiæ, via ceſſionis omnium, per quam facile poteſt pax & perfecta unio eccleſiæ haberi ſecundum omnes circumſtantias, juſtior eſt, & ſimpliciter eligenda.

Secunda, reprobans viam ceſſionis, attento ſtatu eccleſiæ fautor ſchiſmatis eſt cenſendus.

Tertia, attentatio & electio viæ executionis ſententiæ Piſani concilii vel reductiva ſchiſmaticorum & condemnatorum per idem concilium ad obedientiam domini noſtri Ioannis, ad pacem eccleſiæ, rebus ſtantibus, ut ſunt, eſt generativa ſuſpicionis fautoriæ ſchiſmatis, & plus favendi ſingulari perſonæ, quam univerſali eccleſiæ.

Quarta, licet juſtum ſit ſecundum communem juris formam, dominum noſtrû Ioannem in ſuo pontificatu perſiſtere, & ab illo non amoveri, quam ſchiſma diuturnum,

diuturnum, & ecclesiam in tali statu remanere.

Quinta, ecclesia universalis quæ vere vel interpretative, & vitualiter consistit in concilio generali, potest quemlibet etiam summum ejusdem ecclesiæ ministrum, per cujus persistentiam status universalis ejusdem ecclesiæ turbaretur, & per cujus admonitioonem ad statum debitum reduceretur, etiam sine culpa ministri amovere.

Sexta etiam universalis, & supra potest quemlibet ministrum ejus etiam summum & unicum culpa sua turbantem, & scandalizantem statum universalis ecclesiæ amovere.

Ex parte nationum datæ sunt aliæ cedulæ in effectu continentes, quod principaliter ageretur de unione ecclesiæ. Et hæ cedulæ fuerunt publicatæ.

His actis, incidit quæstio, qui in concilio, in rebus diffiniendis admittuntur, & volunt quidam, quod soli episcopi, eorumque majores prælati & abbates admitterentur. Contra quam opinionem cardinalis Cameracensis scripsit cedulam, cujus tenor talis est.

Ad obviandum protervię & inscitiæ quorundam dicentium quod in hoc sacro concilio Constantiensi in omnibus sessionibus soli prælati majores, episcopi & abbates habeant vocem in diffinitiva sententia agendorum, consideranda sunt quæ sequuntur.

Primo distinguendum est de agendis in concilio, quia vel illa essent, quæ solum pertinerent ad fidem catholicam, sacramenta, & pure spiritualia ecclesiastica, de quibus antiquitus, inter sanctos patres in conciliis generalibus agebatur, in quo casu sæpe loquuntur jura canonica, & de iis de præsenti nihil scribitur.

Vel illa essent pertinentia ad exterminationem præsentis schismatis, & unionis ac pacis integræ procurandæ, in quo casu maxime habent locum sequentia.

Multa hic proferuntur valde dubia & subjecta fidei.

Item sciendum etiam quod sicut a tempore nascentis ecclesiæ schismatis circa electionem summi pontificis, varii fuerunt modi observati, sicut patet per jura & antiquas historias, sic in modo congregationis & deliberationis conciliorum generalium; nam sicut patet in Actibus apostolorum, & in historia Eusebii, quæ Actibus apostolorum immediate subnectitur, quandocumque in conciliis congregabatur tota communitas Christianorum, quandoque episcopi, presbyteri, diaconi, quandoq; soli episcopi sine abbatibus, quandoque cum episcopis abbates; quandoque imperator convocabat, & congregabat concilium, & præsens erat, etiam absente papa, de cujus causa agebatur, sicut hæc varietas potest probari jure naturali & divino, & ex historiis supradictis cum quatuor conciliorum in Actibus apostolorum celebratorum, quam ex dicta historia Eusebii libro VI. cap. XXXIII. libro VII. cap. XXVII. & XXVIII. & libro X. cap. V. ubi multa ad propositum præsentis materiæ utilia recitantur.

Item sciendum est, quod quando in conciliis generalibus soli episcopi habebant vocem diffinitivam, hoc fuit, quia habebant administrationem populi, & erant viri sancti, & docti & electi præ cæteris in ecclesia Christiana. Postea fuerũt additi abbates eadem de causa, & quia habebant administrationẽ subjectorum, & eadem ratione addi deberent priores, aut majores quarumcumq; congregationum, plusquam episcopi, vel abbates inutiles solũ titulares, & in quibus deficiunt conditiones supradictæ, & qui forte in hac materia sunt suspecti. Et mirabile videretur, quod unus talis archiepiscopus, aut episcopus, vel abbas paucos, aut nullos suffragantes habens, & parvum aut nullum sibi subjectum, haberet tantam vocem in concilio, sicut archiepiscopus Moguntinus, ac alii magni prælati, & principes imperii, & multi particulares archiepiscopi, & episcopi in Francia, & Anglia, &

A aliis regnis, qui plures habent parochiales ecclesias, in quibus est major populus, quam in pluribus archiepiscopatibus, & episcopatibus prædictis.

Item eadem ratione, qua supra, non sunt excludendi a voce diffinitiva sacræ theologiæ doctores, ac juris canonici, & civilis, quibus, & maxime theologicis, datur auctoritas prædicandi & docendi ubique terrarum, quæ non est parva auctoritas in populo Christiano, sed multo major quam unius episcopi, vel abbatis ignorantis, & solum titulari. Et quia antiquitus hæc doctorum auctoritas non erat introducta per modum studiorum generaliũ, quæ hodie auctoritate ecclesiæ observatur, de eis non fit mentio in antiquis juribus communibus, sed in concilio Pisano, & Ro-

B mano eorum auctoritas allegatur, & in diffinitiva sententia se subscribunt. Quare eos in simili excludere per præsens concilium, quod est dicti Pisani continuativum, non solum esset absurdum sed dicti Pisani concilii quodam modo reprobativum.

Item eisdem responsionibus, vel consimilibus, idem dicitur de regibus & principibus, aut eorum ambassiatoribus, & de procuratoribus absentium prælatorum, & capitulorum, & etiam sicut patet ex bulla D.N. papæ, qua mandat præsens concilium, & maxime ex canonicis impedimentis causantibus ad hujusmodi locum, & tempus concilii personaliter adesse nequiverint, tunc illi qui sic impediti fuerint, aliquos suo nomine Deum timentes scientia, & rerum experientia

C præditos, ac sufficienti mandato suffultos mittere non postponant vices eorum, qui miserant, in dicto concilio impleturos.

Item quantum ad materiam terminandi præsens schisma, & dandi pacem ecclesiæ, velle excludece reges, principes, aut ambassiatores eorum, maxime cum magnam & honorabilem partem faciant hujus coocilii, a voce, seu determinatione etiam conclusiva; non videtur justum, æquum, aut rationi consonum, cum hujusmodi pacis conclusio ad eos, & populos eis subjectos valde pertineat, & sine eorum consilio, auxilio & favore non possint ea quæ in hoc concilio concludentur, executioni mandare.

Cardinalis sancti Marci fecit aliam cedulam ad idem: ejus tenor talis est.

Fusius ista atque accuratius tractantur a Roberto cardinale Bellarmino cap 15. libri primi de conciliis.

D Tu quis es, qui prætendis primo, solos majores prælatos, ut his verbis utar, episcopos & abbates habere vocem in generali concilio, & ita excludis doctores, archidiaconos, rectores parochialium ecclesiarum, cæterosq; dignitates habentes, quibus cura imminet animarum, ordines præterea ecclesiasticos, sacerdotes & diaconos, dic ubi illos non admittendos * legisti? & si legeris conciliorum antiquorum actiones, reperisti sacerdotes & diaconos admissos.

* Pauca legerat, qui hæc tam temere effutit card. S. Marci.

Sed ad primos exclusos per te redeo, ultimos doctores, si theologus es, lege Paulum dicentem in messem dominicam missos a Deo alios apostolos, qui & ipsi episcopi, alios prophetas, & de illis nõ quęritur, alios doctores, & tu illos excludis qui plus cæteris sunt ne-

E cessarii, & sine quorum effectu, scilicet doctrina, cæteri gradus & ordines inepti sunt, sed repellendi, dicente domino, *quia tu scientiam repulisti, & ego te repellam*. Et quando Christus apostolos misit, illos præcipue instruxit, & promisit dare eis quid loquerẽtur, & quod mirabilius est, docuit omnes linguas. Attende igitur quantum in apostolis doctrina sit necessaria, Paulo eodem apostolo & doctore, & inquit per amplius doctrinæ collatum est munus, imo & amplius ipso teste, cęteris apostolis locutus est linguis, indiguit tamen cito interprete linguæ græcæ, adeo ut dixerit & scripserit. *Cum venissem*, inquit, *Troade* id est Troiæ, *& ostium mihi apertum esset in domino nostro Iesu non habui requiem spiritui meo, eo quod non inveni Ti-tum.*

Hæc valde suspecta.

tum. Quod exponens Hieronymus dixit, hoc ideo di-A ctum a Paulo dicto, quod illo Tito maxime indigebat, & utebatur interprete linguæ Græcæ, pro cujus absentia ibi non stetit, sed vale dicens Troianis abiit in Macedoniam. Vide quantū doctores necessarii sint in ecclesia Dei, ut doctor gentium doctore indiguerit. Præterea evangeliū Marci scriptū est Petro narrante, Marco dictante, ut & Petrus interprete indiguerit.

Si canonista es, vide textum canonis dicentem, quod doctorum ordo quasi præcipuus est in ecclesia Dei, illum ergo ordinem, & quasi præcipuum ordinem repellis, & admittis indistincte episcopos, & abbates, quorum pars major indocta. Et attende quod rex, vel prælatus indoctus est asinus coronatus. Cum illis ergo doctores admitte, ut illorum scientiæ defectum, qui tamen auctoritatem habent, istorum scientia & doctrina suppleant. B

De cæteris autem, quos tacite excludis, vide quid agis. Omnes sacerdotes qui non sunt de tuis expellis prælatis, & pellis, qui tamen præcipuus ordo est in ecclesia Dei, inter quos unus summus est & papa, cæteri autem sacerdotes sunt, quibus etiamsi simplices sunt, non est detrahendum, sed in eis sacerdotale officium honorandum, de quibus in lege scribitur, *Diis non detrahas*, sacerdotes intelligendo, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem dii nuncupantur, quos repellis; admittis tamen episcopos, inter quos ultimor episcopos & presbyteros qus ntum ad ordinationem & meritum apostolus nullam differentiam facit, docens quod æqualem episcopum esse oporteat, & quis episcopus debeat ordinari, nihil dicit de presbytero, sed transit ad diaconum insinuans secundum proœmium, eadem in presbytero & episcopo requirenda, & eundem esse ordinem & dignitatem licet iis temporibus multitodo fecerit vilescere; rariores sunt episcopi, ideo pretiosiores, quia pulegium apud Indos pipere pretiosius est, & ii sunt rectores parochialium ecclesiarum, qui etiam ecclesiarum prælati vocantur in jure, cum ecclesia sit in diversis ordinibus & officiis constituta, cur ordines & officia repellis? Idem de diaconis dico, qui & ordo sunt in ecclesia Dei, & officium gerunt, & hæc a primitiva ecclesia. C

De iis videnda Joannis de Polemar oratio in concilio Basileensi habita anno 1433. nam hic multa ridicula concervantur.

Sed & postea a sanctis patribus sunt officia instituta, utpote archidiaconi, archipresbyteri, & ex consuetudine decani, & alia officia, quæ expressa reperio in jure, & in ordine ecclesiastico, cur illos repellis, & quosvis episcopos indifferenter admittis? D

Audeo tibi dicere, quod in Galliis, Germaniis, Anglia, Hispania, sunt mille curati parochialium ecclesiarum, quorum quilibet majorem administrationem & regimen plurium animarum quos jus admittit, & nullo repelluntur, & tu istos quorum multo plus interest ratione administrationis vis repelli? Ego omnem hominem habentem ordinem, vel officium ecclesiasticum, quia illius interest, omnemque doctorem, quia prodesse potest, dico admittendum & nullum talem repellendum, & in antiquis conciliis * non tepetio fuisse repulsos. E

* Ita si fuerint missi ac legati ab episcopis aut ægrotantibus aut alias quacumqi de causa impeditis.

Quinimmo vide Pisanum concilium, quod & istud idem reputatur, reperies in illo centum pene tales, maxime doctores, & licentiatos admissos auctoritative & subscriptos in sententia lata contra Petrum de Luna & Angelum. Cum in isto, quod ab illo vires accepit, aliud contrarium censeas, non video; quinimmo in pluribus conciliis reperies, presbyteros & diaconos fuisse admissos.

Et si forte in antiquis conciliis non legeris tales admissos, cum hoc stat, quod fuerint admissi, sed principaliores nominantur, ne multitudo fastidiat. Præterea quia forte pro paupertate, & locorum distantia non veniunt, sed si veniant, nescio, nec tu scis, cur repelli debeant.

Admittis indistincte abbates, nescio cur curatos parochialium ecclesiarum repellis, qui certum jus, & determinatum in ecclesiastico gradu habent officium: illi non isti majorem animarum curam, & administrationem, quam illi, istorum quippe plures habent mille, imo duo, tria, quatuor, decem millia animatum. Abbates vero quidam decem monachos aut viginti, vel paulo plus: paucissimi sunt, qui centum habeant.

Hæc tamen quod * isti si curati habent in ordine & gradu ecclesiastico necessario est, illi autem præter ordinem & gradum, & necessitate ministrant.

* Hic videtur quædam deesse in MS.

Hos ergo gradus admitte in corpus, cujus ordinata, & necessaria membra sunt, ex necessitate, & pro suo interesse. Doctores autem propter eos, & propter te, ut etiam quod nescis, te doceant & * dirigant, illosque scientes non repellas, ne videaris scientiam repulisse, ne Deus te repellat, sed per eorum doctrinam instruat, & dirigat in viam salutis æternæ.

* consulendo non desiciendo.

De procuratoribus autem archiepiscoporum, & episcoporum & aliorum præscriptorum, qui sunt admittendi, quos indistincte repellis. Dico nunc nec usquequaque repellendos, nec omnino admittendos; sed dico legitime excusatorum admittendos procuratores, aliorum non, sicut in electione reperio constitutos, nec tamen solennitatem juramenti requiro, quia illa specialiter statuta est, & sufficienter quomodocumque de legitimo impedimento constare.

De ambassiata autem regum & principum clarum est, quod in iis, quæ conveniunt universalem ecclesiam, utpote unionem ecclesiæ & fidem admittendi sunt, sed stare debent determinationi peritorum & doctorum in his quæ sunt fidei.

In aliis autem, quæ conveniunt mores, & ordines ecclesiasticos, non pertinet ad eos: sic etenim fecit Constantinus in Nicæno concilio, libellos accusatorios igni subjiciens & ecclesiasticorum judicio relinquens, sedit in cella infima. Et Theodosius imperator professus, de iis nihil ad eum, præter reverentiam, pertinere.

Verum ex forma litterarum vocationis concilii apparet, procuratores impeditorum legitime, & ambassiatores regum debere admitti, quod tamen intelligendum est ad ea in quibus habent interesse, & quæ præmissa sunt.

In hac quæstione pendente incidit quæstio, quomodo deciderentur agenda in concilio, & fieret scrutinium votorum; utrum per nationes in genere, quarum quatuor erant ultimi Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & Angliæ; vel per capita singula. Et licet clarum de jure videatur, perscrutanda sunt vota per capita singula; quia tamen plures sunt prælati Italiæ pauperes, quam fere de omnibus nationibus, præterea dominus noster fecit in numero excessivo prælatos cubiculariorum ultra quinquaginta. Dicitur præterea quod multos voluit sibi obligare juramentis, & muneribus, alios minis terruisse, & ita scrutando per capita nihil fieret, nisi quod vellet dominus noster: in istis quæstionibus concilium diu pependit. Verum est quod major pars deliberavit ad viam cessionis.

His mediis temporibus actum est de erroribus VVicles, & scripta erat sententia; sed totum dilatum est per apertionem illius viæ cessionis.

Dominus noster novissime dixit, quod ipse omnino vult dare pacem ecclesiæ.

Interim nationes ulterioris Galliæ, Germaniæ & Angliæ, & ita postea Italiæ per se ipsas se congregaverunt, & deciderunt de facto quæstionem, utrum per nationes vel per capita singula procederetur, & congregaverunt se separatim, & finaliter omnes declinabant

clinabant ad viam cessionis secundom formam primæ cedulæ super hoc datæ, per cardinalem sancti Marci, quæ iocipit. In concilio generali, &c.

Die sabbati, quæ fuit XVI. mensis Februarii, papa mandavit concilium de sero, & præsente rege Romanorum, & toto concilio: primo quidem proposuit de via cessionis, postea commisit domioo cardinali Florentino, ut hoc prosequeretur; qui satis eleganter proposuit, & legit cedulam per papam super hoc ordinatam, cujus tenor talis est.

Sanctissimus dominus noster papa hic præsens, quanquam nullis votis, juramentis, promissionibus ad infra acta nullatenus astringatur; tamen propter quietem populi Christiani proposuit, & deliberabat sponte, & liberaliter dare pacem ecclesiæ per viam cessionis, si & in quantum P. de Luna, & Angelus Corrario per sacrum generale Pisanum concilium de schismate & hæresi damnati, & de papatu ejecti, juri quod prætendunt in papatu, sufficienter renuncieot, & hoc cum modis, & circomstantiis, & tempore declarandis, & concludendis in tractatu super hoc per eundem dominum nostrum, vel suos deputandos cum deputandis per vos post hoc statim tenendo.

Sanctissimus D. N. dominus Ioannes Papa XXIII. quanquam nullis votis, juramentis, aut promissionibus astringatur, tamen propter quietem populi Christiani profitetur, spondet, & promittit Deo & ecclesiæ spoote, & liberaliter dare pacem ipsi ecclesiæ per viam cessionis suæ per se, vel procuratores legitimos unum, vel plures ad hoc irrevocabiliter constituros, & in quantum Petrus de Luna, & Angelus de Corrario, per sacrum Pisanum concilium de schismate & hæresi damnati, & de papatu ejecti, papatui, quem prætendunt, per se vel procuratores legitimos similiter cedaot, & hoc infra terminum, & de prædictis facere unam, vel plures literas io bulla plumbea, prout expedierit.

Et attendatur ex nunc, innovetur & aggravetur processus Pisani concilii, contra dictos damnatos, suspendeodo tamen effectum processus usque ad tempus, quod dabitur eis ad cessionem.

Item quod rex Romaoorum, & domini præseotes, ac omnes ambassiatores regum, & alii, ac totum concilium promittant domino nostro in casu quod illi damnati non se humilient ad cessionem, sicut ipse fecit, assistere suæ sanct. perpetuo contra ipsos, & eorum adhærentes, tam spiritualibus favoribus, quam temporalibus auxiliis.

Licet autem prima domini nostri cedula nationibus non suffecisset, immo suspicionem generasset; ista ultima mious suffecit, plusque generavit suspicionis quam prima. Primo quia oon offert, nisi aliis cedentibus. Secundo propter verba irritativa, quia alii vocantur condemnati de hæresi. Tertio propter terminum appositionis. quarto propter processuum iooovationem, & aggravationem.

Post hæc nationes visis præmissis cedulis, composuerunt cedulam sequeotem, quæ fuit approbata per tres nationes, & demum per regem Romanorum, privare oblata Papæ, super qua multa habuit consilia, & tandem ductus est quibusdam mediis ad hoc, ut illam prima Martii publice coram rege, & concilio concesserit, & in propria persona legerit, & decreverit literas fieri, & die sequenti facta sessione solemni cum missa solenniter publicavit: *Te Deum laudamus.*

Tenor cedulæ talis est.

Ego Ioannes Papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani, profiteor, spondeo & promitto, voveo & juro Deo, *&c.* require ipsam cedulam infra.

* * * Quæ sequuntur *MS. in codice Capranicensi videntur referri posse ad sessionem XL. pag. 243. E.*

I.

De numero, & qualitate dominorum cardinalium, & modo promotionis eorum.

Statuimus, ut deinceps numerus cardinalium S. R. E. adeo sit moderatus, quod nec sit gravis ecclesiæ, oec superflua numerositate vilescat, qui de omnibus partibus Christianitatis proportionabiliter, quaotum fieri poterit, assumantur, ut notitia causarum, & negotiorum in ecclesia emergentium facilius haberi possit, & æqoalitas regionum in hooribus ecclesiasticis observetur, sic tamen quod numerum XXIIII. noo excedant, nisi pro honore nationum, quæ cardinales non habent, unus, vel duo, pro semel de consilio, & coosensu cardinalium assumendi viderint. sint autem viri io scientia, moribus & rerum experientia; & excellentes doctores io theologia, aut in jure canonico vel civili, præter admodum paucos, qui de stirpe regia, aut ducali, aut magni principes oriundi existant; in quibus competens litteratura sufficiat: non fratres, aut nepotes ex fratre vel sorore alicujus cardinalis viventis, nec de uno ordine mendicantium ultra unum, non corpore vitiati, aut alicujus criminis, vel infamiæ nota respersi, nec fiat eorum electio per auricularia vota solummodo, sed etiam cum consilio cardinalium collegialiter, sicut in pronunciatione episcoporum fieri consuevit, qoi modus etiam observetur quando aliquis ex cardinalibus in episcopum assumetur.

II.

De provisionibus ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, dignitatum, & aliorum beneficiorum.

Sanctissimus dominus noster Papa Martinus V. super provisionibus ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum quorumcumque vult, & intendit, & mandat observari, quod exceptis ecclesiis, monasteriis, & ceteris beneficiis reservatis in jure, & designatis in extravaganti ad regimen modificatum, quantum ad numerum officiorum reducendum ad numerum consuetū. Item quoad capellanos, quod beneficia eorum noo reservata, nisi fiot magistri, vel doctores, vel licentiati in theologia, jure canonico vel civili, quorum dispositio ad papam specialiter pertineat; in ecclesiis & monasteriis fiant electiones canonicæ. De monasteriis autem non exemptis, quorum servitus suam taxationem decimæ vigesimæ, Italiam & Hispanos 150. In Italia vero, & Hispaniis 60. li. Tu. per va. an. non excedunt, fiant confirmationes aut provisiones per ordinarios secundum canonicas sanctiones. De monasteriis non excedentibus summas prædictas, nec noo cathedralibus ecclesiis electiones ad sedem apostolicam deferantur, quatenus ad tempus statutum in constitutione Nicolai III. quæ incipit; Cupientes præterea expectat, quo transacto, si non fuerint præsentatæ, vel si præsentatę minus canonice fuerint, papa provideat. Si vero canonice fuerint papa eas confirmet, nisi ex causa rationabili & evidenti, & de fratrum consilio, de digniori & utiliori persona duxerit providendum, provisi & coofirmati per papam nihilominus metropolitanum, & aliis præstent debita juramenta & alia consueta. De mooasteriis monialium papa noo disponat, nisi sint exempta; ad episcopales autem dignitates ut supra, nullos eligatur, nisi doctor, aut licentiatus cum rigore examinis in theologia, aut jure canonico, vel civili. De ceteris vero dignitatibus, officiis, & beneficiis secularibus, & regularibus ultra reservationes prædictas duæ partes sint in dispositione papæ, & tertia pars remaneat in dispositione ordinariorum, ita quod doo prima cedant papæ, & tertium ordinario, ita quod

per quamcumque aliam reservationem, aut prærogativas non minuatur. Item beneficia vacantia per resignationem simplicem, vel ex causa permutationis neutri parti computentur. Item nec vult, nec intendit gratias expectativas dare, nisi ad unicum beneficium, nisi in Italia, & in Hispania, & in aliis partibus, ubi beneficia sint exilia, neque ad dignitates majores post pontificales in cathedralibus, neque ad principales in collegiatis, neque ad prioratus conventuales. Dignitates vero majores post pontificales in cathedralibus, & principales in collegiatis nullis, nisi doctoribus aut bacalauriis formatis in theologia, vel doctoribus, aut licentiatis in jure canonico, vel civili conferri valeant, nec ad illas quis assumatur, nisi forte propter tenuitatem ipsorum infra mensem a die vacationis nullus inveniatur talis, qui illam voluerit acceptare. Cæteris autem literatis in prærogativis literatum providebitur. Item quod in pari data gratiarum expectativarum ad earum collationem graduatus non graduato præferatur, & in gradibus diœcesanus præferatur non diœcesano.

III.

Decretum.

Multorum temporum experientia docuit, quod dilationes eligendi: aut alias providendi ecclesiis, monasteriis vel aliis dignitatibus, quibus de jure, vel consuetudine est per electionem providendum, quæ a nostris prædecessoribus etiam in generalibus conciliis statuuntur, tam prætextu vocationis absentium, quam alias nimirum diuturnas damnationes, vexationes & onera gravia expensarum inducant, quibus providere volentes, sacro approbante concilio statuimus, ut deinceps vacantibus ecclesiis, ii, ad quos pertinebat eligere, a die notæ vacationis ab ecclesia, monasterio, sive loco per xx. dies continue absentes expectant, quibus elapsis, ii qui præsentes fuerint, absque alia vocatione absentium libere ad electionem procedant, si infra quadraginta dies a die notæ vacationis prædictæ non elegerint, locum habeant statuta super hoc in generali concilio, quæ & alia circa hoc edita volumus in suo robore permanere.

IV.

De annatis rubrica.

Pro sustentatione summi pontificis, & fratrum suorum S. R. E. cardinalium de ecclesiis, & monasteriis virorum dumtaxat vacantibus, & vacaturis, solventur pro fructibus primi anni a die vacationis summæ pecuniarum in libris cameræ apostolicæ taxatæ, quæ communia servitia nuncupantur; si quæ vero male taxatæ sunt, juste taxentur, & provideatur specialiter in gravatis regionibus, secundum qualitatem rerum, temporum & regionum, ne nimium pergraventur, ad quod dabuntur commissarii, qui diligenter inquirant, & taxent: Taxæ autem prædictę pro media parte infra annum, etsi infra annum bis vacaverit, semel tantum solvetur, nec debitum hujusmodi in successorem in ecclesia, vel monasterio transeat; de cæteris autem dignitatibus, personatibus, officiis, & beneficiis secularibus, & regularibus quibuscumque, quæ auctoritate sedis apostolicæ conferuntur, vel providebitur de eisdem, præterquam vigore gratiarum expectativarum, aut causa permutationis solvetur valor fructuum primi anni pro media parte infra sex menses a die adeptæ possessionis, & infra alios sex menses pro alia media parte, & debitum hujusmodi in successorem beneficio non transeat.

V.

De causis tractandis in Romana curia, vel extra.

Causæ quæ ad forum ecclesiasticum de jure, vel consuetudine non pertinent, per curiam Romanam non arripientur, de illis cognoscendo in curia vel extra committendo, nisi de consensu partium, qui non ad forum ecclesiasticum, ut præmittitur, pertinent, & de jure sunt per appellationem aut aliter ad Romanam curiam devolutæ, aut de sua natura tractandæ in ea tractentur. Cæteræ committantur in partibus, nisi forte pro causæ, an personarum qualitate illas tractase in curia expediret, pro justitia consequenda, vel de partium consensu in curia tractarentur. Matrimoniales tamen causæ in prima instantia, præter appellationem non committantur in curia, nisi in casibus proxime dictis. Item ad refrænandum appellationes frustratorias, quæ ante diffinitivas sententias interponuntur; ordinamus quod injustæ seu frivolæ appellationes ab interlocutoria, vel gravamine, ultra condemnationem expensarum, damnorum & interesse, in decem florenis, si appellatio interponatur in curia, & in viginti, si de partibus ad curiam parti appellatæ condemnetur. Et quod super eadem interlocutoria, vel gravamine secundo appellare non liceat, nisi haberent vim diffinitivæ.

VI.

De exemptionibus.

Attendentes * quod a tempore obitus felicis recordat. Gregorii papæ XI. prædecessoris nostri nonnulli Romani pontifices, aut pro Romanis pontificibus se gerentes, & in suis diversis obedientiis reputati, pro sua voluntate, aut pro importunitate petentium nonnullas ecclesias, monasteria, capitula, conventus, prioratus, beneficia, loca, & personas a jurisdictionibus ordinariorum tempore dicti Gregorii nullatenus exemptas, vel exempta, de novo apud dictorum ordinariorum jurisdictionem exercuerunt in grave ipsorum ordinariorum pręjudicium. Nos volentes hujusmodi præjudicio obviare, omnes exemptiones ecclesiarum, monasteriorum, capitulorum, conventuum, præpositurarum, beneficiorum, locorum, & personarum quarumcunque, etiamsi ex prædictis aliquod monasterium fuerit exemptum, & postea subjectum monasterio diversi habitus, vel coloris a tempore obitus dicti Gregorii XI. per quoscunque pro Romanis pontificibus se gerentibus de novo factas, quæ tamen ante exemptionem hujusmodi nulla exemptione gaudebant, sed simpliciter subjiciebantur ordinariæ jurisdictioni, nullumque ante illud tempus initium habuerant, etiam exceptis exemptionibus, quæ uni toti ordini, & quæ ecclesiis, monasteriis, capitulis, conventibus, beneficiis, fundatoribus, sive universitatibus studiorum generalium, aut per modum confirmationis augmenti, aut additionis factæ fuerunt aut concessæ, aut super quibus præsentibus & auditis quorum intererat auctoritate competenti ordinarum fuerit, seu in quibus ordinarii consenserint, sacro approbante concilio, revocamus ecclesias, monasteria, & alia prædicta in pristinam ordinariorum jurisdictionem reducentes. Cæteris autem exemptionibus ante obitum dicti Gregorii X I. per eos qui pro summis pontificibus in eorum obedientiis reputati fuerunt, factas, seu concessas, quæ effectum non sortitæ fuerunt. Item omnes etiam quæ effectum sortitæ fuerunt de perpetuis vicariis factas, & concessiones omnes juris patronatus, seu præsentandi factas laicis ecclesiarum seu beneficiorum, quæ non fundaverunt seu dotaverunt. Circa alias vero uniones quæ effectum jam sortitæ fuerunt cum certa regula dari non possit, & querelas eorum, quorum intererat, si non ex rationabilibus causis, vel veris factæ fuerint, licet apostolicæ sedis auctoritas supervenerit, revocabimus justitia mediante, vel aliter secundum juris exigentiam providebimus.

* Vide sup. p. 254. A.

Vel si nationibus placet, fiat revocatio pro præsenti.

VII.

VII.

De commendis.

Item dominus noster papa ordinavit, quod inposterum monasteria aut magni prioratus conventuales habere consueti his temporibus ultra decem religiosos in conventu, & officia claustralia dignitates majores post Pontificalem in cathedralibus, sive ecclesiæ parochiales nulli prelato etiam cardinali dentur in commendam; datæ autem & dati quanquam commendatariis loco illorum de æquivalenti providebitur, post pacificam possessionem adeptam illas dimittant, una etiam ecclesia metropolitana uni cardinali, vel patriarchę concedi poterit provisionem aliam sufficientem non habenti.

VIII.

De fructibus medii temporis.

Item sanctissimus dominus noster papa fructus, & proventus " ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum vacationis tempore obvenientes juris & consuetudinis, vel privilegii dispositioni relinquit, illosque sibi, vel apostolicæ cameræ prohibet applicari.

* Vide supra p. 254. E

IX.

De non alienandis, & alienatis rebus ecclesiasticis.

Volentes ecclesiarum indemnitatibus providere, omnes alienationes rerum immobilium & jurium, necnon concessionem vicariatuum, terrarum, civitatum & dominiorum Romanæ ecclesiæ ultra quinquennium sine concilii consensu & subscriptione majoris partis cardinalium illius obedientiæ: necnon omnes alienationes rerum similium aliarum ecclesiasticarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum, sine consensu libero rectorum & ministrorum eorumdem per quoscumque pro Romanis pontificibus se gerentes, a tempore fel. rec. Gregorii XI. prędecessoris nostri, factas & concessas sacro approbante concilio, penitus revocamus. Alienationes vero per prælatos, rectores & ministros de rebus similibus ecclesiarum, vel monasteriorum, aut aliorum suorum beneficiorum præter, aut contra juris formam factas, nullas fuisse & esse declaramus, & etiam revocamus, res ipsas, aut terras, civitates atque dominia ad jus, & proprietatem ecclesiarum, monasteriorum & beneficiorum ipsorum reducentes. Volumus etiam, & intendimus, quod regimina terrarum, provinciarum, civitatum & dominiorum ecclesiæ Romanæ, quas pro tempore possidebit, nulli, nisi cardinali vel prælato ecclesiastico, & ultra quam in iis, quę requirunt ministeria laicorum, sed nec vicariatus terrarum ecclesiæ Romanæ ultra triennium, & de cardinalium concilio concedantur, vel etiam committantur. De cæteris autem alienationibus, si qui gravari se senserint, querelam exponant apud apostolicam sedem, per quam, ut fieri poterit, providebitur de remedio competenti.

X.

De Simoniacis.

* Vide supra p. 155. A.

Multæ per " simoniacam pravitatem olim ab Ioanne factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit exstirpari. Nos volentes, ut possumus, attentius providere, sacro approbante concilio, declaramus quod ordinati simoniace ab exequutione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes & quæ provisiones ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, seu ad illa, nulla sint ipso jure, nullumque per illas jus cuiquam requiratur, nec faciat fructus suos, sed ad illorum restitutionem tanquam inique ablatorum, percipientes teneantur. Statuentes, insuper, quod dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etsi pontificali, aut cardinalatus præfulgeant dignitate, districtius inhibentes, juxta etiam antiqua statuta canonum, quod pro ordinibus, etiam clericali tonsura ordinans nihil recipiat, cum ad id sint fructus deputati ecclesiastici, quodque notarii pro litteris super ordinum prædictorum collatione pro prima clericali tonsura unum, pro quatuor minoribus ordinibus unum, pro quolibet sacro ordine similiter unum grossum de camera quorum decem faciunt florenum de camera, recipiant; quod si contra fecerint, canonicis subjaceant institutis.

XI.

De dispensationibus.

Quoniam " beneficia propter officia conceduntur, reputantes absurdum, ut qui beneficia obtinent, recusent, aut negligant officium exercere. Nos igitur, sacro approbante concilio, omnes dispensatiunes a quibuscunque pro Romanis pontificibus se gerentibus concessas quibuscunque clericis consecratis, seu provisis ad ecclesias, monasteria, prioratus conventuales, diaconatus, archidiaconatus, & alia quæcunque beneficia, quibus certus ordo deditus est, vel annexus, aut de illis ne munus consecrationis episcopi, seu benedictionis habens, aut cæteros debitos, aut annexos ordines suscipiant, præter illos qui secundum formam cap. Cum ex eo factæ sunt, revocamus, statuentes ut qui de præsenti illas vel illa obtinent, infra sex menses a die publicationis hujusmodi constitutionis nostræ, & quæ imposterum obtinebunt infra annum a die possessionis adeptæ, se faciant consecrari aut benedici, sive ad alium debitum ordinem promoveri, alioquin sint ipsis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis & beneficiis prædictis ipso jure privati, & aliis libere conferantur, aut provideatur de illis. Cæteris constitutionibus circa hoc editis, in suo robore duraturis.

" Vide supra p. 255. B. C.

XII.

Decretum.

Et quia multi episcopi, & eorum superiores, atque abbates, in quibus major debet esse solicitudo curæ, & pontificalis officii, plerumque extra ecclesias, diœceses & monasteria commorantur, propter quod negligitur officium pastorale, eodem approbante concilio, statuimus quod episcopi, & superiores hujusmodi in suis ecclesiis & diœcesibus, abbates autem in suis monasteriis personaliter resideant, a quibus si sex menses continue abfuerint a perceptione fructuum & proventuum per biennium sint privati, qui fructus & proventus in utroque casu cathedralibus ecclesiarum, & conventibus monasteriorum applicentur. Si vero per biennium abfuerint, ipsis ecclesiis, & monasteriis decernimus esse privandos, nullumque eis in aliquo casuum prædictorum cujusvis generalis studii, privilegium suffragetur, nec illis gaudeant quovis modo.

Ordinat dominus noster, quod ad ecclesias cathedrales, monasteria, prioratus conventuales, aut parochiales ecclesias super defectu ætatis ultra triennium nullatenus dispensetur, nisi forte in ecclesiis cathedralibus ex ardua & evidenti causa de consilio cardinalium, seu majoris partis illorum videretur aliter dispensandum.

Item dominus noster in gravibus & arduis casibus sine concilio cardinalium non intendit dispensare circa beneficia incompatibilia obtinentes, in quibus multi reperiuntur excessus constitutionis fel. rec. Ioannis XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit:

Salva

Salva moderatione in eo quod in ea dicitur de uno curato beneficio cum non curato compatibili tameo licite retinendis, ad duo etiam curata, dummodo non ſint duæ parochiales eccleſiæ, extendimus, ſacro approbante concilio, innovamus atque contenta in illa ſecundum illius formam, & tenorem de novo ſtatuimus, & ordinamus, contenta in illa volentes diligentius obſervari.

XIII.

De proviſione papæ & cardinalium.

Romano pontifici & S. R. E. cardinalibus pro illorum ſuſtentatione rebus Romanæ eccleſiæ ſtantibus, ut ſunt, non videtur aliter poſſe provideri, quam hucuſque factum eſt, ſcilicet per beneficia, & communia ſervitia, quæ vacantiæ nuncupantur. Verum circa beneficiorum qualitatem taliter duximus providendum, quod nulli cardinali monaſterium prio-*ratus conventualis ultra numerum x. religioſorum ſecundum moderna tempora habere conſuetus, nulla major dignitas poſt pontificalem in cathedralibus, aut parochialibus, etiam nullum officium clauſtrale, nullum xenodochium, hoſpitale, eleemoſynaria, ſeu leproſaria in titulum vel adminiſtrationem conferantur: Et ſi quæ talia nunc obtinent, quare primum papa loco illorum de alio æquivalenti providebit, illa dimittere teneantur, ſicut ſuperius de commendis eſt dictum. Proviſo, quod nullus cardinalis de proventibus eccleſiaſticis non habeat ultra valorem ſex millium florenorum.

Statuimus quod ſinguli cardinales, monaſteria, aut prioratus conventuales habentes ultra numerum xii. religioſorum ſecundum conſuetudinem temporum modernorum, habeant in illis vicarium generalem in ſpiritualibus & temporalibus religioſum. Poterunt tamen iiſdem cardinales ad regimen temporalium ſub dicta vicaria alias perſonas ſubſtituere, & nitentur quantum poterunt per eccleſiaſticas perſonas hoc agere, conſtituatur tamen ad regimen hujuſmodi dictus vicarius ſine conſenſu cardinalis non valeat removeri. In minoribus autem beneficiis conſtituant vicarium in ſpiritualibus, cætera per alias perſonas, & quantum poterunt, ut præmittitur, per eccleſiaſticas hoc faciant. Nulli autem laico monaſteria aut beneficia hujuſmodi locent, aut ad firmam, aut arrendamentum dent. Teneantur etiam illi tenere unum religioſum ſecundum moderna tempora conſuetum, & maxime qui erant antequam cardinales, quando illa beneficia, aut monaſteria obtinerent, niſi poſtmodum fructus, & redditus eorum ſine culpa cardinalium erunt adeo diminuti, quod ad ſuſtentationem prioris & tot religioſorum non ſufficerent. Superiores autem dictorum monaſteriorum & prioratuum, quibus jus viſitandi competit, illa poterunt viſitare, & defectus charitative corrigere, & quæ in illis reparanda viderint, aut relapſa maxime per culpam cardinalium, vel eorum miniſtrorum tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, illa gubernatoribus illorum injungatur reparari ſecundum facultatem monaſteriorum, & beneficiorum hujuſmodi, deducto, quantum abbas, & prior, ſi eſſent, ſecundum communem modum pro ſtatu ſuo expenderent. Quod ſi in perficiendis jis, quæ in præmiſſis injuncta fuerint gubernatores prædicti fuerint negligentes, ſuperiores ipſi tantum ſedi apoſtolicæ, & cardinalium dignitati deferant, quod ſemel ſummo pontifici, & cardinalibus ipſis ſtudeant intimare, qui ſuper iis providere curabunt: ſi non fecerint infra terminum competentem, ſuperiores ipſi ſua auctoritate provideant, ſecundum jura facere poſſunt, ſi per abbates, & religioſos dicta monaſteria, vel prioratus obtinerentur, quocunque privilegio non obſtante.

XIV.

De indulgentiis fiat decretum.

Cavebit dominus noſter papa in futurum nimiam indulgentiarum effuſionem, ne vileſcant, & in præteritum conceſſas ab obitu Gregorii XI. citra perpetuas. Item quæ dicuntur de pœna & culpa, ſive de plena remiſſione conceſſas locis, Item omnes conceſſas ad inſtar alterius indulgentiæ, revocat & annullat.

XV.

De decimis, & aliis oneribus eccleſiaſticis.

Præcipimus [a] & mandamus jura, quæ prohibent inferioribus a papa decimas, & alia onera eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis imponere, diſtrictius obſervari, per nos autem nullatenus imponentur, quod & noſtris ſucceſſoribus judicamus non imponi generaliter, ſuper totum clerum non ex magna, & ardua cauſa & utilitate univerſalem eccleſiam concernente, & de conſilio, & conſenſu ac ſubſcriptione fratrum, & prælatorum, quorum conſilium faciliter haberi poterit; nec ſpecialiter in aliquo regno, vel provincia, inconſultis prælatis illius regni, vel provinciæ.

[a] Vide ſupra pag. 9. D. E.

*** *Poſt verba* diebus inferius annotatis. *quæ habentur pag. 9. D. hujus XII. tomi hæc ſubminiſtrat idem codex MS. Capraniceuſis.*

Origo generalis concilii Conſtantienſis ex Piſano concilio cœpit. Cum enim magnum, & horrendum ſchiſma, quod cœpit in urbe poſt obitum Gregorii XI. anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octavo jam triginta annis duraſſet per tumultum, & oppreſſionem Romanorum electus fuit Bartholomæus archiepiſcopus Barenſis, qui ſe Urbanum ſextum nominavit. Deinde per eoſdem cardinales, qui ab eo receſſerunt, aſſerentes eum per metum electum fuit electus Robertus cardinalis Gebennenſis, qui ſe Clementem ſeptimum nominavit. In his duobus conſtitutum eſt illud magnum, & famoſum ſchiſma, cui nullum ſimile, neque temporis diuturnitate, jam enim triceſimus ſeptimus annus agitur, neque cauſæ, neque rei dubietate, neque regnorum, & provinciarum diviſione præceſſit. Clementi obediverunt omnes Galliæ ab Alpibus incluſive uſque ad oceanum Britannicum, præter Flandriam, Hannoniam, Brabantiam & Leodium. Item omnes Hiſpani præter Portugalliam. Item Scotia. Item Cypria & Rhodus, Majorica & inſulæ ſubditæ Hiſpaniæ, & tandem Janua, & Leodium. Urbano vero cætera regna & provinciæ, ut pote Italia cum ſuis inſulis, omnes Alamaniæ, Bohemia, Hungaria, Polonia & Anglia. Urbanus ſedit Romæ, Clemens Avenione. In parte Romana uſque ad iſtud concilium fuerunt quatuor, Urbanus VI. Bonifacius IX. Innocentius VII. & Gregorius XII. qui vivit, & dictus Angelus Corrario de Venetiis. In parte Avenionis duo tantum, Clemens prædictus VII. dictus Robertus de Gebennis, qui ſedit XVI. annis paucis diebus minus, & Benedictus XIII. dictus Petrus de Luna de Aragonia, qui adhuc vivit. Cum autem dictum ſchiſma triginta annis duraſſet, & præfati Benedictus & Gregorius, pro unione eccleſiæ cedere promiſiſſent & juraſſent, aſſignato loco Saonæ ad conveniendum pro ceſſione inſtante tempore conventionis, tot & tantas difficultates præſtandarum ſecuritatum uterque per colluſionem invenerunt, quod non convenerunt. Quibus per cardinales utriuſque obedientiæ conſideratis, iidem cardinales ab eis receſſerunt, & Petrus de Luna dictus Benedictus fugit in Aragoniam ad Perpinia-

oum

num de Portu Veneris propter metum regis Francorum qui jam sibi subtraxerat obedientiam. Angelus autem dictus Gregorius retrocessit Senas. Tunc præfati cardinales utriusque obedientiæ convenerunt, & concorditer Pisanum concilium convocarunt, in quo dicti Benedictus & Gregorius fuerunt depositi de summo pontificatu, & elegerunt in papam cardinalem Mediolanensem Petrum de Candia de ordine Minorum, oriundum de Creta quæ Candia dicitur, de qua se cognominavit, famosissimum theologiæ doctorem Parisiensem, qui se Alexandrum nominavit. Verum præfatis Petro de Luna omnes Hispaniæ præter Portugalliam, Angelo vero regnum Siciliæ, Neapolitanum, & Carolus de Malatestis cum terris quas tenebat, & omnes duces Bavariæ, atque archiepiscopus Treverensis & terræ illis subjectæ obediverunt, dicta depositione non obstante. Rex tamen Siciliæ Ladislaus postea illum Angelum repulit & venit ad obedientiam Ioannis XXIII. de quo infra, per certa pacta inita inter illos. Qua electione Alexandri facta, Pisis illud concilium fuit, & per eundem Alexandrum, illo approbante concilio, continuatum ad triennium, locum autem & diem summus pontifex, qui tunc foret, eligere & significare debeat. Præfatus Alexander anno vixcompleto a sua electione obiit Bononiæ, & electus fuit iste Ioannes XXIII. cardinalis dictus sancti Eustachii, legatus in Bononia dictus Balthasar Cossa de Neapoli. Quam electionem fuisse vitiosam, fama est, & quantum ad merita personæ certum. Idem Ioannes XXIII. prosequens continuationem dicti Pisani concilii instante biennio convocavit concilium generale Romæ ad primam Aprilis anno millesimo quadringentesimo * vigesimo secundo, sed tam propter loci distantiam, tam propter viarum pericula, cum undique prope Romam bella gererentur nec erat tutus accessus, nullus de extra curiam accessit; quæ impedimenta idem Ioannes papa, ut dicebatur, & creditur a multis procurabat, & fovebat, ne fieret concilium. Demum Roma capta, curiaque repente fugata per Ladislaum Siciliæ regem, non sine latissima culpa dicti Ioannis papæ, ipsoque cum curia sua stante Florentiæ, serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex misit ad eundem papam legatos postulans sibi dari potestatem convocandi concilium generale, & eligendi locum & tempus. Cardinales autem videntes quod idem papa refugiebat concilium generale tantum institerunt apud eum, quod misit ad eum Curiæ in Italia cardinales de Chalanco & Florentinum, cum potestate eligendi locum & tempus celebrandi concilium, de consilio & consensu dicti regis, & ita elegerunt Constantiam, & diem Calendarum Novembris anni 1414. & pontificatus ejusdem domini Ioannis IV. statueruntque diem cum rege in mense Novembris anni decimitertii, quo papa & idem rex convenerunt in civitate Laudensi & ita convenerunt cum omnibus cardinalibus, ibique papa in generali consistorio, rege præsente, generale hoc concilium Constantiense ad Kalendas prædictas decrevit convocandum, & convocavit decretis litteris apostolicis super hoc, quarum tenor talis est, *&c.* *Vide pag.* 11. *hujus tomi* XII. *in MS. codice hæc sequuntur.*

* [illegible] decimo [illegible] gendum.

Post hanc decretam convocationem concilii, papa cum sua curia in principio quadragesimæ rediit Bononiam, & in mense Augusto sequenti mortuus est Ladislaus regnum Siciliæ tenens qui, ut præfertur, Romam ceperat, cum toto patrimonio & terris ecclesiæ præsertim in Tuscia occupabat, propter quod idem dominus noster Papa Ioannes XXIII. voluit adire urbem ad illam, & terras ecclesiæ recipiendas. Sed cardinales sentientes, quod si illuc iret, non reverteretur ad concilium, & idem concilium non fieret, neque procuraretur unio & reformatio ecclesiæ, unde pene secutura timebatur magna ecclesiæ destructio, fortiter restiterunt, & concorditer institerunt verbis & scriptis, quod negotia spiritualia & ecclesiastica, videlicet concilium ageret in persona, temporalia vero per vicarios & legatos, quibus, licet non libenter, annuit. Et prima die Octobris de Bononia iter cepit ad Constantiam, transiens autem per Meronam oppidum ducis Austriæ Frederici pepigit ibi cum eo fœdus, & mediantibus pecuniis idem dux promisit sibi securitatem, etiam in Constantia, & illum tenere securum & liberum. Et quoniam vellet eum extra Constantiam ponere, & tenere securum & liberum contra omnes, prout hæc idem dominus noster papa postea aperuit in Constantia, ut in sequentibus apparebit, ex quo jam perpendi poterat quod idem dominus papa non sincero animo procederet ad concilium. *In MS. codice fusius, paulo clarius atque ordinatius leguntur ea quæ ex editione Romana edita fuerunt supra pag.* 16. *A. his verbis, Die prima mensis Martii, &c.*

Sessio quando D. N. papa obtulit simpliciter cessionem sui papatus aliis cedentibus.

Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quindecimo, indictione octava, pontificatus quo supra, die vero mensis Martii primo in magna aula inferiori palatii apostolici, hora undecima post mediam noctem, D. N. papa Ioanne XXIII. ibidem existente præsente ac Romanorum rege imperatore serenissimo, & quatuor nationibus ibidem congregatis, fuit per D. patriarcham Antiochenum nomine & ex parte totius concilii præsentata prædicto D. N. quædam cedula, sibique nomine dicti concilii fuit humiliter supplicatum per eundem patriarcham quatenus dignaretur dictam cedulam benigne acceptare. Et dictus dominus noster papa accepta cedula & ea secrete lecta, dixit quod semper fuit intentionis dare pacem ecclesiæ, & ad hoc venerat Constantiam. Et etiam qualiter dicto concilio non vi, nec metu compulsus, non coactus, sed liberaliter, & sponte obtulerat viam cessionis sui papatus, & obtulit, & quod nunquam fuit alterius intentionis. Demum dictus dominus noster dictam cedulam legit, cujus tenor talis est.

Cedula quam Ioannes Papa XXIII. promisit & juravit.

Ego Ioannes papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, promitto, & voveo Deo & ecclesiæ ac huic sacro concilio sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & implere cum effectu, juxta deliberationem præsentis concilii, si & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corrario Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatum, quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos similiter cedant. Et tunc in quocumque casu cessionis, vel decessus, aut alio in quo per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei, ad extirpationem præsentis schismatis.

Qua lecta, fuit regratiatum dicto domino nostro per serenissimum dominum regem Romanorum de bona & sancta oblatione, deinde cardinales ad idem fuerunt regratiati. Demum dominus patriarcha prædictus ad idem, & etiam universitas Parisiensis ad idem. Quo facto, dominus noster voluit, quod

in crastinum quæ fuit secunda dies Martii, teneretur sessio, in qua hoc idem solemnius publicaretur per eundem, & fuit tenta & dominus noster celebravit missam in ecclesia majori de sancto Spiritu qua celebrata, fuerunt solemnitates, quæ consueverunt fieri in sessionibus. Demum dominus noster sedens in cathedra ante altare, conversus ad concilium ibidem congregatum legit dictá schedulam per patriarcham nomine concilii traditam alta voce: videlicet: Ego Ioannes, *&c.* ut supra. Et dum legebat illam clausulam in cedula, spondeo, promitto, voveo & juro Deo, flexit genua versus altare, ponendo manus ad pectus dixit hæc verba; & ita promitto servare. Quo facto, imperator surgens de sua cathedra regratiatus fuit eidem domino nostro nomine concilii, & suo, flectendo genua, deponendo coronam, & osculando pedem ejusdem domini nostri, & etiam prædictus dominus patriarcha fuit regratiatus eidem nomine totius concilii. Post hæc cantores incœperunt cantare, Te Deum laudamus, *&c.* Et procurator concilii prædicti Ioannes de Scribanis ibidem existens petiit nomine totius concilii unum, vel plura instrumenta publica ad perpetuam rei memoriam a RR. DD. apostolicæ protonotariis ac notariis, & scribis ad hæc per concilium deputatis. Et post memoratus D. N. papa super præmissa suæ oblationis cedula ad publicandum eandem oblationem principibus Christianitatis secundum formam tenoris immediate subsequentis mandavit confici & scribi bullas, seu apostulicas litteras.

Tenor bullæ seu apostolicæ litteræ, de qua supra fit mentio, sequitur.

Ioannes episcopus servus servorum Dei, Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem & apostolicam benedictionem.

Pacem omnium bonorum excellentissimum esse propheta demonstrat, qui salvatorem venturum pacis principem appellavit. Vnde etiam in ejus ortu chorus angelorum decantans, pax, inquit, in terra hominibus bonæ voluntatis. Sicuti autem vox de ipso salvatore prophetica nunciavit, ita in Christo fuit postmodum adimpletum. Pacem enim docuit verbo, pacem docuit exemplo, pacemque inter Deum & hominem proprio sanguine firmavit, seipsum pro nobis in ara crucis offerens, & ejus merito propitiatus Deus nos ad æternæ pacis gratiam restituet, a qua primum hominis peccatum nos exules effecerat. Quæ omnia intra mentis nostræ aciem revolventes, ac ejusdem salvatoris, cujus vices, licet immeriti gerimus in terris, cupientes quantum homini permittitur vestigia*, decrevimus omnes nostros conatus ad illam dirigere, per quæ integra pax ecclesiæ catholicæ reddi posset. Sane neque sacrum concilium Pisanũ* divinitatem domini ante schismatica labe divisum pro maxima parte ad unitatem reduxit, cum qua nonnulli reliquiæ pestiferi schismatis quibusdam in locis, ut de facto apparebat, remanserant, ut aliquando hæc nefanda clades totaliter, & radicitus exstirparetur, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. cardinalium consilio cum clarissimo in Christo filio nostro Sigismundo Romanorum & Hungariæ rege illustri rursum generale concilium in civitate Constantiensi provinciæ Moguntinæ certo tempore ad hoc deputato coovocandum continuavimus. Ac postmodum venientes dicto tempore, licet multa noviter emergentia præsentiam nostram in Italia flagitarent, tamen posthabitis pro tanti boni confectione, una cum eisdem fratribus nostris non sine magnis difficultatibus ad ipsum locum pervenimus. Sperabamus autem, & nobis ipsis suadebamus, Petrum de Luna, & Angelum Corrario, quos diligentissime, & instantissime per ipsius regis nuncios, & litteras convocatos & invitatos esse sciebamus, pro danda Christianitati pace, ad ipsum, concilium esse venturos. Convenientibus igitur prælatis, necnon oratoribus multorum regum & principum, ac universitatum, cum multitudine copiosa, pluribus etiam principibus personaliter venientibus, ipsoque Sigismundo rege personaliter assistente. Et cum præfati Petrus de Luna, & Angelus Corrario nec per se venire nec per procuratores suos ad ipsum concilium pro conclusione tanti boni debite mittere curavissent. Nos propterea ut voluntas nostra in occulto lateret, sed tanti boni, quantum ad nos attinet, sequeretur effectus, licet certissimam, & universalem quasi obedientiam, & omnia temporalia dominia Romanæ ecclesiæ, paucis exceptis, habeamus tamen pro consequenda pace mutare viam cessionis, quam omnibus consideratis, promptiorem & aptiorem credimus, complete decernimus, confidentes indubie quod quanto plura quam illi reliquimus, tanto magis apud Deum præmium consequemur. Hac igitur consideratione inducti, in publica ipsius concilii sessione, post missam sancti Spiritus per nos solemniter celebratam ipso sacro approbante & laudante concilio, hanc viam cessionis obtulimus in: Ego Ioannes, *&c.* Quocircá universitatem vestram requirimus & hortamur in domino, quatenus pro confirmatione & complemento tanti boni pacis orationes & preces altissimo in cordis humilitate effundere non postponatis, ut per supernam gratiam mundus optatam pacem, & ecclesia integram recipiat unitatem. Datum Constantiæ VI. Nonas Martii pontificatus nostri anno quinto.

Alia conclusio ejusdem papæ Io. XXIII.

Quocirca universitatem vestram requirimus, & hortamur in domino, quatenus hanc nostram spontaneam oblationem grato suscipientes affectu, pro consummatione & implemento tanti boni, præfatos Petrum de Luna, & Angelum Corrario, eorumque obedientias ad viam pacis incitantes ad viam cessionis exequendam similiter inducatis, & effectualiter induci procuretis. Et nihilominus pias vestras orationes & preces altissimo in humilitate cordis effundere non postponetis, ut per supernam gratiam mundus pacem optatam, & ecclesia integram recuperet unitatem. Datum ut supra.

CAPITVLA FACTA, INITA, ET concordata inter serenissimum & invictissimum principem & dominum D. Sigismundum Dei gratia Romanorum semper Augustum & Hungariæ, &c Regem, ex una parte, & reverendissimum patrem dominum diaconum Samorensem episcopum, milites que nobiles & honorabiles viros dominos Ioannem Dixat, & Petrum de Falchia decretorum doctorem ambassiatores serenissimi & invictissimi principis & domini D. Ferdinandi eadem gratia regis Aragonum & Siciliæ parte ex altera super mutua visione habenda, & fienda inter dictos serenissimos reges ad invicem super facto unitatis & pacis ecclesiæ sanctæ Dei. Quæ quidem capitula sunt tenoris & continentiæ subsequentis.

I.

Primo est initum, & concordatum, quod dictus serenissimus princeps & dominus D. Rex Romanorum, omni cessante impediméto infirmitatis, Deo favente, accedat, veniat, & attingat sic personaliter, & propria in persona hinc per totum mensem Iunii proxime instantis in civitate Niciæ, quæ est in provincia, & di-

& dictus serenissimus & invictissimus rex Aragonum, & Siciliæ una cum sanctissimo in Christo patre & domino D. Benedicto divina providentia papa XIII. omni cessante impedimento infirmitatis, Deo favente, accedat, veniat, & attingat hinc per totum dictum mensem Iunii proxime instantis personaliter, & sive in propria persona in loco castro, & portu de Villa Franca alias nominato prout alias pro dicta visione mutuo fienda inter perpetrandis, concludendis omnibus utilibus & necessariis in unionem ecclesiæ effective consequendam.

II.

Item est initum & concordatum inter prædictos serenissimum & invictissimum regem Romanorum & ambassiatores prædicti serenissimi & invictissimi D. regis Aragonum & Siciliæ, quod dictus D. serenissimus Romanorum rex faciat operis effectum quod dictus locus, castrum & portus & illius dominium simpliciter, plene & indistincte tradantur, deliberentur, & transferantur absque aliqua retentione jurisdictionis, & alias dicto serenissimo domino nostro papæ Benedicto, seu ejus, vel eorum legitimis procuratoribus, ita quod tam per serenissimum dominum D. Regem Francorum, quam illustrem & potentem D. comitem Sabaudiæ homines subditi & vassalli di[..] loci, castri & portus Villæfranchæ legitime & effectualiter absolvantur, & sint penitus absoluti a quocumque homagio, & fidelitatis juramento, & aliis obligationibus, & vinculis universis, quibus astricti, seu ligati essent, sint vel fuerint dicto serenissimo regi Francorum, & præfato comiti Sabaudiæ domino eorum. & dicti subditi, & vassalli [..]cti castri & portus de Villafranca teneantur præstare dictum homagium & fidelitatis juramentum prædicto sanctissimo domino Benedicto papæ & serenissimo domino nostro regi Aragonum, & Siciliæ, vel eorum legitimis procuratoribus, dictosque dominos recognoscere pro veris dominis suis, durantibus dictis translationibus, & deliberationibus, dominii ac vassallorum homagio & fidelitatis juramento, quamdiu durabunt dicta mutua visio, & tractatus unitatis ecclesiæ, dictis dominis nostris Benedicto & Aragonum rege ibidem personaliter existente, & ante & post, quantum erit necesse pro accommodo recessu eorum a dicto loco castro & portu.

III.

Item est initum, & concordatum, quod dictus serenissimus rex Aragonum & Siciliæ dicto medio tempore, & in recessu tractet, & tractare teneatur dictos subditos & vassallos dicti loci favorabiliter, atque bene, & pro restituendo dicto loco, castro & portu de Villafranca dicto illu[..] comiti Sabaudiæ finita dicta mutua visione, & in ejus recessu præster de præsenti, & est præstare paratus, ante quam sibi, vel suo legitimo procuratori corporalis possessio dicti loci, & castri detur, tradet omnes securitates necessarias & opportunas.

IV.

Item est initum & concordatum, quod dictus serenissimus rex Romanorum habeat & habere teneatur in continenti securitatem, & salvos conductus late & ample roboratos sufficientibus securitatibus & obligationibus ad onus & sub fide ejusdem [..]enissimi domini Romanorum regis taliter p[..] bscriptos dominos, ut alias ample illic urant, & [..]lve conducere valeant, tam a serenissimo domino rege Franciæ, quam [..] dicto domino comite Sabaudiæ, quam et[..] m ab [..]u domino qui a non[..] [..]s dicitur Ioannes pap[..] [..]uam Ianuensibus & nensibus pro se & pro suis; Quod casu quo per fortunam, quod Deus avertat, seu alias necessaria, vel justa causa dictus serenissimus dominus noster papa Benedictus, seu ipse rex Aragonum & Siciliæ, & seu eorum comitiva, vel eorum quilibet, seu aliquis ecclesiasticus vel [..]cularis cujuscumque gradus, præeminentiæ, seu dignitatis fuerit, exire haberent in prædictis dominiis & terris, ac subditus aliquis eorumdem dominorum papæ, & regis ob causam dictæ mutuæ visionis, ad locum, castrum, portum supradicta propter necessitatem, vel alias per terram, & non per mare deliberaret accedere, per prædictorum terras & dominia transeundo, ipse, & eorum quilibet cum familiis, equitaturis, bonis, rebus, jocalibus, & pecuniis suis sint salvi, & securi ab omnibus molestiis, & gravaminibus, & quod eorum pecuniis, pretiis tamen congruentibus illis, & eorum cuilibet in casibus supradicti, vel alias victualia, & alia necessaria ministrentur. Et vice versa præstetur securitas pro parte dicti domini regis Aragonum, quod in casibus prædictis applicationis ad dicta dominia, terras seu regna damnum, seu malum aliquod ibi non inferant, & si facerent, dicto salvo conductu minime gaudere possint personæ illæ inferentes, & prædicti domini, quantum in eis fuerit, de eis satisfieri procurabunt, ac etiam illa emendare damna, & injuriam passis. Et versa vice idem facere tenetur D. rex Romanorum.

V.

Item est initum, & concordatum, ne aliquid hinc inde turbativum surgat dictæ mutuæ visioni, ac unitati, & paci ecclesiæ Dei sanctæ, quod hinc per totum mensem Iunii & ulterius, durante videlicet dicta mutua visione, & tractatibus supradictis usque ad recessum a dicto concilio, & portu de Villafranca inclusive, dictus serenissimus Romanorum rex faciat cum effectu, & de præsenti assecuret, & seponi in & sub secuto, quo[..] intetim in congregatione, quæ de præsenti est, sive esse asseritur in hac civitate Constantiensi, seu aliter nihil innovetur, seu permittat innovari, quod possit turbare dictam unionem sanctæ matris ecclesiæ, seu incentivum, vel causam dare dictæ turbationi, faciendo inconvinienti decerni, & declarari nunc, prout tunc, pro nunc esse initum, & inane quidquid in contrarium esset attentatum, seu contingeret attentari. Et dictus serenissimus rex Aragonum & Siciliæ, seu prædicti ejus ambassiatores pro eo asseculant, quod idem serenissimus D. rex cum effectu faciet illud idem cum sanctissimo domino nostro papa Benedicto, videlicet per viam concilii, nec aliquid innovabit turbativum dictæ unitatis, & ecclesiæ, & si fiat, illud sit cassum, irritum, & inane. Nam talia possent innovari hinc, vel inde, quod per prædictam mutuam visionem minime reparari possent.

VI.

Item est initum, & concordatum inter partes prædictas, quod talem salvum conductum, talemque securitatem, quales serenissimus dominus noster rex Romanorum nomine, & pro parte sua, & illius qui a nonnullis dicitur Ioannes papa XXIII. præstabit, & faciet sanctissimo domino nostro Benedicto XIII. & omnibus aliis de sua obedientia existentibus ecclesiasti[..] vel secularibus cujuscumque status, dignitatis, aut præeminentiæ fuerint, ad loca & portum prædicta ven[..]ibus præfatus dominus rex Aragonum nomine, & pro parte di[..] sanctissimi domini nostri Benedicti, & sua præstabit, & faciet eidem domino, qui a

nonnullis dicitur Ioannes papa XXIII. & aliis de sua obedientia existentibus ad luca & partum prædicta venientibus.

VI.

Item est initum & concordatum, quod dicti serenissimi & invictissimi domini Rumanorum, Hungariæ ac Aragonum reges etiam fraternaliter assecurent, gardent, & salvo conducant se adinvicem, & suas personas proprias, & omnium cum eis, & eorum qui libet & omnium aliorum de tribus obedientiis ibidem cum eis, vel sine eis ratione dictæ unitatis venientium per terram, vel per mare ad dicta loca mutuæ visionis, & maxime eorum qui per terram vel per mare portabunt victualia ad dicta loca Niciæ, vel Villæfranchæ cujuscumque status, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, cum omnibus bonis, & rebus eorum, & quolibet eorum, quantum in eisdem dominiis, & quolibet eorum sit, vel fuerit, durante mutua visione antedicta, & ante & post eundo ultra, vel veniendo ad dicta loca ibidem stando, & recedendo ab iis; ita quod si alter ipsorum dominorum regum, scit, sciret, audiret, vel sentiret qualitercumque, quod malum aliquod, damnum vel injuriam in personis, rebus, vel bonis fieret, vel tentaretur directe, vel indirecte, palam vel occulte, in seu contra alterius dominorum ipsorum, seu venientium cum eis, vel eorum cujuslibet personas seu dominia, & res eorum, vel cujuslibet eorum, illa alter pro altero evitabunt, & obviabunt, quantum in eis fuerit & fraternaliter & amicabiliter incontinenti alter alteri ad resistendum præmissis, & sese adinvicem defendendum totis viribus, quibus ibi possint assistere.

VII.

Item est initum & concordatum, quod prædicta omnia, & singula promittantur, firmentur & jurentur per quamlibet partium prædictarum & de eis fiant duo publica instrumenta communicanda per notarios & secretarios dictorum serenissimorum D. D. Regum Romanorum, & Aragonum, & cum applicuerint ad dictum regem Aragonum facient & procurabunt cum effectu dicti ejus ambassiatores, quod dictus D. rex Aragonum promittet, & jurabit personaliter omnia supradicta, de qua primo personalis fit plena fides, & publicum instrumentum.

Pacta Regis Aragonum missa ad dominum imperatorem Constantiam.

Pateat universis, quod nos Ferdinandus Dei gratia rex Aragonum & Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, Comes Barchinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilhonis. Attendentes non esse diu inter serenissimum Sigismundum regem Romanorum ex una parte, & ambassiatores domini papæ sanctissimi Benedicti XXIII. & nostros ex altera fuisse concordatum, & juratum in partibus Niciæ per totum mensem Iunii proxime venientem simul & personaliter convenire & adinvicem ibidem celebrare super materia, prout in quibusdam capitulis inde confectis continentur hujusmodi capitula facta, inita & concordata.

Cumque propter temporis antedicti nimiam brevitatem, negotiorum arduitatem & gravitatem partium de prorogatione dicti termini, ut & certe percepimus, fuerit perlectum, sitque expediens, & dictis negotiis accommodum, in omnem casum prorogationis, ipsam fieri, tenore hujusmodi publici instrumenti, tempus seu terminum prænarratum sub promissionibus, obligationibus, juramentis, vinculis, securitatibus, stipulationibus, & cautelis in dictis capitulis prænarratis, per unummensem, videlicet Iulii immediate sequentis duximus prorogandum, ipso rege Romanorum illud idem faciendo & jurando, & non alias, nec ultra. Promittentes in nostra bona fide regia etiam & jurato per crucem domini nostri Iesu Christi, & ejus sancta quatuor evangelia in manibus nostris corporaliter tacta, sine derogatione infractionis, seu præjudicio dictorum capitulorum & instrumenti inde secuti, prædicta omnia & singula in eisdem capitulis contenta tenere, complere & immutabiliter observare intra tempus dicti mensis Iulii prorogatum. Hæc igitur, quæ dicta pascimur in posse secretarii nostri, & notarii infradicti pro dicto rege Romanorum, & alio seu aliis quibusvis, quorum intererit, & interesse poterit, seu poterit in futurum legitime stipulandum. Quod est datum & actum Valentiæ in regali palatio civitatis ipsius die xxviii. mensis Aprilis, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quintodecimo, regnique nostri quarto. Signum Ferdinandi Dei gratia regis Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comitis Barchinonæ, ducis Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comitis Rossilhonis & Ceritaniæ, qui dicta laudamus, concedimus, juramus & firmamus, huicque publico instrumento sigillum nostrum pendens duximus apponendum. Sig[illum] [illegible]dus. Sigillum mei Pauli Niculai dicti serenissimi regis Aragonum & Siciliæ secretarii, auctoritate regia notarii publici per totam terram, & ditionem ejusdem, qui prædictis interfui, eaque de ipsius mandato scribi feci, & clausi. Corrigatur autem in decima septima linea. Visionem minime.

Recessus Ioannis papæ a con[cilio].

Die Mercurii * vicesima Martii dominus noster papa prædictus de nocte recessit, aut verius fugit de civitate Constantiensi in habitu simulato ad modum rustici, & ivit usque Scaphusensem Constantiensis diœcesis prope Constantiam ad quatuor milliaria Theutonicalia, ad terram illustris principis domini Frederici ducis Austriæ pro prima sua dixta.

Cedula Ioannis papæ propria manu.

Gratia Dei liberi sumus in Scaphusensi, & non venimus animo declinandi ab iis quæ promisimus per nostram renunciationem facere pro pace ecclesiæ sanctæ Dei, sed ut in libertate, & salute propriæ personæ nunc possimus ea executioni demandare. Datum in Scaphusensi vicesima prima mensis Martii MCCCCXV.

*** *Quæ sequuntur ex MS. Capranicensi de [...] pta pertinent ad tertiam, sive primam [ses]sionem post recessum Ioannis papæ, sic enim legendum & non post missam papæ, ut post Romanos, Binium, a[...]enses supra excusum pag. 17. A.*

Et superius magister Henricus de Piro promotor, & procurator concilii nomine totius concil[ii] & Imperatoris petiit instrumentum * & instrumenta per dominos protonotarios & notarios ad hoc deputatos per concilium ad perpetuam rei memoriam. Quibus constitutionibus lectis, & eis approbatis per eosdem cardinales, & concilium, domini Petrus Cameracensis cardinalis, & Franciscus cardinalis Florentinus protestabantur prout in quadam cedula lecta per eundem dominum Franciscum cardinalem Florentinum continebatur hujusmodi sub tenore inferius inserti.

Tenor dictæ protestationis, [c]edulæ de qua [s]upra fit mentio, sequitur, [&] talis est.

In nomine dom[ini] Amen. Anno Domini m[illesimo]

quadringentesimo quintodecimo indictione octava pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini, D. Ioannis divina providentia papæ XXIII. anno 5. die vero Martis, 26. mensis Martii, Constantiæ. Petrus miseratione divina & sancti * Grisogoni presbyter Cameracensis, & Franciscus sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus, & Florentinus vulgariter nuncupati, S. R. E. cardinales constituti coram serenissimo principe Sigismundo Romanorum & Hungariæ rege, & coram reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis & cæteris hic in Constantiensi concilio congregatis, & ad præsens existentibus in cathedrali ecclesia Constantiensi causa tenendi sessionem, dixerunt & protestati sunt in his scriptis, quod non ad præjudicandum huic sacro concilio, nec prædictæ sessioni, sed ad conservandum honestatem utriusq; & alterius ipsorum instrase, dicebans, & protestabantur quod sicuti pridie statim post recessum domini nostri papæ de hoc loco omnes D. D. cardinales tunc in palatio apostolico congregati dixerunt domino regi & deputatis nationum in hoc concilio existentibus; ita prædicti domini Cameracensis, & Florentinus cardinales dicuns & affirmant, videlicet quod domino nostro prædicto stante in bono proposito dandi pacem ecclesiæ, per suam cessionem papatus, videtur eis honestum, & ita dispositi sunt sibi assistere & obedire, prout tenentur. Si vero aliter eveniret (quod Deus avertat) sunc dispositi sunt huic sacro concilio, & credunt quod primo casu, scilicet ipso persistente in bono proposito, ipsum etiam concilium teneatur, & velit eidem domino nostro assistere, & ipsum in bono proposito conservare & augere.

* Chrysogoni

Dicunt etiam quod cum alias totum collegium dominorum cardinalium miserit reverendissimos in Christo patres dominum Iordanum de Ursinis Albanensem episcopum, & dominum Guillelmum sancti Marci presbyterum, & D. Amedeum de Saluciis sanctæ Mariæ novæ diaconum S. R. E. cardinales ad ipsum dominum nostrū papam ad informandum suam sanctitatem de gestis hic post suum recessum, & ad sentiendum de sua intentione super agendis in futurum per ipsos dominos cardinales, & super hoc non habuerunt plenum responsum, multum desiderassent, quod placuisset sacro concilio differre præsentem sessionem usque ad habitum dictum responsum. Sed quia non fuerit visum dominis de concilio expectare extra hanc diem, ideo aliis cardinalibus qui sunt hic, non convenientibus ad hanc, partim quia sunt in infirmitate gravati, partim quia videretur eis honestum non interesse donec habeant responsum, prædictis Cameracensi & Florentino cardinalibus visum est, quod possint interesse. Et quia sperans, quod ea, quæ agentur in hac sessione, si recte & rite gesta fuerint, rata & grata habebuntur per eundem dominum nostrum papam: & de prædictis rogaverunt, & rogant notarios publicos infrascriptos, ut de supradictis omnibus, & singulis, unum, vel plura, si expedierit, publica conficiant instrumenta. Quibus sic peractis, statim D. Petrus cardinalis præsidens tunc huic concilio, omnia & singula approbavit & ratificavit ad instantiam serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis, & magistrorum Henrici de Piro procuratoris, sive syndici nationis Germanicæ, & aliorum [illegible]licorum, ac universitatum studiorum, videlicet Parisiensis, Oxoniensis, Tholosanensis, Montispessulanensis, Canbesgensis, Wigennensis, Ersordensis, Coloniensis, Libicensis, & Cracoviensis ecclesiarum, ambassiatoribus regum & principum nomine illorum, quorum interest, approbavit. Super quibus [illegible] ctus D. sex in ejus propria persona petiit sibi fieri justitiam per dominos protonotarios prædictos, & secundario magister Henricus de Piro nomine nationis Germanicæ, & universitatum studiorum, ambassiatorum regum & principum, & alii prælati petierunt fieri instrumenta præsentibus ambassiatoribus regis Franciæ, videlicet Ludovico duce Bavariæ, episcopo Carcassonensi, & eorum sociis, nobilibus Fredesico & Ioanne Burgsaviis Nurembergensibus, Ludolpho duce Saxoniæ, Magno comite de Hungaria, comitibus videlicet patre, & filio, marchionatus Montisferrati, ambassiatoribus regum Angliæ, Norvegiæ, Sueciæ, Poloniæ, Navarræ, & aliis dominis & principibus, subsequenter post prandium fuit congregatio deputatorum quatuor nationum, in qua sunt peracta hæc, quæ sequuntur. Et primo fuerunt lecta certa capitula portata de Scaphusensi per dominum Almannum de Pisis. Quibus lectis & examinatis, fuit petita & tradita copia hujusmodi sub tenore.

Tenor dictorum capitulorum per cardinalem Pisanum portatorum de Scaphusensi a Ioanne papa.

I.

Proposita per dictum cardinalem Pisanum pro parte domini nostri papæ I. quod D. N. constituit procuratores irrevocabiles ad cedendum nomine ipsius, ipso absente, vel nolente, nisi detineatur invitus in omnem casum, in quem D. N. secundum formam cedulæ datæ, super cessione præmissa jurata, & vota cedere videretur, bona securitas solleret illam exceptionem de sua detentione.

II.

Item quod procuratores erunt omnes cardinales; ita quod tres cardinales possint in forma prædicta facere cessionem etiam sine prælatis, de quibus infra. Item constituis octo prælatos eligendos, ut sequitur, videlicet quod concilium nominabit de diversis nationibus triginta duos. Et ex illis D. N. elegit octo. Et ex illis octo tres de tribus nationibus mandatum cessionis exequentur etiam sine cardinalibus, de quibus supra.

III.

Item quod dominus noster constituet vicarios ad negotium concilii, omnes & singulos dominos cardinales, qui erunt præsentes in Constantia, qui de ipsis unum constituant præsidentem.

IV.

Item quia continget aliquando domino nostro, quamdiu erit absens, indigere consilio cardinalium, aut dicti cardinales, aut aliqui eorum indigebunt domino nostro, habebunt libertatem ire, & redire quoties, & quemadmodum volent, remanentibus tamen semper in bono numero aliquibus in Constantia, & quicumque erunt, semper erunt vicarii.

V.

Item quod agatur de provisione domini nostri, post cessionem, quamvis ipse non petat. Item detur bullam de non dissolvendo concilium ante perfectum tractatum unionis, & reformationis ecclesiæ.

VI.

Item quod rex & concilium reddant dominum nostrum securum & liberum. Primo quod persona sua ubicumque fuerit, erit in securitate, & libertate extunc, & in omni casu. Et etiam post cessionem erit liber & quietus ab omni molestia & querela.

VII.

Item quod juxta petitionem ambassiatorum regis Franciæ permanebit in partibus istis vicinis ad unam, vel duas dietas, aut circa per spatium mensis, vel quinque septimanarum, si dabitur bona securitas sanctitati suæ, tam in stando, quam postea in eundo. Et duci

Austriç non fiat novitas vel molestia guerræ, saltem ad certum tempus.

VIII.

De curia vero videtur sanctitati suæ, quod deberet esse apud eum, quoniam summus pontifex male potest esse solitarius. sed in hoc datus est modus ad suspensionem cedulæ, & scorentiarum contra cortesanos usque ad dominicam, Quasi modo. Et interim mittetur ad sanctitatem suam per dominos de collegio, ut ita disponatur, quod nec sanctitas sua remaneat solitaria, nec detur cōcilio materia dissolutionis.

Die Iovis XXIII. mensis Martii, supradicta fuit affixa cedula suspensionis monitionis alias factę per papam, de qua in præcedentibus articulis fit mentio, ita quod curiales sine pœna possint remanere usque ad dominicam, Quasi modo geniti: proxime futuram.

Inserenda pag. 10. B. ex MS. Capran. sessioni IV.

Henricus de Piro procurator & promotor concilii petiit sibi fieri nomine totius concilii a notariis præfatis, vel eorum quolibet unum, vel plura publicū seu publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam præsentibus ibidē illustrissimis principibus Frederico Burgravio Nurenburgensi, Ludolpho duce Saxoniæ, comite de Suaremburg, magistro curiæ regis Romanorum, comite Bertoldo de Ursinis, ambassiatoribus regis Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Norvegię, Cypri, necnon Ioanne de Vicecomitibus de Mediolano, Ioanne Iacobo filio marchionis Mōtisferrati, aliisque pluribus nobilibus, & RR. PP. in multitudine copiosa.

Imperator dixit concilio de facto Ioannis papa.

Anno, indictione, & pontificatu, quibus supra, die Veneris quinta mensis Aprilis hora vesperarum, vel quasi, ad supplicationem regis Romanorum fuerunt omnes deputati omnium nationum, & quamplures ambassiatores regum, principum, universitatum studiorum congregati in ecclesia majori Constantiensi, ubi serenissimus Romanorum rex prælibatus proposuit, qualiter alias D. Reginaldus de Corneto archiepiscopus Remensis portasset literam credentivam de domino Ioanne papa XXIII. Qua recepta idem dominus archiepiscopus dixit illi nomine papæ, qualiter ipse recessisset de civitate Constantiæ, quod hoc erat propter aerem sibi inconvenientem, non propter aliam impressionem, vim, metum, aut timorem sibi illatos, vel inferendos per ipsum dominum regem, neque suos vel alios, prout dixit constare apud acta concilii: modo autem idem papa haberet scribere cardinalibus hic existentibus contrarium, & scripsit, videlicet quod propter timorem ipsius domini regis, & aliorum dominorum cum D. rege existentium, & ad finem quod omnis homo scire posset verba tunc proposita, & dicta per D. archiepiscopum Remensem nomine papæ, supplicavit ipsi domino archiepiscopo ut surgeret, & referret ambassiatam suam unc ipsi regi nomine papæ factam. Qui D. Reginaldus archiepiscopus levavit se, & dixit quod nuper post recessum papæ de Constantia, ipse mittebatur per ambassiatores regis Francorum suorum collegarum ad oppidum Scaphusense, & exponens papæ sibi injuncta per suos collegas. Quo exposito papa sibi dixit, quod non deberet recedere, quin alloqueretur sibi, cum vellet aliqua committere relativa carissimo filio suo regi Romanorum, & aliis Constantiæ existentibus; & si in casu quo ipsemet non committeret sibi, faceret sibi dici per dominum cardinalem de Chalanco, qui similiter ibi existebat, quod dicere deberet domino regi & aliis Constantiæ existentibus. Ipseque dominus Reginaldus ... ad certam cameram ibidem pausando. Et post ejus dormitionem venit ad eum dictus cardinalis de Chalanco, & injunxit ei certa, quæ deberet re-

A ferre domino regi, & aliis cæteris Constantiæ existentibus, & nomine papæ dans sibi quatuor brevia, quorum unum D. regi, aliud cardinalibus, tertium ambassiatoribus regis Francorum, & quartum ambassiatoribus studii Parisiensis, receptisque per eum hujusmodi brevibus, & informatione a dicto domino cardinali de Chalanco nomine papę, recessit de Scaphusensi recediens ad civitatem Constantiensem, ascendens palatium papale reperiit ibidem serenissimum principem regem Romanorum impeditum cum dominis cardinalibus, quinque ambassiatoribus regis Francorum, ambassiatoribus studii Parisiensis, & aliis deputatis nationum, porrigens ibi brevia sibi commissa, & præsertim breve directum D. regi Romanorum. Quo lecto & viso, de mādato domini nostri papæ, dixit, qualiter dominus noster ei injunxisset sibi dicere prætato domino regi, quod ipse papa non recessisset a Constantia ob aliquam impressionem, vim, metum, & timorem, sive aliam causam, sive culpam quam posset imponere domino regi neque suis, sed propter sanitatem corporis, & offerret se impleturum omnia quæ promisisset in concilio Constantiensi, & quod diligeret D. regem sicut unquam, & libenter ... convenire, si contingeret ipsum ... ad ... de Luna, & secum conferre de modo ... reformationis ecclesiæ. Et a ... in ejus relatione in die Lunæ ... facta. Et ille dixit tunc quod papa ... sibi, non obstante quod recep... ab ore dom... de

B

C Chalanco, cui unum & idem representet papa ... & D. cardinalem quoad hujusmodi relationem ... qui dicerent vel scriberent contrarium, non ... in contrarium, & satis admiratur de hoc. Cardinalis ... de Chalanco, qui ibidem erat præsens, dixit, quod papa injunxisset talia dare in mandatis, licet ... deberet dicere, quod non propter impressionem, vim, metum, domini regis, sed præcise bene ob ... aliquorum nobilium de curia sua, de quibus papa habuisset timorem, sed de persona regis unquam diffidit ... sed diligeret sicut unquam. Super quibus ... serenissimus dominus rex Romanorum petiit ibidem per protonotarios sedis apostolicæ, concilii, nationū, aliosque notarios & tabelliones ibidem existentes

D fieri unum vel plura, publicum & publica instrumenta. Similiter ambassiatores regis Francorum nomine D. archiepiscopi Rhemensis, & magister Benedictus de universitate Parisiensi præsentibus ibidem ambassiatoribus Sueciæ & Poloniæ regum, filio marchionis Montisferrati, Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, Rodolpho duce Saxoniæ, aliisque ambassiatoribus, prælatis, doctoribus in numero copioso.

Inserenda pag. 16. A. sub finem sessionis V.

Quibus articulis sive constitutionibus lectis dictum concilium eos & eas uniformiter approbavit & conclusit ... fore servandum, super quibus lectis & approbationibus magister Henricus de Piro promotor ipsius concilii, & nomine ejusdem & omnium ibidem existentium nomine procuratoris a RR. PP. dominis sedis apostolicæ protonotariis ibi ... existentibus omnibusque aliis notariis & tabellionibus per ... dictum concilium ad hoc deputatis, & eorum quemlibet unum, vel plura, tot quot fuerint necessaria, publicum & pub... a, instrumentum & ... strumenta ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem illustribus & magnificis viris domino Ludolpho duce Saxoniæ, Hermanno comite ... Philippo Magno comite de Hungaria, Ioanne ... de Mediolano, mar... Montisferrat... aliisque no...ibus, & am...ssiatoribus regum & ... ipsum, ... studiorum, seu commu... in numero copioso.

E

Quibus itaque peractis supradictus R.P.D. Andreas electus Posnaniensis legebat quædam avisamenta in materia fidei, & super oiateiia Ioannis Hus, detenti per concilium, & quondam Ioannem VVicleff, quæ sequuotur hujusmodi sub renore.

Tenor avisamentorum in materia fidei.

I.

Primo quod juxta determinationem doctorum sacræ theologiæ & juris canonici confirmetur & approbetur sententia lata in concilio Romano de condemnatione librorum & doctrinæ Ioannis VVicleff, etiam per combustionem librorum ejusdem.

II.

Item quod in eadem sessione committatur materia fidei per hoc sacrum concilium cum plena auctoritate ad doctrinam ipsius Ioannis VVicleff, necnon Ioannis Hus, & suorum sequacium RR. PP. dominis Cameracensi & sancti Marci cardinalibus, necnon dominis episcopo Dolensi, & abbati Cisterciensi, qui etiam assumptis doctoribus Theologiæ, & juris canonici, videant super materia Ioannis Hus hic propter errores Ioannis VVicleff detenti, quibus etiam assignetur registrum processus causæ per commissarios contra eundem Ioannem Hus factum.

III.

Item quod iidem domini commissarii videaot de modo procedendi super condemnatiooe memoriæ prædicti Ioannis VVicleff, & per exhumationem ossium ejusdem.

IV.

Item quod similiter videant iidem commissarii de condemnatione articulorum XLV. in specie in Parisiensi & Pragensi universitatibus coodemnatorum in materia ejusdem Ioannis VVicleff.

V.

His siquidem avisamentis lectis, magister Henricus de Piro procurator concilii prædicti inquisivit, si placereot dicta avisameota, & per concilium fuit cooclusum quod placet, nemine discrepante.

VI.

Item idem dominus Andreas electus Posnaniensis proposuit per avisamentum videlicet io hunc modum.

VII.

Item scribantur literæ missivæ regibus, principibus, ducibus, communitatibos & universitatibus studiorum per mundum ex parte hujus sacri concilii, de securitate hujus loci, recessu papæ, & aliis circa præmissa occurrentibus. Et quod quatuor prælati ex quatuor nationibus deputandis auctoritate hujus sacri concilii, dictas missivas suis sigillis una cum sigillo serenissimi Romaoorum regis sigillent, & corroboreot. Super quo coocilium respondebat. Placet.

VIII.

Item & subsequenter idem dominus Andreas electus simile avisamentum verbale proposuit, & per modum consultationis, quod necessarium esset quod concilium supplicaret domino regi Romanorum præsenti soper reductione Ioannis papæ XXIII. ad civitatem præseotem Constantiensem, requireodo eum, quod adimpleret promissa facta ecclesiæ, & concilio Constantiensi cum honore ipsius papæ, & in libertate ejus. Responsum fuit. Placet, per concilium.

Ad hoc enim respondendum surrexit rex Romanorum proferendo & dicendo sic, quod dominus Ioannes papa est io Lamfembercb oppido & Basiliensi diœcesi, & in manibus ducis Frederici Austriæ; nescit si supplicaret sibi quod reverteretur, an vellet venire, & redire ad concilium, ad civitatem Constantieosem. Etiam posset esse, si libenter venire vellet, an posset, quia forsan dux non vellet dimittere eum de manibus suis. Sed quidquid sit de hoc, Idem domious rex Romanorum obtulit se ad omnia maodata, & præcepta concilii. Et in casu quo ipsi concilio placeret, vellet ipsi papæ scribere, & cum rogare ut rediret, & dirigere sibi salvumconductum, juxta deliberationem hujus sacri concilii, pro ipso papa, & omnibus secum redire volentibus, & aote eum, & post, dummodo venire vellet, & adimplere promissa. Etiam in casu, quo concilium vellet, obtulit se idem dominus rex paratum, quod vellet ire & dare omnem operam ad reducendum ipsum papam, etiam eo volente, aut noleote. Respoosum fuit communiter per concilium. Placet.

IX.

Item idem dominus rex proposuit, qualiter misit exercitum suum gentium armorum contra ducem Austriæ versus, & cootra oppidum Scaphuseole, in quo reliqui cardinales & curiales esse dicuntur, dans in mandatis illustri principi Frederico Burgravio Nurebergensi capitaneo suo, ot mandaret dici dictis cardinalibus in Scaphusensi exist[...]ibus, cæterisque curialibus, sive curtesanis, & aliis voleotibus redire ad civitatem Constantiensem quod nomine ipsius regis dictis domiois cardinalibus & curialibus redire volentibus dare deberet salvumconductum, & eos facere conduci per gentes libere cum eorum persoois & rebus ad civitatem Constantiensem: Qui dominus Fredericus Burgravius juxta commissiooem misit dictis cardinalibus & curialibus dici verbo & io scriptis, & io ipsarum dominorum cardinalium notitiam devenrum, rescripserunt ipsi Frederico Burgravio, quod noo velleot salvumconductum suum, nec redire ad civitatem Constantiensem, neque etiam sequi dominum Ioannem XXIII. sed ire ad urbem Romanam, & similis opinionis esseor cardioales qui essent Constantiæ. Protestans nihilominus domious rex, quod sit paratus dare ipsis cardinalibus & papæ, & quibuscumque redire voleotibus salvumconductum, juxta deliberationem & ordinationem concilii, & eos facere reduci per gentes suas ad dictam præsentem civitatem Constantiensem, & volentibus id habere, si quæ impressio, & alii casus fortuito & eventualiter iis acciderent, velle esse excusatus de hoc. Super quibus ab omnibus & singulis protonotariis & tabellionibos præsentibus fecit fieri publica instrumenta præseotibus supradictis testibus.

Ad illud respondendum surrexit reverendissimus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus nomine suo, & aliorum dominorum cardinalium ibidem præsentium, dicens quod domini cardinales qui remanserunt in civitate Coostantiæ omnes post recessum papæ ibidem existentes in palatio apostolico concordaverunt in hoc, videlicet quod si dominus noster papa vellet sequi viam quam obtulit, videlicet cessionis, ipsi vellent eum sequi, prout tenentur, & cum defendere, & tueri in bonore suo. Et in casu quo declinaret ab illa via, & non adimpleret promissa, vellent ab eo desistere, & remanere cum concilio. Et usque huc ipsis non fuit visum, juxta ejus scripta & dicta quod declinaret in malam viam. Præterea salvassent hooorem suum de hoc, quod cardinales, ut dicitur, & refertur, scripserunt, & dicunt de Scaphusa noo vellent venire, neque sequi papam sed adire Romam & quod ejusdem intentioois cardinales Constantiæ existentes existant, oihil constat sibi, neque aliis dominis suis cardinalibus Constantię existentibus: mirando satis unde hujusmodi relata procedunt.

Vltima

X.

Vltimo fuit per eundem dominum Andream electum Posnaniensem propositum, quod in ultima sessione fuit conclusum & deliberatum, quod nullus recederet, neque recedere deberet de concilio, non obtenta licentia, licet repertum sit contrarium, quod aliqui redeunt in habitu simulato, & tunc fuisset petitum, licet non conclusum, quod executio contra tales ita recedentes deberet fieri per D. regem, & pœna infligi juxta deliberationem præsidentis concilii. Fuit per ipsum D. Andream propositum, & dictum, si adhuc placeret illud, respondeat concilium, placet: Fuit responsum per concilium, Placet.

Super omnibus istis fuit per modum avisamentorum propositum, & alias per modum supplicationis etiam dictis conclusum hinc inde, præfatus magister Henricus de Piro promotor & procurator hujus concilii, nomine concilii petiit per reverendos patres dominos protonotarios & tabelliones præfatos, & quemlibet eorum unum, vel plura, publicum seu publica instrumenta, super iis fieri ad perpetuam rei memoriam.

Die dominica prima mensis Aprilis supradicti fuit lecta bulla inter deputatos omnium hujus sacri concilii nationum in domo fratrum Minorum, in loco congregatis nationis Germanicæ reperta, & missa cardinalibus per papam, in qua allegavit metum tenoris sequentis.

Bulla reperta, & missa cardinalibus a papa Ioanne.

Ioannes episcopus servus servorum Dei. Vniversis & singulis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutē, & apostolicam benedictionem. Vniversitati vestræ, & vestrum singulis præsentibus innotescat, cum propter metum, qui merito cadere poterat in constantem, de civitate Constantiensi discessimus, & ad terram Scaphusensem Constantię diœcesis pervenimus credentes exinde posse omnia & singula practicare quæ forent ad pacem & unionem ecclesiæ sanctæ Dei, quam de die in diem cordialius expectamus, causante humani generis hoste, impedimenta supervenerunt talia, quod exinde feria sexta majoris hebdomadæ post celebratum officium, ingravescente aeris tempestate permaxime, oportuit nos abinde discedere, etiam propter metum qui cadere poterat in constantem, & loco, & tempore congruis, & securis, etiam in generali concilio, ubi & quando tutus patebit accessus, luce clarius ostendetur, & quanquam mors censeatur terribilium omnium ultimum illam, nec illa, quæ nobis imminebant gravissima pericula tantum formidamus, sicut hoc unum. Hæc ex hac occasione captata Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corrario Gregorius XII. in eorum obedientia nominati allegantes impressionem nobis illatam se quoquo modo retrahentes a cessione juris quomodolibet in papatu, & sic perturbaretur effectus pacis, & unionis hujusmodi, ad quorum verum & salutarem effectum suprema nostra desideria tendant, & quantum in nobis est ad hoc, ut pax & unio subsequatur hujusmodi in nullo cessabimus seu studia nostra quomodolibet subtrahemus. Datum Lamfembech Basileensis diœcesis pridie nonas Aprilis pontificatus nostri anno quinto.

B. de Montepolitiano.

Die Martis nona mensis Aprilis supradicti fuit congregatio deputatorum quatuor nationum, & juxta deliberationem eorum miserunt quatuor, unum de qualibet natione, ad dominos vicecancellarium primo super commissione signanda & tenenda contraria, prout heri fuit deliberatum, per quamlibet nationem, & deinde ad Cameracensem cardinalem super expeditione materiæ fidei contra Ioannem VVicleff, & contra Ioannem Hus, & fuerunt ii videlicet de natione Italica, Antonius episcopus Ragusinus, de natione Gallicana Galterus prior conventus de Rhodi ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, de natione Anglicana Vilhelmus Gorach sacræ Theologiæ professor, de natione Germanica Petrus Dectinger doctor decretorum.

Qui quidem domini accedentes dominum Ioannem Ostiensem episcopum & vicecancellarium, ipsumque requisiverunt juxta eorum commissa. Dominus vero Ioannes cardinalis Ostiensis respondit & dixit, quod libenter juxta mandatum concilii velit procedere, & signare de justitia acceptando benevole eorum requisitionem, adjiciens quod suum non esset tenere consistorium, quia non posset hoc facere absque mandato papæ; sed alias esset paratus tenere cancellariam more solito. Præsentibus magistris Guillelmo Brilleti procuratore in curia Romana, & cubiculario dicti D. cardinalis. Deinde licentia ab eodem obtenta, accesserunt ad D. cardinalem Cameracensem, requirendo eundem super processu in materia fidei, prout supra dicitur esse. Qui D. cardinalis qualiter vellet facere relationem ad mandatum concilii, super doctrina Ioannis VVicleff, licet quoad processum nil intendat facere, cum non sit de foro suo, sed pertineat ad juristas, & etiam exequutio processus causæ, & contra personas sit commissum dominis sancti Marci, & Florentino cardinalibus, qui sunt juristæ, & qui ut sperat, bonum debeant facere processum contra personas. Et sic multa verba inter eos volantia, tandem licentiati recesserunt.

Tenor dictæ cedulæ, sive commissionis factæ dictis dominis, de qua supra.

Quod de qualibet natione deputetur unus, & quod illi quatuor hodie hora octava vadant ad D. cardinalem Cameracensem ad requirendum eum super processu facto in materia fidei.

Item quod iidem quatuor vadant ad D. vicecancellarium ad requirendum ipsum ex parte quatuor nationum, & hujus sacri concilii, quatenus officio suo signando & justitia etiam de mandato, ac si D. papa esset præsens, & alia faciendo consueta utatur, juxta diffinitionem in hoc sacro concilio generali, & in ultima sessione facta cum intimatione, quod si non faciat, concilium providebit prout fuerit rationis. Et de præmissis petatur instrumentum cum notario & testibus.

Die Iovis xi. mensis Aprilis prædicti fuerunt deputati quatuor nationum simul congregati in loco congregationis nationis Germanicæ, ubi fuit conclusus salvusconductus pro magistro Hieronymo de Praga, & subscribi per notarios nationum & concilii.

Item fuit deliberatum juxta consultationem unius cedulæ lectæ, quod capitula generalia mendicantium suspendantur quousque generale concilium fuerit consummatum.

Item fuit deliberatum, quod mittantur literæ missivæ regibus & principibus de rebus gestis in concilio generali.

Item fuit deliberatum quod eligantur duo de qualibet natione ad faciendum institutiones papæ super via cessionis, & reformationis ecclesiæ sibi per nationes mittendas.

Item fuit deliberatum, quod pronuncietur in sessione proxima quod processus papæ fuit illicitus, de fautoria schismatis, & hæretica pravitate suspectus.

Item fuit deliberatum, quod quatuor nominentur de qualibet natione quos papa habebit constituere in procuratores ultra suos, quos ipse constituet.

Item fuerunt electi per deputatos nationum inter

cardinales

cardinales domini sancti Angeli, & Florentini ad eundem papam, & requirendum eum, ut det procuratorem in forma; quia deliberatum extitit per nationes cum deputatis ucto de nationibus quatuor.

Advisamenta.

Die sabbati tertiadecima mensis Aprilis supradicti in loco Congregationis nationis Germanicæ fuerunt lectæ certæ securitates, & provisiones petitæ per archiepiscopum Ianuensem dandæ papæ, dummodo adimpleverit, quæ promiserat, sub hac verborum forma.

De securitatibus, & provisionibus videtur, quod detur per regem domino nostro salvus conductus in plena forma, & cum libertate, ut per sanctitatem suam dictabitur. Secundo in concilio decernatur securitas, & libertas domini nostri, tam tempore ante cessionem, quam post, & specifice quod pro nullis gestis possit inquietari, sed sit in omnibus liber, & quietus. Tertio quod cessetur a guerra cum duce Austriæ, & propter necessitates ipsius concilii, ut dominus noster habeat tutum accessum, & quietam permanentiam in partibus istis.

Promissio vero omnino videretur esse liberalis, & absque conditione cum secum habeat conditionem annexam, si, & quando renunciabit, hæc potest esse duplex. Primo quod remaneat cardinalis & legatus in tota Italia, cum plena & perpetua potestate. Et quia dicitur, quod magis vult ducere vitam quietam, remaneat solum cardinalis propter honorem, & detur sibi comitatus Venesinus ad vitam suam, & ulterius habeat XXX. millia Florenorum annuatim hoc modo, quod exnunc ponatur una decima, ex cujus pecuniis emantur proventus Venetiis, Florentiæ, Ianuæ conjunctim, vel divisim usque ad quantitatem præmissam triginta millium Florenorum annuatim ad vitam suam. Sed in hoc difficultas videretur, quod decima non in tanto imponetur, & si imponeretur, non exigeretur, & dubium est, ne facta cessione ista ordinatio licet facta per sacrum concilium deficiat in exequutione sua, & circa hoc advertatur.

Subsequenter & ultimo fuit conclusum, & ordinatum quod nullus priorum generalium ordinum Mendicantium, cum sint proficui huic concilio, & alii vocati de dictis ordinibus debeant recedere de concilio, nec aliquod capitulum generale de dictis ordinibus in aliquo loco celebrare, durante hujusmodi generali concilio Constantiensi: si vero secus factum fuerit, illi, qui in contrarium procuraverint, seu ordinaverint, pœna per sacrum concilium ordinanda . . . prout in quadam cedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius habetur, & continetur hujusmodi sub tenore.

Item quod nullus priorum generalium ordinum Mendicantium, cum sint valde proficui huic sacro concilio, quovis modo debeat recedere, & prout pro isto anno supersedeant a congregatione, seu generali concilio sub pœna privationis officii generalatus prædictorum, & sub eadem pœna mandatur generalibus dictorum ordinum, qui recesserunt de hoc concilio, quatenus infra triginta dies debeant ad hoc sacrum concilium reverti: si vero essent aliqui ex ipsis contendentes de generalatu, mandatur eis præsentibus, quatenus infra quindecim dies, aliis vero postquam fuerint reversi, etiam infra dictum tempus XV. dierum debeant se concordare de loco & tempore unius congregationis, seu generalis capituli celebrandi in anno futuro, ut & ipsi ordines optatam unionem consequantur. Si vero non fuerint concordes in tempore assignato, tunc providebitur eis de omni casu possibili ad ipsorum pacem de dicto loco & tempore generalis capituli per sacram Cæsaris majestatem sub pœnis, & modis, quibus suæ videbuntur celsitudini, ut & ipsa majestas ad eis eleemosynas largiendas benignius inclinetur.

Eadem die videlicet tertiadecima mensis Aprilis post prandium fuit convocatio quatuor nationum in loco congregationis Germanicæ, in qua primo fuit deliberatum de formis literarum missivarum dominis regibus, principibus, universitatibus studiorum, & communitatibus in modum qui sequitur. Tandem fuit conclusum quod conclusiones, & principia ordinarentur juxta exigentiam personarum, quibus hujusmodi mitti debent.

Tenor missivarum, de quibus supra.

Decet ea, quæ per hoc sacrum concilium ad extirpationem præsentis schismatis peraguntur, cunctis Christi fidelibus, & maximè illis, qui propensius hac in tempestate Dei ecclesiam juverint, atque defenderint, innotescere, etenim eorum, quæ agere tam peroptimè, tam jugiter ad omnium salutem quietam cœpimus, quanto certior apud homines notitia superveniet, tanto & orationibus, & precibus ad Deum porrectis, aliisque humanis suffragiis, ut credendum est, intercedentibus, quo omnimodo sacrosanctæ ecclesiæ constituatur integritas, cunctis etiam gregis dominici ovibus, pax reddatur. sane dudum Pisis inclyta quidem ac insigni civitate, tam mature, libere ac sincere celebrato concilio prædicti acerbissimi schismatis executione speravimus, eorum quæ ibi gesta sunt, sententia, auctoritatibus sanctorum patrum, utriusque institutis comprobatum tantam apud homines habere auctoritatem, tantamque fidem sibi vendicare, ut unio in ecclesia Dei nec longe sequi deberet. Verum non eo res perducta est, sed, quod dolenter videmus, & graviter patimur, adhuc in regnis, & provinciis, partim Petro de Luna Benedicto XIII. Angelo Corario Gregorio XII. in suis obedientiis nominatis adhærentibus, durissima, ac perniciosissima scissura vulneratam Dei ecclesiam deploramus. Verum hunc lacrymabilem, mœstissimumque eventum etsi probare rerum gestarum sequi non debuisset, idem tamen Pisanum concilium malitia hominum evenire posse prævidit; quamobrem opportune statuit ad certum tempus aliud concilium sequendæ unionis gratia in capite, & in membris fieri debere, unde talibus institutis astrictus D. Ioannes papa XXIII. ac etiam a nonnullis principibus, præcipue a serenissimo Romanorum rege excitatus, ut ad dictum sacrum concilium in loco habili, honestoque festinaret. Tandem habito super hoc cum prædicto Romanorum rege solemni tractatu loco quidem amœnissimo, affluentissimo, & ex omni parte idoneo id concilium tenere, & incipere Kalendis Novembris proxime præteritis publicavit, ac in eodem ad reformationem ecclesiæ Dei tam in capite, quam in membris professus est intendere. Quam rem injunctam cum licentia, & animorum festivitate per singulas nationes homines intellexerint, & audierint, putantes per hoc ad unionem ecclesiæ posse pervenire, exitus ipse docuit. Nam adveniente tempore, tanta hic principum, prælatorum, doctorum, & magistrorum copia adventavit, ut neque quidquam viderint, audierint, aut fere legerint, tantam concilii causa convenisse, ita quod tam plebe omnium pene re-

gum & principum nunciis maximorum & etiam A prælatorum præsentia roborata concilio, quanquam idem Ioannes solum confirmationem Pisani concilii procuraret, & sic statum suum unitati ecclesiæ anteponeret, hos propius ad ipsam unitatem intendentes nusquam a Pisani concilii procuratet ordinationibus, & vestigiis, obsidentes, sed illis potius inhærendo, viam cessionis horum trium contendentium tanquam faciliorem & securiorem pro habenda unione tentamus, in qua re summa cum charitate, & mansuetudine processu tam ab omnibus nationibus concordi prælatorum iudicio approbata decretaque extitit. Eamque denique viam idem D. Ioannes papa certo modo adimplere in publica concilii convocatione, postquam ad eam perficiendam coarctatur, expleturum se obtulit. B Cum tamen non plane satisfacere videretur, post multa habita hinc inde colloquia, alio modo pleniori, & meliori per nos recepto die 11. Martii in publica sessione cedere promisit, vovit & juravit prout in suis litteris apostolicis super inde confectis continetur. O quanta ea dies nobis gaudia obtulit, quanta toti populo Christiano commoda indicavit, nempe tot annis ab intimis concordiis affectata parvo momento videbantur. Ob id cuncti summa ad eum Ioannem devotione ferebantur, gratias tanti muneris agebant. Et quidem res ista per cunctis Christi fidelibus utilitatem quietemque; ipsi vero Ioanni non solum honorem, C sed & gloriam perpetuam ministrabat. Et iis sic gestis, serenissimus Romanorum rex cum dicti Petri de Luna oratoribus, regisque Aragonum, nec non Angeli de Corrario ad prosecutionem hujusmodi tam desiderati negotii, intendentes, conventionem cum dictis Petri & regis Aragonum oratoribus jurejurando firmavit, quod Kalendis Iunii proximi Niciam proficisceretur, unaque cum dicto Petro de Luna, & rege Aragonum personaliter convenirent, & rei prædictæ tam piæ, tamque necessariæ finem adimplerent. Hæc tam magna, arduaque negotia non solum utiliter ac prudenter, sed quod in tanta multitudine mirum videtur, quiete, pacifice, omni prorsus tumultu ac suspicione cessante, D gesta fuere. Cum vero postea de prædictorum promissione, votique executione debito honestoque modo fienda solliciti esse cœpetimus; cumque mitius peragi res videretur ficta hominum nequitia sive diabolica instigatione, aut utraque malitia operaret, ad aliquam statutam ventum est. nam cum ad aures nostras perlatum esset, quosdam ex prælatis hic concilii causa accersitos dissolvendæ hujusmodi synodi metam properare, spretaque populi Christiani, religionis & ecclesiæ unitate, spretaque licentia ad recessum intendere, contra iam ordinata statutaque, eumdem serenissimum regem exoravimus, ne talium improbitas quoquam nocere posset, & nos a tanto bono diverteret, ut per custodiam portarum provideret, ne quis ex prælatis licentia non obtenta exire posset, quoad super hoc de remedio provideretur opportuno. E Suspicabamur enim quod postea nobis clarissimus exitus demonstravit, ne excogitata quædam ambitio impudentissimaque cupiditas id efficeret. Idem autem nostra non solum ductus exhortatione, per mediam fere diem exitum abnegavit, hanc rem laudabilem quidem idem D. Ioannes molestissime ferens, quasi suæ libertatis angustandæ causa, & ut minus de hoc loco recedere posset, attentatam increpabat scandalosam & salvi conductus violativam inquiebat. Sed quis de suo recessu unquam cogitare potuisset? cum singulis diebus publice

assereret, usque ad unionis & promissionis iam factæ conclusionem concilium Constantiense servaturum, ac Deus avertat, inquiebat, quod mihi ulla unquam de recessu suaserit cogitatio, quævis per antea furorque dissensio fuit, ut suspicandum esset, quinimo tanta nos ad ipsum non solum reverentia, sed dilectione ferebamur, quod cunctis apparere poterat evidentissime nos ardentissime non solum unitatem ecclesiæ, sed statum suum extollere velle. Attamen ut animus eius paratissimus ab omni suspicione enudatus redderetur, advocata maxima principum, prælatorum, doctorumque multitudine, D. rex quo iure, qua ratione exire volentibus portas inhiberi fecerat, maximo cum fervore humilitatis apud D. Ioannem exposuit, & sincere professus est, nullum suæ libertati, securitatique præjudicium facere, sed tamen defensurum, si qui in personam, aut statum perperam molirentur; ac obtestatus est ipsius D. Ioannis arbitrio esse commissum stare, recedereque velit, aut si majorem securitatem expeteret, se ex optima intentione concessurum. Rursus si idem Ioannes quomodocumque eumdem Regem in prædictis non modeste processisse argueret, se & suo, & totius concilii iudicio parere consensit. Iis D. Ioannes tanquam non solum honeste, sed vere, justeque propositis sternatus remansit. ulterius ad unionis prosecutionem intenti, habitis per singulas nationes maturissimis colloquiis summe interesse, ut idem D. Ioannes procuratores ad cedendum iuxta promissionem votumque constitueret, obtinuit. Etenim quanquam idem D. Ioannes se Niciam nec non & personaliter impleturum assereret. Cumque ob eum accessum de dissolutione concilii, deque eius reditu ubique per illam conventionem res non sortiretur effectum, non parva suspicio haberi poterat, utilius arbitrabamur, & pertinentius procuratoris usu, quam sua præsentia rem esse gerendam. Nos enim, & si ille modus cessionis oblatæ ad unionem ecclesiæ nusquam prosit, non tamen alias vias relinquere intendebamus, nec eas perdimus, quibus ipsius domini Ioannis præsentia erat plurimum necessaria. Cæterum de conclusione fienda facillime simul de papatu certantibus in unum locum convenientibus merito erat dubitandum. Hoc enim alias experti sumus, atque nobis ea evidentia demonstravit in hac re peragenda reddere debet, denique exstirpationem hæreticæ pravitatis intestina, aut si dixerimus fidei offenderetur, intendimus, in quo opere plurimum summi pontificis auctoritas suffragatur. Aliis etiam movebamur rationibus quas & litteris non comprehendimus, satius ingeniorum vestrorum aculeis percipietis. Hæc plane, hæc dulcissime humiliterque cum eodem Ioanne papa contulimus nos hic quærere solum communi utilitate, paceque totius populi Christiani, neque furore quopiam incedere Deus novit. Quinimmo ad hæc tractanda ejusdem D. Ioannis iudicio vocati esse putabamus cum suis litteris de fienda in capite reformatione, tanta verborum efficacia denunciavit. Verum quanquam super præscriptis modum adhibere videretur, nam in publica quadam .... reverendissimus dominus cardinalis Florentinus, eodem domino Ioanne præsente, & ut sic responderet imperante, quod dictus D. Ioannes de hoc loco nunquam discedet, nisi ad sacri concilii beneplacitum, & si ab hoc mortis periculum eveniret, neque ad dicti concilii dissolutionem intenderet, sed imo illis cunctis conatibus augere, verborum elegantia dixerint, insinuavit, quia tamen sermonis aciem quique audivit, non solum Ioannem ad

ad recessum festinare sed ubi abesset properare ad reditum crediderit. Iis tamen duobus, vel tribus diebus ab inde prolapsis, noctis tempore habitu non solum transformato, sed prorsus indecenti ab hac civitate Constantiæ discedens Scaphusensem locum per ducem Austriæ detentum die XXI. mensis Martii profectus est. Vos igitur æstimetis, an quidquam potuit turpius, damnabiliusque committere, gregem suum suo conductu, sua auctoritate ab extremis mundi partibus proficiscentem gravissimis sumptibus, misso viarum discrimine, & non levibus periculis hic congregatum, ac in tanta rerum magnitudine sanctitatem suam dereliquisse, seque ab eadem abdicasse, profecto ad lacrymas venire compellimur, nobismet compati, ire possumus, ubi nostrorum infelicitate temporum tanto pastoris abusu fœdamur, decoquimurque. Repetamus concilia hactenus celebrata, in quibus de flagitiis summorum pontificum actum apparet, fuga eos non solum concilia vulnerasse, sed humiliter se eorum sententiæ subjecisse, ut de Symmacho legimus ac Sixto, qui apud concilium de enormibus criminibus accusatus, quanquam evadere potuisset, voluit concilii judicio obtemperare, clarissimum: Sed nec satis eidem Ioanni, quod nobis non solum, sed sibimet se subtraxerit, jubebatur, quinimmo edictis palam propositus curiales omnes, quorum potissimi hic unionis causa experiebantur durissimis, & cruentissimis pœnis impellebat, ut ab hinc discedendo infaustos tramites suos sequerentur. Cujus rei causa multi eundem comitari cœperunt in eo etiam furore eundem ex reverendissimis dominis cardinalibus secuti sunt, licet minime omnes pro majori parte redierunt. Hoc autem in tali casu usque & * humilitate Romanorum, & Hungariæ rex, ut statim ejusdem Ioannis recessu audito, nunciare publice fecerat, si quis eundem sequi vellet, aut manere eligat, securus sit. Nulli itaque in tali ac tanto animorum anfractu quidquid molestum emersit, sed & proculdubio ipsius Ioannis discessus tanquam per antea communi fama, & multiplici rerum evidentia manifeste impedire poterat, nullus etiam insanæ mentis ignorat, multa eidem domino regi circa id exposita fuere. Sed ut vobis innotescat male inquit libere Ioannes hoc loco abeat, quam adversum me de fide abrogata devoluta cujuscumque libertate infamiam irrogaret. Hæc verissima sunt, hæc Deo testamur, cunctisque Christi fidelibus, quinimo quanquam idem D. Ioannes per suas litteras de metu illato, qui cadere poterat in constantem, assereret, tamen metum non solum illatum, sed nusquam metus inferri solet, dum a quodam invito exigere quanquam volumus; sed nil proculdubio occurrere poterat a D. Ioanne expectandum, pro ecclesiæ unitate, quod autem facere non deberet, aut si facere excusaverit, nos auctoritate nostra peragere non possemus, forsitan de illo timose sentire videtur, quem omnis, qui apud judicem se excusat, debet merito formidare. Hæ inanes oblocutiones veritate non solum, sed veritatis conjectura carere noscuntur. Præterea per reverendissimum D. cardinalem de Chalanco de Scaphusa venientem, ac reverendissimum P. D. archiepiscopum Remensem ad nos per eundem dominum Ioannem ex causis certis transmissos, in publico prælatorum quasi omni conventu, ac præsente serenissimo D. Romanorum, & Hungariæ rege nunciatum est, ullo unquam casu eundem D. Ioannem dictum D. regem timuisse, ac se ab eodem persumma dilectione tentatum, neque regis suspicione recessui præbuisse occasionem; sed quod ex prælatis quosdam permaxime vereretur. Hoc idem D. archiepiscopus, ut

* Multa his corrupta.

sicut refertur, in mandatis habuisse testatus est, prout de his omnibus publica habentur documenta: Nos igitur cum omnia diligenter pensamus, & maturo judicio deliberavimus, nil aliud eundem attentasse conspicimus, quam hujusmodi concilii dissolutionem, utpote ad unionem ecclesiæ intendesit, & verissima sunt, & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium, novit ipse: tandem ne a Scaphusensi loco hic satis vicino discederet, affectabamus, & solum ut facilius, & commodatius secum tractanda perficerentur, ut eum ad nostros oratores remittere curaremus, die Veneris sancta, dum solemnia agerentur, ad castrum Lessenberck abhinc per duas diætas remotum procedere nusquam puduit, ubique paucis diebus accedens, ad Friburgum ejusdem ducis Austriæ oppidum se contulit, ex quo omnes induceret quanta per totasque varietates parantur ipsi unitati obnoxia, quot in posterum oriri poterunt impedimenta, si iis sub ambagibus tempus incassum ducatur. Cæterum hoc scripsisse novimus, ne quorumdam procacitas, absurdaque vociratio auribus vestris forsan obrepens in absurdam credulitatem, quod nusquam opinamur forsitan abduceret, ac ut in futurum intricatilinis obloquentia verbis, & veritati prorsus insidiantibus, fidem non facilem adhibeatis. Hos enim non pulsandæ cujusque injuriæ tot sumptibus, tot angustiis experimur, sed pro omni statu & sacrosanctæ ecclesiæ firmitate, denique non deerit, qui eundem D. Ioannem humillima exhortatione ad reditum hujus loci, vel saltem vicini, præstitis sufficientissimis securitatibus ad prosecutionem tanti boni exoratus, & pacifice quantum fas erit, procedamus. Quinimo duos ex reverendissimis in Christo patribus, & dominis cum aliis prælatis, ac venerabilibus viris transmittere ordinavimus, obsecrantes, ac eum totis viribus inducentes, ne hoc tam sanctissimum opus, & omnibus acceptissimum derelinquat, intendentes & desiderio hujus sacri concilii honestate, & rei convenientia abnegante, & recusante ad juris remedia sine cunctatione procedere. Vos igitur sincere deprecamur in Christo, ut jejuniis & orationibus insistatis, quatenus Deus per suam misericordiam nos ad tanti boni perducat effectum, & pacem offerat salutarem.

*** *Ad VI. sessionem pertinent quæ sequuntur ex eodem MS. expressa.*

Egregiis & inclytis patribus, virisque ex omni gente electis almo & salutifero Constantiensi concilio astantibus. Egregii & incliti patres, * viri ex omni gente electi, almumque & salutiferum concilium. Pacis zelus, sanctæ fidei, & catholicæ fidei exaltatio corda vestra tanta incenderunt charitate, ut jugum Christi suave, & onus leve vestris piis humeris imponentes, labori operati, qui est in Christo Iesu: Ipse enim vocat vos a diversis orbis plagis contraxit in unum, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, & portantes pacem, illuminantes patriam, dare requiem animabus vestris adveneritis, nec dubium vestris laudabilibus cœptis tantisque & tam sinceris principiis divina aspirante clementia, & nos ipsi speramus in domino, quia jam ostendit nobis bona, dedit lætitiam in cordibus nostris expectantibus, ut in pace cum eo quiescamus per viam illam cessionis, quæ a nostris patribus tam laudata est, velut imitatrix Christi in humilitatis exemplum obediens factus est usque ad felicis vitæ suæ cessionem, sed conturbamur, & rei novitate movemur, nec pro re satis admirari possumus, quod nunc supremo præsule qui viam pacis se aperturum noverat, careat, ægre ferimus, ut qui vos vocavit ad ardua, primus disparuit. Sed

* Vide supra pag. 59, D similem epistolam.

hoc de dispersionis verum potius fortificationis sit exemplum, viriliter agite, & confortetur cor vestrum in eo, cujus causa agitur, qui vestris sanctis judiciis, sacrisque deliberationibus concilii acquiescemus, & obediemus reverenter, nostros labores, & cuncta grata tanta accommoda operi libere offerentes. Simul igitur laboremus, dum tempus habemus, operemur bonum omnes, ac gratiam Dei, quam fecit jam nobiscum, non in vacuum recipiamus, sed recta vestra concilia per viam cessionis, quam dominus ostendit nobis, ad feliciora dirigantur, ne per devia in animarum perditionem, & tam celebris cœtus dispersionē abbrevietur, longe absit ecclesiæ Dei, ut quod divina miseratione tanto nostrorum labore quęsivimus, jam sine fructu relinquamus. O miserum! O cœlis terrisque invisum, si per quem maneat ecclesiastica pax tantos optata per dies, & nunc ejus natura desuper nostris ex oculis evanescit! Vos igitur vigilate, persistite, quoniam ea perseverantia coronatur, quæ virtutibus laudes cæteris imponit. Et quod apud nos incœpit dominus, ipse perficiet, ad laudem & gloriam nominis sui. Scriptum in nostra congregatione generali apud sanctum Martinum celebrata die 11. mensis Aprilis.

Patriarcha tradidit nomine concilii legatis, qui debebant ire ad papam, instructiones, & salvosconductus pro papa.

Die Veneris 19. mensis Aprilis supradicti reverendissimus D. patriarcha Antiochenus in medio deputatorum quatuor nationum apud fratres Minores, in loco, quo natio Germanica convenire, & congregati solet, præsentavit dominis legatis nationis Germanicæ abeuntibus ad papam una cum dominis duobus cardinalibus & aliis legatis aliarum nationum articulos die Mercurii conclusos per concilium in forma novius instrumenti subscripti per magistrum Guinardi pro natione Gallicana, & me Guinbertum Fabri, pro natione Germanica notarios subscriptos, injungendo dominis legatis, videlicet abbati Pingaviensi Metsburgensis diœcesis, & Lambrito de Stipite decretorum doctori ordinis sancti Benedicti, quod fideliter exerceant legationem eorum una cum aliis legatis, & juxta instructiones eis datas per concilium, recepto ab eis, & eorum quolibet juramento fideliter eorum legationem exercere. Et ultra dicta in ipso instrumento descripta, fuit ipsis injunctum in hæc verba. Ex parte sacri concilii Constantiensis requiruntur legati per dictum concilium ad D. N. papam destinati, & cum omni charitate pro bono unionis & pacis ecclesiæ, ex eadem parte injungere, ne quando erunt cum domino nostro antedicto, singulariter, seu sigillatim cum eodem loquantur, sed in simul contenta in instructionibus eis datis apud eundem prosequantur, nullusque ex dictis impetrationibus quantumque nomine suo, vel alieno, per se, vel alium, seu alios, seu prosecutionem cujuscumque materiæ ad dictam ambassiatam non pertinentes apud eundem D. papam faciant, vel prosequantur ante finem dictæ ambassiatæ per eos consecutam, & relationem dictæ ambassiatæ, & gestorū in eadem per eosdem pręfato concilio in eorum propriis personis factā, & præmissa intimantur ex parte dicti concilii prefatis legatis per venerabilem P. D. Conradum abbatem monasterii Pingaviensis ordinis sancti Benedicti Metsburgensis diœcesis, & venerabilem virum dominum Lambertum de Stipite ejusdem ordinis decretorum doctorem Leodiensem, renunciatione papatus ex nunc fienda tantum excepta. Et requirantur etiam ad tardius infra duodecim dies a tempore recessus eorum ab hac civitate Constantiensi computandos ad dictum concilium revertantur. Etsi non fecerint, ex nūc, prout ex tunc a dicta ambassiata revertantur, quibus injunctis, fuerunt ipsis datę litteræ salvorum conductuum pro papa, & suis ad veniendum, per regem, & concilium ad ducem Austriæ.

Ad sessionem VIII. spectant quæ sequuntur.

* In excusis pag. 41. D. habe ut dies sabbati.

Die* dominica &c. & primo de natione Italica fuerunt XI. dominus Antonius episcopus Ragusinus, Iacobus episcopus Adriensis, Iacobus episcopus Ceriensis, Donandus episcopus Auximanus, Albertus episcopus Asteosis, Antonius episcopus Concordiensis, Matthæus episcopus Pistoriensis, Iacobus Redonensis protonotarius de Ianua, Petrus Paulus de Astria utriusque juris doctor, Ardecinus de Novaria advocatus consistorii, Nicolaus abbas sanctæ Mariæ de Florentia, Gaspar de Perusio advocatus consistorii, Ioannes de Opisis auditor palatii, Ottobonus de Vercellis V. I. D. De natione Gallicana, Ioannes patriarcha Antiochenus, Geraldus episcopus Carcassonensis, Ioannes episcopus Gebennensis, Vitalis episcopus Tholonensis, Martinus episcopus Atrebatensis, Theobaldus archiepiscopus Bituntinus, Ioannes episcopus Vaurensis, Ioannes episcopus Viennensis, Guillelmus episcopus Ebroicensis, Guillelmus Pulchri negotii magister in theologia, Ioannes de Villanova decretorum, Ioannes de Spars in medicina, Simon Pinart in artibus. De universitate Parisiensi, Petrus de Versalis in theologia, ambassiator regis Franciæ, Galterus Crassi prior conventus Rhodi decretorum, Simon abbas de Gemericis decretorum, Robertus abbas monasterii sancti Laurentii supra Ligerim ordinis sancti Augustini Antisiodorensis diœcesis; Petrus Caucon Licentiatus in decretis ambasiator ducis Burgundiæ. De natione Anglicana Robertus episcopus Sarisburiensis, Nicolaus episcopus Baconnensis, Ioannes episcopus Lichelfeldensis, Guillelmus Corve. De natione Germanica, Ioannes archiepiscopus Rigensis, Nicolaus archiepiscopus Gneznensis, Petrus episcopus Ripensis, Benedictus protonotarius Albergalis præpositus, Albertus episcopus Ratisponensis, Andreas electus Posnaniensis, Iacobus episcopus Placentinus, Georgius episcopus Tridentinus, Paulus Volladmire ambassiator studii Cracoviensis, Ioannes Ardbrucii utriusque juris, Bercholdus de Vvidunghensis auditor palatii, Theodoricus de Monasterio in theologia, Petrus Dectinger in decretis, Lambertus de Nutenberg in decretis episcopus Vormaciensis, Vlricus episcopus Verdensis, Conradus de Susato in theologia, & quamplures alii. De nobilibus. Fredericus Burgravius Nurenbergensis, Ludovicus dux Bavariæ, Rompaldus dux Zagonensis, Nicolaus de Curia regni Hungariæ Palatinus, Pippo de Ozota comes Themaziensis, Sigismundus de Lossons miles, David Latsea de Czangr camerarius regis Romanorum, Laurentius de Drior miles de Hungaria, Stephanus de Rosogensi miles de Hungaria, magister Benedictus miles regni V. I. D. Heranghus Bonghesmarber camerarius regis Daciæ, Ioannes de Tholischouve castellanus Callieiensis, Zauvicius de Garbelo dictus Tinger, Cimo de Starpenstensi Vicedominus in Rynhauva Moguntinæ diœcesis, & ambassiatores Caroli de Malatestis.

Inserenda sessioni IX. excusa a pag. 51. D.

Quarumquidem litterarum tenor sic incipit. *Sacrosancta Constantiensis synodus generale concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata universis Christi fidelibus unionem, pacem ecclesiæ, & gaudium sempiternum*, & sic finit ante subscriptionem notariorum Datum Constantiæ provinciæ Moguntinæ in sessione

publica

publica in ecclesia majori solenniter celebrata die A Jovis 11. mensis Maii, indictione VIII. anno vero domini MCCCCXV. pontificatus præfati D. Ioannis papæ XXIII. anno quinto, præsentibus ibidem illustribus principibus domino Rompoldo duce Silesiæ, Friderico Burgravio Nuremberg:ensi, Ioanne Iacobo filio marchionis Montisferrati, Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, & Sigismundo de Loslius de Hungaria militibus, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis, & quamplurimorum aliorum Christianorum multitudine copiosa.

Eidem IX. sessioni inserenda.

Eadem die, qua supra, videlicet tertiadecima mensis Maii supradicti fuit congregatio deputatorum quatuor nationum in loco, in quo natio Germanica solet B congregari, in præsentia serenissimi principis Sigismundi Romanorum, & Hungariæ regis & ibidem idem rex præsentavit unam copiam cujusdam bullæ datæ Carolo de Malatestis de Arimino, in qua dominus Gregorius dedit licentiam ipsi Carolo, & suis de ejus obedientia ad consentiendum huic concilio, injungens idem rex dominis deputatis, quod examinent illam copiam, an foret defectuosa, vel insufficiens, vellet eam remittere Carolo, qui statim disponere deberet, quod omnia sufficienter ordinarentur in eadem ad voluntatem concilii. Subsequenter fuit lecta quædam litera mistiva per D. Carolum de Malatestis nationibus hujus concilii, cujus tenor inferius describitur. C

Tenor literæ, de qua supra fit mentio.

Reverendissimis, venerabilibusque & illustribus patribus, & dominis capitularibus nationum Constantiæ convenientibus.

Nunquam dormitat, neque dormitabit antiquus humani generis hostis, qui vel noverit, vel suspicari valeat bonum allaturum, quantum sibi permittitur, impedire, ea quoque, quæ melioris initioicitiæ est, quam boni, conatur advertere, potius huic per se laborat, atque suos undique satellites constipat, fatigatque, quibus aptius fiat; verum eo amplius debent insurgere illa exequi, qui divino mancipantur obsequio, quos malos experiuntur sibi adversari in pro- D posito: evellitur quidem ambigua de corde illius perplexitas, an tenebræ, an lumen sit, quando exequendi ipsi mens est. Cum ipsis patitur offendiculum in via, qua graditur, nusquam enim adversabitur ex proposito impietati nequam, ex iis itaque majores altissimo gratias fero, quibus meum ad partes illas accessum impediri experior, magisque ut compleam, glisco. Scripseram dominationibus vestris credi supplicans, quæ super iis dicturi erant venerabiles viri Ioannes Loboni, & prior in monte sancti Laurentii. Hi vero cum a me discessissent per dictam, & paulo post in manus latrunculorum quorumdam inciderunt, qui nec iras domini verentes sui, nec religiosi habitum...... tunsionibus adeo dictum priorem E oratorem meum colliserunt, quod læsum, & pravefactum destinandi illum principaliter facultas abest. Placet ergo non meæ voluntatis, sed contingentis opportunitatis excusationem admittere a prædicto D. Ioanne, ac si prædictus venerabilis prior affuisset, credere exponendis mei parte una cum aliis meis oratoribus ibi existentibus. Brixiæ die XXVI. Aprilis, indictione VIII.

Sanctissimi in Christo patris domini Gregorii papæ XII. servulus, & revocabilis procurator ad sacram unionem perficiendam Carolus de Malatestis.

Eadem die videlicet Lunæ XIII. supradicti mensis Maii, discretus vir Gotfridus Durstensis sedis apostolicæ cursor retulit dominis commissariis deputatis ad examinandum testes super informatione summaria judicum, seu deputatorum sacri Constantiensis generalis concilii, de & super notorietate criminum in citatorio contentorum, videlicet reverendissimis in Christo patribus & dominis de Ursinis, & sancti Marci cardinalibus, & episcopo Dolensi commissario prædictis, & nobis Gisteio Boverensi, Guillelmo Purssillis, & Guinpetro Fabri notariis publicis, & ejusdem concilii scribis de ipsorum dominorum commissariorũ mandato, & ad providi viri magistri Henrici de Piro promotoris, & procuratoris concilii jamdicti paulo ante peremptorie citasse sex testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati de, & super notorietate criminum in citatorio contentorum ad horam secundam post meridiem præsentis diei Constantiæ in monasterio fratrum Minorum, prout, & quemadmodum idem cursor habuit, ut asseruit, ab eisdem dominis commissariis specialiter in mandatis. Deinde incontinenti idem cursor iens, & paulo post rediens retulit dominis commissariis, & nobis notariis prædictis se de eorumdem commissariorum mandato, & ad ejusdem promototis, seu procuratoris instantiam. Paulo ante citasse peremptorie similiter septem testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati de, & super notorietate criminum in eodem citatorio contentorum ad horam, & in loco prioritatis, prout, & quemadmodum idem cursor, etiam ut asseruit, recepit ab eisdem D. D. commissariis specialiter in mandatis. Deinde adveniente hora secunda post meridiem præsentis diei magister Henricus de Piro procurator & promotor præfatus procuratorio nomine, quo supra Constantiæ in monasterio fratrum Minorum in præsentia eorumdem dominorum commissariorum ibidem more solito congregatorum personaliter constitutus, ac testes superius citatos, videlicet RR. PP. & dominos Hermanum de VVereck sedis apostolicæ protonotarium, Bertrandum episcopum sancti Flori, necnon venerabiles & religiosos viros fratrem Ioannem Marimondi magistrum in Theologia abbatem monasterii Morimondi ordinis Cisterciensis Lingonensis diœcesis, Hermangaudum de Casser licentiatum in decretis priorem prioratus de Capirestanno Narbonensis diœcesis, Ioannem de Pulck licentiatum in decretis præceptorem sancti Antonii urbis Romanæ, ac honorabiles viros, & dominos Ioannem de sancto Severino literarum sacræ pœnitentiariæ scriptorem, Ioannem de Molino canonicum sancti Pauli Leodiensis, Nicolaum de Vbauto literarum apostolicarum abbreviatorem, & scriptorem, Oliverium Guiounet in medicina doctorem, & in decretis licentiatum rectorem parochialis ecclesiæ in Breck Venetensis diœcesis, & Guillelmum Henualem clericum Mnrianensis diœcesis ibidem præsentes & comparentes, ut, & tanquam testes ad jurandum de notorietate criminum in citato contentorum exhibuit & produxit, quos admitti & eorum solita juramenta recipi, necnon interrogari & examinari per D. D. commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Qui quidem D. D. commissarii prædicti supradictos testes ibidem præsentes, & ad jurandum & perhibendum testimonium veritati super notorietate criminum hujusmodi dixerunt admittendos & admiserunt; qui dum admissi fuerunt, statim & incontinenti ad mandamm ipsorum dominorum commissariorum, videlicet domini prælati manibus eorum dexteris ad pectora sua positis loco juramentorum. Alii vero testes præfati tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei evangelia juraverunt & dixerunt, ac quilibet eorum juravit, &

dixit se velle dicere, & deponere puram, meram, & omnimodam quam sciverit super notorietate dictorum criminum veritatem, prece, pretio, amore, favore, ira, odio, rancore, timure, & omni mala, seu sinistra voluntate in præmissis postpositis penitus ac semotis.

Ad sessionem X. spectant.

Eadem die, videlicet XIV. mensis Maii supradicti fuit congregatio deputatorum nationum quatuor, in qua fuit factum scrutinium super mittendo cum rege Romanorum ad Petrum de Luna, & ad regem Aragonum, nihil tamen fuit conclusum.

Subsequenter fuit lecta cedula ex parte certorum nobilium de Bohemia, in qua continebatur, qualiter alias proposuerunt coram deputatis nationum, quomodo & qualiter magister Ioannes Hus detinetur, & quomodo venissent ad concilium, concludentes quod peterent, quod ipse audiretur in publico, Respondendo ad illa communiter aliqui deliberaverunt, quod differretur responsio ad aliam diem, episcopus vero Luthomislensis dixit, qualiter fuisset sibi præfixus terminus ad horam præsentem per deputatos omnium nationum ad respondendum cedulis dictorum Bohemorum, quoad ultimam ejus partem, ubi dicunt, quod per detractores sit dictum, quod ex informatione dicti Hus, sanguis Christi portetur in flasconibus, ipse episcopus Luthomislensis probando hujusmodi portationem sanguinis Christi in flasconibus produxit unam cedulam probationum suarum quam petiit registrari apud librum nationum, respondendo prout in eadem cedula, protestans, quod non remanserit per eum, neque stet, quin respondeat propositis per dictos Bohemos, & de hoc petiit sibi publicum instrumentum super ejus diligentia. Præsentibus ibidem dominis Nicolao archiepiscopo Gneznensi, Ioanne archiepiscopo Rigensi, Nicolao episcopo Mersburgensi, & aliorum prælatorum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, doctorum, procuratorum, & suppositorum in numero bene ducentorum.

Tenores dictarum literarum oblatarum per Bohemos in responsione per D. episcopum Luthomislensem ex adverso oblatorum.

Reverendissimi patres, & domini. Nobiles domini Bohemiæ, ac Poloniæ nationum hic præsentes coram vestris paternitatibus proponunt, qualiter serenissimus princeps & dominus D. Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex fama audita, & dissensione in regno Bohemiæ, ipsiusque regni honori, tanquam hæres, & dominus successivus volens succurrere, misit nobiles dominos Vensclaum de Duba, & Ioannem de Chluz hic præsentes, ut magistrum Ioannem Hus inducere velint, & assecurare regio salvoconductu, & nomine, quatenus pro expurganda dicti regni Bohemiæ, & sua sinistra infamia, sub salvoconductu ipsius D. regis, & sub sacrosancti imperii protectione, & defensa patenter ipsi magistro Hus datis exhibitis venire velit ad Constantiense generale concilium, & ibi cuilibet parti se opponenti de fide sua publicam reddere rationem. Quod & fecerunt prædicti domini una cum prænominato magistro Ioanne Hus. Cum autem prætactus magister Ioannes Hus sub dicto salvoconductu libere pervenisset, extunc captus est, & graviter nulla audientia prævia carceratus, & hucusq. tam compedibus quam fame & siti angustiatur. Quamvis autem olim per Pisanum concilium damnati hæretici hic libere steterunt, & demum libere recesserunt; ipse tamen magister Hus prædictus, nec convictus nec damnatus, sed nec tunc auditus, sic ut præmittitur, captus est,
[A] ubi tamen nedum hic regum aliquorum seu principum electorum, sed nec universitatum pro tunc assetuot ambassiatæ. Et quamvis D. rex prædictus una cum dominis hic præsentibus cum magna postularet, & rogaret instantia, ut ita ipsius salviconductus provideretur honori, & ut dictus magister Hus audiatur publice, & de fide sua reddat rationem; & si convictus fuerit pertinaciter, quicquid contra scripturam sacram, & veritatem asserere, quod in eo dictamini, & decisioni concilii debeat subjacere, illud tamen hucusque impetrari non potuit, nec haberi, sed circa hoc dictus magister Ioannes Hustam graviter tenetur in compedibus, & tenuissime dietatus, ubi forsitan exhaustis & attenuatis viribus de ratione
[B] poterit periclitari. Et licet Bohemiæ domini hic præsentes de regno prædicto infamarentur graviter, eo quod dictum magistrum Ioannem Hus huc venientem libere ad tantum ipsius salvusconductus literas manere negligenter, cur ad tantum ipse talia patiatur, cum vergant in contemptum, & vilipendium commune regni Bohemiæ, & linguagii prædicti, quod ab origine susceptæ Catholicæ fidei nunquam ad obediendum Romanæ ecclesiæ sanctæ recessit. Ipsi tamen domini stupefacti prædicta omnia & singula in se hucusque patienter tolerarunt, & occasio turbationis quovis modo hujus sacri concilii existere videantur. Quapropter reverendissimi patres, & domini nobiles, domini supradicti paternitatibus ve-
[C] stris præsentibus supplicant jugiter & attente, quatenus pensantes honorem salviconductus dicti domini regis, cum etiam fama præclari regni Bohemiæ conservari cupientes, & vestram adaugeri, in factis dicti magistri Hus finem celeriorem, cum ipsi periculum existat in mora, justitia divina mediante, velitis efficere, prout de dictarum vestrarum paternitatum præclara rectitudine confidentiam gerunt specialem. Et super iis dicti domini petunt a VV. PP. responderi.

Cæterum reverendissimi patres & domini, ad dictorum dominorum de Bohemia hic præsentium notitiam est deductum, qualiter quidam præclari regni Bohemiæ jamdicti tam in honore quam famæ obtrectatores & æmuli ad aures paternitatum vestrarum
[D] deduxisseot, quomodo sacramentum pretiosissimi domini jam per Bohemiam in flasconibus deportarent, quodque sutores confessiones jam audirent & sacrosanctum corpus aliis ministrarent. Quapropter rogant domini de Bohemia hic præsentes, quatenus talibus falsis delatoribus non credatis, cum tamen tam iniquæ informationes coram D. rege, & vestris paternitatibus venantur.

Cum hæc sancta synodus tam solemni utriusque status principum & sapientum numero, sed & arduissimis ecclesiæ causis, & necessitatibus congregata sit in domino, & retroactis temporibus vix fuerit, & verisimiliter nostro ævo nulla similis sit futura, summopere habet intendere, ut in toto suo processu
[E] nedum errorem viter, calumniari nitentibus obviare valeat; sed & factum recti tramitis exemplum relinquat præcipue natio nostra Germanica in hoc sollicitior esse debeat, ut veterem suæ oblocutionis notam aboleat, quæ quasi inconsulta, furore dicitur, non consilio regulari, ad quem processum legitimum, ac decentem inter plurima unum videtur maxime necessarium, ut videlicet omnia in concilio diffinienda, decernenda, & demandanda, & statuenda, & alia quæcumque ardua totius nationis deliberationem exigentia postquam per deputatos tractanda concordata in totius nationis deliberatione proponatur, & particulariter & distincte, & dato ad minus unius diei intervallo, deliberandum juxta rationabilem deli-

deliberationem ejusdem nationis prius factam in crastino scrutentur distincte vota singulorum, aut vocaliter; ut quicquid alterius sententiam, & motiva audiens de veritate, & rationabiliori sententia informari valeat, vel in scripto, sic tamen quod cedulæ omnes publice legantur, pari de causa, & ex pluralitate votorum ex decreto concilii computandorum concors sententia conclusa per deputatos nationis cum aliarum nationum conclusionibus sententiis conferatur, & si inveniatur omniū nationum concordia tunc conclusa, sigillis clausa portetur eis, qui sessionibus diffinita habere, approbare nomine nationum, qui tunc aperient sigilla de verbo ad verbum audiunt, pronuncians omnino servet eundem tenorem, & sic habeant approbare, respondendo, Placet. Si vero tenorem mutatum senserint, habeant dicere, non sic placet nationi, si placet, sic exprimendo sententiam secundum tenorem cedulæ sibi datæ. Si vero sententiæ nationum appareant discordes, tunc singularum nationum deputati pro sua parte quiete, pacifice, & charitative suadeant ex adverso in reliquarum nationum de præsenti reverenter audiant, ut sic motivorum valitudo, & conclusionum veritas, & diffiniendorum æquitas clarius elucescat, nec quantum natio rationabilioribus motivis alterius condescendenter dignetur, quia in hujusmodi collativo tractatu non triumphus victoriæ disputando, sed rei veritas, & ecclesiæ utilitas, honorque Dei principaliter quæri debet. Cumque omnium nationum deliberationes per deputatos ad concordiam redactæ fuerint, iterum tamen .... , .. fiat per singulas authentice præsentibus notariis, & secundum sententiam majoris partis publice, & authentice concludat, ipsaque clausula authentice per notarios conscribatur, & clausa sub sigillo præsidentis in natione procuratori nationis ejus nomine in sessione publica approbare per placet præsentetur, qui cum eisdem cedulis in sessione concilii agant, superius est expressum.

Iste modus procedendi licet sit laboriosus, tamen est valde necessarius & fructuosus, primo aliis nationibus ipsum stricte servantibus conformetur, ne ab eorum diligentia & providentia reprehensibiliter deficere videamur. Secundo cum hodie non desint calumniatores ipsius processus concilii, & plures magni, & parvi verisimiliter exurgent, eo quod maxime ecclesiæ omnium statuum personas tangentes restant tractandæ, non est vitandus labor, qui ipsorum possint excludi calumniæ, excluderetur enim calumnia quam D. papa in instructionibus ducibus * Bituriæ, & Aurelianis insinuavit, asserens scrutinia votorum illegitime fieri per nationes, in quibus asserit colligi vota indistincte tam pertinentium quam non pertinentium ad concilium, imo personarum vilium, in exitium, vota antistitum in suis clamoribus obruentium. Item excluderetur calumnia de conspiratione nationum. Similiter de impressione violenta, cum quilibet sit liber, sine impressione funderet sua vota, sicque fieret legitime scrutinium per singula capita in natione, & in sessione publica per nationes, nec sic admittuntur vota impertinentium concilio, & substantiales eidem suis vocibus frustrarentur. Ad id valde expediret quod per totum concilium determinaretur authentice qui debeant habere vota in concilio, & quorum vota sint in nationibus, & in concilio computanda, & quod solum talium vota in nationibus scrutentur, & ad concludendum concilio numerentur. Quodque nostra natio Germanica in hoc conformet se laudabili observantiæ nationis Gallicanæ, quæ in suis congregationibus distinguit

* ſ. Bituriæ & Aurelianis

A non habentes voces ab habentibus; sed & in loco sedendi, sed & habentibus vota ordinate assignat sua loca a cæteris scribanis secundum suorum gradum, & ordinem dignitatum, & distincte sub testimonio notarii publici vota colligit per singulos qui debent habere voces, & concludit secundum sententiam majoris partis, nec in sessione aliquid admittit, nisi prius fuerit in natione legitime præconclusum. Satisfieret sic etiam juribus, sicque tonare videretur distinctio habenda per capita singulorum, quia fieret in nationibus, & per procuratores singularum nationum vota in sessione præsentarent.

Quarto. Ex tali legitimo modo procedendi multum firmari poterit auctoritas concilii, & omnis ejus B diffinitio, seu decretum, nam sicut quilibet ea quæ priori voto approbavit, tanquam sua propria, firmius postea tuebitur, & ex motivis in natione collative auditis, ea animosius defensabit. Sed secundum modum hucusque servatum posset contingere, quod soli deputati, imo nec omnes ipsi ante sessionem diffinienda præscirent, & sic ea alii eo minus gratuite acceptarent, imo quandoque diffiniendo nec majorem partem concorditer contingeret consentire, quemadmodum nuper accidit, quod tota natio Gallicana de articulis 260. ipsius VVicleff se asseruit nihil scire.

Quinto sic vitarentur suspiciones sinistræ, & suppositorum nationum dissensiones mutuæ, quæ hucusque servato processu verisimiliter orirentur. C

Sexto quia sat vere, & secure habito tali scrutinio in nationibus dici posset. Placet toti synodo, quia ratione majoris partis consentientis, quod utique sic fieri non potest, cum taciturnitas non semper haberi valeat pro consensu. Et præsertim quia forte, sæpe multi dissentientes tacerent propter verecundiam, vel contentionem vitandam, vel quia sperant se non posse proficere.

Septimo quia sic non in vanum fatigaretur tota natio multis propositionibus, schedulis, & advisamentis quæ hucusque sæpe præstiterunt impedimenta utilioribus, & magis necessariis, quia hoc servato ordine deputati nationum juxta primam ejus ordinationem viderent hujusmodi schedulas & advisamenta D ab aliis oblata undecumque, & quocumque, & debita responderet, & consequenter per ipsam omnia authentice & utiliter disponeret.

Octavo per istum legalem modum procedendi provocarentur singuli ad sollicitudinem deliberandi omnia, exercitarentur etiam ingenia, & simpliciores a peritioribus discerent, & vix posset deprehensa falsitas evadere, si omnium exponerentur in communi, & quibuslibet considerando certa causa diligentiam adhiberent; sed & valde ex hoc modo conservaretur concilium indissolutum, quia omnes reputarent se ad aliquid utiles, qui sic eum videant se in nullo requiri æstimant se inutiles, imo otiose perdere tempus & expensas, nec hic degendo servire se Deo, nec E prodesse ecclesiæ, aut proprium meritum augere, imo potius affixi tædio quærunt occasionem recessus, & forte aliquando ex industria revocationes superiorum suorum procurant, & sic remanere coguntur inviti, remurmurant & afficiuntur ad omnia quæ peraguntur in concilio.

Post sessionem X. adjungenda p. 67. D.

Die Mercurii quintadecima mensis Maii supradicti fuit congregatio omnium nationum in præsentia serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis, in qua fuit lecta una bulla constitutionis procuratorum per dominum Gregorium papam XII. in sua

sua obedientia nuncupatum; quæ fuit commissa per eundem dominum regem legenda, & examinanda an sufficiat, an non. In casu quo sufficiat, bene; In casu, quo non, dixit rex eandem velle remittere Carolo de Malatestis, qui eam plenius procurabit expediri.

Tenor vero dictæ bullæ, de qua supra fit mentio, sequitur, & est talis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Ioanni tituli sancti Sixti presbytero cardinali, apostolicæ sedis legato, & Ioanni patriarchæ Constantinopolitano electo nostris ejusdem sedis nunciis, ac venerabili fratri VVernhero archiepiscopo Treverensi, necnon nobilibus viris Ludovico comiti palatino Rheni, & Carolo de Malatestis, domicello Ariminensi in provincia nostra Romandiola pro nobis, & serenissimi reverendissimi episcopi rectori, salutem & apostolicam benedictionem.

Terrenas affectiones tenebrare humanas mentes constat liberandas pro modulo luminariunis, cum lux illa quæ dixit; Ego sum lux mundi, se illuminantem ostendit, & pro quanto terrenu detinentur affectu, minus illius splendorem attingunt, in quo docemur errorem cavendum, amoremque sectum sequendum, & nostra omnia ad illam pacem, quæ est a Deo homini mortali feliciter conferenda contra quem negare non possumus impios errores commissos circa papatum, nosque advertantium astutiis repulsos, ad pacem, & ecclesiæ Christi clarissimarum per viam renuntiationis pro progressu firmiter desiderantes, & cum spes aliqua scintillaret, occurrimus erogando, & eodem igitur affectu continuato intellecta provideoria regia cum affectione concordi ad ecclesiæ pacem cum nationibus, quas vocavit ad civitatem Constantiæ exhilarati libenti animo parati sumus, & semper fuimus pro extirpatione horrendorum schismatum, & integra unione merito optanda, & perficienda dimittere libere papatum, quamvis nobis clavem tam ex titulo sanctæ memoriæ Vrbani sexti prædecessoris nostri, & canonica nostra electione, quam clarissima ex nostra puritate cum efficaci voluntate & ratione, quapropter potius, & altius rem ipsam & effectum, qui rotenditur, ac serenitatis regiæ, cor, mentem & opera, post sui adventum ad Constantiam fructuosa advertentes, quamque extrinsecus quovis artificio demonstravit, confidentes exinde de ejus serenitatis dispositione Deo grata, & in eo sperantes, cujus res geritur, quod serenitatem eandem diriger in agendis, ut vos etiam, qui præmissorum effectu estis ibidem, & ut possitis in prædictis efficere melius, & valere quo efficaciorem potestatem a nobis constiterit vos habere a nobis, seu illis ex vobis, qui interfuerint ad congregationem propriam, in quantum per dictam serenitatem regiam, & non per B. se nuncupari faciendo Ioannem XXIII. vocatum vice nostra ad prædictorum effectum convocandi, & auctorizandi in generali concilio, remota tamen omnimoda dicti B. præsidentia & præsentia ab eisdem, necnon omnia, quæ postquam sic feceritis, disponentur pro vera integratione, & unione ecclesiæ, ac præfatorum schismatum extirpatione per congregationem eandem, remotis, ut prædicitur, præsidentia & præsentia B. vice nostra similiter auctorizandi, approbandi & confirmandi plenam, & liberam de plenitudine apostolicæ potestatis concedimus tenore præsentium facultatem. Datum Arimini Idibus Martii, pontificatus anno nono,

G. de Imola.

Die Iovis sextadecima mensis Maii supradicti post meridiem in palatio episcopali retulerunt dominis commissariis deputatis ad examinandum testes super positionibus, & articulis dandis, & producendis contra D. Ioannem papam XXIII. ad hujusmodi actum ibidem congregatis in præsentia nostrorum notariorum, videlicet Ioannis Girardi, Guillelmi Porciel, Bartholomæi de Guastis, Ioannis Azel, Gilsleri Bovenen, Gunperti Fabri, providi viri Gofridi de Dorten, Ioannis Snepper, Gerardus Savagerii, & Mermetus Curteri sedis apostolicæ cursores peremptorie citasse reverendos patres & honorabiles viros dominum Barthulomæum archiepiscopum Mediolanensem, Philibertum magistrum de Rhodo, Almannum episcopum Leonensem, Albertum episcopum Astensem, Iacobum electum Pennensem, Hermannum Duveig protonotarium sedis apostolicæ, Donadeum episcopum Harniensem, dominum Fredericum de .... sacri palatii apostolici causarum auditorem, VVulmarum Sack, Simonem Banchens licentiatum in decretis, archidiaconum Vapincensem, Ioannem de Polegia præceptorem de Remverlo, Angelottum de Roma clericum cameræ apostolicæ, Petrum Vardi auditorem, abbatem sanctæ Mariæ de Columna Placentinæ diœcesis, Ioannem Buridam magistrum in artibus, & baccallarium in Theologia, & jure canonico, canonicum Medengensem Cameracensem, Guillelmum Yas licentiatum in legibus rectorem parochialis ecclesiæ de Guvetri Rothomagensi, Guidonem Carpentarii licentiatum in legibus canonicum Dolcosem, Petrum Cuthebensem licentiatum in legibus rectorem de emporegio Andegavensis diœcesis, Petrum VVormedich procuratorem generalem ordinis B. Mariæ Theutunicorum, Conczunem de Zmela sacri palatii apostolici causarum auditorem, Henricum Hurler canonicum Basiliensem, Leonardum de Taranda de Verona domini Ioannis papæ XXIII secretarium, Ioannem præpositum ecclesiæ Quinqueecclesiensis, Bartholomæum de Vincio literarum apostolicarum scriptorem & abbreviatorem, Petrum de Serato archidiaconum ecclesiæ Agiensis, Iacobum episcopum Laudensem, Ioannem Bassiere literarum apostolicarum correctorem, Petrum Nigraudi bacallarium in decretis literarum apostolicarum scriptorem, Galterum Grassi decretorum doctorem priorem Rhodi ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, Nicolaum episcopum Assisinatensem, fratrem Ioannem de Meyerunis priorem Vapincensem ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, Ogerium episcopum Augustensem de Francia, Henricum Flecbel dicti palatii apostolici auditorem, Petrum Coleti in Romana curia causarum procuratorem, fratrem Ioannem de Rocha magistrum in sacra pagina, Ioannem episcopum Vaurensem, Petrum episcopum Olorensem, Georgium de Pala literarum apostolicarum scriptorem & abbreviatorem, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati, super positionibus, & articulis producendis in causa depositionis, sive inquisitionis producendæ contra dominum Ioannem papam ad horam secundam post meridiem præsentis diei, ad instantiam magistrorum Henrici de Piro, & Ioannis de Scribanis promotorum causarum & negotiorum sacræ Constantiensis synodi. Subsequenter adveniente hora secunda post meridiem constitutus coram dominis commissariis sæpefatus magister Henricus de Piro procurator nomine quo supra, & quasdam citationum, unam Pergameni in audientia

in audientia contradictarum curiæ Romanæ de mandato ipsorum commissariorum positam, lectam, & executam, necnon aliam papyri sigillo reverendissimi patris domini Iordani cardinalis de Vrsinis unius ex commissariis omnium consensu cedulam in valvis portarum ecclesiæ cathedralis Constantiensis munitas, & executas tenorum infractorum facto realiter, & in scriptis repræsentavit, citatorumque in eisdem pergameni & papyri citationum cedulis contentorum non comparentium, neque dictos testes produci, recipi, jurare, & admitti videre curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari petiit, & in eorum contumaciam nonnullas positiones & articulos de facto realiter in scriptis infractorum tenorum exhibuit, atque produxit, & nihilominus ipsos testes ibidem præsentes ad jurandum induxit, quos, & eorum in solita..... juramenta per dominos commissarios ibidem congregatos, licet domino Guillelmo sancti Marci cardinali propter infirmitatem absente, debita cum instantia recipi, & admitti postulavit. Quos quidem testes sic dicti domini commissarii reputatos primitus pro contumacibus in dictis citationum cedulis nominatis, dixerunt admittendos, & admiserunt. Qui testes sic admissi statim ad mandatum ipsorum commissariorum, prælati pectoralia tangentes, cæteri vero in manibus dictorum commissariorum tactis sacrosanctis scripturis ad sancta Dei euangelia juraverunt se dicere, & deponere velle puram, meram, & omnimodam quam scirent in hujusmodi causa veritatem, prece, pretio, ira, odio, rancore, timore, gratia seu quavis alia illicita machinatione, penitus & omnino remotis.

Tenores dictarum citationum pergameni & papyri cedularum, & positionum, ac articulorum sequuntur, & sunt tales.

Mandant reverendissimi in Christo patres & domini, domini Iordanus miseratione divina episcopus Albanensis de Vrsinis, Guillelmus sancti Marci presbyter, serenissimi reverendissimi episcopi cardinales, ac reverendi patres domini Antonius Concordiensis, Stephanus Dolensis, Iacobus Tervisiensis, Ioannes Lichfeldensis, Nicolaus Mersburgensis episcopi, Andreas Posnaniensis, Thomas B. Mariæ extra muros Eboraci, Nicolaus sancti Lupi Trecensis abbates; necnon magistri Ioannes de Thomariis de Bononia, ac Vilhelmus Maligini sacri palatii apostolici auditores, judices & commissarii, & causæ, ac partibus infrascriptis & a sacrosancta synodo Constantiensi universalem ecclesiam repræsentante specialiter deputati citari peremptorie in audientia publica literarum contradictarum Romanæ curiæ, & citant dominum Ioannem papam XXIII. quatenus hodie hora vesperarum, & deinde singulis diebus non feriatis ex nunc infra octo dies proxime futuros instantibus de mane hora sexta, & post meridiem hora secunda compareant personaliter, & in propria persona Constantiæ in palatio apostolico, seu episcopali infra communitatem ecclesiæ Constantiensis suo in sala majori, in judicio coram eis, aut quibuslibet tribus eorum tunc inibi ad infrascripta pro tribunali sedentibus ad videndum & audiendum produci, recipi, & admitti, & jurare nonnullos testes super nonnullis positionibus, & articulis hodie hora vesperarum antedicta pro parte venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Ioannis de Scribanis de Placentia procuratorum & promotorum, & instigatorum ejusdem sacræ synodi contra dictum dominum Ioannem papam dandis & producendis, vel ad

A dicendum causam rationabilem si quam habeat allegandam, cur præmissa fieri non debeant in causa, & causis quæ vertitur & vertuntur, seu verti & esse sperantur coram ea sancta synodo inter prædictum dominum Ioannem papam citatum ex una, & promotores, & procuratores, & instigatores prædictos, de, & super nonnullis criminibus, simoniaca hæresi, dilapidatione, & alienatione rerum, & bonorum Romanæ, & aliarum ecclesiarum, incorrigibilitate, fautoria schismatis, & scandalis notoriis, quibus delatus existit, aliisque rebus in articulis hujusmodi latius deductis, & deducendis, & eorum occasione parte ex altera; Alioquin in causa, & causis hujusmodi ad præmissa & alias, prout juris fuerit, & rationis, ulterius procedetur, ipsius domini Ioannis papæ citati absentia, seu contumacia in aliquo non obstante. Datum Constantiæ anno domini MCCCCXV. die vero sextadecima mensis Maii, indictione octava.

Citatio ad portas contra D. Ioannem papam, ad videndum jurare testes.

Nos Iordanus miseratione divina episcopus Albanensis de Vrsinis vulgariter nuncupatus, & Guillelmus sancti Marci presbyter, serenissimi, reverendissimi episcopi cardinales, Antonius Dei gratia Concordiensis, Stephanus Dolensis, Iacobus Tervisinus, Ioannes Lichfeldensis, Nicolaus Mersburgensis episcopi, Andreas electus Poznaniensis, Thomas beatæ Mariæ extra muros Eboraci, & Nicolaus sancti Lupi Trecensis abbates; necnon Ioannes de Thomariis de Bononia, & Guillelmus Maliginus sacri palatii apostolici causarum auditores, judices, & commissarii causarum, & causæ, & partibus infradictis a sacrosancta synodo Constantiensi universalem ecclesiam repræsentante specialiter deputati, peremptorie citamus dominum Ioannem papam XXIII, quatenus hodie hora vesperarum, & deinde singulis diebus non feriatis exnunc infra octo dies proxime futuros instantibus de mane hora sexta, & post meridiem hora secunda personaliter & in ejus propria persona Constantiæ in palatio apostolico seu episcopali infra communitatem ecclesiæ Constantiensis suo in sala majori in judicio coram nobis ad videndum & audiendum produci, recipi, admitti & jurare nonnullos testes super nonnullis positionibus, & articulis hodie hora vesperarum antedicta pro parte venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Ioannis de Scribanis de Placentia procuratorum, promotorum & instigatorum ejusdem sacræ synodi contra dictum dominum Ioannem papam dandis & producendis, vel ad dicendum causam rationabilem, cur præmissæ fieri non debeant; alioquin in causa & causis, quæ vertitur, vertuntur, seu verti & esse sperantur coram eadem sancta synodo inter prædictum dominum Ioannem citatum, ex una, & promotores, procuratores, & instigatores prædictos, de & super nonnullis criminibus, simoniaca, hæresi, dilapidatione & alienatione rerum & bonorum Romanæ, & aliarum ecclesiarum, incorrigibilitate, fautoria schismatis, & scandalis notoriis, quibus delatus existit, aliisque rebus in causa, & causis hujusmodi latius deductis, & deducendis, & eorum occasione parte ex altera, alioquin ad præmissa, & alias prout juris fuerit & rationis ulterius procedetur, dicti domini Ioannis papæ absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Hanc autem citationem nostram valvis dicti palatii, & majoris ecclesiæ Constantiensis ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, affigi, & apponi man-

mandamus, ut per ipsius inspectionem, ejus tenorem, & lecturam fiat cunctis manifestum; cum non sit verisimile apud sic citatum remanere incognitum, quod tam patenter & notorie omnibus existit publicatum. In cujus rei testimonium præsentem citationem fieri fecimus, reverendissimi in Christo patris domini Iordani episcopi Albanensis prædicti sigilli, quo ad præsens secum utimur, impressione communiri. Datum Constantiæ anno domini MCCCCXV. indictione octava, die vero Iovis decimosexto mensis Maii per quemcumque cursorem.

Bartholomæus de Guastis nationis Italicæ.
Guinpertus Fabri nationis Germanicæ.
Ioannes Guiardi nationis Gallicanæ. } notarii.

Articuli dati contra olim papam Ioannem.

Cum nobis * sanctæ synodo Constantiensi universalem ecclesiam repræsentanti hic in Spiritu sancto legitime congregatæ Henricus de Piro licentiatus in decretis, & Ioannes de Scribanis de Placentia, promotores, procuratores, hujus ejusdem synodi, dant & exhibent capitula, positiones, & articulos infrascriptos, ad quos probandum se admitti petunt citra onus superfluæ probationis.

* *f. legendum,* Vobis sanctæ synodo, *&c.*

In primis denunciant, dicunt, asserunt, ponunt, et si necesse fuerit probare intendunt, quod dominus Ioannes papa XXIII. a tempore juventutis suæ, dum Balthassar de Cossa appellabatur, fuit malæ indolis, inverecundus, impudicus, mendax, parentibus suis rebellis, & inobediens, plerisque vitiis deditus, & talis, ac pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus, & reputatus ab hominibus ipsius notitiam habentibus, & adhuc dicitur, tenetur & reputatur pro tali, & ut talis, ac fuit, & est de præmissis diffamatus manifeste, ac palam, publice & notorie.

Item quod dudum tempore Bonifacii papæ IX. sic in sua obedientia nominati, præfatus dominus Ioannes, tunc Balthassar de Cossa appellatus, per illicita media procuravit se familiarem, & cubicularium præfati domini Bonifacii, & deinde inter dictum dominum Bonifacium, & quoscumque alios pecunias habentes, & dare volentes pro beneficiis, & aliis spiritualibus, se mediatorem, tractatorem, & proxenetam fecit palam & publice.

Item quod dominus Ioannes tunc Balthassar appellatus, per hujusmodi illicitum quæstum, & simoniacam pravitatem & procurationem, ac mediationem simoniarum, & alia media illicita in paucis temporibus acquisivit, & congregavit multa iniquitatis mercimonia, copiosumque pecuniæ thesaurum, propter quod extunc divitis nomen, & statum assumpsit, ac ædificia sibi comparavit, & sic fuit, & est verum, publicum, & notorium, sicque ut prædicitur, dictum, tentum, creditum & reputatum communiter ab omnibus hominibus ipsius notitiam habentibus, & adhuc dicitur, tenetur & reputatur, fuit, & est de præmissis diffamatus manifeste, palam, publice & notorie.

Item quod deinde prædictus dominus Ioannes tunc Balthassar nuncupatus mediante hujusmodi simonia, & damnata pecunia promotus fuit ad cardinalatum, pro quo solvit magnam summam pecuniarum, & appellatus dictus Balthassar cardinalis sancti Eustachii, & sic fuit, & est verum, publicum & notorium, ac de ipsis omnibus idem dominus Ioannes fuit, & est infamatus palam, publice & manifeste.

Item quod postquam dictus dominus Balthassar tunc cardinalis sancti Eustachii appellatus civitatem Bononiensem ut legatus fuisset ingressus viis tyrannicis quærens terras ecclesiæ, ac cives, habitatores earum modo inhumano, impie, inique, crudeliter rexit & gubernavit, ac a pietate Christiana, & a justitia divina, humanaque totaliter alienus diversas dacias, gabellas, exactiones, extorsiones, & onera insupportabilia eis imposuit, talliarumque, exactionum, & onerum alias mandatorum fuit inventor, & tam per illos modos, quam alios consimiles exactivos, & nimium onerosos per tyrannidem, & de facto taliter subditos oppressit, quod dictos civitatem, comitatum, & terras ecclesiæ, ac cives depauperavit, devastavit, & depopulavit: Ita quod tempore sui regiminis mala tyrannica, & violenta sua gubernatione causantibus, multi fuerunt mortui, multi profugi, multi exules, banniti, exhæredati, depauperati & deperditi: Et ita ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum, & reputatum, & communiter ab omnibus divulgatum, & adhuc dicitur, creditur & reputatur, ac fuit & est verum. Ipseque dominus Ioannes de præmissis omnibus fuit, & est communiter diffamatus palam, publice & notorie.

Item quod dictus Ioannes tunc Balthassar legatus Bononiæ existens ad papatum illicitis mediis anhelans in mortem bonæ memoriæ domini Alexandri papæ quinti extitit machinatus; & ut tam ipse quam medicus suus magister Daniel de sancta Sophia artium & medicinæ doctor veneno extinguerent, prout extincti sunt, operam dedit; sicque, ut prædicitur, fuit dictum, creditum, tentum, & reputatum, diciturque, tenetur, creditur & reputatur; atque fuit & est de præmissis in civitate Bononiæ, atque extra per totum mundum publica vox, & fama, fuitque, & est graviter, & notorie diffamatus.

Item quod dominus Ioannes tunc Balthassar appellatus tantum practicare scivit post mortem bonæ memoriæ Alexandri papæ quinti, quod in Romanum pontificem electus extitit, & se Ioannem papam XXIII. appellavit, & ab aliis appellari & nominari se fecit; & dum crederetur mutatione nominis, & homo de vitiis in virtutes mutatus, fallax fuit opinio, quinimmo contra sanctorum patrum decreta, & contra laudabiles Romanæ ecclesiæ consuetudines, veniendo, velut paganus, divina officia contempsit, officium pastorale non debite in divinorum administratione exercuit, missis & vesperis papalibus interesse non curavit, horas canonicas dicere, jejunia, abstinentias, ceremonias, & alia canonica instituta a . . . . omnes Christiani, & præsertim clerici, & ecclesiastici astringuntur, juxta formam ecclesiæ servare sprevit. Et si aliquoties celebravit, hoc fuit, currens more venatorum & armigerorum, & plus ne culparetur totaliter de hæresi, & ne expelleretur a papatu, quam devotionis vel caritatis causa. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, creditum, tentum & reputatum, diciturque, tenetur & reputatur, atque de eis fuit, & est, publica vox, & fama.

Item quod dictus Ioannes fuit, & est pauperum oppressor, justitiæ persecutor, iniquorum columna, simoniacorum statua, carnis cultor, vitiorum fex, a virtutibus peregrinus, consistoria publica fugiens, & totus somno, & aliis carnalibus desideriis deditus, vitæ & moribus Christi totus contrarius, infamiæ speculum, & omnium malitiarum profundus adinventor, adeo & in tantum ecclesiam Christi scandalizans, quod inter Christi fideles, vitam & mores

mores suos cognoscentes vulgariter dicitur diabolus incarnatus.

Item D. Ioannes papa cum uxore fratris sui, cum sanctis mooialibus incæstum, cum virginibus stuprum, & cum conjugatis adulterium, & alia incontinentiæ crimina commisit, propter quæ ira Dei descendit in filius diffidentiæ, & de aliis graviter, & publice diffamatus, & scandalizatus est, sic fuit, & est verum, &c.

Item quod dictus Ioannes papa, vas omnium peccatorum, repulsis dignis, indignos ad officia, & beneficia promovit, gratias non gratis, beneficia vacantia, prælaturas & dignitates ecclesiasticas non magis meritis, sed plus offerenti post venditionem expositam contulit, & conferri mandavit; literasque bullatas per mercatorum, & nummulariorum manus, ut de mercatoribus mercium solitum est, vendidit, atque vendi jussit & mandavit, sicque ut prædicitur, fuit dictum, tentum, habitum & reputatum, atque fuit & est verum, publicum & notorium.

Item quod supradictus Ioannes papa novum, & inauditum simoniæ scelus perpetrando, sex parochiales ecclesias Bononiensis diœcesis, vel plura alia beneficia ecclesiastica pro pecunia numerata vendidit meris laicis, qui eas tanquam res profanas cum eorum possessionibus, dotibus & juribus de facto possident, ponuntque laici hujusmodi presbyteros ad celebrandum missas pro suo libito & voluntate, & plura alia talia enormia & majora fecit, & commisit in illis & aliis partibus, de quibus fama publica, imo verius infamia contra eum divulgata est per universum orbem, sicque fuit tentum, dictum, creditum & reputatum, diciturque, tenetur, creditur & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item quod dictus Ioannes papa præceptoriam Cypri ordinis sancti Ioannis Ierosolymitani contulit cuidam infanti in quinto anno constituto, bastardo illustris domini regis Cypri, nomine Aloysio infanti pro certa pecuniæ quantitate, necnon fructus vacantes, & spolia ultimi præceptoris defuncti eidem Aloysio infanti vendidit contra ipsius ordinis regularia instituta; præsertim cum hujusmodi bona spolii, & vacantiæ sunt bona fiscalia episcopi pro solvendis stipendiariis contra infideles: necnon eidem infanti in dicto quinto ætatis anno constituto per bullam concessit, ut ea ætate posset profiteri, & professione astringeretur contra legem confessus, quæ per eum præstari non potuit, & sic fuit & est verum.

Item quod dictus papa Ioannes nunquam prædictam revocationem voluit nisi cum pactis, & conditionibus, quæ sequuntur. Primo quod restituerentur regi Cypri pecuniæ quas dederat papæ pro emptione dictæ præceptoriæ pro rata. Item quod darentur papæ incontinenti, & ante omnia sex millia florenorum cameræ, quod fieri oportuit, & soluti fuerunt. Etiam aliter hospitali per priorem Rhodi & procuratorem generalis religionis domino Nicolao de Robertis Idibus Augusti anno quinto, & per manus Eduardi de Reciis mercatoris Florentini, pro quibus sic solutis religiosi hospitalis prædicti remanerent adhuc obligati penes mercatores. Item reservavit papæ tunc, & ante omnia prædicto bastardo cameram magistralem, quæ dicitur Hechera, & Finita, quæ valet communiter duo millia florenorum annuatim. Ad quæ non consenserunt dicti prior & procurator. Quibus sic peractis papa fecit eis date per dictum Eduardum de Reciis mercatorem bullas, qui dictas bullas reservabit usque ad solutionem dictorum sex millium florenorum, quas bullas eidem Eduardo dederat episcopus Volterranus, donec solverentur sex millia ducatorum supradicta. Et sic fuit, & est verum.

Item quod dictus dominus Ioannes papa fratrem Iacobum de Viriaco, majorem annis, expresse professum religiosum Hospitalis a votis, regula, & habitu religionis absolvit, de facto ad seculum reduxit, & contrahendi matrimonium licentiam dedit, sexcentis ducatis datis. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item quod dictus papa Ioannes Castellaniam scholarum dicti Hospitalis quam dictus frater Iacobus tenebat, simul cum prædictis reservavit, & deinde ipsam fratri cuidam Hemaro de Fessello, pecuniis datis contulit, quæ castellania est conventualis & regia, in qua deberent esse fratres capellani numero xii. cum aliis clericis Deo servientibus; sicque perit divinus cultus, & ordo transfertur in scandalum Christi fidelium plurimorum palam & publice.

Item quod dicto Hemaro juveni ætatis xiv. annorum vel circa, concesserat dominus magister Rhodi licentiam ingrediendi religionem sancti Ioannis, ut indilate facta professione & recepto habitu religionis transiret ad conventum religionis cum equis & armis sufficientibus Deo & religioni, contra inimicos fidei militaturus, & ipse frater Hemarus votorum suorum, & salutis propriæ immemor, non ad conventum transiit, sed statim factus est inobediens & rebellis, ad dictam castellaniam emendam ad papam misit, quam obtinens, omnia jura conventus, tam vacantem, quam responsionem annuam occupavit, prout occupat licentia per dictum D. Ioannem papam prius vendita & concessa.

Item quod præmissa in clero & populo, totaque universali ecclesia grave scandalum, gravisque D. Ioanni papæ ex tunc Romæ infamia, exortum fuit & suscitatum, atque exorta & suscitata.

Item quod propter hæc & alia reverendissimi patres & domini, DD. S. R. E. cardinales dictum D. Ioannem papam XXIII. anno primo pontificatus sui inter se, & ipsum solum fraternaliter diversis vicibus arripuerunt, ipsumque precibus humilibus & devotis, atque salutaribus, & commonitis instanter requisierunt, ne Romanam, & universalem ecclesiam per hujusmodi spiritualium merces scandalizaret. Et sic fuit, & est verum.

Item quod dictus Ioannes papa ob præmissam fraternam monitionem animum in aliquo non immutans, avaritiæ cæcitate infectus ex post continue pristina simoniarum mercimonia continuans pejora prioribus perpetravit, & ubi prius sub typo justitiæ, non in se suis familiaribus commensalibus datam coronationis suæ in expectativis gratiis dare confinxit, postea post fugam ab urbe Romana cuilibet indifferenter pro certa florenorum summa, videlicet pro xxv. florenis auri de camera dicta coronatione data publicæ venditioni exponebatur, in scandalum sedis apostolicæ, & totius fidei Christianæ. Et sic, &c.

Item quod dictus Ioannes papa in vitiis invalescens fortius, & non se corrigens certos referendarios, & cubicularios, & secretarios creavit, fecit, & ordinavit mediatores, proxenetas, ac procuratores grassarum, & pinguium simoniarum ecclesiarum cathedralium, abbatiatû, monasteriorum, prioratuum, & beneficiorum vacantium reservatorum. Quodque sub nube mediorum fructuum, nondum captorum, vel perceptorum ante suppositionem vel saltem

recuperationem literatum apoſtolicatum impetrantem ſolvere opoıtuit certam ſummam ex pacto. Et niſi impetrans mox ſolviſſet, rediit vacuus abſque cujuſvis onere proviſinnis; Et eſt vetum.

Item quod item D. Ioannes regiſtratotibus literarum apoſtolicarum expreſſe inhibuit, ne cuiquam ſumptum ex tegiſtro literatum apoſtolicatum traderent, niſi prius, & ante omnia pecuniam promiſſam ſolutam fore probaretur; propter quod multos litigantes qui tantam ſummam ſolvete non potuerunt, eoſdem in clara ſua juſtitia ob probationis defectum ſuccumbere oportuit. Sicque avaritia & malitia dicti Ioannis papæ cauſatum iniquitas æquitati prævaluit, & beneficia poſſeſſa fuerunt abſque canonico titulo contra canonicas ſaoctinnes palam, & publice.

Item quod idem D. Ioannes papa ultra in ſupra proximis atticulis nominatos, certos in Romana curia deputavit mercatores, qui beneficia vacantia curię tribus, vel plutibus diebus ad libram ponderatent, & plus offereotis ſupplicationem teciperent, & ſignari facerent in dedecus ſedis apoſtolicæ, & perditionem animarum multarum. Et ſic fuit, & eſt verum, publicum & nototium.

Item quod ſupradictus Ioannes papa ne aliqua ſupplicatio abſque ſimonia, & ſolutione ſignaretur, omnibus & ſingulis referendariis injunxit, ut nullus ſibi ſupplicationem aliquam ſignandam præſentaret, niſi nomine tefetendarii eam præſentantis ſignata eſſet; quodque nullus quantamcumque ſupplicationem de vacantia ſignari obtineret, niſi valoris totius, vel mediæ ſummæ in ſupplicatione prius tealiter tecepiſſet, & ipſi papæ reſponderet, & traderetur, alioquin talis teferendarius haberet tantumdem ſolvere de ſuo proprio in pœnam tranſgreſſionis hujuſmodi prætenti mandati apoſtolici. Et ſic fuit, & eſt vetum, &c.

Item quod dictus Ioanoes papa ultra præmiſſa ſæpe, & ſæpius contra Deum, & ſuam conſcientiam ementibus pleriſque bollas vendidit, in quibus ſcripſit beneficia obtinens, & officia ea io ſuis manibus reſignaſſe, & ſe per hujuſmodi coofictam, & mendoſam reſignationem, quæ nunquam accidit, cootulit, & conferri mandavit pro pecuniarum certa quantitate, multos ſic funditus uſque ad mendicitatem depauperando, palam & publice.

Item quod per hoc dabatur occaſio multis beneficia emendi, conſcientiam laxandi, & temeritas timorem Dei poſtponendi, devenitque res ad tantum, quod qui majorem ſummam in ſupplicatione expreſſit & exſolvit, ſignaturam abſque difficultate obtinuit. Idem de ſacramentis, indulgentiarum diſpeoſationibus, & aliis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus donis. Sic fuit, & eſt verum.

Item quod dictus papa Ioannes unum, & idem beneficium ſæpe, & ſæpius pluribus, & diverſis perſonis, vel etiam uni, & eidem tepetitis vicibus vendidit, & plerumque uni venditum per anticipationem accidenter alteri ementi conferebat. Et ſimiliter de gratiis expectativis, declarationibus, & ſubrogationibus per impoſitionem ſilentiorum jus jam quæſitum abſorbuit; per quæ quaſi tota eccleſia eſt labe ſimoniaca deturpata, indignis repleta, tam in ſuperioribus quam in inferioribus prælatis, omnique gradu eccleſiaſtico laceſſita, & per conſequens quaſi irreparabiliter ſcandalizata.

Item quod dictus Ioannes papa canonice electos idoneos uſque ad ſaturitatem appetitus ſui ſolvere non valentes confirmare recuſavit, quodque dignos, & minus idoneos ad ſummas deſideratas aſcendentes ſcandaloſe duxit promovendos, & promovit pleA roſque etiam invitos de ſuis eccleſiis tranſtulit, ut viduatas carius vendere poſſet, in dedecus & ſcandalum Chriſti fidelium.

Item quod deinde dictus papa Ioannes concilio Piſano aſtrictus pro reformatione eccleſiæ in capite, & io membris in urbe Romana concilium generale convocavit, & ibidem in pluribus ſermonibus etiam ante & poſt, & publice correptus & monitus minime ſe emendavit, quinimmo temporis ſucceſſu cootinue diabolico inſtinctu incorrigibilis pejora prioribus perpetravit.

Item quod dictus papa Ioannes indulgentias in mortis articulo, prædicatiooem crucis, item a pœna & a culpa abſolutionem, eccleſiarum & altarium portatilium conceſſiones, ac epiſcoporum conſecraB tiones, & abbatum benedictiones, reliquias ſanctorum, ſacros ordines, poteſtatem in confeſſionibus abſolvendi a peccatis, actuſque qui per ſolas Spiritus ſancti operationes ad gratiam miniſtrari debeant, pecunia vendidit numerata, per quæ de novo eccleſia ſancta Dei in perſonam dicti Ioanois papæ graviter diffamata fuit, & eſt ootorie ſcandalizata.

Item quod de anno domini MCCCCXII. & de menſe Auguſto ejuſdem anni, quidam Nicolaus de Piſtorio Florentinus, & dicti domini Ioannis papæ aſſertus ſecretarius laicus, coojugatus nuncius, & legatus apoſtolicus per dictum Ioannem tunc deputatus venit ad partes Brabantiæ, habenſque ab eoC dem D. Ioanne poteſtatem exigendi, & percipieodi quoddam ſubſidiũ, quod fuit decima pars fructuum omnium beneficiorum in Cameracenſi, Tornacenſi, Leodienſi, & Trajectenſi civitatibus, & diœceſibus, quodque non ſolventes excommuoicare poſſet, per certum ad hoc deputandum ſubdelegatum, ac ſuſpenſum io collegio conventus, & capitula, interdictique ſententias in eorum eccleſias, qui ſibi hujuſmodi fructuum pecunias non traderent, per quod eccleſiaſtica cenſura ad ludibrium, & deriſum, & tota ſeptentrionalis eccleſia graviter fuit & enormiter ſcandalizata.

Item quod dictus papa Ioannes, ſupradicto Nicolao mercatori ut præfertur in legatione exiſtenti D conceſſit, iodulſit & commiſit, ut idem Nicolaus quibuſcumque hominibus utriuſque ſexus ad ſuæ libitum voluntatis deputare poſſet confeſſores, & quod hujuſmodi deputati confitentes abſolvere poſſent a pœna & a culpa, certis tamen pecuniis taxatis mediaotibus; quas quidem prætenſas indulgentias publicavit, & publicari fecit in certis locis, civitatibus, villis, ut puta Trajecti, Mechliniæ, Antuerpiæ, & alibi, de quibus maximas pecuniarum ſummas exhauſit & extorſit, Chriſti fideles ſeducendo, ac ſtatum & ritum totius eccleſiæ catholicæ enormiter ſcandalizatum.

Item quod præmiſſa omnia, & ſingula fuerunt, & E ſunt vera, publica & notoria, atque pro veris, publicis & notoriis apud clerum & populum civitatum, diœceſum prædictarum, cunctoſque Chriſti fideles ibidem aſſerta, dicta, credita, viſa, audita, palpata, & ut talia habita, & reputata; atque de ipſis, & eorum quolibet, fuit, & eſt publica vox, & fama, fuitque, & eſt de præmiſſis omnibus, & ſingulis dictus dominus Ioannes papa publice diffamatus.

Item quod de anno domini 1415. pontificatus dicti D. Ioanois papæ anno tertio nonnulli ambaſſiatores tam ex parte illuſtris regis Francorum, & prælatorum regni Franciæ, quam ex parte almæ univerſitatis ſtudii Pariſienſis Romæ apud ſanctum Petrum in palatio apoſtolico, & in camera magna paramentorum,

rum, multitudine cleri, & nobilium ibidem in publica audientia congregata, dicto D. Ioanni papæ XXIII. diffamiam, simoniam, malam vitam, nullamque suam famam per universum orbem divulgatas exposuerunt asserentes ecclesiam Dei mirabiliter ob id scandalizatam. Monentes sæpe & sæpius charitative, & requirentes eundem Ioannem papam, quatenus a simoniæ mercibus cessaret, atque fructus ante fiendas gratias, & signaturas, & nunquam a beneficiandis percepisset, eosdem cameræ apostolicæ solvendos tolleret & reservaret, seque in vita, & moribus emendaret, cum frequenti instantia fuerunt exhortati. Sieque, &c.

Item quod dictus D. Ioannes Papa XXIII. a supradictis & nonnullis aliis prælatis, & ambassiatoribus tam ecclesiasticis, quam secularibus, quametiam doctoribus & magistris universitatum humili, & devota monitione, correptus a criminibus, & scandalis præfatis non cessavit, imo continuavit mala prioribus accumulando. Et sic fuit, & est, verum, publicum & notorium.

Item quod idem D. Ioannes papa XXIII. fuit, & est de præmissis omnibus, & singulis publice, & notorie per totum mundum, & cuncta Christianitatum regna totaliter divulgatus & diffamatus, atque pro tali, & ut talis in Romana curia, & extra ubicumque ipsius notitia habetur, tenetur, & reputatur ut talis.

Item denunciant, ponunt, & probare intendunt, quod sopradictus dominus Ioannes papa bona temporalia ecclesiæ Romanæ, urbem videlicet Romam, & patrimonium ecclesiæ in Italia pessime & scandalose rexit, oppressiones & angustias, & gabellas, & ut thesaurizaret, adauxit, & aliquos de novo invenit, totamque subditorum substantiam, quantum in eo fuit, exhausit & sibi imbursavit, ipsosque subditos depauperavit, turpiaque lucra undique scandalose recolligens, pluresque terras Romanæ ecclesiæ sine evidenti necessitate vel utilitate hypothecavit, impignoravit, aliquas vero perpetuo alienationis titulo distraxit, & communi ecclesiæ Florentinæ de alienando Bononiam tractavit, urbemque Romanam & terras patrimonii ecclesiæ proditorie capi, inuadi, & occupari permisit, & tacite consensit. Et dum nuper de mense Iunii anni domini 1413. se in crastino Romano populo missam in ecclesia sancti Laurentii in Damaso pro consolatione pacis & victoriæ belli contra quondam Ladislaum Apuliæ regem per ipsum papam confecti spopondisset, Romanum populum deserens, curialesque suos, & oves in manibus luporum, & inimicorum tradens, ex culpa sua recessit scandalose, propter quod multi cortisani interempti, trucidati, capti, spoliati, & aliqui violenter per marinarios ad galeas capti, & in perpetuam servitutem redacti fuerunt. Itaque fuit, & est verum, & est publica vox & fama.

Item quod propter præmissa omnia, & singula, & ipso culpante, & causante multa crimina, videlicet sacrilegia, adulteria, homicidia, spoliationes & rapinæ, furta in urbe Romana fuerunt commissa, & ita fuit, *&c.*

Item quod ipse D. Ioannes papa prædictus multa inutilia, & frustratoria onera etiam Gallicis in Avinionensi tyrannice ad diversos fines damnatos imposuit, & præsertim, nam in navigio facto apud Pisas cum galeis sub colore eundi in Avinionensem, per D. Marinum nepotem suum, & suorum servitorum ad hoc, ut dicitur, missum, & constitutum capitaneum dicti palatii, & reparatorem ejus, quam aliis diversimodis ac de dictis civitatibus, Avinionensi, & comitatu Venassini, quos tractavit alienare diversimode, maxime in manibus dicti regis Ladislai ponere, mediantibus certis tractatibus contra unionem ecclesiæ pro magna pecuniæ quantitate, quod & fecisset, si ad optatum suum venire potuisset: sicque ut prædicitur, fuit tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, creditur, & reputatur.

Item quod communis, & vulgaris omnium hominum opinio, & assertio, credulitas, & fama manifesta fuit, & est, quod D. Ioannes papa tam in præmissis, quam in aliis innumerabilibus casibus, & universaliter in omnibus male & pessime administravit tam in spiritualibus quam in temporalibus, & quod fuit, & est bonorum ecclesiæ Romanæ & cæterarum ecclesiarum & rerum ecclesiasticarum, ac etiam temporalium ad ecclesias pertinentium, maximus, & plusquam de alio fuerit lectum, & auditum, dilapidator, devastator, & dissipator pessimus, & inutilis, & damnosus administrator, atque universali ecclesiæ, & toti populo Christiano scandalosus, veneficus, homicida, interemptor, carnis vitia per omnia colens, incontinens & infinitis criminibus irretitus, malæ famæ & pessimæ conditionis adeo, qui in Italia & quasi tota capto vocabulo, & similitudine a quodam inhumanissimo gentium armorum capitaneo, qui Boldrinus appellabatur, etiam papa Boldrinus vocitatur: Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item quod de præmissis omnibus & singulis idem Ioannes papa fuit, & est publice, & notorie diffamatus, & per totum mundum divulgatus, & infamatus, & quod de ipsis & de eorum singulis fuit, & est publica vox, & fama, & ut talis ac pro tali fuit, & est ubique, ubi de ipso notitia habetur, dictus, tentus, creditus, & reputatus, dicitur, creditur, tenetur, & reputatur palam, publice communiter & notorie.

Item quod dictus Ioannes papa pecunia satiari nequiens, in Gallia similiter absque necessaria, nullaque rationabili causa subsistente, vendidit, distraxit, alienavit, & dilapidavit certos redditus, census, & pruventus, atque tributa annua ab antiquo Romanæ ecclesiæ debita per diversos cives, & habitatores, ac communia civitatum, oppidorum, & locorum partium illarum, & præsertim Avinionensis, & comitatus Venaissini, & oppidi seu villæ Montis Pessulani, & præsertim Petro Gerandi, & certis aliis personis laicis, & secularibus, sicque ut prædicitur fuit dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item quod prædictus D. Ioannes papa nonnulla diversa bona mobilia, & immobilia diversarum ecclesiarum, & monasteriorum, titulorumque dominorum cardinalium, tam episcopatuum, quam aliorum presbyteralium, & diaconalium, collegiorumque, & prioratuum, ecclesiarum parochialium, capellarum, altarium, & hospitalium, cæterorumque locorum dictæ urbis Romanæ, & præsertim ecclesiarum principis apostolorum de urbe, sancti Ioannis Lateranensis, & aliis ad canonicos, & personas ecclesiasticas dictæ urbis spectantibus, necnon de bonis monasteriorum sanctorum Ioannis & Pauli, sancti Laurentii, S. Alexii, sanctæ Gaveæ, & aliorum monasteriorum, tam virorum quam mulierum sola avaritiæ cæcitate seductus, vendidit, alienavit, dilapidavit, & dissipavit, & aliqua eorum ad nihilum redegit, adeo quod in plerisque cessat servitium Dei, nam ubi erant decem, vel viginti, vel triginta religiosi, hodie non sunt nisi unus, duo, vel tres, quasi fame morientes. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item quod idem D. Ioannes papa etiam jura, mobilia, & immobilia ecclesiarum cathedralium, & colle-

collegiatatum, monasteriorum, prioratuum, studiosum, collegiorum, hospitalium, ecclesiarum parochialium, capellarum, & cæterorum beneficiorum, & officiorum ecelesiasticorum extra dictam urbem sam in civitatibus, villis & lucis dicti patrimonii ecelesię Romanæ, quam extra ubicunque consisteoria etiam vendidit, alienavit, & dissipavit. Et præsertim pluta bona episcoparus Bononieosis, ecclesiæ sancti Petronii Bononiensis, & piæsertim, lapides, ligna, & sotam materiam, de quibus debebat compleri ædificium & fabticari, & pecunias annuas ad dictam fabricam ab antiquo ordinaras recepit, & opus omnino cessare fecit. Similiter curias, possessiones & piædia, & bona mobilia & immobilia, ac dotationem sotaliter collegii Gregoriani in dicta civitate Bononiensi per felicis recordationis D. Gregorium papam X I. fundati pro sustentatione quinquaginta scholarium pauperum, & etiam vendidit, & alienavit, ita quod de mobilibus ibi nihil remansit, & de immobilibus vix posset sustentari congrue unus solus scholaris, & domum tradidit * fatrardis habitandam, qui totaliter eam destiuxerunt, & eam vendidissent, si repetissent emptorem. Et sic fuit, & est verum, &c.

* ita MS. codex.

Item quod dictus papa Ioanocs decimas castrorum Centi, & Plebis diœcesis Bononiensis pertioentes ad mensam episcopalem Bononiensem alieoavit laicis, fautoribus suis io perpetuum pro eis, & eorum successoribus in grave dispendium ecclesiæ Bononieosis, quam penitus, & totaliter depauperavit palam & publice. Et sic fuit, & &c.

Item quod dictus Ioannes papa præmissis non contenius, sed etiam litterarum studia per solarii substractionem subtilites extingere cooatus doctoribus studii Bononiensis per quamplures anoos, & maxime a promotion e sua ad papatum, stipeodia eorum ab antiquo tempore prædicti studii eis debita, & unde vivere, & perinde studere, & legere debebant, fundata abstulit, & removit, totalitee fecit quod tam nobile, & solemne studium quasi ad nihilum respective deveoit. Et sic fuit, & est verum.

Item quod non solum dilapidavit bona & jura prędicta mobilia, & immobilia ecclesiarum, sed etiam super personas ecclesiasticas urbis Romanæ, & civitatis Bononiensis, ac in toto patrimooio ecclesiæ gravissima onera, tallias & exactiones, insuportabilia imposuit, facultatesque ecclesiarum unde personæ ecclesiasticę vivere, & servire, ab eis extorsit, & applicavit; imo etiam super alios prælatos ecclesiasticos aliarum terrarum, & dominorum secularium diversa onera, tallias, & exactiones solvendas dominis, & communitatibus secularibus. & præsertim regni Franciæ, comitatus Sabaudiæ provinciæ, &c. nec non communitatibus, Florentinæ; Venetorum, Senarum, & pluribus aliis, cum quibus in pretio participavit, imposuit, adeo & in tantum quod dicti ecclesiastici fuerunt, & sunt tanta paupertatis angustia afflicti, ut post propriorum patrimonialium bonorum consumptionem, necessitate famis, libros, calices, & ornamenta ecelesiarum vendere sunt coacti.

Item quod propter præmissa ecclesia Dei notorie fuit scandalizata.

Item quod horrida, & detestandorum criminum D. Ioannis antedicti papæ fama, immo infamia, erebris multiplicibus vicibus, non solum semel sed pluries & sæpe Christianorum principum, totiusque populi Christiani, proh dolor! aures penetravit, in tantum quod serenissimus & invictissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex semper Augustus in Lombardia existens ad civitatem Laudensem applicuit, dictumque duminum Ioannem papam ibidem advenientem humili & devota prece

A rogavit qoateous attento quod totus mundus in ejus persona scandalizatus est, suaque crimina mundus dissimulate noo posset, mores & vitam emeodaret in melius, & ut ad unionem sanctę matris ecclesiæ, tunc & nunc tripartitæ summis vigiliis & cura intendere dignaretur, ut astrictus per Pisanum cooeilium tenebatur, & concilium in aliquo securo loco cuncto Christiano populo & commodoso indiceret, suasit. Et ut etiam in capite, & in membris reformaretur, etiam devote supplicavit.

Item quod dictus D. Ioanoes papa XXIII. precibus serenissimi priocipis Romanorum & Hungariæ regis in parte condescendens amplius a vitiis hujusmodi, scandalis, & præsertim simonia, abstinere spopondit, & hanc civitatem Constantiensem
B pro loco multitudinis capace, & alias habili, & idoneo pro concilio generali celebraodo elegit quod anno domioi 1414. & de mense Novembris inchoandum indixit, & per mundum publicavit. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item quod deiode dictus dominus Ioannes papa Bononiam redieos in pristinam, & pejorem simoniam recidivavit, falsas datarum anticipationes vendidit, jus quæsitum pro numerata pecunia litigatoribus abstulit, & ad solventium instantiam eorum adversariis perpetuum plerisque vicibus silentium imposuit de facto turpiter, & scandalose. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item & ne per viam justitiæ oppressi relevarentur,
C idem papa Ioannes nuper anno domini 1414. plerisque vicibus dominis auditoribus per suos referendarios & præsertim per. D. Iacobum de Camplo nunc electum Penoensem, dici fecit & mandavit, ne materias anticipationis datarum admitterent in judicio, & oe datarum registratores, & alios officiales quovis modo compellerent in iis materiis privationem juris alterius concernentibus veritati testimooium perhibere, justitiam notorie opprimendo. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item quod præmissa, & plura alia R. P. & D. dominus episcopus Sarisberiensis, & alii Christiaoi principis regis Angliæ illustris ambassiatores dictum D. Ioaonem papam XXIII. monuerunt & corripue-
D tunt charitative supplicantes eidem, quod simoniam & venditionem beneficiorum desereret, & se in vita & moribus emendaret, alioquin dubitarent propter scandalum substractionem obedientiæ, & alia inconvenientia secutura. Quodque ipse D. Ioannes iocorrigibilis factus hujusmodi monita salutaria sprevit, ipsumque & alios prælatos duris & asperis verbis minatus est, injuriatus palam & publice. Et sic fuit, & est verum publicum & notorium.

Item quod deinde præfatus D. papa ad Constantiam veniens post diversas persuasiones, exhortationes & rogamina per hoc sacrosanctum generale concilium Constaotiense devote factas, & facta, ut pacem ecclesiæ daret, & papatui cederet, cum alia tu-
E tior, paratior, & securior quam via cessionis non esset, ad unionem perfectam in ecelesia Dei consequendam, attentis scandalis ex persooa sua jam exortis, propter quæ existentes in aliis obedientiis retrahebantur ab ecclesiæ unitate. Hoc anno domini 1415. die sabbati 11. mensis Martii in sessione generali Constantiensi, & in pleno concilio generali universalem ecclesiam repræsentante ecclesiæ Dei & sponsæ suæ promisit, vovit, & juravit cedere papatui, & sponte & libere dare pacem ecclesiæ per viam suæ simplicis cessionis paratus, juxta deliberationem ejusdem concilii, prius in quadam cedula conscripta, quam suamet viva & intelligibili voce legit, dixit, juravit, vovit & promisit, & aliam fecit prout in

eadem

eadem cedula ad quam se referunt promotores, & procuratores prædicti, continetur: cujus tenor sequitur, & est talis.

Ego Ioannes papa XXIII. propter quietem populi Christiani profiteor, spondeo, voveo, juro, & promitto Deo, ecclesiæ, ac huic sacrosancto concilio, sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu juxta deliberationem præsentis concilii, si, & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corrario Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati papatum quem prætendunt per se, vel procuratores suos legitimos similiter cedant, & etiam in quocumque casu cessionis, vel decessus, aut alio in quocunque per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei, ad extirpationem præsentis schismatis.

Item quod denunciant, ponunt, etsi necesse erit, probare intendunt dicti procuratores, & promotores quod dictus Ioannes papa XXIII. se huic sacro concilio submisit, & ejus sententiæ, ac judicio in omnibus & singulis quæ pertinent ad reformationem ecclesiæ, tam in capite quam in membris, stare promisit. Et hoc est verum, publicum, notorium, & manifestum. Et ita ab omnibus publice tenetur, & reputatur.

Item quod D. Ioannes post quam fuit in civitate Constantiensi. & post concilium jam inceptum, sæpe & sæpius, & maxime in publica sessione omnibus audientibus cunctos monuit, quatenus contra ipsum D. Ioannem dicerent, & objicerent quicquid vellent; cum intenderet stare determinationi hujus sacri concilii de iis, quæ tempore sui papatus gesserat, & administraverat. Et hæc sunt publica, & notoria, & manifesta, & ita ab omnibus tanquam notoria habentur.

Item quod deinde hujusmodi professio, votum, juramentum, & promissio juxta deliberationem concilii, ac practicam cessionis papatus, & per consequens præfatæ unionis in ecclesia Dei consequendæ poneretur, dictus D. Ioannes papa requisitus, quatenus procuratores aliquos ad præmissa adimplendum constitueret, ut dictus serenissimus princeps, & alii per hoc sacrosanctum generale concilium deputandi, & eligendi in civitate Niciensi Petro de Luna Benedicto XIII. in sua obedientia nuncupato bonam D. Ioannis papæ voluntatem ostenderet, & ut similiter cederet, prout cum ambassiatoribus dicti Petri de Luna, & illustris principis D. regis Aragonum tractatum, & conclusum extitit, fuit pro parte nationum, & hujus sacri concili humiliter & devote rogatus & requisitus.

Item quod post hujusmodi requisitionem dictus D. Ioannes papa dolose cogitavit se absentare, & clam recedere velle. Et super hoc fuit publica vox & fama.

Item quod fama hujusmodi recessus papæ Ioannis tunc instantis ad aures serenissimi principis Sigismundi Dei gratia Romanorum, & Hungariæ regis deducta, idem dominus rex in potentia Romanorum atque prælatorum multitudine copiosa hortatus est, & rogavit dictum D Ioannem papam ne a civitate Constantiensi recederet, neque ante perfectam unionem hujusmodi sacrum concilium dissolveret, persuadens quantum meritum apud Deum, quantamque laudem humanam habiturus esset, si per ipsum perfecta unio fieri posset, dans, & offerens uberiorem salvum conductum, atque salvam guardiam, & plenissimam securitatem personæ, & bonorum omnium, familiarium, & cortesanorum: quodque dictus D. Ioannes recedere nunquam excogitasset, respondit, sed utique remanere & perficere, ac implere cum effectu vellet, ea quæ vovit, & juravit. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item quod extunc dictus D. Ioannes papa videns hujusmodi, & totum mundum ad sanctæ ecclesiæ Dei jam XXXVIII. vel circa annis scissæ, & divisæ unionem, & integritatem, necnon exstirpationem hæresium, & vitiorum, ac ipsius ecclesiæ reformationem in capite. & in membris anhelare, diabolico spiritu instigatus, hoc sacrosanctum concilium dissolvere quærens, ut reformationem ecclesiæ, hæresium atque schismatum extirpationem prædicta evadere, & impedire posset, & suam malam vitam continuare ad præsentia vitia, & ambitiones reincidens, contra vota professa, promissa, ac Deo & ecclesiæ jurata, id facere de facto renuit, & nuper hoc anno domini 1415. die Mercurii XX. Martii in noctis tenebris habitu indecenti, & dissimulato, laicali more, non ut Romanum decuit pontificem, gregem sibi commissum, ut mercenarius deserens ab hoc sacrosancto generali Constantiensi concilio contumaciter se absentando aufugit & recessit, in scandalum generalis concilii; & totius populi Christiani. Ita fuit. & est verum, publicum, & notorium.

Item quod depost dictus Ioannes papa prædictus ad oppidum Scaphusæ se retraxit, & nonnullos cardinales, episcopos, & prælatos, & etiam cortesanos, ac principum ambassiatores a præsenti civitate Constantiensi ad se venire jussit, mandavit, & practicavit, & nihilominus sub certis prætensis pœnis, & censuris, ipsos ad se vocavit, & venire jussit, & eum sequi volentibus, & non volentibus mandavit ut de hoc sacro concilio recederent, & sic per suam fugam oves spargere, concilium sacrum dissolvere, & schisma nutrire, & perpetuo ecclesiam Dei tunc monstruosam hæresibus, & divisam, & vitiis diffamatam proposuit, & quantum in eo fuit, voluit, & deliberavit, & fecit. Et fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item quod expost de dicto oppido Scaphusæ die Veneris sancta tempore divini officii hora tertiarum iter arripuit versus oppidum Laufenberg, & deinde ab oppido Laufenberg iterum transformato habitu turpiter ulterius versus Brisacum gressus suos direxit, scandalose a dicto concilio & civitate Constantiensi plus, & plus contumaciter se elongando, totisque conatibus practica, & operis datis ire visus est in Burgundiam.

Item quod nuper hoc anno domini 1415. & de mense Aprili ejusdem anni, dictus Ioannes papa per Romanos oratores, ac ambasiatores, nuncios, & epistolas pro parte hujus sacri generalis concilii, ad ipsum tunc in sancto oppido Brisaco residentem destinatos & destinatas, quatenus more pii pastoris, qui animam suam pro ovibus suis posuit, cujus occasione, & auctoritate præsidentiæ, ita vitæ exemplo, & doctrina instructor ad gregem suum desertum rediret Constantiam, vel saltem ad unam de tribus civitatibus, seu oppidis, locis utique insignibus, videlicet civitatem Basiliensem, Vlmam, vel Ravesburg civitates Constantiæ & loco concilii vicinas de unione ecclesiæ Dei gratia perficienda invicem secum omni benignitate & charitate, cum debita reverentia rogatus fuit, monitus, & requisitus, promittentes eidem & offerentes ex parte dicti concilii salvum conductum plenissimum, tunc jam paratum, & sigillo magno regio seu imperiali sigillatum, & eidem D. Ioanni lectum, ostensum, & donatum, securitatem vitæ, ac status, ac provisionem honestissimam condecentem statui suo reverteretur, atque vota, & promissa & jurata adimpleret, prout iisdem legati, & ambasiatores id a prædicto concilio habuerunt in mandatis; obtulerunt, quemadmodum

in

in instrumentis publicis, de, & super hoc confectis, ad quæ se referunt promotores, & procuratores prædicti, latius continetur.

Item quod dictus D. Ioannes papa in reprobum sensum datus monita hujusmodi more aspidis aures obturantis, ne audiat, obaudiens se in crastinum responsum dictis ambassiatoribus & legatis velle dare asserens ipsos ex tunc redire jussit, nec crastino expectato, post medium noctis ante diluculum, non dato responso, ad oppidum Lausenberg ausugiens se transtulit habitu transformato, ut sic sacrum concilium dissolvere, & reformationem ecclesiæ, extirpationem hæresum & vitiorum impedire, & suam vitam detestandam continuare posset, quæ sicut prout & continuavit, imo in profundum malorum deditus pejora prioribus committere non expavit, supradictis monitis, precibus, & requisitionibus minime condescendens. Et sic fuit, & est verum, &c.

Item quod supradictus D. Ioannes papa fuit, & est homo duræ cervicis, pertinax, peccator induratus, incorrigibilis, ecclesiam Dei notorie scandalizans, fautor schismatis, atque talis quod papatu, & ejus administratione se reddidit indignum, & pro tali habetur, tenetur, nominatur & reputatur.

Item quod idem D. Ioannes papa fuit, & est de præmissis omnibus & singulis publice & notorie divulgatus, & diffamatus, & pro tali, & ut talis in Romana curia, & extra & ubicunque ipsius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus, & reputatus pro tali, & ut talis, palam & publice.

Item quod communis hominum opinio, assertio, firma credulitas, & vera reputatio, commune dictum, rumor indubius, vulgata fama, atque verum & notorium fuit, & est, quod ipse D. Ioannes papa fuit, & sit homo peccator notorie criminatus & de homicidio, veneficiis, & aliis gravibus criminibus, quibus irretitus dicitur, graviter diffamatus, dissipator bonorum, & dilapidator eorumdem, notorius simoniacus, pertinax hæreticus, & ecclesiam Dei notorie scandalizans, incorrigibilis, & alias talis quod se papatu, & ejus administratione, ac sedis apostolicæ, & universalis ecclesiæ regimine reddidit indignum.

Item quod dictus Ioannes papa XXIII. sæpe & sæpius coram diversis prælatis, & aliis honestis, & probis viris pertinaciter, suadente diabolo, dixit, asseruit, dogmatizavit, & astruxit vitam æternam non esse, neque aliam post hanc; quin imo dixit, & pertinaciter credidit animam hominis cum corpore humano mori, & extingui adinstar animalium brutorum, dixitque mortuum semel in novissimo die minime surrecturum contra articulum de resurrectione mortuorum. Quodque de præmissis fuit, & est papa Ioannes ad clerum & populum graviter diffamatus, sicque ut prædicitur, fuit & est dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, creditur, & reputatur palam, publice, & notorie.

Item quod dictus Ioannes papa sæpe & sæpius publice dixit, & professus est se velle facere omnia opportuna pro unione ecclesiæ sanctæ Dei etiam usque ad mortem inclusive, nec in prædictis a voluntate hujus sacri concilii aliquo modo discedere. Et sic fuit vera, publica, & notoria, & pro notoriis.

Item quod de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama, & notorietas inexcusabilis.

Die sabbati decima octava mensis Maii supradicti post meridiem discretus Fredericus Rese sedis apostolicæ cursor retulit in palatio episcopali dominis commissariis deputatis ad examinandum testes super positionibus, & articulis superius datis, & productis contra Ioannem papam XXIII. ad hujusmo-

A di actum ibidem congregatis, & notariis ibidem præsentibus, videlicet Ioanne Guiardi, Guillelmo Parisellis, Bartholomæo de Guastis, Ioanne Azel, Grezelero Bonentensi & Gumperto Fabri, se de dictorum dominorum commissariorum, & deputatorum mandato, & ad providorum virorum magistrorum Henrici de Piro, & Ioannis de Scribanis promotorum, & procuratorum supradictorum sibi super hoc, ut asseruit facta instantia peremptorie citasse reverendissimos in Christo patres, & dominos D. Ioannem Ostiensem episcopum cardinalis Vivariensis vulgariter nominatum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarium, Angelum episcopum Prænestinum cardinalem Laudensem vulgariter nuncupatum, Franciscum Venetiarum, Almannum Pisanum, Branda Placentinum presbyteros cardinales, Ludolphum Barensem, Amedeum Salutiarum, Ludovicum de Flisco, Franciscum Florentinum, Antonium Aquilegensem diaconos cardinales Constantiæ personaliter apprehensos, & inventos, ut & in quantum testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati super positionibus, & articulis superius, ut præmittitur in hujusmodi causa depositionis sive inquisitionis contra dictum Ioannem papam XXIII. ad hanc horam 11. præsentis diei, prout, & quemadmodum idem cursor dixit, se superius a dictis dominis commissariis, & deputatis specialiter in mandatis recepisse, subsequenter dicti cursoris relatione facta, constitutus coram dominis commissariis sæpefatus magister Henricus de Piro promotor, & procurator nomine, quo supra, & quasdam citationes superius, ut præmittitur in supradicta causa exhibitas hic repetiit, & verbo de novo reproduxit: citatorumque in eis contentorum non comparentium, neque alias testes produci, jurare, recipi, & admitti videre curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces haberi petiit, & in eorum contumaciam supradictos testes proxime, ut præmittitur, citatos ibidem præsentes ad jurandum induxit, quos & eorum solita juramenta per dominos commissarios ibidem congregatos, licet D. Guillelmo sancti Marci cardinale propter ejus infirmitatem absente, debita cum instantia recipi & admitti postulavit. Quos quidem testes dicti domini commissarii, reputatis primitus pro contumacibus in dictis citationum cedulis nominatis, dixerunt admittendos, & admiserunt. Qui testes sic præmissi, ac ipse reverendissimus pater D. de Ursinis episcopus Albanensis cardinalis, licet, unus ex commissariis ab aliis una cum deputatis juramenta testium recipiens tamen pro nunc, ut & tanquam testes una cum aliis reverendissimis patribus superius, ut præmittitur pro testibus citatis statim, & incontinenti, ad mandatum ipsorum commissariorum ibidem existentium pectoralia tangentes juraverunt ad sancta Dei euangelia, se dicere, & deponere velle puram, veram & omnimodam, quam scirent in hujusmodi causa veritatem, prece, pretio, odio, timore, amore, ira, rancore, gratia, fraude, seu quavis alia illicita machinatione, penitus postpositis, semotis & exclusis.

Die Veneris vigesima quarta mensis Maii supradicti fuerunt congregati commissarii, qui examinaverunt testes productos super materia inquisitionis contra Ioannem papam XXIII. & certi deputati omnium nationum ad examinandum depositiones testium exactorum, & ad referendum concilio. Qui quidem commissarii & deputati legi fecerunt articulos & dicta, sive attestationes super quolibet singulariter, & singulatim facienda summaria de omnibus. Quibus factis magister Henricus de Piro procurator & promotor in vim probationis dictarum positio-

positionum, & articulorum produxit duas bullas, & processus concessos aliquibus de ordine sancti Ioannis Hierosolymitani, quorum tenores hic sequuntur.

Tenores bullarum pro probatione dictarum positionum, & articulorum.

Ioannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ad sacri Christi militum hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitarum perseverantiam tantum nos decet paterni zeli sinceritatem propensius extendere, quanto ipsi pro offensione perfidorum, veluti fideles athletæ, & constantes pugiles variis etiam personalibus periculis non dubitant jugiter exponere se .... pro facto si quando per vos gesta versari comperimus in orthodoxæ fidei defensionem, ac ipsorum dispendium, & peremptorie satagimus studiis summovere. Sane dudum intendentes de præceptorix domus Colosi hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani Nemesiensis diœcesis, quam quondam Raymundus de Lascura tunc ipsius domus præceptor obtinebat, cum illam vacare contingeret per apostolicæ sedis providentiam ordinari præceptoriam vestram, videlicet VI. Kalendas Iunii pontificatus nostri anno primo, ordinationi & dispositioni nostræ duximus ea vice specialiter reservatam, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Et deinde videlicet VIII. Kalendas Decembris pontificatus ejusdem anno IV. diem clausit extremum, vacaret. Quodque dilectus filius Aloysius de Lusigaoo Nicosiensis diœcesis, qui ut asserebatur, in quinto anno ætatis suæ constitutus existebat, cuperet cum dilectis filiis magistro & fratribus præfati hospitalis virtutum domino famulari, nos dictum Aloysium in dicto hospitali, in fratrem recipi, sibique juxta illius consuetudinis regularem habitum exhiberi, necnon regularem professionem per fratres hospitalis ejusdem consuetam admitti, eique domum de præceptoria ipsa, sive ut præmittitur quovis modo aut alterius cujuscunque persona vacet, etiam si tanto tempore vacavisset, quod ejus collatio juxta Lateranensia statuta concilii legitime devoluta, vel præceptorix ipsa dispositioni apostolicæ specialiter reservata existeret, provideri mandamus: & nihilominus eidem Aloysio a quibuscunque tam clericis quam laicis cujuscumque status, gradus vel conditionis existeret, fructus, redditus, & proventus, emolumenta & obventiones, & quæcunque alia bona præceptoriam præfatam spectantia, quæ a tempore hujusmodi prædicti Raymundi provenerant, auctoritate apostolica petendi, liberandi, & absolvendi, ac de ulterius non petendo promittendi, & obligandi facultatem, & omnimodam potestatem concessimus certisque sibi super iis executoribus datis, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur. Verum sicut nuper ex supplici dilectorum filiorum Philiberti de Neaco magistri, & conventus hospitalis ejusdem nobis exhibita certa petitione accepimus, idem magister pridem licet post reservationem & decretum prædictum provide considerantes, quod bona dicti hospitalis per universum orbem dispersa quæ etiam inde & non beneficiales administrationes existunt, adeo fore, proh dolor, guerrarum, mortalitatum, schismatis, temporum, & hominum malitia causantibus, ex oriis diminuta, quod nedum ad catholicæ fidei defensionem, ac Christi pauperum hospitalitatem ad hujusmodi usus utique dedicata fuerint, cum etiam & ipsorum conventus sustentationem pene sufficientes, requireret, matura deliberatione præhabita, præceptoriam ipsam etiam tunc per hujusmodi obitum dicti Raymundi vacantem eidem conventui perpetuo annexuerat, & etiã univerat, unde si unione ipsa justum præfatæ litteræ suos sortirentur effectus defensio præfatæ fidei, & hospitale prædictum non modico verisimiliter exponerentur detrimento. Quare pro parte dictorum magistri & conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, ne, (quod absit) ex præfatis nostris litteris eisdem defensioni catholicæ fidei, & hospitali, & conventui cujuspiam dispendii fomentum, quod utique ore procul fieri putamus, immineat, providere, ipsorumque defensionis fidei, ac hospitalis & conventus statum, ad quem feliciter prosperandum totis præcordiis afficimur, nostrarum litterarum hujusmodi affectum congruo judicio præponere volentes ac jus eo pro reservationis, & nostrarum litterarum hujusmodi concessionibus temporibus præceptoriam ipsam non administrationem, seu commendam ad nutum magistri pro tempore existentis hospitalis ejusdem revocabile, sed perpetuum beneficium per fratres hospitalis regi consuetum credimus mentem nostram utique rei veritatis ignaram reputantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex præmissis, & ex certis aliis rationabilibus causis ad id animum nostrum moventibus, hujusmodi litteras nostras, per quas Aloysio de præceptoria provideri mandamus, quarum tenores per singula præsentibus haberi volumus pro expressis, quatenus videlicet præceptoriam ipsam attingunt, etiamsi jam eas ad collationes & provisiones, ac possessionis etiam pacificæ adeptionem dictæ præceptoriæ vel alias quomodolibet processum fuerit, collationem quoque & provisionem hujusmodi si factæ fuerint, necnon supplicationem super quibus ipsæ litteræ emanaverint cum omnibus contentis in eis, & ex iis omnibus secutis, necnon etiam quascunque gratias & concessiones, alias ad ipsam præceptoriam, sic aut alias quovis modo vacantem cuicunque alteri pariter hactenus forsan factas, quatenus præceptoria ipsis ex regularibus institutis ac stabilimentis hospitalis ejusdem perpetuum beneficium non existit, auctoritate apostolica ex certa nostra scientia, nullius existere roboris, vel momenti, nullumque fuisse per eas eidem Aloysio, seu alteri in præceptoria ipsa, seu ad eam quomodolibet jus quæsitum tenore præsentium decernimus ac etiam declaramus, ipsasque litteras, collationes, provisiones, processus, supplicationes, & alia præmissa pro incertis habentes, ea omnia ex nunc cassamus, irritamus, ac etiam annullamus, & tam litteras quam supplicationes hujusmodi in regulis nostris & alibi ubicunque etiam in judicio appareant, cassari volumus & jubemus. Decernentes insuper unionem, & annexionem de dicta præceptorix, & per præfatum Philibertum magistrum, ut prædicitur, factas perinde valuisse, & valere, vimque perpetuæ & apostolicæ unionis, incorporationis & annexionis obtinere, suumque sortiri effectum debuisse & debere, ac si decretum interpositum, & litteræ hujusmodi confectæ, aliæque gratiæ & concessiones hujusmodi obtentæ, cæteraque præmissa secuta minime exstitissent. Et nihilominus tam hospitalis, quam conventus, quam etiam præceptoriæ prædictorũ fructuum, reddituum & proventuum veros valores, secundum communem æstimationem præsentibus habentes pro expressis, præceptoriam ipsam, quatenus unio & annexio prædictæ, juris vel facti, aut alium defectum quempiam patiantur, eidem conventui de novo auctoritate apostolica in perpetuum cum omnibus juribus & pertinentiis suis incorporamus, annectimus, unimus, ac etiam applicamus, ipsi conventui liberam licentiam & potestatem

omnimodam tam a præfato Aloysio, quam etiam a quibusvis aliis tam ecclesiasticis, quam laicis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, omnes & singulos redditus, proventus, & alia quæcunque emolumenta, obventiones, & bona ad præceptoriam prædictam spectantia ubicunque, & in quibuscunque rebus consistant, & quæ a tempore hujusmodi obitus dicti Raymundi provenerunt, etiamsi occasione ipsorum lis, cujus statum haberi volumus præsentibus pro expresso, inter quoscunque, & ubicunque pendeat indecisa, petendi, exigendi, & recuperandi, necnon de receptis, & recuperatis absolvendi, & de recuperatis non petendo, paciscendo, auxiliumque brachii sæcularis, si opus fuerit, invocando, tenore præsentium concedentes, nunc irritum & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus nostris & aliis constitutionibus apostolicis, necnon instientis, & stabilimentis ejusdem hospitalis, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, constitutionis, declarationis, cassationis, revocationis, & annullationis, mandati, incorporationis, annexionis, unionis, amplexionis, & concessionis infringare, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ Idus Augusti pontificatus nostri anno v.

In plica *P. de Monte Politiano.*

Copia litterarum apostolicarum fratri Aymardo de Soffello ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani concessarum, videlicet gratiose.

Ioannes episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Aymaro de Soffello præceptori. Castellane nuncupato, domus castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani de Scallis Gratianopolitana diœcesis salutem & apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, vitæ ac morum honestas, probitatis & virtutum merita super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hodie siquidem dilectum filium nobilem virum Iacobum de Viriaco militem Gebennensis diœcesis tunc præceptorem castellanum nuncupatum, domus castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Ioannis Ierosolymitani, de Scallis Gratianopolitanensis diœcesis licet absentem, a vinculo quo ordini fratrum hospitalis ejusdem cujus tunc professor existebat, tenebatur per alias nostras litteras absolvimus, eumque ad sæcularem statum reduximus, & voluimus quod ipse præceptoriam prædictam cum præceptoria domus ejusdem sancti Ioannis de Motento hospitalis, & diœcesis prædictorum ei canonice annexa, quam tunc obtinebat, & quam exnunc vacare decrevimus, realiter & omnino dimittere, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum ita propterea dictæ præceptoria castellania nuncupata cum alia præceptoria prædicta apud sedem apostolicam vacare noscantur. Nos volentes tibi, qui, ut asseritur, præfati Iacobi consanguineus existis, præmissorum meritorum tuorum intuitu, necnon consideratione charissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francorum illustris; pro te dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis, gratiam facere specialem, præceptoriam castellaniam nuncupatam præfatam cum dicta præceptoria annexa quæ per professores ordinis prædicti, cujus ut asseritur, professor existis, gubernari consueverant, & quarum fructus, redditus, & proventus, illas pro tempore obtinenti, & in eis non residenti ultra quadraginta libras Turonensium parvorum, ut asseritur, non valent annuatim, sive, ut præmittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cujuscunque personæ vacet, etiamsi dignitates existant, & ad eas consueverint, quo ad electionem assumi, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam providemus. Decernentes prout est irritum, & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel contigerit in posterum attentari. Non obstantibus quibuscunque stabilimentis, statutis, & consuetudinibus hospitalis & ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis & præceptoriis hujusmodi in illis partibus speciales vel generales dictæ sedis, vel legatorum litteras impetraverint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus te in assecutione dictarum præceptoriarum alias præjudicium generari, seu si dilectis filiis magistro & conventui ejus hospitalis Rhodi, vel in quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sede sis indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non possint. Quodque de præceptoriis hujusmodi ad eorum collationem, provisionem, & præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel divisim spectantibus nulli valeat providesi per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ collationis, provisionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum nonis Iunii, pontificatus nostri anno quarto.

Copia est facta collatione. *Franciscus Huberti.*

Copia executoria, cujus tenor sequitur.

Ioannes episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Augustensi, & dilectis filiis præposito ecclesiæ sancti Andreæ diœc. Gratianopolitanæ, ac officiali Gebennensi salutem, & apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus dilectus filius Aymarus de Soffello præceptor, castellanus nuncupatus, domus castellaniæ nuncupatæ Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani de Scallis Gratianopolitanæ diœcesis apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducunt, sibi reddamus ad gratiam liberales. Hodie siquidem dilectum filium nobilem virum Iacobum de Viriaco militem Gebennensi diœcesis tunc præceptorem castellanum nuncupatum dictæ domus, licet absentem, vinculo, quo ordini fratrum hospitalis eiusdem, cuius tunc professus existebat, tenebatur, per alias nostras litteras absolvimus, eumque ad sæcularem statum deduximus, voluimus quod ipse præceptoriam prædi-

prædictam cum præceptoria domus ejusdem sancti de Motenro hospitalis & diœcesis prædictorum, ei canonice annexa, quam tunc obtinebat, & quam extunc vacare decrevimus, realiter & omnino dimitteret, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cumque itaque propterea dicta præceptoria castellania nuncupata, cum alia præceptoria prædicta apud sedem apostolicam vacare noscantur nos volentes præfato Aymaro, qui ut asseritur, prædicti Iacobi consanguineus existit, præmissorum meritorum suorum intuitu, necnon consideratione charissimi in Christo filii Caroli regis Francorum illustris pro dicto Aymaro dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis gratiam facere specialem, præceptoriam castellaniam nuncupatam præfatam cum dicta præceptoria annexa, quæ per professores ordinis prædicti cujus idem Aymarus, ut asseritur, professor existit, gubernari consueverunt, & quarum fructus, redditus & proventus illarum pro tempore obtinenti, & in eis non residenti, ultra quadraginta librarum Turonensium parvorum, ut asseritur, non valent annuatim, sive ut præmittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cujuscunque persona vacarent, etiamsi dignitates extiterent, & ad eas consuevissent, quam per electionem assumi, cum omnibus juribus, & pertinentiis, apostolica auctoritate eidem Aymaro contulimus, & de illis etiam providimus. Decernentes, prout erat, irritum, & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan erat tunc vel contingeret in posterum attentari, non obstantibus quibuscunque stabilimentis, ac statutis & consuetudinibus hospitalis, & ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de præceptoriis hujusmodi in illis partibus generales, vel speciales dictæ sedis, vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet, sit processum. Quibus omnibus præfatum Aymarum in assecutione dictarum præceptoriarum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem aliarum præceptoriarum aliorum præjudicium generari, seu si dilectis filiis magistro & conventui ejusdem hospitalis Rhodi, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a dicta sit sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non possint, Quodque de præceptoriis hujusmodi ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem communiter, vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam in nostris litteris non expressam, vel totaliter non insertam effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos vel alium, seu alios eundem Aymarum, vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem præceptoriarum, juriumque, & pertinentiarum præfatorum inducatis auctoritate nostra, & defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore, faciendo ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad præceptorias ipsas, ut moris est admitti, sibique de ipsarum præcepto-

A riarum fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis, aut si magistro vel conventui supradictis vel quibusvis aliis communiter, vel divisim a prædicta sede indultum existat quod interdici, suspendi, & excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Romæ apud sanctum Petrum Nonis Iunii, pontificatus nostri anno quarto.

Copia processus super litteris apostolicis præfatis.

Venerabilibus viris & discretis, domino magistro B & conventui hospitalis Rhodi prædictorum etiam dignitates, personatus, præceptorias, administrationes, seu beneficia aut officia quæcunque obtinentibus in eisdem, aut omnibus aliis universis, & singulis, quorum interest, vel intererit, & quos infradictum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, ad quorum notitiam præsentem processum nostrum, omnia & singula in eo contenta contigerit pervenire, Petrus de Magistro præpositus ecclesiæ sancti Andreæ Gratianopolitanæ executor ad infradicta, una cum infradictis collegis nostris cum illa, quatenus vos, vel duo, aut unus, a sede apostolica deputati, salutem in domino, & nostris, imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Litteras sanctissimi in Christo patris, & domini C D. Ioannis divina providentia papæ XXIII. unam videlicet gratiosam cum filis sericis rubei, croceique colorum, & alteram exinde executoriam cum cordula cannabis veris bullis plumbeis ipsius domini nostri papæ more Romanæ curiæ bullatas, sanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non oblitas, non in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes, nobis pro parte venerabilis viri domini Aymari de Sossello præceptoris castellani nuncupati domus castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Ioannis Ierosolymitani de Scallis Gratianopolitanæ diœcesis coram notariis, testibus infrascriptis præsentatas. Nos eum ea, qua decuit, reverentia noveritis recepisse, cujus quidem litteræ gratiosæ tenor sic incipit.

D *Ioannes servus servorum Dei dilecto Aymaro de Cassello præceptori Castellano nuncupato domus castellania nuncupata hospitalis sancti Ioannis Ierosolymitani de Scallis Gratianopolitana diœcesis salutem, & apostolicam benedictionem.*

Religionis zelus, &c.

Alterius vero litteræ videlicet executoriæ tenor sic incipit. *Ioannes episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri episcopo Augustensi, & dilectis filiis præposito sancti Andreæ Gratianopolitani, ac officiali Gebennensi salutem & apostolicam benedictionem.* Religionis zelus, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus dilectus filius Aymarus de Sossello, &c.

E Postquam literarum apostolicarum præsentationem & domini Aymari cum instantia debita requisiti, ut ad executionem earum, & contentorum in eisdem procedere curaremus, juxta traditam, seu directam a sede apostolica nobis formam. Nos igitur Petrus executor præfatus volentes tanquam obedientiæ filius mandatum apostolicum supradictum ad instantiam dicti domini Aymari reverenter exequi, ut tenemur, auctoritate apostolica supradicta qua fungimur in hac parte prout juxta formam & tenorem prædictarum litterarum apostolicarum de

jure possumus & debemus, pręfatum dominum Aymarum in personam discseti viri domini Francisci de Stabulo notarii, & civis Gebennensis procuraroris sui io corposalem possessionem, seu quasi dictæ præceptoriæ castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani de Scalis Gratianopolitanæ diœcesis cum præceptoria ejusdem domus ejusdem sancti de Moreoto hospitalis, diœcesis & ordinis pręedictorum & canonice annexæ eidem domino Aymaro per dictum dominnm nostrum papam ut pręmittitur, collatarum, & universorum jurium, & pertioentiarum earumdem per oostri biteti rtaditionem inducimus & investimus per præsentes de eisdem, vosque dominos magistrum, & cooventum, & omnes alios & singulos supsadictos quibus noster præsens processus dirigitur, tenore præseotium sequirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptosie, communiter, & divisim, ac vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub iofradictis senœntiarum pœnis districte præcipieodo mandamus, quatenus infra sex dies post præsentationem seu notificationem prædictarum litterarum apostolicarum, ac præsentis nostsi processus vobis immediate sequentes quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis universis, & singulis supradictis pro tertio, & peremptorio tesmino ac monitiooe caoonica assignamus, eundem dominum Aymarum vel procuratorem suum ejus nomine, ad corporalem, tealem, & pacificam possessionem præceptoriarum, juriumque & pertinensiarum prædictarum absque difficultate & oppositione quibuslibet recipiatis, & etiam admittatis, & pes alios in quantum in vobis fuerit, faciatis recipi, & admitti, eidemque domino Aymaro vel procuratori ejus pro eo de ipsarum præceptoriarum earumdem fructibus, sedditibus, proventibus, jusibus & obventionibus universis & singulis, prout ad vos & vestrum singulos pertioet, & pertinebit, respondeatis integre, & faciatis ab aliis responderi, amoventes ab eis cum effectu quoliber illicito detentosem quem nos etiam, io quantum possumus, auctoritate prædicta tenore psæsentium amovemus, & denunciamus amotum. Quod si foste omnia, & singula præmissa non adimpleveritis, ut præfertur, vel monitionibus, & mandasis oostris, imo verius apostolicis, non parueritis cum effectu, aut aliquod contra ea, & alia in prædictis litteris apostolicis, & præsenti nostro processu contenta feceritis, pes vos vel alium; seu alios quoquo modo, in vos dominos magistrum, & singulos fratres, personas, conventus, hospitalis Rhodi sancti Ioannis Hierosolymitani prædictos, oecnon in singulas alias supradictas, ac impedientes contradictores, & rebelles quoslibet, ac inobedientes, & contradicentibus dantes auxilium, consilium, & favosem publice, vel occulte, directe vel indirecte, ex nunc, prout ex tunc, singulariter in singulos prędictos sex dierum mooitione in iis scriptis excommuoicationis, in conventum vero prędictum suspensioois, & in ipsum mooastesium interdicti sententias serimus & etiam promulgamus. Cæterum cum ad executionem bujusmodi mandati apostoliei ulterius faciendam nequeamus personalites interesse, pluribus aliis negotiis oecupati, venerabilibus & discretis viris dominis, priori de Liceoto sacristę, & curato Stellarum, & prioti dicti loci Gratianopolitanæ diœcesis, oecnon universis & singulis dominis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris, præpositis, cantoribus, succentoribus, scholasticis, sacsistis, thesaurariis, canonicis tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum, officialibus, curatis, & noo curatis, capellanisque perpetuis, oota-

A riis & tabellionibus publicis pes civitatem & diœcesim Collocensem, & alibi ubilibet cunstitutis, & eorum quibuslibet super ulteriori executione dicti mandati apostolici atque nostri tenoie præseotium conmuittimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxetinius revocandas, quos & eorum quemlibet primo, secundo, tertio, & peremptorie sequitimus & monemus, eisdem nihilominns & eorum cuilibet in solidum in visture sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis districte pręcipiendo mandamus, quatenus ipsi vel eorum alter fuerit requisitus, ita quod alter alterum non expectet, nec unus pro alio se excuses, ad vos dominos magistrum & conveotum prædictos, & omnes alios & singulos supradictos, nec non ad personas & loca quæcunque

B de quibus expediens fuerit pessonalites accedant vel accedat, & prædictas literas apostolicas & hunc nostrum processum, & omnia, & singula in eis contenta legant, intiment, & fideliter publicare procurent. Quodque ipsum dominum Aymarum vel procuratorem suum ejus nomine, & pro ipso in ipsarum pręceptoriarum, jurium, & pertinentiarum earumdem corporalem possessionem inducant & defendant inductum, amoventes deinde quoslibet detentores, quos etiam nos tenore pręsentium amovemus & denunciamus amotos, sibique vel ejus procuratosi pro eo de ipsarum præceptoriarum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis respondeant, quantum in eis erit, &

C faciant ab aliis integre responderi. Et nihilominus omnia alia & singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur, & quæ pro ulteriori executione dicti mandati apostolici, atque nostri erunt necessaria, seu etiam opportuna. Ita quod ipsi subdelegati nostri, aut quicunque alii nihil in præjudicium ipsius domini Aymari attentare valeant, nec in processibus nostris hujusmodi per nos habitis, & sententiis latis aliquid absolvendo, vel suspendendo immutare. Et si contingat vos pręmissorum io aliquo procedere, de quo vobis potestatem plenariam observamus, non intendimus propterea commissionem oostram hujusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem, & expressam in

D nostris litteris feeesimus mentionem. Per hunc autem nostrum processum oolumus, nec intendimus nostris in aliquo præjudicase collegis, quominus ipsi, vel eorum alter, servato tamen hoc nostro processu, possent in hujusmodi executionis negotio per se, vel alium, seu alios procedere, prout eorum alteri visum fuerit expedire; præfatas quoque litteras apostolicas, & hunc nostrum processum, & omnia & singula hujusmodi nostrum negotium tangentia penes dictum dominum Aymarum, vel ejus procurasorem volumus remanere, & non per vos vel quemcunque alium contra ipsorum voluntarem quomodoliber detineri, in contrarium vero facientes, dicta canonica monitione præmissa, pręfatis nostris litteris, sententiis, prout infrascriptæ latæ sunt volumus subjacere. Manda-

E mus tamen vobis copiam fieri de pręmissis, si eam petierint, & habere voluesint, vestris tamen sumptibus & expensis. Absolutionem vero omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint quoquomodo nobis, vel superiori nostro rantummodo sesetvamus. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium omoium & singulorum præmissorum præsentes litteras, sive præsens publicum instrumentum processum nostrum hujusmodi in se continentes seu continens fecimus fieri per ootarium publicum infradictum subscribi & publicari mandavimus, nostrique sigilli jussimus appensione commuoicari. Datum & actum Geben-

Gebennæ infra Capellam beatæ Mariæ Virginis, juxta ecclesiam Gebennensem, per reverendissimum in Christo patrem & dominum D. Ioannem episcopum Ostiensem S. R. E. cardinalem, & vicecancellarium fundatum, & datum die XXIII. mensis Septembris anno a nativitate domini MCCCCXIII. indictione sexta cum eadem anno suprascripta, pontificatus præfati domini nostri papæ anno IV. præsentibus notabilibus, & discretis viris Guillelmo de Ponte Vitrio, Porcevallo de Archuchensi domicellis, Nicoleta de Vitiaco de Vardmeansi, & Ioanne de Clauso de Bona clericis & notariis publicis, testibus vocatis ad præmissa specialiter & rogatis.

Et ego Ioannes de Villincont de Blachio clericus Gebennensis diœcesis publicus apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, prædictarum literarum apostolicarum præsentationi & receptioni, monitionibus & mandatis, requisitionibus, & sententiarum promolgationibus & commissioni; necnon omnibus aliis & singulis præmissis dum sic per dictum dominum præpositum exequutorem præfatum, & coram, ut præmittitur, agerentur, & fierent una cum prænominatis testibus sub anno, die, mense, indictione, pontificatu & loco prædictis præsens fui, & ea omnia de ipsius domini executoris mandato in notam recepi & publicavi, & exinde hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria scripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque meo solito, una cum ipsius domini exequutoris sigilli appensione signavi requisitus, & rogatus in testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Sessioni XI. adjungenda ad pag. 91. D.

Quibus sic peractis, statim idem R. pater D. Andreas electus Posnaniensis quoddam decretum pro approbatione scripturarum, & deputationis de simili mandato dominorum protonotariorum & notariorum alta & intelligibili voce de verbo ad verbum infra sequitur. Quo decreto lecto & publicato, fuit petitum per procuratorem prædictum, an placeret omnibus, prout pronunciatum & publicatum extitit. Et primo respondebat dominus Ioannes Ostiensis pro collegio reverendissimorum dominorum cardinalium & pro se ipso, quod placet, subsequenter ipsi in ambone existentes, videlicet archiepiscopus Mediolanensis pro natione Italica, placet. Andreas Posnaniensis pro natione Germanica respondit, placet. Thomas Polkensis pro natione Anglicana, placet. Abbas sancti Lupi pro natione Gallicana, placet, & ulterius universaliter per totius synodi supposita responsum fuit, placet. Super quibus, &c.

Commissarii iverunt ad Ioannem papam ad præsentandum articulos, & assignandum terminum ad audiendum sententiam privationis.

Die dominica XVI. mensis Maii supradicti reverendissimi patres domini Ioannes episcopus Vautensis, Andreas electus Posnaniensis, Thomas Poltensis protonotarius de Anglia, Gaspar sancti Ioannis Eremi Perusinæ diœcesis, & sanctæ Mariæ extra moros Eboraci abbates, deputati ad intimandum & præsentandum domino Ioanni papæ XXIII. articulos, requirendum eum, ut respondeat eisdem, & ulterius ad intimandum sibi terminum ad audiendum sententiam, recesserunt cum commissione, & articulis prædictis transferendo se ad oppidum Cellis, in quo idem Ioannes mansionem ad præsens solet habere, cum duobus notariis, videlicet magistro Ioanne Guiardi, & Guillelmo Portzel.

Commissarii prædicti sunt reversi & retulerunt concilio acta per eos.

Die Lunæ XVII. mensis Maii supradicti fuit congregatio quatuor nationum deputatorum in loco in quo solet congregari natio Germanica, & ibidem supervenerunt legati, sive commissarii, qui iverunt heri ad Ioannem papam, & prius præsentarunt unam literam directam domino regi per ipsum dominum Ioannem papam recommendatoriam recommendans se domino regi Romanorum, & synodo Constantiensi, cujus tenor inferius est insertus, & nihilominus exposuerunt ambassiatam eorum, referentes, quod illi mane præsentassent articulos in Cellis papæ una cum commissione, & petierunt, ac requisierunt eum, si vellet respondere eisdem, sive contradicere eis, aut contra testes, & quod ipse Ioannes respondit quod non curaret videre articulos, & gratanter acceptavit dictos legatos, supplicans eidem, ut supplicarent concilio & nationibus, ut haberent recommissum in honore suo, & placeret sibi, quod sententia ferretur juxta deliberationem concilii, supplicans tamen quod attendatur honor suus in ordinatione sententiæ, & contra sententiam non vellet appellare, neque reclamare, sive aliquo petere reductionem; sed eam per omnia, & in omnibus acceptare, probare & laudare. Quibus propositis & auditis erat deliberatum per deputatos omnium nationum, quod ex quo non poterat haberi sessio in brevi, quod iidem legati, seu aliqui eorum reverterentur ad eum ad intimandum sibi prorogationem prolationis sententiæ in die Mercurii proximo; & hoc propter ejus honorem, & ex quo grate respondit, quod non vellet appellare, propterea sententia limitetur, & ita rigorosa, prout concepta fuit, proferatur cum notariis concilii, & fuerunt reversi ad eundem domini abbas Conradus Pigavensis ordinis sancti Benedicti, & Brode lector Budensis ad actum supradictum una cum notariis, videlicet Gilelez de Bonenton, & Guillelmo Portzel, præsentibus Henrico Zuruig clerico Badeburnensis diœcesis, & Ioanne Gosselni archipresbytero ecclesiæ Astensis in Pedemontio.

Tenor vero dictæ literæ missivæ papæ, de qua supra fit mentio, sequitur.

Ea salute, qua Christus omnium vera salus est perpetue, & feliciter adimplere. Licet carissime fili, prudentiam tuam præ cæteris hujus mundi regibus, rex regum insignivérit cunctarum veritate virtutum, licuit tamen sæpe sæpius, ac profuit ad vivaciora virtutum studia mentes etiam pervigiles excitare; propter quod & te nunc ad clementiam, quæ solidat thronos regum, qua examinata bonitate ad miserendum te quantumcumque tuis offensoribus non solum liberalitatem, sed usque ad prodigalitatis speciem hactenus semper erogasse dignosceris, erga nostram personam in præsenti, quem permittente Deo non absque nostra injuria incidimus casum; excitare possumus quasi confidentissimis futuris duximus sigillandam pluribus eorum, quæ tibi per diversos voce viva significare curamus, præsentibus repetentes, & efficacem vim nostræ petitionis tribuat modorum petendi multiplicatio frequentata. Quantis itaque, carissime ac dulcissime fili, ac teneritudinæ dilectionis affectibus a primordiis assumptionis nostræ ad summum pontificatus apicem erga te flagrarunt præcordia, liceat, quæsumus, liceat cum tua serenitate fabulari nomine. & plurima brevitatis

gratia transeamus. Defuncto felicis memoriæ rege A Roberto, te non propter te, sed universitatis populi Christiani salutem in cordis nostri arcana cunctis viventibus præeligentes, prædestinavimus in regem Romanorum tuam ad hoc serenitatem, & ut onus illud assumere dignareris, sollicitudine supplici curavimus prævenire, & ad eundem effectum nostros nuncios ad principes electores, ac aliis iteratis, & reiteratis non piguit vicibus destinatos, quantaque vigilanti aut diversa de te facta electio convalesceret usque ad perfectum atque perfectius non cessavimus. In sudore vovit tua serenitas, voverunt etiam tui nuncii varii ipsius negotii tractatores, deinde cum nostram præsentiam desideraret ipsa tua serenitas, quanta quæsumus promptitudine mentis de- B sideriis tuis satagebamus occurrere, nonne viarum discrimina, expensarum onera, & alia nobis incumbentia peragenda nobis fuere pro nihilo computata, sed & nostros conatus extendimus non alio quam tui ipsius testimonio relinquatur. Deinde cum recogitantibus nobis de concilio convocando per tuos ad nos nuncios destinatos requireres, ut de tempore, loco celebrandi concilii tuis nos votis conformaremus, cardinales misimus, qui sine exceptione tuæ omnino acquiescerent voluntati. Dumque de adventu nostro ad Constantiam, quam elegeras, per tuos nuncios sollicitaremur, nonne acceperant pro responso, quod sanitate desuper concessa, absque dubio veniremus, infirmitate vero forsitan gravari, gestatoriis ferremur. Porro si pedum C officiis, aut claudicantibus calcaneis id foret agendum, id idem nihilominus ageremus: Denique etsi ab hac luce nos migrari contingeret in satisfactionem promissorum .... corpus nostrum illic perferre præciperemus; in iis omnibus tuæ dilectioni plusquam salviconductibus, ac aliis quibuscumq; præsidiis sincerissima fiducia remittentes, sed pauca æstimantes quæ fecimus locupletissime, quantumlibet majora faciendi in nostra possumus constantia gloriari. Et ecce negotiis in urbe Romana, & patrimonio sancti Petri recuperatione prorsus postpositis, nullis dissuadentium receptis suggestibus, ad Constantiam te fili carissime tempore promisso prævenimus tuum adventum, quantum & qualiter sumus grati omnino præstolati. Hæc fili carissime, ex dilectione purissima tuæ personæ, carissime fili, ad D tui honoris sublimationem duximus liberaliter peragenda. Cumque dilectio nullis valeat viribus comparari, nullis aliis quæratur quam vicissitudinariæ dilectionis retributione recompensari, ad te tanquam unicum post Deum spei nostræ refugium dirigimus desideria cordis nostri, ad te devotissimas preces pro dilectione dilectionem requirentes effundimus obsecrantes per viscera misericordiæ Iesu Christi, memor esto verbi tui, in quo nobis spem dedisti, & nos consolare in humilitate nostra, & si cum causa, sive sine causa iratus fueris, misericordiæ recorderis, nomeneque egregium clementiæ, ne, quæsumus E in hoc casu pati patiaris instantiam; sed qui aliis offensoribus atrocissimis parcendo te liberalem præbere consueveras, parcere quoque nobis, & misereri ne spernas, ne quæsumus pietatis præclaro titulo notam crudelitatis inferri permittas. Potest itaque si velis, & ut velis deposcimus erga sacrum concilium, quod tua sapientia, tuaque potentia tanquam firmissimum fundamentum suffultum tuis intercessionibus operare, ut tui contemplatione honoris personam nostram habeant recommendatam, & nomine ecclesiæ semper salva, honorem, famam, & statum modo post dimissionem papatus, quam pridem obtulimus atque dudum aliquoties in manibus tuis posuimus, quantum possibile fuerit salvare & custodire dignentur, & alia salutem nostram respicientia prosequaris magnifice cum effectu, pro quibus habet districtum judicem inter alios misericordiæ cultores, cum omnes gratia egeamus, & tu misericordiam, & alia retributionum merita uberius consequeris, & per universum orbem inter optimos imperatores hujusmodi clementiæ glorioso titulo mereberis computari, super quibus dilectionis virtus te cogat nobis celer, piumque remandare responsum. Datum Cellis Constantiensis diœcesis Dominica die XXVI. mensis Maii pontificatus nostri anno sexto.

Ioannes papa XXIII. manu propria carissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum regi semper augusto, Vngariæ regi.

Commissarii intimari fecerunt Ioanni papæ diem, & terminum ad audiendum sententiam.

Eodem die videlicet Lunæ XXVII. mensis Maii Constantiæ apud Minores ante portam domus, in qua natio Anglicana negotiari solet, personaliter constituti reverendissimi in Christo patres domini, domini Ioannes Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Vaurensis, Thomas sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses, & Gaspar sancti Ioannis Eremi de Perusio, monasteriorum abbates una cum reverendo patre & domino Andrea ejusque gratia electo Posnaniensi absentibus, qui vices suas ad infrascripta facientibus, commisit, ut dixerunt, commissarii per quatuor nationes sacri generalis Constantiensis concilii ad citandum dominum Ioannem papam XXIII. ad audiendum ferri diffinitivam sententiam super papatu, & contra personam suam ferri ad diem Martis proxime futuram sibi per dictos commissarios alias signatam, & præfixam, eundem diem Martis in diem Mercurii proxime sequentis quæ erit XXIX. dies supradicti mensis Maii, ex commissione eis, ut asseruerunt, per dictas quatuor nationes facta continuarunt, & ad idem faciendum prorogarunt; quam quidem continuationem & prorogationem dicti domini commissarii præfato domino Ioanni papæ per quoscumque custodes ad custodiendum eundem per sacrum generale concilium Constantiense deputatos intimari quæsiverunt & mandarunt, præsentibus ibidem honorabilibus viris dominis, Ioanne Gosellini archipresbytero ecclesiæ Asteusis, & Ioanne Surring clerico Padeburnensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Deinde paulopost Constantiæ habitationis reverendissimi in Christo patris & domini, D. Francisci miseratione divina S. R. E. cardinalis Florentini vulgariter appellati personaliter constituti præfati & reverendissimi patres & domini, D. Ioannes Vaurensis, Andreas electus Poznaniensis, & Thomas abbas monasterii sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses commissarii, idem D. Andreas electus Poznaniensis ratificavit & approbavit expresse acta & facta per eosdem Ioannem episcopum, Thomam & Gasparem præfatos suo nomine quoad prorogationem termini præscripti. Et nihilominus D.D. Ioannes episcopus, Andreas electus, & Thomas abbas commissarii præfati citra revocationem actorum & factorum per Ioannem & Thomam, & Gasparem abbates commissarios jamdictos, dictam diem Martis proxime futuram eidem domino Ioanni papæ XXIII audiendo ferri sententiam diffinitivam super papatu, & contra personam suam, ut præmittitur, præfixam & assignatam, usque in diem Mercurii proxime sequentem de

nove

novo continuarunt & prorogarunt, Quam quidem prorogationem, seu continuationem iidem domini commissarii præfato domino Ioanni papæ XXIII. per quoscunque custodes ad custodiendum per sacrum generale Constantiense concilium prædictum deputatos ex parte ejusdem concilii intimari commiserunt, & mandaverunt, præsentibus ibidem venerabilibus viris dominis Ioanne de Badrenis & Paulo Martini canonicis Posnaniensibus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Die Martis xxviii. mensis Maii supradicti fuerunt congregati deputati quatuor nationum in loco congregationis nationis Germanicæ, supervenerunt domini cardinales, Iordanus de Ursinis, Antonius de Chalanco, Petrus Cameracensis, Andreas Salutiarum, & Franciscus Florentinus nomine collegii cardinalium, & proposuerunt per os domini cardinalis Florentini qualiter alias inter eos concordatum, quod quatuor cardinales deberent ire cum domino imperatore, ad Petrum de Luna, & regem Aragonum, licet posuerunt hoc in arbitrio regis, dummodo tamen id placeret, & quod id videbatur ipsis utile esse, necessarium, & honorabile pro concilio præsenti, & elegissent tunc dominos Ioannem episcopum Ostiensem, Vivariensem vulgariter nuncupatum, Petrum Cameracensem, Amedeum Salutiarum, & ipsum Florentinum; Modo autem videntes, quod appropinquat tempus recedendi, etiam quod imperator præparat se, & nihil eis dixit, & si non iverint, illud tamen remanere debeat per eos, quin vadant, in casu quo aliqua negligentia committatur ibidem, quam cardinales prædicti excusari possent, protestantur exnunc, quod per eos non remansit quin ivissent, si concilium voluisset, & alias protestati fuerunt, prout, & quemadmodum in quadam cedula, quam ibidem produxerunt, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Super quibus petierunt sibi fieri per protonotarios ibidem existentes, & præsentes, & notarios, & alios tabelliones, unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, præsentibus dictis deputatis & cardinalibus, ac domino Hermanno de VVerg protonotario sedis apostolicæ, episcopo Ripensi, Iacobo episcopo Placentino, archiepiscopo Colocensi, abbate sancti Lupi, episcopo Carcassonensi, archiepiscopo Bisuntino, archiepiscopo Viennensi, episcopo Addicensi, Tervisiensi, Concordiensi episcopo, ac episcopo Satisberiensi, ac multis aliis.

Tenor dictæ protestationis cedulæ, de qua supra fit mentio, sequitur.

Dicatur domino regi pro parte collegii, qualiter alias suæ serenitati dictum fuit pro parte ejusdem collegii, & deinde de licentia ipsius domini regis fuit dictum dominis deputatis nationum, quod collegio cardinalium videbatur maxime utile & expediens, quod aliqui cardinales associarent ipsum dominum regem, & secum interessent in contractu agendo unionis ecclesiæ cum dicto Petro de Luna, & domino rege Aragonum, & hoc pro utilitate & honore Romanæ sedis, & pro honore concilii, & ipsius domini regis Romanorum, & etiam pro honore & debito collegii, cum ad ipsum hæc materia principaliter pertineat, tanquam in qua agitur de papatu, attento quod collegium immediate se habet ad papam. Fuit insuper dictum domino regi, quod collegium ad hoc elegerat quatuor cardinales, dominos, scilicet Ostiensem, Cameracensem, Salutiarum & Florentinum, & quod ponebat in arbitrio ipsius domini regis, quod secum haberet prædictos, vel aliquos ex eis, vel si etiam sibi placebat habere aliquos alios de collegio, & quos vellet. Ipse autem rex respondit sibi placere, & voluit quod deferretur ad deputatos nationum, qui etiam hoc probare principaliter haberent, licet non fecerint, nec super hoc determinatam responsionem dederint. Nunc autem collegium sentit, quod regressus regis erit festinus, nec dicitur sibi aliquid, quod domini ituri parent se: ideo collegium ordinavit, quod per nos sex, qui sumus hic, dicatur serenitati vestræ id quod alias dictum est, & sic dicimus. Et si rex assentit, quod vadant aliqui, non instetur plus, sed solum sciatur, qui sunt illi de quibus rex contentatur, & illi possint se parare. Si autem rex dicat non expedire quod vadant, vel quid simile, tunc dicatur suæ serenitati, quod collegium pro conservatione honoris sui, ne possit per mundum omne, vel in futurum sibi imputari negligentia in tanto negotio, deliberavit facere publicam protestationem, quod per se non stetit, nec stat quominus mittant aliquos, & de hoc advisant ipsum dominum regem, ne postea quando fiet protestatio, recipiat admirationem; advisantes eandem serenitatem, quod in protestatione non intendunt ad læsionem alicujus, sed solum ad conservationem honoris sui, ex causis prædictis.

Secundo dicatur sibi qualiter sentit, quod ipse loco sui vult hic mittere ducem Ludovicum Bavariæ, comitem Palatinum Rheni, de quo dummodo quantum ad obedientiam istam sint domini, rex publice dicit se habere in animo, bene contentatur collegium, quia audiverit multa bona de ipso. Obsecrat tamen ipsum, quod securitates alias datæ per ipsum D. regem ipsi collegio, vel singulis de collegio renoventur per ipsum D. ducem in bona forma & similiter per magistrum civium cum consilio civitatis. Et quod ipse dux in sessione publica deserat obedientiam domini Angeli Corrario, & submittat se huic Constantiensi concilio. Et in casu quo dux prædicta recusaret, non videtur collegio, quod cum honestate vel salute conscientiæ singulorum de collegio possit approbare ipsum pro defensore dicti collegii; maxime attento quod hoc aliud nihil est dicere, nisi quod tota obedientia sit reducta sub dicto domino Angelo, & videtur aperte, quod sic publice ubique reputaretur & crederetur, quod esset cum intolerabili scandalo hujus concilii, ac totius Christianitatis, & honoris ipsius domini regis, & periculo conscientiarum: & honoris ipsius collegii, & singulorum cardinalium. Unde in illum eatum collegium obsecrat quod dominus rex non deputet ipsum, sed alium bonum, & idoneum de nostra obedientia, & in quantum placeret domino regi, deputare dominum Burgravium collegium bene contentaretur, propter bonam notitiam, quam habent singuli cardinales de ipsius virtutibus, & bonitate & nobilitate. Si autem dominus rex deputaverit ipsum ducem manentem sub obedientia domini Angeli prædicti, tunc collegium præfatum advisat ipsum D. regem, quod pro conservatione conscientiarum, & honoris ipsorum cardinalium deliberarunt publicam protestationem facere, quod non consentiunt tali deputationi, nec ipsum recipere pro suo defensore, tanquam alienum à nostra obedientia. Et de hoc facere confici publica documenta ad conservationem memoriæ.

**** Ad sessionem XII. pag. 92. & seqq.*

Tenores vero dictæ petitionis diffinitiva sententia, ac infrascriptorum reportatorum de Cellis, de quibus fit mentio, sequuntur.

In nomine domini, Amen. Anno a nativitate ejusdem MCCCCXV. indictione VIII. die vero Lunæ XXVII. mensis Maii in oppido Cellis Constantiensis diœcesis

io

in camera, in qua dominus papa Ioannes aſtabat, & habitare ſolebat conſtituti reverendi patres & domini, Ioannes Vautenſis, & Andreas Poznanienſis epiſcopi, Thomas ſanctæ Mariæ extra muros Eboracenſes, & Gaſpar ſancti Ioannis Eremi de Peruſio monaſteriorum abbates per ſacrum concilium Conſtantienſe ad infraſcripta commiſſarii ſpecialiter deputati in præſentia reverendorum patrum dominorum Iacobi de Rodini de Ianua, & Thomæ Poltenſis ſedis apoſtolicæ protonotariorum, & aliorum notariorum publicorum, venerabiliumque perſonarum aliarum inferius nominatarum teſtium ad infraſcripta adhibitorum, & ſupradicto domino Ioanni papæ XXIII. ibidem præſenti, audienti & intelligenti per organum jam dicti Vautenſis epiſcopi alta & intelligibili voce propoſuerunt verba quæ ſequuntur. Pater ſancte, &c.

Inſtrumentum, quo Ioanni papæ intimatus eſt terminus ad audiendum ſententiam diffinitivam privationis.

In nomine domini, amen. Anno a nativitate ejuſdem domini MCCCCXV. indictione VIII. die vero Martis XXVIII. menſis Maii, paulo poſt horam veſperarum in oppido Cellæ Conſtantienſis diœceſis in domo quam D. Ioannes papa XXIII. inhabitabat, conſtituti reverendiſſimi patres & domini, Conradus abbas Pigavenſis ordinis ſancti Benedicti ſedi apoſtolicæ immediate ſubjectus Meiſburgenſis diœceſis, Aymericus de Arciis licentiatus in decretis, prior ſancti Benigni Auguſtæ, Guillelmus Elnigh in ſacra pagina magiſter, Ioannes Fitonius in Theologia bacallarius, canonicus Saiiſbrienſis, Ioannes Brode lector Veteris undæ Colonienſis diœceſis cuſtodes ad cuſtodiendum dictum D. Ioannem in dicto oppido per dominos de ſacro generali Conſtantienſi concilio deputati. Idem dominus Ioannes lector ſuo & dictorum dominorum cuſtodum ſuorum nomine, auctoritate, & poteſtate ſibi & dictis ſuis cuſtodibus per deputatos quatuor nationum per dictum ſacrum concilium ad aſſignandum prælibato domino Ioanni papæ terminum ad ſententiam diffinitivam ferendam in cauſa quæ contra eum agitur, audiendum datis & conceſſis, expoſuit ipſi domino Ioanni papæ præſenti, audienti & intelligenti, qualiter ſereniſſimus princeps Sigiſmundus Romanorum, & Hungariæ rex de contentis in quadam litera per dictum dominum Ioannem papam ſibi deſtinata, ac memorati domini de concilio de reſponſione ab eodem Ioanne papa habita per dictos dominos deputatos eiſdem dominis de concilio facta, ſeu relata plurimum contenti extiterant, propter quæ, & alia dictos dominos de concilio moventia terminum dicto domino Ioanni papæ per dictos dominos deputatos ad audiendum ſententiam diffinitivam contra eum ferri & promulgari præfixum & aſſignatum uſque ad diem Mercurii proxime futuram quæ erat XXIX. præſentis menſis Maii, continuarunt dictam continuationem, ſeu prorogationem ſibi in propria perſona, melioribus via & forma, quibus potuit, intimavit. Quibus ſic expoſitis, & intimatis idem dominus Ioannes papa recommendationibus dicto domino regi, & dominis de ſacro concilio præmiſſis, reſpondit & dixit, prout aliis dominis deputatis ſe aſſeruit dixiſſe & reſpondiſſe. Similiter per prorogationem & intimationem hujuſmodi, & quicquid per dictum ſacrum concilium jam factum fuerit, & die craſtina, vel alias quandocumq; fieret in futurum, grata exnunc habebat, & haberet pariter & grata. Super quibus omnibus & ſingulis idem dominus Ioannes lector nomine quo ſupra, unum vel plura, publicum, ſeu publica petiit per nos notarios infraſcriptos fieri inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta fuerunt hæc prout ſupra ſcribuntur, anno, die, menſe, & loco prædictis, præſentibus ibidem honorabilibus & diſcretis viris fratribus Ioanne Beno de Bononia, & Matthæo de Viterbio monachis monaſterii ſancti Michaelis prope Bononiam ordinis montis Oliveti, Petro Gaetano canonico Conſeranenſi domicello, Alberto de Gormiz capitaneo dicti oppidi Cellis, & Ioanne de Aldendorp clerico Moguntinæ diœceſis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter.

Petitio per Henricum de Piro producta.

Et quia reverendiſſimi patres & domini ex actis cauſæ hujuſmodi crimina, ſcandala, incorrigibilitas, nutritio ſchiſmatis, aliaque contra D. Ioannem papam XXIII. quæ ad ejus depoſitionem ſufficiunt, ſufficienter probata creduntur, relatione reverendiſſimorum patrum dominorum ambaſſiatorum & legatorum hujus ſacræ ſynodi, & protonotariorum ſanctæ ſedis apoſtolicæ, & aliorum tabellionum de citatione in perſonam domini Ioannis papæ antedicti facta, & comparitionis expreſſa recuſatione, repetimus & reproducimus, ipſius contumaciam accuſando, & in ejus contumaciam petimus per veſtram diffinitivam ſententiam pronunciari in ſcriptis, decerni & declarari, receſſum per præfatum dominum Ioannem papam ab hac civitate Conſtantienſi, & dicto ſacro Conſtantienſi concilio clandeſtine de nocte hora ſuſpecta in habitu diſſimulato & indecenti factum fuiſſe, & eſſe illicitum, eccleſiæ Dei, & dicto concilio notorie ſcandaloſum, pacis & unionis ipſius eccleſiæ turbativum & impeditivum, ſchiſmatis inveterati nutritivum, a voto, promiſſione, & juramento per ipſum dominum Ioannem papam ſimoniacum notorium, malumque ſpiritualium, & temporalium eccleſiæ adminiſtratorem, & diſpenſatorem fuiſſe, & eſſe ſuis deteſtabilibus, inhoneſtiſque vita, & moribus eccleſiam Dei, & populum Chriſtianum ante ejus aſſumptionem in papatum, & poſt uſque ad iſta tempora notorie ſcandalizantem, ipſumque per præmiſſa eccleſiam & populum Chriſtianum notorie ſcandalizaſſe & ſcandalizare, necnon poſt monitiones debitas & caritativas iteratis & crebris vicibus eidem factas in præmiſſis malis pertinaciter perſeveraſſe, ipſumque propter præmiſſa & alia crimina in proceſſu dictæ cauſæ contra eum deducta & contenta, tanquam indignum, inutilem & damnoſum a papatu, & ejus adminiſtratione ſpirituali, & temporali amovendum, privandum & deponendum fore & per vos ſanctam ſynodum amoveri, privari & deponi, univerſos & ſingulos Chriſticolas cujuſcumque ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtant, ab ejus obedientia, fidelitate, & juramentis abſolutos declarando, univerſiſque Chriſti fidelibus ne eundem a papatu, ut præmittitur, ſic depoſitum, de cætero in papam recipiant, ſeu eum papam nominent, aut illi tanquam papæ adhæreant, aut quoquo modo obediant, inhibendum fore, & per vos inhiberi debere. Et nihiluminus defectus, ſi qui circa præmiſſa intervenerunt, ex certa ſcientia ſuppleri, dictumque Ioannem ad ſtandum, & morandum in aliquo loco ſub tuta & fida cuſtodia, donec quid agendum cum eo deliberaveritis, & eundem ſecundum canonicas ſanctiones condemnandum & puniendum fore, & per vos condemnari præmiſſa omnia, & ſingula petimus promotores, procuratores antedicti, tam conjunctim quam diviſim, ac alias omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, & forma quibus melius, & efficacius peti poſſunt & debent, veſtrum benignum officium in præmiſſorum quolibet implorantes.

Commiſſarii

Commissarii responderunt, qualiter Ioannes papa acquievit sententiæ.

Anno domini & indictione, quibus supra, sede apostolica pastore carente, die vero sabbati prima mensis Iunii, fuit congregatio deputatorum quatuor nationum, in qua venerunt legati, sive commissarii, qui heri iverunt ad reverendissimum in Christo patrem D. Balthassarem Cossam nuper Ioannem papam XXIII. nuncupatum ad publicandum & intimandum sententiam contra eum latam, & exposuerunt ibi ambassiatam eorum, referentes quod heri die Veneris, quæ erat ultima mensis Maii reverendissimo in Christo patri D. Balthassari supradicto in oppido Cellæ in camera sua personaliter existenti significabant, & intimabant sententiam diffinitivam depositionis a papatu contra eum die Mercurii ultima præterita, quæ erat xxix. mensis Maii, per sacrosanctum generale concilium Constantiense in sessione publica latam & publicatam. Quam quidem sententiam ibidem sibi in scriptis exhibuerunt & realiter tradiderunt, dicendo, an eidem sententiæ eandem approbando acquiescere, seu eidem in aliquo se opponere, vel contradicere vellet. Qui quidem D. Balthassar ipsam sententiam sibi traditam reverenter recepit, & eam ad partem legit, & dictos legatos gratanter acceptavit, supplicans & respondens eisdem, ut supplicarent concilio & nationibus, ut haberent eum recommissum in statu & honore suo, & dixit, quod temporis intervallum habere voluit, ut super responsione petitionum propositarum, ac eandem sententiam liberate posset. Quibus commissariis tunc abeuntibus & per aliquod tempus, scilicet per duas horas pro audienda responsione super præmissis, vocatis & coram D. Balthassare iterum constitutis respondendo dixit, quod super sententia per eum visa, intellecta, deliberaverat, & ideo eandem ex certa sua scientia approbabat & ratificabat, ac alias fecit, & dixit, prout, & quemadmodum in quodam publico instrumento desuper confecto, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur.

**** Ad sessionem XIV. pag. 103. & seqq.*

Iordano de Ursinis, Francisco Veneriarum, Antonio Aquilegensi, Petro Cameracensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo S. Marci, Antonio de Chalanco presbyteris, Reynaldo de Brancaciis, Ludolpho Barensi, Oddone de Columna, Lucido de Comite, Amedeo Salutiarum, Ludovico de Flisco, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus supervenientibus ibidem magistro D. Carolo de Malatestis Arimini vicario generali in Romandiola, ac Ioanne Dominici tituli sancti Sixti cardinale Ragusino in obedientia Angeli Corrario omine domini Angeli de Corrario prædicti ad faciendum, & complendum pro bono pacis & unionis in ecclesia, & populo Christiano habendæ, certas renunciationes & reservationes nomine supradicti domini Angeli Corrario de papatu, quem ipse D. Angelus prætendit habere, & alias prout inferius latius apparebit. Pro cujus quidem sessionis introitu, & principio præfatus D. rex Romanorum, indutus vestibus regalibus recessit de sua sede solita, & transivit in aliam sedem positam in fronte altaris, tanquam præsidens pro tunc concilio, una cũ ipsis Ioanne Carolo, & Ioanne Dominico sedentibus juxta eum in quodam banco respicientes versus congregationem synodi Constantiensis, statim fuit cantata antiphona per cantores & capellanos synodi: Veni sancte Spiritus, & subsequenter hymnus, Veni crea-

A tor Spiritus. Quibus antiphona & hymno cantatis, & collecta dicta pro pace & oratione per reverendissimum patrem D. episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem venerabilem virum, D. Iob venerabilis protonotarius domini Ludovici comitis palatini prædicti legebat bullam constitutionis procuratoris ad renunciandum papatui missam ipsi Carolo, & Ioanni & aliis in eadem expressis. Qua lecta, legebat unam aliam bullam auctorizationis. Bullis lectis, D. Carolus, prout continetur in ipsis bullis, habens majorem auctoritatem quam cæteri, commisit ipsi D. Ioanni Dominici, cardinali Ragusino suo collegæ suas vices ad auctorizandum, & approbandum dictum concilium. Quam commissionem & auctori-
B tatem sive potestatem ipse Ioannes Dominici cardinalis Ragusinus in se recipiés, & pro themate suo recepit verba epistolæ diei Dominicæ præcedentis videlicet, Omnes unanimes in oratione estote, & fecit unam brevem, & ornatam collationem. Qua finita procedendo ad actum sibi subdelegatum, & commissum auctorizavit, & approbavit concilium Constantiense, quantum ad eum, & dominum suum spectabat, prout in quadam papyri cedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur.

Subsequenter ascendentibus ambonem, in quo sententia edicta, & alia facta cócilii publicari solent, reverendis patribus dominis Bartholomeo archiepiscopo Mediolanensi, Stephano Dolensi, Antonio Concordiensi, Nicolao Merseburgensi, Patricio
C Carthaginensi episcopis. Idem D. archiepiscopus Bartholomæus Mediolanensis legebat capitula, & ordinationes conceptas per concilium Constantiense ab una, & dominos Carolum, & Ioannem Dominici & ambassiatores ipsius Angeli Corrario ad concilium missos, & illos de ejus obedientia parte ex altera, & deinde unum aliud capitulum, quorum tenores inferius sunt inserti. Quibus duobus capitulis lectis, fuit responsum more solito per D. Antonium Concordiensem pro natione Italica, Stephanum Dolensem pro natione Gallicana, Nicolaum Merseburgensem pro natione Germanica, & Patricium Carthaginensem pro natione Anglicana, Placet. Similiter per reverendissimũ patrem D. Ioannem episcopum Ostiensem, cardinalem Vivariensem nomine collegii cardinalium, Placet. Super quibus lecturis,
D auctorizationibus & approbationibus honorabilis vir magister Henricus de Piro promotor & procurator concilii petiit sibi per protonotarios deputatos per concilium notarios & tabelliones, unum vel plura confici, publicum & publica, instrumenta, præsentibus ibidem illustribus principibus dominis Ludovico comite palatino Rheni, Ludovico & Henrico ducibus Bavariæ, Frederico Burgravio Nuremberg, comite Gonterio de Suarstburg, Pincerna de Subir comite de Vainsberg, ambassiatoribus Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Daciæ, Sueriæ, Norvegiæ, Cypri & Siciliæ regum, & reginæ Neapolitanæ, ducis Bur-
E gundiæ, comitis Sabaudiæ, & aliis ambassiatoribus in numero copioso.

Tolluntur processus. &c. In duabus obedientiis hinc inde occasione schismatis. Aliud capitulum.
Vide pag. 108. D.

Sacrosancta synodus generalis Constantiensis pro majori pace & securitate unionis ecclesiæ omnes & singulos processus, censuras, pœnas & sententias in olim vocati Ioannis, & ejus qui dicitur Gregorius XII. obedientiis jam conjunctis occasione vel ex causa schismatis hinc, vel inde latas, decretas vel promulgatas, seu fulminatas, & omnem exinde contractam maculam, sive notam juris, aut facti, quoad easdem

easdem obedientias, tollit, abolet, irritat atque cassat, omnesque & singulas personas dictarum obedientiarum, cujuscumque coodirionis vel sexus existans, in statibus, dignitatibus & officiis, quæ alias canonice, seu rationabilites tenent, possideut & exercent, ad abundantiorem cautelam habilitat, & cum eis, quantom opotsuuum fuerit, aut indigeret, dispeosat.

Hæc sancta synodus ex certis bonis tespectibus statuit & ordinat, quod per notarios, qui de præmissis rogabuntur, in instrumentis per eos conficiendis, nulla fiat mentio de Romano pontifice, vel de sede apostolica, sed de anno segnorum serenissimi & invictissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ regis, & hoc usque ad sessiooem inclusive.

Carolus procedit ad actum renunciationis.

Quibus literis lectis, Henricus de Piro promotot petiit sibi fieri nomine promotorio, sive procuratorio super singulis superius lectis, concessis, approbatis & decretis per dominos protonotarios & notarios ad hoc deputatos unum vel plura fieri publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus testibus superius ad alios actus sequisitos. His namque peractis statim magnificus dominus Carolus de Malatestis surrexit volens procedere ad sibi suisque collegis commissa, fecit unam collationem pulchram & compendiosam, assumens pro themate: *Facta est cum angelo multitudo cælestis exercitus.* Qua collatione ad clerum pulchre deducta, processit ad actum renunciationis, renuncians papatui, prout & quemadmodum in quadam cedula, quam in suis teoebat manibus, eamque de verbo ad verbum perlegit, & recitavit in hunc modum. *Vide pag. 109. C. & 518. B.*

Quo capitulo admissionis lecto, statim magister Henricus de Piro promotor & procusator prædictus nomioe, quo supra, petiit sibi per protonotarios & notarios deputatos supes prædicta ad perpetuam rei memoriam, unum vel pluta, & tot quot fuerint opossuna & necessaria, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, præseutibus oobilibus, superius sequisitis. Quibus peractis in honorem omnipotentis Dei, matrisque suæ virginis gloriosæ & totius curiæ triumphantis per sanctam synodum fuit cantatum; Te Deum laudamus, usque ad finem. Postremo supradictus D. Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis loco & auctoritate, quibus supra, legebat unum aliud capitulum, sive constitutiooem super facienda sequisitiooe ad Petrum de Luna in hunc modum.

*** * Sessio XVII. pag. 155. B.*

De recessu domini imperatoris, quem concilium benedixit.

Die Lunæ xv. supradicti mensis Iulii, Constantiæ provinciæ Moguntinensis in ecclesia majori, loco solito ad hæc specialiter deputato fuit celebrata solenniter, & tenta sacrosancti concilii geoeralis sessio per reverendissimos in Christo patres & dominos, dominos S. R. E. cardinales, archiepiscopos, episcopos, prælatos & ambassiatores, cæterosq; Christi fideles inibi tunc præsentes, in qua etiam serenissimus & invictissimus princeps, ac dominus, D. Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex augustus, una cum quampluribus principibus, ducibus, comitibus, & nobilibus interfuit personaliser. Pro cujus sessionis introitu & causa devotionis excitanda reverendissimus in Christo pates dominus Vlricus episcopus Verdensis cum magnæ devotionis solennitate missam celebtavit, in qua missa collationem sive sermonem ad cletum reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Cerecensis fecit, & pro hujus sermonis themate, illud videlicet corpus oostræ humilitatis quod scribitur ad Philippenses III. assumpsit. Qua missa sic cantata domini cardioales, archiepiscopi, episcopi & alii, ad quos pertinuit, se otnamentis pluvialibus induciuns, capitibus mitras imponendo, ut est moris. Ac reverendissimus in Christo pater, & dominus Ioannes miseratiooe divina episcopus Ostiensis S.R.E. cardinalis, & vicecancellarius pontificalibus indutus huic sessioni præsedit, & se ad locum solitum ante altase ad medium posuit & locavit. His sic ordinate peractis hujus sacrosancti concilii cantores incœperũt: Exaudi. Quo finito, & post aliqua iotermedia, ut solitum est, D. episcopus Ostiensis & vicecancellarius dixit hanc collectam: Oremus mentibus nostris: & hac collecta sic dicta, iterum cantores præfati incœperunt dicere: Kyrie eleyson, & totam letaniam usque ibi, Vt ecclesiam, exclusive petfecetuns. Tunc D. Ostiensis & vicecancellarius hujusmodi sessionis præsidens dixit: Vt hanc sanctam synodum, ter resumendo. Deinde tota letania per ipsos caotores completa, idem D. episcopus Ostiensis, & vicecancellarius dixit collectam orando videlicet: Quæsumus domine, Et post legebatur illud euangelium secundum Lucam: In illo tempore designavit dominus, &c. Ipso euangelio lecto, cantabatur pes cantores prædictos hymnus: Veni cseator Spiritus, ad finem. Et tunc iterum D. Ioannes episcopus Ostiensis, & vicecancellarius præsidens præfatus collectam dixit hanc; Deus qui corda fidelium, ad finem, & fuit responsum, Amen. Iterum dixit: Dominus vobiscum. Respondebaturque, Et cum spiritu tuo, & ad finem dixit; Benedicamus domino, & responsum fuit, Deo gratias. Istis omnibus sic expletis iterum per cantores iocepta fuit letania; & dominus Sigismundus rex prædictus ante altare sedebat genibus flexis, in veste non imperiali, sed quotidiana, & capite denudato, sibi assistentibus in habitu reverendissimis patribus domiois Laudensi & de Vrsinis S.R.E. cardinalibus, ipsaque letania ad hunc locum lecta, scilicet, Vt ecclesiam, tunc D. episcopus Ostiensis præsidens prædictus dixit, & legit in hunc modum; Vt ecclesiam tuam, & regem nostrum imperatorem electum hic præsentem ecclesiæ tuæ advocatum, & defensorem ad perfectam reintegrationem unitatis ecclesiæ præfatæ iter arripientem dirigere, protegere, & conservare digneris. Fuit responsum: Te rogamus audi nos. Secundo dixit; Vt ecclesiam tuam, & eundem regem imperatorem electum ab omnibus inimicis visibilibus, & invisibilibus præservare & defensare digneris. Iterum respondebatur, Te rogamus audi nos. Tunc ulterius fuit letania in totum per cantores completa, qua completa, ipse D. episcopus Ostiensis præsideus dicens officium vertit se ad imperatorem dicendo, & decantando preces, scilicet, Salvum fac servum tuum domine, & respondebatur, Deus meus. Secundo, Nihil proficiat inimicus in eo, & responsum fuit: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Tertio dixit: Esto ei domine turris fortitudinis. Respondebatur, A facie inimici. Deinde dixit: Domine exaudi orationem meam, & responsum fuit: Et clamor, &c. Dominus vobiscum; Et cum spiritu tuo. Deinde dixit collectam, videlicet, Oremus ad ponendum pacem in ecclesia Dei; Et tunc imperator respondit; Ad sedem suam. Istis omnibus cum devotione & solennitate, ut decuit, plenissime expeditis & peractis, RR. patres domini, Antonius Concordiensis, Vitalis

Tbolo-

Tholonensis; Nicolaus Merseburgensis, & Patricius Carthagenensis, Dei & apostolicæ sedis gratia episcopi: Necnon reverendus in Christo pater, & dominus Ioannes divina providentia patriarcha Antiochenus ambonem, in quo decreta, ordinata & diffinita concilii sacrosancti prædicti solent legi & publicari, ascenderunt; in quo ipsi existentes dominus Antonius episcopus Concordiensis præfatus quandam bullam provisionis, cujus tenor inferius est insertus, de mandato concilii antedicti publice, alta & intelligibili voce de verbo ad verbum publicavit & perlegit. Qua bulla sic ad finem lecta, per omnes quatuor nationum reverendos patres dominos episcopos ad hoc deputatos prædictos, ac per dominum Ioannem episcopum Ostiensem, & hujus sessionis præsidentem fuit concorditer responsum, Placet. Deinde D. Ioannes patriarcha Antiochenus adhuc in ambone publicationis ordinatorum in concilio existens, quandam papyri articulatam cedulam, cujus tenor inferius est insertus, de mandato dicti sacri collegii publice, alta & intelligibili voce de verbo ad verbum legit & publicavit. Tunc ea integre perlecta, per omnes quatuor nationum præsidentes, & reverendissimum patrem D. episcopum Ostiensem, & vicecancellarium præsidentem hujus sessionis fuit concorditer, ut supra, Placet, responsum. Super quibus omnibus, & singulis præmissis in hujusmodi sessione determinatis, lectis & conclusis, atque factis, magister Henricus de Piro hujus sacri concilii promotor & procurator sibi nomine dicti concilii per protonotarios, notarios, atque scribas ejusdem concilii, unum & plura, ac tot, quot sunt necessaria fieri publica instrumenta præsentibus ibidem illustrissimis principibus dominis Ludovico Bavariæ duce, ac palatino Rheni, comite Frederico marchione Brandeburgensi, & Burgravio Nurenburgensi, ac generosis viris Bertoldo de Vrsinis, & Carolo de Malatestis comitibus, aliisque nobilibus & Christi fidelibus in numero copioso.

Tenores vero dictarum bullarum, &c.

*** Sessio XVIII. pag. 561. E.*

Anno & indictione, quibus supra, die vero sabbati XVII. mensis Augusti Constantiæ provinciæ Maguntinensis in ecclesia majori, & loco solito, & consueto ad hoc deputato fuit sessio generalis sacrosancti Constantiensis concilii tenta, ac cum illa, qua decuit solennitate celebrata: pro cujus sessionis introitu, & causa devotionis excitandæ reverendus in Christo pater & dominus Petrus episcopus Olorensis missam de assumptione beatæ Mariæ virginis gloriosæ celebravit, & ipsius sessionis reverendissimus in Christo pater, & dominus D. Ioannes miseratione divina episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis & vicecancellarius fuit præsidens, hujusmodi namque missa cum debita devotione, & humilitate celebrata, domini Romanæ sacrosanctæ ecclesiæ cardinales, archiepiscopi, episcopi, & prælati alii, ad quos pertinuit, ornamentis pluvialibus se induerunt, mitras capitibus imponentes. Quo sic facto, inchoatum, & lectum fuit euangelium istud secundum Lucam; In illo tempore designavit dominus alios septuaginta duos, messis quidem multa. Post quod euangelium alios actus devotionis sacri concilii, & sessionis hujusmodi prætentis solitos, ac orationes & cantus consuetos, reverendissimi patres domini, Antonius Concordiensis, Vitalis Tholonensis, Nicolaus Merseburgensis, episcopi, necnon Andreas electus Poznaniensis, Thomas abbas extramuros Eboraci ordinis sancti Benedicti, ambonem, in quo decreta, ordinata, & diffinita hujus sacri concilii solent publicari, ascenderunt, ipsisque in illo ambone existentibus, D. Antonius episcopus Concordiensis incœpit legere nonnullos articulos, quorum tenores inferius sunt inserti, ipsosque de mandato hujus sacri concilii, publice, alta & intelligili voce de verbo ad verbum publicavit. Quibus articulis sic perlectis, per omnes quatuor nationum deputatos prædictos, & reverendissimum patrem dominum Ioannem episcopum Ostiensem, & hujus sessionis præsidentem nomine collegii cardinalium fuit, Placet, concorditer responsum. Super quibus omnibus & singulis in hujusmodi sessione actis, factis, & publicatis præmissis magister Henricus de Piro hujus sacri concilii procurator & promotor sibi nomine dicti concilii, a dictis protonotariis, & notariis hujus sanctæ synodi, unum vel plura, ac tot, quot fuerint opportuna, & necessaria fieri publica instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus, & dominis Ostiensi, Laudensi de Vrsinis, Venetiarum Ioannis Dominici, Aquilegiensi, Pisano, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, sancti Marci, Salutiarum, de Brancaciis, de Flisco, Barensi, de Columna, de Comitibus, & Florentino sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, ac Constantinopolitano & Antiocheno, patriarchis; necnon regum, ducum, principum, comitum, & nobilium quampluribus ambassiatoribus, aliorumque Christi fidelium multitudine copiosa.

Tenores vero dictorum articulorum, &c.

**** Sessio XIX. pag. 564. B.*

Die Lunæ XXIII. dicti mensis Septembris, sede apostolica vacante fuit celebrata sessio generalis per synodum Constantiensem prædictam, in qua fuit primo ad laudem Dei, & curiæ cælestis dictum officium missæ per R. patrem dominum Nicolaum episcopum assignatum celebratum cum introitu. Exaudi nos domine, cum euangelio; sint lumbi vestri præcincti, cum antiphona, Veni sancte Spiritus; ac hymno: Veni creator Spiritus, collectis & orationibus more aliarum sessionum cantatis, atque dictis. Vbi inter cardinales reverendissimus pater D. Ioannes episcopus Ostiensis præsidebat, præsentibus ibidem reverendissimis patribus, Almano, Pisano, Branda, Placentino, Guillelmo sancti Marchi, Ioanne Ragusino, Francisco Venetiarum, Petro Cameracensi, Thoma Tricaricensi, Antonio de Chalanco, & Antonio Aquilegensi presbyteris, Amedeo Salutiarum, Raynaldo de Brancaciis, Ludolpho Barensi, Oddone de Columna, Ludovico de Flisco, & Lucido de Comite diaconis cardinalibus, quibus missæ, & letaniarum officiis cantatis, & solenniter peractis, levavit se reverendissimus pater dominus Petrus cardinalis Cameracensis unus ex deputatis & commissariis per concilium in materiis fidei, & proposuit qualiter nuper magister Hieronymus de Praga accusatus & delatus de hæresi, & super hæc incarceratus per concilium, alias ad redeundum ad gremium sanctæ matris ecclesiæ, & fidei orthodoxæ, sermonem loco sessionis, se revocare omnem hæresim, quam incidisset in sermonibus, collationibus, & sequela Ioannis Hus propter hæresim combusti per concilium, & protestatum fuisse, prout in quadam cedula pergameni manu ipsius magistri Hieronymi conscripta, quam tunc de verbo ad verbum perlegit, sed ex quo illud non videbatur sufficere, quia non fuit in sessione publica factum illud, ideo supradictus magister Hieronymus iterum venisset ad præsentem sessionem, volens illa quæ tunc proposuit & allegaverat, clarius quam tunc profiteri & revocare: Et tunc ipse magister Hieronymus de Praga sæpefatus ascendit ambonem, in quo edicta, decreta & ordinata, statuta, seu publicata fieri solent, præmittendo primitus quandam brevem, & solem-

solennem protestationem, recommendando per eam A reverendissimos patres dominos deputatos, & commissarios super materia fidei de eorum bona atque salubri doctrina, & pia tractatione, & de aliis bonis sibi per eos impensis. Qua protestatione finita, levabat unam cartam in pergameno manu sua propria conscriptam, ut dixit, revocationem errorum, & doctrinæ contentorum in articulis Ioannis VVicleff & Ioannis Hus, protestans, faciens & dicens, ut in eadem cedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Ipsa namque charta, sive cedula lecta, protestatus fuit, quod si habuisset cognitionem per prius quam hodie, nunquam tenuisset illos errores, sed quidquid disputavit & fecit contra sanctam catholicam fidem, Romanam ecclesiam, non tenuit, neque fecit pertinaciter, B sed disputative, & tanquam non informatus tunc de veritate. Etiam dixit, quod prædictam protestationem & revocationem, ac abjurationem non fecit propter detentionem, imo si in libertate constitutus esset, habendo cognitionem quam hodie habet, vellet facere, & gubernare se secundum quod legit, & scripsit in eadem cedula. Asserens animam suam tanquam adolescentulam sponsæ Christi, videlicet ecclesiæ sanctæ, recommendans se omnibus dominis cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, prælatis, & toti concilio, regratiando ipsis de eorum bona doctrina, reductione ejus de erroribus suis ad fidem rectam, & ecclesiæ unitatem. Tenor vero dictæ pergameni cedulæ. C

Articuli Ioannis VVicleff, & Ioannis Hus prædicti sequuntur, & primo Ioannis VVicleff.

Substantiæ panis materialis, & similiter vini, &c. *usque ad* 12. *articulum inclusive ut supra pag.* 45. *E. & 46. A. B.*

Hæretici.

13. Vnica est sancta universalis ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas; *& ibidem*, Vniversalis sancta ecclesia tantum est una, sicut tantum est unus numerus prædestinatorum.

14. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus ecclesiæ malignantium consimiles.

D 15. Præsciti non sunt membrum ecclesiæ, cum nulla pars ejus ab ea finaliter excidit, eo quod prædestinationis charitas, quæ eam ligat, non excidit.

16. Duæ naturæ divinitas & humanitas, sunt unus Christus.

17. Præscitus est si aliquando sit in gratia secundum præsentem justitiam, tamen nunquam est pars sanctæ ecclesiæ, & prædestinatus semper manet membrum ecclesiæ, licet aliquando excidat a gratia adventitia, sed non a gratia prædestinationis.

18. Sumendo ecclesiam pro convocatione prædestinatorum, sive sint in gratia, sive non secundum præsentem justitiam, ista modo ecclesia est articulus fidei.

19. Petrus non est, nec fuit caput ecclesiæ catholicæ.

E 20. Sacerdotes quomodolibet damnose viventes sacerdotii polluunt dignitatem, potestatem, & sic ut filii infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis, de clavibus, officiis, censuris, ceremoniis, & sacris rebus ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentiis, & ordinibus.

21. Papalis dignitas a Cæsare inolevit, & papæ electio & institutio a Cæsaris potentia emanavit.

22. Nullus sine revelatione asseret rationabiliter de se, an de alio, quod esset caput ecclesiæ particularis factus, nec Romanus pontifex caput Romanæ ecclesiæ.

23. Non oportet credere, quod iste dictus Romanus pontifex sit caput cujuscumque ecclesiæ particularis factus, nisi Deus eum prædestinaret.

24. Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter recipiat a Deo procuratoriam potestatem, quia ad illud officium vicariatus requiruntur & morum conformitas, & instituentis auctoritas.

25. Papa non est manifestus, & verus successor principis apostolorum Petri, si vivit moribus contrarius Petro, & si quærat avaritiam tunc est vicarius Iudæ Iscariothis.

26. Cardinales non sunt manifesti & boni successores collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum servantes mandata, & consilia domini nostri Iesu Christi.

27. Doctores ponentes, quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, sæculari judicio est tradendus, pro certo sequuntur pontifices in hoc Scribas & Pharisæos, qui Christum nolentem eis obedire in omnibus, dicentes, nobis non licet interficere quemquam, ipsum sæculari judicio tradiderunt, & quod tales sunt homicidæ, graviores quam Pilatus.

28. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiæ præter expressam auctoritatem scripturarum.

29. Divisio immediata humanorum operum est quod sunt vel vitiosa, vel virtuosa, quia si est vitiosus, & agit quidquam, vitiose agit: & si est virtuosus, & agit quidquam, agit virtuose, quia sicut vitium, quod crimen dicitur, seu mortale peccatum inficit, videlicet actus hominis vitiosi, sic virtuosus vivificat omnes actus virtuosi.

30. Sacerdos Christi vivens secundum legem ejus, habens scripturæ notitiam, & ad effectum ædificandi populum, debet prædicare non obstante prætensa excommunicatione, & infra, quod si papa vel aliquis præpositus mandat sacerdoti sic disposito non prædicare, non debet subditus obedire.

31. Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi, prætensa excommunicatione non obstante.

32. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis & interdicti, ad sui exaltationem electus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat antichristo. Signum autem evidens est, quod ab antichristo tales procedunt censuræ, quas qui denudant nequitiam antichristi, qui clerum per se maxime usurpavit.

33. Si papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc ut Iudas apostolus, & filius perditionis, & non est caput sanctæ militantis ecclesiæ, cum nec sit membrum ejus.

34. Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiæ, & quodlibet ejus membrum jungitur ipsi capiti insolubiliter.

35. Papa vel prælatus malus, & præscitus est æquivoce pastor & vere fur & latro.

36. Papa non debet dici sanctissimus secundum officium & tortores, & prædones dicerentur sancti, imo etiam diabolus deberet vocari sanctus, cum sit officiarius Dei.

37. Si papa vivit contrarie Christo, etiamsi ascenderet per veram & legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet quam per Christum, dato etiam quod intraret per veram & legitimam electionem a Deo principaliter factam. Nam Iudas Scarioth rite & legitime est electus a Deo Iesu Christo ad apostolatum, & tamen ascendit aliunde in ovile ovium.

38. Con-

38. Condemnatio XLV. articulorum Vvichleff per doctores facta est irrationabilis, & ioiqua, & malefacta est causa per eos allegata, scilicet quod nullus ex eis est catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut scandalosus, nam eo ipso quo electores, vel major eorum pars consenserint viva voce, secundum ritum hominum, in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel quod eo ipso est verus & manifestus successor, vel vicarius Petri apostoli, vel alterius apostoli in officio ecclesiastico: unde sive electores bene vel male elegerint operibus electi debemus credere; nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesiæ habet a Deo ad hoc copiosius potestatem.

39. Non est scintilla apparentiæ, quod oportet unum caput ecclesiæ in spiritualibus ecclesiam regens, quod semper cum ipsa militanti ecclesia converseiur.

40. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet.

41. Apostoli & fideles sacerdotes domini strenuit in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam antequam papæ officium fuit introductum, sic facerent deficiente per summe possibile usque in diem judicii.

42. Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in mortali peccato.

*** *Sessio XX. pag. 175. E.*

Super monitorio contra ducem Austriæ per episcopum Tridentinum.

Anno & indictione quibus supra, die vero Iovis XXI. mense Novembris Constantiæ provinciæ Maguntinensis in ecclesia majori, & loco solito ad hoc specialiter deputato tenta fuit sacrosancti generalis Constantiensis prædicti sessio, solemniter celebrata. Pro cujus quidem sessionis introductione, & causa devotionis excitandæ reverendissimus in Christo pater, & dominus D. Antonius Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Zesaludensis missam de beata Maria Virgine gloriosa devote celebravit. Qua missa sic devote celebrata, reverendissimi patres & domini S. R. E. cardinales, archiepiscopi, episcopi, & alii, quos decuit, ornamentis pluvialibus, mitras imponentes, ut majoris est, se induerunt. Ac reverendissimus in Christo pater & dominus, D. Ioannes miseratione divina episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius se pontificalibus induens, ad mediumque ante altare ad solitum seponens hujusmodi sessioni præsedit. Quibus sic peractis, inceptum fuit euangelium istud secundum Marcum: In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Abeuntes Pharisæi consilium fecerunt ut Iesum caperent in sermone. Isto euangelio, & aliis videlicet litaniis, & orationibus ad devotionem & solemnitatem sessionis, & concilii pertinentibus totaliter, ac devotionis magno fervore lectis, factis & completis, venerabiles & circumspecti viri domini Ardecious de Novaria legum doctor advocatus, ac magister Ioannes Hellines in Romana curia, & serenissimi principis D. Frederici ducis Austriæ procurator in medio surrexerunt proponentes D. Ardicinus advocatus sic in effectu qualiter in causa memorata nullus processus fuit tentus, nec super declinatoriis, & nihil in principali causa, & quod ipse dicti sui domini nomine nunquam potuit obtinere, quod fuisset auditus, licet hoc sæpius cum instantia summa petiisset, & adhuc peteret, & in quo illud fuisset subdenegatum protestatus fuit de nullitate processus.

Ex adverso dominus Gaspar de Perusio advocatus domini Gregorii episcopi Tridentini dixit, quod

A in bujusmodi causa fuisset processum super notorietate facti, & quod pars ducis sibi adversa fuisset sufficienter audita in principali, & accessorio. Et quod exnunc foret dictum per partem adversam, non esset dictum, nec allegatum nisi in causa diffugii, & petiit quantum in eo erat, causam terminari per concilium, & monitorium decerni in forma meliori contra dictum dominum Fredericum ducem Austriæ. Subsequenter Ioannes de Scribanis procurator dedit petitionem in scriptis, petens, & protestans, prout in ea continetur.

Ardecinus Advocatus ducis replicando, quod nunquam fuisset auditus in principali, sed tantum in declinatorio, & hodie peteret sibi dari audientiam, qua
B data, vellet & crederet ostendere juribus, & rationibus, quod justitia esset pro domino suo, & si secus fieret, protestatus fuit de gravamine & nullitate processus.

Quibus protestationibus, propositionibus, & petitionibus factis, de mandato synodi ascenderunt ambonem super quo publicationes, edicta, sententiæ, & mandata ipsius synodi fieri solent, reverendissimi in Christo patres Antonius Concordiensis pro natione Italica, Vitalis Tholoniensis pro natione Gallicana, Nicolaus Merseburgensis pro natione Germanica, Patritius Carthagenensis pro natione Anglicana, inter quos reverendus pater dominus Antonius Concordiensis legebat unam cedulam pronunciationis
C pronunciando monitorium fore decernendum contra dictum Fredericum ducem Austriæ, & decrevit in forma solita, & consueta. Cujus monitorii tenor inferius est insertus. Et subsequenter legebat unam aliam ordinationem concilii videlicet, quod prælati provisi possent recipere munus cõsecrationis in curia de mandato, & concessione, sive auctoritate vicecamerarii. Et ulterius iis lectis, & pronunciatis, dicta synodus per præfatos videlicet, Antonium Concorcordiensem, Vitalem Tholoniensem, Nicolaum Mersburgensem, & Patririum Carthagenensem, episcopos, fuit responsum, Placet. Et mandavit dicta synodus fieri publica instrumenta per protonotarios & notarios concilii ad instantiam, & petitio-
D nem D. Henrici de Piro promotoris dictæ synodi, Ioanne Hellines procuratore ipsius D. ducis in quantum pronunciatio hujusmodi fuerit contra dictum dominum suum protestabatur de nullitate processus præsentibus dictis dominis cardinalibus, prælatis, &c.

Tenores vero dictorum petitionis, decreti, & monitorii superius lectorum, sequuntur.

Reverendissimi patres & domini. Cum parum sit sententias ferri, nisi debite demandentur executioni; supplicat humiliter eisdem reverendissimis patribus sacrum concilium repræsentantibus, ac facientibus, dominus Gregorius episcopus Tridentinus, citra procuratorum suorum revocationem, per hoc sacrum
E concilium pro executione sententiæ diffinitivæ pro eodem domino episcopo & contra illustrem principem dominum Fredericum ducem, & omnes alios, & singulos ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, ac castrorum, & bonorum aliorum, & juris ejusdem ecclesiæ occupatores, & detentores, etiamsi ducalis, aut alterius cujuscunque status, gradus, ordinis, præeminentiæ fuerint, sub pœnis & censuris juris tam canonici, quam civilis, quinimo canonibus etiam specialiter sub pœnis constitutis divæ memoriæ per Fredericum secundum, & Carolum quartum editis, & per sedem apostolicam canonizatis & confirmatis, ut ipsi & quilibet eorum infra certum brevem terminum ab occupationibus, & detentionibus civitatis, ecclesiæ castrorum, terrarum & bonorum prædictorum desistant,

stant, & quilibet eorum obediat, etiam per litteras. Tenores vero dictarum litterarum monitorii sequuntur, & sunt tales, *&c.*

Quibus per præfatum D. Antonium episcopum Concordiensem, lectis & publicatis, fuit responsum, dictum, & alta voce clamatum per præfatos dominos Concordiensem Italicę, Tholoniensem Gallicanæ, Mersburgensem Germanicæ, Carthagenensem episcopos Anglicanæ quatuor nationum deputatos præfatos concorditer, & per eorum quemlibet nomine dictarum nationum & cujuslibet ipsarum, Placet. Et subsequenter præfatus reverendissimus in Christo pater, & dominus D. Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis vicecancellarius tunc in dicta sessione, & sanctæ synodo præsidens respondit, & alta voce dixit, & nomine sacri collegii reverendissimorum in Christo patrum dominorum S. R. E. cardinalium, Placet, in quantum placet nationibus concorditer. Et incontinenti præfatus Ioannes Hellines procurator, & nomine procuratorio præfati D. Frederici Ducis Austriæ protestatus fuit de nullitate præfati monitorii, & protestatus fuit de gravamine, & de appellando, & petiit instrumentum. Quibus in dicta sessione lectis & publicatis, atque responsis, ac per dictam sanctam synodum, & præfatum concilium decretis, & concessis, & alias factis, & gestis, venerabilis circumspectus vir magister Ioannes de Scribanis procurator, & nomine procuratorio præfati domini episcopi Tridentini, & idem Ioannes de Scribanis, & magister Henricus de Piro licentiatus in decretis, promotores & procuratores sacri concilii prędicti, nomine ipsius sacri concilii petiverunt, & requisiverunt, unum & plura, ac tot, quot sufficiant, dicta sancta synodus voluit, & mandavit per reverendissimos patres dominos sanctæ sedis apostolicæ protonotarios, & notarios publicos, & scribas dicti concilii ad scribendum acta ipsius sacri concilii, & ea redigendum in scriptis ordinatos, & deputatos, & eorum quemlibet fieri, & confici, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Datum & actum in majori ecclesia Constantiensi in sessione prædicta die Iovis XXI. dicti mensis Novembris anno a nativitate domini MCCCCXV. Indictione VIII. apostolica sede vacante. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Antonio episcopo Portuensi, domino Bononiensi tituli sanctæ Susannæ, Almanno tituli sancti Eusebii, Thoma tituli sanctorum Ioannis & Pauli, Gabriele tituli sancti Clementis dicto Senensi, Angelo tituli sanctorum Marcellini & Petri dicto Veronensi, Guillelmo tituli sancti Marci presbyteris, Amedeo de Salutiis sanctæ Marię in Cosmedin, Francisco sanctorum Cosmæ & Damiani Florentinensi, diaconis S. R. E. cardinalibus, Ioanne Constantinopolitano, & Ioanne Anthiocheno patriarchis, Stephano Dolensi, Martino Atrebatensi, Ioanne Vauensi, & Ioanne Sylvanectensi episcopis, nonnullisque aliis dominis archiepiscopis, episcopis, electis, & abbatibus, ac Franciæ, Angliæ & Polonię regum, principum, prælatorum, ducum, comitum, communitatum, & universitatum studiorum ambassiatoribus, nunciis & procuratoribus, & aliis nobilibus & egregiis magistris & doctoribus, ac circumspectis viris in multitudine copiosa testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Facta fuit congregatio ad audiendum relationem ambassiatorum missorum ad Petrum de Luna, & regem Aragonum.

Anno a nativitate domini 1416. Indictione nona, die vero Iovis trigesimo mensis Ianuarii Constantiæ in ecclesia cathedrali, & loco solito facta fuit de mane hora tertiarum pro relatione ambassiatorum missorum ad Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nominatum, & serenissimum principem D. Ferdinandum Aragoniæ regem missorum, & reversorum tunc faciendum generalis omnium prælatorum, vel quasi hujus concilii congregatio, in qua reverendissimi patres, & domini Iacobus Adriensis episcopus, venerabilesque viri domini Ioannes de Opilis sancti palatii apostolici causarum auditor, Hugo Hombscher, Ioannes Vellis, Bernardus de Planphea doctores, vicecancellarius episcopi Burdegalensis ambasiatores hujus concilii ad Petrum de Luna, & regem, ut præmittitur, missi, ambonem in quo decreta, acta, ordinata, & finita sæpefati concilii solent publicari, ascendebant, & reverendissimus pater dominus Iacobus Turonensis archiepiscopus prædictus nomine proprio, & suorum coambassiatorum relationem ambassiatæ suæ fecit publicam, claram & solemnem. Qua facta, quasdam litteras missivas illustrissimi principis, & domini, D. regis Aragonum prædicti huic sacro concilio missas per eandem, ac obedientiæ substractionem ipsius domini P. de Luna per eundem D. regem, & suos factam: necnon capitula, sive articulos per serenissimum, & invictissimum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ambassiatores præfatos nomine sacri concilii, ex una, & dictos de obedientia Benedicti XIII. in sua obedientia sic nuncupati, regem Aragonum, & alios dominos in Narbona concordata, appunctuata, & conclusa parte ex altera, de mandato hujus sacri concilii facto sibi super hoc publice, & intelligibili voce successive unum post aliud expresse perlegit, & publicavit.

Die Veneris 12. mensis Decembris anni domini 1415. indictione octava, in capitulo ecclesię novæ Narbonensis in camera magna turris novi palatii episcopalis Narbonæ hora secunda post meridiem, ante tamen prandium.

Capitula sequentia per serenissimum D. Romanorum regem, & dominos legatos concilii Constantiensis, sic per ejus obedientiam nominati ab una parte, & dominos ambassiatores DD. illustrissimorum regum, & potentum, & aliorum principum obedientiæ D. Benedicti papæ XIII. sic etiam per ejus obedientiam nuncupati ab altera pro unione in sancta Dei ecclesia exequenda concordata extiterunt cum Dei adjutorio.

Copia substractionis per regem Ferdinandum facta D. Petro de Luna in ejus obedientia.

Nos Ferdinandus rex Aragonum. Per terrenum regnum sæpe cæleste proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra pacem agunt ecclesiæ, rigore principum terreantur. Hinc est, quod auctoritate pacis ecclesiasticæ, aut absolutæ, haud immerito a sæculi regibus ille rationem exigit, qui eorum putavit ipsam credendam ecclesiam potestati: Illud quippe felix imperium, cujus divisa in partes ecclesia legibus redit in unum. Et licet ab adolescentia naturaliter ad pacem sanctæ matris ecclesiæ institutus sui amore, postquam regiæ apicem dignitatis, altissimo disponente, attigimus, tanto ad illam ferventius nostra crevit affectio, quantum nos divinis humanisque legibus ad Christianam populi procurandam concordiam dignitate antedicta repręsentamus astrictos, nunc fuit nostrum desiderium hujusmodi salvis voluntaribus contentum finibus, qu[illegible]imo non cessavit in actum indefessis laboribus prosilire. Vt multa sileamus, quibus pro d[illegible]rato fine consequendo secretam operam, sollicitamque dedimus,

&

& nonnulla etiam alia publica taceamus. Illud tamen, quamvis notissimum, silentio minime tradere volumus, quod pro celebraodis ...... in serenissimum D. papam Benedictum, & illustrissimum dominm regem Romanorum fratrem nostrum charissimum, & non io villa Perpiniani prout extiterat concordatum super factis unionis sanctæ matris ecclesię, totius humanæ affectionis immemores, ut ira dicamus habentes odio carnem nostram, valetudine corporali in civitate Valentię detenti, quæ oon diu ante nos usque ad mortis portas appropinquare coegerat, cootra medicorum oostrorum omnium nos mari commisimus. Et quanquam operante domino propitius semper usque ad terminum loci nos veniorum flatus pepulerit, qualem tamen, & quam gravem infirmitatem contraxerimus, nedum vicini populi, sed longe distantes iosulę senserunt. A qua licet auailio erepti divino, non tamen adhuc omnino liberati fuimus, nec nos ab inceptis mortis terror poterat retrabere, consummationem existimantes beatam, si illi diebus nostris contingeret finem dare, ubi paa ecclesiæ Dei redderetur. Et vere consequendo breviter a dicto Benedicto sine vocativo dubitandi locus minime videbatur; cum & dominus Angelus vocatus apud suos Grego ius, & dominus Balthassar a suis Ioannes nominatus, post ipsius nomioati Ioannis condignam suis demeritis dejectionem pure & simpliciter cessaverant omoi jure, si quod forsan eis competeret in papatu, eratque ideo impium suspicari, quod dictus Benedictus, qui se tot promissiooibus, juramentis & pollicitationibus ad prosequendum unionem sanctę matris ecclesię per viam renunciationis, omnibus illam aliis præferendo, astrinaerat, ut pene universo notum est orbi, quique ut sæpius asseruit, adversarium suum, ut conveoiret in unum ad mancipandum effectum quem de cessione facienda promiserat, toties agitavit, quod per eum non stabat, quominus veniret ad actum, aliter mente gereret quam auribus verba sonarent. Hac igitur tam verisimili decepti fiducia, postquam dictus serenissimus Romanorum rea frater nobis charissimus pro ecclesiæ Dei unione, & pace sectanda, ad quam utique habere noscitur ardentem zelum pro dictis gestis, & factis uoionis jamdictę hujusmodi nostram villam Perpiniani multis præclaris, & viris egregiis ab iis, qui congregati sunt in Constantia, & quampluribus ambassiatoribus regum Franciæ, Angliæ, quorumdam aliorum Christianitatis principum sociatus intravit, nonnullis supervacuis dilatiooibus locum dedimus, & non sine magno totius ecclesiæ, ac negotii, de quo agebatur, discrimioe, ut eidem domioo Benedicto onus tolleret dissentiendo io materia morem io diversis protogationibus gessimus votis suis adhuc præcedentibus, quod finaliter non deficeret tanto bono, aut quod de labiis processerat, irritum facere vereretur, præsertim casu isto, ubi etiamsi nulla præcedenti esset promissione astrictus, tenebatur, pro ut tenetur de oecessitate salutis jure divino pariter & humano, simpliciter renunciare papatui pro tot evitandis scandalis in ecclesia Dei, tam evidentemque utilitatem ejusdem, etiamsi de jure suo nullum dubium verteretur. Sed res versa est, proh dolor, in obliquum, nam difficile in facili se in promptu reduxit, & quod facile putabamus, difficile experti sumus. Quis enim dictum vocatum Ioannem tanta inflatum, potentia, ac tantorum principum obedientia communitum sic deijciendum credidit? aut tam sæculariter viventem, ut fertur, quantumcunque ejectum pure renunciaturum putavit? Quis dictum nuncupatum Gregorium per quem (ut idem dominus Benedictus asseruit) procuratum est retracto tempore quominos cessionis via execucioni debitæ mandaretur, jus suum cogitavit tam liberaliter in sui tanti nominis gloriam dimissurum? Quis utique ex adverso tam dictæ ecclesiæ Dei unionem sic se offerentibus, quas nedum homines procurare, sed vix cogitare potuissent cunctis vere Christum confitentibus eidem humili instanti supplicationibus præfatus dominus Benedictus cessionem suam ulterius differre tentaret, & sacrosanctam unionem ecclesiæ quam tam meritorie, & gloriose prolatione unius verbi consequi poterat, tam periculose, ac detestabiliter impediret! Nos autem postquam novimus, quod ex nonnullis cedulis per eum in præsenti negotio datis, & aliis, & aliis suis tractatibus nil aliud sequi poterat, nisi ruptura perpetua totius negotii, irreparabilisque populi Christiani, & cuicunque fideli horrenda scissura, habito maturo, atque digesto consilio ambassiatorum diversorum regum, & principum dicti D. Benedicti multorumve prælatorum, baronum, nobilium, doctorum io sacra theologia magistrorum, & nunciorum diversorum regnorum, & civitatum nostrarum in dicta villa Perpiniani pro dictis negotiis sanctæ matris ecclesiæ unionis præsentium dilationem hujusmodi quantum cum Deo possumus amputare, & ulterius minime diffugiis deliberavimus indulgere, & dicto D. Benedicto per inclytum Alphonsum primogenitum nostrum charissimum in nostri personam, cum nos tunc ægritudine reoeremur, supplicare, & ipsum requiri fecimus & una cum eo ambassiatores illustrissimi regis Castellæ nepotis nostri charissimi, illustrissimi regis Navarræ avunculi nostri, præclari & egregii comitis Arminiaci, & de Fuxo consanguinei nostri dilecti eidem utique supplicarunt, & ipsum requisierunt, quatenus omnibus supradictis attentis, pro tanto sacrificio, & bono prælibatæ unionis habendæ, dignaretur dictam renunciationem facere pure & libere, prout utroque jure, ut supradicitur, tenebamr. Cui quidem supplicationi responso nullis per eum de vacantibus in regnis, & dominio nostro ecclesiis factæ, ut dicitur, provisiooibus quibusdã familiaribus factis, deserto totaliter dictæ unionis sãcto negotio, simulato metu, cum nulla causa timoris adesset, a dicta villa Perpiniani recessit, in cujus castrum residebat tutela. Quis vero tam formidolosus esse potuit qui intra tam fortissimi castri claustra residens multisque armorum gentibus constipatus, vallatusque undique consanguineis, servitoribus, & amicis, intra nationem propriam trepidaret? Quod plus est, nemine sequente, ad terrendũ certe alios, potiusquam omendum aderat ei facultas, in fugam potius quam occasio fugiendi, maxime quod securitatibus, & guidaticis nostris solemni juramento vallatus, aut cautiooibus & juramentis multorum baronum, nobilium, & aliorum poteotium ditionis nostræ, & gubernationis officialium, & consulum dictæ villæ fulcitus esset ad verum, quibus verisimile non erat coactionem injuriarum seu compulsionem sibi aliquã irrogari. Nam si, quod absit, io cor nostrum aliqua contra personã suam cogitatio ascendisset, recessum suum potuissemus facile impedire cum nulla quam lacrymabili supplicatione nos objicere possumus. Et quidem licet jam de cessione sua, nec immerito, desperati, & ad alia remedia cum cordis anxietate prosequenda pace ecclesiæ nostræ figeremus eminus cõsiderationem, & intuitum, affectione tam singulari, quam ad ejusdem D. Benedicti personam, honorem, ac statum semper in corde gessimus inflammati, ad finem quod de consensu suo pax haberetur ecclesiæ, & in tam evidenti casu ac singulari articulo sui nominis gloriam exaltaret, continere minime potuimus, quin missis ad eum antequam

navim

navim seu galeam in quoquo .... ascenderet, nunciis & procuratoribus nostris, ac aliorum regum principum præfatorum requisitionem, & supplicationem prædictas eidem fecimus humiliter supplicari, quibus infructuoso dato per eum responso, incontinenti ventorum ducatui se commisit. Et denique percepto quod intra nostri dominium in castro de Paniscola idem dominus Benedictus derelicto mari descenderat, etiam per nuncios, & procuratores nostros, ac regum & principum prædictorum requisitionem, & supplicatiooem prædictas eidem fecerimus triplicari: sed minime supplicandi importunitas cor suum ad tanti boni & rationis vehiculum blandiri potuit; quinimo proprie pertinacitet adhæreret. Attendentes itaque quod sic labores nostros debito fine frustrari quod per omnes humani con- B silii noctes laborantes nullum potuimus boni operis manipulum ex tam prolixe seminatis tractatibus adipisci, laxare de cætero retia decrevimus, & invocato Christi nomine, & ejus Virginis genitricis salubri super iis jamdictorum omnium præmissorum consilio, attento quod in civitate Constantiæ fere totus populus Christianus, qui sub obedientiis prędictorum vocatorum Gregorii, & Ioannis prius erant, tam per principes; & eorum ambassiatores solemnes, quam etiam per prælatos, & alios quamplurimos nobiles viros congregatus existit, cum affectione sancta, puta & simplici obediendi summo pontifici, quem universalis ecclesia sibi canonice præficiendum decreverit, C & quod nedum injustum, sed inhumanum utique videretur illos ulterius nostra communione privari, quos ad unitatem & pacem sic constat esse affector, deliberavimus, quod ambassiatores regum & principum prædictorum obedientiæ dicti D. Benedicti, & etiam omnes alii prælati, & alii ecclesiastici viri, qui ad generale concilium consueverunt vocari, ad jamdictam civitatem Constantiensem, ut infra certum terminum teneantur tractaturi, una cum aliis ibidem, ut dictum est, congregatis, ac etiam futuris divino madiante præsidio, quod unio ecclesiæ orthodoxæ jamdiu concupita sub uno indubitato, & ab universali ecclesia recepto pastore legitime habeatur, prout in certis super hoc capitulis inter serenissimum regem Romanorum prædictũ, D & ambassiatores congregationis Constantiensis, & diversos alios prælatos cum illis ex una parte, & nos ac alios reges, & principes suptadictos obedientiæ dicti domini Benedicti, seu eorum ambassiatores ex altera concordatis, & firmatis dignoscitur contineri. Non parom addit ad eam unione, nos illud oovum bonum ab oriente fidis apicibus, & relatione productum, quod Græci suam in actu Latinorum defleotes scissuram, ardore Christi perfusi, dominico gregi, si eidem unnm, & indubitatum caput præesset, aggregari proponunt. Verum quia vanum esset deliberate salubria, nisi tollantur de medio ea quæ minime venire deliberata permittereot ad effectum, considerantes. quod prælibata tam sancta causa totius catholicæ fidei coonservata provisio, ac E deliberatio non nostra, imo divina nullatenus produci ad condignum valeret effectum, quamdiu prælati, & alii subditi nostri sub obedienria dicti D. Benedicti existant, aut ejus jussionibus, atque mandatis parerent, præsertim cum in responsione quam fecit dictæ supplicationi, & requisitioni ultimæ, convocatum m se omnes prælatos suæ obedientiæ asserat, ut ad celebrandum eum eo concilium per totum mensem venienté Februarii deliberatnri ibidem, ut asserit, quomodo respondeat dictis supplicationibus sibi factis, quas ipse jam expresse negavit, sed quod non ut cum eis deliberaret, tamen ne possint Constantiæ hujusmodi vocationem ipse faciet inter alia, ideo satis ap- A paret, quod dum erat in dicta villa Perpiniani, negotia tractabantur ecclesiæ scissionem aliquam in concilio idem per septennium, & ultra dilatavit, tenere voluit; unde convocatio hujusmodi exquisita de directo deliberationi, provisioni, & concordiæ, per nos jamdictos factæ certissime contradicit, & unionem ac pacẽ ecclesiæ Dei impedit manifeste. Quamobrem prædictis omnibus, & aliis pluribus plene attentis, quæ aperte demonstrant quod tam salutifero, & evidenti progressui pacis sanctæ matris ecclesiæ, & in ejus inveterati schismatis ęmulatione obedire dicto domino Benedicto, aut ejus parere mandatis notorium impedimentum adjiciat, de multorum prælatorum, comitum, baronum, militum, doctorum, & proborum, ac nunciorum hic præsentium diversorum B regnorum, & civitatum nostrarum consilio providemus, & ordinamus per nos, & nostros successores, necnon per qnoscunque ecclesiarum prælatos, duces, barones, comites, principes, ac quaslibet alias personas tam ecclesiasticas, quam sæculares cujuscunque dignitatis, gradus, præeminentiæ, aut conditionis existant, nobis quomodocumque subditos, aut intra regna, seu ditionem nostram degentes præfato domino Benedicto obediendum non esse aliquatenus, nec parendum: Ac præcipimus districtius, & mandamus eisdem quatenus dicto D. Benedicto minime tanquam papæ obedire, adhærere, seu in aliquo parere præsumant, oec ejus bullas, aut quascunque litteras suas vel suorum officiatiorum ordi- C nariorum, & delegatorum, collectorum, subcollectorum intra ditionem nostram præsentare, ac collectoribus & subcollectoribus prædictis, seu privilegiis quibusvis aliis personis de fructibus, sive redditibus ad cameram apostolicam quomodolibet spectanribus respondere, præterquam illos, ad quos nos ad hoc duxerimus deputandos; Cum nostræ intentionis existat illos, iis dumtaxat exceptis, quos in prosecutione unionis ecclesiæ expendere oportebit, futuro unico, & ab universali ecclesia recepto summo pontifice, per fideles personas integraliter reservare. Injungentes nihilominus, ac etiam ordinantes, quod omnes & singuli, qui beneficia ecclesiastica in regnis, & terris, dirioni, ac dominio nostro D subjectis, obtinent, cujuscunque conditionis, aut status existant, etiamsi cardinalatus, aut pontificali digoitate præfulgeant, io suis ecclesiis, aut beneficiis resideant, nullusque eorum præfatum dominum Benedictum, aut ejus curiam sequi, seu io ea quovis modo morari pręsumat, alioquin per illos, quos ad colligendum fructus camerę apostolicæ duxerimus, ut prædicitur deputandos omnes, & singulos redditus beneficiorum, quę obtineret, præcipimus arrestari, donec super hoc aliud ordinetur. Etiam districtius inhibentes universis, & singulis subditis nostris, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, & si pontificali præfulgeant dignitate, vel quovis alio timlo, seu nomine censeanrur, ne contra tenotem præsenrium ali- E quid attentare, seu in aliquo contravenire præsumant, si pœnas graves cupiunt oon subire. Mandamusque demum omnibus & singulis gubernatoribus vicariis, justitiariis, calmedinis, bajulis, juratis, & aliis officialibus nostris ubilibet constitutis, quatenus servato tenore hujusmodi, prout ad eorum quemlibet pertinebit, quoscunque depreheoderint, aut noverint aliquatenus contraire, sub competenti custodia teneri faciant, nosque super hoc consultare non differant, facturi deinde prout a nobis receperint in mandatis. In cujus rei testimonium præsentem fieri jussimus nostro sigillo pendenti muoitam. Datum Perpiniani, & propter indispositionem personæ nostræ signatam manu nostri primogeniti. Die sexta

Ianuarii

Ianuarii anno a nativitate domini MCCCCXVI. Regnique nostri v.

A. Primogenitus.

D. rex mandavit mihi Paulo Nicolas.

Copia litteræ clausæ ex parte dicti domini regis directa domino imperatori.

Serenissimo principi Sigismundo Dei gratia Romanorum regi semper Augusto, ac Hungariæ, Dalmatiæ regi fratri nostro charissimo, Ferdinandus eadem gratia rex Aragonum, Siciliæ, salutem debitam cum honore. Serenissime princeps frater noster præcharissime solicita cura præcipua circa consummationem tractatus unionis sanctæ matris ecclesiæ, & nec ignari serenitatem vestram, pro qua recipere affectionis studio fervente nisum dat, summopere gratulantem vobis præsentibus intimamus, quod hodie datæ hujusmodi Dei nomine invocato, ad finem quod Dei ecclesiam unico nuptia sponso Christianus populus, qui totis pene temporum naufragavit circulis, in pace quiescat, subtraximus, & subtrahi jussimus ubique ditioni nostræ obedientiæ D. Benedictum dictamque subtractionem hic signanter, & per alias etiam partes nostræ ditionis juxta ipsius formam, quam serenitati vestræ mittimus cum præsenti, solemniter fecimus publicari, credentes indubie id idem uno eodem die factum fuisse per illustrissimos reges Castellæ nepotem, & Navarræ avunculum nobis charissimos, ac etiam comites Arminiaci, & Fuxi in eorum regnis, & civitatibus, prout extiterat concordatum. Super aliis vero, quæ remanent exequenda tam vigili, quam studio procedere curabimus, quantum in nobis erit, quod ex eis speramus suffragante ope divina fructum votivum, & felicem exitum proditurum. Et si qui de nostris regnis, serenissime princeps frater nobis charissime, grata vobis occurrunt, fiducialiter intimetis. Datum Perpiniani sub nostro sigillo secreto, & propter indispositionem personæ nostræ signatam manu nostri primogeniti sexta die Ianuarii, a nativitate MCCCCXVI.

A. Primogenitus.

Congregatio, in qua domini cardinales, archiepiscopi, juraverunt capitula.

Anno, indictione, quibus supra, die Martis quarta mensis Februarii Constantiæ provinciæ Maguntinensis, in ecclesia cathedrali, in qua sessiones publicæ teneri, & servari solent, fuerunt congregatæ omnes nationes, & ibi omissis solemnitatibus quæ requirebantur ad sessionem publicam, & absque divino officio, reverendissimus in Christo pater & dominus archiepiscopus Turonensis unus ex ambassiatoribus videlicet qui fuerunt pro parte dicti concilii ad partes Aragoniæ missi, ascendit ambonem, ubi sententiæ, litteræ, decreta, statuta, & ordinationes concilii legi solent, & proposuit ibidem, quod juxta contenta in capitulis in Perpiniano initis, & ut supra concordatis inter obedientias videlicet olim Ioannis XXIII. & Gregorii XII. ex una, & Petri de Luna parte ex altera, omnes & singuli domini cardinales, prælati, ambassiatores, procuratores, nuncii quomodocunque in præsenti Constantiensi concilio existentes debeant, & teneantur mediis eorum juramentis præstandis ipsa capitula approbare. Et ut ad celerem conclusionem deveniatur, supplicavit dominis ibidem existentibus, sacrumque concilium repræsentantibus quatenus statim similia juramenta præstarent. Quibus propositis, statim domini de concilio ibidem tunc existentes, nemine discrepante, responderunt, Placet. Et statim ad verbum dicti D. Archiepiscopi approbaverunt dicta capitula, & juraverunt ea fideliter

A observare, videlicet domini cardinales, & prælati, ad pectoralia sua, cæterique domini, & ambassiatores, ac procuratores in animam propriam ad manus dominorum infrascriptorum de observando dicta capitula, prout alias incontinenti lecta fuerunt, & quilibet eorum corporale præstitit juramentum, & statim pro celeriori expeditione præmissorum, de mandato & voluntate dicti concilii reverendissimus in Christo pater & dominus, D. Ioannes de Trembleyo sedis apostolicæ, & hujus sacri concilii Constantiensis protonotarius ex uno latere dictæ sessionis, sive congregationis, & Gualterus Grassi prior ecclesiæ Rhodi ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani ex altera cum nonnullis aliis hujus sacri concilii notariis, & scribis eisdem adjunctis ad scrutandum juramenta B omnium in congregatione præsenti, & alias in hoc concilio sanctissimo congregatorum deputati, fuerunt, & omnium infra inferiorum, tam principalium, quam procuratorum, & advocatorum & ambassiatorum in hoc concilio existentium juramenta per eosdem, aut tactis scripturis sanctis, aut more prælatorum, pectoralibus, ad sancta Dei euangelia præstita receperunt, super tenendis, observandis inviolabiliter, & ad implendum pro posse capitulis supra, ut præmittitur, inter serenissimum Romanorum, & Hungariæ reges factis, concordatis, & conclusis. Quorum quidem principalium, & ambassiatorum, ac procuratorum prædictorum aliqui se suasque conscientias, & juramenta magis alleviando, & clarifi- C cando suorum juramentorum cedulas, & quilibet cedulam obtulerunt atque prout inferius sunt annexæ super quibus omnibus & singulis præmissis petitum fuit per procuratorem hujus sacri concilii, & eorum quemlibet sibi fieri ad futuram rei memoriam unum, vel plura, publicum seu publica, ac tot, quot fuerint necessaria publica instrumenta. Præsentibus omnibus, & singulis infra nominatim expressis, aliisque Christi fidelibus in numero copioso.

**** Ad eamdem sessionem XX. pertinent.*

Ego Hugo de Tessero canonicus in ecclesia Caturcensi procurator reverendissimi patris domini episcopi Caturcensis nomine ejusdem, & meo laudo, ra- D tifico, approbo omnia, & singula capitula, & acta, & concordata per serenissimum dominum nostrum Romanorum regem, & reverendissimos sacri concilii legatos cum rege Aragonum, & alios legatos, & prælatos obedientiæ D. Petri de Luna, & eis nominibus quibus supra promitto & juro habere & rata & grata.

Alexander abbas monasterii Beatæ Mariæ de Bellofonte veteris ordinis sancti Benedicti Malleacensis diœcesis licentiatus in decretis ambassiator ecclesiæ regni Franciæ pro provincia Burdegalensi cum aliis pro dicta provincia ad concilium venerunt missus & procurator episcopi Lucionensis, promitto & juro.

Ego Ioannes Dolier licentiatus in legibus archi- E diaconus de Sabolio canonicus præbendatus in ecclesia Cenomanensi provinciæ Turonensis, ac procurator in præsenti concilio dominorum decani & capituli dictæ ecclesiæ Cenomanensis tam nomine proprio quam nomine dictorum dominorum decani & capituli, laudo & approbo, & ratifico omnes, & singulos tractatus, & concordias factas inter serenissimum principem D. regem Romanorum, & legatos, & ambassiatores præsentis concilii ex una parte, & dominum regem Aragonum, & legatos, ambassiatores obedientiæ Petri de Luna, & promitto & juro bona fide prædicta observare, & non contravenire.

Ego frater Petrus de Salionte Monachus, & cellerarius monasterii Aureliaci sancti Flori licentiatus in theologia, ac in decretis, necnon vicarius reveren-

EEEee disimi

dissimi in Christo patris, & domini D. Gratianopolitani episcopi, nomine proprio, & monasterii prædicti, & nomine reverendissimorum patrum, & dominorum Gratianopolitani, Vapinceosis episcoporum, ac dicti abbatis, C6chenlis, Rutenensis diœcesis, quorum sum procurator in hac sancta synodo cum sufficienti potestate, de qua cônstat penes magistrum Michaelem Bolosonensem, juro, approbo, laudo, & ratifico capitula, & acta nominibus, quibus supra, prout domini cardinales, & alii domini fecerunt.

Frater Ioannes de Gotello ordinis Minorum, ac sacræ theologiæ Parisius professor, conventusque Parisiensis ordinis antedicti magister regens, necnon R.P. fratris Ioannis Quingonelli sacræ theologiæ eximii doctoris prædicti ordinis Minorum in provincia Franciæ Provincialis ministri sacro generali Constantiensi concilio generalis procurator cum plenitudine potestatis constitutus, juro nomine procuratorio antedicti R. patris ministri provincialis habere grata, & recepta omnia capitula lecta in publica sessione die Martis quarta Februarii sacri generalis concilii Constantiensis.

Nos Herveus abbas utriusque juris, & Ioannes Heurodiæ in eisdem juribus licentiatus ambasiatores universitatis Andegavensis ad sacrum Constantiense concilium destinati, omnia & singula capitula inter serenissimum regem Romanorum, & ambasiatores dicti concilii, & serenissimos reges Aragonum, Castellæ & Navarræ, cæterosque de obedientia Petri de Luna Benedicti XIII. in sua obedientia nuncupati in villa Narbonensi, & Perpiniani super facto unionis ecclesiæ appunctuata, & concordata, nomine quo supra laudamus, approbamus, & ratificamus mediis nostris juramentis, promittentes nullo unquam tempore contra præmissa capitula, vel eorum aliquod venire quovis modo.

Ego Hugo Fabri magister in artibus, & medicina procurator reverendissimi in Christo patris domini episcopi Cameracensis approbo, ratifico, atque juro omnia & singula capitula inter serenissimum regem Romanorum, & reverendissimos dominos sacri Constantiensis concilii parte ex una, nec non ambasiatores dominorum regum, & principum obedientiæ Petri de Luna parte ex altera Narbonensi conclusa, & determinata, & hoc nomine procuratorio, in cujus testimonium præsentem cedulam manu propria scriptam signavi signeto meo solito manuali.

Die Mercurii quinta mensis Februarii prædicti reverendi patres domini H. Duverg, & Iacobus Fodini de Ianua sedis apostolicæ protonotarii, nec non D. prior Rhodi juxta mandatum eis heri in publica congregatione factum super recipiendis juramentis a dominis S. R. E. cardinalibus tunc absentibus super approbatione capitulorum tunc lectorum, accesserunt ad reverendissimum patrem dominum Petrum cardinalem Cameracensem in domo suæ habitationis existentem, qui D. cardinalis ad requisitionem dictorum ipsorum dominorum pronotariorum & prioris juravit ad sancta Dei euangelia tactis pectoralibus suis, juxta tamen moderationem certæ scripturæ, quam ibidem tradidit, cujus tenor est talis.

Cum per serenissimum dominum regem Romanorum, & dominos legatos concilii Constantiensis ex una parte, & dominos ambasiatores dominorum illustrissimorum regum, ac potentum aliorum dominorum principum obedientiæ domini Benedicti ab altera, certa capitula pro unione in sancta Dei ecclesia consequenda concordata extiterint, expressa atque jurata, & quod per dictum concilium debeant approbari, ratificari, & jurari, & si in aliquo præfatorum capitulorum, vel in eis contentorum esset defectus ex parte nostra, quod pars altera per tractatum hujusmodi nullatenus obligetur, prout hæc in instrumento publico super hoc confecto plenius continetur. Ideo in favorem dictæ unionis ecclesiæ, & ne tam desiderabile bonum quomodolibet impediri valeat, vel differri, dicta capitula in propria forma, quæ in dicto instrumento continentur, quantum ad me pertinet, approbo, ratifico, atque juro. Quia tamen in quibusdam capitulis videlicet in tertio, sexto, & octavo prædictis tangitur, quod per futurum generale concilium, & hoc Constantiensi concilio ex altera obedientia unienda fiat electio futuri summi pontificis, cujus intellectus videtur aliquatenus dubius. Ideo ne dictum juramentum meum fiat de mihi dubio, vel juncto declarato, quantum ad hoc nec intelligere debuerunt, quod dictum concilium eligat futurum summum pontificem juxta modum & formam eligendi declararet, ita tamen quod non totaliter excludit illos, ad quos de jure pertinet electio.

In testimonium me subscripsi P. cardinalis Cameracensis.

Subsequenter reverendissimi P. domini, protonotarius & prior ad reverendissimum P. D. Amedeum cardinalem Saluciarum hora tertia post meridiem accesserunt, & similiter juramentum ab eo requisiverunt per eum præstandum; Qui D. cardinalis tactis pectoralibus ad sancta Dei euangelia jurando confirmavit, approbavit, & observare promisit dicta capitula prout præmittitur inita & publicata, salva tamen protestatione infradicta videlicet, quod per approbationem hujusmodi capitulorum non intendit quovis modo præjudicare juri & actioni particularis super recuperatione beneficiorum suorum, quæ habuit, & credit habere in partibus in regnis Hispaniarum, qua protestatione salva, juravit ut prius, & alii qui supra juraverunt.

Deinde accesserunt ad domum D. cardinalis Tricaricensis, ubi bina vice fuit responsum per familiares, eundem dominum cardinalem fore infirmum, & sic tunc, nec hucusque juravit.

Subsequenter iidem domini protonotarii accesserunt reverendissimum patrem D. Ioannem cardinalem Ragusinum, qui post similem requisitionem approbavit & ratificavit meliori modo, quo potuit, & juravit observare, & non contravenire simpliciter, ut alii juraverunt. *Elsius secularis.*

Die Iovis decimatertia mensis Februarii prædicti reverendissimi patres domini Nicolaus archiepiscopus Gneznensis, Iacobus episcopus Placentinus & Andreas Clericus Poznaniensis, ac ceteri ambassiatores serenissimorum principum Vladislai Poloniæ regis, & VVitoldi magni ducis Lituaniæ proposuerunt eorum querelam contra magistrum generalem, & totum ordinem sanctæ Mariæ Teutonicorum pro eis D. Augustini de Pisis advocati consistorialis, ac domini Petri de Cracovia in loco sessionis, præsentibus majori parte dominorum cardinalium, & suppositorum nationum concilii Constantiensis, tamen obtenta per prius licentia in omnibus vacationibus. Quibus propositis nihil fuit per synodum responsum, nec querela, licet prædicta foret, notariis concilii tradita.

Eadem die Iovis XXIII. mensis Februarii prædicti præsidentes omnium nationum existentes in loco nationis Germanicæ ad supplicationem, & scripturam serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis sæpe concilio Constantiensi super hoc factas & directas miserunt ad reverendissimum patrem D. Ioannem vicecancellarium Romanæ curiæ certam litteram missivam signatam & munitam eorum signetis,

signetis, cujus tenor inferius est insertus, petendo ipsum D. vicecancellarium, ut mandaret dominis auditoribus sacri palatii apostolici causarum, ut in causis primariarum precum supersedere deberent usq; ad adventum D. regis Romanorum. Quibus precibus D.vicecancellarius annuens, statim misit ad auditores prædictos, mandans ut de cætero suspenderent processus in causis ipsis, & nullatenus ulterius procederent, nisi post adventum supradicti Romanorum regis.

Sequitur tenor litteræ, & est talis.

R. P. constat paternitatibus vestris illustrissimum principem, & dominum D. Sigismundum Romanorum regem nationibus singulis patentibus suis litteris supplicasse, quod ipsi ordinare dignarentur apud auditores causarum, quatenus in causis primariarum precum suarum usque ad adventum ejus supersedere procurarent. Cum igitur in singulis nationibus petitio præfati D. regis conclusa existit, supplicatur vobis per nationes universas, quod dictis auditoribus præcipere dignemini, ne ipsi in causis hujusmodi procedant usque ad adventum regis præfati.

Præsidentes quatuor nationum super singulis.

Congregatio.

Die Iovis xx. supradicti mensis Februarii Constantiæ in majori ecclesia, & loco solito tenta fuit congregatio generalis dominorum de concilio mane hora tertiarum, hora deputata pro sessionibus publicis per sacrum generale concilium tenendis. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus Ioanne episcopo Ostiensi vicecancellario Vivariensi, Antonio Bononiensi, Gabriele Senensi, Petro Veronensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi, Amedeo Saluciarum presbyteris, Ludovico de Flisco, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus sine solemnitatibus sessionis, videlicet officiorum missæ, litaniarum, & aliarum orationum ad sessiones synodales pertinentes; sed * alias unus & agendorum dicta synodus habere voluit, ac si sessio super iis publice cum solemnitatibus prædictis fuisset observata. In qua quidem congregatione honorabilis vir magister Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores ipsius concilii Constantiensis in publica ad hoc deputata sessione, quod omnes & singuli officiales domini olim Gregorii XII. ad singula officia, quæ in sua curia exercuissent, tanquam officiales deberent admitti in obedientia Ioannis Papæ XXIII. & quæ hodie per officiales ipsius domini Ioannis exercentur, tamen cum conditione, cum honoribus, dignitatibus, emolumentis, ac omnibus, prout eadem officia exercuissent in curia ipsius olim Gregorii. Nihilominus tamen dicti officiales sæpius conquesti fuissent coram nationibus, quod hujusmodi concordia, sive statuta, & diffinita per officiales olim Ioannis minime observarentur, ipsosque officiales dicti Gregorii olim admittere recusaverunt in detractionem, & honorem atque dedecus concilii Constantiensis, petens igitur per ipsum concilium sive synodum Constantiensem ordinare, statuere atque decernere, quod ipsi officiales ad officia hujusmodi, dignitates, honores, atque emolumenta admitterentur sine ulteriori dilatione.

* ita in MS. mendose.

Item proposuit, quod per nonnullos detractores concilii Constantiensis prædicti reperiretur, & præsertim in regnis Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ, qui alias ad diversas mundi partes, & ad civitatem præsentem Constantiæ suis litteris sigillatis scripsissent, quod Ioannes Hus damnatus nuper per synodum Constantiensem tanquam hæreticus, & notorius scandalizator fidei orthodoxæ fuisset injuste, & contra omnem veritatem crematus, qui apud illos scribentes fuisset vir sanctus & bonæ fidei, ac innocens, sed propter invidiam cleri pinguis, & incrassati fuisset datus, & traditus morti innocue. Petens igitur magister H. de Piro nomine quo supra per ipsam synodum Constantiensem sibi provideri de remedio opportuno; citationemque ad partes personalem contra omnes & singulos qui hujusmodi quid contra concilium scripsissent, & id in hoc diffamassent, & quorum sigilla reperirentur in ipsis litteris per eos ad Constantiam missis, & ibidem publice per suos affixis forent impressa, seu affixa, & alios diffamatores, & faventes hæresim, & per edictum publicum, si opus fuerit, in partibus in locis circumvicinis affigendum decerni, & concedi debita cum instantia postulavit.

Item memoratus magister Henricus nomine quo supra proposuit, qualiter R. pater dominus Guillelmus electus Argentinensis, familiaresque sui, necnon venerabilis vir D. Caotor essent male tractati, captivati, spoliati, & ultra modum injuriati, hodieque teneantur captivati, & in vinculis, sive compedibus ligari contra libertatem ecclesiasticam, & hoc per capitulum, sive communitatem Argentinensem. Quare petiit super præmissis sibi provideri de remedio opportuno, monitoriumque contra detentores eosdem; & eorum bona, atque in juvatores in forma solita decerni, & concedi per dictam sacrosanctam synodum Constantiensem debita cum instantia postulavit, & alias omni meliori modo per dictum concilium, sive synodum deliberandum.

Quibus per dictos promotores & procuratores debito modo, quo licuit, propositis, de mandato ipsius synodi Constantiensis ascenderunt ambonem pro publicandis, statuendis, ordinandis, sive distribuendis deputati reverendissimi patres domini Vitalis Tholoniensis pro Gallicana, Antonius Concordiensis pro Italica, Nicolaus Merseburgensis pro Germanica, & Patritius Cattagenensis pro Anglicana episcopi pro nationibus, ad omnia responderunt, Placet, videlicet quoad admissionem officialium. Et idem primo Antonius episcopus Concordiensis nationis Italicæ nominavit pro commissariis ad examinandum titulos ipsorum officialium petentium se admitti, DD. Martinum episcopum Aprutinum, Iacobum electum Penneusem, Vitalis episcopus Tolonensis nomine nationis Gallicanæ nominavit Ioannem patriarcham Antiochenum, & Stephanum episcopum Dulensem: Nicolaus episcopus Merseburgensis nomine nationis Germanicæ nominavit Vlricum episcopum Verdensem, & Ioannem Abundi V. I. D. Patritius episcopus Corbacensis nominavit pro natione Anglicana se ipsummet & dominum Thomam Postensem protonotarium, cardinalis vero Vivariensis nomine collegii cardinalium dominos Gabrielem Senensem, & Amedeum Saluciarum cardinales nominavit.

Deinde similiter responderunt, quoad decretum citationis contra adhærentes opinionibus, & sectis damnatæ memoriæ Ioannis Wicleff, & Ioannis Hus in regno Bohemiæ, & marchionatu Moraviæ.

Similiter ad monitorium contra Argentinenses in forma. Quibus sic factis, venerabiles & circumspecti viri DD. Petrus de Cracovia decretorum doctor, & Ioannes Vlis præpositus Quinque ecclesiensis ascenderunt ambonem eundem, & ipse D. P. de Cracovia alias de Lumburga legebat de mandato synodi

syoodi, sive prædictæ congregationis cedulam ipsorum officialium; Ioannes vero Vsk legebat citationem decretam contra prędictos tenentes opinionem Ioannis Vvicleff, & Ioannis Huss. Monitorium vero contra Argentinenses non fuit lectum. Quarum cedulæ admissionis officialiuo, & citationis prædictæ de quibus supra fit mentio, sequuotur tales.

Sacrosancta, & generalis synodus Constantiensis, quæ dudum statuit & ordinavit, quod officiales, & curieles venerabilis fratris Angeli episcopi Portuensis tunc Gregorii In sua obedientia nuncupati officiis, & gradibus ipsorum canonice adeptis gauderent, & ea rationabiliter administrarent, prout alii officiales obedientiæ olim Ioannis papæ XXIII. indifferenter, salvo quod ubi in aliquo officio unicus, vel certus numerus, secundum consuetudioem Romanæ curiæ, deberet haberi circa hoc personaliter deputandus ab eo dicta sacrosancta synodus reservavit providens ad tollendum divisiones & discordias inter officiales, & curiales super admissione officialium & curialium hujusmodi obedientiæ dicti Angeli tunc Gregorii XII. nuncupati ad sua officia & administrationes eorum exortas standum, quiescendum & ad paciscendum decernit & ordinat, quod præfati officiales de hujusmodi obedientia dicti Angeli tunc Gregorii XII. nuncupati; illi videlicet qui in * pitaffiis dictorum officialium per dominum Angelum ad nos missis descripti existunt, ex nunc ad hujusmodi sua officia, nulla super canonica adeptione eorumdem officiorum discussione præhabita, ad ipsorum officiorum exercitium, & emolumentum una cum aliis officialibus admittantur iuxta formam & tenorem statuti, & ordinationis prædictorum. Quod si aliqui ex eis forsan hojusmodi officia canonice non sont adepti, per hujusmodi decretum, & admissionem nullum penitus ad bujusmodi officia, quæ detinent, jus, aut titulum acquirant, aut habeant quovis modo, nec ipsos intendit sancta synodus per admissionem habilitare. Et insuper dicta synodus volens, ut statutum, & ordinatio prædicta deduceurur ad effectum, & nullus in officiis ipsis, qui canonice non suut adepti, remaneat, deputat duos cardinales, & duos de qualibet natione per cardinales, & nationes electos qui de titulis canonice adeptis per eosdem officiales utriusque obedientiæ cognoscant, & terminent, & eos qui hujusmodi officia canonice adepti non existunt, repellant ab eisdem, aliis duntaxat in suis officiis remanentibus, super quibus dicta synodus præfatis deputatis concedit & tribuit potestatem.

* Pitaciis

Citatio contra adhærentes opinionibus Vvicleff, & Ioannis Huss, apparet infra in reproductione.

Tenor vero dicti monitorii, unde supra fit mentio, sequitur, & est talis.

Sacrosancta, & generalis synodus Constantiensis universis Christi fidelibus salutem, & omnipotentis Dei benedictionem. Dudum cum ad audientiam nostram, fama publica referente, pervenisset, quod Vvolgelmannus de Vomsgurgeo Decanus, & Fredericus de * Zoerle canonicus, nec non Michael Melbrughe, Reilmus Barpfe magister, & Vlricus Ther, alias * Baser magister civitatis Argentinensis de capituli, & canonicorum ecclesiæ, & etiam consulum, & proconsulum civitatis & commuoitatis prædictæ mandato, auxilio, favore, & assensu, seu hoc ratum & gratum habentium cum nonnullis in ea parte complicibus, dilectum ecclesiæ filium Guillelmum electum Argentinensem, patrem, & pastorem animarum suarum, cui obedientias debitas, & devotas facere promiserant, & præstiterant, ac exhibere, & præstare debebant ac etiam tenebantur, in oppido Mallis Heuy Argentinensis diœcesis de mensa episcopali Argentinensi existente, ad quod una cum præfato Decano, & canonico pro ipsius ecclesiæ utiliter pertractandis, & promovendis negotiis accesserant, suadente diabolo, Dei timore, ac reverentia, & obedientia postpositis une cum dilecto ecclesiæ filio Frederico Debitz cantore ejusdem ecclesiæ, ipsorumque electi & cantoris familia vi armata, ausu sacrilego, manus injicientes violentas ignominiose ad civitatem perduxerant, ac ex post detinuerant, prout detinebant carceratos; nec non eosdem electum, & cantorem, ac familiam bonis & rebus spoliaverant, sacrilegium, & excommunicationem aliasque censuras ecclesiasticas, & pœnas in jure, nec non in statutis provinciæ Moguntinensis, cujus dicta ecclesia existit, circa hoc editis prolatas damnabiliter incurrendo. Nos de tantis, tamque gravibus excessibus propter nos, qui ad universalis ecclesiæ reformationem sumus hic congregati, ad quos super quibuscumque quæstionibus contra electum cantorem, & familiam prædictos haberi poterat recursus, taliter commissis, si veritate nitebantur, non immerito dolentes. Volentes super iis inquirere veritatem, venerabiles fratres Ioannem patriarcham Constantinopolitanum, & Nicolaum episcopum Mersæburgensem ad civitatem prædictam cum plena potestate super præmissis simpliciter, & de plano inquirendi, & se informandi, & si ita esse repertrent, electum, & cantorem, & familiam prędictos eum rebus, & bonis hujusmodi bibere in nostris manibus restituere faciendi, requisitionemque, & monitionem, cætera circa hoc utilia, & necessaria faciendi duximus destinandos, parati de ipsis electo, & cantore, ac familia querelantibus reddere bonum & breve justitiæ complementum. Verum sicut postmodum ex patriarchæ, & episcopi nunciorum nostrorum prædictorum, qui ad eandem propter pręmissa accesserunt personaliter civitatem, relatione intelleximus, quod quamquam prædictas captionem, detentionemque notorias reperissent, & de aliis præmissis esset publica vox, & fama, ac decanum, & canonicos dictæ ecclesię Argentinensis, capitulum & cives magistros, consules, proconsules, & communitatem prædictos nostra pro parte requisivisseut, & monuissent, ut electum, cantorem, & familiam præfatos cum hujusmodi bonis & rebus in nostris manibus restituerent, ut debebant, ac etiam tenebantur, offerentes nos ipsis de dictis electo, cantore, & familia, si de eis conquererentur coram nobis, facere justitiæ complementum, ut præfertur; tamen ipsi decanus, & capitulum, ut præmittitur, ac cives & magistri, nec non consules, proconsules & communitas pędicti hujusmodi requisitione, & monitione obauditis, prædictos electum, cantorem, & familiam carceribus per eos detentos cum rebus & bonis hujusmodi in nostris manibus libere restituere denegaverant, vel saltem distulerant, & differebant. Nos autem attendentes, quod subditi in eorum prælatos, & laici in clericos nullam penitus habent jurisdictionem, ac potestatem, & quod præmissa in libertatis ecclesiasticæ, & pastoralis dignitatis vilipendium non modicum, & scandalum plurimorum redundare dignoscitur, nolentes hujusmodi manifestam offensam, sicut nec debemus, sub dissimulatione transire. Et licet contra prædictos decanum & capitulum, cives, magistros, consules, proconsules, & communitatem prædictos, & alios, qui culpabiles fuerint in præmissis, possemus juris severitatem exercere; tamen ad eos magis convincendos, mitius agere volentes, considerantesque sicut per summariam informationem super iis per nos habitam reperimus adipsos

* Zalse
* Bader

ad ipsos decanum, capitulum, cives, magistros, consules, proconsules, communitatem, & civitatem pro executione præsentium facienda tutus non patet accessus; Ne propterea tanti, tamque graves, & manifesti excessus nostris conniventibus oculis remaneant impuniti: Idcirco Deum præ oculis habentes ex officio nostro, ad quod utique spectat ecclesiasticarum personarum injurias propulsare, ac libertatem ecclesiasticam pro viribus defensare, per hoc præsens publicum edictum in audientia publica contradictarum legendum & publicandum & valvis majoribus Constantiensibus, ac in Hagenovve, & in Sletzstat oppidorum dictæ diœcesis ecclesiarum parochialium affigendum dictos decanum, & capitulum, & alios ecclesiasticos, si qui, & quis se fatebitur esse culpabilem, & fuerint culpabiles in præmissis; nec non consules, proconsules, atque cives prædictos, ac quoscuncumque alios in præmissis culpabiles, videlicet in eorum singulos sub excommunicationis, & etiam interdicti eisdem ecclesia, & civitate, ac terris, locis, & dominiis, eisdem decano & capitulo, civibus, & communitati communiter, vel divisim subjectis pœnas quas ferimus in his scriptis, si monitioni hujusmodi non paruerint cum effectu, primo, secundo, & tertio, & peremptorie requirimus, & monemus, quatenus infra duodecim dies post lectionem, publicationem, & affixionem præsentium, ut supra faciendas immediate sequentes, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies pro tertio & peremptorio termino, & canonica monitione ejsdem decano, capitulo, consulibus, & proconsulibus, civibus, communitati, & complicibus pręfigimus & assignamus, præfatos electum & cantorem, cum hujusmodi eorum familia absq; quolibet contradictionis obstaculo plenarie in nostris manibus, seu commissariorum a nobis super hoc deputatorum libere restituant, ipsisque oblata ipsa reddant, & reddi ac restitui faciant, aut satisfieri procurent competenter. Quod si forsan hujusmodi monitioni, & requisitioni nostris in dicto termino parere contempserint, ex nunc prout ex tunc eosdem decanum, & capitulum, consules, proconsules, cives, communitatem, & complices; necnon omnes, & singulos dicti sceleris patratores, & fautores per edictum simile peremptorie citamus, ut die duodecima præfatos duodecim dies immediate sequente pręfatos Volgemannum decanum, Fredericum de * Zalke, nec non *Reylinum Barphe maig, Vicolticum* Chcs, alias Bader, & Michaelem * Merbruet personaliter in eorum propriis personis; alii vero omnes legitime compareant Constantiæ coram nobis in loco publicæ sessionis, si eam tunc fieri contigerit, alioquin in sessione publica ex tunc immediate sequente ad videndum, & audiendum se declarari in censuras, & pœnas tam juris prædictas, quam nostras incidisse; vel ad dicendum, & allegandum causam rationabilem, si quam habeant, quare parere, & declarari, ut præfertus, non debeant. Certificantes nihilominus omnes, & singulos supradictos, & eorum quemlibet, quod sive hujusmodi nostris monitioni, & requisitioni parere, & obedire, ac inscriptis terminis comparere curaverint, sive non, nos nihilominus ad omnia, & singula præmissa, & alia juris remedia in præmissis opportuna quomodolibet procedemus, justitia mediante; Ipsorum monitorum, & citatorum ac quolibet ipsorum absentia, seu contumacia eorum in aliquo non obstantibus. Loca vero audientiæ contradictarum nec non valvarum prædictarum tamquam publica, & idonea ad hujusmodi nostras monitionis, & requisitionis literas exequendas duximus eligenda, in quibus easdem modo, & forma præmissis decrevimus publicandas quæ illas quasi sonoro pręconio, & patulo judicio ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, publicabunt: volentes nihilominus, & in hac sacra synodali auctoritate decernentes, quod hujusmodi nostræ literæ modo, & forma præmissis executæ dictos sic monitos, & requisitos, & quemlibet ipsorum arctent taliter, & astringant, ac perinde valeant, & plenam obtineant roboris firmitatem, ac si eisdem, & cuilibet eorum in propria persona lectæ, & intimatæ fuerint; ac principaliter publicatæ. Cum non sit verisimile ipsis remanere incognitum, quod in locis tam publicum extitit omnibus publicatum. Nos autem pro ipsius ecclesiæ Argentinensis indemnitate ex certis causis omnem alienationē, hypothecationem, & quamvis obligationem, & translationem jurium, possessionum, & quorumcumque bonorum ecclesiasticorum immobilium & pretiosorum mobilium dictæ ecclesiæ, & mensæ episcopalis Argentinensis contra juris prohibitionem fiendam eidem electo penitus interdicimus, ipsasque, & earum quamlibet, si forsan per eum fieri contingeret, nullas, prout erunt ex nunc, prout ex tunc decernimus, & etiam declaramus. Datum Constantiæ decimo mensis Martii. Anno a nativitate domini 1416. apostolica sede vacante.

*** *Post sess. XXVII. sup. p. 209. A.*

Congregatio generalis.

Die Lunę vigesima quarta mensis Februarii prædicti Constantiæ in ecclesia majori, in qua sessiones publicæ concilii Constantiensis servari solent, mane hora tertiarum, vel quasi, sancta synodus, sive concilium ibidem in congregatione generali pro infrascriptis fiendis solenniter congregata, & juxta licentiam obtentam alias in omnibus nationibus quatuor, venerabilis, & circumspectus vir Ardecinus de Novaria sacri consistorii apostolici advocatus cum voluntate, & licentia synodi Constantiensis ibidem in modum generalis congregationis convocatæ una cum magistro Henrico de Piro de Colonia licentiato in decretis, & Gaspare Stinplug, idem dominus Ardecinus pro excusatione dominorum magistri generalis ordinis sanctæ Mariæ Theutonicorum, totiusque ordinis de impositis ipsis per serenissimum regem dominum Vladislaum Poloniæ regem, & magnum ducem Vvitoldum ducem Lituaniæ, ac propositis ad instantiam eorumdem regis & ducis in proxima alia congregatione, videlicet decima tertia mensis Ianuarii præsentis proxime præteriti respondendo, fecitque idem dominus Ardecinus unam brevem collationem introductivam, qua completa, magister Henricus de Piro legebat nonnulla capitula continentia formam, & tractatus habitos inter dominos de ordine ex una, & regem atque ducem prædictos ex alia parte a longis temporibus citra; ipsoque magistro Henrico legente fatigato dominus Gaspar Stuenplug continuavit dictam lecturam, licet propter ipsius conscripturæ capitulorum in ea contentorum prolixitatem, atque multitudinem non finivit, neque regratiando notario tradidit. Quibus factis, licet per congregationem nihil fuerit determinatum seu conclusum, de mandato ejusdem congregationis idem magister Henricus legebat unam aliam schedulam, in qua deputabantur commissarii per sacrosanctam synodum Constantiensem, ac ipsam congregationem generalem synodum ipsam repræsentantem reverendum patrem dominum Ioannem patriarcham Constantinopolitanum & Nicolaum Druckel-Picbel sacræ theologiæ professorem ad examinandum, & recipiendum testes, producen-

* M. bru-gie

dum

dum in materia fidei contra magistrum Hieronymum A de Praga, & referendum. Qua commissione facta, idem magister Henricus de Piro de mandato simili legebat unam aliam scedulam, in qua mandabatur omnibus, & singulis officialibus olim obedientiæ Ioannis XXIII. quatenus infra certum terminum omnes, & singulos officiales domini Gregorii admittere debeant, sub pœna in ipsa scedula contenta, ac alias legit, atque dixit, ut in ipsis duabus scedulis, quarum tenores inferius sunt inserti, plenius continetur, & habetur. Quibus quidem scedulis lectis, ad requisitionem domini Henrici de Piro, necnon magistri Ioannis de Scribanis promotorum & procuratorum tota congregatio respondebat ad duas scedulas ultimas, paucis exceptis, per verbum, Placet. B Tamen reverendus pater dominus Patricius episcopus Catthaginensis nomine nationis Anglicanę ultra alias responsionem per generalem congregationem factam, respondit per verbum, Placet. Super quibus iidem domini Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores, & procuratores petierunt, & quilibet eorum petiit a reverendis sedis apostolicæ protonotariis, cæterisque notariis atque scribis ad hoc deputatis sibi fieri unum, vel plura, publicum, & publica, instrumentum, & instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus Ioanne Ostiensi, Angelo Prænestino Laudensi, Iordano Albanensi Visino, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele C Senensi, Almanno Pisano, Branca Placentino, *Petro Veronensi, Antonio de Chalanco, Petro Cameracensi, Guillelmo sancti Marci, & Petro Fuxi presbyteris cardinalibus, necnon Ludovico de Flisco, Amedæo Salutiarum, Oddone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus pro testibus infrascriptis, cæterisque regum Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Ierusalem, Aragonię, Cypri, Norvegiæ, Sueciæ, & Daciæ regum, necnon principum, pręlatorum, universitatum studiorum, ambasiatoribus, ac aliis prælatis, & nobilibus in numero copioso.

* Angelo

Item scedulam commissariorum in causa fidei contra Hieronymum de Praga super examinandorum testium inducendorum notarius non habuit. Tenores vero dictarum scedularum, videlicet conclusionis commissariorum ac admissionis officialium de quibus supra fit mentio, sequuntur & sunt tales.

Decretum super admissione officialium olim Gregorii.

Sacrosancta synodus, *&c.* pro executione promissorum domino olim qui Gregorius XII. dicebatur, mandat dominis vicecancellario, & summo pœnitentiario, vicecamerario, auditoribus tam contradictarum, quam sacri palatii causarum apostolici, rescribendariis, & distributoribus tam cancellariæ, quam pœnitentiariæ, quatenus infra terminum qua- E tuor dierum omnes protonotarios, auditores, abbreviatores, clericos cameræ apostolicæ, cæterosque officiales, qui curiæ dicti domini olim Gregorii fuerunt, & quatenus traditi sunt per matriculas, vel pitaphia authentica in ordine suo secundum temporis prærogativam recipiant, & admittant, & in matriculis, seu pitaphiis, & locis consuetis describi faciant, & describant cum honoribus, & oneribus, & emolumentis consuetis, juxta formam decreti per dictam synodum in publica sessione pridie die vigesimæ Februarii super promissione prædicta facti, & determinati, nonobstante aliqua litis pendentis, aut alia quavis contradictione, vel appellatione, quas ex nunc tollit, irritat, & annullat. Et si quis prædictis contradixerit, vel ab eis appellaverit cum per hoc videatur infringere fidem, & promissionem sacri hujus concilii factas causa unionis habendæ in Dei ecclesia, tanquam temerarius contradictor sit ab omni officio, gradu, dignitate, si quod habeter in Romana curia, ipso facto privatus. Et nihilominus aliter, & amplius puniatur, prout ejus temeraria contradictio meteri visa fuerit, nisi a contradictione, & appellatione publice infra biduum resipiscat. Insuper mandat judicibus pridie die vigesima Februarii ad cognoscendum, & terminandum de titulis officialium depuratis, quatenus infra mensem a die realis & effectualis admissionis prædictorum de titulis eorumdem officialium præsentium cognoscant, & terminent, juxta formam eis dicta die vigesima Februarii traditam; Absentium vero secundum distantiam locorum, & secundum quod dictis deputatis videbitur expedire, super quibus dicta synodus tribuit eis potestatem.

Congregatio generalis.

Anno, indictione, quibus supra, die Lunæ secunda mensis Martii Constantiæ mane hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis synodi Constantiensis ad audiendum venerabilem virum dominum Antonium generalem ordinis fratrum de mercede, ac ambasiatores serenissimi principis domini regis Aragonum. Præsentibus ibidem reverendissimis dominis Ioanne Ostiensi, Angelo Prænestino, Iordano Albanēsi episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Almanno Pisano, Branda Placentino, Guilielmo sancti Marci, Petro Cameracensi, Antonio Aquilegensi, Antonio de Chalanco, & Parro Fuxi presbyteris, Amedeo Salutiarum, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus, aliisque regum, principum, prælatorum, universitatum, & communitatum ambasiatoribus in numero copioso. In qua congregatione præfatus dominus Antonius generalis ascendebat ambonem, & antequam principiasset aliquid, produxit duas litteras missivas, unam serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis, aliam vero domini regis Aragonum, quæ litteræ successive D fuerunt per venerabilem dominum Petrum de Cracovia decretorum doctorem lectæ de mandato congregationis, sive synodi Constantiensis prædictæ dictam generalem congregationem repræsentantis. Post quarum quidem litterarum lecturam memoratus dominus Antonius generalis, tanquam nuncius & ambasiator domini regis Aragonum fecit unam brevem collationem ibidem ad congregationem ipsam, recommendando ecclesiam Dei concilio præsenti, quam ecclesiam in processu suę collationis comparavit civitati Hierusalem ulterius introducendo in eadem collatione magnam affectionem domini sui regis Aragonum, quam gessisset, & gereret erga unionem ecclesiæ Dei, & quomodo ad oculum cum serenissimo rege Romanorum ad hoc laborasset, & intenderet laborare, & ex quo restitueret habere prælatos de Hispania Aragonum supplicavit ibidem inter cætera toti concilio, & synodo Constantiensi, quod non tæderet eos modicum expectare, cum indubie prælati illarum partium, & ad minus ambasiatores illorum regnorum venturi essent ad præsens concilium, juxta concordata in Perpiniano per dictos reges Romanorum, & Hungariæ, ac Aragoniæ, & ambasiatores concilii Constantiensis, & juxta eorum possibilitatem. Præsentibus ibidem dictis dominis pro testibus infrascriptis.

Tenores dictarum litterarum, de quibus supra fit mentio, non fuerunt traditi notariis.

*** Post

*** *Post sess. XXXII. sup. p. 222. A.*

Congregatio generalis.

Anno, & indictione quibus supra, die Lunæ vigesima septima mensis Aprilis fuit congregatio omnium nationum in loco sessionis in modum & formam sessionis, sive publicæ congregationis synodi Constantiensis. Præsentibus reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Angelo episcopo Prænestino Laudensi vulgariter dicto, Antonio Bononiensi, Antonio Aquilegensi, Gabriele Senensi, Petro Veronensi, Petro Cameracensi, Almanno Pisano, Antonio de Chalanco, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Petro Fuxi, presbyteris, Amedeo Saluciarum, Lucido de Comite, Francisco Florentino, Ludovico de Flisco, Raynaldo de Brancaciis, Oddone de Columna, aliisque prælatis, ambasiatoribus regum Romanorum, Hungariæ, Franciæ, Angliæ, Aragoniæ, Portugalliæ, Poloniæ, Sueciæ, Daciæ, Norvegiæ, Neapolitano, & Cypri, cæterisque nobilibus, & Christiano populo in numero copioso. In qua quidem congregatione reverendissimus in Christo pater, & dominus, dominus Ioannes patriarcha Constantinopolitanus, & venerabilis vir magister Nicolaus de Duckel Spuhel doctor in sacra pagina alias in publica sessione, sive congregatione generali commissarii deputati per ipsam congregationem ac synodum Constantiensem in causa fidei mota contra Hieronymum de Praga magistrum in artibus super receptione, & examinatione testium in ipsa causa inductorum & inducendorum, & post eorum examinationem concilio, sive synodo Constantiensi referendum, prout in quadam commissione, sive supplicationis cedula, cujus tenor superius in die Lunæ vigesima quarta mensis Februarii proxime præterita est descriptus, plenius continetur. Ipsique domini Ioannes patriarcha, & Nicolaus de Duckel Spuel receptis testibus, eisque per eos examinatis, volentes juxta mandatum concilii & tenorem commissionis ipsorum facere relationem, ascenderunt ambonem ipsius synodi Constantiensis, super quo fiunt supplicationes, & decreta, *&c.* retulerunt per os præfati domini Ioannis patriarchæ per quot, & quos testes articuli dati contra ipsum magistrum Hieronymum probarentur. Et qui articuli probarentur per famam publicam, de notorietate, de scitu, credulitate, sive alias prout id in summario de & super facto per dictos commissarios, & huic registro inferius colligato dicitur contineri.

Qui articuli, super quibus testes deposuerunt, fuerunt ibidem lecti per venerabilem virum magistrum Ioannem de Rocha magistrum in theologia ordinis fratrum Minorum, quorum articulorum tenores inferius sunt inserti. Quibus articulis cum eorum convocationibus atque depositionibus lectis, fuit per synodum avisatum, & conclusum, quod duo ultimi videlicet domini Ioannes patriarcha, & Nicolaus Duckel Spuel illos articulos ostendant ipsi Hieronymo.

Subsequenter venerabilis vir dominus Vvillelmus advocatus reverendi patris domini Hieronymi postulati ad ecclesiam Ariminensem levavit se in medium ipsius concilii, sive synodi Constantiensis, & petiit, tanquam advocatus ipsius domini Hieronymi postulati ad ecclesiam Ariminensem postulationem de eo canonice factam per synodum sacrosanctam secundum juris ordinem protestatus fuit, quod tempus a jure præfixum de consecrandis episcopis. Sibi currere & labi non possit, propter retardationem confirmationis prænominati. Et super hoc petiit fieri a dominis protonotariis, cæterisque notariis & scribis dictæ synodi unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta.

Quibus sic factis, similiter venerabilis, & circumspectus vir dominus Ardecinus de Novaria repetiit, & proposuit confirmationem electionis domini Henrici Sivvesii ad ecclesiam Senonensem, & produxit processum factum super hujusmodi electione, qui fuit traditus domino Iacobo Rodini, & sedis apostolicæ, & hujus synodi protonotariis, & protestatus est ut supra per dominum Guillelmum advocatum, *&c.* Ex adverso vero reverendus pater dominus Antonius Amedeus Tollur electus Lugdunensis, tanquam procurator capituli Lugdunensis dixit ecclesiam Senonensem esse subjectam ecclesiæ Lugdunensi, petens conservari jus ecclesiæ Lugdunensis, non tamen dicendo quicquam in personam domini electi. *&c.* Quibus præpositis venerabilis vir dominus Ioannes de Scribanis, & Henricus de Piro procuratores, nomine quo supra petierunt sibi fieri unum, vel plura, instrumentum publicum, seu publica instrumenta, ad dictamen sapientis, *&c.* Præsentibus, *&c.* ut supra.

Subsequenter vero magister Ioannes de Scribanis nomine procuratorio domini Vvilhelmi electi Argentinensis petiit declarari contentos in monitorio alias per synodum Constantiensem decreto incidisse pœnas in ipso monitorio expressas per synodum memoratam. Ex adverso surrexit venerabilis vir magister Henricus Rivit, & dixit contentos & appensos in dicto monitorio non fore declarandos incidisse pœnas in eo contentas, cum non forent, nec essent in aliquo contumaces. Timensque ab eadem synodo ulterius gravari posse, appellavit in scriptis a nonnullis gravaminibus, ut asseruit, sibi illatis per synodum, sive concilium sive judices, aut commissarios, & petiit apostolos sibi dari super appellatione sua prælibata. Et antequam fuisset responsum per dictam synodum super datione apostolorum prædictorum, circumspectus vir dominus Gaspar de Perusio advocatus concilii, nec non electi Argentinensis, dixit quod a decreto concilii non esset appellandum, & appellatio hujusmodi interposita esset frivola, & frustratoria, & ab eodem concilio fore repellendam. Ardecinus de Novaria advocatus capituli Argentinensis ex adverso levavit se in medium, & dixit ipsum monitorium esse nullum, & nulliter expeditum, & ipsum revocari petiit, atque tolli per synodum sacrosanctam præfatam. Gaspar vero de Perusio, ipsum monitorium esse validum, & efficax, & ulterius ad ipsius monitorii declarationem, sive pœnarum contentarum in eodem per synodum præfatam procedi debere dixit, & allegavit.

Quibus verbis per advocatos, sive partes hinc inde prolatis, levavit se in medium reverendus in Christo pater, & dominus dominus Guillelmus cardinalis sancti Marci & dixit, se monitorium examinasse, & circa clausulam ibidem positam non processisse juxta deliberationem aliorum dominorum cardinalium, cum esset impertinens ad hujusmodi monitorium, domino Ioanne patriarcha Antiocheno contradicente, & dicente ipsum monitorium esse validum de jure, & procedi debere, & declarationem fieri super eodem per concilium sacrosanctum Constantiense.

Quibus singulis visis, & auditis, synodus sive congregatio præfata habita deliberatione super hujusmodi, prorogavit terminum declarationis statim petitum ad diem Iovis proxime futuram super declaratione alias fienda in ipsa causa, ac ad dandum & recipiendum apostolos tales, quales Henricus Rivit

procu-

procurator, vel procur ...... habere debeat, ad eandem diem duxit præfigendum, & præfixerunt.

Subsequenter & ultimo in eadem synodo, & per ipsam synodum sanctam fuit decreta remissio ad partes super examinatione trium sanctorum de Snecia, Norvegia & Dacia regnis ad instantiam domini abbatis Streyn tanquam procuratoris, prout in scedula, quæ inferius ponitur, continetur.

Super quibus omnibus, & singulis fuit responsum per deputatos de mandato concilii per verbum, Placet, & mandat fieri instrumentum, & instrumenta, ut supra.

Tenores vero positionum & articulorum contra Hieronymum de Praga oblatorum una cum eorum responsis factis per ipsum magistrum Hieronymum, nec non appellationis interpositę per magistrum Rivit, ac bulla remissionum ad partes, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Articuli dati in causa fidei contra Hieronymum de Praga.

Coram vobis reverendissimis patribus, & dominis per sacrum generale concilium Constantiense in materia fidei commissariis deputatis, promotor ejusdem concilii in finem & effectum ut paternitatibus vestris de hæresi, & aliis criminibus notanis ejusdem Hieronymi de Praga, ut assent, magistri in artibus, de hæresi vehementissime suspecti, & per hoc sacrum concilium Constantiense citati Constantiæ positi, denunciat, dat, & exhibet positiones, & articulos infrascriptos, quos, & se promotorio, & instigatorio nomine ejusdem concilii citra superfluam probationem admitti petit.

In primis enim dicit, asserit, ponit, & probare intendit quòd in regno Angliæ fuit quidam hæresiarcha nomine Ioannes VVicleff, qui nunc a sæculis ereptus, & hæreses suas prædicare ausus fuit, & dogmatizavit palam & publice.

Responsio Hieronymi.

Respondeo quod probetionem ejus non impedio.

1. Quod ipse quondam damnatæ memoriæ Ioannes VVicleff quasdam hæreses seminavit, & nonnullos libros super hoc, & opuscula, videlicet quos dialogum, & trialogum distinxit, confinxit, quosdam in Anglia diversimode, & diversis mundi partibus distribuit, divulgavit, palam, publice.

Articulus iste non me tangit; non nego tamen me vidisse, & legisse aliquos libros illius.

2. Item quod inter cæteros errores in dictis libris contentos continebantur errores infrascripti. Et primo, Quod substantia panis materialis, & similiter substantia vini maneret in sacramento altaris post consecrationem.

3. Item accidentia panis non manerent in subjecto in eodem sacramento altaris.

4. Item Christus non est in eodem sacramento identice, & realiter in propria præsentia corporali.

Fateor duas primas propositiones in suis libris legisse, de tertia non recordor.

5. Item quod dicti libri per plerosque in theologia magistros & locorum ordinarios visi diligenter, & examinati fuerunt; & propterea in diversis studiis privilegiatis, & præcipue in Saxonia & in Praga tanquam diversos errores, & hæreses in se continentes reprobati, palam & publice.

Dico quod audivi.

6. Item quod postmodum modernis temporibus insurrexerunt quidam iniquitatis filii, videlicet Ioannes Huss, & Hieronymus de Praga prædicti, & scientes dictorum librorum, ut præfertur, condemnationem, & scandalum quod ex eorumdogmatizatione sequi potuisset in civitate Pragensi ac in toto regno Bohemię, & in diversis aliis regnis, hujusmodi libros, & errores ac hæreses in eisdem contentas dogmatizaverunt palam & publice.

Pro me tantum respondeo, quod falsum est, me dogmatizasse errores, & hæreses ex libris ejus. Verum hoc profiteor, cum etiam adolescens, habens ardorem discendi perveni in Angliam, & audiens famam VVicleff, qui fuit vir subtilis, atque magnæ excellentiæ ingenii, dum exemplaria potui, dialogum, & trialogum transcripsi, & mecum in Pragam transduxi.

7. Item quod dudum papa Ioannes XXIII. nunc dominus Balthassar Cossa nominatus concilium generale pro reformatione ecclesiæ sanctæ Dei, & extirpatione hæresum in alma urbe Romana de anno domini MCCCCXIII. palam, & publice celebravit.

Nihil mihi de eo constat, an hujusmodi concilium fuit Romæ celebratum, imo quod factum fuisset Pisis, credebam.

8. Item quod omnes libri & opuscula dicti quondam Ioannis VVicleff cujuscumque artis, vel facultatis existentes ejus nomine intitulati legitime fuerunt in dicto concilio sententialiter damnati, & comburi mandati, & combusti, & nihilominus fuit inhibitum ne quis Christi nomine insignitus auderet aliquem, vel aliquos, seu aliqua ex dictis libellis, tractatibus, & opusculis sub dicti Ioannis VVicleff nomine subscriptos aut intitulatos legere, & exponere, docere, vel tenere, allegare publice, vel occulte, etiam auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam, etiamsi opus fuerit, cum adjectione quod contra non parentes, tanquam contra fautores hæresum procederetur. Et si quis hujusmodi sententiæ inhibitionis, decreti, atque jussionis violator, atque contemptor existeret, statim idem concilium contra ipsum veluti suspectum de fide, procedere deberet, ac fuit, & est verum, publicum, & notorium.

9. Item quod omnia, quæ in dicto concilio fuerunt facta, & præsertim dictorum librorum, ac errorum, & hæresum condemnatio, & librorum ipsius VVicleff combustio ad indubitatam Hieronymi notitiam pervenit, & ipsum Hieronymum post duos menses a tempore publicationis & combustionis hujusmodi affecerunt & ligaverunt, & scire tenebatur, palam & publice.

10. Item quod post hujusmodi librorum, & hæresum condemnationem per dictum Romanum generale concilium librorum ipsius VVicleff combustionem, & eorundem in eodem concilio actitatorum plenam, & indubitatam notitiam antedictus Hieronymus de Praga habens dictos libros, & hæreses in eis descriptas, & contentas publice dogmatizavit, & disputavit in diversis mundi partibus, & præcipue Bohemiæ, Hungariæ, & Poloniæ regnis, & propterea fuit de regno Hungariæ expulsus. Et fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Respondeo quod non memoror me unquam alicubi aliquam hæresim aut quemcumque errorem scienter dogmatizasse, nec de Hungaria fui expulsus, sed per litteras archiepiscopi Pragensis bonæ memoriæ contra me false scriptas, cum per regem sui archiepiscopo Strigoniensi traditus, ille me ad quindenam pie tractavit; & tandem rex quemdam baronem ad me direxit, & me plene absque omni fidejussoria cautione liberavit.

11. Item quod de anno MCCCC. nono die mensis Ianuarii

Ianuarii eiusdem anni quidam magister Matthias de Glyxy, dictus pater, quandam disputationem publicam quodlibetum nuncupatam in universitate studii Pragensis intimavit, & in ea fuit magna congregatio magistrorum, doctorum, scholarium, & honorabilium virorum in diversis facultatibus eruditorum, publice, & manifeste.

12. Item quod idem Hieronymus in dicta disputatione, quodlibetum nuncupatum, interfuit, & cum interesset, dicere publice non erubuit Ioannem Vvicleff fuisse virum catholicum, & verissimos libros compilasse, ac omnia in eisdem libris contenta fuisse, & esse verissima.

Respondeo. Dixi Ioannem Vvicleff multa bona posuisse, & scripsisse in libris suis; sed non dixi quod omnia contenta in libris dictis fuissent, & essent verissima: nam nec omnia vidi, sed hoc dico, quod quæ bona Vvicleff scripsit, de iis laus illi, non mihi; quæ vero mala scripsit, vituperium illi, non mihi.

13. Item quod dudum anno domini 1400. dictus Hieronymus, &c. ad defensionem dogmatum, & errorum in dictis libris contentorum multos viros, & præcipue nonnullos cives Pragenses magnæ prudentiæ, divitiarum & potentiæ induxit, ipsosque, & nonnullos magnarum scientiarum illuminatos viros, & præcipue illustrium Burgondiæ, & Brabantiæ Ducum ambasiatores tunc in civitate Pragensi existentes, ac secum ad defendendum errores & libros prædictos consistentes non vitavit, & quantum in eo fuit, ut dictos errores profiterentur, laboravit, & operam dedit palam, & publice.

Quoad primam partem negat articulum fore verum; quoad secundam partem dicit, quod invitavit illos ambasiatores ad quodlibetum, non ad sustinendum errores, sed ad honorandum eos, ut sui domini regis hospites.

14. Item quod ex post dictus Hieronymus expulsus de regno Hungariæ pervenit ad Austriam ad oppidum Viennense Pataviensis diœcesis. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

15. Item quod de anno domini 1410. de mense Decembri dictus Hieronymus ascendens de Hungaria venit Viennam, ubi propter infamiam hæresum, qua respersus erat, per officialem curiæ, ac hæreticæ pravitatis inquisitorem ad instantiam, & per scribam causarum consistorii eiusdem Pataviensis fuit arrestatus, & coram quibusdam a multis sacræ theologiæ, & decretorum doctoribus, atque aliis magistris, ac suppositis universitatis studii Viennensis in eorum præsentia tactis sacrosanctis euangeliis iuravit, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam ab ipso officiali latam sponte in se recepit, promisit de oppido Viennensi nullatenus recedere, neque se quovis modo ab eodem oppido absentare, donec responsione facta ad articulos sibi objectos, & testibus contra ipsum productis, ipsa causa hæresis contra ipsum mota, seu incœpta sententiæ calculo terminaretur. Et fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Respondeo, quod violenter arrestatus fui, nec quicquam mecum, sed violenter mecum actum est, nec habebat quamquam iurisdictionem supra me, quia de alia eram diœcesi.

16. Item quod in dicta causa aliqualiter per eundem dominum officialem processo, & testibus receptis in forma iuris, ipsique Hieronymo certus terminus in hujusmodi causa assignatus fuisset, dictus Hieronymus de dicto anno domini 1404. clam, furtive, & contumaciter de oppido Viennensi recessit, & aufugit, hujusmodi termino sibi præfixo minime expectato; prædictisque iuramento & obligatione spretis, & contemptis.

Nec furtive, nec contumaciter recessi, sed violentiam mihi ab eisdem infligendam expectare non volui, prout nec tenebar, nec debui.

17. Item quod hujusmodi termino sic, ut præmittitur, præfixo adveniente, & dicto Hieronymo minime comparente, sed contumaciter absente, præfatus dominus officialis iuxta exigentiam termini iudicialiter decrevit, pronunciavit, & declaravit ipsum Hieronymum contumacem, & contumaciter recessisse, atque perjurium, & excommunicationis sententiam propter suspiciones hæresis damnabiliter incurrisse; ipsumque de hæresi notabiliter suspectum fore, prout sic, vel aliter plus, vel minus in processibus super hujusmodi sententia confectis, & emanatis plenius, & clarius continetur.

Dixit, quod post suum recessum poterant scribere quicquid volebant.

18. Item quod post præmissa, dicti processus contra dictum Hieronymum decreti fuerunt solemniter publicati in valvis ecclesiarum Pragensis & Cracoviensis, nec non omnium sanctorum alias sancti Stephani Viennensis & in quampluribus aliis locis solemnibus & insignibus diversorum regnorum, & terrarum publice affixi, & divulgati, & sic fuit, & est verum.

Scio quod fuerunt publicati in Praga, alibi nescio an fuerint vel non.

19. Item quod idem Hieronymus in dictis sententiis iam per quinquennium, vel citra damnabiliter, vel contumaciter insorduit animo indurato, claves ecclesiæ contemnendo perseveravit, prout in eisdem perseverat, & sordescit in hodiernum diem.

Negat articulum esse verum in eo, quod contempsit claves ecclesiæ, & si unquam fuerit excommunicatus, petit se absolvi.

20. Item quod reverendissimus pater dominus Duverco archiepiscopus Pragensis in subsidium juris ad litteras excommunicationis domini officialis Viennensis eundem dictum Hieronymum coram advocatum, & citatum, ac exigente eius contumacia, ac hæresi, criminibus notoriis, servatis servandis excommunicationis sententia similiter innodavit, & sic excommunicatum publice denunciari mandavit, prout etiam tanquam talis denunciatus fuit, in quibus per multos annos insorduit, prout sordet incorrigibilis, & pertinax, non curans ad gremium sanctæ matris ecclesiæ reverti quovis modo. Dictus Hieronymus fuit ubicumque eius notitia habetur, pro tali, & ut talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus, atque pro tali, & ut tali habetur, & reputatur.

Credit quod archiepiscopus Pragensis prosecutus est processum Viennensem, nunquam tamen vocato ipso Hieronymo.

Etiam negat, quod sit incorrigibilis; & in casu quo appareret ipsum aliquo tempore fuisse aliqua sententia excommunicationis innodatum, iterum, & iterum petit se humiliter absolvi.

21. Item quod dictus Hieronymus præmissis non contentus, sed mala malis accumulans, sciens se hujusmodi sententiis ligatum, in contemptum sanctæ matris ecclesiæ, & scandalum totius cleri regni Bohemiæ; in ecclesia sancti Michaëlis majoris civitatis Pragensis de anno domini 1410. & de mense Aprilis de manibus cujusdam sacerdotis communicavit, & sacramentum eucharistiæ sumpsit. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Quoad primam partem negat articulum esse verum,

rum, propter proxime dicta; sed ad illam partem, A quod de manibus cujusdam sacerdotis sacramentum eucharistiæ sumpsit, fatetur articulum esse verum. Et adjunxit, quod tunc ille sacerdos absolvit ipsum ad cautelam, quousque absolutionem in posterum posset obtinere.

22. Item quod vetitas fuit, & est, absque eo quod dictus Hieronymus nnquam aliam absolutionem a prædictis excommunicationis sententiis humiliter petivisset, & obtinuisset.

Dixit, quod usque ad hodiernum diem non scivit se excommunicatum, sed sive rite, sive non sit excommunicatus, non spernit, sed petit absolutionem.

23. Item ponit ut supra, quod dictus Hieronymus existens infamator, & calumniator aliorum, & B præsertim ecclesiæ Dei, & suorum prælatorum, multos libellos scripsit contra papam, & principes illustres dominum Ernestum Eustriæ, & Ernestum Bavariæ duces, & eos affixit in mediastino & affigi procuravit, & specialiter contra dominum Sbiuconem archiepiscopum Pragensem se suscribens libellum famosum in multis locis affixit, & in Bethleem capella de quadam fenestra caput exponens tempore sermonis Ioannis Hus, dominum Sbiuconem bonæ memoriæ infamavit graviter coram tota maxima multitudine populi & contra ipsum populum concitavit. Et sic fuit, & est verum.

Negat articulum esse verum quoad illos dominos C temporales, sed quoad archiepiscopum Sbiuconem fatetur, quod fecit querelam de eo, quod ipso non vocato contra ipsum Hieronymũ ad Hungariam, &c.

24. Item quod de anno domini 1412. de mense Septembris in monasterio Carmelitarum in die sancti Veicesian martyris de mense prædicto idem Hieronymus reliquias impositas, & per unum fratrem eas custodientem, & subsidium pro fabrica mendicantem illas reliquias contemptibiliter in terra per quosdam laïcos projici mandavit, & procuravit, & disposuit, & fratres ibidem vituperavit, & percussit. Et fuit, & est verum.

Negat articulum esse verum, imo simpliciter fictum esse mendacium.

D 25. Item quod dictus Hieronymus ut sacrilegus ecclesiarum & sacerdotum Dei invasor, de anno, & mense prædictis manu violenta dictum monasterium invasit cum multis armatis, & fregit, ubi aliquos monachos vulneravit, & unum Prædicatorum præcipue contra oratores Vvicleff captivavit, & per multos dies in captivitate, & privatis carceribus habuit, & eidem multas intulit molestias, & persecutiones.

Fatetur. Tamen in casu monasterium intravi contendentes monachos cum duobus civibus, quorum servum incarceraverunt, & cum pacifice ibi loquebar cum eis, irruerunt super me multi armati cum gladiis, qui licet præ manibus nihil tunc habui, cuidam E laico gladium violenter arripiens contra eos, ut valui, me defendi, & post duos monachos judici tradidi, & unum pro me reservavi.

26. Item quod dictus Hieronymus Benessium de juvencis Boleslaviæ prædicatorem ordinis fratrum minorum in platea coram multis injuriose alapizavit, & extracto postea cultello voluit eum percussisse cum eodem, quem verisimiliter interfecisset, vel lethaliter vulnerasset, nisi per quemdam magistrum Zdislaum de Znnetze tum fuisset prohibitus, & impeditus.

Respondit, quod cum ille monachus superbe responderet etiam nobilibus, Hieronymus de hoc eum increpans, ipse Benessius verbis insultavit contra Hieronymum, tunc manu reversa tetigit eum per os.

27. Item quod idem Hieronymus fratrem unum ordinis Prædicatorum monasterii sancti Clementis de Praga ad apostasiam induxit, & cum eo, & aliis multis armatis ad priorem veniens, ipsum habitum monachalem abjicere mandavit, & idem eum veste induit seculari, quem postea fovit in apostasia, qui etiam propterea submersus est. Et sic fuit, & est verum.

Quoad armatos negat articulum, de juvene fateor quod pietate motus, quod prior non providebat ei de necessariis, & quod sponte posuit cappam ad pedes prioris, sponte recessit, & tandem casu fortuito balneando submersus est.

28. Item antedictus Hieronymus Petrum de Valentia excommunicatum a domino Sbiucone bonæ memoriæ aggravatum & reaggravatum propter appellationem frivolam de non responsione librorum Ioannis Vvicleff, per multos annos scilicet sex, vel septem tenuit pro suo servitore, & pro suo servitore habuit, censuras ecclesiasticas non advertens.

Negat quod non adverteret censuras ecclesiasticas, sed fatetur, quod bona tanta, quanta poterat eidem Petro fecerat, non propter quod sit excommunicatus, licet sciret ipsum excommunicatum.

29. Item idem Hieronymus in regno Poloniæ dissensionem magnam fecit, & propter infamiam hæresis cum captivari debuit, furtive recessit, & evasit.

Negat articulum esse verum.

30. Item quod de anno domini 1413. de mense Aprilis dictus Hieronymus seductor perversus prædicator fideles factos ad religionem conversos ad infidelitatem errorum reducere conatus est, & præsertim in Livetuania, & Russia intrans ecclesiã eorum fidem, seu perfidiam prætulit fidei Christianæ, a quibus magna munera ex hoc reportavit. Et de hoc fuit publica vox & fama in Polonia, & Bohemia.

Respondit, quod illi erant baptizati secundum ritum Græcorum, & ipse Hieronymus interrogatus per ducem Vicoldum, & episcopum loci illius si erãt baptizandi, Hieronymus consuluit quod non, sed simpliciter in fide Romana instruendi.

31. Item quod dictus Hieronymus suspectus est articulis Vvicleff quadraginta quinque, quorum condemnationi factę in Praga semper contradixit, & præcipue de remanentia panis, & vini in sacramento altaris post consecrationem sacerdotis. Et de hoc apud bonos, & graves fuit, & est graviter accusatus, sive diffamatus.

Dixit, quod cum condemnatio fuit articulorum tunc Ierosolymis eram, nec puto illos esse Vvicleff, quin plures eorum.

32. Item præfatus Hieronymus existens laïcus in habitu, & tonsura laïcali incedens, multis, & diversis vicibus in diversis regnis in mundi partibus videlicet Poloniæ, Cracovię, Lithuanię, Moraviæ, & aliis regnis, tam publice, quã in angulis, & domibus, in castris, & platea prædicavit Ioannem Vvicleff, & eius doctrinam approbando, & multis suis blandis sermonibus, & erroribus infecit, & corrupit, & pecuniam extorsit. Et sic fuit, & est verum.

33. Item quod præfatus Hieronymus fuit, & est fautor Ioannis Huss præcipuus ipsum in doctrina, & hæresibus suis approbans, per barones, nobiles tam in Bohemia, quam in Moravia eius causam promovit, eumque quantum potuit, iustificavit, & per hoc multos induxit ad suam sequelam.

Respondit quod dilexit Ioannem Huss, tanquam bonum hominem, & qui libenter exercuit officium suum, non discurrendo cum mulieribus, & a quo nihil audivit hæreticum, & quod mulra imputabantur sibi, de quibus nullam habuit culpam.

34. Item dictus Hieronymus in partibus, & in curia per edictum publicum monitus fuit per processus apostolicos, ut hujusmodi hæreses, & fautoriam Ioannis Huss abjuraret, & ab erroribus suis desisteret, minime facere curavit, & personaliter citatus ad curiam Romanam in materia fidei, ut se purgaret per annum, & ultra non curavit, sed pertinax remansit.

Negat quod ad ipsum unquam pervenerit aliqua citatio.

35. Item quod idem Hieronymus profanis adhæsit, & ecclesias profanorum visitavit, in sancti Michaelis parochialem & capellam Bethleem majorem civitatis Pragensis & ad faciendum idem multos sæculares induxit.

Negat articulum similiter esse verum.

36. Item quod ipse Hieronymus pluries apparuit in plateis cum centum, & aliquando cum ducentis armatis faciens seditiones in clerum, & populum VVicleffost impugna& sic fuit, & est verum.

Dixit, quod aliquando cum septuaginta apparui, dum cum rege equitavi, sed non suis. Negat similiter articulum esse verum.

37. Item quod idem Hieronymus dum illustris dominus rex Bohemiæ fecit, & commisit justitiam Ioannis de Huss, & de aliis VVicleffistis, ipse veniens tanquam mendicus ad regem in uno asino nudipes, barba longa, & districtus equitavit, simulans hypocritice, se Christi in hoc discipulum, ubi prædicando ad partem VVicleffistarum multos attraxit, & per hypocrisim hæreticos & seditiosos jam per regem damnatos a damnatione liberavit.

Nescit quid dicit, sed scit factum esse mendacium.

38. Item quod dictus Hieronymus ad confirmandum famam, & sanctitatem simulatam ipsius VVicleff, ut falsarius litterarum studii Oxoniensis in fautorem VVicleffistarum quandam litteram falsificatam legit, & pronunciavit ascendens ad cathedram sigillatam sigillo universitatis studii Oxoniensis, ut ipse asseruit, licet falsè, quæ tamen littera fuit acquisita falsè, & subreptitie, & per VVicleffistas conficta, & fabricata.

Nescit an fuit falsa, an non, fuit enim sibi data dum esset in cathedra per quemdam juvenem, ut in scholis eam publicaret, quæ dixit se fecisse.

39. Item quod dictus Hieronymus visitavit sæculares principes contra clerum, & induxit multos nobiles, & clientes ad spoliandum clerum, & ipsis spoliatoribus, scilicet VVozoni, Ratzcovi, Robolu laicis, & eis frequenter adhæsit.

Negat articulum esse verum, quod non adhæsit Ratzcovi Cobile, & VVoxoni, sed locutus cum eis est, non tanquam spoliatoribus, sed tamquam regis sui familiaribus.

40. Item produxit sæculares ad non curandum censuras, ad vilipendendum reliquias sanctorum, & indulgentias.

Negat articulum esse verum.

41. Item quod dictus Hieronymus est homo malæ famæ, & malæ conditionis, seditiosus, hæresum insecutor, & dogmatizator, atque pro tali, & ut talis habitus, tentus, & nominatus palam, & publice.

Dixit quod non sunt conditiones charitatis illæ, quæ contra me scripsit. Videat ipse ex qua conditione charitatis hoc scripserit.

42. Item quod dictus Hieronymus sæpe, & sæpius in diversis locis, & præsertim Parisius, Coloniæ, Hey- A delbergæ has infrascriptas conclusiones dogmatizavit, legit, tenuit, & pertinaciter defendit, eas esse veras, & catholicas asseruit.

In Deo sive divina existentia non solum est trinitas personarum, sed etiam quaternitas rerum, & quinternitas.

Item istæ res in divinis sunt sic distinctæ, quod una non est alia, & tamen quælibet earum est Deus.

Item istarum rerum una est alia perfectior.

Item in rebus creatis, ut in anima hominis est ponere trinitatem rerum in una essentia, videlicet memoriam, intellectum, & voluntatem in essentia animæ humanæ.

Anima hominis est perfecta imago trinitatis, isto solo dempto, quod anima hominis est creata, & fini- B re perfecta.

Memoria Angeli, sive voluntas ejus, seu intelligentia est essentia Angeli, & tamen non est persona.

De potentia Dei absoluta Deus pater potuit non generare filium.

Omnia futura de necessitate conditionata eveniunt.

Substantia panis vi consecrationis non convertitur in corpus Christi.

Dixit Ioannem VVicleff non esse hæreticum, sed sanctum hominem.

43. Item dictus Hieronymus Parisius in quadam determinatione publicavit, quod Deus nihil poterat C annihilare, propter quod fuisset per universitatem, & cancellarium compulsus ad revocandum, nisi clam a civitate recessisset.

44. Item quod dictæ conclusiones, vel saltem aliquæ earum fuerunt, & sunt erroneæ. Et sic fuit, & est verum.

Dixit quod istæ propositiones, quamquam ad debitum intellectum sint veræ, tamen non sunt in forma mea; quædam tamen sonant sententiam dictorum meorum.

45. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Ad finem deliberandum, providendumque, & avisandum de modo procedendi, & continuandi processum contra Hieronymum de Praga assertum ma- D gistrum in artibus delatum, & multipliciter diffamatum de diversis hæresibus per vos reverendissimos partes dominos judices, & commissarios ad hujusmodi causam deputatos, ne propter defectum plenariæ instructionis contingat evenire scandalum, quod potest formidari, si ad ipsius nimiam facilem expeditionem procederetur. Et quod in partibus Bohemiæ, & aliis diversis mundi partibus quasi totius Christianitatis pro homine malæ famæ, & de hæresi vehementer suspecto, & seditioso haberetur, teneretur, & reputaretur, ac pro notario haberetur, omnia infra deducenda, & multa alia erronea, de quibus notatus est, & inde rabies frementium contra doctrinam catholicam firmaretur, & augeretur, E & debilitaretur fidelium, & catholicorum voluntas. Et si evaderet, debita cautela non adhibita, nunquam perfidia Ariana in tantum nocuit ecclesiæ catholicæ, & religioni Christianæ, quantum faceret secta VVicleffistarum. Propterea ultra jam dicta producta, & exhibita in causa hujusmodi, instigator, & promotor in causa eadem ex officio deputatus instigatorio & promotorio nomine officii vestri prædicti addendo articulis pro parte sua jam datis in meliori, & apriori loco quo fieri potest, adjungit articulos hic sequentes, quibus petit per dominum Hieronymum de Praga principalem medio suo juramento singulariter singulis debite responderi, & si negati fuerint, se ad probandum petit admitti in curia, & extra,

extra, ad onus tamen superfluæ probationis minime se astringens, sed tantum ad quæ poterit, & sufficient.

1. In primis dat, & probare intendit quod quidam Ioanner VVicleff damnatæ memoriæ se gerens dum viveret pro presbytero, ac in artibus & theologia magistro in regno Angliæ, unde oriundus extiterat, composuit, & compilavit diversos libros, & dialogum trialogum, de ideis, de dominio episcopali, de universalibus, realibus, & quamplura alia opuscula, in quibus inseruit diversos errores, & dogmata hæretica, & erronea in fide, & moribus, & ea prædicavit, & docuit, & dogmatizavit, palam, publice, & notorie. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

2. Item quod de dicta doctrina, & libris præfati Ioannis VVicleff fuerunt extracti per doctores, & magistros studii Oxoniensis, ad hos legitime deputatos diversi articuli errores, & hæreses continentes; quosque dictum studium Oxoniense, doctoresque, & magistri ejusdem doctrinaliter, & prout pertinuit ad eos, una cum libris, ex quibus extracti fuerunt, debite condemnaverunt, & ne legerentur, docerentur, aut dogmatizarentur, prohibuerunt. Et sic fuit, & est verum publicum & notorium.

3. Item quod successive archiepiscopus Cantuariensis apostolicæ sedis legatus suo generali concilio provinciali convocato, facta diligenti inquisitione de libris, & doctrina præfati Ioannis VVicleff, quam reperiens erroneam in fide, & moribus, scandalosamque, & se extollentem versus dogmata catholicæ ecclesiæ, eam dicto provinciali concilio approbante, una cum libris, in quibus continebatur, condemnavit, & eam doceri, & prædicari prohibuit, notorie, & manifeste. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

4. Item quod post damnatum obitum dicti Ioannis VVicleff damnatæ memoriæ Ioannes Huss prædictos damnatos libros hæreses & doctrinam perversam in se continentes in partibus, & maxime in civitate, & diœcesi Pragensi legit, & dogmatizavit, tam ad clerum, quam ad populum; Quodque in partibus eisdem propter hujusmodi perversas prędicationes, & doctrinas (proh dolor!) in populo partium earumdem, & præsertim in civitate Pragensi perversa secta VVicleffistarum insurrexit, ac vigere incœpit, prout hodie viget, qui hæreses, & errores dictorum Ioannis VVicleff, & Ioannis Huss damnatorum in animarum suarum periculum docent, prædicant, tenent, favent, & defendunt VVicleffistæ communiter appellati. Et sic fuit, & est verum.

5. Item quod propter prædicta nonnulli clerici, nobiles, & laici utriusque sexus, & alii quamplurimi diversarum facultatum hujusmodi hæreses, seu errores tenentes, & dogmatizantes VVicleffistæ nuncupati alios diversos Christi fideles utriusque sexus in fide catholica deceperunt, & decipiunt, clerum spoliaverunt, percutiunt, expellunt, & beneficiis eorum eos spoliant, alios VVicleffistas ad ea intrudunt, & intrudi procurant, claves & sacram ecclesiam publice contemnunt, & suis pręlatis, & plebanis non obediunt; ad profanandum clerum ecclesiæ Romanę compellunt, abbates, presbyteros, & alios clericos interficiunt, ecclesias vi excutiunt, & seditionem contra clerum, & Christi fideles faciunt; & procurant. Et sic fuit, & est verum.

6. Item quod omnia, & singula præmissa fuerunt, & sunt publica, & manifesta, atque de eis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

7. Item quod præfatus Hieronymus postquam ad annos discretionis pervenit, & aliquid in scripturis, & artibus incipiebat sapere, inclinatus fuit ad vias extraneas, ac perversis novitatibus & erroribus gaudebat, & præcipue ad errores Ioannis VVicleff damnatæ memoriæ totum suum conatum dirigebat. Et sic fuit, & est verum.

8. Item quod dictus Hieronymus ad terras regni Angliæ proficiscens diligenti studio libros Ioannis VVicleff inquirebat, seu per alios inquiri faciebat, ipsosque inventos, & repertos etiam propriis suis manibus singulari devotione conscribebat. Et sic fuit, & est verum.

9. Item quod dictos libros dicti quondam Ioannis Huss sic per eum etiam diversis temporibus, & laboribus conscriptos, ut præfertur, in partes diversarum terrarum, & præcipue dicti regni Bohemiæ portavit, & publicavit, seu portari, & publicari procuravit, offerens coram diversis fide dignis testibus hujusmodi libros ab omnibus veram scientiam & notitiam habere affectantibus sine affectione fore diligendos & tenendos. Et fuit, &c.

10. Item quod dictus Hieronymus iis non contentus, sed ut eo magis studiis, & universitatibus totius orthodoxæ fidei approbationem retrahere potuisset, & non solum libros Ioannis VVicleff persuasit, ut præfertur, eligendos, & tenendos, sed etiam alios libros a dicta sacrosancta ecclesia & universalibus studiis ut veros approbatos, & perversis doctrinis dicti Ioannis VVicleff contrarios asseruit publice, non attendendos, sed omnioo reiiciendos. Et sic fuit, & est verum.

11. Item quod dictus Hieronymus prioribus suis malis pejora cumulans Pragæ in lectorio ordinariorum disputatione ubi tunc tota universitas Pragensis erat congregata, ut eo magis & magis libros dicti Ioannis VVicleff hæreticæ sectæ, & errorum fautor, prosecutor, nutritor, & dogmatizator extollere, & magnificare potuisset, publice asseruit juvenes, & scholares dicti Ioannis VVicleff non studentes, solum & duntaxat cortices scientiarum quærere, ac radicem veram, & vera fundamenta scientiarum minime invenire. Et sic fuit, & est verum.

12. Item quod idem Hieronymus subsequenter & in eodem loco proxime supradicto, publice persuasit omnibus, & singulis scholaribus, & secundum eum utiliter studere volentibus, ut aliis libris a dicta sacrosancta ecclesia receptis, & universitatibus studiorum universis, ut præfertur, approbatis penitus, & omnino rejectis, & dimissis, duntaxat ad scientiam dicti Ioannis VVicleff, & in ejus libris traditis anhelarent, quos dixit omnium verarum scientiarum firmas radices, & vera fundamenta palam, & publice.

13. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

14. Item quod dictus Hieronymus ab uno, duobus, tribus, quatuor, quinque, sex, septem, octo, novem, decem, undecim, duodecim annis proxime præteritis & citra, & supra fuit, prout hodie est, homo malæ famæ, & malæ conditionis, seditiosus, hæresum insecutor novarum, & suspectarum sectator, & præcipue Ioannis VVicleff hæreticæ sectæ, & erroris fautor, prosecutor, nutritor, & dogmatizator, ac pro tali, & ut talis in regno Bohemiæ, & in aliis diversis partibus quasi totius Christianitatis fuit habitus, tentus, nominatus, & reputatus, haberturque, tenetur, & reputatur, palam publice & notorie.

15. Item quod idem Hierooymus in suis falsis, & perversis doctrinis quamplures utriusque sexus homines olim catholicos in fide recta sentientes non solum in errorem adduxit, ut in perfidiam, & pravitatem hæreticam ceciderint, sed & nonnulli ex

eisdem

eisdem sic deducti in dictis perfidiis & erroribus ab A hac luce damnabibiliter decessetunt.

16. Item quod quamplures per eundem Hieronymum tutaliter seducti, ut præfertur, in dictis erroribus taliter obstinati, & excæcati fuerunt, & sunt, ut ipsorum errores fore veritates euangelicas publice,& occulte, licet falso, asserere præsumpserunt,& præsumunt, ac euangelia, & doctrinas Christi in omnibus se jactant sequi, hujusmodi perversis erroribus firmiter inhærendu, prout hæc omnia,& singula in & per diversa loca regni Bohemiæ a Deo sunt publicata, & notoria, ut nulla, *&c.*

17. Item quod postmodum aliquo decurso tempore Hieronymus de Praga reus,& delatus in causa hujusmodi præmissorum condemnationem librorum, & doctrinæ Ioannis VVicleff non ignorans, appetiit & voluit contaminari doctrina prædicta, in illa studuit, B quantum potuit, & libros eam continentes jam damnatos, ut præfertur, corripuit, & quorum exempla habere potuit, eos pro tunc io Anglia,& studio Oxoniensi conscripsit, & exquisitos apud se habuit, & custodivit, & eos ad studium Pragense secum apportavit, videlicet dialogum trialogum de corpore Christi majorem, & minorem, de ideis, de cumpositione hominis, de simonia, de morte, de hypotheticis quos habere potuit & notorie. Et sic fuit,& est verum, publicum, notorium & manifestum.

18. Item quod instructus in illa nefaria doctrina, & habitis passibos in libris, ut supra, eam continentibus, & apud se existentibus in Praga, ac io regno Bohemiæ sæpe sæpius, ac diversis vicibus anno domini millesimo quandringentesimo secundo, tertio, C quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo, undecimo, duodecimo, decimo tertio & decimo quarto de mense Ianuarii, Februarii, Martii, Aprilis, Maii, Iunii, Iulii, Augusti, Septembris, Octobris, Novembris, & Decembris ac per dies dictorum mensium dogmatizavit, docuit, & plures in eo contaminavit, intrans domum virginum,& viduarum,& nobilium, tam io regno Bohemiæ, quam in terra Moraviæ, ipsos seduxit a veritate euangelica, & in perfidia VVicleffistarum instruendo, & inter cęteros Ioannem Cristamioum Huss damnatæ memoriæ primo instruxit, qui post modum se totaliter ad illam dedit perversam doctrinam, & contra fidem catholicam se erexit, & ipsis Hieronymo, Cristomio, & Iacobello, & Ioanne Hus mutuo se juvantibus cum sibi adhærentibus commoveri fecerunt tenentes per- D versam dictam doctrinam, & sectam VVicleffistarum contra clerum, & alios tenentes fidem, & doctrinam catholicam in civitate & diœcesi Pragensi cum scandalo maximo, palam, publice, & manifeste, & sic fuit, & est verum.

19. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit tunc, prout hodie est, publica vox & fama.

20. Item quod dudum de anno MCCCCIII. die decima octava mensis Maii Pragæ io collegio Caroli io stuba facultatis fuit facta plena,& generalis congregatio omnium magistrorum studii Parisiensis, ibidemque articuli quadraginta quinque extracti ex libris Ioannis VVicleff damnatæ memoriæ per magi- E stros prædictos fuerunt publice lecti, & condemnati, & mandatum fuit per rectorem pro tunc universitatis prædictæ, quod nullus de dicta universitate eosdem de cætero teneret, dogmatizaret, aut defenderet quoquo modo sub pœna præfati juramenti. Et sic fuit verum, publicum, notorium & manifestum.

21. Item quod subsequenter anno domini MCCCCIX. de mense Augusti iidem articuli fuerunt condemnati scholastice, & prohibiti dogmatizandi sub pœna exclusionis, & carentia omnium commodorum nationis in nova civitate Pragensi, in domo nationis Bohemorum in fossato, ubi quadraginta magistri erant præsentes, prohibitioni consentientes, & damnationi, & multi bacalarii, & studentes, inter quos creditur dictus Hieronymus fuisse unus. Et sic fuit, & est verum, publicum, notorium, & manifestum.

22. Item quod subsequenter de anno domini MCCCCX. & de mense Iunii anni ejusdem libri Ioannis VVicleff, videlicet dialogus, & trialogus per doctores & magistros studii ad hoc legitime deputatos fuerunt diligenter examinati, & per episcopum Pragensem in curia, & domo episcopali, auctoritate apostolica tanquam errorei, & hæreses in se continentes solemniter fuerunt condemnati; & cæteri quaterni, io quibus dicti libri erant descripti, combusti & prohibiti in generali synodo sub pœna latæ sententiæ prædicari, defendi, doceri & quovis modo dogmatizari, palam, publice, & notorie.

23. Item quod subsequenter de aono domini MCCCCXII. de mense Ianuarii ejusdem anni generale concilium in urbe Romana fuit,& erat legitime convocatum, & congregatum in ecclesia, & basilica sancti Petri, & certa die ejusdem mensis papa præsidente in eodem concilio, ipsoque generali approbante concilio, omnes, & singuli præmissi libri & opuscula ejusdem Ioannis VVicleff. & ipsius nomine intitulati cujuscumque artis & facultatis existerent, omnisque ejus doctrina, & perversa dogmata fuerunt, & sunt, solemni & matura deliberatione habita, sententialiter,& diffinitive condemnata,& prohibitum sub pœna fautoriæ hæresis, ne quis dictos articulos quadraginta quinque, aut doctrinam contentam in dictis libris VVicleff auderet, vel præsumeret publice vel occulte docere, prædicare, dogmatizare, asserere, aut quovis modo defendere. Et dicti libri fuerunt mandati concremari ubicumque possent, vel valerent repetiri. Palam, publice, & notorie.

24. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit tunc, prout etiam nunc est, publica vox & fama.

25. Item quod dictus Hieronymus de Praga reus & delatus in causa hujusmodi prædictam condemnationem quadraginta quinque articulurum primo factam in Praga per universitatem, & postea librorum VVicleff cujuscumque artis, vel facultatis factam in urbe Romana, ut præfertur, scivit, & audivit, nec illorum ignorantiam prætendere potuit, neque potest, illosque recipere, & admittere, & sub pœna perjurii, & fautoriæ hæresis,& excommunicationis, totaliter obedire debuit, & prout debet, tenetur adhuc notorie, & manifeste.

26. Item quod de pręmissis omnibus, & singulis fuit, prout hodie est publica vox, & fama.

27. Item quod postmodum pręmissis non obstantibus præfatus Hieronymus fautor, & defensor dicti VVicleff & ejus nefandæ doctrinæ prædamnatæ se annis, & mensibus, ac diebus dictorum mensium ostendit, & exhibuit sæpissime in civitate Pragensi in lectorio ordinariorum disputationum, & in capella Betbleem, & diversis aliis diœcesibus temere ausus fuit nominare, & nominavit palam, & publice præfatum VVicleff virum præsanctissimum, & euangelicum prædicaturem, atque veræ fidei doctorem. Et sic fuit verum, publicum, & notorium.

28. Item quod pręfatus Hieronymus eundem Ioannem VVicleff damnatum, ut præfertur, habuit, & adhuc habet hodie pro viro sancto,& in domo, quam inhabitat in Praga in quadam camera ejusdem domus eundem VVicleff, seu ad ipsius repræsentationem quamdam imaginem pingi fecit cum diademate in circumferentia capitis ad modum sancti, & eum

venerabatur, & adorabat tanquam sanctum, & quamplures ioduxit ad ipsum adorandum, & idoliandum, crimen idolatriæ & hæresis damnabiliter in hoc committendo. Et ita fuit, & est verum, prout hodie dicta pictura demonstrari potest palam, publice, notorie, & manifeste.

29. Item quod præfatus Hieronymus post prædictas condemnationes in civitate Pragensi, & pluribus locis aliis publice, sæpe & sæpius dixit, & pertinaciter defendit, quod dictus Ioannes VVicleff nunquam erraverat; quodque ejus damnati articuli, & doctrina erant, & fuerant catholici, & euangelici, & quod injuste, & irrationabiliter fuerant condemnati, & quod condemnantes non habebant potestatem eos condemnandi, per hoc defendens doctrinam hæreticam, & negans auctoritatem & potestatem esse apud sedem apostolicam, & generale concilium condemnaodi errores, & hæreses, & præsertim quadraginta quinque articulos & libros dicti Ioannis VVicleff diversimode, ut præmittitur, condemnatos, quod hæreticum est vere, & manifestum.

30. Item perseverando obstinate in fautoria, adhærentia, & defensione dicti VVicleff, & ejusdem librorum, & dogmatum damnatorum, & quod postquam fuit mandatum quod omnes degentes in civitate, vel diœcesi Pragensi habentes libros continentes doctrinam dicti Ioannis VVicleff debeant eos portare archiepiscopo Pragensi, ausus fuit dictus Hieronymus, & præsumpsit certos libros, tractatus, doctrinas damnatas ejusdem Ioannis VVicleff in studio sive scholis Pragensibus publice, & locis diversis aliis sustinere, atque studuit, & defendit, & contenta in eis prędicavit, docuit, & dogmatizavit. Et nihilominus quosdam alios prætensos magistros studii Pragensis ad valvas collegii Caroli, & diversas ecclesias parochiales defendentes, docentes, & prædicantes certos alios tractatus, & libros dicti Ioannis VVicleff induxit, & per eos defendi, prædicari diversis vicibus fecit, seu procuravit in collegio Caroli, & universitate studii Pragensis, palam, publice, & notorie.

31. Item quod per exquisitos, & diversos modos idem Hieronymus conatus est, & attentavit, atque de facto fecit defendere, & sustinere doctrinam dicti Ioannis VVicleff, & quoscumque tam clericos, quam laicos adhærentes determinationi, & condemnationi, tam in synodo archiepiscopali Pragensi, quam in Romano generali concilio ultimo solemniter celebrato factis de libris, & doctrina dicti VVicleff detestantes eandem doctrinam quantum potuit, impugnavit, & impugnare fecit, & vexare per incarcerationes, bonorumque suorum occupationem, & per alia diversa exquisita vexativa remedia, sic terrendo quos poterat, ut nullus auderet impugnare dictam pestiferam doctrinam in quantum valuit, & potuit, publice odio prosequebatur, palam, publice, & notorie. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

32. Item quod dictus Hieronymus, sic odio prosequens catholicos, & detractioni ecclesiæ quoad damnationem librorum dicti VVicleff adhærentes, de anno domini MCCCCXI. & de mense Augusti ejusdem anni honestum virum N. de Cultellefabris in dicta civitate Pragensi moram trahentem perversas doctrinas dicti Ioannis VVicleff, & Ioannis Huss, & eorum salsas insanias, & hæreticas asserentem capi fecit, & miserabiliter incarcerari, & viliter tractari, & verberari publice in mediastino majori civitatis Pragensis cum poponibus lapidibus impositis, & ovis putridis, tanquam maleficum, & a veritate devium, in fidei orthodoxæ vilipendium, Et sic fuit, & est verum.

33. Item quod dictus Cultellifaber sic, ut præmittitur, diversis verberibus, & violentis concussus, & afflictus post paucos dies diem suum clausit extremum. Et sic fuit, & est verum.

34. Idem quod idem Hieronymus de anno domini MCCCCXII. & in die sancti Venceslai martyris, & patroni regni Bohemiæ, quæ fuit penultima dies mensis Septembris ejusdem anni, quemdam religiosum virum patrem Nicolaum monasterii sanctæ Mariæ in Areoa ordinis Carmelitarum dictę civitatis Pragensis servum Dei in dicto monasterio ad populum prædicantem doctrinam dicti Ioannis VVicleff esse hæreticam, & ab ecclesia Dei reprobatam affirmantem, & prædicantem in dicto monasterio manu violenta & sacrilega cepit, & captivavit, cum duobus aliis fratribus dicti monasterii, & captivum adduxit; alios vero duos fratres judici sęculari dictę civitatis tradidit, qui eosdem ad carceres dictæ novæ civitatis captivos posuit inter latrones, & fures. Et sic fuit & est verum.

35. Item quod dictus Hieronymus præfatum fratrem prædicatorem de dicto monasterio captivum abduxit, & eum per plures dies in sua captivitate in carceribus detinuit, eidem plura diversorum tormentorum genera intulit; ac postmodum iis non contentus, sed pejora malis accumulans, eundem fratrem fune ligatum, & constrictum in flumine Multavię aqua vehementi, & magna prope dictam civitatem Pragensem decurrente de navi projecit, dicens ad dictum fratrem, hęc, vel similia verba. Dicas mihi monache, nonne magister Ioannes VVicleff fuit sanctus, & euangelicus prędicator? Volens eundem compellere ad revocaodum ea quæ dixerat in ambone de hæresibus dicti Ioannis VVicleff. Quodque eundam fratrem submersisset, nisi auxilio cujusdam clientis, & suorum familiarium supervenientium a tantis periculis liberatus fuisset. Palam, publice, & notorie.

36. Item qnod dictns Hieronymus quampluries, ac sæpe sæpius in diversis locis, & temporibus, & præsertim in civitate Pragensi in regno Bohemico, & aliis locis circumvicinis coram diversis utriusque sexus hominibus animo & intentione doctrinam quandam Ioannis VVicleff damnatæ memoriæ defensandi, & manutenendi, & alios in ejusdem doctrinas erroneas deducendi sępe sæpius, & diversis vicibus, & pręsertim de annis domini millasimo quadringentesimo quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo, undecimo, duodecimo, & decimo tertio, videlicet de mense Ianuarii, Februarii, Martii, Aprilis, Maii, Iunii, Iulii, Augusti, Septembris, Octobris, Novembris, & Decembris; necnon diebus dictorum mensium publice asseruit, dogmatizavit, & & tenuit inter alios errores articulos erroneos infrascriptos.

37. Item quod in sacramento altaris post consecrationem remaneat panis materialis, & quod panis in sacramento altaris non transsubstantiabatur in corpus Christi.

38. Item quod panis non transsubstantiabatur in corpus Christi in sacramento principaliter, & corporaliter, sed ut signatum in signo. Et ad sic credendum induxit & seduxit quamplures, qui adhuc damnabiliter in dicto errore perseverant. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

39. Item quod in hostia, sive sacramento altaris non est vere Christus, & ad suum hujusmodi errorem deducere tali vel simili persuasione arguebat. Nam Christus passus est in cruce, sed hostia altaris est nunquam passa, neque patitur, ergo in hostia altaris non est Christus.

40. Item

40. Item mures noo possuut comedere Christom, sed mures possunt comedere hostiam coosecratam; ergo hostia in sacramento altaris oon est Christus.

41. Item hostia in sacramento altaris non est Deus quia presbyter non potest consecrare creatorem suum, videlicet Deum, sed presbyter consecrat hostiam; ergo in hostia altaris oon est Christus.

42. Item quod ad firmandum doctrioam damnatam dicti Ioaonis VVicleff, & confundendum catholicam fidem, de annis, & mensibos, ac diebus, ut supra, dixit, asseruit, docuit, ac publice prædicavit, quod nullus quantum ad triumpbum martyrii, seu aureolam coofessorum, atque virginum in cælis coronabitur, nisi credat, reoeat, menteque, & ore confiteatur fidem, & doctrinam, quam dictus Ioannes VVicleff scripsit, docuit, atqoe prædicavit, & io sois libris, & opusculis cootioentur, nec eatra illam est vera doctrina, & ita fuit verum, publicum, ootorium, & manifestum.

43. Item qood dictus Hierooymus seoticos sacerdotes & alias litteratos sibi contrarios in sopra proximo errore, adhoc ut suam hæresim eaecutioni demandare posset, errores ertoribos accumulavit, & de novo tenuit, & asseruit, quod virgines, & viduæ, imo cujuscumque status, atque seaus rustici, atque plebeii doctrinam dicti VVicleff eredendo & veraciter defendendo, & realiter impugnando ea quæ in studio Oxoniensi, & synodo Cantuariensi, & sancto Romaoo concilio generali suot successivis temporibus in coutrarium condemnata, post hanc vitam io cælis triomphatores repromisit. Et ita fuit publicum, notorium, & manifestum.

44. Item quod dictus Hieronymus per * excommunicatiouem soæ furiositatis in volgari Bohemico fecit, seu fieri procuravit cantilenas & carmina contioentes io sensu & effectu verba canonis constituta, & ordinata ad cõsecrationem Christi, quas mechanici didicerunt, & eas cantant; & cum illis dicunt se conficere corpus Christi, qnod perficere attentant diversis horis, propter quod iuvaluit pessimus error, & maxima commotio contra sacerdotes, & illos de clero in partibus Bohemiæ, & partibus circumvicinis. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

* f. excessu aut quid hujusmodi.

45. Item quod dictus Hierooymus ad confirmationem soorum errorom, & hæresum, ut prædictos laicos in soo pertinaci errore confirmaret, & ut se habiliores, & digoiores reputarent ad præmissa, instruait quantum potuit, & plurimas cantilenas confinxit, & composuit, in quibus reatum bibliæ & sacræ scripturæ expressit, & capitola convocavit ot ipsi soli videantur, & nou ecclesia Romana, oeque alteri de clero sacram scripturam intelligere, quas ad confusiooem illorum de ecclesia, quando placet eis in plateis publicis de die, & de nocte manifeste decantant.

46. Item quod idem Hierooymus postquam diversos laicos verba consecrationis, & cantilenas hujusmodi docuit, tenuit, dixit, & prædicavit, asseruit, qood laici ortiusque seaus, videlicet viri & mulieres de secta VVicleffistarum existentes, & doctrinam VVicleff firmiter devote tenecotes, possunt conficere corpus Christi, baptizare, confessiooes audire, atque alia quæcumqoe ecclesiastica sacramenta conferre, dummodo proferant verba apta, & ordinata ad consecrationem, & sacramentorum collationem. Et quod talia sacramenta fiunt tantæ efficaciæ, & virtutis, ac si per sacerdotes juata formam ecclesiæ cooficerentur, & conferrentur, per hanc damnabilem hæresim volens taliter coervare potestatem, & auctoritatem ecclesiæ in damnationem animarum ea hoc, & corpus Christi posse confici per eos quandocumque vellent, & qoacumque hora, etiam asseruit, & publice dixit. Et sic fuit, & est verom, publicum, & ootoriom.

47. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica voa & fama.

48. Item quod dictus Hieronymos de anno domini MCCCCIX. die dominica proaima post festum assomptionis Mariæ virginis io civitate Pragensi, & diversis aliis locis, & specialiter in capella Bethleem nuncupata prædicavit, docuit, & asseruit similem hæresim, quam tenuit Ioannes Huss, videlicet quod eacommunicatio papæ, episcopi, vel cujuscumq; alius ministri ecclesiæ oon sit timenda, nec curaudum de ea, oisi de quo constaret eacommunicatum prius a Deo; & propterea excommunicationes latæ in loco Pragensi contra defendentes doctrinam VVicleff, & interdictum in loco appositum auctoritate apostolica in nullo esse tenendum, oeqoe de eacommunicatione curandum; quia nec papæ nec alicui alteri ministro ecclesiæ erat, neque unqoam fuerat talis, neque tanta potestas attributa a Deo. Et propter hoc de facto in pluribos locis & civitatibus diœcesis Pragensis fueruot compulsi presbyteri, & sacerdotes per poteotiam laicalem celebrare, & divina ministrare, non obstante interdicto auctoritate apostolica posito io civitate Pragensi: Et ita fuit, & est verum, publicum, & notorium.

49. Item qood de præmissis omnibus, & singulis fuit & est poblica voa & fama.

50. Item diait, & prædicavit præfatus Hieronymus in sua nequitia persistens, & errores VVicleff & Ioannis Huss seminando, & defendeodo qnod nulla potestas dandi iodulgentias residet apud papam, neque episeopos; quodque litteris apostolicis, neque episcoporum contineoribus indulgentias nulla fides sit adhibenda; & quod indulgentiæ tales de nihilo proficiunt, prædicantesque indulgentias impedivit & desistere fecit, quando præsens fuit, prout de anno domini MCCCCXII & de mense Augusti in oppido Novadomo Pragensis diœcesis in personis dominorum Ioannis de Altamuta, Luthomislensis diœcesis, & Benesii altaristæ sancti Michaelis in Optavvichnave civitatis Pragensis attentavit in dote dictæ ecclesiæ parochialis eaistentibus animo, & intentione dictas indulgentias per olim dominum Ioannem XXIII. concessas in dicta ecclesia intimandi, & publicandi, præfatus Hierooymus de Praga statim cum hoc audivisset, diabolico spiritu instigatus personaliter ac propria in persona eosdem præfatos dominos & Ioannem, & VVenesium vultu irato, & furibundo animo, & intentione eisdem injuriandi prorupit in hæc verba, vel eis io effectu similia, Eaeatis vos viri mendaces cum vestris mendaciis; Nam dominus vester papa mendax, hæreticus, & usorarius est, oollamque potestatem indolgentias concedendi habet: ipsosqoe dominos Ioanoem, & Beoesium manu armata invasit, ac minis & terroribus ipsos eaire dictam domum usque ad ecclesiam parochialem ibidem intrare compulit. Et de hoc non contentus eosdem cum terroribus, & minis supradictis maou armata etiam eatra dictam ecclesiaoi usque ad eatra portas oppidi supradicti insecutus fuit. Qui domini Ioannes & Benesius una cum domino plebano dicti oppidi insecori fugientes via manus dicti Hieronymi, & suorum complicum armatorum prædictorum evaserunt. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notoriom.

51. Item quod idem Hieronymus publice asseruit, & dixit in contemptum clavium, & sedis apostolicæ, quod bullis papalibus non esset credendum, neque

fides

fides eis adhibenda, neque etiam indulgentiis papæ esset credendum, quia nullæ essent, nec etiam papa posset indulgentias aliquas dare, aut concedere, & hoc in contemptum & vilipendium sedis apostolicæ, & etiam Romanæ curiæ, cujus caput est papa. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

52. Item quod de præmissis omnibus, & singulis est publica vox & fama.

53. Item quod dictus Hieronymus dixit, tenuit, & asseruit, tam in civitate & diœcesi Pragensi, quam extra, contra detractionem ecclesiæ, quod licitum est cuique laico litterato, vel alias intelligenti ubique, & quolibet suo, sive in ecclesia, sive extra, & sine papæ, episcopi, curati, aut cujuscumque alterius licentia prædicare verbum Dei, prout idem Hieronymus plures in diversis diœcesibus & regnis fecit publice, tam in Bohemia, quam in Moravia, cum longa barba publice, & notorie laicus existens verbum Dei ore * sine cuiquam episcopo, vel alteri presbytero eo quod videntur licentiam a Deo vocati, aut missi. Et hc fuit, & est verum, & manifestum.

54. Item quod idem Hieronymus in Hungaria in Buda coram serenissimo principe, & domino Sigismundo Romanorum & Hungariæ rege, &c. in capella regia castri Budensis de anno domini MCCCCX. in cœna domini laicus existens, & in habitu laicali cum longa barba in præsentia domini regis, & multorum reverendorum patrum episcoporum & aliorum prælatorum, & etiam aliorum diversorum statuum supra & infrascripta ac multa alia scandalosa, & erronea in fide, & etiam hæretica de sacramento altaris, & alia contra statutum ecclesiasticum & piarum aurium offensiva, ex quibus possent sequi seditiones, & commotiones populares contra clerum per dominos temporales, nulla potestate suffultus, sed errores Ioannis VVicleff publice prædicavit. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

55. Item quod propter præmissa præfatus dominus rex fecit dictum Hieronymum capi, & eum domino Strigoniensi captivum præsentari. Et sic fuit, & est verum, publicum, & manifestum.

56. Item quod de præmissis omnibua, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

57. Item quod dictus Hieronymus indulgentiarum prædicationem impedivit quando præsens fuit, & quando præsens non esset, deputavit certo a prætensos laicos, qui discurrebant per ecclesias civitatis Pragensis, dum ibi sermocinaretur, & prædicationem indulgentiarum impediverunt, & turbaverunt de mandato, & inductione dicti Hieronymi, clamantes & dicentes dictos prædicatores esse mendaces, & deceptores, & seductores illorum de populo, * quibus indulgentias proficere. Quæ quidem indulgentiæ, ut dicti laici publice asserebant, non proficiebant in aliquo populo Christiano. Et sic fuit, & est verum.

58. Item quod dictus Hieronymus pro executione suæ furiositatis, præmissis malis non contentus, sed pejora malis accumulando, de anno domini MCCCCXI. feria tertia infra octavam Pentecostes, litteras apostolicas indulgentias continentes exhortatorias ad pia, & meritoria opera fecit capi, ac recipi, & in quodam curru cum meretricibus, quibus hujusmodi bullæ ad mammillas appendebantur, poni procuravit, & palam ac publice de minori civitate, & per antiquam civitatem Pragensem duci, circumstantibus juxta currum VVicleffistis armatis cum fustibus & gladiis juxta ipsius Hieronymi ordinationem, clamantes, & præconizantes, quod bullas, & litteras unius hæretici & truffiani ducerent ad comburendum. Et sic in nova civitate Pragensi in platea prope mediastinum tanquam hæreticas, & velut continentes errores, juxta sententiam Ioannis VVicleff, & Ioannis Huss, hæreticorum eas publice comburi fecit, seu fieri procuravit, & disposuit: & sic fuit, & est verum, publicum, notorium, & manifestum.

59. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

60. Item quod dictus Hieronymus in sua perfidia persistendo dixit, & asseruit, & publice prædicavit suscitando errorem alias per ecclesiam determinatum, quod imagines ad repræsentationem effigiei Christi sanctissimæ crucis, virginisque gloriosæ, vel cujuscumque alterius sancti canonizati in ecclesiis nec in aliis locis non sunt pingendæ, nec ullatenus venerandę, sed hoc facere est hæreticum; non attendens quod ecclesia hæc auctorizavit, & voluit fieri, & per objectum talium imaginum repræsentantium sanctum, in cujus memoriam pictæ sunt, moventur interiores potentiæ, & excitantur ad devotionem, & sunt scripturæ laicorum maxime forma vivificæ crucis, qua terretur dæmon & procul fugit.

61. Item quod dictus Hieronymus sperabat verisimiliter ut creditur posse divertere populum a continuatione & visitatione ecclesiarum, detestando, & condemnando imagines sanctorum, credens etiam per hoc quod ipsum libentius sequerentur, & audirent doctrinam ejus; & videns quod per hoc non profiteretur, quadam die de mense Martii anni videlicet MCCCCXV. accessit ad monasterium fratrum Minorum sancti Iacobi in majori civitate Pragensi, & imaginem crucifixi ligneam extra ecclesiam in angulo ex opposito domus sancti Kreisse, ad quam consuevit esse cursus hominum causa devotionis ob memoriam passionis Christi invasit, & insultavit in eam, & stercoribus humanis, & vilitatibus undique maculavit, dicendo, hæreticum esse depingere imaginem crucifixi, & cujuscumque alterius sancti, perquod fuerunt quamplurimi multum scandalizati. Et sic fuit & est verum.

Et illud idem voluit, & disposuit fieri dictus Hieronymus de anno prædicto die sabbati proximo ante dominicam, *Domine ne longe*, &c. in dicto monasterio sancti Iacobi per quemdam fabrum VVicleffistam de nova civitate Pragensi de Portziets, qui accedens præfatam imaginem crucifixi cum stercoribus humanis infra sermonem dicendo, hæreticum esse depingere imaginem crucifixi, per quod fuerunt quamplurimi astantes multum scandalizati. Qui quidem laicus fuit ibidem publice detentus, & recognovit, quod ex inductione dicti Hieronymi facere voluit. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Et illud idem fecit, ac procuravit fieri dictus Hieronymus in die Veneris sanctæ in monasterio beatæ Mariæ in Arena in civitate nova Pragensi per quemdam laicum sectæ VVicleffistarum, qui crucem eo sam qua sancta crux sub effigie prædictæ ipsius venerabatur, stercoribus deturpavit ac totaliter maculavit. Et ita est verum, publicum, & notorium.

62. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

63. Item quod dictus Hieronymus persistendo in erroribus VVicleffistis, specialiter Ioannis Huss damnatia, & eos defendendo, dixit, asseruit, & prædicavit, quod nullo modo reliquiæ sanctorum sunt venerandæ, nec adorandæ. Et hoc pluries, & sæpe, ac etiam publice, & notantes in civitate Pragensi, in cujus cathedrali ecclesia velum, & peplum virginis gloriosæ habetur, ac reverenter veneratur a Christi fidelibus dixit, quod non plusquam curis illius asini,

in

in quo Christus insedit, debeat in reverentia haberi.

Et de mensa Septembris anni MCCCCXII. in die sancti VVenceslai in monasterio prædicto sanctæ Mariæ in Arena ipse, & quidam laici VVicleffistarum quasdam reliquias repositas venerantes in quodam altari de facto extraxerunt, & ad terram viliter projecerunt, pedibus conculcando. Et asseruit idem Hieronymus, & publice tenuit, quod venerari, nec adorari reliquias sanctorum aut eas adornare auro, vel argento est hæreticum. Quod fuit, & est in enervationem fidei, & devotionem religionis Christianæ, & in scandalum totius ecclesiæ. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

64. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama. Et quod præmissa sunt vera, notoria, & manifesta.

65. Item quod dictus Hieronymus tenuit, asseruit, & dixit, ac prædicavit veram ecclesiam Catholicam apud observantes sectam, & doctrinam VVicleffistarum, & Ioannis Huss, quodque illi, qui pro sustinendo, & *deferendo dictam doctrinam sunt veri, & gloriosi martyres Christi, & propterea tres nequissimos viros dicti factique obstinati in ea decapitatos in Praga de anno domini MCCCCXII. de mense Iunii Hieronymus cum suis sequacibus cum aromatibus, & incenso ad tumulum fecit, seu procuravit portari processionaliter cantando. Isti sunt qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt ad supplicia. Ad firmandum per hoc hæreticos illius sectæ in eorum errore, & perfidia. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

*defendendo

65. Item quod dictus Hieronymus in crastinum tumulationis dictorum hæreticorum in capella dicta Bethleem multitudine illius secta ordinata cantare procuravit, & fecit pro eorum memoria missam de martyribus, & incepit officium Gaudeamus; & subjunxit, in honorem sanctorum martyrum, de quorum effusione sanguinis gaudent angeli, crimen crimini damnabilissime adjungendo, videlicet idololatriæ, & sic venerando sacrilegos damnatissimos, & usurpando auctoritatem sedis apostolicæ, sine cujus auctoritate, & approbatione nullus pro sancto debet haberi, vel venerari; & in tantum excitavit rabiem virorum, & mulierum illius sectæ, quod per quatuordecim dies, vel circiter successive post decapitationem prædictorum singulis diebus erat concursus quadraginta, aut quinquaginta venientium ad prætorium dictæ civitatis Pragensis prope locum, in quo decapitati fuerant, dicentes, quod veri martyres erant, & pro vera Christi fide mortui, parati similem mortem subire pro eadem fide, ut dicebant. Ex quo fuit grave scandalum contra fideles catholicos, & horror maximus, atque turbatio in civitate Pragensi exorta. Et sic fuit, & est verum, publicum, notorium, & manifestum.

66. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

67. Item quod dictus instigator, & promotor reperit articulos per eum datos, videlicet viginti octo in numero positos sic incipiendo.

68. Item quod idem Hieronymus in regno Poloniæ dissensionem magnam fecit, & viginti novem qui incipiunt.

69. Item quod de anno domini MCCCCXV. & de mense Aprilis. Quibus repetitis addit, & tolerat articulos infrascriptos.

70. Item posuit, & probare intendit, quod in partibus Russiæ a decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, & sexaginta annis proxime præteritis, & citra, & supra, & a tempore, & per tem-A pus cujus initii, sive contrarii hominum memoria non existit, fuit, esseque consuevit, hodie est, quoddam populosum oppidum vocatum communiter, & appellatum oppidum Vitesko, quodque a dictis temporibus, & per ipsa tempora in oppido dicto fuerunt, esseque consueverunt, & hodie sunt, homines pro majori parte Rutheni, sive schismatici, sectam Græcorum tenentes, a fide Christiana plurimum deviantes, & errantes. Et sic fuit, & est verum.

71. Item quod in dicto oppido ab eisdem temporibus & per ipsa tempora fuit, esseque consuevit, & hodie est quædam ecclesia cathedralis secundum ritum prædictorum Ruthenorum, nec non etiam quoddam monasterium fratrum prædicatorum secundum ritum verum Christianorum viventium, & B degentium.

72. Item quod juxta præfatum oppidum ab eisdem temporibus fuit, esseque consuevit, & hodie est quoddam flumen navigabile per quod communiter homines partium prædictarum navigare solebant, & solent.

73. Item quod de anno domini MCCCCXIII. & de mense Aprilis ejusdem anni illustris princeps dominus VVitoldus frater serenissimi principis domini regis Poloniæ ad prædictum oppidum VVitesko cum magno exercitu, & comitatu accessit per flumen prædictum. Quodque magister Hieronymus de Praga simili modo in comitiva præfata interfuit per-C sonaliter.

74. Item quod fratres, & religiosi Christiani oppidi prædicti, anno & mense prædictis, tempore prædicti accessus secundum ritum fidelium Christianorum, cum processionibus, vexillis, & reliquiis sacris dicto domino duci obviam venerunt, & ipsum in prædicto adventu susceperunt.

75. Item quod tempore accessus prædicti Rutheni, sive schismatici cum reliquiis ipsorum prætensis & tabulis depictis more ipsorum damnato, etiam cum processione præfato domino duci obviam venerunt, & ipsum in prædicto adventu susceperunt.

76. Item quod prædictus Hieronymus tempore prædicti accessus omissa & spreta processione D prædictorum fratrum religiosorum, & Christianorum ivit ad prædictam processionem prædictorum Ruthenorum schismaticorum, & infidelium gentium; nec non ibidem in præsentia quasi quatuor, vel quinque millia hominum sexus utriusque flexis genibus, reliquias, & tabulas depictas prætensas dictorum infidelium schismaticorum, & Ruthenorum venerabatur, palam, publice & notorie se ad sectam eorundem infidelium schismaticorum convertendo, & a communione fidelium se divertendo.

77. Item quod præfatus Hieronymus tempore proxime præscripto prædictas reliquias & tabulas prætensas genibus flexis venerabatur palam, & pu-E blice in contemptum religionis Christianæ dicens, & affirmans expresse, quantum in eo fuit, & quantum potuit, dictam sectam prædictorum Ruthenorum, & infidelium populorum inducere, ipsorumque fidem fore, & esse perfectam.

78. Item quod præfatus Hieronymus quantum potuit circa præfatum dominum ducem institit, & laboravit & conabatur dictum dominum ducem cum tota sua gente Christiana a fide Christiana avertere & ad permanendum in dicta secta Ruthenorum, & infidelium populorum inducere. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

79. Item quod suprafatus Hieronymus post prædicta coram reverendo patre domino episcopo VVilnensi

VVilnensi constitutus dum de premissis suis erroribus, & excessibus reprehenderetur, paterne, ore polluto in contemptum religionis Christianæ suos errores confirmando dixit expresse, quod præfati schismatici & Rutheni essent boni Christiani; Quudque idem dominus episcopus eidem Hieronymo in faciem suam tunc restitit, dicens, quod non diceret eos bonos Christianos; ipse vero Hieronymus io suis erroribus permansit, eosdem Ruthenos, & fidem ipsorum præmissam approbando. Et sic fuit, & est verum.

80. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

81. Item ponit & probare intendit, quod a temporibus supra in proximo articulo descriptis, & per tempora ipsa in prædictis partibus Russiæ fuit, & esse consuevit quoddam vocatum communiter, & appellatum Pleskavvo, quodque idem oppidum distabat, distareque solebat, & hodie distat a finibus Christianorum per centum milliaria Theutonicalia.

82. Item quod dictus Hieronymus de anno domini Mccccxiii. ad prædictum oppidum Plesxavvo personaliter accessit, nec non ecclesiam sive synagogam eorum Ruthenorum, & infidelium populorum intravit infra officium ipsorum sacramentorum prætensorum veneraturus. Quodque idem Hieronymus tunc in præsentia nonnullorum Christi fidelium ibidem astantium, & in contemptum clavium, & opprobrium religionis Christianæ, & ad confortationem ritus eorundem infidelium populorum genibus flexis assertum sacramentum eorundem ibi adorabat, palam, publice, & notorie.

83. Item quod ex premissis quamplura scandala inter Christianos & Ruthenos prædictos fuerunt, & sunt exorta, eo maxime quod idem Hieronymus tam publice infidelitatem, schisma, & hæresim dictorum Ruthenorum approbavit, ac ipsos in ipsorum erroribus confortavit. Et sic fuit, & est verum.

84. Item quod idem Hieronymus ut magis ac magis prædictis infidelibus populis placere posset, eisque quod eorum sectam, & perversam fidem sectaretur, ostenderet, seque eis in moribus, prout in fide conformaret, ad ritum eorundem infidelium longam barbam detulit, atque defert, ac comam, babirum, & tonsuram clericales penitus abjiciendo, & amittendo. Et sic fuit, & est verum.

85. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama, præsertim in civitatibus & provinciis Gnezoeosi & Pragensi, nec non in regno Bohemiæ, & Poloniæ, ac marchionatu Moraviæ, & alibi, ubi de præmissis notitia habetur.

Et ad clare ostendendum quod juramento cuicumque per magistrum Hieronymum præstito seu in futuruto præstando, non sit aliqualiter credendum; quodque verba bona, & dulcia, promissiones abjurationesque fecit hucusque & offert se facturum in futurum sunt ficta, & aliter sunt corde concepta quam ore suo polluto prolata, quodque sub hypocrisi illa facit, & faceret, non ad effectum a suis erroribus desistendo, aut eosdem revocando, sed ut occasionem habeat effugiendi, & fuga (quod absit) captata errores hujusmodi fortius seminandi, & Christi fideles amplius seduceodi, ac etiam ad finem, & effectum quod diligeorior custodia apud euodem adhibeatur, & protervia quæ in eo (proh dolor!) regnat ostendatur, & dante domino salubrius extirpetur, instigator, seu promotor officii vestri dat articulos infrascriptos.

86. Item cum dudum dictus Hieronymus per almam universitatem studii Parisiensis fuisset in magistrum dicti studii assumptus de articulis VVicleff conferre iocepisset, aliosque ad conferendum induxit, laudasset, & commendasset dictum Ioannem VVicleff, & ejus perversam doctrinam; tandem io quadam disputatione publica dictus Hieronymus certos errores publice tenuit; & præsertim quod Deus nihil posset "alienare, prout in articulis" annullare alias contra eum datis, ad quos se refert, plenius continetur. Tandem cum esset per plures notabiles magistros dicti studii Parisiensis fidei zelatores graviter notatus, ac vehementer de iis per eos habitus suspectus, iidem magistri, & præsertim honorabilis Ioaones de Sarsano dicti studii cancellarius ipsum ad revocandum hujusmodi errores compulisset, sed dictus Hieronymus nescitur per quem advisatus occulte a dicta civitate, & studio recessit.

87. Item quod de prædictis omnibus, & singulis fuit & est publica vox & fama.

88. Item quod idem Hieronymus mala malis accumulando se transferens ad universitatem studii Heidelbergeosis, ibidem etiam nonnullas conclusiones erroneas, sive hæreticas in scholis publice determinavit prout in certis articulis alias contra eum datis, ad quos se refert, plenius continetur.

89. Item quod dicta uniuersitas Heidelbergensis illas conclusiones sentiens hæreticas, erroneas, & fidei catholicæ contrarias conabatur etiam præfatum Hieronymum comprehendere, & ut eosdem revocaset per juris remedia compellere. Et sic fuit, & est verum publicum, & notorium.

90. Item quod idem Hieronymus iterum advisatus de præmissis a dicta universitate clam recessit.

91. Item quod idem Hieronymus de hæresi multipliciter diffamatus in universitate Cracoviensi, & dum ad dictam civitatem perveoisset, & dictæ universitati ac magistris dicti studii, ac episcopo Cracoviensi innotuisset, ac dictum Hieronymum super hujusmodi hæresibus, de quibus diffamatus fuit, examinare voluerunt, & portas civitatis claudi procurarunt, ipsum diligenter perquirendo, nescitur unde avisatus, furtive a dicta civitate recessit. Et fuit, &c.

92. Item quod de premissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

93. Item quod deinde dictus Hieronymus sic de hæresi multipliciter diffamatus & notatus venieoa Viennam, tandem universitas studii Viennensis sentiens premissa, procuravit eundem Hieronymum per officialem in spiritualibus reverendi patris & domini Gregorii moderni episcopi Pataviensis, & diœcesani capi, & sub custodia detineri palam, publice, & notorie.

94. Item idem Hieronymus postquam pluribus diebus sub hujusmodi custodia fuit cooservatus, tandem per dulcia, & blanda verba confingens se velle corrigere, revocare errores suos tantum operatus est quod dictus officialis recepto juramento præstito per eundem ad sancta Dei euangelia tactis sacrosanctis scripturis, nec non sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ, quam tunc dictus officialis in ipsum Hieronymum præseotem ac in se sponte recipientem in scriptis tulit, quod vellet stare juri coram dicto domino officiali, & ab oppido Viennensi nullatenus recedere, donec justitia mediante relaxaretur, palam, publice, & notorie.

95. Item quod dictus dominus officialis credens hujusmodi suo juramento præfatum Hieronymum post præmissa a carcere relaxavit, palam, publice, & notorie.

96. Item quod dictus Hieronymus juramenti hujusmodi immemor, & vilipendens dictam excommunicationis senteoriam, captata opportunitate, a dicto oppido Vienoensi clam illicentiatus, & juri non volens stare prout juraverat, recessit, seque ad civitatem

Pragensem

Pragensem transtulit, palam, publice, & notorie.

97. Item idem Hieronymus ad castrum Bethoniense Olomucensis diœcesis veniens suos errores confirmando suosque sequaces amplius consortando, literam subscripti tenoris manu, & sigillo propriis signatam, & scriptam ad oppidum Viennense scripsit hujusmodi sub tenore.

Venerabili patri, ac domino, magistroque meo domino officiali ecclesiæ Pataviensis plebano in Lasa: Detur.

Obsequio cum consalutis desiderio antescripto.

Venerabilis pater, magister, & domine. Sciatis me jam Castro VVietovo sanum, & lætum existere cum multis amicis vobis cum omnibus semper, & vestris servire paratus. Et de extorta promissione circa vosmet me habeatis excusatum si debite ejus * perpeditus, etenim jus postponimus, cui semper salva bona cautione assidue parati existimus; sed inter tot centena inimicorum stare solum: si me vere diligitis, mihimet nequaquam consuleretis; supra enim dorsum meum fabricaverunt adversarii mei, prolongaverunt iniquitatem sibi. Verum anima mea sicut passer erepta est de laqueo venantium. *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Verum vobis regratiur, & semper regratiabor, sed omnes adversarios meos mihi Pragam remittite cum testibus, & ego illic agam causam cum eisdem, aut si eis commodiosius videretur, ascendamus curiam, ubi tantam illic illi quantam ego habebunt notitiam. Cæterum scire velitis, quod eram in vestra ecclesia in Lasa, & ibidem magistrum scholæ invitaveram, & notarium civitatis memor vestri beneficii, & si unquam potero, serviam vobis & vestris. Valete. Scriptum in VVictania post nativitatem sanctæ Mariæ feria sexta.

Magister Hieronymus de Praga Vester semper.

98. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama, & quod præmissa fuor vera, notoria, & manifesta.

99. Item quod dictus Hieronymus datus in obstinationem mentis, & superbiam sui intellectus, paratus se dare ad omnem perfidiam propter defendere dictam sectam, & confortare, atque servare in ea machinatos, & sedatos ad eam intimaverat, & publicari fecit in civitate Pragensi apud illos de dicta secta in civitate Pragensi, & in partibus Bohemiæ existentes, quod volebat venire Constantiam ad generale concilium causa sustinendi, & defendendi contra quoscumque doctrinam dicti VVicleff, & suorum sequacium condemnatorum, & propter etiam nonnullas alias, nec alia ratione affixit scedulas Constantiæ in locis diversis, quas dirigebat domino imperatori & generali concilio scribendo, quod venerat ad purgandum & ostendendum puritatem fidei suæ orthodoxæ prout in scedula melius continetur. Non quod vellet, quod significabat, implere, nec se exhibere, sed revertendo ad illos de dicta secta cum literis testimonialibus, de quibus infra deducetur, seducendo eos diceret, se reportasse victoriam. Et quod secta, & doctrina dicti VVicleff erat sancta, justa, atque catholica, & quod in nullo potuit reprobari. Et sic fuit & est verum.

Tenor vero dicta scedula intimationis, & affixionis, & littera testimonialis, quam ipse composuit in Latino, & Theutonico, & in vulgari Bohemico, & per nominatos in ea ejusdem secta fautores sigillari fecit, est talis.

Serenissimo principi, & domino, domino Sigis-

A mundo Romanorum Regi semper Augusto, & Vngariæ regi, &c. pariterque toti huic venerando concilio generali. Ego magister Hieronymus de Praga artium liberalium magister generalium studiorum, videlicet Parisiensium, Coloniensium, Heydelbergensium, & Pragensium, litteris præsentibus notifico, & quod in me est, ad notitiam universorum & singulorum deduco, quod propter obtrectatores, criminatoresque in eo difformatores regni vestri dolosos, paratus sum sponte libere venire Constantiam, & puritatem fidei meæ orthodoxæ, Innocentiamque meam non lateoret in angulis, aut coram privatis personis, sed aperte & publice coram toto concilio ostendere. Proinde si qui sunt obtrectatores mei cu-
B juscumque nationis, aut conditionis qui contra me velint quicquam cujusvis erroris, aut hæresis objicere: ii aperte, & publice in mea præsentia coram toto concilio ex suis propriis nominibus obvient. Et ego pro innocentia mea paratus sum aperte, & publice coram toto concilio, ut scripsi, respondere, & puritatem fidei meæ orthodoxæ ostendere. Et si compertus fuero in aliquo errore, aut hæresi, ex tunc non recuso publice pati pœnam, prout erroneum, seu hæreticum quemlibet decet. Obsecro dominum regem, paritetque totum concilium, ut habeam ad hoc, ut præfertur, salvum, atque securum accessum: quod si venienti, & me tantæ æquitati offerenti ante probationem in me cujus-
C quam culpæ quæque arrestatio, captio, vel violentia fieret, & tunc toti mundo pateheret, ut hoc generale concilium non secundum justitiam, atque æquitatem procederet, si me sponte venientem a tam alta & rigida æquitate quovis modo repelleret, quod utique a tam sacro sapientum concilio longe puto relegatum.

Littera testimonialis quam Hieronymus fecit sigillari super expurgatione oblata.

Nos VVenceslaus de * Duva alias de Lestua, Henricus de Chluvi dictus Latzcuboeb, Ioannes de Chluvi residens in Svvoykovv, VVenzreslaus de Hyadeck dictus Muska, Rohuslaus de Dupons, & Blede Straden tenore præsentium publice protestamur universis præsentia visuris, & audituris,
D quod honorabilis vir magister Hieronymus de Praga artium liberalium magister generalium studiorum, Parisiensium, Coloniensium, Heildelbergensium, & Pragensium legationem fecit per suas litteras, & nuncios serenissimo principi, & domino, domino Sigismundo Romanorum & Vngariæ regi, domino nostro gratiosissimo, optans, & desiderans ab ipso salvumconductum, & libertatem Constantiam veniendi, & ibidem fidem suam orthodoxam, & innocentiam contra, & adversus obtrectatores suos coram toto generali concilio posset in audientia publicare, promulgare. Cæterum salvumconductum ad audientiam publicam a toto generali concilio super præmissis postulavit, ut ad præmissa impetranda, &
E amplius patescenda suas patentes intimationes in vulgari Bohemico, Theutonico, & Latino idiomatibus in valvis, & ostiis ecclesiarum, claustrorum, & prætorii dictæ civitatis Constantiensis, ac domibus cardinalium, & episcoporum affixit, quemadmodum hæc suprascripta ipsius intimationis copia clarius, & plenius id denotat, quam & nos vidimus, & legi audivimus. Et nec præfatum salvumconductum, ac audientiam publicam ab ipsis postulatam quoquomodo potuit adipisci. In quorum omnium evidentiam præsentes conscriptæ sunt, & sigillorum nostrorum appensorum munimine vigorositatæ. Datum in Constantia provinciæ Moguntinæ feria tertia post octavam paschatis anno domini MCCCCXV.

100. Item quod dictus Hieronymus talibus litteris falsis, & fictitiis fulcitus, non sequens formam, ad quam se obtulit in prætensa littera valvis affixa, sed clam associatis sibi complicibus suæ sectæ versus Bohemiam iter accipere voluit. Denique per sacrum concilium in forma infrascripta in valvis majoris, & sancti Stephani, & Minorum monasteriorum ecclesiarum legitime citatus fuit, juxta formam, & tenorem citationis, quæ sequitur in hæc verba.

Citatio contra Hieronymum decreta.

Sacrosancta synodus generale concilium Constantiense in Spiritu sancto legitime congregata universalē ecclesiam militantem repræsentans, Hieronyme qui te magistrum in artibus quamplurimorum studiorum fore scribis, & non amplius sapere quam oportet, scriptum quoddam tanquam ex tui persona affixum in portis civitatis Constantiensis, alias die Dominica, qua cantatur in ecclesia, Quasi modo geniti, &c. ad nostri notitiam pervenisse, in qua tuis obtrectatoribus crimen erroris, & hæresis tibi objicientibus te asseris publice responsurum, de quibus apud nos multipliciter diffamatus existis, & præsertim de doctrina Ioannis VVicleff, necnon aliis doctrinis catholicæ fidei obviantibus, dummodo ad veniendum tibi salvus securus conductus præbeatur. Et quia nostra principalius interest prodere vulpeculas, vineam domini sabaoth conantes demoliri. Idcirco personam tuam tanquam de multorum errorum doctrina & temeraria assertione suspectā multipliciter diffamatam evocamus, & citamus præsentium sub tenore, quatenus infra terminum quindecim dierum a data præsentium computandorum, quorum quinque pro primo, quinque pro secundo, & reliquos quinque dies pro tertio, & peremptorio termino, & monitione canonica præfigimus, & assignamus in publica sessione hujus sacri concilii, si ipsa die sessio fuerit celebrata, alioquin prima die immediate sequenti, qua sessionem esse contigerit, compareas secundum tenorem dicti tui scripti responsurus ad ea quæ aliquis, vel aliqui in causa fidei voluerit objicere, recepturus, & facturus in omnibus justitiæ complementum, ad quod violenta justitia semper salva, omnem tibi salvumconductum nostrum, quantum in nobis est, & fides exigit orthodoxa, tenore præsentium offerimus, & plenius assignamus. Certificantes te, quod sive in dicto termino compareas, sive non, nihilominus contra te per ipsum concilium vel ejus commissarios, vel commissarium elapso termino supradicto procedetur, tua contumacia in aliquo non obstante. Datum Constantiæ in sessione concilii, decima septima mensis Aprilis sub sigillo præsidentium quatuor nationum.

101. Item quod prædictus Hieronymus contumaciter sic recedens, nec in termino sibi per sacrum concilium præfixo, tanquam contumax in publica sessione propter contumaciam fuit reputatus. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

102. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama, & quod præmissa sunt vera, publica, notoria, & manifesta.

103. Item quod cum dictis litteris revertebatur, & reversus Bohemiam ad firmandum dictum errorem VVicleffistarum nec citatus per sacrum concilium, curavit die sibi præstituta comparere, sed Deo cooperante, præoccupatus est, in via captus, & de mandato sacri concilii ad præsentem civitatem adductus. Quod si factum non fuisset, Deo disponente, apud suos de secta VVicleffistarum se magnificasset, concilium sacrum confudisset, licet false, quod salvum conductum aut audientiam publicam sibi dare denegavit; ac per hoc dictos VVicleffistas in erroribus confirmasset, & ad non credendum sacro concilio ipsos induxisset. Et ita fuit, &c.

104. Idem quod dictus Hieronymus de nolente factus volens, saltem ore, & ut ex præscriptis, & subscriptis conjecturis satis potest elici, in finem ut iterum evaderet, prout prætens sæpius evasit, in sacro Constantiensi concilio, & quando ea dabatur audientia super articulis materiam fidei tangentibus, de quibus fuit, prout hodie est vehementer suspectus; & publica sessione celebrata die vigesima tertia mensis Septembris publice damnavit, & pro damnatis habere voluit, ut asserebat, tam personas, quam articulos Ioannis Huss, & VVicleff damnatorum hæreticorum, pollicitusque est solemniter, & expresse, quod scribere fideliter vellet, & scriberet serenissimo principi domino Bohemiæ, & serenissimæ dominæ reginæ, & universitati studii Pragensis, omnibus, & singulis in Bohemia, & alibi existentibus, ac illis, quibus desuper foret scribendum, quod dicti Ioannes Huss, & VVicleff, eorumque articuli, & doctrinæ prætensæ essent juste, sancte, & canonice condemnati, & condemnatę; Quodque licet dictus Hieronymus sæpe, & sæpius monitus fuisset, ut hujusmodi sua scripta dirigeret, juxta sua promissa, ut præfertur, nihilominus tamen hucusque aliud corde gerens, quam ore dixerat, non sine magna suspicione hæreticæ pravitatis scribere prętermisit. Et quod deterius est, se totaliter nolle scribere publice dixit. Et sic fuit & est verum, &c.

105. Item deinde dictus Hieronymus sperans se sic satisfecisse sacrosancto concilio, & per hoc evadere manus sacri concilii, & custodiæ, in qua servatur nunc elatione, & rebellione ac pravitate in reprobum sensum datus, articulos contra ipsum super hæresi, & certis erroribus sufficienter respondisse, ac responsiones suas per juramentum dare recusavit, ac hodie recusat, licet hoc pollicitus sit illius affixionis schedula superius descripta. Et sic fuit, &c.

106. Item non compunctus corde, sed polluto ore omnia præmissa sicut, & ut probabilia sperantur, asserit, se semper fuisse bonum Christianum, & innocentem a macula erroris & hęresi, one vult talis quoque appellari, & repræsentari, sed si sibi per quemquam imputetur, ad iracundiam mox promovetur, sicque in profundum malorum descendens asserit, sibi in captivitate, & custodia qua nunc tenetur, injuriam esse illatam, petitque de injuria hujusmodi, ac damnorum, expensarum, & interesse horum occasione illatorum refundi, dicens expresse, ego innocens sum, quis mihi refundet pręmissa, volens gaudere se conversum, qui nunquam doluit, prout nec se hodie dolet fuisse perversum. Et sic fuit, & est verum, &c.

107. Item quod dictus Hieronymus perseverat in eadem obstinatione. Et quidquid fingat sustinendo carceres, professionem publicam faciendo, proferendo verba habentia apparentiam compunctionis semper tamen gerit in animo velle sustinere, & defendere doctrinam Ioannis VVicleff augmentatam per Ioannem Huss, & eam secutum. Et hoc satis clare conjecturari potest pro eo quod scripsit, & legit in loco publico sessionis ubi legit, & verbo expressit, atque extra scripturam dixit verba expresse fautoria dictæ doctrinæ VVicleff, & justificationem Ioannis Huss, prout hoc proxima feria quarta in festo nativitatis sanctæ Mariæ de anno domini præsenti MCCCCXV. in loco sessionis majoris ecclesię Constantiensis publice asseruit, dixit, & in scriptis legit inter cætera hæc verba, videlicet. In hoc Deum testor non intendens in aliquo præjudicium facere aut personis, aut suis meo videre moribus, ac sacris veritatibus plusquam pluribus, quas audivi ab eodem, denotan-

tando præfatum Ioannem Huss hæreticum condemnatum, & in scholis, & in prædicationibus popularibus plurimis; immo & verum fateor, propter suos dulces mores, & propter sacras veritates quas instanter explanando verbum Dei ad populum referebat, intimus amicus etiam personæ, & gratia veritatis defensor sui honoris ad quemcumque locum devenessam. Patet ex eo etiam quod recusavit scribere domino regi, & reginæ Bohemiæ, & universitati studii Pragensis. Patet ex diversis aliis conjecturis inferentibus vehementem præsumptionem, quæ sufficit ad condemnationem talium sic agentium. Et sic fuit & est verum, publicum, notorium, & manifestum.

108. Item quod de præmissis omnibus, & singulis fuit & est publica vox, & fama.

**** Instigatoris adversus Hieronymum de Praga scedula.*

Verum pro parte instigatoris vestris reverendis paternitatibus humiliter exponitur, quod dictus Hieronymus in dicta custodia sic tentus, comessationibus, & crapulis se ingurgitat, & epulis vitam plus exorbitantem, quam si liber existeret, ducit. Ecce quantum super operationem Spiritus sancti timet, quasi non ubi vult spiritus spirat, & non quod sibi placitum sit, nisi ille timuerat, perficiat, & timeret quod Spiritus sanctus locum propterea non reperiat, ubi gratiam recognoscendi errores suos infundat. Nonne Christus ante passionem suam quadraginta diebus jejunavit? Moyses legislator, & Helias in cælum levatus? Daniel Leonum triumphator per abstinentiam fieri meruit? Quare petit dictus instigator, quatenus vestra reverenda paternitas eundem Hieronymum jejuniis afficiat, quæ sunt tormenta clericorum, & maxime hæreticorum; deinde illum non sufficientem, cum laicus sit, & pro laico sæpe se gessit, & in habitu laicali, & cum longa barba semper incessit, & pro tali se habuit, tenuit, gessit, & reputat; & talem, in publica sessione notorie se ostendit, respondeat sufficientius articulis, quibus nondum sufficienter respondit, & articulis sibi denuo datis respondeat per verbum Credit, vel non credit sub tortura, ne sub hypocrisi fugatu, vel relaxationem consecutus, tanquam Pharao induratus plus suos sequaces in suis erroribus confortet. Cum de omnibus, & singulis supradictis rationabiliter poterit convinci, vel saltem probatio inferri, quod merito sufficere poterit. Quod si negaverit fecisse, aut commisisse aliquid de præmissis, quod legitime probetur, ac probatum fuerit, & contumaciter perseveraverit in negatione hujusmodi, tunc sine moræ dispendio, tamquam pertinax hæreticus, incorrigibilis relinquatur curiæ seculari juxta sacrorum canonum constituta.

Et præmissa petit dictus instigator melioribus modo, via, jure, & forma, quibus melius, & efficacius fieri potest, & debet, benignum vestrum officium super præmissis implorando.

**** In causa Argentinensi.*

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate ejusdem MCCCCXVI. Indictione nona, apostolica sede vacante, die vero vigesima septima mensis Aprilis hora primarum, vel quasi, tempore sacri concilii generalis Constantiensis, in nostrorum notariorum publicorum, & testium infrascriptorum præsentia personaliter constitutus honorabilis vir dominus Henricus Libot dictus Bel, procurator, ut asseruit, & syndicus procuratorio, & syndicatorio nominibus venerabilium virorum dominorum Huguelmani decani, & capituli; necnon Frederici de Zalze canonici venerabilis ecclesiæ Argentinensis, ac excelsorum dominorum magistri officiariorum, nec non proconsulum, & universitatis magnæ civitatis Argentinensis; nec non Roylini Barphemang, Hulrici Roiet, Michaelis Melburgæ civium Argentinensium tam conjunctim, quam divisim habens, & tenens suis manibus quandam appellationis papyri scedulam, quam ibidem palam, & publice, ac alta & intelligibili voce legit & publicavit, ac proposuit, & appellavit, & protestatus fuit, aliaque dixit, & fecit, quemadmodum in eadem appellatione continetur, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

Appellatio pro parte Argentinensium coram concilio interposita.

Coram nobis notariis publicis, ac testibus hic præsentibus, & astantibus ego Henricus Libot dictus Bel sindicus procuratorio, & sindicatorio nominibus venerabilium virorum dominorum Hulgelmanni decani, & capituli; necnon Frederici de Zalze canonici venerabilis ecclesiæ Argentinensis, ac etiam excelsorum dominorum magistri officiariorum, nec non proconsulum, consulum, & universitatis magnæ civitatis Argentinensis; nec non Rolini Barphennig, Ulrici Chos, & Michaelis Melburge, civium Argentinensium, tam conjunctim, quam divisim protestor solemniter, & expresse, quod per præsentem, & quemcumque alium actum per me dictis nominibus factum, aut faciendum, non intendo quibuscumque rite, juste, aut sancte per dictum sacrum concilium generale Constantiense in Spiritu sancto legitime congregatum diffinitis, decretis, statutis, ordinationibus, ac diffiniendis, statuendis, & ordinandis in aliquo opponere, aut contra ea facere, vel venire; quinimmo volo semper, & intendo diffinitionibus sanctis, & justis, nec non decretis, & statutis, & ordinationibus, atque mandatis prædicti sacri concilii firmiter, atque humiliter parere, & obedire, infrascriptis tamen semper salvis. Protestor insuper quod per præsentem actum, vel alium quemcumque per me factum, aut faciendum nolo, neque intendo ab appellatione, seu appellationibus per me nomine dictorum dominorum in præsenti causa interposita, & gravaminibus eis illatis quoquomodo recedere, neque resilire, sed eisdem volo firmiter obedire, & inhærere. Quibus protestationibus ipsis salvis appellando propono dictis nominibus, & dico, quod quamvis dicti domini decanus, canonici, & capitulum nuper desolationem, dilacerationem bonorum, rerum, possessionum, terrarum, oppidorum, & castrorum venerabilis ecclesiæ Argentinensis alienationem per Guillelmum de Drest assertum electum ejusdem ecclesię damnose, & irrecuperabiliter factas; præsertim cum idem VVillelmus tempore suæ damnosæ, & execrabilis promotionis prędictam ecclesiam Argentinensem in triginta castris vel citra, & oppidis atque redditibus invenisset ad valorem triginta millium florenorum auri annuatim abundare, quæ omnia temporibus suis miserrime dilapidavit, & dissipavit, & quasi ad nihilū reduxit; ita quod hodie dicta ecclesia Argentinensis nullum hujusmodi oppidorū, castrorum in possessione habet, quod detestabile est audire; propterea compatientes & cupientes quantum in eis erat, indemnitati ecclesiæ prædictæ providere, ac finali ipsius ecclesiæ exterminio imminenti obviare, ad ipsius VVilhelmi arrestationem tunc fugitivi, & suspecti propter præmissa per eum commissa, & perpetrata, volens tunc, & intendens oppidum Czalern ipsius ecclesiæ Argentinensis penitus ab ipsa ecclesia [v] alleviare, prout publica vox, & fama tunc de ipso in partibus illis erat, quemadmodum & alienatum esse videtur, debita cum honestate processissent; cum non

[v] alienare

erat superior, ad quem posset statim recursus haberi, propter periculum instans, quem etiam in habitu laicali, & absque tonsura clericali repererunt, quemadmodum etiam super iocedere solebat, & solet; & successive prædicto sacto concilio attestationem, alienationem, desolatiooem, destructionem, & finalem terminum per suos legitimos procuratores, atque nuncios solemniter, atque sufficienter intimassent, cum exhortatione, & supplicatione, tam humiliter, tam devote deprecando, quatenus prędictum sacrum concilium prædictis dominis decano, canonicis, & capitulo ecclesiæ Argentinensis in præmissis paterne consulere, ipsique ecclesiæ tam miserabiliter destitutæ occurrere; nec non etiam dominum Bernardum comitem Cresteyn prędictus una cum Vlrico de Humburg occupatorem, & detentorem tunc personaliter coram sacru cuncilio, seu certis tunc in causa hujusmodi deputatis constitutos ad restituendum ecclesiæ prædictæ oppidum prædictum, vel ad reponendum ipsum io manibus ipsius sacri concilii compellere, & astringere dignaretur; prout hæc, & alia in instrumentis publicis desuper confectis, ad quæ me oominibus quibus supra, refero ad ea, necnon omnia, & singula acta, facta, dicta, gesta in præmissis, & circa pręmissa hic refero, & pro insertis habere volo, quatenus tamen faciunt pro justificatione, præsentis appellationis, & non alias, plenius continentur. Nihilominus tamen prædictum sacrum concilium cum omni benigna semper supportatione ejusdem loquendo, majoribus, ut præfertur, præpeditum negotiis, supplicationi, & exhortationi dictorum dominorum, decani, canonicorum, & capituli usque nunc exaudire, eisdemque in præmissis paterne consulere, & occurrere, & indemnitati ecclesiæ providere distulit, atque differt; quamvis etiam prædicti decanus, canonici, & capitulusn nuper reverendissimis in Christo patribus dominis Ioanni patriarchæ Constantinopolitano, & Nicolao episcopo Mersebutgensi in civitate Argentinensi nomine dicti sacri concilii existentibus noonullas vias rationabiles, justas, & sanctas obtulissent, & etiam apud eos debita cum instantia institissent, quatenus indemnitati ecclesiæ providerent, dictumque oppidum in manus ipsorum nomine prædicti concilii reciperent, & alias in præmissis ecclesiæ supradictæ salubriter succurrerent; attentis maxime legitimis conservatione, suspicione, alienatione oppidi prædicti, ac etiam castri Bojæ. Quocirca idem Comes Bernardus absque alia requisitione prædicti prætensi electi, ac etiam ipsorum domioorum decani, canonicorum, & capituli de facto cum prædicto oppido occupat: quæ etiam causa coram eisdem dominis ambasiatoribus allegatæ fuerunt continentes io effectu, videlicet ex eo, & pro eo qüia idem Comes Bernardus absque eorundem dominorum decani, canonicorum, & quinimmo contra ipsorum voluntatem se detentationi, & occupationi eorundem castri, & oppidi intermisit, licetque vasallus sit ecclesiæ, tamen eadem oppidum & castrum, nec huic sacro concilio, nec ecclesiæ Argeotinensi, nec etiam capitulo ejusdem restituere curavit, neque curat, cum tamen fidelitatis juramento ecclesiæ astringatur. Secundo quod idem comes non obstante juramento fidelitatis, quo ecclesiæ obligatur, ipse se dominis decan, canonicis, & capitulo opposuit supradictis expresse se partem contra eos faciens tam coram reverendissimis patribus prædictis, quam alibi. Quinimo etiam idem comes cum volentibus ecclesiæ prædictæ, & capitulo movere guerras illicite conversatur, & ex fide alligatus existit; ac similiter ipsis dominis decano, canonicis, & capitulo ex prædictis oppido & castro guerram movere minatur, studens obesse ecclesiæ prædictæ, cum juxta exigentiam juramenti fidelitatis sibi prodesse deberet, & ejusdē indemnitati pro posse. Tertio, idem comes fervitor & fautor specialissimus fuit, & est illustris principis domini Ludovici ducis Bavariæ comitis Palatini Rheni, qui etiam terras, & oppida ecclesiæ una cum castro Ortemberg de facto, & contra jus detinet. Et sic vehementer suspicatur eadem oppidum Tzabern & Castrum Boys sibi ipsi usurpare posse. Quarto quod potentia ipsius domini ducis, præfati Comitis Bernardi adeo est magna, quod in casu cessus, vel decessus, aut privationis ipsius VVilhelmi, vel etiam hoc sacro concilio dissoluto, nunquam oppidum, & castrum prædicta de manu ipsius comitis Bernardi evelli possent. Quinto quod apparuit, & apparet etiam magna suspicio contra eundem comitem Bernardum ex eo, quia alias idem comes cepit in hypothecam villam Sezvach cum fortalitio pro sexcentis florenis auri a præfato VVilhelmo sine consensu capituli, ad finem ut eidem VVilhelmo in guerra contra dictos decanum, canonicos, & capitulum, & civitatem Argentinensem assisteret, idem etiam comes eandem villam, cum fortalitio ecclesiæ Argentinensi restituere noluit, nisi dominus decanus, canonici, & capitulum hujusmodi villam & fortalitium ab eodem comite pro sexcentis florenis d. bonis ecclesiæ relevarent. Aliquando etiam in perpetuum ab ecclesia etiam eadem fuisset alienata. Sexto ex eo quod in instructiooibus per dominus abbatem monasterii Okvvango, & Custianum de Apel hujusmodi sacri concilii nuncios nuper Argentinenses exhibitis continebatur, & continetur inter cætera, quod idem comes Bernardus in omnem eventum retinere debet, & debeat possessionem castri, & oppidi prædictorum, & ea restituere duntaxat dicto VVilhelmo, vel futuro præficiendo episcopo. Ex quibus etiam luculenter apparuit & apparet indemnitati ecclesiæ minime provisum, quinimo etiam prædicta contra dispositionem juris communis attentata videntur: nam io casu cessus, vel decessus præfati VVilhelmi, ac vacationis prędictę ecclesiæ gubernatio & custodia castrorum, oppidorum, & possessionum ecclesiæ ad decanum, canonicos, & capitulum prædictos pertinere de jure, iidem domini decanus, canonici, & capitulum in casu hujusmodi forent penitus destituti, si hujusmodi oppidum, & castrum in manibus ejusdem comitis modo præmisso remanere deberent. Septimo apparuit & apparet suspicio contra eundem comitem; nam ab initio receptionis castri, & oppidi prædictorum dixit idem comes coram pluribus fide dignis, se eadem subintrasse, & ea detinere nomine imperii, & de jussu prædicti domini ducis tanquam subvasallus imperii, nunc dicit se eadem detinere, & cepisse tanquam vasallus ecclesiæ, & pro ecclesia multa verba per eum dicta. Et quamvis prędicti domini ambasiatores & nuncii sacri concilii prædicti rationabilibus causis, modis, & viis eis per dictos dominos decanum, canonicos, & capitulum prædictos oblatis debuissent acquievisse, & ecclesiæ præfatę circa ejus indemnitatem providisse; ipsi tamen domini patriarcha & episcopus, & alii nuncii prędicti omnes, & singuli justas, & sanctas ac rationabiles causas & vias prælatas acceptare, & ecclesiæ prædictæ io præmissis providere penitus recusarunt, & denegarunt, dicentes se ad prædicta nullum habere mandatum. Et quamvis generalia concilia & prędictum sacrum concilium Constantiense regulare dicti domini mei firmiter credunt, & propterea ipsum sacrum concilium in errore (quod absit) aut tanquam justitiam in ipso denegare per quemquam asserere, foret ipsum Spiritum sanctum reprehendere, quod absurdum nimium censetur; veruntamen quia

prædicti

prædicti domini veridica relatione didicerunt, quod præfatum sacrum Constantiense concilium in causa hujusmodi supradictæ ecclesiæ Argentinensis in præmissis compatiens nonnullis dominis prælatis atque doctoribus sexdecim in numero, videlicet de quatuor nationibus quatuor deputaverunt, qui causam hujusmodi audiendam, & cognoscendam usque ad sententiam diffinitivam exclusive habuerunt potestatem. Qui quidem etiam domini sexdecim commissarii de præsenti interesse deliberaverunt, & concluserunt in hunc modum, videlicet. In primis applicando jura ad ea, quæ facta sunt in materia, discussoque prius an super charactere clericali, vel ordinis ecclesiastici sacri, vel non sacri electi Argentinensis excipientes in sua exceptione perseverant, sit ante omnia pronunciandum; & utrum ab hujusmodi exceptionibus B excipientes sint repellendi diversis considerationibus ad evitandum multa inconvenientia ex consistentibus in præfata resultantia, ad faciliorem expeditionem causæ sine suspicione, & vitare habeant scandala, & pericula imminentia evitent, avisando deliberarunt primo, quod causa hujusmodi tam pro electo, quam contra eum capitulum & communitatem Argentinensem cum dependentiis, emergentiis, incidentiis, & connexis committatur aliquibus judicibus per concilium cum plena potestate in forma juris tractanda in Basilea, vel in alio loco insigni extra Constantiam, & Argentinensem civitates ex causa usque ad sententiam exclusive. Et cum ex officio nobili per inquisitionem, quam mercenarie procedendo plenarie processu instructo, & incluso assignata die ipsi electo, & aliis, quibus fuerit, & videbitur assignanda Constantiæ ad comparendum personaliter, vel peremptorie secundum exigentiam casus, vel materiæ coram concilio audituris relationes, processus, & ipsius exhibitionem. Postmodum judicandum pro ipsius concilii deliberatione. Item advisando deliberaverunt, quod ante omnia deberent judicem monere, & requirere capitulum & communitatem Argentinensem ut dictum electum deliberent, & relaxent in manibus judicum deputandorum nomine concilii, & hoc sub pœna excommunicationis in singulares personas, & interdicti in capitulum, & civitatem, & in eorum territoriis, & dominiis, & aliis pœnis tam juris, quam aliis, de quibus videbitur eis, quas ipsi possint, debeant, & teneantur declarare casu quo non fuerit, & processus factus contra particulares culpabiles. Item advisando deliberaverunt quod electo deliberato, & in eorum manibus reposito immediate in eodem loco existentes debeant inducere, requirere, & monere, maxime dicti electi consensu interveniente, ut castrum Tzebern, & oppidum Boite detinentes debeant relaxare, & remittere pure, & libere in potestate & custodia dictorum judicum nomine dicti concilii, & hoe sine stipendiis, aut expensis restitutionis; & hoc per consimiles censuras, & interdicta, aut consimiles declarationes & privationes feudorum, & aliarum pœnarum, de quibus eis videbitur. Item advisando deliberaverunt, quod castrum, & oppidum hujusmodi debeant dari, & committi in custodia alicui non suspecto, & fideli, habita deliberatione cum ipso electo, & aliis de quibus videbitur; & quod ultra redditus annuos dictorum castri, & oppidi pro custodia expendi non possint, debeant, nec etiam tantum, si pro minoribus expensis fieri possit; Et quod pro stipendiis suis, vel expensis, quocumque casu dato fortuito, vel alio, non possit, nec debeat differre expeditionem, & traditionem castri, & oppidi prædictorum, ad decretum, & beneplacitum concilii, vel specialiter ad hoc deputatorum; & de hoc debeant recipi instrumenta, &

A obligationes & hypothecationes, & aliæ securitates possibiles. Item advisando deliberaverunt, quod qui castri & oppidi prædictorum custodiam habebunt, debeant & teneantur jurare, & promittere non offendere capitulum, vel communitatem Argentinensem & eis debeat fieri inhibitio, & similiter illis de capitulo, & communitati Argentinensi sub pœnis formidabilibus donec per concilium, vel suam auctoritatem aliud super hoc fuerit ordinatum. Et quatenus post prædictam deliberationem, & etiam ante iidem domini sexdecim domini deputati requisiti fuissent; & cum instantia ab eis petitum fuisset, quod indemnitati ecclesiæ prædictæ, maxime circa oppidum prædictum providerent, & si providissent quod nondum apparuit, prædictos dominos decanum, canonicos, & B capitulum de hoc certificarent, cum iidem domini tunc essent, & fuissent parati præfatum VVilhelmum relaxare, præstita per ipsum sola juratoria cautione de stando, & parendo juri coram prædictis dominis deputatis, & sacro concilio, & quod etiam ipsi paratos se sæpe obtulerunt. Prædicti etiam domini deputati indemnitati hujusmodi saltem tacite, & pertranseundo se deliberationem, quam facere intendebant circa præmissa fecisse asserebant, dictos tamen appellantes de provisione Indemnitatis hujusmodi certificare non curantes eumque & iidem domini deputati in causa hujusmodi juxta eis per prædictum sacrum concilium commissa procedere intendissent; aliqui tamen pauci numero partiales prælati a sancto C recedentes, ut prædicitur, seque pro rectoribus & magistris magnis inter stantes dominos ibidem in eodem spiritu congregatos, tanquam principales gubernatores reputantes, mittentes falcem in messem alienam, in angulis, & non in publico particulares fecisse dicuntur in causa hujusmodi deliberationes; a jure quasi penitus devias, & exorbitantes, licet super hoc a prædicto sacro concilio nihil penitus habuissent in mandatis, saltem sic deliberandi, qui etiam omnibus, & singulis per prædictos sexdecim deputatos deliberationibus, & conclusionibus contradixisse, & contrarium fecisse comprobantur, ut res (proh dolor!) docuit, & hodie docet exitus. Et licet idem Spiritus sanctus per organum prophetæ David locutus fuit, sic inquiens: Recte judicate filii hoD minum: quod etiam judicium non immeritoipse idem Spiritus sanctus in prædicto sacro concilio procul dubio fieri semper voluit, atque hodie vult, machinatione, partialitate, exorbitantiis, & particularibus deliberationibus iniquis, & injustis personatum quarumcumque non obstantibus quibuscumque. Quadam tamen prætensa bulla, sive littera sacri concilii partialiter, & absque prædictorum sexdecim deputatorum, quinimo præter, & absque militaris quatuor nationum prædicti sacri concilii scitum, consensum, voluntatem, & mandatum cameraliter, & angulariter contra omnem juris formam, & debitum rationis etiam subjective, & subreptitie contra præfatos dominos meos; etiam nescitur ad cujus instanE tiam emanata esse dicitur. In qua de omnibus, & singulis oblationibus, requisitionibus, exhortationibus dicto sacro concilio per dictos dominos meos factis, nec non de alienationibus, desolationibus, destructionibus, periculis, exterminiis, & aliis supra-scriptis dilapidationibus per dictum dominum VVilhelmum venerabili ecclesiæ Argentinensi prædictæ factis, atque præstitis nulla penitus mentio facta apparet: Quinimo per eandem prætensam bullam exorbitationis prædicti domini mei per edictum per modum monitionis requiri dicuntur, quatenus infra duodecim dies post lectionem, publicationem, & affixionem ejusdem prætensæ bullæ in cæteris ecclesiis, &

& locis ibidem expressis factas prædictum VVilhelmum assertum electum, necnon cantorem ecclesiæ prædictæ cum eorum familia absque quolibet contradictionis obstaculo plenarie in manibus dicti sacri concilii, seu commissariorum ab eodem sacro concilio ad hoc libere restituerent, ipsisque ablata restituerent, & restitui facerent, vel de ipsis, si non extent, satisfacerent, vel satisfieri procurarent, comperenter sub excommunicationis, & interdicti, & aliis sententiis, & censuris, & pœnis. Quod si forsan hujusmodi monitionibus, & requisitionibus in dicto termino comparere contempserint, infra alios duodecim dies domini Hogelmannus Decanus, Fredericus de Zolte, nec non Rolinus Barphirininck, Vlricus Los, & Michael Melbruge personaliter in eorum propriis personis, & alii domini canonici, & capitulum omnes legitime comparerent Constantiæ in loco sessionis ad videndum, & audiendum se declarari in censuras, & pœnas tam juris, quam sacri concilii prædicti incidisse. Certificando nihilominus omnes, & singulos dominos supradictos, & eorum quemlibet, quod sive hujusmodi monitionibus, & monitioni parere & obedire in præfatis terminis comparere curasent, sive non; ipsa nihilominus sancta synodus ad omnia, & singula præmissa, & alia juris remedia in præmissis opportuna quomodolibet procederet. Quæ utique ab ipsa sancta synodo processisse misericorditer creduntur, sed potius temeraliter, partialiter, atque furtive sancta synodo penitus ignorante extorta præsumuntur, maxime ex eo, & pro eo, quia quod Gaspar de Perusio, qui semper, atque frequenter prædictos dominos meos in prædicto sacro concilio, & in nationibus oequiter, & mendose tanquam advocatus diffamando prædictam prætensam bullam, prætensatum, consensum, & voluntatem dicti sacri concilii, & ipsarum quatuor nationum, non per cancellariam, sed angulariter, & cameraliter expedivisse comprobatur, pecunia, & muneribus corruptus, dictum sacrum concilium vituperando, & scandalizando; nam in eodem prætenso monitorio inter cætera continetur, quod dicti domini decanus, & capitulum eidem VVilhelmo debitam obedientiam promiserant, & præstiterant, quod omni caret veritate. Quinimo idem Guilhelmus eisdem decano, & capitulo solemne præstitit juramentum de non alienando bona ecclesiæ prædictæ, cujus tamen contrarium fecit, perjurium incurrendo. Etiam non attendens eadem synodus, quod præfatus cantor fuit, & est de jurisdictione dictorum dominorum decani, & capituli, quodque etiam de consuetudine legitime præscripta correctio, & punitio dictorum canonicorum dictæ ecclesiæ Argentinæ delinquentium & etiam arrestatio, & detentio eorundem ad eosdem decanum, & capitulum spectavit, & pertinuit; quodque etiamsi apparere posset eundem cantorem, & canonicum per decanum, & capitulum prædictos fuisse captum, quod hujusmodi captura rite, & legitime ipsius cantoris & canonici demeritis exigentibus facta fuit, & est, præsertim ex eo, & pro eo quia idem cantor, ut laicus sine habitu, & tonsura clericalibus, in armis equitando semper incessit; quique etiam juxta juramentum per eum præstitum decano præfato obedire sæpe recusavit, & contra juramentum suum veniendo, capitulum ejusdem ecclesiæ rebus & bonis suis vi, & manu armata spoliavit, & sæpius debellare & prædari studuit. Eosdem etiam decanum, & capitulum ad indebitas exactiones, spreto judicio & foro, atque jurisdictione spirituali, nec justitia in foro ecclesiastico contentari voluit, sed eosdem exauctorare, & deprædari ad suæ libitum voluntatis, & quamplura alia enormia contra juramentum fidelitatis & obedientiæ commisit, & perpetravit, non attendens etiam ipsa sancta synodus, quod præfatus VVilhelmus prætensus electus non fuit, neque est in aliquo etiam clericaliter, vel minori ordine constitutus; Quodque tanquam purus laicus armatus sæpe accessit sine aliqua tonsura, quodque etiam tempore suæ arrestationis sic repertus fuit, & sic etiam ejusdem correctionem & punitionem ad præfatos dominos magistrum officiorum, rectores, officiales dictæ civitatis Argentinensis non est dubium. Quodque ad dictum sacrum concilium de excessibus laicorum non spectat agnoscere, & præsertim de excessibus in dicta civitate Argentinensi, & ejus districtu per dictum VVilhelmum de Dust commissis, & perpetratis, inhibendo, mandando, monendo, vel alias qualitercumque disponendo. Et licet prædictum prætensum monasterium præter scitum, consensum, voluntatem, atque mandatum dicti sacri concilii, & contra juris, & styli curiæ Romanæ formam emanasse credatur, eique etiam tanquam nullo, & a jure communi exorbitanti; necnon surreptitie, & obreptitie extorto fides aliqua non fuisset, neque esset adhibenda, sibique minime parendum, neque obtemperandum per dictos dominos monitos, ut dicitur, atque citatos, quamvis de facto, & quamvis etiam in prætensa forma dicti prætensi monitorii teneatur expresse, quod dictum prætensum monitorium per edictum foret publice in Romana curia, in partibus circumvicinis affigendum; nihilominus tamen etiam prætensa forma hujusmodi in exequendo minime servata esse dicitur, maxime cum originalis prætensa bulla hujusmodi reperiatur in aliquo locorum edicti hujusmodi extra Romanam curiam fuisse in valvis ecclesiarum, ut moris est, & jussis affixa. Et licet præfatus dominus Gaspar de Perusio advocatus dictæ partis adversa nuper coram omnibus dominis deputatis quatuor nationum, hujus sacri concilii in causa hujusmodi pro audientia illustris principis domini comitis de VVirtemberge, necnon Basiliensis, & Constantiensis civitatum, nec non Berneg Triercensis, Scapboensis, Lucernensis, VVerlingensis, Revenspurgensis, Revvilensis, Hudavvinensis, Phulemotsensis, & Silvigensis oppidorum imperialium ambassiatoribus danda in domo fratrum Minorum Constantiæ congregatis expresse postulassent, & petiuissent, quemadmodum etiam sæpe & sæpius pro parte dictorum dominorum decani, canonicorum, & capituli petitum, & postulatum fuit, quatenus ad sacrum generale concilium indemnitati ecclesiæ Argentinæ prædictæ provideretur, prædictique etiam ambassiatores coram eisdem dominis deputatis & a sacro concilio etiam cum instantia postulassent quatenus reverendissimæ paternitates, & hoc sacrum concilium intuitu Dei, & etiam propter bonum pacis, & concordiæ, ac pro utilitate, & statu reipublicæ, & totius patriæ terminum monitorii prædicti, necnon salvumconductum eisdem dominis decano, canonicis, & capitulo, ac magistro officiorum, consulibus, & proconsulibus dictæ civitatis Argentinensis per idem concilium datum, & concessum ad modicum temporis, videlicet terminum quindecim dierum proxime futurorum prorogare dignarentur, attento maxime quod iidem domini ambassiatores mediante auxilio, & consilio ejusdem sacri concilii sperabant inter partes hujusmodi se taliter interponere, & amicabiliter tractare, quod causa hujusmodi absque majoris periculis concordaretur, & terminaretur; nihilominus tamen prædictæ reverendissimæ paternitates, seu saltem præfati domini deputati reverendissimorum dominorum S.R.E. cardinalium consensu, nec non votis nationum hujus sacri concilii, ut creditur, minime super hoc auditis, neque receptis, petitionem prædictam

prædictam expreſſe, ſeu ſaltem admittere recuſaverunt. Et dictæ reverendiſſimæ paternitates cum benigna ſemper ſupportatione earumdem reverendarum paternitatum loquendo) ut dicitur, de prædictis non ignari, aliaſque nulliter, & de facto in cauſa hujuſmodi procedentes ad executionem prætenſi monitorii, nec non pœnarum, & cenſurarum prætenſarum declarationem contra eoſdem dominos meos monitos, atque citatos procedere nituntur. Quia prædicta omnia, & ſingula fuerunt, erant, & ſunt vera, publica, & notoria, dictique etiam domini, & capitulum, nec non procurator & ſyndicus, nominibus quibus ſupra, & hodie ſunt probare parati, & ſe ad probandum prædicta, ſi neceſſe fuerit, admitti petunt, & quilibet ipſorum petit, in quantum onus probandi prædicta ſibi incumbit, de quo etiam proteſtatur. Ideo procurator præfatus, nominibus quibus ſupra, ſentiens ſe, & dominos ſuos, & jura ipſorum per prædicta omnia, & ſingula, & eorum quemlibet fore læſos, & læſa, timenſque in poſterum ſe ab eiſdem dominis prælatis & deputatis ſacri concilii tanquam male informatis, & a prædictis particularibus deliberationibus, & a prætenſo prædicto iniquo, nulloque & invalido monitorio, nec non & prætenſis pœnis, & cenſuris in eodem contentis, & a ſingulis membris, & capitulis in ipſo expreſſatis, nec non etiam a dicta prætenſa iniqua & injuſta executione, & etiam a dictorum petitionis, & inſtantia non admiſſione, & non exauditione, & a prędicto pręrenſo proceſſu, prædictæque venerabilis eccleſiæ Argentinenſis irrecuperabiliter damnificatione, prędictorumque oppidi Czabern, & caſtri Bor alienatione, & prędicti comitis Bernardi eorundem occupatoris tali quali collectione, ipſiuſque comitis expulſione, denegatione, & ab omnibus, & ſingulis aliis gravaminibus, quæ ex præmiſſis & actis cauſæ hujuſmodi dari poſſent, & quæ ad appellandum ſufficiunt, tam conjunctim, quam diviſim, non tamen a prioribus appellationibus in cauſa hujuſmodi interpoſitis recedendo, ad ſanctam ſedem apoſtolicam, & ad ſacrum generale concilium Conſtantienſe melius informandum, & ad futurum ſummum pontificem, auctore Deo, per ipſum ſacrum concilium eligendum in his ſcriptis dictis nominibus provocat, & appellat, & appellans petit primo, ſecundo, & tertio inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime ſibi dari, & exhiberi, ſubjiciens. & dictos dominos ſuos, & eorum quemlibet, atque jura, & bona ipſorum, eiſque adhærentium protectioni, & tuitioni ſedis apoſtolicæ, & hujus ſacri concilii. Proteſtans ſolemniter, & expreſſe, quod hujuſmodi appellatione pendente, nihil penitus contra dictos dominos ſuos attentari, ſeu innovari, quodque etiam hujuſmodi appellationem vult, & intendit proſequi, & fine debito terminare loco, & tempore opportunis, & quod etiam præſentem appellationem poſſit, & valeat corrigere, & emendare, atque addere, & diminuere, & alias proteſtatur, ut fuit, & eſt juris, atque moris, & ſtyli ſacri palatii apoſtolici cauſarum curiæ Romanæ, requirens vos dominos notarios publicos infraſcriptos ut de præmiſſis omnibus, & ſingulis conficiatis unum, vel plura, publicum, ſeu publica, & tot quot neceſſaria fuerint, inſtrumentum, ſeu inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam. Acta fuerunt hęc in majori eccleſia Conſtantienſi ſub anno, die. & menſe, quibus ſupra, præſentibus ibidem reverendo in Chriſto patre domino Ludovico epiſcopo Baugatienſi, & venerabili, ac provido viro magiſtro Ioanne de Breda in medicinis licentiato, & Petro Annoti ſacri palatii apoſtolici teſtibus ad pręmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Ioannes Vener notarius ad pramiſſa.

Tenor vero cujuſdam Bulla canonizationis trium ſanctorum in Svvecia ſequitur, & eſt talis.

Sacroſancta, & generalis ſynodus Conſtantienſis, venerabilibus fratribus Aſloenſi, Aboenſi, & Veſtonenſi epiſcopis ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem.

Felix prorſus, & ineffabilis eſt ſanctorum gloria, poteſtas inſuperabilis, incomparabilis pulchritudo, & beatitudo perennis, non delebitur memoria eorum de libro vitę, ſed apud omnes generationes nomen eorum perſeverabit, in gloria reverebitur, & celebrabitur omne per ævum. Vnde licet militans in terris eccleſia triumphantem in cœleſtibus eccleſiam filiali & devoto veneretur affectu, virtuteſque ſanctorum, eius laudes, & pręmia quantum ſinit humana fragilitas, digniſſimis commendat, & attollit pręconiorum titulis, & eum devotiſſimis precibus, & rito ſolemni, vota, oblationes, & ſacrificia laudis offert ad decus & venerationem civium ſupernorum; nihil tamen per noſtras laudes, nihil per ſacrificia, & oblationes eis accreſcit novę perfectionis aut gloriæ, nec eorum plena, & perfecta felicitas noſtris operibus, vel obſequioſo famulatu minui poteſt, vel augeri, cum per ſe ſufficiens ſit ſtatus eorum, omnique bonorum aggregatione perfectus: Sed miſericors & miſerator dominus per merita, & interceſſiones ſanctorum, quos celebri devotione adoramus in terris, ſua mirabili, & clementiſſima dignatione noſtrum imperfectum ſuppleri providit, ut quod noſtris precibus non valemus, eorum ſuffragantibus meritis aſſequamur. Quod cum crebreſcentibus miraculorum virtutibus nobis per ſucceſſus temporis variæ fiant diſpoſitionis divinę revelationes ſanctorum, ut in celebri memoria cum ſumma veneratione perpetuis temporibus habeantur a nobis, non ad eorum ſed ad noſtram profecto cedit utilitatem, & ſalutem. Et dum geſta pręclara, & virtutes eorum recolimus, patrocinia ſentiamus, utcumque tenta refrigeſcerit charitas multorum, & ſuperabundaverit malitia, minuſque digni fuerimus Deum precibus alloqui, & in conſpectu illius comparere, ſanctos habemus mediatores proprios, quorum meritis præclaris valeat altiſſimus, ad deſideratam nobis ſuæ propitiationis abundantiam tot multiplicatis interceſſoribus digniſſimis largiri dignetur. Quapropter ad imitationem, & exemplar ſanctorum patrum, qui pro ſalute degentium adhuc in terris dignæ venerationi, & legitimę canonizationi ſanctorum dudum ſummis, & devotiſſimis ſtudiis operam dediſſe leguntur. Nos qui pro unione ſanctę matris eccleſiæ, & procurandum, promovendumque omnibus proſperitatem religionis Chriſtianæ, & communem omnium mortalium utilitatem, & ſalutem concernere poſſent, & augere, ſpeciali, ut pie credimus, providentia Dei in ſuo nomine congregati ſumus in unum, omnipotenti Deo gratiſſimum, & toti eccleſiæ ſaluberrimum eſſe cenſemus, ut inter cætera, quæ communi ſaluti fidelium excogitare, quantum datur ex alto, promoveri conamur, illis etiam vigilanter intendimus religioſis operibus, quibus legitima canonizatione ſanctorum, ut ipſi ſunt in omni

omni cognitione, & veneratione solemni, devotionem plebis augere per benevolentiam, & gratiam præveoire sanctorum, & per ipsoa divinam clementiam nobis mereari possimus, & iis præsertim diebus necessitatis, & tribulationis ecclesiæ, quibus (.prob dolor!) Deus omnia sub peccato conclusisse, & totus orbis in maligno positus esse videtur, omnisque caro, nec jam caro, sed omnis omnem corrupisse viam suam, suam iotentionem, suam & operatiqoem. Et cum ad manifestandum populis gloriam sanctorum suorum, & dignitatem ioblimem, antiqoa prodigiorum signa, & virtutes miraculorum renovaverit altissimus, corda simul & mentes moveat fidelium, mundet ab omni contagiooe peccati, & virtutum, gratiarumque donis adornet, ne deinceps patiatus ecclesiam proprio, & martyrum sanguioe consecratam, beatorumque confessorum, & virgiuum ædificatam meritis, tantis schismatum, & errorom periculis subjacere, & torubique fœdari spurcitiis, & abomioationibus vitiorum. Cum igitur pro parte charissimi ecclesiæ filii Errici Svveciæ, Daniæ, Norvegiæ regis illustris, & venerabilium fratrum Vpsalensis, Lundeosis, & Nidrosiensis archiepiscuporum, necnon suffraganeorum episcoporum provinciæ Vpsalensis, ac quorumdain capitulorum, & conventuum, ecclesiarum, & monasteriorum, necnon procerum, & oobilium, ac communitatum quarundam civitatum regni Svveciæ, juxta seriem quarundam litterarum per regem, archiepiscopos, episcopos, capitula, conventus, nobiles, & communitates hujosmodi Balthassari tunc Ioanni papæ XXIII. aote ejus depositionem a papatu, suis exigentibus demeritis, per nos rite factam super hoc specialiter directarum coram nobis post depositionem eandem, cum ipsæ litteræ dicto Balthasari, dum adhuc præesset papatui, non fuissent præseotatæ, sit expositum; Quod celebris & recolendæ memoriæ Nicolaus Lincopensis, Birmulphos Staiensis episcopi, & Nigridis monialis monasterii monialium Olrovingensium ordinia sancti Augustini sub cura, & secuodum institota fratrum Prædicatorum viventium Lincopensis diœcesis, dom in bujus ærumnosæ peregrinationis exilio mortali vita potirentur, non humanis favoribus obseqoi, sed puro corde, sinceraque mente divinis oculis complacere studuerunt, ut per austeritatem jugis pœoitentiæ corpus arctius suo spiritui servire cogentes, lubricas carnis cootempserunt illecebras, declinaverunt a voluptatibus, pudicitiæ conjuncti sunt, & spreta fugaci, fallacique gloria muodi, per devotæ orationis exercitium, & laudabilium virtutum opera, summo judici Deo famulatom impendere, & sibi ipsis, & aliis ad æternæ vitæ merita proficere cooati sunt indefesse verbis pariter, & factis abundare, quibos te, & conversatione se pios, prudeorea, & humiles, sobrios, & castos erga Deum summa veneratione, devotos vero erga pauperea & loca pia, charitate oon ficta largifluos, constantes io fide sacra, spe plenos, & aliis virtutibus claros esse comprobaverunt; propter quod mirabilia Deus in sanctis suis, & faciens mirabilia magna solus pro gloria eorumdem Nicolai, Brumulphi, & Nigridis merita tam ipsis in humanis agentibus, quam etiam post eorum felicem transitum ex hac luce in variis locis Svveciæ, diversisque temporibus plurima mirabilia dignatus fuerit operari. Quamobrem pro parte regis, & aliorum sic exponentium prædictorum nobis foit sopplicatum, ut aliquibus ex S. R. E. cardinalibus, & aliis prælatis io hoc sacro Constantiensi coocilio existeotibua de fide, vita, & meritis præfatorum Nicolai, Brumulphi, & Nigridis ab hujusmodi miraculis informaretur, & ea quę per hujusmodi reperirent informationem, nobis referre curarent, ut deinceps sufficientibos, & exquisitis meritia ad hoc suffragantibus, ipsi Nicolaus, Brumulphus, & Nigridis aliorum sanctorum catalogo ascribi, & aggregari possent; committere dignaremur. Nos ad eorundem regis, & exponentium, & supplicantium devotam instantiam devotissimis ecclesiæ filiis Petro tituli sancti Grisogoni alias dicto Cameracensi presbytero, & Oddoni tituli sancti Georgii ad velum aureum diacono ejusdem ecclesiæ cardinalibus, ac veoerabili fratri Iacobo Laudensi episcopo, nec ooo dilectis ecclesiæ filiis Ioanni de Gersono caocellario ecclesiæ Parisiensis, Lamberto de Gelria, Petro de Polra, VVilhelmo Khuit, & Ioanni Blorvvel in sacra theologia professoribus in dicto concilio præsentibus vivæ vocis oraculo commisimus, ut litteris authenticis, oec non libellis, & instrumentis publicis per regem & alios exponentes prædictos super hoc destinatis per eos visis, & examinatis, & super pręmissis omnibus, & singulis se diligenter informarent, & ea quæ per eandem reperirent informationem, nobis fideliter referre curarent. Qoi quidem commissarii procuratoribus regis, & aliorum exponentium præfatorum negotium hujusmodi prosequentibus eisdem litteris, libellis, & instrumentis publicis per eos diligeorer visis, & examioatis, nobisque per ea, quæ exinde repererunt, apparebat de vita, & meritis, nec non de fama & devotione populi, & miraculis tam in vita quam post mortem eorundem Nicolai, Brumulphi, & Nigridis, quæ ipse Deua ad ipsorum preces, ut credebatur, operatus fuerat, & in dies operatur, seriosius retulerunt. Nos igitur attendentes, quod de fama prędictorum, ac populi devotiooe, nec noo de vita, & meritis dictorum Nicolai, Brumulphi, & Nigridis, & miraculis supradictis per hojusmodi informationem receptam pleoe loqui non potest; ac etiam considerantes, quod ecclesiæ militanti difficillimom redditur agooscere spiritum clarificantem io ecclesia triumphanti; & quod propterea expediens videtur in talibus ea gravitate procedi, qoa ipsa non decipiatur ecclesia militans, & virtutum ...... justitia non lædatur, sed io re tanta eum abundantiori cautela, & majori maturitate procedatur. Qnapropter eum pro parte regia, & aliorum exponentium præfatorom nobis cum omni instantia, & debita reverentia fuerit supplicatum, ut cum ipsis præmissa probandi incumbat necessitas, & testes ad præsens in homanis agentes, per quorum depositiones probationes ipsę fieri posse spectantur, seu eorum aliqui, si (quod absit) hujusmodi executiooem nimium contingeret protelari, ioterim de medio possent submoveri, io negotio ipso absque moræ dispendio ad ulteriora procedere dignaremur. Nos hujusmodi sopplicationibus inclinati fraternitatibua vestria, de quibus in°iis, & aliis gerimus io domino fiduciam specialem, per nostra scripta committimus, & mandamus quatenus ad loca, in quibus pręfati Nicolaua, Brumulphus, & Nigridis fuerunt, dum in humanis agerent, conversari, & illa ubi eorum corpora requiescunt, personaliter accedeotea de fama præmissorum, ac devotione populi, vitaque, & meritis ante dictis, & miraculorum hujusmodi crebrescentia, veritateque, & eorum circumstantiis universis, juxta datam vobis a Deo prudentiam a testibus

testibus diu quantum humana sinit fragilitas exceptionibus majoribus ex actis, diligenter, fideliter, & prudenter, secundum articulos, & interrogatoria, quæ sub bulla nostra vobis mittimus interclusa, inquiratis perpensius veritatem. Super quibus universis, & singulis præmissis vestras conscientias oneramus, testesque hujusmodi, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere. Nonobstantibus tam felicis recordationis Bonifacii papæ VIII. ac de una, & duabus dictatibus in concilio generali, quàm aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel divisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quidquid autem per hujusmodi inquisitiones inveneritis in præmissis, nobis, vel futuro summo pontifici per litteras patentes eorum seriem continentes manibus plurimorum tabellionum bonæ famæ conscriptas, vestrisque sigillis munitas quantocitius intimare fideliter curetis, ut hujusmodi vestra informatione instructi, vel idem summus pontifex instructus, in præmissis consultius procedere valeamus, vel futurus pontifex valeat antedictis ad Dei, & sanctorum ejus gloriam, ædificationem ecclesiæ, & animarum salutem. Datum, *&c.*

*** *Sessio publica sine solemnitatibus die 30. Aprilis*
Vide pag. 222. A.

Die Iovis ultima mensis Aprilis Constantiæ in ecclesia majori, in loco sessionis mane hora tertiarum deputata fuit per synodum Constantiensem tenta, & habita congregatio generalis sine solemnitatibus officiorum, & litaniarum fieri consuetis in publicis sessionibus, & hoc propter ambasiatores regis Aragonum, qui non vocabant Constantiense concilium apud se, sed congregationem generalem. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus, & dominis, domino Angelo episcopo Prænestino Laudensi vulgariter, Antonio Aquilegiensi, Alamanno Pisano, Petro Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi presbyteris, Lucido de Comitibus, Francisco Florentino diaconis cardinalibus. In qua quidem congregatione de mandato, & voluntate ipsius congregationis synodum Constantiensem repræsentantis, ascendit ambonem, super quo edicta, & decreta publicantur, & denunciantur, reverendissimus in Christo pater, & dominus, dominus Iacobus episcopus Laudensis de ordine fratrum prædicatorum, & fecit quemdam sermonem de morte sanctissimi principis domini Ferdinandi Aragonum regis, & de assumptione per regni incolas domini Alphonsi ejus filii in regem Aragonum, commemorando claræ memoriæ eundem dominum Ferdinandum de gestis tempore vitæ suæ per eum erga unionem ecclesiæ Dei habitis, & approbatione capitulorum per dominum Alphonsum nunc susceptum in regem facta initorum per ipsum regem Aragonum ex una, & serenissimum principem Sigismundum Romanorum, & Hungariæ regem, & ambasiatores, & nuncios hujus sacri concilii in Perpiniano, parte ex altera. Qua collatione sic breviter facta, ascendit eundem locum, sive ambonem venerabilis vir Gaspar de Perusio advocatus sacri concilii Constantiensis, & secretarius dicti concilii Constantiensis, & de simili mandato legebat quandam litteram missivam concilio præfato per venerabilem virum dominum Ioannem de Opizis decretorum doctorem sacri palatii apostolici causarum auditorem nuncium, & ambasiatorem concilii Constantiensis missam, in qua continebantur gesta per eum in regno Aragonum. Factis istis, fuit quasi similis littera concilio per venerabiles, & circumspectos viros dominos Octobonum utriusque juris doctorem, Lambertum de Stipite decretorum doctorem, & Petrum de Vvilia archidiaconum Albiensem nuncios ante dicti concilii missa per ipsos super gestis eorum in regno Castellæ, ac Fuxi, & Arminiaci comitatibus. Quibus litteris lectis, venerabilis & circumspectus vir dominus Antonius generalis ordinis sanctæ Mariæ de Mercede ambasiator, & nuncius præfati domini regis Ferdinandi, & similiter ut episcopus Laudensis fecit unum sermonem lamentando mortem domini regis sui Ferdinandi prædicti.

Quo completo levaverunt se in medio venerabiles viri domini Henricus de Pito, & Ioannes de Scribanis dixit, quod sicut alias petivisset declarari incidisse pœnas in monitorio contentas personas, & dominos nominatos, & tunc procurator capituli Argentinensis ab ipso monitorio appellasset. Quapropter petiit parti adversæ, videlicet capitulo dari apostolos super dicta sua appellatione, & ulterius declarari dictos in monitorio nominatos incidisse pœnas in eo contentas. Henricus vero Bvve procurator capituli ex adverso ibidem præsens dixit ipsum appellasse a gravamine parti suæ illato, quapropter petiit appellationem suam admitti, & sibi dari apostolos severentiales cum omni reverentia, qua potuit, per eandem synodum Constantiensem sibi dari, & concedi postulavit; & in casu, quo gravamen fieret, protestatus fuit de nullitate ipsius monitorii, & totius processus. Quibus auditis, surrexit reverendissimus pater dominus patriarcha Antiochenus, & petiit a toto concilio, sive congregatione, si placeret, quod darentur apostoli super appellatione prædicta juxta deliberationem deputatorum, quod respondeatur per verbum, Placet. Tunc ipsa synodus respondebat per suos deputatos ad hoc, videlicet Antonium episcopum Concordiensem nomine nationis Italicæ, Ioannem episcopum Vaurensem nomine nationis Gallicanæ, Nicolaum episcopum Merseburgentem nomine nationis Germanicæ, Patricium episcopum Corcagensem nomine nationis Anglicanæ, & Angelum Laudensem nomine collegii cardinalium, per verbum, Placet. Quibus responsionibus factis, de mandato ipsius concilii sive congregationis ascendit eundem ambonem venerabilis & circumspectus vir dominus Ioannes Abundi sacræ theologiæ & decretorum doctor, & de simili mandato quandam schedulam papyream dationis apostolorum legit, in qua schedula Constantien....... ipsi magistro Henrico Bvve procuratori appellationem, & apostolos petenti respondit, quod appellationi suæ tanquam frivolæ, & vani, ac frustratoriis & inanibus causis, interjectæ, & interpositæ deferre non vellet, hanc suam responsionem per apostolos refutatorios dedit, atque concessit. Ardecinus vero de Novaria advocatus capituli petiit quod assignaretur terminus parti suæ, in quo comparere debeat ad allegandum causas, quare non teneatur parere monitorio contra eam decreto. Et tunc dominus Ioannes patriarcha Antiochenus, nomine, & de mandato ipsius concilii respondebat ad proxime per ipsum dominum Ardecinum proposita, ipsi Ardecino & parti suæ ad diem sabbati proxime futuram terminum præfixit, & assignavit. Deinde & postremo fuit lecta una

una littera regis Francorum, in qua recommendavit causam concilio novem assertionum magistri Ioannis Parvi, quod expediretur celeriter per viam juris, super quibus omnibus, & singulis Ioannes de Scribanis, & Henricus de Piro procuratores nominibus quibus supra, sibi petierunt a dominis protonotariis, & notariis ad hæc deputatis unum, vel plura, publicum, vel publica fieri instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Tenores dictarum schedulæ dationis apostolorum, & litteræ missivæ regis Francorum.

Cum appellationibus frivolis, nec justitia deferat, nec sit a judice deferendum; & constat appellationem in causa monitorii cujusdam per sacrosanctam synodum Constantiensem in causa Argentinæ, & quorundam aliorum in instrumento publico dictæ appellationis nominatorum interjectam super causis non veris, & frivolis fundatam, attenta notorietate injustæ detentionis personæ venerabilis electi ecclesiæ Argentinensis, quodque illa vera justitia ..... sit de jure qualificata monitorium prædictum quod non est procedendum contra appellantes præfatos, si in termino compareant, & rationabilem causam, cur parere non debeant, proponant, & justificent, sicque semper intellexit præfata sancta synodus dum dictum monitorium decrevit, & expedivit, contineatque eadem appellatio multa juri, & rationi dissona, sicut ex tenore illius evidentius colligitur. Ea propter dicta sancta synodus præfatam appellationem tanquam frivolam, frustratoriam, temerariam, & inanem in materia, & in forma peccantem non advertit, præsentem responsionem pro apostolis refutatoriis concedendo, & pœnam temere appellantibus infligendam loco, & tempore sibi reservando. Mandans, & præcipiens dictis appellantibus ut si aliquam rationabilem causam habeant, quod dicto monitorio parere non debeant, teneantur illam in præsentiarum juxta assignationem alias eis factam proponant, ut inde ad ulteriora procedatur, prout fuerit juris, & rationis.

**** Generalis Congregatio.*

Die vero Martis quinta mensis Maii Constantiæ in ecclesia majori prædicta, mane hora tertiarum, vel quasi, in loco sessionis fuit facta, & tenta generalis congregatio, præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Ostiensi, Laudensi, Aquilegensi, Pisano, Venetiarum, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, sancti Marci, Chalanco, de Fuxis presbyteris, de Columna, de Comite & Florentino diaconis cardinalibus, cæterisque, regum, principum, prælatorum, universitatis studiorum, & communitatum ambasiatoribus cæterisque nobilibus, doctoribus, magistris, & suppositis ipsius concilii in numero copioso. Inter cætera quæ ibidem acta, atque gesta, venerabilis & circumspectus vir Ioannes Iarsonis cancellarius studii Parisiensis, universitatisque levavit se in medium replicando contra dicta alias, & in ultima congregatione per dominum episcopum Attrebatensem prolata, atque exposita, incœpit narrare processus causæ hujusmodi videlicet novem assertionum in hunc modum, videlicet, Quod in causa ventilata, in curia Romana, & præsenti concilio fuisset introducta ex parte regis Francorum, universitatisque Parisiensis super, & occasione novem assertionum ascriptarum quondam magistro Ioanni Parvi earum auctori, quas assertiones dixit esse erroneas, piarum aurium offensivas, & alias in fide devias, & ibidem produxit, & obtulit quemdam libellum in scriptis, cum quo probavit dictas novem assertiones; ponendo sex conclusiones

A contra easdem, quas dixit se velle probare ad mandatum concilii, & ecclesiæ Romanæ, & ostendere clare illas assertiones esse erroneas, & in qua sua petitione petiit, quod darentur judices in causa appellationis in causa hujusmodi interposita, videlicet a commissariis Ursino, Florentino, & Aquilegensi cardinalibus. His propositis per dictum cancellarium, levavit se in medium reverendus pater dominus Martinus episcopus Attrebatensis, & petiit terminum ad replicandum contra dicta, & proposita ipsius domini Ioannis de Iarsonis cancellarii, cum vellet replicare, & ostendere ea, quæ dicta essent per ipsum dominum Ioannem cancellarium non esse, ut ipse asseruerat, & taliter ostendere, quod speraret concilium

B remanere contentum de relatis contra dominum Burgundiæ ducem. Auditis namque replicationibus cancellarii, ejusque conclusione, & petitione domini Martini episcopi Attrebatensis reverendissimus dominus Almannus cardinalis Pisanus surrexit, & resumpsit thema propositum per dominum cancellarium Parisiensem, quod fuit: Deus judicium tuum regi da, *&c.* Inducens per verba sua, quod si partes hinc inde justitiam, & judicium vellent, quod ponerent custodiam ori suo, & silentium tenerent, cum concilium, sanctaque synodus essent intentionis velle ministrare unicuique judicium, & justitiam, silentioque facto inter partes hinc inde in dicta congregatione, statim venerabilis vir magister Ioannes de Scribanis promo-

C tor, & procurator synodi Constantiensi proposuit. Sicut in proxima sessione fuisset prorogatus terminus ad diem præsentem ad audiendum voluntatem synodi super tunc petitis, & propositis, & ad quos tunc temporis partibus hinc inde fuisset prorogatus, & capituli Argentinensis, & ejus adhærentium contumaciam accusavit, petensque per synodum sanctam contentos in monitorio aliasque decanum, & capitulum ecclesiæ Argentinensis, & eorum sequaces declarari incidisse in pœnas, & sententias in eodem monitorio contentas. Petitione namque facta, levavit se in medium venerabilis, & circumspectus vir dominus Ioannes Vak præpositus Quinqueecclesiensis, & de mandato, consensu, ac voluntate synodi Constantiensis,

D sive congregationis prælibatæ, ascendit ambonem ipsius concilii, ostendens quandam litteram missivam sacræ synodi per serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum regem, & portatam per quemdam Henricum Lansberg militem Bohemum.

Qua littera ad mandatum synodi lecta per eundem dominum præpositum Quinqueecclesiensem, fuit repertum quod dictus dominus rex Romanorum petiit suspendi declarationem dictorum monitoriorum usque ad ejus adventum ad civitatem Constantiæ, sive alium locum, ubi concilium Constantiense forsan foret translatum. Qua littera lecta, de simili mandato idem dominus Ioannes præpositus fecit unam proclama-

E tionem in hæc verba, vel similia, Si est aliquis nomine capituli, atque civium Argentinensium, & aliorum nominatorum in monitorio decreto ad instantiam domini VVilhelmi electi Argentinensis ad allegandum causas rationabiles, quare moniti prædicti non debeant declarari incidisse pœnas in monitorio contentas? compareat, si quis est, alleget, & audietur, quam proclamans emisit alta voce tribus vicibus; & nullo comparente idem dominus Ioannes de mandato ipsius synodi sacrosanctæ legebat unam schedulam in qua continebatur, quod synodus mandavit, quod omnes, & singuli, quorum interest, qui sunt apprehensi, & contenti in monitorio contra eos decreto, & executo quatenus comparere debeant coram reverendis patribus dominis Martino episcopo Aptutino,

Aprutino, ac electo Penneosi judicibus in dicta scedula per synodum deputatis ad jurare videndum, & admitti testes in ipsa causa monitorii producendos; nec non ad dandum interrogatoria pro examioatione dictorum testium iosra binc ad diem Iovis proxime futuram, super plena informatione habenda de processu causæ & pro justificatione ejus, & ulterius ad audiendum voluntatem, & deliberationem ipsius synodi die sabbati tunc ipsam diem Iovis immediate sequentem. Et dixit, & legit, prout in quadam scedula pleoius continetur, & habetur.

Deputantur commissariis in causa Argentinensi ad recipiendum testes per concilium.

Sacrum concilium reputat contumacea non comparentea, & oibilominus decernit petitam citationem ad diem Iovis proxime venturam ad videndum jurare testes, & ad dandum iorerrogatoria pro receptione, & examinatione dictorum testium, & verificatione, & clarificatione monitorii ad cautelam deputat dominos Aprutinum, & electum Pennensem ad ulterius procedendum prout juris, & rationis fuerit, ad diem sabbati proxime futuram ad horam octavam in loco sessionis.

Die Veneris octava mensis Maii prædicti Constantiæ in refectorio majori fratrum minorum, In quo natio Germanica coogregari solet, hora tertia, vel quasi in præsentia reverendissimorum in Christo patrum, & dominorum Guillelmi sancti Marci, Brandæ Castill...... Placentini, Antonii de Chalanco, & Francisci Florentioi cardinalium, nec non omoium præsidentium quatuor nationum in dicto concilio Constantiensi, & deputatorum earundem nationum, vel saltem majoris partis constitutus .... miles dominus Henricus Lanzeberg familiaris & servitor, seu nuncius serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Vngariæ, &c. Regis, præsentibus similiter reverendis patribus dominis Nicolao archiepiscopo Gneznensi, & Simone episcopo Traguntino dominum Henricum militem iotroducentibua, & sibi tanquam consiliariis ejusdem Regis. Qui dominus Henricus primo io lingua vulgari Bohemicali ambasiatam sibi per regiam majestatem impositam exposuit. Qua expositione facta, de mandato eorundem dominorum cardinalium, & præsidentium quatuor nationum levavit se in medium venerabilis & circumspectus vir dominus Ioannes Naso utriusque juris doctor sacri palatii apostolici causarum auditor, & exposuit ambasiatam ipsius domini Henrici Lanzeber in Latioa lingua, & dixit, qualiter ipse dominus noster rex Romanorum præfatus ipsum dominum Heoricum misit ad concilium Constantieose, iotimaodo eidem, quod ipse rex vult, quod dominus VVilhelmus electus Argentinensis liberetur de captivationibus suis, & præsentetur concilio præfato, ubi debeat stare juri, & omnimodo determinatiooi ejusdem coocilii, cum confidat beoe; quod nihil per ipsum concilium fiet oisi beoe factum, sanctum, & æquum. Et ulterius, quod provideat personæ domini electi, & indemnitati ecclesiæ Argentinensis. Item secundo dixit sic quod dominus noster rex sensisset, qualiter aliqui baberent loqui, & murmurare, quod ipse tenderet habere Castrum Boir, & oppidum Tzabern, de quo ipsum excusavit. Cum enim rex dixisset, & injunxisset sibi coocilio expresse dicere, quod nullo modo vellet se impedire de aliquibus terrarum, & castrorum dictæ ecclesiæ Argentinensis, salvo tamen jure imperiali, sed qood fiat provisio domino electo, & ecclesiæ Argentinensi. Præseotibus ibidem dominis cardinalibus, archiepiscopo, episcopo, nec non reverendis in Christo patribus dominis Roberto Saris-

A beriensi, patriarcha Antiocheno, comite de Luphem, & aliis præsidentibus, & aliis deputatis quatuor nationum io coocilio præfato Constantiensi.

*** *Congregatio generalis.*

Die Sabbati nona mensis Maii prædicti In ecclesia majori in qua sessiones publicæ fieri solent, mane hora tertiarum, vel quasi fuit congregatio generalis in modum sessionis publicæ synodi Constantiensis prædictæ. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus, & domiois, dominis Iordano Albanensi episcopo, Vrsinus vulgariter, Antonio Aquilegensi, Almanno Pisanno, Petro Veronensi, Branda Placentino, VVilhelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro de Fuxis, Ameden Salutiarum, Francisco
B Florentioo, & Ludovico de Comite cardinalibua. Et inter cætera, quæ fuerunt ibidem facta, de mandato ipsius syoodi, sive congregationis generalis ascenderunt ambonem venerabiles, & circumspecti viri domini Ioannes patriarcha Constantinopolitanus, Vitalis episcopos Tolonensis, Gaspar abbas sancti Ioannis Heoricus Perusinus, Lambertus de Gelria, & Thomas episcopus Lubecensis, Bernardus vicarioa ecclesiæ Burdegalensis io causa fidei mota contra magistrum Hieronymum, inter quos judices, & commissarios reverendissimus io Christo pater, & dominus Ioannes patriarcha Constantinopolitanua recitavit .... causæ coocilio iocipiendo a capite ad finem, relationeqoe facta per eum, cæteri ejus collegæ
C secum in ambone existentes, & supra nominati dixerunt publice, & alta voce, ita esse, ut relatum est per suprafatum Ioannem patriarcham referentem, oihil addendo, nec diminuendo. Super quibus magister Ioannes de Scribanis, & Heoricus de Piro promotores nomine ipsius concilii unom, vel plura, publicum seu publica, instrumeotom seu instrumenta sibi fieri petierunt.

Quibus factis ascendit eundem ambonem venerabilis vir Petrus de Polonia decretorum doctor, & de mandato synodi præfatæ quandam litteram missivam præsentavit ibidem per N. militem dominum Henricom Lanzebeg ambassiatorem & nuocium Romanorum regis, cujus tenor inferius est insertus. Sub-
D sequenter idem dominus Petrus de Polonia de simili mandato legebat quandam prorogatiooís schedulam in causa Argentina, io qua prorogabatur terminua capitulo Argentinensi ad agendum ea, quæ pro præsenti die occurrebant, ad diem Lunæ proxime futuram, cujus tenor similiter inferius est iosertus. Subsequenter legebat unam aliam schedulam, in qua concilium revocavit translationes factas de domioia Vapioensi & Militensi episcopis, cujus tenor similiter est insertus. Qua lecta ad requisitionem dominorum Henrici de Piro, & Ioannis de Scribanis promotorum præfatæ synodi per deputatos suoa, videlicet Antonium episcopum Coucordiensem, Nicolaum Merseburgensem, Patritium Cortagensem fuit responsum, Placet: Licet Præsidens natioois Gal-
E licanæ, videlicet Ioannea episcopus Vaorensis respondebat quod non placet, cum non fuisset conclusum in natione Gallicana, quoad schedulam translationis, sed quoad alia respondebat, Placet. Vltimo idem dominus Petrus legebat duas alias litteras, onam regis Romanorum, & aliam universitatis Parisiensis. Quibus omnibus factis, domini Ioannes de Scribanis, & Heoricus de Piro procuratores, & promotores petierunt instrumenta. Præsentibus dictis dominis cardinalibus, ambasiatoribus regum Romanorum, Franciæ, Angliæ, Aragonum, Navarræ, Neapolitano, Poloniæ, Cypri, Norvegiæ, Daciæ, Svveciæ, &c. cæterorumque nobilium, prælatorum, universitatum, studio-

rum communitatum nunciis, ambasiatoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Tenores vero dictarum litterarum missivarum, de quibus supra fit mentio, sequuntur.

Cum in Argentinensi pendente coram sacrosancta synodo Constantiensi contra decanum, & capitulum Argentinensis ecclesię, consules, proconsules, & alios cives Argentinenses in monitorio dictæ causæ nominatos super restitutione personę venerabilis electi, & aliorum in dicto monitorio comprehensorum, & expressorum pendeat ista die terminus ad videndum declarari supranominatos monitos incidisse in pœnas in præfato monitorio contentas, & expressas, & alias ad procedendum in eadem causa, ut fuerit juris & rationis, serenissimus dominus Sigismundus Dei gratia Romanorum & Vngariæ rex informatus de meritis hujus causæ, pro parte dictarum partium disposuit, pro scandalis evitandis, dare operam, quod persona dicti venerabilis electi ante omnia deliberetur, & ad manus dictæ sacrosanctæ synodi pro justitia inde ministranda perducatur, & insuper restitutione bonorum, provisioneque, custodia castrorum, & oppidorum ejusdem ecclesiæ pro indemnitate ejusdem ecclesiæ taliter secundum sanctæ synodi ejusdem deliberationem per viam amicabilem, & rationabilem procedatur, provideaturque indemnitati ejusdem ecclesiæ, & partium prædictarum sufficienter procedatur, provideatur & ad præmissa peragenda præfatus dominus rex Romanorum cum suis litteris me Henricum Lanzenberg militem ad præfatam sanctam synodum partesque prælibatas destinavit, sumque ego Henricus miles præfatus ex parte dicti domini regis Romanorum paratus adducere dictum dominum electum ad manus ejusdem sacrosanctæ synodi, & alia præmissa peragere, ita quod non est necesse ad declarationem dictarum pœnarum contra prælibatos monitos procedere, ad quod me offero, & onus in me assumo. Hinc est, quod ego Henricus miles prælibatus pro parte domini regis Romanorum humiliter, & devote supplico, quatenus dicta sacrosancta synodus omnem processum in eadem causa factum, & faciendum suspendere, & differre dignetur usque ad viginti dies proximos; & ulterius aliquos prælatos notabiles inde adjungere cum potestate plena ex parte synodi recipiendi personam dicti electi, & ad manus ejusdem sanctæ synodi cum omni honestate debita adducendi, & alios captivos liberandi, terminumque præfatum, prout eis videbitur, prorogandum, & alia peragendum, quæ ad præmissa sunt, & erunt necessaria, & opportuna, salvosconductus tam per dominum Ludovicum ducem Bavariæ comitem Palatinum locumtenentem dicti domini regis Romanorum, quam partes prælibatas unam videlicet alteri concedendum sub debita forma decernendo.

Sancta synodus prorogat terminum hujus causæ Argentinensis, qui est hodie, in statu, in quo est, ad diem Lunæ proximum ista hora, & tunc supplicationi domini regis respondebit, prout in schedula continetur, cujus tenor talis est.

Sacrosancta Constantiensis synodus informata de intentione serenissimi principis Sigismundi, Dei gratia Romanorum, & Vngariæ, &c. Regis per Henricum Lanzeberg militem ipsius domini regis ambasiatorem in causa venerabilis electi Argentinensis, certificat partem dicti domini electi in persona ejusdem domini electi eidem synodo absque alterius moræ dispendio præsentabitur. Et similiter Fredericus cantor ecclesiæ prædictæ, cæterique captivi prædicti liberabuntur una cum plenaria restitutione eorum ablatorum, sic tamen quod dictus VVilhelmus ele-

A ctus Argentinensis coram sancta synodo recipere debeat active, & passive, super iis quæ forum ecclesiasticum concernere videbuntur justitiæ complementum. Idcirco pro nunc declarationi pœnarum alias in monitorio ab ipsa synodo decreto contentarum pro bono pacis, & concordiæ, & de consensu partis electi viginti quinque dies post datam præsentium proxime futuros supersedere deliberavit. Et ulterius committit venerabilibus, &c. Vna cum dilecto milite ambassiatore, ut præfertur, ad civitatem Argentinensem se transferant, ipsos decanum, capitulum, atque cives Argentinenses super relaxatione dicti electi personæ, & aliorum supradictorum requirant, & eis dictum electum sic præsentatum recipiant, & cum honestate debita ad præsentiam sanctæ synodi perdu- B cant, captivos præfatos liberari, bonaque eis ablata restitui procurent realiter cum effectu. Insuper eadem sancta synodus ordinat, & disponit quod dictus electus cautionem juratoriam præstet de stando jurâ ut præfertur. A qua quidem cautione non relaxetur, donec dictus electus ipsis monitis querelantibus, ac moniti electo prælibato suis querelis coram synodo, si quas proponere voluerint, hinc inde respondeant, & obediant, justitia mediante. Quod si dictus electus cæterique supradicti cum restitutione ablatorum, ut præmittitur, non fuerint relaxati in termino pręfato, ex tunc dicta synodus certificat partes hinc inde, quod absque alterius termini prorogatione ad declarationem hujusmodi supradictam, & alia juris remedia C indubie procedet, prout justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis.

Congregatio in causa Argentinensi.

Die Lunæ undecima mensis Maii prædicti Constantiæ in ecclesia majori hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis in modum sessionis, & in loco sessionis ipsius synodi pro danda responsione domini VVilhelmi electi Argentinensis juxta continuationem termini ipsis ambasiatoribus in ultima congregatione statuti, & prorogati die sabbati proxime pręterita, & antequam venissent in dicta congregatione reverendissimi patres domini S. R. E. cardinales, aliæ omnes nationes concilii Constantiensis, vel D saltem major pars ipsius fuissent ibidem congregatæ, & congregata pro hujusmodi danda responsione, levavit se in medium reverendissimus pater, & dominus Conradus episcopus Metensis, & proposuit quod juxta deliberationem nationum, quæ esset quod justitia fieret in causa Argentina, & quod declarentur moniti incidisse pœnas in monitorio contentas, & quod non remansisset, neque remaneret per alios quam per dominos cardinales, qui hujusmodi deliberationem impedivissent, & hodie impedirent hujusmodi fieri deliberationem, & justitia non haber locum, de quo fuit protestatus, & petiit sibi fieri per protonotarios sedis apostolicæ, aliosque notarios & E scribas concilii Constantiensis unum vel plura, instrumentum & instrumenta. Pręsentibus reverendissimis patribus, venerabilibus, nobilibus, & egregiis dominis Romanorum, Vngariæ, Francię, atque Angliæ, Aragoniæ, Neapolitanorum, Cypri, & Navarræ regum, aliorumque prælatorum, principum, universitatum studiorum, communitatum ambasiatoribus testibus.

Deinde venerunt domini cardinales, videlicet Alamanus Pisanus, Guillelmus sancti Marci, Iordanus de Vrsinis, Antonius Aquilegensis, Branda Placentinus, Antonius de Chalanco, Petrus de Fuxis, Oddo de Columna, ac cæteri alii pręlati in numero triginta. Quibus ibidem existentibus, & in locis suis positis, surrexit magister Ioannes de Scribanis procurator, & promotor

promotor concilii, nomine procuratorio produxit **A** citationem audientium, & contentorum in eadem non comparentium, neque aliquam causam, quare declarari incidisse in pœnas in monitorio contentas non debeant, rationabilem allegare causam, contumaciam accusavit, ipsosque monitos & contentos in eadem citatione incidisse pœnas in eodem monitorio contentas declarari per sanctam synodum Constantiensem instanter postulavit.

Subsequenter vero venerabilis vir dominus Gaspar de Perusio advocatus domini VVilhelmi electi Argentinensis, dixit qualiter idem dominus electus fuisset injuste detentus, contra rationem, & fuisset factum per dominum regem Romanorum, Vngariæ, &c. & totum concilium Constantiæ laboratum pro **B** deliberatione ipsius domini electi, & concilium Constantiense misisset suos solemnes ambasiatores ad finem quod bona concordia fieret, inter partes, & civitatem Argentinensem, & quod idem dominus electus relaxaretur. Quibus ambasiatoribus reversis, & relationibus de gestis per eos auditis, & visis postea querelis, deventum fuisset ad decretum monitorii, & processum super notorietate, & nihil restaret aliud nisi quod contenti in monitorio declarentur incidisse in pœnas in monitorio contentas. Et in casu quo foret sibi denegatum illud, protestatus fuit, quod nobiles, videlicet comes de Silveret, & alii qui eundem dominum electum associassent ad præsens concilium Constantiæ, non possent plus ibidem perdurare, **C** neque vellent propter diuturnitatem declarationis, & etiam propter pericula, quæ timerent eorum bonis evenire in eorum absentia posse. Et si aliquod scandalum ex hoc contingeret, quod deliberatio non fieret, & quod eidem domino electo justitia non ministraretur, de hoc ipsi domini eum associantes ad dictum concilium, aliique sibi in justitia assistentes vellent esse excusati.

Quibus dictis, & auditis per ipsam sacrosanctam synodum, & per aliam partem, videlicet capituli ecclesiæ Argentinensis levavit se venerabilis vir dominus Augustinus de Pisis sacri consistorii, & dictorum capituli Argentinensis, &c. & dixit, quod concilium Constantiense foret congregatum ad providendum singulis de jure, & justitia, & quod non **D** esset procedendum ad declarationem, & non solum ad hoc, quod electus Argentinensis liberetur de captivitate sua, sed etiam quod indemnitati ecclesiæ Argentinensis provideretur. Cum idem dominus electus non esset captivatus, sed arrestatus ne discederet de diœcesi Argentinensi, & vadat ad patriam nativam, cum eundem dominum electum dixit dilapidasse bona ecclesiæ Argentinensis in maximo, & in tanto, quod quodammodo irrecuperabilia illa bona essent, concludens quod capitulum libenter vellet stare ordinationi regis Romanorum, qui misit suos ambasiatores pro concordia ad providendum personæ electi, & ecclesiæ Argentinensi: Cui concordiæ sive determinationi idem dominus Augustinus tan- **E** quam patronus causæ pro parte capituli postulavit per synodum insisti. Et statim venerabilis vir dominus Henricus Kvvot procurator produxit unum mandatum pro capitulo Argentinensi in scriptis protestanti quod propter hujusmodi productionem non vellet recedere ab aliis appellationibus in hujusmodi causa productis, & aliis, &c. & protestatus fuit de gravamine si contrarium fieret, appellando. Gaspar vero de Perusio advocatus ipsius domini electi contra dicta ipsorum Augustini, & Henrici advocati, & procuratoris & dixit, quod ipse dominus electus esset ignorans de sibi impositis per capitulum prædictum, &c. & exposuit qualiter ipse dominus electus

A quando ipse prius venit ad ecclesiam Argentinensem reperiebat intrusum in ea, & nunquam ille intrusus voluit cedere possessionem, oportuit quod cum eodem fieret certa concordia, in qua concordia capitulum Argentinense contraxisset certa debita, & tandem fuissent illa debita assecurata electo Argentinensi, & ejus tamen in quibus contractibus fuissent obligata, & impignorata, pro pecuniis traditis tunc intruso ad finem quod bona velit dimitteret possessionem ecclesiæ, & castrorum, &c. modis & formis cum talibus videlicet quod fructus castrorum, & terratum obligatarum, & pignoratarum cederent, & cedere deberent in solutionem pecuniarum tunc receptarum, & illis, qui præstassent suas pecunias, & **B** terras, sive castra tenerent. Et quod idem dominus electus sperabat effluxisse omnem terminum obligationis, sive impignorationis, & facere rationem voluit cum illis, qui tenuerunt terras capituli, & ecclesiæ pignora, ac de levatis, & perceptis, & sic facere volens rationem, & calculum, & propter hoc veniens ad terram Zzaborn, & castrum Boin fuit ibidem detentus, captivatus, & carceratus, & non videret remedium aliud nisi quod justitia fieret per concilium, in quo ita petitur provideri ecclesiæ, & indemnitati ejus sicut personæ electi.

Quibus hinc inde partibus propositis reverendissimus pater dominus Almannus cardinalis Pisanus nomine collegii cardinalium exposuit, qualiter domini **C** Simon Itgauriensis, & Henricus Lanzenberg alias exposuerunt intentionem domini regis Romanorum in materia, qua supra, & juxta illam intentionem provideret tam personæ electi, quam etiam indemnitati ecclesiæ. Et ex hoc visum erat dominis cardinalibus, quod dominus Henricus Lanzeberg miles, & ambasiator domini regis Romanorum iret com aliis deputandis per concilium, & quod supersederetur in declaratione per viginti dies proximos, eum relatum ipsius domini Henrici habetur proceno, quod persona domini electi poneretur in manibus concilii, & similiter castra, de quibus fit quæstio per capitulum in manibus eorum, de quibus concilium contentaretur, & de hoc viderentur partes hinc inde contentæ, petens a concilio, an placeret illud omnibus. Et **D** domini deputati per nationes ad respondendum & dicendum voluntatem nationis responderunt ut sequitur.

Antonius episcopus Concordiensis respondit pro natione Italica per verbum, Placet. Ioannes præpositus Quinqueecclesiensis pro natione Germanica respondit, Placet. Bertrandus episcopus sancti Flori pro natione Gallicana, prout dixit habere a natione sua, nisi in casu, quo partes essent concordes in supersedendo. Patritius episcopus Corcagensis pro natione Anglicana, quod fieret justitia; cum quo concordavit dominus Robertus Saribriensis episcopus Bothaviensis dixit ibidem publice quod natio Gallicana non fuisset super hoc convocata neque delibe- **E** raverat. Quibus hinc inde propositis & responsis, domini prælati, & tota synodus recesserunt, & in nullo fuit conclusum propter varias responsiones ibidem factas. Ante quam iidem domini prælati, & synodus se movissent ad recedendum, magister Ioannes de Scribanis procurator, & promotor petiit sibi a protonotariis dicti concilii, sive synodi, cæterisque notariis & scribis ejusdem synodi ad hoc deputatis & alias pronunciatis, unum, vel plura, publicum vel publica fieri instrumentum, & instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem præfatis dominis cardinalibus, & aliis testibus ad præmissa vocatis.

Die vero Veneris decima quinta mensis Maii fuit con-

congregatio generalis in ecclesia majori Constantiensi mane hora tertiarum, vel quasi, in loco sessionis. Præsentibus ibidem dominis cardinalibus, videlicet Ioanne Ostiensi, Iordano Albanensi, Angelo Prænestino episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Petro Veronensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Petro de Fuxo presbyteris, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconibus cardinalibus, cæterisque prælatis, dominorum, universitatum studiorum, communitatum ambasiatoribus, inter quos venerabilis, & religiosus vir magister Antonius generalis Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede fecit ibidem unum sermonem brevem, & collationem, in quo sermone introduxit de pactis, & finaliter conclusit, & ibidem publice dixit, quod firmitate, & robore hujus sacri concilii Constantiensis, quod claræ memoriæ Ferdinandi ejus genitoris inita, & facta cum serenissimo, & illustrissimo principe Sigismundo Romanorum & Vngariæ, &c. rege, & cum ambasiatoribus sacri Constantiensis concilii approbavit, & ratificavit medio suo juramento quæ ad consolationem præsentis concilii Constantiensis duxit publicanda. Super quibus venerabiles, & circumspecti viri domini Ioannes de Scribanis, & Henricus de Piro promotores nomine promotorio ipsius concilii, seu procuratorio petierunt sibi fieri unum, vel plura, publicum vel publica, instrumentum, seu instrumenta ad perpetuam rei memoriam per reverendos dominos protonotarios sedis apostolicæ, & scribas cæteros ejusdem concilii.

Congregatio in causa Argentina.

Die sabbati decima sexta mensis Maii prædicti Constantiæ in ecclesia majori hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis in loco sessionis prædictæ. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Antonio Aquilegensi, Almanno Pisano, Antonio Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Petro de Fuxis presbyteris, Francisco Florentino cardinalibus, necnon illustrissimorum principum dominorum Romanorum, Vngariæ, &c. Franciæ, Angliæ, Aragoniæ, Neapolitanorum, Cypri, Daciæ, Norvegiæ, Svveciæ, Poloniæ regum ambasiatoribus aliorumque principum, & prælatorum spiritualium & temporalium dominorum, studiorum, & communitatum ambasiatoribus, & cæteris Christianis in numero copioso, fuit congregatio præfata celebrata inter cæteras, & antequam ad alia fuisset processum, retulit ibidem ipsi congregationi, sive synodo Constantiensi, reverendisque patribus sedis apostolicæ protonotariis, ipsiusque synodi scribis, & aliis notariis, & scribis singularum nationum per ipsam synodum deputatis providus vir Gerardus Savageri cursor sedis apostolicæ hodie de mandato & auctoritate synodi Constantiensis, & providorum magistrorum Henrici de Piro, & Ioannis de Scribanis promotorum, & procuratorum ipsius synodi peremptorie citasse magistrum Henricum Kovor, & venerabilium virorum decani, capituli, & canonicorum ecclesiæ Argentinensis procuratorem & syndicum hodie personaliter apprehensũ, ad videndum, & audiendum declarare contentos in monitorio dicti electi Argentinẽsis ex advocato decreto incidisse in pœnas in eodem contentas tunc ad præsentem horam ante dictam synodum Constantiensem, aut per modum sessionis publicæ, aut alias in modum generalis congregationis in ecclesia majori Constantiensi pro hujusmodi aut congregatione contingat aut sedere contigerit, prout, & quemadmodum ibidem ab eadem synodo, ut asseruit, super hoc receperat in mandatis. Qua quidem relatione cursoris facta, de mandato synodi sive congregationis generalis & circumspectus vir dominus Petrus de Lamburga decretorum doctor ascendit ambonem ad hoc deputatum, & legebat quandam deputationis in hujusmodi causa judicum schedulam, deputando ibidem de singulis nationibus ad causam Argentinensem duos commissarios, & similiter duos de reverendissimis patribus dominis cardinalibus ad audiendum hujusmodi causam ulterius usque ad sententiam exclusive, committens eisdem dominis suis commissariis procedere, ut in dicta schedula per eundem dominum Petrum de Lamburga alta & intelligibili voce lecta plenius continetur, & habetur.

Tenor ejusdem scedulæ sequitur, & est talis.
Deputatio commissariorum in causa Argentina.

Sacrosancta synodus Constantiensis dilectis ecclesiæ filiis A. Veronensi, & B. Placentino S. R. E. cardinalibus sic vulgariter nuncupatis, nec non Martio episcopo Aprutino, Thomæ de Amelia sacri palatii apostolici causarum auditori pro Italica, Ioanni patriarchæ Constantinopolitano, Ioanni episcopo Gebenensi pro Gallicana, Iacobo episcopo Placentino, Nicolao Vordis etiam dicti sacri palatii apostolici causarum auditori, pro Germanica, Patritio episcopo Corragensi & Richardo de Blin sanctæ sedis apostolicæ notario pro Anglicana nationibus commisit omnes & singulas, causam & causas, tam civiles quam criminales, quæ vertitur, vertuntur, seu verti & esse sperantur inter dilectos ecclesiæ filios VVilhelmum Electum Argentinensem ex una parte, & Hugelmannum decanum, & Fredericum de Boke canonicum & capitulum ecclesiæ Argentinensis, & Rolinũ Barphenninck & Melburge magistros civium, & consules, & proconsules, ac communitatem civitatis Argentinensis & eorum ab utraque complices, & adhærentes conjunctim, & divisim partibus ex altera de, & super captivationibus dictorum electi, & cantoris Argentinensium, & suorum familiarium, & sibi adhærentium in hac parte, nec non spoliis, violentiis, injuriis, alienationibus, dilapidationibus, & eorundem occasione in hujusmodi causa pro una parte contra aliam active, & passive deductis, & deducendis, juxta tenorem scedulæ alias in sessione publica in præsenti materia lectæ audiendas, cognoscendas, cum omnibus & singulis emergentibus, incidentiis, dependentiis, & connexis usque ad sententiam diffinitivam exclusive. Et cum potestate, quod si omnes judices prædicti interesse non possent, aut noluerint, saltem major pars in aliorum absentia procedere valeat, indemnitati ecclesiæ Argentinensi proviso summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura judicii, feriis non obstantibus, sola facti veritate inspecta, & terminis etiam ex officio cum potestate processus jam decretos, vel in futurum fulminandos contra quoscumque quorum contumacia hoc exegerit, aggravando, reaggravando, & brachium seculare invocando toties quoties opus fuerit. Et nihilominus decanum, & capitulum, necnon Rolinum, & Michaelem cives supradictos, singularesque personas tam capitulum Argentinense, quam communitatem ejusdem civitatis a quibuscumque censuris in forma juris absolvendo, & interdictum occasione præmissorum ubicumque positum relaxando vel suspendendo, nec non omnes, & singulos processus in hujusmodi causa decretos & decernendos fulminatos & fulminandos tam in concilio Constantiensi quam in partibus per edictum exequendo, constitutionibus apostolicis, & aliis contrariis

trariis nonobstantibus quibuscumque.

Qua quidem deputatione eorum commissariorum lecta subsequenter idem dominus Petrus de Lamburga de simili mandato legebat unam aliam papyri schedulam suspeosionis declarationis per synodum fiendę in causa Argentina alta, & intelligibili voce. Qua quidem schedula declarationis suspensionis lecta, dicta synodus per suos ad hoc deputatos approbavit, ratificavit omnia & singulá præmissa, videlicet per ora dominorum Antonii episcopi Concordiensis pro natione Italica, Bertrandi episcopi sancti Flori pro natione Gallicana, Nicolai episcopi Merseburgensis pro natione Germanica, Patritii episcopi Cortagensis pro Anglicana per verbum, Placet. Et demum Franciscus cardinalis Florentinus nomine collegii cardinalium similiter per verbum, Placet.

Super quibus lectis, statutis, & approbatis venerabilis vir Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis procuratores & promotores præfati nominibus dictæ synodi petierunt, & quilibet ipsorum petiit sibi fieri unum, vel plura, publicum, vel publica, instrumentum seu instrumenta præsentibus supradictis dominis cardinalibus ambasiatoribus, doctoribus, *&c.* pro testibus infrascriptis.

Subsequenter levaverunt se in medium venerabiles viri domini Gaspar de Perusio primo, & deinde Simon de Teramo sacri consistorii advocati, & Gaspar proposuit, qualiter reverendus pater dominus episcopus Vapiceosis male fuisset translatus de ecclesia sua ad ecclesiam Placentinam per olim Ioannem papam, & contra constitutionem & ordinationem concilii Pisani, quia eo noo vocato, nec citato, & totaliter contra ejus voluntatem, & hoc non fuisse aliam causam, nisi idem olim Ioannes papa habuit, & recepit quamplures pecunias ab intruso in dictam ecclesiam Vapicensem, petens super hoc remedium per synodum sacrosanctam, & eum restitui ad ecclesiam suam Vapicensem. Similiter petiit dominus Simon de Theramo pro domino Astrigio Militensi prout dictus dominus Gaspar petiit pro domino episcopo Vapicensi. Ex adverso surrexit venerabilis vir dominus Ardecinus ejusdem consistorii advocatus quoad ecclesiam Vapicensem, & etiam Militensem bene fuisse processum per olim papam Ioannem in hujusmodi translationibus, & cum maturo consilio dominorum S. R. E. cardinalium, ipsasque translationes noo fore revocandas, prout juste fecit eas fieri, per sacram synodum Constantiensem esse canonizandas. Replicantibus nempe prelibatis dominis Gaspare de Perusio, & Simone de Theramo successive contra dictum dominum Ardecinum synodus respondit se velle super responsiooe danda hinc inde partibus deliberare.

Post quæ fuerunt litteræ regis Francorum pro pomotó ad ecclesiam Senonensem in partibus Gallicanis. Ex adverso vero Ramundo & domino Ardecino de Novaria se levantibus, & dicentibus eundem dominum Raymundum esse electum per capitulum Senonense & supplicarunt concilio, quod haberet eum tanquam canonice electum promotum ad dictam ecclesiam Senonensem, confirmando electionem ejus. Et nihilominus protestatus fuit, quod non curras sibi tempus diffinitum a sacris caoonibus de consecrandis episcopis, & alias prout juris est protestabatur.

Iis propositis, & petitionibus factis super translationis, & confirmationis dictarum Vapicensis, Militensis, necnon & Senonensis ecclesiarum factis, auditis, & plene per synodum intellectis; ipsa sacrosanct a synodus Constantiensis per os reverendi patris domini Ioannis patriarchæ Antiocheni respondit se velle deliberare super responsionibus dandis. Super quibus & singulis præfati viri Henricus de Piro, Ioannes de Scribanis, necnon Ardecinus, Gaspar de Perusio, Simon de Theramo advocati, & dominus Raymundus electus Senonensis nominibus quibus supra petierunt sibi per notarios præfatos ipsius concilii fieri instrumenta.

**** Congregatio generalis ubi referuntur responsiones Hieronymi Pragensis ad objecta.*

**** Post sess. XXXIII. sup. 55. E.*

Die Sabbati vigesima tertia mensis Maii prędicti Constantiæ hora septima, vel quasi, ante meridiem in ecclesia majori, & in loco consueto fuit congregatio generalis synodi Constantiensis. Pręsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis, dominis Ioanne episcopo Ostiensi, Antonio Bononiensi, Antonio Aquilegensi, Gabriele Senonensi, Almanno Pisano, Angelo Veronensi, Petro de Fuxis presbyteris, & Francisco Florentino diacono cardinalibus, necnon serenissimorum principum Romanorum, & Vngarię, Franciæ, Aragoniæ, Angliæ, Neapolitanorum, Cypri, Daciæ, Norvegiæ, Svveciæ, Poloniæ regum ambasiatoribus, ac principum, aliorumque prælatorum, tam spiritualium, quam temporalium, universitatum studiorum, & cōmunitatum nunciis, ambasiatoribus, & procuratoribus, aliisque dominis doctoribus, magistris, nobilibus, & aliis Christianis ipsam sanctam synodum Constantiensem ad audiendum relationem dominorum commissariorum deputatorum in causa fidei per magistrum Hieronymum de Praga. Et ante omnia ascenderunt ambonem, super quo statuta, & decreta ipsius synodi statuuntur, & publicantur, venerabilis & reverendus pater dominus Ioannes patriarcha Constantinopolitanus, Gaspar abbas Perusinus, Ioannes Velles, Lambertus de Gelria judices, & commissarii una cum reverendissimo patre domino Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, in causa hæresis contra magistrum Hieronymum de Praga. Ipsi domini Ioannes patriarcha, abbas, Ioannes Velles, & Lambertus de Gelria ascenderunt ambonem referentes qualiter magister Hieronymus de Praga sępius desiderasset habere audientiam publicam in loco sessionis ad proponendum facta sua coram toto populo, & ad respondendum articulis contra eum per procuratorem fiscalem datis, seu alias per promotorem fidei. Quapropter juxta voluntatem ipsius synodi eidem magistro Hieronymo fuit, & est dies hodierna, & hora præsens ad respondendum articulis data in causa fidei contra eum. Ad quos post eorum lecturam poterit respondere affirmative, vel negative juxta ejus conscientiam, & juramentum præstandum, prout sibi visum fuerit esse juris, & rationis, atque veritatis.

Et antequam ad aliquem actum ulteriorem fuisset processum, fuit oblatum eidem magistro Hieronymo quod deberet pręstare juramentum antequam respooderet ipsis articulis, ipse namque Hieronymus renuit jurare, & ex eo quia sperabat libere loqui posse toti concilio, & fuisse declarandam mentem, & intentionem suam super, & circa sibi in materia fidei objecta: sed ex quo libere loqui non posset, non vellet aliquo modo jurare. Et casu vero quo fuerit libere permissus loqui primo, postea velit libenter jurare. Ex quo noo juravit, fuerunt sibi lecti articuli. Et primus dicebatur probatus per quatuor testes, ad quem nihil respondit.

Item ad octavum esse verum quod vidit, & studuit libros Ioannis VVicleff, sed non quod vellet sequi errorem suum, sed ut libros magni philosophi recipiendo materiam & doctrinam boná, & dimittere malam.

Item ad tertium articulum, & nonum in ordine nihil respondit qui per quatuor testes.

Ad quartum & decimum in ordine nihil respondit nisi communiter, quod studuit libros Ioannis VVicleff, non tamen ut hæreticos, & alias ut supra, & ille idem probatur per quatuor testes.

Ad quintum & sextum articulum nihil respondit, nisi dixit quod laudavit Ioannem VVicleff tanquam philosophum, non tanquam hæreticum.

Ad septimum, non credit, imo omnino negat.

Ad vigesimum quintum articulum respondet, quod in camera sua fecit depingere doctores philosophorum, inter quos fuit imago Ioannis VVicleff non cum diademate in capite.

Ad vigesimum sextum, negat articulum.

Ad vigesimum septimum, dicit quod docuit, & legebat tractatus de probationibus propositionum.

Ad trigesimum tertium respondet quod ipse Hieronymus habuit per prius verba injuriosa cum monacho in articulo descripto, & ipse Hieronymus transiens per monasterium, in quo fuit dictus monachus, vidit quod monachus habuit certos complices, & volebat invadere ipsum Hieronymum. Et sic ipse Hieronymus accepit unum cultellum ab uno rustico, & causa defensionis veniebat contra monachum, & eum vicit, & captivavit, non tamen propter fidem, sed propter ejus defensionem.

Ad trigesimum articulum dixit esse verum, quia defendit, & hodie defenderet.

Ad trigesimum primum dixit, quod legebat opiniones VVicleff, prout articulatur, licet non tenuerit eas, sed tenet ut verus Christianus.

Ad trigesimum secundum negavit similiter trigesimum tertium, & dixit, quod non disputavit de sacramento altaris in Bohemico, sed una vice respondebat ad certam quæstionem philosophicam, quam quæstionem divisit in quatuor partes; & tunc iteravit certas conclusiones in vulgari Bohemico in præsentia multorum laicorum.

Ad trigesimum quartum negat totaliter.

Trigesimum quintum de cantilenis negat totaliter, imo dicit esse confictum.

Ad trigesimum sextum, & trigesimum septimum negat. Et trigesimum octavum super excommunicatione papæ, & cardinalium negat; licet quod dixit, quod papa usurarius focarius sit, tamen ut sacerdos conficit, licet non prosit sibi. Etiam dixit excommunicationem injustam non valere.

Ad quadragesimum negat totaliter.

Subsequenter dixit, ubi fuit interrogatus de indulgentiis, prout articulatur, quid & quantum crederet. Respondit indulgentias papæ, & cardinalium esse rite datas, & concessas, & fieri posse; sed indulgentias emptas, prout papa communiter mittit quæstuarios suos ad partes alienas ad extorquendum denarios sancti Petri. Qui communiter quæstionarii emunt primo a papa ad extorquendum majores summas, & deinde prædicant illas in partibus, in quibus eorum quæstus fieri debet, quod illæ indulgentiæ, non sunt indulgentiæ, sed abusiones indulgentiarum.

Item fuit interrogatus super materia combustionis bullarum papalium, omnino negavit.

Item fuit interrogatus super materia data contra eum, videlicet quod licet prædicare cuicumque laico verbum Dei. Negavit, & dixit, quod nunquam hujusmodi publice prædicavit, tamen dixisset fecisse publice collationem, pro themate suo sumpsit hæc verba, Quemadmodum ego facio, ita & faciatis. Et in ista collatione introduxit quod licet laico prædicare verbum Dei, & clericis non ordinatis in sacris. Aliæ materiæ dependent a præmissis, & prout in articulis, &

A in responsionibus continetur, interrogatus fuit, & retulit. Quibus sic peractis, & factis, magister Henricus de Pito & Ioannes de Scribanis petierunt sibi fieri per dominos protonotarios sedis apostolicæ & alios notarios, & scribas ab ipsa synodo ad hoc deputatos super prædictis interrogatoriis, & responsionibus sic factis unum, vel plura, publicum, & publica, instrumentum & instrumenta.

Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis cardinalibus, ambasiatoribus, prælatis, nobilibus, & cæteris suppositis singularum nationum dictam Constantiensem synodum constituentibus testibus.

**** Congregatio generalis de causa ejusdem Hieronymi Pragensis.*

B Die Martis vigesima sexta mensis Maii prædicti Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis prædictæ, mane hora tertiarum, ubi generales sessiones teneri solent, fuit facta, & tenta generalis congregatio synodi, sive concilii Constantiensis ad instantiam magistri Hieronymi de Praga ad respondendum ulterius articulis per concilium contra eum formatis. Et antequam in hujusmodi materia per eundem magistrum Hieronymum, & concilium, seu ejus commissarios aliquid foret factum, surrexit dominus Gaspar de Perusio advocatus consistorialis, & exposuit, qualiter dominus Angelus Cotario legatus in Marchia Anconitana olim Gregorius XII. fulminasset certas sententias in dominum comitem de Vrbino C Eugubiensis diœcesis, sententiando privationem ipsius domini comitis prout in quadam littera missa concilio, quam ibidem de mandato, & ex licentia ipsius concilii legebat, continebatur. Qualiter idem dominus comes de Vrbino se recommendavit concilio Constantiensi quoad ejus personam, territoria, & totum suum dominium, & bona, submittens se totaliter determinationi concilii de, & super omnibus, quæ supra proponuntur. Quapropter petiit sibi per concilium Constantiense super hoc provideri de remedio opportuno, & fieri litteras ad eundem dominum Angelum legatum, ut hujusmodi processus revocet, vel saltem suspendat quousque fuerit visum per concilium quid juris. Ex adverso vero dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, tan-D quam legatus in partibus Italiæ, & præsertim in illis partibus, petiit dictam litteram reduci in publicum instrumentum, & authenticum, cum sua credat interesse, & sibi tradi copiam jam lectam; & subsequenter ea authentica instrumenta. Et similiter petiit fieri dominus Ioannes de Montepolitiano ex parte domini Angeli Cotario legati prædicti. Quibus sic factis ascenderunt ambonem synodi præfati reverendi patres, & venerabiles viri domini Ioannes patriarcha Constantinopolitanus, Gaspar abbas Henrici sanctæ Mariæ de Perusio ordinis sancti Benedicti, Thomas abbas Ebrocensis, Lambertus de Gelria commissarii in causa prædicti magistri Hieronymi de Praga. Ioannes ex voluntate collegarum suorum di-E rigeos sermonem, dixit Hieronymo de Praga prædictu; An esset deliberatus respondere articulis contra eum datis per juramentum ulterius etiam quibus ipse respondisset ultima die, dare responsiones per juramentum suum. Dictus Hieronymus vero respondebat, quod ordo esset sibi perversus, quapropter non velles ibi præstare juramentum, sed alias continuare responsiones suas, prout incœperat. Et ex quo aliud non poterat haberi ab eo, magistri Ioannes de Scribanis, & Henricus de Pito, tanquam promotores concilii petierunt a prædictis fieri instrumentum, & instrumenta ad futuram rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo

Christo patribus, & dominis Ioanne Ostiensi, Iordano Albanensi, & Angelo Prænestino episcopis, & cardinalibus, videlicet Vivariensi, Vrsino, & Laudensi, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Antonio Aquilegensi, Thoma Tricaricensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Calano presbyteris, Amedeo Saluriarum, Lucido de Comite, Francisco Florentino ..... Romanorum, & Vngariæ, Franciæ, Angliæ, Aragoniæ, Neapoleos, Poloniæ, Cypri, Norvegiæ, Daciæ, Sveciæ regum ambasiatoribus, aliorumque principum, prælatorum, universitatum studiorum, communitatum ambasiatoribus atq; nunciis in multitudine copiosa. Quibus sic stantibus, abbas de Perusio, tanquam unus de commissariis continuavit lecturam articulorum, videlicet materiam, in qua dicitur ipsum magistrum Hieronymum dixisse, non esse venerandas sanctorum reliquias.

Ad quam materiam respondit ipse Hieronymus dictum articulum in materia illa esse confictum, & mendaciter.

Abbas vero dixit, illum articulum esse probatum per tres testes.

Item ad quadragesimum sextum, & quadragesimum septimum articulos de quatuor interfectis, quos ipse Hieronymus venerabatur ut sanctos, & fecit processionem cum societate sua, cantando, Isti sunt sancti. Respondit esse falsum, prout ponitur.

Item ad aliam materiam ad diffamationem hæresum, videlicet quod Hieronymus delatus, & articulatus venit, Viennam. Pataviensis diœcesis, & pro probatione articuli lecta fuit una littera, quam rescripsit officiali Viennensi, qui tenuit eum in carceribus. Ad quem articulum respondebat ipse verum alias in articulo non credit. Iste articulus probatur per octo notabiles testes.

Deinde fuerunt super excommunicatione lecti alii articuli. Ad quam materiam respondit alias, quapropter fuerunt lectæ responsiones suæ ad eosdem.

Subsequenter lectæ fuerunt conclusiones, quas defendit in diversis universitatibus, cum suis responsionibus.

Subsequenter lectis ipsis articulis, & responsionibus, reverendus pater dominus Ioannes patriarcha Constantinopolitanus ex voluntate collegarum suorum resumpsit materias generaliter propositas contra ipsum magistrum Hieronymum quadrupliciter de hæresi convictum; sed ex quo petiisset sæpe sæpius audientiam publicam sibi dari, ideo fuisset generaliter advisatum, & concessum, quod audiri deberet ipse Hieronymus in publico ad convincendum omnem oblocutionem inanem. Quapropter dixit ipsi magistro Hieronymo, si aliquid vellet dicere in præsentia concilii posset, cum præsens congregatio non propter aliud fuit facta. Et si aliqua vellet dicere, proponere, sive allegare pro defensione juris sui, posset, etiamsi vellet revocare errorem suum, concilium tanquam pium, & misericorditer procedens eum vellet recipere ad gremium sanctæ matris ecclesiæ. Cum multi hæretici fuissent in ecclesia, qui revocassent eorum errores, & emendarunt eorum vitam, & receperunt pœnitentiam de peccatis, quæ peregerunt. Et in casu quo hujusmodi nollet facere, & talia spernere, oporteret, quod juxta juris dispositionem procederetur contra eum.

Hieronymus ex adverso amplectens audientiam desideratam incœpit loqui, incipiens orare. Et post ejus orationem supplicavit omnibus ibidem præsentibus, quod dignarentur supplicare Deo, beatæ Mariæ virgini ejus matri, totique curiæ supernorum, quod dignarentur illuminare mentem, & intellectum suos, ut quicquam loqui posset, quod tenderet, seu verteret in præjudicium animæ suæ, cum constitutus esset inter tot sapientes viros, reducendo ad factum suum multos magnos viros, & sapientissimos per falsos testes in testimonium interemptos. Vlterius dixit, quod licet per concilium Constantiense sibi fuissent deputati certi judices, quorum examini se submisisset, qui tamen judices nullam causam, ut ipse asseruit, hæreticationis in eo invenissent, ut exactis causæ illud dixit constare. Nunc vero ad instantiam & oppositionem æmolorum suorum fuissent mutati, & alii judices sibi deputati, jam in cathedra existentes, quam cathedram reputavit sibi pestiferam, quorum judicum ulteriori examini nunquam se submisit, neque eos pro judicibus reputare vellet. Quapropter ad eorum requisitionem noluit respondere articulis propriis. Et ulterius continuando collationem suam incœpit narrare plures notabiles viros interemptos, & exilio relegatos, & carceribus mancipatos innocenter, & si ipse Hieronymus tanquam creatura similiter condemnaretur, non crederet esse primus, neque ultimus in hoc mundo, sperans tamen in Deum creatorem suum, qui una vice post hanc vitam habuerit videre Hieronymum, denotando seipsum, eos præcedere, & eos omnes ad judicium vocare. Et quod tunc tenerentur Deo, & sibi respondere, & reddere rationem, si quid injuste contra eum egerunt. Vlterius dixit, quod Socrates, Boetius, Maro, Seneca, Plato, & multi alii illustresq; viri insignes injuste fuissent interempti. Item dixit de Hieronymo doctore ecclesię, Helia, & Daniele propter hoc, & Suzanna, quæ fuit condemnata per falsum testimonium duorum sacerdotum, licet liberata per sapientiam Danielis prophetæ. Item de sancto Stephano protomartyre, qui similiter per falsos testes ductus ad judicium, & incarceratus, & tandem lapidatus. Et sic de multis aliis, ut ipse asseruit, si per æmulos, & falsidicos testes ignĩ condemnaretur. Et descendendo ad speciem dixit, quod per neminem condemnaretur, nisi per suos de Bohemia, & Theutonicos, qui odio eum habuerũt, & allegando causam odii, dixit, incipiendo, qualiter regnum Bohemiæ fuisset constructum, & Bohemi descendissent a Græcis, & quomodo fuisset invidia inter Græcos, & Theotonicos; & tandem devenisset illud regnum Bohemiæ ad manus imperatoris Caroli quarti; qui Carolus quartus existens rex Bohemiæ videns Bohemiam terram opulentam victualibus, auro, & argento non carens, nisi hominibus litteratis, & quod sui subditi exierant regnum pro capienda doctrina ad alia loca, videlicet Parisius, vel alibi, pro capiendis gradibus magistratus, & doctoratus. Volens ergo ipse dominus Carolus dotare regnum Bohemiæ, & civitatem Pragensem, fundavit, & erexit studium universale ibidem, in quo studio fuerunt plures Theutonici, & in præbendis ecclesiarum, & collegiorum, ita quod Bohemi nihil habebant. Et inde unus Bohemus fuit graduatus in artibus, si alias non habebat vivere, oportuit eum ire per villas, & oppida, & regere scholas particulares, acquirendo cum hoc vitam suam, & Theutonici gubernabant studium Pragense totaliter, & omnia beneficia, & tenebant sigillum fundationis studii, & omnia clenodia dicti studii Pragensis. Et habebant in illo studio tres voces, videlicet Bavaricam, Saxonicam, & plusquam medietatem Polonorum, cum dixit Flexitas, qui sunt de natione Polonica, essent omnes Theutonici; ita quod veri Poloni minorem partem haberent. Et quicquid Theutonici facerent, & fecissent in ipso studio, habebatur pro facto, Bohemi vero nihil potuerunt facere. Similiter dixit esse de laicis, qui omnia in civitate Pragensi, & in concilio civitatis essent octodecim viri, quo-

rum sexdecim fuissent Theutonici, & duo Bohemi, & quod totum regnũ gubernaretur per Theutonicos, & omnia officia secularia habebant, & laici Bohemi pro nihilo reputabantur. Ipse vero Hieronymus videns hoc cum magistro Ioanne Huss, quem semper tenebat pro valenti, justo, & sancto viro, volentes iis resistere iverunt ad regem Bohemiæ modernum exponendo sibi talia, cum aliis nobilibus de Bohemia, concludendo, quod talia essent res mali exempli, & tenderent in destructionem linguæ Bohemicalis. Et persuasit magistro Ioanni Huss, quod in sermonibus Bohemicalibus deberet inducere populum Bohemicalem, ut talia amplius non sustinerent, quod ita tractarentur per Theutonicos; quem magistrum Ioannem Huss dixit hominem sanctum, & justum, rectum, & virum devotum, & quod nunquam deviavit a veritate. Et quod tandem ipse Hieronymus, & magister Ioannes Huss deduxerunt materiam illam cum adjutorio Bohemorum nobilium, vel aliorum sic, quod ubi sexdecim Theutonici fuerant in consilio civitatis Pragensis, fuerunt positi sexdecim Bohemi, & loco duorum Bohemorum fuerunt positi duo Theutonici. Et quod sigillum universitatis studii Pragensis, fundatio, sive privilegia, & libertates ejusdem studii fuerunt sublata Theutonicis, & data Bohemis. Quapropter dixit Theutonicos magistros indignatos contra Bohemos, & recesserunt de civitate Pragensi. Item dixit quod ipse, & magister Ioannes Huss una die operati fuerunt tantum, quod multi Bohemi a Theutonicis fuerunt interfecti. Et subsequenter magister Ioannes Huss prædicasset contra clerum, & statum ecclesiasticum, introducendo in suis sermonibus qualiter presbyteri, & clerus ecclesiasticus incederet inhonesto habitu, & non decenti, facerent convivia, expendendo in conviviis bona pauperum & quæ deberent erogari pauperibus, & excessivos actus meretricales, & alios fastus, & pompas illicitas, dicendo quod bona fuissent a deo instituta, ut pauperes cibarentur, & hospitarentur, & ecclesiæ ędificarentur; fructusque non debere consumi in conviviis, & fornicationibus, & vestitibus, & aliis pompis. Ex quo dixit clerum Pragensem insurrexisse contra eos, & eos persecutos fuisse; & ipse clerus Pragensis ob invidiam quam habuit, & recepit contra doctrinam magistri Ioannis Huss, misit Michaelem de Breda Theutonicum, quem non dixit esse Bohemum, sed Theutonicum, ad curiam Romanam ad citandum ipsum Ioannem Huss. Et demum dictus magister Ioannes Huss fuisset excommunicatus per judicem deputatum in curia Romana. Tamen ipse magister Ioannes Huss a dicta excommunicatione appellavit, licet fuerit sibi vigore illius excommunicationis sententiæ interdicta prædicatio ipsi Ioanni Huss. Quibus visis per ipsum Ioannem Huss, & Hieronymum, suasit ipsi magistro Ioanni Huss, ut deberet ire ad concilium Constantiense, ubi palam & manifeste omnia proponere vellent, & eorum innocentiam coram tantis excusare de ipsis sinistre impositis. Ipse namque magister Ioannes Huss veniens ad concilium Constantiense statim erat positus ad carceres, ut dixit, & proposita sibi materia hæresis. Ipse vero Hieronymus existans Pragæ, & sciens detentionem magistri Ioannis Huss, juxta promissa, prout asseruit, per eum facta domino Ioanni Huss, eum fuit secutus, & venit Constantiæ, ubi ex persuasionibus magnorum, qui consuluerunt sibi, atque persuaserunt ut recederet citto de Constantia, aliter carceribus manciparetur. Et sic ipse Hieronymus recedens de Constantia, prope Constantiam ad unum milliare cum dimidio ad certum oppidum, quod non nominavit in specie, in quo oppido permansit per quinque dies, scribendo literam regi Romanorum in effectu continentem, quod magna fieret injuria magistro Ioanni Huss, ex quo venerat cum salvoconductu, ubi etiam quilibet Iudæus, aut Saracenus deberet esse liber in veniendo, stando, morando, proponendo, dicendo, & recedendo juxta libitum suæ voluntatis, & juxta tenorem litteræ regiæ directæ ipsi magistro Ioanni Huss. Item dixit, quod plures litteras similes misit ad civitatem Constantiensem, quæ fuerunt conclavatæ portis ecclesiarum, necnon ostiis, & januis dominorum cardinalium, & eo non habito responso verbo, vel in scriptis recessit de eo loco, ubi permanebat, iter suum, & gressum dirigendo versus regnum Bohemiæ, & exeunte ipso in partibus vicinis in territorio Ioannis ducis Bavariæ, & comitis Palatini Rheni, ibi ipse fuit captus, & incarceratus per castellanum prælibati domini ducis Ioannis, & ex literis, & scripturis concilii ad ipsum castrum directis, ipse castellanus misit ipsum concilio Constantiæ ligatum. Eo devento, sicque ligato ad civitatem Constantiæ, & præsentato in manibus concilii, ipse fuit positus ad carceres, ubi sibi fuit objecta materia hæresis ad instantiam suorum æmulorum, & dati sibi judices in dicta materia. In processu namque causæ fuit sibi persuasum per magnos viros, ut reduceret se ad concilium, & submitteret se legi ipsius, cum sperarent, quod benigne tractaretur per concilium. Ipse namque Hieronymus tanquam homo timens ignem, cujus intrusionem, & ardorem crudelissimum dixit esse, acquievit persuasionibus, & adjuravit, & scripsit in Bohemiam ejus adjurationem, & consensit in condemnationem librorum Ioannis VVicleff, & Ioannis Huss, & eorum doctrinę, adjungens, quod non credit tamen contra conscientiam fecisse, cum doctrina Ioannis Huss sancta, & justa erat, & ejus vita, cui vellet inhærere, & tenere eam firmiter. Et ad hoc confirmandum revocavit litteram quam scripsit Pragæ, & in qua revocationem opinionis, & doctrinæ Ioannis Huss. Vlterius dixit de libris VVicleff, & ejus doctrina, quod nunquam vidit hominem bene, & profunde scribere, cui scripturæ similiter vellet inhærere, & male fecisset contradicere, quia illud quod fecit, quoad revocationem opinionis, & doctrinæ Ioannis VVicleff, & Ioannis Huss, non fecit quod vellet desistere ab eorum doctrina, & opinionibus, sed ex metu ignis. Sed ulterius ubi ipse Ioannes VVicleff, & Ioannes Huss quoad sacramentum altaris dixerunt contra doctorum ecclesiasticorum opiniones, quoad illam partem non sequitur, neque eam tenet; imo tenet sicut quatuor doctores ecclesiæ, & alii qui hodie tenent per ecclesiam.

Item dixit vitam papalem, cardinalium quoad collationes, & usum beneficiorum, actus meretricales, & quod cardinales caudati incederent, dixit esse abusionem, & nullo modo, neque ratione subsistere, & contra scripturam, & statum ecclesiasticum. Et tenet ut Ioannes Huss & Ioannes VVicleff tenent, & credit se bene in hoc credere.

Iis auditis, sententiam diffinitivam contra eum in hujusmudi causa proferendam ad diem sabbati proxime futuram hora, & loco in sessione publica fieri audiendam, & in scriptis promulgandam præfixit, & assignavit. Super quibus honorabilis vir dominus Michael de Breda, Ioannes de Scribanis, & Henricus de Piro promotores prædicti petierunt ipsis nominibus, quibus supra, unum, vel plura fieri publicum, vel publica instrumentum & instrumenta. Pręsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Ioanne Ostiensi Vivariensi, Iordano Albanensi Vrsino, & Angelo Pręnestino Laudensi episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi,

Senensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Angelo Veronensi, Guillelmo sancti Marci, Thoma Tricariceosi, & Antonio de Chalanco presbyteris, Amedeu Saluttiarum, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus, illustrissimorum principum Romanorum, & Vngariæ, Franciæ, Angliæ, Aragonum, Neapolitanorum, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, Svveciæ, Daciæ regum, aliorumque principum, ducum, Marchionum, comitum, baronum, prælatorum, universitatum studiorum, ambasiatoribus, & aliis Christianis in multitudine copiosa ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

* ** *Ad sessionem XXI. spectant quæ sequuntur. Vide pag. 190. E.*

Die vero Sabbati trigesima & penultima mensis Maii prædicti Constantiæ maoe hora tertiarum, vel quasi, in ecclesia cathedrali in loco sessionis fuit per synodum sacrosanctam Constantiensem celebrata sessio generalis, reverendissimis in Christo patribus ibidem præsentibus, & dominis dominis Ioanne Ostiensi, Angelo Prænestino, & Iordano Albanensi episcopis, Antonio Aquilegiensi, Gabriele Senensi, Almanno Pisano, Angelo Veronensi, Branda Placentino, VVilhelmo sancti Marci, Petro de Fuxi, Antonio de Chalanco, & Francisco Florentino cardinalibus vulgariter nuncupatis, nec non illustrissimorum principum Franciæ, Angliæ, Aragonum, Neapolitanorum, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, & Svveciæ regum ambasiatoribus, diversorumque aliorum principum, ducum, marchionum, comitum, prælatorum, universitatum studiorum nunciis, & ambasiatoribus in numero copioso. Et pro hujusmodi sessionis complerione fuit divinum officium missæ de Spiritu sancto cum litania, orationibus, & aliis requisitis ad sessionem ipsam. Quibus cantatis, & dictis, de mandato dictæ synodi reverendus pater dominus Iacobus episcopus Laudensis ascendit ambonem, super quo sermonem dictæ synodi fiunt, & decreta, ordinationes, & statuta sive sententiæ per ipsam synodum, & quæ de ejus mandato decernuntur, statuuntur, ordinantur, seu promulgantur, atque statui, decerni, ordinari, & promulgari solent; & fecit sermonem pulchrum, recipiendo de suo themate hæc verba, videlicet, Exprobavit incredulitatem eorum, & duritiam cordis. Quo sermone quoad magistrum Hieronymum de Praga ibidem præsentem, & ad audiendum sententiam ferri contra eum in causa mota per concilium super fide, & promulgari, debite peracto, & concluso; Idem magister Hieronymus in medio existens super quodam banco levato, ut a cunctis videri, & audiri potuerit, surrexit, inclamando dominos cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, doctores, & magistros, singulosque litteratos visos ibidem existentes in genere dicens, qualiter dominus Iacobus sermocinans quo spiritu locutus fuisset dictus sermocinans pervertisses in sensum alium, & perversum, & contra sensum ipsius magistri Hieronymi, obsecrando omnes, & singulos per sanguinem Iesu Christi, quo redempti omnes, quod ex verbis dicti domini episcopi sermocinantis conceperit ipsum magistrum Hieronymum esse spretorem virorum ecclesiasticorum, de quo reddere se innocentem, & speraret, quod ea quæ disputasset, dixit in scholis in disputationibus, & alias fecisset propter bonum, & utilitatem regni Bohemiæ, tanquam fidelis agricola; & quod æmuli sui interpretati sunt illa ad partem sinistram, & perversam, & quod se crederet esse bonum Christianum hominem, & quod talem sermonem falsum, & contra Deum quilibet posset confingere. Incipiendo venire ad factum causæ motæ super

A hæresi, & aliia contra eum dixit quomodo alias reverendus pater dominus cardinalis Florentinus ibi præsens ipsum magistrum Hieronymum instruxisset rationibus bonis, & doctrinis, ita & taliter quod ex ejus instructione ipse revocavit illa, quæ sibi sunt imposita in articulis datis contra eum, & scripsit in Bohemia dictam revocationem, & quod fuissent sibi deputati judices in causa, de quibus bene semansisset contentus; sed illi judices fuissent mutati, & ob illam mutationem dedignatus erat respondere articulis per juramentum, sed tamen quod quilibet posset intelligere mentem suam, dixit quod articuli ultimo omnes non fuerunt lecti per illos commissarios ad hoc deputatos; protestans quod illud non diceret ob aliam obstinationem cervicis, sive duritiam, allegans Paulum diversis vicibus super doctrina Christiana quæ-
B stionatum fuisse cum Iudæis; Non mirum si ipsum Hieronymum pro fide, & doctrina Christiana pati oporter, profitendo unam sanctam ecclesiam catholicam, quam dixit esse multitudinem salvandorum. Item ecclesiam triumphantem. Item militantem in terris. Item ecclesiam catholicam, videlicet omnium fidem Christi profitentium. Item ecclesiam catholicam communionem prælatorum, & rectorum, & illis prælatis, & rectoribus sit obediendum etiam dyscolis mandantibus legem Dei, non dyscolis extetius. Item dixit tenere articulos. Item dixit ceremonias missarum, officiorum, jejuniorum, super ceremoniis accidentalibus. Item dixit quod abjiciendum a clero, vi-
C delicet pompæ, fastus, ut dum clerus convertit patrimonium Christi in fastus, pompas, quoad pulchros equos, domos, curias, vestes, non ministrando pauperibus illa, quæ clerus tenet ultra necessitatem ejus, & utitur bonis sive patrimonio Christi quoad lasciviam, & alios actus meretricales. Item revocavit litteram per eum scriptam Pragæ super ejus revocatione alias facta in publica sessione, quoniam revocavit imposita sibi, & prædicata contra fidem, & errorem, cum dixerit quod non veller esse occasio tanti sceleris, quod consensetat condemnationi Ioannis Huss, in quo ita male fuit locutus, sicut unquam fuit locutus, & contra conscientiam, sed dixit quod fecit talem revocationem propter metum ignis, cujus ar-
D dorem dixit esse crudelissimum. Et propterea scripsit dictam litteram Pragæ, in qua pessime dixit scripsisse, & flere, quia li[illegible]n, sed adjuratio, quam idem Hieronymus fecit in sessione publica superius ultima die Lunæ vigesima tertia mensis Septembris præcedentis immediate emisit, statim fuit ibidem de mandato synodi prædictæ per reverendum patrem dominum Ioannem patriarcham Constantinopolitanum, qua adjuratione lecta publice, & alta voce, ejusque subscriptione per manum ipsius magistri Hieronymi visa, idem magister dixit, quod verum erat eandem adjurationem scripsisse ob timorem pœnæ ignis, tamen dixit se meritum fuisse, ut fatuum, quan-
E do scripserat, & dixerat contenta in adjuratione prædicta, de quibus summe doler, & præsertim ubi revocavit doctrinam Ioannis Huss, & VVicleff, & consentiendo condemnationi Ioannis Huss, quem credebat fuisse, & esse sanctum hominem, & pessime fecisse.

Quibus auditis, dictis, atque lectis magister Henricus de Piro procurator dictæ synodi nomine quo supra, petiit fieri & promulgari in scriptis sententiam diffinitivam contra eundem magistrum Hieronymum, juxta petitionem, & conclusionem articulorum suorum, ut asseruit, datorum, & oblatorum. Tunc reverendus pater dominus patriarcha Constantinopolitanus unus ex commissariis de mandato dictæ synodi Constantiensis, ipso magistro Hieronymo præsente,

 &

& audiente, sententiam diffinitivam contra ipsom Hieronymum de Praga in scripiis legit alta, & intelligibili voce promulgavit, & dixit, atque legit, prout, & quemadmodum io quadam papyri schedula, quam ibidem in suis manibus tenebat, de verbo ad verbum publice, alta & intelligibili voce legebat, cujus tenor inferius est insertus.

Qua lecta, ipsa fuit per universalem syoodum approbata, per deputatos oationum, videlicet Antonium Concordiensem, Nicolaum Merseburgensem, episcopos per verbum, Placet. Vitalem Tholonensem, & Patricium Cortageosem, Item per reverendum patrem dominum Ioannem Ostiensem pro se, cum non habuerit a dominis suis cardioalibus, per verbum, Placet. Super quibus lectis, & approbatis, senteotiatis, & diffinitis, ac protestatis, sive confessatis, magistri Heoricus de Piro, & Ioannes de Scribaois promotores, & promotorio oomioe præfati concilii petierunt & quilibet ipsorum petiit instrumentum ad futuram rei memoriam. Quibus sic factis, coociliom sive synodus Constantiensis requisivit & ionocavit brachium seculare super sententia lata contra dictum magistrum Hieronymum, & statim traditus est potestati sæculari ibidem præsenti, quæ in ipsum habuit agere, ipse Hieronymus recommendavit animam suam Deo altissimo, & incœpit alta voce dicere, Credo in Deum patrem omnipotentem, *&c.* & postea symbolum de cantando, quem cantavit, eundo ligatus per plateas versus locum supplicii In quo combustus fuit; licet prius domini prælati supplicabaot potestati seculari, ut ipsi eum tractareot gratiose, & orando Deum, ut converteret eum de suis peccatis.

Affixio Bullæ convocationis prælatorum.

**** Post Sess. XXI. supra pag. 191. B.*

Die Dominica trigesima prima, & ultima supradicti meosis Maii, & similiter Martis secunda, & Mercurii tertia mensis Iunii subsequentibus fuit affixa quædam convocationis prælatorum, & aliorum hujus sacri concilii bulla valvis, seu portis majoris ecclesiæ sancti Stephani Constantiensis, ac locis aliis publicis ejusdem civitatis, ipsique prælati hine inde concilio interesse debentibus per[illegible]vocati fuerunt, & citati, prout, & quemadmod[illegible]dicta bulla, cujus tenor inferius est insertus, plenius cootinetur.

Tenor vero dictæ Bullæ convocationis prælatorum sequitur, & est talis.

Sacrosancta generalis synodus Constantieosis. Ad futuram rei memoriam. Quantom ecclesia sancta Dei calamitatibus, quandiu pestifero lacerata schismate laboraverit, cuncti Christi fideles non solum notitiam, sed malorum experientia didicere. Et insuper, quam multi in irritum catholicorum labores ad illud tolleodum, extirpandumque. Multa propterea secundum casum fueruot tentata remedia forte ideo, quia irato oobis Deo propter peccata nostra nondum salutis tempus advenisset, nulla hominis sollicitudo, nulla studia sufficere, & consilia, quinimo velut in cōtrarium versa pejora omnia fieri videbantur. Sed tandem post multos labores misericordis Dei pietas ad ecclesiam suam prospexit, effecitque, quod in ejus spiritu, qui ubicumqua vult spirat, io hac civitate Constantiensi sub apostolica vocatione, & Christiani principis domini Sigismundi Romanorum regis tuitione convenimus, ubi ipso operante Spiritu sancto pro uoione & pace ipsius ecclesiæ deinceps meliora nobis omnia quotidie successemnt. Nam post olim domini Ioannis papæ XXIII. sic in sua obedientia nuncupari canonicam depositiooem, ipseque insuper post sententiam nostram, cui acquievit, & expresse consensit spontanee papatus cessioni, dominus ille qui vocabatur Gregorius XII. papa per procuratorem suum legitimum coram nobis in sessiooe solemniter congregata, & contendenti omni juri, quod prætendebat in papatu, & ipse papatui sponte cessit; & cum restaret tantum dominus Benedictus sic in sua obedientia nominatus, ut solemnem faceret cessionem, & quod præter juramenti religionem, qua astrictus erat, de jure divino, humanoque teoebatur, & id sibi suadendum, eundem requirendum præfatus rex Aragoniam accedere disposuit, ut in tempore, & loco, sicut jam oratoribus illustrissimi principis domini Ferdinaodi regis Aragonum, ac ipsius Benedicti, qui huc ad ipsum Romanorum regem ab eis missi venerunt, præfixerat cum eisdem rege Aragonum, & Benedicto conveneruot; Et nos reverendos patres, & venerabiles viros, archiepiscopos, & alios litteratos, & doctos viros ex sacro concilio oratores nostroa ad idem peragendum, & prosequeodum nonnulla alia ad unionem pertinentia cum dicto domino Romanorum rege, sufficienti potestate suffulios destinavimus. Sicque præfatus Romanorum rex pro ecclesia Dei solita pietate * solitus, postpositis imperii & regnorum suorum orgeotissimis, quæ sibi imminebant, negotiis, per longa, laboriosaque itinera alienas terras peragrare ooo dubitans, Perpiniaoum accessit, commeantibus secum oratoribus nostris præfatis; ipse vero rex Aragonum, qui tunc Valentiæ gravissima ægritudioe morti proximus tenebatur, contra valemdinem medicorumque consilia, ut ipse juxta promissa tanto Dei & ecclesiæ negotio oon deesset; se mari cum magno vitæ periculo committere non expavit. Mira quidem tantorum principum pietas, qui suammet salutem voluerunt pro ecclesię salute negligere. Convenientibus autem præfatis regibus, & ipso Benedicto, ac ipsis oratoribus nostris, & præfatum Beoedictum requireotibus, ut sicut promiserat, juraverat, & tenebatur, cederet, instantibus pariter requisitiooi hujusmodi illustrissimorum regum Franciæ, Castellæ, Siciliæ, atque Navarræ honorabilibus oratoribus, ac magnificis, & potentibus dominis comitibus Fuxi, & Armeoiaci; necnoo aliis nonnullorum principum eorundem regnorum civitatum procuratoribus. Post multa subterfugia, quibus eos idem Benedictus ibidem conatus est, suam tandem duritiem patefecit. Non eoim illum Dei timor, oon religionis vinculum, non honestatis consideratio, noo denique tantorum principum auctoritas, nec populorum supplicantium, nec totius Christianitatis tandiu per dictum schisma divisæ, & laceratæ calamitas mollire potuit, ut ad dandum ecclesiæ pacem inclinaretur, sed in pejori duritia obstinatissimus, omnibus spretis, delusisque Perpiniano recessit, marique devectus se in Paniscolæ arce, quam ipse sibi diu ante præmunierat, pro perfidiæ suæ cautela recondidit. Regum vero, & principum, ac populorum, qui ibi convenerant, legati, qui antea eidem Benedicto tanquam papæ obedierunt, tuoc pertinacem illum detestantes, eum & relioquere, & ecclesiæ Dei unioni cohærere sanius proposuerunt; & sub certis, honestis, & æquis modis cum præfato Romaoorum rege, & ipsis oratoribus nostris conventionem inierunt, & statueruot, quod prælati videlicet ipsorum regnorum, ac terrarum, & locorum obedientiam ipsius Beoedicti per certas teoorum litteras a nobis requireotes infra certum temporis spatium in sanctam synodum Constantiensem convenirent nobiscum ad procedendum contra ipsum Benedictum secuodum canonicas sanctiones de papatu, quem prætendit, dejectionem, & damna-

* sollicitus

damnationem, ut exinde de unico pastore Christi vicario ecclesiæ suæ sanctæ provideretur, & ad alia quæ pro pace & tranquillitate, ac reformatione ipsius ecclesiæ visa fuerint statuenda; qui jam, Deo propitio, sinceram suam mentem actionibus prosequentes, ac vocationem nostram magno unionis zelo prævenientes, eidem Benedicto obedientiam universalem subtraxerunt; Ex quo, & aliis ipsorum regum & prælatorum diligentiis firmissime speramus, quod habitis literis nostris, per quas hodie juxta contenta eos duximus requirendos, absque mora aliqua nobiscum in hac civitate Constantiensi in unum corpus, & unum concilium promissa convenient. Cum autem ipsis venientibus, nihil aliud restet, quam quod contra obstinatam duritiem ipsius Benedicti synodali auctoritate procedatur, cum jam principes, & prælati, omnis denique Christi fidelium populus in ipsius ecclesiæ unitate consentiat, ne prælati alii jamdudum apostolica auctoritate vocati, & qui hactenus venire neglexerunt, in ipso articulo & conclusione deficiant, sed omnes ad hoc sanctum opus, Deoque acceptissimum undique concurrant, eos, etiam licet non sit opus amplius vocare, cum alias fuerint apostolica auctoritate sufficienter vocati, tamen diutius requirendum. Omnes igitur, & singulos patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, & cæteros ecclesiarum & monasteriorum prælatos, necnon ipsos, & aliquos, licet paucos Romanæ ecclesiæ cardinales ab hac synodo absentes ex abundanti, & sine præjudicio prioris vocationis, sed potius eam confirmando, hortamur in domino, eosque requirimus & monemus, ac eos in virtute sanctæ obedientiæ auctoritate sacri concilii tenore præsentium præcipimus, & mandamus quatenus personaliter, illustrissimos vero principes, reges, duces, marchiones, & alios, quos hujusmodi concilio adesse æquum est, vel qui in eo prodesse possunt quoquomodo, per viscera misericordiæ Iesu Christi invitamus, & hortamur, quatenus per se, vel solemnes suos oratores infra certum mensium spatium ipsi Constantiensi concilio intersint præsentes, ut sic congregata fidelium multitudine, quæ in eodem concilio decernenda, disponenda, expediendaque fuerint adjutore Deo, salubrius ordinentur. Indicentes nihilominus omnibus, & singulis prælatis, quod per istam vocationem non intendimus desistere a prosecutione unionis ecclesiæ, & aliorum in hac sacra synodo agendorum, quibus expediendis quotidie insistimus, & speramus plenius insistere & cum Dei adjutorio perficere, præcipue in adventu prælatorum, & aliorum de obedientia Benedicti prædicti, quos infra breve tempus expectamus. Sed vos omnes & singulos, cum veneritis, admittemini in eo statu, in quo tunc erit hæc sancta synodus, cujus potestatem & auctoritatem non intendimus per hanc vocationem in aliquo impedire, vel esse in suspenso. Volentes etiam quod contra hujusmodi nostram vocationem nullæ licentiæ se ab hac synodo absentandi, vel abessendi vobis, aut vestrum singulis quacumque auctoritate concessæ suffragentur; quas etiam in quantum opus sit, expresse revocamus, & irritas, & inanes esse decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exhortationis, requisitionis, monitionis, invitationis, voluntatis, revocationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Constantiæ undecimo Kalendas A Iunii anno a nativitate domini MCCCCXVI. apostolica sede vacante.

De Cu͂ria in camera apostolica.

Petrus de Marignaco Registrata.

*** Congregatio in modum sessionis.*

Anno & indictione quibus supra, die vero Mercurii tertia mensis Iunii Constantiæ in ecclesia cathedrali prædicta, & loco sessionis deputato, hora octava, vel quasi, seu tertiarum ad tenendum sessionem, seu congregationem specialiter deputata, sacrosancta synodus Constantiensis ibidem universaliter in modum & formam sessionis, seu publicæ congregationis congregata pro infrascriptis expe- B diendis. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Ioanne Ostiensi, Iordano Albanensi, & Angelo Prænestino episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Antonio Aquilegiensi, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Guillelmo sancti Marci, Almanno Pisano, Presbyteris, & Oddone de Columna, ac Francisco Florentino diaconis cardinalibus, necnon illustrissimorum principum regum Romanorum & Vngariæ, Franciæ, Angliæ, Aragonum, Neapolitanorũ, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ, Sueciæ regum, aliorumque principum, prælatorum, universitatum studiorum, communitatum ambasiatoribus, nunciis & procuratoribus, ac quam- C pluribus aliis doctoribus, magistris & suppositis quatuor nationum sanctam synodum Constantiensem constituentibus pro testibus ad infrascripta inscriptis adhoc rogatis. In qua quidem congregatione de mandato omnium dominorum ipsam congregationem constituentium venerabilis & circumspectus vir dominus Ioannes Vsk præpositus Quinqueecclesiensis ambonem prædictum ascendit, & quandam commissionem super citatione decernenda per sacrosanctam synodum Constantiensem contra certos prælatos, atque nobiles regni Bohemiæ, & marchionatus Moraviæ, qui dicuntur esse diffamati de hæresi, in qua commissione petebantur ju- D dices quatuor, unus de qualibet natione ipsius synodi, qui se summarie informare debebant super contentis in dicta commissione, & referant ad finem & effectum, quod citatio per concilium decernatur. Qua commissione lecta, surrexit dominus Gaspar de Perusio advocatus consistorii, tanquam unus de concilio, & petiit ipsis deputatis judicibus, sive commissariis adjungere unum commissarium de collegio dominorum cardinalium, & sic istis petitis nihil fuit responsum per congregationem sive ejus nomine. Subsequenter venerabilis vir magister Henricus de Piro promotor dictæ congregationis, sive synodi Constantiensis prædictæ surrexit, & quandam citationem audientiæ literarum contradictarum Romanæ curiæ, alias ab auditorio, sive audien- E tia sanctæ synodi Constantiensis emanatam, & de ejus mandato ac voluntate ibibi positam & lectam, sigilloque ipsius audientiæ signatam, aliasque debitæ executioni demandandam repræsentavit, citatorum in eadem contentorum non comparentium, neque aliquam causam rationabilem, si quam haberent, quare in scriptis declarari incidisse in pœnam in monitorio alias decreto contentam non debeant allegare, contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari petens, & in eorum contumaciam eosdem monitos in pœnas in monitorio contentas incidisse per ipsam sanctam synodum, sive congregationem generalem debita cum instantia postulavit. Tunc dicta synodus, sive congregatio monitos prædictos non comparentes, neque cau-

sam,

sam, si quam habeant rationabilem, quare declarare non deberent, incidisse pœnas in monitorio contentas allegare, seu proponere curantes, licet satis expectatos, reputavit contumaces, & in eorum contumaciam ipsos monitos in monitorio contentos declaravit incidisse pœnas in monitorio expressas, & alias declaravit, prout, & quemadmodum in eadem declarationis papyri schedula in ambone per venerabilem virum dominum Ioannem Vsk præpositum prædictum de mandato ipsius synodi Constantiensis sive congregationis de verbo ad verbum publice, alta, & intelligibili voce lecta, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua sententia lecta domini deputati per nationes ad respondendum super approbationibus lectorum & petitorum, qui fuerunt Antonius Concordiensis, Vitalis Tholonensis, Nicolaus Merseburgensis, & Patricius Cortagensis episcopi nomine quatuor nationum, Antonius Concordiensis respondit nomine nationis Italicæ in hunc modum juxta deliberationem, Cum non constitit de petitione in natione Italica proposita per advocatum super adjunctione unius commissarii de collegio cardinalium vigore commissionis in causa fidei, per Ioannem Vsk propositam; seclusa illa respondebat ad aliam, Placet, reservata tamen deliberatione nationis & synodi, quod unus de cardinalibus possit adjungi. Patricius vero Cortagensis nomine nationis Anglicanæ respondit ad omnia petita, Placet.

Subsequenter ad instantiam, & petitionem reverendi patris domini Simonis episcopi Tragnriensis ambasiatoris serenissimi regis Romanorum, fuit lecta una litera missiva per dominum regem Romanorum concilio, & synodo Constantiensi directa in effectu continens, quod rex desiderabat unionem, & pacem in concilio, & inter supposita nationum, & concilium, & intimabat ejus adventum in tempore celeriori, quo posset, alias recommendando se, & facta dominorum ambasiatorum & procuratorum suorum in eodem concilio existentium, & præsertim quod nihil ardui fiat, seu præjudiciale in ejus absentia. Qua litera lecta venerabilis vir dominus Simon de Theramo sacri consistorii advocatus, & tanquam procurator ejusdem domini regis Romanorum super iis petiit sibi fieri unum, vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad dictamen sapientum per protonotarios sedis apostolicæ, & scribas concilii ad hoc deputatos.

Subsequenter ad petitionem venerabilis viri domini Henrici Vitart ambasiatoris & procuratoris reverendissimi patris domini archiepiscopi Magontinensis fuit lecta per eundem D. Ioannem de Vak una litera missiva concilio prædicto per dominum archiepiscopum Moguntinensem, in qua continebatur in summa, qualiter idem reverendus pater dominus Ioannes archiepiscopus esset delatus innocenter apud regiam majestatem excusans se, quod non fecit unquam contra ecclesiam Romanam, neque concilium, sive regiam majestatem, & jam esset in senio constitutus, desiderans ultra omnem thesaurum pacem, & unionem in ecclesia, & in imperio, & quodammodo in toto orbe terrarum, supplicans synodo, & concilio Constantiensi, cum propter necessitates suæ ecclesiæ Moguntinensis adesse non possit, commode pro excusato.

Subsequenter venerabilis vir dominus Dominicus de Poure præsentavit literas domini electi Fulginatensis electionis ejusdem & provisionis, seu confirmationis factæ, protestatus fuit quod non currat dicto electo tempus a canonibus institutum, seu diffinitum propter carentiam summi pontificis, cui dictam electionem incontinenti post ejus creationem protestatus fuit præsentari per partem suam.

Item similiter dominus Blasius de sancta Agatha advocatus dicti consistorii non recedendo ab aliis protestationibus per eum in concilio, & in nationibus factis, similiter fuit protestatus nomine fratris Hieronymi magistri in sacra Theologia electi ad ecclesiam Ariminensem, prout supra. Super quibus venerabilis vir magister Henricus de Piro promotor concilii petiit a protonotariis, & aliis concilii scribis unum, vel plura, publicum, seu publica, instrumentum vel instrumenta ad dictamen sapientis. Præsentibus dictis testibus superius inscriptis.

Tenor declarationis pœnarum Argentinensium.

In nomine domini, Amen. Ad compescendos temerarios ausus subditorum in superiores, & prælatos suos, necnon laicorum, quos clericis infestos oppido tradit antiquitas, in personas ecclesiasticas, & præsertim pastorale gerentes officium, tuendo ecclesiasticam libertatem, hæc sancta generalis synodus Constantiensis dudum ad eam fama publica referente, frequentique, & clamorosa insinuatione rem pene notoriam demonstrante, quod Hugelmannus decanus, & Fredericus de Zalre canonicus de mandato capituli ecclesiæ atque consensu proconsulum, rectorum, & communitatum civitatis Argentinensis, necnon Michaelis Zalbrug, & Rolini Barpbennig dictæ civitatis civium consilio, auxilio, consensu, dilectos ecclesiæ filios V Vilhelmum electum, necnon Fredericum cantorem dictæ Argentinensis ecclesiæ cum nonnullis eorum bonis, & rebus manu armata violenter, & temere ceperunt in quodam castro ad ipsam ecclesiam pertinente, atque ad civitatem Argentinensem invitos adduxerunt, carceribusque mancipaverunt; dictique Hugelmannus, Fredericus, & alii prænominati, necnon capitulum, consules, proconsules civitatis, & communitatis prædictæ inclusos detinebant, prout adhoc detinent mancipatos, præfatos Hugelmannum decanum, Fredericum canonicum necnon capitulum, consules, proconsules, rectores, & communitates, atque Michaelem, & Rolinum præfatos canonice, & peremptorie monuit; quatenus infra certa temporum spatia tunc futura, nunc autem, & diu elapsa, prædictos Guillelmum electum, & Fredericum cantorem sub pœnis juris, & sacrorum canonum, necnon excommunicationis in singulos, interdicti in ecclesiam, atque communitatem, civitatem, necnon in terras, dominia, atque loca ad capitulum, & communitatem prædictas, & prædicta communiter, vel divisim pertinentes & pertinentia eidem sanctæ synodo redderent, & relaxarent, nisi tamen causam, vel causas allegare vellent, quare ad præmissa minime tenerentur, ad quam se & quas allegandum coram eadem sancta synodo certum, & peremptorie terminum præfixit, & assignavit, & ad hoc illos peremptorie citavit; alioquin eadem sancta synodus præfatas sententias & censuras ex tunc in scriptis promulgavit. Et quia præfati nominati hujusmodi monitioni parere, & coram eadem sancta synodo legitime ad præmissa in assignato, & prorogato terminis, & eorū quolibet comparere, causamque, vel causas præmissas allegare minime curaverunt, imo contumaciter contempserunt, ad hæc tamen diutius expectari; idcirco eadem sancta synodus præfatos Hugelmannum decanum, Fredericum canonicum, Michaelem, & Rolinum cives, necnon consules,

consules, & proconsules, & singulariter singulos excommunicationis, ecclesiam vero, civitatem & communitatem, nec non terras, dominia, & loca prædictas, & prædicta interdicti sententias, & censuras incurrisse, dictasque personas singulariter singulas excommunicationis, ecclesiam vero civitatem, & communitatem atque terras, dominia, & loca prædictas, & prædicta ecclesiastico subjacere interdicto pronunciat, & declarat, præmissaque mandat per omnes ecclesiæ subditos, qui fuerint debite super hoc requisiti, publicari, & de præmissis litteras confici opportunas.

Congregatio generalis.

Die Veneris quinta supradicti mensis Iunii fuit tenta solemniter Constantiæ in loco solito sessionis in ecclesia majori hora octava post mediam noctem hujus sacri concilii, ut moris est, congregatio generalis, in qua venerabiles, & egregii viri illustrissimi principis domini regis Portugalliæ ambasiatores ambonem publicationis ordinatorum in concilio ascenderunt, inter quos unus ex eisdem proposuit solemniter dominum suum recommendando. Post hoc dominus reverendus episcopus Satisbriensis surgens verba proponendo confirmando eundem dominum regem in concilio mirifice recommendavit. Deinde dictorum ambasiatorum procurator, sine mandato fuit locutus. His sic peractis, reverendissimus in Christo pater, & dominus, dominus Florentinus S. R. E. cardinalis etiam surgens supradictum regem dominum Portugalliæ, ipsiusque oratores sive ambasiatores, & dominum episcopum Satisbriensem elegater recommendavit. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus, & dominis, dominis Ioanne episcopo Ostiensi vicecancellario appellato Laudensi, Antonio Aquilegiensi, Gabriele Senensi, Almanno Pisano, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi, Amedeo de Saluciis, Ludovico de Flisco, Oddone de Columna, & Francisco Florentino S. R. E. cardinalibus, ambasiatoribusque pluribus, & Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Die Iovis undecima mensis Iunii prædicti, Constantiæ in domo fratrum Minorum in refectorio majori dictæ domus, in qua natio Germanica pro suis consiliis, tractatibus habendis, & advisandis congregari solet, mane hora tertia, vel quasi constitutus magnificus dominus Everhardus comes de Nelleburg locum tenens gubernatoris & custodis sacrosanctæ synodi Constantiæ in absentia illustris principis domini Ludovici comitis Palatini Rheni, & ducis Bavariæ. Præsentibus ibidem reverendissimis, reverendis, venerabilibus, & circumspectis viris dominis Antonio cardinali Bononiensi, Ioanne Constantinopolitano, & Ioanne Antiocheno patriarchis, Ioanne Rigensi, Bartholomæo Mediolanensi archiepiscopis: Vitali Tholonensi, Frederico Augustensi Provinciæ Maguntinę, Amedeo electo Lugdunensi, Simone Traguriensi, Ioanne VVormaciensi, Nicolao Mersburgensi, Gregorio Tridentino, Henrico Feltrensi, Francisco Argtunensi, Vlrico Verdensi, Antonio Concordiensi, Bertrando sancti Flori, Elia Aniciensi episcopis, Nicolao VVordis utriusque, Ioanne Abundi theologiæ, & decretorum abbate in Olnagensi, ab. bate Campicensi, aliisque doctoribus in numero ducentorum, vel quasi, præsidentibus quatuor nationum & deputatis ad infrascripta audienda constituris ad hoc missis, & per os reverendi patris domini Huldrici episcopi Verdensis proposuit ibidem qualiter idem dominus comes de Nellemburg a domino Conrado

A fratre carnali canonico ecclesiæ Argentiensis heri recepisset certas literas, in quibus continetur, quod idem Conradus canonicus per fidem, & juramentum suū excusaretur de captione domini VVilhelmi electi Argentinensis, sicque ipse dominus Conradus nec verbo, neque in facto se intromiserat, neque aliquid inde scivisset, & summe doleret de captivatione, & in casu quo aliquæ pœnæ, vel sententiæ censurarum quarumcumque promulgarentur contra capitulum, & singulas personas ecclesiæ Argentinensis, supplicaret concilio quod dignaretur talem provisionem apponere, quod idem dominus Conradus comes de Nellemburg canonicus in illis pœnis, & sub comprehendi non possit, cum totaliter innocens esset hujusmodi captivationis, recommendans ipsum dominum Conradum comitem concilio Constantiensi ad omnia sibi possibilia. Præsentibus dictis dominis pro testibus infrascriptis, nec non magistris Michaele Bolosonis, VVilhelmo Porcellis, Gtielero de Bovetens notariis, & Goffredo de Dusten Cursore sedis & protonotario dicti loci, sive nationis Germanicæ testibus ad præmissa vocatis, & rogatis.

Congregatio generalis.

Die Sabbati vigesima septima mensis Iunii prædicti Constantiæ in ecclesia majori prædicta, & in loco sessionis, mane hora octava, vel quasi, fuit congregatio generalis omnium prælatorum, doctorum, ambasiatorum, magistrorum, & procuratorum prælatorum, principum, &c. synodum seu concilium Constantiense constituentium pro causa Argentina in eadem synodo super captivatione domini electi Argentinensis ventilata, atque vertente, & pendente. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Ioanne episcopo Ostiensi vicecancellario, Angelo Prænestino episcopis cardinalibus Laudensi, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Petro de Fuxi presbyteris, Oddone de Columna, Lucido de Comite, Francisco Florentino, diaconis cardinalibus, nec non illustrissimorum principum Romanorum & Vngariæ, Franciæ, Angliæ, Aragonum, Cypri, Neapolitanorum, Poloniç, Sueciæ, Norvegię, & Dacię regum, aliorum prælatorum, principum tam ecclesiasticorum, quam sæcularium, universitatum studiorum, & communitatum ambasiatoribus, cæterisque dominis & suppositis, synodum præfatam constituentibus, & aliis nobilibus, & clientibus ibidem astantibus in numero copioso. Et pro concordia celerius habenda inter reverendum patrem dominum VVilhelmum electum Argentinensem, & universitatem civitatis Argentinensis fuit ibidem dictus reverendus pater electus Argentinensis in medium ductus. Quo ibidem existente, surrexit reverendus pater dominus patriarcha Antiochenus, & publicabat in generali causa Argentina, quare dictus dominus electus juxta assertionem dominorum de capitulo, fuisset captus, & humiliter narravit quædam capitula per nationes conclusa, modum, & formam, qualiter, & quomodo deberet procedi inter partes, videlicet electum, capitulum, & civitatem Argentinensem continentia; quorum capitulorum tenores inferius sunt inserti, & ibi de verbo ad verbum recitati. Quibus sic recitatis verbaliter, levavit se reverendus pater dominus Robertus episcopus Sarisbriensis nomine synodi Constantiensis, & fecit certam relationem in qua correxit mala commissa per negligentiam domini electi Argentinensis & suorum, videlicet de collaptione bonorum, terrarum, & rerum ecclesiæ Argentinensis: & e converso, excessus commissos per capitu-

 lum,

lum, civitatem & personas singulares, tanquam subditos in superiorem, & dominum commissos, atque factos. Quo sermone completo juxta capitula superius recitata fuerunt deputati ii, videlicet

Brada Placentinus, Angelus Veronensis.
Pro natione Germanica, Iacobus Placen. Episcopus.
Vtriusque juris doctor Nicolaus Vordis auditor.
Pro natione Italica, Marinus archiepisc. Aptutinensis.
Auditor palatii causarum Thomas de Amelia.
Pro natione Gallicana, Ioannes patriarcha Constinnpol.
Ioannes episcopus Gebennensis.
Pro Anglicana, Patricius episcopus Cotiagensis. B
Richardus Dethin protonotarius.

Quibus judicibus, & commissariis sic deputatis levavit se strenuus miles dominus Henricus Lazenboik, & per os venerabilis viri domini Ioannis Vsk praepositi Quinqueecclesiensis proposuit, qualiter serenissimus princeps Sigismundus Romanorum rex scripsit concilio super relaxatione domini VVilhelmi electi Argentinensis, & in persona ipsius domini Henrici, & reverendi patris domini Svvonis episcopi Tragutiensis, & in casu, quo concilium velit, quod ipse vadat pro aliis captivis, videlicet cantore Argentinensi & familiaribus eorum, videlicet electi & cantoris captivatis quod speret eos adducere, C quemadmodum adduxit dictum electum. Quibus sic factis, de mandato synodi praedicti ad omnia praedicta responderunt: Placet, videlicet Antonius Concordiensis, Nicolaus Merseburgensis, Vitalis Tholonensis, Patricius Cortagensis. Et demum Ioannes Ostiensis nomine collegii cardinalium per verbum: Placet, approbatione namque hujusmodi facta per synodum, sive congregationem praefatam venerabilis magister Henricus de Piro promotor ipsius concilii petiit sibi fieri unum, vel plura, publicum vel publica instrumentum, & instrumenta. Praesentibus praedictis testibus.

Subsequenter venerabilis vir dominus Domitius de Ponte advocatus sacri consistorii praesentavit ibidem certas literas missivas per regem Francorum super promotione electi .... quasum tenores inferius sunt inserti. Quibus litteris, lectis, surrexit venerabilis & circumspectus vir do- D minus Augustinus de Pisis ejusdem palatii, sive consistorii advocatus, & nomine illustris principis Ludovici comitis Palatini, ac ducis Bavariae, & dixit, qualiter alias certae litterae fuissent lectae in nationibus tangentes statum, & personam ipsius Ludovici. Litterae fuerunt directae per dominos Ioannem archiepiscopum Maguntinensem, duces VVilhelmum, & Octonem ipsius domini Ludovici fratres carnales, & Marchionem Vadensem, in quibus litteris missivis dixit contineri, qualiter ipse dominus Ludovicus dux, & comes conaretur injuriare dictis E suis fratribus quoad successionem bonorum patrimonialium, de quibus contentis io ipsis litteris ipsum dominum Ludovicum comitem, & ducem omnimodae determinationi concilii Constantiensis & serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis, quorum determinationi in omnibus, & per omnia plenarie, & integraliter usque ad minimum obedire, & in nullo contrafacere, seu venire de jure, vel de facto. Et optavit, sive desideravit illud fieri celeriter; ad finem quod toti mundo manifestaretur ejus justitia. Super quibus fuerunt petita instrumenta per reverendos patres dominos sedis apostolicae protonotarios, caeterosque notarios, atque scribas ad hoc deputatos unum, vel plura, publicum seu publica, instrumentum, seu instrumenta, ad dictamen cujuslibet sapientis. Praesentibus supradictis dominis, & testibus.

Tenores vero dictorum capitulorum, ut praefertur, per dominum patriarcham Antiochenum recitatorum; nec non deputationis commissariorum causa, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Primo, quod persona domini electi Argentinensis offeratur sacro concilio ceras in congregatione generali in loco sessionis facienda, ibique per habentem verba dicti concilii cum honestate, & honoribus debitis recipiatur, secundum quod decet, honore sacri concilii, & ecclesiae Argentinensis, ac personae ejusdem domini electi consideratis.

Item quod attendatur, quod dictae personae oblatio fiat pure, & simpliciter sine conditione, & obligatione quacumque, etsi forsan aliqua conditio vel obligatio interveniret, in dicta obligatione cassetur ante omnia per dictum concilium, & pure praefata persona recipiatur ad finem justitiae inter personas, & alias ex officio ministrandae.

Item quod dictus electus ibidem offerat, & praestet cautionem idoneam de non recedendo a concilio ante finem causae, & de stando juri, ac judicio sisti, & de parendo, contemperandoque, & obediendo judicatis super omnibus propositis, & opponendis contra eum tam ex officio, quam ad instantiam decani, & capituli, ac civium Argentinensium, & maxime super iis quae concernunt indemnitatem ecclesiae praedictae Argentinensis.

Item quod vice versa decanus, capitulum, ac cives similem cautionem praestent, quoad proposita & proponenda contra eos pro parte dicti electi, & alias ex officio, ne dictum sacrum concilium in aliquo videatur claudicare.

Ista superius scripta non fuerunt lecta,
Sed solum per dominum Ioannem
Patriarcham Antiochenum verbaliter dicta.

Item quod deputentur per sacrum concilium de qualibet natione duae notabiles personae expartre collegii, duo domini cardinales, qui habeant plenam potestatem recipiendi cautiones casu quo in prima congregatione non essent per concilium receptae, & circa custodiam personae medio tempore providendi in dicto casu, & etiam causam, & causas ad querelas partium praedictarum, & alias ex officio motas, ac movendas audiendum, & examinandum, & generaliter omnia faciendum, quae ad plenam discussionem hujusmodi causarum, & querelarum pertinent seu pertinebunt usque ad sententiam diffinitivam exclusive.

Congregatio generalis.

Anno, & indictione, quibus supra, die vero Sabbati quarta mensis Iulii Constantiae in ecclesia majori in loco sessionis solitae hora decima post mediam noctem fuit more solito congregatio generalis, in qua reverendissimus in Christo pater, & dominus, dominus Franciscus cardinalis Florentinus fecit quandam propositionem sive sermonem pro unione & accepit illud. quod scribitur Ioannis 17. Pater serva eos, qui in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos, &c. propositione ista facta venerabilis, & circumspectus vir dominus Ioannes Aburdi utriusque juris doctor ambonem publicationis saepe factum ascendens, de mandato sacri concilii sibi

sibi facto, quoddam instrumentum publicum per venerabilem virum dominum Ioannem de Opizis sacri palatii apostolici auditorem causarum, ipsiusque concilii ambasiatorem publice de verbo ad verbum proposuit & perlegit, cujus tenor inferius est insertus; ipsoque instrumento perlecto, idem magister Ioannes Abundi omine dicti concilii a protonotariis, & notariis hujus concilii fieri petiit super præmissis unum, vel plura, publicum seu publica instrumenta.

Subsequenter magister Ioannes Abundi quasdam litteras clausas huic sacro concilio per serenissimum principem dominum dominum regem Aragonum missas, ac instrumentum procurationis publicum reverendo patri domino Antonio Texal generali ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, quorum tenores inferius sunt inserti, de simili mandato hujus sacri concilii facto publice, alta, & intelligibili voce perlegit. Quibus omnibus successive lectis, idem magister Antonius generalis & procurator ambonem præfatum ascendens, brevem, utilem, & bonam fiore themate fecit collationem, dominum suum regem prædictum recommendando mirifice, eumque de tardatione missionis ambasiatorum solemnissime excusando, supponitque in eadem quod ipsius ambasiatores regis sui domini ad unum mensem expectarentur, ac etiam tanquam humilis orator illustrissimorum principum dominorum regum Navarræ, & Castellæ, ac serenissimorum virorum Fuxi & Armeniaci comitum, humiliter huic concilio supplicavit, quatenus eos de non missione ambasiatorum suorum excusatos haberet, ipsorum ambasiatores similiter per mensem expectare dignaretur. Et super iis per eum propositis & petitis per protonotarios & notarios hujus sacri concilii, sibi fieri & confici unum, vel plura publica instrumenta.

Ordinate autem iis peractis, magister Ioannes Abundi quandam responsionis ad præmissa schedulam, cujus tenor inferius est insertus, de mandato concilii sibi super hoc facto publice perlegit. Hac autem schedula lecta, fuit per nationum præsidentes, & Ioannem episcopum Ostiensem, & vicecancellarium omnine collegii cardinalium responsum, Placet. Ipsaque responsione sacri concilii, ut præfertur, lecta, fuit per dictum dominum Antonium generalem & procuratorem tanquam rata & grata accepta. Super quibus omnibus & singulis præmissis idem magister Antonius generalis & hujus sacri concilii promotor a protonotariis & notariis ejusdem concilii sibi fieri unum, vel plura publica petiit instrumenta.

Demum idem magister Abundi quandam commissionis schedulam pro egregio viro domino Ioanne Cornelii decretorum doctore, & simili mandato hujus sacri concilii de verbo ad verbum publice perlegit, cujus tenor similiter inferius est insertus. Qua schedula sic lecta per omnes nationum præsidentes, & dominum Ioannem episcopum Ostiensem & vicecancellarium hujus sacri concilii concorditer fuit responsum, Placet. Præsidentibus ibidem reverendis patribus, & dominis Vivariensi, Angelo Laudensi, Iordano de Ursinis, Angelo Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Almanno Pisano, Antonio Veronensi, Guillelmo sancti Marci, Thoma Tricariensi, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino S. R. E. cardinalibus, necnon dominorum regum, ducum, principum, comitum, nobilium, ac prælatorum ambasiatoribus, Christi fidelibus in numero copioso.

A *Tenores vero dictorum instrumentorum publicorum, litterarum missivarum, ac schedularum responsionis, & commissionis unde supra fit mentio, sequuntur.*

In nomine domini. Amen. Noverint universi, quod die Martis circa horam obsequii intitulatam decima septima mensis Martii anno a nativitate domini MCCCCXVI. in præsentia mei Arnoldi de Millaris regia auctoritate notarii publici Barchinonensis; ac iegentis scribaniam curiæ vicariæ Barchinonæ pro venerabili Francisco Tritemi curiæ Barchinonensis domino ut illi prædicto scribente, & in præsentia etiam egregii viri Ioannis comitis Cardonis, honorabilis Bernardi de Ponte legum doctoris, Sperandeo Cordona juris periti, Bonona-
B ti Petri licentiati in decretis, Bernardi Suri, Raymundi de Plano, Galcerandi du Sauk, & Petri de Torrentibus, & discreti Bernardi Splugnes notarii civium Barchinonensium testium ad hæc vocatorum specialiter & assumptorum, nobilis & spectabilis vir Ioannes de Opisis, decretorum doctor, procurator & nuncius sacri concilii, prout de sua potestate constat per quandam bullam plumbatam cum cordulis cannabis a synodo Constantiensi emanatam datam Constantiæ II. non. Febr. anno prædicto, & dicto domine, præmissa quadam verbali explicatione de omnibus iis, quæ gesta, & nuper lecta fuerunt per congregatos Constantiæ, vocatum per
C eum concilium, juxta conventiones initas inter serenissimos dominos reges Aragonum, Castellæ, & Navarræ, ac comites Armeniaci & Fuxi, & recitando pacem, tranquillitatem maximam, & quietem, quæ erant in dicta civitate Constantiensi, & congregatos ibidem, & maximam devotionem, quam habent, ut hæc obedientia de facto uniatur cum eis pro consequendo sanctissimam unionem, & magnum gaudium de conventionibus, & concordia auditis, de, & pro quibus festivitatem solemnem cum magna lætitia celebrarunt. Explicando etiam apertum animum dictorum congregatorum, quem habent erga hanc civitatem cui post Deum, & dominum Aragonum dictæ conventio-
D nis & concordiæ bonum attribuunt, paratos se offerentes eidem civitati in gratiis omnibus complacere, gratis verbis inducendo eandem, quod virtuosos labores continuatim circa dictum actum sanctissimæ unionis obtulit, & præsentavit honorabili Ioanni Aymerici militi vicario Barcbinonæ, Aquilarum & Valentiæ, Modiliani, & Mediliani pro serenissimo principe, & domino, domino Ferdinando Dei gratia Aragonum rege ab hujusmodi Barchinonæ civitate pro nunc absente. Præsentibus ibidem honorabilibus Ioanne Salvaleoum, Arnoldo de Torrente, Galterando Carboranom, & Ioanne Brissotti consiliariis hoc anno civitatis Barchinonæ, una cum venerabili Marco Turelli pro nunc absente, & præsentibus etiam pluribus aliis civibus exi-
E stentibus in domo concilii ipsius civitatis, quandam chartam, sive instrumentum confirmationis omnium, & singulorum capitulorum quinque sigillis appendentibus communitum. Item sexaginta & unam litteras convocatorias quamlibet earum quinque sigillis pendentibus roboratam, & viginti pro regno Aragonum, & viginti pro regno Castellæ, & decem pro regno Navarræ, & quinque pro comitatu Fuxi, & alias quinque pro comitatu Armeniaci prout fuit concordatum in dictis capitulis. Nec non etiam præsentavit præfatus honorabilis nuncius & procurator prænominatus honorabili vicario Bartholomæo decem salvos conductus prædicti concilii Constantiensis cum bullis

plumbeis munitos. Item novem salvos conductos civitatis Constantiensis cum sigillis pendentibus communitos. Item sex salvos conductus in papyro scriptos. Ex quibus quidem sexaginta & una litteris convocatoriis causa brevitatis fuit lecta una alta, & intelligibili voce coram omnibus ibidem præsentibus. Et ex prædictis salvis conductibus fuit lectus unus. Item præsentavit præfatus honorabilis procurator & nuncius dicto honorabili vicario Barchinonensi sexaginta litteras convocatorias, quas, ut dixit, præfatum concilium ad cautelam fecit fieri, quæ omnes, ut asseruit, sunt similes, præterquam in tribus verbis super depositione prædicta, videlicet ubi dicit quod dominus Gregorius XII. in sua obedientia dicebatur, sua sponte cessit, sic idem Ioannes dictus XXIII. in sua obedientia post ejus legitimam depositionem facere voluit atque fecit. Quibussiquidem litteris convocatoriis, salvis conductibus præsentatis, idem honorabilis nuncius & procurator nomine dicti concilii Cōstantiensis protestatus fuit per hujusmodi præsentationem quod non intendebat præjudicare capitulis conventis, & concordatis in Narbona. Et in casu quo tacite vel expresse, in aliquo præjudicaretur, ex nunc vult habere dictas litteras pro non præsentatis. Nec non etiam protestatus, quod prædictas ultimas litteras convocatorias per ipsum ultimate præsentatas præsentare non attendebat, nec eis uti, nisi si, & inquantum præfato domino regi Aragoniæ, & aliis, quorum interest, gratum erit, nec in aliquo recedere a forma concordata. Volens, & requirens de prædictis oblationibus, & præsentationibus sibi dicto nomine fieri, atque tradi publicum instrumentum seu instrumenta publica per notarios infrascriptos & ad majorem præmissarum litterarum convocatoriarum clarificationem, & designationem. Tenor tamen ex eisdem in hujusmodi præsentationis instrumento fuit insertus, qui talis est.

Miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati, *&c.* in Constantia provinciæ Mogontinæ in Christi nomine convocati reverendissimis, reverendis & venerabilibus, qui in obedientia Petri de Luna Benedicti papæ XIII. sic in eadem appellati, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, decani, præpositi, archidiaconi, aliique qui ecclesiarum, & monasteriorum prælati vocantur, & metropolitanorum, & cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum capitulis, & quorumlibet monasteriorum conventibus, & studiorum generalium universitatibus, cæterisque personis ecclesiasticis, necnon spectabilibus & nobilibus viris ducibus, comitibus, Marchionibus, aliisque principibus per regna, terras, & dominia illustrissimi principis Ferdinandi Dei gratia .... & Siciliæ regis constitutis salutem, & ecclesiasticam unionem feliciter roeti. Quanquam manum domini neque mensuram ponere, neque ejusdem tempora diffinire possimus, attamen quos diligit, compertum habemus, flagellat, ut in tentatione proventum faciat, & probatos ampliori retributione prosequatur. Ipso quidem permittente, a triginta octo annis & amplius, populus ejusdem peculiaris, qui Christiano nomine gloriamur, afflicti sumus pestifero & execrabili schismate præsente, cujus occasione omnis pene bene vivendi modus statim confractus est, ut cessaret Angelus percutiens altissimū exoramus, & indefesse ad id sudores nostros, & animos aptamus, propitietur populo suo misericors & miserator dominus deprecamur, ut secundum altitudinem cæli a terra corroboret misericordiam suam super timentes se.

A Vnde quamquam varios perpessi fuerimus pro pace ecclesiæ consequenda labores, & per anni circulum, & ultra circa hoc vacavimus, nondum venit dies domini, in qua pace frui optabamus, verum appropinquat speramus in ejus auctore, quia arrhas ipsius reperimus. Nam dominus, qui Gregorius XII. in sua obedientia sua sponte cessit, sic & dominus qui Ioannes XXIII. dicebatur, facere voluit & fecit. Hoc autem ut idem faceret Petrus de Luna, qui Benedictus XII. in sua obedientia nominabatur, legatos & nuncios ad præfatum regem, & ipso cum serenissimo Romanorum rege venerabiles, & venerandos patres, & doctissimos viros archiepiscopum Turonensem, & alios collegas destinavimus. Qui quidem dominus Petrus admonitus, rogatus, exhortatus, & requisitus humiliter a parte

B debite & juridice cessionem per ipsum jure divino pariter, & humano, ac alias multipliciter debitum facere voluit, sed hucusque distulit, atque differt in totius ecclesiæ scandalum, ac populi jacturam, & animæ suæ detrimentum. Quam quidem cessionem ut faceret, per dictum regem Aragonum fuit dictus Petrus requisitus pluries, & principes, communitates, nobiles obedientiæ suæ. Ideo ut filii suæ matri pii compatientes enitimur, & quantum in nobis est, nisi fuimus pacem præfatam obtinere, & animos virtuosorum virorum ad hoc allicere, quatenus in illo qui est ecclesiæ verus sponsus congregati unam simul ecclesiam matrem indivisam uniamus, & indecentia quælibet, quæ dicti schismatis occasione pullulabat, de medio auferatur. Hinc pa-

C ternitates, & nobilitates, ac circumspectiones vestras obsecramus per viscera misericordiæ Dei nostri, per aspersionem sui pretiosissimi sanguinis, & pretium redemptionis nostræ exoramus, requirimus, & monemus quatenus ob Dei reverentiam ad tractandum super infrascriptis una nobiscum veniatis, quoad hoc vos, & vestrum quemlibet per præsentes convocamus, ut infra tres menses immediate sequentes præsentationem Perpiniani aut Barchinonæ de præsentibus facientibus concordata in capitulis die decima tertia Decembris proxime lapsi Narbonæ super materia unionis firmatis, atque factis. De qua quidem præsentatione certificamur, in Constantia compareatis ob schisma sedandum, ecclesiæ unionem procurandam, reformationem etiam ipsius ecclesiæ tam in capite, quam in mem-

D bris complendam, & ejectionem dicti Petri effectualiter faciendam, & ad electionem Romani pontificis procedendum, ac pro aliis causis, & rationibus, ad generale concilium de jure pertinentibus & spectantibus; per hoc enim populum, quem Christus suo sanguine pretioso acquisivit, in unum ovile ad gloriam æternam consequendam optan .... ac debitum Dei ecclesiæ matri vestræ reddideritis, æternæque retributionis meritum consequi poteritis. In cujus rei testimonium præsentes litteras per notarios sedis apostolicæ infrascriptos fieri, & publicari mandavimus, ac reverendissimi

E in Christo patris, & domini domini Ioannis episcopi Ostiensis sacræ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarii, nec non & quatuor præsidentium nationum in Constantia existentium sigillorum fecimus muniri appensione. Datum & actum Constantiæ in ecclesia cathedrali dicti loci, in qua pro præmissis eramus specialiter congregati tertio nonas Februarii, anno domini MCCCCXVI. Indictione nona ipsa sede vacante.

Ego Bruantius Dvverg, inter decretorum doctores minimus, ac sedis Apostolicæ notarius, quia præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur,

agerentur & fieteot, ona cũ infrascriptis dominis meis præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideo præsentes literas per alium scriptas de mandato dictorum dominorum meorum exinde confeci & subscripsi, signoque & nomine meis consuetis signavi rogatus & requisitus, in fidem & testimonium præmissorum.

Et ego Ioannes de Trembleyo decretorum doctor sedis apostolicæ notarius in omnibus prædictis præsens interfui, & una cum dictis collegis meis ea fieri vidi & audivi, & ad prædicta rogatus me subscripsi, & signo meo manuali consueto signavi in testimonium omnium præmissorum.

Et ego Iacobus Rodini de Ianua sanctæ sedis apostolicæ notarius præmissa omnia, dum sic, ut præfertur, agerentur, & fierent, una cum aliis dominis meis collegis deputatis sic fieri vidi & audivi, ipsisque omnibus interfui, signoque meo consueto signavi, & manu propria me subscripsi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium præmissorum.

Ioannes Ostiensis N. Italicæ. N. Gallicanæ, N. Germanicæ. Ioannes Lange Anglicanæ. Quibus omnibus sic peractis, prænominatus honorabilis vicarius Barchinonæ de consilio venerabilis Spera in Deo Cardona, & Bovanaci Petri suorum in iis assidencium, seu consiliariorum retinuit sibi in præmissis, & super ipsis deliberationem.

Subsequenter vero die Iovis, quæ fuit decima octava mensis Martii, anno prædicto a nativitate domini 1416. præsentibus honorabilibus, Bonatiaco in decretis licentiato, & Michaele de Sena civibus Barchinonæ, discretis Marthia Iusti scriptore præfati domini regis, & Ioanne Bachallarii scriptore, testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis assumptis præfasus honorabilis vir Ioannes P. Americi miles vicarius Barchinonæ explicando in, & super præmissis suam delibrarionem tradidit mihi notario infrascripto quandam papyri schedulam scriptam, quæ est hujusmodi serici. Præsentationi & oblationi literarum bullarum, & aliarum supradictarum sibi factarum, per nobilem, & spectabilem virum dominum Ioannem de Opisis decretorum doctorem, & nuncium congregationis, seu per eum vocati concilii Constantiensis provinciæ Moguntinæ. Respundit Ioannes Emerici miles vicarius civitatis Barchinonæ pro illustrissimo principe domino suo rege Aragonum, & dicit, quod ipse recipit, & acceptat literas convocatoriales, bullas & salvosconductus, seu literas salvorum conductuum in forma, & modo prænotatis, sub, & cum conditionibus, & protestationibus quæ sequuntur. Prima, quod per receptionem & acceptationem prædictam non intendit recedere a capitulis dudum conventis, concordatis & firmasis in civitate Narbonæ, inter serenissimum principem & dominum, dominum Sigismundum Dei gratia Romanorum regem & Vngariæ semper augustum, & Romanos patres dominos prælatos, & quosdam alios egregios, & spectabiles viros nuncios dictæ congregationis Constantiensis parte ex una, & illustrissimos principes dominos regem Aragonum, Castellæ, Navarræ, necnon & potentes dominos comiter Armeniaci & Fuxi, seu ambassiatores & procuratores eorum ex altera, nec deviare in aliquo ab eisdem, nec super eisdem, aut contentis in eis aliqualiter innovare. Secundo quod per hujusmodi receptionem & acceptationem, & alia inde secuta nullum fiat præjudicium regi Aragonum jam dicto circa cursum termini trium mensium, qui currere debet a præsentatione dictarum literarum, & salvorum conductuum, ut in dictis capitulis, ad quæ se refert, continetur; nec ad cursum alicujus temporis, vel termini, quare attento quod dictos omnes salvosconductus non presentat, & quod sine eis non potest haberi tutus accessus ad Constantiam, dicti tres menses nullatenus currere debent. Tertio quod per receptionem & acceptationem quarundam literarum aliarum convocatoriarum in civitate Narbonensi concordatarum, quarum series & tenor in prænominatis est insertus, non intendit inde vicarius obligare præfatum dominum regem ad probandum & acceptandum dictas literas & diversas, & discrepantes a tenore convento, nec ad utendum eis, nisi si, & ubi eidem domino regi placuerit, nec intendit istas literas discedere in aliquo ab ipsis capitulis, & contentis in eisdem. Quod si in dictis literis convocatoriis, bullis, & aliis rescriptis, aut tenore earum, & eorum aliqua in modo aliquo deficiunt, quod illis, quæ & si quæ, aut si qua forsan deficiant, nullatenus censeatur tacite, & minus expresse renunciatum, imo dicto domino regi remaneat jus plene salvum habendi, & recipiendi eas, & ea, & quæ, si qua, aut quæ quod tempus trium mensium prælibatum, aut aliud tempus interim non præcurrat, nec alias idem dominus rex, & constituat, aut censeatur esse constitutus in mora, donec omnia, quæ sibi tradi, & præsentari debent, legitimum & debitum in forma, tenore, & modo complementum. Protestatur etiam pro domino rege Aragonum, & pro se de omnibus, & singulis de quibus licet protestari, & salvare jus regis sui, de quibus, &c. Qua quidem papyri schedula tradita prælibatus honorabilis vicarius petiit & requisivit eam in fine præmissorum inseri & contineri, sibique nomine dicti domini regis fieri atque tradi publicum Instrumentum, & etiam publica instrumenta per notarios superius & inferius scriptos.

Postmodum vero die sabbati in tertiis quarta die Aprilis anno prædicto a nativitate domini 1416. in præsentia Antonii Verii notarii subscripti
in curia vicariæ Barchinonæ, & in præsentia etiam Bononati Petri in decretis licentiati, & Ioannis Lesavassea civium Barchinonensium & Marchiani Oliverii archidiaconi Vallisprtuii in ecclesia Slicensi testium ad hoc vocatorum specialiter & assumptorum, prænominatus notabilis & spectabilis vir Ioannes de Opisis procurator & nuncius antedictus pro satisfaciendo conventionibus, & capitulis prædictis initis, & conventis obtulit & præsentavit præfato honorabili Ioanni Aymerici militi vicario Barchinonæ, Aqualatensi & Vallensi, Modilian & Modiliani, præsentibus honorabilibus Arnoldo de Torrente, Galtecando Carbonis, & Ioanne Bosseis consiliariis Barchinonensibus prædictis existentibus in prædicta domo consilii ipsius civitatis primo sex salvosconductus in pergameno scriptos serenissimi Ludovici secundi Dei gratia regis Ierusalem, &c. cum sigillis pendentibus, & cera vermilia roboratis. Item alios salvosconductus in pergameno scriptos serenissimi Caroli Dei gratia Francorum regis Delphini Viennensis cum sigillis pendentibus, & cera vermilia roboratos, item alios sex salvosconductus in pergameno scriptos egregii comitis Sabaudiæ principis ducis Chablasii Augustæ in Italia marchionis, cum sigillis pendentibus & cera vermilia roboratos. Et etiam ultra prædictos salvosconductus repræsentavit, & pro repræsentatis haberi voluit omnia alia, & singula concordata Narbonæ, quæ jam die Martis decimaseptima Martii lapsi præsentaverat prælibato honorabili vicario Barchinunensi, & protestationes jam alias factas die prædicta pro repetitis haberi voluit, deprecans ipsum honorabilem vicarium, ut præfata mittere debeat illustrissimo domino regi Aragonum, adeo ut celerius & brevius provideri possit circa

expeditionem aliorum quæ facienda sunt pro sancta unione sacrosanctæ universalis ecclesiæ. Quibus quidem salvis conductibus oblatis & præsentatis præfatus honorabilis vicarius visis prædictis præsentatione & responsione factis per dictum nobilem virum Ioannem de Opisis nomine quo supra, reperendo responsionem per eum supra aliis petitionibus factam, item de novo facit eandem responsionem stando, & perseverando in eadem, salvo & protesto, quod præfatus rex Aragonum possit addere, & diminuere in eadem responsiooe, hæc omnia suæ regiæ dispositioni remittendo. Et oihilominus pro majori agendorum expeditione idem bonorabilis vicarius deprecatus fuit honorabilem Georgium Otnes consiliarium ipsius domini regis ibidem præsentem, ut prædictos salvos conductus sibi noviter præsentatos ad præfatum dominum regem præsentare debeat fideliter, atque bene, prout portavit omnia alia supradicta per dictum nobilem nuncium, & ambasiatorem præsentata. Qui quidem bonorabilis Georgius Otnes consiliarius prædictus receptando onus prædictum per dictum bonorabilem vicarium sibi commissum, propter reverentiam dicti domini regis & pro expeditione dicti oegotii libenter acceptavit prædictum oous portandi, & præsentandi prædictos salvos conductus, prælibato domino regi, & boc juravit per dominum Deum, ejus sancta quatuor euangelia manibus suis corporaliter tacta, quod bene & legaliter se habebit in prædictis. De quibus omnibus, & singulis sic peractis tam prænominatus nobilis Ioannes de Opisis nomine quo supra, quam præfatus bonorabilis vicarius Barcbinonæ petierunt, & requisierunt eis, & utrique eorum fieri, atque tradi tot quot voluerint & petierint publicum, seu etiam publica instrumenta per me notarium supra & infrascriptum. Præsentibus testibus prædictis. Quæ fuerunt acta Barchinonæ diebus, horis, mensibus, quibus supra, præsente me notario infrascripto, & testibus suprascriptis.

Signum mei Antooii de Verii auctoritate regia notarii publici, & scriptoris jurati prædicti, qui præmissis per me receptis requisitus præsens interfui, & in testimonium præmissorum hic propria manu me subscripsi.

Signum mei Arnoldi de Milaciis regia auctoritate ootarii publici, ac regentis scribaniam curiæ vicariæ ipsius civitatis pro venerabili Francisco Iorreni cive Barchinonensi domino utili prædictæ scribaniæ, qui hic scribi feci, & clausi, & sigillo pendente ipsius curiæ sigillavi, die Mercurii decimaquinta Aprilis, anno præfato a nativitate domini 1416. cum literis supradictis in quinquagesimasexta linea ubi legitur datum.

Litera missiva concilio per Ioannem Abundi lecta.

Reverendis in Christo patribus amicis, & devotis nostris miseratione divina episcopis, presbyretis, diaconis, cardinalibus, necnon patriarchis, archiepiscopis, prælatis, & cæteris in Constantia Moguntinæ provinciæ congregatis, Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, *&c.* salutem & honoris augmentum. Si tenor & docilis noster cogitatus circa unionem sanctæ matris ecclesiæ curis agitatur continuis, si laboribus una secum importabilibus mens & animus conceutiunrur intrinsecus, instar nos & admonet præterquam a Deo, & fide orthodoxa onus nobis creditum illa catholica & fervenoot inter Christianos serenissimi domini regis genitoris nostri memoriæ recolendæ invisenda intentio, & erga dictam uoionem famelicus appetitus nos hortatur, & attrabunt ejus sancta vestigia recentes figuræ pedum suorum, & parata semita unitaos, in quam ingressus evaluit * supra montem diadematis positum cum Abraham primogenitum, labores martyrum, corpus suum, & vitæ dies hujus altissimo immolare, quam quod dilationis fugienda vorago, vitandusque sopor desidiæ illam inasperam sibi subverterunt infructuosi, imo venenosi palmites labruscarum, sed diversis arduis, & satis multis negotiis diffuso stylo recensitis dicti illustrissimi domini regis genitoris nostri cunctis orthodoxis deflendo decessum peremineut... nostrum firmum propositum paternis monitionibus eruditum plus debito propalarunt, cumque juxta capitula concordiæ inita, & firmata inter serenissimum Romanorum regem & ambasiatores vestros ex ona parte, & nos, aliosque reges, principes, prælatos,

B & cæteros hujus partis ex altera convocati ad generale concilium pro unione in ecclesia Dei habenda, dictisque negotiis & aliis causis legitimis retetiri, ambasiatores nostros in numero pleniori, prout de præsenti mittimus, destinare nequivimus usque quo existimemus quod infra terminum jam præfixum ob ipsius proximitatem attingere non posse ad ibidem comparendum. Hoc idem paternitatibus vestris ut excusationi consulere valeamus duximus intimandum. Rogantes ut si dictorum ambasiatorum adventus tam celer esse non poterit, velint præfatas legitimas causas intuentes cum patientiæ mansuetudine tolerare. Datum Barchinonæ sub nostro sigillo

C secreto die decima Iunii anno a nativitate domini 1416.

Rex Alphonsus.

* Hæc valde tarrica-ta.

Alia litera.

Reverendis & venerabilibus in Christo patribus amicis, & devotis nostris miseratione divina episcopis, presbyteris, diaconis cardinalibus, necnon patriarchis, archiepiscopis, prælatis, & cæteris in Constantia provinciæ Moguntinæ congregatis. Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, *&c.* Salutem

D & ad ecclesiæ Dei pastoris electionem canonicam festinare. Venerabilem & religiosum, nobilque dilectum oratorem fratrem Antonium Texal sacræ paginæ professorem, magistrum ordinis beatæ Mariæ Mercedis, unum de ambasiatoribus per nos statim inibi pro electione prædicta destinandis ibi missum literatorie instruximus super nonnullis paternitatibus vestris nostri parte ore tenus referendis. Quocirca amicitiam, & devotiones vestras affectuosis precamur oraculis quatenus eidem oratori nostro in suis relatibus velitis adhibere fidem credulam tanquam nostris. Datum Barchinonæ sub nostro sigillo secreto sexta die Iunii ut supra.

Rex Alphonsus.

Procuratorium per Ioannem Abundi lectum.

In oomine Christi pateat universis, quod nos Al-

E phonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barchinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilionis, ac etiam Ceritaniæ. Cum juxta capitula concordiæ inita, & firmata inter serenissimum Romanorum regem, * & ambasiatores congregationis Constantiensis, & nos, aliosque reges, principes, prælatos & cæteros parte ex altera convocati ad concilium generale pro unione in ecclesia Dei habenda, diversis arduis, & factis multis negotiis diffuso stylo recensendis illustrissimi domini regis genitoris nostri gloriosæ memoriæ deflendo decessu, humeris nostris regiminis supervenientis, qui nostrum firmum propositum paternis monitionibus eruditum aliquantulum propalavit, occupati, ambasiatores in

numero

numero pleniori, prout de pręsenti mittimus, destinare nequierimus usquam, si tameo in mittendis audito ultra quam expediret negotio unionis jam dictę morosi fuimus, ut nostrę excusationi legitimę consulere valeamus, de vestri venerabilis & religiosi, ac dilecti nostri magistri Antonii Texal generalis magistri ordinis sanctę Mariæ Mercedis fide, cum probitate, & morum gravitate conspicua plene confisi, nos eundem magistrum Antonium Texal tenore pręsentium constituimus, ordinamus & solemniter deputamus procuratorem seu executorem, & ambasiatorem nostrum indubitatum, irrevocabilęm & specialem, ad infra scripta tamen generalem, videlicet ad narrandum, explicandum, & denunciandum pro nobis, & nomine nostro in congregatione prędicta, & personis omnibus ipsius, quorum interfit, omnes & singulas causas dilationis impedimenti prędictorum, & iis petendi confici & firmari faciendi unum vel plura, publicum seu publica instrumenta, omniaque alia & singula in, & circa pręmissa agendum & faciendum, quæ pro nostri honoris revelatione necessaria fuerint, & accommoda, etiamsi forent majora expressatis, & mandatum exigerent speciale; quodque nos ipsi facere possemus si personaliter constituti quomodo nos committendo vobis super iis duntaxat vices nostras plenarie cum præsenti committimus sub fide nostra regia in posse secretarii & notarii infrascriptorum tanquam publicæ personę hęc legitime recipiendum & stipulandum gratum, ratum, atque firmum perpetuo & irrevocabiliter nos habere quidquid per vos procuratorie seu excusatorie nostrum jam dictum, actum, gestum, conventum, seu factum fuerit in præmissis, idque facere dante domino, irrefragabiliter observari, & nullo unquam tempore revocare, aliqua ratinne, vel causa sub nostrorum bonorum omnium hypotheca. Quod est daturu & actum in civitate Barchinonæ decima die Iunii, anno a nativitate domini 1416. regnique nostri primo.

Signum Alphonsi Dei gratia regis Aragnnum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corficæ, comitis Rossilionis & Ceretaniæ, qui prædicta laudamus & firmamus, huicqoe publico instrumento sigillum nostrum proprium solitum cum sigillum regium nondum fuit factum jussimus apponendum.

Rex Alphonsus.

Testes fuerunt ad prædicta præsentes Berengarius de Bardozino, Michael de Vavets, & Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria consiliarii domini regis prædicti.

Signom mei Pauli Nicolai dicti domini regis secretarii auctoritate regia notarii publici per totam terram, & ditionem suam, qui prædictis interfui, eaque sic scribi feci & clausi. Corrigitur autem in prima linea ac etiam in duodecima.

Responsum concilii generalis generali de Mercede ambasiatori regis Aragonum factum.

Pro parte hujus sacri concilii respondetur, reverendo patri domino magistro Antonio ambasiatori domini regis Aragonum, quod domini de concilio credunt, quod prædicti domini, & maxime præfatus dominus rex Aragonum, quantum in iis fuerit, observaverunt, & ita observabunt omnia & singula prædicta capitula in eis contenta, & sic etiam dictum concilium observabit, dispositum est observare & ex nunc si ipse dominus ambasiator, vel aliqui alii, aut aliquis pro parte dictorum dominorum voluerint seu voluerit se cum dicto concilio unire secundum formam in dictis capitulis concordatam, parati sunt A adhoc, & ita se offerunt, inhærendo semper in dictis capitulis, & contentis in eis, & eorum singulis, de quibus recedere non intendunt. Et quantum ad excusationes prædictas propositas per reverendum patrem dominum generalem, dicitur pro parte dicti concilii, quod eas admittit in quantum de jure tenetur, non præjudicando dictis capitulis, quibus etiam non dubitat quod idem dominus rex Aragonum, & alii reges & principes, atque dictus dominus generalis præjudicare non intendunt. Et de prædictis conficiantur publica instrumenta.

Commissio per Ioannem Abundi lecta, pro doctore Tolosano.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus ea B quæ injuste, & irrevocabiliter facta sunt, in melius reformare desiderans, & præsertim ubi contra partem inauditam, & minime defensam, contra canonicas sanctiones extitit processum, proponit expresse de opportuno remedio providere. Sane accepimus Ioannem papam XXIII. nunc Baltassarem nominatum, ante suam dejectionem dilecto ecclesiæ filio Ioanni Cornelii decretorum doctori, tunc acto in studio Tolosano legenti, nunc vero ejusdem studii in eorum concilio ambasiatori, & præsenti in jure sibi quæsito vigore gratiæ expectativæ, & sententiæ latæ, quæ in rem transivit judicatam in archidiaconatu Vlmesii ecclesiæ Tolosæ, non vocato, non citato, nec audito, derogare, & quod deterius est, C jus acquisitum, ut præfertur, extinxisse & cassasse, sententiamque in favorem dicti Ioannis latam revocasse, licet minus juste. Et propter hoc sancta synodus volens in hujusmodi inordinatis processibus, vel potius iniquitatibus sicut expedit, obviare, vobis honorabili fratri Ioanni episcopo Ostiensi S. R. E. cardinali, & vicecancellario committit & mandat, quatenus juxta advisamenta quatuor deputatorum nationum in hac causa, & conclusionem inter eos acceptam, & manibus propriis signatam, maxime cum per eos fuerit audita, dictum Ioannem Cornelii restituatis & reponatis, & reponi faciatis in statu, in quo erat tempore revocationis & cassationis prædictarum, cassationem, extinctionem & re- D vocationem prædictas retractando, & perinde procedatis, ac si prædicta omnia jure emanassent; Constitutionibus apostolicis, regulis cancellariæ, & aliis in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscumque. Per hoc tamen indulto ecclesiæ concesso Tolosanæ post jus quæsitum & adjudicatum eidem Ioanni Cornelii obtento occasione hujusmodi, quod pro expresso hic vult haberi, maxime cum in hoc idem Ioannes suum præbeat assensum, absque tamen juris sui præjudicio futuris temporibus quo ad alios non intendit derogare.

Congregatio, in qua solum de causis particularibus fuit tractatum.

E Die Sabbati decimaoctava supradicti mensis Iulii Constantiæ provinciæ Moguntinæ in loco sessionis solito fuit facta de mandato congregatio hujusmodi concilii generalis, & alias prout in earumdem causarum processibus a[illegible] partem confectis plenius continetur. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Ioanne Bricariensi vicecancellario, Angelo Laudensi, Thoma Tricariensi, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi, Reinardo de Berttandis, Ludovico de Flisco, Oddone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentino S. R. E. cardinalibus, aliisque pluribus ambasiatoribus, & Christi fidelibus in numero copioso.

Congregatio

Congregatio generalis in causa fidei.

Anno, indictione, quibus supra, die Veoeris quarta mensis Septembris Constantiæ in ecclesia majori prædicta, in qua sessiones & congregationes publicæ per synodum Constantiensem fieri solent, mane hora tertiarum pro hujusmodi sessionibus & congregationibus deputata fuit tenta congregatio generalis per synodum sacram Constantiensem, præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Ioanne Ostiensi vicecancellatio, Antonio Bononiensi, Francisco Senensi, Guillelmo sancti Marci, Branda Placentino, Antonio de Chalaneo, Almanno Pisano, Thoma Tricaricensi, Petro Fuxi, Angelo Veronensi presbyteris, Ludovico de Flisco, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus vulgaritee nuncupatis. Qui domini cardioales tarde venerunt pro hujusmodi congregatione habenda, & pro excusatione eorundem cardinalium surrexit cardinalis Florentinus prædictus oomine dominorum cardinalium, & dixit, quod domini cardinales non fuissent advisati de congregatione præsenti, nec vidissenc schedulas, super quibus ipsa congregatio fieri debeat, ergo ipsi tardassent tantum in veniendo, licet dixerit, quod alias vidissent unam schedulam io materia fidei, & jam essent plures dies, & hodie propter labilitatem memoriæ ipsi domini cardinales, cum hodie ipsis fuisset ostensa similis schedula, dubitassent eandem esse. Similiter dixit de quadam schedula ostensa eis in causa Tridentina, quare supplirarunt ipsis dominis de concilio, ut de cætero tempestive schedulas legendas, & super quibus deberent fieri congregationes sive sessiones ipsis dominis cardinalibus præsentare haberent, ut maturiorem deliberationem in singulis deliberandis, & concludendis recipere possent, & ad evitandum scandala inter nationes & oblocutiones, quæ possent ea de causa fieri, cum ipsi domini cardinales sinc dispositi concurrere cum nationibus io omnibus rationabilibus. Quibus sic propositis, levaverunt se venerabiles viri magistri Ioannes de Scribanis & Henricus de Piro promotores prædicti, nomine promotorio, quo supra, & quandam citationem alias decretam per concilium contra quosdam nobiles de regno Bohemiæ, & marchionatu Moraviæ, una cum duobus publicis instrumentis factis in civitate Ratisbonensi, & oppido Viennonensi Pataviensis diœcesis, & accusatiuor contumaciam citatorum in dicta citatione nomioatorum non comparentium, neque io causa, & causis contra eos motis, procedere, aut procedi videre curantium, & io eorum contumaciam reproduxit dictam citationem io forma bullæ Constantiensis contilii, & instrumenta executionis, & dictos nobiles ad dicendum & opponendum, qoidquid verbo, vel in scriptis dicere & opponete voluerior, contra hujusmodi executionis & citationis instrumenta per eandem syoodum citari mandare, per audientiam publicam literarum contradictarum sedis apostolicæ ad certum peremptorium terminum ad hoc competentem per eandem synodum debita cum instantia pos[illegible]verunt. Et nihilomious exposuerunt quomodo coram tot commissariis quot repræsentat concilium Constantiense difficulter sit litigare, com propter gravitatem personarum, quam propter difficilem comportationem & coogregationem tot suppositorum & dominorum, in uoa causa; Quapropter petit sibi provideri de remedio opportuno, alteri prælato in Romana coria & de concilio præfato Constantiensi committere & mandare, ut caosam & causas hujusmodi resumat in eo statu, quo remansit coram eodem concilio, & ulterius audiat cum singulis suis incidentiis & dependentiis, annexis & connexis usque ad conclusionem inclusive, & si concluserit, ipsi concilio referat merita ipsius causæ ad finem quod sententia diffinitiva ferri poterit per concilium præfatum. Et ulterius iidem promotores petierunt nomine quo supra, eandem congregationem sive concilium Constantiense ut certos judices, sive commissarios deputare velit de singulis nationibus, qui habeant videre & examinare executiones factas in partibus contra illustrem principem dominum Fredericum ducem Austriæ de, & super monitorio in causa ad instantiam reverendi patris domini Gregorii episcopi Tridentini contra supradictum dominum Fredericum ducem per synodum sacrosanctam Constantiensem decreto tenendum & observandum quoscumque terminos necessarios & opportunos usque ad declarationem exclusive & ad referendum, aliaque decreta, observationes quæ juris ordinem juxta commissionem in hujusmodi causa præsentatam teneri habeant, atque servari, prout & quemadmodum in duabus papyri schedulis petitiones quas ibidem produxerunt, quarum tenores inferius sunt inserti, plenius continentur. Quibus sic factis venerabilis pater præpositus Quinqueecclesiensis de mandato synodi Constantiensis accedit ambonem, & juxta petitiones ipsorum procuratorum concilii sacrosancti legebac unam schedulam deputationis commissariorum io causa fidei, in qua schedula ipsa synodus deputac reverendum patrem dominum Ioannem patriarcham Constantinopolitanum ad resumendum causam hujusmodi in eo statu, in quo remansit coram concilio, & ulterius audiat, decidat cum singulis emergentiis, incideotiis & connexis usque ad conclusionem inclusive, & ulterius ipsi concilio de meritis ejusdem prout in eadem schedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua siquidem schedula lecta, levavit se in medium reverendus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, & dixit nomine collegii cardioalium, & nomine suo proprio, qualiter domini cardinales non fuissent de hujusmodi schedulis omnes advisati; & ex quo tangunt ita notabiles personas cum primo tangitur regnum Bohemiæ & alias, magnum principem videlicet Fredericum ducem Austriæ, contra quas & quem summo opere & maturitate esset procedendum, & ex quo majores, & major pars dominorum de concilio ipsas schedulas examinaverunt, & videntur justæ, idcirco vellent eas approbare & concordare cum oatiooibus, quod non crederent nisi bonas & justas esse. Quo coosensu adhibito & approbatione facta, prælibatus dominus pater præpositus Quinque ecclesiensis legebac schedulam commissariotuio in causa Tridentina de verbo ad verbum, cujus teoor ioferius est insertus. Qua lecta, præfata synodus dictas schedulas per dictos dominum Aotonium Concordiensem, dominum patriarcham Constantinopolitanum, Nicolaum Merseburgensem, & Patricium Cortagensem episcopos nomine quatuor nationum, & revereodum patrem dominum Ioannem episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem nomine collegii cardinalium per verbum, Placet, approbavit. Super qoibus iidem promotores nominibus, quibus supra, petierunt sibi fieri unum, & plura per domioos protonotarios sedis apostolicæ, cæterosque scribas ipsius concilii publicum & publica instrumentum, & instrumenta ad futuram rei memoriam, præsentibus supradictis dominis pro testibus infrascriptis. Quibus omnibus factis surrexit venerabilis & circumspectus

spectus vit dominus Iustinus de Iuvenacio sacri consistorii advocatus & exposuit qualiter ecclesia Tranensis in regno Neapolitano quæ metropolitana existeret, fuisset viduata pastore, & ad eandem fuisset electus reverendus pater dominus .... per capitulum dictæ ecclesiæ, & ipsi legitime provisum per dictam electionem, supplicando concilio ecclesiæ Tranensi succurratur per confirmationem in personam ipsius domini electi, & in casu, quo ipsum concilium nollet se impedire de confirmationibus ecclesiarum, & præsertim metropolitanatum, sed potius expectare summum futurum pontificem, in eo casu protestatur fuit nomine electi, & eligentium prædictorum, quod ipsi electo seu eligentibus non currat tempus de consecrandis episcopis aut confirmationibus fiendis; & alias protestatur fuit omnia & singula quæ ipsi domino electo, & eligentibus in tardationibus confirmationis fiendæ nocere quomodolibet possent, vel obesse. Similiter fuit protestatus de ecclesiis, de quibus esset provisum per electiones R. P. D. de ..... ecclesiis, & protestando in omnibus, per omnia sicut protestatur fuit de ecclesia Tranensi super quibus petiit nomine procuratorio unum vel plura, publicum seu publica fieri instrumentum & instrumenta per dominos protonotarios sedis apostolicæ, & scribas adhoc deputatos ad dictamen sapientis. Præsentibus dictis dominis pro testibus infrascriptis.

Tenores vero petitionum, citationum, instrumentorum executionis, nec non deputationis commissariorum in causa fidei & episcopatus Tridentini, de quibus supra fit mentio, sequuntur tales.

Petitio per Henricum de Piro data contra fautores VVicleffistarum.

Reverendissimi patres & domini, In causa fidei nos procuratores & promotores hujus sacri concilii repræsentamus coram eisdem vestris paternitatibus reverendissimis citationem alias per dictum sacrum concilium decretam contra nonnullos nobiles, & barones regni Bohemiæ, & marchionatus Moraviæ & ejus executionem, & accusamus contumaciam dictorum citatorum non comparentium, & petimus eos reputari contumaces. Et cum sit difficile, imo quasi impossibile pro quolibet termino servando congregare tot prælatos, seu facere fieri sessionem, supplicamus, quatenus dictam causam dignemini committere alicui præfato, de quo videbitur eisdem vestris paternitatibus resumendam in eo statu, quo ultimo remansit, & ulterius audiendum, & fine debito terminandum, saltem usque ad conclusionem.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis constituit, & deputat commissarios ad infrascripta, videlicet reverendissimos patres dominos Guillelmum tituli sancti Marci presbyterum, & Franciscum tituli sanctorum Cosmæ & Damiani diaconum S. R. E. cardinales. & Marcum episcopum Aptucensem, & Gasparem abbatem de Perusio pro natione Italica. M. episcopum Atrebatensem, Stephanum episcopum Dolensem pro natione Gallicana, Nicolaum episcopum Merseburgensem Ioannem de Abundis pro natione Germanica, Patritium episcopum Corragensem, & Bernardum de Plama Vicarium ecclesiæ Burdegalensis pro natione Anglicana, alias per tertium dominum cardinalem, & singulas nationes in causa Tridentini episcopatus deputatos, ut se informent simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura judicii, an monitorium alias per dictam synodum contra nobilem virum ducem Austriæ. & alios quoscumque occupatores & detentores ecclesiæ & civitatis Tridentinæ; nec non oppidorum, castrorum, terrarum, bonorum, locorum & jurium ad dictam ecclesiam Tridentinam pertinentium decretum sit debite executum, & cum potestate citandi dominum Fredericum ducem, & alios quoscumque detentores, & occupatores supradictos, etiam per edictum publicum in Romana curia in valvis ecclesiarum majoris, & sancti Stephani Constantiensium affigendum, ad dicendum & opponendum quicquid verbo vel in scriptis dicere, vel opponere voluerint contra dicti monitorii executionem in dicta curia, & in partibus factam, ac etiam propter non paritionem hujusmodi monitorio ad videndum & audiendum se declarari per dictam sanctam synodum in pœnas in dicto monitorio contentas incidisse; nec non etiam ad omnia alia, & singula dicta sancta synodus præfatis commissariis committit agenda, facienda, & exequenda, & exercenda, quæ pro declaratione præmissorum necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna.

Die Veneris decima quarta Augusti fuit lecta in natione Gallicana, & placuit, si placet aliis nationibus, Bolosonis notarius. Placet nationi Angliæ, si placet aliis nationibus VVilhelmus notarius.

Die dominica decima sexta mensis Augusti placuit nationi Germanicæ, quod procedatur, ut petitur.

Supradictus Fabri notarius nationis Germanicæ de mandato nationis.

Die sabbati decima quinta mensis Augusti nona indictione placuit nationi Italicæ retroscripta schedula, prout in ea, & per omnia continetur.

Cinus de Lombardis notarius.

Petitio in causa Tridentina super deputatione commissariorum.

Reverendissimi patres & domini, ego Ioannes de Scribanis de Placentia procurator in Romana curia, ac procuratorio nomine reverendi in Christo patris & domini, domini Georgii episcopi Tridentini nomine procuratorio ejusdem peto, & eisdem vestris reverendissimis paternitatibus supplico, quatenus in dicta causa dignemini deputare aliquos prælatos & commissarios, qui se informent summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu, & figura judicii, an monitorium alias per hoc sacrum concilium Constantiense contra illustrissimum principem dominum Fredericum ducem Austriæ, & quoscumque alios occupatores & detentores ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, nec non oppidorum, castrorum, terrarum, locorum, & aliorum jurium ad dictam ecclesiam Tridentinam spectantium decretum sit debite executum; cum potestate per edictum in valvis cathedralis ecclesiæ sancti Stephani Constantiensis præfatos dominos ducem, & alios occupatores & detentores ad dicendum, & opponendum quicquid voluerint contra executionem ejusdem monitorii, & subsequenter ad videndum, & audiendum se propter non paritionem declarari incidisse pœnas & sententias in dicto monitorio contentas, prout videbitur eisdem vestris paternitatibus.

Commissio in causa fidei.

Hæc sacrosancta synodus Constantiensis pro celeri extirpatione hæresum, & ecclesiæ reformatione sacrosanctæ, omnes & singulas causas hæresum, & errorum & perversæ doctrinæ damnatæ memoriæ Ioannis Huss hæretici in regno Bohemiæ, & marchionatu Moraviæ exortas sapientes etiam criminales exceis, & eorum occasione quosdam Scheulionem de VVessel, alias de Vettemberg supremum burgravium Pragensem, Laczlionem de Cirivvarz capitaneum marchionatus Moraviæ, Rolexxonem seniorem de Honstat, alias de Podyebtad, VVillelmum de VVurtuz, Ioannem seniorem de Novadomo, Henricum VVortenberg burgravium de Gretz, Reyne Milichonem

debetet cadere sub priori petitione ita ad oram in MS. codice.

nem de Potenfceyn, alias de Zampach, Henricum Scopek de Duba, Vlricum de Nova domo, Ioannem juniorem de Optzna, Scrihooem de Sternberg, Huckonem Kenfniam de Licbeenburg, Rockonem juoiorem de Knuftat, alias de Peydevaad baronem de Potenftem, Ioannem Kuska de Hunftat, Ioannem de Loozuyt, Milotam de Craborcz, Hermannum de Lancftey, Ioanoem de Rozmital, Pocam de Crafcolo, VVitz Zdiflauni de Zvvrerzeriz, Arneftum de Riehenburg, Ioannem de VVlaflym, Ioannem de Lanftey, Zdemconem Mederz de Tinetz, Zdeuchooem de Roznatal, Nicolaum VValfteyn, Petrum de Ianovitz, alias de Clumetz, Ioannem de Miligoi, alias de Bofcolecz, Ioaonem de Coffenberg, Nicolaum de Nimachon, alias de Rotz Dialovvitz, Nicolaum feniorem de Ledetz, Nicolaum juniorem de Ledetz, Sigifmundum de Nullotlovvuz, VVencelaum de Oftrovv, Rooflaum de Kofte, Ioannem de Onftovv, Theodoricum de Srudeni, Ioannem de Studeni, Alfticonem de Martinutz, Mladotam de Crovvada, Milotam de Rochdantze, Mifkonam de Huorka, Vtiliazonem des Genifsovvicz, VVenfelaum de Svvliffavvicz, Crafmum de Ocroch, Leonardom de Huyeryovvicz, Bohokonem de Batmez, Boleconem de Dahavvitz, VVichonem de Zhou, Miuckonem de Semipaoovv, VVillelmum de Suiticz, Mathiam de Suiticz, Odolemum de Srupna, Yrafmum de Beffetz, Dnufeum de Perteleog, Laurentium de Brochdancze, Ioannem de Proffetz, Petrum Cucozonem de Oftrovv, Batticonem de Oftrovv, Ioaonem de Themochod, Petrum de Luffel, Albertum de VVelchou, Theodericum de Hotizicz, Proviziend korum de Speczit, Offonem de Lavenitz, Heoticum de Leffema, VVencelaum Crovvicovv, Metskonem de Skala. Raporcteum de Ovrulicz, VVrchonem de Zehuzuk, Ioannem de Simam, Bohunkonem de Proffetz, Levvam Pizcthonem de Znam, Motquardum de Cacovvitz, VVenceflaum de Polna, Ioannem de Leflovvitz, Martinatdum del Horicz, Henricum de Czathivvitz, Mikazam de Petivvitz, Maffikonem de Alberovitz, Peffiokonem de Alberovitz, Elmam de Coffienitz, Petrum de Miliiin, Slaukonem de Komorovvitz, Nicolaum de Gretzitz, Ioannem de Briftoin, Nicolaum de Tyzyebelitz, Ioannem de Polna, Benefium de VVlatzich, Petrum de VVlitzap, Stephanum de VVitzap, Otumskoonem Byefcuma, Ioanoem de Oltpzna, Hervvitonem de Suacziz, Martinum de Darfitz, Thauvalcooem de Hoftovvz, Ratzkonem de Vidavv, Idherum de Hurek, de Semilriftz, Ioannem de Sucbocbesk, Proskononem de Choyzovv, Albertum de Sebaftravvitz, Ioannem de levaotize, Vlricum de Bronicovv, Idrhoncm de Lotha, Matthiam de Caftovvitz, VVillelmum de Oftoin, Ioannem de Briffevvoci, Ioannem VVilka, Iofkooem de Thozie, Brunonem de Brela, Bartholomæum de Bravado, Idenkooem de Pifmilevvnz, Martinum de Ideflavvitz, Zalbiffioum de Zdeflavv, Petrum de Vrholz, Zediflaum de Dobravvada, Thmara de Paulovv, Pyredborum de Honitz, Ilunfonem Pavvlavv, Henticom de Brovvico, Petrum de Malovvitz, Ioannem Sigifmundum de Malovvitz, Petrum de Patzou, Ioannem de Traffelovv, Petrum de Diffavitz, Ioannem de Sorbrovitz, VVlafconem Piezczyie, VVillelmum de Maldrevvitz, Huchonem de Brafovv, Striberium de VVeftre, Nicolaum de Dyabro Militz, Philippum de Zeltz, Petrum Buskonem de VVzdietovv, Petrum de Duo, Henricum de Bruhodo, VVillelmum Nieffuntz, Ioannem de VVilernonitz, Iodocum de Zeleze, Nicolaum de VVilmovviz, Peffikonem de VVzdyetovv, Petrum de Duo, Ioannem de Bzavvelge, VVicham de Slayvvnt, Nicolaum de Pelantra, Lonipoldum de Meraveze, Ioaonem de Srimp, Beneffumroch de Dyeram, Leonardum de Muyth, Nicolaum de Moyth, Thralonem de Zdar, Ioannem de Svvilkuvv, Rynartinum de VVrfiefna, Criftinum de Nicovvitz, Iodocum de Pezna, Hedonum de Boyzthitovv, Iaroflaum de VVoychovv, Ioannem de Scopietz, Perrum de Scopietz, Pihgrinum de Scopietz, Pettum de Dvvoyatz, Tztibrum de Hinbure, Bohuflaum de Menufle, Ioannem de Radienym, Ioannem de Thoytz, Henonem de Comitz, VVillelmum de Iozuz, Stephanum de Ezeftitz, VVenceflaum de Thodeni, Ioannem de Pize Dalavvitz, VVillelmum Zelezovvix Petrum de Tiffaha, Protmam de Vdymbo, Petrum VVoftze, Kochooem de Miflkvvity, Mrazchonem de Radymonitz, Vlricum de Dihronumzien, Kenefium de Trefetz, Beheffium de Scholovv, VVoyriechum de Scolkovv, Leonem de Zoluzie, Meozkooem de Scoletz, Procopium de Thatzm, Nicolaum de Scracoffitz, Sigifmundum de Dobionalitz, Buhunkooem de Dyetrezy Thaluitz, Petrum de Iablana, Ioannem de Vicotir, Pizibikonem de Dretzezy Thavvltz, Petrum de Iablana, Henricum de Scropintz, Ioannem de Raciborzitz, Petrum de Ratiborzitz, Licvvioum de Pruditz. VVenceflaum des Nilkovv, Mafchonem de Petrovvitz, Henricum de Bulrovitz, Cirodinum de Refmeftroniz, Ioannem de Diafoffitz, Svvaskonem de Podele, Vlricum de Muyfch, Cnuffonem de Trecobuz, Duskonem de Tedelau, Matthiam de Plafna, Pizibkonem de Blafivva, Ioannem de Brudiflay, VVenceflaum de Mefne, Ioannem Vllofm, Ioanoem dictum VVahaacb, de VVlkovv, Haskonem de Hombitz, Nicolaum de Holoditz, Ioannem de Pitziepicb, Martinum de Sinizavv, VVenceflaum de Hoftovvit, Stephanum de VVckatzomitz, Ioannem de Oftrezna, Georgium de Tihizitz, Ioannem de Popovetz, Ioannem Kibik de Holtzm, Maffikonem de Nulska, Lovvich, Ioannem de Kolodich, Ioannem de Pize de Vorfitz, Ioannem de Hyfectin, Ioannem de Ydanuz, Gentgium de Hoka, VVenceflaum de Sobirzitz, Berlooem de Podishuz, Nicolaum de Barchou, alias Dazitz, Habordum de Lommitz, alias de Motavat, VVillelmum de Coffamberg, alias de Thun, Matthiam dictum Heletz de Nemelitz de Ruyffyoovv, Hlavatzonem de Komoravv, Ioannem Heletz de Nemefitz, Dnufium de Cofniberg alias de Chlun, VVenceflaum de Slavvicovv, Albertum de Byecona, Vltricum de Hohfovvitz, Benefium dictum Nibilz de Smzonam, Laurentium de Mutitz, Procopium de Sonykono, Benefium dictum Bnizda de Domanitz, Bernardum Giefcieziobezie, Ioachin de Lokavvitz, Annefium de Simezel, Ioannem de Pazitz, Benefium de Rekiff, Nicolaum de Kifvva, Meptonem de Pole, Ioannem dictum Thiechlovvetz de Dobiskovv, Petrum de Brazadavfubz, Petrum de Habron, Rohmichonem de Holliffonita, Ioannem de Marquart, Boshonem de Meflezitz, Ioannem de Roffitz, Thematam de Sudenetz, Cnuffum de Tizibiaich, Ioannem Delrpba, Bohunkonem Patzapel, Sriborium de Geniffovvnz, Procopium de Hozynyevves, Zdonkonem de Radyn, Moricum de Dolaty, Pauhkonem de Hortovvit, Martinum de Iurvv, Ioanne de Bnanvitz, Mauricium de Blacno, Ioanoem de Sezevetz, VVillelmum de Herment, Ioannem de Hofcovitz, Philippum de Senefau, Vvilelmum de Holiffovvitz,

Hozissovvitz, Henricum de Palcobard, Nicolaum de Sessavetz, Ioannem dictum Ribik de Symzein, VVenceslaum de Tizenssiiz, Petrum Nabochaz, Ioannem de VVlcznovv, Nicolaum de Podreuss, alias de Slupne, Ioannem juniorem de Luzavvitz, Latzkonem de Gravvar marchionatus Moraviæ capitaneum, VVillelmum de Prerenstam, Ioannem de Lnnitz supremum camerarium Czndæ Brnnensem, Petrum de Cruvar alias de Stanitz camerarium Zudolonitam, Hamussium Tolipa snpremnm marescallum regni Bohemiæ, VVankonem de Baskovvitz, alias Emsvvahora, Ioannem de Beyetolvv, Altonem de Constar alias de Ratiz, Paroslaum de Sternberg, alias de VVesta, VVokonem de Holsteym, Herardum jnniorem, Puskam de Cnnstat, Sigismundum de Milo, Cham fratres de Kisnavv, Petrum de Silvinetz, Crimikonem de Drahotus, Stephannm de Varinoberg, Dossobrium de Cinbourg, Milotam de Tuaikon, Henricum de VValestaym, Ioannem Czorde Bertovvitz, Henricum de Lipa, Arclebum de VVerterzovv, Smitreum de Bravvka, de Dnbtavvitz, Tzeukonem & Sbnizonem de Strab, Miliskonem de Malevvonitz, Vlricum de Varantz, Tzemzonem de Scarou, Marcardum de Lizam, Nicolaum de Pinzenoczkonitz, Herssonem de Stelzeleze, Dick de Kobterzon, Onssonem de Linpnia, Petrum Helch de Tovronitz, Nicolanm de Hersuz, Franchonem de Peluzitim, Benesium de Opitovvitz, Marquardum de Malovv, Ioannem Suir Dovvitz, VVonikonem de Oizni, Suzamam de Tussovv, Nicolaum de Ala, Simylonem de Henanitz, Sbrulionem Pulgranium de Ianodraditz, VVlizkonem de Obartzevays de Tassova, Sabarchet Zovv, Benessium Sardix Iaulecha, Sittich de Branssud, Sigismnndum Branssnd, Michaelem de Trechalim, VVankonem de Opatovva, Dobesum de Opatovva, Bobussium de VVyvvyna, Ioannem Spale, Ioannem Mizinitz, Georgium de Karienniz, Seblonem de Russevvano, Benessium de Trabenitz, Dislanm de Harkli, Vlricum de Racodau, Bounzonem de VVaissavv, Rynardum de Tremtz, VVolfardnm Paulovvuz, Siazonem de Hald, Teschonem de Draſdou, Racodavv Dylbam Syssna, Ian de Tessovvitz, Ratzkonem de VViskou, Ydembonem de VVycysez, Parczizolonein de Manyess, Ioannem de Peter Sival Zubiluch, de Vlezan, VVenceslaum de Ledovvitz, Stenikonem de Maressovv, Petrum dictum Hyensel de Zaaczovvnz, Raackkonem de Convvalt, Henricum de Ztera Novvich; Venceslaum de Cubonicz, Henricuin de Hyn, Iessionem de Gestizebie, Erasmum de VVyolevetcz, VVlricum de Raco, Venceslaum de Flatinia, Ioannem Chizevv, Ian donat de Polomie, Milskonem Donat de Polomie, Ian de Croannesvia, Ian de VVicchana, Mizostas de Sradembra, Petrum Niger da Stitovvicz, Mabeskam de VVibletz, Ioannem de Linutzqdot, Barssonem dictum Hladek de Zaurz, Ioannem Dum de Salkoniiz, Siibas de Hincqdorff, Dratzkonem de Stradez, Donessinm de Tissa, Ioannem de Ertussim, Russonem de Dolo Plass, Deltzonem de Riella, VVlokonem de Svmnznic, Ioannem de Rithemberg, Ioannem de Zniola, Pardum de Sunetravvovvicz, Iesconem de Seicovicz, Ioannem de Reynas, Vlricum de Delhota, Alsonem Vahat de VViskonicz, Pasos, barones, milites & militares regni Bohemiæ, ac marchionatus Moraviæ per hanc synodnm alias citatos ad comparendum personaliter in propriis eorum personis coram nobis Constantię quinquagesima die ab executione dictæ citationis computanda modis & forma in dicta nostra citatione expressis facta in loco sessionis publicę, ad respondendum in ea de certis articulis, & præsertim articulis per præfatum Ioannem Huss dogmatizatis, ac etiam per nos condemnatis eandem fidem concernentibus eis ostendendum reverendo patri domino patriarchæ Constantinopolitano committit resnmendum in eo statu, in quo coram nobis indecisæ remanserunt, ulterius audiendas per audientiam contradictarum, & valvis ecclesiarum procedendum, decidendum, cognoscendum, & fine debito terminandnm cum omnibus suis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis, & cum potestate in eisdem ex officio snmmarie inquirendi, & procedendi, usque ad diffinitivam sententiam inclnsive. Nonobstante qnod eadem synodus dicto patriarchæ causam, & causas contra quoscnmque hæresnm VVicleffistarum & Hussitarum faventes, *&c.* etiam si fuerint criminales ubicnmque, sive in quibnscumque diœcesibns fuerint constituti, cujuscumqne status, gradus, ordinis præeminentiæ existant, *&c.* statum causarnm hujusmodi, ac tenores hnjusmodi commissionum factarum, nec non obstante quod alias præfata synodus certis judicibus generalem quarumcumque hæresum, sive errorum causas commiserit audiendas usqne ad conclusionem exclusive, & aliis judicibus inclusive, coram quibus aliquæ dictarum causarum pendent indecisæ; statum omnium causarum hujusmodi, ac tenores commissionum factarum, necnon qnorumcumqne nomina & cognomina judicum, & personarum citatarum, & citandarnm hnjusmodi, ac omnium aliorum habentium præsentibus pro sufficienter expressis, constitutionibus apostolicis, stylo palatii præmissis, & aliis in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscnmqne.

Die Lnnæ decima Augusti nonæ indictionis placuit nationi Italiæ, prout supra continetur, dnmmodo aliæ nationes censeant.

Cinus de Lombardia.

Die Martis vigesima dicti mensis Angusti placuit nationi Germanicæ, nt supra continetur.

Vincentius del Rivo dicta nationis notarius.

Die Mercurii duodecima dicti mensis Angnsti fuit lecta in natione Gallicana, & placuit, ut supra petitur.

M. Bolosonis.

Citatio contra fautores Hussitarum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis nniversis, & singulis, & præsertim Almaniæ, & Bohemiæ narionum, Christi fidelibus auxilium fidei in benedictione cœlesti. Quia strnctura militantis ecclesiæ pro fundamento innititnr orthodoxæ fidei, cæterarumque virtutum collegio, veluti ædificio, legibus vero & moribus velnt ornamentis ntitur, cujus excubias zelus fortitudinis, tanquam miles singulariter strenuissimus observat sollicite, ne quosvis strnctura ipsa patiatnr incursus. Et quia sathanas a primævo hnic strncturæ invidere dignoscitur, quia ipsa de triumphantis ecclesiæ structura consurgit, de qua ipse projectus in divinis eloqniis esset estatni; ideo per quosdam ipsius militantis structuræ perversos filios, ut eam vertat & destrnat, innumera machinata peste, continnata experientia procurare non cessat. Qnamobrem ingens nobis speculatoris officio complectentibus insidet necessitas, & eaquirit authoritas, ut illius insidiis pro-

cellioso præsenti tempore, quo hujusmodi fundamenta cum suis ędificiis per inimicos ecclesiæ satagit evertere ferventius salutaribus in domino remediis obviemus. Sane ex retroactis tam in præcedentibus, quam in præsenti Constantiensi generalibus conciliis non dubitamus per mundi climata auribus percrebuisse fidelium, quatenus sathanas ipse quosdam hæresiarchas suæ damnationis ministros, & ecclesiæ sanctæ .... & maxime novis temporibus suscitaverit, contra scripturam totius ecclesiastici ędificii molientes evertere fidem Catholicam cum legibus, & ecclesiasticis moribus a sanctis patriarchis traditis, & hactenus per viros catholicos tenaciter observatis, scilicet quondam Ioannem VVicleff, & Ioannem B Huss hæresiarchas, sicut patet clare ex eorum scripturis, & opusculis, qui minus caute appetentes; magisterium, & apud plebeios legislatores novelli & rabbi vocari, sanæ quoque doctrinæ studiis, & contradictionibus ipsorum patrum contemptis, ad insanias falsas conversi se usque ad summum damnationis erroribus implicarunt, adeo ut præsentes eorum prędicti sathanæ sectando vestigia, qui super omne quod colitur etiam in cœlo se machinabatur extollere, a summo cælo ad inferni profunda dejectus est, qui que secum quamplures in damnationis laqueos, & devia traxit, & trahere non quiescit. Sic & isti super hierarchiam militantis ecclesiæ se, suasque traditiones laborantes extollere, sibi quamplures adunarunt, etiam sacer- C dotali dignitate circumfultos, exemplo Theodæ Galilæi, qui se aliquos magnos novarum sectarum legislatores fore prætendentes multitudinem ad se pertraxerunt in devium, sicut ex apostolorum actibus colligitur evidenter; & quod jam amplius stupendius est, prænominatorum hæresiarcharum currentibus temporibus istis adeo excrevit perversitas, & multitudo, prout ad nostrum multorum relatione, & fama publica referente, (proh dolor!) pervenit auditum, præsertim in regno Bohemiæ, & marchionatu Moraviæ, quod nonnulli, qui etiam nobilitatis secundum carnem titulo præeminentiæ censentur, conspirantes insimul ad tenendos, & defendendos tam Ioannem Huss hæresiarcham præfatum, quam suos errores, se impietatis vinculo astrinxerunt, quique novissi- D me apponentes iniquitatem super iniquitatem detractionibus & superstitiosis fabulationibus eorum non contenti, etiam libellos famosos falsos calumniis in juriisque refertos, ut asseritur, & copia insuper sigillorum diversorum appendentium munitos, & in quibus eundem Ioannem Huss, justo tamen Dei judicio; nostro quoque tam rite, tam sancte promulgat .... prævio sententiæ calculo, ignis voragine consumptum, ad justificationem & laudem præconiis extollere satagunt; sic quoque publice hæresum execrandarum ejusdem, & suorum sectatorum, & suarum hæresum prædicationibus usque E ad effusionem sanguinis defensores esse volunt, & publice profitentur, ut de se monstruosum extremi deliramenti præberent spectaculum, pariter & exemplum, consurgere nullatenus trepidaverunt, prout hæc & alia in eis venenosis, & calumniosis litteris in congregatione nostra solemniter exhibitis continentur. Licet itaque miserandam, tot taliumque filiorum perditionem, & fascinationem diabolicam nostra materna pietatis viscera absque amarissimo compunctionis dolore non possint, neque debeant sustinere; unde in reducendis eisdem perversis obstinationibus satellitibus diaboli pro eorum sananda insania nostra sollicitudo materna

A de contingentibus nihil obmisit; nam docendo, scribendo, legatos mittendo, dissimulando, blandiendo, etiam ultraquam expediens forsan extitit, expectando, sollicite, fideliterque impendimus misericordiæ officia universa. Sed (proh dolor!) apud eos ut puta conversos in arcum pravum salubria perniciem operantur, obedientiam enim spernunt, salutares doctrinas auscultare contemnunt, & prudentum pacem, & veritatem evangelizantium sermones, & consiliis sanis acquiescere nolunt; sed toti ecclesiæ orthodoxæ se infestos reddere, & repugnare usque ad defensionem tam grandis peccati, ut etiam asseritur, damnabiliter, & injuste præsumunt. Cum autem ex præmissis clare constet, omnes & sin- B gulos in dictis litteris sive sigillis descriptos fuisse, & esse laudatores, sectatores, & fautores prænominati Ioannis Huss, & ejus damnatæ & perversæ doctrinæ. Ideo nos tales ex iis non immerito habentes de fide suspectos, contra eos in virtute sanctæ Trinitatis insurgere, & murum pro ecclesia Dei opponere nos oportet, ne tanquam dissimulatores tantorum malorum, indignationem altissimi, cujus res agitur, incurramus pœnam ejus condignam, præstolando exemplo illius summi sacerdotis Hely, qui licet in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus corrigere non curavit, in se pariter, & in ipsis divinæ vindictam finaliter animadversionis accepit, dum filiis ejus in bello peremptis, ipse de sella corruens, fractis cervicibus expiravit. Quapropter via C regia contra præfatos oberrantes procedere cupientes, & summaria informatione præmissa, & fide dignorum testimonio depositionibus cognovimus Czeukonem de VVessele, alias de VVattemberg supremum burgravium Pragensem, Lacakonem de Crarvvar capitaneum marchionatus, & cæteros in duobus foliis proxime præcedentibus descriptos in præmissis fuisse, & esse publice diffamatos, ac etiam de fide suspectos, ipsorumque, & aliorum in dictis litteris, & eorum singulis monitoriis loca & domicilia tute adiri non posse: Idcirco per hoc publicum edictum in audientia publica litterarum contradictarum legendarum, ac in valvis seu portis sancti Stephani Constantiensis, nec non Pataviensis, Ratisponensis, & sancti Stephani in Vienna Pataviensis diœcesis ecclesiarum affigendum suprano- D minatos Czeukonem, Lacakonem, Boczkonem, VVillelmum, Ioannem, Henricum, Miskonem, Henricum, Vlricum, Ioannem Smilonem, Henkonem, Batzkonem, Baldvvorum, & alios suprafatos peremptorie citamus, quatenus ipsi, & quilibet eorum personaliter in propriis eorum personis coram nobis, Constantiæ, vel alibi, ubi nos residere tunc contigerit, quinquagesima die ab executione præsentium nobis in forma prędictis facta in loco sessionis publico, si ipsa die sessionem publicam celebrare contigerit, alioquin in proxima tunc sessione publica immediate sequenti compareant, & quilibet ipsorum E compareat, ad respondendum in causa fidei certis articulis, præsertim articulatis per præfatum Ioannem Huss dogmatizatis, & per nos damnatis eandem fidem concernentibus eis offerendis; & ad videndum contra eos ad omnia, & singula prout necessarium fuerit expedire contra ipsos, utpote de fide suspectos; nec non ad videndum infligi ipsis, & eorum cuilibet pœnas, sententias & censuras contra tales ab homine, vel a jure promulgatas, & alias procedi usque ad diffinitivam sententiam inclusive, prout justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis, vel ad dicendum, & allegandum causas rationabiles, si quas habeant, quare præmissa fieri non debeant, vel non possint. Certificantes

nihilominus

nihilominus citatos ipsos, ac ipsorum singulos quod si comparere neglexerint in citationis termino supradicto, nihilominus contra ipsos, prout justum fuerit, ulterius usque ad eandem sententiam diffinitivam procedetur, eorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Loca vero audientiæ, & valvarum prædictarum tanquam publica, & idonea ad hujusmodi nostram citationem publicandam ad instar publicorum edictorum, quæ olim in alto pretorio duximus eligenda, quæ præsentem nostram citationem suo quasi sonoro præconio & parulo judicio publicabunt, in quibus præsentes nostras literas decrevimus publicandas, ne ipsi prænominati citandi de præmissis quod ad eorum notitiam non pervenerint, aliqualem ignorantiam prætendere valeant, aut allegare. Et volumus & decernimus, quod ipsæ literæ nostræ citatoriæ post eandem citationem, ut præfertur, faciendam, quemlibet dictorum citatorum perinde arceant & astringant, ac si ipsis, & cuilibet in propria ejus persona intimatæ, & sufficienter insinuatæ fuissent. Cum non sit verisimile cuiquam eorum fore incognitum, quod tam patenter, & solemniter, & præsertim in loco generalis concilii extitit omnibus publicatum. Datum Constantiæ sexto Kalendas Martii, anno domini 1416. apostolica sede vacante.

Executio citationis prædictæ in audientia facta.

In nomine domini, Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo sexto decimo, indictione nona, die vero quinta mensis Maii, sede apostolica vacante in mei notarii publici, testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus honorabilis vir magister Ambrosius fidelis audientiæ publicæ literarum contradictarum pro tunc lectorum Constantiæ in eadem audientia contradictarum, mane ipsius hora consueta hanc rescriptam bullam ab alio latere tantum, & contenta in ea publice, & intelligibili voce legit, & publicavit ad instantiam honorabilis viri Michaelis de Broda Zentunitak promotoris, & instigatoris officii hæreticæ pravitatis; qui sibi nomine procuratorio dicti officii de hujusmodi publicatione, & lectura petiit per me notarium publicum instrumentum fieri publicum. Præsentibus ibidem discretis viris Nicolao VVatt, Conrado Balavvim, Ioanne Castiniani, & Ioanne Carpentarii in dicta audientia contradictarum procuratoribus testibus ad præmissa vocatis, pariter & rogatis.

Paulo post ego Fredericus notarius infrascriptus hanc præsentem bullam valvis seu portis ecclesiæ sancti Stephani Constantiæ pro audientia causarum apostolica specialiter deputatæ affixi, & extensam ibidem dimisi, rogatus & requisitus, ut de hujusmodi affixione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris magistris Reyniero de Deuhen literarum apostolicarum scriptore, ac dictæ audientiæ pro tunc lectore, Henrico Heugnel, Petro Brop, & Henrico Hutuacel in supradicta audientia contradictarum procuratoribus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Deinde vero hora tertiarum dictæ diei, vel quasi, Fredericus notarius infrascriptus hanc præsentem bullam de prædictis valvis, seu portis ecclesiæ beatæ Mariæ majoris, & cathedralis Constantiensis affixi, & extensam ibidem dimisi. Et deinde hora tertiarum, vel quasi, ipsam retroscriptam bullam de proximis dictis valvis removi, & mecum apportavi, rogatus & requisitus, ut de hujusmodi remotione & affixione publicum facerem instrumentum. Præsen-

A tibus ibidem honorabilibus viris Henrico Buvve alias Bol, Guillelmo Bulheti in Romana curia procuratoribus, Ioanne Mynardi, & Ioanne Bust literarum apostolicarum scriptoribus, & Petro Vannii sacri palatii causarum apostolici notario, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Et ego Fredericus de Auhen clericus Coloniensis diœcesis publicus apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, ac dictæ audientiæ publicæ literarum contradictarum scriba, qui præ dictis lecturæ, affixionibus & remotionibus una cum prænominatis testibus præsens interfui, ideo hoc præsens publicum instrumentum ab hujusmodi latere totum manu aliena fideliter scriptum in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis
B signavi requisitus & rogatus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Executio in partibus facta.

In nomine domini, Amen. Anno a nativitate ejusdem 1416. indictione nona, die Dominica, quæ fuit tertia dies mensis Maii hora tertiarum, vel quasi, apostolica sede vacante. Ego Fredericus Iuvenis clericus Bambergensis diœcesis, notarius publicus infrascriptus habens, & tenens in manibus meis quandam bullam sacri concilii Constantiensis, ac ejus vera bulla plumbea cum cordula cannabis pendente more Romanæ curiæ bullatam, sanam & integram, ac omni prorsus vitio carentem ad instantiam
C honorabilis viri domini Michaelis de Broda Zentunitak & plebano sancti Adelberti sub Sdedras Pragenses instigatoris & promotoris officii citationis personalis contra & adversus quosdam Czukonem de Vesselle, alias de VVartenberg supremum burgravium Pragensem, Laczkonem de Cravvar capitaneum marchionatus Moraviæ, Maczonem seniorem de Constat, alias de Podievvard, VVillelmum de Zvvyerretitz, Ioannem seniorem de Nova domo, Henricum de VVenenbertz burgravium de Grætz reginæ, ac multis aliis nobilibus & clientibus militibus, & militaribus per sacrum concilium citatos & defensores, & adhærentes damnatæ memoriæ Ioannis Hus hæresiarchæ & ipsius doctrinæ damnatæ. Quam
D quidem bullam ego Fredericus notarius infrascriptus animo exequendi, notificandi & publicandi, & ad universorum Christi fidelium notitiam deducendi eandem bullam valvis, seu portis majoris ecclesiæ Pataviensis affixi & extendi, & ibidem coram multitudine hominum utriusque sexus ultra duas horas horologii infra missarum officia & solemnia, & præsertim infra publicum officium, quod tunc in eadem ecclesia celebrabatur, stare permisi, quoniam multi canonici, presbyteri, & alii clerici legerunt. Tandem vero ego Fredericus infrascriptus hujusmodi bullam ab eisdem valvis & portis, finitis & peractis dictis missarum & officiorum solemniis, debita cum protestatione removi & deposui. Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris dominis magistro
E Georgio VVispek, magistro Marthia Engelsthab, magistro Ioanne Peligno rectore scholarum, & aliis quampluribus circa præmissa testibus fide dignis.

Item anno & indictione quibus supra, die Dominica, quæ fuit decima dies Maii supra scripti hora tertiarum, vel quasi. Ego Fredericus notarius infrascriptus prædictam bullam in valvis, & portis ecclesiæ sancti Stephani, alias omnium sanctorum Viennensis Pataviensis diœcesis affixi & extendi, & ibidem coram magna multitudine hominum ultra duas horas horologii infra missarum solemnia, & præsertim infra publicum officium, quod tunc in eadem ecclesia celebrabatur, stare permisi, quam multi

canonici, magistri, presbyteri, & alii legerunt. Tandem vero, ego Fredericus notarius hujusmodi bullam ab eisdem valvis, seu portis, finitis, & peractis divinis missarum, & officiorum solemniis debita cum protestatione removi, & deposui. Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris dominis Bartholomæo altarista .... missæ perpetuæ fundatæ in altari omnium sanctorum in dicta ecclesia sancti Stephani, alias omnium sanctorum, Ioanne Bzpel de Laynace notario publico, & Ioanne Vltici de Odeoburg presbytero bacalario in artibus clerico Pataviensis, Aquilegensis, & Ianuensis diœcesum testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Tenor, sive principium bullæ talis est.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis universis, & singulis, & præsertim Almaniæ, & Bohemiæ nationum Christi fidelibus auxilium fidei in benedictione cœlesti. Quia structura militantis ecclesiæ pro fundamento innititur orthodoxæ fidei, cæterarumque virtutum collegio velutiædificium, legibus vero, ac moribus veluti ornamentis utitur, *&c.* finis vero erat talis. Cum non sit verisimile cuiquam eorum forte incognitum, quod tam patenter, & solemniter, & præsertim in loco generalis concilii extiterit omnibus publicatum. Datum Constantiæ sexto Kal. Martii anno a nativitate domini MCCCCXVI. apostolica sede vacante.

Et ego Fredericus juvenis clericus Bambergensis diœcesis publicus imperiali auctoritate notarius quia dictarum bullarum sacrosanctæ synodi Constantiensis, de quibus supra fit mentio, in supradictis locis, sive portis ecclesiarum affixionibus successive factis, earumque depositionibus, omnibusque & aliis præmissis singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi; ideoque hoc præsens publicum instrumentum exinde confeci, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi requisitus & rogatus in fidem, & testimonium omnium præmissorum.

Alia executio in partibus facta.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate ejusdem MCCCCXVI. indictione nona, die vero Iovis in festo corporis Christi, quę fuit decimaquarta mensis Iunii hora secunda diei, vel quasi, sede apostolica vacante, & summo pontifice carente, in ecclesia cathedrali Ratisponensi in mei notarii publici, & testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitutus discretus vir Caspar Sustennedier clericus Pataviensis diœcesis quasdam litteras citatorias a sacrosancto generali concilio Constantiensi emanatas contra, & adversus Czeukonem de VVartemberg, Laczkonem de Cravvar, Baczorem de Podiebrad barones, nec non & certos ipsorum cōplices in litteris citationum descriptos, & nominatos in numero quadringentos & quinquaginta duo, qui se sententiæ contra dictum Ioannem Huss hæresiarcham per dictum sacrum concilium canonice latæ opposuerunt, & ipsum sacrum concilium Constantiense per suas prætensas litteras diffamaverunt, & dicto Ioanni Huss adhæserunt, & alia fecerant prout in præfatis litteris prælibati sacri concilii vera bulla plumbea cum cordula canabis more Romanæ curiæ impendente bullatas continetur, de mandato & voluntate venerabilis & circumspecti viri domini Frederici de Papaget in decretis licentiati, scholastici, & canonici ecclesiæ Ratisponensis domini sui infra pulsum primarum missa-
A rum dum in eadem ecclesia solemniter peragebantur, valvis præfatę cathedralis ecclesiæ ubi communiter affixio bullarum fieri consuevit, clavis ferreis affixit, & publice extendit, dictosque citandos sic, ut præfertur, citavit, quatenus quinquagesima die in prædicto sacro concilio Constantiensi tanquam suspecti de fide personaliter compareant, & ad respondendum certis articulis fidem catholicam concernentibus; & alia fecit quæ in talibus fuerunt necessaria & opportuna, præfatasque litteras originales bullatas sic, ut præfertur, affixas & publice extensas coram Christi fidelium multitudine copiosa ad eandem ecclesiam ad divina officia audienda congregatorum stare continue permisit ultra tres horas, & deinde dictas litteras tanquam sufficienter insinuatas & pu-
B blicatas coram me notario publico, & testibus infrascriptis deposuit & removit. Quarum quidem litterarum citatoriarum principium & finis inferius describuntur. Super quibus omnibus & singulis præmissis præfatus Caspar nomine domini sui supradicti petiit sibi fieri per me notarium infrascriptum unum, vel plura, publicum vel publica, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem honorabilibus viris Nicolao Statuer rectore parochialis ecclesię sancti Adelberti Ratisponensis, Nicolao VVidunna, Conrado Perbier, Ioanne Zohenrum, Ioanne Kavver VVario Chori dictæ ecclesię Ratisponensis, testibus ad pręmissa vocatis & rogatis.

Deinde die Dominica infra octavam supradicti fe-
C sti corporis Christi, quæ fuit vigesima prima dicti mensis Iunii hora secunda diei similiter intra pulsum primarum missarum pręnominatus Caspar Sursten-nechet de mandato domini sui supradicti præfatas litteras originales bullatas in præsentia mei notarii, & testium infrascriptorum ad hæc vocatorum & rogatorum valvis pręfatæ ecclesiæ cathedralis Ratisponensis ubi prius clavis ferreis affixit, & affixas ibidem publice coram multitudine fidelium iterum per duas horas & ultra continue stare permisit, & demum removit, & sibi instrumentum, ut supra, per me notarium fieri postulavit. Præsentibus ibidem discretis viris dominis Henrico Huchuel, Conrado Kck vicario, Conrado VVrmi subdiacono dictæ ecclesiæ Ratisponensis, & Ioanne Svvabenberg clerico Ser-
D gerdis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Postremo in die nativitatis sancti Ioannis Baptistæ quæ fuit vigesima quarta ejusdem mensis Iunii similiter secunda hora diei, vel quasi, sæpedictus Caspar Sutstenncker nomine, & ad mandatum dicti domini sui supradicti ex superabundanti supradictas litteras citatorias originales infra pulsum primarum missarum, ut prius, valvis pręfatæ ecclesię cathedralis, ut supra, clavis ferreis iterato ibidem publice affixit coram Christi fidelibus tunc ad dicta officia audienda congregatis per duas horas stare continue dimisit & demum de ibi removit, & secum portavit, requirens me notarium infrascriptum nomine quo supra,
E super præmissis unum, vel plura, & tot quot fuerint necessaria fieri instrumenta. Acta fuerunt hæc anno, indictione, diebus, horis, mense & loco & sede vacante quibus supra. Præsentibus ibidem discretis viris dominis Conrado sancti Blasii, & Nicolao VVidinna sancti Thomæ vicario, seu altarista, Ioanne Rust diacono chori præfatæ ecclesiæ Maguntinę, & Ioanne Capellano capellæ sancti Sebaldi in civitate Ratisponensi, testibus ad pręmissa vocatis specialiter & rogatis.

Tenor

Tenor vero dictarum literarum affixarum, cujus principium sequitur in hac verba.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis universis & singulis, & præsertim Almaniæ & Bohemiæ nationum Christi fidelibus auxilium fidei in benedictione cœlesti. Quia structura militantis ecclesiæ pro fundamento consistit orthodoxæ fidei cæterarumque virtutum collegio, veluti ædificatio, legibus vero ac moribus veluti ornamentis virtutum, *&c.* finis autem ipsarum literarum talis erat. Datum Constantiæ sexto Kalendas Martii anno a nativitate domini 1416. apostolica sede vacante.

Et ego Henricus Hak clericus Bambergensis diœcesis publicus imperiali auctoritate notarius quia prædictarum literarum citatoriarum sic, ut præfertur, affixioni, remotioni, omnibusque aliis præmissis, dum sic, ut præfertur, fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus personaliter interfui, eaque sic fieri vidi & audivi; ideirco hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, in fidem, & testimonium omnium præmissorum rogatus & requisitus.

Congregatio generalis.

Die Iovis decima Septembris supradicti Constantiæ in ecclesia cathedrali, mane hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis omnium nationum in modum sessionis, licet sine solemnitatibus requisitis ad sessiones publicas, & hoc propter ambasiatores regis Aragonum, & regnorum suorum qui habebant ibidem certa proponere nomine dicti regis & regnorum suorum, præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Ioanne episcopo Ostiensi, Angelo Prænestino, Iordano Albanensi episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Ioanne Ragusino, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Guillelmo sancti Marci, Thoma Tricaricensi, Antonio Aquilegiensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi presbyteris, Reynaldo de Biticanciis, Amedeo Salutiarum, Lucido de Comitibus diaconis cardinalibus, necnon illustrissimorum principum Romanorum, Francorum, Angliæ, Aragonum, Neapolitanorum, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ & Siciliæ ambasiatoribus, aliisque ambasiatoribus, nunciis & procuratoribus diversorum principum, & dominorum ac universitatum studiorum, & communitatum in numero copioso. In qua quidem congregatione magnificus, serenissimus, ac venerabiles & circumspecti viri domini Reymundus Floch comes Cardonæ R. miles, Antonius generalis sanctæ Mariæ de Mercede, Gundisalvus de sancta Maria, Speraindeo Cardona, & Michael Navers ambasiatores & nuncii serenissimi principis Alphonsi Aragonum regis ascenderunt locum, in quo ambasiatores regum & principum proponunt. Qui quidem domini ambasiatores per organum venerabilis & circumspecti viri domini Sperantis-in-Deo collegæ ipsorum exposuerunt, quibus de causis illustrissimus dominus Alphonsus rex Aragonum misisset ad congregationem præsentem, nominando sacrum generale Constantiense concilium congregationem, videlicet primo pro extirpatione schismatis & hæresium, & pro unione ecclesiæ Dei, & reformatione status ecclesiastici in capite, & in membris, ac electione unici summi pontificis. Quo completo, regratiatus fuit concilio in modum congregationis de expectatione & tolerantia ipsorum ambasiatorum adventus. Item de benigna tractatione & susceptione eorum, & fratris Antonii generalis ad honorem impensum ipsis dominis ambasiatoribus per concilium in susceptione eorum. Offerentes se paratos post eorum unionem & incorporationem ipsius concilii ad omnia implenda, omnia firmanda, & conclusa in capitulis inter serenissimos principes Romanorum & Vngariæ, ac ambasiatores concilii Constantiensis ex una, & Aragonum regis ex altera parte, & ad faciendum ulteriora, quæ fuerint necessaria ad unionem ecclesiæ, extirpationem hæresum, reformationem & electionem futuri Romani pontificis prædicta juxta exigentiam & potestatem ipsis traditam per ipsorum dominum; cujus potestatis & auctoritatis ibidem produxerunt publicum instrumentum infrascripti tenoris, quod ibidem de mandato concilii per venerabilem virum dominum Petrum de Lamberga de Cracovia, manuque ipsius domini regis novelli Aragoniæ subscriptum de verbo ad verbum ibidem publice alta & intelligibili voce legebat. Qua siquidem ambasiata exposita & oblatione facta, levavit se in medium reverendissimus pater dominus Ioanes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis nomine totius concilii sive congregationis ad modum dictorum ambasiatorum & pro facienda responsione, & fecit collationem pulchram & ornatam pro cujus prosecutione distinxit terminum manus, sive dictionem manus tripliciter. In prima enim sui distinctione commendavit regem modernum Aragoniæ ejusque patrem Ferdinandum, avum, ac reginam & matrem ipsius regis Alphonsi de eorum bonis intentionibus, labore, oblatione, & prosecutione testamenti conditi per regem Ferdinandum claræ memoriæ patrem, & genitorem ipsius regis Alphonsi. In secunda vero distinctione manus reprehendit vitam Petri de Luna, adducens plures promissiones factas per eum de renunciatione per ipsum fienda, videlicet promissionem in Avenione, in Massilia, & Ianuæ per ipsum Petrum de renunciatione & unione ecclesiæ sanctæ Dei factas, contra quas omnes & singulas idem Petrus dixit venisse, & nihil de iis promissis adimplevisse. In tertia parte vero manus recommendavit ambasiatores ipsius domini regis Aragonum quoad personam, statum & benevolentiam, offerens ipsis dominis ambasiatoribus totum concilium Constantiense esse pro nunc paratum ad faciendum cum ipsis ambasiatoribus in omnibus & singulis concurrentibus rationabilibus, licitis & honestis. Qua collatione sic, ut præfertur, per reverendum patrem dominum Ioannem Ostiensem facta, surrexit reverendus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus, & per brevem collationem, sive exhortationem nomine concilii præfati fuit exhortatus eosdem ambasiatores, ut dignarentur tandem ad bonum universalis ecclesiæ & reipublicæ statum concurrere cum dominis de concilio, quos reperirent paratos, atque benevolos ad omnia & singula quæ concernunt viam præfatam, quoad unionem ecclesiæ, statum & tranquillitatem. Quibus sic factis, venerabilis & circumspectus vir dominus Speransindeo præfatus nomine ipsorum dominorum ambasiatorum respondit ad verba & proposita per dominos cardinales præfatos, dicens quod ob hanc causam venissent, & dominus eorum eos ad eam misisset, ut ecclesia Dei uniri possit; offerentes se ad vacandum circa ea cum dominis de concilio omni vice, prius habitis tamen visitationibus dominorum cardinalium, quos oportet per prius visitare. His factis, dictis, propositis & replicatis una pars alteri, & altera alteri, fuit regratiata, de beneficiis & oblationibus sinceris. Super quibus omnibus & singulis propositis, dictis, gestis & factis

nomine

nomine procuratorio petiit sibi unum & plura, publicum & publica fieri instrumentum & instrumenta ad dictamen sapientum. Præsentibus ibidem præfatis reverendissimis patribus S. R. E. cardinalibus, ambasiatoribus, procuratoribus, nunciis, & aliis pro testibus infrascriptis ad hæc vocatis specialiter & rogatis.

Tenor vero dicti procuratorii publici instrumenti de quo supra fit mentio, talis est.

Pateat universis, quod nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corficæ, comes Barcinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Russilionis & Ceritaniæ. Quia ex his, quæ circa ecclesiæ sacrosanctæ negotium infrascriptum huc usque nutu divino sunt acta, quodammodo præsagium exoriri videmus, quod ineffabilis divinæ providentiæ celsitudo oculo suæ pietatis salvificæ prospiciens ab excelso Petri sancti naviculam imperatoris seu potius impiorum nautarum ductu pestifero naufragio proximam, & ruinosis scopulis jam propinquam saluti animarum Christicolarum quas sui aspersione sanguinis rubricavit in cruce, miseratione deifica providendo per alios nautas industrios & providos ad ipsius Dei ecclesiam zelum habentes fervidum, atque rectum ipsam a modo regi & gubernari, fugato proinde navigio acephalato, ut firmiter speramus, faciet & disponet, ut ipsa Petri navicula unico, & vero ductore ad portum salutis in ejus laudem, & totius Christianitatis exaltationem, & gloriam quietissime deducatur, ut etiam sit sicut unus solus ibidem patronus & nauta, qui fugatis procellosis schismaticorum erroribus, ipsam sacrosanctam Dei ecclesiam regat & gubernet in ejus nomine, qui Spiritus sancti gratia detruso ouoc busto perpetuo schismatica bestia suis mortiferis dentibus unam sanctam Dei ecclesiam catholicam devastand ..... vest .... divinæ jam morsibus lacerate, proh dolor! valet & faciet nitu suæ divinitatis mirifice resarciri, & uniri scissuram. Scientes & accurata meditatione pensantes, dudum in civitate Narbonæ inter excellentissimum principem Sigismundum Romanorum regem, & ambasiatores & procuratores congregationis civitatis Constantiensis ex una parte, & dilectos, devotos & fideles nostros Philippum de Medulia sacræ paginæ professorem, Sperantem-in-Deo Cardona jurisperitum, & Bononatum Petri decretorum doctorem ambasiatores & procuratores illustrissimi & Christianissimi principis domini Ferdinandi de Quynnones illustrissimi regis Castellæ consobrini nostri charissimi ambasiatores & procuratores, ac Didacum Ferdinandi de Vadrero milites consiliarios prædicti domini genitoris nostri ex altera, quædam fuisse super facto unionis acta & concordata capitula, quæ tam per dictum dominum genitorem nostrum, quam per nos in villa Perpiniani laudata, approbata, authorizata, promissa & jurata fuerunt, sigillisque utriusque nostrum postmodum roborata, ut in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Cum juxta contenta in capitulis concordiæ antedictæ per prælatos & cæteros viros ecclesiasticos in civitate Constantiensi congregatos per certi tenoris literas in capitulis præfatis insertas convocationem fieri debuerit de regibus, principibus, cardinalibus & prælatis & aliis de obedientia domini Benedicti, qui ad generale concilium sunt assueti vocari, quod certa die in eadem civitate Constantiensi compareant ob schisma sedandum, unionem ecclesiæ procurandam, reformationem etiam ipsius ecclesiæ tam in capite, quam in membris complendam, & ejectionem ipsius Benedicti effectualiter faciendam & ad electionem unionis Romani pontificis futuri procedendum, prout in literis ipsius convocationis ad nos per præfatos prælatos & alios in dicta civitate Constantiensi congregatos nuper directas latius continetur. Et vice versa præfati reges & principes obedientiæ præfati domini Benedicti facere teneantur literas convocatorias ad prænominatos prælatos, cæterosque de dicta Constantiensi congregatione similes literas convocatorias, quæ ab ipsis de dicta congregatione emanarunt, vel per suos ambasiatores & procuratores mittendos sufficienti potestate suffultos ibidem Constantiæ congregatos convocabunt. Cum etiam super omnia cordi geramus, quod omnia per præfatum dominum genitorem nostrum, & nos, ut præmittitur, concordata debitum sortiantur effectum, tenore præsentium, confidentes ad plenum de fide, industria, scientia, & probitate laudandi, & longa rerum experientia approbati viri nobilis ammirati nostrorum marium Ioannis Reymundi Floch comitis Cardonæ, venerabilis & religiosi viri fratris Antonii Texal magistri in sacra pagina generalis beatæ Mariæ de Mercede, Raymundi Xatinat militis, ac venerabilis doctoris Sperantis-in Deo Cardonæ jurisperiti, Philippi de Medulia sacræ paginæ professoris, Gundisalvi Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michaelis de Navers juris utriusque doctorum consiliariorum nostrorum dilectorum, atque fidelium, facimus, constituimus & ordinamus vos omnes, & majorem partem ex vobis in solidum procuratores, actores, factores, ac certos & speciales nuncios & ambasiatores nostros omnibus illis viis & modis & formis, quibus de jure melius valere possit, ad accedendum ad dictam congregationem præfatæ civitatis Constantiensis, & convocandum prælatos & cæteros in ipsa congregatione existentes, juxta modum & formam in præfatis capitulis contentam, sic quod præfati de obedientia dicti domini Benedicti venientes ad dictam civitatem Constantiensem statim fiat unio vestrum, & eorundem ad dictam congregationem pro faciendo unum universale concilium, ac in eodem concilio vice nostra, postquam formatum fuerit, interessendum duntaxat pro sedatione schismatis, ac unione ecclesiæ modo prædicto, ac etiam alias procuranda & pro causa ejectionis dicti domini Benedicti & electione futuri summi Romani pontificis, & reformatione ecclesiæ in capite, & in membris & causa hæresis cum dependentiis, emergentiis & connexis, prout in dictis capitulis concordiæ continetur: necnon ad petendum & requirendum quod omnia & singula in ipsis capitulis concordiæ contenta tam per dictum concilium, postquam formatum fuerit, quam per quoscumque alios, ad quos quomodolibet pertinebat ante formationem dicti concilii, seu post prout facienda fuerint, deducantur debite ad effectum; omniaque alia & singula supradictos casus tangentia cum dependentiis, emergentiis & connexis ex eisdem tam in dicto concilio postquam formatum fuerit, quam ante ipsius formationem petendum, instandum, requirendum & protestandum seu impugnandum, approbandum & laudandum, quæ nosmet in propria persona petere, requirere, instare, protestari, impugnare, approbare possemus, etiamsi talia sint, quæ mandatum exigant magis speciale. Concedentes vobis dictis procuratoribus, actoribus, factoribus, nunciis, ambasiatoribus nostris, & majori parti ex vobis plenam & liberam potestatem exercendi præmissa omnia, & singula alias supradictos casus tangentia quæ per nos quomodolibet, aut procuratores seu ambasiatores nostros vederent exercenda. Et generaliter omnia alia & singula

& singula quæ dicti sedatione schismatis, & unione sanctæ matris ecclesiæ per nos fieri aut exerceri valerent. Volentesque quod quidquid per vos, vel majorem partem ex vobis dictis procuratoribus, factoribus, actoribus, nunciis & ambasiatoribus nostris nostro nomine actum, seu emanatum fuerit proinde obtineat firmitatem, ac si ab omnibus acta existerent, seu etiam emanata, etiamsi aliquem, vel aliquos ex vobis cōtingat abesse, aut fore præsentes, qui in agendis, seu exercendis per majorem partem minime consentirent. Nos enim vobis promittimus in nostra bona fide regia, & juramus per dominum Deum, & ejus sancta quatuor euangelia manibus nostris corporaliter tacta in posse notarii secretarii infrascripti pro omnibus illis, quorum interest, & interesse potest, & poterit, hæc a nobis legitime stipulanda, & recipienda & paciscenda, nos semper habere ratum, gratum & firmum quicquid per vos dictos procuratores, factores, actores nostros & ambasiatores, vel majorem partem vestrum nostro nomine in præmissis, vel aliquo eorundem actum, gestum, tractatum, laudatum, firmatum, approbatum & conclusum fuerit, in nullo tempore revocare, sub bonorum nostrorum omnium hypotheca. Quod est datum & actum Barchinonæ decima die Iulii anno a nativitate domini 1416. regnique nostri primo.

Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, &c.

Signum comitis Barchinonensis, ducis Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comitis Russilionis & Ceritaniæ, qui prędicta laudamus, concedimus & confirmamus, & etiam juramus, huicque publico instrumento sigillum nostrum commune, quo utebamur dum principatus Gerundæ fungebamur honore, cum nostra sigilla regia nondum sint facta, jussimus apponendum. *Rex Alphonsus.*

Testes sunt, qui ad prædicta fuerunt præsentes Giraldus Almannus de Cerbilione Cathaloniæ, Ossus de Procida regni Majoricarū gubernatores, milites, & Berengarius de Bradoxino cōsiliarii domini regis.

Signum mei Pauli Nicolai dicti domini regis secretarii, auctoritate regia notarii publici per totam terram, & ditionem suam qui prædictis interfui, eaque de ipsius mandato scribi feci & clausi. Corrigitur autem in lineis 16. Sperantis-in-Deo Cardona jurisperiti, Philippi de Medulia sacræ professoris, 20. per quascumque, & decimasexta alios.

Congregatio generalis.

Die Mercurii decimasexta mensis Septembris prędicti Constantiæ in ecclesia majori prædicta hora tertiarum, vel quasi, pro publicis sessionibus & congregationibus generalibus deputata, fuit tenta per concilium generale Constantiense congregatio generalis pro infrascriptis fiendis. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Ioanne Ostiensi Angelo Prænestino, Iordano Albanensi episcopis & cardinalibus, & Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Ioanne Ragusino, Antonio Aquilegiensi, Gabriele Senensi, Almanno Pisano, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guilielmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, & Petro Fuxi presbyteris, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconibus cardinalibus. Et antequam ad aliquem actum publicum nomine ipsius concilii Constantiensis fuisset processum, levavit se venerabilis & circumspectus vir dominus Augustinus de Pisis sacri consistorii advocatus, & tanquam procurator, sive nuncius illustris principis domini Ludovici comitis Palatini, & ducis Bavariæ, gubernatoris & locumtenentis pro concilio Constantiensi illustrissimi principis Sigismundi Romanorum & Vngariæ regis, & nomine ipsorum dominorum regis Romanorum, ac Ludovici comitis dixit, qualiter foret deventum ad aures ipsius domini comitis tanquam gubernatoris, qualiter ambasiatores regis Iacobi de Neapoli, & dominæ Ioannæ ejus uxoris reginæ hic præsentes haberent certa proponere, & literas præsentare ipsi concilio, & quod prætenderent nominare dictum Iacobum regem Sicilię, Vngarię, *&c.* quod videretur tendere in .... & in præjudicium Romanorum regis, quoad regna sua, videlicet Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, petens ergo per concilium provideri, taliter quod hujusmodi præjudicia hic in concilio generali non fiant. Subsequenter reverendus pater dominus Guillelmus cardinalis sancti Marci tanquam procurator & nuncius illustrissimi principis Lodovici Ierusalem & Siciliæ regis similem protestationem & petitionem, quoad regna Ierusalem & Siciliæ, cum idem dominus suus Ludovicus sit investitus de eisdem regnis per Romanam ecclesiam, & non noscat alium regem in illis regnis quam dominum suum Ludovicum prædictum. Quibus propositis & protestatis factis, de mandato ipsius concilii ascendit ambonem, super quo edicta, statuta & ordinationes, diffinitiones & decreta, & finem dicti concilii publicantur, & legi solent, venerabilis vir dominus Petrus de Guafardis secretarius concilii, & legebat quandam ordinationem in quadam papyri schedula, in qua continebatur quod per denominationem titulorum nulli aliquid juris acquireretur, & alias prout in eadem schedula continebatur, cujus tenor inferius est insertus. Et statim quia apparuit dictam schedulam non esse concordatam per omnes de nationibus, ideo idem magister Petrus de simili mandato legebat unam aliam schedulam concordatam per omnes nationes, ut dixit, super hujusmodi de nationibus alia, & intelligibili voce, cujus tenor inferius est insertus. Qua lecta, statim de mandato dictæ sanctæ synodi fuit approbata per reverendum patrem dominum Ioannem patriarcham Constantinopolitanum, Nicolaum episcopum Mersburgensem, Patricium Corragensium episcopum nomine trium nationum; & Ioannes episcopus Ostiensis nomine collegii cardinalium approbavit, secundam schedulam per verbum, Placet, refutando primam quam non approbavit, tanquam non concordatam per nationes. Iis factis, ascenderunt ambonem ambasiatores regis Iacobi asserti Neapolitani, & præsentarunt literas credentiæ ipsorum, quæ de mandato concilii fuerunt lectæ per dictum Petrum de Gualfardis secretarium concilii prædicti, quarum literarum titulis intellectis per supposita concilii, * sedatio, levavit se dominus Augustinus de Pisis nomine dicti serenissimi principis Romanorum regis, protestando, quod nullum præjudicium ipsi Romanorum, & Vngariæ regi quoad titulos, quos ascribit sibi dominus Iacobus quoad regna Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & alias protestatus fuit ut supra proxime protestatus fuit; nihilominus .... & reclamando dictam subscriptionem ipsarum literarum, missarum & præsentatarum statim per ipsos dominos ambasiatores, in quibus titulis abscribit sibi titulos in dictis regnis. Similiter protestatus fuit prælibatus reverendus pater D. Guillelmus cardinalis S. Marci, tanquam ambasiator, procurator, & nuncius illustrissimi principis regis Ludovici quoad titulos regnorum Ierusalem & Siciliæ, quos dixit fore abscribendos domino suo regi Ludovico, qui est investitus per Romanam ecclesiam, & non ipse rex Iacobus, nec sciret aliquem investitū de eisdem, nisi præfatum dominum suum. Super quibus protestationibus prędicti domini Augustinus cardinalis, & episcopis Aniciensis petierunt a notariis sedis apostolicæ, & aliis scribis concilii unum & plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta

A ad perpetuam rei memoriam. Quibus sic factis levavit se similiter venerabilis & circumspectus vir dominus Ardecinus de Novaria sacri consistorii advocatus, nomine ipsorum ambasiatorum domini Iacobi regis expoens, qualiter satis ammirarerur de hujusmodi protestationibus factis in præsenti congregatione quoad titulos regnorum ipsorú regis Iacobi, & Ioannæ reginæ, quomodo ambasiatores ipsorú non essent missi ad litigandú pro titulis, sed venerunt ad præsens concilium, tanquam vocati per papam, tunc & concilium postea, & etiam per regem Romanorú pro unione sanctæ matris ecclesiæ, & aliorum, pro quibus præsens concilium extitit convocatum, petens provideri per conciliú, quod ipsis regi & reginæ, ac ambasiato- B ribus nominibus ipsorum nullum generetur præjudicium per hujusmodi protestationes sic, ut præfertur, contra eorú titulos factas; ad quod nondum responso, venerabilis magister Laurentius de Neapoli, & Eremitarum S. Augustini unus de eisdem ambasiatoribus incœpit facere quendam sermonem, & recommendationé, pro cujus introductione accepit pro themate: Gaudete quoniam merces vestra copiosa: distinguens in duas partes: In prima parte recommendavit concilium Constantiense, in secunda parte regem Iacobum, & reginam Ioannam cócilio, & ecclesiæ Romanæ, offerens ipsos ad beneplacita cum totis regnis ipsorum, terris & dominiis ipsorum, ac personis atque bonis ad obedientiá sanctæ matris ecclesiæ, augmentum unionis ecclesiæ sanctæ Dei. Quo sermone pul- C chro introducto, & completo pro eorum ambasiatorum, & dominorum suorum recómendatione, levavit se in medium reverendus pater D. Franciscus cardinalis Florentinus, & fecit pulchram recommendationé, recommendando regem & reginam, ac ambasiatores, regratiando ipsis nomine concilii Constantiensis de bonis oblationibus & volútate, quam habere dicuntur erga præsens Constantiense concilium. Qua quidem recommeodatione per D. cardinalem Florentinum facta, idé magister Laurentius nomine collegarum suorum, & suo proprio præsentavit procuratoriú quod fuit ibidem lectum per D. Petrum de Gualfardis de mandato concilii, cujus tenor inferius est insertus. Quo procuratorio lecto venerabilis vir D. Dominicus de Ponte petiit confirmari quandam electionem D cujusdá abbatis Stephani ad monasterium, & in casu quo non, protestatur quod non incurrat sibi tempus a jure statutum de benedicendis abbatibus. Ex adverso surrexit Ardecinus de Novaria advocatus, dicit hujusmodi abbatem non fore electum, sed intrusum, quapropter non debet confirmari, sed potius expelli, *&c.* Super quibus petierunt instrumenta a dominis protonotariis, & notariis prædictis.

Subsequenter fuerunt lectæ literæ regis Poloniæ per D. Petrum de Polonia de mandato concilii in eodem loco. Et ex adverso pro parte eorumdem Theutonicorum. Item una alia litera ex parte universitatis studii Cracoviensis, quorum tenores sequuntur. Su- E per quibus omnibus & singulis Ioannes de Scribanis & Henricus de Piro promotores petierunt, & quilibet eorum petiit sibi nomine procuratorio unum vel plura fieri publicum & publica instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Tenoresq; vero dictarum schedulæ decreti, ac literarum & instrumenti procuratorii per ipsos ambasiatores præsentatorum sequuntur tales.

Sacrosancta synodus Constantiensis declarat, statuit & decernit, quod per quoscumq; actus nominationis, intitulationis, honoris, exhibitionis tam in sede, quam in aliis quibuscumq; dictis & factis, dicendis & fiendis in hoc sacro concilio, per quoscumq; prælatos, vel eorum, aut regum, principum, ac universitatum quorumcumq; nuncios, vel legatos, seu ipsis, aut de ipsis, vel eorú altero in eodem sacro concilio nullum jus, seu possessium de novo acquiratur, nulliusque præjudicium generetur, nulliusque jus quodcumq; in proprietate, vel possessione lædatur, & per præmissa; vel hujusmodi legatorum admissionem jus, vel titulum alicujus approbare minime intendit.

Litera regis Poloniæ.

Sacrosancto generali Constantiensi concilio in Spiritu sancto congregato Vladislaus Dei gratia rex Poloniæ, Lituaniæ princeps, & hæres Russiæ. Ea, quæ ad pacé sunt, & de felicibus universalis ecclesiæ successibus licet in domino gloriari, si mundialis machinæ conditor, regum rex, & dominus veteris, novaq; legis traditione bonum pacis adeo censuit cómendandum, ut eatenus filius suus princeps justo nomine nuncupantur vocabulo, qui tandé sedibus supernis postergatis, ad vallem nostræ fragilitatis descendens benigniter pacem protoplasti transgressoris dolenter amissam reduceret, quæ pax circa suæ saluberrimæ nativitatis exordia cócinentibus choris Angelicis de cęlis in terrá hominibus bonæ voluntatis misericorditer extitit destinata. Hanc demum ipse auctor pacis, amator charitatis verbo prædicans, exemplo docuit, dum de hoc mundo ad patrem unde venerat, transiturus, pacem suam, tanquam pignus optimú, fratribus legitur reliquisse, in suo testamento, in quo etiam pacificatus filius Dei æquiparatos beatificat & commendat. Nos præterea illo apice, qui nos de tenebris in admirabile lumen fidei vocavit catholicæ, sceptraque regni Poloniæ contulit mirifice sacris dietim edocemur elogiis pacé quæ in nobis est, habere cum hominibus signanter cum fidei domesticis, quos in domo domini sicut fratres in unú jucunde habitantes, de uno pane & calice participare nos decet expresse, quáto magis illos, qui turbis rerum secularium perfundatis se sua sponte rogare ea, quæ ad pacé legati sunt, convenit cum omnibus principibus catholicis in pacis dulcedine conversari. Inde est ut satore zizaniorum diabolo jam diu inter nos, nostrosq; adhærentes, & ordinem B. Mariæ domus Theutonicorum de Prussia occasione certarú terrarum, jurium & munimentorum, atrocium multiplici discordiarum lolio seminato, paceque pulsa in exiliú, non modica ex armorum guerrarumq; fremitu, ac bellorum dura frequentia emersere dispendia, quæ princeps Christianissimus pacis propagator, & custos Sigismundus Dei gratia rex Romanorum & Vngarię frater noster charissimus ad pacis cópendium satagés reducere, nosque cum parte adversa per treugas amicabiles ad pacem perpetuo duraturá cupiens ex animo componere. De fraterna igitur, & indubia, quá ad nos gerit fiducia merito sibi principe præclarissimo Carolo rege Francorum, & fratre etiam nostro multum charo certas treugas conceperit, de quibus vestra sancta paternitas prius extitit informata, ad quas suscipiendas servandasque vestra concio veneranda una cum eodem invictissimo fratre nostro rege Romanorum, *&c.* Nos scriptis & nunciis hortabatur, quæ quidem hortamenta præcepta nobis parabamus: Verum, patres recolendi, etsi Christus patri æterno pro pace fidelium factus obediens non dubitavit mortis diræ pati supplicium, Quis nisi mentis inops hoc .... ut nos a vestris, qui sedetis super thronos judicantes orbem salutaribus monitis ...... avertere, & bonum pacis, quo nihil inter mortalia nobilius, aufugere quovis modo debeamus: qui etiá non tantú treugas hujusmodi, verum quidem pacé nobis, ac regno nostro perpetuam irrefragabilem visceratis flagrantibus affectibus ipsas treugas pacis, sicuti conceptæ & prorogatæ sunt, non obstantibus quibuscumque nostris dispendiis, suscepimus fide inconcussa observandas. Nusquam enim credimus contra pacis

pácis quæcumque fœdera cuiquam bominum lrrogaſſe injuriam, ſicut nec de præſenti intendimus, nec volumus integritari fidei noſtræ in aliquo derogare. Cæterum, patres præſtantiſſimi, fidei veſtræ conſtantia muodo annunciatur univerſo ex eo, quia a vinea domini palmites peſtiferos, ſectas ſcilicet hæreticas ſcripturarũ ſarculo frequenter præcidentes in ignem mittitis. Veruntamen nos, qui decorem domini non tantum diligere, ſed etiam contra hoſtes fidei conſuevimus audacius militare, quantum nobis congruit, & fidei expedit catholicæ, pervigilem commiſimus fieri cuſtodiam, nec clam, ne palam, regnum noſtrum, cæteraq; dominia noſtra lupi rapaces ſub ovina diploide ſubintrantes tanquam ſerpentes peſtiferi callide tandem ad invicem colligati virus effundant mortiferum, oves quoque dominicas pſeudodogmatibus inficientes mortificent, & licet portæ regni noſtri talibus ſint vetitæ, nihilominus ſi quempiam talium ad dogmatizandum aliqua contra fidem orthodoxam, & ſanctorum Patrum decreta intrare fecerit importunum præſumptio, tales per eandem viam, ſed nec per aliam in ſuam revertentur regionem. Gaudeamus præterea in domino, quod ſicut fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filii ejus Ieſu Chriſti, ſic & vos gentes, quæ Deum ignorant, filios ſcilicet ſatanæ ad pura virginitatis lavacra fideliter convocatis; Datur enim nobis intelligi, & ſcribitur quomodo gentes dictam multitudinem verbis divinis allectam ad ſanctæ ſinum matris eccleſiæ aggregandam quemdam reverendum patrem de gremio dominorum S. R. E. cardinalium illuc Chriſto duce debere proficiſci, junctis ſibi reverendis patribus Leopolienſi archiepiſcopo & Bilvenſi, qui reductis ad fidem dictis fidelibus, quot forent neceſſe, tam cathedrales quam parochiales eccleſias, ac loca religioſa in nomine domini, & ſacri generalis Conſtantienſis auctoritate concilii erigant, erecta ædificari, plantarique faciant, plantata ſacrarum ſcripturarum doctrinis irrigent, & uſque ad ſalutis ac virtutum incrementa perducant, ad quos nos una cum inclyto principe fratre noſtro Alexandro, alias Vicaldo magno duce Lituaniæ tanquam ad optimam orthodoxæ fidei propaginem, quantum nobis deſurſum a patre luminum largitum fuerit in iis quæ ad fidem & exaltationem ſanctæ matris eccleſiæ dictarum gentium, & aliorum qualiumcumque ſedi apoſtolicæ rebellium quandocumque fuerint ſibi neceſſaria aut quomodolibet opportuna, non concurremus, niſi enim tot guerrarum impediti fuiſſemus anfractibus, jam duæ dictæ gentes, & aliæ de ritu Græcorum ad ſinum ſanctæ Romanæ eccleſiæ numeroſa multitudine convolaſſent. Mittite ergo, precamur humiliter, quos miſſuri eſtis in agrum domini operarios, ubi meſſis multa, operarii vero pauci, qui poſt meſſem colligator fide, ſpe, & charitate exultantes reportent manipulos, qui tandem dimiſſa mortalitatis palea, ad cœleſtem regni aream colligantur. Et hæc ad illius gloriam & honorem, qui ſuam illibatam ſponſam ſanctam matrem eccleſiam tanquam in vaſtitate hoſtili poſitam, tot annorum luſtris, proh dolor! conſtitutam ſciſſuram, quæ veſtris aſſiduis laboribus vult, ut ſperamus & oramus, his diebus ad decus priſtinum, integritatemque reducere, ſibique unice unicum indubitatum, & utinam, ut Aaron, vocatum & electum paſtorem, & animarum noſtrarum epiſcopum deſponſare, quem non ſine ingenti mentis jubilo expectamus, recommittentes veſtro digniſſimo, ac futuro ſummo pontifici nos, regnum, terras, cæteraque noſtra dominia, & ſignanter cathedralium, conventualiumque eccleſiarum prælatos & clericos, ſupplicantes humiliter, quatenus ipſorum abſentiam ob longa diſcrimina, ac alia quamplurima incommoda velitis noſtra contemplatione pro hac vice habere excuſatos, & ſignanter reverendum patrem dominum Albertum epiſcopum Cracovienſem, cujus præſentia propter ardua regni noſtri negotia commode carere non poſſumus. Licet & aliis prælatis regni noſtri, qui vobiſcum degunt, non ſine aliquali diſpendio tanto tempore caruimus, ſed tantum pro cauſa celebri & neceſſario opere univerſalis eccleſiæ patientiſſime ipſorum abſentiam ſuſtinemus. De aliis vero noſtris negotiis lator præſentium vir circumſpectus Petrus de VVolſam licentiatus in decretis, cantor eccleſiæ ſanctæ Mariæ VVillicenſis nobis dilectus veſtras reverendas paternitates ſuo tempore informabit. Datum in caſtro noſtro Chavennii die ſecunda Auguſti anno domini 1416.

Eadem die fuit lectu litera ſequens miſſu concilio per magiſtrum generalem ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum; cujus ſuperſcriptio eſt.

Reverendiſſimis in Chriſto patribus ſacroſanctum Conſtantienſe concilium agentibus dominis, & patribus meis metuendiſſimis.

Reverendiſſimi patres & domini metuendiſſimi, humillima ſemper recommendatione præmiſſa, cum filialis obedientiæ promptitudine ad ſingula veſtra arbitria & mandata. Dum nuper nobis reverendiſſimarum paternitatum veſtrarũ literæ fuiſſent præſentatæ, quas cum ea, qua decuit, reverentia ſuſcepimus, magnæ revera conſolationis ſpiritũ concepimus, cum ex earũ intellectu clara luce deprehendimus quanto zelo pater futuri principis pacis ſui ſpiritus * præclaro cordium veſtrorũ aciem extinguendo flammas litiũ, ut in cordibus ſuorum fidelium reaccendi poſſit ille fervor charitatis, qui pacem tribuit, concordiam nutrit, unitatem fovet, & quæque diſpenſationum diſturbia in perfectæ tranquillitatis quietudinem ſolus commutare didicit, miſericorditer aſpiravit, profecto nihil jucundius audire potuimus, quam tantum ex vobis, & nobis adeſſe Dei pietatem, ex qua ſemotis guerrarum fremitibus, quibus æmuli pacis procurandis verſutia in humanis, proh dolor! cladibus hæc miſera corruit Chriſtianitas, non immerito non ſperare poſſumus indubie nos adepturos perenniter cum fidei veſtræ domeſticis perdulce bonum pacis probatæ omnibuſque ſemper optavimus quod laborioſis ſudoribus, & anxiis cum ſuſpiriis, & ſumptibus ubique terrarum fuimus, nec invenire potuimus uſque modo ex eo potiſſime quod tantorum mediatorum, & orthodoxorum patrum interventu authentico ad omnia nobis cernimus providentia procurari. Cum igitur, patres præclariſſimi cordium noſtrorum ſic nos beatitudinis noſtræ obedientiæ cenſeat filios; quod exhortationum veſtrarum paterna charitas parendum nobis ſingulis veſtris monitis præceptum ingerat, nulliuſque hæſitationis vento circumferamur; quando in obſervatione treugarum inter ſereniſſimum principem dominum regem Poloniæ, & ſibi adhærenter, noſque & noſtrum ordinem nunc pendentem uſque ad tempus prorogationis earundem cum ſingulis veſtris ſubditis auctore domino accurata ſolicitudine, ut tenemur, faciemus quod præcipitis, exequemur firmiter, quod mandatis, dominationes veſtras ex intimis noſtris præcordiis ſimpliciter exhortantes, quatenus una cum ſummo pontifice & glorioſiſſimo principe, & D. D. Sigiſmundo Romanorũ rege, & domino noſtro gratioſiſſimo ipſius medio ad perficiendũ inter præfatum D. regem Poloniæ & noſtrum ordinem tantum pacis bonum, ut pro tuitione fidelium commiſſam nobis militiam contra fidei inimicos valeamus exercere, liberius illius vigilantiæ curas adhibere dignemini, quas paternitas veſtra beni-

gnas nobis in præfatis vestris literis gratiosius repromittit, hæc namque faciendo memoriam vestram pes cuncta sæcula ea benedictione fundabitis, quæ Deo, & suis fidelibus, quorum protectores adeo nos dilectos efficiet, quod mesito perinde spectare potesitis, post fluxum hujus vitæ momentaneæ, pacem & requiem beatorum. Datum in castro Marienberg decima die mensis Iulii anno domini 1416.

Vestrarum reverendissimarum dominationum humiles & devoti Michael Cachinester magister generalis conventus fratrum Ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum.

Litera universitatis Cracoviensis sacrosanctæ generali Constantiensi synodo ecclesiam militantem repræsentanti.

B *Sacrosancta generali Constantiensi synodo, patribus scilicet orthodoxis, ecclesiam repræsentanti militantem sua humilis, devotaque magistrorum, doctorum, cæterorumque scholarium Cracoviensis in regno Poloniæ universitas.*

Incœptum feliciter opus in agro domini consummare præceptis salutaribus excitamur, divinaque sacrorum canonum institutione attentius imbuimur, ut tuis veracissimis literarum apicibus, tuis etiam, cœtus faciatissime, jugiter recolendis sanctionibus non impas cultus, nec alia a quatuor euangeliorum voluminibus debeatur devotio, nec minus tuorum decretorum quam decalogi præceptorum mucro legis percellit transgressores. Hinc est, quod nuper de throno C vestrarum sedium certe veneratu digno, processerunt epistolæ ad serenissimũ principem, & dominum VVladislaum regem Poloniæ, cæterarumq; terrarum quamplurimarum hæredem, & dominum, ad amplectendum, tenendumque treugas pacis alias per principes invictissimos Sigismundum Romanorum, *&c.* & Carolum Franciæ reges, conceptas, ac hortantes; quæ cum quanta qualique devotione per ipsum dominum regem susceptæ fuere, testis idoneus latos ipsarum præsentium vir circumspectus dominus Petrus de VValstram licentiatus in decretis, cantor ecclesiæ sanctæ Mariæ VVislicensis, ac prædictæ nostræ universitatis membrum notabile vestras poterit paternitates reverendissimas clatius informare. Qui quidem D serenissimus tanquam princeps pacis, verusque miles orthodoxę fidei, & athleta obedientiam victimis quibuscumque anteponens, sedis apostolicę hortamenta quam plerumq; gravia fuissent, non rebellantes transiliit, quinimo patienter, reverenterq; suscepit, quanto plus vestris, qui nedum apostolicæ, verum quidem catholicæ justitię designatis ecclesiam, paratus, & non turbatus custodire mandata, & per omnia & in omnibus vestris obsecundare hortatibus quos in vim præcepti se suscepisse existimat, prout hoc ex suarum liquere poterit serie literarum. Nempe si ipse dominus rex per treugas pędictas tantillo tempore duraturas grato animo complectitur, quanto gratius, fervidiusque pacem sibi, & regno perpetuam per hoc evidenE tissime dignoscitur affectare? Revera non affectans ut pacem in diebus suis duntaxat habeat, sed ut regnum suum ad jura, statumque reducat, * pacatoque pacem omnem sensum exuperat feliciuś. Nos præterea, qui ex experientia rerum magistra luce clarius cognoscimus, legimusque, quod non nisi pacis tempore perfecte colitur pacis auctor, quodque guerrarum, bellisque frementibus mens disciplinis scholaticis dedicata non parumper a studio exulans elongat. Qua de re ea quæ ad pacem sont non tantum regis & regni jam dictorum sub quorum alis in umbra degimus, militamus quoque hilariter, verum etiam ad tranquillitatis universalis ecclesiæ .... sex jam peractis, proh dolor! deperdita accuratius

A flagitamus, videntes ipsam sponsam Christi Iesu unicam & virginem cupidus pollutisq; * concosdentium de ea manibus attrectari, ac ipsam ad instar tripolia atrociter dispertitam, quam tamen illo auspice, cujus res agitur, manuum vestrarum consilio, sollicitudineque pervigili speramus de proximo resarciri: quæ deniq; tanquam Petri navicula, in qua Iudas, pene nautę destituta patrociniis, ventis admodum turbata contrariis, & adeo ut nunquam in oculis hominum naufraga putaretur, hanc sub parentis almi præsidio vobis constantes remigantibus juxta portũ salutis appulsam lætantes audivimus, ubi anchora fidei profundata, scripturarumque divinarum .... alligata confractam, laceramque se vestris doctissimis exhibet ingeniis, nedum solertes, sed etiam necessario reformanB dam. Sane, patres conscripti, quamquam circa reformationem tot rerum difformium sic ut putamus altissimam inenarrabilem malorum status utriusque congerit perplexitas; nihilominus, Deo auctore, non indiscretit hujus reformationis jam apparent indicia, dum a capite enormites vulnerato tam ardua pro necessitate quæ incipit correctioni, qua ratione præambula ad membra consequenter livida, plenaque diversorum vitiorum ulterius dirigitur, dum scilicet de vinea domini ficu satua, & arbore malos fructus producente projecta ad sustentandos hæreseos palmites, & nequam propagines Ioannis VVicleff, Huss, & eorum damnatorum justissime securis posita est ad radicẽ, cæteri vero eorundem * fructuli, seu sectatores, C qui doctrinis ipsorum peregrinis & falsis usq; modo abducuntur, si fines inclyti regni Poloniæ tanquam vulpeculæ vineam domini demolituræ subintrare satagerent, non segnis apud nos, nec alites sicut & auctores ipsarum apud vos flammeas vestes suis dogmatibus ignitas exciperent aures ad præfati domini regis ac nostrorum cordium: intima .... devotio, destructis istis erroribus, & aliis universitatibus, universis etiam Dei secura, jugique gaudeat libertate. Eatenus, patres egregii, qui in virtute sanctæ Trinitatis vivificæ, cujus opera sunt indivisa, triplicem funiculum contendentium scilicet de papatu feliciter resolvistis, dissipare. Precamur de cætero colligationem impietatis, quibus tanquam funibus peccatoD rum circumplexa extitit, etiam solvite, fasciculos deprimentes & opprimentes sponsam Christi, ac ipsius libertatem, auferte ab ea opprobrium & contemptũ, quam tot annorum curriculis tam a clericis, quam laicis deprehenditis lacessitam, & qui ad horreum domini divinitus concurristis, discernite & cribrate lolium a tritico, semen scilicet pessimum simoniæ quo ad agrum inimicum hominem usque ad quaq; conspersum palpate, expurgate, demum vetus fermentum horrendæ ambitionis in clericis, qui olim ad curiam Romanam ad capessendum ecclesiasticum passum non tardius, quam negotiatores ad nundinas confluentes, pro eisdem durius, quam pro bravio conE tendebant. Nec hactenus forsitan in præsentia vestra verentur desistere a tumultu. Fiat etiam, obsecramus, nova conspersio in viris religiosis, sic vivere putantibus, quorum diversitas .... canonibus, & numerositas quorundam torpens otio a regularibus sanctorum Patrum disciplinis non parum degenerans faciem sponsæ Christi devenustat. Evellite de agro domini spinas avaritiæ & cupiditates, quæ clericos, nec minus laicos exoculant & * emercant. Succidite vepres lasciviæ, & germina acidiæ, quæ hortum ecclesiæ negligenter condensatum dedecorant. Eradicate & rursus urticas superbiæ, fastusque, ac tribulos injustitię in viris ecclesiasticis, sed per prius in principibus sacerdotũ, ut tantum purgato agro domini, ac quantum desuper pro nunc concessum fuerit, expedito, arbores

* contendentium

* f. surculi

* f. enecant

bores de novo fructiferæ, viri scilicet scientiarũ floribus redimiti, morum, virtutumq; suavitate redolentes replantentur, qui fructus honoris & honestatis, tanquá vitea fructiferæ in lateribus ecclesiæ fructificent. Circumdare præterea sepibus fortissimis vineã ecclesiæ sacrarum scripturarũ irrefragabilibus sententiis, quas nulli protum fas sit de cætero transilire. Reficite postremo turrim fortitudinis fidei scilicet Christianæ, quam a facie inimici collapsam respicitis, ipsam muro inexpugnabili sacrorum canonum vallantes; armis fulcite justitiæ, custodes, speculatoresque, magistros idoneos, cæterosque viros pervigiles in ipsa extollite, qui sicut lucerna super candelabrum ingredientes lucere queant verbo pariter, & exemplo. Hi sunt nempe, qui plerumque pastores dormitantes, torpidosque in somno desidiæ tubis scripturarum resuscitant, & ut ipsis, cæterisque quietem mentis quoque hilaritatem præparent, noctium frequentant excubias seipsos conturbantes. Quapropter, patres optimi, opus non tam dignum, quam necessarium in Dei ecclesia cognoscitur, ut defectus scholarum generalium ad status competentiam reducentes, viros doctos, & alios pauperes non immeritos velitis in visceribus attollere charitatis. Liquet enim, patres eximii, universitates studiorum in ecclesia Dei genitas esse fœcundissimas, ac mysticas, quæ filios hujus sæculi in filios lucis vicissim transformare non cessant. Hæ sunt quippe Marthæ matres sollicitæ, quæ circa frequens fidei ministerium satagentes turbantur erga plurima, quæ quidem singulos vestrum lacte scientiarum obducatos erigentes de pulvere, cum principibus, imo quosdam super capita principum collocarunt, dignum eatenus justumque ac ex præcepto decalogi institutum convincitur, in ipsos tanquam parentes, quibus non redditur æquivalens, multiplicitet honorem, ac pietatis compendia rependere, ne in filiorum opprobrium mendicare compellantur. Præterea Cracoviensem, quæ in sua novitate sicut novellæ olivarum in campo fidei audacter militans fructificat, velitis paternis complecti visceribus, ipsamque cum suis suppositis in agendis suo tempore gratiosius commendatam habere. Postremo, patres, & domini plurimum recolendi, qui tanquam cives & domestici Dei dare pacem gentibus, & liberare populum a diversis orbis climatibus feliciter his diebus advenistis, expedit, ut quantum Deo placuerit reunita, reformata, ut sponsa viro suo adornata sancta Dei ecclesia, quæ unius viri, quæ jam diu destituta pastore, ipsam uni viro, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo natus sit, in virtute sancti Spiritus concorditer desponsetis. Pro quo suppliciter intercedendum, orandumque putamus, ut sit pastor & pontifex ea hominibus assumptus, & pro hominibus constitutus, qui sit pudicus, pius, humilis, prudẽs, sobrius, castus & quietus, legi subjectus, * serenissimus, non dubius, arduus, rectus, egregiusq; plenus spiritu & sapientia, sacrarum scripturarum gnarus, & expertus, largus, non avarus, simoniam, * hæsitatamque fœditatem exhorrens, qui prava in directa, & aspera in vias planas faciens, in unico ovili unus pastor gregem suum custodiat, pastoris boni Iesu Christi scilicet sectando vestigia, ovesq; pascuæ suæ ad futuram, quam quærimus, perducat Hierusalem, vosque pro tantis laboribus indefessis abundanter remuneret in futura patria beatorum. Datum Cracoviæ in collegio illustrissimi principis regis VVladislai ta. die mensis Augusti anno domini 1416.

* sincerissimus

* f. usitatam

Procuratorium reg.s, & reginæ Neapolis.

In nomine domini, Amen. Anno a nativitate ipsius MCCCCXVI. die vigesima mensis Aprilis, no-

A na indictione, apostolica sede vacante. Pateat universis præsens procuratorium, & scriptum publicum tam præsentibus, quam futuris, quod dicta die accersito me Pascale Regii de Camplo apostolica auctoritate notario, & testibus infra nominatis ad præsentiam inclytorum & serenissimorum principum domini Iacobi Dei gratia Vngariæ, Ierusalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Bulgariæque regis, marchiæ Castriensis, Provinciæ, & Folquequerii, ac Pedemontii comitis, ac Ioannæ eadem gratia præfatorum regnorum reginæ inclitæ conjugum in castro novo Neapolis, & in quadam ipsius castri camera superiori serenissimorum dominorum, præfati domini rex Ia-

B cobus, & regina Ioanna secunda, confisi, ut asseruerunt, ab experto de fide, prudentia, sollicitudine, & legalitate infrascriptorum, videlicet reverendi in Christo patris fratris Laurentii ordinis sancti Augustini in sacra theologia magistri electi Aversani, & magnificorum virorum Ioannis de sancto Pergeto domini de Dapineto alias marscalli militis, Christiani Caraculi de Neapoli sancti Clirici, domini Berterami de sancto Amico Gallici, & Andreæ Martiæ de Calabria Selliæ domini juris civilis professoris, ipsarum majestatum consiliariorum, eosdem electum Aversanum, Ioannem, Christianum, Berteramum, & Andream pari voto, consensu & unanimi voluntate coram me prædicto notario, & testibus infrascriptis

C elegerunt, ordinaverunt, & constituerunt ipsorum constituentium veros & legitimos procuratores, oratores, actores, factores, subscriptorum negotiorum gestores, ac certos & indubitatos nuncios speciales, & quocumque alio nomine melius de jure censeri, & nuncupari possunt, & debent, præsentes, & onus præsentis procurationis in se sponte suscipientes; ita quod major pars ex eis libere exequi valeat omnia infrascripta, ac se pro ipsorum constituentium domini regis & reginæ nomine, & pro parte personaliter conferentium ad præsentiam sacrosanctæ & orthodoxæ synodi, seu sacrosancti concilii Constantiensis seu sanctissimi in Christo patris, & domini domini futuri summi pontificis, & collegii reveren-

D dissimorum patrum dominorum cardinalium ad civitatem Constantiensem, & alio quocumque ubi eos contigerit commorari, ac fuerit opportunum & eidem sacro concilio, seu dicto sanctissimo domino summo pontifici, & collegio dominorum cardinalium ipsos dominos regem Iacobum & reginam Ioannam tanquam humiles, & reverentes filios, & vassallos sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ devote & humiliter recommendandum, & recommissos faciendum, optimamque intentionem, & sinceram dispositionem, ac voluntatem, quas habent erga præfatam sacrosanctam Romanam matrem ecclesiam, dictumque sanctosanctum concilium, & præfatum sanctissimum dominum summum pontificem

E circa ejus statum, fidelitatem obedientiam, gloriam & honorem, necnon erga præfatum collegium dominorum cardinalium, & eorum statum narrandum, & pariter declarandum, & liberalem & promptissimum offerendum eos dominos regem, & reginam ad omnia, & singula quæcumque concernentia fidelitatem, & statum, exaltationem, gloriam, & honorem dictę sanctę matris ecclesię, & futuri summi pontificis, pręfatique sacri concilii, & collegii dominorum cardinalium prędictorum; & generaliter & specialiter omnia, & singula in pręmissis ac quolibet pręmissorum, ac dependentium, emergentium incidentium, & connexorum ex eisdem agendum, gerendum, & procurandum faciendumque quæ quilibet veri, & indubitati procuratores, oratores,

actores, negotiorum gestores, ac certi nuncii speciales omnia ad prædicta potestate suffulti facere possunt & debent, prout ipsi constituentes facerent, & facere deberent & possent, si præmissis omnibus personaliter interessent, etiamsi talia forent, quæ mandarum exigerent magis speciale. Dantes & concedentes & expressius committentes constituentes præfati eisdem procuratoribus, & oratoribus, & dicta majori parti ipsorum coram me notario, & testibus infrascriptis in præmissis, & quolibet præmissorum, & dependentibus, emergentibus & connexis ex eisdem totaliter & plenarie vices suas promittentes. Et nihilominus præfati constituentes coram me prædicto notario & præfatis infrascriptis nominatis testibus, & sub verbo, & fide regalium firmiter pollicentes habere ratum, gratum, & firmum, ac observare, & observari facere mandari totaliter, & cum effectu omne totum, & quicquid per eosdem procuratores, & oratores prædictos seu dictam majorem partem ipsorum in præmissis, & quolibet præmissorum pro parte constituentium eorundem actum, gestum, procuratum & factum fuerit, ac etiam procuratum sub hypotheca, obligatione omnium bonorum suorum feudalium, & burgensaticorum, & aliorum quorumcumque eorundem constituentium. B

Actum in dicta civitate Neapoli anno, die, indictione prædictis, præsentibus reverendo in Christo patre domino Mello archiepiscopo* Consansiano, & magnificis dominis, nobilibusque viris dominis Iordano Fermerti cancellario regni Siciliæ, domino Francisco Zvulo comite Montisaoni logotheta & protonorario dicti regni, domino Frederico de Brofortis Vigiliarum, domino Gregorio de Almania Poltini comitibus, domino Christiano de Claramonte Gallico, domino Francisco de Richardis de Orthona milite, & notario Angelico de Capua regio & reginali secretario, aliisque quamplutibus testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. C

* Coseatino

Et ego supradictus Paschalis publicus, ut supra auctoritate apostolica notarius, qui hujusmodi ordinationi, & constitutioni, cæterisque præmissis dum sic agerentur & fierent pro notario publico rogatus intersui, eaque omnia sic ut præmittitur, ona cum prænominatis testibus fieri vidi & audivi, idcirco præsens publicum instrumentum ad requisitionem dictorum constituentium pro certitudine & cautela quorumcumque interest & poterit interesse, manu mea propria scripsi, ac signo meo consueto signavi in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum. D

Iacobus, & Ioanna secunda Dei gratia Vngariæ, Ierusalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Commaniæ, Bulgariæque rea, & regina, marchiæ Castrensis, atque Provinciæ, & Folqualquerii, ac Pedemontis comites universis, & singulis præsentes literas inspecturis notum facimus per easdem, quod nos confisi de fide, prudentia, circumspectione, sollicitudine, & legalitate prudentis & circumspecti viri Rodulphi de Vereto Gallici secretarii familiaris, & fidelis nostri dilecti præsentialiter Constantiæ commorantis, in rebus magnis, & arduis comprobati per experientiam rerum magistram, eundem Rodulphum numero & consortio infrascriptorum oratorum nostrorum per nos Constantiam transmissorum, videlicet reverendi in Christo patris Laurentii de Neapoli ordinis sancti Augustini sacræ theologiæ magistri electi Aversani, & magnificorum ac nobilium virorum Ioannis de sancto Prageto Gallici militis domini de * Spinaco alias marescalli, Christiani Caraculi de Neapoli d. sancti E

* Dapiocto seu Apiaco

A cleri, Bertrandi de sancto Amico Gallici, & Andreæ Mathiæ de Calabria filiæ domini juris civilis professoris nostrorum consiliariorum, & fidelium dilectorum tenore præsentium de certa nostra scientia adjungimus, & etiam aggregamus ad agendum, exequendum, exponendum, & faciendum una cum eisdem oratoribus nostris ea, quæ eisdem oratoribus nostris commisimus, habiturus vocem & potestatem in prædictis tanquam omnes ea eumeto oratorum ipsorum per nos eis, ut prædicitur, aggregatus: Mandantes præterea præfatis nostris oratoribus, quatenus eundem Rodulphum ad dictum oratoriæ officium, in eorum consortio recipere & admittere debeant atque velint. In cujus rei testimonium præsentes litteras fieri, & magno nostro pendente sigillo jussimus communiri. Datum in castro novo Neapolis per virum magnificum Iordanum Formerii de Lamoniaco dominum de Villera juris civilis professorem, cancellarium regni nostri Siciliæ, collateralem, consiliarium, & fidelem nostrum dilectum anno domini MCCCCXVI. die decima tertia mensis Iulii, nona indictione, regnorum nostrorum prædictorum regis anno primo, nostræ vero reginæ anno secundo.

De mandato regis, & reginæ, Angelicus.

Littera credentiæ regis & reginæ Neapoleos.

Sacrosanctæ synodo generali Constantiensi post debitam recommendationem. Certa commisimus reverendo in Christo patri fratri Laurentio de Neapoli ordinis sancti Augustini, sacræ theologiæ magistro, electo Aversano, ac magnificis & nobilibus viris Petro de sancto* Prieteto domino de Apniaco alias marescallo Gallico militi, Christiano Caraxulo de Neapoli domino sancti cleri, Bertrando de sancto Antonio Gallico, & Andreæ Mathiæ de Calabria Callis juris civilis professori consiliario, & fidelibus nostris dilectis per eos S. V. R. oreteous referenda, quibus relatibus tanquam nostris propriis fidem indubiam dignemini adhibere. Altissimus ad perfectam consummationem sacrosanctæ universalis ecclesiæ ab omnibus veris Christicolis randiu exoptatæ, ad quam tanto tempore indefinenter veto animo vocastis, vos pervenire dignetur. Datum in castro nostro novo Neapolis sub nostro annulo secreto, die quarta mensis Aprilis nonæ indictionis.

* Prageto

Sacrosanctæ Romanæ, ac universalis ecclesiæ humiles & reverentes filii Iacobus, & Ioanna secunda, Dei gratia rex, & regina Vngariæ.

**** Congregatio generalis.*

Die Sabbati decima nona mensis Septembris prædicta, Constantiæ in ecclesia majori prædicta, mane hora tertiarum, vel quasi, in loco sessionis fuit facta congregatio generalis totius concilii pro danda audientia venerabili viro domino Lamberto de Stipite decretorum doctori priori prioratus monasterii de Bertreaa ordinis Cluniacensis diœcesis Leodiensis, & Petro de Trillia archidiacono Albiensi ambasiatoribus & nunciis ipsius concilii versus Aragonum, Hispaniæ, Navarræ regnorum, necnon Armeniaci, & Fuxi comitatuum partes destinatis. Præsentibus ibidem reverendis in Christo patribus, & dominis, dominis Ioanne Ostiensi, Angelo Prenestino, episcopis & cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Antonio Aquilegiensi, Ioanne Ragusino, Gabriele Senensi, Almano Pisano, Angelo Veronensi, Petro Cameracensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Gulielmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro de

Fuxi, Amedeo Salutiarum, Reynaudo de Brancaciis, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconis S. R. E. cardinalibus. Idem dominus Lambertus de Stipite, & Petrus de Tullia nuncii prædicti ascenderunt ambonem, super quo relationes hujusmodi fieri solent, & per os ipsius Lamberti retulerunt gesta, & facta per eos nomine concilii sacrosancti Constantiensis in Aragoniæ, Hispaniæ, & Navarræ regnis, & antequam fecerint relationem venientes ad punctum, sive introitum eorum regni Navarræ, produxerunt instrumentum subtractionis factæ per regem, & regnicolas regni Navarræ Petro de Luna.

Item instrumentum confirmationis concordatorum in Narbona per eundem regem Navarræ sigillatum, & subscriptum per eundem regem.

Item præsentaverunt litteras credentiæ ejusdem regis directas concilio, quæ fuerunt ibidem alta, & intelligibili voce lectæ, quarum tenores inferius continentur. Quibus lectis commutavit processum, & narravit singula proposita regi, & reginæ, & reginalibus qui erant de consilio regis prædicti, & responsa reportata ab eis; concludendo, quod idem rex Navarræ cum suo regno obtulit se ad omnem viam æquam, & justam, volens adhærere concilio Constantiensi.

Subsequenter retulerunt, quod venerunt ad regem Castellæ, & reginam, ubi steterunt per quatuor dies antequam potuerint habere audientiam, & quarta die habita exposuerunt ambasiatam eorum dictis regi, & reginæ, qua ambasiata exposita retulerunt responsum tunc ab eis obtentum, & pro confirmatione prædictorum præsentaverunt ibidem litteras, videlicet instrumentum præsentationis litterarum convocatoriarum concilii Constantiensis: quæ litteræ convocatoriæ, ut retulerunt, fuerunt ipsi regi Castellæ præsentatæ per unum nuncium regis Aragonum. Quibus litteris lectis, fuerunt lectæ litteræ regis Castellæ.

Item litteras convocatorias comitis Fuxi, quas dixit similis tenoris esse cum rege Navarræ.

Item fuit lecta littera una prioris Vallis oleti missa concilio Constantiensi. Quarum litterarum sic, ut præmittitur, missarum, & instrumentorum de quibus supra fit mentio, tenores sequuntur, quarum tenores aliqui in prioribus descripti apud registrum præsentis Constantiensis concilii ponuntur.

Postremo his factis, & completis, ascendit eundem ambonem venerabilis vir dominus Ioannes Vsk præpositus Quinqueecclesiensis & legebat unam statutum, sive commissionem alias, ut asseruit, concordatam per singulas nationes continentem declarationem factam per concilium super processibus excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententiarum in dominus Henrici & Guesti fratrum ducum Brunsvicensium, & Ludovici Langraviorum Hassiæ. Qua schedula lecta fuit per reverendum patrem dominum episcopum Firmanum, patriarcham Constantinopolitanum, Nicolaum Merseburgensem, & Patrinum Cortagenum nomine quatuor nationum ipsum concilium repræsentantium approbata. Super quibus relationibus, litterarum exhibitionibus, lectionibus, & approbationibus venerabilis & circumspectus vir dominus Augustinus de Lantis de Pisis nomine ducum Bavariæ, & Brunsvicensis, ac Langraviorum Hassiæ, Ioannes vero de Scribanis promotor concilii petierunt, & quilibet eorum petiit pro parte sua unum, vel plura publicum & publica, de præmissis sibi fieri instrumentum & instrumenta ad dictamen cujuslibet sapientis. Præsentibus ibidem prælibatis reverendissimis patribus, dominis S. R. E. cardinalibus, ac Romanorum, Francorum, Vngariæ, Angliæ, Cypri, Neapolitanorum, Poloniæ, Norvegiæ, Siciliæ, & Daciæ regum ac diversorum principum, ducum, baronum, marchionum, archiepiscoporum, abbatum, & communitatum, ac universitatum studiorum ambasiatoribus; testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Tenores vero dictorum productorum & lectorum, quorum tenores in aliis sessionibus non sunt inserti, sequuntur tales.

Substractio regis Aragonum obedientiæ facta Petro de Luna.

Nos Ferdinandus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, comes Barchinunæ, dux Athenarum, & Neopatriæ, ac comes Russilionis, & Ceretaniæ. Per terrenum regnum sæpe cæleste proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra pacem agunt ecclesiæ, rigore principum terreantur. Hinc est, quod actæ pacis ecclesiasticæ, aut solutæ, nec immerito a sæculi regibus ille rationem exigit, qui eorum putavit ipsam credendam ecclesiam pietati. Illud quippe felix imperium cujus divisa in partes ecclesia legibus redit in unum, & licet ab adolescentia naturaliter nobis ad pacem sanctæ matris ecclesiæ insitus fuit amor, postquam apicem regiæ dignitatis, altissimo disponente, attigimus, tanto ad illam ferventius nostra crevit affectio, quanto nos divinis humanisque legibus ad Christiani populi procurandam concordiam dignitate jam dicta reputamus astrictos; Nec fuit nostrum desiderium hujusmodi solius voluntatis contentum finibus, quinimo non cessavit in actum indefessis laboribus prosilire. Et ut multa sileamus, quibus pro desiderato fine consequendo secretis operam sollicitam quam dedimus, & nonnulla etiam alia publica taceamus, illud tamen quamvis notissimum silentio nunc tradere nolumus, quod pro celebrandis gestis inter sanctissimum dominum papam, &c. ut supra.

Subtractio obedientiæ regis Navarræ Petro de Luna.

Carolus Dei gratia rex Navarræ, duxque Nemorensis. Vniversis Christi fidelibus tam præsentibus, quam futuris. Notum facimus universis per præsentes, quod nos benigno, pio, filialique animo ecclesiæ sacrosanctæ hic nimium desolatæ iciie causam cogitavimus, ut noster hic labor animo tam sincero suscipiatur, quam integra meiue compertus est, cumque vigilantissimo mentis intuitu pestem hanc schismaticam in Dei ecclesia firmissimis, (proh dolor) radicibus crescere cerneremus; justissimo mœrore, acerbissimoque dolore vehementer, ac diutius angebamur, itaut nos ferventissima charitate flagrantes impulsi simus eidem manus præbere libentius adjutrices, salubri consultatione cleri acquiescendo, viamque opportunam provenire cupientes, qua sequeretur unio desideratissima, sublato funditus schismate, inventaque practica electissima, fore per omnes videlicet contendentes in papatu huic verbo; cedo, beatissimi darent locum, cum domino Benedicto super hoc multifarie, multisque modis pro viribus laboravimus, ut inde, teste Deo, pax tranquilla, & unio suę universali ecclesię redderetur, primo ad sacrum concilium Constantiense oratores nostros, & demum solemnem, & majorem ambasiatam nostram ad eundem dominum Benedictum destinandu. Qui quidem in villa Perpiniani, & alibi cum illustrissimis, carissimisque consanguineis no-

ſtris

stris regibus Romanorum, & Vngariæ, &c. & Aragonum, & certis dominis prælatis ab his, qui congregati fuerant in præfato sacro concilio destinatis, & quampluribus ambasiatoribus regum Franciæ, Angliæ, ac ceterurum aliorum Christianitatis principum, ex parte nostra per publicas schedulas eundem dominum Benedictum bumiliter requisierunt, ut attento quod dominus Angelus Gregorius, & dominus Balthassar alias Ioannes in eorum obedientiis nuncupati, post ipsius Ioannis condignam suis demeritis dejectionem, pure & simpliciter cessernnt omni jori, si quod eis forsan competebat in papatu, eratque ideo impium suspicari quod præfatus dominus Benedictus [illegible] tot promissionibus, juramentis, & pollicitationibus ad prosequendum unionem sanctæ matris ecclesiæ per viam resignationis, illam omnibus aliis præferendo astrinxerat, prout universo fere notum est orbi. Qui quidem dominus Benedictus, ut sæpius asseruit, adversarium suum ut convenirent in unum ad mancipandum effective quæ de cessione facienda promiserant, toties agitavit, quod per eum non stabat, quominus veniretur ad actum, aliter mente gereret, quam humanis auribus ejus verba sonarent, & ut omnis tolleretur dissentiendi materia, prout tenebatur, & tenetur de necessitate salutis, jure divino pariter & humano vellet cedere papatui, & ipso minime concedente, imo verius ab eadem cessione multiplici fugiente, seu nullo congruo dato responso, desertoque totaliter dictæ sanctæ unionis negotio, a præfata villa Perpiniani recessit, & post recessum ejus dicti oratores nostri requisierunt, eorum supplicatione pluries iterata, quatenus pro tam bono optato ad eorum, totiusque Christianitatis vocem dictæ cessioni daret operam effectivam, & juri suo, si quod prætenderet, habere in papatu, renunciare pure & libere dignaretur, prout tenebatur & debebat in suo . . . . . . ram considerata pace ecclesiæ habetur. Quibus quidem supplicationibus & requisitionibus supradictis aures suas nullatenus voluit aperire, videntesque veram spem, laboresque nostros, nec non totius universitatis fidelium sua pertinacia frustrari, invocato Christi nomine salubri super iis prædictorum regum, aliorumque ambasiatorum justo consilio, attento quod in concilio Constantiensi totus fere populus Christianus, qui sub obedientiis memoratorum Ioannis & Gregorii præsens erat, tam per principes & eorum ambasiatores solemnes quam etiam per prælatos, & alios quamplures nobiles viros congregatus existit, cum sincera, & singulari affectione obediendi summo pontifici quem universalis ecclesia sibi canonice præficiendum decreverit, prælati nostri ambasiatores deliberaverunt una cum rege Aragonum, & aliis nunciis, seu oratoribus regum & principum obedientiæ dicti domini Benedicti, & etiam omnes prælati, & alii ecclesiastici viri, qui ad concilium generale consueverunt vocari, ad jam dictam civitatem Constantiensem ire intra certum terminum tenerentur, ad tractandum una cum ibidem congregatis, & congregandis super electione unici atque indubitati pastoris ecclesiæ orthodoxæ facienda divina gratia providente, prout in certis super hoc capitulis inter serenissimum regem Romanorum consanguineum nostrum prædilectum, & ambasiatores memorati concilii, & diversos alios prælatos ante eos ex parte una, & præfatos nostros ambasiatores, & oratores nec non alios reges, & principes supradictos obedientiæ dicti domini Benedicti, seu eorum ambasiatores ex altera, concordatis, & firmatis dignoscitur contineri. Considerantes prædicta tam facta, & tam

A citius catholicæ fidei intentio observanda ad optatum non possit pervenire effectum, nisi reges & principes & eorumdem subditi obedientiam subtrahant dicto domino Benedicto. Eapropter nos Deum tantummodo præ oculis habentes, ac ecclesiæ suæ integrationem debitam efficacius procurare volentes, ac conservare sinceram voluntatem quam semper gessimus devote erga ecclesiam catholicam sacrosanctam, ejus incommodis, scandalis, & periculis obviando, & ad prædictam unionem citius valeamus, & facilius pervenire; habito super hoc deliberato consilio, & maturo cum tribus statibus nostri regni, ob hanc causam de mandato nostro, & in nostra præsenti villa Sillensi convocatis, & personaliter congregatis, attendentes fore sanius atque salubrius ab obedientia prædicta recedere, quam B prosequi, de consilio, assensu, & consensu prædictorum statuum, videlicet prælatorum, comitum, vicecomitum, baronum, procerum, militum, civium, aliorumque subditorum nostrorum, die præsenti eidem domino Benedicto pro regno subditisque nostris in ditione nostra ubilibet constitutis subtractionem obedientiæ, quam nos longe pro nostra persona fecimus fieri, fecimus per præsentes dictam subtractionem per totum regnum nostrum populis nostræ ditioni subjectis publicari, mandantes & plenius observari præcipientesque eisdem, & inhibentes ne de cætero dicto domino Benedicto tanquam papæ obedire, aut in aliquo parere audeant, seu præsumant, nec ejus bullas, aut alias quascumque literas suas, seu officialium suorum ordinario- C rum aut delegatorum, collectorum, seu subcollectorum intra ditionem nostram præsentatas aut collectoribus seu subcollectoribus prædictis, seu quibusvis aliis personis de fructibus, redditibus, seu proventibus ad cameram apostolicam quomodocumque spectantibus respondere, præterquam illos, quos nos ad hoc duximus deputandos; cum nostræ intentionis existat illos, iis duntaxat exceptis, quos in prosecutione unionis ecclesiæ expendere oportebit, unico, & ab universali ecclesia recepto summo pontifici, per fideles personas integraliter reservare. Injungentes nihilominus & etiam ordinantes, quod omnes, & singuli qui beneficia ecclesiastica in regno, aut terris ditioni, aut dominio nostro subjectis obtinent, cujuscumque conditionis, aut status existant, etiamsi cardinalatus, aut D pontificali dignitate refulgeant, in suis ecclesiis aut beneficiis resideant, nullusque eorum præfatum dominum Benedictum, aut ejus curiam sequi præsumat quovis modo commorari; alioquin per illos, quos ad colligendos fructus cameræ apostolicæ duximus, ut præfertur, deputandos omnes & singulos redditus beneficiorum quæ obtinent, præcipimus arrestari, donec super hoc aliud duxerimus ordinandum. Etiam districtius inhibentes universis & singulis subditis nostris tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, etiamsi pontificali præfulgeant dignitate, vel quovis alio titulo, vel nomine censeantur, E nihil contra tenorem præsentium aliquid attentare, seu in aliquo contravenire præsumant, si pœnas graves cupiunt evadere. Mandamusque demum omnibus & singulis merinis, submerinis, justiciis juratis, ballivis, & aliis officialibus nostris quatenus servato tenore hujusmodi, prout ad eorum quemlibet pertinebit, quoscumque deprehenderint, aut noverint aliquatenus contravenire, sub competenti custodia teneri faciant, nosque super iis consultare non differant facturi deinde prout a nobis receperint in mandatis. In quorum omnium, & singulorum præmissorum testimonium sigillum impendi jussimus

jussimus præsentibus apponeudum,& per notarium publicum infrascriptum transcribendum & signandum. Acta fuerunt hęc Stellæ, die decima seata mensis Iulii anno a nativitate domini M CCCCXVI. præsentibus notabilibus viris & dominis Gaufredo de Navarra comite Cortensi, domino Ioanne de Carauz vicecomite de Vaygium, domino Petro de Glano, & domino Bertrando de la Tarra procetibus domino Ioanne de Liedena legum doctore, & pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Sancius de Croinde prædicti domini nostri regis secretarius in ejus majori curia & toto regno Navarræ auctoritate regia notarius publicus, & juratus, qui præmissis omnibus, & singulis dum sic, ut præfertur, per dominum nostrum regem agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque sic fieri, dici, mandari, & prohiberi vidi, & audivi, & in notam recepi, & exinde de mandato præfati domini regis præsens publicum instrumentum cum quodam interlineo, quod est supra vigesimam quintam lineam, ubi legitur, pro nostra persona, fideliter confeci, manuque propria scripsi, signoque meo solito signavi in testimonium præmissorum.

Substractio comitis Fuxi.

Ioannes Dei gratia Comes Fuxi. Universis Christi fidelibus tam præsentibus, quam futuris, notum facimus per præsentes, quod nos benigno filialique animo ecclesiæ sacrosanctæ, heu! nimium desolatæ, scire causam cogitavimus, prout & nunc diligentius cogitamus, ut noster hic labor animo tam sincero suscipiatur, quam integra mente, si promptus est, cum vigilantissimo mentis intuitu pestem hanc schismaticam in Dei ecclesia firmissimis proh dolor! radicibus crescere cerneremus, justissimo mœrore, acerbissimoque dolore vehementer, & diutius angebamur, ita ut nos ferventissima charitate flagrantes impulsi fuimus eidem manus præbere adjutrices, salobri * consolationi cleri acquiescendo, viamque opportunam invenire cupientes qua sequeretur unio desideratissima, sublato funditus schismate, inventaque practica electissima fere per omnes, videlicet ut contendentes in papatu huic verbo, Cedo, beatissimum darent locum, cum domino Benedicto super hoc multifarie, multisque modis pro viribus laborantes, ut inde, teste Deo, pax tranquilla, & suæ universali ecclesiæ redderetur, primo ad sacrum concilium Constantiense oratores nostros, & demum nos in propria persona, & postea solemnem, & majorem ambasiatam nostram ad eundem dominum Benedictum destinando. Qui quidem in villa Perpiniani, & alibi una cum illustrissimis principibus, & meritissimis dominis regibus Romanorum & Aragonum, & cæteris dominis prælatis ab his, qui congregati fuerant in præfato sacro concilio destinatis, & quamplurimis ambasiatoribus regum Franciæ & Angliæ, ac cæterorum aliorum Christianitatis principum, ea parte nostra per publicas schedulas eundem dominum Benedictum humiliter requisiverunt, ut attento quod dominus Angelus, alias Gregorius, & dominus Baltasar, alias Ioannes, *&c.* prout in supradicta regis Navarræ.

* consultationi

In quorum omnium, & singulorum præmissorum testimonium sigillum nostrum impendens jussimus præsentibus apponendum, & per notarium publicum infrascriptum conscribendum, & signandum. Acta fuerunt Orthesii die tertia Augusti anno domini MCCCCXVI. Præsentibus magnificis & potentibus viris dominis Arcambaldo de Fuxo, domino de Noualiis, & Matthæo de Fuxo germanis militibus, Arnaldo de Albano canonico Cloranensi bacallario in decretis consiliario, & Ioanne de Garsio secretariis nostris.

Et ego Menaualdus de Nosio clericus diœcesis Constantiensis secretarius prædicti domini comitis, notariusque publicus generalis in omnibus terris, & ditionibus ejusdem domini comitis ad mandatum ejusdem domini comitis me hic subscripsi, & signum meum apposui.

Sequitur decretum suspensionis sententiarum, & processuum in diversis obedientiis.

Sacrosancta synodus Constantiensis, *&c.* ut utræque olim dominorum obedientiæ per gratiam Dei simul, ac unite in pace concordari, & sincera charitate, sine cujus radice fructus bonus non surgit, vivere valeant, & confoveri, omnes & singulos processus, sententias, & censuras ecclesiasticas per quoscumque judices, commissarios, executores ab olim dicto Ioanne, & aliis quibuscumq; deputatis ad quorumcumque instantiam contra quoscumque, qui auctoritate dicti olim Gregorii mediate, vel immediate quæcumque, seu qualiacumque beneficia ecclesiastica in & sub illustrium principum dilectorum ecclesiæ filiorum dominorum Ludovici comitis Palatini Rheni, *&c.* ac Ioannis Stephani Rheni, & Othonis Germaniorum suorum Bavariæ ducum & Henrici & VVilhelmi ducum Brunsvicensium & Luneborgensium, ac Hermanni, & Ludovici Langraviorum Hassiæ dominus assecuti sunt; occasione hujusmodi beneficiorum emissas, latas, & fulminatas, & eorum effectum, & omnia & singula ea eis secuta tandiu, donec per eandem synodum, vel futurum summum pontificem, ubi, quando, & in quibus locis realis obedientiæ dicti olim Gregorii dici fuisse debeat, declarari contigerit, suspendit & relaxat, ac quascumque causas inter quoscumque super hujusmodi beneficiis coram quibuscumque & in quocumque statu pendentes usque ad dictam declarationem etiam simili modo suspendit realiter, & cum effectu. Inhibens omnibus & singulis, etiam quacumque præfulgeant dignitate, ne contra suspensionem, & relaxationem hujusmodi aliquid attentare præsumant. Ac decernens ea nunc irritum, & inane si quid contra præmissa a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

**** Sessio de unione ambasiatorum Aragonum. Vide sess. XXII. pag. 192. C.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Noverint universi, & singuli, tam pręsentes, quam futuri, quod anno a nativitate domini MCCCCXVI. Indictione nona, die vero Iovis quinta decima mensis Octobris, hora seata post mediam noctem in ecclesia majori Constantiensi provinciæ Moguntinæ fuit sessio sacrosanctæ synodi solemniter & devote tenta, & celebrata pro unione sanctæ matris ecclesiæ, & pro extirpatione horrendi, pestiferique schismatis inveterati, & aliorum peragendorum pro unione & concordia totius populi Christiani. In qua sessione acta fuerunt quæ sequuntur.

In primis egregii & honorabiles viri domini Ægidius Martini, & Valaseus Petri legum famosi doctores, ambasiatores & nuncii serenissimi principis domini regis Portugalliæ & Algarbii quasdam protestationes fecerunt, & de facto protestati fuerunt, prout in quadam papyri schedula quam

unus de præfatis ambasiatoribus præfati domini Portugalliæ regis de verbo ad verbum alta & intelligibili voce perlegit, plenius continetur, cujus quidem schedulæ tenor de verbo ad verbum sequitur talis.

Protestatio Portugallensium.

Quia licet potestas sæcularis subjiciatur, & succumbat spirituali, & ecclesiasticæ casualiter, regulariter tamen una distincta est ab alia, nec altera illarum, quod spectat ad alteram usurpare habet, nec suam falcem mittere, quia utraque a Deo omnium creatore, & singulorum directore constituta est, una, ut spiritualibus, & spiritualiter, alia vero ut corporalibus rebus & temporaliter præsit, & propter distincta sunt omnia per reges & regna, quæ per Christianos a Deo dominatore totius universi cognoscuntur, & civiliter commisit regi gladium executionis ad vindictam malorum, & protectionem bonorum, in quo includitur protectio catholicorum, & ecclesiæ sanctæ Dei. Et inde scripsit apostolus quod obediendum est regi tanquam præcellenti & a Deo misso, propter quod honor cuilibet regi debetur a toto universo, qui sibi exolvendus est juxta auctoritatem sacram dicentem, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Ex quibus apparet, quod honor debitus cuilibet regi est pars suæ coronæ, suique dominii, & regiminis, sive administrationis, quam remittere non potest sine injuria, & honorificentiæ diminutione aliorum regum, regnique sui, & regnicolarum suorum. Descendendo igitur ad speciem appellativam ad prædicta. Dudum emanarunt litteræ apostolicæ a papa tunc in sede Petri sedente, quarum tenore convocabatur, & convocatum fuit generale concilium ad civitatem Constantiensem Maguntinæ provinciæ, ad quod fuerunt convocati, & invitati omnes reges, prælati, & principes, ac quicumque alii ad generale concilium convocari & invitari consueti, & specialiter ad tria in eisdem litteris expressa, videlicet ad extirpationem schismatis, & ecclesiæ unionem, hæresumque, reformationem status ecclesiastici in capite, & in membris; ratione quarum materiarum non solum expressi in eisdem litteris intelliguntur convocati, sed etiam omnes catholici, & fideles Christiani propter materias, & causas convocationis, quæ omnes & singulos fideles Christianos, & catholicos tangunt, & ab eis veniunt approbando determinatione, aut consensu. Deducto igitur ad notitiam serenissimi principis regis Portugalliæ & Algarbii, quod mandatum apostolicum hujusmodi emanasset, & propterea vocatus & invitatus ad veniendum, aut mittendum ad generale concilium formam dicti mandati, licet justa & rationabili causa potuisset se excusare, cum vacavit in exercitu, & congressu contra inimicos fidei, contra quos dextera sibi assistente, prævaluit, & civitatem * Cepta nuncupatam in eorum territoriis obtinuerit, qui est portus ad suscipiendum Catholicos, cum declinaverint ibi ad invadendum inimicos Crucifixi; tamen cupiens, & desiderans particeps tanti boni, sicut illa tria, propter quæ convocatum est generale concilium, per hoc declarando mentem suam, quod suffragium, auxilium, & favorem, in quibus ecclesiæ sanctæ Dei, totique populo Christiano habet suffragari, consiliari, & auxilium dare, non vult, nec intendit derogare, hujusmodi justis, & rationabilibus excusationibus noluit, nec vult uti: quinimo suos ambasiatores duos barones, & milites, & duos doctores ad ipsum concilium misit, & destinavit cum sufficienti mandato ad consentiendum & peragendum juxta materias subjectas, & incumbentes, qui in generali congregatione proposuerunt, admissique fuerunt & informati, quod concilium distinctum esset per nationes, & quod concludenda in concilio, primo in nationibus deliberarentur, quia nulli erant de natione Hispanica, qui adhuc incepissent se congregare per modum nationis ad deliberanda, concludenda, & decernenda per concilium, & in sessione publica, etiam invitati per quamplures & diversos oriundos de regnis, & natione Hispanica, voluerunt incipere nationem juxta modum & formam aliarum nationum, prout, & quemadmodum de jure, & ratione ad ipsos spectabat. Sed requisiti, & exhortati pro parte nationum aliarum, videlicet Italicæ, Gallicanæ, Germanicæ & Anglicanæ, & per deputatos earundem, ut dissimulare vellent, & supersedere causa deferendi gratiose, & amicabiliter ambasiatoribus regis Aragoniæ serenissimi de proximo tunc venturorum, & ut per hoc allicerentur ad se uniendum cum aliis nationibus & cum eis facerent concilium generale ad bonum unionis ecclesiæ universalis, & non percipientes aliquem dolum latere in his, sicut nec forte latebat, annuerunt libenter propter tantum bonum quod affectat, & appetit rex serenissimus Portugalliæ dominus eorum, qui eos ad hoc misit, & etiam destinavit. Sed postquam applicuerunt Constantiam ambasiatores prædicti, & serenissimi regis Aragonum propter aliud quod gratiose annuerunt antedicti ambasiatores regis Portugalliæ serenissimi, incœpit eis esse onerosum, & diminutivum juris & honoris regalis celsitudinis regis Portugalliæ, & inde secutum est, quod ambasiatores serenissimi regis Aragonum, qui juxta capitula concordata in Narbona inter Romanorum regem invictissimum, & ambasiatores, sive nuncios missos per generale concilium Constantiense ex una, & serenissimum regem Aragonum partibus ex altera, statim, quod denotat semotionem temporis intervalli, debuisset obedientia sua venire cum obedientia faciendo generale concilium, & cum ea unum generale, & universale concilium fecisse, & deinde procedere ad ulteriora juxta tenorem dictorum capitulorum in Narbona concordatorum; Tamen intervenientibus quibusdam plus sapere volentibus, quam expediebat, & ad alios fines, quam sint illi, propter quod fuerit generale concilium convocatum, prout satis intellexerunt & intelligunt præfati ambasiatores serenissimi regis Portugalliæ, & per media exquisita, loco & tempore specificanda per eosdem ambasiatores, distulerunt hoc facere fere per mensem cum dimidio tempore tractatum est quod peterent, antequam unirentur, sibi concedi, quod ipsi ambasiatores præfati serenissimi regis Aragonum, qui in numero sunt sex, quorum tres sunt ecclesiastici, alii vero sæculares, & laici, utrique viri maximæ nobilitatis, prudentiæque, litteraturæ, & gravitatis a concilio, & per concilium, ut in natione Hispanica constituenda voces eorum essent tantæ virtutis, & auctoritatis quantæ essent voces omnium prælatorum & singulorum de clero vocari consuetorum ad generale concilium, regnorum, terrarum, & dominiorum, quæ habet, & possidet ipse rex Aragonum serenissimus citra mare, & ultra mare, sive insulis, qui hoc petierunt, & per nationes certas obtinuerunt deputari etiam nomine collegii dominorum cardinalium etiam per modum pacti, & se faciunt audiri, quod per consensum nationum, & dicti collegii in sessione publica, & generali concilio obtinebunt hæc sibi concedi, & auctorizari. In quibus, & per quæ quamplurimum præfatus rex Portugalliæ serenissimus, jusque suæ coronæ,

* Septa ad fretum Herculeum in Africa.

coronæ, suique regni atque honor læditur, & justitia offenditur & etiam opprimitur, & non solum ipse, sed etiam rex, & regnum castellæ, & etiam Navarræ, sed dicitur quod cum illis dictis ambasiatoribus dicti regis Aragonum serenissimi bene se concordabunt, & sic tota læsio retorquetur, remanetque, & residet in injuriam & detrimentum dicti regis Portugalliæ serenissimi, regnique sui; ac suorum; ex eo quod præsupposita concordia inter prædictos dominos reges serenissimos, & ambasiatores eorum, videlicet Castellæ, & Navarræ, & dicti regis Aragonum, sive non erit, & est in potestate, & beneplacito ambasiatorum præfati regis Aragonum serenissimi concludere, & facere concludi secundum præfatam conclusionem, quod placebit eis in natione Hispanica, secundum morem hactenus observatum in nationibus prædictis, in quibus concluditur super positis in deliberatione, & pluralitate votorum, per hoc interveniendo observantiam antiquam generalium conciliorum, in quibus processum est, & semper per capita, & voces, & sic pro nihilo habebuntur, & habentur serenissimus rex Portugalliæ prædictus, regnumque suum, & prælati, ac illi de clero regnorum, & dominiorum suorum, & ambasiatores sui in hoc sacro concilio, & per hoc subjici viderentur tacite, & per quandam consequentiam rex ipse, regnumque suum, & regnicolæ, clerusque, & populus ac dominia sua regi Aragonum; qui tamen rex Portugalliæ tenet regna sua, terras & dominia sua libere, & libera sine recognoscendo a quocumque alio vivente in terris, nisi a Deo solo rectore suo maxime in temporalibus, quemadmodum & cæteri reges Hispaniarum, prout dicunt, & recitant historiæ, gloriosique doctores, quorum regum Hispaniarum ipse est unus, qui non potest, nec etiam debet facere, & cui nunquam fecit novitatem, nec fieri permisit in regnis suis, nec dominiis, domusque sua Portugalliæ admisit ecclesiæ Romanæ, & sedis apostolicæ provisionem, de qua grandi non immerito fecit mentionem, quam alii reges, & principes dicuntur eam facere non potuisse, nec per consequens hoc sacrum concilium, in quo præsunt, dominantur, & concludunt prælati & personæ ecclesiasticæ, nec detrahere, nec diminuere in tantum honori suo, & juri regnorum suorum. Et quia ultra prædicta absorbentur totaliter voces, & vota prælatorum & aliorum de clero regnorum, & dominiorum suorum catholicorum, & qui in obedientia ecclesię Romanæ semper perstiterunt, per fictas voces illorum, de quibus scitur, quod non venirent ad hoc sacrum concilium generale, sed in schismate perseverarent ne opinioni ambasiatorum dicti regis Aragonum adhæreant, opprimiturque justitia & veritas, quia prælati, & illi de clero regnorum Trinacriæ, Corsicæ, &c. qui sunt in dominio regis Aragonum; & aliorum dominiorum suorum in insulis positorum, qui veraciter sunt alterius nationis, includuntur in dicta concessione, ut inde possit in dicta Hispanica natione residuum superare, & ad beneplacitum, & voluntatem dictorum ambasiatorum concludere, quod aliter non posset. Unde Spiritus sanctus suo sancto dictamine per tales fictiones, aut fallacias non influit gratiam suam, nec videtur adesse, sed potius abesse, nec talia dictare, quæ tamen sine tanto turbine offensaque justitiæ, & veritatis poterant melius [illegible], & ordinari, prout petierunt dicti ambasiatores, videlicet quod ipsi cum dominus suis, & serenissimo rege Navarræ, ac dominiis suis facerent unam nationem. Idcirco nos Ægidius Martini; & Valasus Petri legum doctores ambasiatores & nuncii serenissimi regis Portugalliæ, & Algarbii, non valentes hoc sine dissimulatione pertransire, dubitantes non immerito aliter quamplurimum reprehendi, in absentia præfatorum baronum, & militum, quorum sumus collegæ absentium de præsenti causa visitandi invictissimum regem Romanorum, ad quem iverunt; protestamur in his scriptis, prædictam concessionem vocum prælatorum dicti regni Aragoniæ, ac terrarum eidem subjectarum factam prædictis ambasiatoribus esse nullam ipso jure, & minime debere obtinere roboris firmitatem.

Protestamur etiam in his scriptis sæpe, & sæpius; & instanter, ac instantissime, quod quicquid fuerit ordinatum, dispositum, & concordatum deinceps post hujusmodi protestationem per tales voces sic contra jus, & justitiam concessas, sit nullum, irritum, & inane, & etiam quicquid ex hujusmodi vocibus, & aliis quibuscumque hujus concilii; & aliorum prælatorum quorumcumque cujuscumque conditionis, status, dignitatis aut præeminentiæ processerit, sit etiam nullum, nullum faciat ex eisdem damnum, detrimentum, seu præjudicium serenissimo domino nostro regi, nec regnis suis, nec etiam prælatis, & beneficiatis, aut quibuscumque personis, & terris, nec eidem domino nostro subjectis, quodque nullam habeant, nec habere debeant executionem, nec obedientiam in regnis, terris aut dominiis præfati domini nostri regis, nisi quatenus, & in quibus dominus noster rex certificatus, & informatus prius de mea pręsenti protestatione, voluerit, sibique videbitur, & placuerit; nec etiam faciat præjudicium aliis beneficiaris hic existentibus prædictorum regnorum, cum ad eos spectat de jure, ut supradictum est, habere prædictas voces; & non alios nomine prælatorum absentium, & non consentientium pręfato concilio, imo expresse contradicentium.

Et de hac protestatione, ac protestationibus per nos ambasiatores pręnominatos facta, & factis cum tenore hujus schedulæ petimus a vobis dominis apostolicę sedis protonotariis & notariis hic pręsentibus, & quolibet vestrum unum, duo, ac plura, & quot expedierint instrumenta, & specialiter a vobis Martino Luppi notario ad perpetuam rei memoriam, & testimonium pręmissorum.

Quibus peractis, ut pręfertur, in finem, & effectum ut omnia, & singula agenda in concilio cum tranquillitate & concordia perpendi possint; de mandato concilii, & synodi prædictæ ascenderunt ambonem, in quo literæ, decreta, & actus dictæ synodi legi, & publicari solent, reverendissimi in Christo patres & domini, domini Ioannes patriarcha Antiochenus, & Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis; Qui quidem archiepiscopus legit alta, & intelligibili voce schedulam hujusmodi tenoris.

Sequitur decretum locumtenentis ambasiatorum regis Aragonum.

*** Vide sup. sessionem XXII. pag. 192. C. & pro *locutione* quę vox occurrit in excusis, repone *Locumtenentis* ex hoc nostrò MS. codice.

Ad eamdem sessionem spectantia.

Qua scedula, ut præfertur, lecta, reverendissimi in Christo patres domini Franciscus Aretinensis episcopus pro natione Italica, Ioannes patriarcha Constantinopolitanus pro natione Gallicana, Nicolaus

episcopus Merseburgensis, salvis protestationibus alias factis, pro natione Germanica, Patricius Carthagenensis pro natione Anglicana, ac etiam reverendissimus pater dominus Ioãnes episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius pro sacro collegio cardinalium, responderunt. Placet.

Post quæ, protestatione facta per egregium legum doctorem D. Ardecinum de Novaria advocatum consistorialem, cujus protestationis tenor in quadam papyri scedula quam idem Ardecinus in suis manibus tenebat, describitur, & cujus scedulæ protestationem hujusmodi continentis tenor de verbo ad verbum inferius describitur; præfatique ambasiatores serenissimi principis domini Francorum regis surrexerunt, & ad aliam partem, videlicet ad locum immediate post ambasiatores serenissimi principis domini regis Angliæ accesserunt, ibidemque sederunt, semper in suis protestationibus persistendo, prout in dicta scedula per dictum Ardecinum tradita, de qua superius fit mentio, continetur; cujus quidem scedulæ tenor sequitur in hæc verba.

Protestatio ambasiatorum regis Iacobi, & Ioanna Regina.

Reverendissimi patres & domini. Audito & plenius intellecto hoc decreto præsentis sacrosanctæ synodi Constantiensis in hoc sacro concilio præsentialiter lecto, & divulgato, cujus tenor per omnia talis est, Sacrosancta synodus, ambasiatores prædictorum serenissimorum principum regis Iacobi & reginæ Ioannæ conjugum, ut retro sedentes in hoc loco immediate post spectabiles ambasiatores serenissimi regis Francorum, qui locus eisdem competit, nomine & pro parte prædictorum dominorum suorum regis Iacobi & reginæ Ioannæ, absentibus ambasiatoribus serenissimi regis Castellæ, obsequentes præfato decreto hujus sacri concilii, in quantum eis forte contrarium est, consensum præstare, cum super hoc a dictis eorum dominis serenissimis rege & reginã mandatum non habeant, nec eidem decreto valentes contraire, tanquam obedientiæ filii, & pro bono sanctæ unionis, Deo dante perficiendæ, a prædicto eorum loco & sessione recedunt; & vadunt ad secundum locum eis deputatum immediate post prædictos spectabiles ambasiatores serenissimi regis Angliæ juxta seriem decreti prædicti, qui locus eisdem debetur & competit, advenientibus dictis ambasiatoribus regis Castellæ, protestatione præmissa quod per hunc discessum a dicto eorum loco, & accessum ad prædictum locum immediate post ipsos DD. ambasiatores regis Angliæ accessionem & moram ibidem fiendam per ipsos DD. ambasiatores serenissimi regis Iacobi, & reginæ Ioannæ nullum præjudicium generetur præfatis serenissimis regi, & reginæ, aut prædicto eorum regno Siciliæ, aut prædictis eorum ambasiatoribus in possessione seu quasi dicti loci, nec per eos aut quoscumque alios actus factos, vel fiendos jus aliquod seu possessio alicui, seu aliquibus acquiratur. Cum enim non differant, vel dimittant animo perdendi ipsius possessionem seu quasi, in qua ..... in corpore & in animo insistunt, & intendunt insistere in futurum, sed ab eo ea vice duntaxat se transferunt, & ad prædictum alium locum ut præfertur, deputatum accedunt, ex ipsis gratia & tolerantia pro hac vice duntaxat concessa, de quibus supra fit mentio, pro bono unionis prædictæ, Deo auspice, consequendæ, juxta continentiam decreti prædicti, quodque etiam nullum præjudicium generetur eisdem regi & reginæ, aut prædicto eorum regno, aut dictis eorum ambasiatoribus in sessionibus, processionibus, vocibus, loquelis, & aliis actibus quibuscumque factis & fiendis tam in hoc sacro concilio præsenti, quam futuro, quam etiam in Romana curia, aut in alio loco, vel aliis locis quibuscumque, & petunt instanter & instantissime tam de præfato decreto, quam de præfatis protestationibus a vobis dominis protonotariis & aliis personis publicis in hac sacrosancta synodo & congregatione præsentibus, & a vestrum quolibet unum, duo & tria publica instrumenta cum interclusione præsentium eis interfieri, & in debita & solenni forma vallata eis tradi idem continentia in effectu, & de iis & maxima de prædicto decreto & præfata sancta synodo bullas hujus sacri concilii eis concedi ad prædictorum serenissimorum dominorum suorum regis & reginæ dicti qui eorum regni Siciliæ, & ipsorum ambasiatorum certitudinem, & cautelam, ad futurorum perpetuam memoriam, de quibus protestationibus, & petitionibus non recedunt per quemcumque actum huic forte contrarium, adversum, vel diversum, nisi expresse renuntiarent eisdem.

Postea vero supervenerunt illustrissimus princeps D. Reymondus Floch comes Cardonæ, magnæ religionis ac scientiæ vir, Fr. Antonius Taxal sacræ theologiæ professor generalis ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, nobilis & potens vir D. Raymundus Xatinar miles, nobilis vir Sperans in Deu Cardona juris peritus, ac venerabiles, & egregii viri domini Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michael de Navers utriusque juris doctores, oratores, procuratores, ambasiatores, & consiliarii illustrissimi principis D. regis Aragonum & ascenderunt ambonem prædictum, & antequam aliquid dicerent, seu proponerent, venerabilis & circumspectus vir magister Ioannes Campani præfati serenissimi regis Francorum procurator quasdam protestationes fecit, & realiter protestatus fuit, ut in quadam papyri scedula continetur, quam de verbo ad verbum alta & intelligibili voce legit, ut sequitur.

Protestatio pro rege Francorum.

Cum legati serenissimi & Christianissimi Francorum regis, qui ad tollendum difficultatem, & contentionem quandam inter quosdam aliorum serenissimorum regum legatos super assignandis sedibus, & locis legatis serenissimi regis Aragonum ad hoc sacrum concilium destinatis ad uniendum eundem D. regem Aragonum cum eodem concilio, ne prætextu difficultatis hujusmodi dicta fienda unio dicti D. regis Aragonum, quod ipsi una cum prædictis legatis præfati D. regis Francorum alternate sedeant pro ista vice, & in isto concilio, & loco Constantiæ duntaxat; protestantur quod talis concessio, & alternata sessio prædicta serenissimo Francorum regi, aut suo juri, suisque legatis & honori prærogativæ sedis in conciliis generalibus non præjudicet nec per hoc præfato D. regi Aragonum, aut suis legatis jus ibidem alternate sedandi cum legatis regis Franciæ acquiratur, sed reputetur dicta concessio de speciali gratia in favorem unionis, & pro ista vice, ut præfertur, duntaxat, & hanc protestationem petunt per hoc sacrum concilium, & per legatos ejusdem domini Aragonum admitti.

Qua schedula proxime descripta, ut præfertur, per magistrum Ioannem Campani, egregius & venerandæ circumspectionis vir magister Guillelmus Pulchrinepotis sacræ theologiæ professor, ambasiatorque una cum aliis spectabilibus, magnificis, & egregiis viri præfati serenissimi principis D. Francorum regis, & ambasiatores pro interesse prædicti

Francorum

Francorum regis, & juris sui, ac suo & dictorum ambasiatorum suorum oomine petiir, & instanter requisivit, quod prædicta protestatin per dictum magistrum Ioannem Campani procuratorem facta & lecta, ut superius describitur, per sacrosanctam synodum Constantiensem, ac prædictos dominos ambasiatores illustrissimi domini regis Aragonum supradicti admittatur, eamque admitti per eosdem requisivit.

Qua requisita per prædictum magistrum Guillelmum Pulcrinepotis, ut præfertur, facta, prædicti domini ambasiatores dicti domini Alphonsi regis Aragonum libenter admiserunt, & in signum hujusmodi admissionis responderunt, Protestationem vestram admittimus. Et etiam dicta sancta synodus dictam protestationem benigne admisit, & in signum hujusmodi admissionis, supradicti DD. cardinalis Ostiensis, patriarcha Constantinopolitanus, Franciscus Aretinensis, Nicolaus Merseburgensis, & Patricius Cartagenensis episcopi, nominibus quibus supra, responderunt, Placet. De qua quidem protestatione, & ejus admissione idem magister Ioannes Campsni procurator, & prædictus magister Guillelmus Pulcrinepotis, ambasiarores D. regis Francorum, & suis nominibus, & eorum quilibet petierunt, & instanter requisierunt sibi & cuilibet ipsorum fieri & confici unum & plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, per RR. PP. dominos sedis apostolicæ protonorarios, ac sacri concilii notarios, & eorum quemliber, & si expediens fuerit, & eis videbitur opportunum, quod de præmissa protestatione & etiam admissione ejus fiant literæ opportunæ sub bulla dicti sacri concilii, sive dictæ sacrosanctæ synodi ad æternam rei memoriam. Et similiter protestati fuerunt & requisierunt prædicti DD. procuratores, & ambasiatores illustrissimi domini Alphonsi regis supradicti.

Postea prædictus reverendissimus magister Antonius Taxal.

Tertio, quod præfati de obedieotia dicti domini Benedicti papæ XIII. sic per ejus obedientiam, ut præfertur, vocati, venientibus ad Constantiam statim fiat unio eorundem ad dictum concilium Constantiense, ut suprs in capitulis contioetur.

Quibus sic, ut præfertur, peractis, dicti domini oratores & procurarores dicti domioi regis Aragonum responderunt per organum dicti domini Antooii Taxal, dicentes; Nos oratores & procuratores prædicti dicto nomine unimus nos vobis juxta tenorem capituli antedicti. Et incontinenti præfati DD. prælati, & cæteri ibidem congregati dixerunt & responderunt per organom prædicti domini archiepiscopi Mediolanensis, ut sequitur.

Nos miseratione divina episcopi, presbyteri, diaconi cardinales, patrisrchæ, archiepiscopi, prælati, & cæteri hic congregati supradictam unionem vestram acceptamus, & e converso nos vobis procuratoribus dicto nomine juxta ejusdem capituli tenorem unimus. Et tunc DD. cardinsles, prælati, cæterique suppositi synodi memoratæ dixerunt submissa voce, In oomioe Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et vice versa per dictos ambasiarores regis Aragonum.

Super quibus fuerunt petita per magistrum Henricum de Piro, & Ioannem de Scribaois promotores synodi unum vel plura, publicum vel publica instrumenta, necnon per eosdem procuratores & oratores regis Aragonum hinc inde ad perpetuam memoriam.

Et oibilominus ad instantiam D. Antonii generalis nomine ambasiatorum prædictorum, & requisitionem, domini Aretinus pro natione Italica, Ioannes patriarcha Constantinopolitanus pro Gallicana, Nicolaus Merseburgensis pro Germanica, Patricius Cortagenensis pro Anglicana nationibus responderunt, Placet; Necnon Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis pro collegio cardinalium similiter, Placet.

Quibus sic, ut præfertur, peractis, prædicti DD. ambasiarores illustrissimi principis domini Alphonsi regis Aragonum supradicti descenderunt de ambone, & iverunt in scamno, ubi sedebant DD. ambasiatores serenissimi D. regis Franciæ, & interpositi fuerunt ioter eosdem in hunc modum. Primo enim sedebat in primo loco egregius & famosus vir dominus Ioannes de Gersono cancellarius ecclesiæ Parisiensis sacræ Theologiæ professos ambasiator prædicti D. Francorum regis, & post ipsum sedebat illustrissimus princeps dominus Raymundus Floch comes Cardonæ ambasiator prædicti Aragonum regis, & subsequenter venersbilis & egregius vir D. Iordanus Martini ejusdem sacræ Theologiæ professor, Francorum. Subsequenter post ipsum magnæ religionis & auctoritatis vir frater Antonius Taxal sacræ Theologiæ magister generalis beatæ Mariæ de Mercede, Aragonum, & venerabilis & magnæ circumspectionis vir magister Guillelmus Pulcrinepotis sacræ Theologiæ professor, Francorum. Et post, nobilis vir Raymundus Xatinlar miles, Aragonum. Et subsequenter magnæ religionis & scientiæ vir dominus Petrus de Vercellis prior prioratus de Calvo-monte ordinis sancti Benedicti Parisiensis diœcesis sacræ Theologiæ professor, Francorum. Et post egregius & magnæ circumspectionis, & prudentiæ vir Spetans-in-Deo Cardona jurisperitus, Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michael de Navers utriusque juris doctores, Aragonum, regum ambasiatores sedentes ordinate, prout immediate describitur.

Quibus sic ordinate peractis, & in bona concordia & pace completis, reverendissimi, reverendique patres & domini S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, cæterique prælati cappas ecclesiasticas, sive pluvialia loduerunt, & mitras capitibus imposuerunt, ut est moris; & revereudissimus in Christo pater D. Ioannes episcopus Ostiensis S.R.E. cardinalis & vicecancellarius in eadem sessione præsidens existens in pluviali, & mitre pretiosa ornatus, ut est moris, associatus diacono & subdiacono & multis aliis in habitibus, ut est fieri consuetum, diaconus dixit alta voce cantando, Orate. Et hoc per disconum dicto, omnes flexis genibus per aliquod intervallum temporis oraverunt. Qua oratione facta, D. præsidens, & cæteri omnes surrexerunt, & dictus D. Ioannes cardinalis Ostiensis præsidens dixit cantando, ot est fieri consuetum, orationem sequentem.

*Adsumus domine sancte Spiritus, adsumus quidem immanitate detenti, sed io nomine tuo specisliter congregati, Veni ad nos, & esto oobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, & doce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostēde quid efficere debeamus, ut te auxiliante, tibi complacere valeamus. Esto solus suggestor & effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre & ejus Pilio nomen possides gloriosū, non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summam diligis æquitatem, ne in sinistrum nos ignorantia trahat, nō favor inflectat, non acceptio muneris, vel personæ corrumpat: sed nos junge tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, ut simus in te uoum, & io nullo deviemus a vero, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus commoderare pietatem justitia, ut hic in nullo a te dissentiat sententia nostra,

* Ita MS. codex qui nonnulla desunt.

in futuro pro bono gesto consequamur præmia sempiterna. Amen.

Qua oratione facta, cantores,& capellani inceperunt antiphonam, Exaudi nos domine,quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem, &c. Salvum,&c. Gloria Patri,&c. Postea diaconus dixit alta voce, Orate. Quo dicto omnes flexis genibus orarunt, & post modicam orationem diaconus dixit, Oremus. Mentibus nostris quæsumus domine Spiritum sanctum infunde, quatenus in nomine tuo collecti,sic in cunctis teneamus cum moderatione pietatis justitiam, ut hic a te in nullo dissentiat voluntas nostra, sed semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, exequamur in factis. Per dominum, &c.

Postea diaconus & subdiaconus supra altare inceperunt litaniam, quam cum adjutorio cantorum, & aliorum astantium usque ad locum, ut domum apostolicam, &c. Et cum adventum est ad illum locum, dictus dominus præsidens, qui cum aliis flexis genibus stabat,surrexit, & cantando dixit, vertendo se ad congregationem, & dando benedictionem, Ut hanc sanctam synodum, & omnes gradus ecclesiasticos servare digneris. Et rursum responsum per astantes qualibet vice, Te rogamus audi nos. Et postmodum completa fuit litania. Qua completa, prædictus dominus præsidens dixit orationem. Da quæsumus ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut sancto Spiritu congregata hostili nullatenus incursione turbetur. Per dominum, &c.

Et iis completis, diaconus, iocensis duobus cereis, dixit supra pulpitum euangelium illud: *In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Hoc est præceptum*, &c. Quo euangelio lecto, prædictus D. cardinalis præsidens incepit alta voce, Veni Creator Spiritus & sibi astantes impleverunt versus, & alii dixerunt alium, & sic alternis vicibus usque ad complementum hymni. Quo hymno finito,dixerunt duo astantes episcopi D. præsidenti in superpelliciis, Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.Responsum per astantes. Et renovabis faciem terræ. Postea prædictus D. præsidens dixit,Oremus,Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione,&c. Postmodum duo ex astantibus D. præsidenti videlicet diaconus & subdiaconus dixerunt, Benedicamus domino. Responsum per astantes, Deo gratias.

Quibus solemnitatibus, devotionibus & orationibus finitis ut supra præfati domini Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, & Antonius Taxal generalis beatæ Mariæ de Mercede ambasiatores prædicti ascenderunt ambonem,& idem archiepiscopus Mediolanensis legit & publicavit in dicto ambone de mandato sancti concilii alta & intelligibili voce nonnulla statuta, decreta & capitula sub his verbis .... concessio votorum ambasiatoribus regis Aragonum.

Et attento quod dicitur in dicto xi. capitulo ibi, Et quod in prædicta sessione dicta sancta synodus facit, concedit, statuit,& ordinat in omnibus,& per omnia, prout in dicto xi. capitulo continetur. Quibus,ut superius, describuntur, tam solemniter lectis & peractis reverendissimi reverendique in Christo patres & domini, DD.S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi,& alii prælati,doctoresque magistri, ac etiam regum, principum, prælatorum, universitatum studiorum, capitulorum, conventuum,communitatum,& aliorum absentium ambasiatores, nuncii, oratores, & procuratores, ac cæteri nobiles viri, & alii in dicto concilio, ac sessione prædicta existentes expresse & specialiter juraverunt, videlicet DD. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, A episcopi & prælati more prælatorum manum dexteram ad pectus ponendo, & regum ac principum, & universitatum, & diversorum aliorum ambasiatores, nuncii & procuratores super sancta Dei euangelia eorum manibus corporaliter tacta, multitudo aliorum ibi existentium, cum pressura esset magna propter nimiam multitudinem ibidem intereffentium, & quilibet eorum levavit manus, verius altare jurando & promittendo, ut singulares pro se,& etiam pro aliis, tanquam ad hoc sufficienti potestate fulciti prout in dicto xi. capitulo describitur,& etiam continetur.

Iuramenta autem prædicta nomine dicti concilii, & aliorum interesse potest & poterit in futurum, de ipsius sacri concilii mandato requisierunt & receperunt reverendi patres DD. Iacobus Rodini a parte dextera, in qua sedent episcopi & presbyteri cardinales, & Thomas Polton sanctæ sedis protonotarius a parte sinistra, in qua sedent diaconi cardinales.

B

Quibus juramentis, ut præfertur, præstitis, prædictus dominus archiepiscopus Mediolanensis de mandato ipsius sancti concilii legit quandam scedulam tenoris sequentis.

Et prædicta omnia, & singula intelligantur, & locum habeant semper, attento tenore omnium & singulorum capitulorum in Narbona concordatorum, quibus, & eorum cuilibet dicta synodus stare intendit, nec ab eis, vel eorum aliquo in toto, vel in parte recedere.

C Qua scedula lecta, reverendi in Christo patres DD. Franciscus episcopus Aretinensis pro natione Italica, Ioannes patriarcha Constantinopolitanus pro natione Gallicana, Nicolaus Merseburgensis pro Germanica, Patricius Carthagenensis pro Anglicana, ac etiam reverendissimus in Christo pater D. Ioannes episcopus Ostiensis. S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius, tunc in dicta synodo præsidens pro collegio DD. cardinalium, responderunt quilibet eorum, Placet.

Qua responsione per verbum,Placet,per prædictos dominos ut immediate scribitur, facta, venerabilis & magnæ circumspectionis vir D. Antonius Taxal prædictus ambasiator ascendit ambonem, & in ipso D ambone alta & intelligibili voce respondendo prædictis lectis per D. archiepiscopum Mediolanensem, legit quandam scedulam, cujus tenor sequitur de verbo ad verbum talis.

Scedula acceptationis.

De quibus omnibus & singulis superius descriptis, & post dictam unionem factam, lectis, approbatis, juratis, responsionibus, & aliis qualitercumque dictis & factis, prædicti venerabiles & circumspecti viri magister Henricus de Piro de Colonia licentiatus in decretis, & Ioannes de Scribanis de Placentia procuratores & promotores dicti sacri concilii Constantiensis petierunt & requisierunt instanter instantissime fieri & confici per RR. PP. DD, sanctæ sedis E apostolicæ protonotarios & notarios publicos ad conscribenda acta dicti sacri concilii deputatos, & ordinatos, & eorum quilibet unum & plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Et prædicti DD. ambasiatores serenissimi principis domini Alphonsi regis Aragonum, &c. Et per organum dicti magistri Antonii Taxal consimiliter petierunt & requisierunt eis fieri unum & plura,publicum & publica,instrumentum & instrumenta per quos supra, & eorum quemlibet pro prædicti eorum domini, regnorumque & terrarum suarum, ac etiam pro suo, & cujuslibet ipsorum interesse & cautela ad perpetuam rei memoriam.

Quibus,

Quibus, ut superius seriatim describuntur, solenniter & devote peractis, prædictus venerabilis, egregiusque vir magister Antonius Taxal multum eleganter cum solenni, & officiabili alloquio ad laudem & honorem dicti sacri concilii, & ad commendationem prædicti regis Alphonsi necnon reginæ Aragonum matris prædicti regis solennem collationem fecit, pro cujus assumpto accepit verba sacri euangelii, Rex tuus venit, scripta Matthæi 21. cap.

Qua collatione, ut præfertur, facta, idem reverendus magister D. Taxal descendit de dicto ambone, & ivit ad dictum locum suum, & reverendissimus in Christo pater D. Franciscus SS. Cosmæ & Damiani sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ diaconus cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus ascendit dictum ambonem, & nomine dicti concilii respondendo eidem domino Antonio Taxal fecit unam brevem collationem in alto, claroque & profundo stylo, dicendo: Exultemus omnes in domino Deo nostro: & mirabiliter deduxit exultationem, quam habere debemus, cum pacem ecclesiæ Dei propinquare videamus; pro qua pace subjunxit: Pax Christi exultet in cordibus nostris, in qua vocati estis, nunc vero in uno corpore. Ad Colossenses 3. capite, Et cum brevi sermone multum commendasset verba præassumpta, deduxit. Post cujus quidem collationem & deductionem, omnes inceperunt cantare hymnum, Te Deum laudamus, cum pulsatione campanarum. Quo hymno totaliter decantato, & dicta oratione per prædictum D. Ioannem Ostiensem, &c. Cantores inceperunt cum nota missam de sancto Spiritu, quam solenniter & devote celebravit reverendissimus in Christo pater D. cardinalis Aquilegensis vulgariter nuncupatus. Qua celebrata, & per eum solenni benedictione data, omnes recesserunt.

Acta fuerunt hæc anno, indictione, die, mense, loco & hora, quibus supra, præsentibus ibidem, & interessentibus reverendissimis in Christo patribus & dominis DD. Iordano de Vrsinis Albanensi, Angelo Laudensi Prænestinensi, & Antonio Portuensi Bononiensi episcopis, Francisco tituli sanctæ Crucis in Ierusalem Venetiarum, Ioanne tituli sancti Sixti Ragusinensi, Almanno tituli sancti Eusebii Pisanensi, Gabriele tituli sancti Clementis Senensi, Antonio tituli sanctæ Susannæ Aquilegensi prædictis, Angelo tituli sanctorum Marcellini & Petri Veronensi, Petro sancti Chrysogoni Cameracensi, Thoma tituli sanctorum Ioannis & Pauli Tricaricensi, Branda tituli sancti Clementis Placentino, Guillelmo tituli sancti Marci, Antonio tituli sanctæ Cæciliæ de Chalanco, & Petro de Fuxo presbyteris; Amedeo de Saluciis sanctæ Mariæ novæ, Raynaldo de Brancaciis sancti Viti in Macello, Ludovico de Flisco sancti Adriani, Oddone de Columna sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Francisco sanctorum Cosmæ & Damiani Florentino nuncupato, diaconis S. R. E. cardinalibus, Ioanne Constantinopolitano, & Ioanne Antiocheno patriarchis, necnon dominis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, magistris & doctoribus, ac etiam regum, principum, prælatorum, universitatum studiorum, capitulorum, conventuum nonnullorum absentium ambasiatoribus, nunciis & procuratoribus, nonnullisque notabilibus & egregiis, magnificis & præclaris viris in grandi numero, & multitudine copiosa testibus interessentibus in præmissis.

Sessio XXIII. pag. 198. E.

Anno, indictione, & loco supradictis, die vero Iovis quinta mensis Novembris, hora octava post mediam noctem fuit sessio sacrosanctæ synodi solenniter & devote tenta, & celebrata pro unione sanctæ matris ecclesiæ, & extirpatione horrendi pestiferique schismatis inveterati, & aliorum peragendorum pro unione & concordia totius populi Christiani: in qua sessione acta fuerunt quæ sequuntur.

In primis reverendus in Christo pater D. Ioannes patriarcha Antiochenus celebravit solenniter & devote missam de sancto Spiritu, post cujus celebrationem reverendissimi reverendique in Christo patres & domini DD. sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, cæterique prælati cappas ecclesiasticas, sive pluvialia induerunt, & mitras in capitibus posuerunt, ut est moris. Et reverendissimus in Christo pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis præfatæ Romanæ ecclesiæ cardinalis vicecancellarius in eadem synodo præsidens, ornatus pluviali & mitra pretiosa, diacono & subdiacono, & multis aliis in superpelliciis, ut est moris, præfatus diaconus dixit alta voce, Orate. Et facta oratione, & aliis solennitatibus atque litania, diaconus incepit euangelium, alta voce cantando, dicens; Dominus vobiscum. Responsum, Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti euangelii secundum Matthæum. Responsum, Gloria tibi domine. In illo tempore, Respiciens Iesus in discipulos suos dixit Simoni Petro, &c. Quo euangelio lecto, & aliis solennitatibus & devotionibus finitis atque dictis,

Reverendus in Christo pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, & egregius & famatus vir dominus Ardecinus de Novaria sacri concilii Constantiensis & consistorialis advocatus ascenderunt ambonem, in quo actus, literæ, & negotia sacrosanctæ synodi proponi, legi & publicari solent; & idem dominus Ardecinus de mandato præfatæ synodi verbo tenus proposuit, & pro assumpto dixit: Miseremini mei, saltem vos amici mei, &c. dirigens in personam ecclesiæ verba sua ad sacrum concilium, & per multas suasiones, & multa notabilia dicta, dixit in effectu quod a XXXVIII. annis citra fuerunt multi de papatu contendentes, qui, proh dolor! ecclesiam Dei & populum Christianum tenuerunt in divisione, de quibus contendentibus Petrus de Luna, qui Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatur, fuit unus, & nunc ipse solus adhuc, quantum potest, nititur ipsam Dei ecclesiam sacrosanctam tenere divisam, & de facto scissam detinet, & lacrymabiliter vulneratam, schisma nefandum in ea posse tenus nutriendo, & velut alter satan variis suis modis fallacibus & versutiis exquisitis satagendo, propter quod clamat ipsa mater ecclesia ad dominos in Spiritu sancto in præsenti concilio in unum congregatos, tanquam ad fidelissimos ejus amicos, quod ipsi misereantur eidem, ut ipsa tamdiu sua privata .... lumen & decorem suscipiat, & ad pristinum unionis statum perducatur. Recitavit etiam promissiones & juramenta ipsius Petri de Luna de dando pacem ipsi ecclesiæ per viam suæ cessionis, & etiam requisitos sibi factos per S. R. E. cardinales & reges, principes & prælatos, & alios quamplures Christi fideles pro danda pace ipsi ecclesiæ, ac universo populo Christiano, de quibus omnibus non curavit, nec aliquid de juratis & promissis adimplere curavit; imo omnia pertinaciter recusavit, & recusat incessanter: Propter quæ concludendo requirebat idem dominus advocatus, & instanter requisivit, quatenus contra ipsum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, in sua malitia & protervia pertinacem, & pertinaciter schisma notorie nutrientem, & a fide, & unione devium procedatur, prout sacro præsenti concilio pro unione ecclesiæ sanctæ Dei, & tranquillitate totius populi

Christiani

Christiani visum fuerit expedire. Et etiam inconti-nenti propositione & requisitione per ipsum D. advocatum factis, magistri Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis sacri concilii Constantiensis promotores & procuratores petierunt, & instanter requisierunt procedi contra ipsum Petrum de Luna, prout præfatus dominus advocatus requisierat. Post quæ de præcepto atque ordinatione, & voluntate dicti sacri concilii præfatus dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis respondendo eidem domino Ardecino legit, & publicavit ordinationem, & decretum sacrosanctæ synodi sub his verbis.

Commissio deputatorum, &c.

Post quam quidem lecturam, reverendissimus in Christo pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus existens in ambone, pro omnibus nationibus, & de consensu earundem nationum respondit, Placet.

Subsequenter venerabilis & circumspectus vir dominus Sperans-in-Deo Cardona jurisperitus unus de ambasiatoribus regis Aragonum nomine dicti regis, & collegarum suorum ejusdem domini regis ibidem una cum eis in medio assurgentium dixit, qualiter alias fecissent certas protestationes coram deputatis nationum tangendo Anglicanam, videlicet quod per eorum convocationem cum aliis nationibus in procedendo, sedendo, sigillando, incedendo, non intenderent, sive intelligerent, aut tenerent Anglicanam nationem pro natione in sacro concilio Constantiensi. Quam quidem protestationem ex nunc reperterent, & eam pro repetita habere vellent, eidemque protestationi jure, via, & modo quibus tunc facta fuisset ipsa protestatio, modo protestarentur, & etiam pro repetita haberi vellent.

Ex adverso vero R. P. Lon lonienfis, Baconiensis, Sarisberiensis, Lichfeldensis, Nawicensis episcopi, aliique ambasiatores illustrissimi principis regis Angliæ, cæterique de natione Anglicana se levaverunt, & per os venerabilis & circumspecti viri D. Augustini de Pisis sacri consistorii advocati volentes, ut asseruerunt, similem protestationem facere, & quadam sibilatione, vel saltem rumultuatione verbali facta per supposita concilii, prælibati domini ambasiatores domini regis Aragonum recesserunt de congregatione. Quibus ambasiatoribus regis Aragonum recedentibus, & silentio in concilio facto, iidem DD. episcopi de Anglia ambasiatores, cæterique domini protonotarii & procuratores dominorum prælatorum absentium nationis Anglicanæ, & supposita ipsius nationis e converso se levaverunt, & per os præfati Augustini de Pisis repetierunt nominibus eorum propriis & procuratoriis protestationem, decreta facta in aliis sessionibus faciendo pro ipso rege Angliæ, & toto regno, & natione Anglicana, illisque protestationibus & decretis firmiter inhærere prætenderent. Quibus protestationibus factis, fuit versum in dubium, an propter strepitum factum, sive sibilationem in concilio, quod vox D. patriarchæ Antiocheni non fuisset bene per omnia supposita intellecta, per quam prius respondebat loco omnium nationum ad propositum, Placet. Et pro habendo clariorem intellectum placuit congregationi, quod D. patriarcha iterato ascenderet ambonem, & de novo ad idem responderet. Qui quidem D. patriarcha Antiochenus ascendit ambonem de novo ad mandatum concilii sive nationum concilium repræsentantium ad supradicta tunc proposita, & etiam respondit, Placet. Similiter reverendissimus P. D. Ioannes Ostiensis S. R. E. cardinalis Vivariensis nomine collegii cardinalium, Placet.

A Quibus protestationibus, responsionibus, & aliis factis, incontinenti providus vir magister Ioannes de Scribanis de Placentia promotor & procurator dicti concilii Constantiensis nomine proprio quo supra, de prædictis omnibus & singulis sibi fieri petiit unum, vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus & dominis S. R. E. cardinalibus, & illustrissimo principe domino Ludovico comite palatini Rheni, duceque Bavariæ, & gubernatore in absentia serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum regis, ac Franciæ, Angliæ, Aragoniæ, Neapolitanorum, Poloniæ, Norwegiæ, Cypri, regum, ducumque, aliorumque B principum & prælatorum, universitatum studiorum ambasiatoribus, cæterisque notabilibus prælatis, doctoribus atque magistris, & aliis Christianis in numero copioso, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

*** Sessio XXIV. pag. 201. B.*

Die Sabbati XXVIII. mensis Novembris prædicti fuit sessio generalis per synodum Constantiensem mane hora tertiarum in ecclesia majori prædicta Constantiensi pro citatione decernenda contra Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum renta. In qua reverendissimus pater dominus patriarcha Antiochenus fecit officium missæ, quo finito, more C sessionum aliarum fuerunt lectæ litaniæ cum introitu, Exaudi nos domine: & evangelio, In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Facta est contentio inter discipulos, quis videretur esse major, &c. Quod evangelium ea de causa fuit dictum, quia nationes aliquæ discrepabant inter se de prioritate quoad locum sessionis nationum, & incedendi in concilio generali Constantiensi, litaniis finitis cum evangelio, hymno, Veni creator Spiritus, &c. Orationibus & collectis finitis, dicta sancta synodus volens procedere ad ulteriora, sive decreta, juxta deliberationem nationum, de mandato ejus, reverendissimi, reverendique, ac venerabiles viri domini, sancti Marci presbyter, & Franciscus Florentinus diaconus cardinalis, D Ioannes patriarcha Constantinopolitanus de Italia, Iacobus electus Pennensis, Stephanus episcopus Dolensis, Guillelmus Pulchrincpotis sacræ Theologiæ professor, Antonius generalis sanctæ Mariæ de Mercede, & Michael de Navers, Robertus Sarbriensis episcopus, Ioannes Wellis decretorum doctor, magister Mauritius de Praga sacræ Theologiæ professor, deficiente ibidem venerabili viro Nicolao Wordis utriusque juris doctore propter ejus infirmitatem commissarii alias deputati ad ordinandum processum contra Petrum de Luna, quoad citationem contra eum decernendam, quam ad totum processum habendum contra ipsum, tanquam contra schismaticum, hæreticum notorium scandalizantem statum universalis ecclesiæ, & totius fidei orthodoxæ, E & populi Christiani totius, &c. ascenderunt ambonem, super quo statuta, decreta, edicta, ordinata, & sententiæ ipsius synodi leguntur, statuuntur, decernuntur, ordinantur, & approbantur, &c. Et tanquam deliberati, de voluntate ipsorum dominorum commissariorum, reverendissimus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus faciendo relationem ipsi concilio incepit cum quodam themate incipiente: Deus non vult, &c. introducendo materiam, qualiter ecclesia Dei fuisset a longis temporibus citra propter pertinaciam prælatorum afflicta, & superbiam & fastum, & maxime per illos, qui ipsi præesse prætendebant. Ex quo jam non restaret unio populi Christiani, & restitutio ecclesiæ Dei per alium,

aliom, quam per Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum, qui toties per reges, principes, universitates, oobiles, & prælatos populi Christiani requisitus fuisset, ut daret pacem ecclesiæ, & toti populo Christiano, per ejus cessiooem de papatu suo prætento, juxta promissa per eum facta, publicata & prædicata, tamen eo semper in sua malitia permanente. Quapropter sancta synodus ipsos commissarios deputasset ad ordinandum processum contra eum, ad finem quod pax dari ecclesiæ Dei, & unicus pastor eligi, per quem ecclesia reformari, & hæreses jam per mundum seminatæ extirpari possent. Quapropter iidem commissarii juxta mandatum & commissionem processissent ad nonnullos actus, videlicet formando articulos, super quibus testes examinassent, quoad citationem decernendam, & alias pro processu totali, dictisque testibus examinatis, repererunt ipsum Petrum de Luna fore citandum per edictum publicum io civitate Constantiensi, & partibus Hispaniensibus affigendum, & præsertim in locis circumvicinis, ubi dictus Petrus moram traheret, ut ad ejus notitiam deveniri posset, ac alias personaliter & legitime, si ejus persona commode haberi posset, ad compatendum coram dicta synodo Constantiensi, & io civitate Constantiæ, ad procedendum, & procedi videndum usque ad sententiam diffinitivam in causa contra eum per ipsum concilium mota, cum incidentiis, dependentiis & connexis. Quapropter per dictum concilium ad ulteriora procedi debere, & ipsam citationem, ut præfertur, decerni fore duxerunt, ut ipsi concilio retulerunt. Subsequenter......... prælibati domini cardinalis commissarii venerabiles viri domioi Henricus de Pico, & Ioannes de Scribanis promotores ipsius coocilii procuratoriis nominibus & syndicatoriis petierunt per dictum concilium citatiooem prælibatam decerni, & concedi instantia suprema. Quibus petitionibus per dictos promotores factis, sacrosancta synodus Constantiensis, auditis relationibus commissariorum per eam deputatorum, causisque justis & rationabilibus compertis, citationem perpetuam decrevit, & quoad decretum citationis hujusmodi respoodebat per suos deputatos ad hoc, videlicet Antonium episcopum Concordiensem, Ioannem Vaurensem, Gundisalvum de sancta Maria, Petrum Cartagenensem, & Nicolaum Merseburgensem episcopos, necnon Ioannem cardinalem Vivariensem nomine collegii per verbum, Placet.

Quo responso facto, statim de mandato ejusdem synodi R. P. D. Stephanus episcopus Dolensis juxta ordinem ipsorum commissariorum legebat citationem decretam contra ippsum Petrum de Luna de verbo ad verbum loco quo supra. Qua lecta & audita, præfata synodus per dictos deputatos ad respoondendum nomine ejus, videlicet Concordiensem, Vaurensem, & Gundisalvum de sancta Maria decretorum doctorem, Patricium Cortagensem, & Nicolaum Merseburgensem episcopos, & Ioannem Vivariensem cardinalem, ex parte collegii responderunt; Placet. Præseoribus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Ioanoe Ostiensi, Angelo Prænestinensi episcopis, Antonio Bononieosi, Francisco Venetiarum, Antonio Aquilegensi, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Petro Cameracensi, Thoma Tricarieosi, Guillelmo sancti Marci, Petro Fuxi, Antonio de Chalanco, Almanno Pisano, Branda Placentino, Amedæo Salutiarum, Reynaldo de Brancaciis, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconibus cardinalibus, necnon illustrissimo principe Ludovico comite palatino Rheni gubernatore dicti concilii cum suis nobilibus, cæterisque ambasiatoribus regum, principum, prælatorum, universitatum studiorum & communitatum testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Tenor vero dictæ citationis, &c.

*** *Sessio XXV. pag. 206. B.*

Anno, Iodictione, &c. quibus supra, die Lunæ 14. mensis Decembris supradicti fuit sessio generalis in ecclesia majori Constantiensi hora tertiarum super unione fienda ambasiatorum comitis Fuxi & ejus comitatus, ac trium statuum dominiorum suorum. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis Ioanne episcopo Ostiensi, Aogelo Prænestinensi episcopo, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Antonio Bononiensi, Almanoo Pisano, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo S. Marci, Antonio de Chalanco, Petro de Fuxi presbyteris, Reynaldo de Brancaciis, Amedæo Salutiarum, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino cardinalibus diaconibus, ac illustrissimo principe Ludovico comite palatino Rheni, necnon Romanorum, Ungariæ, &c. Aragonum, Angliæ, Neapolitanorũ, Poloniæ, Cypri, Daciæ, Norvvegiæ, & Sueciæ regum ambasiatoribus, cæterorumque principum, prælatorũ, universitatum studiorum & communitatum ambasiatoribus & nunciis in magno numero synodum seu concilium generale Constantiense repræsentantibus. Et antequam fuisset ad aliquod divinum officium processum RR. in Christo patres & domini, DD. Xancius Olorensis, Bernardus Adurensis episcopi præfati domini comitis de Fuxo, necnoo trium statuum dominiorum suorum procuratores & nuncii speciales ad præsens Constantiense concilium missi super unione, & incorporatione ipsorum comitis de Fuxo, & prælatorum, nobilium, & popularium trium statuum fienda cum ipso concilio, & ipsam unionem, & incorporationem principiando asceoderunt una cum venerabili viro Petro de Cremona, decretorum doctore, ambonem, super quo negotia, sententiæ, decreta publicantur & decernuntur, & produxerunt unam literam credeotiæ in papyro sigillatam sigillo impresso ipsius comitis; qua litera per supradictum D. Petrum de Cremona de mandato concilii lecta, statim iidem domini episcopi ambasiatores produxerunt successive duo instrumenta procurationis, & eorum auctoritate sigillata sigillis impendentibus ejusdem D. comitis de Fuxo, instrumenta procurationum similiter successive per eumdem dominum Petrum de Cremona fuerunt lecta ibidem, quorum instrumentorum, necnon literæ credentiæ, de quibus supra fit mentio, inserius describuntur hujusmodi sub tenore.

Litera credentiæ comitis Fuxi.

Reverendissimis in Christo patribus, & dominis, dominis cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, cæterisque prælatis, & aliis in Constantia congregatis.

Reverendissimi in Christo patres & domini. Notum facio vestris reverendissimis paternitatibus per præsentes, quod super extirpatione schismatis, & unione ecclesiæ orthodoxæ mitto ad vos dominos meos Constantiæ congregatos reverendos in Christo patres & dominos Xancium Oloreosem, & Bernardum Adurensem episcopos, in sacra pagina professores juxta tenorem capitulorum Narbonæ concordatorum, de oostra inteotione plene informatos, vobis humiliter supplicans quatenus eorum relationibus, tanquam meis, velitis fidem indubiam adhibere. Datum Orthesii 23. mensis Iulii, anno a nativitate domini 1416.

Ioannes comes Fuxi.

duo, vel plores procuratores substituendum, & ipsos, & ipsorum quemlibet revocandum, & singula, ac omnia alia faciendum, expediendum, quæ in præmissis, & circa præmissa fuerint necessaria, seu etiam opportuna; etiamsi talia fuerint, quæ mandatum exigant magis speciale; prominendo se habere perpetuo ratum, firmum, atque gratum quicquid per eorum dictos procuratores aut substitutos hujusmodi, aut eorum alterum in præmissis, & causa præmissa, cum dependentiis, emergentiis & connexis actum fuerit, sive gestum, sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum suorum præsentium & futurorum. De quibus omnibus & singulis supranominatis dicti domini comes, gentesque trium statuum supranominatorum requisierunt me notarium publicum infrascriptum, quod de iis quæ dicta sunt, & eorum quolibet, unum aut plura conficerem publica instrumenta. Quæ fuerunt facta in refectorio conventus prædicatorum Orthesii. Præsentibus nobilibus viris dominis Gratiano de Acrimonte domino Das, Archabundo de Campena domino Dainio militibus, & venerabilibus viris dominis domino Arnaldo de Abbatia, Bertrando de Domonova canonicis ecclesiæ Oloronensis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et me Bernardo de Platea clerico Lascurensis diœcesis apostolica auctoritate, ac generali in omnibus terris & dominationibus dicti domini comitis Fuxi notario, qui præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque recepi, scripsi & poblicavi, signumque meum solitum, facta prius diligenti collatione, manu mea propria apposui requisitus & rogatus in fidem, & testimonium singulorum præmissorum.

Procuratorium trium statuum dominiorum comitis Fuxi.

In nomine Christi, Amen. Noverint universi quod cum de mandato illustris magnifici principis, & potentis viri domini nostri Dei gratia comitis Fuxi, vicecomitis Bearni, Castribani, Motsoni, Guardani gentes trium statuum dicti comitatus congregatæ extitissent in capitulo Monasterii de Fuxo ordinis sancti Augustini Appamiensis diœcesis, in qua quidem congregatione præsentes erant de statu ecclesiastico magister Guillelmus de Negueriis licentiatus in artibus, D. Ardus Pupini canonicus & prior claustralis dicti monasterii, vice & nomine, ac vicarii ut dixerunt reverendi in Christo Patris & domini Guillelmi abbatis dicti monasterii Monstazalis, D. Iacobus Margos monachus, vicariusque reverendi in Christo patris & domini Petri abbatis monasterii de Bakone ordine Cisterciensis, Mirapicensis diœcesis, frater Raimundus Borcelli canonicus & vicarius reverendi in Christo patris & domini D. Iacobi abbatis monasterii Cobelonge ordinis Præmonstratensis Conseranensis diœcesis. Et de statu baronum, sive nobilium aderant ibidem præsentes nobiles viri dominus Ioannes de Fuxo, D. Ioannes de Pavaca, Almainus de Rupeforti dominos de Druacho, Bernardus de Villamuro dominus sancti Paoli de Garco, Ioannes de Armana dominus de Armana, Bernardus Sequeri dominus de Calvomonte, Fortanetius de Dribano dominus de Monteacuto milites; necnon nobiles Hugo de Dordaco dominus de Casanova, Iordanus de Bissato, Guillelmus de Maglosio dominus de Berveyolio, Ardemarius de Aura domious de Bria, Bernardus de Lobenchiis, Bo[]anus de Rupeforti, Petrus de Noalhiis, Bernardus de Gassioti dominus Belleludensis domicelli. Erant insuper præsentes de statu communitatum comitatus, Raimundus Caroli, Bernardus Badonis, Arnoldus de Villacone consules loci de Fuxo, magister Ioannes de Lauzonis notarius nomine & vice consulum de Aquis, Ioannes Genibaut consul loci Boc Cor Bernardus Majoris consul loci de Vicedelles, Ioannes Caprei consul loci de Netonctis, Petrus de Gatdua, Arnoldus Favaria consules loci de Vastitasororum, Raimundus Solarii, Arnandus de Guillamacho consules loci de Manzoazili, Petrus de Bovana consul loci de Samarco, Petrus de Manso consul loci Voidis, Raimundus Vercerii consul dicti loci de Dalmazano, Stephanus de Pollico consul loci de Bastitapultusplanis, Bernardus de Scapuesveze consul de sancto-Epaicio, magister Ioannes Branden nomine viceconsulum de Savardono, Blasius Roelli, Ioannes Rubei consul loci de Mazeriis, Petrus Madio, Ioannes Ade consul loci de Montealto, Bernardus Arnaldi, Petrus Paticelli consules loci de Vasillis, Ioannes de Locanla consul loci de Montegalhardo, Vitalis Arnoldi consul loci de Sanaro, Arnoldus de Peyrati consul loci de Camarata; necnon etiam plures alii viri ecclesiastici, nobiles & communitates dicti comitatus in multitudine copiosa, & de mandato ejusdem domini comitis per organum discreti viri magistri Petri Roberico jurisperiti jodicis ordinarii, & majoris dicti comitatus denunciata, & declarata fuerunt effectualiter capitula per ambasiatores & procuratores serenissimorum dominorum regum & principum olim obedientiæ dicti domini Benedicti papæ XIII. ex una parte, & serenissimo principe D. Sigismundo Dei gratia Romanorum & Vngariæ, &c. rege semper Augusto, & reverendissimis in Christo PP. dominis archiepiscopo, &c. aliisque venerabilibus viris legatis, nunciis & procuratoribos congregationis Constantiensis in civitate Narbonensi die XIII. Decembris anno proxime elapso pro extirpatione dolendi schismatis, & unione sanctæ matris ecclesiæ, &c. ut supra in altero parum aut nihil mutato.

Acta fuerunt hæc in dicto capitulo dicti monasterii de Fuxo die 18. mensis Augusti sub anno a nativitate domini 1416. Indictione IX. & sede apostolica vacante præsentibus discretis viris magistro Petro de *Robaureo supradicto judice, Iacobo de Mórcssiano thesaurario, magistro Vgone Veroni dicti comitatus, & nobili Arnoldo VVillelmi de Lobenchis domicello testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

* sup. Roberico

Et me Ioanne Sartore curiæ Appam ..... publico auctoritate apostolica & imperiali notario, qui præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque omnia & singula supradicta recepi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, sed aliis occupatus negotiis, per alium mihi fidum scribi feci, & facta collatione diligenti, hic me subscripsi, & signo meo solito, quo utor, auctoritatibus prædictis, signavi requisitus & rogatus in testimonium præmissorum.

Sartoris.

Quibus quidem literis credentiæ, instrumentis constitutionum procuratorum, de quibus supra mentio habetur, lectis R. pater frater Xantius episcopus Olorensis in ambone adhuc existens pro convocatione & unione hujusmodi benigne facienda incepit facere sermonem ad synodum prædictam assumens pro themate suo hoc, videlicet, Congiegavit bonos & malos Matt. 22. cap. quo sermone completo, dixit & exposuit. Nos oratores & procuratores magnifici comitis de Fuxo triumq; statuum suorum dominiorum volentes, & intendentes adimplere conventionem Narbonæ initam inter serenissimum principem & DD. Sigismundum Romanorum & Vngariæ regem,

ac procuratores & ouncios dominorum regum Castellæ, Aragonum & Navarræ, necnon illustrissimorum principum dominorum Fuxi & Armeniaci comitum patiibus ex altera, & propterea præsentassenc se in hoc loco coram congregatione prædicta, offerentes se ad exequendam dictam conventionem, & omnia, & singula contenta ioea. Et sic nunc attendentes quod in præfato capitulo dictæ conventionis continetur, quod convocatio fiat per prælatos, cæterosque viros ecclesiasticos hujus congregationis per literas, quæ dirigunrur ad dominos principes, & alios de obedientis domioi Beoedicti XIII. in sua obedientia sic nuncupati. Et vice versa quod præfati principes & alii de obedientia domini Benedicti faciant literas convocatorias ad vos dominos, vel per suos procuratores, vel ambasiatores mittendos, vos hic in Constantia congregatos convocabunt. Et attento etiam quod convocatoriæ literæ pro parte vestra magnifico comiti de Fuxo, & aliis de obedientia domini Benedicti præsentatæ fuerunt, volumus & nos satisfacere dicto capitulo. Quibus quidem dictis & expositis R. P. D. Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis ascendit ambooem, & de mandato & voluntate concilii incepit legere literas convocatorias alta & intelligibili voce prædictas, quarum tenor sequitur talis.

Miseratione divina episcopi, presbyteri, & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, decani, præpositi, archidiaconi, aliique ecclesiarum, & monasteriorum, *&c.* ut supra die quarta mensis Iulii anni præteriti.

Qua litera convocationis lecta usque ad tertiam partem, vel circiter, synodus præfata habuit eam pro lecta totaliter. Et statim prædicti domini episcopi, & ambasiatores per organum dicti domini Xantii respondendo legebant in hunc modum.

Nos oratores & procuratores magnifici comitis de Fuxo triumque statuum suorum dominiorum, cui quidem capitulo satisfacientes convocamus vos omnes prælatos & cæteros dominos de hac congregatione juxta tenorem dicti capituli.

Qua lecta schedula, reverendissimns in Christo pater D. Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis pro parte dictæ synodi, publice, alta & intelligibili voce unam aliam schedulam infrascripti tenoris respondendo legebat.

Nos miseratione divioa episcopi, presbyteri, & diaconi cardinales, partiarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati & cæteri hic congregati, acceptamus & offerimus nos paratos sine dilatione quacunque ad procedendum ad ulteriora. Et insuper requirimus vos oratores & procuratores prædictos quatenus ad unionem faciendam nobiscum procedatis juxta tenorem tertii capituli conventionis prædictæ, quæ talis est, ut sequitur.

Tertio quod præfatis de obedientia dicti domini Benedicti XIII. sic per ejus obedientiam, ut præfertur, nuncupati venientibus ad Constantiam statim fiat unio eorumdem ad dictum concilium Coostantiense, sicque, *&c.* pro faciendo universale concilium, ut supra babetur.

Quibus sic peractis, D. Xantius episcopus Olorensis nominibus quibus supra publice, alta & intelligibili voce, legit schedulam unionis dictorum ambasiatorum cum dicta synodo hujusmodi sub tenore.

Nos oratores & procuratores prædicti dicto nomine uoimus nos vobis juxta tenorem capituli antecedentis. Et statim D. archiepiscopus Mediolanensia de mandato synodi præfatæ publice legebat schedulam acceptationis unionis prædictæ sub his verbis.

Nos Prælati, *&c.* congregati, ut supra, dictam unionem vestram acceptamus, & vobis oratoribus & procuratoribus præfatis dicto nomine juxta dicti capituli tenorem unimus.

Quibus sic, ut præfertur, factis, de mandato concilii fuit responsum per dominos ad hoc deputatos, videlicet RR. PP. DD. Antonium episcopum Coocordiensem pro Italica, Ioannem protonotarium de Hembleyo pro Gallicana, Gundisalvum de sancta Maria pro Hispanica, Patricium episcopum Cortagensnsem pro Anglicana, Nicolaum Merseburgensem pro Germanica, & Ioannem episcopum Ostiensem cardinalem nomine cardinalium per verbum, Placet.

Super quibus lectis & approbatis, ac incorporatione & unione factis & gestis, omoibusque aliis & singulis venerabiles viri domini Henricus de Pito, & Ioannes de Scribanis promotores, *&c.* a reverendis dominis sanctæ sedis apostolicæ protonotariis, cæterisque ootariis sanctæ synodi Coostantiensis petierunt nominibus procuratoriis unum vel plura publica, instrumentum & instrumenta.

Tandem reverendissimus in Christo pater & dominus, domious Franciscus cardinalis Florentinus pro recommeodatione ipsorum ambasiatorum, & domini comitis de Fuxo, & omnium illorum, qui ipsos ambasiatores huc ad concilium Constantiense missrunt, levavit se in medium, & assumpsit pro ejus themate hæc verba, Congregationes aquarum appellavit maria, *&c.* & fecit pulchram collationem recommendando comitem de Fuxo, & dominia sua, & homines de quorumcumque statuum de bona perseverantia & diligentia, & ipsos ambasiatores de laboribus, *&c.* Recommendatione hujusmodi facta, fuit cantatus psalmus, Te Deum laudamus, per omnes de coocilio. Quo cantato, alta voce fuit inceptum officium missæ de sancto Spiritu per R. P. D. episcopum Merseburgensem. Et post officium missæ more aliarum sessionum fuerunt lectæ litaniæ cum introitu, Exaudi nus domine, *&c.* hymnus, Veoi creator Spiritus, *&c.* & diversis collectis, & euangelio, Dixit Simon Petrus ad IESUM.

Quibus factis, prælibatus reverendus pater dominus archiepiscopus Mediolanensis reascendit ambonem una cum D. Petro de Braconia, & ibidem existentibus DD. Xantio Olorensi, & Bernasdo Adurensi episcopis ambasiatoribus prædictis, idem dominus episcopus Olorensis legebat schedulam confirmationis capitulorum initorum inter ipsos, & concilium Constantiense bujusmodi sub teoore.

Nos Petrus miseratione divina cardinalis de Fuxo, Xantius Olorensis, & Bernardus Adurensis episcopi, procuratores & ambasiatores magnifici comitis de Fuxo, & trium statuum dominiorum, sive comitatuum suorum dictis nominibus, & quolibet ipsorum nomine, omnibusque aliis, quibus validius & efficacius possumus & valemus, omnia & siogula decreta & statuta, ac protestatiooes, necnoo conventiones, & pacta per sacrosanctam generalem synodum Constantiensem nobiscum dictis nominibus facta & edita, & nunc sunt seriosius lecta, ipsa habentes pro sufficientes expressis, & solenniter repetitis, vice & nomine domini nostri comitis, ac omnium dominiorum, & terrarum suarum acceptamus, assentimus, approbamus, & solenniter confirmamus. Et similiter sicut ipsa synodus protestata est, quod non intendit recedere a capitulis in civitate Narbonensi concordatis, de quibus in decreto præsentis synodi ounc de proximo edito, quod hic volumus habere pro expresso, & specifice declarato, facta extitit mentio specialis, Ita & nos dictis oominibus, & quolibet eorum solenniter protestamur,

Qua

Qua ſchedola cum proteſtatiooe ſua lecta, dicta ſynodus Conſtantienſis per deputatos ſuos prædictos, videlicet Concordienſem epiſcopum, Ioannem protonotarium de Trembleyo, Gundilaſvum de ſancta Maria, Patricium epiſcopum Corragenenſem, Nicolaum epiſcopum Merſeburgenſem, & Ioannem epiſcopum Oſtienſem, cardinalem Vivarienſem reſponderunt, Placet.

Super quibus approbationibus, lectionibus, & proteſtationibus Henricus de Petro, & Ioannes de Scribanis procuratores prælibatæ ſynodi Conſtantienſis, nominibus, quibus ſupra, petierunt ſibi per protonotarios, cæteroſque ſcribas ad hoc deputatos unum, vel plura, publicum & publica fieri inſtrumentum & inſtrumenta.

Subſequenter prælibatus dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis de mandato dicti concilii ſive ſynodi Conſtantienſis legebat ſchedulam conceſſionis adminiſtrationis tam ſpiritualium, quam temporalium eccleſiæ Olomucenſis R.P. D. Ioanni epiſcopo Luthomiſlenſi uſque ad electionem futuri ſummi Romani pontificis, & poſt electionem ejus ad tres menſes, prout in ſchedula ſub his verbis continetur.

Decretum conceſſionis.

*** Ad ſeſſionem XXVII. de cauſa Tridentinenſi.*

Quibus factis, idem D. archiepiſcopus Mediolanenſis legebat unam ſchedulam deputationis commiſſariorum in cauſa Tridentina nomine nationis Hiſpanicæ noviter unitæ concilio Conſtantienſi, in qua cauſa de qualibet natione ſunt deputati duo, & de collegio cardinalium ſimiliter duo. Et ad finem & effectum ut proceſſus cauſæ per totum concilium & integrum expediatur per ſententiam, *&c.* deputaverunt ſimiliter duos de natione Hiſpanica ad eandem cauſam per commiſſarium, ut in quadam ſchedula per ipſum D. archiepiſcopum facta plenius continetur, ſub his verbis.

Deputantur commiſſarii in cauſa Tridentina pro natione Hiſpanica.

Sacroſancta & generalis ſynodus Conſtantienſis nuper conſtituit, ordinavit, & deputavit commiſſarios infraſcriptos videlicet reverendiſſimos patres Guillelmum tituli ſancti Marci preſbyterum, & Franciſcum ſanctorum Coſmæ, & Damiani diaconum S. R.E. cardinales, Marinum epiſcopum Aprutinenſem, Gaſparem abbatem de Peruſio pro Italica natione, Martinum epiſcopum Atrebateoſem, Stephanum epiſcopum Dolenſem pro natione Gallicana, Nicolaum epiſcopum Merſeburgenſem, Ioannem Abundi pro natione Germanica, Patricium Corragenſem, & Bernardum de Planca vicarium eccleſiæ Burdegalenſis pro natione Anglicana in cauſa Tridentina vertente inter venerabilem fratrem noſtrum Georgium epiſcopum Tridentinum ex una parte, & nobilem virum Fredericum ducem Auſtriæ parte ex altera, ad videndum & cognoſcendum, utrum executio monitorii contra eundem dominum ducem, & alios quoſcumque occupatores & detentores eccleſiæ, & civitatis Tridentinæ, nec non oppidorum, caſtrorum, terrarum, villarum, & jurium ad dictam eccleſiam Tridentinam pertinentium decreti ſint debite factæ, prout in dicta conſtitutione ſive deputatione plenius continetur. Qui ad nonnullos actus in eadem cauſa proceſſerunt, nunc vero propter adventum ambaſiatorum illuſtriſſimi principis domini regis Aragonum aliis nationibus unitorum pro natione Hiſpanica, deputat, & conſtituit Gundiſalvum Garſiæ de ſancta Maria archidiaconum Berbiceoſem, & Michaelem de Navers archidiaconum in eccleſia de Yberden juris utriuſque doctores in eadem cauſa ad cognoſcendum, & faciendum cum præmiſſis prius deputatis quæcumque erunt facienda, cum ea poteſtate, qua poterant & poſſunt primi deputati ſuperius aſcripti, vel major pars ipſorum.

Subſequenter idem D. archiepiſcopus Mediolanenſis legebat & pronunciabat, ut ſupra, alta & intelligibili voce capitulum approbationis capitulorum ſuper diſpoſitione & ordinatione ſolutionis cenſuum penſionalium domorum, lectorum & aliarum rerum receptarum, & recipiendarum per ſuppoſita concilii a civibus Conſtantienſibus. Quæ capitula fuerunt approbata per ſynodum, & concilium Cooſtaotienſe, ut inferius continetur.

Quibus factis, præfata ſynodus per ſuos deputatos ad reſpondendum pro ea ad præmiſſa, videlicet Antonium Concordienſem epiſcopum, & Ioannem de Trembleyo protonotarium, Gundiſalvum de ſancta Maria, Patritium Cortagenſem, Nicolaum Merſeburgenſem, ac Ioannem epiſcopum Oſtienſem, *&c.* per verbum, Placet.

Qua probatione facta Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores petierunt, ut ſupra; unum vel plura, publicum & publica, inſtrumentum & inſtrumenta per protonotarios & ſcribas, *&c.*

His factis, R. P. archiepiſcopus legebat quandam bullam cujuſdam indulti pro monaſterio montis Caſſinenſis ordinis S. Benedicti. Qua lecta, domini deputati de mandato ſynodi approbaverunt eandem bullam per verbum, Placet.

Super quibus fuerunt petita inſtrumenta per protonotarios & ſcribas ſynodi per Henricum de Piro, *&c.* ut ſupra, ad perpetuam rei memoriam, præſentibus ſupradictis dominis pro teſtibus infraſcriptis ad hæc ſpecialiter vocatis & rogatis.

Cedula approbationis ſuper victualibus & penſionibus domorum cum civibus Conſtantienſibus.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, ad futuram rei memoriam. Pro conſervatione, ac publica utilitate p[illegible]entis generalis concilii Conſtantienſis, & ſuppo[illegible]orum ejus, ac extirpatione ſcandalorum, & indebitorum onerum, ac etiam ex aliis certis rationabilibus cauſis animos noſtros moventibus, omnia & ſingula capitula, fœdera; necnon conventiones, & pacta ſuper penſionibus domorum ac dependentium, & nonnullis aliis firmata, & concluſa Calendis Aprilis proxime præteriti inter dilectos eccleſiæ filios chariſſimos commiſſarios nationum nomine dicti concilii, & collegii venerabilium fratrum S. R. E. cardinalium ex una, & commiſſarios dilectorum filiorum univerſitatis, & ſingularum perſonarum civitatis Conſtantienſis, ejuſque comitatus, territorii, & diſtrictus provinciæ Moguntinenſis ex altera partibus; Quæ capitula in litteris dilecti ejuſdem eccleſiæ filii nobilis viri Ludovici comitis Palatini Rheni defenſoris, cuſtodis tunc, ad præſens dicti concilii, *&c.* Sub ejus pendente ſigillo ſeriosiſſime continentur. Et ſubſequenter etiam commiſſariorum collegii & nationum hujuſmodi ſuper præmiſſis & dependentiis cum dilectis ipſius eccleſiæ filiis commiſſariis dilectorum etiam dictæ eccleſiæ filiorum electis, capituli & cleri civitatis & diœceſis Conſtantienſis prædictæ firmata & concluſa de menſe Maii proxime elapſi die ...... menſis Maii, de quibus conſtat publica documenta, habentes ſtatum & formam omnium præmiſſorum, & cujuſlibet eorum, ac dependentium per eorum nomina, & qualitates, ſpecies, atque modos hic alias pro ſufficienter

pro observatione dictorum capitulorum, & contentorum in illis ea omnia, necnon litteras, instrumenta quæcumque desuper confecta auctoritate ipsius sacri concilii, & ex certa scientia tenore præsentium confirmamus ratificamus & approbamus, cassantes & pro viribus enervantes omnia, & singula pacta, conventiones, & promissiones post editionem dictorum capitulorum per quoscumque locatores, seu conductores, vel alias quovis modo præter seu contra dispositionem dictorum capitulorum, vel alicujus eorum firmata, vel promissa, etiam juramento vallata, quæ juramenta protinus relaxamus & soluta ultra, seu præter exigentiam & formam dictorum capitulorum inter commissarios tam nomine concilii, quam universitatis Constantiensis, electi, capituli & cleri B prædictorum firmatorum restitui, vel de sorte deduci debiti, & excomputati pro beneplacito conductorum, vel jus eorum habentium possint & debeant, nonobstantibus hujusmodi, vel aliis fœderibus, seu absolutionibus forsan in contrarium præter & ultra factis & contentis in illis: Mandantes nihilominus hujusmodi taxam inter ipsos commissarios dicta firmata & contenta in illis posse & debere omnes, & ab omnibus cujuscumque exstiterint, etiam pontificalis, vel alterius dignitatis, præeminentiæ, seu status ecclesiastici, seu mundani inviolabiliter exequi & observari, commissariis autem nationum & collegii prædictis tam deputatis quam deputandis, vel majore parte ipsorum contra transgressores, vel turbato- C res, aut violatores dictorum capitulorum dictis nominibus per ipsos commissarios firmatorum, vel alterius eorum, seu contentorum in illis, & litterarum seu documentorum inde confectorum; necnon contradictores quoslibet sive rebelles censuris ecclesiasticis, etiam excommunicationis, ac pœnis alias pecuniariis indictis, indicendis, infligendis, ac mulctando exequi ac observari mandamus, & faciendo ipsa capitula & in illis contenta, ac per se vel alios compescendo ad alia prout inspexerint oportere, personarum & negotiorum conditionibus & qualitatibus compensatis, etiam auctoritate præfata potestatem & facultatem plenarie earum serie concedentes ac decernentes super iis etiam litteras expediri sub bulla concilii ad requisitionem cujuslibet etiam cum D insertione capitulorum, litterarum, seu documentorum prædictorum cum cæteris nonobstantiis & clausulis opportunis in forma plenaria, quatenus fuerit opportunum.

Tenor vero capitulorum, de quibus supra dicitur, sequitur talis.

Nos Ludovicus Dei gratia comes palatinus Rheni, sacri imperii Romani archidapifer, & Bavariæ dux sacri Constantiensis concilii pro nunc custos & defensor vice & nomine excellentissimi, & gloriosissimi principis & domini, domini Sigismundi Romanorum regis semper Augusti, ac Ungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ regis domini mei metuendissimi, pro utilitate publica & conservatione dicti sacri concilii E Constantiensis, & suppositorum ipsius, similiter dominorum prælatorum, mercatorum, curtisanorum, & aliorum causa concilii prædicti accedentium, præsentium, & supervenientium diversitatem & differentiam, quæ fuit inter reverendissimos patres, & dominos D. Brandam tituli sancti Clementis Placentinum, & D. Franciscum sanctorum Cosmæ & Damiani diaconum Florentinum vulgariter nuncupatum S. R. E. cardinales deputatos per sacrum collegium DD. cardinalium, & RR. patres & dominos, egregiosque doctores, Franciscum electum Aretinum, Antonium de Gunaldo Italiæ, Stephanum episcopum Dolensem, Guillelmum abbatem Amanæ, archidiaconum Turonensem Gallicanæ, Andream electum Poznaniensem, Conradum abbatem Pataviensem, Petrum Vretinger Germanicæ, Richardum Burensem, Thomam Plorensem sanctæ sedis apostolicæ protonotarios Anglicanæ nationis per quatuor nationes concilii ad infrascripta specialiter deputatos vice, & nomine totius sacri concilii & omnium prædictorum communiter vel divisim, necnon ipsum sacrum concilium parte ex una, & providos, & spectabiles viros Conradum Mangolæ, Henricum Gontisveller magistros civium, Ioannem Suatibazath, Henricum Schilter, Caspatē Compost, & Henricum Sevvolim consules; nec non Ioannem Henricum protonotarium civitatis Constantiensis nomine totius communitatis partibus ex altera super hospitiis & lectisterniis, ac stabulis equorum pro bono pacis & concordiæ tanquam amicabilis compositor & mediator, habita super hoc deliberatione matura consiliariorum præfati domini regis, atque nostrorum quantum & quandiu nostra se extendit facultas, de consensu, & voluntate expressa partium prædictarum concordavimus, firmavimus, & conclusimus in modum subscriptum inter partes prælibatas.

In primo, quod hospitia publica communia non occupentur, sed reserventur, ut venientes & recedentes hospitia habere valeant, prout hoc etiam per serenissimum Romanorum regem prius erat concordatum.

2. Item quod de quolibet lecto bono bene fulcito supellectilibus & linteaminibus, cussinis, & aliis linteaminibus necessariis secundum qualitatem personarum congruentibus, qui magnus esse debeat, & capax ad minus duarum notabilium personarum solvatur de mense quolibet usuali continente 30. vel 31. dies unus florenus.

3. Item quod de stabulo pro equo quolibet solvatur singulis diebus naturalibus tres haben & in fine cujuslibet mensis pro rata lectorum & equorum conductor absque alia contradictione, vel obstaculo suo locatori de pensione hujusmodi satisfacere debeat & teneatur, nisi de consensu ipsius locatoris dilationem obtinere valeat ampliorem.

4. Item si occasione pensionum domorum, aut stabuli supellectilibus domus, cameræ, stuphæ, horti, salæ, mensæ, coquinæ, cellarum aut locis aliis depositione victualium hominum & jumentorum necessariis, aut dependentiis a prædictis nulla alia pensio, seu merces, aut pretium quodvis possit aut debeat peti, aut exigi a quocumque, sed pro omnibus supradictis duntaxat pensio pro lectis etiam, pro domibus, cameris, stuphis, salis & supellectilibus omnibus & singulis præmissis, nec non pensio pro stabulis superius expressis, etiam pro camera vel loco, ubi avena, fœnum ac palea, ut præfertur, reservantur, & reponuntur, ac dependentiæ a prædictis aut aliquo præmissorum sufficiant, & de eisdem locatores sint contenti, & præmissa in pensionibus prædictis comprehendantur & veniant, & comprehensa intelligantur, quibus solutis locationibus de omnibus supradictis sit plenissime satisfactum, ita quod solventes sint ab omni repetitione & exactione occasione præmissorum perpetuo liberi & soluti.

5. Item in casu quo de utensilibus, seu lectisterniis per locatorem conductori traditis aliquid perderetur, aliquid frangeretur, aut rumperetur violenter, seu alias præter usum consuetum, de hoc ipse conductor satisfaciat locatori secundum valores per deputandos taxandos.

6. Item quod semper de quindecim diebus in quindecim dies commutentur linteamina, & dentur alia recentia mundata & lota.

7. Item

Item quod mappæ, & mensalia, & manutergia commutentur singulis septimanis semel.

8. Item quod in camera conductoris principalis & domini cujuscumque amplitudinis camera existeret locari, seu poni non possint contra voluntatem ipsius conductoris principalis, nisi duntaxat duo lecti, unus pro domino principali, & alius pro familiari seu familiaribus.

9. Item quod in aliis cameris assignari seu poni possint lecti secundum personarum, & locorum qualitatem pro arbitrio taxatorum ad hoc deputandorum, quacumque consuetudine hactenus observata oon obstante.

10. Item quod ad succidenda scandala, atque discordias quæ interlocutores & conductores domorum, & aliorum prædictorum, aut alios quoscumque oriri verisimiliter possent, sacra synodus deputabit de qualibet natione unum providum virum & expertum, & totidem deputabuntur per magistratus civium, qui octo sex vel duo ex ipsis, sic tamen quod semper sint tot ex parte sacri concilii quot erunt ex parte civitatis, & e contra, qui requisiti per locatorem, aut conductorem, aut alterum eorum habeant plenissimam potestatem, videndi, taxandi, declarandi inter locatores & conductores lectos, lectisternia, utensilia, domus, stabula, & omnia supradicta, ut bona & congruentia assignentur, & etiam in aliis contra præmissa emergentibus & dependentibus quibuscumque discernere aut declarare habeant, prout noverint, visis circumstantiis universis, & attentis qualitatibus eorumdem quomodolibet expedire, quorum declarationi & taxationi per utramque partem irrefragabiliter stetur, omni exceptione remota.

11. Item quod prædicti deputandi omoes, octo, sex, vel quatuor, aut duo ex ipsis requisiti, ut præfertur, habeant potestatem videndi, & considerandi .... & amplitudinem domus, camerarum, stuphæ, salæ, stabulorum, numerum lectorum, & alia supra dicta, ut si forte conductor pauciores lectos, aut equos recipere vellet quam domus, aut stabuli capacitas, seu communis utilitas postularet, vel si forsan locator plures lectos ponere vellet, quam qualitas camerarum, aut personarum, aut conducentum exigeret, vel plures equos locare in stabulo quam loci capacitas, & commoditas flagitaret, in istis & in aliis emergentiis contra præmissa habeant potestatem taxandi, ordinandi, decernendi, & declarandi inter præfatos prout noverint expedire, visis circumstantiis universis, & attentis qualitatibus eorumdem.

12. Item locator lectorum, domorum, & aliorum prædictorum per se, vel alium directe vel indirecte, aut quovis quæsito colore non possit, nec debeat conductorem, vel secum commorantem licentiare, seu de domo expellere, seu quovis modo molestare, vel vexare, quominus conductori, vel suis habitare placuerit, possit uti & frui domo, lectis, & aliis supradictis pro pensione superius expressa, etiam si locator assereret, seu vellet domum locatam personaliter habitare, seu quovis alio modo.

13. Item in casu quo aliquis conductor cum locatore conventiones, obligationes, vel pacta præmissa, vel sequentia tempore præterito fecisset, etiamsi super illis litteræ confectæ essent, tales conventiones, obligationes, litteræ, pacta etiam juramento vallata omnino sint sublatæ, irritæ & nullæ, sublata, irrita, & nulla, ac nullius momenti. Et si aliquis forsan tempore præterito pro futuro levasset, aut percepisset ab aliquo censum, aut pensionem domorum, lectorum, lectisterniorum, stabulorum, aut aliorum prædictorum ultra taxam supra expressam, quod quilibet talis pro futuro tempore a data præsentium contentus sit

A taxa superius expressa, & ad restitutionem plenariam illius quod ultra taxam levavit pro futuro duntaxat tempore a data præsentium teneatur, non obstantibus quibuscumque.

14. Item in casu, quo contingeret aliquam domum locari sine lectis & stabulis, vel utensilibus, vel sine necessariis, & requisitis, & cum defectu, in casibus præmissis deputati præfati declarandi, taxandi, & ordinandi contra præmissa habeant facultatem, habita informatione rerum deficientium, & qualitate domus, prout viderint expedire.

15. Item si contingat lectum conductorum extra domum ex necessitate, vel ex defectu locatorum, de quolibet lecto superius qualificato cum lectisterniis,
B & aliis ad ipsum requisitis solvatur per mensem, ut supra, medius florenus Rhenanus. Si tamen lectus esset melior, præfati deputati habeant potestatem taxandi.

16. Item si contigerit, quod quis aliquem in domum suam recolligeret cum pauca familia, quæ domus capax esset unius notabilis domini, aut prælati, ad providendum communi utilitati præfati deputandi potestatem habeant disponendi, & providendi prout secundum bonam æquitatem viderint expedire.

17. Item si aliquis haberet domum capacem, & non vellet eam locare, præfati etiam habeant potestatem disponendi & providendi prout secundum
C communem utilitatem, circumstantiis consideratis, viderint expedire; reservata tamen parte domus, in qua talis cum familia se possit conservare.

18. Item in casu quo præfati deputati octo, sex, quatuor, duo ex ipsis, ut præfertur, requisiti per locatorem & conductorem aut alterum eorumdem non possent contra præmissa. aut aliquod præmissorum in unam sententiam concordare; Ex tunc nos Ludovicus comes palatinus Rheni prædictus, aut nostras in absentia vices gerens per locatorem & conductorem aut per deputandos præfatos, aut alterum prædictorum eorumdem requisitus potestatem habebimus disponendi. taxandi, concordandi, & declarandi inter partes ipsas infra terminum duorum aut trium dierum, cui declarationi partes ipsæ absque quacumque contradictione, seu obstaculo stare teneantur.

19. Item quod auditor cameræ apostolicæ, vel alius
D per sacrum concilium deputandus, quoad supposita concilii, & magistratus civium Constantiensium quoad sibi subjectos, ad requisitionem præfatorum deputaodorum per locatorem & conductorem, aut alterum eorumdem, aut nos, vel vices nostras gerentem requisiti, in casu discordiæ, ut præfertur, teneantur, & debeant, & potestatem habeant quascumque executiones facere contra quoscumque transgressores, & eosdem punire prout secundum qualitatem negotiorum, & personarum viderint expedire cujuscumque status, seu conditionis ecclesiasticæ vel secularis fuerint nonobstantibus quibuscumque.

E 20. Item quod deputandi præfati jurare habeant, quod requisiti per locatorem & conductorem, aut alterum eorumdem ipsorum officium legaliter, & fideliter sine personarum acceptione, absque odio, & favore, ad communem utilitatem, & commoditatem ipsius sacri concilii, prout secundum suas conscientias judicaverint, exercebunt, & præfata omnia & singula partes præfatas quibus supra nominibus approbantes se secundum naturas afferent bona fide. Et nihilominus nos Ludovicus comes palatinus Rheni supradictis hujusmodi scriptis præfatis dominis per sacrum concilium in hac parte deputatis ad præmissorum majus robur pro dictis civibus & civitate Constantiensi per eosdem firmiter observari. In

cujus

enjus rei testimonium duas ejusdem tenoris litteras nostro sigillo munitas utrisque partium præfatarum unam duximus assignandam. Datum Constantiæ provinciæ Mnguntinæ anno domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, mensis Aprilis prima die.

*** *Sessio XXVI. pag. 207. A.*

Pro unione ambasiatorum regis Navarræ.

Die Iovis 24. mensis Decembtis prædicti Constantiæ io ecclesia majori mane hora octava vel quasi, fuit per sacrosanctam synodum Constantiensem tenta synodus generalis pro unione & incorporatione fienda per reverendos patres venerabilesque viros DD. ambasiatores illustrissimi principis Caroli Navarræ regis, præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis Ioanne Ostiensi & cardinale Vivariensi, Antonio Veronensi, Thoma Tricaricensi, Guillelmo sancti Marci, Guillelmo de Fuxi presbyteris, Amedeo Saluciarum, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentino, &c. illustrique principe Ludovico comite Palatino Rheni locumtenente serenissimi principis Sigismundi Romanorum, &c. Regis, necnon Francorum, Angliæ, Aragoniæ, Hierusalem, Siciliæ, Cypri, Daciæ, Norvvegiæ, Sueciæ & Poloniæ regum, diversorumque principum, prælatorum, &c. ambasiatoribus, procuratoribus & nunciis. Et antequam ad aliquam solemnitatem divinorum juxta consuetudinem sessionum generalium processum foret, reverendus in Christo pater D. Franciscus episcopus Aretinus de mandato ipsius synodi sacrosanctæ quandam papyri schedulam ordinationis & decreti, videlicet quod per nominationem, sigillationem, responsionem, processionem, ordinationem factas & faciendas per quoscumque ambasiatores quorumcumq; dominorum spiritualium & temporalium nulli valeat in titulis, dominiis aut prærogativis novuum jus acquiri, & alias prout in eadem papyri schedula, cujus tenor inferius insertus habetur, publice, alta & intelligibili voce legit hujusmodi sub tenore.

Qua quidem schedula, ut præfertur, lecta, de mandato totius congregationis, & synodi sacrosanctæ R. P. D. Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis nomine totius concilii & synodi juxta ordinationem omnium nationum, quæ ad præsentem sessionem respondit, & approbavit eandem schedulam per verbum, Placet.

Super quibus lectis, & approbatis magister Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis promotores dictæ synodi, & concilii petierunt per protonotarios sedis apostolicæ, aliosque scribas & notarios ipsius synodi unum & plura, publicum & publica confici instrumenta, præsentibus prædictis.

His namque factis reverendi in Christo patres & domini, domini Guillelmus Arnoldi Bajonensis, & Nicolaus Aquensis episcopi, & honesti viri domini Eximinus de Aymar in sacra pagina magister archidiaconus mensæ in ecclesia Pampilonensi, & Ioannes de Lotena legum doctor, Arcaldus curiæ majoris regni Navarræ, ambasiatores & nuncii, sive procuratores illustrissimi principis Caroli regis Navarræ, inter quos venerabilis vir D. Eximinus præfatus exposuit, qualiter idem rex Navarræ, clerus, nobiles, & homines trium ejusdem regni statuum recommendarent se præsenti concilio Constantiensi, quorum ipse una cum ipsis collegis esset nuncius & ambasiator, ad quod ostendendum produxit ibidem nomine dictorum regis & nobilium constitutionem procuratorum auctoritatis & potestatis ipsorum ambasiatorum & nunciorum per certa publica instrumenta, quorum tenores inferius sunt inserti. Quæ mandata sive instrumenta eorum potestatis fuerunt omnia & singula per ordinem per venerabilem Petrum de Polonia decretorum doctorem de mandato concilii Constantiensis alta & intelligibili voce lecta io ambone præfato.

Quibus quidem instrumentis lectis supradictus dominus Eximinus incepit facere sermonem, in quo primo recommendavit dominum suum regem Navarræ, offerens eundem ad omnia beneplacita concilii Constantiensis quoad unionem sanctæ matris ecclesiæ, ad extirpationem hæresum, & schismatum, & reformationem, & alios tres status regni Navarræ, tanquam filios obedientiæ in omnibus, & per omnia velle concurrere cum ipso concilio in præmissis, & aliis, in quibus fuerit necessarium concurrere.

Quo sermone completo, volentes se unire concilio, idem dominus Eximinus legebat capitulum convocationis in hunc modum.

Nos Guillelmus Arnoldi Bajonensis, & Nicolaus Aquensis, Aymar canunicus & archidiaconus in ecclesia Pampilonensi in sacra pagina magister, & Ioannes de Letona legum professor, &c. Oratores & procuratores, ambasiatores & consiliarii illustrissimi principis & domini, domioi Karoli regis Navarræ, &c. volentes adimplere conventionem Narbonæ initam inter sereoissimum principem dominum Sigismundum Romanorum, Vngariæ, &c. Regem, &c. ut in capitulo unionis Aragonum .... miseratione divina episcopi, presbyteri, & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, præpositi, decani, archidiaconi, aliique ecclesiarum & monasteriorum, &c. ut supra.

Qua littera convocationis lecta usque ad fioem, dominus Guillelmus legebat in hunc modum.

Nos oratores & procuratores regis Navarræ, aliorumque dominorum præfatorom, cui quidem capitulo satisfacientes convocamos vos omnes prælatos, & ceteros dominos in hac congregatione juxta tenorem dicti capituli.

Qua schedula lecta, præfatus dominus Franciscus episcopus Aretinus de mandato ipsius synodi Constantiensis, &c. legebat schedulá responsivam infrascripti tenoris.

Nos miseratione divina episcopi, presbyteri, diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati, & cæteri hic congregati dictam convocationem accepramus, & offerimus nos paratos sine dilatiooe quacumque ad procedendum ad ulteriora. Et insuper requirimus vos oratores & procuratores prædicti, quatenus ad unionem faciendam nobiscum procedatis juxta tenorem tertii capituli convocationis prædictæ qui talis est: Tertio, quod præfatis de obedientia dicti D. Benedicti XIII. papæ. &c. venientibus ad Constantiam statim fiat unio eorumdem ad dictum concilium Constantiense, &c. ut supra.

Quibus peractis, dicti oratores & procuratores responderunt dicentes, nos oratores & procuratores prædicti prædicto nomine unimus nos vobis juxta tenorem dicti capituli.

Et statim dictus D. Franciscus Aretinus episcopus respondebat dictis procuratoribus nomine concilii in hunc modum.

Nos prælati, & alii congregati, ut supra, acceptamus dictam unionem, & e converso nos vobis oratoribus & procuratoribus præfatis dicto nomioe juxta tenorem dicti capituli unimus.

Qua unione sic, ut præfertur, facta, R. P. D. Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis nomine

facti

facri concilii Conftantienfis prædicti ad omnia & fingula prædicta fuper approbatione eorum refpoodit per verbum, Placet.

Super quibus omnibus & fingulis veoerabilis vir magifter Heoricus de Piro de Colonia promotor & procurator concilii nominibus quibus fupra, fibi petiit fieri inftrumenrum & inftumenta, *&c.* Præfentibus dictis DD. cardioalibus & aliis pro teftibus.

Subfequenter reverendiffimos in Chrifto pater D. Guillelmus tituli fancti Marci prefbyter cardinalis nomine totius concilii Conftanticofis levavit fe in medlum, & nomine quo fupra, refpondendo ipfis oratoribus fecit unam pulchram collationem, in qua recommendavit D. regem Navarræ, nobiles, clerum & regnicolas omnium ftatuum de diligentia & legalitate ipforum, ac bona intentione, qusm habeot & gerunt ad unionem fanctæ matris ecclefiæ: Deinde recommendando ipfos ambafiatores, & oratores de laboribus geftis, *&c.* Qua collatione conclufa, & finita fynodus incepit pfalmum cantare, Te Deum laudamus. Quo cantaio, fuit inchoatum officium miffæ per reverendiffimum P. D. Iacobum epifcopum Laudenfem cum introitu de fancto Spiritu. Officio miffæ peracto juxta ritum & confuetudinem aliarum feffionum fuerunt lectæ litaniæ cum orationibus ipfius & euangelio, Hoc eft præceptum meum, *&c.* & aliis requifitis ad officium divinum in publicit ipfius concilii feffionibus factis, dictis, atque cantatis.

Quibus fic peractis pro complemento, & conclufione ipfius feffionis, & uoionis integralis ipforum oratorum cum concilio Conftantienfi, prælibatus dominus Eximinus archidiaconus & procurator nominibus quibus fupra, legebat unum capitulum concludeodo totaliter unionem inter ipfos ambafiatores, & concilium Conftantienfe in hunc modum.

Nos oratores prædictis nominibus, & quolibet ipforum nominum omnibus aliis modo, via, jure, caufa, forma & nominibus quibus validius & efficacius poffumus, & valemus, omnia & fingula decreta, ftatuta, & proteftationes, oecnon cooventiones & pacta per facrofanctam generalem fynodum Conftantienfem nobifcum dictis nominibus facta, & decreta edita, & quæ nunc funt feriofios lecta ipfa habentes pro fufficienter expreffis & folenniter repetitis, vice, & nomine dicti regis præfati, & omoium regnorum & terrarum fuarum, cæterorumque quorum oominibus bic fumus, & pro quibus habemus mandatum fpeciale, acceptamus, affentimus, approbamus, & folenniter confirmamus. Et fimiliter ficut ipfa fynodus proteftata eft, qood non intendit recedere a capitulis in prædicta civitate Narbonenfi concordatis, de qoibus io decreto præfentis fynodi oune de proximo edito, quod hic volumus habere pro expreffo, & fpecifice declararo, facta exitit mentio fpecialis; ita & oos dictis nominibus, quolibet eorum folemniter proteftamur.

His fic peractis, magifter Henricus de Piro procurator, & procuratorio nomine concilii præfati, petiit fibi fieri de præmiffis omnibus & fingulis a protonotariis fedis apoftolicæ, cæterifque notariis & fcribis ipfius concilii Conftantienfis unum, vel plura, publicum & publica inftrumenta.

Procuratorium regis Karoli Navarra.

Karolus Dei gratia rex Navarræ dux Nemofieofis. Vniverfis & fingulis præfentes literas noftras infpecturis falutem, & ad gloriofæ benedictæ unionis complementum quæcumque falubriter operari. Ex providentia judicis æterni, de cujus vultu recta judicia prodeunt, jura prodiiffe nofcuotur, quæ terram judicent, juftitiam diligant, & refpiciant æquitatem. Hæc fi quidem velut Dei teftameotum quo fœdus generis humani confiftit, corde puro, follicitudine vigili, ftudio diligenti, & debita funt ftabilitate fervanda; nam pacem pariunt, moleftiam tollunt, lites perimunt, unicuique quod fuum eft tribuunt, jurgiorum materias reprimunt, lædi alterum ab altero non permittunt, ac perpetientibus injuriam fubveniunt. Abfit ergo, quod illi, quorum oportet juftitiam in confpectu gentium revelare, juxta illud, Diligite juftitiam, qui judicatis terraoi, a juris veritate divertant: Quia veritas de terra orta eft, & juftitia de cælo profpexit. Ipfe enim judex æternus, lux, via, veritas, & vita eft, qui ex alto profpectans populum, quem ipfe creavit, protoplafti de luto damnationis fententiam meruiffe regem pacificum unigeoitum dominum Iefum Chriftum mifericorditer pro ipfius redemptione populi deftinavit, qui carnem noftræ mortalitatis indutus populum eundem ab æternæ cruciatu mortis eripuit, & de fuo pretiofo fanguine redemit, virginem matrem fanctam ecclefiam catholicam fibi conjugem formavit, qoam poft refurrectionem & afcenfum ad ipfum Simoni Ioannis apoftolo, ut capite cooftituto, fchifmatis tolleretur occafio, fucceffive commifit cum juridica plenaria ligandi atque folvendi poteftate divina. Nos itaque confiderantes cum ingeoti cordis noftri amaritudine prædictam fanctam matrem ecclefiam ambitione obftinata, & diffugiis contendentium de papatu adeo concuti & turbati, ut nollus eft, qui ad compaffionem ejufdem fanctę matris ecclefię moveri non teneatur, providereque omni modo poffibili, concernentefque, & in æternæ noftræ meotis acie revolventes guerrarum turbines, feditionum fcandala, & alia nonnulla corporum & animarum pericula, quę retro actis temporibus propter hoc deteftanduro & abhorrendum fchifma, & dierum malorum inveteratum per univerfum orbem exorta fuęre, & cupieores quantum cum Deo poffumus eifdem obviare, eaque Deo propitio fedare, & bona difpofitione præeunte, penitus adnullare, ad inftantiam & requifitionem facrofanctę fynodi, quæ pro fuffragiis debitis, & opportunis unionem prętatam concernentibus majeftatem exorare, & deprecari vivaciter oon ceffavit; oecnon ad inftantiam & requifitionem fereniffimi principis regis Aragonum confanguinei noftri cariffimi recol .... me, ... qui oos ad fui conventionem cum excellentiffimo Romanorum rege fratre noftro chariffimo fiendam Perpiniani incitavit, io tantę neceffitatis articulo propofuimus auctore domino opportunum confilium adhibere. O utinam defuper datum nobis effet, ut cum bonore Dei & ecclefię, & falubri ftatu fidelium poffet commode circa tantum negotium noftra pręfentia corporalis exhiberi, quod ubi vigilanter mente exiftimus, ibi pręfentialiter proprios explicaremus affectus. Verum quia innumera negotiorum varietate diftrahimur, & bumana natura non patitur, ut ejufdem effentia corporalis tota fimul in diverfis locis exhibeat fe pręfentem, illos in parte noftrę regię follicitudinis nonnumquam affumimus, quibus forte percepimus cęlefti dooo provifum, ut in altis & arduis negotiis fciant & poffint proinde confulere, ac utili confiliu providere. Ac propterea confidentes ab experto de fide, prudentia, induftria, & legalitate reverendorum in Chrifto patrum & dominorum Guillelmi & Nicolai Dei gratia Baioneofis & Aquenfis epifcoporum, necnon venerabilium magiftrorum Eximini de Aymat arcbidiacooi menfę in ecclefiá

PPPpp Pam-

* Guitana, sive Guitaria,

Pampilonensi, & Martini de * Guecontaria sacræ theologię professorum, & etiam domini Ioannis de Lacena in legibus doctoris consiliariorum nostrorum de certa nostra scientia, consulte & deliberate dictos dominos Guillelmum & Nicolaum episcopos, Eximinum & Martinum magistros, ac Ioannem in legibus doctorem, consiliarios nostros destinamus ambasiatores, & nuncios singulares specialiter & expresse, ad tractandum, consentiendum, concordandum, concludendum & firmandum tam cum dicto rege quam alio seu aliis personis, corporibus, collegiis, aut congregationibus cujuscumque obedientiæ, vel sine eis, in omnibus & singulis actibus dictam materiam tangentibus & incidentibus, dependentibus & emergentibus ex eadem seu eidem annexis, necnon ad interessendum vice & nomine nostro, ac pro nobis in sacrosancto generali concilio Constantiensi pro uniendo nos, & faciendo unum generale concilium cum aliis ibidem congregatis ob detestandum & horrendum schisma sedandum, extirpandum & resecandum, & bona dispositione præeunte adnullandum, unionem universalis, & piæ matris ecclesiæ procurandum, reformationem etiam ipsius matris ecclesiæ tam in capite quam in membris complendum, & ad electionem unius Romani pontificis procedendum, & pro aliis causis, & rationibus, quæ ad generale concilium de jure spectant, & pertinent. Et generaliter ad faciendum & complendum omnia & singula in articulis tractatis, & firmatis in Narbona specificant... & declarant, & in nostram animam quodlibet licitum juramentum jurandum, firmandumque & exercendum prædictos omnes, & singulos actus una cum ambasiatoribus illustrissimorum regum Aragonum & Castellæ, quos nos facere, & requirere, firmare & exercere possemus in & circa præmissa, & quodlibet eorum, si ibi personaliter interessemus, unum vel plures, procuratorem vel procuratores loco sui, qui similem habeant potestatem substituendum & illum revocandum toties quoties eis, vel eorum alicui videbitur expediens. Dantes & concedentes nostris ambasiatoribus & nunciis jam dictis & cuilibet eorum in solidum licentiam, & liberam potestatem ad omnia & singula supradicta; & promittimus in verbo regio sub hypotheca & obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum, quod nos habebimus ratum, gratum & firmum quicquid per ambasiatores nostros prædictos, aut quemlibet ipsorum, seu substituendum, vel substituendos ab eis, vel eorum aliquo nomine nostro fuerit tractatum, concordatum, firmatum, actum, dictum, gestumve in præmissis, & quolibet præmissorum. In cujus rei testimonium præsentes nostras hujusmodi literas sigilli nostri fecimus appensione muniri. Requirentes & mandantes notario publico infrascripto quatenus de præmissis retineret & conficeret unum publicum instrumentum, seu publica instrumenta. Acta fuerunt hæc in villa Pontis reginæ regni Navarræ in palatio regio, ubi de mandato præfati D. regis Navarræ curia generalis dominorum prælatorum, procerum, baronum, militum, generosorumque, & aliorum populorum ipsius regni fuit convocata & congregata die XII. mensis Septembris sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimo sexto.

Testes hujus rei sunt nobilis miles dominus Ioannes Dezpelera regni Angliæ, venerabiles viri DD. Garsias de Rausa de Vallis, Guillelmus de Lepis scutifer honoris, & alii quamplurimi qui ibidem interfuerunt vocati, pariter & rogati.

Et ego Pellegrinus Luxi de Lussareta, clericus Pampilonensis diœcesis publicus apostolica auctoritate notarius, qui præmissis omnibus, & singulis, dum sic, ut præfertur, per præfatum serenissimum principem, & dominum nostrum, dominum regem Navarræ in præfata curia generali agerentur, & fierent de ipsius domini regis mandato una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum instrumentum manu propria in forma superius annotata scripsi, hic me subscribens, signumque meum solitum, & consuetum una cum appensione sigilli ipsius domini regis apposui rogatus, & requisitus in fidem, & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Procuratorium status cleri regni Navarræ.

In nomine domini Iesu Christi, Amen. Præsentis publici instrumenti serie cunctis pateat evidenter, quod de mandato serenissimi & excellentissimi, ac domini nostri, domini Caroli Dei gratia regis Navarræ, ducisque Nemosiensis fuit in villa Pontis reginæ regni Navarræ in palatiis regalibus curia generalis tam dominorum episcoporum, prælatorum, quam multorum nobilium dominorum & procerum baronum, militum, infantonum, generosorum, burgensium, ac venerabilium hominum, seu virorum civitatum bonarum, villarum, totiusque alterius populi dicti regni per speciales nuncios & procuratores potestatem plenariam ab universitatibus habentes ad infrascripta peragenda specialiter, & ab expresso congregata, ac etiam celebrata, præfatusque dominus noster rex cum ingenti, ut assuevit, cordis sui amaritudine universalem, sanctam, & piam matrem ecclesiam ambitione, obstinationeque diffugiis contendentium de papatu adeo concuti, & turbari referavit, ut nullus est, qui ad compassionem ejusdem matris ecclesiæ moveri non teneatur, providereque omni modo possibili, ideo ad comparendum & interessendum vice, & nomine ipsius in sacrosancto generali concilio Constantiensi, & ad procurandum unionem sacrosanctæ matris ecclesiæ, & ad tractandum, & concordandum, ac ad concludendum, faciendumque omnia alia & singula, quæ ad generale concilium spectant & pertinent ratione hujusmodi unionis certos ambasiatores, & nuncios speciales constituisse declaravit, quapropter reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Lancelotus de Navarra sedis apostolicæ protonotarius præfati domini nostri regis filius, & ecclesiæ Pampilonensis perpetuus administrator; necnon alii domini episcopi, prælati, ac etiam proceres, barones, milites, infantones, generosi, burgenses, venerabilis homines civitatum, & bonarum villarum, totiusque alterius populi procuratores & nuncii speciales vestigia & intentionem præoptativam præfati serenissimi domini sui regis, & unionem ipsius universalis ecclesiæ assequi ex totis viribus, & animis cupientes, confidentes de fide, prudentia, & legalitate reverendorum in Christo patrum dominorum Guillelmi & Nicolai Dei gratia Baionensis, & Aquensis episcoporum, necnon venerabilis magistri Eximini de Aymar archidiaconi mensæ in ecclesia Pampilonensi, & magistri Martini de Guitana sacræ theologiæ professoris & domini Ioannis de Lacena in legibus doctoris præfati domini regis consiliariorum ex sua certa scientia, ac sponte,

sponte, & libere omnibus melioribus modo, via, titce, causa & forma, quo, & quibus melius, & efficacius de jure possunt, & debent, fecerunt, constituerunt, ordinaverunt & creaveerunt suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores suos & nuncios speciales, & singulares præfatos dominos episcopos Baionensem & Aquensem, Eximioum & Martinum in sacra theologia professores, & dominum Ioanoem de Lacena doctorem, absentes, tanquam præsentes specialiter & expresse ad omnia, & singula, ad quæ præfatus dominus noster rex ipsos destinavit ambasiatores, & nuncios singulares, videlicet ad tractaodum, concludendum & firmandum tam cum illustrissimo rege Romanotum, quam cum alio seu aliis personis, corporibus, collegiis, aut congregationibus cujuscumque obedientiæ, vel sine eis in omnibus & singulis actibus dictam materiam tangentibus, ac incidentibus, dependentibus, ac emergentibus ex eadem, seu eidem annexis; necnon ad interessendum vice, ac nomine dictorum dominorum constituentium, & pro eis in sacrosancto & generali concilio Constantiensi pro uniendo & faciendo unum concilium generale una cum aliis ibidem congregatis ob detestandum & horrendum schisma sedandum, extirpandum, resecandum, & bona dispositione præeunte annullandum, unionem universalis sanctæ matris ecclesiæ procurandum, reformationem etiam ipsius sanctæ matris ecclesiæ tam in capite, quam in membris complendum, & ad electionem unici Romani pontificis procedendum, & pro aliis causis, & rationibus quæ ad generale concilium de jure spectant & pertinent, & ad faciendum & complendum alia omnia & singula, quæ in articulis tractatis, & firmatis in Narbona specificantur & declarantur, & in animas eorum, & cui vult eorum quodlibet licitum juramentum præstandum firmandumque, jurandum & exercendum prædictos & omnes, & singulos alios actus una cum ambasiatoribus illustrissimorum regum Aragonum & Castellæ, quos præfati domini constituentes facere, requirere, firmare & exercere possent in, & circa præmissa & quodlibet ipsorum, si ibi personaliter interessent unum vel plures, procuratorem seu procuratores loco sui, qui similem habeant potestatem substituendi, & eum, vel eos removendi toties, quoties eis, vel eorum cuilibet videbitur expedire. Et cum unio præfata universalis sanctæ matris ecclesiæ sortiatur effectum specialiter, & expresse ad impetrandum litteras opportunas cujusvis tenoris a summo pontifice, pro erigendo, duas, tres, quatuor vel plures ecclesias cathedrales, & episcopatus in præfato regno, ad decorandum & augmentandum honorem, & utilitatem memorati domini nostris regis & regni Navarræ: necnon etiam literas dispensationum pro ipsius domini regis filiabus & nepte, ut matrimonium contrahere & nubere possint, nonobstante impedimento cujusvis gradus consanguinitatis, vel affinitatis, & hoc propter grande bonum, utilitatem & honorem præfati domini nostri regis, & regni, & totius populi, & generaliter quascumque literas reipublicæ augmentationem, honorem & utilitatem concernentes impetrandum, & obtinendum, ac faciendum, dicendum, gerendum & exercendum omnia alia, & singula quæ boni, veri & legitimi procuratores facere possunt, & debent, & quæ in præmissis & circa præmissa, & quolibet præmissorum dependentium & emergentium ex eis necessaria, fuerint seu etiam opportuna, & quæ ipsimet domini, constituentes dicerent, facerent, gererent, exercerent, dicere, facere, & exercere possent, si in præmissis omnibus & singulis personaliter interessent, etiam si

A sint, quæ mandatum exigant magis speciale, & majora, & graviora essent, quæ in præsenti procuratorio sint expressa, ac etiam talis naturæ forent, quod merito præsentiam personæ requirant. Dantes & concedentes præfati domini constituentes dictis suis procuratoribus, & cuibbet ipsorum in solidum plenam & liberam potestatem, & mandatum speciale omnia, & singula supradicta nomine ipsorum dominorum constituentium faciendi & exercendis Promittentes præfati domini constituentes mihi notario publico infrascripto, ut publicæ personæ legitime stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium & singulorum, quorum interest, vel intererit ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros id totum, & quicquid per dictos procuratores suos, &
B eorum quemlibet, aut substituendum, vel substituendos ab eis, vel eorum aliquo factum, actum, gestum, vel ordinatum fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum sub hypotheca, & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum, ac ecclesiarum, civitatum, villarum, locorum & universitatum præfatorum, sub omnibus juris, & facti renunciationibus ad hæc necessariis, pariter & cautelis. De quibus omnibus & singulis supradictis domini constituentes requisiverunt me antefatum, & infrascriptum notarium publicum, quatenus conficerem & retinerem unum, vel plura, publicum instrumentum, seu publica instrumenta.

Acta fuerunt loco Pontis reginæ prædicto die XII.
C mensis Decembris sub anno a nativitate domini MCCCCXVI. præsentibus nobilibus viris DD. Garsia Luppi de Rescide vallis, VVillelmo de Serch scutifero honoris, & multis aliis notabilibus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Peregrinus Luppi de Lussarreta clericus Pampilonensis diœcesis auctoritate apostolica notarius publicus, & juratus, qui præmissis omnibus, & singulis dum sic agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præsens personaliter interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi ad instantiam & requisitionem præfatorum reverendissimorum dominorum, ac nobilium, & aliorum dominorum constituentium in notam scripsi, ex qua hoc præsens
D publicum instrumentum procurationis manu propria scripsi, cui me subscribens signum meum solitum, & assuetum rogatus & requisitus in fidem, & testimonium præmissorum cum interlineo ubi legitur, Et episcopatus datum, & actum, ut supra.

Procuratorium D. Decani beatæ Mariæ de Tutela.

In nomine domini. Amen. Præsentis publici Instrumenti serie cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate ejusdem domini MCCCCXVS. indictione nona, die vero 12. mensis Octobris reverendus in Christo pater & dominus Xantius miseratione divina decanus ecclesiæ collegiatę beatę
E Mariæ de Tutela * Ciragonensis diœcesis in mei notarii publici, & testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus proposuit, & dixit, Quod cum secundum certa capitula inter ambasiatores totius fere Christianitatis ultimo in civitate Narbonensi super extirpatione præsentis pestiferi schismatis, & hæresum, & pro reformatione universalis ecclesię in capite & in membris concordata & firmata fuerint per reverendos in Christo patres dominos prælatos, cæterosque viros ecclesiasticos in civitate Constantiensi, ut asserunt, ad concilium generale congregatos per ipsorum literas convocatorias ad

* Tirasonensis

complendum contenta in dictis capitulis, sic, ut prefertur, in civitate Narbonensi concordatis ad dictam civitatem Constantiensem accederet. Et ipse volens quantum potest contenta in dictis articulis, ut præfertur, sic concordatis adimplere, quia pluribus aliis negotiis occupatus personaliter accedere non potest: Idcirco ex certa scientia sua constituit, fecit, creavit, & ordinavit suos veros & certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, defensores, & negotiorum suorum gestoras, & nuncios speciales & generales, videlicet reverendos in Christo patres, & dominos Guillelmum Arnoldi Bajonensem, & Nicolaum Aquensem episcopos, & honestos viros DD. Eximinum de Aymar in sacra pagina magistrum archidiaconum mensæ in ecclesia Pampilonensi, & Ioannem de Lacena legum doctorem Alcaldum curiæ majoris regni Navarræ, licet absentes tanquam præsentes, & quemlibet eorum in solidum ad comparendum nomine ipsius constituentis, & pro eo in dicta civitate Constantiensi, & ad interessendum pro uniendo se dicto asserto concilio ad faciendum concilium generale una cum ibidem congregatis, & ad tranctandum, ordinandum, & statuendum una cum dictis dominis de concilio prædicto illa quæ pro extirpatione prædicti pestiferi schismatis, & hæresum, pro unione sanctæ ecclesiæ, pro reformatione universalis ecclesiæ in capite, & in membris, & pro unico eligendo pastore, & pro aliis causis & rationibus, quæ ad generale concilium de jure spectant, & pertinent, fuerint tractanda, statuenda, & ordinanda cum dependentiis, emergentiis, & connexis; & ad ratificandum, & approbandum omnia, & singula in dicto concilio tractata, statuta, & ordinata, pœna, vel juramento, prout eis, vel eorum alteri videbitur expedire, faciendum. Et generaliter omnia alia, & singula faciendum, dicendum, gerendum, procurandum, & exercendum, quæ boni, veri, & legitimi, ac idonei, & sufficientes procuratores facere possunt & debent, & quæ in præmissis, & circa præmissa & quolibet præmissorum ac dependentium, & connexorum, incidentium, & emergentium ex eis necessaria fuerint, & etiam opportuna prænominatis capitulis inviolabiliter observatis, & quæ ipsemet diceret, faceret, gereret, dicere, facere, & exercere posset, si in præmissis omnibus, & singulis personaliter interesset, etiam si quæ sint quæ mandatū exigant magis speciale, & majora essent necessaria, quam ea quæ in præsenti procuratorio sunt expressa; ac relevans ex nunc, & relevatos esse volens idem dominus constituens dictos suos procuratores, & eorum quemlibet ab omni onera satisdandi, promittens bona fide mihi notario publico infrascripto præsenti, stipulanti, & stipulationem hujusmodi in me solemniter recipienti vice, & nomine omnium, & singulorum bonorum se gratum, ratum, atque firmum perpetuo habiturum totum illud in toto, vel in parte, per dictos procuratores suos, & eorum quemlibet in præmissis, & circa præmissa, & quolibet præmissorum dictum, factum, & gestum fuerit, seu etiam quomodolibet procuratum. De quibus omnibus & singulis supradictis dictus dominus constituens requisivit me notarium publicum infrascriptum, quatenus retinerem, & conficerem sibi publicum instrumentum, quod suo proprio impendenti sigillari fecit. Acta fuerunt hæc Olerì Pampiloneosit diœcesis, anno, indictione, die, & mense, quibus supra. Præsentibus discretis viris dominis Ioanne Aetilao presbytero, & portionario dictæ ecclesiæ sancti Petri de Olito carpentario, & Ioanne Olito carpentario vicino dictæ villæ de Olito diœcesis Pampilonensis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et me Garsia de Senosia clerico Pampilonensi publico auctoritate apostolica notario, qui præmissis omnibus, & singulis dum sic, ut præfertur, per dictum dominum constituentem agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, & in notam recepi, de qua hoc præsens publicum instrumentum procurationis manu propria scriptum in haoc publicam formam redegi, cui me subscripsi, & signo meo consueto cum appensione sigilli dicti D. Decani de Tutela constituentis signavi, in fidem & testimonium omnium, & singulorum præmissorum requisitus & rogatus.

Instrumentum procurationis D. abbatis de Oliva Pampilonensis diœcesis.

Vniversis, & singulis præsentes literas inspecturis notum facimus per præsentes, quod nos Ioannes miseratione divina abbas monasterii Beatæ Mariæ de Oliva ordinis Cisterciensis regni Navarræ diœcesis Pampilonensis, frater Ioannes Felix prior, frater Petrus de Sangossa subprior, frater Martinus de Cadreta cellerarius, frater Petrus de Estela infirmarius, frater Michael de Gallipensio sacrista, monachi dicti monasterii de Oliva congregati, ut moris est, ad sonum campanæ in palatio infirmariæ, quæ est ante capellam Iesu Christi in dicto monasterio, quem locum pro capitulo, & loco capituli ad infrascripta peragendum elegimus, capitulantes, & conventum dicti monasterii facientes. Cum secundum certa capitula inter ambasiatores totius fere Christianitatis ultimo in civitate Narbonensi super extirpatione præsentis pestiferi schismatis, & hæresum, & pro reformatione universalis ecclesiæ in capite & in membris concordata & firmata, fuimus per reverendos in Christo patres & dominos, dominos prælatos, cæterosque viros ecclesiasticos in civitate Constantiensi sic, ut asserunt, ad concilium generale congregatos, per ipsorum literas convocari, ut ad implendum contenta in dictis capitulis sic, ut præfertur, in civitate Narbonensi concordatis, ad dictam civitatem Constantiensem accederemus; Et nos volentes, quantum possumus contenta in dictis capitulis sic, ut prefertur, concordatis adimplere, quam pluribus arduis negotiis dicti nostri monasterii occupati personaliter accedere non possumus. Idcirco ex nostra certa scientia constituimus, creamus, & ordinamus omnes simul, & in solidum nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, defensores, & negotiorum nostrorum gestores, ac nuncios speciales & generaler, videlicet reverendos in Christo patres & dominos, dominos Guillelmum Arnoldi Bayonensem, & Nicolaum Aquensem episcopos, & honestos viros dominum Eximinum de Aymar in sacra pagina magistrum, archidiaconum mensę in ecclesia Pampilonensi, & Ioannem de Lacena legum doctorem Alcaldum curię majoris regni Navarræ licet absentes, tanquam præsentes, & quemlibet ipsorum in solidum ad comparendum nomine nostro, & pro nobis in dicta civitate Constantiensi, & ad interessendum pro uniendo se dicto asserto concilio, & faciendo concilium generale una cum aliis ibidem congregatis, & ad tractandum, ordinandum, & statuendum una cum dictis dominis de dicto concilio illa, quæ pro dicta extirpatione dicti pestiferi schismatis & hæresum, pro sancta unione ecclesiæ in capite, & in membris, & pro unico eligendo pastore, ac pro aliis causis & rationibus, quæ ad generale concilium de jure pertinent & spectant juxta, & secundum articulos, qui, ut præfertur, Narbunę concordati fuerunt, tractandum, faciendum, & ordinandum cum dependentiis,

amergentiis,

emergentiis, & connexis, & ad ratificandum & approbandum omnia, & singula in dicto concilio tractata, statota, & ordinata pœna, vel juramento prout eis, vel eorum alteri videbitur faciendum. Et generaliter omnia alia universa, & singula dicendum, faciendum, procurandum & exercendum, quæ veri procuratores facere possunt & debent, & quæ in præmissis & circa præmissa, & quolibet præmissorum, ac dependentium, connexorum, incidentium & emergentium ex eis necessaria fuerint, ac etiam opportuna, prænominatis capitulis inviolabiliter observatis, & quæ nosmet diceremus, faceremus & exerceremus, dicere, facere, & exercere possemus, si præmissis omnibus & singulis personaliter interessemus, etiamsi quædam sint, quæ mandatum exigant magis speciale, & majora essent, quam ea, quæ in præsenti procuratorio sunt expressa. Et relevantes ex nunc, & relevatos esse volentes dictos procuratores nostros, & eorum quemlibet ab omni onere satisdandi, promittimus bona fide notario infrascripto stipulanti, & receptionem stipulationis hujusmodi in se recipienti sub hypotheca omnium & singulorum bonorum dicti nostri monasterii nos ratum & firmum perpetuo habituros totum id, & quicquid in toto vel in parte per dictos procuratores nostros, & eorum quemlibet in præmissis & circa præmissa dictum, factum, & gestum fuerit, seu etiam quomodolibet procuratum. In cujus rei testimonium præsentes literas, seu præsens procurationis publicum instrumentum per notarium publicum infrascriptum fieri fecimus, & sigillorum nostrorum abbatis & conventus appensione muniri. Datum & actum in præfato monasterio 15. die mensis Octobris anno a nativitate domini 1416. præsentibus viris discretis Arnoldo Garsiæ de Stagma portionario ecclesiæ parochialis de Caro-Castro, & Didaco de Mediano scutifero, testibus ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

Et ego Ioannes Martini de Cilletis presbyter diœcesis Pampilonensis auctoritate apostolica notarius præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur, & fierent una cum prænominatis testibus præsens personaliter interfui, & de mandato dictorum dominorum constituentium hoc præsens publicum procurationis instrumentum mea manu propria scriptum, stipulationemque præfatam vice, & nomine omnium & singulorum, quorum interest, seu interesse potuit quomodolibet in futurum, solenniter, ut præfertur, recipienti, signoque meo consueto signavi in fidem, & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus & rogatus.

Procuratorium abbatis de Tirasona Tirasonensis diœcesis.

In nomine domini, Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini 1416. indictione 9. die vero 23. mensis Iulii. Subtractione facta in regno Navarræ, in mei notarii publici infrascripti, testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia existentes & constituti personaliter, congregati ad sonum campanæ, prout est fieri consuetum, reverendus in Christo pater frater Michael de Gallipiento abbas, frater Bartholomæus de Tirasona prior, frater Ægidius subprior, frater Michael de Facibus cellerarius, frater Ioannes de Araciel monachi, & conventus monasterii de Firero in regno Navarræ ordinis Cisterciensis, & Tirasonensis diœcesis gratis, & ex eorum certa scientia, ac voluntate spontanea, omni eo meliori modo, via, vice, causa & forma, quibus de jure potuerunt & debuerunt, fecerunt, creaverunt, & solenniter ordinaverunt suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, & negotiorum suorum gestores, ac nuncios speciales & generales, ita quod specialitas generalitati non derogет, nec e converso, videlicet multum honorabiles & magnæ circumspectionis viros DD. Eximinum de Aymar magistrum sacræ paginæ, archidiaconum mensæ in ecclesia Pampilonensi, nobilem virum Martinum de la Cayra militem, fratrem Martinum de Gantarra magistrum in sacra pagina ordinis Minorum, & Ioannem de Rhedaoa decretorum doctorem nuncios sive ambasiatores serenissimi principis regis Navarræ absentes, tanquam præsentes, & eorum quemlibet in solidum similiter ad consentiendum, approbandum, ratificandum, & omologandum in electione summi pontificis facienda in concilio Constantiensi in præsentia regis Romanorum, dominorum cardinalium, dominorum præsidentium quatuor nationum ibidem existentium, vel aliorum quorumcumque ad hoc potestatem habentium, & ad præsentandum supplicationes, articulos, libellum, seu libellos, & quascumque petitiones summarias, alias scripturas, quæcumque negotia tangentes, & ad jurandum in animam dictorum constituentium de stando, & parendo mandatis sanctæ matris ecclesiæ, vel aliud quodcumque licitum juramentum. Et demum generaliter omnia alia universa & singula faciendum, dicendum, procurandum & exercendum, quæ in præmissis, & quolibet præmissorum semper personaliter interessent, & quæ causarum & negotiorum merita postulant & requirunt, etiamsi talia forent, quæ mandatum aliud exigerent magis speciale. Promiseruntque mihi notario publico infrascripto, ut personæ publicæ, ibidem præsenti, stipulanti, & solenniter recipienti vice, & nomine omnium illorum & singulorum, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros totum id, & quicquid per dictos procuratores, seu eorum alterum actum, dictum, factumve fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum, vel alias quomodolibet procuratum. De quibus omnibus & singulis supradictis, dicti domini constituentes voluerunt, consenserunt, petierunt & requisiverunt sibi, & dictis procuratoribus recipi, fieri, atque tradi unum, vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta per me notarium publicum infrascriptum. Acta fuerunt hæc in capitulo præfati monasterii anno, indictione, die & mense, quibus supra. Præsentibus venerabilibus & discretis viris Ioanne de sancto Martino, & scutifero habitante Turellæ Tirasonensis diœcesis, & Ioanne de sancto Petro laico diœcesis Bajonensis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Garsias de Carparfosio presbyter Pampilonensis diœcesis publicus apostolica auctoritate notarius præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, & in notam recepi, ex qua hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria scriptum in hanc publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi, in fidem & testimonium præmissorum.

Procuratorium abbatis de Irancio Pampilonensis diœcesis.

Vniversis & singulis præsentes literas inspecturis, Notum facimus per easdem, quod nos Ferdinandus de Vaquidaño miseratione divina abbas monasterii beatæ Mariæ de Yrancio ordinis Cisterciensis regni

Navarræ diœcesis Pampilonensis, frater Arnaudus de Anortuca prior, frater Michael de Anartuca subprior, frater Xantius de Ymrita Sacrista, frater Ioannes de Irmuella, frater Petrus de Reta monachi in prædicto monasterio beatæ Mariæ de Yrancio congregati, ut moris est, ad sonum campanæ ante altare beatæ Catharinæ in dicto monasterio, quem locum pro capitulo, & loco capituli ad infrascripta peragenda idoneum elegerunt. Quod cum secundum certa capitula inter ambasiatores totius fere Christianitatis ultimo in civitate Narbonensi super extirpatione præsentis schismatis & hæresum, & pro reformatione universalis ecclesiæ, tam in capite, quam in membris concordata & firmata, fuimus per reverendos in Christo patres, & dominos prælatos, cæterosque viros ecclesiasticos in civitate Constantiensi, sic, ut B asserunt, ad concilium generale congregatos per ipsorum literas convocati, & ad complendum contenta in dictis capitulis sic, ut præfertur, in dicta civitate Narbonensi concordatis ad dictam civitatem Constantiensem accederemus. Et nos volentes, &c. ut supra in procuratorio abbatis de Oliva. Idcirco ex nostra scientia constituimus, &c. Omnes insimul, & in solidum nostros veros, legitimos, &c. Procuratores, &c. reverendos in Christo patres, & dominos Guillelmum Arnoldi Bajonensem, & Nicolaum Aquensem episcopos, & reverendum in sacra pagina magistrum Eximinum de Aymar, &c. necnon, &c. dominum Ioannem de Lacena legum doctorem egregium absentes, &c. ut supra. In cujus rei testi- C monium præsentes literas, &c. per notarium publicum infrascriptum fieri fecimus, & sigillorum nostrorum abbatis, & conventus appensione muniri. Datum & actum in dicto nostro monasterio die 13. mensis Octobris, anno a nativitate domini 1416. præsentibus discretis viris dominis fratre Ioanne Dalbeis ordinis sancti Augustini conventus Scellensis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Michael Sauci de Vidavve presbyter auctoritate apostolica notarius publicus præmissis omnibus, & singulis dum sic, ut præfertur, fierent & agerentur una cum prænominatis testibus præsens interfui personaliter, & de mandato dictorum dominorum constituentium hoc præsens procurationis pu- D blicum instrumentum me aliis occupato negotiis per alium scriptum de nota per me recepta extraxi stipulationemque hujusmodi, prout supra describitur immediate vice, & nomine omnium & singulorum, quorum interest, vel intererit, recepi, cui me subscribens signo meo consueto signavi in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum requisitus & rogatus, una cum appensione sigillorum dictorum DD. abbatis & conventus.

Procuratorium abbatis de Irachis Pampilonensis diœcesis.

Universis & singulis præsentes literas inspecturis. Notum facimus per præsentes easdem, quod nos E Ioannes miseratione divina abbas monasterii beatæ Mariæ de Irachis ordinis sancti Benedicti regni Navarræ, & diœcesis Pampilonensis, Sancius Michaelis de Aregny prior, Ioannes Exin Deschauav prior sancti Clementis, Sancius Garsiæ de Minica hospitalarius, & Martinus Remigii de Aureft sacrista, monachi monasterii prædicti beatæ Mariæ de Irachis congregati ad sonum campanæ, ut moris est, in claustro dicti monasterii, quem locum pro capitulo, & loco capitulari ad infrascripta peragenda idoneum elegerunt. Quia cum secundum certa capitula inter ambasiatores totius fere Christianitatis ultimo in ci- A vitate Narbonensi super extirpatione præsentis pestiferi schismatis & hæresum, pro reformatione, &c. Idcirco ex nostra certa scientia constituimus, creavimus & ordinavimus, omnes simul & in solidum nostros veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, &c. omnes simul & eorum quemlibet in solidum, videlicet reverendos in Christo patres, & dominos DD. Guillelmum Arnoldi Bajonensem, & Nicolaum Aquensem episcopos, & reverendum in sacra pagina magistrum dominum Eximinum de Aymar canonicum, &c. necnon magnæ literaturæ, &c. dominum Ioannem de Lacena legum doctorem absentes, tanquam præsentes, & eorum quemlibet in solidum ad comparendum nomine nostro, & pro nobis in civitate Constantiensi, ubi plures prælati, cæterique viri ecclesiastici, qui pro sancto concilio, & pro negotiis expediendis, &c. ut supra in alio abbatis Pampilonensis. In cujus rei testimonium præsentes literas, &c. Datum & actum in dicto nostro monasterio die 14. mensis Octobris, anno a nativitate domini 1416. præsentibus discretis viris DD. Michaele Sancii de Much, & Joanne Martini de Lexat presbyteris dictæ diœcesis Pampilonensis testibus, &c.

Et ego Michael Sancii de Vidavve presbyter auctoritate apostolica notarius præmissis omnibus & singulis, &c. ut supra in proximo.

Procuratorium personarum unius ecclesiæ collegiatæ Tirasonensis diœcesis.

In nomine domini, Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini 1416. indictione nona, die vero quarta mensis Augusti. Subtractione facta in regno Navarræ. In mei notarii publici infrascripti, testiumque, &c. existentes & constituti personaliter congregati in capitulo ad sonum campanæ prout fieri est consuetum honorabiles & discreti viri domini magister Ioannes Eximini Ocillucdo thesaurarius, Michael de Lecaratz scholasticus, Guillelmus de Lantangne, Petrus de Gaspera vicarius, Michael de Salmis, Suetus de Labora, Lupus de Populacon, Michael de Manamis, Ioannes de Tassalia, Petrus Fiarz, Martinus Lupi de Simbum, Ioannes de Fuscinaria, & Leo Colludo canonici collegiatæ ecclesiæ beatæ Majoris * Tutillę Tirasonensis diœcesis, gratis, * Tutelæ & ex eorum scientia, & voluntate spontanea, omni eo modo, via, jure, causa, quibus melius, citius & efficacius de vice potuerunt & debuerunt, fecerunt & constituerunt, & solenniter ordinaverunt suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, factores, & negotiorum suorum gestores, ac nuncios speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e converso, videlicet multum honorabiles & magnæ circumspectionis viros dominos Eximinum de Aymar magistrum in sacra pagina, & archidiaconum, &c. nobilem virum Martinum de la Carra militem, fratrem Martinum de Guetaria magistrum sacræ paginæ ordinis Minorum, & Ioannem de Lacena decretorum doctorem, nuncios seu ambasiatores serenissimi principis regis Navarrę absentes, tanquam præsentes, & quemlibet eorum in solidum, scilicet ad comparendum, approbandum, &c. electionem summi pontificis faciendum in concilio Constantiensi, &c. in præsentia D. imperatoris, dominorum cardinalium, dominorum præsidentium quatuor nationum ibidem existentium, vel aliorum quorumcumque, &c. ut supra in procuratorio abbatis de Tirasona. Acta fuerunt hęc in Tutela in choro præfatæ ecclesię anno, indictione, die & mense quibus supra. Præsentibus

tibus discretis viris dominis Simone de Eslava portionario prædictæ ecclesiæ, & Martino de Giarra presbytero Pampiloenfis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Garsias de Catpartolis presbyter Pampilonensis diœcesis publicus apostolica auctoritate notarios præmissis omnibus & singulis, *&c.* una cum prænominatis testibus interful, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, & io notam recepi, ex qua hoc præsens publicum iostrumentum per alium fidelem scriprum aliis, *&c.* sigooque meo consueto, *&c.* rogatus & requisitus, ut sopra.

Procuratorium prioris & conventus Rosti de Vallibus Pampilonensis diœcesis.

Io oomine Christi, Amen. Præseotis poblici instrumenti serie cunctis pateat evideorer, quod anoo a oativitate domini 1416. iodictione nona, die vero sexta mensis Octobris in mei notarii publici, & testium iofrascriptorum præsentia constituti personaliter reverendus in Christo pater & dominus, D. Xaotius de Moes miseratione divina prior paupcrum Christi hospitalis beatæ Mariæ de Rosti de Vallibus ordinis sancti Augustini regni Navarræ, & diœcesis Pampilonensis magister, & venerabilis domini religiosi Petrus de Moes bachalarius in degretis camerarius, Petrus de Sancto-Ioanne sacrista, Lupus de Boigaim cantor, Petrus de Casanova infirmarius, Ioannes de Grondinis, Robertus de Foesnay, Garsias de Octavo, Petrus Oihor, Michael de Rosti de Vallibus, in camera oova ipsius hospitalis ad sonum campanæ adinfrascripta peragenda, seu expedienda; & ibi capirulum facieotes, seu celebraotes, ut est moris, proposuerunt & dixeruot, quod prout fere toti Christianitati divulgatum extitit, noper convenientibus in unum apud civitatem Narbonensem serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Vngariæ rege, & legatis congregatioois reverendorum patrum cæterorumque virorum ecclesiasticorum apud civitatem Constantiensem provinciæ Moguntinæ in dicto sic per eos concilio congregatorum ex una, & ambasiatotibus illustrissimorum dominorum regum & principum obedientiæ pro tunc D. Benedicti sic in sua obedientia vocati parte ex altera, fuerunt, pro extirpatione schismatis pestiferi, & pio unione io sancta Dei ecclesia consequenda, quædam capitula inter eos concordata, ac per eos juramento firmata, in quibus ioter cætera caverut, quod per dictos prælatos, cæterosque viros ecclesiasticos in Constantia per eos vocato concilio congregatos fuerit convocatio literalis de regibus, ac principibus, & prælatis, & cæteris de obedientia pro tunc domini Benedicti in ejus obedientia sic vocati, quod certo termino per se, vel suos ambasiatores & nuncios, seu procuratores sufficieotes comparereot in dicta civitate Constantieosi pro tractanda, & Deo propitio, consequenda unione in sancta Dei ecclesia, & alia peragenda quo iuter eos fuerint pro tunc concordata, atque vice versa per prædictos dominos reges, principes, & prælatos de obedientia pro tunc domini Benedicti, vel per eorum ambasiatores & nuncios, seu procuratores ad hoc sufficienti potestate suffultos mitteodos, ut præfertur, per eos ad Constaotiam ibidem fieret ad prænominatos prælatos, cæterosque dominos de dicto sic per eos Constantiensi concilio similis coovocatio literalis, ut sic utraque obedientia uniretur, & fieret uoum generale & universale concilium totam universalem ecclesiam repræsentans; tandem per prænominatos reverendos patres, cæterosque dominos de dicto sic per eos Constantiensi concilio fuerunt ad præmissa peragenda literatorie coovocati. Dicti igitur constituentes, ut asserunt, pacem & unitatem ecclesiæ orthodoxæ, & quæ ex ea dependet, prosperitatem fidei Catholicæ totis desideriis zelaotissime quærcotes & volentes, quæ tunc fuerunt concordata, quantum ipsis possibile est, effectualiter adimplere, cum personaliter nequeāt accedere, ex eorum certa scientia, ac sponte, & libere omnibus modo, vis, jure, causa & forma, quo, & quibus melius & efficacius de jure possunt & debent, fecerunt, constituerunt, ordioaverunt & creaverunt, faciunt, constituunt, creaot & ordioant suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, syndicos, œconomos, actores, factores, defensores, & negotiorum suorum gestores, & ouncios speciales & generales, ita quod specialitas non degeneret generalitati, nec e contra, videlicet reverendos in Christo patres & dominos, dominos Guillelmum Arnoldi Bajonensem, & Nicolaum Aquensem episcopos, & reverendum io sacra pagina magistrum D. Eximinum de Aymar caoooicum & archidiaconum de mensa in ecclesia Pampilonensi, & consiliarium domioi nostri regis; necnon magnæ literaturæ & circumspectionis virum D. Ioannem de Lacena legum egregium doctorem absentes, tanquam præsentes præsentium exhibitores, & quemlibet eorum in solidum ad comparendum pro eis, & eorum nomine in dicta civitate Constantiensi, & dominos, qui ibidem sic in dicto per eos concilio congregati existont, ad generale concilium convocandum, & unieodum se cum eis, pro uno generali & universali concilio, & ibidem ratificandum, & si opus fuerit, de novo statuendum omnia, & singula in prædictis capitulis Narboneosibus concordatis, & juratis contenta, antequam ad alios actus procedatur, postquam prædictum generale concilium fuerit sic unitum, prout tunc fuerit promissum & juratum, & demum in dicto concilio geoerali tractandum, audiendum, statuendum, & effectualiter prosequendū quicquid fuerit utile, necessarium & expediens, seu etiam opportunum pro extirpatione schismatis pestiferi & hæresum, pro sancta unione consequenda, & reformatione universalis ecclesiæ, tam in capite, quam in membris, & procedendum contra quoscumq; hæreticos & schismaticos, & perturbatores unionis sanctæ matris ecclesiæ, ouritoresque & fautores schismatis, prout casus requiret, usque ad depositionem, vel dejectionem, vel dejectionis declaratiooem inclusive, & tandem pro unius universalis ecclesiæ eligeodo pastore, & pro aliis causis, & rationibus ac quibuscumque negotiis, quæ ad generale concilium sic, ut præfertur, unitum in præmissis, & circa præmissa fueruot tractata, ordinata, & statuta, & peragendum, & adimplendum omnia alia, & singula, quæ io capitulis supra sæpius nominatis Narbonæ, ut prædicitur, concordatis contineotur, eisdem capitulis inviolabiliter observatis, & in aliquo oon infractis. Et generaliter omnia alia, & singula faciendum, dicendū, gerendum, procurandum & exercendum, quæ veri procuratores facere possuot, & debent, & quæ in præmissis, & circa præmissa, ac quolibet præmissorum & emergentiis, connexis, incidentibus & dependentibus ex eis necessaria fuerint, seu etiam opportuna; prænominatis capitulis iovio labiliter observatis, & quæ ipsimet constitueotes dicerent, facerent & exercerent, seu dicere, facere & exercere possent, si in præmissis omnibus & singulis personaliter interesseot; Etiamsi talia sint, quæ mandatum exigant magis speciale, & majora essent, quam ea, quæ in præsenti procuratorio sunt expressa. Et relevantes ex nunc, & relevatos esse volentes dictos procuratores suos, & eorum quemlibet ab omni onere satisdandi promiserunt

bona

bona fide mihi notario publico infrascripto stipulanti & stipulationem hujusmodi in se recipienti sponte, vice, & nomine omnium & singulorum, quorum interest, seu interesse poterit in futurum, se ratum, gratum & firmum perpetuo habituros totum id, & quicquid per dictos procuratores suos, & eorum quemlibet in præmissis, & circa præmissa dictum, factum & gestum fuerit, seu etiam quomodolibet procuratum, sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum dicti hospitalis, seu monasterii beatæ Mariæ de Rosti de Vallibus. In cujus rei testimonium præsens publicum instrumentum sigillorum dictorum dominorum, prioris, & conventus, & capituli fecerunt appensione muniti. De quibus omnibus & singulis, *&c.* Acta fuerunt hæc in dicto monasterio beatæ Mariæ de Rosti de Vallibus, anno, die, & mense prędictis, præsentibus honestis & discretis viris dominis Viciano rectore parochialis ecclesiæ de Villanova, & Garsia de Rosti de Vallibus presbytero Pampilonensis diœcesis pro testibus ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

Et ego Alphonsus Didaci de Areuda presbyter Pampilonensis diœcesis publicus apostolicus notarius præmissis omnibus & singulis, *&c.* una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, & in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum procurationis instrumentum me occupato, *&c.* per alium fidelem, *&c.* hic me subscripsi, signum meum solitum & assuetum, una cum appensione sigillorum dictorum dominorum, *&c.* eidem apposui rogatus & requisitus.

Procuratorium administratoris, & capituli Pampilonensis.

Vniversis & singulis Christi fidelibus. Nos Lancelotus de Navarra sedis apostolicæ protonotarius, & administrator perpetuus ecclesiæ Pampilonensis, Rodericus de Arbetu baccalarius in decretis prior, & Eximinus de Aymar in sacra pagina magister archidiaconusque de mensa, Martinus de Ayos, Martinus de Boartogium licentiatus in decretis thesaurarius, Michael de Saltu, Luxus Ægidi de Sarassa hospitalarius, Ægidius de Vixiariet, Lupus de Moes baccalarius in decretis archidiaconus sanctæ .... Lupus de Burutain infirmarius, Michael de Aynotk licentiatus in decretis, Lupus de Esperca, Martinus de la Carra, Petrus de Aynar, Garsias de Murgandœta vicarius, Garsias de Xanvvras baccalarius in decretis, cantor, Martinus de Gursa baccalarius in decretis archidiaconus Vallonsellæ, Iacobus de Svvice prior de Vallaco, Martinus de Arnacuta archidiaconus de Egniart, Ioannes de Reiha archidiaconus S. Petri de Visuin, Ioannes Crusati archidiaconus baccalarius de Aynar, & Petrus de Orbatiis canonici prædictæ ecclesiæ Pampilonensis in capitulo novo dictæ nostræ ecclesiæ Pampilonensis, ubi capitulum consuevimus celebrare, ut moris est, ad infrascripta peragenda per sonum campanę ad capitulum congregati, salutem, & veram unionem ecclesiæ sanctæ Dei, sincerum affectum pariter & effectum. Vniversitati vestræ notum facimus per præsentes, quod prout fere toti universitati divulgatum exitit, nuper convenientibus in unum apud civitatem Narbonensem serenissimo principe D. Sigismundo Romanorum & Vngariæ rege, ac legatis congregationis reverendorum patrum prælatorum, cæterorumque virorum ecclesiasticorum, apud civitatẽ Constantiæ, *&c.* ut supra in proximo præcedenti. Ex nostra certa scientia, fecimus, constituimus, creavimus, *&c.* nostros veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, *&c.* omnes simul & quemlibet in solidũ, scilicet reverendos patres in Christo, & dominos, D. Guillelmum Arnoldi Baionensem, & Nicolaum Aquensem episcopos, & reverendum in sacra pagina magistrum Eximinum de Aymar canonicum nostrum & archidiaconũ de mensa in ecclesia nostra Pampilonensi consiliarium domini nostri regis, necnon magnæ literaturæ, *&c.* dominum Ioannem de Lactena legum egregium doctorem, prælatum dominum archidiaconum pręsentem, & onus hujusmodi procurationis in se sponte suscipientem, cæteros vero absentes, tanquam præsentes, præsentium exhibitorem, seu exhibitos, & ad comparendum pro nobis, & nomine nostro in dicta civitate Constantiensi, & dominis, qui ibidem in dicto sic per eos concilio congregati existunt, ad generale concilium convocandum, *&c.* ut supra in proximo. In cujus rei testimonium præsentes literas, *&c.* fieri fecimus, & sigillorum nostrorum protonotarii, & capituli appensione fecimus communiri. Datum & actum Pampilonæ in dicto capitulo novæ ecclesiæ Pampilonensis die 16. mensis Augusti, anno domini 1416. præsentibus honorabilibus, & circumspectis viris dominis Sancio de Scheta decano ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ de Tutela diœcesis Tirasonensis, & dicti domini nostri regis consiliario, & Petro Arnaldi de sancto Stephano præfati domini nostri regis portionario testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Martinus Michaelis de Sabacurca civis Pampilonensis publicus apostolica auctoritate notarius præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent, *&c.* præsens personaliter interfui, & de mandato dictorum dominorum constituentium hoc præsens procurationis publicum instrumentum, me aliis occupato negotiis per alium scriptum de nota, *&c.* vice & nomine omnium & singulorum pręmissorum rogatus & requisitus una cum appensione sigillorum dictorum dominorum protonotarii & capituli, *&c.*

Procuratorium abbatis monasterii de Vrdacio Baionensis diœcesis.

In nomine domini, Amen. Per hoc procurationis publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno domini 1416. indictione nona, die vero ...... mensis Octobris. Subtractione facta in regno Navarræ, in mei notarii publici infrascripti, testiumque, *&c.* personaliter constitutus reverendus in Christo pater, dominus frater Pertus Saxonnea abbas monasterii sancti Salvatoris Vrdacii, vel alias de Vrdacio Premonstratensis ordinis Baionensis diœcesis proposuit, & dixit quod cum dictum monasterium de Vrdacio fuerit, & sit ædificatum & constitutum, ac constructum in eremo de loco vastæ solitudinis, ac etiam a locis, ac villis insignibus segregatum, canonicique ejusdem monasterii, quia sunt necessarii pro regimine curæ animarum parochialiũ, sint & remaneant in rectoriis, grangiis, domibus, xenodochiis, & locis a dicto monasterio separatis propter paupertatem monasterii prædicti & tenuitatem, non possint congregari simul in dicto monasterio ad celebrandum capitulum pro eorum, & dicti monasterii negotiis expediendis, nisi cum maximis expensis, & labore, nec etiam copia peritorum haberi, seu repesiri possit, nec tabelliones, & personę publicę, cum eis necessarium sit, pręsertim de pręsenti, cum ambasiatores illustrissimi & excellentissimi, ac potentis principis D. nostri D. Caroli Dei gratia regis Navarrę sint festini, & parati pro arripiendo iter ad generale concilium Constantiense de, & super concordia, seu provisione summi pontificis fienda. Idcirco dictus frater Petrus pro se, & una cũ fratre Petro Sancii de Vrdacio canonici

canonici memorati monasterii, ac vice & nomine reverendorum fratrum Dominici de Aynona prioris, Ioannis de Casanisana subprioris, Ioannis de Burda sacristæ, Martini de Ayomia provisoris, Michaelis de Bandinar rectoris parochialis ecclesiæ de Guni, Petri Cellarii, Sancii de Aono rectoris parochialis ecclesiæ de Glicando, Michaelis Digniore, Sancii de sancto Petro, Michaelis de Aroqui, & Ioannis de Cuarzoi canonicis dicti monasterii de Vrdacio, & firmando si, & in quantum requiritur necessario, & facere potuit & potest, sibique licet pro eis, & eorum quolibet gratis, & ejus certa scientia, quibus de jure potuit & debuit, fecit, constituit, creavit, & solenniter ordinavit suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, factores, & negotiorum suorum gestores, ac nuncios speciales & generales, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, videlicet multum honorabiles, & magnæ circumspectionis viros dominos Eximinum de Aymar magistrum sacræ paginæ, & Ioannem de Lacena decretorum doctorem nuncios, sive ambasiatores dicti domini nostri regis Navarræ absentes tanquam præsentes, & eorum quemlibet in solidum, scilicet ad consentiendum, approbandum, ratificandum & emologandum in electione summi pontificis facienda in generali concilio Constantiensi in præsentia regis Romanorum & dominorum cardinalium, dominorum præsidentium quatuor nationum ibidem existentium, *&c.* ut supra in procuratorio abbatis de Titasona. De quibus omnibus & singulis supradictis dictus constituens voluit & concessit, petiitque & requisivit sibi, & dictis procuratoribus suis recipi & fieri, atque tradi unum & plura, *&c.* instrumenta per me, *&c.* una cum appensione sigilli abbatis & capituli prædictorum.

Et me Martino Ioannis de Eginereta clerico Pampilonensis diœcesis publico apostolica auctoritate notario, qui præmissis omnibus & singulis, *&c.* una cum prænominatis testibus præsens personaliter interfui, *&c.* hoc præsens publicum procurationis instrumentum extraxi, meaque manu propria scripsi, *&c.* signum meum solitum, & assuetum feci cum appensione sigillorum dictorũ abbatis & capituli, *&c.*

Procuratorium abbatis monasterii sancti Salvatoris Legerensis, Pampilonensis diœcesis.

In nomine domini, Amen. Præsentis publici instrumenti serie tam præsentibus, quam futuris cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini 1417. die vero 14. mensis Octobris in ecclesia sancti Stephani Villę, seu loci de Huart prope Pampilonam, reverendo in Christo patre, & D.D. Raymundo de civitate baccalario in decretis abbate, & venerabili ac discreto viro D. Ioanne Idocui priore monasterii sancti Salvatoris Legerensis Pampilonensis diœcesis, necnon discretis & religiosis viris dominis Xantio de Vizane, & Ioanne de Sparxa monachis ejusdem monasterii, ut asserebatur, expresse professis, in mei notarii & testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum præsentia personaliter constitutis & proposito .... ex parte eorum, quod mora & fere inter cunctos Christianos orbis terrarum principes, & alios dominos tam sæculares orthodoxę & catholicæ fidei cultores, quam ecclesiasticæ, eorumque omnium subditos de mundi universi Christum colentibus partibus Cõstantiam eundi, & pro tollendo horrendo, & inveteratam schismate jam, proh dolor! & Dei ecclesia, reformanda, & restauranda sancta & tamdiu desiderata unione in ea congregandi, faciendi, tenendi & celebrandi ibidem concilium generale .... prout ad eorum pervenit notitiam, concordata materia, dictus abbas, quatenus cum dies, seu terminus ad dictum conciliũ intrandum, tenendum & celebrandum præfixus appropinquaret, jamque appropinquasset, essetque necessarium, imo rectissimũ, quod tales sicut ipsi, & sibi similes haberent interesse, & interessent facto hujus concilii, & in eo ipse quoq; propter hoc, & tale, & tantum, & tam sanctum opus versus ipsam Constantiensem civitatem & ad eam ire, & accedere curaret, ex parte dominorum terræ instanter foret, & esset requisitus ad proposita ex parte eadem subsecuta continebat responsio, quod licet teneretur ipse D. abbas, & totum dicti eorum monasterii capitulum fuisset, & esset intentionis quod idem D. abbas iret, & accederet ad dictam Constantiensem civitatem juxta sibi factam responsionem hoc tamen ipsi commodo facere non poterant, cum ad tollendas itinerum, & alia ad hoc necessarias expensas bona non suppeterent prędicti eorum monasterii, sed audissent quod multum honorabiles, & circumspecti viri D. Eximinus de Aymar sacræ paginæ magister, canonicus & archidiaconus in ecclesia Pampilonensi, & Ioannes de Lacena legum doctor serenissimi & illustrissimi principis & domini, D. regis Navarræ negotiorum promotores cum ambasiata ejusdem D. regis & administratores, & pro eis intrando ituri erant, & accessuri omnium aliorum monachorum, & capituli ejusdem, cum ibi ad infrascripta peragenda notarium publicum commode habere nequissent, & accederent ad præfatum locum de Huart tanquam, & quia locum ipsum civitati propinquum, ubi ab eadem civitate ad eadem peragenda commode habere intendebant notarium competentem, congregatiq; in dicta ecclesia, & domo S. Stephani tanquam, & quia in loco & monasterio principali subdito, & annexo in modum capituli & capitulantium ad sonum ejusdem ecclesiæ campanæ, & in fine omnium præmissorum ad eadem infrascripta peragenda in mei notarii publici & testium, ut præfertur, infrascriptorum præsentia, modo, quo supra, & alias prout melius de jure poterat, constituti & congregati, ne omnino de negligentia valeant reprehendi & notari, confidentes non immerito, de sapientia, prudentia, fidelitate & discretione prædictorum dominorum Eximini & Ioannis nunciorum seu ambasiatorum præfatorum, & cujuscumque eorum, & alias, non vi, nec metu, sed gratis, & ex eorum, & cujuslibet eorum certa scientia, & causis præmissis, omnes simul & conjunctim videlicet dictus dominus abbas cum aliis capitulantibus, & iidem capitulantes cum ipso domino abbate pro se, ac vice & nomine totius prædicti, & eorum principalis monasterii ac omnium & singulorum monachorum expresse professorum ejusdem, & consequenter dictus dominus abbas per se, & pro se, & deinceps quilibet ipsorum per se, & in solidum, prout eos, & eorum quemlibet conjunctim & divisim præsens tangebat, & tangere poterat quomodolibet in futurum negotium, faciebant, ordinabant, creabant & constituebant prout de facto fecerunt, ordinaverunt, creaverunt & constituerunt, cum, & sub ea, qua decuit, reverentia in suos certos, legitimos, veros & indubitatos procuratores, & nuncios seu syndicos speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, eosdem dominos nuncios, seu ambasiatores regios absentes tanquam præsentes, & eorum quemlibet in solidum, sic quod occupantis conditio melior non existat, sed quod unus eorum inceperit, alter valeat prosequi, mediare & finire, videlicet ad intrandum dictum generale concilium, & ad interessendum eidem, & in eo quantum oportuerit, & tractandum in ipso de dicta unione, vice & nomine, ac

loco eorumdem constituentium, & cujuslibet ipsorum, necnon eorum, & pro eis, pro quibus ipsi constituebant & constituerunt, una cum aliis dominis in eodem concilio interessentibus prout iidem domini duxerunt, & dixerunt ordinandum & concordandum; & deinceps laudandum, approbandum, & ratificandum perpetuo, vice & nomine, ac loco ejusdem quicquid per dictum generale concilium, vel ejus saniorem partem pro dicta unione consequenda actum fuerit & ordinatum. Dantes iidem domini cōstituentes & concedentes dictis suis dominis nunciis & procuratoribus, seu syndicis, & cuilibet eorum in solidū, modo & forma, quo & qua eos constituerunt, plenam & liberam potestatē, quatenus in eis est, dictum concilium, & ad ipsum cum, & quoties oportuerit, & vice & nomine, ac loco quibus supra, intrandi, & in eo, ac eidem interessendi, necnon & ipso de dicta nnione tractandi, & quicquid in eodem concilio ratione, & causa dictæ consequendæ unionis ordinatum fuerit, & actum laudandi, approbandi & ratificandi, & super omnia & per omnia cum eodem concilio, vel ejus saniori parte in hujusmodi negotio standi vice, & nomine ejusdem standi & accordandi. Et deinceps generaliter omnia alia & singula, quæ ad expeditionem faciunt, & facere possunt in præmissis, & quæ iidem domini constituentes, & alii pro quibus constituerunt, circa ea & in eis, si eisdem personaliter interessent, possent facere & deberent, etiamsi sint majora, quam superius expressata, & sine quibus præmissa expediti non possent, & etiam talia, quæ de sui natura exigerent & exigant mandatum speciale, vice & nomine, & loco prædictis gerendi, cum libera administratione, ac faciendi & exercendi, necnon si opus sit, seu visum fuerit eis expedire, quoties sibi placuerit, ad hujusmodi negotium loco sui unum, vel plures cum pari, vel majori potestate substituendi, & hujusmodi substitutum, vel substitutos tacite, vel expresse revocandi, unusque præsentis procurationis in se, & ad se iterum assumendi quo, & quibus supra; dicti domini constituentes volentes relevare & relevando facto prædictos dominos suos procuratores & nuncios, seu syndicos, & eorum quemlibet circa omnia præmissa, & eorum singula, necnon substitutum & substitutos ab eis, vel eorum altero ab omni onere satisdandi; Promiseruntque mihi notario publico infrascripto stipulanti, & hujusmodi stipulationem vice, & nomine quorum interest, seu interesse poterit quomodolibet in futurum recipienti se, modo & forma, quibus constituerunt, necnon & eos omnes, pro quibus ipsi constituerunt, gratum & ratum, ac firmum perpetuo habere quicquid in & super præmissis, & circa ea per prædictos suos procuratores & nuncios, seu syndicos, substitutum, seu substitutos ab eis, vel eorum altero actum fuerit, & quomodolibet procuratum, & judicio sistere, ac judicatum solvere cum suis clausis opportunis universis; obligantes ad hæc omnia, & singula bona dicti eorum monasterii præsentia & futura sub omni juris, & facti renunciatione, & cautela ad hæc necessaria. Acta fuerunt hæc anno, mense, die, & loco quibus supra. Præsentibus venerabilibus & discretis viris dominis Martino de Monte-Regali, & Sancio de Huart parochialium ecclesiarum sancti Ioannis de Huart, & sanctæ Marinæ de Arleta Pampilonensis diœcesis Euangelist. . . . . ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Et me Ferdinando Ioannis de Huart diœcesis ejusdem clerico auctoritate apostolica publico, & jurato notario, qui præmissis omnibus, & eorum singulis, dum sic, ut præfertur, per dictos dominos constituentes dicerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens interfui personaliter, eaque sic fieri vidi & audivi, & in notam rogatus & requisitus sumpsi, de qua præsens publicum instrumentum manu propria scriptum, signoque meo solito signatum in fidem & testimonium omnium, & singulorum præmissorum extraxi.

Et ego Raymundus de Civitate abbas supradictus supra dictæ constitutioni præsens interfui personaliter, & procuratores in ea constitutos, prout in ea constitui; pro cujus rei fide, & testimonio præsentibus manu propria me subscripsi, & sigillum secretum in defectum authentici eidem apposui.

Et nos frater Ioannes de Ydoqui prior, frater Dominicus de Borg, frater Antonius de Alico, & frater Sancius de Huvani expresse professi supradicti monasterii sancti Salvatoris Legerensis, & in eodem monasterio ad sonum campanæ ejusdem, prout est moris, congregati ad capitulum in eo loco solito, videlicet die Sabbati juridica 27. mensis Octobris, anno a nativitate ejusdem domini 1416. supradicta in procurationis constitutione, & stipulatione ac obligatione in ea contentis laudavimus & approbavimus, ac etiam ratificavimus. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum capituli ejusdem monasterii appendentes & nomina nostra manibus propriis conscribentes.

Ego frater Ioannes de Ydoqui prior, frater Dominicus de Burgo, frater Antonius de Alico, frater Sancius de Vuan, frater Michael de Salvas, frater Rodericus de Spinosa.

**** Sessio XXVII. pag. 208. A.*

In causa Tridentina.

Anno a nativitate domini MCCCCXVII. indictione X. die Sabbati XX. mensis Februarii fuit celebrata Constantiæ in ecclesia majori mane hora tertiarum ad hoc deputata sessio generalis, & pro ejus introitu more solito fuit celebratum officium missæ per reverendissimum patrem dominum Ioannem patriarcham Antiochenum; qua celebrata, juxta ritum aliarum sessionum fuit peractum officium litaniarum per reverendissimum patrem dominum Ioannem episcopum Ostiensem vicecancellarium curiæ Romanæ ipsi synodo præsidentem cum introitu, Exaudi nos domine; litaniis, hymnis, collectis, & orationibus ad hujusmodi officium requisitis; Præsentibus ibidem ultra prædictum dominum Ioannem episcopum Ostiensem, & vicecancellarium, reverendissimis patribus, dominis Antonio Bononiensi, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Guillelmo S. Marci, Antonio de Chalanco, Petro de Fuxo presbyteris, Amedeo Saluciarum, Raimundo de Brancaciis, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino, diaconis cardinalibus, aliisq; dominorū regum, videlicet Romanorū, Vngariæ, &c. Franciæ, Angliæ, Aragonum, Navarræ, Norvegiæ, Daciæ, Sueciæ & Poloniæ, necnon principum, ducum, baronum, archiepiscoporum, episcoporum, universitatum studiorum & communitatum ambasiatoribus, & aliis in numero copioso. Et antequam fuisset per synodum, sive concilium Constantiense ad aliquem actum processum, surrexit venerabilis vir Augustinus de Pisis sacri consistorii advocatus, & proposuit, qualiter reverendus pater dominus episcopus Elinus sit postulatus concorditer ad ecclesiam Narniensem, petens dictam postulationem confirmari, sibique munus consecrationis impendi per sacrosanctam synodum instanter postulavit. Item similiter petiit dominus Dominicus de Ponte ejusdem consistorii advocatus pro electo ad ecclesiam

ecclesiam Cassanensem in regno Neapolitano, ut ejus electio confirmetur. Item dominus Ardecinus sæpedicti consistorii advocatus pro quodam abbate in Italia videlicet........petens ejus electionem confirmari, & munus consecrationis impendi mandari; & in casu quo ipsa synodus non vellet ad præsens se intromittere de provisionibus ecclesiarum, & monasteriorum, sed expectare futurum eligendum summum pontificem, ipsi D. Augustinus de Pisis, Dominicus de Ponte, & Ardecinus de Novaria advocati nominibus ipsorum postulati, & electorum protestabuntur publice, quod ipsis non generetur aliquod præjudicium in cursu temporis de consecrandis episcopis ac abbatibus benedicendis, ac alias protestabantur meliori modo, jure & forma, quibus de jure potuerunt, & quilibet pro sua parte potuit. Super quibus petierunt, & quilibet petiit a notariis sedis apostolicæ, & aliis, *&c.* unum & plura, publicum, *&c.* instrumenta. Quibus factis, venerabilis vir magister Ioannes de Scribanis promotor dictæ synodi, ac procurator, & procuratorio nomine reverendissimi in Christo patris & domini, D. Georgii episcopi Tridentini in causa vertente coram ipsa synodo inter ipsum dominum Georgium episcopum ex una, & illustrissimum principem dominum Fredericum ducem Austriæ de, & super ecclesia & civitate Tridentina, castris, terris, oppidis, juribus & jurisdictionibus ad civitatem & ecclesiam Tridentinam spectantibus, ac rebus aliis per ipsum dominum Fredericum ducem Austriæ, suos receptores, & aliis in processu causæ hujusmodi deductis, quandam citationis pergameni schedulam de mandato commissariorum super visione & examinatione executionis monitorii, per ipsam synodum decreti in dicta causa datorum in audientia publica literarum contradictarum sedis apostolicæ, sive curiæ Romanæ lectarum positam signatam, & alias inibi debite executam tenoris infrascripti repræsentavit, citatorumque in eadem citatione contentorum, non comparentium, neque relationem fiendam per ipsos commissarios ipsi synodo super executionis validitudine audire curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari per eandem synodum Constantiensem debite postulabat; petens nihilominus ipsos dominos commissarios audiri in eorum relatione, & ulterius declarare, prout in quadam papyri schedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Tunc synodus dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi diei termino satisfacere curantes, licet satis expectatos, reputavit, prout erant, contumaces, & in eorum contumacia mandavit dictis commissariis, ut relationem de meritis executionis monitorii facere deberent. Qui quidem domini commissarii per os reverendi patris domini Marini episcopi Aprutinensis unius ex collegis in ambone publico super quo edicta, statuta, ordinationes, sententiæ, *&c.* ipsius synodi leguntur & publicantur, retulerunt, prout, & quemadmodum in quadam papyri schedula prius per ipsos dominos commissarios concordata, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua relatione alta & intelligibili voce facta per os ipsius D. Marini episcopi, collegæ sui, videlicet reverendissimi patres D. Guillelmus sancti Marci, Franciscus Florentinus cardinales, reverendique patres & venerabiles viri Nicolaus episcopus Mersburgensis, Ioannes electus Cruiensis, Martinus Atrebatensis, Stephanus Dolensis episcopi, Gaspar sancti Eremi Perusiensis abbas, Gundisalvus Garsiæ doctores, successive approbaverunt ipsam relationem factam, & pronunciatam per ipsos per os dicti domini Marini episcopi Aprutinensis, & dixerunt eam ita esse concordatam per eos, & in hoc nemine discrepante. Et ulterius ex quo ipsa synodus statim ad declarationem pœnarum in monitorio contentarum procedere non volens; idcirco sæpefatus magister Ioannes de Scribanis procurator & promotor nominibus quibus supra, dictos citatos ulterius citare per dictam audientiam literarum contradictarum, necnon procuratorem ipsius ducis partis sibi adversæ per cursorem ad certum peremptorium terminum competentem per ipsam synodum debita cum instantia postulavit. Quam quidem citationem eadem synodus ipsi magistro Ioanni de Scribanis procuratori & promotori per quemcumque sedis apostolicæ cursorem, qui super hoc fuerit requisitus ad proximam sessionem peremptoriam fieri voluit & mandavit, & hoc per responsum prælibati D. Ioannis episcopi Ostiensis cardinalis Vivariensis, qui nomine dictæ synodi respondit, Placet.

Quo responso prædicta synodus de omnibus prædictis protestatis, relatis & approbatis mandavit fieri instrumentum & instrumenta per notarios sedis apostolicæ, & cæteros notarios, & scribas ad instantiam & petitionem magistri Ioannis de Scribanis procuratoris & promotoris prædicti.

Tenores vero dictarum citationum, audientiæ contradictarum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Mandant reverendissimi reverendique patres in Christo, ac venerabiles & circumspecti viri domini commissarii per sacrosanctam synodum Constantiensem causæ, & partibus infrascriptis specialiter deputati, citari peremptorie in audientia literarum contradictarum Romanæ curiæ, & citat, ut moris est, illustrissimum principem dominum Fredericum ducem Austriæ, & occupatores, & detentores civitatis, castrorum, terrarum, jurium, & rerum ecclesiæ Tridentinæ, & alias in monitorio, de quo inferius fit mentio, contentos, omnesque alios & singulos sua communiter, vel indivisim interesse putantes, & eorum procuratores, si qui in Romana curia, & civitate Constantiensi fuerint pro eisdem, quatenus die crastina, quæ erit die sabbati vigesima mensis Februarii, compareant coram sancta synodo Constantiensi, & ipsis deputatis in ecclesia majori Constantiensi mane hora octava, qua sessio publica teneri solet, si ipsa die crastina sessio publica, seu congregatio tenebitur, alioquin proxima immediate sequenti, qua dicta sacrosancta synodus Constantiensis, sive congregatio generalis ejusdem synodi mane hora sessionis publicæ, sive congregationum generalium ad jura reddenda fuerit in dicta ecclesia Constantiensi congregata, ad audiendum relationem deliberatam per ipsos commissarios ipsi synodo faciendam, juxta commissionem eis per eandem synodum factam. Et ulterius ad videndum & audiendum ferri sententiam; seu se declarari incidisse pœnas in monitorio alias decreto per synodum sanctam Constantiensem prædictam, dictumque monitorium debere currere in arte sua, si, & quatenus eadem synodus Constantiensis ad ipsam sententiam, sive declarationem faciendam fuerit deliberata, alioquin prima die tunc immediate sequenti qua dicta synodus pro sessione, sive generali congregatione hora & loco prædictis fuerit congregata, in causa, & causis vertentibus, & verti etenim sperantur inter dictos citatos ex una, & reverendum patrem dominum Georgium episcopum Tridentinum de, & super ecclesia Tridentina, spoliationeque ipsius episcopi, ac bonorum, terrarum, castrorum, jurium, jurisdictionum, & rerum eorumdem, & aliis in causa,

causa & causis hujusmodi deductis & eorum occasione partibus ex altera, alioquin in causa & causis hujusmodi per ipsam synodum Constantiensem ad prædicta & ulteriora procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia non obstante. Datum Constantiæ die Veneris decimanona mensis Februarii, anno domini 1417. indictione decima, apostolica sede vacante.

Sequitur relatio & post immediate.

Reverendissimi patres & domini in Spiritu sancto hic congregati, ac sacrum generale concilium Constantiense facientes & repræsentantes, nomine procuratorio reverendi patris domini Georgii episcopi Tridentini accuso contumaciam illustrissimi principis domini Frederici ducis Austriæ, & aliorum citatorum non comparentium ad videndum & audiendum per reverendissimos patres dominos S. Marci, & Florentinum S. R. E. cardinales, & alios commissarios fieri relationem super executione monitorii contra dictum dominum ducem, & alios citatos occupatores civitatis & ecclesiæ Tridentinæ, ac oppidorum, castrorum & aliorum bonorum ad dictam ecclesiam Tridentinam spectantium decreti; ipsosque citatos peto reputari contumaces, & in ipsorum contumaciam ipsos declarari incidisse pœnas, & sententias in dicto monitorio contentas.

His peractis atque gestis, de mandato synodi prælibatæ venerabilis & circumspectus vir dominus Petrus de Lamburga decretorum doctor ascendit ambonem, super quo publicantur, leguntur, decernuntur, & promulgantur statuta, ordinationes, edicta, decreta, & sententiæ ejusdem synodi, & legebat quamdam commissionem, sive supplicationem deputationis certorum commissariorum per concilium, pergameni schedulam alias per singulas nationes concordatam, in qua petuntur dari commissarii in causa quæ verti sperant inter venerabiles & religiosos viros dominos abbatem, ac monachos & conventum monasterii Cęsariensis Augustensis diœcesis ex una, & illustrissimum principem Ludovicum ducem Bavariæ de, & super spoliationibus, rapinis, exactionibus, impositionibus, statutis, & aliis molestiis, & angariis ipsi monasterio, abbati & conventui, ac monachis monasterii prædicti per eumdem Ludovicum ducem factis, illatis & impositis, partibus ex altera. Qua schedula, sive commissione lecta, & ejus tenore, præfata synodus eam approbavit per os reverendissimi patris domini Ioannis episcopi Ostiensis vicecancellarii per verbum, Placet: necnon ad requisitionem magistri Ioannis de Scribanis procuratoris, & nomine procuratorio prædicto mandavit fieri super præmissis relationibus, citationibus, lectionibus, & approbationibus unum & plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta per notarios sedis apostolicæ, ac notarios & scribas ad hoc deputatos.

Demum venerabilis & circumspectus vir dominus Augustinus de Lante de Pisis advocatus prædictus proposuit qualiter vacante ecclesia Massanensi reverendus pater dominus .... per capitulum ecclesiæ Massanensis canonice sit electus ad ecclesiam eandem, &c. petens ipsius electionem per synodum confirmari, &c. & in casu quo non, protestatur de diligentia facta per eum super requisitione præfata. Præsentibus supradictis dominis cardinalibus prælatis, ambasiatoribus, &c. pro testibus infrascriptis, &c.

Tenor vero dictæ supplicationis, sive commissionis pergameni schedulæ, de qua supra fit mentio, sequitur & est talis.

Deputatio commissariorum in causa Augustensi monasterii Cæsariensis.

Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis universalem ecclesiam repręsentans in Spiritu sancto legitime congregata specialiter deputat, ordinat, & eligit commissarios infrascriptos, videlicet venerabiles fratres Ioannem patriarcham Antiochenum, & Ioannem episcopum Lubecensem, ac dilectos ecclesiæ filios Casparem abbatem Perusinum, Gundisalvum archidiaconum ecclesiæ Ebroicensis ad recipiendum informationem summariam de, & super querelis dilectorum ecclesiæ filiorum Ioannis abbatis, & conventus monasterii Cęsariensis Cisterciensis ordinis Augustensis diœcesis occasione invasionum, molestationum, exactionum, talliarum, impositionum, injuriarum, & aliorum damnorum, & gravaminum quorumcumque ipsis per dilectum ecclesiæ filium nobilem Ludovicum quondam Stephani ducis Bavariæ natum, ducem Bavariæ, & ipsius nomine & mandato, & suos fautores, & adhærentes illatarum & factarum, cum potestate citandi testes quoscumque in Romana curia, & extra ad effectum, ut cognita per dictos deputatos, aut majorem partem ipsorum fama & veritate de præmissis, & quod tutus ad prædictum principem, & sibi adhærentes non pateat accessus, possent deputati prædicti sub bulla concilii, & ipsius nomine legitime decernere monitorium ipsumque valere, ac si in publica sessione decretum foret & lectum, cum citatione per edictum publicum in locis & partibus vicinis publicandum & affigendum, in forma debita & consueta, & ad ulteriora procedere justitia mediante, perinde ac si cognitio dictæ veritatis iterum esset in publica sessione notificata, & monitorium ibidem decretum. Non obstante quod alias præfata synodus certis judicibus generaliter quascumque causas ad sacrum concilium devolutas & deductas, devolvendas & deducendas commiserit audiendas & decidendas, &c. & aliis in contrarium faciendis, non obstantibus quibuscumque.

Sabbati secunda Februarii lecta fuit in sessione publica per dominum Petrum de Polonia, & concilium deputavit commissarios a tergo descriptos.

Hermannus protonotarius.

*** *Sessio generalis XXVIII. pag. 209. A.*

In causa Tridentina.

Anno, indictione, quibus supra, die vero Mercurii tertia mensis Martii fuit celebrata sessio generalis loco & hora, quibus supra, dominis cardinalibus nondum supervenientibus, fuit inceptum, & cantatum officium missæ cum introitu, Dum sanctificatus fuero, &c. Et euangelio: Si quis diligit me, &c. Quod officium missæ fuit celebratum per reverendissimum dominum Ioannem patriarcham Antiochenum. Quo celebrato supervenit ibi serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Vngariæ, &c. rex, suisque nobilibus, videlicet Frederico burgravio Nurembergensi, Magno comite de Hungaria, Bernonensi de Scala, & aliis nobilibus, comitibus, baronibus, militibus, in numero copioso, quibus existentibus, intraverunt locum sessionis reverendissimi patres domini Ioannes Ostiensis cardinalis Vivariensis, Iordanus Albanensis de Vrsinis, & Angelus Prænestin...... Lauden.... episcopi, Antonius Bononiensis, Franciscus Venetiarum, Ioannes Ragusinus, Gabriel Senarum, Almannus Pisanus, Antonius Aquilegēsis, Angelus Veronēsis, Branda Placentinus, Petrus Cameracensis, Guillelmus S. Marci, Thomas Trica-

Tricaticenſis, Antonius de Chalanco, & Petrus de Fuxo preſbyteri, Amedeus Saluciarum, Raynaldus de Brancariis, Ludovicus de Fliſco, Oddo de Columna, Lucidus de Comite, & Franciſcus Florentinus diaconi cardinales, Quibus præſentibus, & aliis prædictis, fuit inceptum officium litaniarum cum introitu, Exaudi nos domine: euangelio, Hoc eſt præceptum meum; hymno, Veni creator Spiritus, & aliis collectis, & orationibus ad hoc requiſitis. Quibus officio miſſæ, & litaniarum peractis, levavit ſe in medium venerabilis vir dominus Simon de Teramo ſacri conſiſtorii advocatus, ac reverendi in Chriſto patris, & domini Georgii epiſcopi Tridentini in cauſa vertente inter ipſum dominum epiſcopum, & illuſtriſſimum principem Fredericum B ducem Auſtriæ, de & ſuper civitate, eccleſia, terris, locis, juriſdictionibus, villis, &c. ad dictam eccleſiam Tridentinam ſpectantibus, & ipſum dominum Georgium epiſcopum Tridentinum partibus ex altera, coram concilio Conſtantienſi advocatis, ipſe vero dominus Simon advocatus ipſius domini Georgii epiſcopi propoſuit, qualiter dominus Fredericus dux eundem dominum ſuum dicta eccleſia, civitate, terris, locis, caſtris, villis, juriſdictionibus, rebus, & bonis ad ipſam civitatem, epiſcopatum, & perſonam dicti Georgii epiſcopi Tridentini pertinentibus, & ſpectantibus dudum ante plura tempora ſpoliaſſet, & hodie teneret ſpoliatum, & ſæpius per diverſos principes, nobiles, & alios fuiſſet tractatum de re- C ſtitutione fienda, atque ſuper ea requiſitus, numquam tamen effectum ſuper hujuſmodi reſtitutione foret conſecutus. Quapropter ad querelam domini epiſcopi prædicti concilium præſens Conſtantienſe eumdem dominum Fredericum ducem, & officiales ejus, necnon occupatores, detentores dictorum civitatis, caſtrorum, terrarum, juriſdictionum, & rerum, atque bonorum prædictorum monuiſſet, & moneri mandavit, ut eccleſiam, civitatem, terras, caſtra, bona, res, & juriſdictiones prædicta infra certum terminum tunc in ipſis litteris monitoriis contentum, & expreſſum, nunc vero per elapſum reſtituere deberent per edictum publicum, prout, & quemadmodum in ipſis litteris monitoriis debite executis, & productis coram commiſſariis ad hoc deputatis alias deputandis ſuper valore executionis monitorii in publica ſeſſione; & jam conſtaret, quod præfatus D dominus dux de omnibus his non curaret. Quapropter idem dominus Simon advocatus, & nomine domini ſui epiſcopi Tridentini actoris petiit per præfatum concilium ulterius fore procedere, & procedi debere; Ipſumque dominum ducem, & alios prænominatos juxta vim, & effectum monitorii in pœnas in eodem monitorio contentas declarari incidiſſe, debita cum inſtantia poſtulavit, auxiliumque ſecularis brachii invocandum. Qua quidem petitione facta providus vir magiſter Ioannes de Scribanis prædictus nomine procuratorio ipſius epiſcopi, quo ſupra, quam quidem citationem in pergameni ſche- E dula in audientia litterarum contradictarum ſedis apoſtolicæ poſitam, atque lectam, ſignoque ipſius audientiæ ſignatam, & ſigillatam, atque inibi debite executam, cujus tenor inferius eſt inſertus, repræſentavit, citatorumque in eadem contentorum non comparentium, nec aliquam cauſam rationabilem, quare in pœnas contentas in monitorio non incidiſſet, ſi quam haberent allegandam, contumaciam accuſavit, eoſque in pœnas prædictas juxta tenorem ſuæ petitionis, ut præfertur, oblatæ incidiſſe declarari, inſtanter poſtulavit.

Dictum namque concilium prælibatos ducem Fredericum & alios monitos non comparentes, neque A in hujuſmodi termino in aliquo ſatisfacere curantes, licet ſufficienter expectatos, reputavit contumaces, & in eorum contumaciam, de mandato ipſius concilii, aſcendit ambonem, ſuper quo edicta, ſive ſtatuta, & ordinationes concilii publicari, legi, & pronunciari ſolent, reverendus prædictus Nicolaus epiſcopus Merſeburgenſis, & in contumaciam, ut præfertur, ipſorum citatorum, pronunciavit dictos monitos incidiſſe in pœnas contentas in monitorio, prout in ſchedula, quam legebat de verbo ad verbum, cujus tenor inferius eſt inſertus; Et veniendo in eadem ſchedula declarationis ad inſertionem monitorii, & propter prolixitatem & laborem, venerabilis vir dominus Petrus de Lamburga, alias de Po- B lonia legebat monitorium alias decretum. Quo monitorio lecto ad finem, prælatus dominus Nicolaus epiſcopus Merſeburgenſis continuavit lecturam declarationis uſque ad finem, in qua quidem ſchedula continebatur in fine executio brachii ſecularis ſereniſſimo principi Sigiſmundo Romanorum, Vngariæ, &c. Regi. Qua quidem ſchedula declarationis lecta, & quia in fine ipſius ſchedulę fuerunt poſita verba hęc, ſede apoſtolica vacante, ſurrexit venerabilis, & circumſpectus vir dominus Guillelmus de Ludena unus de ambaſiatoribus Aragonum regis, & proteſtabatur nomine domini regis, & regnorum, quod in illam particulam (ſede vacante) non conſentiret, cum non teneretur hodie, apoſtolicam ſe- C dem vacare, ſed in ſingula alia bene conſentiret in eadem ſchedula expreſſa, & lecta per verbum, Placet. Dominus vero Oſtienſis Vivarienſis cardinalis, tanquam præſidens, juxta conſenſum, & voluntatem omnium nationum, & alias propter diſcordiam nationum, quoad ordinem ad lecta reſpondendo, reſpondit pro vice præſenti ad omnia ſupra lecta, & proteſtata per verbum, Placet. His quidem lectis, diffinitis, atque proteſtatis, levaverunt ſe venerabiles viri domini Auguſtinus de Lantis de Piſis nomine regis Romanorum præſentis, & Simon de Theramo ſacri conſiſtorii advocatus, & ipſe Auguſtinus nomine domini regis Romanorum, Simon vero nomine Georgii epiſcopi Tridentini petierunt, & quilibet eorum nominibus quibus ſupra, petiit fieri unum, vel duo, aut plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum & inſtrumenta.

Quibus quidem inſtrumentis petitis, ſurrexerunt D ambaſiatores, ut dicitur, Francorum regis, & per os magiſtri Ioannis Campani procuratoris aſſerti ipſius regis Francorum, legerunt certas proteſtationes in ſcriptis, & poſt aliquam lecturam, fuit factus unus ſibilus in concilio per ſuppoſita concilii, & talis tumultus, ſive pulſatio propter verba contumelioſa, quæ, ut dicitur, fuerunt lata per dictos aſſertos ambaſiatores, & procuratores verſus ſuppoſita ſingularia concilii, cum apparuerint multis inhoneſta eorum proteſtata; Ita quod prædictus magiſter Ioannes præ nimio tumultu lecturam ſuam finire non E potuit. Videns idem Ioannes Campani lecturam ſuam, ſive proteſtationem finire non poſſe, proteſtatus verbaliter, ut in dicta ſchedula continetur, cujus tenor ſequitur inferius, & petiit ſibi fieri tot quot neceſſaria fuerint publica inſtrumenta per notarios ibidem pręſentes, tam concilii, quam alios notarios publicos.

Proteſtatione namque facta, ſereniſſimus princeps Romanorum, Vngarię, &c. Rex primo per os venerabilis viri domini Auguſtini de Lantis de Piſis advocati conſiſtorialis præfati, & ſubſequenter ore proprio proteſtatus fuit de hujuſmodi lectura per nationes, & concilium tendente & vergente in magnum dedecus concilii, & in diſſolutionem ejuſdem. Et ſicut

alias sæpius conclusum & statutum sit, quod nullus aliquid proponat in publicis sessionibus, quod vergat in præjudicium concilii, & supplicavit omnibus, primo concilio, & deinde singulis nationibus de iis providere, quod non fiant de cætero, & præsertim talia, quæ sunt impeditiva unionis ecclesiæ Dei, sicut protestatio jam per dictum Ioannem Campani lecta. Nihilominus petiit consilium a concilio, quid ipse dominus rex, tanquam advocatus concilii Constantiensis, & ecclesiæ sanctæ Dei in similibus actibus & etiam præsenti facturus sit, ad finem, & effectum, quod similes violentiæ de cætero non fiant, cum idem rex non velit, ut debet, quicquam facere, nisi de mandato, & ordinatione ipsius concilii, ad cujus mandatum ipse dominus rex semper obtulit se esse paratum, & præsertim in concernentibus unionem ecclesiæ Dei. Super quibus ipse dominus Rex pro se, Augustinus tanquam advocatus & procurator regis, Henricus vero de Piro, & Ioannes de Scribanis, ut promotores & procuratores concilii præfati, petierunt, & quilibet eorum petiit sibi fieri unum, vel plura, publicum, &c. instrumenta. Præsentibus ibidem supradictis dominis cardinalibus, nobilibus, & aliis pro testibus infrascriptis.

Tenores vero dictarum citationis pergameni, necnon declarationis, & protestationis, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Mandat sacrosancta generalis synodus Constantiensis citati peremptorie in audientia litterarum contradictarum Romanæ curiæ, & citat, ut moris est, illustrissimum principem ducem Austriæ, & occupatores, & detentores, necnon vasallos, nobiles, capitaneos, officiarios, & subditos, etiamsi ducalis, aut alterius cujuscumque status, gradus, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, civitatum, castrorum, terrarum, jurium, & rerum ecclesiæ Tridentinæ, & alios in monitorio contentos, omnesque alios, & singulos sua communiter, vel divisim interesse putantes, & eorum procuratores, si qui in Romana curia, & civitate Constantiensi fuerint pro eisdem, quatenus in proxima sessione, sive congregatione generali compareant coram ipsa sancta synodo Constantiensi in ecclesia majori Constantiensi, in qua sessiones, sive congregationes, fieri, & teneri solent, mane hora sessionum publicarum, sive congregationum generalium ad jura reddendum in eadem ecclesia Constantiensi congregata, ad audiendum, & videndum ferri sententiam, seu declarari incidisse pœnas in monitorio alias per ipsam synodum Constantiensem decreto contentas in causa, & causis vertentibus & quæ verti, & etiam spectantur inter dictos citatos, ex una, & reverendum patrem dominum Georgium episcopum Tridentinum, spoliatumque ipsius episcopi, & bonorum, castrorum, terrarum, jurium, jurisdictionum, & rerum earumdem, & aliis in hujusmodi causa deductis, & eorum occasione, partibus ex altera. Alioquin in causa & causis hujusmodi per ipsam synodum Constantiensem ad præfata & ulteriora procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia non obstantibus. Datum Constantiæ die vigesima prima mensis Februarii, anno domini MCCCCXVII. Indictione decima, sede apostolica vacante.

Bumpertus Fabri notarius.

Sequitur declaratio.

Decretum monitorii in causa Tridentina.

Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis universis Christi fidelibus salutem, & Dei omnipotentis benedictionem. Gravem querelam venerabi-A lis fratris nostri episcopi Tridentini accepimus continentem, quod illustrissimus princeps Fredericus dux Austriæ ipsum in canonica possessione ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, ac oppidorum, castrorum, terrarum, villarum, & locorum, juriumque, & aliorum bonorum mobilium, & immobilium ad eandem ecclesiam, & ipsum episcopum pertinentium alias sexdecim annis pacifice existentem, ecclesia, civitate, castris, oppidis, villis, terris, & locis, ac juribus, & bonis hujusmodi temere, & de facto spoliasset, eaque novem annis citra detinuisset, & adhuc detineret occupatas, & occupata, fructus, redditus, & proventus sublevando, & percipiendo ex eisdem, ac ipsum cepisset, & carceribus mancipatum affecisset pluribus gravibus violentiis, & injuriis, propter quæ ana-B thematis, sacrilegii, & alias pœnas a jure contra talia perpetrantes promulgatas incurrisset, quibus insorduisset per longa tempora, & insorderet de præsenti, nonnullasque promissiones, & etiam certa juramenta, & litteras tempore suæ captivitatis ante, seu post in præjudicium libertatis ecclesiasticæ dictæque ecclesiæ Tridentinæ damnum non modicum ab eodem episcopo incussionibus, & metu extorsisset. Et ulterius idem Fredericus dux nuper dum inter serenissimum principem Sigismundum Romanorum, & Ungariæ regem, & ipsum Fredericum ducem post executionem justitiæ contra eundem Fredericum per dictum Romanorum regem factam, submissionisque personæ tam ecclesiasticæ quam seculares di-C cto regi de ipso Frederico duce conquererentur, & ab ipso rege sibi peterent justitiæ complementum ministrari, ipse Fredericus dux stare deberet ordinationi dicti regis, & facere, quæ ipse rex diceret, & ordinaret. Quodque licet rex ipse dicto Georgio episcopo de præmissis graviter coram eodem conquerente, decrevisset & ordinasset, quod ipse Fredericus dux ecclesiam, civitatem, oppida, castra, terras, villas, loca, ac jura, & bona hujusmodi, quibus ipsum Georgium episcopum notorie spoliaverat, notorieque detineret occupatos, & occupata, eidem Georgio restitueret, ipsumque permitteret eorum possessione in posterum uti, & gaudere; Nihilominus idem Fredericus dux pro parte dicti episcopi inter-D pellatus, ac sufficienter requisitus hoc facere non curasset hactenus, nec curaret de præsenti: Quapropter attenta præmissorum excessuum, & spolii notorietate, & rei evidentia, idem episcopus per nos super præmissis de opportuno remedio provideri, ac litteras monitorias contra præfatum Fredericum ducem, & alios forsan occupatores, & detentores ecclesiæ, civitatis, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, locorum, & bonorum hujusmodi, etiam si ducalis, aut alterius cujuscumque dignitatis, gradus, status, vel præeminentiæ essent, decerni, & concedi, ipsumque Fredericum ducem, & occupatores, & detentores sub pœnis juris, & constitutionis divæ memoriæ Caroli quarti contra tales facinorosos, & sacrilegos edi-E tę, & aliis pœnis gravioribus requiri, & moneri, quatenus infra certum terminum idem Fredericus dux, ac occupatores & detentores prædicti ecclesiam, civitatem, castra, oppida, terras, villas, jura, & alia bona hujusmodi, quibus eundem Georgium episcopum spoliasset, seu spoliassent, ac etiam quęcumque castra, & bona ante, & post præfatam spoliationem ad dictam ecclesiam Tridentinam devoluta, quę detinent seu detinerent occupatas, seu occupata, restitueret, & restituerent, ac alias circa injurias, præcepta, & alia debita satisfaceret, & satisfacerent, necnon se, vasallos suos & subditos suos, & ecclesię suæ prędictę a prædictis juramentis & promissionibus absolvi, & prædictas litteras cassari, irritari, & annullari

annullari, humiliter, & eum instantia debita postulavit, & alias circa præmissa petiit, & conclusit, sicut in petitionibus pro parte ejusdem verbo, & in scriptis in actis causæ coram nobis inter dictas partes factis & redactis plenius noscitur contineri. Nos vero quia per facti notorietatem, & alias per actitata in causa hujusmodi coram nobis deputatis nobis constitit, & constat petitionem hujusmodi fore justam, ipsum Fredericum ducem, & occupatores, & detentores hujusmodi partibus ipsis antedictis, & servandis servatis prædictis partibus ad hoc legitime citatis, decrevimus fore concedendas, decernimus, & concedimus in forma quæ sequitur.

Monitorium decretum in causa Tridentina.

Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis universos & singulos venerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, & dilectos ecclesiæ filios abbates, priores, præpositos, decanos, cantores tam cathedralium, quam collegiatarum canonicos, parochialiumque ecclesiarum rectores, cæterosque presbyteros, clericos, notarios, & tabelliones publicos per Alemaniam & Italiam, ac alias ubilibet constitutos, & eorum quemlibet tenore præsentium requirimus, & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie communiter & divisim, eisque, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub infrascriptis sententiarum pœnis districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium postquam pro parte dicti Georgii episcopi vigore præsentium fuerint requisiti, seu aliquis fuerit requisitus, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies eis, & eorum cuilibet pro tertio, & peremptorio termino, ac canonica monitione assignamus, Ita quod in iis exequendis alter alterum non expectet, nec unus pro alio se excuset, præfatum Fredericum & quoscumque alios ecclesiæ, & civitatis Tridentinæ, necnon oppidorum, castrorum, terrarum, locorum, & jurium, ac bonorum quorumcumque ad ipsam ecclesiam Tridentinam pertinentium prædictorum forsan occupatores, & detentores, vassallos, & subditos, etiamsi ducalis, aut alterius cujuscumque dignitatis, status, aut præeminentiæ fuerint, in eorum propriis personis, si, & ubi pro præmissorum, & infrascriptorum executione, ad eorum præsentias tutus patebit accessus, alioquin per editum publicum in audientia litterarum contradictarum, necnon cathedralis, & sancti Stephani Constantiensis, ac locis circumvicinis, videlicet Aquilegiensi, Salzebergensi, Frisingensi, Augustensi, Brixiensi, Curiensi, Feltrensi, & Veronensi ecclesiis affigendum, & inibi publicandum, ex parte nostra Fredericum ducem, & alios occupatores, & detentores supradictos requirant, & moneant, quos nos etiam tenore præsentium sic requirimus & monemus, ipsique Frederico duci in virtute sanctæ obedientiæ, & sub anathematis, sacrilegii, privationis omnium bonorum feudalium, quæ ab ecclesia, vel imperio obtinet, & inhabilitationis sui, & filiorum suorum masculorum ad obtinenda tam feuda, quam officia, & beneficia usque ad secundam generationem, ac honoris, & famæ, & communionis consiliis principum, quos ipsum Fredericum ducem juxta constitutionem divæ memoriæ Caroli quarti contra tales facinorosos & sacrilegos editam, & a sede apostolica canonizatam, & approbatam; quinimmo & perjurii ratione juramenti in manibus regis Romanorum per ipsum ducem præstiti, & aliis secularibus personis, sub excommunicationis, & privationis bonorum feudalium, quas ipsas personas secolares supradictas; necnon ecclesiasticas personas, sub dicta excommunicationis, & privationis omnium bonorum ecclesiasticorum, & inhabilitationis ad illa, & quæcumque alia in posterum obtinenda, & suspensionis a divinis, quoad capitula nomine interdicti, quoad omnia territoria prædicti Frederici, & alios occupatores, & detentores censuris & pœnis, quas ecclesiasticas personas, si in præmissis deliquerint, seu alter eorum deliquerit, ac mandatis & monitionibus nostris non paruerit, seu non paruerint, incurrere volumus ipso facto; & quas in ipsas ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, canonica monitione præmissa, ferimus in iis scriptis, nisi mandatis hujusmodi obedівerint, districte præcipiendo mandent, seu alter eorum mandet, quibus etiam tenore præsentium sic mandamus, quatenus ipse Fredericus dux, & alii forsan occupatores, & detentores hujusmodi infra triginta dies, quorum dierum decem pro primo, decem pro secundo, & reliquos dies decem pro tertio, & peremptorio termino, ac canonica monitione eis, & eorum cuilibet assignamus, ab occupationibus, & detentionibus ecclesiæ, civitatis, oppidorum, castrorum, terrarum, & locorum, nec non bonorum, & jurium prædictorum, etiam illorum, qui ante, & post præfatam spoliationem ad ipsam ecclesiam Tridentinam penitus, & omnino desistant. & eorum quilibet desistat; & ipsi Georgio episcopo, aut procuratori vel procuratoribus suis ejus nomine possessionem actualem, & corporalem civitatis, oppidorum, castrorum, terrarum, locorum, necnon jurium, & bonorum prædictorum efficaciter, & sine dolo, & fraude restituant, & restitui faciant, & permittant, & eorum quilibet restituat, & restitui faciat, & permittat. Ipse quoque Fredericus dux ipsi Georgio episcopo de perceptis hujusmodi satisfaciat. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Vassalli quoque, & nobiles, officiarii, capitanei, & subditi, tam ecclesiastici, quam seculares supradicti infra sex dies post lecturam, & publicationem præsentium, necnon lapsum dictorum triginta dierum terminum immediate sequentem, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies eis, & eorum cuilibet per simile edictum assignamus, & assignari præcipimus, & mandamus præfato Georgio episcopo, tanquam eorum vero domino, & non ipsi Frederico duci. aut alteri cuicumque in omnibus, prout alias consueverunt facere, & teneantur. Non obstantibus quibuscumque juramentis in contrarium forsan præstitis, a quibus eos, ut præmittitur, absolutos dicimus, efficaciter pareant, & intendant, & eorum quilibet pareat, & intendat, & insuper in casu, in quo præfatus dux, & alii forsan occupatores, & detentores, necnon vassalli, nobiles, & officiarii, capitanei, & subditi mandatis hujusmodi infra terminos infrascriptos non paruerint, ex tunc, prout ex nunc, & ex nunc prout ex tunc, omnes & singulos vassallos, nobiles, officiarios, capitaneos, necnon occupatores, & detentores in civitate, & diœcesi Tridentina, seu alibi commorantes, & constitutos, quorum præsentia pro executione præmissorum, & infrascriptorum facienda tute adiri non possit, per simile edictum modo, & forma legendum, publicandum, & affigendum Fredericum ducem, & alios occupatores, & detentores tenore præsentium peremptorie citamus, ac per delegatos nostros supradictos citari volumus, & mandamus, quatenus ipse Fredericus dux, & alii forsan occupatores hujusmodi moniti, & requisiti octava die post lapsum dictorum triginta dierum eis assignatorum immediate sequente si juridica fuerit, alioquin proxima die juridica ex tunc immediate sequenti; Alii vero nobiles, capitanei, officiarii, & subditi per edictum publicum hujusmodi

hujusmodi moniti, & requisiti vigesima die post lapsum dictorum sex dierum eis assignatorum immediate sequenti, si juridica fuerit, alioquin proximo die juridica sequenti compareant coram nobis, vel judicibus per nos deputatis, seu interim deputandis, pœnas. & censuras, ac sententias hujusmodi, declarari, etiam ipse Fredericus dux procedi visuri, & audituri. Certificantes nihilominus eosdem, quod ad declarationem pœnarum prædictarum procedemus justitia mediante; venerabilibus vero fratribus patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, quibus ob reverentiam suarum pontificalium dignitatum duximus merito deferendum, si in præmissis deliquerint, vel aliquis eorum deliquerit, sex dierum canonica monitione præmissa, ingressum ecclesiæ interdicimus in iis scriptis: Si vero hujusmodi interdicti, & suspensionis sententias animis (quod absit) sustinuerint, vel alter eorum sustinuerit induratis, ipsos ex nunc prout ex tunc, & ex nunc prout ex tunc excommunicationis sententia innodamus: inferiores vero ipsis, qui in præmissis exequendis negligentes fuerint, vel alter eorum fuerit, post lapsum dictorum sex dierum terminum excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Absolutionem vero omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sententias, vel aliquam earum incurrerint, vel aliquis eorum incurrerit quoquomodo, nobis, aut summo futuro pontifici tantummodo reservamus. Loca vero audientiæ & valvarum prædictarum, tanquam publica, & idonea ad executionem præmissorum, ut præmittitur, publicandam ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, duximus eligenda, quæ præsentes nostras litteras suo quasi sonoro præconio, & paulo* judicio publicabunt (*indicio), in quibus nostras ipsas nostras litteras modo præmisso decernimus publicandas. Ne prænominati sic moniti, & citati de præmissis aliqualem ignorantiam prætendere valeant, seu etiam allegari, cum non sit verisimile apud dictos sic monitos, & citatos remanere incognitum, quod jam patenter & notorie extitit publicatum. Volentes nihilominus, & decernentes, quod præsentes nostræ litteræ dictos monitos, & citatos perinde arctent, & astringant, ac si in eorum propriis personis publicatæ fuissent; de executione præmissorum, & de iis, quæ in præmissis, & quolibet præmissorum vos præfati venerabiles fratres, patriarchæ, archiepiscopi, & episcopi, vosque alii viri supradicti feceritis, seu aliquis vestrum fecerit, nos per instrumenta publica, seu alia legitima documenta legitime certificare non obmittatis sub pœnis supradictis, quibus, & vestrum cuilibet in præmissis dabimus plenam fidem. Datum Constantię XI. Kalendas Decembris anno a nativitate domini MCCCCXV. ...... apostolica sede vacante.

Protestatio ambasiatorum regis Franciæ pro justitia ejusdem regis elucidanda.

Ad invincibilem veritatem, & justitiam, atque honorem Christianissimę regię majestatis Francię ostendendum, damnumque, & interesse ecclesiæ Romanæ, imo universalis, ac totius Christianitatis demonstrandum, oratores, & ambasiatores Christianissimi regis Francorum dicunt, & proponunt in hoc sacro concilio Constantiensi, & totius ecclesię facie, quæ sequuntur.

In primis quod cum Christianissimus Francorum rex præ cunctis regibus Christianis specialiter laboraverit pro unione antedictæ ecclesiæ, ambasiatores nihil unquam dixerunt, scripserunt, aut prosecuti sunt animo impediendi sacram unionem ecclesiæ, aut turbandi præsens concilium, seu ipsum impediendi a rebus in eo gerendis circa ea, pro quibus principaliter est congregatum, sicut false eis impositum est ab æmulis, nec animo injuriandi cuicumque, & specialiter serenissimo regi Angliæ, aut regnu ejus, vel ambasiatoribus suis, sed solum pro tuitione juris Romanæ ac universalis ecclesiæ, & honoris certorum regum Christianitatis, & præcipue dicti domini regis Francorum, & regni sui interesse diversis respectibus.

Item quod nunquam fuit intentio eorum dicere, quod dictus rex Angliæ, & regnum suum non faciant seu non repræsentent unam nationem, sicut quodlibet regnum facere posset, aut quod non habeant vocem magnæ nobilitatis, & auctoritatis, cum hoc etiam concedant de quolibet alio rege, imo etiam de quibusdam particularibus nationibus non habentibus regem appropriatum; sed fuit eorum intentio, quod de jure non habent, nec habere debent, vel possunt talem nationem, quæ habeat vocem, seu auctoritatem repræsentativam quartę aut quintæ partis Christianitatis, seu totius obedientiæ Romani pontificis, & quæ debeat, aut possit de jure æquiparari voci, seu auctoritati totius Italiæ, vel totius Galliæ, seu Hispaniæ, vel totius Germaniæ, quæ quatuor nationes principales multa regna, & nationes particulares continent, quæ particularia regna dicto regno Angliæ merito possunt æquiparari; & quod ista fuit eorum intentio, manifeste patet ex supplicatione super hac materia primo exhibita in natione Gallicana, cujus tenor sequitur.

Supplicatur tribus inclytis nationibus Italiæ, Gallię, & Germaniæ, quatenus pro debito hujus sacri concilii ordine disponendo, dignentur attente providere, atque prævidere super iis quæ sequuntur.

Benedictus XII. in extravaganti, vas electionis, ubi ordinat super procuratoribus prælatorum, & taxationibus eorundem, ac etiam de subsidio, distinguit obedientiam papalem in quatuor generales partes, seu nationes. Prima pars in Franciæ, Navarrę, & Majoricarum regnis, ac terris, partibus, & provinciis adjacentibus, & in vicinis ejusdem; nec non in Delphinatu, & Burgundiæ, Sabaudiæ, Provinciæ, Foulcaquerii comitatibus. Secunda pars in Alemaniæ, Angliæ, Vngariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Dacię, Scotię, & Sueciæ regnis, ac terris, partibus, & provinciis eisdem adjacentibus. Tertia pars in Castellæ, Legionis, Aragoniæ, & Purtugallię, ac partibus adjacentibus, & vicinis eisdem, excepto Corsicæ & Sardiniæ regnis. Quarta pars in Apuliæ, Calabriæ, Terræ Laboris, Siciliæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, & terris aliis Italię partibus; necnon Salimoniæ, Achaię, Cypri, & terris, regnis, insulis, aliis provinciis, ac partibus omnibus ultramarinis, & transmarinis. Ex quo iure patet, quod si hoc generale concilium Constantiense rationabiliter debeat dividi per nationes, convenientius dividitur per quatuor quam per plures, quia talis distinctio, seu divisio est iuri & rationi conformis.

Secundo sequitur de eodem, quod adveniente natione Hispanica ad hoc generale concilium, natio Anglicana debeat reduci ad nationem Alemaniæ, cuius ipsa est pars, & ei immediate coniungitur, ut patet ex iure prædicto. Vnde quod hæc natio Angliæ huc usque divisa fuit a natione Alemaniæ fuit permissum ut sic essent in hoc concilio quatuor nationes, & hoc ex certa, & speciali causa, quæ maxime cessabit, adveniente natione Hispanica, sicut potest faciliter declarari ex iis, quę alias scriptę sunt, quando in principio huius concilii actum fuit de distinctione nationum.

Tertio sequitur, quod si adveniente natione Hispanica, natio Anglicana maneat quinta, eadem, & fortiori

fortiori ratione aliæ tres nationes prædictæ debebunt proportionaliter distingui in plures nationi æquales. Verbi gratia regnum Franciæ quod est notabilius, debebit facere nationem, & reliqua portio nationis Gallicanæ, quæ non subest regno Franciæ, debebit facere unam nationem. Nam hæ duæ portiones nationis Gallicanæ multo majores & notabiliores sunt quam natio Anglicana, & maxime regnum Franciæ quam Angliæ, cum in Francia multo plures & notabiliores sint provinciæ quam in Anglia, multo plures ecclesiæ episcopales, multo plures & notabiliores universitates studiorum. Quæ omnia attendenda sunt in distinctione nationum, ut in eis sit æqualitas & proportionalitas conveniens, & ut decenter fundetur auctoritas concilii generalis, deturque in futurum conciliis forma & exemplum imitationis ex iis, quæ in præsenti fiunt concilio, & quod hic exempli gratia dictum est de natione Gallicana, multo magis dicendum est, de aliis nationibus, ut infra patebit.

Quarto adveniente natione Hispanica juxta unum ex capitulis tractatis in Narbona, statim fiat unio eorum ad nos pro faciendo unum universale concilium, & per consequens hoc facto, sicut illud erit quasi novum concilium, & noviter ex eis, & nobis integratum, sic ad illius nationis honorem debebit fieri novus ordo, seu ordinari novus procedendi modus, imo verius renovari mos antiquus in distinctione nationum observatus, ut præfertur, juri & rationi conformis.

Pro declaratione vero, & confirmatione præmissorum facit, quod idem dominus Benedictus XII. qui Burdegalensis fuit nationis, & per consequens favens regi, & regno Angliæ cum de terra eis subdita esset, volens tamen distinguere terras, & provincias subditas obedientiæ Romani pontificis pro capitulis monachorum nigrorum provincialibus celebrandis, in prima rubrica sui operis in fine ejusdem distinxit præfatas terras, & regna in triginta sex provincias, ita dicens, Ut igitur de provinciis in quibus fuerint hujusmodi capitula celebranda, distincta limitatio habeatur, ne de ipsis in posterum hæsitetur, quamlibet provinciam, prout sequitur, deputavimus.

Et consequenter in regno Franciæ, & partibus adjacentibus ponit sex provincias, videlicet primo Remensem, & Senonensem pro una, secundo Rothomagensem & Turonensem pro alia. Tertio Bituricensem, & Bordegalensem cum episcopatu Aniciensi pro alia. Quarto Narbonensem, Tholosanam, Occitanam pro alia: Deinde vero ponit Lugdunensem, Bisuntinam, & Tarantasiensem pro alia; & consequenter Viennensem, Arelatensem, Aquensem, & Ebredunensem pro alia, in regno vero Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem pro una provincia. Ex quibus patet, quod nec juri, nec rationi consonum est, æquare, seu æquiparare regnum Angliæ regno Franciæ in concilio generali, vel nationem Gallicanam generaliter sumptam nationi Anglicanæ. Et multo minus nationem Italicam, Germanicam, vel Hispanicam: Quare omnino absurdum esset dictam Anglicanam nationem fieri quintam partem, seu nationem hujus sacri concilii, cum ipsa secundum juris dispositionem sit trigesima sexta pars, sive provincia totius obedientiæ Romani pontificis.

Præmissis itaque consideratis, supplicatur, & requiritur, quod in hac materia provideatur altero trium modorum. Primo quod adveniente natione Hispanica, cesset dicta natio Anglicana, & fiat pars nationis Alemaniæ, ut præmittitur. Secundo si hoc non placet, sed omnino velit dicta natio Anglicana a dicta natione Alemaniæ divisa esse, consequens videtur, quod dictæ tres aliæ nationes distinguantur singulæ in plures nationes particulares dictæ nationi Anglicanæ proportionales; alioquin non esset justa æqualitas, nec æqua partitio nationum in hoc sacro concilio, & videretur fieri injuria, & gravamen Christianissimo regi Franciæ, & regno suo, ac toti nationi Gallicanæ, & multo magis nationi Hispanicæ, vel Germanicæ, & insuper nationi Italicæ, cum quælibet alia plura regna, & plures provincias contineat non minus notabiles, quam regnum Angliæ, ut patet ex prællegatis. Tertio si dictæ nationes nollent condescendere ad talem subdistinctionem, & multiplicationem, sicut nec apparet expediens, videretur esse providendum, quod redirent ad jus commune, & antiquum modum procedendi, & concludendi in conciliis generalibus, in quibus non legitur facta fuisse talis distinctio nationum. Super præmissis igitur supplicatur, & requiritur hujus sacri concilii declaratio, & determinatio.

Item dicunt & proponunt dicti ambasiatores regis Franciæ Christianissimi, quod cum dicta supplicatio peteret declarationem concilii super una disjunctiva seu alternativa trium membrorum, non excludendo simpliciter, quod dicti Anglici non deberent habere nationem, sed moderandum, ut prædictum est, tamen ipsi hanc materiam impatienter audierint, & ita sibi reputaverint injuriosam, ut inde ex parte ipsorum, quædam sequuta fuerunt scandala, loco, & tempore plenius explicanda.

Item dicti ambasiatores regis Franciæ occasione præmissorum, & pro tuitione juris ecclesiæ, ac domini regis Franciæ proposuerunt facere certas protestationes, a quibus multum, & sæpe fuerunt impediti.

Quia adveniente inclyta natione Hispanica ad hoc sacrum concilium, & cum eo unita, dictum concilium habet quatuor partes, in quas secundum observantias sanctorum patrum tota ecclesia dividitur, videlicet in nationem Italicam, Gallicanam, Hispanicam, & Germanicam, ut patet in extravagante Benedicti XII. quæ incipit, Vas electionis. Et quia tali unione facta, domini ambasiatores serenissimi regis Angliæ nolunt reduci ad nationem Germanicam, cum membrum, & portio fuerit secundum antiquam observantiam sanctorum patrum, quia propter absentiam nationis Hispanicæ in concilio sub obedientia Ioannis olim papæ XXIII. congregato, fuit eis, ex certa causa dissimulata, permissum quartam partem concilii facere, sed iterum nunc ubi advenit natio Hispanica, & cessante evidenter & notorie causa, tamen voluerunt nationem facere, & quintam partem Christianitatis repræsentare ne dum in isto, sed in quibusque aliis futuris conciliis ex hoc novum jus acquirere, quod perpenditur ex hoc, quod cum natione Hispanica contendunt, imo eam præcedere voluerunt, vel nationem Germanicam, quod nulli juri consonum videtur, videlicet quod unum regnum, sicut est Anglia, in concilio Christianitatis æquiparetur uni nationi majorem partem cleri, & populi incomparabiliter continenti; & insuper in magnum præjudicium, & gravamen totius ecclesiæ militantis, cæterorumque regum, & principum Christianitatis, quorum aliqui habent dominia, & regna excedentia regnum Angliæ in multitudine ecclesiarum archiepiscopalium, & episcopalium, cleri, & universitatum, & præcipue in magnum præjudicium Christianissimi regis Francorum domini nostri, & amplius esse posset in futurum diversimode, ac diversis respectibus; prout aliqua etiam sequuntur, maxime cum regnum ejus, & dominium contineat undecim provincias centum & unius ecclesiarum cathedralium, & ultra, & regnum Angliæ solum duas contineat provincias, & adhuc securius esset loquendum secundum divisionem dicti Benedicti XII. qui distinxit certam obedientiam Romani pontificis in viginti sex provincias. Quare absurdum videretur quod in concilio generali una istarum provinciarum, inter quas

quas Anglia solum pro una computatus, faceret quintam partem ecclesię respectu viginti sex aliarum psovinciarum. Quapropter nos antedicti ambasiatores Christianissimi regis Francorum hęc inconvenientia, & pręjudicia, & quædam alia suis locis exprimeoda considerantes, insuper quod hæc auctoritas nulli regum Christianitatis conceditur, videlicet quod suum regimeo babeat quintam vocem Christianitatis in generali concilio, nec etiam regi Romanorum, imo nec sacro collegio cardinalium Romanam ecclesiam repræsentanó volunt permittere quod faciant sextam vocem, neque de hac potestate dominis Anglicis concedenda quicquam per sactum concilium genesale decretum est, neque expediens videretus decerni, imo pesiculosissimum esses, nisi consentientibus cæteris segibus Christianitatis quorum insterest, maxime etiam daretus occasio, quod idipsum cæteri seges æquales, vel majores facere vellent, aut possent, cum non subsistatio, quare minus illis, quam regi Angliæ debeatur: quod si fieret ita non parum unioni ecclesiasticæ pareret impedimentum clare & evidentes. Idcirco nos ambasiatores psędicti protestamur dicti domini nostri regis nomine, & pro eo, & etiam regno suo, ac eis adhęrere volentibus, quod ipsi domini Anglici ad dandam vocem in gereodis pes boc sacium concilium tanquam natio quinta, seu faciens quartam, aut quintam partem genesalis concilii ab aliis distinctam minime admittantus. Protestamur etiam in his scripis sæpe sæpius instanter, & instantissime, quod cum illis gesta, disposita, aut osdinata tanquam cum quinta parte hujus concilii, quatenus concernereot, aut concernere possent statum tegni nostri, aut ecclesiæ ejus quovis modo oulla sins, & itrita, nisi quateous, & io quibus dominus noster sex. certificatus, & prius informatus de pręsenti nostra protestatione voluerit, sibique videbitur expedire.

Protestamus denique, quod si contra præmissam dictam quintam vocem de facto occupatent sine speciali delibesatione, & concessione hujus sacri concilii, & decreto, quod nec de præsenti, nec in futurum jus aliquod, vel possessio juris acquitatur, aut quovis modo acquisitum in futuris conciliis, alias ex nunc prout ex tunc, & præmissis, & resultantibus ex eis, & quolibet eorum, quod ad boc sufficiat quo supra nomine, & quorumlibet adhærentium, & adhærere volentium in his scriptis ad sacrum generale concilium, & Romani pontificis pręsidentiam canonice in ea appellamus, & apostolos, si quis est, qui eos dare teneatur, debeat, & dare velit, petimus sæpe sæpius, & instanter cum suis clausulis, & capitulis opportunis eum protestatiooe quod hanc suam appellationem, provocationem, seu protestationem, & conteota in eis conjunctim, & divisim ipsi ambasiatores, seu procuratores, quo supra nomine, adhærentiumque, & adhærere volentium in hoc sacso concilio aliquatenus derogase, & de .... conjunctim & divisim prosequi possint, & valeant per viam simplicis querelæ appellationem seu provocationem ad causam attentatorum possessorum, injuriasum, & omni alio meliori, modo, jure, & forma, quibus libebit, & potuerit, & tempore opportuno, & quoad audientiam secundum materiam adjacentem habere valebunt, seu quilibet ipsorum habere potesit, & valebit, & cū protestatione addendi, diminuendi, & alias prout de jure.

Et insuper psotestamus, quod pes præmissa non intendimus actis in hoc sacro concilio aliquatenus derogsre. Et de omnibus præmissis per nos ambasiatores prædictos hic expressos petimos a vobis notariis publicis, ac quolibet vestrum unum, vel plura instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Item omnia, & singula protestamur, & volumus habere pro repetitis sine nova protestatione in omnibus & singulis actibus, in quibus dicti domini Anglici, aut eis adhærentes seu favorem dantes, vellent facere quintam partem, seu vocem hujus sacsi concilii.

Item dicunt, & proponunt, quod occasione dictarum protestationum ab æmulis, ac inimicis curiose hoc provocantibus in præsenti concilio fuerunt multipliciter lacerati, & vocari quasi essent impeditores unionis ecclesiæ, aut turbatores hujus sacri concilii, in grave præjudicium, & dedecus Christianissimi segis Francorum, cujus in boc sacro concilio præsentiam repræsentant. Ideo post regressum domini imperatoris suæ regiæ majestati exhibuerunt schedulam, cujus tenor sequitur.

Ad finem, quod sacrum concilium cum domino Imperatore melius intendere valeat ad illa tria, propter quæ principaliter est congregatum, videlicet ad extirpationem errorum, ad finem unionis, & seformatioonem ecclesiæ expedire videatur, quæ sequuntur.

Primo, quod contentiones, & discordiæ in dicto concilio exortæ amicabiliter sopiantur, ne præsteot impedimentum ad præmissa.

Item quod hujusmodi contentiones, quaotum ad personales injurias, quæ in ecclesiasticorum animis minime debent permanese, penitus obmittantus, & fiat omnium unanimis pax, & concordia ad Instantiam domini impetatoris, exemplo sui prædecessoris Constantini.

Item quod contentiones, seu querelæ super honoribus, dignitatibus, privilegiis vel auctoritatibus regum & principum ac nationum, seu numero, ac osdine earundem, quas pro nunc per viam discussionis terminare longum esset, & parere posset occasionem scandalorum, quas etiam ambasiatores dictorū principum dissimulare cum sua fidelitate nequeunt, videretur statuendum esse, quod hujusmodi ambasiatores jura sua, & allegationes suas tradant in scriptis, & exhibeant in una sessione, & remaneant in manu concilii sub sigillo, reserventurque summo futuro pontifici discutienda; ita tameo quod per acta, seu gesta, agenda, seu gereoda in hoc sacro concilio nullum jus, seu possessio io præjudicium talium causarum alteri parti acquiratur, non derogando alias actis, & decretis in hoc sacso concilio, immo potius confirmando.

Item quod sedatis hujusmodi discordiis, intendatur diligenter ad ea, quæ jam advisata pes dominos deputatos super reformatione ecclesiæ, & omittantur particularia usquequo de generali reformatione fuerit tractatum, ne ex particularibus causis oovę discordiæ, & contentiones oriantus.

Ratio hujus ultimi articuli est, quia non minus utile videtur dictas causas particulares pro quiete, & pace hujus concilii relinquere discussioni summi pontificis, quam præmissas contentiones, seu querelas.

Item dicunt & proponunt dicti ambasiatores regis Fsanciæ quod quanto humilius in præmissis exhibuerunt se, tanto quorundam adversariorum suorum supesbia asceodit semper, psout parati fuerunt in sessione publica declarare, & ad hoc instanter sæpe sæpius petierunt audientiam, quam obtinere nequiverunt.

Ideo ego Ioannes Cāpani dicti Christianissimi Francorum regis procurator, & procuratorio nomine dico, propono, & protestor cū dictis ambasiatoribus, ut supra, provocoque, & appello prout infra continetur. Nonnumquam evenit, ut quæ pro publica utilitate facta creduntur, experientia monstrante, tendere reperiuntur ad noxias; sic evenit in hoc sacro concilio Constantiensi in ejus initio, cum ad illius dissolutionem per quosdam diversis modis tendebatur, unde spes unionis, & reformationis ecclesiæ extitisset penitus evacuata; Zelatos unionis & reformationis ecclesiæ, prælati, & alii, personæque in eo existen-

tes

tes ex certis causis tunc utilibus, & existentibus, nunc cessantibus, ad obviandum præmissæ dissolutioni per nationes, & separatim de rebus in concilio gerendis deliberaverunt per nationem; itaque illi de Italia seorsum, illi de Gallia seorsum pro se, illi de Germania seorsum pro se congregati acceperunt nomina nationum, nullo decreto tamen concilii, nullaque ordinatione interveniente, quæ res in tantum paulatim irrepsit, ut domini de natione Anglicana prætenderunt facere quartam partem ejusdem concilii generalis, & nunc post adventum dominorum de natione Hispanica prætendant facere quintam partem. Unde ego Ioannes Campani magister in legibus, & licentiatus in decretis, procurator, & nomine procuratorio Christianissimi principis, & domini Caroli Francorum regis, necnon nomine omnium regum, & principum, nationum, prælatorum, universitatum, ac omnium, & singulorum mihi in sequentibus adhærere volentium, & hoc ratum habere volentium, ad honorem, atque justitiam, & utilitatem universalis ecclesiæ, & hujus sacri concilii; necnon specialiter pro jure, honore, & interesse dicti Christianissimi Francorum regis, & sui regni dico, & propono, & protestor coram hoc sacro concilio, & totius ecclesiæ conspectu, & præsentia, quod licet tres nationes, videlicet Italiæ, Galliæ, & Germaniæ, & quælibet illarum sint amplissimæ nationes, ac multas illarum quælibet regiones contineat; natio vero Angliæ, in qua non sunt nisi duæ ecclesiæ provinciales, multoque, & sine comparatione minor, quam aliqua ex cæteris nationibus, cum in illa sint solum duæ provinciæ, ut est dictum, Eboracensis, quæ tres solum habet suffraganeos archiepiscopo Eboracensi saltem regi Angliæ obedientes; reliqui sunt de regno Scotiæ non subditi serenissimo regi Angliæ, neque sibi obedientes, & qui non sunt, neque esse vellent de natione Anglicana; & provincia Cantuariensis, cujus magna pars est Vallia, quæ etiam dicto regi Angliæ non obedit, neque prælati, & clerus illarum partium sunt, neque volunt esse de natione Anglicana, ut apparet in hoc sacro concilio. Natio autem Germanica habet primo regnum Alemaniæ, & provincias in Germania constitutas in quadruplo majores quam regnum Angliæ, ut notorium est. Habet enim provincias quindecim, & provincię ultra numerum centum viginti octo ecclesias, atque monasteria in maximo numero. Habet ultra præmissas provincias Lituaniam, cujus legati fuerunt hic. Item Russiam, & alias provincias plures septentrionales, in quibus creduntur esse triginta diœceses, ita quod illa natio sicut in præsenti concilio congregatur, habet longe sine comparatione decies in gremio ecclesiæ plusquam regnum Angliæ. Italia vero, & natio Italiæ adhuc juncta regno Angliæ nationi Germaniæ sicut est pars illius in magnificentia regnorum, & pluralitate dominorum magnorum, & provinciarum ecclesiasticarum, & diœcesum, ac ecclesiasticorum locorum adhuc longe excedit nationem Germanicam, prout certum est, & breviter, apud nationem Italicam residet caput orbis urbs Romana, & sine Græcia habet provincias viginti septem, & diœceses trecentas & tredecim. Habet insuper insulas magnas plures habentes ecclesias, & loca ecclesiastica. De natione vero Gallicana, cujus portio regnum Franciæ est potior, & principalis, in quo plures comitatus sunt quatuor, vel quinque comitatus spatiosiores in terrarum latitudine, civitatibus, castris, & villis clausis, & quilibet ipsorum regno Angliæ sive alias habet undecim provincias, & centum, & unam diœceses latas & spatiosas: Tota vero Anglia non habet nisi duas provincias, & viginti quinque diœceses, ut est dictum, eam extollere amplius non intendo, quia res ipsa seipsam diversimode magnificet, & extollat. Et extra regnum Franciæ habet provinciam Provinciæ, in qua sunt duæ provinciæ ecclesiasticæ, & septemdecim ecclesiæ cathedrales, & totidem diœceses; Habet comitatum Sabandiæ, in quo sunt provincia una; & decem diœceses. Habet Delphinatum, in quo sunt duæ provinciæ ecclesiasticæ, & quatuor diœceses. Habet totam Lotharingiam, in qua sunt tres magnæ diœceses, & breviter, a mari Oceano usque ad mare Mediterraneũ, & Hispanicum, a montibus Pyreneis usque ad Alpes, & usque ad regnum Galliæ limitantur, quot, & quantæ civitates, clerus, & populus in illo situentur spatio scitur, quæ ultra decies regnum Angliæ excedit in spatiositate civitatum, & diœcesum numero, & aliis quibuscumque. Natio autem Hispanica, quæ quatuor, imo quinque habet regna, computando regnum Majoricarum, imo octo, computando Legionem, Valentiam, & Alguarbiam, de quibus duo, aut majora, aut saltem non minora toto regno Angliæ, in qua natione sunt provinciæ ecclesiasticæ sex, & diœceses quinquaginta sex. Et insuper Sclavonia habens unam amplissimam provinciam, & undecim diœceses. Et insuper Hibernia, quæ habet quadraginta octo diœceses; quarum duæ tantum obediunt regi Angliæ, sine aliis terris, & dominiis, quæ hic non scribuntur, obedientiam ecclesię Romanę habentes diœceses ultra numerum viginti. Et insuper in præsenti sacro concilio dominorum cardinalium collegium, in quo sunt viginti duo cardinales, qui Romanam repręsentant, quæ omnium ecclesiarum mater est, & qui merito debent in concilio generali vocem, & auctoritatem habere, de quibus sunt quatuor episcopi, duodecim presbyteri, & sex diaconi, omnes magni prælati, & pro majori parte ooa cum dignitare, solemnes doctores quos aliqui domini Anglici nisi sunt ab auctoritate in concilio repellere, & seipsos, qui non fuerunt, nec suot tot nec dignitate, nec numero, nec merito constituere quartam, aut quintam partem concilii generalis.

Quibus omnibus simul collectis, apparet quod in obedientia Romanæ ecclesię sunt septingenti & triginta quinque episcopi, & cardinales hodie viginti duo, qui benę ęquivalent viginti duobus episcopis, de quibus in Anglia non sunt nisi viginti quinque, pręter provincias, de quibus notitiam non habeo. Ex quibus apparet manifeste, quod regnum Anglię, & maxime quantum ad statum ecclesiasticum, nec alias facit trigesimam partem Christianitatis, & ecclesię universalis, sicut in obedientia Romanę ecclesię existens; neque facit quartam partem regni Franciæ. Et licet pręmissa notoria, & vera, cum tamen in isto sacro concilio per distinctas nationes expressum est, ut pręfertur, pręlati, & alii viri ecclesiastici de regno Anglię prædicto, & qui pauci in numero erant, & in personis in concilio generali vocem habentes numerum duodecim non excedebant, nec forte de præsenti numerum viginti quatuor non excedunt, sed pro se, & seorsum ab aliis quibuscumque se separaverunt, & constituerunt sibi nationem unam, & vocaverunt se, & vocari fecerunt, & faciunt antionem Anglię. Et licet usque ad adventum dominorum de Hispanica natione totum concilium; præter Anglicos, esset in tres partes, & tres nationes, Italicam, Gallicam, & Germanicam, distinctum, quæ tantę, & tam amplæ sunt, ut pręfertur; dicti tamen domini de regno Angliæ de facto se constituerunt quartam nationem, & nisi sunt, & nituntur gerere vocem & auctoritatem quartæ, &

post adventum nationis Hispanicæ quintam partem
hujus sacri concilii universalis ecclesię, quę in hoc
sacro concilio repræsentatur, & non solum facere na-
tionem, sed se in natione Anglię equiparare, & æqua-
re nationibus aliis, scilicet Italiæ, Galliæ, Germaniæ,
Hispanię, & quod nunquam absurdum, & contra re-
rum naturam est, vertitur in magnum præjudicium
diminutionis juris, & honoris nationum, regnorum,
ducatuum, provinciarum, & aliarum partium præ-
dictarum, imo totius universalis ecclesiæ, vergit-
que in grave pręjudicium, damnum, & diminutio-
nem juris, & honoris Christianissimi regni amplis-
simi, & regis Francorum, atque ecclesiarum, lo-
corum, & personarum ecclesiasticarum, & ecclesia-
sticorum principum, nobilium, & populorum re-
gni sui; estque diversis respectibus magnum inter-
esse, loco, & tempore opportunis latius declaran-
dum, & specificandum. Cum enim minor majori
comparatur, ut ait Hieronymus, minoris compara-
tio majori injuria est, neque paret justitiæ; ratio
non suscipit, intellectus non capit, quod ita exigua
terrarum portio Christianitatis, & universalis eccle-
siæ, quale est regnum Angliæ, exiguam dico in com-
paratione aliarum nationum in conciliis generali-
bus, & rebus ecclesiæ gerendis, & moderandis ali-
cui nationum prædictarum, quæ, ut dictum est, tan-
tum excedunt, comparetur; nullus profecto sanæ
mentis hoc diceret, quinimo esse injustissimum quis-
que luculentissime cognosceret, & judicaret. Præte-
rea cum sancti patres nostri, & summi pontifices ali-
qua statuerunt, in quibus opus fuit distinguere na-
tiones, & omnes terras sub obedientia Romanæ ec-
clesiæ existentes dividere, totam ecclesiam Roma-
nam diviserunt in quatuor partes, regnum Angliæ
nulla est illarum partium, sed solum est pars unius
illarum quatuor partium, & ponitur cum Germania
constituta, ut apparet in extravagante Benedicti pa-
pæ XII. quæ incipit, Vas electionis. Idemque sum-
mus pontifex in statutis suis pro reformatione ordi-
num regularium tractans de generalibus capitulis il-
lorum ordinum celebrandis, quæ materia exactiorem
divisionem provinciarum exigebat, totam Roma-
næ ecclesiæ obedientiam divisit in triginta sex par-
tes, quas vocavit provincias, ex quibus triginta sex
provinciis Angliam totam, & Scotiam unam con-
stituit. Ex quibus evidenter apparet, regnum An-
gliæ nedum non facere, neque dicere, aut posse
facere quartam partem universalis ecclesiæ, & con-
cilii generalis, sed neque trigesimam sextam, imo
nec quadragesimam, cum illa duo regna Angliæ,
& Scotiæ non faciant nisi unam partem de triginta
sex partibus; imo & adhuc de Anglia abest tota
VVallia, quæ magna ejus pars est, nec in Hibernia,
quæ non est pars insulæ Angliæ, quæ non tenet nisi
duas diœceses, nec residuum cognoscit eum ut do-
minum. Ne igitur tanta difformitas, tamque ini-
qua absurditas in Dei ecclesia, & in generalibus
conciliis introducatur, & invalescat, & ne per hoc
cæteris nationibus, regnisque, & regibus, & maxi-
me Christianissimo regi Francorum, & regno suo
prædictis, pro quibus specialiter ago, tantum gra-
vamen, præjudicium, damnum, & injuria infera-
tur, ego procurator prædictus tam vigore mandati
regii, quam etiam de mandato legatorum, & nun-
ciorum serenissimi regis Franciæ in hoc eodem sa-
cro concilio pro eodem domino rege præsentium,
communicato etiam consilio cum quibusdam aliis
notabilibus prælatis fidelibus, & benevolis ejusdem
regis, & regni, protestor, & dico regnum Angliæ,
neque pręlatos, aut personas quascumque illius re-
gni sive pro serenissimo rege ejusdem, sicut alias

A in eodam præsenti sacro concilio, neque in aliis
futuris sacris conciliis nullo modo posse, nec debe-
re, aut licere, illisque jus non esse, neque debuisse,
potuisse, licuisse, jusque non fuisse facere, seu ge-
rere inter nunc dictas nationes Italiæ, Gallię, Ger-
maniæ, & Hispaniæ ad instar illarum, aut alterius
earumdam quartam, neque quintam nationem,
imo neque tricesimam partem sacri concilii præ-
sentis, vel alterius futuri concilii generalis, neque
gerere, vel habere vocem, vel auctoritatem quar-
tæ, aut quintæ, imo neque tricesimæ partis conci-
lii generalis, vel universalis ecclesię in concilio ge-
nerali repręsentatę, neque ipsos ad hoc debuisse,
neque debere admitti. Dicens etiam, & protestans,
B quod si regnum Angliæ faceret aliquam quotam
partem concilii generalis, regnum Francię debe-
ret, & posset facere, & repræsentare, & ad hoc ad-
mitti sex, imo plures tales quotas, & portiones,
quales regnum Anglię faceret, aut repræsentaret,
attentis numero, & quantitate provinciarum, diœ-
cesum, monasteriorum, & locorum ecclesiastico-
rum, qui, & quæ sunt in utroque regno, atten-
tis nobilitate, & excellentia dicti regni Francię,
ac diuturnitate temporum quando recepit fidem
Christi, a qua nunquam deviavit, in comparatio-
ne regni Angliæ. Dico insuper & protestor, quod
cum omnes prælati regni Angliæ, qui sunt in præ-
senti concilio, maxime dicant, & dicunt se amba-
siatores, seu legatos serenissimi regis Angliæ, &
C pro talibus gerunt se in omnibus locis, & sedibus,
tam in generali sessione, quam in omnibus congre-
gationibus, quæ fiunt propter agenda in concilio
generali, non debent habere vocem, neque au-
ctoritatem, nisi nomine dicti regis. Quodque ab-
surdum, & inconveniens est, legatos, & ambasia-
tores ejusdem regis repręsentare quartam, vel quin-
tam partem concilii, & universalis ecclesiæ. Quare
protestor, & dico illis non esse jus, neque licere
talem partem concilii repręsentare, nec illos ad hoc
debuisse, neque debere admitti; pręmissaque noto-
ria sunt, & vera, nullaque possunt tergiversatione ce-
lari; quod ita fieri peto, & requiro, & alias super hoc
de juris remedio provideri. Et quia pręfati, & aliæ
personę regni Angliæ, pręsentes, & qui fuerunt in
D isto concilio, nisi sunt, & nituntur fecisse, & facere,
ac repræsentare unam nationem, quam volunt, & vo-
luerunt dici, & dixerunt quartam, & post adventum
dominorum de natione Hispanica dixerunt, & di-
cunt quintam nationem concilii generalis, & univer-
salis ecclesię: atque insistunt, & nituntur facere, & re-
præsentare quartam, & post adventum istorum His-
panorum quintam partem concilii generalis, & ec-
clesiæ universalis, atque talis quartę, & postea quin-
tę partis vicem, & auctoritatem habere, & illa uti
conantur, ac se iactaverunt omnia, & singula pre-
missa in quantum eis trahere in consequentiam vel-
lent in futurum, quod cedere noscitur in præjudi-
E cium, ac dedecus generalis concilii & præsentis, &
futurorum, ac universalis ecclesiæ, necnon omnium,
& singularum nationum, & aliorum regum, regno-
rum, & provinciarũ, & præsertim in gravamen, dam-
num, & præjudicium, atque injuriam serenissimi re-
gis Francorum, atque sui regni, & ecclesiarum ejus-
dem. Idcirco ego procurator prædictus pro & no-
mine dicti Francorum regis, & sui regni, atque
omnium prædictorum mihi in iis adhærentium, &
adhærere volentium prædictos omnes, & singulos
prælatos, & alios de regno Angliæ in præsenti conci-
lio existentes, & futuros, & qui se pro natione An-
gliæ gerunt super præmissis ad judicium hujus sacri
concilii, illis tamen exclusis, seu summi pontificis
una

una cum concilio, aut ejusdem summi pontificis pro tempore, & sedis apostolicæ communiter, vel divisim ad causam provoco & appello, & quatenus opus est, apostolos instanter, instantius, instantissime peto ab iis, ad quos pertinet, mihi dari. Et protestor quod hanc nostram provocationem, & appellationem ad causam possim pro dicto domino Francorum rege, ac sibi adhærere volentibus, & mihi liceat prosequi, & agere in præsenti concilio, vel coram futuro summo pontifice, aut futuris summis pontificibus, vel apud sedem apostolicam conjunctim, vel divisim, ubi & quando mihi, aut dicto serenissimo Francorum regi, vel suis melius videbitur expedire. Protestor tamen quod per hanc protestationem, provocationem, seu appellationem non intendo aliquatenus gestis in hoc sacro concilio derogare. Protestor insuper de addendo, diminuendo, declarando, corrigendo & interpretando, ac emendando in omnibus & singulis præmissorum; & de probando de præmissis, quæ mihi ad intentum sufficient, ad probationem superfluam nullatenus me astringens.

Et de omnibus istis a reverendis patribus dominis sanctæ sedis apostolicæ protonotariis, ac omnibus aliis notariis publicis peto mihi fieri instrumentum & instrumenta, publicum & publica, ad futuram rei memoriam.

**** Sessio XXIX. pag. 212. E.*

Anno & indictione quibus supra, die vero Lunæ octava mensis Martii, hora octava, vel quasi post mediam noctem Constantiæ in loco sessionis solitæ fuit tenta, & solenniter, ut moris est, celebrata sessio generalis sacrosanctæ synodi Constantiensis, in qua sessione omnia acta & ordinata in processu inquisitionis contra Petrum de Luna Benedictum XIII. a nonnullis nuncupatum, plenius continentur, & hic ideo inseri sunt propter brevitatem omissa.

**** Sessio XXXI. pag. 216. A.*

Die Mercurii ultima supradicti mensis Martii in ecclesia Constantiensi, & in loco sessionis mane hora tertiarum, vel quasi, fuit per synodum Constantiensem tenta, & celebrata sessio publica. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis miseratione divina Ioanne Ostiensi vulgariter Vivariensi, Angelo Prænestinensi episcopis, Laudensi, Antonio Bononiensi, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Simone Rhemensi presbyteris, Amedeo Saluciarum, Ludovico de Flisco, & Lucido de Comite diaconis cardinalibus, necnon serenissimorum, illustriumque principum Franciæ, Arăgoniæ, Angliæ, Siciliæ, Cypri, Daciæ, Sneciæ, Norvegiæ, & Poloniæ regum, ac Navarræ, Comitum Fuxi, Clivensis, universitatumque studiorum, & communitatum ambasiatoribus. Pro cujus sessionis introitu fuit celebratum officium missæ per reverendum in Christo patrem dominum Martinum episcopum Aprutinensem de sancto Spiritu. Quo officio missæ finito, antequam fuerit processum ad ulteriora, levavit se in medium venerabilis & circumspectus vir dominus Ardecinus de Novaria sacri consistorii advocatus, & proposuit qualiter ad præsens vacaret decanatus ecclesiæ Lugdunensis immediate ecclesiæ Romanæ subjectus, necnon abbatia .... in civitate Neopolitana similiter ipsi Romanæ ecclesiæ subjecta immediate. Et ex quo ipsum concilium, sive synodus usque modo non voluit se intromittere de provisionibus ecclesiarum, & beneficiorum quorumcumque ecclesię a

A Romanæ subjectorum, quapropter protestatus fuit nomine dictarum ecclesiarum, quod non currat tempus contra hujusmodi provisiones fiendas. Qua quidem protestatione facta, & instrumentis petitis per eundem dominum Ardecinum, fuit inchoatum officium litaniarum more solito, & peractum per reverendissimum patrem dominum Ioannem episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem tanquam seniorem de collegio cardinalium, cum hymnis, euangeliis, antiphonis requisitis ad hujusmodi officium. Quo officio litaniarum completo, de mandato & voluntate ipsius synodi ascenderunt ambonem prædictum reverendi patres domini Thomas Polrensis protonotarius de Anglia, tanquam ambasiator regis Angliæ, & nomine ipsius, & ejus procurator, & B Antonius episcopus Concordiensis nomine ipsius synodi. Præfatus dominus Thomas protonotarius ut procurator regis Angliæ, & nomine ipsius, ac sui & omnium aliorum ambasiatorum ipsius regis procuratorum protestatus fuit, ut in quodam quaterno papyreo, quem ibi produxit, qui propter ejus prolixitatem non fuit lectus, & cujus tenor inferius est insertus. Qua protestatione facta, memoratus Antonius episcopus Concordiensis quoddam monitorium decernendum per ipsam synodum contra illustrissimum principem dominum Philippum comitem Virtutum, & suos officiarios in favorem reverendi patris domini Alberti episcopi Astensis in Lombardia detenti & incarcerati, ut dicitur, per ipsum dominum Philippum C comitem Virtutum, prout in dicto monitorio, cujus minuta ibidem fuit lecta, cujus tenor inferius est insertus. Quo monitorio, sive ejus minuta lecta, ad instantiam procuratoris & promotoris, videlicet Ioannis de Scribanis, & Henrici de Piro fuit responsum per dominum episcopum Ostiensem nomine totius concilii, Placet. Deinde de simili mandato venerabilis vir dominus Petrus de Polonia decretorum doctor legebat unam schedulam missivam dicti domini comitis Virtutum. Qua lecta, dominus Augustinus advocatus consistorii palatii apostolici petiit per concilium mandari ipsi comiti Virtutum, seu ejus officialibus, quod dominum Albertum episcopum Astensem remittant, & eum sibi tanquam suo metropolitano præsentent, & præsentari faciant, & in casu, quo non, protestatur de injuria sibi illata, quod D suus suffraganeus per talem modum incarcerari debeat. Qua requisitione, sive protestatione facta, levavit se in medium honorabilis vir dominus Georgius, &c. frater carnalis, ut asseruit, domini episcopi Astensis, narrando causam detentionis domini episcopi Astensis fratris carnalis sui. Dixit eundem dominum captum, incarceratum ex eo quod cum ipse episcopus reversus est ad patriam de concilio Constantiensi, gubernator civitatis Astensis nomine comitis Virtutum petiit duo millia ducatorum, & duo castra, quæ non exprimebat, & quod deberet diffidare certos nobiles, & quoniam illa recusavit facere, fuisset captus & incarceratus, & omni vice quando E illa faceret, esset liberatus. Ita quod ipse comes Virtutum propter demerita sua non mandavit captivari, sed ad finem & effectum, ut possent ab eo extorqueri dicta summa florenorum, castra, & diffidatio nobilium. Expositione hujusmodi facta, dominus Petrus de Polonia de mandato synodi pronunciabat quoddam decretum infligens pœnam illis qui affigerent libellos famosos; & in signum quod libelli famosi rumpi, & lacerari deberent, laceravit quandam literam, quam tenebat in manibus suis. Deinde legebat unum aliud decretum super provisiona ecclesiæ Baionensis, in quo continebatur, qualiter ecclesiis Baionensi vacante, fuit provisum per Petrum de Luna, &

similiter per Ioannem XXIII. Quare mandaret in ipso decreto, quod nullus recipiatur per capitulum in episcopum, quousque talis provisiu non fuerit discussa per concilium, aut futurum summum pontificem.

Item dominus Nicolaus episcopus Gueznensis produxit unam literam missivam regis Poloniæ, quam petiit legi, & domino Ardecino de Novaria advocato ordinis sanctæ Mariæ Theutonicorum allegante, quod non deberet legi, juxta constitutionem, quod nihil legi debeat, nisi concordatum in nationibus: & sic synodus mandavit supersederi in lectura dictæ literæ missivæ. Subsequenter idem Petrus de Polonia legebat decretum periode directum ad Camnensem, Zwerinensem & Raseburgensem diœceses, ut nullus conveniatur pro debito pecuniario laicus. Subsequenter idem Petrus de Polonia legebat decretum mandandum ad provinciam Marchiæ Anconitanæ, ut subditi Marchiæ Anconitanæ, ac præsidatus Farsen obediant reverendo patri domino Angelo legato, ut eorum vero legato, juxta bullas suæ legationis sibi desuper concessas, & minuta decreti præfati fuit ibidem bullatoribus tradita ad bullandum de mandato totius concilii.

Insuper idem dominus Petrus de Polonia legebat aliud decretum, in quo subrogabantur domini Iacobus Plocensis nationis Germanicæ, Petrus Olorensis nationis Anglicanæ, & Thomas Emoriensis episcopi nationis Italiæ loco dominorum Vlrici Verdensis, Patritii Corragensis, & Lazari Czinensis episcoporum in causa fidei de regno Bohemiæ. Qua deputatione, sive subrogatione facta, fuit deputatus, sive subrogatus in una alia causa fidei de regno Bohemiæ reverendus pater dominus Hieronymus electus Ariminensis loco bonæ memoriæ domini Bartholomæi episcopi Alexandrini in Lombardia. Quarum protestationum, decretorum & literarum, de quibus supra fit mentio, tenores inferius sunt descripti. Ad quorum probationem reverendus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis nomine totius synodi pro hac vice potestatem habens, respondebat, Placet.

Super quibus venerabiles viri magister Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis petierunt sibi fieri unum, vel plura publica instrumenta a dominis protonotariis & aliis notariis, sive scribis ad hoc deputatis. Præsentibus dictis dominis pro testibus infrascriptis.

Quibus omnibus factis, de licentia ipsius synodi sæpe dictus Petrus de Polonia legebat certam literam missivam directam concilio Constantiensi per regem Poloniæ, & ducem Vitoldum, in qua litera excusabant se de pace non facta inter eos, & ordinem Theutonicum, ut in eadem litera, &c.

Tenores vero dictarum protestationum Anglicorum, monitorii contra comitem Virtutum, decreti contra libellos famosos, missivæ literæ comitis Virtutum, decreti ecclesiæ Baionensis, decreti perinde, decreti ad Marchiam Anconitanam, decreti subrogationis judicum in causa fidei, decreti deputationis Ariminensis in causa fidei, & literæ missivæ regis Poloniæ sequuntur & sunt tales.

Protestationes Anglicanorum.

Vt insuperabilis veritas & justitia eo validius, & securius probatæ persistant, quo ferventius adversantium insultus factionibus præsertim inimicorum præsidiis rationum instantium de victoria impugnatæ fuerint, nos ambasiatores & oratores serenissimi principis Henrici Dei gratia regis Angliæ, ad honorem, & profectum hujus sacri concilii generalis, elucidationemque veritatis occultatæ & dissimulatæ diutius, ac impeditæ per quosdam adversarios objectæ, dicimus & proponimus in hac sacra synodo Constantiensi, & totius ecclesiæ conspectu quæ sequuntur.

In primis protestamur publice in iis scriptis, quod non fuit, est, nec erit intentionis nostræ quicquam dicere, seu proponere in præjudicium determinatorum in hac sacra synodo, sicuti nec fecimus, aut faciemus in futurum. Nec dicimus, aut proponimus infrascripta animo, vel intentione litem contestatam subeundi, seu quomodolibet firmandi, ingrediendi, vel cognoscendi judicium, aut jus serenissimi dicti domini nostri regis, sive nationis inclytæ Anglicanæ, alias Britannicæ, in forum contentiosum, aut litem deducere ullatenus intendimus; sed contradicimus & reclamamus publice, & expresse ex causis ad hoc nos moventibus infrascriptis, & aliis pro tempore declarandis, & præsertim ne ex hoc jus hujus inclytæ nationis, quod est tam super titulo, quam super possessione, vel quasi notoriis toti mundo, & præsertim universali ecclesiæ in hoc sacro concilio repræsentatæ congregatæ revocetur in dubium, & maxime ad instantiam quorumdam, qui nullum quomodolibet exquisitum possunt prætendere interesse; sed solum duntaxat pro ostentatione veritatis, juris & justitiæ universalis ecclesiæ, & cæterorum regum, regnorum, ac nationum, & præsertim dicti serenissimi Angliæ regis, nationisque inclytæ Anglicanæ, alias Britannicæ, ut scribentibus exemplo satisfiat, ne tot, ac tantis flatibus veritas ipsa velata declinet, tamque ac tam injusta materia intacta remaneat, neve responsionis penuria silere credamur, & exinde in auditorum, seu lectorum animis quisquam credulitatis scrupulus relinquatur, aliquid saltem in hac parte dicere necessitas jam impellit.

Certissimum enim est, quod nonnulli ambasiatores, oratores adversarii Franciæ regis se dicentes, & præsertim unus ex eis cum suis adhærentibus plures dissensionum, divisionumque materias concilio generali noxias & turbativas nationibus in plena concordia existentibus in eodem, & præsertim contra indubitatam nationem inclytam Anglicanam alias Britannicam inter cætera per suum tractatum de ecclesiæ potestate intitulatum in præsenti synodo suscitarunt. Nos tamen ambasiatores & oratores dicti serenissimi Angliæ regis quamquam ex præmissis, & eorum quolibet nostrum regem antedictum & regnum suum Angliæ, cæteraque nonnulla sua dominia, ac nos eorum nomine, necnon inclytam nationem Anglicanam prædictam, alias Britannicam, non modicum injuriatam sensimus, ac gravatam: nihilominus pro bono unionis in proximis, dante domino, consequendæ has, & alias multiplicatas injurias sustinuimus patienter, huc usque sperantes, quod cum ad cor reversi fuissent, licet non nostri, unionis tamen universalis ecclesiæ intuitu destitissent ab inceptis; sed jam ex cumulatis gravaminibus novis & conviciis didicimus ab experto, quod absq; gravi Dei offensa, ac universalis ecclesiæ, unionisque periculo præmissa tam gravissima Deo, ac toti mundo notorie contraria sub silentio dissimulare prolixius, seu præterire non possumus, quin sub debita reverentia hujus sacri concilii generalis veritatem pro ostensione justitiæ dicere cogamur, ne consentire videamur errantibus, dum ad resecandum, quæ corrigi debent, non occurrimus, quia error, cui non resistitur, approbatur, & veritas opprimitur, cum minime defensatur.

Quamquam enim divinitus sancitum sit, ne sacerdotes domini in sacra synodo indiscretis verbis perstrepere

strepere audeant, aut quibuslibet tumultibus perturbare, obstinatisve disceptationibus tumultuosas voces effundere, & ut ait apostolus; Qui putat religiosum esse, & non refrænat linguam suam, sed seducit cor suum, hujus vana est religio; cultum enim suum justitia perdit, quando silentia judicii obstrepentium turbo confundit, dicente propheta, Erit cultus justitiæ silentium. Quodque licet pro bono unionis, & honore concilii deliberatum fuerat in nationibus, & concursum, & observatum in concilio pro lege diutius, quod in sessionibus sacræ synodi nihil penitus proponeretur, aut diceretur, nisi prius in nationibus fuerit concordatum, dicti tamen prætensi ambasiatores adversarii, iis non obstantibus, sed præter & contra præmissa in concilio tertia die mensis Martii jam instantis nisi sunt proponere & publicare quasdam materias, de quibus supra & infra fit mentio, & prout in eisdem per ipsos propositis liquet evidenter. Inter cætera vero dicitur, quod licet rex Angliæ, & regnum suum unam nationem repræsentare valeat, sicuti quædam nationes particulares, etiam regem appropriatum non habentes, attamen de jure non habent, nec habere debent, vel possunt rex Angliæ & regnum suum repræsentare vocem, seu auctoritatem repræsentativam quartæ aut quintæ partis Christianitatis, seu totius obedientiæ Romani pontificis, quæ debeat, aut possit de jure æquiparari in conciliis generalibus voci, seu auctoritati totius Italiæ, vel totius Galliæ, vel totius Hispaniæ, vel totius Germaniæ, quæ sunt quatuor nationes principales; & ad præmissa fundandum inter cætera tres causas imo verius allegant principales.

Primo, quod Benedictus XII. in Extravagante vas electionis, ubi ordinat super procurationibus prælatorum, *&c.* distinguit obedientiam papalem in quatuor generales partes, sive nationes, videlicet in Franciam, Alemaniam, Castellam, Italiam; & in secunda parte sub natione Alemaniæ Anglia posita est, & sic Anglia non est natio, saltem quartam aut quintam partem obedientiæ Romani pontificis repræsentans, cum sit pars Germaniæ, *&c.*

Secundo dicunt & allegant, quod pro declaratione & confirmatione præmissorum facit, quod idem Benedictus XII. qui Burdegalensis nationis fuit, & per consequens favens regi & regno Angliæ, cum de terra ei subdita oriundus esset, volens distinguere terras & provincias subditas obedientiæ Romani pontificis, pro capitulis monachorum nigrorum celebrandis, in prima rubrica sui operis distinxit in fine præfatas terras, & regna in triginta sex provincias, ubi in regno Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem pro una provincia, & sic cum sit trigesima sexta pars obedientiæ papalis, ut dicunt, & non tota, non debet natio Anglicana quartam vel quintam partem facere in concilio generali.

Tertio vero dicunt, quod nec juri, nec rationi consonum est, æquare seu æquiparare regnum Angliæ regno Franciæ in concilio generali, vel nationem Gallicanam generaliter sumptam nationi Anglicę, attentis numero & qualitate provinciarum, diœcesum, monasteriorum & locorum ecclesiasticorum regni Franciæ, cum habeat undecim provincias, centum & unam diœceses latas & spatiosas, & Anglia habeat tantum duas provincias.

Attentis etiam nobilitate & excellentia dicti regni Franciæ, ac diuturnitate temporis, a quo recepit fidem Christi, a qua non deviavit in comparatione regni Angliæ: Attento etiam quod in regno Franciæ plures ducatus sunt, & quatuor comitatus spatiosiores in terrarum latitudine, civitatibus, castris, ac villis clausis, & quilibet ipsorum regno Angliæ, ideo absurdum est & irrationabile, ut dicunt, quod natio Anglicana repræsentaret quartam vel quintam partem concilii generalis, regnum Francię deberet repræsentare sex, imo plures tales quotas & portiones, quales regnum Angliæ faceret, aut repræsentaret, attentis supradictis. Ideo ex parte eorum supplicata & requisita fuerunt in scriptis infrascripta.

Primo, quod adveniente natione Hispanica, cessaret dicta quinta natio Anglicana, & fieret pars nationis Alemaniæ, sicut est, & ei immediate conjuncta, ut patet ex jura prædictę extravagantis, Vas electionis. Unde quod hæc natio Anglię huc usque divisa fuerit a natione Alemanię, permissum fuit, & hoc ex certa & speciali causa dissimulata, quę cessavit adveniente natione Hispanica.

Secundo, si hoc non placet, sed vult divisa remanere ab Alemania, consequens videtur, quod alię nationes distinguantur in plures nationes nationi Anglicanę proportionales; alioquin non esset justa æqualitas, & videretur fieri injuria, & gravamen regi Franciæ & regno suo, & toti nationi Gallicanæ, & multo magis aliis nationibus, ut patet ex præallegatis.

Tertio, si dictæ nationes nollent condescendere ad talem multiplicationem nationum, sicut nec apparet expediens, videretur esse providendum, quod redirent ad jus commune & antiquum modum procedendi in conciliis generalibus, in quibus non legitur fuisse, ut asserunt, talis distinctio nationum. Circa quæ minus bene proposita, jurique, rationi & veritati contraria diversas fecerunt protestationes, supplicationes, requisitiones & appellationes frivolas & ineptas, prout in infradicendis declarabitur manifeste.

Ad primum vero (semper salva, & hic repetita protestatione præmissa) respondetur, quod, eorum sic scribentium gratia semper salva, mirandum est qua fronte, quo spiritu in facie universalis ecclesiæ tam literati viri, & sacerdotes præsertim præsumere audeant tam manifeste, & erronee ad sensum distortum dictam Extravagantem reducere, cum in nihilo ad finem faciat quem intendunt per ipsos recitatum. Quod clare liquet ex ipsius Extravagantis causa triplici, materiali, formali videlicet, & finali. Causa materialis illius est, quod visitantes jure ordinario in Franciæ, Navarræ, & Majoricarum regnis, ac terris, provinciis, & partibus adjacentibus, & vicinis eisdem tantum nomine procurationum recipiant. In Alemaniæ quoque, Ungariæ, Angliæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Scotiæ, Daciæ, & Svveciæ regnis, ac terris, provinciis, & partibus eis adjacentibus tantum recipiant plus, quam in regno Franciæ visitantes. In Castellæ quoque, Legionis, Aragoniæ & Portugallię, & partibus adjacentibus, & vicinis tantum recipiant. In Napoliæ vero, Calabriæ, Terræ-Laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, & cæteris regnis, insulis, aliis provinciis, & partibus omnibus ultramarinis tantum recipiant. Ex qua causa materiali patet, quod papa non intendebat in illa Extravagante distinguere nationes, quia ponit primo, sive in prima parte regnum Navarræ & Majoricarum, comitatumque Rossilionis, & alias terras, quæ notorie fuerunt, & sunt in & de alma natione Hispanica, & nullatenus in, nec de natione Gallicana; licet in prima parte dictæ Extravagantis post regnum Franciæ immediate dicta regna Navarræ & Majoricarum, & cætera ponantur pari modo; sic in secunda parte dictæ Extravagantis licet regnum Angliæ scriptum sit immediate post Alemaniam, tamen in, de, aut sub natione Alemaniæ per dictam Extravagantem, ejusve causam materialem legislator non inclusit, sicut

minime

minime intendebat, quod patet aperte in Extravagante Benedicti prædicti, quæ incipit, Statuimus, inferius allegata, ubi ponuntur duæ provinciæ Angliæ, Cantuariensis scilicet & Eboracensis inter provincias linguæ Occitanæ, & provincias Hispanorum, & sex aliæ provinciæ ejusdem nationis Anglicanæ inter provincias alias, & nullatenus inter, ante, nec immediate post provincias in regno Alemaniæ existentes. Et sic patet ex materia illius Extravagantis quod natio Anglicana in, de, & sub natione Alemaniæ dicitur quovis modo.

Item hoc patet ex causa formali ejusdem, quæ dictam Extravagantem pro nationibus, seu ordinandis in concilio generali ipsa non concepit. Nam forma ordinis nationes ponendi est, ipsas ponere secundum suas antiquitates & dignitates; quia si nationes in dicta Extravagante ordinasset, antiquiorem in fide priorem & digniorem ecclesiæ Romana, ac imperii causa, nationem videlicet Italiæ præposuisset Franciæ regno, & deinde alias nationes in suo ordine posuisset, quod non fecit, qui Franciam præposuit etiam non secundam, & Italiam in cauda conscripsit. Hoc etiam patet in multis aliis locis dictæ Extravagantis.

Item hoc patet ex causa finali dictæ Extravagantis, quæ est, quia nonobstantibus juribus in hac parte editis, prælati in procurationibus sic se onerosos reddiderunt, ut subditi oppressi onera nequiverunt supportare. Ideo cupientes certum modum visitandi, & stabilem visitatis in præmissis fore observandum, statuit, ut prædicitur, & sic principaliter & finaliter intendebat per illam Extravagantem visitantibus & visitatis certum modum dare in procurationibus solvendis & recipiendis. Ad alios ergo casus non est extendenda; quia leges, & præsertim casus speciales ad alios casus extendere de jure non debemus. In jure enim obedientia papalis in duas partes dividitur, in ultra, & citra montanas; ergo duæ tantum sunt nationes, non sequitur.

Præterea scribunt, quod Benedictus prædictus in dicta Extravagante, Vas electionis in secunda parte sub natione Germanica ponit Alemaniam, Angliam, Hungariam, & plura alia regna.

Ad quod respondetur, quod in loco præallegato dictæ Extravagantis, sic dicitur: In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, *&c.* regnis ac terris, provinciis, & partibus eisdem adjacentibus, archiepiscopi & episcopi visitantes tantum recipiant, *&c.* Ex qua lectura liquet, quod dicta Extravagans nihil loquitur de natione Germanica, nec de aliqua alia natione facit mentionem. Ex dictis enim dictorum sic scribentium, quod cum omnes reges per seriem scribuntur in libro ceremoniarum, & aliis libris unus post alium, quod rex in secundo loco scriptus priori subjiceretur, ut illius foret ditionis, sic rex Franciæ foret in, de, & sub imperio Græcorum; & sic de aliis regibus, quod fatuum esset dicere.

Ad secundum autem (salva semper, & hic repetita protestatione ante missa) respondetur, Quod licet Benedictus prædictus Burdegalensis fuerit nationis, id est, nativitate, postea tamen nutritus & beneficiatus fuit in, & sub ditione regis Francorum, & ad prælaturam assumptus, & sicut Gallicus fuerat regno Franciæ nimis favens, Extravagantem prout fecit, promulgando, sicut ex tenore & ordine Extravagantis suæ clare constat, ubi regnum Franciæ, etiam non secundandum, primo conscripsit, & regnum principalius, & Francia multo nobilius, videlicet Italiam, ultimo collocavit. Præterea Extravagans Benedicti, quæ incipit, Statuimus, in prima rubrica sui operis ad confirmationem prædictorum scriptorum per eos non facit, quod in regno Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem provincias pro una; ergo natio Anglicana, sive Britannica unicam habet provinciam in concilio generali. Pessima est argumentatio; nam in pluribus eorum scriptis de solo regno Angliæ concludunt totam nationem Anglicanam, & sic inordinate scribunt antedicti. Distinxit enim Benedictus XII. in dicta Extravagante, Statuimus, provincias pro capitulis monachorum nigrorum celebrandis; ergo pro aliis capitulis, actibus, negotiis, conciliis generalibus provinciæ remanent in limitatione antiqua; quia quod de uno dicitur, de alio denegatur. Quod probatur clare ex textu procemii dictæ Extravagantis, Statuimus, versiculo Per editionem, ubi sic dicitur, Per editionem nempe statutorum, & ordinationum prædictarum non intendimus aliis juribus aliquatenus derogare, sed illa potius enmprobare.

Item probatur, quod dicta limitatio provinciarum ad alia non extenditur per textum dictæ Extravagantis in principio, dum dicitur, Statuimus, quod in ordine monachorum nigrorum in singulis provinciis per nos inferius deputatis fiet de triennio in triennium, salvo jure diœcesanorum pontificum, commune, seu provinciale capitulum abbatum & priorum, *&c.* Ex quo textu aperte patet de errore dictorum scribentium dictam Extravagantem minus bene reducentium, cum ad celebranda capitula monachorum nigrorum duntaxat extendatur.

Præterea notorie patet, quod illa Extravagans, statuimus, non facit in aliquo, quod natio Anglicana esset pars immediate conjuncta nationi Alemaniæ, nec ad illam reduci deberet, ut ad propriam nationem, prout prædicti domini minus bene scribunt. Clarum enim est, quod in dicta Extravagante, statuimus, provinciæ Cantuariensis & Eboracensis pro una provincia pro capitulis monachorum celebrandis non inter immediate post, nec ante provinciam, seu provincias regni Alemaniæ scribuntur, sed inter provincias Narbonensem, Tholosanam & Auxitanensem ex parte præ, & Compostellanensem & Hispalensem a parte post. Sed si ipse voluisset ipsam dictam nationem Anglicanam partem esse nationis Alemaniæ, illas duas provincias Angliæ inter provincias linguæ Auxitanæ & Hispanorum minime posuisset.

Item liquet, quod non fuit legislator, & si potuisset in proposito nationem Anglicanam partem nationis Alemaniæ facere, nec limitare, quia in eadem Extravagante, Statuimus, quinque provincias in, de, & sub natione Anglicana notorie existentes, videlicet Ulmachinensem, Dublinensem, Cassallensem & Cumanensem in Hybernia, & provinciam regni Scotiæ non inter immediate post, nec ante provinciam, seu provincias regni Alemaniæ; sed inter provincias Strigoniensem, Olocensem & Gneznensem a parte præ, & provincias Bohemiæ, Daciæ, Norvegiæ, Sueciæ, Sardiniæ, Corsicæ & Cypri posuit a parte post. Si vero dicti ipsius intentionis fuisset, seu propositi nationem Anglicanam unam esse cum natione Alemaniæ duas provincias una cum provinciis Vasconiæ, & aliorum locorum nationis Anglicanæ notorie existentes non divisim cum provinciis aliarum nationum, sed cum provinciis regni Alemaniæ posuisset, prout in dicta Extravagante, Statuimus, clare constat. Nec sequitur per dictam Extravagantem, Vas electionis, quod natio Anglicana de natione esset Alemaniæ, quia scribitur immediate post regnum Alemaniæ, ergo esset de natione Alemaniæ, pessima est argumentatio.

Præterea

Præterea illa Extravagans, Statuimus, ad confirmationem illorum sic scribentium non facit, videlicet quod natio Anglicana unam duntaxat habeat provinciam in concilio generali; sed ad expressam reprobationem suorum dictorum, notorium est toti mundo, quod licet in, de, & sub inclyta natione Anglicana regna fuerunt plura antiquitus, & sunt quodlibet per se longe commodius & solemnius, quam regnum Franciæ per se, attamen substantialiter, præter ducatus, terras, insulas, ac dominia in numero copioso sunt regna octo, videlicet Anglia, Scotia, VVallia, quæ tria majorem integrant Britanniam; regnum* etiam de mari, & de Hibernia juxta Angliam quatuor regna & notabilia, videlicet Catholiconensem, Catensem, Moraviæ & Menechatelniæ, velut in catalogo Christianorum regum registra Romanæ curiæ, una cum aliis expresse, & sigillatim commemorant, principatusque notabiles Ioannis principis insularum Orcadum, & aliarum numero circa sexaginta, quæ etiam insulæ sunt æquales, seu majores dicto regno Franciæ. Dicta Extravagans, Statuimus, octo provincias in, de, & sub natione Anglicana, sive Britannica notorie existentes pro capitulis monachorum nigrorum celebrandis in quatuor limitat provincias, in Hiberniam, Botornam, Cantuariensem & Eboracensem pro alia, regnum Scotiæ pro tertia, & Burdegalensem pro quarta.

* Quæ monstra aerum, verborum, atque regnorum!

Ex qua Extravagante probatur clare, quod male imo (eorum gratia semper salva) minus bene scribunt, sic fundando intentionem scripturæ suæ super illam Extravagantem, Statuimus, nationem Anglicanam unam habere provinciam juxta limitationem dictæ Extravagantis vigesimam sextam partem dictæ obedientiæ papalis esse, cum in numero sunt decem provinciæ in ea, de quibus sunt obedientiæ nationis Anglicanæ octo superius limitatæ, & de illis in temporalibus septem rex Angliæ possidet plena pace, & in brevi Dei gratia cæteras possidebit. Habet etiam dicta natio Anglicana centum & decem diœceses, ut inferius recitatur; In quantum enim scribunt, quod VVallia Angliæ regi non obedit, neque prælati, & clerus illarum partium esse volunt de natione Anglicana, ut apparet in præsenti concilio. Salva protestatione præmissa, respondetur, Quod erubescere possunt tam notoriæ veritati contrarium scribentes, quia tota VVallia archiepiscopo Cantuariensi in suo primatu in spiritualibus, & serenissimo regi in temporalibus obedit pacifice, & quiete, prout in partibus patet, & in hoc concilio, cum in inclyta natione Anglicana plures venerabiles doctores, & cæteri graduati, & clerici de VVallia hic existunt, conformiter enim patenter minus benedicunt de Hibernia, quæ quatuor provincias, & sexaginta diœceses spatiosas, & amplas in se continet; quæ provinciæ & diœceses de natione Anglicana indubie & notorie existere dignoscuntur. In quantum enim insuper ponunt, quod suffraganei de regno Scotiæ non sunt, nec esse volunt de natione Anglicana, protestatione præmissa semper salva, respondetur, quod de natione Anglicana, alias Britannica notorie sunt, & esse debent, cum nullo modo negare possunt, quin Scotia sit pars Britanniæ, licet non tanta, sicut Anglia prout notum est toti orbi, & etiam cum Anglicis eandem linguam habent. Mirabile enim est talea literatos sic scribere velle Hiberniam, VValliam, aut etiam Scotiam de natione Anglicana non esse, quia regi Angliæ non obediunt. Hoc dato, & non concesso, nihil facit ad propositum, quia notorium est, quia nihil refert, an natio quævis uni duntaxat

A principi, vel diversis. Nonne in natione Hispanica plura sunt regna, quæ regi Castellæ principali Hispanorum non obediunt, & tamen non sequitur, quod de natione Hispanica non sunt. Nonne provinciæ Delphinatus, Sabaudia, Burgundia, Lotharingia, & aliæ terræ plures, quæ nihil habent agere cum adversario Franciæ, & tamen in natione Franciæ continentur?

Ad tertium nempe (salva semper, & hic repetita protestatione prius dicta) respondetur, Verum est, quod nec juri, nec rationi consonum est, aliquam comparationem facere inter regna, cum odiosæ sint, & a principe tenebrarum primitus adinventæ. In quantum vero sic intelligunt scribentes exemplo de superioritate & nobilitate regni Franciæ ad re- B gnum Angliæ, sine tamen injuria; seu comparatione cujusquam loquendo, ut ex ad....... scribentibus satisfiat, non minoris antiquitatis, auctoritatisve, quin verius antiquioris & majoris fidei, dignitatis & honoris, seu saltem æqualis in omnibus, regalis etiam potentiæ, clerique & populi multitudinis, ac opulentiæ rerum, gloriosum regnum Angliæ divinis favoribus, quam dictum regnum Franciæ dignoscitur prædotatum. A tempore vero secundæ * ætatis mundi illa domus præcellens regalis Angliæ crevit, quæ hucusque continuata realiter extitit. Domus insuper illa regalis Angliæ inter plures sanctos palmites, quos produxit, qui C de facili narrari non poterunt, sanctam Helenam cum suo filio Constantino Magno Imperatore nato in urbe regia Eboracensi educere comperta est, qui in fidelium terras plures, ac crucem domini de manibus infidelium ad Christianorum manus, & fidem reduxerunt. Gloriosissimus insuper vir ille primus licentiam dedit per universum orbem suo degentibus imperio, non solum fieri Christianos, sed & fabricandi ecclesias, & prædia constituit, illis tribuenda, donanda immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri instituit, adeo quod sedem imperialem relinqueret, & beato Petro, suisque successoribus profutura concederet. D Hic etiam ad destructionem hæresum & schismatum primus licentiam dedit Christianis generalia concilia libere congregare. Hic insuper tantum honoravit ecclesiam, quod ipsius clericos Deos appellavit. Illa domus insuper potentissima regalis Angliæ ab obedientia Romanæ ecclesiæ * nunquam discessit, sed sub ea huc usque Christianissime militavit. In cæteris vero prærogativis, & donis Dei illius domus gloriosæ ad speciem descendendo membranæ plurimæ non sufficerent. In quantum enim prædicti domini regnum Franciæ exaltare nituntur ad sydera, nolentes illud regno Angliæ in aliquo comparare, propter multiplicationem provinciarum, & diœcesum ejusdem regni Franciæ, scribentes undecim provincias, centum & unam diœ- E ceses latas & spatiosas regnum Franciæ continere; Respondetur, quod in re dubia, vel incerta id domini, ut videtur, incredibilia penata dicerent, cum in re tam aperta, & nota toti mondo tam notorie a vero deviare constet. Constat enim quod regnum Franciæ * duas provincias Rhemensem & Senonensem, & viginti diœceses tantum continet, & regnum solum Angliæ duas provincias largissimas, videlicet Cantuariensem & Eboracensem, & viginti quinque etiam secundum eos diœceses continet. In ditione autem adversarii Franciæ sunt circa sexaginta diœceses, & in ditione regis Angliæ centum & decem satis. Ecclesia insuper regni Franciæ vix uno legato nato * a lege mortua decoratur, sed ecclesia regni Angliæ duobus legatis natis vices

SSSss domini

* Fabulas hic plures congerit fabulosissimas.

* Utinam & ad nostram usque ætatem!

* Quid mendacius fingi potuit?

* Sic habet MS. codex, nec quid sibi velit, intelligi facile potest.

domioi papæ in provinciis sibi decretis degentibus perenniter insignitur. In regno enim Franciæ quamquam adversarii quatuor comitatus existere affirmant, quorum quilibet major est regno Angliæ, cujus contrarium verum est, in regno tameo Angliæ præter ducatus, & baronias, plures triginta duobus comitatus satis spatiosi reperti sunt, de quibus quatuor, aut quioque pro toto regno Franciæ, præterquam in hujusmodi verbis superfluis ad omnia nutu Dei gerenda sufficiunt. Britannia vero prædicta tam ampla, & spatiosa est, quod ipsius spatium a parte Septentrionali usque ad partes meridianas ejusdem etiam directe incedendo ad octingenta milliaria, quæ quadraginta dietas legales continent, se extendit, dubium non existat; & sic non regnum Franciæ, ut communiter dicitur. In regno enim Angliæ præter cathedrales & collegiatas ecclesias, monasteria & prioratus, hospitalia, xenodochia & alia pia loca in numero copioso, sunt ecclesiæ parochiales honorabiles multum numero ultra quinquaginta duorum millium dotatæ insigniter. Vnde ergo processit hæc opinio dicere illud gratiosum regnum Angliæ Franciæ regno non posse comparari? Si enim diligenter attenderent sic scribentes considerandæ in omnibus, potius facerent de regno Angliæ plura regna respectu Franciæ, & de natione Anglicana plures nationes respectu nationis Gallicanæ (salvo tamen in omnibus honore illius inclytæ nationis Gallicanæ.) In scripturis insuper, & aliis documentis pluribus reperitur, quod septem sunt ecclesiæ Christianitatis principales, quarum prima est Romana ecclesia, secunda Constantinopolis, tertia Gallicana, quarta Anglicana, quinta Hispanica, sexta Pannonica, & septima Germanica. Certissimum enim est, quod si ad honorem ecclesiæ Anglicanæ, & dignitatis pontificalis tendent, tot diœceses, & provincias limitare & erigere, prout in Francia, & in nonnullis certis partibus per ipsos descriptis eriguntur, & ipsas conformiter dotare, prout dotantur provinciæ, episcopatus, & diœceses partium prædictarum, circumstantiis omnibus pensatis, regnum Franciæ incomparabiliter non posset tot provincias, & diœceses erigere, decenterque fovere, sicut regnum per se poterit Anglicanum. In quo regno præter, & citra Hiberniam & Scotiam, principatus & insulas plures quadraginta, & ultra nationem Anglicanam pertinentes sunt parochiales ecclesiæ, ut prædicitur, numero * ...., de quibus ad minus mille episcopatus omni comparatione & consideratione habita adeo magni boni, & fertiles & honorifici erigi poterunt, æquales seu majores, quam in regno Franciæ communiter erecti sunt.

Quæ ambages & infulsæ nugæ! quam ridicula argumenta!

* ad 52. millia videtur habere inf.

Item quantum vero nimis exaltare regnum Franciæ nituntur super regnum Angliæ dicendo, quod attentis nobilitate, & excellentia regni Franciæ, & diuturnitate temporis, a quo recepit fidem Christi, Respondetur primo & quando regnum Franciæ, & qualiter in regno Angliæ fides Christi continue steterit hucusque, quamquam temporum intervallis infidelium sævientium grandinosa tempestas ipsum regnum sic impleverit, quod fidem Christi ibidem pro parte extinguere conata est, non utique sic scripsissent. Statim enim cum post passionem Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui Christum de cruce deposuit, cum duodecim sociis vineam domini de mane colendam, Angliam videlicet ingressus est, & populos ad fidem convertit. Quibus rex duodecim hidas terræ in diœcesi Bachonensi pro victu assignavit; qui in monasterio Blasconiensi Bachoniensis diœcesis, ut scribitur, tumulantur. Super quibus duodecim hidis prædictis dictum monasterium antiquitus dotatum dignoscitur. Sed regnum Franciæ tempore sancti Dionysii, & ejus ministerio fidem Christi recepit. Regnum Insuper Angliæ (laudetur altissimus) ab obedientia Romanæ ecclesiæ numquam discessit, nec tunicam domini inconsutilem scindere, nec unquam Romaoi pontificis illudere obedientiam conatum est. Satis enim constat sanctum Albertum magoum, & Bartholomæum de proprietatibus rerum, quod toto mundo in tres partes diviso, videlicet Asiam, Africam & Europam, Europa in quatuor dividitur regna. Primum videlicet Romanum, secundum Constantinopolitanum, tertium regnum * Hiberniæ, quod jam translatum est in Anglicos, & quartum regnum Hispaniæ. Ex quo patet quod rex Angliæ, & regnum suum sunt de eminentioribus, antiquioribus regibus & regnis totius Europæ, quam prærogativam regnum Franciæ non fertur obtinere. Vnde ergo processit hæc inæqualitas regni Franciæ ad regnum Angliæ comparari? Vnde audent domini sic scribentes scribere regnum Franciæ sex, & plures quotas portiones facere ad regnum Angliæ? Æstimatur enim, quod sicuti nonnolli eisdem faventes pro singulari gloria in mappa-mundi civitatem Parisiensem plus occupare de loco, quam totum regnum Angliæ, sic ut videtur, præsumere vellent scribentes inæqualitatem inter regna prædicta in terræ continentia, & certis qualitatibus, cujus contrarium verum est, ut supra dictum est.

* Ab omni ratione vacuos opus est, qui tales nugas venditare audeant.

Ad hoc enim quod scribere non verentur, quod nec juri, nec rationi consonum est, nationem Gallicanam generaliter sumptam natiooi Anglicanæ, attentis per ipsos pluribus sæpius recitatis; Dicimus (salva protestatione præmissa) non modicum mirandum, qood ii nationem inclytam sic abhorrent Anglicanam, nolentes Gallicæ comparari; Nonne has duas nationes æquiparant jura, rationes, & scripta plura, omnia enim necessaria ad esse nationis auctorizabilis quartam, aut quintam partem obedientiæ papalis, sicut natio Anglicana, sive sumatur natio ut gens secundum cognationem & collationem ab alia distincta, sive secundum diversitatem linguarum, quæ maximam & verissimam probant nationem, & ipsius essentiam jure divino pariter & humano, ut infra dicetur; sive etiam sumatur natio pro provincia æquali, etiam nationi Gallicanæ, sicut sumi deberet, una est de quatuor, sive de quinque nationibus ex quibus obedientia papalis existit natio inclyta Anglicana, alias Britannica, & tanti vigoris, & auctoritatis est (absque tamen comparatione, vel injuria cujusquam loquendo) sicut natio inclyta Gallicana. In jure enim provincia, id est, natio Anglicana, provinciæ, id est, nationi Franciæ, sive Gallicanæ comparatur. Ordinatur enim in jure quod in Romana curia, Parisiensi, Oxoniensi, * Pannoniensi & Salmanticensi studiis scholæ erunt sub tribus generibus linguarum; ubi dicit Glossa, quod ordo iste descriptus in textu procedit non ordine studiorum, sed ex gratificatiooe provinciarum, id est, nationum, secundum Iac. & alios. Ex quibus textu & Glossa, & aliis liquet, quod Italia ponitur pro una provincia, id est, natione: Francia pro alia, & cætera pro alia, & regnum Hispaniæ pro alia. Ex qua gratificatione & ordine concilii generalis Anglicanæ, alias Britannicæ pro unica, id est, natione jus semper, & ab aliquo debitum & approbatum, & continuatum extitit, conformiter scribit * Cadonensis episcopus Caroli regis Francorum in tractatu suo de sedando schismate parte septima, sic

* Bononiensi

* f. Cabilonensis

sic dicens: Iam claret lata Christi hæreditas, plurimos fideles filios habet per Italiam, Alemaniam, Franciam, Angliam & Hispaniam, & breviter in omnem terram unitas cognoscitur. Ex quo patet quod obedientia Romanæ ecclesiæ in iis quinque provinciis, id est, nationibus existere dignoscitur. Item sanctus Bernardus in epistola cap. 2. Hildeberto Turonensi archiepiscopo scribit, circa medium dicens, Numquid non omnes principes cognoverunt, quod ipse verus est Dei electus Francorum, Anglorum & Hispanorum? Quarum nationum ordinem positio & pacificatio essentiam illarum quarumlibet præsupponit; quia rerum non existentium ordo dari nequit, & non entis non sunt species, neque differentiæ, sed entis duntaxat. Vbi enim natio Anglicana habet pro majori parte unam linguam vulgariter intelligibilem, in toto saltem vel in parte, nationem omnem per circuitum; natio tamen Anglicana, alias Britannica, in, de, & sub se quinque linguas habet, videlicet nationes, quarum una aliam non intelligit, videlicet Anglicanam, quam Anglici & Scoti conformem habent, VVallicanam & Hybernicam, Vasconicam & Conimbricam; & sic cum omni jure repræsentare potest tot nationes, quot linguas distinctas habet, fortissimo enim jure unam nationem principalem quartam aut quintam partem obedientiæ papalis in concilio generali & aliis locis repræsentare debet, præsertim cum æqualitatem habeat in quantitate & qualitate, tam in terrarum amplitudine, regnis, ducatibus, comitatibus, baroniis, & aliis dominiis temporalibus, quam etiam cathedralium, monasteriorum, collegiatarum, & ecclesiarum parochialium excellentia, & multitudine, & aliis in seipsa natio Anglicana, alias Britannica, absque injuria loquendo, sicut habet per se natio Gallicana.

Præterea in, de, & sub natione Anglicana, alias Britannica, sunt octo provinciæ, & centum & decem diœceses, sive ecclesiæ cathedrales, & ultra, & in tota natione Gallicana sunt vix centum & decem. Comparatione igitur habita de provinciis ad provincias, de diœcesibus ad diœceses unius nationis, & alterius liquebit satis quod provinciæ, & diœceses cum monasteriis, & cathedralibus ecclesiis, & parochialibus nationis Anglicanæ*, & Britannicæ provincias, & diœceses nationis Gallicanæ, etsi secundum eos non excedant, salva tamen comparatione, merito adæquantur.

Prætermittendum non est advertere quomodo ad inæqualitatem nationum laborant ii scribentes, qui cum natione Anglicana, alias Britannica & Germanica simul conjunctis æqualem scribunt & concludunt, nationem Gallicanam vocem & auctoritatem in conciliis generalibus habere. Quæ duæ nationes Anglicana & Germanica dimidiam partem obedientiæ papalis continent in effectu. In quantum etiam nituntur ii scribentes nationem Anglicanam, alias Britannicam, propter sui exiguitatem a fortiori ratione inducant nationem Gallicanam propter sui exiguitatem minime possit nationi Ital[illegible] comparari, cum natio habeat in se secundum eos solum centum triginta quinque diœceses, & natio Italica trecentas & tredecim diœceses. Ex quo patet quod potius natio Gallicana per Italicam, quam Anglicana in concilio generali privari debeat voce sua.

In quantum enim ii scribentes nisi sunt totam obedientiam papalem in quatuor partes, sive nationes dividere principales; non utique in iis quatuor, quas ipsi intendunt, videlicet Italicam, Gallicanam, Hispanicam & Germanicam, dividi deberet, sed

A sicut secundum Albertum magnum Europa dividitur in quatuor partes, sive regna principalia, ut superius dicitur, sic oportet totam obedientiam papalem, quæ in Europa continetur in quatuor plagas, sive nationes dividi principales, videlicet in Orientalem ecclesiam, Occidentalem, Aquilonarem, & Meridionalem. Orientalis vero plaga, sive ecclesia Christianitatis obedientiæ papalis in Europa est Hungaria, Bohemia, Polonia & Alemania; Occidentalis etiam pars, sive ecclesia est Francia, sive Hispania; Aquilonaris, sive Septentrionalis pars, sive ecclesia totius Europæ est Anglia, VVallia, Scotia & Hybernia cum earum insulis, Dacia, Suecia, Norvegia; Meridionalis est Italia, & si qui Græci sunt de obedientia nostra, puta Cyprii, & Cretenses in B Candia. Sicuti enim dividendo obedientiam papalem prout magis naturale est, Anglis in, de, nec sub natione Alemaniæ est. In iis enim quatuor partes, sive nationes secundum quid permanens & interminabile ditio nationum permanet; Super eadem etiam in conciliis futuris perpetuo, & ita convenientius est obedientiam papalem per has quatuor partes dividi, quam secundum idiomata, quæ plura sunt quam quatuor, sive regna, vel dominia, quæ plura sunt quam quatuor, vel secundum quid aliud motabile secundum excellentiam regnorum in divitiis & potentia, quæ augeri possunt, vel secundum diversas constellationes, & politias diminui totaliter vel extingui: Quia enim denominatio nationum C a certis regnis est odiosa aliis regnis, quis præjudicialis & ambitiosa, ut puta, quod illi debeant denominari a Francis, seu Gallicis, qui nec Franci, nec Gallici sunt, neque sub illis existunt, & sic de aliis nationibus; Ideoque ad hæc odiosa removendum non est aliquid tam debite, sicut divisio ista per quatuor plagas Europæ. Itaque si denominaretur natio, sive ecclesia Occidentalis obedientiæ papalis, tunc sine præjudicio alicujus regni, terræ, vel dominii est divisio permanens semper eadem, immutabilis, & tam necessaria, quod Gallici & Hispanici sunt inevitabiliter Occidentales, sive repræsentantes ecclesiam Occidentalem in Europa, nec possunt esse alibi quam ibi. Conformiter Anglici, VVallici, Hybernici cum insulis, & Scoti, Daci, Sueci & Norvvegi necessario sunt Aquilonares, & ecclesiam D Aquilonarem repræsentantes totius Europæ. Hungari, Bohemi, Poloni & Alemani Orientales, & Orientalem ecclesiam repræsentantes. Italici, Cyprii, & Cretenses Meridionales sunt, & ecclesiam Meridionalem repræsentantes in Europa. Hæc enim divisio secundum quatuor plagas terræ videtur olim servata fuisse in conciliis prioribus, & aliis locis, prout in multis passibus scripturæ fit mentio de ecclesia Orientali & Occidentali, & qua ratione admittuntur illæ denominationes, eadem ratione & istæ denominationes, videlicet ecclesia Aquilonaris & Meridionalis; & sic per istam congruentem omni jure permanentem naturalem & invariabilem, divisionem nationum secundum quatuor plagas [illegible]ciræ Europæ, sive quatuor ecclesias principales ejusdem, naturaliter, inevitabiliter, necessario & immutabiliter fuit, est, & erit natio Anglicana, alias Britannica, sive Aquilonaris præfata quarta pars, & una de quatuor nationibus principalibus obedientiæ papalis in Europa.

Ad hoc vero quod Ioannes Campani in provocatione, sive appellatione prætensis & frivolis inseruit inter cætera, quod aliqui domini Anglici nisi sunt ab auctoritate in concilio repellere viginti duos reverendissimos in Christo patres & dominos S. R. E. cardinales, & seipsos, qui non fuerunt, nec sunt

tor, oec dignitate, nec numero, constituere quartam partem, aut quintam concilii generalis. Ex quibus per ipsum Ioannem recitatis apparet manifeste, quòd tam pauci in numero regni Aogliæ, videlicet viginti quatuor personæ constituerunt sibi nationem unam, quam vocarunt & vocari fecerunt, & faciunt nationem Angliæ, *&c.* Respondetur quod duo directe veritati contraria scribit iste Ioannes. Quantum ad primum verissimum est, quod nunquam fuit, est, nec erit intentionis aliquorum dominorum de natione Anglicana reverendissimos dominos cardinales ab auctoritate de jure eis competente in concilio, vel alibi repellere; sed eos cum omni reverentia, eo honore tractare, sicut hactenus factum est; videtur tamen quod domini cardinales suis vocibus duntaxat dandis in nationibus suis, quarum sunt supposita, merito debeant contentari. Quantum ad secuodum, sicut jus collegii, vel universitatis in una persona, vel duabus personis residere noscitur, sic in una, vel duabus personis jus integræ nationis in concilio generali remanere poterit & debebit, quod non solum seipsos, sed alias innumerabiles personas repræsentant. Et quatenus propter oimiam locorum distantiem, viarumque discrimine natio Anglicana sicut aliæ nationes, quæ in proximis sunt, respectu ad illam, in tanta copia personarum ad concilium generale venire de facile non poterunt, in hoc tamen concilio præsentes fuerunt & suot de natione inclyta Anglicana (laudetue altissimus) decem episcopi, duo electi, duo protonotarii, septem abbates, & unus prior solemnis ecclesiæ cathedralis, in theologie sexdecim magistri, io jure canonico & civili undecim doctores, in theologiæ artibus, & utroque jure alii graduati viginti quinque, & citra. Et præter istos sunt ecclesiasticæ personæ, procuretores prælatorum, & capellaniarum ecclesiarum cathedralium nationis prædictæ sexaginta, & ultra, & alii inferiores literati ultra numerum centum.

Ex quibus & aliis patet evidenter, quod supplicatio & requisuio dictorum ambasiatorum & oratorum regis Franciæ tria membra disjunctim continentes superius recitatæ tanquam frivolæ, frustretoriæ, minus veræ, ac unionis uoiversalis ecclesiæ turbetivæ de medio tollendæ sunt. Primo, quia natio Anglicana, adveniente natione Hispanica, cessare oon debet, cum non sit pars Alemaniæ, ut superius dicitur, nec dicta natio Anglicane hucusque divisa fuit a natione Alemaniæ, quia nunquam una natio fuetuot. Nam sicut privatio habitum, sic omnis divisio unitatem primam in talibus præsuponit; nec permissum fuit ex certa causa dissimulative, ut prætendunt sic scribentes, quod natio Anglicana esset netio usque ad adveotum Hispanorum, saltem permissione alicujus nationis, quia par in parem non babet imperium, nec major in mejorem, sed eadem permissione divina, qua aliæ permittûntue fieri & esse nationes, permissum fuit, ut esset natio Anglicana, sicut & alia oatio quæcumque existens in concilio: nec ideo fient distinctiones oationum prout isti requirunt, cum sit via ad schismatis nutrimentum; nec concedenda est requisitio tertia, videlicet quod reditetue ad jus commune & antiquum, videlicet ad scrutinium secundum numerum, & cepita prælatorum. Ad quod dicendum ad effectom ut a sapientibus principaliter laborant. Nam considerate mente jurium antiquorum, utilitateque hominum, & temporis præsentis, quibus jura conveniunt, & secundum eorum varietates variare debent & jura, exemplo Dei, qui nonnulla, quæ edidit in veteri testameoto, mutavit in novo; melius, utilius & rationabilius est concilia generalia per nationes, quam per scrutioium dirigi. Generalia enim concilia diversis modis, ut legitur, celebrata fuere, nunc uno, nunc alio. In quibusdam vero coociliis processum licet fuerit per votorum scrutinium, attenio quod jura erant justa, rationabilia, communia & possibilia omnibus, iis diebus præsertim rationabile non videtur quod numerositas unius plagæ prælatorum ad modicissimas diœceses & titulos, ut alios superaret in conciliis assumptorum omnes mundi partes diversos modns vivendi & usus habeotes se reducerent in conciliis * suæ voluntati, cujus rei, & aliorum concilium observantium schisma, prout fertur, Græcorum causavit, ecclesiamque Dei ad statum flebilem io quo residet, jam deduxit. Ex quibus legis diffinitio destructa foret, & observantia politiæ. Nihil enim tam firmum est, quam quod omnium consensu statutum est. Aliter leges condere, est fructus in arbore privata radicibus reperire; quia leges instituuntur, cum promulgantur, sed firmantur cum conseosu approbantur utentium: omnia suis debent concurrere temporibus; quia jura ex causa, loco, tempore & persona consideranda sunt. Quorum modi quando medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante judicant, quam intelligunt, ante inculpent, quam iterato lecta perquisunt. Ait enim, Hieronymus: Necesse est ut juxta diversitates locorum, temporum & hominum, quibus scripta sunt, diversa argumenta, & origines habeant. Ioennes enim euangelista in Apocalypsi sua septem scribens ecclesiis, in unaquaque earum vel specialia reprebendit, vel virtutes probat. Ita doctor egregius gentium per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis, nec instar imperiti medici uno collyrio oculos omnium vult sanare. Nam sic in ecclesia agendum est, ut mederi possit hoc tempore vulneribus illatis. Procedere ergo per nationes juxta decretum & usum concilii magis appropriatur & videtur via Spiritus-sancti quam procedere per scrutinium, quæ via scrutinii magis est iotricabilis, periculosa & intractibus involuta. Legitur io libro Numerorum, quod quando dominus præcepit Moysi, ut mitteret viros de singulis tribubus ad considerandum terram Chanaan, quam domious daturus fuerat illis; ille de unaquaque tribu unum tantum misit ad considerandum terram illam; nonobstante quod plura capita eraot in una tribu, quam in alia.

Item jure canonico in præsentatione plurium patronorum, quæ electio nominatur, voces dabuntur per stirpes, & non per capita, licet plures fuerint de una stirpe, quam de alia. Item jure civili successio ex inæqualibus partibus æqualiter transit in heredes. Item statutis & usibus universitatum ...... & civitatum in arduis decidendis consideratur numerus facultatum, sive artium & non personarum numerus earundem. Sic conformiter nationes in [con]cilio æqualiter considerandæ, & æquale jus ha[bet] quælibet natio, licet plura sint supposita in una, quam in aliis, cum non seipsos tantum sed alias innumerabiles repræsentant, prout superius est deductum.

Ex præmissis igitur, & aliis quampluribus scripturis authenticis clare constat, & constare potuit luculenter quod natio inclyta Anglicana, alias Britannica, tam ratione pluralitatis sedium episcopalium, ecclesiarumque collegiatarum & parochialium, nec non monasteriorum, prioratuum, & aliorum piorum locorum, quam etiem præeminentiæ, dignitatis, honoris,

* Multa hic deblaterat parum cohærenter & involutis sententiis sermonibus imperitis.

notis, & amplitudinis regnorum, & aliorum dominiorum, multitudinisque numerosæ cleri, & populi existentium in eadem, merito repræsentare debeat, & habere in concilio generali tantæ auctoritatis vocem sicut qnælibet alia natio, hujusque auctoritatis vocem in quibusdam conciliis præteritis, in quibus interetat, repræsentavit, prout de jure repræsentare, & habere debuerit, atque debet, sive per nationem, sive alio modo processum fuerit in eisdem, sicut etiam repræsentavit, & habuit, repræsentat, & habet in hoc sacro concilio Constantiensi, & singulis actis, sive gerendis in eodem, ac aliis generalibus futuris conciliis per Dei gratiam repræsentare, & habere intendit, nonobstantibus quibuscumque protestationibus, provocationibus, & appellationibus frivolis, & ineptis per ambasiatores, & procuratores se dicentes adversarios Franciæ factis, & interpositis. Propter quod omnes, & singuli protestantes, provocantes, & appellantes etiam in impedimentum concilii, ac eorum adhærentes, & fautores, tanquam turbatores sanctæ unionis sanctæ matris ecclesiæ juxta præsentis concilii constitutiones, & decreta, ac alias legitimas sanctiones omnino puniri debeant, & maxime in exemplum aliorum, eum ordinem procedendi in concilio generali datum, & observatum ... consensu in eodem existentium tacito, vel expresso, nullus in mundo princeps, qui interrumpere poterit, vel mutare absque nota perturbationis, & impeditionis sanctæ synodi, ac gestorum, & gerendorum in eadem; cum in hoc casu princeps quisquam nullum omnino habeat aut prætendere poterit quomodolibet interesse.

Et quia pro nnione in ecclesia Dei, ipso favente, facienda, extirpatione hæresum, & errorum, nec non reformatione ecclesiæ in capite, & in membris per dictum illustrissimum dominum nostrum regem, & ecclesiam Anglicanam, alias Britannicam solummodo, & non pro aliis missi sumus protestamur, & ex superabundanti palam, & publice in his scriptis, quod propter provocationem, & appellationem, seu protestationes adversariorum, quas notorie inanes, & frivolas manifeste reputamus, ac aliqua per dicta, vel dicenda, posita vel proponenda de, aut super statu nationis Anglicanæ, alias Britannicæ, seu ejus jure, quod conciliis generalibus habere debet ex juris possessione, vel quasi, quæ omnia, & singula penes nos indubitata habemus, judicium cum quoquam, & præsertim cum præfatis ambasiatoribus principalis adversarii Franciæ qui nullum in hac parte interesse habet, vel de jure habere potest, nullo modo subire intendimus, nec super iis tanquam notoriis, & manifestis aliqualiter disceptare. Protestamur insuper de addendo, diminuendo, declarando, mutando, corrigendo, interpretando, & emendando in omnibus, & singulis præmissis, prout opus fuerit locis, & temporibus opportunis.

*** *Sessio XXXII. pag. 219. D.*

Anno & indictione, quibus supra, die vero Iovis prima mensis Aprilis, loco, & hora supradictis fuit tenta, & solemniter celebrata dictæ sacræ synodi sessio generalis. In qua, *&c.* causam, & processum contra Benedictum XIII. *&c.* Vide post dissolutionem concilii.

*** *Congregatio generalis, post sessionem XXXII. pag. 219. D.*

In qua dabatur audientia ambasiatoribus regis Castellæ.

Anno, & indictione similiter, quibus supra, die vero sabbati tertia mensis Aprilis supradicti, loco, & hora supradictis fuit tenta, & solemniter celebrata generalis congregatio, ubi fuit data, & concessa per sacrum generale concilium audientia ambasiatoribus illustrissimi principis regis Castellæ, & Legionis in ecclesia Constantiensi, & in loco sessionis mane hora tertiarum, vel quasi, & solemnitatibus divinorum, propter adhæsionem, quam fecerunt adhuc Petro de Luna, omissis, concilio per suos prælatos & supposita in modum generalis congregationis convocato, & coadunato, de voluntate ipsius synodi generalis reverendi patres, & venerabiles viri domini Didacus Conchensis, & Ioannes Placentinus episcopi, Ferdinandus Petri de Yala, Martinus Ferdinandi de Corduba, Ferdinandus Martini canonicus Palentinensis, Ioannes Ferdinandi de Rupe forti, legum doctores, Petrus Ferdinandi de la Guardia archidiaconus de Grado in ecclesia Overensi, frater Ludovicus in sacra pagina professor, ambasiatores præfati domini regis Castellæ ascenderunt ambonem, super quo ambasiatæ, & aliæ publicationes fieri solent; & antequam processissent ad aliquem actum, produxerunt duas litteras credentiæ regis, & reginæ Castellæ, & Legionis. Quibus litteris credentialibus per venerabilem virum dominum Petrum de Lamburga de mandato concilii lectis, prælibati domini ambasiatores per organum reverendi patris domini Didaci episcopi Conchensis exposuerunt ambasiatam eorum per unum sermonem publicum recommendantes concilium de diligentia, & continuatione concilii: Deinde recommendantes dominum regem Castellæ, & ejus matrem ad honorem, & debitum statum concilii, offerentes se, & eorum regna concilio prælibato; promittentes insuper eorum producere mandata, dummodo advenerit tempus eorum huic concilio uniendi. Oblationibus, & sermone factis, reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Ioannes episcopus Ostiensis, & vicecancellarius Romanæ curiæ de mandato concilii respondebat ad exposita, atque proposita dictorum dominorum ambasiatorum concludendo, concilium esse dispositum, & congregatum, ut fieret unio in ecclesia Dei, & propter hoc expectasset concilium adventum eorum desiderio magno, desiderans, quod ipsi concurrere debeant cum ipso ad dictam unionem diu in ecclesia Dei desideratam plenarie faciendam, acceptando eosdem ambasiatores nomine ipsius concilii humiliter, & benigne offerendo eis omnem viam justam, & rationabilem, ut se uniant, & quod ex dicta unione possit sequi unio perfecta in ecclesia Dei diuturnis temporibus a cuncto populo Christiano desiderata. Quibus factis reverendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis prædictus nomine totius concilii, pro hac vice mandavit fieri de prædictis unum, vel plura, publicum, vel publica, instrumentum, & instrumenta, ad requisitionem magistri Henrici de Piro promotoris dicti concilii per sedis apostolicæ protonotarios, ac notarios, & scribas concilii. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus S. R. E. cardinalibus, exceptis ab eisdem dominis Angelo episcopo Prænestino, Laudensi, Placentino, & Florentino cardinalibus, illustrissimorumque principum Romanorum, & Vngariæ, ac Croatiæ, Dalmatiæ, Francorum, Angliæ, Navarræ, Cypri, Neapolitanorum, Aragoniæ, Norvvegiæ, Daciæ, Sueciæ, & Poloniæ regum ambasiatoribus, cæterorumque principum, prælatorum, universitatum studiorum nunciis, & procuratoribus in numero copioso, testibus ad præmissa vocatis.

*** *Sessio XXXIII. pag. 222. A.*

Anno, & indictione, quibus supra, die vero Mer-

curii duodecima mensis Maii, loco, & hora supradi- A ctis fuit tenta, & solemniter celebrata dictæ sanctæ synodi sessio generalis. In qua, *&c.* causam, & processum contra Petrum de Luna.

*** *Sessio XXXIV. pag. 553. E.*

Anno, & indictione, quibus supra, die vero Sabbati quinta mensis Iunii fuit celebrata sessio Constantiensis in ecclesia cathedrali. In qua, *&c.* contra Petrum de Luna.

*** *Sessio XXXV. pag. 524. D.*

Unionis ambasiatorum domini regis Castellæ.

Die Veneris decima octava mensis Iunii supradicti B fuit Constantiæ provinciæ Moguntinæ in ecclesia majori in loco solito, hora sexta, vel circa post mediam noctem dictæ sacræ synodi Constantiensis sessio publica tenta, & debitis solemnitatibus celebrata. Coi sessioni interfuit serenissimus, & invictissimus princeps, & dominus, dominus Sigismundus divina clementia Romanorum, & Hungariæ rex Augustus, corona, & habitu regali insignitus, multis principibus, & nobilibus sibi astantibus, & servientibus, & ante illius sessionis officium, sive ordinationes solitas, & consuetas reverendissimi, reverendique patres, & domini S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, ceterique prælati, ad quos pertinuit, se cappis, pluvialibus induentes, mitras capitibus imposuerunt. Quo facto reverendi patres, nobiles, & C strenui viri serenissimi principis, & domini, domini Ioannis Dei gratia Castellæ & Legionis ambasiatores in infrascripto procuratorio nominatim expressi, ambonem publicationis decretorum, & ordinatorum sacræ synodi prædictæ solitum, & cum eis venerabilis vir Petrus de Lamburga de Polonia in jure canonico licentiatus ascenderunt, ac ipsi procuratores, & ambasiatores prædicti tria in effectu facere pro præsenti sessione proposuerunt, videlicet primo concilium Constantiense convucare, Secundo congregationi præsenti in Constantia se unire, Tertio subtractionem obedientiæ factam in Narbona juxta capitula ibidem concordata approbare, Primo, & ante omnia mandatum suę procurationis offerentes facto, D & realiter, quod dictus dominus Petrus de Lamburga de mandato sanctæ synodi hujusmodi publice, alta, & intelligibili voce de verbo ad verbum legit, & publicavit hujusmodi sub tenore.

Procuratorium regis Castellæ.

Ioannes Dei gratia rex Castellæ, & Legionis, *&c.* universis, & singulis Christi fidelibus per has nostras præsentes procurationis, commissionis, & potestatis litteras notum facimus, quod nos inter cæteras reipublicæ curas, quæ nostrum animum assiduis meditationibus agunt, ad veram pacem, & indubitatam unionem sacrosanctæ matris ecclesiæ, nostrorum progenitorum more, supremis affectibus aspirantes, E cum jam dudum ad prosecutionem, & in prosecutione pacis, & unionis hujusmodi, velut pius & catholicus ecclesiæ filius, per omnes vias, & modos congruos, & honestos, cum omni mentis sinceritate, & fidei puritate, Deum solum præ oculis gerentes, operam solicitam adhibuerimus indefesse, nunc tandem in hac dicta prosecutione tanto vigilantius, & devotius insistentes, quanto ad dictę unionis assecutionem, divina favente clementia, materiæ dispositionem imminere conspicimus: de legalitate, fide, prudentia, & circumspectione dilectorum, & fidelium naturalium nostrorum reverendi in Christo patris Didaci Concheosis episcopi consiliarii, nostri, nobilisque, & strenuissimi militis Fernandi Petri de Ayala, nostri etiam consiliarii, & majoris præfecti Guispuliæ, atque reverendi in Christo patris Ioannis Pacensis episcopi, nobilisque, & strenui militis Fernandi domicellorum nostrorum præsidis, ac eximiæ religionis viri fratris Fernandi de Ylestis ordinis Minorum, quondam inclytæ memoriæ regis Ioannis avi nostri confessoris, nostrique consiliarii, necnon circumspectæ providentiæ virorum Fernandi Martini de Davalos decretorum doctoris, & Segobiensis ecclesiæ Decani, nostræque audientiæ auditoris, & Didaci Fernandi de Valleoleti decretorum doctoris ecclesiæ Palentinæ decani, religiosique viri fratris Ludovici de Valleoleti ordinis Prædicatorum in theologia licentiati, ac Ioannis Fernandi de Rupeflore decretorum doctoris præsentium exhibitorum plenissime fidentes, ipsos omnes simul, & eorum quemlibet, meliori modo, via, & forma, quibus de jure, & bona æquitate juxta rei hujus exigentiam possumus, & debemus, nostros solemnes ambasiatores, oratores, nuncios, & procuratores sufficientes generales, & speciales facimus, constituimus, creamus, ordinamus, pariter & destinamus, videlicet ad eundum, proficiscendum, accedendum, & perveniendum ad civitatem Constantiæ provinciæ Moguntinæ, ibidemque & alibi ubicumque sequentia tractari, agitari, & celebrari contingat, vice, & nomine nostris, & pro nobis, regnisque & dominiis nostris, ac nomine omnium, & singulorum, quorum interest, vel interesse poterit in futurum, una cum cæteris mundi nationibus, & aliis gentibus, & personis cujuscumque status, ordinis, præeminentiæ, gradus, dignitatis, & conditionis existant, quorum interest, vel interesse poterit, inibi pro unione sanctæ matris ecclesiæ congregatis, vel alibi, si contingat, vel expediat, congregandis, conveniendum, easque nationes, gentes, & personas ad dictum unionis negotium, & alia sequentia convocandum, seque ipsos, nomine, quo supra, eisdem conciliariter, vel alias uniendum, adunandum, & incorporandum, labem schismatis extirpandum, ecclesiæ pacem, & unionem prosequendum, dandum, procurandum, & assequendum; ipsius ecclesiæ reformationem, tam in capite, quam in membris faciendum, ordinandum, & stabiliendum; hæreses, & errores extirpandum, evellendum, eliminandum, & ab ecclesia Dei penitus auferendum, & super iis omnibus, & singulis eorum cum cæteris ab eis, & in eis, & eorum quolibet dependentibus, incidentibus, emergentibus, & connexis, ac aliis quibuscumque in præmissis, & circa præmissa nos, regna, & dominia nostra quovis modo tangentibus, & concernentibus, in quantum nos attinet, vel attinere potest tractandum, agendum, procedendum, faciendum, dicendum, petendum, concludendum, consentiendum, assentiendum, dissentiendum, contradicendum, protestandum, juramentum & juramenta quæcumque super iis necessaria & opportuna in animam nostram præstandum, omnia, & singula, quæ veri, & indubitati ambasiatores, oratores, nuncii, & procuratores sufficientes generales, & speciales tractare, agere, facere, dicere, petere, concludere, concordare, consentire, assentire, dissentire, contradicere, protestari, jurare possent, & deberent, & quæ nosmet facere, dicere, & exercere modis præmissis possemus, & deberemus, si præsentes personaliter interessemus; etiamsi talia sint, quę mandatum exigant magis speciale, modis, viis, temporibus, & opportunitatibus, quibus eisdem nostris ambasiatoribus, vel eorum duabus partibus expedire videbitur faciendum, dicendum, procedendum, & exercendum: Promittentes in verbo regio quicquid

quicquid per dictos ambasiatores, oratores, nuncios, & procuratores nostros vel duas eorum partes actum, factum, processum, dictum, gestum, consensum, concordatum, assensum, dissensum, contradictum, protestatum, juratumve fuerit in præmissis, & circa præmissa, & eorum singula, sive alias quomodolibet procuratum, firmiter, & immobiliter per nos tenere, & observare, & per regna, & dominia nostra teneri & observari facere cum effectu. Super quibus omnibus & singulis dilectum etiam nostrum prudentem virum Petrum Fernandi de la Guardia archidiaconum de Grado in ecclesia Ovetensi secretarium nostrum una cum ambasiatoribus, & procuratoribus nostris transmittimus, ut per eundem cuncta in præmissis negotiis, & circa ea gesta, & gerenda in formam publicam, & authenticam sedigant ad nostram informationem, & juris tuitionem. In cujus rei testimonium has nostras præsentes litteras propriæ manus subscriptione serenissimæ, & amantissimæ dominæ reginę Catherinæ genitricis, & nutricis, regnorumque, & dominiorum nostrorum gubernatricis roboratas ab intra; nec non archiepiscopi Toletani Hispaniarum primatis, & majoris cancellarii Castellæ, nostri consiliarii, & aliorum baronum, militum, & doctorum nostrorum, etiam consiliorum subscriptionibus, ut moris est, a tergo munitas, sigillo nostro plumbeo impendente ad totius roboris firmitatem fecimus communiri Datum apud Vallemoleti, vicesima quarta die mensis Octobris, anno domini M CCCC XVI.

Yo la Reyna. *Petrus archidiaconus de Grado.*

A tergo hujus procuratorii, sive earum litterarum scriptum erat in hunc modum, qui sequitur.

Ego archiepiscopus Toletanus. yo Condestabile. yo Elmerante. yo Diego Lopez. Sanci legum doctor. Yo Iohan Roderici. Yo Iohan de Velasco.

Schedula unionis ejusdem.

Nos oratores supradicti dicto nomine nos vobis juxta tenorem capituli prædicti, supes quibus omnibus, & singulis præmissis magister Ioannes de Scribanis procurator, & promotor prędictus nomine quo supra sibi a protonotariis atque notariis, & scribis hujus sanctæ synodi unum, vel plura, publicum, seu publica ad futuram rei memoriam periit fieri instrumenta.

Deinde domini ambasiatores regis Castellæ præfati ambonem publicationis descenderunt, & immediate post ambasiatores regis Franciæ se posuerunt, & fuit inceptum canticum: Te Deum laudamus, &c. & alta voce finitum. Quo finito reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Ioannes miseratione divina episcopus Ostiensis cardinalis, & vicecancellarius ad præsidendum ivit ad locum solitum, & huic sessioni prędidebat, & officium sessionis solemniter incipiebatur. Deinde litaniis, euangelio, collectis, & orationibus, ac solemnitatibus aliis ad officium sessionis requisitis, ut moris est, devotissime peractis. Item reverendus pater, & dominus archiepiscopus Mediolanensis, & Ludovicus de Valleoleti ambasiator præfati serenissimi regis Castellæ supradicti sæpe fatum ambonem publicationis ascenderunt, & de mandato hujus sanctæ synodi dominus archiepiscopus Mediolanensis quandam schedulam publice, alta, & intelligibili voce legit in hunc qui sequitur modum.

Confirmatio capitulorum.

Quibus, sic lectis, & complete peractis, reverendi patres Iacobus Rodini sedis apostolicæ protonotarius, & Ioannes litterarum apostolicarum corrector librum euangeliorum recipientes, primo ad præfatum serenissimum principem dominum, D. Sigis-A mundum, Romanorum, & Hungariæ regem, & deinde ad omnes dominos S. R. E. cardinales, archiepiscopos, episcopos, cæterosque prælatos, & ambasiatores singulos ad dexteram, & reverendus pater Thomas Polrensis etiam dictæ sedis protonotarius, ac venerabilis vir dominus Iacobus Moreltini sacri palatii apostolici causarum auditor, similiter librum euangeliorum sacrosanctorum recipientes ad dominos cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, cæterosque prælatos, & ambasiatores singulos a latere sinistro præsentes accesserunt, & ab eis, & ab eorum quolibet, tactis per eorum aliquos pectoralibus propriis, & per alios sacrosanctis Dei euangeliis de observando omnia, & singula capitula in Narbona concordata in omnibus, & per omnia, quantum in B eis esset, receperunt juramenta. Quibus juramentis sic, ut præfertur, receptis, magister Henricus de Piro nomine dicti invictissimi principis, & domini, D. Sigismundi Romanorum, & Hungariæ regis præsentis, & id fieri jubentis surrexit, ac publica, & expressa voce dixit, & inquisivit sic in effectu. Si quis esset in prædicta sessione, qui haberet mandatum sufficiens illustris principis domini comitis Armeniaci, quod ille surgeret, & illud produceret, & exhiberet. Qua inquisitione sic facta, dominus cancellarius studii Parisiensis similiter surgens, & publice respondit, quod domini ambasiatores Christianissimi domini Francorum regis certa habuissent scripta, quod dictus dominus Comes Armeniaci sequi vellet vestigia C Christianissimi regis Francorum supradicti.

Deinde dominus magister Henricus de Piro resurgens nomine invictissimi principis domini Sigismundi Romanorum, & Hungariæ regis præsentis, & jubentis, dixit, quod ipse dominus, &c. rex præfatus ex quo non appareret mandatum sufficiens pro dicto domino comite Armeniaci, nullo modo per juramentum supra per eum præstitum ad observationem capitulorum in Narbona concordatorum præfatorum, quoad prędictum dominum comitem Armeniaci vellet arctari publice, & solemniter fuit protestatus.

His omnibus completis, dominus archiepiscopus Mediolanensis præfatus adhuc in ambone existens, D de mandato ejusdem sanctæ synodi sibi facto, publice, alta, & intelligibili voce quandam papyri schedulam de verbo ad verbum perlegit, cujus tenor sequitur, & est talis.

Item domini cardinales, patriarchæ, &c.

*** *Sessio XXXVI. pag. 230. B.*

Anno, & indictione, quibus supra, die vero Iovis vigesima secunda mensis Iulii, Constantiæ in ecclesia majori, in loco solito de mane hora septima, vel quasi, fuit tenta sessio publica dictæ sacrosanctæ synodi cum solemnitatibus consuetis, & processis in causa, &c. contra Petrum de Luna, &c. confecto plene continetur. Deinde omnibus ad dictum pro-E cessum, &c. pertinentibus, lectis, completis, & determinatis, venerabilis vir Petrus de Lamberga licentiatus in decretis ambonem publicationis decretorum, &c. ascendens, publice, alta, & intelligibili voce quoddam decretum, sive quædam decreta perlegit, quorum tenores sequuntur, & sunt tales.

Decretum cassationis pœnarum, &c. p. 231. D.

*** *Sessio XXXVII. pag. 233. E.*

Die Lunæ vigesima sexta supradicti mensis Iulii Constantiæ in ecclesia majori &c. fuit dictæ sanctę synodi sessio publica solemniter celebrata, prout & quemadmodum in processu in causa inquisitionis schis-

schismatis, & hæresis contra Petrum de Luna.

*** *Sessio* XXXVIII. *pag.* 236. *B.*

Die Mercurii vigesima octava supradicti mensis Iulii Constantiæ in majori ecclesia, in loco solito hora horologii sexta, vel quasi. ante meridiem fuit tenta dictæ sanctæ synodi sessio publica, & solemnissime celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendus pater dominus Nicolaus Assisinatensis missam de beata Virgine gloriosa devote celebravit. Et missa finita reverendissimi, reverendique patres, & domini S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, cæterique, ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes, se cappis pluvialibus induerunt, reverendissimusque in Christo pater, & dominus D. Ioannes, *&c.* episcopus Ostiensis, *&c.* pontificalibus indutus hujusmodi sessioni præsedit. Deinde litaniis, euangelio, *&c.* lectis & peractis, venerabilis vir Petrus de Lamburga ambonem publicationis ascendens de mandato dictæ sanctæ synodi sibi super hoc facto, quoddam decretum publice, alta, & intelligibili voce, ac de verbo ad verbum perlegit sub his verbis.

Decretum irritans pœnas, &c.

Adjunguntur commissarii in causa Argentinensi.

Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis pridem constituit, ordinavit, & deputavit certos commissarios, videlicet reverendissimos patres dominos Angelum Veronensem, & Brandam Placentinum S. R. E. cardinales sic vulgariter nuncupatos; necnon Ioannem patriarcham Constantinopolitanum, Marinum Aprutinum, Ioannem Gebennensem, Iacobum Plocensem, Patritium Corragensem episcopos, Richardum Dethan sanctæ sedis apostolicæ protonotarium, Thomam de Omena, & Nicolaum Vordis sacri palatii apostolici causarum auditorem in causa Argentinensi inter dilectum ecclesiæ filium VVilhelmum electum Argentinensem, Fredericum de Bux cantorem Argentinensem & eorum litis consortes ex una, & Hugelmannum de Vinstengen decanum, Fredericum de Zolre canonicum, & capitulum ejusdem ecclesiæ, ac Pulinum Barphennecq, Michaelem Melbruge magistros civium, consules, & proconsules, ac communitatem civitatis Argentinensis, & eorum ab utraque parte complices, & adhærentes conjunctim, & divisim parte ex altera, de, & super captivatione, violentia, dilapidatione, & aliis tunc expressis, tam ex officio, quam alterutrius partis instantia parte ex altera motis, & cœptis, in quibus ad nonnullos actus per eosdem commissarios est processum, prout in commissione eis facta, & processu habito plenius continetur, eadem sancta synodus certis ex causis præfatis judicibus commissariis, & deputatis aggregat, & adjungit, deputat, & constituit conjudices dilectos ecclesiæ filios Michaelem de Navers utriusque, & Ioannem de Lycdena legum doctores, cum potestate resumendi causam in eo statu, in quo est, & pendet coram ipsis, statum ipsum habentes pro sufficienter expresso, continuandique, procedendi, cognoscendi, decidendi, & audiendi cum prædictis prius datis, & deputatis judicibus, & commissariis, omniaque ulterius faciendi juxta formam commissionis primis commissariis judicibus & deputatis factæ, ac potestate consimili; ita quod valeant & roboris firmamentum obtineant facta per majorem partem ex eis, etiam cum potestate in hujusmodi causa quamcumque sententiam interlocutoriam etiam vim diffinitivæ habentem proferendi, processus necessarios decernendi, declarandi, aggravandi, & reaggravandi, ac invocandi adhoc si opus fuerit auxilium brachii secularis, reservato tantummodo sacræ synodo calculo finalis, & principalis distinctivæ sententiæ in sessione publica super indemnitatis ecclesiæ Argentinensis, relatione processus prius facta, proferendi.

Subsequenter magister Petrus de Lamburga præfatus adhuc in ambone publicationum prædicto existens unum, vel aliud decretum de mandato consimili ipsius sanctæ synodi facto sibi publice, alta, *&c.* ad verbum perlegit in hunc modum.

Decretum revocationis vocum, &c.

Quo decreto lecto, Sperans in Deo unus de Ambasiatoribus regis Aragonum prædicti in medio surgens, dictumque decretum in nationibus non fore positum allegans, idem de nullitate ipsius decreti fuit protestatus. Et post reverendi patres, & domini Iacobus Turonensis Gallicanus, abbas monasterii Castridinani Italicæ, Petrus Leringer Germanicæ, Bernardus de Plancha Anglicanæ nationum præsidentes expresse dixerunt, & retulerunt hujusmodi decretum in nationibus fore lectum, & ipsis nationibus placuisse, ut legeretur; & tunc reverendissimus pater dominus Ioannes, *&c.* episcopus Ostiensis vicecancellarius, & hujusmodi sessionis præsidens, nomine totius synodi super omnibus præmissis respondit, Placet.

Super qua quidem decreti lectione, & aliis præmissis venerabilis, & circumspectus vir dominus Decanus Segobiensis ambasiator regis Castellæ nomine ejusdem domini regis a protonotariis, & notariis hujus sacri concilii atque scribis prædictis, & dominus Augustinus de Pisis advocatus consistorialis nomine archiepiscopi Pisani, similiter ad futuram rei memoriam petierunt, & quilibet eorum petiit unum, vel plura, publicum, & publica instrumenta.

Deinde magister Henricus de Piro promotor, & procurator prædictus, nomine quo supra, a protonotariis, & notariis præfatis unum, vel plura, *&c.* petiit instrumenta.

Quibus sic peractis idem magister de Lamburga adhuc in loco publicationis, sive ambone prædicto existens, quamdam bullam pro domino episcopo Spoletano, non tamen de mandato concilii publice, alta, *&c.* perlegit.

Qua lecta similiter pro concilio non fuit responsum, Placet. Et quia de mandato concilii non fuit lecta, ac etiam non concilium, sed privatam personam respexit; ideo hic inseri est omissa. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus, & dominis Ioanne Ostiensi, Laudensi, Hispano, Bononiensi, Venetiarum, Pisano, Veronensi, Tricaricensi, Placentino, sancti Marci, Remensi, Fuxi, de Brancaciis, de Flisco, de Comitibus, & Florentino S. R. E. cardinalibus sic vulgariter nuncupatis: Necnon regum, principum, nobilium, prælatorum, universitatum, collegiorum, communitatum studiorum, & aliorum dominorum spiritualium, & secularium ambasiatoribus aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Die Veneris tertia mensis Septembris in ecclesia majori in loco solito, mane hora sexta, vel quasi, fuit dictæ sanctæ synodi * sessio publica solemniter celebrata, prout, & quemadmodum, in processu contra Petrum de Luna.

* seu potius congregatio in loco sessionis ut paulo post dicetur.

* *In dicto processu non videtur adesse.*

** *Congregatio habita inter sessiones* XXXVIII. *&* XXXIX. *pag.* 236. *&* 238.

In qua dantur commissarii super concordia nationis Hispanicæ faciendæ.

Anno & indictione, quibus supra, die vero Iovia vigesima

vigesima tertia mensis Septembris fuit congregatio generalis Constantiensis in ecclesia majori, & in loco sessionis, hora tertiarum prædicta pro sessionibus tenendis specialiter deputata. Præsentibus ibidem reverendissimis In Christo patribus, dominis Ioanne episcopo Ostiensi cardinale Vivariensi, Angelo episcopo Prænestino, cardinale Laudensi, Petro Hispano, Iordano episcopo Albanensi, cardinale Ursino, Francisco Venetiarum, Antonio Aquilegiensi, Angelo Veronensi, Branda Placentino, VVillelmo S. Marci, Petro de Fuxis presbyteris, Amedeo Salutiarum, Oddone de Columna, & Lucido de Comite diaconis cardinalibus, cæterisque illustrissimorum principum Romanorum, Franciæ, Angliæ, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, Cypri, Neapolitanorum, Daciæ, Sueciæ, Norvegiæ, & Poloniæ regum ambasiatoribus, cæterisque In multitudine numerosa, ubi sine solemnitate officium missæ, & litaniarum in sessionibus fieri solitis, de mandato congregationis, sive synodi, atque concilii Constantiensis venerabilis vir dominus Petrus de Polonia, alias de Lamburga, &c. ascendit ambonem synodi, & ibidem quamdam commissionem in schedula papyrea, cujus tenor inferius est insertus, legebat, in qua schedula, sive commissione committitur judicibus in dicta schedula contentis, ut causam motam sive movendam inter venerabiles viros dominos ambasiatores regis Castellæ ex una parte, & ambasiatores Aragonum, de, & super pluralitate vocum absentium prælatorum de Trinacriæ, & Sardiniæ regnis per dominos ambasiatores regis Aragonum habenda prout ipsis ambasiatoribus Aragonum alias in eorum unione plenarie fuit concessum, & committit, prout in dicta commissione continetur. Quæ quidem commissio fuit approbata per synodum per organum domini vicecancellarii episcopi Ostiensis per verbum, Placet.

Tenor vero dictæ commissionis sequitur, & est talis.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis venerabilibus fratribus Iordano episcopo Albanensi, Francisco sanctæ crucis in Ierusalem S. R. E. cardinalibus, Ioanni Lubecensi, Sanxio Olotoensi, Patritio Cortagensi, Petro Olotensi, Ioanni Baiocensi episcopis, dilectis ecclesiæ filiis, Gaspari abbati monasterii sancti Heremi Perusinæ diœcesis, & Thomæ de Berengar sanctæ sedis apostolicæ capellano, & sacri palatii apostolici cardinali auditori, salutem, & Dei omnipotentis benedictionem. Cum venerabili nationi Hispaniæ in eadem synodo existenti inter venerabiles fratres episcopos & dilectos ecclesiæ filios nobiles, & doctores legatos regis, & reginæ Castellæ, & Legionis, ac Navarræ illustrium & alios de dicti regnis ex una parte; necnon nobiles, doctores, & alios legatos regum Aragonum, & Siciliæ, ac Portugalliæ illustrium aliosque de dictis regnis in eisdem synodo, & natione existentes parte ex altera, nonnullæ controversiæ sint ortæ, præsertim super præsidentia in illa natione, & aliis rebus, quæ possent perfectioni unionis ecclesiæ, cæterisque in eadem synodo agendis non modicum impedimentum afferre, nos qui pacem, & concordiam universalis ecclesiæ quærimus, id in pace, & concordia agere valeamus, vobis committimus, & mandamus, quatenus vos, aut major pars vestrum, vocatis partibus, controversias, & quæstiones præfatas, præsentes & futuras inter easdem partes usque ad electionem summi pontificis, sive ad instantiam partium, vel ex officio mero, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, appellatione remota ...... ad concordiam terminetis, æquitatem sequentes potius quam rigorem, vobiscum ad omnia, & singula præmissa faciendum, &

A quæ ad ea necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna cum dependentibus, emergentibus, & connexis concedimus plenitudinem potestatis.

**** Sessio XXXIX. pag. 238. B.*

Die vero Sabbati nona mensis Octobris Constantiæ in ecclesia majori in loco solito, hora octava, vel quasi, ante meridiem fuit tenta dictæ sacrosanctæ synodi sessio publica, & solemnissime celebrata; in qua reverendissimus pater, & dominus D. archiepiscopus Viennensis missam de sancto Spiritu magna cum devotione celebravit: Præsentibus reverendissimis In Christo patribus, dominis Ioanne Ostiensi, Laudensi, Ursinensi, Bononiensi, Hispano, episcopis, Venetiarum, Aquilegiensi, Senensi, Placentino, Veronensi, Tricaricensi, Pisano, S. Marci, de Chalanco, Re-
B mensi, de Fuxo presbyteris, de Flisco, de Brancaciis, de Columna, de Cumitibus diaconis cardinalibus. Hujusmodi missa finita, reverendissimi, reverendique patres, & domini cardinales præfati, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, cæterique ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes se pontificalibus induerunt, præfatusque reverendissimus in Christo pater, & dominus Ioannes Ostiensis cardinalis, & vicecancellarius hujusmodi sessioni præsedit. Deinde litaniis, & euangelio secundum Lucam, in illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, *&c.* ac aliis orationibus. & solemnitatibus solitis lectis, & peractis, reverendissimus in Christo pater D. archiepiscopus Medio-
C lanensis ambonem publicationis ascendens de mandato sanctæ synodi sibi super hoc facto, decreta, quæ sequuntur, publice, alta, *&c.* ad verbum legit, sub his verbis.

De conciliis generalibus, &c. pag. 238. C.

**** Sessio XL. pag. 243. C.*

Die Sabbati trigesima supra dicti mensis Octobris Constantiæ in majori ecclesia in loco solito hora horologii sexta, vel quasi ante meridiem fuit tenta dictæ sacrosanctæ synodi sessio publica, & solemnissime celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Iordanus miseratione divina episcopus Albanensis S. R.
D E. cardinalis, missam de sancto Spiritu devote celebravit, & hujusmodi missa finita, reverendissimi, reverendique patres, & domini, domini S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, *&c.* ut supra, in proxima.

Deinde litaniis cum euangelio secundum Ioannem, In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, si manseritis in me, & verba mea, *&c.* reverendissimus in Christo pater, & dominus D. Guillelmus tituli sancti Marci presbyter cardinalis ambonem publicationis solitum ascendens de mandato sanctæ synodi, *&c.* quædam decreta publice, alta, & intelligibili voce, ac de verbo ad verbum perlegit sub his verbis.

Reformationes fienda, &c. pag. 243. D.

E

**** Sessio XLI. pag. 246. B.*

Anno & indictione, quibus supra, die vero Lunæ octava mensis Novembris Constantiæ in majori ecclesia in loco solito, hora horologii septima, vel quasi ante meridiem fuit tenta dictæ sacrosanctæ synodi sessio publica, & solemnissime celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus in Christo pater, & dominus D. Guillelmus sancti Marci S. R. E. presbyter cardinalis missam de Spiritu sancto, serenissimo, & invictissimo principe domino Sigismundo Romanorum rege prædicto cum suis insigniis regalibus interessente, devote celebravit. Qua missa finita, reverendissimus pater

dominus Iacobus episcopus Laudensis ambonem solitum ascendens. solemnissimum sermonem ad synodum sanctam fecit, pro cujus introductione sermonis accepit pro themate, Eligite meliorem regem. Quarto, Quod electores Romani pontificis eligerent bonum papam, & meliorem, pulcherrime persuadendo. missaque, & sermone finitis, reverendissimi, reverendique patres, ac domini, domini S. R. E. cardinales, archiepiscopi, episcopi, cæterique ad quos pertinuit, mitras, *&c.* ut supra in alia.

Deinde litaniis cum euangelio secundum Ioannem in illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea servare, *&c.* ac hymno Veni Creator Spiritus, cum orationibus, & solemnitatibus consuetis lectis, & peractis, venerabilis vir dominus Petrus de Lamburga licentiatus in decretis apud dominum præsidentem stans; & de mandato supradictæ sanctæ synodi sibi super hoc facto, quandam constitutionem felicis recordationis Clementis VI. super modo, & forma tenendis super victualibus dominorum cardinalium pro electione Romani pontificis in conclavi existentium alta, *&c.* perlegit sub his verbis.

**** Sessio XLII. pag. 252. C.*

Anno domini MCCCCXVII. indictione undecima, die vero Martii vigesima octava mensis Decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini Martini divina providentia papæ quinti anno primo, Constantiæ in ecclesia majori in loco solito supradicto, mane hora horologii sexta, vel quasi, fuit congregatio generalis prædictæ sacræ synodi, sanctissimo domino nostro papa prædicto personaliter ibidem præsente; in qua reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis missam de sanctis Innocentibus devote celebravit; qua celebrata, reverendissimus in Christo pater dominus, D. Guillelmus tituli sancti Marci S. R. E. prædictæ presbyter cardinalis sanctissimi domini nostri, ac synodi prædictorum ambonem publicationis decretorum ascendens, & quandam bullam infrascripti tenoris alta, & intelligibili voce publice perlegit sub his verbis.

Bulla liberationis, &c. pag. 252. D.

**** Sessio XLIII. pag. 255. E.*

Decreta concilii præsente papa.

Anno MCCCCXVIII. & indictione XI. de quibus supra, die vero Lunæ vigesima prima mensis Martii, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini Martini divina providentia papæ quinti anno primo, Constantiæ in ecclesia majori in loco solito, hora horologii sexta, vel quasi ante meridiem fuit sacrosanctæ, & universalis synodi Constantiensis prędictæ, sanctissimo domino nostro papa præsidente, solemniter more solito, sessio publica celebrata; pro cujus sessionis introductione, reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Guillelmus tituli sancti Marci S. R. E. presbyter cardinalis missam de sancto Spiritu devotissime celebravit; hujusmodi quoque missa finita, reverendissimi, reverendique patres, & domini S. R. E. cardinales, *&c.* mitras, *&c.* ut in aliis. Reverendissimus pater dominus Guillelmus cardinalis prædictus ambonem, *&c.* ascendit, & de mandato D. N. papæ, ac synodi prædictorum, sibi super hoc ut asseruit facto nonnulla decreta, seu statuta per D. N. papam, ac synodum eosdem facta publice, alta, & intelligibili voce perlegit sub his verbis.

De exemptionibus, &c. pag. 254. A.

**** Sessio XLIV. pag. 257. A.*

Anno, indictione, & pontificatu, quibus supra, die vero Martis decima nona mensis Aprilis Constantiæ in ecclesia majori in loco solito hora septima ante meridiem fuit sacrosanctæ, & universalis synodi Constantiensis prædictæ, sanctissimo domino nostro papa Martino supradicto præsidente, more solito solemniter sessio publica celebrata, serenissimo & invictissimo principe, & domino domino Sigismundo Romanorum, *&c.* rege insigniis regalibus Romanorum regis induto interessente: pro cujus quidem sessionis introductione reverendus in Christo pater dominus Nicolaus episcopus Assisinatensis missam de Spiritu Sancto devotissime celebravit. Qua quidem missa finita, ac litaniis cum euangelio, *&c.* per reverendissimos reverendosque patres, & dominos S. R. E. cardinales, *&c.* cappis pluvialibus, *&c.* ut supra, reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Antonius tituli sanctæ Cæciliæ S. R. E. presbyter cardinalis de Chalanco vulgariter nuncupatus de mandato ipsius D. N. papæ, atque synodi, *&c.* ambonem, *&c.* ascendens quoddam decretum, seu statutum alta, *&c.* perlegit in hæc verba.

Decretum de loco futuri concilii. pag. 257. C.

Quo quidem decreto; sic ut præfertur, lecto, reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Ioannes miseratione divina episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius sacrosanctæ synodi prædictæ nomine, ac ejusdem sibi super hoc, ut asseruit, facto mandato, respondit, Placet.

Subsequenter egregius doctor legum dominus Ardecinus de Novaria sacri consistorii advocatus de mandato serenissimi principis, & domini, D. Sigismundi Romanorum, *&c.* regis, eidem super hoc specialiter, ut asseruit, facto, necnon ipsius nomine præsentis, & audientis dixit, quod idem dominus Sigismundus illam civitatem Papiensem approbabat, laudabat, & acceptabat, quia habilis, & idonea existit pro futuro concilio celebrando.

Consequenter egregius vir dominus Augustinus de Lante de Pisis Legum doctor, sacri consistorii, atque fisci advocatus nomine D. N. papæ dictum locum, seu civitatem Papiensem approbavit, laudavit, & ad concilium hujusmodi celebrandum habilem esse dixit. Super quibus omnibus, & singulis, *&c.*

**** Sessio de dissolutione concilii. pag. 258. A.*

Die Veneris vigesima secunda supradicti mensis Aprilis Constantiæ in ecclesia majori in loco solito mane hora septima fuit sacrosanctæ, & universalis synodi prædictæ, sanctissimo in Christo patre, & domino, D. Martino divina providentia papa quinto pręsidente, more solito solemniter sessio publica celebrata, serenissimo principe D. Sigismundo Romanorum, *&c.* rege insigniis imperialibus induto interessente. Pro cujus quidem sessionis introductione reverendissimus, *&c.* D. Antonius S. R. E. tituli sanctę Susannæ presbyter cardinalis Aquilegensis vulgariter nuncupatus missam de sancto Spiritu solemniter ac devotissime celebravit. Qua finita reverendissimis, reverendisque, *&c.* se cappis pluvialibus, *&c.* ut supra. Reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Ynibaldus miseratione divina sancti Viti in Macello S. R. E. diaconus cardinalis de mandato D. N. papæ, totiusque sacri concilii, & consensu, prout asseruit, alta, & intelligibili voce pronunciavit hęc videlicet.

Domini

Domini ite in pace. Et responsum fuit per astantes, Amen.

Quo facto, reverendus in Christo pater dominus Ioannes de Podiomicis episcopus Cathanensis frater ordinis Prædicatorum sacræ theologiæ professor, de mandato ipsius D. N. papæ, & cõsensu dicti sacri concilii, ut asseruit, ambonem publicationis decretorum, & statutorum solitum ascendit. Antequam autem ad alia se diverteret, seu ad actus aliquos procederet, reverendi in Christo patres, nobiles, venerabilesq; & circumspecti viri domini, & magistri Nicolaus archiepiscopus Snezensis, Iacobus episcopus Placen Petrus Bolestæ protonotarius apostolicę sedis præpositus ecclesiæ D. Mariæ Lauticensis Gnezneusis diœcesis, Paulus Valdimiri canonicus, & custos ecclesiæ Gracoviensis, Ioannes de Iollistabo castellanus Calisiensis & Zavissius Niger de Carboso capitaneus Surciensis milites, oratores, & ambasiatores serenissimi principis VVladislai Dei gratia Poloniæ regis, necnon illustrissimi principis domini Alexandri alias VVicoldi Magni ducis Litboaniæ per organum venerabilis, & circumspecti viri domini Gasparis de Perusio advocati sacri consistorii eidem D. N. & sacro concilio per modum supplicationis & cum instantia, & reverentia, qua decuit, exponi fecerunt nomine dominorum regis, & ducis præfatorum, quatenus libellus cujusdam fratris Ioannis Fallenberg notorie crudelissimas hæreses continens per judices in causa fidei a sacro Constantiensi concilio deputatos rite, recte, cum omnique debita solemnitate, & maturitate, tanquam notorie hæreses continens, ut hæreticalis damnatus, necnon etiam per omnes nationes ejusdem concilii, ac sacrum collegium reverendissimorum patrum dominorum S. R. E. cardinalium dictum sacrum concilium integrantium, & constituentium conclusum, & ordinatum, prout publicis, & authenticis scripturis, sive instrumentis, per ipsum ibidem exhibitis, & ostensit liquide appareat, quod idem libellus tanquam hæreses, & alia multa, & quasi infinita mala, & errores continens, in sessione publica per sacrum concilium, cum hæresibus, & erroribus in eo contentis, & descriptis publice damnaretur, seu publice damnatus nunciaretur. Et propterea humiliter, & devote supplicabant oratores, & ambasiatores præfati prædicto sanctissimo D. N. papæ, quatenus ante dissolutionem ejusdem concilii dictus libellus cum hæresibus, & erroribus in eo contentis, & scriptis in ipsa sessione publica tanquam hæreticalis, hæresesque & errores continens damnaretur, seu damnatus nunciaretur, cum ad extirpandum hæresim præfatum concilium sacrosanctum esset inter cætera principaliter convocatum, & congregatum; alioquin nomine quo supra protestabantur de gravamine, & de appellando ad futurum concilium, & de prosequendo appellationem, & appellationes interponendam, & interponendas loco, sive locis, ac diebus, temporibus, & horis, de quibus ipsis dominis regi, ac duci, & eorum oratoribus, & procuratoribus, ac eorum cuilibet visum fuerit expedire; & multa alia dixit, petiit, & protestatus fuit, prout quemadmodum in quadam papyri schedula petitionem, protestationem, & alia per ipsum requisita continente, quam in suis tenebat manibus, plenius continetur, cujus lecturam, & publicationem ipse nomine, quo supra, obtulit facere, aut per alium fieri facere. Quibus sic propositis, protestatis, requisitis, & oblatis, præfatus sanctissimus D. N. papa, cum nonnulli alii multum dicerent, & tumultum facerent, imposito omnibus silentio, dixit, respondendo ad prædicta, Quod omnia, & singula determinata, conclusa, & decreta in materia fidei per præsens sacrum

A
concilium generale Constantiense conciliariter tenere, & inviolabiliter observare volebat, & nunquam contravenire quoquo modo; ipsaque sic conciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo. Et illud idem iterato fecit dici per organum venerabilis & circumspecti viri domini Augustini de Pisis fiscalis, & sacri consistorii advocati prædicti, qui de hoc a dominis apostolicæ sedis protonotariis, & notariis ad conscribendum acta concilii ordinariis, & deputatis, ac aliis præsentibus, & eorum quolibet petiit nomine dicti D. papæ publicum, seu publica instrumenta per eos, & eorum quemlibet conficienda ad futuram rei memoriam.

Et ex post venerabilis & circumspectus vir dominus Paulus Voladimiri decretorum doctor unus de
B
ambasiatoribus ipsorum dominorum regis, & ducis volens proponere, & adimplere, quæ per dictum dominum Gasparem de Perusio advocatum omissa fuerant super libello præfato, ac etiam volens schedulam, de qua supra fit mentio, legere, & publicare, incepit loqui, & proponere. Et cum vellet legere, & publicare illam schedulam præfatam, fuit sibi per dictum dominum Augustinum de Lante de Pisis advocatum de mandato D. N. papæ, ut idem dominus Augustinus asseruit, ibidem coram eodem D. N. papa stante impositum silentium sub pœna excommunicationis. Quo quidem silentio imposito; idem Paulus tacuit, & dictam schedulam notariis
C
ad conscribendum acta ejusdem concilii ordinariis, & deputatis tradidit, & de omnibus, & singulis petiit, & instanter dictos dominos protonotarios, & notarios atque scribas, & eorum quemlibet requisivit cum insertione dictæ schedulæ sibi fieri, & confici unum, vel plura publica instrumenta. Quibus quidem omnibus, & singulis, ut præfertur, sigillatim peractis, præfatus dominus episcopus Cathanensis fecit collationem solemnem, & pro themate collationis hujusmodi sumpsit hæc verba, videlicet, Vos nunc tristitiam habetis; iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum Io. vi. cap. Qua quidem facta collatione reverendissimus in Christo pater, & dominus, D. Antonius tituli
D
sanctæ Ceciliæ presbyter cardinalis de Chalanco vulgariter nuncupatus, de mandato ipsius D. N. papæ, ac de voluntate, & consensu sacri Constantiensis concilii generalis ascendit ambonem supradictum, ibique de simili mandato, voluntate, seu consensu, ut asseruit, quædam decreta absolutionem sacri concilii, & licentiam ad propria remeandi cuilibet impertitam; ac indulgentiam plenariam nonnullis in eisdem decretis contentis semel in vita, & etiam in mortis articulo continentia publice, alta, & intelligibili voce perlegit, & publicavit in hæc verba, videlicet.

Martinus episcopus, &c. p. 259. A.

E
Super quibus omnibus, & singulis præmissis D. Augustinus de Lante de Pisis advocatus prædictus sanctissimi D. N. papæ, necnon, ut asseruit, sacri generalis concilii Constantiensis nominibus a dominis protonotariis sedis apostolicæ, necnon notariis, atque scribis dicti sacri concilii generalis, & eorum quolibet sibi fieri, & confici petiit unum, vel plura, seu tot, quot sibi necessaria fuerint publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Pręsentibus ibidem reverendissimis ac reverendis in Christo patribus & dominis, dominis Ioanne Ostiensi, Angelo Laudensi episcopo Pręnestino, Antonio Portuensi episcopis; Francisco tituli sanctæ crucis in Ierusalem, Gabriele

tituli sancti Clementis dicto Senensi, Thoma tituli sanctorum Ioaoois & Pauli, Branda tituli sancti Clementis dicto Placentino, Antonio tituli sanctæ Ceciliæ de Chalanco nuncupato, Petro de Fuxo presbyteris, Raynaldo de Brancaciis sancti Viti in Macello, Lucido sanctæ Mariæ In Cosmedin de Comitibus, & Petro sanctæ Mariæ in schola Gręca de Venetiis vulgariter nuncupato diaconis S.R.E. cardinalibus, Ioanne Constantinopolitano, & Ioanoe Antiocheno patriarchis, aliisque dominorum regum, principum, prælatorum; & ducum, comitum, baronum, universitatum, ac studiorum ambasiatoribus, nunciis, & procuratoribus, & pluribus aliis Christi fidelibus in multitudine copiosa testibus ad præmissa, *&c.*

Tenor vero schedulæ papyri petitionis prædictæ unde superius fit mentio de verbo ad verbum sequitur.

Protestatio ambasiatorum regis Poloniæ.

Nos humiles oratores serenissimi principis, & domini, domini regis Poloniæ, & potentis fratris ejus Alexandri, alias VVicoldi magni ducis Lictoaniæ cum omni humilitate, & instantia, ac qua decet reverentia sanctitati vestrę supplicamus, quatenus sanctitas vestra libellum cujusdam fratris Ioannis de Fallemberg, tamquam hæreticum notorie crudelissimum, recte, & cum omni debita solemnitate, & maturitate damnatum; necnon etiam per omnes nationes & sacrum collegium reverendissimorum patrum dominorum cardinalium, sicut patet iis publicis solemnibus instrumentis, damnare, seu euodem damnatum publice pronunciare digoetur, & extirpando ipsam crudelissimam hæresim se judicio omoium Christi fidelium, seu omnium Christicolarum nationum conformare, de quibus supplicatione, & requisitione cum omni humilitate, & reverentia factis, nos præfati serenissimi regis, & præpotentis fratris ejus oratores omnium reverendissimorum patrum, & dominorum sacrosanctæ R.E. cardinalium, necnon cæterorum oratorum serenissimorum regum, & principum, & etiam reverendorum patrum, & dominorum sanctæ sedis apostolicæ notariorum cæterorumque prælatorum, aliorumque notabilium virorum & publicorum notariorum, & tabellionum hic existentium authenticum testimonium scripto, & verbo, prout melius, videbitur expedire, petimus, & requirimus.

Ad nostrum oratorum excusationem, ne quovis loco, & tempore nobis valeat aliqoa negligentia ascribi, vel aliquo modo imputari coram Deo, sanctitate vestra, ac omnibus sub Christiano nomine militantibus, dicimus, proponimus, & protestamur, quod per nos non stetit, quominus principalis intentio, seu principale propositum hujus sacri concilii Constantiensis, videlicet hæreses extirpandi, propter quod est, Deo auctore, legitime congregatum, debitum sortiatur effectum, quominus ipsæ hæreses tam crudelissimæ, pro quibus extirpandis hoc sacrum concilium, quantum in eo fuit, effecit, debite extirpentur, ex quo minus injuriam detestandam Christianæ religioni, & eorum principibus ex ipso libello, seu tractatulo, & ejus protracta condemnatiooe illam fuerimus, quantum in nobis est, prosecuti. De qua etiam protestatione, prosecutione, & requisitione eorumdem reverendissimorum patrum, & dominorum, regum, & principum, oratorum, protonotariorum, prælatorum, aliarumque spectabilium personarum, & cæterorum publicorum ooratiorum testimonium solemniter requirimus, & petimus.

Verum quia attento quod hoc sacratissimum generale concilium inter cætera pro hæresum extirpatione extitit coovocatum, ob eam causam nos oratores præfati ex dictorum serenissimorum principum piissima, & devotissima ad fidem catholicam intentione, huc profecto libentissime veoimus, utpote maxima cum aviditate errorũ extirpationem exposcentes curavimus, ne qua in Dei ecclesia difformitas remaneret. In qua re, Deo primum, Christianæ religiooi, & militanti ecclesiæ, cæteris, & dictis serenissimis principibus summe certe existimamus placuisse. Cum autem ex protractione damnationis præfati libelli, nec non adjutorom ejusdem, videamus tam adversum fidem catholicam, quam ad hoc sacrum concilium, cujus membra existimus, nec non sanctitatem vestram, quam omni devotione, & animorum sinceritate veneramur, scandala evenire, volentes potius Deo, quàm homini satisfacere, & nostrum propositum, propter quod huc venimus, pro parte dictorum principum adimplere, in conspectu sanctitatis vestræ, & totius celeberrimi hujus cœtus protestamur, & indicimus, nihil omisisse, quominus extirparentur omnes hæreses, & errores nunc ecclesiam molestantes, potissime insurgentes ex prava, intolerabilique dicti Ioannis Fallemberg doctrina per omnes judices fidei hujus sacri concilii, perque nationes omnes, & reverendissimos patres dominos cardinales damnata; seu damnari declarata. Et etiam protestantes, & insinuantes, quod cum ad ipsos specialiter pertineat, honoremque statuum serenissimorum principum regis Poloniæ, & ducis VVicoldi etiam defendere, & augere, qualiter ex negligentia intolerabili super præfata libelli in publica sessione condemnatione. Attento quod idem Ioannes specialiter in opprobrium, & confusionem præfatorum principum, & eorum regnorum talia dogmatizare, & prædicare non formidavit, multa, & gravia scaodala sequi poterunt tam contra fidem catholicam, quam contra statum principum præfatorum multis ex odio, & revocare eandem doctrinam licet notorie diabolicam confoventibus. Quorum ne vestra sanctitas, totumque sacrum concilium posiit ex aliqua ignorantia excusari, hæc de novo ad ejusdem sanctitatis vestræ memoriam reducuntor. Petentibus & requirentibus dictis oratoribus super iis ab omnibus hic astantibus unum, vel plura confici publica instrumenta ad ęternam rei memoriam. Nec non attento quod hæc fidem catholicam tangit, & bonum universalis ecclesiæ, quæ spectat ad generalia concilia decidere, & terminare: Ideo etiam cum omni debita reverentia, & humilitate, in quantum ante dissolutionem hujus sacri concilii debite non provideatur, juxta jam per nationes dicti sacri concilii reverendissimosque dominos cardinales, & judices determinata, de appellando ad futurum proxime generale concilium protestamur, *&c.*

Postremo vero pro finali conclusione sacri Constantiensis concilii generalis hujusmodi surrexit egregius doctor legum dominus Ardecinus de Novaria sacri consistorii advocatus præfatus, qui de mandato, seu præcepto serenissimi domini Sigismundi Romanorum regis ibidem præsentis aldem super hoc specialiter, ut asseruit, facto, primo proposuit, explicando, quomodo civitas Constantiæ præsens concorditer, & unanimiter fuerat pro loco generalis concilii deputata; & explicatis laboribus, viarumque formidabilibus discriminibus, ac sumptuosis expensis per eundem, in quibus constitutus erat factis, & habitis, pro desiderata sanctæ matris ecclesia unionis prosecutione feliciter jã obtentæ, regratiaodo nomine regis prælibati reverendissimorum dominorum S. R. E.

facto

sacro collegio cardinalium, aliisq; reverẽdis patribus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ac prælatis; necnon dominorum regum, principum, ducum, comitum, baronum, studiorum universitatum & communitatum ambasiatoribus, & nunciis quibuscumque de perseverantia, & prosecutione unionis prædictæ bona, seu fideli; promittensque nomine præfati domini regis, eumdem in S. R. E. dictique domini nostri papæ obedientis fideliter, & perpetuo permansurum, quam defensare, & prosequi etiam contra quoscumque inobedientes per eundem firmiter asserebat.

Quibus & aliis per eundem dominum Ardecinum pulchre inductis, & compendiose propositis, venerabilis & egregius legum doctor dominus Augustinus de Lante de Pisis sacri consistorii, fiscique advocatus nomine sanctissimi domini nostri papæ, & sanctæ sedis apostolicæ de præmissis omnibus & singolis, ut præfertur, habitis & peractis a dominis apostolicæ sedis protonotariis dictique sacri generalis concilii notariis, atque scribis & ipsorum quolibet unum, vel plura, seu tot, quot sibi necessaria fuerint confici, & fieri petiit publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Præsentibus omnibus supradictis, &c.

Processus in causa hæresis & schismatis contra Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum coram sancta synodo Constantiensi, & ejus commissariis habitus.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo sexto decimo, indictione nona, die vero Iovis quinta mensis Novembris, hora horologii octava post mediam noctem sessio sacrosanctæ synodi Constantiensis pro unione, *&c.* ut supra * in sessione XXIII, & post schedulam ordinationis commissariorum, quæ etiam habetur in impresso, sequitur.

* Vide pag. 191. E hujus tomi XII. & pag. 199 infra.

Post cujus quidem sessionis celebrationem domini commissarii supradicti in loco sessionis supradictæ adhuc existentes onus hujusmodi commissionis, eis, ut præmittitur, factæ, sponte & libere acceptantes mandaverunt & commiserunt nobis Cyno de Lombardis, Michaeli Bolosonis, Gumberto Fabri, Petro Margol, Vincentio de Rivo, Contrado de Velden, & Ioanni Azel publicis apostolica, & imperiali auctoritatibus notariis, ut tam ipsam commissionis schedulam, quam omnia quæ ejus occasione & vigore conscribenda occurrent, in actis nostris publicis, & hujusmodi causæ registro conscriberemus & registraremus, seu per alium scribi & registrari faceremus, & cum expediens foret in publica redigeremus documenta, partibusque copiam petentibus, dum ipsis per ipsos commissarios decreta fuerit, fideliter traderemus ex eisdem: necnon egregium virum dominum Ardecinum de Novaria prædictum advocatum hujusmodi causæ, ac Henricum de Piro, Oliverium Guenec, Ioannem de Scribanis prædictos procuratores & promotores ejusdem causæ, omnesque & singulos Romanæ curiæ cursores ad faciendum citationem, relationem & affixionem, ac alia eorum officio incumbentia, & eorum quemlibet in solidum absentes, tanquam præsentes, nomine dictæ sacræ synodi, & ex commissione eis facta, omnibus melioribus, modo, via, jure & forma, quibus melius potuerunt & debuerunt, ordinaverunt & deputaverunt palatium episcopale Constantiense pro eorum jurisdictione, & commissione exercenda, & actus judiciarios hujusmodi causæ faciendos deinceps assignando. Præsentibus ibidem honorabilibus viris magistro Iacobo Corretani, Iacobo de Esculo literarum apostolicarum scriptoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Hac itaque ordinatione advocati, promotorum, notariorum, cursorum, & loci jurisdictione, ut præmittitur, facta; comparentes coram dominis commissariis prædictis in loco sessionis prædicto magister Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores, instigatores & procuratores supradicti nonnullas positiones, & articulos pro summaria informatione facto, & realiter in scriptis infrascripti tenoris obtulerunt, requirentes eosdem commissarios, ut eis certos dies, & horas assignarent, quibus testes super ipsis articulis producere & jurare facere possent & valerent. Et tunc domini commissarii supradicti dixerunt, se omnibus diebus & horis esse paratos in loco assignato superius in hujusmodi causa procedere, testesque & alia probationis genera recipere juxta commissionem eis attributam. Præsentibus Iacobo Corretani, & Iacobo de Esculo literarum apostolicarum scriptoribus testibus supradictis.

Tenor vero dictarum positionum & articulorum, unde supra fit mentio, sequitur, & est talis.

Articuli ad testes examinandos pro informatione summaria & præparatoria ad processum inquisitionis contra dominum Petrum de Luna dictum a suis Benedictum XIII. in causa schismatis & hæresis, ad finem suæ ejectionis a papatu per eum prætenso per concilium generale Constantiense; quos articulos dictum concilium probare intendit.

Primo quod istud schisma pestiferum duravit triginta octo annis.

2. Item quod ex illis annis Petrus de Luna papatum secundum se in sua obedientia tenuit viginti duobus annis completis. Et hoc est verum & notorium.

3. Item ponit, quod inter sapientes & zelatores pacis & unionis ecclesiæ in diversis regionibus fuerit sæpe tractatum de viis & modis tollendi schismatis; finaliter tamen a multis jam temporibus, etiam ante viginti, quindecim, duodecim, aut saltem decem annos fuit visum, deliberatum & conclusum per sapientes & zelatores unionis ecclesiæ, præsertim per cardinales utriusque obedientiæ, per reges, principes, prælatos, doctores & magistros universitatum studiorum generalium, attentis difficultatibus in facto, & in jure præsentis schismatis, & divisione regnorum & provinciarum in magnas partes, via cessionis utriusque contendentium de papatu erat, & est facilior, brevior & utilior, & maxime pacifica cura conscientiarum Christi fidelium; Imo nulla alia via fuit ab aliqua partium reperta possibilis ad tollendum schisma prædictum. Et hoc est notorium.

4. Item quod idem dominus Petrus de Luna existens cardinalis in obedientia domini Clementis in Avenione illam viam duxit esse meliorem, & illam approbavit, laudavit & dixit, fecitque publice coram eo in præsentia prælatorum, cleri, & populi multitudine prædicari, saltem fuit coram eo per unum magistrum in Theologia sibi familiarem publice prædicata. Et hoc est, & fuit notorium Parisius, & fama publica alibi.

5. Item quod ipse existens cardinalis post obitum domini Clementis in Avenione, imminente electione summi futuri pontificis in conclavi juravit solenniter tactis euangeliis super altari, & super ligno sanctæ crucis in præsentia aliorum cardinalium congregatorum in conclavi, cæterique cardinales similiter juraverunt, illum ex illis, qui in summum pon-

tificem eligeretur, si quem ex eis eligi contingeret, prosequi unionem ecclesiæ secundum formam schedulæ, cujus tenor sequitur, & est talis.

Nos omnes & singuli sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales congregati pro electione futura in conclavi ante altare, in quo missa communis celebrari consuevit, pro Dei servitio, nnitate ecclesiæ suæ sanctæ, & salute animarum fidelium omnium promittimus, & juramus ad sancta Dei euangelia corporaliter per nos tacta, quod absque dolo, fraude, & machinatione quibuscumque, ad unionem ecclesiæ, & finem imponendum schismati (proh dolor!) nunc in ecclesia Dei vigenti, quantum in nobis erit, laborabimus fideliter, & diligentes, & per nos; quantum ad nos pertinet, seu etiam pertinebit, dabimus patri nostro, & gregis dominici, ac vicario Christi domino nostro futuro, qui erit pro tempore, auxilium, consilium & favorem, nec ad impediendum, vel differendum præmissa dabimus consilium, vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte. Et ista omnia, & singula, & alias etiam ultra præmissa omnino vias utiles, & accommodas ad utilitatem ecclesiæ, & unionem prædictam ejusdem, sane & veraciter sine machinatione, seu excusatione, vel dilatione quacumque servabit & procurabit quilibet nostrum, etiamsi assumptus fuerit ad apostolatum, etiam usque ad cessionem inclusive per ipsum de papatu faciendam; si dominis cardinalibus, qui nunc sunt, vel erunt in futurum de iis, qui nunc sunt, vel majori parti totumdem hoc pro bono pacis & unitatis prædictæ videatur expedire. Et ita fuit, & erat notorium inter ipsos dominos cardinales, qui erant viginti unus numero, & de hoc est fama communis.

6. Item, quod idem dominus Petrus in illo conclavi electus in papam, extra conclave juravit præsentibus cardinalibus simile juramentum, & hoc fuit, & est notorium apud cardinales præfatos.

7. Item, quod postea idem dominus Petrus ex parte regis Franciæ, ac universitatis Parisiensis, per duces Bituricensem, & Burgundiæ patruos, & Aurelianensem fratrem regis, prælatos, & doctores plures, necnon cardinales suos flexis genibus humiliter, & devote extitit requisitus, qualiter vellet prosequi unionem ecclesiæ per viam mutuæ cessionis de papatu, videlicet per eum, & contendentem cum eo de papatu, & illam viam offerre, quam si offerre vellet, intendebant iterum prosequi apud alium contendentem in Romana. Et declaraverunt dicti cardinales, vel eorum major pars, quod eis videbatur ecclesiæ expedire prosequi per illam viam unionem ecclesiæ, & quod ipse hoc expresse denegavit; & hoc fuit, & est notorium, & de hoc est publica fama.

8. Item, quod postmodum idem dominus Petrus fuit requisitus solenniter, & publice ex parte regis Franciæ, Angliæ, Castellæ, similiter per dictorum principum legatos solemnes, quatenus unionem ecclesiæ vellet prosequi per dictam viam cessionis utriusque contendentium de papatu, & illam viam offerre, quam etiam ipsi legati apud alium cum eo contendentem de papatu prosequi intendebant. Ipse autem hoc facere publice recusavit; quinimo illam viam fecit publice coram se, & dictis legatis reprobari, & dici, quod si illam viam prosequeretur, & cederet, peccaret mortaliter. Et hæc fuerunt notoria & vera, & super hoc fuit, & est fama communis.

9. Item, quod postmodum fuit ex parte regis Romanorum tunc, atque Bohemiæ per suos solemnes legatos, quorum principalis erat dominus Petrus episcopus Cameracensis, nunc cardinalis, iterum humiliter, & publice requisitus quatenus unionem ecclesiæ, & extinctionem schismatis vellet prosequi per dictam viam mutuæ cessionis amborum contendentium, illam viam offerre; quod ipse etiam publice recusavit, illamque viam publice, videlicet in consistorio generali, vel publico fecit per advocatum publice reprobari, & dici, imo ipse dixit in propria, quod si illam viam prosequeretur, & cederet, crederet se peccare mortaliter. Et hæc fuerunt, & sunt notoria, atque vera, & super hoc fuit, & est fama.

10. Item consequenter rex Aragonum Martinus, de cujus regno idem dominus Petrus oriundus est, in propria persona ad eum accessit, illique humiliter supplicavit, quatenus unionem ecclesiæ vellet prosequi per dictam viam cessionis utriusque contendentium de papatu. Quod idem Petrus etiam recusavit expresse. Et hæc fuerunt & sunt notoria, super iis fuit, & est fama.

11. Item, quod postmodum ipso in palatio Avenionensi existente ad instantiam ducis Aurelianensis defuncti coram publicis notariis, & testibus juravit & vovit solenniter cedere papatui suo, altero contendente cum eo cedente, mortuo, vel ejecto. Et hæc sunt vera, & super iis fuit, & est fama.

12. Item quod simile juramentum, & votum præstitit ad instantiam communitatis Januæ antequam converteretur ad suam obedientiam. Et hoc fuit, & est notorium, & semper fuit, & est fama.

13. Item, quod simile juramentum, & votum præstitit coram cardinalibus in loco Pontis-Sorgiæ. Et hoc fuit, & est notorium, fuit, & est fama.

14. Item, quod post illa juramenta obiit dominus Innocentius sic dictus alter contendens in Roma, nec idem dominus Petrus cessit, nec aliquam super hoc diligentiam fecit.

15. Item, quod postmodum fuit electus in Roma dominus Gregorius sic dictus, & obtulit dictam viam mutuæ cessionis eidem domino Petro dicto Benedicto, & misit super hoc literas, & nuncios, & ipse dominus Petrus dictus Benedictus illam viam acceptavit verbo, licet non facto, ut probavit eventus, quia nihil fecit. Et hoc est notorium, & super hoc viget fama.

16. Item, quod facta dicta oblatione per dictum dominum Gregorium, rex Franciæ misit solemnes legatos, patriarcham Alexandrinum, nunc cardinalem, plures episcopos & doctores, & cum illis misit etiam universitas Parisiensis legatos ad prosequendum istam viam cessionis mutuæ apud ambos contendentes, qui hoc prosecuti sunt apud ambos diligenter. Et hoc est notorium, & verum, & super his fuit, & est fama communis.

17. Item, quod nonobstantibus præmissis juramentis, votis, & requisitionibus, ipse Petrus per fraudes, dolos, & machinationes, & per diversas ambasiatas missas ad dictum dominum Gregorium, procuravit quod dicta cessio non fieret, illamque per diversa media, & difficultates ad conveniendum in unum per eum repertas evasit, neque unquam veraciter, diligenter, neque efficaciter illam viam prosecutus est, sed effugit, ut potuit. Et hoc fuit, & est notorium, & verum, & super hoc fuit, & est fama communis.

18. Item, quod post hæc accessit ad Perpinianum, ibique convocavit concilium generale suæ obedientiæ, in quo post multa tractata fuit deliberatum & conclusum per idem suum concilium generale suæ obedientiæ, quod ipse prosequeretur unionem ecclesiæ per dictam viam mutuæ cessionis, & in publico in dicto concilio juravit, & vovit cedere suo papatui, altero contendente similiter cedente, mortuo, vel ejecto. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

19. Item,

19. Item, quod cum alias instaretur apud eum de via cessionis, ipse respondit, quod si amplius infestaretur de illa, ipse poneret ecclesiam in tali statu, quod non repararetur. Et de hoc est fama communis.

20. Item, quod postmodum dominus tunc Ioannes XXIII. fuit a papatu suo ejectus io generali concilio Constantiensi, & ex abundanti ratam habuit ejectionem, & renunciavit omni juri, quod unquam habuerat in papatu. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

21. Item, quod postmodum dictus dominus Gregorius alter contendens de papatu in dicto Constantiensi concilio per suum procuratorem legitimum pro pace ecclesiæ suo renunciavit papatui publice & libere. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

22. Item quod post dictas ejectionem, & renunciationes oullus remansit prætendens se jus habere in papatu, neque de illo contendens, aut illum occupans, oisi solus dictus dominus Petrus de Luna dictus Benedictus, & si ille cessisset, vel cederet, cessaret ex toto schisma pestiferum. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

23. Item post ejectionem, & renunciationes prædictas duæ obedientiæ illorum duorum, quæ sunt multo major pars Christianorum, imo totum præter Hispanias, & Scotiam, & partem comitatuum Armeniaci & Fuxi, fuerunt simul unitæ, & in generali concilio Constantiensi, quod illas repræsentat, unionem ecclesiæ prosecutæ sunt, & prosequuntur. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

24. Item quod post prædictas ejectionem, cessiones, & unionem dictarum duarum obedientiarum, fuit idem dominus Petrus dictus Benedictus, per dominum regem Romanorum, qui personaliter ad eum propter hoc accessit, ad regnum Aragoniæ in Perpiniano, & per dictum regem Aragonum, comites Arminiaci, & Fuxi personaliter, necnon per legatos concilii generalis Constantiensis, quod repræsentat totam Christianitatem, & io quo unita erat, & est præter Hispanias, & alias modicas partes præfatas; Necnon regum Franciæ, Angliæ, Castellæ, Navarræ, & aliquorum comitatuum Aragoniæ, præcipue Barcinonensis, quatenus vellet tollere schisma præsens, & dare pacem ecclesiæ sic per suam cessionem per eum dudum laudatam & approbatam, & pluries juratam, & votam, & cum repeötis instantiis cum magna humilitate & devotione; quod facere pertinacites recusavit. Et hoc fuit, & est ootorium, atque verum.

25. Item quod post hæc transtulit se ad castrum munitissimum in littore maris dictum Paniscola, ubi ad eum non est rutus accessus, relicta ecclesia sancta in tanto schismatis discrimine, nullumque remedium dedit ad pacem & unionèm ecclesiæ & tollendum schisma prædictum, ad hoc nunquam diligentiam aut studium visus est adhibere. Et hæc sunt notoria, atque vera, & super hoc viget publica vox, & fama.

26. Item quod ex præmissis, & maxime in isto schismate, & ex eo quod idem dominus Petrus non dat, neque dare voluit pacem ecclesiæ, oeque per quamcumque viam dedit, nequa viam cessionis prosequi voluit, neque post aliorum cessionem cedere, notorie scandalizatur ecclesia, & populus Christianus, multa mala in ecclesia Dei proveniunt, & animarum, atque fidei pericula, quæ omoino cessarent per suam cessionam.

27. Item quod ex præmissis idem Petrus dictus Benedictus a Christi fidelibus, & præcipue a majori parte populi Christiani, imo a toto, præter partem Hispaniarum, & alias paucas, reputatur fautor, outritor & defensor schismatis, atque schismaticus invetesatus & hæreticus. Et de hoc est contra eum publica vox & fama.

Cætera suppleant dominorum commissariorum immensæ prudentiæ & discretiones.

Cursor retulit, hodie citasse duos testes ad jurandum ad instantiam Heurici de Piro, Ioannis de Scribanis, & Oliverii Guenet promotorum hodie ad horam tertiam post meridiem.

Die vero Veneris sexta mensis Novembris discretus vir Fredericus Rese sedis apostolicæ cursor retulit in judicio dominis commissariis præfatis Constantiæ io palatio episcopali pro audientia hujusmodi causæ specialiter deputato hora tertia post meridiem ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, & nobis ootariis præsentis causæ, atque scribis præfatis se, de ipsorum dominorum commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradictorum magistrorum Henrici de Piro, Oliverii Guenet & Ioannis de Scribanis promotorum & procuratorum instantiam hodie mane peremptorie citasse reverendissimos in Christo patres & dominos, dominos Ioannem episcopum Ostiensem, & vicecancellarium, Ioannem patriarcham Antiochenum, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super articulis pro summaria informatione superius datis ad horam tertiam prædictam præsentis diei, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis commissariis dixit se superius habuisse, & recepisse specialiter in mandatis. Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis commissariis præfatis, adhuc prout ibi supra ad jura reddendum in loco suo solito pro tribunali sedenti & deputato, ac electo, magister Ioannes de Scribanis unus de procuratoribus prædictis nomine procuratorio, quo supra, & supradictos testes præsentes, & comparentes ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibeodo testimonium in hujusmodi causa veritati super positionibus & articulis in hujusmodi causa pro summaria informatione datis exhibuit & produxit, quos recipi, & ad jurandum admitti per dominos commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini commissarii præfati sæpefatos testes præsentes, & comparentes ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati super articulis prædictis admittandos duxerunt & admiserunt: Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum dominorum commissariorum, tactis per eos pectoralibus propriis suis ad sancta Dei euangelia jurarunt, & quilibet eorum juravit, se velle dicere, & deponese puram, meram, & omnimodam quam sciverint, & quilibet eorum sciverit veritatem, prece, pretio, ira, odio, amore, favore, & omni mala machinatione in præmissis postpositis penitus & semotis.

Die vero Sabbati septima supradicti mensis Novembris sederunt dominis commissariis præfatis Constantiæ in palatio episcopali pro exercenda eorum jurisdictione specialiter electo ad jura reddendum in loco suo solito pro tribunali sedentibus, & nobis notariis præsentis causæ, atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruerunt, facto, & ad supradictorum magistrorum Ioaonis de Scribanis, Henrici de Piro, & Oliverii Guenet procuratorum instantiam hodie mane discretus vir Ioannes Suepper reverendissimos reverendosque in Christo patres, & dominos Franciscum Venetiarum, Antonium de Chalanco, Petrum Cameracensem S. R. E. cardioales,

nales, Ioannem Vaurensem, & Vitalem Tholonensem episcopos, Stephanum vero Ruffi, Iacobum * Adurnsem, Franciscum Aterinum, Blasium Chesinum, Petrum Olorensem, & Simonem Tragutensem episcopos, ac venerabiles viros Matthæum Rodyer in sacra pagina, Ioannem de Opilis decretorum doctores, Gerardus autem Sanageri sedis apostolicæ cursor fratrem Lucam generalem ordinis sanctæ Brigittæ, Michaelem de Pisis literarum apostolicarum scriptorem, Hugonem Habeoich, Spetantem-in-Deo jurisperitum, Guillelmum abbatem de Fuxo, Petrum Canthonientem vicedominum Rhemensem, Nicolaum de VVolania cameræ apostolicæ clericum, Galterum Garsii priorem conventus Rhodi ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, Lambertum de Stiphe priorem prioratus de Praretia Leodiensem, Guidonem de Besto magistrum capellæ canonicum Rothomagensem, Ioannem de Bosto bacallarium in decretis, Ioannem de Prato, Ioannem Ferdinandi, Raymundum de Seylltrea militem de Cathalonia, Bertrandum Cartarii utriusque juris, Ioannem de Fabrica legum doctores, Ludovicum de Maximis licentiatum in decretis, & Conradum de Susata sacræ Theologiæ professorem perenniter citasse ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati super articulis supradictis ad horam tertiam præsentem, prout, & quemadmodum iidem cursores, & eorum quilibet habuerunt & habuit, ut asseruerunt, ab eisdem dominis commissariis in mandatis.

* f. Adriensem aut Adurésem

Post quam quidem cursorum recusationem, & relationes (ut præfertur) factas, comparuit in judicio coram dominis judicibus, & commissariis prædictis, adhuc prout ubi supra ad jura reddendum in loco solito pro tribunali sedentibus magister Ioannes de Scribanis procurator prædictus nomine procuratorio, quo supra, & supradictos testes præsentes & comparentes, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hac causa super articulis præfatis exhibuit & produxit, quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari & examinari per dominos commissarios prælatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini commissarii præfati dictos testes præsentes, & comparentes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hac causa super articulis prædictis admiserunt; Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum dominorum commissariorum, ipsi prælati tactis pectoralibus propriis, & non prælati sacrosanctis euangeliis juraverunt, & quilibet juravit, se velle dicere, & deponere puram, meram & omnimodam, quam sciverint, & quilibet eorum sciverit, veritatem, prece, pretio, ira, odio, amore, timore, rancore, ac omni mala machinatione in præmissis postpositis penitus, & semotis.

Fuit sessio, ut moris est, cum missa, & orationibus celebrata.

Die Sabbati vigesima octava supradicti mensis Novembris hora octava post mediam noctem Constantiæ in ecclesia majori, &c. ut supra in sessione * xxiv, &c. Et post citationem decretam, quæ etiam habetur in impresso, sequitur.

* Vide p. 101. C.

Qua quidem citatione sic lecta & audita, reverendus pater dominus Antonius Concordiensis, Alanus Leonensis episcopi, Guillelmus de sancta Maria decretorum doctor, Patricius Cortagensis, & Nicolaus Merseburgensis episcopi nomine nationum hujus sanctæ synodi, ac Ioannes episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ ecclesiæ episcopus cardinalis, & vicecancellarius nomine sacri collegii dominorum car-

A dinalium, responderunt, & quilibet eorum respondit, Placet.

Super quibus omnibus & singulis superius scriptis, & in præsenti sessione habitis, tactis, lectis & publicatis, magister Ioannes de Scribanis, & Henricus de Piro procuratores & promotores prædicti, nomine quo supra a reverendis patribus dominis protonotariis, necnon notariis & scribis hujus sacræ synodi prædictæ sibi fieri petierunt unum, vel plura, ac tot, quot fuerint necessaria publica instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis S. R. E. cardinalibus, ac illustri principe domino Ludovico Bavariæ duce & comite palatino Rheni dictæ sanctæ synodi in absentia illustrissimi principis domini Sigismundi Romanorum

B regis gubernatore, necnon nonnullorum regum, principum, prælatorum, universitatum studiorum, communitatum, capitulorum, conventuum, & aliorum absentium nunciis, procuratoribus & ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Subsequenter statim & incontinenti dicta sessione sic peracta honorabilis vir magister Michael Bolosonis prædictæ sanctæ synodi notarius & sessionarius de mandato ipsius synodi prædictam citationem ad se recipiens, eamque una cum nobis notariis & scribis præsentis causæ prædictis, ad audientiam publicam literarum contradictoriarum, videlicet ad ecclesiam sancti Stephani Constantiensis, ubi dicta au-

C dientia solet, & solita est teneri, & tunc tenebatur, ibidem pro tribunali sedente reverendo in Christo patre & domino, D. Iacobo de Camplo ipsius audientiæ auditore, honorabili viro Ambrosio Fidell ejusdem audientiæ lectori legendam tradidit & præsentavit. Qui quidem magister Ambrosius lector post quarumdam aliarum literarum de justitia lecturam ibidem factam, ipse citationem alta, & intelligibili voce legens, ut moris est, ipsam discretis viris magistris Frederico de Atnhen & Gilezero Boventen ..... dictæ audientiæ notariis ulteriori executioni tradidit, ut fieri solitum est, demandandam. Super quibus omnibus & singulis sic factis idem magister * Michael Bolozonis sessionarius a nobis nota-

D riis præsentis causæ, & scribis præfatis sibi nomine dictæ sanctæ synodi unum, vel plura, publicum & publica fieri petiit instrumenta. Præsentibus ibidem providis viris magistris Nicolao VVurd, Henrico Hutnatel, Conrado Balduini, Everhardo Bidenelt, Ioanne Scalle, & Hermanno Boten dictæ audientiæ procuratoribus, aliisque procuratoribus ejusdem audientiæ quampluribus testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Fuit sessio celebrata cum missa, & aliis solemnitatibus, ut moris est.

Anno a nativitate domini 1417. indictione decima, die vero * Lunæ octava mensis Martii hora octava post mediam noctem Constantiæ in loco sessionis

* Vide supra pag. 212. E.

E solitæ sessio generalis dictæ sanctæ synodi facta, tenta fuit & solemniter, ut moris est, celebrata. In qua quidem sessione reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Aquensis missam de sancto Spiritu celebravit. Qua missa finita reverendissimi, reverendique patres domini S. R. E. cardinales, archiepiscopi, episcopi, cæterique ad quos pertinuit, & præsentes mitras capitibus imponendo, cappas pluviales more solito induerunt, reverendissimusque pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis & vicecancellarius hujusmodi sessioni præsedit; consequenter orationibus, & aliis solemnitatibus consuetis factis, litania, & euangelio isto, scilicet; In illo tempore.

tempore. Dixit Iesus Simoni Petro, Si peccaverit in te frater tuus, *&c.* & eum collectis & attinentiis devote lectis & peractis, reverendus in Christo pater & dominus, dominus Stephanus episcopus Dolensis ambonem publicationis decretorum & negotiorum hujus sanctæ synodi sæpefatum ascendens, quandam deputationem procuratorum & promotorum, ac notariorum hujus processus, sive causæ contra Petrum de Luna fiendæ, de mandato ipsius sanctæ synodi sibi super hoc facto, publica, alta, & intelligibili voce de verbo ad verbum perlegit & publicavit in hunc qui sequitur modum.

Sacrosancta Constantiensis synodus, *&c.* habetur in impresso. *Vide supra pag.* 213. *A.*

Deinde venerabilis vir dominus Ardecinus de Novaria advocatus, *&c.* quandam citationis bullam, *&c.* una cum instrumento executionis ejusdem, *&c.* repræsentavit & produxit.

Citatio reproducta per Ardecinum advocatum.

Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis universis, & singulis venerabilibus fratribus patriarchis, *&c.* ut supra in alia * sessione, & etiam habetur impressa. *Vide pag.* 201. *C.* * xxxv.

Instrumentum executionis lectum & productum.

In nomine domini. Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo sexto decimo, indictione nona, die vero vigesima octava mensis Novembris, apostolica sede vacante, hora ad hoc specialiter deputata in nostrorum notariorum publicorum, testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, præsentia, venerabilis vir magister Michael Bolosonis sacrosanctæ generalis synodi Constantiensis sessionarius, habens & tenens in manibus suis quasdam literas citatorias vera bulla plumbea ipsius sanctæ synodi in cordula canabis more Romanæ curiæ impendente bullatas, sanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes contra & adversus dominum Benedictum papam XIII. in sua obedientia nuncupatum a dicta sancta synodo emissas reverendo patri & domino, domino Iacobo electo Pennen auditori audientiæ publicæ literarum contradictarum locum tenenti ex parte dictæ sanctæ synodi ad legendum, publicandum, exequendum in audientia publica literarum contradictarum antedicta tradidit, atque præsentavit. Quarum quidem literarum citatoriarum tenor sic incipit: Sacrosancta & generalis synodus, *&c.* & sic finit: Datum Constantiæ IV. Kal. Decembris, anno a nativitate domini 1416. in nostra publica sessione. Quas quidem literas citatorias idem dominus Iacobus electus, & locumtenens de manibus ipsius Michaelis Bolosonis sessionarii cum ea, qua decuit, reverentia recepit; easque incontinenti in ecclesia sancti Stephani Constantiensi, in qua audientia literarum contradictarum prædicta teneri solet, & pro nunc tenebatur, honorabili viro magistro Ambrosio Fideli literarum apostolicarum scriptori, & pro tunc dictæ audientiæ publicæ literarum contradictarum lectori ad legendum, publicandum, & executioni debitæ demandandum tradidit, atque dedit.

Qui quidem magister Ambrosius lector mox dictas literas citatorias, alta & intelligibili voce de verbo ad verbum legit & publicavit. De quibus lectura & publicatione venerabiles viri magister Ioannes de Scribanis & Henricus de Piro, promotores & procuratores causarum negotiorum dictæ sanctæ synodi sibi per nos notarios publicos infrascriptos unum vel plura, publicum seu publica fieri petierunt instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem discretis viris magistris Ioanne Trich, Gerardo de Verdena, Petro Ortemberg, Nicolao VVyrut, Henrico Hengel, Conrado Balduini, & Ioanne Carpentarii in Romana curia, & in dicta audientia contradictarum procuratoribus, & quampluribus aliis testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Paulo post hora undecima dictæ diei, vel quasi, Nos Rodericus & Gileferus notarii infrascripti dictas literas citatorias ad valvas dictæ ecclesiæ sancti Stephani pro audientia causarum apostolicarum specialiter deputatas affiximus, & ibidem per spatium unius horæ dimisimus extensas rogati & requisiti per dictos magistros Ioannem de Scribanis, & Henricum de Piro promotores & procuratores nomine quo supra, ut de hujusmodi affixione unum vel plura, publicum seu publica conficeremus instrumentum vel instrumenta. Præsentibus ibidem discretis viris Ioanne Guiardi literarum apostolicarum scriptore, & dictæ synodi notario, Henrico Huvale, Colino Robini, Ioanne Siquel, Henrico V[illegible]lkini, Nicolao Tysonis, & Petro Raii in supradicta audientia contradictarum procuratoribus testibus ad promissa vocatis specialiter, & rogatis.

Deinde vero hora duodecima ejusdem diei, vel quasi, Nos Fredericus & Gileferus notarii infrascripti prædictas literas citatorias de prædictis valvis removimus, & statim postea valvis, seu portis ecclesiæ cathedralis Constantiensis affiximus; & extensas etiam ibidem dimisimus. Et deinde hora vesperarum, vel quasi, ejusdem diei de proxime dictis valvis removimus, & nobiscum portavimus; Et rogati & requisiti a dictis magistris Ioanne de Scribanis & Henrico de Piro promotoribus & procuratoribus, ut de hujusmodi remotione & affixione unum vel plura, publicum seu publica conficeremus instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem honorabilibus, & discretis viris magistro Ludolpho Robring cameræ apostolicæ, Ioanne de Axel sacri palatii apostolici causarum notariis, Cosmo Laverii, & Iacobo Stenberg clericis Virdunensis & Caminensis diœcesis, Frederico Rese, Nicobaldo Ioannis; & Francisco de Mediolano sedis apostolicæ cursoribus, & pluribus testibus aliis fide dignis ad promissa vocatis specialiter, & rogatis.

Subscriptio primi notarii.

Ego Fredericus de Arhnen clericus Coloniensis diœcesis publicus apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, ac dictæ audientiæ publicæ literarum contradictarum scriba, quia prædictis lecturæ & publicationi, affixionibus & remotionibus una cum prænominatis testibus præsens interfui. Ideo hoc præsens publicum instrumentum manu aliena fideliter scriptum in hanc publicam formam redactum, & manu propria una cum notario infrascripto me subscribens, signoque & nomine meis solitis, & consuetis signavi rogatus & requisitus in fidem, & testimonium omnium præmissorum.

Subscriptio secundi notarii.

Ego Giselerus de Boventen clericus Moguntinæ diœcesis publicus apostolica, & imperiali auctoritatibus notarius, dictæque audientiæ contradictarum ac sacrosanctæ & generalis synodi Constantiensis pro natione Germanica scriba specialiter deputatus, quia prædictarum literarum contradictarum, lecturæ &

& publicationi, affixionibus & remotionibus, una cum supradictis magistro Frederico notario requisito, & testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi. Idcirco hoc præsens publicum instrumentum per alium fidelem scriptum exinde confectum una cum eodem notario manu propria subscripsi, signoque & nomine meis solitis & consuetis in fidem, & testimonium præmissorum rogatus, & requisitus roboravi, &c.

Quibus quidem citationis bulla, & ejus executionis instrumento sic, ut præfertur, oblatis, dominus Ardecinus advocatus prædictus adhuc in ambone publicationis existens, asserens signa, & manus notariorum instrumento supradicto apposita esse illorum, quorum esse dicuntur, domini Petri de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupati non comparentis, neque hujusmodi termino satisfacere curantis contumaciam accusavit. Necnon eundem Petrum alta voce ad valvas dictæ ecclesiæ majoris Constantiensis per duos reverendissimos patres S. R. E. diaconos cardinales ultimos, scilicet Lucidum de Comitibus, Franciscum dictum Florentinum, ac duos reverendissimos patres dominos episcopos videlicet Vltrensem & Merseburgensem, duosque protonotarios, una cum notariis, & hujusmodi causæ scribis, ac cursore uno præcone juxta mores antiquos vocari instanter requisivit. Super qua requisitione per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Ioannem Ostiensem S. R. E. cardinalem & vicecancellarium nomine hujus totius sanctæ synodi per verbum, Placet, fuit responsum.

Subsequenter reverendissimi, reverendique patres & domini, domini cardinales S. R. E. ac episcopi deputati prædicti, necnon Iacobus Rodini, & Thomas Polten sedis apostolicæ protonotarii, Gumbertus Fabri, Giselerus Boneren..... Cynus de Lombardis, Ioannes Azer, Bartholomæus de Ernastis, Ioannes Guiardi, Vincentius de Rivo, Guillelmus de Parcellis, Antonius de Casadanalis dictæ sanctæ synodi, & hujus causæ notarii & scribæ una cum discreto viro Francisco de Mediolano sedis apostolicæ cursore, & præcone, locum sessionis exeuntes ad valvas principales hujus majoris ecclesiæ Constantiensis iverunt & accesserunt; ubi Franciscus de Mediolano cursor, & præco præfatus, alta & intelligibili voce trina voce proclamavit, & dixit hæc verba, vel saltem eis similia in effectu: Est hic dominus Benedictus XIII. sic in sua obedientia nuncupatus, aut aliquis pro eo, qui velit comparere coram hoc sacro concilio in causa schismatis & hæresis contra eum mota? Super qua vocatione trina, ut dicitur, facta, præfati domini Ardecinus advocatus, Ioannes de Scribanis, & Henricus de Piro promotores & procuratores nomine quo supra, a nobis hujusmodi causæ notariis & scribis prædictis petiecunt ad futuram rei memoriam unum vel plura, publicum & publica confici instrumenta. Præsentibus ibidem venerabilibus & honestis viris dominis Petro de Lamburga decretorum doctore, Raphaele de Bessis, ac Ioanne Cordusern litterarum apostolicarum scriptoribus testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Deinde dominis cardinalibus, episcopis, protonotariis & notariis, aliisque prædictis ad sua redeuntibus, reverendissimus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus retulit huic sanctæ synodo præfatum dominum Petrum de Luna per cursorem & præconem trina vice alta voce, ut præmittitur, fora vocatum, sed nec ipse, nec alius pro eo ibidem comparuit, nec respondit. Super quibus vocationibus, & relatione prælibatus dominus Ardecinus advocatus a protonotariis & notariis hujus sanctæ synodi fieri petiit unum vel plura, publicum seu publica instrumenta. Insuper omnia & singula præmissa per præsentes causæ notarios, atque scribas prædictos apud acta hujus causæ & præfatæ synodi scribi & registrari; necnon dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum contumacem reputari per sanctam synodum præfatam instanter requisivit. Quibus sic factis reverendissimus pater dominus episcopus Dolensis ambonem publicationis sæpefatum ascendens, de mandato sanctæ synodi sibi super hoc expresse facto, quamdam schedulam papyri publice alta & intelligibili voce de verbo ad verbum perlegit, cujus tenor sequitur, & est talis.

Hæc sacrosancta synodus, &c.

Die Mercurii decima supradicti mensis Martii, hora octava post mediam noctem in ecclesia majori Constantiensi, in loco sessionis ad hoc deputato fuit generalis sacrosanctæ synodi Constantiensis prædictæ sessio solenniter celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendus pater dominus Cephaludensis missam de sancto Spiritu devote celebravit. Qua decantata, reverendissimi patres & domini sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, &c. mitras capitibus imponentes, reverendissimus in Christo pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, &c. hujusmodi sessioni præsedit. Deinde ante, & in principio officii devotione solita, serenissimus princeps & dominus, dominus Sigismundus Romanorum, &c. rex multis sibi astantibus principibus, & secum introeuntibus, deinde locum sessionis solitum intravit. Subsequenter solemnitatibus, orationibus, litania & euangelio isto, scilicet, In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Quomodo oportet semper orare, ut non deficiant, &c. devote factis, lectis & peractis; Venerabiles ac magnæ prudentiæ & scientiæ viri domini Lambertus de Stipite, Bernardus de Plancha decretorum doctores, Eynuncius de Archis, Iacobus de Sartorainis, ad exequendum citatorium per ipsam sanctam synodum contra Petrum de Luna decretum per idem sacrum concilium oratores, & nuncii destinati jam reversi ambonem publicationis solitum prædictum ascenderunt, dominus Bernardus de Plancha prædictus de consensu suorum cooratorum, assumpto sibi themate isto: Et nunc reges intelligite, erudimini qui judicatis terram, &c. multum gratam & fructuosam fecit propositionem. Qua facta, fecit relationem, quomodo citatorium contra Petrum de Luna exequendum a dicta synodo receperant, iterque arripuerant; & quomodo ipsi cum favore, & auxilio illustrissimi principis domini Alphonsi Aragonum regis idem citatorium executi extiterant; demumque Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum in propria persona apprehenderant & citaverant juxta formam & tenorem citatorii superius decreti, ab ipsoque Petro de Luna responsum petierant. Quod ipse dominus Petrus responderat eis; prout hæc, & alia in quibusdam publicis instrumentis, tunc ibidem factis, & in scriptis per eumdem dominum Bernardum productis & exhibitis, ac de verbo ad verbum perlectis plenius continetur. Quorum quidem executionis & responsionis publicorum instrumentorum tenor sequitur, & est talis.

Instru-

Instrumentum responsionis per Petrum de Luna facta, producta, & lecta.

In nomine domini. Amen. Voiversir & singulis publicum instiumentum visuris & audituris pateat evidenter; quod anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, die vero vigesimaprima mensis Ianuarii bora teniarum, vel quasi, in præsentia mei Raymundi Bajuli serenissimi domini Aragooum, & Siciliæ regis secretarii, regiaque auctoriiate notarii publici per toiam terram, & ditionem ejusdem, ac etiam testium subscriptorum ante præsentiam sanctissimi & reverendissimi in Christo patris & domini, domini Benedicti divina providentia papæ XIII. in quadam aula castri Paniscolæ Dertusensis diœcesis, in ipsius apostolica sede more summi pontificis audientiam publicam præbentis, sedentis, & personaliier existentis, ubi etiam erant præsentes eum eo reverendissimi patres & domini, domini Carolus, &c. sancti Georgii ad velum aureum, Alphonsus sancti Eustachii, & Petrus, &c. sancti Angeli miseratione divina sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi cardinales, necnon reverendi patres & domini Guigo Flandini protonotarius, Guilielmus Vasionensis, Didacus Carthaginensis, Rodericus Giennensis episcopi, Petrus Camoll...... subdiaconus, Franciscur Rovire secretarius dicti sanctissimi domini Benedicti, frater Petrus de Podiolo monachus, Franciscus de Randa donatus monasterii Portecili ordinis Carthusiensir, frater Rodericus de Luna commendator Montissoni ordinis hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, Exemonus Dale auditor, Iordeus Garsia, Iulianus de Loba clericus cameræ apostolicæ, Simun Salvatoris decretorum doctor familiares dicti sanctissimi domini Benedicti, & plures alii in multitudine copiosa constituti personaliter, multum honesti religiosi, ac magnæ circumspectionis viri domini Lambertus de Stipite prior conventualis de Bretreya ordinis Cluniacensis Leodiensis diœcesis, ac Bernardus de Plancheia sacrista sanctæ Crucis Burdegalensis ordinis sancti Benedicti, decretorum doctores, jam dictus dominus Lambertus, præmissis nonnullis verbis Latinis alta, & intelligibili voce per eum prolatis continentibus in effectu, quod de mandato sacrosanctæ synodi Constantiensis venerat cum dicto venerabili viro domino Bernardo ad præsentiam dicti sanctissimi domini Benedicti ad faciendum & exequendum ea, quæ inferius continentur; & legit publice, & alta voce, taliter quod ad auditum dicti sanctissimi domini Benedicti, & omnium in aula prædicta existentium poterat, sive potuit verisimiliter pervenire, quasdam literas pergamenas quadam bulla plumbea in cordulis canabis impendentibus munitas in una parte, cujus quidem bullæ demonstrabantur figuræ capitum beatorum Petri & Pauli; in parte vero altera duæ claves. Quarum quidem literarum tenor sequitur io hunc modum.

Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis universis & singulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, &c. salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Clamat sancta fidelium mater ecclesia sponsa Christi. Clamat Christiani populi multitudo. Clamaverunt etiam multis annis ad dominum, cum per hoc vigens infaustum pestiferumque schisma, &c. *ut supra p.* 201. *C.*

Legit nihilominus idem dominus Lambertus, & publicavit incontinenti post lectionem & publicationem, præfatarum literarum quamdam papyri schedulam scriptam tenoris sequentis. Et idcirco ego Lambertus de Stipite prior conventualis de Bretreya ordinis Cluniacensis Leodiensis diœcesis decretorum doctor, mandatis ipsius sacrosanctæ synodi obedire volens, Vos dominum Benedictum papam XIII. sic in obedientia vestra nuncupatum, post lectam coram vobis præsentem citationem alta, & intelligibili voce publice, cito peremptorie, ac uno edicto peremptorio pro omnibus ad comparendum personaliter in ecclesia cathedrali Constantiensi in loco sessionis ipsius sacræ synodi, ad diem videlicet septuagesimam a die citationis, præsentis quam nunc facio, quem terminum vobis pro primo, secundo, & tertio peremptorio termino assignamus, ad videndum & audiendum super præmissis omnibus & singulis, & maxime super crimine schismatis & hæresis prædictorum, tanquam super notoriis, aut alias procedi per eandem sacrosanctam synodum ad omnes & singulos actus, & articulos judicii, seu causæ hujusmodi, usque ad diffinitivam sententiam inclusive, ipsamque sententiam proferri videndum & audiendum, prout juris fuerit, & prout utilitati prædictæ universalis ecclesiæ visum fuerit expedire, intimando vobis & publice, prout etiam per easdem literas intimatur, quod sive veneritis, sive non, per eandem sacrosanctam synodum vestra absentia, divina repleta præsentia contra vos super omnibus, & singulis præmissis usque ad sententiam diffinitivam inclusive procedetur, prout ad utilitatem ipsius universalis ecclesiæ, mediante justitia, videbitur faciendum; & hæc in supradicta nunc vobis lecta citatione latius continentur.

Et insuper requiro & rogo omnes & singulos protonotarios, notarios & tabelliones hic astantes, quatenus de prædictis omnibus & singulis conficiant unum vel plura, & tot, quot fuerint opportuna, instrumentum vel instrumenta, conjunctim vel divisim.

Quibus quidem literis, & schedula per prædictum Lambertum sic (ut præfertur) lectis & publicatis, immediate dictus dominus Bernardus de Planca incepit legere quasdam alias literas pergamenas simili bulla plumbea designatis superius impendentibus munitas, similes omnino literis præinsertis, & ejusdem seriei atque tenoris. Et cum sanctissimus dominus Benedictus audiret, & certificatus fuisset, quod dictæ literæ, quas dictus dominus Bernardus legere inceperat, erant similes literis, quas legerat dictus dominus Lambertus præinsertis, ac unius ejusdemque seriei, atque tenoris, dixit, quod habebat eas pro lectis, & propterea dictus Bernardus dimissa lectura dictarum literarum, quas legere inceperat (ut præfertur) processit ad legendum, & de facto legit, & publicavit alta, & intelligibili voce quandam papyri schedulam scriptam hujusmodi seriei.

Et idcirco ego Bernardus de Planca sacrista sanctæ Crucis Burdegalensis ordinis sancti Benedicti decretorum doctor, mandatis ipsius sacrosanctæ synodi obedire volens, Vos dominum Benedictum papam XIII. sic in vestra obedientia nuncupatum prius lecta coram vobis præsenti citatione alta, & intelligibili voce publice, cito peremptorie, ac uno edicto peremptorio pro omnibus ad comparendum personaliter in ecclesia cathedrali Constantiensi in loco sessionis ipsius sacrosanctæ synodi, ad diem videlicet septuagesimam a die citationis præsentis, quam nunc facio, quem terminum pro primo, secundo,

 & tertio,

& tertio peremptoriis terminis assigno ad videndum & audiendum super præmissis omnibus & singulis, & maxime super crimine schismatis & hæresis prædictorum, tanquam super notoriis, aut alias procedi per eamdem sacrosanctam synodum, & omnes actus, & singulos articulos judicii, seu causæ hujusmodi usque ad diffinitivam sententiam inclusive, ipsamque sententiam proferri videndom & audiendum prout juris fuerit, & prout utilitati prædictæ oniversalis ecclesiæ visum fuerit expedire, intimando vobis, & publice, prout etiam per easdem litteras intimatur, quod sive veneritis, sive noo per eamdem sacrosanctam synodum vestra absentia divina repleta præsentia contra vos super omnibus, & singulis præmissis per eandem sacrosanctam synodum usque ad sententiam diffinitivam inclusive procedetur, prout ad utilitatem ipsius universalis ecclesiæ mediante justitia videbitur faciendum, & hæc in supradicta nunc lecta vobis citatione latius continentur.

Et insuper reqniro, & rogo vos omnes, & singulos protonotarios, notarios & tabelliones hic astantes, quatenus de prædictis omnibus & singulis conficiatis unum, vel plura, publicum seu publica, & tot, quot fuerint opportuna, instrumentum, & instrumenta, conjunctim, vel divisim.

Legit insuper confestim post præmissa dictus dominus Bernardus quandam aliam papyri schedulam scriptam tenoris sequentis.

Mole reverent pare. Insta cansa eo que los qui son appellate per testimonio fieri certificate del fayt, sobre lo qual han testificat con aci hara cavellesi, que ventura non intende so latine los quales so dever prove per testimonio majorment con si an aci tremos per le mot clar seiner rey d' Aragon de trestrestime, & una sancta, & mole ante columna de la union de sancto mayre yglesia al qual san referri nostre esequntion pere en lenga matcrnal à lor intelligible entende & retournar vi a execntione Io. Barnari de la Plana secretari de sante Cret de Bordeuvvel ordre de sant Venesit doctor en decret per virtut de la bulla present nel sant concily general de Constança vot moi reverens pares nostre sant pare Benesit papa XIII. appellat en vostra obediença citi & peremptoriament, & una citation peremptoria per totas autras citacions que vens compariscaet personalment en la yglesia catedral de Constança en lo loch de la session del sant concily à sottanta jorn de quest jorn present, lo qual torme pour lo primo, segont, tere termo perempstori vot assihus sobre les causes contegnudes en la dicta bulla, & majormeut sobra lo crims de lo schisma, & de heregia, & a veser, & ausir procedere atsi come sobre lo notori, & plus a veser & ausir proceder à toutes, & singlos actes, & articulos del juciament encrey à la sentencia diffinitiva, & veser, & ausir denar la dixa sentencia sego quo serà vist fa sedor de droyt, & à utilitat de la yglesia universal, denuncia à vobis sobre dit mont reverent patre, que si vos avess, & coristantet, & neyanaet non contrastant vostra absentia sarà precedit contra vos per lo sant concily sobre las causat totas de suo dixas, & a donar sentença difinitiva assy cansa sarà util à la universal yglesia meransan justitia, & de toutes a questas causas, & castume de lor vos protonotarios, notarios assy putens, & quasenn de vons requiri fara un, & dos instrumens, ò tant como sera necessario, & contra aultres personas de qualque dignitat, ò condicion que fian requiri per testimons tant como seran necessairi.

Quibus omnibus sic, ut præfertur per ordinem subsecutis dictus sanctissimus dominus, dominus Benedictus verbo in effectu, dixit qnod requirebat protonotarios, notarios quoscumque, quud instrumentum requisitum fieri de præmissis non clauderent absque ejus responsione quam infra paucos dies facere intendebat in scriptis.

Et tamen verum, quod dictus sanctissimus dominus Benedictus, cum literæ & schedulæ præinsertæ legebantur per prænominatos dominos Lambertum & Bernardum, & eranc in illis partibus, ubi fit mentio de crimine schismatis & hæresis, dicebat, non est verum.

Dixit etiam alia plura verba idem sanctissimus dominus Benedictus, quæ cum per me dictum & infrascriptum notarium retineri commode nequivissent, & idem sanctissimus dominus Benedictus in scriptis dare obtulisset, hic inseri obmittuntur.

Dicti autem domini Lambertus de Stipite, & Bernardus de Planca dixerunt verbo in effectu, quod in requisitione facta per jam dictum dominum Benedictum non consentiebant, imo dissentiebant eidem expresse, præsertim cum verba prædicta, videlicet, infra paucos dies, incertum & indeterminatum designarent. Et dictus sanctissimus dominus Benedictus dixit se in dicta sua requisitione persistere & perseverare, & dicti domini Lambertus & Bernardus dixernnt se omnino dissentire. Et immediate post præmissa, ego jam dictus & infrascriptus notarius petente & requitente dicto sanctissimo domino Benedicto copiam præinsertarum literarum, & schedularum correctam & reprobatam per me cum eorum originalibus eidem sanctissimo domino Benedicto obtuli & tradidi, sive dedi.

De quibus omnibus & singulis jam dicti domini Lambertus & Bernardus petierunt & requisierunt eis, & eorum cuilibet fieri & tradi unum & plura, publicum & publica instrumenta per me jam dictum & infrascriptum. Et præsentibus multum honorabilibus viris dominis Raymundo Calt, & Berengario de Villacons, Raymundo Xatinar, & Ludovico de Pencoibus militibus. Guillelmo Raymundo Calt, & Berengario de Villacons domicellis, & Ioanne Lamberti cive Barcinonensi ad hæc pro testibus convocatis, & specialiter assumptis.

Deinde autem die Dominica intitulata vicesimaquarta die dicti mensis Ianuarii anno prædicto 1417. dicto sanctissimo domino Benedicto papa XIII. in quadam camera dicti castri Paniscolæ personaliter existente in ejus præsentia, & testium subscriptorum honorabilis & circumspectus vir dominus Franciscus Romea secretarius dicti sanctissimi domini Benedicti tradidit mihi Raymundo Bajuli secretario & notario prædicto, & infrascripto nomine, & pro parte dicti sanctissimi domini Benedicti, quandam scripturam in diversis foliis papyri contentam, quam esse dixit responsionem dicti sanctissimi domini Benedicti ad præmissa. Quique dein sanctissimus dominus Benedictus interrogatus per me dictum & infrascriptum notarium, si ipse faciebat, aut dabat pro responsione ad præmissa dictam scripturam, dixit quod sic; requirens verbo in pede præmissorum omnium dictam scripturam inseri & continuari, & inde de omnibus sibi fieri & tradi unum & plura, publicum & publica instrumenta. Tenor vero dictæ scripturæ talis est.

Sanctissimus & beatissimus dominus noster papa Benedictus XIII. cuidam prætensæ citationi sibi in castro Paniscolæ Dertusensis diœcesis die vigesima prima mensis Ianuarii anno a nativitate domini

mini MCCCCXVII. pontificatus sui anno vigesimo tertio per discretos viros Lambertum de Stipite priorem prioratus conventualis de Bertreya ordinis Cluniacensis Leodiensis diœcesis & Bernardum de Planca sacristam sanctæ crucis Burdegalensis ordinis sancti Benedicti prætensos, & decretorum doctores asserentes se nuntios congregationis Constantiensis, quam generalem vocant synodum, præsentatæ respondet per modum qui sequitur; Protestando tamen quod per quæcumque, seu qualiacumque facta, vel facienda, dicta seu dicenda sub quacumque forma non intendit dictam congregationem, aut ejus prætensam citationem approbare, nec citationem ipsam quomodolibet exaudire, aut ei quemcumque, seu qualemcumque vigorem tanquam a notario nullam potestatem habente emanatam quoquo modo tribuere seu præstare, imo ipsam, & alia quæcumque facta, seu facienda, ordinata seu ordinanda contra ipsum & Romanam ecclesiam cum sint de facto præsumpta, pro eo pronunciavit & decrevit, & declaravit, pronunciat & decernit & declarat cassa, irrita & nulla ipso jure, & de iis est etiam solemniter protestatus. Et primo cum dicitur in prætensa citatione, quod clamat sancta mater ecclesia, clamatque populi Christiani multitudo, *&c.* Idem dominus noster papa respondet, quod nedum clamat vera, quæ apud ipsum est, sed etiam ingemiscit ecclesia dum a nonnullis capiti assistentia, velut membra præcisa a corpore destituta sub clipea veste multitudinis sacrosanctæ & generalis synodi nomine rapitur, & plurimis turbationum fluctibus agitatur, cum ut a sanctis & apostolis est diffinitum generalis synodus absque auctoritate Romani pontificis non valeat congregari, maxime cum prædictus dominus noster papa a portu Veneris citra convocaverit generale concilium, quod in Perpiniano celebrare incepit. Deinde ad id quod in dicta narratione asseritur, videlicet quod ipse totum schisma tollere potuit & adhuc posset, & quod super ipsum, & in ipso totum pondus dicti schismatis, & facultas illud submovendi consistit, respondet dominus noster papa, quod diligenter attentis viis, & practicis utique rationabilibus, atque justis per ipsum a tempore suæ assumptionis apertis & oblatis ad unionem ecclesiæ consequendam potuisset ipse divina mediante gratia, atque posset dictum schisma tollere, si dictæ viæ, seu practicæ acceptatæ, & non impeditæ fuissent; sed injusta denegatio dictarum viarum & practicarum, & impedimenta sibi præstita ipsum impediverunt, & perturbaverunt dare pacem, & unionem ecclesiæ, & sedare schisma præfatum, prout etiam nunc impedit & perturbat. Quibus consideratis liquidum est videre quod super dictum dominum nostrum & in ipso non consistit totum pondus dicti schismatis, neque illud submovendi facultas. Super eo vero quod dicitur, quod idem dominus noster papa existens cardinalis ante ipsius electionem ad tollendum dictum schisma viam renunciationis mutuæ contendentium de papatu laudaverit, approbaverit, & dixerit esse utiliorem & faciliorem, *&c.* Idem dominus noster papa respondet, quod viam renunciationis ipse nec ante suam electionem, nec post unquam reprobavit, seu refutavit, sed nec eam utiliorem & faciliorem dixit, vel reputavit aliis viis ordinatiis & alias a sanctis patribus in ecclesia practicatis.

Hæc haud dubie corrupta sic habentur in apographo.

Cum autem subjungitur de schedula per eum cum aliis cardinalibus in conclavi jurata, respondet, se juramentum prædictum non violasse, imo potius observasse a principio suæ assumptionis citra offerendo, & pro viribus prosequendo modos, vias, & practicas justos & justas, & rationabiles viam renunciationis etiam includentes, & constat authenticis documentis.

Consequenter ad id quod de requisitione dudum facta ex parte regis Francorum, & etiam Castellæ, & Angliæ ac Bohemiæ serenissimorum regum, ut dicitur, idem dominus noster papa respondet, quod rex Bohemiæ eundem dominum nostrum super prædicta via nullatenus requisivit, imo viam ipsam renunciationis domino nostro papæ, ut constat per suas litteras, & alias dissuasit, cui dissuasioni idem dominus noster nullatenus acquiescens cæteris dominis regibus supradictis, aut aliis quibusvis principibus, sive personis nec viam renunciationis mutuę denegavit, nec ad illam solam aliis omnibus exclusis, sicut ab aliquibus petebatur, simpliciter se astrinxit, sed dum omnes vias rationabiles, & accommodas obtulit prędictam viam renunciationis etiam non exclusit, sed inclusit.

Amplius vero cum dicitur, quod idem dominus noster papa promisit, juravit, & vovit pro unione ecclesię cedere papatui cum eo contendente cedente, mortuo vel ejecto; Respondet, quod ipse nunquam de ista materia vovit aliquid, nec credit, quod postquam in papam fuit assumptus, juraverit. Est tamen verum, quod ad effectum & finem unionis ecclesiæ consequendæ obtulit, seu promisit se renunciaturum papatui, altero cum eo de papatu, ut prædicitur, contendente cedente, mortuo vel ejecto, quę semper servare voluit, & servasset, manentibus terminis sicut fuit concordatum, nisi per longam suæ personæ detentionem in palatio Avenionensi, & per graves innovationes contra prædictæ oblationis, & pactionis concordiam, & optatum finem verę unionis ecclesiæ factas, præcipue in congregatione Pisana, impeditus fuisset. Prędicta etiam asserentes attendant, quod dicta oblatio seu promissio non astringit neque obligat dictum dominum papam ad cedendum papatui, etiamsi alii secum contendentes cessérint aut fuerint dejecti, ubi verisimiliter ex cessione, quæ per ipsum fieret, vera unio non sequeretur ecclesiæ, hunc enim sensum importat & infert sane intelligentibus forma oblationis, seu promissionis prædictę.

Rursus autem ad illud quod subsequitur ex parte principum suæ obedientiæ, & universorum fere fidelium, necnon per dominum Sigismundum, qui se nominat regem Romanorum, qui ad ipsum personaliter accessit, & claræ memoriæ Ferdinandum Aragonum reges, ac nonnullos alios principes, & dominos suæ obedientiæ, legatosque Franciæ, Castellæ, & Angliæ prędictorum, & Caroli Navarræ regum fuerit requisitus de dicta renunciatione facienda, *&c.* & quod eorum precibus condescendere, ut asseritur, noluit, sed a Perpiniano manu armata ad *Concumliberum recedens in castro de Paniscola se seclusit, in quo etiam, ut dicitur, fuit de prœmissa renunciatione facienda iterum, ac tertio requisitus. Idem dominus noster papa respondet, quod in dicto loco Perpiniani, ubi convenerunt dicti reges & principes, idem dominus noster papa zelo unionis ecclesiæ consequendæ ad instantiam dicti domini Sigismundi eidem domino nostro papę, ut aperiret vias & practicas pro habenda dicta unione ecclesiæ requirentis duas vias aperuit, justitię videlicet & cessionis cum suis practicis, prout hęc, & alia in oblationibus satis notoriis inde factis latius continentur. Quę quidem viæ & practicę non indigebant, prout nec indigent longo discursu temporis, non timebant, prout nec timent, infectionis periculum, aut multitudinis, seu congregationis tumultuosę discrimen, neque errorem, seu impressionem potentis principis, seu alterius formidabant, prout nec etiam formidant, &

* Caucoliberum

quæ, seu eorum aliqua, si acceptatæ fuissent, secutus jam foret unionis effectus.

Ambasiatores insuper prædictæ congregationis Constantiensis; & alios per dictum dominum Sigismundum destinatos rogavit, hortatus est, & monuit, & instantius requisivit, quatenus practicas, vel alteram earum acceptarent, vel causas dicerent, vel dubia moverent, cur acceptandæ non essent; nam paratum se exhibebat, & promptum dictis eorum satisfacere, & dubia declarare: Et si aliqua essent in dictis practicis rationabiliter corrigenda, emendanda, addenda, vel mutanda, illa volebat & se offerebat corrigere, emendare, vel mutare, aut quod ipsi aliam viam, seu practicam rationabilem aperirent, quam idem dominus noster papa acceptaturum se obtulit, dum tamen per ipsam pax & unio ecclesiæ sequeretur. Qui quidem prætensi tam nuncii dictæ congregationis, quam missi per dictum dominum Sigismundum nihil de suis, vel dominorum eos mittentium intentionibus seu conceptis super dictis practicis, vel materia unionis ecclesiæ dicere, vel aperire volentes reiteratis sibi pro parte ipsius domini nostri papæ monitionibus, rogationibus, exhortationibus, & requisitionibus antedictis ab ejus præsentia recesserunt.

Ex quibus clare liquet quod idem dominus noster papa in promissis, nec oblatis per eum non defecit, & per consequent inveteratum schisma non nutrit, nec fovet, nec impedimenta præstitit aut præstat, nec procuravit aut procurat contra ecclesiæ unionem, & propterea nec schismaticus, nec hæreticus, ut ipsi asserunt, est censendus. Sed impedimenta unionis, schismatumque ac subschismatum nutrimenta illis debent rationabiliter imputari, qui viam justitię & unitatis, nec alias utiles & accommodas, & in similibus casibus a sanctis patribus practicatas objecerunt, & objiciunt, & viam oblatæ cessionis multipliciter impedierunt, & impediunt non acceptantes dictas practicas, vel alteram earum per eum apertas, nec aliam rationabilem aperientes, per quam, vel per quas poterit Christianitas desiderata pace gaudere.

Subsequenter super recessu Perpiniani, & ad Paniscolæ castrum accessu prætactis idem dominus noster papa respondet, quod cum dictus dominus Sigismundus & alii qui erant ibi pro congregatione Constantiensi de Perpiniano ruptis tractatibus recessissent, videns idem dominus noster papa, quod non poterat ibidem in agendo proficere, & ex certis aliis causis, quas omittit dicere de præsenti, tutius quo valuit, se in ecclesiam Dei posuit in securo, ut melius & liberius quid inde super negotiis ecclesiæ deberet agere, provideret.

Et cum dicitur, ad prædictum castrum Paniscolæ non est tutus accessus; Respondet quod contrarium magistra rerum experientia demonstrat, cum nec per eum, nec per suos steterit, aut stet, quin quicumque volentes pacifice tute possint ad dictum castrum venire. Hi enim qui prætensæ citationis litteras præsentarunt, fuerunt benigne accepti in magna libertate, & securitate patienter auditi, & cum voluerunt, recesserunt libere & secure. Ceterum cum dicatur, quod scandalum tantum est, quod attento ipsius ecclesiæ universalis statu præsenti, nulla ratione potest de congregatione fidelium removeri, nisi prædicto domino papa cedente, mortuo, vel ejecto, etiamsi haberet verum jus in papatu. Respondet idem dominus noster papa, quod licet prædicta careant subsistentia veritatis, nihilominus tamen ipse, ut verus pastor ecclesiæ turbationi compatiens fuit, & est paratus viam renunciationis prosequi, præcedentibus practicis per eum, ut prædicitur, datis, vel earum altera, aut aliqua alia rationabili ad dictam unionem ecclesiæ consequendam.

Item ad id quod asseritur, dominum nostrum esse diffamatum de crimine schismatis, seu fautoriæ ejusdem: Respondet, quod apud bonos, & graves non fuit, nec est de prædictis criminibus diffamatus, licet æmuli, & inimici sui, & ecclesiæ schismatici, vel hæretici, quorum multi per eum reputant se offensos, vel quia eorum excessus repressserit, vel quia suis inordinatis ambitionibus non satisfecit, conati fuerunt, & conantur contra Deum, & veritatem sibi detrahere, & ipsum pro viribus.

Postremo cum in prætensa citatione contineatur, quod convenientes in unum canonice convocati, & repræsentantes ipsam universalem ecclesiam decreverunt, *&c.* Respondet idem papa, quod prædicti congregati in Constantia non sunt generalis synodus, nec universalem ecclesiam repræsentant, cum sint excommunicati, ac omnibus ecclesiasticis dignitatibus, gradibus, auctoritate, & jurisdictione privati, & per consequens nullas partes judicii potuerunt assumere, neque possunt, sicut nec etiam jurisdictionem aliquam exercere; præcipue cum minor in majorem, & maxime in papam, quem nec juris auctoritas, nec rationis debitum, nec alicujus obligationis necessitas ad hoc arctant, actum imperiosum exercere non possit, quod bene claruit Theoderici regis temporibus, dum patres a principe pro concilio convocati eidem catholice suggesserunt, papam, & non alium, etiam cum de sua causa agitur, etsi accusaretur de hæresi, debere synodum convocare. Et in sacro Calchedonensi concilio dum in condemnatione Dioscori patriarchæ Alexandrini propter hoc, quod papam judicare præsumpserat, prioris sceleris maculas, videlicet fautoriam hæresis iniquitatem Dioscorus ipse dicitur transcendisse. Insuper constat manifeste, quod actu pręsidentes in dicta congregatione sunt suspecti eidem domino nostro papæ; plures enim ipsorum fuerunt, & sunt in schismate, felicis recordationis domini Clementis VII. ejus prædecessoris, ac sui in Dei ecclesia adversarii, obedientes intrusis, & multi alii se ab ejus obedientia subtrahentes ipsum in Avenione in suo palatio obsessum, & captum diutius tenuerunt; & deinde adversus eum, & prædictam ecclesiam conspirantes in congregatione Pisana enormiter excesserunt, quorum plures hodie existunt prædictæ congregationis Constantiensis principales. Et posito quod pro unione matris ecclesiæ vel alias idem dominus noster papa deberet in loco aliquo convenire, notum est quod in civitate Constantiensi, quæ est sub dominio, & potentia domini Sigismundi dicti domino nostro papæ ex notoriis causis suspecti, non posset stare secure, nec ad ipsam tute accedere, cum ad eam non valeret, nisi per terras & loca principum alterius partis, vel ab ejusdem domini nostri papę obedientia subtractarum accessus haberi, nec in tam brevi termino, grandi distantia civitatis Constantiensis prędictæ, statu ipsius domini nostri papæ ac personę magna antiquitate pensatis.

Demum quia dicta Constantiensis congregatio nititur, quantum in se est, licet falso, eidem domino nostro papę crimina schismatis, & hęresis imponere, ac ipsum de fautoria schismatis & hęresis diffamare, cujus contrarium in veritate consistit; quod utique faciunt, ut ex iis factis occasionibus contra eum in Romanam ecclesiam insurgant; ipse vero, qui sub illius nomine præsidet ecclesiæ, cujus fides nullam unquam hæresim fovit, contra prædictorum morsus venenatos seipsum in Romanam ecclesiam numerando dixit, & etiam profitetur, quod in veritate

fidei,

fidei, & veritate ecclesiæ catholicæ semper fuit, & est, semperque se fuisse & permansisse firmiter credit, nec ab aliis unquam modo aliquo deviavit, sicut nec deviare intendit; nec favorem schismati, & hæresi aliquo modo dedit, sicut nec dare intendit; imo semper tenuit, & tenet, firmiterque credidit & credit quod sancta Romana ecclesia catholica tennit, & tenet, profitetur & docet, nec aliud quod a prædictis deviet, dicere, facere, sceibere, docere, tenere, seu credere intendit in posterum gratia divina eidem assistente; nihilque pertinaciter, seu incorrigibiliter dixisse, seu dicere voluit, nec intendit, sed omnia præterita, præsentia & futura quæcumque dicta, & dicenda, facta & fienda, scripta & scribenda, credita, & credenda, ducta & docenda subjicit, & subjecta esse voluit correctioni, & determinationi catholicæ ecclesiæ sanctæ. Et si contra præmissa, vel aliquid præmissoruur dixerit, scripserit quovis modo, quod non credit, paratus est semper stare correctioni dictæ sanctæ matris ecclesiæ, in cujus unitate vivere intendit, atque mori, sicut catholicus & fidelis, & facere, & complere ea, ad quæ adstringitur in præmissis & qunlibet præmissorum.

Cumque dominus noster papa obtulerit, & nunc etiam se offerat vias, & practicas inserendas inferius, per quas exstirpato schismate radicitus, vera, perfecta & indubitata unio in Dei ecclesia breviter sequi poterat, atque potest; sic per eum non steterit, nec stat, nec stabit, duce domino, quin Christianitas veræ pacis, & unionis consequatur optatum; imo per illos qui eum impediunt, & perturbant, ne viæ ipsæ, seu earum aliqua cum practicis per eum datis suum effectum debitum sortiantur; contra prædictos impeditores, & æmulos de fautoria schismatis & hæresis, de juribus & prærogativis, præeminentiis & privilegiis sanctæ Romanæ ecclesiæ præservandis, & contra usurpantes, & infringentes eandem, & eorum quemlibet, eisdem dantes auxilium, consilium, vel favorem de pœnis in jure statutis, & per eum in prædecessores suos fulminatis attentius contra tales solemniter protestatus est, & etiam protestatur.

Practica per Petrum de Luna data ad sedandum schisma.

Tenor vero viarum, & practicarum per eundem dominum nostrum papam oblatarum, & quas offert etiam de præsenti, de quibus supra fit mentio, est iste qui sequitur.

Cum per serenissimum dominum Sigismundum regem Romanorum fuerit supplicatum domino nostro papæ Benedicto XIII. quod ipse, qui propter antiquitatem, & scientiam, & negotiorū experientiam debet præ cæteris ista scire, velit viam, vel vias aperire, per quam, vel quas possit in Dei ecclesia breviter unio haberi; prædictus dominus papa respondet, quod ad providendum saluti animarum, & ad obviandum erroribus, & schismatibus qui sunt, & oriri possunt, via securior & salubrior est via justitiæ, quam ipse semper obtulit, & offert, & quę faciliter videri potest. Si tamen præfatus dominus rex, & alii ad præfatam viam condescendere nolunt, sed in via renunciationis persistunt, dominus noster respondet, quod amoto obstaculo Pisano, sicut continetur in schedula tradita per episcopum Zamorensem, prout alias obtulit, nullam aliam viam excludendo, paratus est propter Dei servitium, & ipsius ecclesiæ unionem renunciare papatui; proviso tamen sufficienter, quod reges, & principes Christianitatis assumendo, vel eligendo in posterum ad papam, tanquam vero Christi vicario obediant, & quod futura electio fiat canonice & in loco securo statim post ejus renunciationem. Super quorum practica, & executione placet domino nostro aliquas personas assignare, quæ simul cum aliquibus per dictum dominum regem Romanorum assignandis præmissa breviter videant, & concordent.

Tenor vero dictæ schedulæ per dictum episcopum Zamorensem tradita talis est.

Nos tales, & tales, &c. ambasiatores & nuncii missi per concilium nunc residens Constantię provinciæ Moguntinæ habentes potestatem ad infrascripta, prout constat de eadem per publicum instrumentum tenoris sequentis (inseratur) anhelantes ad unionem pervenire, reducentesque ad memoriam processus, acta, enunciamenta, sententias, & pronunciationes dudum Pisis contra dominum Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nominatum per cardinales, principes, & alios sibi obedientes factos, & facta, & latas anno a nativitate domini MCCCCIX. & inter cetera sententiam, seu pronunciationem anno prędicto die ...... mensis .... promulgatam tenoris & continentiæ sequentis (inseratur) nomine supradicto dicimus, recognoscimus, annunciamus, & declaramus prædictos processus, acta, enunciamenta, & sententias, pronunciationes nullos, & nulla fuisse, & esse, & ad majorem cautelam si, & in quantum indigeant, cassamus & annullamus, & pro cassis & nullis haberi volumus & habemus.

Prima practica sequitur. Practica super via renunciationis aperta per dominum nostrum papam Benedictum ad instantiam illustrissimi principis domini Sigismundi Romanorum regis, cum protestatione tamen, quam semper fecit idem dominus noster papa, quod nullam aliam viam, vel practicam intendit excludere, per quam possit schisma tolli, & ecclesia debite uniri. Quod dominus noster papa Benedictus eligat, cessione per ipsum facta, hac vice Romanum pontificem; quæ quidem via rationem habere videtur. Nam totum fundamentum, quod prætenditur ad justificandum viam cessionis, & propter dubietatem, quæ esse dicitur super jure papatus, & ex dubietate, si dubietas est, ex consequenti surgit dubietas circa jus eligendi papam videlicet, quæ sint illæ personæ, ad quas cessione per dictum dominum nostrum facta, pertineat potestas eligendi summum pontificem, nunc est, quod penes dominum nostrum videtur esse jus certum eligendi summum pontificem, quæ quidem juris certitudo non redditur dubia ex dubia exceptione adversarii, vel quod exceptio alicujus alias certa reddatur dubia ex dubia triplicatione adversarii. Quod autem apud dominum nostrum cessione facta resideat certum jus eligendi papam, probatur, quia jus cardinalatus indubii, quod habuit tempore indubii papæ secundum adversariorum opinionem, apud ipsum residere videtur post dictam cessionem papatus; & hoc sive dicamus quod cardinalis assumptus in papam non amittit ipso jure jus cardinalatus, cum ipsum non poterunt ligare aliqua jura positiva facientia vacare priora beneficia per consecrationem pontificis; sive dicamus quod posito, quod ipso jure vacasset cardinalatus, per quem tamen propter prętensum dubium papatus petitur via cessionis. Post cessionem factam papatus recuperat dignitatem pristinam cardinalatus: Et prædicta multum sunt juri & rationi consona, ut patet per jura & opiniones doctorum, quæ si audire placuerit, poterunt explicari, & ad propositum applicari. Et ista videtur brevis, & utilis ad consequendam veram unionem ecclesiæ, & per quam tolluntur multa dubia, & pericula,

pericula, quæ in aliis practicis oriri possunt.

Alia practica. Si tamen practica supradicta non placet, dominus noster ad ostendendum summarium affectum quem semper gessit, & gerit ad pacem ecclesiæ consequendam, aperit cum protestationibus supradictis practicam sequentem. Quod de consensu præfati domini nostri papæ domini cardinales compromittant de electione futura, quæ post cessionem immineret fienda, in certos compromissarios in numero, de quo concordabitur. Qui quidem compromissarii potestatem habeant faciendi omnes, vel eorum major pars dictam electionem: & consimiliter alii domini, qui in alia obedientia se cardinales faciunt nominari in personas alias compromittant, dantes eis consimilem potestatem cum approbatione congregationis Constantiensis. Qui quidem compromissarii tam isti, quam illi ponantur in loco securo, & sub tuta, & fideli custodia, de quo fuerit concordatum, inclusi quilibet ad partem suam, disposito, quod deliberatio utrorumque compromissariorum concurrat ad unam, & eandem personam assumendam ad papatum. Postea vero dicti commissarii, videlicet utrique ad partem suam, & per se ante actum electionis faciant scribi in instrumentis authenticis deliberationem per se habitam de eligenda illa persona. In qua quidem deliberatione concurrant vota omnium, vel majoris partis compromissariorum cujuslibet prædictarum duarum partium, & per aliquas medias personas utrique parti notificari Instrumenta dictarum deliberationum. Quibus quidem notificationibus factis commissarii alterius partis eligant personam concordatam antequam fiat cessio, & postea fiat cessio: Qua cessione facta, statim eligant compromissarii prædictorum cardinalium domini nostri papæ dictam personam concordatam; & statim post hæc eodem tempore fiat præsentatio utriusque electionis separatim ipsi electo. Qui quidem electus acceptet papatum, & exinde pro vero Romano pontifice habeatur. Et ad hoc ut dicti compromissarii non possint negotium dilatare, servetur restrictio contenta in c. ubi majus periculum. §. Verum de elect. lib. 6. hoc addito, quod cum ipsi electores juxta tenorem dicti §. pervenerunt ad victum panis, vini, & aquæ tantum, ut in dicto c. continetur, & sic perseveraverint per decem dies, quod non eligant papam, ex tunc vero ministretur eis, nisi panis & aqua.

Additio facta ad practicam supra proximam. Et pro breviori expeditione dicti negotii ad Dei servitium, & animarum salutem placet eidem domino nostro designando numerum compromissariorum de quibus fit mentio in practica per ipsum oblata, ad hoc condescendere, videlicet, quod compromissarii de suo consensu per dominos cardinales eligendi sint sex, per illos autem dominos, qui in alia obedientia se cardinales faciunt nominari, si de totidem pars alia contentetur; sive octo, vel decem, aut si voluerint, duodecim. Præterea volens idem dominus noster ad designationem loci venire, de quo secundum practicam est concordandum, offert locum & loca idonea infra quam ..... suam obedientiam assignare cum sufficientibus securitatibus; quæ loca si pars alia acceptare noluerit, licet multis attentis ea non debeat refutare; nihilominus placet tamen eidem domino nostro condescendere ad acceptandum Massiliam cum sancto Victore, Niciam cum Villafranchâ, vel Saonam, non obstante quod sint in alia obedientia constitutæ, dum tamen de sufficientibus securitatibus sit provisum.

Alia practica concessa io Paniscolæ per dominum nostrum papam, cujus tenor in sui forma talis est.

Ubi aliqua ex dictis practicis per eos nullatenus acceptetur ad magis exonerandum conscientiam nostram, & ut Deus, & mundus cognoscat, quod non stetit nec stat per nos quin unio vera in Dei ecclesia habeatur, & Deus in extremo judicio requirat de manibus illorum, qui turbarunt, seu impedierunt & turbant, seu impediunt pacem ecclesiæ, parati sumus renunciare juri nostro verissimo, quod in papatu habemus, si illi, qui in parte alia se dicunt cardinales & alii de congregatione Constantiensi, sublato per prius impedimento Pisano juxta formam præmissæ schedulæ de mandato dicti domini Sigismundi per supradictum dominum episcopum Zamorensem nobis traditæ acceptaverint practicam sequentem, videlicet.

Quod nos cum consensu venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium, & etiam approbante sacro concilio, quod continuatur, ubicumque nos fuerimus, eligantur certæ personæ, & per illos qui in alia parte se dicunt cardinales, cum consensu dictæ congregationis, eligantur totidem personæ, vel plures, si plures voluerint; quæ omnes personæ sic electæ habeant convenire in uno loco securo, & intrare conclave sub tuta, & fideli custodia, quas personas nos de plenitudine potestatis, tollendo processus, & sententias, quantum ad actum electionis requiratur, habilitamus meliori modo & forma quibus poterimus, in quantum claves ecclesiæ se extendunt. Quibus omnibus per nos cum consensu dictorum S. R. E. cardinalium, & approbatione nostri sacri concilii, dabitur potestas eligendi summum pontificem, post cessionem nostram, sic quod illud, quod omnes, vel major pars personarum cujuslibet partis faciat, sit firmum & validum. Et si personæ electæ per illos vocatos cardinales, & alios partis adversæ acceptaverint simpliciter potestatem per nos eis, ut supra continetur, concessam, procedant omnes simul, facta cessione nostra, quæ fieri habeat, & non ante, quando dictæ personæ omnes esse clausæ in conclavi sub tuta, & sufficienti custodia, & juraverint, & alias se obligaverint, procedere fideliter cum effectu in negotio, prout fuerit concordatum. Si autem dictæ personæ alterius partis acceptaverint potestatem per se, & in quantum, quod tunc personæ ipsius partis protestentur publice, vel secrete, quod in quantum personæ alterius partis innituntur potestati catholicæ in tantum cum ipsis intendant, & simul eligere; in quantum autem committuntur potestati, nam vere non intendunt cum ipsis eligere, sed tantum suæ veræ potestati inniti, & secundum illam procedere, & eligere verum papam.

Et ut negotium acceleretur, si detur ad illos, ad quos spectabit, modus, quod secure possunt ire, stare, & redire, dabimus plenam potestatem certis personis Deum timentibus, quæ accedant statim, habitis securitatibus, ad dictam congregationem Constantiensem, vel ad alium locum, si in alio loco fuerint personæ habentes potestatem a dictis assertis cardinalibus, & a dicta congregatione, quæ personæ per nos mittendæ, vel major earum pars possint concordare de Massilia cum monasterio sancti Victoris, aut de Nicia cum portu de Villafrancha, seu de loco de Monacho cum alio loco propinquo, vel de Saona, aut de Pisis cum Liburnio, seu de Civitate Verula cum aliquo loco propinquo cum aliqua expeditione prædictorum, & de securitatibus, & custodia fideli conclavis, & de numero personarum quæ eligere habeant, & de modo conclavis, & de tempore conventionis; necnon de securitatibus sufficientibus pro nobis, & nostris, si personaliter vellemus in dicto loco esse, & si nollemus, aut essemus infirmitate corporali impediti, pro nostro vel nostris procuratoribus; Quæ omnia per dictas personas concordata, & obligata,

obligata, quantum ad nos ſpectabit, promittimus auxiliante domino adimplere. Nulli ergo, *&c.*

Ad proſequendum autem negotium unionis eccleſiæ dominus noſter papa jam ante præſentationem prætenſæ citationis prædictæ, non obſtantibus perſecutionibus, ac injuriis (proh dolor) ſibi, & eccleſiæ illatis, & quæ continue inferuntur, deliberavit ſuos apoſtolicos nuncios in brevi mittere ad congregatos Conſtantiæ, ut in ultimo de ſupra inſertis practicis continetur. Super quorum expeditione continuam & pervigilem adhibet curam, taliter ut hinc iter aſſumant celeriter de intentione ſua, ſuper dicto negotio plenius informati, ac ſufficienti poteſtate muniti, ut apud Deum, cui de ſua eccleſia eſt redditurus rationem, a quavis culpa, & negligentia ſuper dicto nefando ſchiſmate immunis habeatur & liber, agnoſcantque Chriſti fideles, quod per dictum dominum noſtrum papam non ſtetit nec ſtat, quominus Dei eccleſia conſequatur deſideratiſſimam unionem.

Quæ fuerunt acta locis, diebus, menſe, & anno prædictis, præſentibus reverendiſſimis in Chriſto patribus, & dominis, dominis Carolo ſancti Georgii ad Velum aureum, Alphonſo ſancti Euſtachii, & Petro ſancti Angeli, S. R. E. cardinalibus ſupradictis; necnon dominis Guigone Flandini protonotario, Franciſco Romeo ſecretario, Petro Cornolis ſubdiacono dicti ſanct. domini Benedicti, Franciſco Daranda, Exhemeno Dale auditore, Simone Salvatoris, Iorolvo Garſiæ, & Iuliano de Sola ſuperius nominatis ad hæc pro teſtibus vocatis ſpecialiter, & rogatis, ac me Raymundo Bajuli notario infra ſcripto.

Subſcriptio notarii.

Signum mei Raymundi Bajuli ſereniſſimi domini Aragonum, & Siciliæ regis ſecretarii, regiaque auctoritate notarii per totam terram, & ditionem ejuſdem, qui præmiſſis omnibus, & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur & fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens feci, eaque ſic fieri vidi, & audivi, & in notam recepi, poſteaque in mundum rediens per alium ſcribi feci in duobus pergamenis cum quadam membrana pergamena junctis. In quorum primo ſunt centum & ſeptem lineæ duntaxat, & non plures, quarum ultima incipit (Eum cum aliis) & finit (rationabilem viam.) In ſecundo vero dictorum pergamenorum ſunt nonaginta tres lineæ tantum, quarum prima incipit (Renunciationis) & finit quod rex. Et de rivo clauſi cum raſuris & correctis. In primo pergameno in lineis 44. exquire, & 45 apoſtolicæ curiæ, & 46. litterarum noſtrarum, & 65. utilitatem ipſius, & 74. tamen verum, & 76. linea ſecundi pergameni, exonerandum, *&c.*

Inſtrumentum executionis in perſonam factæ.

In nomine domini, Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo, indictione decima, die vero Iovis vigeſima prima menſis Ianuarii de mane ante meridiem infra octavam & undecimam horas venerabilibus, & circumſpectis viris dominis Lamberto de Stipite priore conventuali prioratus de Bertreya ordinis Cluniacenſis Leodienſis diœceſis, & Bernardo de Plancha ſacriſta monaſterii ſanctæ Crucis Burdegalenſis ordinis ſancti Benedicti, decretorum doctoribus a ſacroſancta & generali ſynodo Conſtantienſi ad infraſcripta faciendum nunciis, una cum aliis venerabilibus, & circumſpectis viris dominis Emerico de Arciis priore ſancti Benigni Auguſtenſis licentiato in decretis, & Iacobo de Corretanis cantore Taurinenſi juriſperito in Dertuſa, ex ordinatione illuſtriſſimi principis domini Alphonſi Aragonum, & Siciliæ regis, ad cautelam, & ſecuritatem remanentibus ſpecialiter deputatis, in caſtro, ſeu loco de Paniſcola Dertuſenſis diœceſis coram domino Benedicto papa XIII. ſic in ſua obedientia nuncupaio pro tunc in quadam aula dicti caſtri in quadam ſede ad dandam publicam audientiam ſedente, ubi tunc cum eo fuerunt præſentes, & aſtantes ſui inter alios, videlicet Carolus ſancti Georgii ad Velum aureum, Alphonſus ſancti Euſtachii, & Petrus ſancti Angeli diaconi cardinales, ac Guigo Flandini protonotarius, Guillelmus Vaſionenſis, Didacus Carthaginenſis, Rodericus Giennenſis epiſcopi, Petrus Cornolis ſubdiaconus, Franciſcus Romea ſecretarius, frater Petrus de Padiola monachus, Franciſcus de Randa donatus monaſterii Porteceli ordinis Carthuſienſis, frater Rodericus de Luna, commendator Montiſoni ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, Gymetus Dahe auditor, Carolus Garſiæ, Iulianus de Sola clericus cameræ dicti Benedicti, & Simon Salvatoris decretorum doctor familiares ejuſdem Benedicti, aliaque copioſa, & magna populi multitudo; in noſtrorumque publicorum notariorum, teſtiumque infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia perſonaliter conſtituti iidem domini Lambertus, & Bernardus communiter, & diviſim, animo & intentione exequendi nomine, & pro parte ipſius ſacroſanctæ ſynodi litteras citatorias veris plumbeis bullis ejuſdem ſacroſanctæ ſynodi bullatas, ſanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ut prima facie apparebat, per ipſam ſacroſanctam ſynodum contra dictum dominum Benedictum decretas, & fulminatas in eorum manibus tenentes, & habentes, ac uterque eorum habens, & tenens, ipſe dominus Lambertus præmiſſa talia verba in effectu: Reverendiſſime pater anno domini MCCCCXVI. quinta die menſis Decembris in civitate Conſtantiæ Moguntinæ provinciæ in domo fratrum Minorum per reverendos patres dominos præſidentes omnium nationum ſacroſancti generalis concilii Conſtantienſis in præſentia deputatorum, & notariorum hoc præſens mandatum fuit exhibitum cum præcepto, & mandato, ut facerem ſequentia. Primo hoc præſens citatorium vobis legerem. Secundo ut illud exequerer. Quantum ad primum incepit legere dictas litteras citatorias, quas publice, alta, & intelligibili voce de verbo ad verbum continuavit, taliter quod lecto hujuſmodi ad auditum dicti Benedicti, & aliorum in dicta aula exiſtentium, & circa lecturam hujuſmodi diligenter advertentium poterat veriſimiliter pervenire.

Quarum quidem litterarum tenor ſequitur, & eſt talis.

Sacroſancta, & generalis ſynodus Conſtantienſis univerſalem, *&c.* ut ſupra. Dumque ipſius citationis lectura fieret, ut præfertur, & fieret mentio de hæreſi & ſchiſmate prædicti Beoedicti, ipſe movendo caput ſemper reſpondebat, non eſt verum, vel falſum eſt, & ſemel reſpondebat, mentiuntur. Præfatiſque litteris citatoriis, ſic, ut præfertur, lectis, dictus dominus Lambertus ad executionem earumdem litterarum procedens, quamdam papyri ſchedulam etiam alta, & intelligibili voce legit hujuſmodi ſub tenore. Et ideirco ego Lambertus de Stipite prior conventualis de Bertreya ordinis Cluniacenſis Leodienſis diœceſis decretorum doctor mandatis ipſius ſacroſanctæ ſynodi obedire volens, Vos dominum Benedictum papam XIII. ſic in veſtra obedientia nuncupatum, prius lecta coram vobis præſenti citatione alta, & intelligibili voce publice cito peremptorie, ac uno dicto peremptorio pro omnibus ad comparendum perſonaliter in eccleſia cathedrali

Constantiensi in loco sessinnis ipsius sacrosanctæ synodi, ad diem videlicet sepiuagesimam a die præsentis citatiotis, quam nunc facio, quem terminum pro primo, secundo, & tettio peremptoriis terminis assigno ad videndum, & audiendum super præmissis omnibus, & singulis, & maxime super crimine schismatis, & hæresis prædictorum, tanquam super nototiis, aut alias procedi per eandem sacrosanctam synodum ad omnes, & singulos actus, & articulos judicii, seu causę hujusmodi usque ad diffinitivam sententiam inclusive, ipsamque sententiam proferri videndum, & audieodum, prout juris fuetit, & prout utilitati pręedictæ universalis ecclesiæ visum fuetit expedire. Intimando vobis, & publice, prout etiam per easdem litteras intimatur, quod sive veneritis, sive non, per eandem sacrosanctã synodum, vestra absentia divina repleta præsentia, contra vos super omoibus, & singulis præmissis per eandem sacrosanctam synodum usque ad sententiam diffioitivam inclusive procedetur, prout ad utilitatem ipsius universalis ecclesiæ, mediante justitiis, videbitur faciẽdum, ut hic io supradicta nunc vobis lecta citatiooe latius cootinetur. Et insuper requiro, & rogo omnes, & singulos protonotarios, notarios, ac tabelliones hic astantes, quod de prædictis omnibus, & singulis conficiant unum, vel plura, & tot quot fuerint opportuna instrumentum, vel instrumenta, coojunctim, aut divisim. Quibus sic persectis, præfatus domious Bernardus ad similem executionem iotendens, & pręmittens verba infrascripta, videlicet, Reverendissime Pater, par commissio huic recitaræ per domioum, & collegam meum extitit mihi facta; quapropter ut filius obedieotiæ parere volens mandatis sacrosanctæ syoodi, iotendo procedere ad eadem, seu similia, ad quæ dictus collega meus per ordinem processu, hujusmodi litteras citatoriss similes præfatis litteris per eumdem domioum Lambertum, ut præfertur, lectis, aperiens, easque publice legere volens, præfatus Benedictus interrogavit, an litteræ ipsæ essent ejusdem tenoris cum litteris ante lectis, cui per eundem dominum Bernardum responsum fuit, quod sic; illeque Benedictus tunc respondit, quod sic habebat eas pro lectis: Tuncque incontinenti idem dominus Bernardus duas, unam in Latino, & aliam in suo vulgari, ut domini milites, & armigeri plures non litterati astantes, & pro testibus eorum aliqui inferius descripti seriosius singula intelligere possent, alte & intelligibiliter legit. Quarum schedularum tenores subscribuntur, & primæ schedulæ io latino descriptæ tenor talis est. Et idcirco ego Bernardus de Plaoca sacrista sanctæ Crucis Burdegslensis ordinis sancti Benedicti decretorum doctor, mandatis ipsius sacrosanctæ synodi obedire volens, Vos dominum Bengdictum Papam XIII. sic in vestra obedientia ouncupatum, prius lecta coram vobis pręsenti citatione, alta, & iotelligibili voce publice cito, & peremptorie, ac uno edicto peremptorio pro omoibus ad compareodum personaliter in ecclesia cathedrali Constantiensi in loco sessionis ipsius sacrosanctę synodi ad diem videlicet septuagesimam a die præsentis citationis, *&c.* ut supra io alia.

Alterius vero schedula in vulgari descripta seqaitur tenor in hunc modum.

Molt reverent pasre. Justa causa et, que los qae son appellaso per testimonis, sian certificat, cum assi aya canallsers, qae per veaenra non entonde la Latine, les quales se deven paresre pour testimonis, majoremen con sian assi trames, per lo molt clar segnour Roy d'Arragon e tres Crestian, & una sancto, & molt anlto columna de la unione de sancta mayre glesia, al qual au referrs nostra executeon per sę in lang maternal a lor intelligible entonde a recournar ma execution, Yo Barnart de Planca sacrestain de sante Croe do Bordeux de l'ordse de saint Benesit doctor en decret, per virtut de la bulle present del sant concills general de Constança vos molt reverent pasre messer Benesit papa XIII. appellat en vostra obedionça cits, & perentoriament, è ana citation perentoria per totas autras citations, que vos comparistas personalmant on la glesia catedral de Constançes on lo loch de la sossion de san concoills a septanta jorn de quest jorn present, lo qaal terme pour le prime, segen, tres terme peremptori vous assigns sobre lestans contegnades en la dicta bulla, & majorement sobre le crims de scisma, è de hyregia, & a vesir, & aasir procedir aussi con sobre notoris; & plus a vesir prozedir a totos & singlos actos, & arstclos de antimament entro y a la sentencia diffinitiva, o vesir, e ausir donar la dixa sententia segond quo sera vist fasedor de dirit, o a utilitat do la gleysa universal, denuntianm a vos molt reverent pasre, quo si vos anaits a Constança, o no y anaits, non zontrestant vestra absença, sera procedit contra vos per lo sant concelle sobre la zausas zontat de sobre dictes, o a donar sentencis diffinitiva ayss com sara atil a la universal gleysa meransan justitia, e de totas a questas causas, o quascunne de lor vos protonotarios, notarios, a sy presents, & quasaim de vos reqaeri far uno, o dos instrumens, o tant o serant necessari & totas autras personas de qualque dignitat, e zondicion quo sian requirs per testimonistant tam saran necessari.

Quibus quidem litteris, & schedulis per prædictos Lambertum & Bernardum sic, ut pręfertur, lectis, & publicatis, dictus Benedictus ante recepẽonem copiarum litterarum citatoriarum, & schedularum pręedictarũ sibi per honorabilem virum dominum Raymundum Bajoli pręfati illustrissimi domini regis Aragooum secretarium, ac per ditiones, & terras ejusdem domini regis notarium, in præsentia oostrorum notariorum subscriptorum realiter exhibitorum, respondit per talia verba, vel eis in effectu similia. Quia in dicta prætensa citatione multá continentur magna, & ardua, quæ indigent magna deliberatione, ad præsens noo possumus plene respondere. Nihilominous tamen habita deliberatione cum fratribus nostris cardinalibus respondebimus infra breve tempus. Et etiam requirimus omnes protonotarios, sed noo est hic nisi unus, ac notarios præsentes, quatenus nullus eorum super lectis, & petitis per istos dominos, nisi per nos plene respoosum fuerit, claudat instrumeotum.

Et subsequenter idem Benedictus quandam aliam longam materiam inivavit verba sua in longum protrahendo, & io effectu se excusando, qualiter non esset, neque fuisset hæreticus, neque schismaticus, & quod semper libenter vidisset unionem in Dei ecclesia, mediantibus prædictis suis.

Quibus sic per dominum Benedictum dictis præfatus dominus Bernardus dixit, quod suam requisitionem de clausura instrumentorum non admittebat, imo contradicebat, præsertim cum responsum dicti Benedicti incertitudinem temporis propter verbum, breve, contineret, & requirebat, ut supra.

Tuocque dictus dominus Lambertus requisitionibus, & rogationibus de iostrumentis fiendis super prædictis io dictis schedulis cootentis, nihilomious requisivit, & rogavit, ut supra, fuitque protestatus, quod cum responsum dicti Beoedicti sic, ut præfertur, darum esset incertum, ipsum præstolari oon intendebant, sed post prandium recedere. Et super his, & omnibus aliis præmissis iterato, ut supra,

supra, petiit instrumenta. Tuncque incontinenti, ipse Benedictus dixit, se praemissa per eum prolata non dedisse pro responso, sed infra paucos dies vellet dare responsum sufficiens. Super quibus omnibus & singulis praedicti domini Lambertus, & Bernardus conjunctim, & divisim petierunt, & uterque eorum petiit sibi fieri a nobis notariis subscriptis, & quolibet nostrum unum, vel plura publica instrumenta, tot, quot fuerint opportuna. Et sic praefati domini Lambertus, & Bernardus inclinatis capitibus abinde recesserunt, proferente domino Lamberto haec verba; Dominus sit vobiscum, quia dominus nobiscum est.

Acta fuerunt haec annos, indictione, die, mense, hora, & loco quibus supra. Praesentibus ibidem strenuis dominis Raymundo Xatinat, & Ludovico de Pontoqibus militibus, ac honorabilibus & honestis viris Guillelmo Raymundi Call. & Berengario de Villa Leonis domicellis, Ioanne Leopart cive Barchinonae, necnon magistro Meynardo de Crukenbergn litterarum apostolicarum scriptore, & Ioanne Freraces clerico Leodiensis dioecesis, & aliis quampluribus testibus fide dignis ad praemissa vocatis specialiter, & rogatis.

Subscriptio primi notarii.

Et ego Theodericus Batensoen litterarum apostolicarum scriptor clericus Leodiensis dioecesis publicus apostolica, & imperiali auctoritatibus notarius, quia praemissis omnibus, & singulis, dum sic, ut praemittitur, agerentur, & fierent, una cum dominis Ioanne, & Meynardo notariis infrascriptis ac testibus, & aliis superius nominatis interfui. Ideo hoc praesens publicum instrumentum per eosdem notarios, & me in notam receptum exinde confecimus, quod manu mea propria scripsi, signoque, & nomine meis consuetis signavi rogatus, & requisitus in fidem, & testimonium omnium, & singulorum praemissorum.

Sequitur subscriptio secundi notarii.

Et me Ioanne de Tempore clerico Meldensis dioecesis publico apostolica, & imperiali auctoritatibus notario, qui de praemissis per me una cum honorabili magistro Theodorico notario praescripto in notam sumptis praesens publicum instrumentum inde confectum signo, quo actibus instrumentatis una cum nomine, & subscriptione meis uti consuetis signavi in fidem & in testimonium veritatis praemissorum requisitus.

Tertii notarii.

Et ego Meynhardus Crukenberg litterarum apostolicarum scriptor clericus Mindensis dioecesis publicus imperiali auctoritate notarius quia praemissis omnibus, & singulis, dum sic, ut praefertur, fierent, & agerentur, una cum honestis magistris Theodorico & Ioanne notariis praescriptis testibusque, & aliis superius nominatis interfui; ideoque hoc praesens publicum instrumentum per eosdem notarios, & me in notam receptum exinde confecimus, quod signo, & nomine meis consuetis signavi rogatus, & requisitus in fidem, & testimonium omnium, & singulorum praemissorum.

Post quorum quidem instrumentorum lectionem, & relationem, ut praemittitur, factas, magistri Henricus de Pito, & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores hujus sanctae synodi de praemissis relatione, & lectione, ac omnibus aliis, & singulis, nomine quo supra, sibi fieri petierunt a dominis protonotariis, & notariis hujus sacrae synodi publicum & publica instrumenta, praemissaque instrumenta, ac ipsam relationem apud acta registrari. Praesentibus ibi- A dem reverendissimis in Christo patribus, & dominis, dominis S. R. E. cardinalibus; illustrissimo ac serenissimo principe domino, domino Sigismundo Romanorum & Ungariae rege. nec non principibus, ac regum, ducum, comitum, nobilium, praelatorum, universitatum studiorum, communitatum ambasiatoribus, & aliis Christi fidelibus in numero copioso.

*** *Fuit celebrata sessio XXXII. cum missa, & solemnitatibus consuetis. Vide pag. 219. D.*

Anno, & indictione, quibus supra, die vero Iovis prima mensis Aprilis, hora octava post mediam noctem, Constantiae in ecclesia majori in loco sessionis solitae fuit generalis hujus sanctae synodi sessio debitis B solemnitatibus adhibitis renta, & celebrata. Pro cujus sessionis introitu reverendissimus in Christo pater, dominus Ioannes patriarcha Antiochenus missam de B. Virgine devote celebravit. Post cujus celebrationem, reverendissimi, reverendique patres, & domini S.R.E. cardinales, patriarchae, &c. mitras capitibus, &c. Reverendissimusque in Christo pater, & dominus, dominus Ioannes episcopus Ostiensis, &c. hujusmodi sessioni praesedit. Deinde orationibus, &c. ut supra. collationeque per reverendissimum patrem dominum Ragutinum dictae ecclesiae cardinalem facta, & finita, saepedictus dominus Ardecinus advocatus, una cum magistris Henrico de Pito, & Ioanne de Scribanis promotoribus, & procuratoribus instanti- C bus, instigantibus & requirentibus, dominus Ardecinus advocatus proponens qualiter ipsa sancta synodus praedicta alias in causa hujusmodi certam citationem contra Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum decrevisset, & qua utique citatione idem dominus Petrus de Luna apprehensus esset, & personaliter facta immediate sequente personaliter coram ipsa sancta synodo compareret, & alia faceret, prout in dicta bulla citationis latius continetur. Quodque hujusmodi citationis & comparitionis terminus in praesentem caderet diem, quae est prima mensis Aprilis. Quare hujusmodi executionis in propria persona fuit instrumentum facto, & in scriptis, prout superius est apud hujusmodi causae acta registratum, exhibuit, & produxit. Et nihilominus dicti D domini Petri de Luna non comparentis contumaciam accusavit, ipsumque contumacem reputari, ac duos cardinales S. R. E. duos episcopos, duosque sedis apostolicae protonotarios ad vocandum dictum Petrum de Luna juxta mores antiquos ad valvas ecclesiarum, una cum dictae, & hujusmodi causae notariis, & cursore dictae sedis deputari per sanctam synodum praefatam instanter postulavit; Qua petitione & requisitione factis, dominus Ioannes episcopus Ostiensis hujusmodi sessioni praesidens, nomine dictae sanctae synodi deputavit reverendissimos in Christo patres & dominos Oddonem de Columna, & Lucidum de Comitibus diaconos cardinales tunc in ordine cardinalium postremos, cum dominus cardinalis E Florentinus non esset praesens, reverendosque patres dominos Feltensem & Mersburgensem episcopos, dedirque eis in mandatis, ut ipsi una cum dominis protonotariis, & notariis atque scribis hujus causae, & dictae synodi, & praecone, seu sedis apostolicae cursore dictum dominum Petrum de Luna ad valvas ecclesiae juxta mores antiquos vocarent, & ipsi sanctae synodo vocationem referrent. Qui quidem domini cardinales & episcopi una cum reverendis patribus & dominis Iacobo Rodini, ac Thoma Polthon sedis apostolicae protonotariis, & cum praesentis causae notariis, & scribis, ac Francisco de Mediolano apostolicae sedis cursore, locum sessionis solitae exiverunt, ad valvas ejusdem majoris ecclesiae accedentes per organum dicti

Francisci cursoris publice & alta voce trina vice dictum dominum Petrum de Luna vocaverunt, sub his verbis, videlicet: Est hic dominus Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nominatus vel alius pro eo, qui compareat responsurus coram sacro concilio in causa schismatis, & hæresis contra ipsum mota? Cumque ipse Petrus de Luna, nec aliquis pro eo comparuisset, & verbum responsivum dedisset, magistri Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis procuratores & promotores prædicti, egregiusque vir dominus Benedictus de Gnidoletis de Perusio cameræ apostolicæ clericus nominibus hujus sacrę synodi, & cameræ apostolicæ prædictarum super hujusmodi vocatione trina vice facta, non comparitione, & non responsione, a nobis præsentis causæ notariis atque scribis sibi unum, vel plura, publicum, & publica fieri petierunt instrumenta. Præsentibus ibidem, videntibus, & audientibus honorando, & discretis viris magistro Guillelmo Haberti artium, & medicinæ magistro, Simone Northovv in decretis bacallario Norvicensis diœcesis, Bertrando de Stella clerico Convenarum diœcesis & diversis aliis testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Quibus sic factis, domini cardinales, episcopi, & protonotarii una cum notariis, & cursore prædictis locum sessionis prædictæ reversi introierunt, & ad loca ipsorum solita se posuerunt. Tunc dominus cardinalis de Columna de consensu suorum collegarum, ut præfertur, deputatorum commissionem eis a dicto concilio factam adimplevisse, dictumque Petrum de Luna modo præmisso per cursorem trina vice vocasse; nec ipsum dominum Petrum de Luna, vel aliquem pro eo ibidem comparuisse; aut responsum dedisse huic sacro concilio duxit referendum. Deinde dictus Franciscus de Mediolano cursor præfatus de præmissa vocatione per eum facta fecit relationem.

Iis sic peractis, dominus Ardecinus advocatus prædictus istam vocationem & relationem, ut præfertur, factas inter acta hujusmodi causæ, & sacri concilii petiit registrari. Et ad probandum citationem decretam contra dominum Petrum de Luna bullam citationis, sive litteras bullæ plumbeæ ipsius sanctæ synodi, bullatas, sanas, & integras, ac ad probandum facto & in scriptis repræsentavit, prout superius apud acta hujusmodi causæ est registrata ac etiam ad probandum ejusdem citationis executionem egregium virum dominum Bernardum de Plancha decretorum doctorem unum de executoribus dictæ citationis per ipsum concilium deputatis similiter exhibuit, & produxit, sibique ut referret, quæ circa hujusmodi citationem executus fuisset, & acta, & facta essent, mandari per dictam sanctam synodum instanter postulavit. Et tunc dominus Ioannes episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius, hujusque sessionis præsidens dicto domino Bernardo de Plancha supradicto, & præsenti, ut de præmissis relationem huic sanctæ synodo faceret, nomine ejusdem synodi, mandandum duxit, & mandavit. Si quidem dominus Bernardus de Plancha executor præfatus hujusmodi mandato nomine dictæ sanctæ synodi in se sponte suscepto, assistentibus sibi honestis viris Emerico de Archiis, & Iacobo de Secretariis conn[u]ciis, & coambasiatoribus suis ad exequendum citationem prædictam, in ambone publicationis sæpe dicto existens huic retulit sanctæ synodo in effectu, qualiter dudum ab ipso sacro concilio receperat ipse & collegæ sui in mandatis, ut dictum dominum Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nuncupatum citarent juxta formam, & tenorem litterarum citatoriarum die suæ relationis alias factæ product ....

A plenius continetur. Quas quidem litteras jam iterum, & de novo facto realiter, & in scriptis exhibuit, & produxit, prout superius sunt apud acta præsentis causæ de verbo ad verbum conscriptæ. Adjungens, quod nuper volens mandatis dictæ sanctæ synodi libenter, ut tenetur, obedire, vigore illarum litterarum ipse, & egregius vir Lambertus de Stipite, suus collega ad castrum Paniscolæ Dertusensis diœcesis, accesserunt, & ibidem dominum Benedictum XIII. a suis obedientibus nominatum personaliter apprehensum, præsentibus pluribus suis cardinalibus, & aliis prælatis, clericis, ac hominum multitudine copiosa, secundum formam & tenorem dictarum litterarum citatoriarum ad personam suam citaverunt, easque de verbo ad verbum in sua præsentia legerunt B ipsasque & contenta in eisdem executioni demandarunt, prout in quodam executionis instrumento publico etiam die relationis alias per eum, & suos collegas factæ exhibito dixit plenius contineri; Quodque instrumentum iterum facto & in scriptis exhibuit, & produxit, prout similiter superius extat apud præsentis causæ acta registratum.

Hujusmodi relatione finita, reverendissimus in Christo pater, & dominus, dominus Ioannes Ostiensis episcopus S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius, & præsidens præfatus hujusmodi executionis instrumentum de verbo ad verbum per egregium virum dominum Petrum de Lamburga nomine dictæ synodi jussit legi & publicari. Qui quidem dominus Pe- C trus de Lamburga hujusmodi mandatis acquiescens, ambonem publicationis solitum ascendens, dictum executionis instrumentum de verbo ad verbum, citationem insertam obmittens, cum alias in sessione publica lecta fuisset, publice, alta & intelligibili voce perlegit, & publicavit.

Iis omnibus sic peractis, præfatus dominus Ardecinus advocatus, instigantibus eum magistris Henrico de Piro, & Ioanne de Scribanis procuratoribus, & promotoribus prędictis, instrumentum executionis supradictum repetiit, & reproduxit: Et nihilominus super recognitione signorum, & manuum notariorum illius instrumenti discretos viros Theodericum Batensem litterarum apostolicarum scripto- D rem, Ioannem de Tempore apostolica, & imperiali auctoritatibus notarios qui dictum instrumentum confecerunt, & subscripserunt, necnon Fredericum de Arnhen super recognitione signorum, & manuum notariorum instrumenti executionis primæ in Constantiæ civitate facti exhibuit & produxit, quos tanquam testes super eisdem recipi, ad jurandum admitti, necnon interrogari instanter per ipsam sanctam synodum postulavit.

Qui quidem testes producti, recepti, admissi, jurati, & interrogati recognoverunt, & quilibet recognovit manum & signum suos. Quibus factis, dicto domino Ardecino advocato instante, hujusmodi signa, & manus recognitæ fuerunt per ipsum conci- E lium habitæ pro recognitis. Quæ omnia & singula, scilicet testium productionem, receptionem, & recognitionem idem dominus Ardecinus petiit inter acta registrari. Et quia dominus Petrus de Luna Benedictus XIII. sic in sua obedientia nuncupatus in causa schismatis & hæresis contra ipsum mota prædictus legitime citatus sufficienter & expectatus, nec per se, nec per alium curat comparere, ipsius contumaciam accusavit, ipsumque cum nec in primo termino, scilicet qui erat octava die Martii mensis prædicti, nec etiam in præsenti termino comparuit, contumacem reputari, in causaque hujusmodi in ejus contumaciam, ejus absentia divina repleta præsentia, ut ipsi sanctæ synodo videbitur expedire,

expedire, & universali ecclesiæ sanctæ Dei necessarium fuerit & utile, ad ulteriora procedi per ipsam sanctam synodum instantissime postulavit, requirensque dominos protonotarios, & notarios hujus sanctæ synodi, & præsentis causæ, ut omnia in hujusmodi causa acta & producta ac ordinata, apud acta concilii, & hujus causæ registrarent. Successive istis petitionibus & requisitionibus sic, ut præfertur, factis, nulloque pro dicto domino Benedicto Petro de Luna comparente, nec respondente, nec per se ibidem præsente, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Ioannes miseratione divina episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis & vicecancellarius, & hujus sessionis præsidens præfatus, quandam schedulam sive quoddam decretum per reverendum patrem dominum Stephanum episcopum Dolensem nomine dicti concilii jussit publicari & legi. Qui quidem dominus Stephanus episcopus Dolensis mandato hujusmodi se libenter obtemperans, dictam schedulam publice alta, & intelligibili voce de verbo ad verbum perlegit in ambone publicationis consueto, & ad publicationem negotiorum concilii deputato, cujus schedulæ tenor sequitur, & est talis.

Sacrosancta synodus generalis auditis, &c. ut in impresso.

Super quibus omnibus & singulis præmissis actis, lectis, publicatis, decretis & ordinatis, dominus Ardecinus advocatus præfatus, instigantibus eum magistris Henrico de Piro, & Ioanne de Scribanis promotoribus & procuratoribus prædictis a dominis protonotariis, & dictæ synodi, & præsentis causæ notariis, atque scribis sibi fieri & confici unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta, & tot quot sunt necessaria & opportuna. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis S. R. E. cardinalibus, patriarchis & episcopis, illustrique principe & domino Frederico Burgravio Nurenbergensi, necnon regum, ducum, principum, prælatorum, communitatum, universitatum studiorum ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Die Iovis vicesimasecunda supradicti mensis Aprilis domini commissarii præfati Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis solito, hora tertiarum vel quasi constituti, de communi eorum consensu onus commissionis ipsis factæ per sacrosanctam synodum præfatam acceptantes pro observatione terminorum in hujusmodi causa necessariorum & eorum jurisdictione exercenda relationi locum sessionis, & horam tertiarum immediate supradictam deputaverunt & assignaverunt. Qua quidem deputatione sic facta, comparuit coram dominis judicibus & commissariis præfatis adhuc prout ubi supra ad jura reddendum pro tribunali sedentibus magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus nomine procuratorio quo supra, dictam commissionem dominis commissariis factam in hac causa repetiit & reproduxit, & nihilominus dictum Petrum de Luna Benedictum XIII. sic in sua obedientia nuncupatum citari mandari ad recipiendum & dari videndum nonnullas positiones & articulos in hujusmodi causa per audientiam literarum contradictarum curiæ Romanæ, necnon in valvis ecclesiæ majoris Constantiensis prædictæ per dominos commissarios præfatos; necnon omnes alios sua communiter, vel divisim interesse putantes debita cum instantia postulavit. Quam quidem citationem domini commissarii prædicti dicto magistro Henrico de Piro promotori & procuratori instanti & petenti decreverunt, atque concesserunt, eamque prout petita extitit, ad diem sabbati proxime futurum, qua eosdem dominos commissarios vel majorem partem eorum Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis solito ad hoc deputato mane hora tertiarum ad jura reddendum pro tribunali sedere contigerit per audientiam publicam literarum contradictarum curiæ Romanæ; necnon in valvis, seu portis dictæ majoris ecclesiæ peremptorie fieri voluerunt, atque mandarunt volentesque & decernentes quod citationibus in valvis in hujusmodi causa exequendis reverendissimi patris & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci, cardinalis & egregii viri D. Michaelis de Navers V. I. D. sigillis & aliæ citationes per audientiam prædictam exequendæ signeto reverendi patris D. Iacobi electi Pennen .... dictæ audientiæ auditoris & licentiati, & in hac causa cum aliis suis collegis commissarii sigillentur & muniantur ad majorem roboris firmitatem.

Die Sabbati vigesimaquarta supradicti mensis Aprilis discretus vir Iacobus Dnono sedis apostolicæ cursor retulit nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis Constantiæ in majori ecclesia, in loco sessionis solito, paulo ante horam tertiarum, seu hora septima horologii ante meridiem, se de ipsorum commissariorum mandato super hoc sibi, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam heri de mane infra missarum solemnia quandam citationem in papyro scriptam, sigillisque reverendissimi patris domini Guillelmi tituli sancti Marci cardinalis, & egregii viri D. Michaelis de Navers prædictorum sigillatam, valvis ecclesiæ majoris Constantiensis affixisse, eamque ibidem debite, ut moris est, fuisse executam, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis commissariis dixit se superius habuisse & recepisse in mandatis.

Adveniente vero hora tertiarum, sive horologii septima pro hora audientiæ præsentis causæ deputata, comparuit in judicio coram dominis commissariis præfatis Constantiæ in ecclesia majori, & loco sessionis solito ad hoc specialiter deputato prædicto ad jura reddendum pro tribunali sedentibus magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus nomine quo supra procuratorio, & quasdam citationes, unam audientiæ pergameni a dictis dominis judicibus commissariis emanatam, de eorumque voluntate, & mandato in audientia publica literarum contradictarum Romanæ curiæ positam, lectam, & ab intra signatam, sigilloque a tergo, ut moris est, sigillatam, aliasque inibi debite executam. Aliam vero papyri schedulam in valvis majoris ecclesiæ Constantiensis, ut moris est, debitæ executioni demandatam facto realiter & in scriptis infrascriptorum tenorum repræsentavit, citatorumque in eis contentorum non comparentium, neque aliquas positiones & articulos dari & recipi videre curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam pro validiori processu, & ex abundanti eosdem vocari ad valvas ecclesiæ, & pro illorum vocatione aliquos de commissariis supradictis deputari per dominos judices & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini commissarii præfati volentes rite & legitime, ac valide procedere ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris instantiam venerabiles & circumspectos viros dominos Henricum Flecbel, & Petrum Nardi decretorum doctores sacri palatii apostolici causarum auditores collegas suos ad vocandum supradictos citatos ad valvas dictæ majoris ecclesiæ una cum magistro Henrico de Piro

promotore & nobis notariis supradictis, & discreto viro Ymbaldo Alo sedis apostolicæ cursore præsenti deputaverunt & assignarunt. Qui quidem domini Henricus Flechel, & Petrus Nardi sacri palatii auditores & commissarii una cum dicto magistro Henrico de Piro promotore, nobisque dictæ præsentis causæ notariis & scribis, ac Ymbaldo cursore prædictis ad valvas dictæ majoris ecclesiæ Constantiensis accesserunt, dictosque citatos per organum dicti Ymbaldi cursoris alta & intelligibili voce trina vice vocaverunt sub his verbis in effectu : Est hic Petrus de Luoa Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatos, vel aliquis pro eo1 compareat coram dominis commissariis synudi Constantiensis ad recipiendum articulos,& capitula ad instantiam ipsius synodi producendos & producenda, eos, & ea sibi exponi videndum in causa & causis motis contra eos per dictam synodum ? Qua quidem vocatione sic trina vice facta, dicti domini Henricus Flechel, & Petrus Nardi commissarii, & Henricus de Piro promotor super præmissis vocatione & non responsione a nobis notariis præsentis causæ, atque scribis prædictis sibi unum, vel plura, publicum vel publica fieri petierunt instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidem honestis magistris Stephano Pisoni sacri palatii apostolici causarum notario,& Henrico Hucvatcl literarum sacræ pœnitentiariæ procuratore, aliisque notabilibus viris testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

His namque factis, præfati domini Henricus Flechel & Petrus Nardi sacri palatii apostolici causarum auditores, & commissarii ad dominos judices, & commissarios revertentes & reversi una cum aliis supradictis, ipse magister Heoricus Flechel nomine sno, & nomine collegæ referebat hujusmodi vocationem per orgaoum cursoris supradicti fecisse, ut præfatum est, nullnmque ibi comparuisse, nec respondisse pro præsentibus actui, & termino satisfaciendo. Quo facto, magister Henricus de Piro promotor & procurator dictos citatos non comparentes iterum contumaces reputari petiit, & in eorum contumaciam nonoullas positiones & articulos facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris obtulit, & produxit. Et nihilominus eosdem positiones & articulos ac capitula ad probandum per partem eosdem producentem in curia, & extra admitti per dominos judices, & commissarins prædictos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini commissarii præfati dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius, & sufficienter expectatos, reputaverunt, prout erant, quoad actum, & terminum hujusmodi exigente justitia, contumaces, & in eorum contumaciam supradictos positiones & articulos ad probandum in civitate Constantiensi, vel alibi., ubi sacrum generale concilium fuerit, in quantum sint de jure admissibiles, admittendos duxerunt & admiserunt.

Qua quidem admissione sic, ut præfertur, facta, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus adhuc ibidem præsens,& jodicialiter comparens eosdem citatos ulterius citari mandari ad videndum & audiendum produci testes super dictis articulis supra admissis, & alia probationis genera produci videndum, ac ad dandum interrogatoria, juxta, & secundum quæ supradicti testes producendi interrogari & examinari voluerint per audientiam publicam literarum contradictarum Romanæ curiæ ac ad valvas majoris ecclesiæ Constantiensis ad certum peremptorium terminum competentem per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Quam quidem citationem domini commissarii præfati dicto magistro Henrico de Piro procuratori & promotori instanti, & petenti decreverunt & concesserunt, eamque ad produci, recipi & jurare videndum testes ad diem Lunæ proxime futurum, qua eosdem dominos commissarios Constantiæ io ecclesia majori hora tertiarum ad jura in loco solito pro tribunali sedere contigerit, ac etiam ad dicendum & excipiendum in, & contra dictos testes, & eorum dicta ad eandem diem; necnon dandum interrogatoria ad diem Lunæ, & sequentem immediate prædictas, ac pro aliis testibus in posterum produceodum & ioduceodum ad receptionem & aliam immediate sequentem dies per audientiam publicam literarum contradictarum Romanæ curiæ & ad valvas majoris ecclesiæ supradictas peremptorie fieri voluerunt & mandarunt, decreverunt, ordinaruot & assignarunt.

Tenores vero dictarum citationum, schedularum, necnon positionum & articulorum unde supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Mandant reverendissimi in Christo patres & domini, domini judices & commissarii per sacrosanctum generale Constantiense concilium ad infrascripta specialiter deputati in audientia publica literarum contradictarum Romanæ curiæ citati, & citant dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesqne alios & singulos sua interesse putantes, quatenus die Sabbati proxime futura, hora septima mane compareant in ecclesia Constantiensi in loco sessionis, quo eosdem, vel majorem partem ex ipsis dominis judicibus pro tribunali sedere contigerit, ad videndum dari, & sibi expooi articulos, sive capitula, super quibus in causa & causis hujusmodi inquisitionis contra eundem dominum Petrum Benedictum nuncuparum idem sacrum concilium procedere intendit & procedit juxta, & secundum formam citationis desuper decretæ & executæ. Alioquin in causa & causis hujusmodi ad ulteriora procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia io aliquo non obstante. Datum Coostantiæ 22. die mensis Aprilis, anoo a oativitate domini 1417. indictione decima.

Citatio in valvis ad reproducendum articulos.

Nos judices & commissarii per sacrosanctam generalem synodum Constantiensem ad infrascripta specialiter deputati peremptorie io valvis ecclesiæ majoris Constantiensis citari mandamus, & tenore præsentium citamus dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos sua conjunctim vel divisim ioteresse putantes, quatenus die Sabbati proxime futura, qua nos, vel majorem partem ex nobis in ecclesia Constantiensi prædicta in loco sessionis publicæ, mane hora septima ante meridiem ad jura reddendum pro tribunali sedere contigerit, compareant in judicio legitime coram nobis ad videndum dari, & sibi exponi articulos, sive capitula, super quibus in causa, & causis contra eundem dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum dicta sancta synodus procedere intendit & procedit; Alioquin in causa, & causis hujusmodi ulterius prout justum fuerit, procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia io aliquo noo obstante. Hanc vero nostram citationem valvis seu portis dictæ ecclesiæ duximus affigendam, quæ præsentem nostram citationem suo quasi sonoro præconio, & patulo judicio publicabunt, in quibus nostram citationem modo præmisso decernimus publicandam; ne prænominati

sic

sic citati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare; Cum non sit verisimile apud sic citatos remanere incognitum, quod tam patenter, & notorie extitit publicatum. In cujus rei testimonium præsentem citationis schedulam exinde fieri fecimus, sigillorumque reverendissimi in Christo patris & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci S. R. E. cardinalis & egregii V. I. D. domini Michaelis de Navers fecimus impressionibus communiri. Datum Constantiæ die vigesimasecunda mensis Aprilis anno a nativitate domini 1417. indictione decima, apostolica sede vacante. Per quemcumque cursorem.

Gumbertus Fabri notarius.
Girardi notarius.

Articuli contra Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum.

Ad multiplices, continuasque querelas, & planctus lamentabiles sanctæ fidelium matris ecclesiæ, sui fastidium scandalosum, scissuramque pestiferam jam octo pene lustris inenarrabilibus gemitibus deplorantis; ad validum, vehementemque clamorem populi Christiani, magistri Ioannes de Scribanis, & Henricus de Piro ad prosecutionem causæ inquisitionis contra Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum per sanctam generalem Constantiensem synodum, ministri, & prosecutores præfati deputati, dicunt & proponunt, & probare intendunt, quatenus probatione opus est, contra dictum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum omnes, & singulos articulos infrascriptos, quos dant & offerunt coram eadem sancta synodo, vel deputatis ab illa in causa inquisitionis, ad quam idem Benedictus sic, ut præfertur, nuncupatus coram eadem sancta synodo citatus extitit; quos articulos, & eorum quemlibet, atque omnia & singula contenta in illis asserunt esse vera & notoria. Protestantur autem de probando ea solum, quæ ad fines intentos sufficiant, & probatione egebunt, ad probationem superfluam se nullatenus astringentes.

De tempore quo duravit schisma

1. In primis dicunt, proponunt, & probare intendunt, ut supra, quod præsens schisma pestiferum, seu scissura ecclesiæ jam duravit triginta octo annis, & amplius, de quibus annis dominus Petrus de Luna pro papa se gessit viginti duobus annis ultimis, vocatus in sua obedientia Benedictus XIII. & ante suam assumptionem jam sexdecim annis duraverat, ipso existente cardinali in obedientia Clementis VII. sic in sua obedientia nuncupati, Vrbano VI. & Bonifacio IX. & Innocentio VII. & Gregorio XII. in sua obedientia nuncupatis per dicta tempora successive, & ab alia parte contendentibus in papatu, quibus annis ecclesia Dei fuerat, & erat per dictum schisma, seu dictam scissuram ecclesiæ afflicta, & plurimum fatigata, ipso domino Petro de Luna sciente & vidente, ex quo dictum schisma censetur inveteratum, seu inveterata divisio ecclesiæ, & scissura. Et hæc notoria sunt atque vera.

Quibus modis potest schisma tolli.

2. Item quod præfatis temporibus inter reges & principes, prælatos, doctores, & alios sapientes, etiam in studiis generalibus & in curiis contendentium de papatu sæpe tractatum & consultum fuit, quibus modis possit tolli illud schisma pestiferum, seu ecclesiæ scissura, & multi per diversos reges & principes, prælatos & doctores labores adhibiti, nullaque via plene sedativa schismatis humano ingenio potuit a longis temporibus citra, nec post inveniri de præsenti, per quam posset tolli schisma hujusmodi, & ecclesia Dei uniri, nisi via cessionis mutuæ, omniumque contendentium de papam, obstantibus difficultatibus pluribus in facto, & in jure consistentibus imminentibus in aliis viis, atque diversitate & divisione regnorum & provinciarum in maximas partes. Et hoc est verum & notorium.

Conclusio doctorum quod contendentes de papatu de jure tenentur cedere.

3. Item quod a dictis temporibus fuit deliberatum, visum, & judicatum, & conclusum per dictos doctores, & in studiis generalibus, præsertim Parisiensi, Bononiensi, & aliis, quod attentis difficultatibus prædictis, & divisione, ac scissura ecclesiæ in maximas partes, quod dictus dominus Petrus de Luna, Benedictus, ut præfertur, nuncupatus, altero cedente, imo omnes contendentes de papatu pro unione ecclesiæ, & tollendo tam periculoso, quam scandaloso schismate cedere suo papatui jure divino & humano tenebantur. Quæ conclusio extitit approbata, & maxime per notabiliores & famosiores doctores & theologos, & juristas in ecclesia Dei pro tempore existentes.

Quod via cessionis est facilior.

4. Item quod attentis difficultatibus prædictis in facto & in jure, ac divisione regnorum & provinciarum in diversas obedientias diuturnitate schismatis, seu scissuræ ecclesiæ, fuit visum, deliberatum & conclusum ante annos novem, aut decem, etiam per contendentes de papatu, & suos cardinales & curias, necnon in studiis generalibus, ac per plures congregationes prælatorum & doctorum, comprobantibus etiam regibus & principibus, & per majorem partem cleri & populi Christiani, quod via cessionis mutuæ omnium contendentium de papatu, erat, & est facilior, brevior, utilior, & maxime pacificativa conscientiarum Christi fidelium, imo nulla alia reperta, & quæ posset habere executionem ad tollendum plene schisma prædictum, & Dei ecclesiam uniendum, nisi mutuæ cessionis prædictæ: & hoc fuit & est verum, atque notorium.

Quod Petrus existens legatus in regno Franciæ viam cessionis approbavit.

5. Item quod idem Benedictus sic, ut præfertur, nuncupatus, existens cardinalis in obedientia Clementis VII. sic in sua obedientia nuncupati circa annum domini 1391. per eundem dominum Clementem sic vocatum fuit missus legatus, seu nuncius, ut ita dicatur, apostolicus ad serenissimum regem regni Franciæ, in qua legatione, seu nunciatione stetit fere triennio in civitate Parisiensi, & aliis locis dicti regni: quo tempore durante, cum sæpe coram eo tractaretur de via unionis ecclesiæ per ipsum, & plures principes, prælatos, & doctores, & sapientes, ipse viam mutuæ cessionis contendentium de papatu pluries laudavit & approbavit, dixitque quod nulla erat alia via, per quam posset uniri ecclesia Dei, & schisma tolli, nisi illa. Et hoc fuit, & est verum, atque notorium.

De fama Petri, quod viam cessionis laudavit.

6. Item quod ex tunc tanta dicti domini Petri de Luna vocati, ut præfertur, Benedicti XIII. fama invaluit, qualiter bonum unionis diligeret, viam cessionis intrepide laudaret, hancque constanti animo persuaderet, adeo quod multorum mentibus irrepsit,

si

si dictus Petrus de Luna esset papa, certe quod voce prædicabat, opere adimpleret. Et sic fuit, & est verum.

De juramento facto in conclavi post obitum Clementis.

7. Item quod ipse reversus de dicta legatione, & post obitum dicti Clementis sic, ut præfertur, nuncupati, cum in civitate Avenionensi in palatio apostolico, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimoquarto in mense Septembris cardinales illius obedientiæ essent pro electione futuri papæ in conclavi congregati; ipse Petrus de Luna tunc cardinalis, cæterique cardinales omnes, & singuli qui erant numero viginti duo, juravit, & juraverunt solemniter tactis sacrosanctis evangeliis, se, & illum quemlibet ex illis in papam eligendum, si quem ex eis eligero contigerit, prosequi unionem ecclesiæ, etiam per viam cessionis de papatu, & alias juravit & promisit, & juraverunt & promiserunt illico coram ipsis omnibus publice, & notorie secundum formam & tenorem cujusdam scripturæ; cujus tenor sequitur, & est talis.

Forma juramenti.

Nos autem & singuli S. R. E. cardinales congregati pro electione futura in conclavi ante altare, in quo missa communis celebrari consuevit, pro Dei servitio, unitate ecclesiæ suæ sanctæ, & salute animarum fidelium omnium promittimus & juramus ad sancta Dei evangelia per nos corporaliter tacta, quod absque fraude, dolo, & machinatione quibuscumque ad unionem ecclesiæ & finem imponendum schismati, proh dolor! nunc in ecclesia vigenti, quantum in nobis erit, laborabimus fideliter & diligenter, & per nos quantum ad nos pertinet, seu etiam pertinebit, & dabimus pastori nostro, & gregis dominici, ac vicario Christi domino nostro futuro, qui erit pro tempore, auxilium, consilium, & favorem, nec ad impediendum, vel differendum præmissa dabimus consilium, vel favorem directe, vel indirecte, publice, vel occulte. Omnia ista & singula & alias etiam ultra præmissa omnes vias utiles, & accommodas ad utilitatem ecclesiæ, & unionem prædictam ejusdem sane, veraciter, & sine machinatione, seu excusatione, vel dilatione quacumque servabit & procurabit quilibet nostrum, etiamsi assumptus fuerit in apostolatum, etiam usque ad cessionem inclusive per ipsum de papatu faciendam, si dominis cardinalibus qui nunc sunt, vel erunt in futurum de iis qui sunt nunc, vel majori parti eorumdem in hoc pro bono ecclesiæ & unitate prædictæ videatur expedire.

De morte Clementis & de electione Petri de Luna, dicti Benedicti.

8. Item quod supradicto quondam domino Clemente VII. in sua obedientia nuncupato, divina dispositione sublato de medio, reverendissimi patres domini cardinales illius obedientiæ in dicto conclavi considerationis intuitum ad persuasiones, assertiones, prædicationem & affectionem saltem dissimulatam dicti domini Petri de Luna tunc cardinalis, ad unionem sanctæ matris ecclesiæ infixerunt, ipsumque hac consideratione, vel per viam cessionis schisma tolleret, anno domini 1394. de mense Septembris ejusdem anni in dicto palatio Avenioni in eorum Romanum pontificem elegerunt. Et sic fuit, & est verum publicum & notorium.

9. Item supradictus Petrus de Luna paulo post hujusmodi electionem sic, ut præfertur, factam loco, & mense supra proxime specificatis in præsentia dictorum suorum cardinalium in palatio papali Avenionensi hujusmodi per ipsum solenne præstitum juramentum secundum formam & tenorem schedulæ antescriptæ solenniter renovavit, realiter jurando iterum & approbavit; sicque, ut prædicitur, fuit, & est verum, publicum & notorium, atque de ipsis fuit, & est publica vox & fama.

10. Item quod postquam fuit coronatus, ex tunc in ante Petrus de Luna antedictus in tantum cessionis viam refugit & abhorrebat, quod plerumque ex dominis suis cardinalibus cessionis viam persuadentibus graves injurias intulit, & terrores, adeo quod aliqui eorum metu justo fugerunt, aliqui in suis libratis, seu domibus manentes palatium visitare non ausi fuerant: Quodque ipse Petrus de Luna quoslibet viam cessionis persuadentes pro integranda ecclesia, odio habuit, & suos inimicos reputavit, & persecutus est palam & publice, sicque, ut prædicitur, fuit & est dictum, tentum, creditum & reputatum, diciturque, & tenetur, creditur & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum & notorium.

11. Item quod serenissimus princeps dominus Carolus Francorum rex anno domini 1397. vel circa illum annum credens supradictum dominum Petrum de Luna Benedictum, ut præfertur, nominatum ad hujusmodi cessionis viam inclinare, & ut ob reverentiam illustrium principum nunciorum, & alios ob dictam viam cessionis amplectendæ magis adhuc inclinaretur, illustres principes, dominos Bituriæ, Burgundiæ, Aurelianensium duces, plurésque prælatos, milites, nobiles & doctores ad ipsum Petrum de Luna in Avenione residentem destinavit palam, publice, & notorie.

12. Item quod antedicti domini duces, & alii ambasiatores solemnes pro parte dicti domini regis Franciæ, ut præfertur destinati, & ejus nomine, anno, loco proxime dictis præfato domino Petro de Luna humiliter, & devote flexis genibus, & proni in terram post sinceras & debitas recommendationes cum magna devotione supplicaverunt, quatenus per viscera misericordiæ domini nostri Jesu Christi dignaretur ecclesiæ sanctæ Dei, & ejusdem miseriis, & calamitatibus, & ærumnis compati & misereri, atque viam cessionis offerre, casu quo alius contendens cum eo de papatu similiter cederet, & exinde unicus Christi vicarius assumeretur. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

13. Item quod omnes reverendissimi in Christo patres & domini, qui illum elegerant in papam, cardinales, præter unum, vel saltem eorum major pars tempore proxime dicto tantorum principum, nobilium, prælatorum & doctorum devotione compuncti eidem domino Petro de Luna seriose, & reverenter exposuerunt, quod ipsis & eorum cuilibet pro ecclesia sancta Dei expedire videbatur, ut ipse dominus Petrus de Luna Benedictus nuncupatus cessionem & renunciationem sui papatus offerret, & unionem ecclesiæ prosequeretur, per viam cessionis, casu, & sub conditione, quibus contendens antedictus suo papatui, quem hinc inde contendentes prætendebant, similiter cedere, & renunciare vellet. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

14. Item quod antedictus D. Petrus de Luna supplicationibus, precibus & requisitionibus proxime dictis obauditis, & penitus spretis, illas expresse verbis & factis easdem temere in grave damnum, & ecclesiæ Dei scandalum recusavit & contradixit, perjurium incurrendo. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est verum & notorium, publicum & manifestum, atque de præmissis fuit, & est publica vox & fama.

15. Item

15. Item quod communis opinio, rumor indubius, reputatio, & publica vox, & fama fuit, & est, quod supradicti domini duces, cardinales, prælati, nobiles atque doctores, loco & tempore proxime dictis, præfatum dominum Petrum de Luna etiam in vim præstiti per ipsum in antedicto conclavi, & extra juramenti, post varias devotas supplicationes requisiverunt, ut præfertur; Quodque ipse dominus Petrus expresse tam verbis, quam factis viam cessionis casu prædicto recusaverit & contradixerit. Et sic fuit, & est verum.

16. Item quod præmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, publica & notoria, atque de eis, & eorum quolibet fuit, & est publica vox, & fama.

17. Item ponunt & probare intendunt promotores antedicti quod post præmissa illustrissimi principes domini Francorum rex, necnon Angliæ, & Castellæ reges sperantes in Deum, quod supradictus dominus Petrus de Luna tantorum principum precibus etiam multiplicatis prompte pacem universali ecclesiæ largiretur, eidem domino Petro de Luna deinde per suos solemnes legatos, ipsumque rogari, exhortari, & requiri fecerunt, quatenus ecclesiam sanctam Dei tantis afflictam miseriis vellet consolari, & unire, viamque mutuæ cessionis, & renunciationis acceptare & offerre, cum id faciliter facere poterat; attento etiam quod ad id juramento astrictus tenebatur. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est dictum, tentum, creditum, & communiter reputatum, diciturque, & tenetur, communiter reputatur, atque fuit, & est verum, publicum, & notorium, publica vox & fama.

18. Item quod idem dominus Petrus de Luna obstinatus, & induratus nullatenus flecti potuit, & moveri; quinimo id facere per expressum recusavit; &, quod deterius est, tempore proxime dicto supradictam cessionis viam, quam toties in juramento approbavit, & quæ a Christi fidelibus, maxime principibus, & prælatis, & viris doctis approbata fuit, recusavit expresse, perjurium incurrendo; quinimmo illam fecit publice reprobari, dicens se credere peccare mortaliter, si illam viam cessionis offerret, vel faceret. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est tentum, dictum, assertum, creditum & reputatum, diciturque, asseritur, creditur & reputatur; atque fuit, & est verum, publicum & notorium, publica vox & fama.

19. Item quod serenissimus princeps VVenceslaus tunc Romanorum & Bohemiæ rex per suos solemnes legatos, quorum unus erat dominus tunc episcopus Cameracensis, nunc vero S. E. R. cardinalis in civitate Avenionensi & in quodam publico consistorio, quod tunc supradictus Petrus de Luna tenebat, requiri solemniter & instanter fecit, quatenus viam supradictæ cessionis amplecteretur, atque per suæ cessionis modum ecclesiæ sanctæ Dei pacem restitueret, quemadmodum ad id juramenti vinculo se astrinxisset, & esset obligatus. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

20. Item quod supradictus dominus Petrus de Luna per hujusmodi requisitionum multiplicationem magis extitit induratus, dictisque ejusdem domini Romanorum regis legatis bina vice, atque ore proprio loco, & tempore proxime specificatis respondit, dictam cessionis viam nullatenus acceptare, eamque publice reprobari fecit, subjungens, quod si renunciaret, ut præfertur, crederet se peccare mortaliter. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est verum, publicum & notorium, ac publica vox & fama.

21. Item quod post hujusmodi, & multas repetitas magnorum principum & prælatorum humiles & devotas supplicationes, ac etiam requisitiones & recusationes, & denegationes verbo, & facto a dicto domino Benedicto factas, nonnulli principes eidem vocato Benedicto tunc obedientes videntes per experientiam dictum dominum Petrum de Luna ambitione dominandi cæcatum, & in propriæ animæ salutis dispendium unionem ecclesiæ sanctæ Dei fugere, se, & regna sua, & subditos ab obedientia dicti Petri de Luna subtrahere disposuerunt, sicut & postea subtraxerunt; palam, publice, & notorie.

22. Item & quod post requisitiones & supplicationes principum & cardinalium, atque declarationes factas per cardinales & recusationes prædictas, nonnulli principes obedientiæ dicti domini Petri videntes duritiam, & obstinationem suam, & recusationes prosequendi unionem ecclesiæ per viam cessionis, quam ipse, ut præfertus, approbaverat & juraverat, proponerent, & publice dicerent eidem domino vocato Benedicto obedientiam in suis regnis, & dominiis subtrahere, prout & fecerunt ut prædicitur, domini cardinales suæ obedientiæ cupientes & desiderantes unionem ecclesiæ providere, ne dicta subtractio fieret, eidem domino vocato Benedicto præmissa exposuerunt, & eidem supplicaverunt, quatenus pro bono unionis vellet procurare conventionem cum alio contendente cum eo de papatu, & cum eo unionem ecclesiæ etiam per viam cessionis mutuæ, aut alias vias accommodas, nullam viam excludendo, & hoc se velle facere significaret regi Franciæ, & aliis principibus, quibus expediens videretur.

23. Item quod antedictus dominus Petrus de Luna Benedictus, ut præfertur, nuncupatus, omnia, & singula petita & supplicata prædicta expresse & publica denegavit, dicens etiam de quorumcumque subtractione non curare, etiamsi totus mundus a sua obedientia se subtraheret. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est in civitate Avenionensi & toto regno Franciæ, & alibi, ubi ipsius domini Petri notitia habetur, communiter tentum, creditum & reputatum, diciturque, tenetur, creditur & reputatur, palam & publice, atque fuit, & est verum, publicum & notorium.

24. Item quod præmissa omnia & singula fuerunt, & sunt vera, publica & notoria, de eisque omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

25. Item proponunt, & probare intendunt prosecutores & ministri prædicti, quod dudum anno domini 1401. in mense Martii præfatus Petrus de Luna Benedictus, ut præfertur, nuncupatus in palatio apostolico Avenionensi ad instantiam serenissimi principis domini Caroli Francorum regis, atque claræ memoriæ domini Lodovici ducis Aurelianensis illustris fratris ejusdem regis, qui ad eum Petrum dictum Benedictum pro papa tunc se gerentem suos legatos, & nuncios propter hoc transmiserunt, promisit coram pluribus personis insignibus atque publicis notariis, quod altero contendente cum eo de papatu cedente, mortuo, vel ejecto; ipse Petrus pro papa se gerens renunciaret papatui, ad finem quod eligeretur unus verus pastor, & vicarius Iesu Christi, nihilque facere, vel procurare per quod unio ecclesiæ valeat retardari, vel via mutuæ cessionis quomodolibet impediri, & renunciavit omnibus protestationibus per eum in contrarium factis.

26. Item ponunt & probare intendunt, quod postmodum quondam dominus Bonifacius papa IX. sic in sua obedientia nuncupatus dudum de anno domini 1404. & in mense Octobris ejusdem anni, sicut domino placuit, fuit in urbe Roma, in qua

tunc cum sua curia residebat, vita functus. Et sic fuit, & est verum.

27. Item quod reverendissimi in Christo patres & domini, domini cardinales tunc Romæ, & sub obedientia dicti domini Bonifacii existentes post hoc, videlicet de anno, & mense proxime dictis dominum Cosmatum cardinalem Bononiensem in summum Romanum pontificem elegerunt, qui deinde de mense Novembris immediate sequentis extitit Romæ coronatus, & Innocentius VII. a sibi obedientibus nuncupatus. Et sic fuit, & est verum, publicum & norotium.

28. Item quod dictus dominus Innocentius dum Romæ in conclavi extiterat una cum aliis domiois cardinalibus juravit, vovit & promisit, quod si in Romanum pontificem eligeretur, & dominus Petrus de Luna, vel forsitan ejus successor pro bono pacis & nnionis ecclesiæ suo, quem prætendebat, papatui renunciare vellet, paratus esset similiter juri, quod ipse Innocentius per electioocm ad papatum in papatu haberet, vel habiturus esset, cedere cum effectu. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

29. Item quod hujusmodi Innocentii votum & promissum per totam Christianitatem, etiam usque ad aures Petri de Luna, atque principum in sua obedientia existentium devenerunt palam, publice, & notorie.

30. Item quod deinde supradictus dominus Innocentius antequam hujusmodi mutua cessio de papatu contendentium adimpleretur, de anno domini 1406. & de mense Decembris ejusdem anni in orbe Roma diem vitæ suæ clausit extremum, neć tamen cessit dictus dominus Petrus. Et sic fuit, & est verum & notorium.

31. Item quod mors supradicti domini Innocentii de mense Decembris anni 1406. supradicti ad præfati domini Petri de Luna indubitatam notitiam venit, palam, publice & notorie, nec tamen cessit suo prætenso papatui, ut est notorium.

32. Item quod præmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, publica, & notoria, atque de eis, & eorum quolibet fuit, & est publica vox, & fama.

33. Item quod postquam idem dominus Petrus de Luna dictus, ut præfertur, Benedictus, toties de unione ecclesiæ per viam mutuæ cessionis extitit requisitus, ipse fraudulenter procuravit apud aliquos prælatos, & illis mandavit ad suam excusationem & recusationem illius viæ cessionis, quod scriberent, & sibi mitterent schedolas, per quas dissuaderent sibi viam mutuæ cessionis, & ad hoc allegarent rationes quas possent.

34. Item ponunt & probare intendunt, quod deinde anno domini 1406. post vigesimumquartum diem mensis Novembris, & ante vigesimumquartum diem mensis Decembris ejusdem anni reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Angelus tunc cardinalis fuit in obedientia dicti domini Innocentii in orbe Roma & in conclavi palatii papalis in Romanum pontificem ejusdem obedientiæ electus, coronatus & inthronizatus, atque Gregorius XII. appellatus, palam, publice, & notorie.

35. Item quod dictus dominus Angelus Gregorius XII. appellatus adhuc in conclavi, loco & tempore proxime dictis existens, sacro dominorum suorum cardinalium collegio instante, vovit, juravit & promisit, quod papatui, si eligeretur, in effectum, & finem unionis consequendæ, cederet, prout in instrumento, ad quod se referunt, plenius continetur. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

36. Item quod postmodum idem dominus Gregorius electus obtulit, dictam viam mutuæ cessionis dicto domino Benedicto sic vocato, misitque super hoc eidem domino Benedicto literas & nuncios, ipseque Benedictus illam viam acceptavit verbo, licet non facto, ut probavit eventus, quia non cessit, & hoc est notorium.

37. Item cum serenissimus Francorum rex anno domini 1407. mense Iunii per suos solemnes legatos post oblatam renunciationem per dictum Gregorium unionem ecclesiæ prosequeretur apud dictum Petrum de Luna dictum Benedictum, & alterum dominum Gregorium, idem Petrus de Luna ad turbandum intentionem dicti domini regis Franciæ, & ponendum scandalum in suo regno, cum idem dominus dictus Benedictus præsentaret, quod nisi prosequeretur unionem ecclesiæ per dictam viam cessionis oblatam, fieret sibi in regno Franciæ subtractio obedientiæ, fecit fraudulenter, & in odium dicti regis qui prosequebatur unionem ecclesiæ per viam mutuæ cessionis, unam constitutionem, si constitutio dici mereatur, & illam misit ad dictum dominum regem Franciæ, & eidem præsentari fecit per unam bullam continentem, quod quicumque, etiam reges & principes, aut alii quicumque se, vel regna sua, & dominia ab obedientia seu Romani pontificis cujusmodi ipse in dicto regno suo, idem dominus Petrus dictus Benedictus habebatur, subtraherent, excommunicationis, & anathematis sententiam incurrerent, essentque ipso facto omni dignitate, etiam regali privati, vassallique, & fideles eorum ab omni homagio & juramento fidelitatis tali subtrahenti præstitis, vel debitis liberi, & immunes, & plura alia continens, cujus tenor sequitur, & est talis.

Bulla Benedicti XIII.

Benedictus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In dierum successu crescente malitia, sic videmus mundum in deteriora jugiter prolabi, sic hominum mentes assueta depravari nequitia, malis passim cumulum superaddi, ut & boni, qui alias oderunt virtutis amore delinquere, interdum cum perversis admixti eorum inficiantur malitia, vel errore. Est igitur compescenda præsumptorum audacia, ut saltem pœnæ formidine retrahantur a noxiis, sicque boni sectando virtutem meliores effecti non videantur perire cum illis. Ad nostrum si quidem auditum fama publica notoriante pervenit, quod nonnulli perditionis filii, tam ecclesiastici, quam sæculares dum altiora se petunt, dum præposteris & turbatis gradibus citius venturi in magnis & mirabilibus supra se ambulare conantur, illius delusi fallaciis, qui se, ut alios decipiat, in lucis Angelum transfigurat, sibi ruinam, inferioribus scandalum, solidioribus nutem vexationis materiam paraverunt, pro viribus satagentes catholicam ecclesiam iteratis subschismatibus noviter lacerando impedire ejus sacratissimam unionem. Nam licet post assumptionem ad apicem summi apostolatus, & etiam ante dum nos minor status haberet, ad extirpationem hujus horrendi schismatis in Dei ecclesia a triginta fere annis (proh dolor!) nunc vigentis, & procurandum pacem & unitatem in ipsa ecclesia tanto accuratius & ardentius, quanto rem ipsam ad nos peculiarius spectare cognoscimus, debitam, Deo, ac conscientia testibus, operam adhibuimus, & intendimus indefessis studiis adhibere, & post varios tentatosque labores, & in cassum, peccatis exigentibus quandoque deductos, post oblatam

per

per nos Angelo Corrario in sede apostolica intruso, qui ab adhærentibus sibi in hoc pernicioso schismate se facit Gregorium nominari, viam renunciationis per nos fiendam pure, libere, & simpliciter, prout in litteris nostris apostolicis datis Massiliæ pridie Kalendas Februarii pontificatus nostri anno infrascripto plenius continetur, ad executionem eorum, quæ pro præmissis agenda restant fienda de loco conventionis personalis, nostri scilicet, & dicti Angeli, & tempore, & numero personarum ab utraque parte ad conventionem hujusmodi ducendarum, & de aliis circumstantiis ad rem hanc pertinentibus inter nos, & venerabiles fratres nostros S. R. E. cardinales cum nunciis dicti Angeli, & sui pretensi collegii, illorum scilicet qui apud partem suam cardinales nuncupantur, sic facta, & conclusa concordia inserta brevi termino, præstante domino, exequenda prout in publicis instrumentis plenius continetur. Tamen præfati iniquitatis filii nos, & dictos fratres nostros nituntur totis conatibus, modisque exquisitis & illicitis, ac quibusdam fraudibus & fucatis coloribus in hac salubri prosecutione & executione dictæ unionis impedire, & sub quodam unionis simulato zelo ecclesiastica vincula contemnentes, non absque temeritatis audacia stabilem, firmamque Christianæ fidei compaginem rescindere moliuntur, ac se a nostra, & ecclesiæ Romanæ obedientia temere subtrahendo, a nobis quod de jure non licet, de facto ad defensionem sui erroris appellationes varias interponunt. Nos licet aliquandiu cum patientia tolerando præmissa dissimulaverimus, ut saltem timor Dei, & pœnæ jam contra tales a nobis, & sacris canonibus inflictæ eos ad pœnitentiam provocarent, & facerent ad sinum piæ matris redire, videremus tamen eos adhuc in majoris præsumptionis audaciam prosilire. Quamobrem zelus fidei, & fervor compassionis animarum merito nos inducunt, ut contra istorum audaciam quasi publicam pestem per apostolicæ provisionis remedium occurramus. Idcirco habita super iis deliberatione matura, hac constitutione perpetue duratura in omnes & singulos, qui præfatam ecclesiæ unionem scienter, seu personam nostram, vel personas venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium in executione præmissorum per nos oblatorum & concordatorum cum dicto Angelo, & cum suis nunciis impediverint, aut turbaverint, vel a nobis, seu successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus appellare præsumpserint, seu a nostra, vel ipsorum successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium obedientia recesserint, ac se subtraxerint, vel in præmissis subtractione, aut appellatione perseveraverint, seu persisterint, seu eis in præmissis impedimentis, appellationibus, subtractionibus, vel perturbationibus per se, seu alium, vel alios quavis occasione, seu colore quæsito dederint auxilium, consilium, vel favorem, & qui personaliter asseruerint illos qui præmissa committunt, per nostras sententias non ligati, cujuscumque status, gradus, dignitatis vel conditionis existant, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, regali, aut quacumque ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, ex nunc auctoritate apostolica excommunicationis sententiam promulgamus, a qua nullus, præterquam a Romano pontifice, nisi duntaxat in mortis articulo, a dicta sententia absolvi contigerit, volumus, & auctoritate prædicta duximus declarandum, quod taliter absolutus, si quam cito commode poterit, post resumptam convalescentiam se coram apostolica sede obmiserit præ-

A sentare, mandatum ipsius humiliter recepturus & satisfacturus, prout justitia suadebit, in eandem excommunicationis sententiam reincidat eo ipso; quam quidem sententiam superius per nos latam si per viginti dies sustinuerit, animo indurato, si laicus quicumque & cujuscumque gradus, status, conditionis, vel dignitatis, etiam de superius nominatis, princeps, vel alia sæcularis persona fuerit, terras, villas, civitates, & castra, & loca quæcumque, quæ obtineret & obtinebit, ecclesiastico supponimus interdicto. Si vero universitas fuerit, similiter ecclesiastico subjaceat interdictu. Et quia merito beneficia plerumque propter ingratitudinem revocantur, supradictos omnes & singulos, ac ex eis tam clericos, quam laicos, seu ipsis super B præmissis quomodolibet adhærentes, aut præstantes auxilium, consilium, aut favorem, ut præfertur, si per viginti dies dictos viginti immediate sequentes sententias sustinuerint antedictas eosdem omnibus privilegiis, indulgentiis, gratiis, & libertatibus, & immunitatibus realibus, & personalibus ipsis communiter, vel divisim sub quacumque forma, vel expressione verborum ab apostolica sede concessis, dictosque clericos omnibus beneficiis ecclesiasticis, dignitatibus, personatibus, & officiis cum cura, vel sine cura, & si archiepiscopalis, patriarchalis aut cardinalatus, vel quævis alia dignitas forsan extiterit, ex nunc apostolica auctoritate duximus privandas de plenitudine potestatis ipso C facto, & de certa scientia privamus, & privatas esse decernimus, prædictorum omnium tam ecclesiasticorum quam secularium, & cujuslibet ipsorum vassallos, & omnes a juramento fidelitatis, & alia quacumque obligatione, quibus eis tenentur, seu tenebuntur quomodolibet absolventes; feuda quoque, jura, honores, officia, & alia bona immobilia eorumdem, quæ ubilibet a dicta Romana ecclesia tenentur, confiscamus. Aliis vero juribus, feudis, honoribus & officiis, ac aliis immobilibus bonis, quæ a quibusvis habent & habebunt ecclesiis, sint ipso jure privati, sicque libere ad easdem revertantur ecclesias, quod de illis earum rectores pro sua valeant disponere voluntate, nec causæ D quarumque ad eorum, vel alterius ipsorum, aut alias præmissorum audientiam præstant, nec ipsorum valeant sententiæ, vel processus, etiam instrumenta confecta per illos, & eos qui tabellionatus obtinebunt officia, nullam habeant roboris firmitatem. Et insuper omnes & singuli, qui cum prædictis, vel eorum aliquo, ipsorum contumacia perdurante, confœderationem, societatem, obligationem, seu ligam fecerint, vel ipsos juverint, aut dederint auxilium, consilium, vel favorem directe vel indirecte, publice, vel occulte in rebellione & aliis prædictis, si personæ singulares fuerint, etiamsi episcopali, archiepiscopali, patriarchali, cardinalatu, imperiali, vel regali, seu quavis alia, ut præfertur, fulgeant dignitate, ecclesiastica, vel munda- E na, aut communitas vel collegium fuerit, quibuscumque privilegiis & gratiis a nobis, vel prædecessoribus nostris concessis sint ipso facto privati, & nihilominus ecclesiastici subjaceant interdicti sententiis, a quibus nullus, præterquam ab eodem Romano pontifice absolutionem, seu relaxationem possit, nisi duntaxat in eodem mortis articulo ab eadem anathematis, seu excommunicationis sententia, sicut in casibus antedictis exprimitur, obtinere. Prædictas, & quasvis alias confœderationes, colligationes, & ligas, necnon & pactiones, conventiones & obligationes quascumq; inter prædictos hujusmodi excessuum patratores, & quasvis alias singulares per-

sonas quacumque dignitate fulgentes, seu communitates & universitates sub quavis verborum forma factas, & quas in posterum fieri contigerit, etsi fuerint juramentis, promissionibus, & pœnarum adjectionibus, & alia quacumque firmitate vallatæ, annullamus, cassamus, irritamus, & vacuas viribus nunciamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem; pœnis alias contra tales, a nobis & prædecessoribus nostris Romanis pontificibus editis, & concessis quibuscumque, & qualitercumque, & sub quacumque forma verborum, etiamsi de illis & totis eorum tenoribus de verbo ad verbum specialis, & expressa esset mentio facienda, & qualemcumque clausulam derogatoriam contineant, quam & quas de certa scientia & plenitudine potestatis tenore præsentium revocamus in quantum possent prædictorum effectum suspendere, impedire, vel sibi in aliquo derogare. Seu si aliquibus a sede prædicta sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici nequeant per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto prædicto, ac eorum personis & locis, nominibus propriis, vel ordinibus, seu dignitatibus mentionem, & aliis contrariis quibuscumque. Nulli ergo, *&c.* nostræ promulgationis, privationis, confiscationis, annullationis, cassationis, irritationis, nunciationis, & constitutionis ac voluntatis infringere, *&c.* Datum Massiliæ apud sanctum Victorem XIV. Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno decimotertio.

Ex qua constitutione execrabili, secundum doctores aliquos, attentis circumstantiis rerum, & statu ecclesiæ, ac divisione scandalosa illius & omnibus circumstantiis & causis, seu occasionibus condendæ per eundem vocatum Benedictum hujusmodi constitutionis, concludi, & referri potest dictam constitutionem esse hæreticalem; illius conditorem Petrum de Luna deinde Benedictum nuncupatum fuisse, & esse hæreticum, atque schismaticum.

37. Item quod facta dicta oblatione per dictum dominum Gregorium, quod rex Franciæ misit solemnes legatos patriarcham Alexandrinum, & dominum Cameracensem episcopum, nunc S. R. E. cardinales, pluresque alios prælatos, doctores, & cum illis misit etiam universitas Parisiensis legatos ad prosequendum viam cessionis mutuæ apud ambos contendentes, qui hæc fuerunt prosecuti diligenter apud ambos. Et hoc est notorium & verum, & super hoc fuit, & est communis vox & fama.

38. Item quod idem Petrus vocatus Benedictus, ut præfertur, anno domini 1406. in Massilia existens iterum solemniter coram pluribus cardinalibus, & aliis legatis regis Franciæ promisit prosequi unionem ecclesiæ per viam cessionis præ omnibus aliis viis. Et hoc est verum & notorium.

39. Item quod nonobstantibus præmissis juramentis, promissionibus & requisitionibus, ipse per fraudes, dolos & machinationes, & per diversas ambasiatas missas ad dictum dominum vocatum Gregorium, sine consensu, & consilio suorum cardinalium, & per collusiones inter nuncios factas cum dicto vocato Gregorio, fecit, quod ille recessit ad unam partem, & ipse Petrus ad alteram, & ita procuravit, quod dicta cessio non fieret, illamque per diversa media, & difficultates conveniendi in unum, atque securitatum per eum petitarum evasit; neque unquam veraciter, diligenter, neque efficaciter illam viam prosecutus fuit, sed refugit ut potuit. Et hoc est verum & notorium, & super hoc est fama communis.

40. Item dicunt, & probare intendunt dicti prosequutores, & ministri, quod idem dominus Petrus vocatus, ut præfertur, Benedictus, postquam dissolutus fuit tractatus conventionis inter ipsum, & dominum Gregorium, convocato, ut prætendebat, generali concilio in Perpiniano ad dictum Perpinianum accessit, & convocavit ibidem concilium quod vocavit generale, in quo plures cardinales, prælati & doctores comparuerunt.

41. Item quod in eodem concilio idem dominus vocatus, ut præfertur, Benedictus, dicto concilio sedente exposuit quædam, quæ dicebat se fecisse pro unione ecclesiæ consequenda, petiitque a dicto quatenus consuleretur & deliberaretur quid ulterius per eum, aut alias videretur agendum pro eadem unione efficaciter consequenda.

42. Item & quod tunc per idem concilium fuerunt deputati certi prælati, videlicet unus cardinalis, & alii prælati, & doctores usque ad numerum viginti octo, vel circa ad deliberandum super præmissis expositis, & petitis per eundem dominum vocatum Benedictum, & tandem ex eis fuerunt electi sexdecim ad illam sententiam specialiter conculcandam. Et hoc fecit, & est verum & notorium.

43. Item quod ex illis sexdecim sic deputatis, quindecim deliberaverunt & concluserunt inter se, quod pro unione ecclesiæ dictus dominus Petrus, vocatus, ut præfertur, Benedictus, iret, vel mitteret procuratores irrevocabiles cum plena potestate Pisis, ubi aliud concilium congregabatur pro unione ecclesiæ ad renunciandum papatui, pure & libere dicto vocato in sua obedientia Gregorio cedente, mortuo, vel ejecto, aut illius dicti Gregorii successoribus mortuis, vel ejectis. Et de hoc fecerunt unam schedulam, & scripturam præmissa continentem, & eidem domino Benedicto porrigendam, & in concilio publicandam; in qua schedula quindecim concordarunt, & decimus sextus noluit consentire.

44. Item quod dicta schedula continens deliberationem prædictam fuit eidem domino Petro dicto, ut præfertur, Benedicto præsentata & contenta in illa exposita. Ipse autem respondit, quod contenta in dicta schedula, & deliberationem in dicta schedula non faceret, & quod bene sciebat quod illi deputati sexdecim non erant concordes. Et cum diceretur sibi, quod omnes in hoc erant concordes præter unum, dixit, quod ille melius dicebat & sentiebat quam cæteri. Et finaliter nullo modo voluit illi deliberationi consentire.

45. Item & quod post præmissa cum idem dominus Benedictus scivisset, quod reverendissimus in Christo pater dominus cardinalis de Chalanco fuisset unus de illis quindecim & timeret, quod illa deliberatio publicaretur in concilio, prohibuit sibi in virtute obedientiæ, ne in concilio loqueretur, præsertim de illa materia. Dixit insuper eidem domino cardinali, Vos vultis me scandalizare. Cumque idem dominus cardinalis responderet, Non volo vos scandalizare, sed dico quæ mihi videntur in concilio; Replicavit idem dominus Petrus dictus Benedictus, Ego faciam vos poni in tali loco, quod non videbitis solem forte de vita vestra. Et hoc fuit, & est verum, & notorium, & super hoc fuit, & est publica vox, & fama.

46. Item quod idem dominus Petrus dictus Benedictus mandavit archiepiscopo Tarraconensi quod diceret sex aliis deputatis prædictis, qui erant de illa opinione schedulæ prædictæ, quod omnia tacerent, & nihil de ea loquerentur.

Item quod præmissa omnia & singula fuerunt, & sunt publica, & notoria, atque de eis, & eorum quolibet est publica vox, & fama.

47. Item

47. Item dicunt, & proponunt prosecutores, & ministri prædicti, quod post Pisanum & Perpiniani ita vocata concilia idem dominus Petrus vocatus Benedictus, ut præfertur, fecit aut fieri fecit plures tractatus & scripturas, quos & quas approbavit, & veros & catholicos reputavit, in quibus continentur plures conclusiones erroneæ, & errores contra fidem, & sacræ scripturæ veritatem, qui, & quæ sequuntur. Primo in tractatu quem fecit, aut fieri fecit, & ab aliis factum approbavit, & ratum habuit, intitulato, De subschismate, ponit conclusionem sequentem, & ponitur conclusio sequens: Nulli convenit potestati, nec divinæ, nec humanæ, quod quid sit intra unum locum, & extra eundem. Dictam conclusionem pertinaciter asseruit & sustinuit, quæ hæretica, & contra sacram scripturam, & divinam potentiam, cum Deus sit intra & extra eundem locum. Et hoc est notorium.

48. Item quod dixit, scripsit, vel scribi fecit idem dominus vocatus, ut præmittitur, Benedictus, quod si ivisset ad Pisanum concilium vel misisset ad illud ad cedendum papatui, ut aliqui sibi consuluerant & consulebant, jam non essent claves in ecclesia, nisi Deus iterum incarnatus fuisset, & claves de novo dedisset. Et hoc est notorium.

49. Item quod in tractatu, quem fecit, seu fieri fecit, & factum approbavit, & ratum habuit contra Pisanum concilium qui incipit. Quia nonnulli in 4. par. via tertia §. subsequenter, aut alibi in dicto tractatu dixit & asseruit, & pertinaciter sustinuit, quod stante dubio hujus schismatis, aliqui, qui non possunt certificari de veritate, & justitia alterius contendentis de papatu, primo electo obediendo papæ Benedicto XIII. scilicet sibi, quoad Deum in conscientia tuti, & essent securi. Et hoc est notorium.

50. Item dicunt & proponunt dicti prosecutores & ministri quod idem Petrus vocatus, ut præfertur, Benedictus, post præmissum per eum prætensum Perpinianeum concilium dixit, & asseruit pertinaciter & constanter, quod si totus mundus diceret sibi, quod cederet papatui, & sibi videretur, quod non sequeretur inde unio ecclesiæ, aut videretur sibi, quod non deberet cedere, ipse non cederet. Et si totus mundus diceret sibi, quod non cederet, & sibi videretur, quod deberet cedere, ipse cederet per hoc suum judicium, imo potius errorem, pertinaciter præferendo omni humano, & ecclesiæ universalis judicio, quod manifeste probat pertinaciam in errore.

51. Item ponunt & probare intendunt, quod domino Balthassare in Ioannem papam XXIII. subsequenter assumpto, inthronizato, & coronato, & deinde in hac præsenti civitate Constantiensi de anno domini 1414. generali concilio indicto & congregato, ad nonnullos tractatus, pro unione & reformatione universalis ecclesiæ extitit processum; & tandem idem dominus Ioannes suis demeritis & culpis exigentibus, anno domini 1415. & in mense Maii ejusdem anni ab omni culmine honoris, atque papalis dignitatis per ipsum generale concilium servatis servandis rite & canonice depositus fuit & ejectus, palam & publice. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

52. Item quod dictus dominus Balthasar olim Ioannes XXIII. in sua obedientia nuncupatus se indignum tantæ dignitatis recognoscens, hujusmodi ejectionem, atque depositionem per dictum sacrum concilium factas tanquam justas, sanctas & canonicas laudavit & approbavit, atque in eandem depositionem factam annuit & consensit. Et nihilominus post hujusmodi depositionem, ad majorem cautelam, etiamsi quid juris sibi remansisset, pure, & simpliciter cessit & renuntiavit. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

53. Item quod post depositionem, ejectionem, & ad cautelam renunciationem sic, ut præfertur, factas, supradictus reverendissimus in Christo pater dominus Angelus Corrario olim in sua obedientia Gregorius XII. nuncupatus fidei zelo ductus, ac laceratæ ecclesiæ compatiens, volens, quantum in eo erat, pacem dare ecclesiæ Dei, nuper anno domini 1415. supradicto & in mense Iulii ejusdem anni in præsenti sacro concilio & in publica sessione per præsens publicum concilium generale in majori ecclesia Constantiensi solemniter celebrata per suos solemnes procuratores, legatos & oratores sufficiens ad id mandatum habentes, papatui suo, quem prætendebat, patremque juri, oneri & honori sibi quomodolibet competentem in eodem pure, & simpliciter cessit solemniter, & renunciavit. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

54. Item præmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, publica & notoria, ac de ipsis, & eorum quolibet fuit, & est publica vox & fama.

55. Item ponunt & probare intendunt, quod post præmissa & eodem anno proxime dicto supradictum sacrum concilium generale Constantiense considerans residuam partem impedimentorum unionis perficiendæ in supradicto domino Petro de Luna consistere, serenissimum & invictissimum principem dominum Sigismundum Romanorum & Vngariæ regem semper Augustum, una cum nonnullis dominis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, doctoribus, & prælatis solemnibus legatis ad dictum dominum Petrum de Luna, atque ad conveniendum cum illustrissimo principe Ferdinando tunc Aragonum rege & conventione eorumdem regum, & ad præmissa sibi intimandum, necnon tractandum, rogandum, exhortandum, requirendum dictum Petrum de Luna, quatenus pacem ecclesiæ dare, atque cedere suo prætenso papatui vellet, misit, & destinavit. Et sic fuit, & est verum, *&c.*

56. Item quod supradicti domini Romanorum rex, & ambasiatores hujusmodi legationem & ambasiatam devote amplectentes, se ad regnum Aragoniæ, & dictum Petrum de Luna anno proxime dicto cum literis munimentis, scripturis authenticis pro præmissorum certificatione fienda transtulerunt, palam, publice, & notorie.

57. Item quod serenissimus Romanorum & Vngariæ rex & ambasiatores supradicti una cum illustrissimo principe domino Ferdinando tunc rege Aragonum ac nobilibus principibus Armeniaci, & Fuxi comitibus atque legatis solemnibus illustrissimorum principum dominorum Franciæ, Angliæ, Castellæ, & Navarræ regum anno prædicto in Perpiniano cum supradicto domino Petro de Luna convenerunt. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

58. Item quod supradicti Romanorum rex & ambasiatores concilii Constantiensis, atque regum Franciæ & Angliæ prænominatum dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. necnon dominum regem Aragonum, cæterosque principes & oratores antedictos in Perpiniano, ut præfertur, congregatos de ejectione & depositione, ac ad cautelam renunciatione papatus, quem dictus dominus Balthasar de Cossa olim papa Ioannes XXIII. necnon per supradictum reverendissimum patrem dominum Angelum Corrario olim in sua obedientia Gregorium XII. nuncupatum de cessione sui papatus, quem antea prætendebat, ut præmittitur, facta per literas

hujusmodi. Sub bulla sacri concilii Constantiensis, nec litteras & scripturas authenticas, atque publica documenta, & munimenta etiam manibus propriis dictorum dominorum Joannis, & Gregorii olim de papatu contendentium subscriptas, & subscripta in dicto loco Perpiniani certificarunt. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

59. Item quod dominus Petrus de Luna antedictus omnia, & singula hujusmodi, scripturas, instrumenta, & munimenta originalia vidit, & tetigit, palpavit, & examinavit, & post hujusmodi originalium visionem, tactum, palpationem, & examen, atque ipsorum copiam sub manu authentica habitam, dixit se deliberare, & eisdem dominis gratum responsum dare velle, sicque, ut prædicitur, fuit, & est dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, creditur, & reputatur palam publice atque notorie.

60. Item quod præfati domini Romanorum rex, & legati concilii generalis Constantiensis, atque regis Franciæ, & Angliæ dictum dominum Benedictum sic, ut præfertur, vocatum cum instantia requisiverunt, quatenus attentis præmissis depositione Joannis, ac illius dicti domini Gregorii renunciatione, post quas totum pondus schismatis, seu divisionis ecclesiæ, & facultas illam uniendi in eo consistebat, vellet dare pacem, & unionem ecclesiæ per suam cessionem, ad quam præmissis promissionibus, & attentis juramentis suis, & aliis tenebatur jure divino pariter & humano. Et hoc est notorium, & verum.

61. Item quod cum dictus dominus Petrus de Luna suum responsum super præmissis malitiose & callide differret, atque post multos tractatus cum eodem super cessione fienda habitos cavillasset, & dissimulatione evadere visus fuisset, ipse Petrus de Luna anno domini MCCCCXV. ante dicto pluries per antedictos reges, legatos, comites, prælatos, nuncios, & oratores conjunctim, & divisim iterum requisitus, interpellatus sæpius, & iteratis vicibus fuit, quatenus præmissis attentis vellet per suam renunciationem dare pacem ecclesiæ Dei jam fere per quadraginta annos afflictæ, lassæ, & divisæ, quemadmodum tam jure divino, & humano, quam suis propriis repetitis promissionibus, & juramentis per ipsum præstitis, & emissis, & per universum orbem publicatis ad id teneretur. Sicque, ut prædicitur, est dictum, habitum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, habetur, tenetur, creditur, & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum & notorium.

62. Item quod idem dominus Benedictus sic, ut præmittitur, vocatus dominum Sigismundum Romanorum & Ungariæ regem, ac legatos hujus sacri concilii generalis Constantiensis, regis Franciæ, & Angliæ ex una parte, necnon dominos regem Aragonum, comites Armeniaci, & Fuxi personaliter præsentes, atque legatos dominorum regum Castellæ & Navarræ tenuit in tractatibus per spatium duorum mensium, & amplius, nullo tamen eis utili, & efficaci responso dato super renunciatione prædicta, sed per vias obliquas, & dilatorias procedens ita illos tædio affecit, quod manifeste perceperunt, quod apud illum ad prædictum finem in vanum laborabant, & ita vacui & infecto negotio prædicto, dicti rex Romanorum & legati concilii hujus, atque regis Franciæ, & Angliæ recedere coacti sunt, & recesserunt. Et hoc fuit & est verum, atque notorium.

63. Item quod serenissimus Aragonum rex Ferdinandus, & illustres comites Armeniaci, & Fuxi; necnon legati serenissimorum regum Castellæ & Navarræ eidem domino Petro dicto Benedicto etiam obedientes diu apud eundem institissent, quod vellet pro unione ecclesiæ consequenda renunciare papatui,

A quod recusavit, & per vias obliquas, & dilatorias, ac nullius efficaciæ evasit. Tandem ex parte dictorum regum, comitum, & ambasiatorum omnium, & singulorum prædictorum, etiam singulariter ex parte singulorum regum, & comitum eorundem fuit publice, & solemniter requisitus de cessione, & renunciatione prædicta per eum fienda secundum formam ejusdem schedulæ sibi exhibitæ, & coram eo lectæ, cujus tenor sequitur, & est talis.

Beatissime pater. Cum negotium extirpationis schismatis pestilentis antiquati, & nimium (proh dolor) radicati, & assecutionis sanctæ unionis ecclesiæ diutius præstolatæ noviter sit deventum, seu deductum in statum, quod ille Angelus de Corrario, qui se Gregorium XII. intitulabat, renunciavit, pure, & libe-

B re papatui, & cuique juri, quod in eo sibi prætendebat competere, & habere, & aliqua alia fecit, quantum in eo fuit ad facilitatem, & dispositionem prænominatæ sacræ unionis habendæ. Etiam ille Balthassar de Cossa Joannes XXIII. in sua obedientia nuncupatus, nihilominus a prætenso papatu, in quo se jus habere dicebat, realiter fuit ejectus, & etiam eidem renunciavit, serenissimusque princeps Sigismundus Romanorum rex personaliter, necnon quamplures alii reges, & principes Christiani, & magna pars Christianitatis per suos solemnes oratores, & nuncios venerunt ad hanc villam Perpiniani, petentes instantissime a V.S. quatenus dignaremini renunciare papatui, & omni juri vobis competenti in

C eo pro dicta unione habenda, allegantes ad id V.S. multipliciter teneri. Et propterea ut S.V. non ignoret præmissa per spatium duorum mensium, vel circa hic moram trahentes nihil clarum, & efficax ab eadem sanctitate, ut asseritur, obtinere valentes, scandalizati, & vacui recesserunt. Verum, beatissime pater, cum gravissima pericula, & scandala permaxime universalia, non solum temporalia, sed etiam spiritualia, quod deterius est, sint mora hujusmodi renunciationis per V.S. fiendæ, ut ex præmissis, & aliis deprehenditur manifeste pro tanto Dei servitio, & bono prælibatæ unionis habendæ, necnon pro tantorum evitatione periculorum, & scandalorum supplicat S.V. humiliter, & devote humilis filius vester

D Ferdinandus rex Aragonum, & Siciliæ, &c. & nihilominus obsecrat per viscera misericordiæ Jesu Christi, & etiam solemniter & reverenter requirit S.V. quatenus dignetur dictam renunciationem facere, pure, & libere sine dilationibus, ad quam præmissis attentis, & aliis attendendis tenemini utroque jure divino, & humano. Et hoc est notorium.

Quæ requisitio pro parte domini regis Aragonum fuit facta per illustrem principem dominum Alphonsum primogenitum dicti domini regis Ferdinandi, & principem Gerundæ, nunc vero Aragonum regem, & per comites Armeniaci, & Fuxi personaliter, & ambasiatores, & legatos aliorum regum prædictorum. Et hoc fuit, & est notorium.

E 64. Item & quod post præmissas requisitiones idem dominus Petrus dictus Benedictus indignatus ex hoc recessit de Perpiniano cum armatis, & quasi cum uno exercitu ad locum, & portum maris Colliberim, ubi cum aliquandiu stetisset, præfatus dominus rex Aragonum Ferdinandus iterum misit ad eum suos oratores, & legatos solemnes, & etiam cum illis accesserunt legati, & procuratores regum Castellæ, & Navarræ, ac comites Armeniaci, & Fuxi, & iterum per eosdem oratores fuit requisitus de præmissis, & aliis, prout in schedula infrascripta continetur, quæ fuit sibi præsentata, & lecta, cujus tenor talis est.

Beatissime pater, supplicationi, & requisitioni factis, & oblatis die nona præsentis mensis V. S. sub hac

hac forma. Beatissime pater, Cum negotium extirpationis schismatis, &c respondit E. S. die duodecima dicti mensis sub hac forma. Vt appareat veritas processus, &c. Verum, sanctissime pater, urgentibus causis, & motivis in dicta supplicatione & requisitione expressis, via paratur opportunius quam a die orti schismatis usque nunc ad consequendam ecclesiæ unionem. Nam facta per S. V. cessione de qua extitit supplicatum, speratur verisimiliter, quod in concilio generali universalis ecclesiæ, quod dante domino, in brevi congregabitur, providebitur sanctæ matri ecclesiæ, per eos, ad quos pertineat, de unico, & indubitato, ac universali pastore, forte per aliquam de practicis jam apertis, vel per alias, aut aliter; prout in eodem concilio per eos, ad quos pertinebit, dirigente Spiritu sancto, disponetur, & ordinabitur, cum aliter nequeat in prædictis legitime provideri, extirparique speratur schisma pestiferum, & sic obviabitur scandalis, & divisionibus ob dictum schisma usque nunc pullulatis, & quæ timentur oriri in posterum, nisi de renunciationis remedio occurratur. Idcirco, beatissime pater, Raymundus de Plano Bononiensis legum, & Petrus Syta decretorum doctores ambasiatores & procuratores illustrissimi domini Ferdinandi regis Aragonum, Siciliæ, &c. filii vestri devoti cum debita reverentia V. S. videntes per vestram responsionem supplicationi, & requisitioni prædictis non fuisse, ut debuit, & congruit, necessitati unionis ecclesiæ satisfactũ, stantes & perseverantes supplicationi, & requisitioni jam factis, cum reperita reverentia, ob Dei servitium, & dictum beneficium unionis, & ex causis supradictis, & aliis pluribus V. S. notissimis, & etiam toti mundo, supplicant sanctitati prædictæ semel, secundo, & tertio, ac sæpe sæpius, ac instanter. & cum geminata instantia, & dictis vicibus, & cum dictæ reverentia pariter E. S. obsecrant, & requirunt, quatenus exequatur, & impleat operis perfectum per se, vel suos procuratores ad id plena, & irrevocabili potestate suffultos. Alioquin, beatissime pater, si V. S. supplicata, & requisita, quod non creditur, realiter non exequatur, dicti supplicantes, & requirentes solum Dei servitio imminentes, cui prius obligati existunt, & zelo unitatis sanctæ matris ecclesiæ, & totius reipublicæ omnium Christianorum, & quieti pacificæ eorundem, cum E. S. reperita reverentia protestantur de omni jure universalis ecclesiæ, & ipsorum supplicantiom, & alterius cujus interfit, & de recurrendo ad remedia licita, juridica, & honesta. Cæterum, beatissime pater, quamvis possit concilium generale ecclesiæ universalis in hoc casu tantæ necessitatis ecclesiæ congregari, & in eo possint, & valeant convenire omnes tam obedientiæ vestræ, quam obedientiæ olim Ioannis, & olim Gregorii, qui alias consueverunt ad concilium congregari: quarum dictarum obedientiarum olim Gregorii, & Ioannis magna pars sit in Constantia congregata, ab aliquibus curiosis in dubium revocetur, quamvis dubitatum non sit, an valeant illi dictarum obedientiarum simul de vestra obedientia in concilio generali ecclesiæ universalis congregari pro extirpando hoc nefando schismate, & unione jam dicta consequenda. & debite providendo de unico, & indubitato summo pontifice universalis ecclesiæ: Ideo ex superabundanti cautela, & ut tollatur omnis dubitationis scrupulus E. sanct. supplicant dicti ambasiatores, & procuratores, quatenus alicui, vel aliquibus personis, de quibus merito confidere debeant dicti dominus rex, & alii reges & principes vestræ obedientiæ, totis conatibus prosequuntur, & prosequi intendunt extirpationem dicti schismatis, & consecutionem dictæ unionis, committere dignemini vices vestras, & posse plenum dare convocandi dictum concilium generale, & auctorizandi, approbandi, & confirmandi per ipsum concilium peragenda, ac tollendi, irritandi, abolendi, atque cassandi omnes, & singulos processus, sententias qualescumque, ac pœnas tactas, latas, decretas, & promulgatas in obedientia dictorum Gregorii, & Ioannis, & singulares earumdem occasione, vel ex causa dicti schismatis, & contra maculam, sive notam juris, aut facti exinde contractam in omnes, & singulas personas dictarum suarum obedientiarum habitandi, & cum eis dispensandi quantum opportunum sit, aut indigebunt, & providendi, & ordinandi, quod non possit excipi de dictis sententiis aut pœnis contra intervenientes in dicto concilio, aut contra personas deputandas in dicto concilio, nec contra eligentes papam, nec eum qui fuerit in papam electus; ipsasque personas ad dicta omnia, & singula habilitandi, ac omnia alia & singula faciendi, quæ erunt necessaria, expedientia, seu opportuna circa prædicta, & alia dependentia, incidentia, aut emergentia ex eisdem, & mandare dignemini eisdem personæ, sive personis fulcitis dicta potestate, quatenus ex quo V. . recessit ab hac villa, ubi tractatur ad præsens de præparatoriis dictæ unionis, residcant in hac villa, & vadant ubi exponatur per reges & principes & alios de vestra obedientia hic ratione prædicta congregatos. Et poterit facilius peralium, vel alios vestra potestate suffultos expediri, quam, pater sanctissime, per vos personaliter in ætate & gravitate personæ vestræ, & statu vestræ eximiæ dignitatis. Verumtamen ubi S. V. nolit id committere, supplicant E. S. ipsamque exhortantur, obsecrant, & reverenter requirunt, qualiter illico revertatur ad villam Perpiniani, ubi de dictis præparatoriis in negotio unionis tractatur. Et prædicta omnia & singula, quæ essent, ut præfertur, per dictos commissarios fienda, & exequenda, faciat, & exequatur, offeruntque se eidem supplicantes, quod per se, & etiam una cum aliis hic ratione prædicta congregatis providebunt, & provideri facient per eos, ad quos pertineat, de salvo conductu, & securitatibus tam V. S. suo casu, quam etiam casu dictæ personæ, sive personarum. Hæc quidem sunt utilia, opportuna, ac etiam accommoda tractari in negotio dictæ unionis & quietativa conscientiarum omnium signanter quæ sunt de nostra obedientia; & si etiam facta fuere per commissarios dicti olim vocati Gregorii, habentes ad id posse legitimum tempore quo procurator ipsius Gregorii nomine ejusdem renunciavit prætento juri, quod idem Gregorius in papatu se habere dicebat. Et iterum etiam prædicti sic fieri supplicant, obsecrant, & reverenter requirunt. Alias enim protestantur de omni jure universalis ecclesiæ, & alterius cujusvis. Et hoc fuit & est notorium.

Cui requisitioni, quantum concernit renonciationem, nihil aliud voluit respondere nisi quod dicebat se in Perpiniano respondisse. Ad alia nihil nisi frivolum respondit, & ineptum. Et hoc fuit, & est verum, & notorium.

65. Item & quod paulo post præmissam requisitionem idem dominus dictus Benedictus recessit de Caucoliberi & per mare ad unum terræ angulum ad castrum munitissimum Paniscolæ se recepit cum suis armatis ubi adhuc dicitur residere. Et hoc est notorium.

Consequenter ex parte dicti regis Aragoniæ fuit idem dominus Petrus in castro prædicto Paniscolæ iterum requisitus secundum formam scripturæ sibi præsentatæ & lectæ, cujus tenor talis est.

Sanctissime, & beatissime pater. Pro parte non solum serenissimi regis Aragonum, sed etiam illustrissimorum

morum regum Castellæ, & Navarræ, & comitum Armeoiaci, & Fuxi fuerunt præsentata V. S. sub diversis calendariis & partibur in diversis locis, primo in villa Perpioiani, & alia, & secunda Caucoliberi post recessum vestrum a dicta villa Perpiniani duæ supplicatiooes & reverentiales requisitiones, quarum series, & tenor per ordinem sic se habent. Sanctissime ac beatissime pater, cum negotium extirpationis schismatis, &c. & ad dictas supplicationea, & requisitiones E. S. respondit sub diversis calendariis in villa, & loco antedictis, quarum responsionum series sequitur prout infra, primæ. Vt appareat veritas processus, &c. secundæ. Cum per ultimam schedulam, &c.

Beatissime pater. Cum responsiones V. S. factæ detegant in aperto cuilibet intuenti, quod E. S. non renunciavit, nec reounciare curavit papatui; nec practicas, & formas electionis futuri pontificis relinquere vult ordinationi, & dispositioni concilii generalis universalis ecclesiæ congregandi, ad quod de jure pertinet dicta electio, quod cum Spiritus sancti adjutorio disponet & ordinabit de practicis nobis, aliisque salubribur & brevioribus circa electionem jam dictam, nec alia adimpleverit V. S. quæ in dictis requisitionibus continentur, quod etiam aperte detexit recessua subitus sine causa rationabili cum revereotia loquendo S. V. quia ubi præcesserant fides, & guidatica dicti serenissimi regis Aragonum, & etiam sine guidaticis, ubi dicti domini regis erat præsentia, & in sua obedientia E. S. quę nunc usque ad tuta defeosa, & prout voluit, ibidem cum omnimoda libertate permansit, timere non debuit, imo nec de sinistro aliquo dubitare, nec cum fictia coloribus, semper cum reverentia V. S. loquendo, veritate victrice omnium prædicante contrarium rem aliter se habere poterit de industria. Ideo Raymundus Xatinar Miles, & Petrus Basleti legum doctor consiliarius ambasiatores dicti domini regia Aragooum vestræ intimant sanctitati, quod ob non factam renunciationem prædictam, quam E. S. V. facere debuit jure divino pariter, & humano, & eam offerre nudo verbo non fuit sufficiens, & ob non implementum aliorum, quæ supplicata, & requisa fuere, dictos reges, & principer licet invitos, cum sciant se reddituror rationem pro ecclesia, quam a Christo tuendam susceperunt, quia sive augeatur pax, & disciplina ecclesiæ per dictos principer, sive solvatur, ille ab eis rationem exiget qui eorum potestati ecclesiam tradidit committendam, urgenteque zelo fidei, & necessitatis opportunitate perveoiendi ad unitatem uoiversalis ecclesiæ; quæ ab ioitio producti schismatis usque nunc attingi non potuit, oportebit pro defensione juris dictę universalis ecclesiæ pro Dei servitio, & exonoratione suæ conscientiæ & respectibus aliis, tam in iis, quam in aliis supplicationibus, & requisitionibus positis oti debitis remediis licitis & permissis; & licet amplius supplicare non sit necessarium, ad uberiorem tamen cautelam non interdicta facultate orendi suo casu dictia remediir, cum dictir regibus, & principibus visum fuerit, S. V. responsiooe oullatenus expectata, imo omni facultate retenta, iterum & iterum, ac quantum possunt geminatis vicibus supplicant & requirunt cum debita reverentia S. E. quatenus pro Deo priocipaliter, & pro beneficio celeriori perveniendi ad unionem sanctæ matrir ecclesiæ & compatiendo tanto aoimarum discrimini, & infinitis occurrendo scandalis per effectum operis bis supplicatus per ambasiatores dictorum regum, & principum, seclusa omni mora adimpleat. Significantes eidem sanctitati, ut illustrissimur rex Romanorum & aliæ personæ missæ per congregationem Constantiensem sunt, vel tempore suæ missionir erant in Nar-

A bona, & continuo per suos ambasiatores tractant, seu tractabant in dicta villa cum dicto domino rege Aragonum, & ambasiatoribus aliorum regum, & principum pro bono juridico, compendioso, & concordi remedio ad extirpandum schisma pestiferum, & perveniendum ad beneficium uoiooís: alias dicti ambasiatores, & procuratores nominibus supradictis in dictis supplicationibus persistentes, cum debita reverentia ad effectus expressos in dictia prima, & secunda supplicationibus, & requisitionibur, & ad omnes & singulos alior effectus vocatos, seu utiles actus sanctæ uoionis jam dictæ protestantur quod dicti reges & principes utentur remediis debitis, licitis & permissis, & turbari naviculam sancti Petri amplius, quantum in eis fuerit, non permittent. Et hoc est no-

B torium.

Cui requisitioni nihil efficax respondit, sed in sua duritia, & pertinacia non cedeodi, & cessionem per vias fraudulentas, & obliquas semper evasit per quandam frivolam responsionem sub instromento publico conteotam, quod instrumentum volunt prosecutores prædicti sic haberi pro inserto, si & quatenus faciat pro ipsis, & ad probationem præmissorum; & non alias, nec ad alior fines, & effectur. Et hoc est verum, publicum, & notorium.

66. Item quod præfatus Petrus de Luna potens verbo cessionis ecclesiam Dei tot annorum curriculis lacessitam unire, id tamen facere renuit, regum, principum, prælatorum, & legatorum prędictorum moni-

C ta, exhortationes, & requisitiones contemnens, precibus minime flexus est, quinimo in præfata sua duritia & pertinacia perseveravit, & perseverat ipsamque ecclesiam Dei Christi sponsam vulneribus pestiferi schismatis afflictam deseruit, & deserit absque medela, totam universalem ecclesiam notorie, incorrigibiliter, & pertinaciter scandalizando, sicque, ut prędicitur, fuit, & est dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, & reputatur, palam, & notorie, & sic fuit, & est verum, & notorium.

67. Item quod post requisitionea, supplicationes, & exhortatiooes, ut pręmittitur, factas eidem Petro de Luna, suamque recusationem, & fraudulentas, ac torticasas responsionea, & recessum ad Paniscolam, & iterum requisitionem, & ex parte dicti regis Ara-

D gonum sibi factam, idem rex Aragonum, qui erat de obedientia dicti Benedicti nuncupati, congregato & habito maturo, & magno consilio prælatorum, procerum, atque doctorum, & sapientum regni sui, decrevit se, & regnum suum, atque personas illius quascumque, attentis recusatione, & recessu, pertinacia atque duritia dicti domini Benedicti in non tollendo schisma præsens & ecclesiam uniendo, quod facere potuisset, & poterat per suam liberam cessionem papatus, ab illius dicti Benedicti obed. recedere & subtrahere, recessitque, & subtraxit, & hoc fecit per totum regnum suum Aragonum, atque Siciliæ, & alia dominia publicari, & observari. Et hoc fuit, & est verum, & notorium.

E 68. Item quod post præmissam subtractionem obedientiæ eidem Petro dicto Benedicto in dictis regnis, & dominiis factam, serenissimus rex Aragonum modernur eandem subtractiooem per patrem suum dominum Ferdinandum olim serenissimum regem, ut præfertur factam confirmans & approbans, & observans se, per suos solemnes legatos, & procuratores, ad hoc potestatem habentes se pro se, ac regnis, & dominiis suis cum eadem sancta Constantiensi synodo univit, & vocatione generali facta ex duabus obedientiis olim Ioannis & Gregorii prædictorum, ac regis Aragonum pro se, & regnis suis, ac dominiis est unum generale concilium constitutum, & procedi

voluerunt

voluerunt contra eundem dominum Benedictum ad illius canonicam ejectionem. Et hoc est verum, & notorium.

69. Item quod pari forma rex Navarræ convocato magno concilio regni sui, videlicet episcoporum, abbatum, capitulorum, procerum, nobilium, & communitatum, tribus videlicet statibus regni sui, & meris in regno in rebus arduis decernendis ex causis eisdem prædictis, se, regnum suum, dictique status cleri, nobilium, & totius populi a dicti Benedicti sic vocati obedientia recesserunt, & ab illius obedientia se subtraxerunt. Et est verum, & notorium.

70. Item quod eadem sancta synodus post unionem dicti serenissimi regis Aragonum, etiam vigore conventionum dudum habitarum de anno MCCCCXV. inter serenissimum dominum Sigismundum Romanorum regem, & legatos hujus sacri concilii, & legatos serenissimorum regum Castellæ, Aragonum, & Navarræ, ac comitis Fuxi, ex altera parte, & postea per eosdem dominos reges Aragonum, & Navarræ, & per dictum comitem Fuxi approbatarum, eadem sancta synodus nuitis legatis dicti domini regis Aragonum prosequens unionem ecclesiæ, & considerans quod attento quod idem dominus Petrus de Luna vocatus Benedictus toties, & tam pertinaciter recusaverat, & recusabat cedere, & quod nullam aliam viam videbat, per quam ecclesia posset uniri, quam per dicti Petri vocati Benedicti a suo papatu ejectionem, decrevit contra eundem Benedictum, & ad illius dejectionem prædictam fore procedendum, & contra illum citationem personalem decrevit, prout inter hujusmodi causæ acta continetur. Et hoc est notorium.

71. Item similiter illustris comes Fuxi pro suis terris & dominiis, in quibus eidem Benedicto obediebatur, a sua obedientia propter causas dictas recessit, & se ab eadem obedientia subtraxit. Et hoc est notorium.

72. Item quod consequenter serenissimus rex Navarræ & illustris comes Fuxi, clerusque, proceres, & nobiles dicti regni, comitatus, & dominiorum ac per suos solemnes legatos, & procuratores ad hoc specialem potestatem habentes se cum eodem concilio univerunt, & cum aliis qui prius adhærebant unum generale concilium constituerunt, & e converso, concilium univit se ipsis, & sic procedi voluerunt contra eundem dictum Benedictum ad illius canonicam ejectionem. Et hoc est notorium.

73. Item quod in præmissis uniones eidem sacræ synodo factas, quod dicta citatio ad personam ejusdem domini dicti Benedicti, etiam post unionem dictorum regum Navarræ, & comitis Fuxi, plerique & nobilium, ac populi prædictorum fuit legitime executa, prout etiam ex productis & relatis coram eodem sacro concilio constat & apparet. Et hoc est notorium.

74. Item dicunt, & probare intendunt dicti promotores, prosecutores, & ministri, quod idem Petrus vocatus Benedictus, ut præfertur, citatione hujusmodi intellecta, & audita, ac contra eum executa, in sua pertinacia & duritia fovendi schismatis, & contra unionem ecclesiæ sanctæ Dei perseverans, & intendere eidem unioni ecclesiæ manifeste recusans, dixit, & asseruit, tam verbo publice, & notorie, quam in scriptis, quod non intendebat, nec intendit præfatum sacrum generale concilium Constantiense, quod vocabat congregationem Constantiensem, quod tamen fuit, & est ex tot obedientiis, tot regnis, & provinciis, ut præfertur, constitutum, & canonice convocatum, approbare, nec illius citationem quomodolibet exaudire, aut ei qualemcumque vigorem tribuere, quia, ut dicebat, dicta citatio est emanata a notorie nullam potestatem habentibus, imo ipsam congregationem, & quæcumque facta in ea, vel fienda, seu ordinata, vel ordinanda contra ipsum pronunciavit, & declaravit, quantum in se fuit, nulla, irrita ipso jure.

75. Item quod idem dominus Benedictus indignatus de citatione prædicta, & contra ipsum sacrum Constantiense concilium prosequens unionem ecclesiæ tam diuturnis, & indefessis laboribus, quos ex fervore devotionis ad unionem ecclesiæ sustinuit annis duobus, mensibus quinque, cum gravibus expensis, relictis propriis laboribus, & rebus omnibus postpositis, dixit, asseruit verbo publice, & authentico, quod ecclesia Dei erat apud eum, & quod existentes in Constantia sunt sine capitis assistentia, & velut membra præscissa a corpore, quæ sub clypeo vastæ multitudinis, & nomine generalis synodi Dei ecclesiam dirumpunt, multisque modis perturbant. Subjungens falsum testimonium dicens, quod a sanctis apostolis est diffinitum, quod absque auctoritate Romani pontificis non valeat generalis synodus congregari.

76. Item & hoc sacrum generale concilium auctoritate Romani pontificis, qui per multos, multoque majorem partem Christianorum pro Romano, & summo pontifice habebatur notorie, videlicet per Ioannem XXIII. sic in sua tam ampla, ut dictum est obedientia nuncupatum, & ad prosecutionem serenissimi domini Sigismundi Romanorum regis, & inter reges omnes summi, & præcipui extitit convocatum approbantibus, & eidem concilio obedientibus aliis serenissimis regibus, & regnis Franciæ, Angliæ, Aragoniæ, Siciliæ, Vngariæ, Navarræ, Poloniæ, Daciæ, Norvegiæ, Sueciæ, Dalmatiæ, Croatiæ, totaque Italia, Gallia, Germania, Anglia, Hibernia, & circum adjacentibus cæteris regionibus atque provinciis.

77. Item dixit idem Petrus vocatus Benedictus contra dictam citationem, quod ipse non est de crimine, seu fautoria schismatis diffamatus apud bonos, & graves; sed sui, & ecclesiæ inimici, schismatici, & hæretici conantur contra veritatem notoriam ipsum de hujusmodi crimine, & illius fautoria diffamare, quod videtur intelligere de isto sacro concilio. Et hoc est notorium.

78. Item dicunt, & proponunt iidem promotores, prosecutores, & ministri, quod præmissa in proximo articulo contenta, & dicta per dominum Benedictum sic vocatum referuntur, & intelliguntur per eum, & necessario referri debent ad sacrum Constantiense concilium, quomodo idem Benedictus sic vocatus illa dixit, & asseruit contra citationem a dicto sacro concilio emanatam contra ipsum Benedictum, in qua citatione idem sacrum concilium eundem Petrum vocatum Benedictum asserit de schismate, & illius fautoria diffamatum, ut ex tenore litterarum citationis apparet. Quę omnia prædicta cedunt in gravem contumeliam, & injuriam dicti sacri concilii. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

79. Item dicunt, & proponunt idem promotores. & prosecutores quod idem Petrus vocatus Benedictus contra dictam citationem opponens dixit, & asseruit verbo, & in scriptis authenticis, quod congregati in Constantia (sic enim vocat illos) non sunt generalis synodus, nec universalem ecclesiam repræsentant, asserens verbo, & in scriptis authenticis causam per eum prætensam, & dicens, quia sunt

excommunicati, & omnibus dignitatibus ecclesiasticis, gradibus, & auctoritatibus, ac jurisdictione privati, & consequenter quod nullas partes judicii poterant assumere, neque possunt, neque etiam jurisdictionem aliquam exercere, & præcipue, ut dixit, & asseruit supra, quod minor in majorem, & permaxime in papam, quem nec juris auctoritas, nec rationis debitum, nec alicujus obligationis necessitas ad hoc arctant, actum imperiosum exercere non possunt. In quibus assertionibus qui, & quales errores sequantur, & quot, & quales contineant dictæ assertiones, judicet ipsum sacrum concilium; præmissaque notoria sunt, & vera.

80. Item quod in ipsa responsione dicti Petri vocati Benedicti, & in instrumento de illius mandato, & voluntate super illa responsione confecto, & eidem sacro concilio producto, & exhibito, & apud notarios ejusdem sacri concilii, & causæ existentes plures alii errores, & contumeliæ, & blasphemiæ continentur, prout ex illius inspectione poterit apparere.

81. Item dicunt, & proponunt, & probare intendunt, quod divisio ecclesiæ universalis in tam magnas partes adeo firmata est, & quælibet pars in sua credulitate de papatu ita solidata, quod etiam attentis promissionibus, & juramentis factis per dictum dominum Petrum de cessione fienda, requisitionibus sibi factis, & recusationibus, cavillationibus, & diffugiis per eum quæsitis, impossibile est humanitus, aut saltem reputatur, & communiter creditur, quod nunquam pars sibi non obediens, quæ est major in decuplo totius populi Christiani ad illius obedientiam trahi, nec adduci posset, etiamsi verum jus haberet, nec hodie, nec a multis jam annis posset ecclesia judicare utrum jus habuerit, vel non, deficientibus necessariis ad hoc probationibus facti, & obstantibus difficultatibus in jure in tam magnas partes opinionum divisas, & firmatas, & per consequens schisma, vel scissura ista ecclesiæ tolli non posset, neq; potest nisi per suam cessionem, & per consequens cedere tenetur, & si non vult, prout non vult, nec voluit, a suo prætenso papatu amoveri, etiamsi non esset schismaticus, & hæreticus, aut alias criminosus.

Ex quibus omnibus, & singulis propositis, & articulatis tam conjunctim, quam divisim constare, & apparere potest, eundem Benedictum XIII. ut præfertur, nuncupatum, & ex sua tam diuturna tarditate, repugnantia, pertinacia, recusatione uniendi ecclesiam, fuga, responsionibus, constitutione, & assertionibus, incorrigibilitate, scandalo notoriis, ac aliis prædictis, & præsertim cum post depositionem Ioannis olim XXIII. ac ejusdem domini vocati Gregorii renunciationem totum pondus schismatis fuisse, & esse supra dictum prædictum Benedictum noscatur, & in sua potestate fuisse, & esse tollere schisma, & unire ecclesiam per suam cessionem, quod facere toties, & tam pertinaciter recusavit, & recusat, & aliis præmissis fuisse, & esse nutritorem, & fautorem schismatis inveterati, tanquam gravis, & scandalosæ scissuræ, & divisionis ecclesiæ jam fere quadraginta annis, pacis & unionis ecclesiæ turbatorem, & impeditorem, perjurum, ipsamque ecclesiam sic divisam, & quam unire potest, in tantum, & tam notorium scandalum populi Christiani, & ipsius ecclesiæ in divisione, per quam turbatur universalis status ecclesiæ, & scandalizatur, in quibus indurate, incorrigibiliter, & pertinaciter perseverat. Quare perjurus scandalizator universalis ecclesiæ, schismaticus, & hæreticus, incorrigibilis est censendus, & ab ecclesia Dei ipsius Dei justo judicio præcisus, aut saltem a suo prætenso papatu amovendus.

Quare petunt prosecutores, & ministri præfati per hanc sanctam synodum, & ejus diffinitivam sententiam pronunciari, decerni, & declarari, præfatum dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. a nonnullis nominatum fuisse, & esse perjurum, universalis ecclesiæ scandalizatorem, fautorem, & nutritorem inveterati schismatis, seu inveteratæ scissuræ, & unionis ecclesiæ sanctæ Dei, incorrigibilem notorium, & manifestum, & propterea omni titulo, gradu, honore, & dignitate, se reddidisse indignum, & a Deo ejectum, & præcisum, & omni jure eidem in papatu, & summo pontificio, & Romana ecclesia quomodolibet competenti ipso jure privatum, & a catholica ecclesia tanquam membrum aridum, abjectum, & præcisum, nec non per eandem sacram synodum sententiandum ad omnem cautelam, & etiam de facto, quatenus de facto papatum secundum se tenet, privari & abjici, eidem inhiberi, ne deinceps pro papa, vel Romano pontifice se gerat, omnesque Christicolas ab ejus obedientia, & omni debito obedientiæ ipsius, & juramentis eidem quomodolibet præstitis absolutos fore declarari, & ad cautelam absolvi, ac omnibus Christi fidelibus inhiberi sub magnis & formidabilibus pœnis, ne eidem schismatico, & hæretico notorio, incorrigibili, & pertinaci declarato, deposito consilium, auxilium, vel favorem præstent, aut eidem tanquam summo pontifici obediant, pareant, vel intendant, aut eum quovis modo sustineant, vel receptent, & alias prout de jure, salubrique statu sanctæ Dei ecclesiæ præfatæ expediens visum fuerit, pronunciari, decerni, seu declarari. Omnesque inhibitiones, processus, sententias, censuras, constitutiones, & alia quacumque per eum facta, & factas, quæ possent præmissis obviare, irritas, inanes declarari, & irritari, revocari, & annullari, ac alias declarari, judicari, pronunciari, decerni, & statui quidquid juris fuerit, atque rationis ex præmissis, & singulis præmissorum.

Protestantur autem præfati promotores, prosecutores & ministri de addendo præmissis articulis, diminuendo de illis, corrigendo & interpretando in omnibus, & singulis præmissorum, prout eis videbitur expedire.

Die Lunæ vigesima sexta supradicti mensis Aprilis discreti viri Theobaldus Stephanus Rufi, Vvenceslaus, Clemens Grossi, Gerardus Sanageri. Nermetus Ciciteti, & Iacobus Meinardi, sedis apostolicæ cursores retulerunt, nobis notariis præsentis causæ atque scribis prædictis Constantiæ in loco sessionis prędictæ paulo ante horam septimam, vel tertiarum, se de ipsorum dominorum judicum, & commissariorum mandato sibi, ut asseruerunt, super hoc facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris, & procuratoris instantiam heri peremptoriè citasse multos testes, videlicet reverendissimos, reverendosque in Christo patres, & dominos, dominos Ioannem episcopum Ostiensem vicecancellarium, Antonium Bononiensem, Simonem Remensem presbyteros; Antonium de Chalanco, Petrum Cameracensem, Franciscum Venetiarum, Amedeum Saluciarum diaconos S. R. E. cardinales, Ioannem Constantinopolitanum, Ioannem Antiochenum, patriarchas; Stephanus vero Rufi Guillelmum Baiocensem, Nicolaum Aquensem, Bernardum Adurensem, Xantium Olorensem, Vitalem Tholonensem episcopos, Bertrandum Dignensem, Iacobum archiepiscopum Turonensem, Ioannem Gerson cancellarium Parisiensem, Bertrandum de Planca vicarium Burdegalensem, Ioannem de Podio generalem ordinis prædictorum obedientiæ Petri de Luna, Sperantem in Deo jurisperitum de Cardona,

Ioan-

Ioannem Ferdinandi, Raymundum Ceysserreca A militem & Raymundum Fahelt comitem de Cardona; Venceslaus autem magistrum Conradum de Susato in Theologia professum, Ioannem de Opisis decretorum doctorem, Michaelem de Pisis litterarum apostolicarum scriptorem; Merinetus quidem dominos Petrum Canthoo ambasiatorem illustris principis domini ducis Burgundiæ, Michaelem Bolosensis archidiaconum Narbonensem, Ioannem Guiardi notarium publicum & litterarum apostolicarum scriptorem, Ioannem Trich canonicum ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis; & Clemens Grossi dominos Petrum episcopum Olerensem juniorem, Nicolaum de Vellonia canonicum Vratislaviensem, & clericum Cameræ Galterum priorem B conventus Rhodi, Ioannem de Prato litterarum apostolicarum scriptorem, Rodulphum licentiatum in decretis, Matthæum Rodel in theologia professum, nec non Iacobum Meiuardi, Ioannem de Fabrica legum doctorem, Ioannem de Bosco, & Bertrandum episcopum Apaminarum personaliter apprehensos ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super articulis ultimis super hujusmodi causa oblatis ad primam diem juridicam, qua eosdem dominos judices & commissarios Constantiæ in loco sessionis ad hoc specialiter electo ad jura reddendum hora tertiarum pro tribunali sedere contigerit, videlicet ad diem præsentem, prout & quemadmodum unde cursores ab eisdem dominis judicibus, C & commissariis dixerunt, & quilibet eorum dixit se superius habuisse, & recepisse specialiter in mandatis.

Subsequenter adveniente hora septima, seu tertiarum præsentis diei, discretus vir Goffridus Durtensis sedis apostolicæ præfatæ cursor retulit in judicio domini judicibus & commissariis præfatis Constantiæ, in loco sessionis solito in ecclesia maiori ad hoc specialiter electo ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum judicum, & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris, & procuratoris instantiam heri quandam citationis papyri schedulam sigilli reverendissimi patris domini Guillelmi cardinalis sancti D Marci & Marcelli de Navers commissariorum munitam, & signatam, valvis, seu portis ecclesiæ majoris Constantiensis publice affixisse, eamque ibi debitæ executioni, ut moris est, demandasse infra missarum solemnia, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus & commissariis dixit se superius habuisse, & recepisse specialiter in mandatis.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis judicibus, & commissariis præfatis adhuc prout ubi supra ad jura reddendum in loco suo solito, & consueto pro tribunali seden- E tibus magister Henricus de Piro promotor, & procurator prædictus nomine procuratorio, quo supra, & quandam citationum, unam videlicet pergamenti a dominis commissariis prædictis emanatam, de eorumque voluntate, & mandato in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ positam, lectam, & ab intra signatam, sigilloque & spsius audientiæ a tergo, ut moris est, sigillatam, aliasque debite executam, & aliam papyri schedulas in valvis, ecclesiæ majoris Constantiensis debitæ executioni demandatam facto realiter, & in scriptis infrascriptorum tenorum repræsentavit, citatorum in eis contentorum non compatentium, ne-

que testes in hujusmodi causa produci, & jurare videre, nec interrogatoria pro eorundem testium producendorum examinatione dare curannum, contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam ad abundantiorem cautelam eosdem citatos ad valvas ecclesiæ prædictæ per aliquos dominos ex commissariis prædictis, ut moris est, vocari ad actus præsentes per dominos commissarios, & judices præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices, & commissarii præfati ad dicti magistri Henrici promotoris instantiam venerabiles viros dominos Henricum Flechel, & Petrum Naidi sacri palatii apostolici causarum auditores collegas suos ad vocandum dictos citatos ad valvas ecclesiæ prædictæ una cum notariis & cursoribus, ut moris est, & fuit ab antiquo, deputandum duxerunt, & deputaverunt. Qui quidem domini Henricus Flechel, & Petrus Naidi deputati una cum præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, & discreto viro Gaufrido Durtensi sedis apostolicæ cursore locum audientiæ suæ excuntes ad valvas prædictæ ecclesiæ accesserunt, ubi per organum dicti Gaufridi cursoris prædictos citatos tribus vicibus vocaverunt, in hunc modum: Est hic Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus? Compareat hic coram dominis commissariis synodi Constantiensis, ad videndum recipi, jurare, & admitti nonnullos testes ad perhibendum testimonium veritati super articulis, & capitulis per ipsam synodum datis; nec non ad dandum interrogatoria ad hodie, & cras per totam diem, & sic de singulis diebus in antea hora, & loco prædictis. Qua quidem trina vocatione, ut præfertur, facta, nemineque comparente, nec respondente, præfati domini deputati nomine suo, & collegarum suorum a nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, super præmissis fieri petierunt unum, vel plura, publicum, vel publica instrumenta, Præsentibus ibidem honestis viris dominis Nicolao Herzcupletz canonico Coloniensi, Herico Hucvarel & Hermanno Borhen litterarum sacræ pœnitentiariæ procuratoribus testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Deinde dicti domini deputati una cum aliis supradictis ad locum audientiæ, & ad collegas suos redeuntibus, ipse Henricus Flechel nomine deputatorum, & Gaufridus cursor dictam vocationem, ut præmissum est, factam, nemineque ibi comparuisse, nec respondisse, ut præfertur, retulerunt dominis commissariis præfatis, & retulit quilibet eorum. Qua quidem relatione facta, magister Henricus de Piro promotor, & procurator prædictus adhuc præsens, & judicialiter comparens præfatorum citatorum non comparentium iterato contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari petiit, & in eorum contumaciam supradictos testes omnes, exceptis dominis Petro Cautou, & Rodulpho licentiatis in decretis præsentes, & comparentes, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super articulis prædictis exhibuit, & produxit, quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari per dominos judices commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius, & usque ad horam debitam sufficienter expectatos, reputarunt merito, prout erant, exigente justitia contumaces, & in eorum contumaciam supradictos testes præsentes & comparentes, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati

super articulis supradictis admittendos duxerunt. Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum commissariorum, & judicum, & in eorum manibus aliqui, scilicet prælati tactis pectoralibus propriis, alii non prælati tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis, juraverunt, & quilibet eorum juravit, se velle dicere, & deponere puram, meram, & omnimodam veritatem, quam sciverint, & quilibet eorum sciverit, in hujusmodi causa super articulis sæpefatis veritatem, prece, pretio, ira, odio, timore, favore, amore, rancore, & omni mala machinatione in præmissis postpositis, & semotis.

Quo facto idem magister Henricus de Piro promotor, & procurator adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens prædictorum dominorum Petri Canthim, & Rodolphi ...... testium citatorum non comparentium, nec testimonium veritati in hac causa perhibere curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam eosdem moneri mandari sub pœna excommunicationis ad idem per aliquem sedis apostolicæ cursorem ad tertium peremptorium terminum competentem per dominos judices & commissarios præfatos cum debita instantia postulavit. Et tunc domini commissarii præfati dictos dominos Petrum, & Rodolphum non comparentes, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius & usque ad horam debitam sufficienter expectatos reputarunt merito, prout erant, quoad actum, & terminum hujusmodi, exigente justitia contumaces, & in eorum contumaciam per petitam promotori instantiam, & petenter decreverunt, atque concesserunt, eamque prout petita extitit ad primam diem juridicam proxime futuram, qua eosdem commissarios in loco suo solito mane hora tertiarum pro tribunali ad jura reddendum sedere contigerit per quemcumque sedis apostolicæ cursorem, qui super hoc requisitus fuerit, peremptorie fieri voluerunt, atque mandarunt.

Iis sic, ut præfertur, peractis, magistro Henrico de Piro promotore, & procuratore prædicto instante, & petente, domini judices, & commissarii præfati reverendis patribus, & dominis Roberto episcopo Sarisberiensi, & Hermanno Duvergo apostolicæ sedis protonotario collegis suis ab illustrissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Vngariæ, &c. rege, reverendisque patribus dominis Ioanne archiepiscopo Regensi, & Ottone Bono dictæ sedis protonotario testibus citandis ut solitum reciperent juramentum committendum duxerunt, & commiserunt.

Subsequenter dominis commissariis recedentibus, solum præfatis Roberto episcopo Sarisberiensi, & Hermanno Duvergh remanentibus, accesserunt locum audientiæ solitum serenissimus princeps dominus Sigismundus rex, & Otto Bonus præfati, & se fore citatos ad perhibendum testimonium veritati in hujusmodi causa per certum apostolicæ sedis cursorem dixerunt, & allegarunt, ideo ad satisfaciendum citationi, & parendum mandatis ibi venissent, & se commissariis præsentarent. Tunc domini Robertus episcopus Sarisberiensis, & Hermannus Duverch præfati juxta commissionem eis suprafactam, a dictis dominis rege, & Ottone Bono ad sancta Dei evangelia de dicendo in hujusmodi causa veritatem super articulis sæpefatis in hac causa productis solitum receperunt juramentum.

Tenores vero dictarum citationum papyri, & pergameni schedularum, unde supra fit mentio, sequuntur.

Mandant domini judices, & commissarii per sacrosanctam, & generalem synodum Constantiensem ad infrascripta specialiter deputati, citati peremptorie in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ, ut moris est, & citant dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios, & singulos, sua conjunctim, vel divisim interesse putantes, quatenus hodie hora septima, vel circa, ante meridiem, qua ipsos dominos judices, vel duos ex eis in ecclesia Constantiensi in loco sessionis publicæ pro tribunali sedere contigerit, compareant in judicio legitime coram eis ad videndum, & audiendum produci, recipi, jurare, & admitti testes super articulis, & capitulis productis, & admissis, aliaque probationis genera producendos, & producenda per totam diem hodiernam, ac alios dies, & horas competentes, & opportunas, necnon ad dandum interrogatoria hodie, & eras per totam diem, & successive pro aliis testibus adducendis diebus, quibus admissi fuerint, & sequentibus, si quæ dare voluerint, pro examinatione testium eorumdem in causa, & causis in quibus contra eundem dominum Petrum Benedictum nuncupatum dicta sancta synodus intendit procedere, & procedit; alioquin in causa, & causis hujusmodi ulterius, prout justum fuerit, procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia in aliquo non obstantibus. Datum Constantiæ die XXVI. mensis Aprilis, anno a nativitate domini MCCCCXVII. indictione decima.

Citatio in valvis ad idem.

Nos judices, & commissarii per sacrosanctam generalem synodum Constantiensem ad infra scripta specialiter deputati peremptorie in valvis ecclesiæ Constantiensis citari mandamus, & tenore præsentium citamus dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios, & singulos sua conjunctim vel divisim interesse putantes, quatenus die Lunæ proxime futura, qua nos, vel duo ex nobis in ecclesia Constantiensi prædicta in loco sessionis publicæ hora septima de mane pro tribunali sedere contigerit, compareant in judicio legitime coram nobis ad videndum, & audiendum produci, recipi, jurare, & admitti testes super articulis, & capitulis, productis, exhibitis, & admissis, aliaque probationum genera per illam diem, ac alios dies, & horas competentes, & opportunas; necnon ad dandum interrogatoria dicta die Lunæ, & die sequenti, & successive pro aliis testibus admittendis diebus, quibus admissi fuerint, & sequentibus, si quæ dare, & exhibere voluerint pro examinatione testium eorumdem in causa, & causis, in quibus contra eundem Petrum Benedictum XIII. nuncupatum dicta sancta synodus Constantiensis procedere intendit, & procedit, alioquin in causa & causis hujusmodi ulterius, prout justum fuerit, procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia in aliquo non obstantibus. Hanc vero nostram citationem valvis, seu portis dictæ ecclesiæ duximus affigendam, quæ præsentem nostram citationem suo quasi sonoro præconio, & patulo judicio publicabunt, in quibus nostram citationem modo præmisso decernimus publicandam, ne privati sic citati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare. In cujus rei testimonium præsentem citationis schedulam exinde fieri fecimus, sigillorumque reverendissimi in Christo patris, & domini, domini Guillelmi tituli S. Marci S. R. E. cardinalis, & egregii utriusque juris doctoris domini Michaelis Navers fecimus impressione communiri. Datum Constantiæ die vigesima quarta mensis Aprilis anno a nativitate domini MCCCCXVII. indictione decima.

Gumbertus Fabri notarius.

M. Belesonis notarius.

Anno & indictione, quibus supra, die vero Iovis sexta mensis Maii constitutus coram dominis judicibus, & commissariis præfatis Constantiæ in palatio episcopali in aula majori hora vesperarum, vel quasi, ad infrascripta specialiter congregatis, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio, quo supra, & nonnullas positiones, & articulos additionales probationum materiam hujusmodi causæ, scilicet schismatis & hæresis realiter, & in scriptis infrascripti tenoris obtulit & produxit, quos ad probandum in prædicta sancta synodo infra quindecim dies proxime, & immediate sequentes admittendos duxerunt & admiserunt.

Quibus articulis sic admissis, discretus vir Iacobus Meinardi sedis apostolicæ cursor retulit dominis judicibus, & commissariis præfatis adhuc prout ubi supra congregatis, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum judicum, & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam hodie mane peremptorie citasse, unum testem, videlicet reverendum in Christo patrem & dominum, dominum episcopum Auriensem in hospitio suo personaliter repertum, ut, & tanquam testem ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super articulis tam additionalibus quam principalibus in hujusmodi causa datis ad horam vesperarum præsentem, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus, & commissariis præfatis adhuc, prout ubi supra, ad jura reddendum existentibus magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, & suprafatum testem ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hujusmodi causa super articulis supradictis exhibuit & produxit, quem recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari & examinari per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit.

Quem quidem testem præsentem & comparentem domini judices & commissarii præfati, & ut tanquam testem ad jurandum de perhibendo in hujusmodi causa testimonium veritati super articulis sæpe dictis admittendum duxerunt & admiserunt. Qui dum admissus fuerat, statim ad mandatum dictorum dominorum judicum & commissariorum, & in eorum manibus tactis per eum pectoralibus suis propriis ad sancta Dei euangelia juravit, se velle dicere & deponere puram, meram, & omnimodam, quam sciverit in hujusmodi causa veritatem super articulis supradictis prece, pretio, ira, odio, timore, favore, amore, rancore, ac omni mala machinatione, in præmissis postpositis penitus, atque semotis. Cujus quidem testis examen domini judices, & commissarii præfati reverendissimo in Christo patri & domino, domino Ioanni patriarchæ Antiocheno, & venerabili viro domino Guillelmo Pulchri-nepotis eorum collegis commiserunt fideliter faciendum.

Demum magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens suprafatum dominum Petrum de Luna omnesque alios sua interesse putantes ulterius citari mandari ad producendum, & produci videndum omnia, & singula jura, instrumenta, acta, literas, scripturas, & munimenta, aliaque quæcumque probationum genera, necnon produci, recipi, videndum recipi, & jurare admitti testes tam super dictis positionibus, & articulis additionalibus, quam recognitione signorum, sigillorum, & manuum notariorum, juribus & munimentis productis appositorum & appensorum per audientiam publicam literarum contradictarum apostolicarum, necnon in valvis ecclesiæ majoris Constantiensis per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Quam quidem citationem domini judices, & commissarii præfati prælibato magistro Henrico de Piro promotori instanti & petenti decreverunt, atque concesserunt, eamque prout petita extitit, ad diem Lunæ proxime futuram, qua eosdem dominos judices, & commissarios Constantiæ in loco sessionis solito ad hoc specialiter electo, & deputato mane hora tertiarum ad jura reddendum pro tribunali sedere contigerit per audientiam literarum contradictarum, ad valvas, seu portas præfatas peremptorie fieri voluerunt, atque mandarunt.

Addunt prosecutores, & ministri deputati per sacrum generale Constantiense concilium in causa inquisitionis motæ contra dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. coram eodem sacro concilio articulis dudum per eos datis in dicta causa, dicuntque, & proponunt, & probare intendunt articulos qui sequuntur.

Primo, quod dudum anno domini 1408. cum dictus dominus Petrus, vocatus, ut præmittitur Benedictus, & Angelus tunc dictus Gregorius XII. pro unione ecclesiæ, & cessione mutuo facienda debuissent & eorum promissionibus convenire; ipseque dominus Benedictus fuerit & fuisset, ac esset tunc in Portu-Veneris, dominus vero nuncupatus Gregorius esset & fuisset in Luca, ipsi domini nunquam convenerunt, totque difficultates fecerunt in securitatibus sibi præstandis, quod finaliter de dictis locis recesserunt infecto negotio, & dictus Petrus ex una parte ad Perpinianum se transtulit; ille vero Senas. Et hoc fuit, & est verum, atque notorium.

2. Item quod propter illorum recessum, & discessum domini cardinales utriusque obedientiæ, seu major pars illorum dimiserunt dictos dominos Benedictum & Gregorium, & se invicem univerunt & tractarunt de modis unionis prosequendæ.

3. Item quod inter se convenerunt & concordarunt, quod in defectu illorum duorum contendentium de papatu, ipsi domini cardinales convocarent concilium generale prout, & quantum in eis fuit, convocarunt ad civitatem Pisarum ad prosequendum, & agendum unionem ecclesiæ.

4. Item quod domini cardinales de obedientia dicti domini vocati Benedicti eundem dictum Benedictum, ad dictum sic vocatum concilium, & ad civitatem Pisarum per suas literas, & nuncium convocarunt, invitaverunt, & exhortati fuerunt, quatenus ibidem certo tempore compareret ipse, vel per alium ad prosequendum ecclesiæ unionem per viam mutuæ cessionis dictorum dominorum contendentium, & alias prout melius fieri posset & deberet, cum protestatione quod si non veniret, ipsi ad hoc procederent quantum cum Deo possunt, cum dicto concilio.

5. Item quod similiter cardinales de obedientia dicti domini vocati Gregorii eundem Gregorium convocarunt, invitarunt, & exhortati sunt ad locum, & tempus eosdem, & ad præmissa per se, vel alium faciendum.

6. Item & quod in dicto loco Pisarum tempore constituto convenerunt dicti cardinales utriusque obedientiæ, seu major pars illorum, convenitque magna multitudo prælatorum & doctorum, atque personarum ecclesiasticarum, necnon legatorum regum & principum utriusque obedientiæ, fuitque ibidem magna congregatio quam vocarunt concilium generale utriusque obedientiæ.

7. Item & quod in dicta congregatione fuerunt multi tractatus habiti, & factæ plures deliberationes pro unione ecclesiæ consequenda. Dominus Petrus vocatus, ut præfertur, Benedictus, ad dictam congregationem invitatus & exhortatus.

8. Item quod dictus dominus Petrus vocatus Benedictus ad dictam congregatiooem vocatus, invitatus, & exhortatus venire noluit, imo expresse recusavit, neque ulterius unionem ecclesiæ prosequi, sed de ipsa quidquam agere omnino neglexit, & dimisit sic ecclesiam Dei in divisione, & schismate inveterato, quod non caret scrupulo schismaticæ pravitatis, imo schismaticus videtur censendus.

9. Item quod novissime postquam idem Petrus dictus, ut præfertur, Benedictus fuit auctoritate hujus concilii personaliter citatus in causa præsenti, inter cætera sua responsa dixit, & asseruit verbo, & in scripris pertinaciter, quod verum est, & erat, quod ad effectum unionis consequendæ obtulit, seu promisit se renunciaturum papatui, altero cum ipso de papatu contendente cedente, mortuo, vel ejecto, tamen dicta oblatio, seu promissio, ipsum non astringit, nec obligat ad cedendum papatui, etiamsi alii contendentes cesserint, aut ejecti fuerint, ubi verisimiliter ex cessione, quæ per ipsum fieret, vera unio non sequeretur ecclesiæ, quod non caret scrupulo hæreticæ pravitatis; imo hoc sic asserere hæreticum est.

Die Lunæ decima supra dicti mensis Maii discretus vir Franciscus de Mediolano sedis apostolicæ cursor retulit dominis judicibus, & commissariis præfatis Constantiæ in ecclesia majori, in loco sessionis solito ad jura reddendum in hujusmodi causa specialiter deputato pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum judicum, & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam die Sabbati proxime præterita infra missarum solemnia quandam citationem sigillis reverendissimi in Christo patris & domini, domini Guillelmi sancti Marci cardinalis, & egregii V. I. D. domini Michaelis Navers commissariorum præfatorum sigillatam valvis majoris ecclesiæ Constantiensis publice affixisse, eamque inibi debitæ executioni, ut moris est demandasse, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus & commissariis dixit se superius habuisse & recepisse specialiter in mandatis. Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis judicibus, & commissariis præfatis adhuc prout supra ad jura reddendum in loco solito pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus nomine, quo supra, & quasdam citationes, unam videlicet pergameni a dominis commissariis præfatis emanatam, de quo eorum voluntate & mandato in audientia publica prædicta positam, lectam, & ab intra signatam, sigilloque ipsius audientiæ a tergo, ut moris est, sigillatam, aliasque inibi debite executam, & aliam papyri schedulas in valvis, seu portis ecclesiæ majoris Constantiensis debitæ executioni demandatam facto realiter, & in scriptis infrascriptorum tenorum repræsentavit, citatorumque in eis contentorum non comparentium, neque jura & instrumenta, acta, literas, scripturas, munimenta, aliaque probationis genera producere, & produci videre, neque testes super recognitione signorum, sigillorumque, & manuum notariorum dictis juribus appositorum, & appensorum produci, recipi, admitti, & jurare videre non curantium contumaciam ex abundanti eosdem-que per aliquos de dominis commissariis præfatis ad valvas dictæ ecclesiæ majoris vocari mandari, seu ad vocationem hujusmodi deputari per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices, & commissarii præfati ad vocandum dictos citatos ad valvas supradictas ad præfati magistri Henrici de Piro promotoris instantiam, venerabiles & circumspectos viros dominos Henricum Flechel, & Petrum Nardi, sacri palatii apostolici causarum auditores collegas suos deputandos duxerunt & deputarunt. Qui quidem domini sic deputati una nobiscum præsentia causæ notariis, atque scribis prædictis, ac discreto viro Francisco de Mediolano sedis apostolicæ cursore locum audientiæ præsentis causæ exeuntes ad valvas ecclesiæ majoris accesserunt; & ibidem per organum dicti Francisci cursoris supradictos citatos trina vice vocaverunt in hunc, qui sequitur, modum: Est hic Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo? compareat coram dominis commissariis sacrosanctæ synodi ad producendum, & produci videndum omnia, & singula jura, acta, literas, scripturas, instrumenta, munimenta, aliaque probationum genera, necnon videndum produci, recipi, jurare, & admitti nonnullos testes super recognitione sigillorum, signorum, & manuum notariorum dictis juribus appositorum & appensorum in causa, & causis inquisitionis contra dominum Petrum de Luna pendentibus coram eisdem?

Qua quidem vocatione trina, ut prædicitur, facta, neminéque responsum dante, præfati domini deputati, & magister Henricus de Piro promotor super præmissis a nobis præsentis causæ notariis, atque scribis sibi unum, vel plura, & tot, quot sufficient sibi fieri, & confici publica instrumenta. Præsentibus honestis viris Frederico de Ainhon canonico Xantensi Coloniensis diœcesis, & Henrico Hucvatel, & Hermanno Boten literarum sacræ pœnitentiariæ procuratoribus testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Deinde dicti domini deputati una cum aliis prædictis ad locum audientiæ, & suos collegas redeuntes, dominus Petrus Nardi auditor nomine deputatorum primo, & Franciscus cursor præfati secundo de præmissa vocatione, & non responsione, ut prætactum est, retulerunt collegis suis, & commissariis, & retulit quilibet eorum. Qua itaque relatione facta, dominus Henricus de Piro promotor & procurator præfatus adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens dictos citatos non comparentes iterato reputari petiit contumaces, & in eorum contumaciam propositionum & articulorum super hujusmodi causa oblatorum probatione quoddam instrumentum certi contractus inter tunc cardinales factum publicum per multos & diversos notarios publicos, & manibus propriis multorum dominorum S. R. E. & tunc in illa obedientia omnium ut prima facie apparuit, subscriptum obtulit, atque dedit, cujus tenor infra de verbo ad verbum est insertus; & etiam quoddam aliud responsionis Petri de Luna, alias Benedicti XIII. a sibi obedientibus nuncupati instrumentum facto, & in scriptis produxit, prout supra apud acta præsentis causæ extitit registratum. Deinde discretus vir Theobaldus sedis apostolicæ cursor retulit in judicio dominis judicibus, & commissariis præfatis ad hoc prout ubi supra ad jura reddendum in loco solito, & consueto pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, se, ipsorum dominorum judicum, & commissariorum mandato sibi super hoc,

ut

ut asseruit, facto, ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoria instantiam statim, & incontinenti peremptorie citasse plures testes, videlicet venerabiles viros dominum Baronum de Pistorio, Clementem Bogiatum, Henricum Reinct, Paulum Bitri, Ioannem Erimoit clericum Coloniensis diœcesis, & Petrum Margal secretarium regis Aragonum, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super recognitione sigillorum, signorum, & manuum notariorum, jurium productorum, & producendorum ad statim videlicet ad horam tertiarum præsentem, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus, & commissariis dixit se superius habuisse & recepisse in mandatis specialiter.

Post cujus cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis judicibus, & commissariis præfatis adhuc, prout ubi supra ad jura reddendum in loco suo solito, & consueto pro tribunali sedentibus magister Henricus de Piro promotor prædictus, quo supra nomine, & in similem contumaciam prædictos testes citatos præsentes & comparentes, & ut tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super recognitione sigillorum, signorum, & manuum notariorum, jurium & munimentorum productorum in hac causa, & producendorum exhibuit & produxit, quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari, & examinari per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices, & commissarii præfati dictos citatos non comparentes neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius, & usque ad horam debitam sufficienter expectatos, reputarunt merito, prout erant quoad actum, & terminum hujusmodi exigente justitia contumaces, & in eorum contumaciam suprafatos testes præsentes & comparentes, & ut tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super recognitione signorum, sigillorum, & manuum notariorum admittendum duxerunt & admiserunt. Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum dominorum judicum, & commissariorum & in eorum manibus, tactis per eos, & eorum quemlibet scripturis sacrosanctis corporaliter præstito juramento, ostensis atque visis per eos, & eorum quolibet signis, & manibus instrumentorum contractus in conclavi factorum, & responsione Petri de Luna supradictorum & per dominos judices, & commissarios præfatos interrogati, & quilibet interrogatus dixerunt omnes præter Petrum Margal testem prædictum signa, & manus notariorum, ac etiam dominorum cardinalium primum instrumentum contractus bene agnoscere, & esse illorum quorum esse dicuntur; ipse vero Petrus Margal signum, & manum notarii instrumenti responsionis prædicti bene agnoscere, & esse cujus esse dicitur. Dixeruntque etiam notarios fore legales, & ad illos, ut ad tales communem hominum fieri recursum. Quo facto domini judices & commissarii præfati prælibato magistro Henrico de Piro promotore instante, instrumentum contractus in conclavi facti primum pro approbato, signaque & manus notariorum ejusdem pro recognitis habuerunt, & haberi voluerunt. Secundum vero instrumentum responsionis tanquam approbatum per unum testem haberi voluerunt. Subsequenter idem magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus nomine procuratorio, quo supra adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens, exponendo dixit, nonnulla acta, instrumenta, & munimenta, literas, & processus fore &

A esse penes dictum dominum Petrum Margal regis Aragonum secretarium, necnon certum aliud registrum per dominum Petrum de Iulhia hic dimissum, quæ fuerunt protocollata, & authenticata alias quando serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex, ac dictæ sanctæ synodi ambasiatores, & aliorum regum & principum fuerunt in Perpiniano apud dominum Petrum de Luna, & in aliis illis partibus super petitionibus, requisitionibus, responsionibus, & aliis tractatibus hinc inde ibidem habitis, & factis apud quosdam alios, quæ ad probationem in hujusmodi causa faciendam valde sunt necessaria, & sine quibus timet suam, & dictæ sanctæ synodi intentionem posse frustrari. Quare petiit dictum Petrum Margal, & alios prædictos ad tradenB dum hujusmodi jura, processus, registra, & instrumenta sub forma authentica, quod eis fides valeat adhiberi, compelli per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati prælibato domino Petro Margal præsenti, ut sub pœna excommunicationis omnia & singula jura, instrumenta, registra, processus, & munimenta causam hujusmodi tangentia, & penes eum existentia præfatis dominis commissariis traderet ad statim mandandum duxerunt & mandarunt. Quo namque mandato sic facto, præfatus dominus Petrus Margal quemdam processum, sive magnum registrum super requisitionibus, petitionibus, & responsionibus supradictis C factum, & compositum ad manus dictorum dominorum commissariorum facto realiter; & in scriptis præsentavit, dicens, & asserens dicta acta in ipso registro conscripta nondum fore authenticata. Deinde domini judices & commissarii memorati videntes hujusmodi registrum nondum authenticatum sæpefato domino Petro Margal hujusmodi registrum, & actitata in ipso authenticari, & ipsum ad diem crastinam in loco, & hora præsentibus, vel similibus ipsis dominis judicibus repræsentaret duxerunt mandandum & mandarunt, de quo ipse dominus Petrus Margal contentus recessit. Deinde honestus vir....... quemdam alium processum conscriptum, & authenticatum per manum honesti viri domini Petri de D Iulhia cameræ apostolicæ notarii facto realiter, & in scriptis obtulit & produxit: Qua productione facta, magister Henricus de Piro procurator & promotor prædictus supradictum........ & Ioannem de Ermoit testes præsentes, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati super recognitione signi, & manus dicti processus, scilicet Petri de Iulhia exhibuit & produxit, quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari & examinari per dominos judices & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati dictos testes præsentes & comparentes, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hujusmodi causa super recognitione admittendos duxeE runt & admiserunt. Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum commissariorum, & in eorum manibus tactis per eos, & eorum quemlibet scripturis sacrosanctis ad sancta Dei evangelia corporali præstito juramento, visis; & ostensis signo, & manu ultimi processus, & per dominos judices & commissarios præfatos interrogati dixerunt se illa bene cognoscere, & esse dicti Petri de Iulhia, ipsumque Petrum fore notarium legalem, & ad eum, ut ad talem communem hominum fieri recursum; & tunc dicto magistro Henrico de Piro promotore instante & petente, domini commissarii memorati hujusmodi processum ultimum, & signa, & manus notarii

ejusdem

ejusdem habuerunt pro recognitis. Postremo domini judices & commissarii præfati videntes processum per Petrum Margal supradictum in hac causa productum propter brevitatem temporis non posse per eundem authenticari, quare terminum præsentis diei per totum hodiernum, & crastinum dies, & ad omnes eorumdem dierum horas duxerunt prorogandum. Et nihilominus super hujusmodi continuatione & prorogatione intimationem in valvis ecclesiæ majoris Constantiensis ad modum citationis in hujusmodi causa fieri consuetæ & per dominos commissarios decretorum prædictos fieri voluerunt, atque mandarunt. Præsentibus ibidem venerabilibus patribus dominis cardinali sancti Marci, aliisque testibus fide dignis testibus ad præmissa vocatis, & rogatis.

Tenores vero dictarum citationum, schedularum, necnon instrumenti contractus publici, unde supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Mandant reverendissimi patres & domini, domini judices & commissarii per sacrosanctam generalem synodum ad infrascripta deputati in audientia publica literarum contradictarum sedis apostolicæ citari Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos sua conjunctim, vel divisim interesse putantes, quatenus die Lunæ proxime futura mane hora septima compareant coram eis Constantiæ in ecclesia majori, & in loco sessionis ad producendum quidquid producere voluerint, necnon ad videndum & audiendum produci, recipi, & admitti nonnulla instrumenta, documenta & munimenta, aliaque probationum genera; necnon recipi, & jurare testes super recognitione signorum & sigillorum, ac manuum notariorum eisdem instrumentis .... alioquin ad præmissa omnia & singula procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia in aliquo non obstantibus. Datum Constantiæ die septima mensis Maii, anno domini 1417. indictione decima.

Citatio in valvis ad idem.

Nos judices & commissarii per sacrosanctam generalem synodum Constantiensem ad infrascripta specialiter deputati peremptorie in valvis ecclesiæ Constantiensis citari mandamus tenore præsentium dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos sua conjunctim, vel divisim interesse putantes, quatenus die Lunæ proxime futura in ecclesia Constantiensi prædicta in loco sessionis publicæ mane hora septima compareant in judicio legitime coram nobis ad producendum quidquid producere voluerint; necnon ad videndum & audiendum produci, & admitti nonnulla instrumenta, documenta & munimenta, aliaque probationum genera, ac recipi, & jurare testes, tam super principali, quam super recognitione signorum & sigillorum, ac manuum notariorum eisdem instrumentis & munimentis appensorum & appositorum in causa, & causis pendentibus coram dicta sancta synodo, & nobis contra eundem Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum, ac in causa & causis hujusmodi ulterius, prout justum fuerit procedendum, dictorum citatorum absentia, seu contumacia, si non comparuerint, non obstantibus. Hanc vero nostram citationem valvis, seu portis dictæ ecclesiæ duximus affigendam, quæ præsentem nostram citationem suo quasi sonoro præconio & patulo judicio publicabunt, in quibus nostram citationem modo præmisso decrevimus publicandam, ne prænominati sic citati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare. In cujus rei testimonium præsentem citationis schedulam exinde fieri, sigillorumque reverendissimi in Christo patris & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci S. R. E. cardinalis, & egregii viri V. I. D. domini Michaelis Navers fecimus impressionibus communiri. Datum Constantiæ die sexta mensis Maii, anno a nativitate domini 1417. indictione decima.

Cinus de Lombardis } *notarii.*
M. Belosomi

Instrumentum contractus in conclavi factum per Henricum de Piro datum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi 1406. indictione decimaquarta, die Martis vigesimatertia mensis Novembris in die sancti Clementis, apostolica sede vacante per obitum felicis recordationis domini Innocentii papæ septimi congregati ad invicem collegialiter coadunati pro futura electione summi pontificis celebranda infrascripti reverendissimi in Christo patres & domini, domini Angelus Ostiensis Florentinus, Henricus Tusculanus Neapolitanus, Antonius Prænestinus Aquilegensis episcopi, Angelus tituli sanctæ Potentianæ Laudensis, Conradus tituli sancti Chrysogoni Milerensis, Angelus tituli sancti Marci Constantinopolitanus, Iordanus tituli sancti Martini in Montibus de Ursinis, Ioannes tituli sanctæ Crucis in Ierusalem Ravennas, & Antonius tituli sanctæ Praxedis Tudertinensis presbyteri, Reynaldus sancti Viti in Macello de Brancaciis, Landulphus sancti Nicolai in carcere Tulliano Barensis, Oddo sancti Georgii ad velum aureum de Columna, Petrus sancti Angeli, & Ioannes sanctorum Cosmæ & Damiani Leodiensis vulgariter nuncupati diaconi S. R. E. cardinales in communi capella sacri palatii apostolici Romę apud sanctum Petrum intra conclave consuetum, quam pro loco ad infrascripta idoneo elegerunt, ac etiam deputarunt in præsentia mei Clementis, & aliorum notariorum, & testium infrascriptorum, considerantes Christianæ religionis infamiam, detrimenta, & graves fidelium molestias, ac pericula, quæ hactenus emerserunt, & emergere verisimiliter est censendum, nisi salubriori remedio in tempore divina favente clementia, cujus res agitur, occurratur ex pestifero, & damnabili schismate quod tantis (proh dolor!) temporibus in scissura Christianæ fidelitatis, gravissime perduravit, & durat, nec priam provisionem alias pro ejusdem schismatis remotione per eos factam effectum aliquem produxisse; ac intendentes ad remedia fortiora non quid juris pro parte eorum justitia suadet, quod ius verissimum est plena veritate fulcitum, sed quid pro integratione & unitate Christianorum ex malitia temporis de facto, etsi non de jure expediat eligentes, & in speculum eorum considerationem extollentes, quanti possit esse discriminis, si dilatio in electione summi pontificis fiat, temporum malignitate pensata universaliter singuli, & singulariter universi unanimiter & concorditer nemine discrepante, ex certa scientia convenerunt, voverunt Deo, & eius matri Virgini gloriosæ, ac sanctis apostolis Petro & Paulo, totique cælesti curiæ juraverunt, ad invicem unus alteri, & e converso se obligandi solemniter promiserunt; Quod si quis eorum assumptus erit ad apicem summi apostolatus, pro integratione

giatione unitatis Christianorum renunciabit, & cedet prætenso juri suo & papatui, sive decedat, dummodo anticardinales effectualiter velint ut cum eodem sacro collegio, & ipsis consequatur juste canonica electio unici summi Romani pontificis; ac etiam promittentes se facturos, omni dolo & fraude, ac maligna interpretatione cessantibus, pro posse. Quod si quis ex duminis absentibus, vel de extra collegium per eos assumatur in papam, eandem faciat obligationem, ac quod infra mensem a die suæ inthronizationis intiman..... per suas extensas apostolicas literas regi Romanorum, antipapæ, ejus prætenso collegio, regi Franciæ, & omnibus aliis regibus illustribus, principibus, prælatis, & aliis universitatibus & communitatibus Christianitatis secundum videre præfatorum dominorum de collegio præmissa omnia judicabit, & ea se offeret impleturum, & paratum, ad cessionem modo prædicto, & ad omnem aliam viam rationabilem per quam præfatum schisma tollatur, & unionis subsequatur integritas in ecclesia Christianorum. Et quod super omnibus supradictis ultra præmissa suos solemnes destinabit oratores infra tres menses a die inthronizationis prædictæ computandos illis, quibus de consilio præfatorum dominorum sacri collegii sui videbitur, & ipsis ambasiatoribus fideliter imponet cum consilio eorundem dominorum de locis decentibus eligendis ab utraque parte, eisdem potestatem plenariam dabit de loco convenienti, & habili, & decenti, ac etiam promittet similiter, ut præterea, quod pendente tractatu hujusmodi effectualiter, & realiter ex utraque parte creabit nec faciet aliquem cardinalem, nisi causa coæquandi numerum sui sacri collegii cum numero prætensi collegii anticardinalium prædictorum, nisi ex defectu steterit adversæ partis, quod unionis præfatæ conclusio infra annum a fine dictorum trium mensium computandum non fuerit subsecuta. Quo casu eidem liceat cardinales eligere ac creare prout prostatu sanctæ matris ecclesiæ eidem videbitur convenire. Et hoc de non creando cardinales nisi modo prædicto in forma congrua insinuabit antipapæ, & suo prætenso collegio supradictis, ut ipsi similiter sic; necnon quod omnia præmissa inchoata & inchoanda mediabit, prosequetur, & fine debito terminabit. Nihil de contingentibus, necessariis, vel quomodolibet opportunis omittendo, quantum in eo fuerit. Quodque statim post ejus electionem, & ante ipsius publicationem omnia & singula supradicta confirmabit, approbabit authentico modo, & de novo similem promissionem faciet in omnibus, & per omnia coram dictis dominis de collegio, testibus, & notariis, & subscriptionem faciet manu propria instrumentis prout infra de cardinalibus continetur; & consimilem hujusmodi ratificationem, approbationem, votum, & promissionem effectualiter faciet in primo consistorio publico, vel generali, quod post coronationem suam ad hæc modo consueto, & congruo tempore celebrabit.

Insuper præfati domini cardinales voverunt, juraverunt, & ad invicem promiserunt, quod per suas literas infra mensem a die inthronizationis prædictæ collegialiter intimabunt de electione facta, necnon de voluntate & promissione, quoad unionem prosequendam, & omnia supradicta præfatis dominis, prout, & sicut facere tenetur, qui erit electus ac etiam inchoata mediabunt, prosequentur & finient, quantum in eis erit, nihil de contingentibus, necessariis, opportunis quomodolibet seu utilibus omittendo. Quæ omnia & singula promiserunt inter se ad invicem & vicissim, ut supra attendere, observare, facere, exequi, & effectualiter adimplere bona, pura, & sincera fide, omni dolo, & fraude cessantibus. Et sic quilibet ipsorum juravit corporaliter manutactis sacrosanctis evangeliis coram eis præsentialiter positis, observare, adimplere, ac exequi, prout superius continetur. Quodque a prædictis promissionibus voto, & obligatione ac juramenti protestatione, & ejus observatione, omnibusque aliis & singulis supradictis, nullus eorum absolutionem petat, seu impetrabit per se, vel alios, & impetratis, & impetrandis utetur, & sibi concessam nullatenus acceptabit, nec data potestate per ipsum alteri faciet se absolvi, seu etiam secum in aliquo dispensari, sed vult perpetuo dicto vinculo remanere obligatus. Et nihilominus ad majorem certitudinem & firmitatem præmissorum quilibet ex dominis de collegio supradicto teneatur se subscribere manu propria omnibus, & singulis instrumentis conficiendis exinde, quorum instrumentorum quilibet ex ipsis dominis de collegio unum vel plura habere valeat pro ejus arbitrio voluntatis. Acta in capella prædicta præsentibus venerabilibus, & circumspectis viris dominis Francisco de Duce apostolicæ cameræ clerico, Iacobo de Calvis, & Petro Sacco canonicis basilicæ principis apostolorum de urbe, Ioannesso Cataczolo literarum apostolicarum scriptore, Nicolao Blasii Narniensi, Antonello Surracha, & Ioanne Cataczolo literarum sacræ pœnitentiariæ scriptoribus, Laurentio Turnibacca sanctæ Mariæ in Transtyberim, Nicolao de Leonibus sanctorum Cosmæ & Damiani de urbe, Ioanne Pt......... sanctæ Crucis in Ierusalem ecclesiarum canonicis, Andrea de Cancellariis de Sicilia, Galeato de Ricasolis de Florentia, Leyso domino Gobacii, de Momulis, de Neapoli domicellis, presbytero Paulo Petri de Famenii de Roma, Marcmo clerico VVormiensis diœcesis, Francisco Paulurii clerico Perusino, Petro Surmunt clerico Trajectensi, & Salvato Lilli cive Romano testibus ad præmissa specialiter vocatis & rogatis.

Subscriptiones notariorum.

Et ego Clemens de Boatgiis Cumanus literarum apostolicarum scriptor publicus imperiali auctoritate notarius, quia præmissis omnibus & singulis dum sic, ut præfertur, agerentur, & fierent per præfatos reverendissimos dominos cardinales, una cum supradictis testibus, & infrascriptis notariis præsens fui, ideoque hoc præsens publicum instrumentum confeci, publicavi, authenticavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque, & nominis meis solitis & consuetis signavi rogatus, & requisitus, in fidem & testimonium omnium, & singulorum præmissorum.

Ego Barontus Philippi de Pistorio literarum apostolicarum scriptor & abbreviator, ac publicus apostolica auctoritate notarius præsens interfui omnibus, & singulis supradictis cum aliis notariis rogatus tradidi & confeci instrumentum, & me propria manu subscripsi.

Et ego Stephanus Gerii Boni de Prato dicti sacri collegii clericus & publicus apostolica, & imperiali auctoritatibus notarius præsens interfui omnibus, & singulis supradictis cum aliis notariis rogatus tradidi & confeci instrumentum, & me propria manu subscripsi.

Et ego Garlacus Buc de Esch clericus Coloniensis diœcesis, literarumque apostolicarum scriptor ac publicus apostolica auctoritate notarius præsens interfui omnibus & singulis prædictis cum aliis nota-

siis, tradidi, & confeci instrumentum, & me propria manu subscripsi.

Et ego Ioannes Ioanellus Bramorcius basilicæ principis apostolorum de urbe clericus capellæ domini papæ publicus auctoritate apostolica notarius præsens interfui omnibus & singulis supradictis cum aliis notariis rogatus tradidi, & confeci instrumentum, & me manu propria subscripsi.

Et ego Franco dictus Hosfleger de Buscoducis, Leodiensis diœcesis, apostolica & imperiali auctoritatibus notarius præsens interfui omnibus & singulis supradictis cum aliis notariis rogatus tradidi, & confeci instrumentum, & me propria manu subscripsi.

Subscriptiones dominorum cardinalium.

Ego Angelus episcopus Ostiensis cardinalis Florentinus sic, ut præfertur, vovi, promisi, & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Henricus episcopus Tusculanus cardinalis Neapolitanus sic, ut præfertur, vovi, promisi, & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Antonius episcopus Prænestinus cardinalis Aquilegensis sic, ut præfertur, vovi, promisi, & juravi, & in testimonium præmissorum me propria mann subscripsi.

Et ego Angelus tituli sanctæ Potentiæ presbyter cardinalis Laudensis sic, ut præfertur, vovi, juravi, & promisi, & in testimonium omnium, & singulorum præmissorum me manu propria subscripsi.

Ego Conradus tituli sancti * Grisogooi presbyter cardinalis Militensis sic, ut præmittitur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me manu propria subscripsi.

* Chrysogoni

Ego Angelus tituli sancti Marci presbyter cardinalis Constantinopolitanus sic, ut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me manu propria subscripsi.

Ego Iordanus tituli sancti Martini in Montibus presbyter cardinalis de Ursinis sic, ut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me mano propria subscripsi.

Ego Ioannes tituli sanctæ Crucis in Ierusalem presbyter cardinalis Ravennas sic, ut præfertur, vovi, promisi & juravi, ac in testimonium præmissorum me manu propria subscripsi.

Ego Antonius tituli sanctæ Praxedis presbyter cardinalis Tudertinus sic, ut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissurum me propria manu subscripsi.

Ego Raynaldus sancti Viti in Macello diaconus cardinalis sic, ut præfertur, promisi, vovi & juravi, ac in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Landolphus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis Barrensis sic, ut præfertur, promisi, juravi & vovi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Oddo sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis sic, ut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Petrus sancti Angeli in foro Piscium diaconus cardinalis sancti Angeli sic, ut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Et ego Ioannes sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus cardinalis Leodiensis sic, ut præfertur, promisi, vovi & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Gregorius XII. hodie ultima die Novembris 1406. assumptus in Romanum pontificem omnia supradicta, sic, ut præmittitur, voveo, promitto & confirmo.

Die Martis undecima supradicti mensis Maii discretus vir Lancelaus Ioannis sedis apostolicæ cursor retulit dominis judicibus, & commissariis memoratis Constantiæ in ecclesia majori, & loco sessionis solito ad hoc concorditer electo mane hora tertiarum, vel septima ad jura reddendum pro continuatione termini hesterni pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis se de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam hodie mane quandam intimationem prorogationis termini hesterni in hujusmodi causa factæ papyri schedulam, ac citationem sigillis reverendissimi in Christo patris domini Guillelmi sancti Marci S. R. E. cardinalis, & egregii doctoris Michaelis Navers sigillatam valvis, seu portis ecclesiæ majoris affixisse, eamq; ibidem debitæ executioni demandasse, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus, & commissariis dixit se superius habuisse & recepisse specialiter in mandatis.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram judicibus & commissariis præfatis adhuc prout ubi supra, ad jura reddendum in loco suo solito & consueto pro tribunali sedentibus magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus nomine procuratorio quo supra ad dictam intimationem prorogationis termini hesterni, & citationis schedulam a dominis judicibus emanatam, & de eorum voluntate & mandato in valvis ecclesiæ majoris prædictæ legitime exequutam facto realiter, & in scriptis infrascripti tenoris repræsentavit, citatorumque in ea contentorum, nec testes ulterius super recognitione sigillorum, signorum, & manuum notariorum produci, recipi & jurare, neque jura, literas, scripturas, & munimenta ulterius producere, aut produci videre curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam instrumentum responsionis Petri de Luna Benedicti XIII. in sua obedientia nuncupati supra in hujusmodi causa productum repetiit, & prout est supra productum, reproduxit.

Deinde venerabilis vir Petrus Margal secretarius regis Aragonum præfatus processum per eum heri ostensum tunc non authenticatum ad manus dictorum dominorum judicum & commissariorum facto realiter, & in scriptis tradidit, atque dedit.

Subsequentes magister Henricus de Piro promotor & procurator præfatus adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens tam dictum processum per dominum Petrum Margal, quam alium per Petrum Iulhia subscriptos, & in hac causa productos in quantum pro se, & pro re sua facerent reproduxit, qui præsentibus processibus existunt connexi & alligati: Et nihilominus nonnullos testes per eum nominandos, & in hujusmodi causa necessario producendos tam super recognitione, quam tota causa citari mandari ad perhibendum testimonium veritati per certum sedis apostolicæ cursorem ad certum peremptorium terminum competentem per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia

instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius expectatos, reputarunt merito prout erant, quoad actum & terminum hujusmodi exigente justitia contumaces. Et in eorum contumaciam præfatam citationem prælibato magistro Henrico promotori & procuratori instanti & petenti decreverunt, atque concesserunt, eamque prout petita extitit, ad statim, videlicet ad horam causarum præsentem per discretum virum Iacobum Meynardi sedis apostolicæ cursorem præsentem, audientem, & ut asseruit intelligentem peremptorie fieri voluerunt, atque mandarunt. Qui quidem cursor hujusmodi citationis mandato in se sponte suscepto mox iens, & paulo post rediens retulit in judicio dominis judicibus, & commissariis adhuc prout ubi supra ad reddendum jura pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis se de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris instantiam statim, & incontinenti peremptorie citasse nonnullos testes, videlicet honestos viros Andream Heyst diœcesis Dertusensis, & Antonium Aiboin Viennensis diœcesis clericos super recognitione signorum & manuum notariorum; necnon dominos fratrem Michaelem Merteri præceptorem domus Maela ordinis Cisterciensis, & militiæ de Calatrava Cælariæ Augustensis diœcesis, & Petrum Canthen ducis Burgundiæ ambasiatores, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hujusmodi causa super positionibus & articulis supra in hujusmodi causa datis ad horam causarum præsentem, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis commissariis dixit se superius habuisse & recepisse specialiter in mandatis.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis judicibus & commissariis præfatis, prout ubi supra, &c. pro tribunali sedentibus magister Henricus de Piro procurator prædictus, & nomine procuratorio quo supra, & in similem contumaciam prædictos testes præsentes & comparentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati exhibuit & produxit, quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari & examinari per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit.

Et tunc domini judices & commissarii præfati dictos citatos iterum reputantes contumaces justitia exigente in eorum contumaciam supradictos testes, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati admittendos duxerunt & admiserunt. Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum dominorum judicum & commissariorum, & in eorum manibus, tactis per eos, & eorum quemlibet scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia, ipsi frater Michael præceptor, & Petrus Canthoo juraverunt, & quilibet eorum juravit, se velle dicere & deponere puram, meram, & omnimodam, quam sciverint, & quilibet eorum sciverit, in hujusmodi causa veritatem super articulis supra in hac causa oblatis, prece, pretio, ira, odio, timore, favore, amore, rancore, & omni mala machinatione in præmissis postpositis penitus & semotis. Quorum testium examen domini judices & commissarii præfati duobus ex eis, quibus eis videbitur, reservarunt committendum. Ipsi autem Andreas & Antonius similiter tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia corporali præstito juramento, visis per eos primitus signis, & manibus notariorum jurium supradictorum, & interrogati per dominos judices & commissarios præfatos, & quilibet interrogatus dixerunt bene se cognoscere signa, & manus Raymundi Petri Margal, & Petri de Iulhia notariorum instrumento responsionis, & registris supradictis apposita & inscripta, ipsosque notarios fore legales, & ad eos, ut ad tales communem hominum fieri recursum. Quo facto domini judices & commissarii præfati dicto magistro Henrico de Piro promotore instante & petente, hujusmodi instrumentum & registra habuerunt pro approbatis, eorumque signa & manus notariorum pro recognitis.

Postremo domini commissarii præfati videntes eorum auctoritatem, & potestatem in commissione per dictam sanctam synodum eis traditam, & datam non esse forte sufficientem ad dicta testium publicanda. Quare de unanimi consensu omnium eorumdem commissariorum ad omnia malivolentia in futurum obstruenda ora decreverunt & ordinaverunt die crastina, quæ erit Mercurii duodecima dicti mensis Maii, loco & hora solitis pro publicatione dictorum testium, & attestationum fieri debere sessionem publicam & generalem.

Tenor vero dictæ intimationis prorogationis termini schedula, unde supra fit mentio, sequitur.

Nos judices & commissarii per sacrosanctam synodum generalem Constantiensem in hac parte specialiter deputati in valvis ecclesiæ Constantiensis domino Petro de Luna Benedicto XIII. in sua obedientia nuncupato, omnibusque aliis, & singulis sua communiter, vel divisim interesse putantibus, tenore præsentium intimamus, insinuamus & notificamus, quod terminum hodiernum, ad quem dictum Petrum de Luna, & cæteros præfatos citari fecimus & citamus, videlicet ad producendum quidquid produci vellent, necnon ad videndum testes tam super principali, quam super recognitione signorum, sigillorum, ac manuum notariorum, eisdem instrumentis & munimentis appositorum & appensorum in causa, & causis pendentibus coram sancta synodo, & nobis contra eundem dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum, ac in causa & causis hujusmodi, prout justum fuerit, procedendum, prout in nostris citatoriis inde confectis latius continetur. Quibusdam ex iis expeditis ob multiplicationem tunc agendorum continuavimus, & continuamus per præsentes ad diem crastinam, quæ erit duodecima mensis infrascripti in ecclesia Constantiensi prædicta, & loco publicæ sessionis mane hora septima ante meridiem. Ad quos etiam diem & horam dominum Petrum de Luna, & alios supradictos peremptorie citamus ad præmissa perfici videndum, & alias procedendum. Hanc vero nostram citationem, insinuationem, notificationem, & citationis schedulam valvis seu portis dictæ ecclesiæ duximus affigendam modo præmisso, decrevimus publicari; ne prænominati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare. In cujus rei testimonium præsentem schedulam exinde fieri, sigillorumque reverendissimi in Christo patris & domini Guillelmi tituli sancti Marci S. R. E. cardinalis, & egregii viri J. D. domini Michaelis Navers fecimus impressione communiri. Datum Constantiæ die decima mensis Maii, anno a nativitate domini 1417. indictione decima.

Fuit celebrata sessio XXXIII.ª cum solemnitatibus solitis, & intererat rex Romanorum imperialibus habitibus indutus. Vide pag. 222. *A*.

Die Mercurii duodecima mensis Maii hora octava ante meridiem Constantiæ io ecclesia majori in loco solito fuit dictæ synodi sessio generalis solemniter tenta, & celebrata. Pro cujus sessioois introductione reverendus pater dominus Nicolaus archiepiscopus Gnesenensis missam celebravit. Iotererat hujusmodi sessiooi serenissimus princeps dominus dominus Sigismundus Romanorum & Huogariæ, *&c.* rex vestimentis imperialibus indutus coronam in capite habens, astaotibus sibi reverendissimis in Christo patribus & domiois, dominis Angelo Prænestino, & B Iordano Albaoensi episcopis S. R. E. cardioalibus, illustrissimis principibus Rodulpho Saxooiæ io ense, Ludovico Bavariæ ducibus in pomo, & Fredeeico marchione Brandeburgensi in sceptro, io habitibus coosuetis, sibi servientibus. Hac namque missa finita, reverendissimi revereodique patres & domini, domioi S. R. E. cardinales præsentes, archiepiscopi, *&c.* mitras capitibus imponentes, *&c.* Deinde orationibus, litania, euangelio, *&c.* devotissime peractis, domini commissarii in hujusmodi causa deputati prædicti ambonem publicationis solitum decretorum & oegotiorum hujusmodi sanctæ synodi ascenderunt, in quo reverendissimus pater & dominus, duminus Guillelmus saocti Marci C S. R. E. cardinalis de consensu, & unaoimi voluntate suorum collegarum relationem fecit in effectu de præsenti causa io hunc modum. Quod ipsi commissarii prædicti juxta commissionem a sacro sancta synodo eis traditam processissent ad ea, quæ eis fuissent commissa; quia primo Petrum de Lona Benedictum XIII. io sua obedientia nuncupatum ad dandum, & dari videndum positiones, & articulos vocasseot, & vocari fecissent, denique per promotores & procuratores hujusmodi causæ certis articulis oblatis & datis, recipiendis eosdem ad probandum admisissent, testesqoe trigiota octo tam cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, D prælatos, doctores, & alios super eisdem recepissent, jurareque facissent, ac eos diligenter examinassent. Insuper dicto Petro de Luna sic sufficienter vocato nonnulla jura, videlicet instrumenta, & registra coram eis per promotores & procuratores prædictos producta in modum probatioois recepissent, signaque, & subscriptiones notariorum dictis instrumentis, & registris apposita probari fecissent, & probata esse decrevissent. Et hæc omnia, aliaque per eos in hac causa gesta in actis redigi fecissent, & super illis registrum fieri per notarios præsentis causæ, & scribas prædictos confici decrevissent, quod esset apud notarios supradictos, & illud registrum iidem domini commissarii per eosdem notarios huic sanctæ synodo referant, quemadmodum E in ipso registro plenius continetur. Offerentes se plenius explicare magis relaturi, quando ipsis ipsa synodus duxerit mandandum.

Qua quidem relatione facta discretus vir....... sedis apostolicæ cursor retulit huic sanctæ synodo, & commissariis supradictis adhuc prout ubi supra, io loco sessionis, & sessione publica congregatis, & nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis se de ipsorum dominorum commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam heri infra missarum solemnia quandam citationem sigillis reverendissimi in Christo patris, & domini Guillelmi tituli sancti A Marci S. R. E. cardinalis, & egregii doctoris Michaelis Navers sigillatam ecclesiæ majoris Constantiensis valvis, seu ostiis affixisse, ipsamque ibidem debitæ executioni demaodasse, ut moris est, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis commissariis duxit se sæpius habuisse in maodatis.

Post cujus quidem cursoris relationem surgentes in sessiooe prædicta magistri Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores dictæ saoctæ synodi, & hujus causæ, & quasdam citationes, unam videlicet pergameni a dictis dominis judicibus, & commissariis emanatam, de eorumque voluntate, & mandato in audientia publica literarum contradictarum Romanæ curiæ posi- B tam, lectam, ab intra signatam, sigilloque ipsius aodientiæ ad hoc specialiter deputato a tergo, ut moris est, sigillatam, aliasque inibi debitæ executiooi, aliamque papyri schedulas in valvis majoris ecclesiæ Constantiensis executioni debitæ demaodatas facto, realiter, & io scriptis infrascripti tenoris repræsentavit, citatorumque in eis conteotorum noo comparentium, neque dictorum testium io hujusmodi causa productorum, & totius registri præseotis causæ decerni, neque terminum ad diceodum contra eosdem sibi assignari videre curantium contumaciam accusavit, ipsosque cootumaces reputari, & in eorum cootumaciam eosdem io valvis ecclesiæ majoris vocari, & ad vocandum eosdem C certos deputari & assignari per dictam sanctam synodum debita cum instantia postulavit.

Et tunc de mandato reverendissimi patris domini Ioaonis episcopi Ostiensis vicecancellarii S. R. E. cardinalis, & hujus sessionis præsidentis nomina hujus sanctæ synodi facto reverendissimi, reverendique patres domini, domini Oddo de Columna, Lucidus de Comitibus S. R. E. cardinales, Vienneosis archiepiscopus, Velhensis, Tridentinus, Lichveldensis episcopi, & Antooius Cazal generalis ordiois sanctæ Mariæ de Mercede, Thomas Poltheo, & Iacobus Rodini sedis apostolicæ protonotarii D una nobiscum præsentis causæ notariis & scribis, & discreto viro Francisco de Mediolano dictæ sedis cursore locum sessionis solitum exeuntes ad valvas dictæ majoris ecclesiæ accesserunt, in qoibus valvis existentes supradictos citatos tribus vicibus per organum dicti Francisci cursoris vocaverunt in hunc modum. Est hic Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui compareat ad videndum aperiri & publicari testium dicta, & attestationes super articulis examioatorum, & copiam eorumdem, ac aliorum productorum jurium decerni, termioumque ad dicendum contra personas, & eorum dicta, ac jura alia producta competenter, assignari in causa, & causis schismatis, & hæresis contra eumdem dominum E Petrum de Luna motis? hujusmodi trina vocatione facta, nemine compareote, nec respondente, hujusmodi deputati, & magistri Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores sibi super præmissis a nobis præsentis causæ notariis, atque scribis unum, vel plura publicum seu publica fieri petierunt instrumenta. Præsentibus ibidem discretis viris magistris Petro Gop, Henrico Hucvatel literarum sacræ pœnitentiariæ procuratoribus, & Michaele de Pisis literarum apostolicarum scriptore, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Deinde dictis D). deputatis ona cum aliis supradictis ad locum sessionis, & loca eorum solita revertentibus, D. Lucidus cardinalis de comitibus prædictus nomine condeputatorum, & eorum consensu retulit

retulit ipsam vocationem per organum dicti Francisci de Mediolano cursore trina vice, ut præfertur, factam, neminemque ibi comparuisse, nec verbum aliquod respondisse. Quo facto magistri Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores dictos citatos iterum contumaces reputari, & in eorum contumaciam dicta testium, sive attestationes in hujusmodi causa examinatorum aperiri & publicari, copiamque eorundem, nec non jurium aliorum productorum & totius processus hujusmodi sibi decerni, terminumque ad dicendum, & excipiendum quidquid dicere, & excipere voluerunt contra personas, & eorum dicta producta alia competentia eisdem citatis deputari, & assignari per dictam sanctam synodum debita cum instantia postularunt. Et tunc reverendus pater dominus Stephanus episcopus Dolensis de mandato hujus sanctæ synodi sibi super hoc facto ambonem publicationis solitum ascendens prædictam quandam decreti papyri schedulam publice alta, & intelligibili voce de verbo ad verbum perlegit, cujus tenor inferius est insertus in hæc verba.

Decretum per dominum episcopum Dolensem lectum.

Hæc sacrosancta generalis synodus Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum vocatum legitime, & non comparentem reputat contumacem, & in illius contumaciam testes, attestationes, & dicta testium in præsenti causa inquisitionis mota & pendente contra Petrum de Luna Benedictum XIII. a nonnullis nuncupatum productorum, & examinatorum publicat, & habet pro publicatis, decernitque eidem Petro vocato Benedicto copiam dictarum attestationum totius præsentis processus fieri, & assignat eidem Petro de Luna Benedicto, ut præfertur, vocato terminum peremptorium ad diem sabbati proximum mane hora septima in præsenti ecclesia, & loco superiori prope altare sessionis ad dicendum, & objiciendum, & proponendum coram commissariis nuper ad testes recipiendos & examinandos per eandem synodum deputatis quidquid dicere, objicere, vel opponere voluerit contra testes in hac causa productos, & eorum dicta, nec non contra instrumenta, registra, ac alia quæcumque producta, ac in tota ipsa causa, & ad hoc ipsum peremptorie citat; præfatisque commissariis & eorum majori parti, cæterisque etiam minime impeditis videndi, audiendi & recipiendi omnia quidquid dicere, objicere, & proponere voluerit, & super illis cognoscendi, atque omnia, & singula faciendi, quæ ad causam, & processum hujusmodi pertinent, & pertinebunt usque ad sententiam diffinitivam exclusive, ac super eorum dependentibus, emergentibus, & connexis dat eadem sancta synodus plenam, & liberam potestatem. Protestatur autem eadem sancta synodus quod per hunc processum, aut alium quemcumque fiendum in futurum in hujusmodi causa a forma processus super notoriis, quam sufficit servare, de jure recedere non intendit. Qua itaque decreti schedula lecta, per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Ioannem episcopum Ostiensem & vicecancellarium S. R. E. cardinalem, ac hujusmodi sessioni præsidentem nomine hujusmodi sanctæ synodi fuit responsum, Placet.

Super quibus omnibus, & singulis præmissis magistri Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores prædicti, quo supra nomine a dominis protonotariis, & hujusmodi causæ notariis, & scribis sibi unum, vel plura, & tot, quot fuerint necessaria fie-

A ri petierunt publica instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus, & dominis, dominis Ioanne episcopo Ostiensi, & vicecancellario, Angelo Prænestino, & Iordano Albanensi episcopis, Gabriele Senensi, Francisco Venetiarum, Almanno Pisano, Angelo Veronensi, Guillelmo sancti Marci, Thoma Tricaricensi, Antonio de Chalanco, Simone Remensi, Oddune de Columna, Lucido de Comitibus, & Petro Fuxi S.R.E. cardinalibus, serenissimoque, & illustribus principibus dominis, dominis Sigismundo Romanorum & Vngariæ rege, Rodolpho Saxoniæ, & Ludovico Bavariæ ducibus, ac Frederico Marchione Brandeburgensi, nec non regum, principum, nobilium, prælatorum, communitatum, universitatum studiorum, ac aliorum ambasiatoribus,
B aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Tenores vero dictarum citationum, schedularum, unde supra fit mentio, sequuntur tales.

Mandant reverendissimi patres domini judices, & commissarii per sacrum generale concilium Constantiense ad infrascripta deputati citari peremptorie in audientia publica litterarum contradictarum, & citant Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, & omnes alios sua interesse credentes, quatenus hodie compareant, in ecclesia Constantiensi in loco publicæ sessionis mane hora septima ad videndum, & audiendum attestationes, & dicta testium in causa inquisitionis contra ipsum
C pendente productorum aperiri, & publicari; necnon copiam earundem attestationum sibi decerni, ac etiam terminum ad dicendum contra hujusmodi testium dicta, & personas, & cætera munimenta, instrumenta, & probationum genera in hac causa producta quicquid verbo, vel in scriptis objicere, opponere, & allegare voluerint, præfigi, & assignari; alioquin in hac causa ad præmissa, & ulteriora procedetur, prout fuerit rationis dictorum citatorum contumacia non obstante. Datum Constantiæ die duodecima mensis Maii, anno a nativitate domini MCCCCXVII. indictione decima.

Nos judices, & commissarii per sacrum generale Constantiense concilium ad infrascripta deputati per hæc in valvis ecclesiæ Constantiensis citari manda-
D mus publice & tenore præsentium citamus Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, & omnes, & singulos sua interesse credentes, quatenus die Mercurii proxime futuro compareant in dicta ecclesia Constantiensi in loco sessionis mane hora septima ad videndum attestationes & dicta testium in causa inquisitionis contra .... pendente producta aperiri & publicari, necnon copiam earundem attestationum sibi decerni, ac etiam terminum ad dicendum contra hujusmodi dicta testium, & personas & cætera munimenta, instrumenta & probationum genera in hac causa producta quidquid verbo, vel in scriptis dicere, objicere, proponere, vel allegare voluerint, præfigi & assignari.
E Alioquin in hac causa ad præmissa, & ulteriora procedetur, prout fuerit rationis, dicti citati contumacia in aliquo non obstante. Datum die Martis undecima mensis Maii, anno a nativitate domini MCCCCXVII. indictione decima.

Fuit vocatus Petrus de Luna in valvis.

Die vero Sabbati quinta decima supradicti mensis Maii comparuit in judicio coram judicibus, & commissariis memoratis Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis solitæ adhoc specialiter deputato, mane hora septima, vel tertiarum ad jura reddendum pro tribunali sedentibus magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus nomine procura-

torio quo supra, & domini Petri de Luna Benedicti in sua obedientia nuncupati non comparentis, neque quidquam verbo, vel in scriptis contra personas testium & eorum dicta, ac jura alia, & munimenta supra in hujusmodi causa producta dicere, sive excipere curantis contumaciam accusavit; ipsumque contumacem reputari, & in ejus contumaciam eundem in valvis ecclesiæ, ut moris est, vocari, & ad vocandum eundem aliquos ex commissariis deputari ad majorem validationem processus per dominos judices, & commissarius præfatos debita cum instantia postulavit.

Ex tunc domini judices, & commissarii præfati ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris instantiam ad vocandum in valvis, ut moris est, venerabiles, & circumspectos viros dominos Nicolaum Vordis V. I. & Henricum Flechel decretorum doctores sacri palatii causarum auditores collegas suos deputarunt, & ordinarunt. Qui quidem dominus Nicolaus Vordis, & Henricus Flechel deputati una cum notariis præsentis causæ, & scribis prædictis, necnon discreto viro Iacobo de Sabaudia sedis apostolicæ cursore a loco audientiæ, & sessionis exeuntes ad valvas ecclesiæ majoris accesserunt, ubi dictum Petrum de Luna per organum præfati Iacobi Cursoris juxta commissionem eis desuper factam publice, & alta voce vocaverunt tribus vicibus successive in hunc modum. Est hic Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui compareat coram dominis commissariis ad dicendum, objiciendum, & proponendum quidquid dicere, obiicere, vel proponere voluerit contra testes & eorum dicta alias examinatos, instrumenta, registra, jura, acta, actitata, quæcumque alia probationum genera in hujusmodi causa producta in causa inquisitionis contra dictum Petrum de Luna coram eisdem commissariis pendente? alioquin contra eum procedetur ulterius, ipsius contumacia in aliquo non obstante.

Qua vocatione trina vice facta, nemineque respondente, domini deputati prædicti, ac magister Henricus de Piro promotor, quo supra nomine super præmissis a nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis sibi unum, vel plura, publicum seu publica fieri petierunt instrumenta. Præsentibus ibidem venerabilibus viris dominis Ioanne Crevel præposito sancti Ludgerii Monasteriensis, Ioanne Scade de Lochen, & Frederico Stanthaymer sacri palatii apostolici causarum notariis testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis: deinde dominis deputatis prædictis una cum aliis supra nominatis ad locum audientiæ, & collegas suos revertentes, & reversi, eisdem per organum dicti domini Iacobi cursoris retulerunt vocationem, ut præfertur, in valvis, seu portis ecclesiæ majoris prædictæ factam, ut moris est, & fuit, neminemque ibi verbum aliquod super præmissis, & præsentis termini observatione pro dicto domino Petro de Luna respondisse.

Relatione hujusmodi facta, Henricus de Piro promotor & procurator prædictus adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens dicti domini Petri de Luna non comparentis iterato contumacem reputari, & in ejus contumaciam sibi viam excipiendi, sive objiciendi ulterius contra personas testium, & eorum dicta, ac jura, acta, instrumenta, & munimenta supra in hujusmodi causa producta præcludi per dominos commissarios prætatos debita cum instantia postulavit.

Et tunc domini commissarii præfati dictum dominum Petrum de Luna non comparentem, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacientem, licet sufficienter expectatum, reputarunt merito, prout erat, quoad actum, & terminum hujusmodi exigente

A justitia contumacem, & in ejus contumaciam matura deliberatione præhabita, visisque dicti Petri de Luna contumaciis, de unanimi consensu interloquendo verbo duntaxat pronunciarunt, declararunt, & decreverunt prælibato domino Petro de Luna Benedicto XIII. nuncupato abhinc in antea viam objiciendi, & excipiendi contra personas testium, & eorum dicta productorum in hac causa, juraque, instrumenta, acta, actitata, registra, & alia probationum genera exhibita & producta fore præcludendam, & præcluserunt. Præsentibus ibidem honestis viris magistris Ioanne Crevelt & Frederico Stanthaymer prædictis, & Lodulpho Robring notario cameræ apostolicæ testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

B Die Veneris vigesima prima supradicti mensis Maii reverendissimi, reverendique patres, & domini, ac venerabiles & circumspecti viri Guillelmus tituli sancti Marci cardinalis, Ioannes electus patriarcha Constantinopolitanus, Robertus Sarisberiensis, Stephanus Dolensis episcopi, Hermanus Duverch sedis apostolicæ protonotarius, Iacobus electus Pennensis, Michael Navers, Ioannes de Lydena, & Petrus Nardi majorem partem commissariorum prædictorum facientas, suis collegis absentibus, Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis solito ad hoc specialiter deputato mane hora septima, sive tertiarum, ad jura reddendum pro tribunali sedentes volentes evitare, & aufugere cavillationem, & verba inutilia, quæ

C forsan facta sunt, seu in posterum fieri possent, & etiam propter brevitatem termini peremptorii domino Petro de Luna Benedicto XIII. in sua obedientia nuncupato ad dicendum, objiciendum, & proponendum quidquid verbo, vel in scriptis dicere, excipere, & proponere volebat contra jura, acta, litteras, scripturas, instrumenta, registra, & munimenta, necnon personas testium, & eorum dicta in hujusmodi causa super articulis examinatorum, & productorum præfixi, & assignati, & jam elapsi: idcirco ad majorem, & superabundantiorem cautelam eundem dominum Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nuncupatum ad idem secundo citari ad diem Martis proxime futuram, quæ erit vicesima quinta mensis præsentis, qua eosdem dominos commissarios, vel

D majorem partem ex eis Constantiæ in ecclesia majori in loco sessioni solito ad hoc specialiter deputato mane hora septima pro tribunali sedere contigerit per evidentiam publicam literarum contradictarum Romanæ curiæ, necnon in valvis ecclesiæ majoris prædictæ peremptorie voluerunt atque mandarunt.

Cursor retulit affixisse citationem in valvis ecclesiæ majoris.

Die Martis vicesima quinta supradicti mensis Maii discretus vir Iacobus de Sabaudia sedis apostolicæ cursor retulit in judicio reverendissimis, reverendisque in Christo patribus, ac venerabilibus & circumspectis viris dominis Guillelmo tituli sancti Mar-

E ci S. R. E. cardinali, Ioanni patriarchæ Antiocheno, Ioanni electo patriarchæ Constantinopolitano, Roberto Sarisberiensi, Stephano Dolensi, & Ioanni Licfeldensi episcopis, Michaeli Navers, Ioanni de Lydona, Hermanno Duverch, Henrico Flechel, Petro Nardi, & Ioanni Vellis judicibus, & commissariis præfatis, aliis suis collegis in hac parte legitime absentibus Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis ad hoc specialiter deputato, mane hora septima ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis præscriptis, se de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris

toris iostaotiam, die Veoeris proxime præterita quandam citationem sigillis reverendissimi patris domini Guillelmi S. R. E. cardinalis & Michaelis Navers præfatorum sigillatam valvis, seu portis ecclesiæ majoris supradictæ affixisse, eamque debitæ executiooi, ut moris est, demandasse, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus & commissariis dixit se superius habuisse, & recepisse specialiter io maodatis.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuis io judicio coram dominis judicibus & commissariis præfatis adhuc prout ubi supra ad jura reddendum io loco suo solito & consueto pro tribunali sedentibus magister Henricus de Piro procurator, & promotos prædictus, nomine quo supra promotorio proponens qualiter supradicto domino Petro de Luna Beaedicto XIII. io sua obedieotia nuncupato certus peremptorius terminus ad dicendum & oppooendum quidquid io verbo, & io scriptis dicere, & opponere volebat contra registra, acta, litteras, scripturas, instrumeota, & monimeota, testiumque in hujusmodi causa productorum, & examinatorum personas, & dicta fuisset præfixus, & modo elapsus, in quo termino servandu contumax, justitia exigente, fuisset reputatus. Et nihilominus ad majorem cautelam, & ad obstruendum ora multorum in hac parte forte obloqui conantium, domini judices, & commissarii præfati seu major ipsorum pars euodem domioum Petrum de Luna Benedictum XIII. io sua obedientia ouncupatum ad consimilem actum de novo, & secundo citari mandarunt, & fecerunt ad diem & horam præseores. Quapropter idem magister Henricus de Piro promotor, quo supra nomine, quasdam citationum, unam videlicet audientiæ pergameni a præfatis dominis commissariis, seu eorum majori parte emanatam, de eorumque voluntate & mandato in audieotia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ positam, lectam ab intra signatam, sigilloq; ipsius audientiæ ad hujusmodi citationes sigillādas specialiter deputato a tergo, ut moris est, sigillatam, aliaque inibi debitæ executioni demandatam, ac aliam papyri schedulā io valvis majoris ecclesię prędictę executam facto, realiter, & io scriptis infrascripti tenoris repræsentavit, citatorumque in eis contentorum non comparentium, neque hujusmodi termino satisfacere curantium cootumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum cootumaciam ulterius in valvis ecclesiæ prædictæ majoris vocari, ac ad eos vocandum aliqoos de commissariis, ut moris est, deputati per domioos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices, & commissarii memorati ad vocaodum supra dictos citatos ad valvas ecclesiæ præfatæ, ut moris est, venerabiles, & circumspectos viros dominos Henricum Flechel, & Petrum Nardi sacri palatii apostolici causarum auditores collegas suos deputandos duxeruot, & deputarunt. Qui quidem domini Henricus Flechel, & Petrus Nardi deputati oous hujusmodi vocationis sponte assumentes, locumque sessionis præfatum una cum discretis viris Frederico Rese, & Iacobo de Sabaudia sedis apostolicæ cursoribus, nobisque præsentis causæ ootariis, atque scribis prædictis exeuntes, ad valvas ecclesię majoris prædictę accesserunt, ibique sæpe fatos citatos per organum præfati Iacobi cursoris tribus vicibus soccessive, publice, alta, & intelligibili voce vocaverunt, & requisierunt io effectu in hunc modum: Est hic Petrus de Luoa Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo qui compareat, in ecclesia Constantiensi io loco sessionis solito ad diceodum, & opponendum quicquid verbo, vel in scriptis dicere, & opponere voluerit contra noonulla registra, jura, & munimenta, testes, & eorum dicta productos, & examinatus in causa ioquisitioois coram synodo, & judicibus pendente? Qua vocatione, ut præfertur, facta, nemineque comparente, nec respondente, domini deputati supradicti a nobis præsentis causæ ootariis atque scribis prædictis super præmissis sibi fieri petierunt unum vel plura, publicum, seu publica instrumenta, præsentibus ibidem discretis viris magistris Vlricu Vvetnheri, Henrico Hucvatel, Ioanne de Bosco sacrę pœnitentiariæ litterarum procuratoribus testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

His sic peractis, domini deputati prædicti una cum aliis supra nominatis ad locum audientiæ hujusmodi causæ, & sessionis solitum revertentes, & reversi, dominus Petrus Nardi prædictus, suo, & ipsius collegæ nominibus primo, & deinde præfatus Iacobus de Sabaudia sedis apostolicæ cursor secundo hujusmodi vocationem ad valvas præfatæ ecclesiæ factam, neminemque comparuisse, nec respondisse, ut præmissum est, dominis judicibus, & commissariis memoratis retulerunt, & retulit quilibet eorum. Quibus quidem relationibus, ut præfertur, factis, magister Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo supra, dictus citatos iterato contumaces reputari, & in eorum contumaciam ulterius contra eos juxta exigentiam, & qualitatem causę procedi per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instaotia postulavit.

Et tunc domini judices, & commissarii præfati dictos citatos noo comparentes, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius, & usque ad horam debitam sufficienter expectatos reputarunt merito, prout erant, quoad actum, & terminum hujusmodi exigente justitia contumaces; & in eorum contumaciam ad præfati magistri Heorici de Piro promotoris instantiam ulterius contra eos juxta exigentiam causæ, & qualitatem procedendum decreverunt. Præsentibus ibidem reverendissimo in Christo patre domino, domino Branda S.R.E. cardinale Placentino vulgariter nuncupato, & providis viris VVillelmo Brilleti in Romana curia procuratore, Yvone Loyer sacri palatii apostolici causarum notario, & Francisco de Hispania servienti armorum palatii apostolici, aliisque pluribus testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Tenores vero dictarum citationum audientiæ pergameni, & in valvis papyri schedularum unde supra fit mentio, sequuntur tales.

Mandant reverendissimi patres domini judices, & commissarii per sacrosanctam & generalem synodum Constantiensem in hac parte specialites deputati citati peremptorie in audientia publica litterarum contradictarum, ut moris est, & citant ex superabundanti, & ad omnem malitiam convincendum dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios, & singulos sua conjunctim vel divisim interesse putantes, quatenus die Martis proxime futura; mane hora septima compareant in ecclesia Constantiensi in loco publicæ sessionis prope altare ejusdem sessionis, ad dicendom & excipieodum quidquid verbo, vel in scriptis dicere, vel excipere voluerint contra nonnulla muoimenta, registra, testes & eorum dicta, & attestatioões in causa, & causis coram dicta synodo, & eisdem judicibus contra ipsum dominum Petrum de Luna pendente productos, & producta, ac super tota causa hujusmodi, & in eadem ulterius, prout visum fuerit, procedi videndum, dictorum citatorum abseotia seu contumacia in aliquo non obstante. Datum Con-

stantiæ

stantiæ die vigesima prima mensis Maii anno a nativitate domini MCCCCXVII. indictione decima.

Citatio in valvis ad idem.

Nos judices & commissarii per sacrosanctam, & generalem synodum Constantiensem in hac parte specialiter deputati in valvis ecclesiæ Constantiensis ex abundanti, & ad omnem malitiam convincendam peremptorie citari mandamus, & præsentium tenore citamus dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios, & singulos sua interesse putantes, quatenus die Martis proxime futura mane hora septima compareant in dicta Constantiensi ecclesia in loco publicæ sessionis ad dicendum, & excipiendum quidquid verbo, vel in scriptis dicere, seu excipere voluerint contra nonnulla munimenta, registra, testes & eorum attestationes, in causa & causis coram dicta synodo, & nobis contra ipsum dominum Petrum pendente productos, & producta, ac super tota causa hujusmodi prædicta, & in eadem ulterius, prout justum fuerit, produci videndum. Hoc vero nostræ citationis mandatum valvis seu portis dictæ ecclesiæ duximus affigendum, modoque præmisso decernimus publicandum, ne prænominati sic citati aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare. In cujus rei testimonium præsentes nostras litteras exinde fieri; sigillorumque reverendissimi in Christo patris, & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci S. R. E. cardinalis, & egregii viri utriusque juris doctoris domini, domini Michaelis Navers fecimus impressione communiri. Datum Constantiæ die Veneris vigesima prima mensis Maii anno a nativitate domini MCCCCXVII. indictione decima. Protestamur nihilominus nos judices, & commissarii prælibati quod per actum hujusmodi a processu nostri recedere non intendimus quovis modo.

Gumpertus Fabri
Antonius de Casadaval } *notarii.*

Die Iovis vigesima septima prædicti mensis Maii Constantiæ in palatio episcopali hora tertiarum, vel quasi omnes commissarii, & judices memorati domino Francisco cardinale Florentino duntaxat excepto, pro expeditione causæ præcedentis congregati, venerabilibus & circumspectis viris dominis Michaeli Navers, Petri Nardo, & Ioanne Vvellis conjunctim collegis suis præsentibus, & sponte acceptantibus examinationem registri, sive processus in causa præsenti habiti, & visitationem, depositionem testium, & reductionem eorumdem ad certum summarie legendum, & explicandum per ipsos commissarios præfatos in publica sessione toti concilio committendum duxerunt, & commiserunt, juxta potestatem, & commissionem eis in præsenti causa in publica sessione per dictum sacrum generale Constantiense concilium attributam.

Anno, & indictione quibus supra, die vero Martis prima mensis Iunii constitutus Constantiæ in palatio episcopali mane hora tertiarum, vel quasi, coram reverendissimo reverendisque patribus ac venerabilibus, & circumspectis viris dominis, dominis Guillelmo cardinale sancti Marci, Ioanne electo patriarcha Constantinopolitano, Roberto Sarisberiensi, Stephano Dolensi episcopis, Hermanno Duverch sedis apostolicæ protonotario, Michaele Navers, Iacobo electo Pennensi, abbate Cluniacensi, Guillelmo Pulchri nepotis, Nicolao Vordis, Petro Nardi, & Ioanne Vvellis commissariis & judicibus præfatis, aliis eorum collegis absentibus, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, factaque relatione primitus per præfatum dominum Michaelem Navers unum de commissariis prædictis super toto processu in præsenti causa habito, ac depositionibus testium in eadem præsenti causa examinatorum ipsis commissariis præfatis corrigendo, emendando articulum octuagesimum tertium supra inter articulos datum incipiens, Item & hoc sacrum concilium, &c. tollit in eodem articulo, tollit hæc verba, scilicet (Aragonum, & Navarræ) & loco illorum in fine ipsius articuli addit hæc verba sequentia, videlicet (Quodque sequenter secundum capitula conventa in Narbona inter reges & principes obedientiæ dicti domini Petri de Luna Benedicti appellati fuit per dictam obedientiam convocatum istud concilium, quatenus ad eos pertinebat; & postea reges Aragonum, & Navarræ præfato concilio ex utraque conventione se unierunt, & incorporarunt, unum simul concilium facientes, & contra. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Quo quidem articulo sic, ut præfertur, emendato & correcto idem magister Henricus de Piro promotor & procurator adhuc præsens dictum articulum, seque & partem suam ad probandum in Romana curia in civitate Constantiæ, ac extra admitti per dominos judices, & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Quem quidem articulum sic correctum, & emendatum domini judices, & commissarii memorati instante magistro Henrico de Piro promotore, & procuratore ad probandum in Romana curia, & civitate Constantiæ duntaxat infra decem dies proxime, & immediate sequentes admittendum duxerunt, & admiserunt; retenta sibi nihilominus potestate plenaria eundem admittendi extra Romanam curiam, & civitatem Constantiæ, si sibi in posterum visum fuerit expedire.

**** Sessio generalis XXXIV. pag. 223. E.*

Die Sabbati quinta supradicti mensis Iunii fuit dictæ sacrosanctæ synodi Constantiensis sessio generalis Constantiæ in ecclesia majori in loco solito, & consueto mane hora septima post mediam noctem tenta, & solenniter celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendus pater dominus Thomas episcopus Citiensis missam de tempore devote celebravit. Qua quidem missa sic decantata, reverendissimi, reverendique patres, & domini, domini S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, ceterique ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes se cappis pluvialibus induerunt. Subsequenter litaniis, & orationibus consuetis, cum euangelio secundum Lucam: In illo tempore: Dixit Iesus parabolam hanc. Homo quidam fecit cœnam magnam, &c. Cum collectis devote lectis, & peractis; domini commissarii hujusmodi causæ memorati ambonem publicationis ordinatorum dictæ sanctæ synodi ascenderunt, in quo existentes, reverendissimus in Christo pater, & dominus dominus Guillelmus cardinalis sancti Marci, de consensu. & expressa voluntate suorum collegarum sibi assistentium, pro themate assumens, Tempus est ut veniat judicium de domo Dei, &c. quod pulchre deducens, processum per ipsum, & suos collegas contra Petrum de Luna a quibusdam Benedictum XIII. nuncupatum, juxta commissionem eis a dicta sancta synodo desuper factam, habitum integre narravit, & recitavit, una cum probationibus articulorum similiter in hujusmodi causa productorum. Deinde hujusmodi relatione facta, reverendi patres domini Dolensis, & Lichfeldensis episcopi de mandato dictæ sanctæ synodi, videlicet episcopus Dolensis articulos in hunc modum, scilicet. Ad multiplices, &c.

In primis,

In primis, &c. Et dominus Lechfeldensis respondens, legerunt probationem in hunc modum. Prima pars, &c. prout, & quemadmodum in quibusdam papyri foliis inferius apud acta præsentis causæ registratis plenius continetur. A

His sic peractis, reverendus pater dominus episcopus Concordiensis, de mandato sacrosanctæ synodi ambonem prædictum ascendens, quoddam decretum hujus synodi, publice, alta & intelligibili voce perlegit, cujus tenor inferius apud acta extat registratus. Super quibus omnibus & singulis præmissis, & præsertim super decretoria supra lecta, dominus Ioannes episcopus Ostiensis, S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius, ac hujusmodi sessionis præsidens, nomine dictæ sanctæ synodi respondit, placet. Deinde magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, quo supra nomine, sibi super præmissis, a protonotariis & notariis ipsius sanctæ synodi, unum vel plura, publicum vel publica petiit instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus, & dominis, dominis Ioanne Ostiensi, Laudensi, de Vrsinis, Bononiensi, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, sancti Marci, Calanco, Fuxi, Salutiarum, de Brancaciis, de Flisco, de Columna, de Comitibus, S. R. E. cardinalibus prædictis, & illustribus principibus dominis Frederico marchione Brandeburgensi, & Henrico Bavariæ duce, regumque, ducum, principum, prælatorum, communitatum, & universitatum ambassiatoribus, aliisque Christianis in numero copioso. B

Tenores vero dictorum articulorum, ac eorum probationum, necnon decreti, supra lectorum, sequuntur & sunt tales.

Hæc sacrosancta synodus, audita relatione processus, & probationum, ac aliorum actorum in causa inquisitionis pendente coram eadem synodo, contra Petrum de Luna Benedictum XIII. a nonnullis nuncupatum, super ferenda sententia, & aliis in hujusmodi causa fiendis, deliberabit. Potestatem autem alias concessam commissariis in dicta causa, præterquam ad citandum eundem Petrum dictum Benedictum ad audiendum sententiam per eamdem sanctam synodum ferendam, non intendit revocare, super qua citatione, atque sententia, nullam dictos commissarios vult habere potestatem. C D

Sessio generalis XXXVI. *pag.* 250. B

Anno, & Indictione quibus supra, die vero vigesima secunda mensis Iulii fuit dictæ sanctæ synodi Constantiensis generalis, in loco solito maioris ecclesiæ Constantiæ, hora sexta post mediam noctem, vel circa, publica sessio tenta, ut moris est, & solenniter celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendus pater dominus episcopus Atrebatensis missam de sancto Spiritu devote celebravit. Qua siquidem Missa finita, reverendissimi, reverendique patres, & domini, domini sanctæ R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, cæterique ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes, se cappis pluvialibus induerunt. Ac reverendissimus in Christo pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis, & vicecancellarius, huic sessioni præsedit. Deinde litaniis, evangelio, atque collectis, aliisque orationibus solitis devotissime lectis, & peractis, reverendus in Christo pater & dominus, Antonius episcopus Concordiensis ambonem publicationis decretorum, & ordinatorum E

hujus sanctæ synodi, solitum ascendit, & in eo de mandato hujus sanctæ synodi speciali sibi super hoc facto, publice, alta & intelligibili voce quandam citationem contra Petrum de Luna factam ad videndum se privari, & alia * seu videndum, prout in ipsa citatione plenius continetur, publicavit, & perlegit sub his verbis.

Citatio ad audiendum sententiam.

Sacrosancta, & generalis synodus Constantiensis, &c. *habetur in impresso.*

Qua quidem citatione sic lecta idem reverendus pater dominus Antonius Concordiensis adhuc in ambone existens, de mandato dictæ sanctæ synodi similiter sibi super hoc facto, dixit in effectu, ne propter festum hodiernum, quod tamen in corpore juris minime reperitur, aliqui dubitarent præsentem diem feriatam fore, tunc ipsa sancta synodus prædicta omnem in præmissis supplet defectum, si intervenisset. Super quibus omnibus lectis & propositis, prædictus reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Ioannes episcopus Ostiensis, S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius, hujusmodi sessioni præsidens præfatus, nomine hujus sanctæ synodi respondit, placet. De & super quibus omnibus, & singulis, & eorum quolibet, magister Henricus de Piro dictæ sanctæ synodi promotor & procurator, nomine quo supra, a protonotariis, notariis, & scribis ejusdem synodi, ad futuram rei memoriam, unum vel plura, publicum seu publica, fieri petiit instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis reverendisque patribus dominis Ioanne Ostiensi episcopo Laudensi, Iordano de Vrsinis, Bononiensi, Venetiarum, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, Remensi, sancti Marci, de Fuxo, de Calanco, Salutiarum, de Flisco, de Brancaciis, de Columna, de Comitibus, S. R. E. cardinalibus; Antiocheno, & Constantinopolitano patriarchis, ac illustri principe & domino, domino Frederico marchione Brandeburgensi, aliisque regum, ducum, principum, nobilium, prælatorum, communitatum, universitatum studiorum ambasiatoribus, ac Christi fidelibus in numero copioso.

Qua quidem sessione sic peracta, statim reverendi patres & domini, Stephanus Dolensis, & Henricus Feltrensis, episcopi, mandatum & commissionem de citando prædictum sponte assumentes, una cum præsetis causæ notariis atque scribis prædictis, ad tres januas ecclesiæ majoris Constantiensis accesserunt, & in ipsarum qualibet prædictam citationem infra Missarum solemnia, per magistrum Ioannem Guiardi etiam præsentis causæ notarium & scribam, publice, alta & intelligibili voce legi fecerunt, dictumque dominum Petrum de Luna, Benedictum XIII. a quibusdam nominatum, juxta tenorem ipsium citationis citarunt, & citari fecerunt. Deinde ipsa citatione, ut præfertur, lecta, ipsi eandem citationis bullam triplicatam in qualibet dictarum portarum sive valvarum unam affigi per eundem magistrum Ioannem Guiardi mandarunt, & fecerunt. Super quibus lectione, & affixione, ac aliis præmissis, ipsi domini commissarii, necnon magister Ioannes de Scribanis dictæ synodi promotor, quo supra nomine sibi fieri petierunt a nobis præsentis causæ notariis & scribis, publicum, & publica instrumenta. Præsentibus ibidem honestis viris dominis Bernardo de Phorhea vicario Burdegalensi, & Ioanne Burfaodi litterarum apostolicarum scriptore, aliisque pluribus fide dignis testibus, ad præ-

missa vocatis specialiter, & rogatis.

Subsequenter Missarum solemnis diei præsentis finitis, Nos Ioannes de Azal, & Ioannes Guiardi præsentis causæ notarii, & scribæ prædicti, in præsentia testium infrascriptorum, hujusmodi citationis bullam sic, ut præfertur, portis supradictis affixam, & extensam, de ipsis portis seu valuis amovimus, & ad nos duximus recipiendum, & recepimus, juxta super hoc nobis factum mandatum. Super quibus executione, amotione, & receptione, præfatus magister Ioannes de Scribanis promotor, quo supra nomine, sibi fieri petiit unum, vel plura, publicum seu publica instrumenta. Præsentibus ibidem honestis viris Bernardo de Plancha, vicario domini episcopi Burdegalensis, & Ioanne Brusandi litterarum apostolicarum scriptore, aliisque quampluribus fide dignis testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Sessio publica XXXVII. *pag.* 233. E

* Die Lunæ vigesima sexta supradicti mensis Iulii, Constantiæ in ecclesia majori, in loco solito, hora horologii sexta vel circa, post mediam noctem, fuit hujus sanctæ synodi generalis Constantiensis publica sessio solemniter debita cum devotione tenta, & celabrata. Pro cujus introductione fuit per reverendissimum patrem dominum Guillelmum tituli sancti Marci presbyterum S. R. E. cardinalem Missa de sancto Spiritu devotissime celebrata: ipsique sessioni interfuit serenissimus & invictissimus princeps, dominus, dominus Sigismundus Divina providentia Romanorum, & Vngariæ, &c. Rex semper augustus, corona & babitu regali insignitus, servientibus sibi illustribus principibus, dominis, Frederico Marchione Brandeburgensi in sceptro, comite de Analth in corona, Bartoldo de Vrsinis in gladio, Ludovico de Octingen. de comitibus in pomo.

Subsequenter Missa successive finita, reverendissimi, reverendique patres, & domini, domini S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, cæterique ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes, se vestibus, sive cappis pluvialibus induerunt, reverendissimusque pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis S. R. E. prædictæ cardinalis, & vicecancellarius pontificalibus insignitus, huic sessioni præsidebat. Deinde Litaniis cum collectis, orationibus, & aliis devotionibus consuetis, peractis, sermoneque cujus thema erat, *Iustum judicium judicate*, &c. per reverendum patrem dominum Ioannem patriarcham Constantinopolitanum finito; in medio surgens Magister Henricus de Piro promotor, & procurator prædictus, quo supra nomine, & domini Petri de Luna Benedicti XIII. a quibusdam nuncupati non comparentis, neque sententiam diffinitivam in hujusmodi causa proferri, & promulgari audire curantis contumaciam accusavit, ipsumque contumacem reputari, relationemque de executione citationis in ultima sessione decretæ fieri mandari per sanctam synodum suprafatam instanter postulavit. Et tunc reverendus pater dominus Henricus Feltrensis episcopus, & alii secum pro executione citationis prædictæ commissarii deputati, ambonem publicationis decretorum & ordinatorum hujus synodi solitum ascenderunt, præmittentes quomodo ipsi essent ad exequendam sæpefactam citationem commissarii, per ipsam sanctam synodum deputati jam de mandato ejusdem synodi per organum dicti reverendi patris domini

A episcopi Feltrensis, ipsius citationis executionem in scriptis retulerunt; lecta nihilo minus primitus ipsa citatione de verbo ad verbum, prout superius apud acta causæ præsentis extitit registrata, prout in quadam relatione papyri schedula, quam dominus episcopus Feltrensis publice, alta & intelligibili voce, de verbo ad verbum perlegit, cujus tenor sequitur in hæc verba. Reverendissimi patres. Reverendus » pater & dominus Dolensis, & ego Feltrensis, epi- » scopi, per vestras reverendissimas paternitates de- » putati, die Iovis proxime præterita, quæ fuit dies » vigesima secunda præsentis mensis Iulii, post decre- » tum citationis contra dominum Petrum de Luna, ad » audiendum sententiam ad hodiernam diem, quæ est » vigesima sexta dies dicti mensis in sessione publica » tunc facta concessum, dum essent incepta Divina » B officia accessimus, una cum pluribus protonota- » riis, & notariis, ad tres principales hujus ecclesiæ » cathedralis Cõstantiensis valuas, & in eis dictæ cita- » tionis litteras sub bulla plumbea hujus sacri cõcilii » cõfectas, per alterũ de notariis prædictis, alta & in- » telligibili voce legi fecimus, & dictum dominum » Petrum de Luna, juxta & secundum dictarum lit- » terarum tenorem, citavimus; & deinde litteras ip- » sas eisdem valuis affigi, ipsasque sic affixas, donec » Divina officia essent celebrata, ibidem dimitti feci- » mus. De quibus tam nos, quam Ioannes de Scriba- » nis promotor hujus sacri concilii, petivimus fieri pu- » blica instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. » Hæc referimus eisdem reverendissimis paternitati- » bus. Qua schedula, & relatione in scriptis lecta, & C facta: nos præsentis causæ notarii, atque scribæ prædicti, hujusmodi executionem, sicut prædicitur, fore factam etiam verbo confirmamus, ipsam relationem per omnia approbantes.

His sic peractis, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, quo supra nomine, iterum dicti domini Petri de Luna, ab aliquibus Benedicti XIII. nuncupati non comparentis, neque sententiam ferri in hac causa audire curantis, contumaciam accusavit, ipsumque contumacem reputari, & in valuis ecclesiæ præfatæ per certos commissarios vocari mandari, ut juris est, ad superabundantiorem cautelam per sanctam synodum præfatam instantius postulavit.

Ex tunc reverendissimi patres & domini, domini D de Comitibus & de Flisco cardinales, per sanctam synodum ad hoc specialiter deputati, de ejusdem sanctæ synodi mandato, una cum protonotariis, & præsentis causæ notariis, ac Ioanne Suessionensi sedis apostolicæ cursore, locum sessionis solitum prædictum exeuntes, ad valuas ecclesiæ præfatæ accesserunt, & ibidem per organum prælibati Ioannis Suess. cursoris, publice & alta voce, tribus vicibus successive dictum Petrum de Luna Benedictum XIII. ab aliquibus nuncupatum vocarunt, in hæc verba, vel saltem in effectu similia. Est hic Petrus de Luna ab aliquibus Benedictus XIII. nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui compareat coram dicta sancta synodo ad audiendum in scriptis ferri sen- E tentiam diffinitivam in causa schismatis, & hæresis contra ipsum mota? Qua vocatione sic facta, nullus pro dicto domino Petro, nec ipse, comparuit, aut responsum dedit.

Super quibus omnibus, & singulis præmissis tã dicti domini deputati, quã magister Ioãnes de Scribanis promotor, quo supra nomine, sibi petierũt fieri unum vel plura, publicũ vel publica instrumẽta. Præsentibus ibidem honestis & discretis viris magistris Erasmo Angeli de Viterbio litterarum apostolica-

rum

rum scriptore, Joanne Hersevelt sacræ pœnitentiariæ procuratore, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Deinde domini deputati supradicti, una cum aliis supradictis ad lucum sessionis solitum, & corum loca solita & consueta redeuntes, de suprascripta vocatione, ut præfertur, facta, dominus cardinalis de Flisco de consensu sui collegæ, publice & alta voce fecit ipsi sanctæ synodo relationem. Qua facta, iterum & tertio magister Henricus de Piro promotor, & procurator prædictus, quo supra nomine, dictum Petrum de Luna, Benedictum XIII. ab aliquibus nuncupatum, contumacem reputari instantissime postulavit. Et tunc dominus Stephanus episcopus Dolensis præfatus, supradictum publicationis ambonem ascendens, quoddam decretum, sive quandam schedulam, de mandato ipsius sāctæ synodi, publice & alta voce perlegit sub his verbis. Hæc sacrosancta synodus Petrum de Luna Benedictum XIII a nonnullis nuncupatum, legitime citatum, vocatum, non comparentem, declarat, & reputat contumacem, decernitque in ejus absentia, Dei repleta præsentia, fore in præsenti causa inquisitionis contra eum coram eadem pendente, per eandem synodum ad diffinitivam sententiam procedendum.

Ista schedula sic lecta, reverendissimus pater, & dominus, dominus Joannes episcopis Ostiensis S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius, ac hujusmodi sessionis præsidens præfatus, nomine totius synodi sive concilii respondit, placet.

Deinde magister Henricus de Piro promotor, nomine quo supra, sententiam diffinitivam in hac causa in scriptis ferri & pronunciari per ipsam sanctam synodum prædictam, debita cum instantia postulavit. Et tunc reverendissimus pater, dominus Guillelmus tituli sancti Marci presbyter cardinalis, adhuc in ambone publicationis existens, quandam diffinitivæ sententiæ schedulam de simili mandato ipsius synodi ipsi super hoc facto, publice alta & intelligibili voce perlegit hujusmodi sub tenore.

De vultu ejus hoc judicium prodeat, &c. *Ut habetur in impresso, pag. 234. E*

Tum hæc sequuntur.

Super quibus omnibus & singulis præmissis, magister Henricus de Piro promotor præfatus, quo supra nomine, a protonotariis & notariis sanctæ synodi, ad futuram rei memoriam, unum vel plura fieri petiit instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus S. R. E. cardinalibus omnibus pro tunc, Domino Joanne dominici Ragusino vulgariter nuncupato duntaxat excepto, ac illustrissimo, & illustribus principibus, dominis, Sigismundo Romanorum &c. rege, Frederico Marchione Brandeborgensi, Bertoldo de Ursinis comite, ac regum, principum, prælatorum, universitatum, communitatum ambassiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Tenor vero dictæ sententiæ sub bulla concilii sequitur, & est talis.

Sacrosancta, & generalis synodus Constantiensis, ad futuram rei memoriam. Convenientes in unum Spiritus sancti gratia legitime congregati, unam sanctam catholicam & apostolicam profitentes & repræsentantes ecclesiam, illam palmam nostræ professionis esse credimus, si quod illius paci, & unioni opponitur, reducere vel extirpare valeamus. Sane Dominus Jesus Christus ejosdem caput ecclesiæ regnans in cælis, urbis tamen terrarum imperium non relinquens, sicut illa una est, unius capitis, & sponsi solius indissolubilis Jesu Christi; ita inter ejus ministros præesse voluit unicum ejus vicarium, quem papam appellamus, qui gereret inter cæteros principatum, beatum Petrum apostolum, & ejus successores Romanos pontifices, sui operis vicarius, & rectores. Verum antiqui hostis invidia hanc in ecclesiæ corpore, & in capite, & in membris ferre unionem non valens, etsi alias & pluries per divisiones & schismata hanc pro tempore resciderat unionem: iis tamen nostris novissimis temporibus adeo perniciosius per quadraginta pene annos hanc ita divisit ecclesiam, ut ipsum corpus ecclesiæ aliquando, & diu in duas partes, & duo velut capita, aliquando in tres, & tria, si fas esset dicere, capita, monstruositate mirabili, sed profectu miserabili, deformatum extitit & divisum. Ad cujus horrendi, exitialisque plus creditu lethiferam & abominabilem monstri deformitatem de pulcritudine corporis ecclesiæ sponsæ Christi penitus extirpandam, opem & auxilia efficaciter præbente carissimo ecclesiæ filio Sigismundo Romanorum & Ungariæ, Dalmatiæ, & Croatiæ rege illustri, in hac sua Constantiensi civitate inter cætera, præcipue tamen ad hoc convenientes, ut præfertur, sublata primum duorum capitum, & obedientiarum suarum, Joannis XXIII. & Gregorii XII. in suis prædictis obedientiis nuncupatorum, divisione, & illis membris redactis in unum, cum tertium caput Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus cum obedientibus sibi reliquam partem facerent: cupientes omnia membra pariter in unum ecclesiæ corpus uniri, quod tamen attenta hujus schismatis seu divisionis diuturnitate quadraginta fere annorum prædicta, ex quibus idem Petrus de Luna tunc a sibi obedientibus Benedictus XIII. nuncupatus, viginti duobus annis & amplius, papatum secundum se & sibi obedientes tenuit, obstantibus etiam difficultatibus in jure, & contrariis opinionibus partium prædictarum, atque factorum incertitudine, quorum iis temporibus humanitus haberi non poterat certitudo. Insuper quod aliæ partes, multoque majores eidem non obedientes, nunquam ad illius obedientiam potuissent aut possent verisimiliter adduci, perfici non erat in hominum potestate, præterquam per ipsius Petri obitum, cujus vitæ terminos Deus ipse constituit, aut illius renunciationem papatui, vel ejusdem a papatu dejectionem. Idcirco per viam renunciationis ab omnibus Christi fidelibus approbatam, ad quam communi fidelium assertione, attento statu ecclesiæ, jam Petrus tenebatur jure Divino pariter & humano, præfatam prosequi perficereque prius curavimus unionem. Cum igitur præfatus carissimus ecclesiæ filius, & advocatus, Sigismundus Romanorum rex, & plures alii solemnes prælati, & doctores ad eundem Petrum, regesque & principes suæ obedientiæ, ac ad regnum Aragonum fuerint destinati, fuitque idem Petrus per eumdem Sigismundum Romanorum regem, qui pro fervore fidei, & unionis ecclesiæ, ad partes personaliter dignatus est accedere, & per prædictos prælatos & doctores, destinatos cum eodem, ac per legatos carissimorum ecclesiæ filiorum regum Franciæ, & Angliæ, necnon per claræ memoriæ Ferdinandum Aragonum regem, & per legatos regum Castellæ, & Navarræ illustrium, atque dilectos ecclesiæ filios nobiles viros comites Fuxi, & Armeniaci, de ipsius Petri obedientia tunc existentium, cum omni devotione & caritate rogatus, exhortatus, & requisitus pluries, & iteratis vicibus, præsertim ex parte dicti Aragonum regis,

regis, prout etiam alias, & multoties, ex parte plurium regum præfatorum fuerat solemniter rogatus & requisitus quatenus attento quod totum pondus schismatis, seu divisionis ecclesiæ per suam renunciationem papatui, ad quod per præmissa, etiam vigere per eum dudum juramenti præstiti, tenebatur jure divino pariter & humano, & erat in sua potestate quod facere sæpius pertinaciter recusavit. Ea prop[illegible] vice rationis cessante, cum per præmissa, & alia plurima, de schismate & hæresi suspectus merito haberetur: oportuit pro unione ecclesiæ ad viam alteram, scilicet ipsius ejectionem, venire, propter quæ juxta prius Narbonæ concordata inter Romanorum regum, & legatos præfatos ex ona, ac præfatorum regum Castellæ, Aragoniæ, & Navarræ, ac comitis Fuxi Nuncios & procuratores ex alia partibus celebrata, io hac civitate Constantiensi mutua unione illius obedientiæ, & aliarum duarum, formatoque sic per unionem uno universali & indubitato ecclesiæ sanctæ generali concilio, idem Petrus in causam inqoisitionis schismatis, & hæresis, ac super aliis, per citationem ipsius personalem tractus extitit coram nobis, in citatione ad personam ipsius executioni mandatæ respondens; necnon in nonnullis suis scripturis & dictis plura temeraria, erronea contra fidem, & ecclesiæ unitatem, in ecclesiam Dei injuriosa & contumeliosa inseruit, & asseruit; prout hæc & alia in processu super iis agitato plenius & expressius continētur. Ipsoqoe legitime vocato super præmissis, & aliis editis contra ipsum capitulis inquisitionis, processuque, nihilominus ad uberioris cautelæ suffragium, rite & canonice, super illis, quæ etiam ut plurimum notoria existebant, factaque commissione nonnullis venerabilibus fratribus cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, magistris, & doctoribus, & aliis, ac per eosdem super ipsis editis capitulis, testibus cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, magistris, & doctoribus, & aliis omni exceptione majoribus rite receptis, juratis, & diligenter examinatis, nonnullisqoe instrumentis & scripturis productis, & per præfatos commissarios receptis, quamquam multa contenta in ipsis capitulis notoria, ut præfertur, existerent, eorumque testium attestationibus publicatis, ipsoque Petro ad dicendum & objiciendum in testes & eorum dicta, atque alia probationum genera, quidquid vellet, necnon ad singulos causæ actus, & novissime ad audiendum jus, & diffinitivam sententiam in causa hujusmodi, legitime vocato, sufficienter expectato non comparente, & per nos contumace reputato, servatis servandis, ac omnibus rite actis, habita super processu & causa hujusmodi, processimus in ejus absentia Dei repleta præsentia, & per nos lata fuit diffinitiva sententia, in forma sequenti. De vultu ejus hoc judicium prodeat, &c. *ut supra.*

Lecta, & recitata fuit hæc nostra diffinitiva sententia per dilectissimum ecclesiæ Dei filium Gullelmum tituli sancti Marci S.R.E. presbyterum cardinalem, de mandato nostro, nobis pro tribunali in ecclesia Constantiensi more solito sedentibus. Septimo Kalendas Augusti, anno a Nativitate Domini 1417. apostolica sede vacante.

Subscriptio protonotariorum.

Et ego Hermannus Dvvetch inter decretorum doctores minimus, & sedis apostolicæ notarius quia præmissæ sententiæ per ipsum sacrum concilium promulgationi, & aliis præmissis, dum sic, ut præfertur, agerentur, & fierent, una cum aliis infrascriptis præsens interfui, eaqoe sic fieri vidi & audivi: ideo præsentes signo & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus, io fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Et ego Joannes de Trembeio decretorum doctor, sedis apostolicæ notarius, præmissis, dum sic fierent, & agerentur præsens fui, eaque, dum sic fierent & agerentur, fieri vidi & audivi, & ad præmissa rogatus, una cum dominis, & collegis meis, me manu propria subscripsi, & sigillo meo manuali signavi in testimonium omnium præmissorum.

Et ego Jacobus Rodini de Janua sanctæ sedis apostolicæ notarius, una cum aliis dominis & collegis meis per sacrum Constantiense concilium deputatis, dum præfata omnia sic, ut præfertur, fierent & agerentur, præsens interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi. Ideo signo meo consoeto signavi, & mano propria me subscripsi rogatus & reqoisitus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Et ego Thomas Poltensis supradictæ sedis apostolicæ notarius Anglicus, præmissis omnibus & singulis, una cum dominis & collegis meis supradictis præsens personaliter interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi. Ideo præsentes litteras per aliom scriptas, sigoo & nomine meis consuetis signavi rogatus & requisitos, in fidem & testimonium omnium præmissorum.

DEO GRATIAS.

FINIS
Appendicis Tomi XII.